BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
G
9
NAPOLI

XXI
G.
9.

BARNABAS BRISSONIVS
DE
VERBORVM SIGNIFICATIONE,
SEV
DICTIONARIVM IVRIDICVM,
CVRA
IO. GOTTLIEBII HEINECCI, Ic.
CVM PRAEFATIONE
IVSTI HENNINGII BOEHMERI, Ic.

NEC NON PRIVILEG. CAESAREO, POLON. SAXON. BRANDENB. PORVSS. ET HELVETICO.

XXI
G
9 – 10

Digitized by Google

BARNABAE BRISSONII

REGII IN GALLIA CONSISTORII QVONDAM CONSILIARII
ET IN SVPREMO SENATV PARISIENSI PRAESIDIS

DE

VERBORVM

QVAE AD IVS CIVILE

PERTINENT

SIGNIFICATIONE

OPVS PRAESTANTISSIMVM

IN MELIOREM

COMMODIOREMQVE ORDINEM REDACTVM

INNVMERIS MENDIS EMACVLATVM

ET POST ALIORVM CVRAS

PLVRIMIS ACCESSIONIBVS, OBSERVATIONIBVSQVE

PHILOLOGICIS, CRITICIS, IVRIDICIS

LOCVPLETATVM.

PRODIT OPERA STVDIOQVE

IO. GOTTLIEBII HEINECCI IC.

POTENTISSIMO PRVSSORVM REGI A CONSILIIS SANCTIORIBVS
ET PROFESSORIS P. ORD.

PRAEMISSA PRAEFATIONE NOVA

DE INTERPRETATIONIS GRAMMATICAE IN IVRE CIVILI FATIS ET VARIO VSV NEC NON HVIVS
NOVAE EDITIONIS PRAEROGATIVIS

IVSTI HENNINGII BÖHMERI IC.

ACAD. FRIDERIC. DIRECTOR.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIIS

SACRAE CAESAR. MAIESTATIS; POTENTISSIMORVM
REGVM POLONIAE AC PORVSSIAE, NEC NON ELECTORVM SAXONIAE ET BRANDENBVRG.

HALAE MAGDEBVRGICAE

IMPENSIS ORPHANOTROPHEI

CIƆ IƆ CC XXXXIII.

PRIVILEGIVM
CAESAR. MAIESTATIS.

CAROLVS Septimus, Diuina fauente Clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniae et Bohemiae Rex, vtriusque Bauariae et Superioris Palatinatus Dux, Comes Palatinus Rheni, Archi-Dux Auſtriae, Landgrauius Leuchtenbergae, etc. Agnoſcimus et notum facimus tenore praeſentium, quod cum nobis Orphanotrophium Hallenſe humillime exponi curarit, quem in modum Heineccii *Dictionarium Iuridicum*, in quo Barnabae Briſſonii opus de Verborum Significatione in meliorem ordinem redactum, et plurimis acceſſionibus locupletatum traditur, in folio prelo committere reſoluerit, vereatur autem, ne aemulorum inuidia, hanc Editionem imitantium, impendii et laboris ſui fructu fruſtretur, ideoque Nobis demiſſe ſupplicarit, quatenus eius indemnitati Priuilegio Noſtro Caeſareo ſuccurrere clementiſſime dignaremur, Nos ſubmiſſae pariter et aequae eius petitioni annuendum cenſuerimus: Ac proinde authoritate Noſtra Caeſarea omnibus et ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis, et aliis quibuscumque rem librariam ſeu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus, ac interdicimus, ne quis ſupra nominatum Heineccii Dictionarium Iuridicum ſub hoc alioue Titulo aut hac vel alia forma per DECEM ANNORVM ſpatium, ab hodierno die computandum, intra ſacri Romani Imperii Ditionumque Noſtrarum haereditariarum fines recudere, vel aliis recudendum dare, aliorſumue impreſſum apportare, vendere, vel diſtrahere, citra praefati Orphanotrophii voluntatem et aſſenſum, in ſcriptis obtentum, auſit vel praeſumat. Si quis vero ſecus faciendo Priuilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare contemnereque praeſumpſerit, eum non ſolum eiusmodi Exemplaribus, vbicumque locorum repertis, perperam quippe recuſis ſeu apportatis (quae dictum Orphanotrophium ſiue propria authoritate ſiue Magiſtratus illius loci auxilio ſibi vindicare poterit,) de facto priuandum, ſed et decem Marcarum auri puri poena aerario ſeu fiſco Noſtro Caeſareo et parti laeſae ex aequo pendenda, omni ſpe veniae ſublata, mulctandum decernimus, dummodo tenor huius Noſtri Priuilegii in fronte Libri impreſſus

preſſus reperiatur, et conſueta quinque Exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus et ſingulis Noſtris et ſacri Romani Imperii et dominiorum Noſtrorum haereditariorum ſubditis et fidelibus dilectis tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, cuiuscumque ſtatus, gradus, dignitatis aut ordinis exſtiterint, praeſertim vero iis, qui in Magiſtratu conſtituti, vel ſuo vel ſuperiorum ſuorum loco aut nomine ius iuſtitiamque adminiſtrant, ne quempiam Priuilegium hoc Noſtrum Caeſareum impune violare, ſpernere aut transgredi patiantur: ſed ſi quos contumaces compererint, conſtituta a Nobis mulcta eos puniri, et quibuscunque modis idoneis coërceri curent, quatenus et ipſi grauiſſimam Noſtram indignationem et praedictam poenam euitare voluerint. Harum teſtimonio literarum manu Noſtra ſubſcriptarum, et ſigilli Noſtri Caeſarei appreſſione munitarum, quae dabantur Francofurti ad Moenum die decima ſeptima Aprilis, Anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo, regnorum Noſtrorum Romani et Bohemici primo.

CAROLVS.

(L.S.)

Ad Mandatum Sacr. Caeſ. Maieſtatis proprium.

I. I. HAYECK DE WALDSTAETTEN.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

SAMVELI,

LIBERO BARONI DE COCCEII,

DOMINO HEREDITARIO IN WVSEKE,

KLEIST ET REPKAV,

RELIQVA,

S. REGIAE MAIESTATIS PORVSSICAE

ADMINISTRO STATVS INTIMO, SVMMOQVE

OMNIVM TRIBVNALIVM PRAESIDI,

DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO,

HANC BRISSONII EDITIONEM,

ET SE SVAQVE OMNIA

DEVOTO ANIMO

D. D. D.

IO. CHRIST. GOTTL. HEINECCIVS.

Digitized by Google

E*X quo tempore rebus humanis exemtus ad DEVM rediit deſideratiſſimus pater meus, id mihi omni, vt videbatur, praeſidio orbato eſſe ſolum relictum putaui, vt ex memoria nominis eius, quam mihi praecipuam reliquit hereditatem, patronos quaererem, qui me opera, conſilio, re iuuarent. Verum aliquamdiu rerum mearum incertus, quid conſilii caperem, quoue confugerem, non habui; donec tandem ad* TE, VIR ILLVSTRISSIME, *in quo iam pridem maximam ſalutis meae ſpem defixeram, tamquam ad portum aliquem et refugium diuinitus mihi via monſtrata eſſet. Itaque recenti adhuc vulnere, ex optimi patris obitu accepto, ſaucius Berolinum concedo, vbi* TE *ex priſtina conſuetudine ſalutantem tanta mox humanitate excepiſti, vt veterem* TVAM *in me voluntatem, qua nihil prius, nihilque antiquius vmquam habui, ſatis intelligerem, et iam demum magnam doloris partem deponerem. Coepi tum, quod nihil adhuc praeſtiterim, ex quo primum a* TE, *deinde ab aliis gratiſſimus erga* TE *agnoſcerer, vitam mihi eſſe acerbam putare. Itaque vt primum haec mihi occaſio nata eſt, ſummam erga* TE *obſeruantiam ac venerationem publice teſtandi, illam auidiſſime amplexus ſum, neque teneri potui, quin librum hunc ſplendidiſſimo nomini* TVO *inſcriberem,* TIBIQVE, *quidquid ad illum operae ſtudiique attulit pater meus, deuota mente atque ex ſollemni formula darem, dicarem, addicerem. Equidem, fateor,*

ſateor, animum initio a propoſito deterrebat argumentum operis, quod quum in vi poteſtateque verborum iuris Romani, ac fere in iis, quae ad Grammaticam pertinent, verſetur, vix habere videbatur, quod ſubire principum virorum conſpectum oculosque mereret. Cogitanti enim mihi, ILLVSTRISSIME DOMINE, *tot* TE *ac tanta negotia ſuſtinere, rem publicam moribus ornare, legibus emendare, et vti olim per totum orbem Poruſſicum, ſic nouiſſime etiam per Sileſiam, iuſtiſſimis victricibusque armis* AVGVSTISSIMO REGI *noſtro vindicatam, vt ſuum cuique tribuatur, vice ſacra proſpicere, iurique dicundo rationem modumque praeſcribere, viſum eſt, leuiores eſſe has res, quam vt ad* TE *deferantur, et tantum non ampliſſima* TVA *dignitate indecoras. Sed vt eſt in omni genere litterarum excellens quiddam et eximium, et eiusmodi, cuius vtilitas aliqua redeat ad rem publicam, pro cuius bono dies noctesque, ſtudio, opera, conſilio excubas vigilasque, ita non dubito, quin litteras omnes praeſidio ac tutela* TVA *dignas habiturus ſis. Praeterea quum diuina illa vi ingenii, praeter ciuilem ſapientiam, ac publici priuatique totiusque naturalis iuris ſcientiam, reliqua etiam optimarum artium ſtudia complectaris; fieri profecto non poteſt, quin eas res, quibus tum reliquae diſciplinae omnes, tum vero maxime iuris Romani ſcientia inſtructior humaniorque redditur, haud eſſe omnino contemnendas putes. Quis enim neſcit, tanti* TIBI *olim viſum eſſe ius, quod Quirites ſibi proprium conſtituerunt, cuiue ſenſim moratiores gentes fere omnes ob ſummam aequitatis rationem ſponte ſe ſubmiſerunt, vt difficillimam eius partem, ius videlicet varium et controuerſum ſollicite et luculenter tractares. Cui vero ſtudio quum magnopere ſeruiat, ac in interpretandis conciliandisque legibus vtramque faciat paginam Grammatica et critica, ipſeque nonnumquam hiſce ſubſidiis vſus, quae aduerſari aliis et pugnare videbantur, feliciter ad concordiam reuocaueris, etſi obſcuram illam et miſeram multorum criticorum dicam, an* ὑπερκριτικῶν, *diligentiam non admodum probare ſoleas; benigno certe vultu Briſſonium, vnum ex principibus iurisconſultis, qui humaniores vocantur, viam ad* TE *parantem accipies. Veteres ſane iurisconſulti verborum formularumque adeo ſtudioſi erant, vt tum ſingulares de verborum ſignificatione libros conſcriberent, quorum nomina exhibet ipſe Briſſonius in epiſtola ad Nicolaum Pelleuеum, tum in aliis libris ſuis, ſi quod legis, edicti, reſcripti caput explicarent, vel de interpretatione teſtamentorum, ſubſtitutionum, legatorum, fideicommiſſorum, ſtipulationum, cautionum agerent, ſingulorum fere verborum vim poteſtatemque accurate eruerent. Neque id temere et praeter cauſſam. Nam praeterea quod quaeuis ars plurima vocabula ac dicendi genera propria habeat, tum vero de nulla re via et ratione procedat diſputatio, niſi quis ſenſus voci ſubiici debeat, liquido conſtet; non pauca iuris ciuilis capita, interpretatione prudentium inuecta, vel ex vna alicuius legis loquutione, cuius proprietatem et ambitum diligenter inueſtigarunt iurisconſulti, nata eſſe conſtat. Cuius rei exempla facile*

ex legibus decemuiralibus, ſi opus eſſet, in medium adferri poſſent. Itaque non magis quis iurisconſultorum circa verba induſtriam damnabit, quam eorum, qui de verbis mathematicis, philoſophicis, medicis, quin et comicis et iis, quibus opifices vtuntur, ampliſſimos commentarios dederunt: tametſi fuerint, et in his Cicero, qui non ferrent iurisconſultos verborum quam rerum curioſiores. Sed et aliqua me veniae propter auctorem fiducia tenet. Is enim Briſſonius eſt, cuius infinita vis ingenii, ſumma elegantiorum litterarum doctrina, iuris publici priuatique ſcientia, Cuiaciana non multo inferior, togata illa in conſiſtorio regio, cui praeerat, eloquentia, in ſui admirationem Henricum III. Galliarum regem, vnaque doctisſimos ſuae poſteriorisque aetatis viros traxit omnes. Idem eſt, qui prudentia, conſilio, auctoritate, dignitate ſua turbulentis illis et trepidis, vt tum erant tempora, Francorum rebus, omnium maxime profuit, quiue ſi fortunae laqueos immaneque fatum effugiſſet, rempublicam fere ad extrema redactam, feliciter reparaſſet. Sed quid opus eſt percenſendis conſilii ſuſcepti rationibus, quum et ſine his, qua eſſe in me ſoles ſingulari beneuolentia, veniam a TE *temeritatis, ſi qua mea eſt, exorare liceat,* TVQVE, VIR ILLVSTRISSIME, *dum hoc qualecumque gratiſſimi deuinctiſſimique animi monumentum ſtatuo, quin voluntatis quam facultatis maiorem ſis rationem habiturus, nullus dubitem. Itaque ne, ſi longiori ſermone* TVA *tempora morer, in publica commoda peccare videar, verbum non amplius addam. Vale,* ILLVSTRISSIME DOMINE, *resque* TVAS *publicasque feliciter diuque gere. Berolini Non. Septembr.* CIↃ IↃ CCXLII.

IVSTI

IVSTI HENNINGII BOEHMERI, ICti

PRAEFATIO

DE

INTERPRETATIONIS GRAMMATICAE FATIS ET VSV VARIO IN IVRE ROMANO.

§. I.

PRudenter admodum CELSVS 1) monuit: *ſcire leges non hoc eſt, verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem,* quo ipſo non negat ICtus, verba legum non eſſe rimanda, et eorum ſignificatus perſcrutandos, ſed potius innuit, ad perfectam legum cognitionem non ſufficere intellectum *verborum* genuinum, ſed praeterea *mentem* earum eruendam ex rationibus vel naturalibus, vel politicis, quibus legislator inductus legem quandam promulgauit ſubditisque praeſcripſit. Graecismo tali ICtos ſaepe vſos fuiſſe, plura eorum loca euincunt, quibus ſignificarunt, *non tantum* hoc vel illud ſufficere, ſed praeterea aliud quoque obſeruandum eſſe. Pari locutionis forma aſſerit VLPIANVS, 2) actionem quod metus cauſa *in rem ſcriptam eſſe, nec perſonam facientis coercere, ſed aduerſus omnes reſtitui velle*, quod eo accipiendum ſenſu, vt *non tantum* aduerſus vim inferentem detur, ſed etiam contra omnem poſſeſſorem. Idem 3) *inuitum* in ſeruitutibus accipiendum eſſe dicit, *non eum, qui contradicit, ſed eum, qui non conſentit*, i. e. vt in notis obſeruat GOTHOFREDVS, *non tantum, qui contradicit.* Sed etiam idem CELSVS alibi 4) ait: *praedia dicimus aliquorum eſſe: non vtique communiter habentium ea, ſed vel alio aliud poſſidente*, quae verba CVIACIVS 5) recte hoc modo exponit, vt praedia aliquorum eſſe dicamus *non tantum*, ſi ea communiter poſſideant pro indiuiſo, ſed et vel aliud alio pro diuiſo poſſidente. Plura alia exempla ex iure adfert ANTONIVS AVGVSTINVS 6) probaturus, multa in digeſtis graeco dicendi genere reperiri, et inter alia ad hoc argumentum quoque prouocat, aiens: *maxime vero omnium vtile illud eſt, quod Accurſium*

non

1) *l. 17. D. de legib.*
2) *l. 9. §. 8. D. quod met. cauſ.*
3) *l. 5. de ſeru. praed. vrb.*
4) *l. 96. in f. de. verb. ſignif.*
5) *in comment. ad tit. de V. S. ad cit. l. l. 96.*
6) *lib. II. emendat. et opin. c. 1.*

7) Hac

Digitized by Google

non latuit, cum TANTVM *aut* SOLVM *negationi non additum intelligendum eſt. Supra enim ſcripta* (quae antea adduxerat) *magna ex parte delicatos ſolum lectores offendunt, hae attentiſſimum et acutiſſimum quemque perturbant.* Interim miror ipſum nequidem ſupra adducta CELSI verba huc quoque retuliſſe, quae aperte tamen GRAECISMVM redolent.

§. II.

Neque enim ICtum latuit, *interpretationem legum* primario eſſe duplicem, vel *grammaticam* vel *logicam.* Illa occupata eſt circa *verba legum,* quorum genuinum intellectum et ſignificatum inueſtigat; haec ab omni obſcuritate liberat docetque, qua ratione ambiguorum nodi ſecandi et vulneribus atque mendis, quae verba legum corruperunt, medicina critica adferenda. Sicuti enim *notiones* nihil aliud ſunt, quam repraeſentationes rerum in mente, quas vulgo *ideas* vocant philoſophi, quarum combinatio *cogitationes* operatur; ita has ipſas aliis communicamus per *ſigna,* qualia ſunt vel *ordinaria, voces* ſcilicet *lingua figuratae* 7) vel verba literis exarata ſeu expreſſa: vel *extraordinaria,* quae geſtibus, factis aliisque externis corporis motibus eduntur, quoties vel loqui non eſt neceſſe, vel non expedit, vel cum eo nobis cogitationes noſtrae communicandae ſunt, qui noſtram linguam non intelligit, vel denique, qui ſurdus et mutus eſt a natura, vt facultate ſcribendi et loquendi deſtituatur. Etiam ipſa *taciturnitate* aliquando in vita communi alteri mentem ſeu cogitationes noſtras communicamus, ſeu easdem, quas habemus cogitationes, in altero excitamus, quando vel illas approbamus prorſus, vbi alioquin contradictione ſeu declaratione diſſenſus opus erat: vel iuſta *indignatione,* etiam *vultu* declarata, ea improbamus oſtendendo, ea digna non eſſe, quibus aliquid reponamus. Verum *extraordinariae notae* non tam euidentes et diſtinctae ſunt, vt quidem *voces* et *verba,* quibus *notiones* et *cogitationes* noſtras ſignificamus, ſeu externe prodimus, vt ab aliis aeque intelligi queant 8). Quando ergo notiones mentis 9) cum verbis ſcriptis

7) Hac locutione vtitur PAVLVS eleganter in *l. 38. D. de O. et A.* aitque: *non figura literarum, ſed oratione, quam exprimunt literae, obligamur, quatenus placuit, non minus valere, quod ſcriptura, quam quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur.* Id quod *vocibus* vel *ſcriptura* ſignificatur, alteriusque animo panditur, *oratio* dicitur, quae hic nihil aliud eſt, quam *propoſitio* ſeu *enunciatio,* qua alteri ſignificamus, quid rei conueniat vel ab illa differre debeat, vt accurate obſeruat illuſtr. WOLFFIVS *in philoſ. ration. ſeu logica P. 1. ſect. I. c. 1. §. 41.*

8) Hac de cauſa prudenter IVSTINIANVS in *l. 10. C. qui teſtamenta fac. poſſunt,* ſurdos et mutos, qui vtroque morbo ſimul laborant, i. e. *vt neque audire neque loqui poſſint, et hoc ex ipſa natura habeant,* (vt eius verbis vtar) ab omni teſtamenti et codicillorum factione ac donatione m. c. excluſit, quae negotia *euidentem declarationem mentis* deſiderant, quam edere non poſſunt *ſurdi et muti* a natura tales, notitia ſignorum illorum deſtituti, quibus inter homines *euidenter* et *perſpicue* cogitationes mentis noſtrae aliis communicamus, vtut *extra ordinem* aliis ſignis externis, quibusdam ſaltim notis, ſaepe cogitationes ſuas extra ſe edere queant, ceu notabili exemplo illuſtrat BRVNNEMANNVS *ad l. cit. 10. n. 8.* quod tamen non ſufficere viſum fuit ad vltimae voluntatis declarationem, quae *inſtar legis* in futurum eſſe debet. Ceterum qui *morbo* et audiendi et loquendi facultatem quidem amiſit, *ſcribere* tamen adhuc poteſt, recte vltimam condit voluntatem, quia euidentibus ſignis mentem ſuam declarare et aliis, quorum intereſt, communicare poteſt.

9) Quae nihil aliud ſunt, quam *rerum repraeſentationes in mente,* quas *concipere* dicimur, vt iterum recte docet ill. Dn. WOLFFIVS *cit. l. §. 34.* et quidem clarius ac quidem IO. CLERICVS *in art. crit. P. II. ſect. II. c. 1. §. 1.* docens, *notiones* eſſe *quaecumque animo noſtro obuerſantur, cum de re quapiam cogitamus.* Quale autem illud ſit, quod animo noſtro obuerſatur, et in quo conſiſtat, non exponit; ſenſus autem communis docet, illud conſiſtere in *repraeſentatione rerum in mente,* vt quoties quis de his ſcribit

Digitized by Google

ſcriptis vel vocibus connectimus, aliquid alteri *ſignificare* ſeu ſigno hoc declarare intendimus, vt eandem notionem in mente eius excitare queat. Vnde, qui notionem aliquam habere ſibi imaginatur, cum tamen nullam reuera habeat, eamque voce quadam declarat, *verbum inane* profert, vel ſine mente ſonum, quia *notionem deceptricem* habet, qua ſe alioſque, quamuis ſaepe bona fide, decipit 10). Quae cum ita ſint, conclamatum eſt, eum, cui mentis noſtrae conceptus et cogitationes verbis vel vocibus prodere et communicare intendimus, *intelligentiam plenam* eorum poſſidere debere, h. e. vt tum *vocum* et *verborum*, quibus alter vſus eſt, ſignificatus cognitos habeat, quod illorum potiſſimum ἔργον eſt, qui *dictionaria* ſcribunt: tum etiam vt *connexionem verborum* inter ſe intelligat, notumque habeat, quod *Grammatica* in primis docet, ſed quia ea connectere inter ſe nequit, niſi ſignorum ſignificatus diſtinctos 11) genuinos proprioſque ſeu communes habeat, merito ad vtrumque *grammatices* officium dirigitur. Atque inde naſcitur *interpretatio grammatica*, quae praecepta tradit, ſecundum quae tum verba, maxime ſcripta, in ſe: tum nexus eorum recte intelligi, ſeu illa notio et cogitatio colligi poteſt, quam ſcribens ſub his ſignis notisque aliis communicare voluit.

§. III.

bit vel loquitur, haec ſemel acquiſita repraeſentatio in nobis excitetur, quae eſt vel fuit in loquente et ſcribente.

10) Hoc rurſus illuſtrat ill. WOLFFIVS *cit. l.* §. *38.* quorſum pertinent formulae ſeu carmina excantandi luxi, relata a *M. Catone de re ruſtica c. 160.* et notiſſimum illud amuletum *Abracadabra* dictum, et quae ſunt alia ſuperſtitionis excrementa, nihil ſignificantia, niſi vt nos vel alios decipiamus.

11) Dantur verba, quae *aequipollentem ſignificationem* habere videntur, quorum alterum tamen ἐμφατικώτερον eſſe videtur, adeoque huius etiam in interpretatione ratio habenda, vt eo rectius ſcribentis vel loquentis ſenſum eruere queamus, et ἐμφάσεως rationem reddamus, ſeu cur verbo hoc prae altero vſus fuerit? quod idoneo exemplo declarat GELLIVS *in N. Att. lib. XIII. c. 28.* Ceterum ab initio huius §. dixi, interpretationem legum primario eſſe vel *logicam* vel *grammaticam*, vt indigitarem, in his duabus ſpeciebus primario officium *boni interpretis* verſari, qui *legum ſcriptarum* mentem eruere ſatagit. Hiſce duabus ſpeciebus VALENT. GVILIELMVS FÖRSTERVS *de interpretat. iuris, tom. II. theſauri iur. Rom. p. 954.* relatus, addit nouas adhuc interpretandi rationes: *rhetoricam, hiſtoricam, ethico-politicam, poëticam, arithmeticam, geometricam, phyſico-medicam theologicamque*, quas a *cap. IV.* vsque ad finem opuſculi ſpeciatim exponit. Sed ſicuti *Rhetorica* non tam in ICtorum ſcriptis explicandis, quam in cauſis perorandis controuerſiisque tractandis olim conſumebatur, vt ipſemet *c. IV. n. 3.* fatetur, ita non adeo neceſſe eſt, eius rationem hic habere, niſi quod haec interpretandi ratio quoque illam diſpectionem habeat: vtrum verba in legibus adhibita *propriam* an *figuratam locutionem* contineant? quae conſideratio etiam *grammaticae interpretationi* communis eſt, vt IDEM *cit. l. c. IV. in f.* non diffitetur. Praeterea *grammatices* ambitus in ſenſu antiquo, infra declarando, latius patet, et *hiſtoricam notitiam*, ſine qua nequidem *verba* commode intelligi poſſunt, quoque complectitur. Potiſſimum vero hiſtoria ſuppeditat occaſiones, cauſas, origineſque legum, ſtatum reipublicae, cui leges inſeruiunt, ſiſtit, mores hominum, quibus leges accommodandae, depingit, ceteraque tradit, quae ad rationes legum intelligendas faciunt, quibus *logica interpretatio* inſtruitur. Aſſumit praeterea vtraque interpretatio ſubſidia varia ex aliis diſciplinis, propriis praeceptis inſtructis, terminiſque technicis et propriis locutionibus vtentibus, adeoque ſi quid ex *pöetis* incidenter in iure traditur, id tantum ornamenti inſtar habetur, nec in iuris interpretationem venit. Rationes *ethicae* ac *politicae*, vel quae ex *geometria, arithmetica, phyſica* et *arte medica* atque ipſa *theologia* deſumuntur, ex propria diſciplina ſua ſunt eruendae, atque ita rurſus vel ad *logicam* vel ad *grammaticam* interpretationem referri queunt, vt hae duae ſpecies reliquas quoque complectantur, quae pro ratione inſtituti ſufficere mihi viſae ſunt.

12) Recte

§. III.

Ab hac differt *logica interpretatio* legum, quae in verborum ſignificatione, non ſubſiſtit, ſed ex ratione legum adaequata et fundamentali format principia ſolida, ex his vero concluſiones legitime nectit, et ita pleniorem eius ſenſum eruit, licet verba earundem eum exprimere non videantur 12). Saepe enim contingit, vt legiſlator minus locutus fuerit, plus autem ſenſerit, vel etiam vt talia verba adhibuerit, quae in ſuo ſignificatu latiorem ambitum habeant, ſed intentio eiusdem eousque haud pertingat, quae potiſſimum ex *cauſa finali legis* et *mouente ratione* eius *hiſtorica* cognoſcitur. Quocirca *lex* quaelibet *ſcripta* ex ratione eiusdem *ciuili* vel *naturali* aut amplianda ſeu vltra verba extendenda, vel limitanda aut coarctanda contra *verborum* nimis *generalium* indolem, quae ſi in ſua latitudine ſeu ampliſſimo ſignificatu applicanda forent ad caſum contingentem praeſentem, in ſummam iniquitatem legem ipſam deducerent, a qua tamen alienus legiſlator fuiſſe videtur 13). Vtraque quidem interpretatio coniungenda in eruendo legum ſenſu, perſpicuum tamen eſt, vtramque circa diuerſum occupatam eſſe obiectum, *grammaticam* quidem circa *verborum integritatem* et *ſignificationem*, quae praecedere debet; *logicam* vero circa id, quod legiſlatorem *mouit* ad ita diſponendum, et in quem *finem* eam diſpoſitionem fecerit, verbaque paulo latius vel arctius conceperit. Nihil enim fit ſine *cauſa ſufficiente*, maxime in rebus et negotiis ad bene beateque viuendum comparatis et ſpecialius determinatis, adeoque ad hanc in omni oratione et lege eſt reſpiciendum, vt verum loquentis vel legiſlatoris ſenſum eruamus.

§. IV.

12) Recte CICERO *lib. I. de offic. c. 13. ſemper in fide* (in promiſſis) *quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum.* Pariter CELSVS in *l. 7. in f. de ſupell. leg.* ait: *prior et potentior eſt, quam vox, mens dicentis*, adeoque ſaepe *mens dicentis et figura verborum*, in interpretatione ſibi opponuntur, vt in illa ſpecie, quam ICti proponunt in *l. 116. et l. 122. de V. S. Filio filiisque meis hoſce tutores do: quisquis mihi alius filii filiusue heres ſit.* vbi quaeſitum fuit: an etiam *filia* his verbis deſignata fuerit? LABEO ſequebatur in poſteriori formula *verborum figuram*, ſtricte inhaerendo *grammaticae interpretationi*, vt ſummus Grammaticus, adeoque quaeſtionem negabat. PROCVLVS *mentem* teſtatoris praeferebat ex *interpretatione logica*, quod omnibus liberis in tutore dando proſpexiſſe credatur pater, *quod magis rationabile eſſe videbatur*, vt addit POMPONIVS in *cit. l. 122.* Atque hoc ſenſu ῥητὸν ἀπὸ διάνοιαν, ſeu *dictum* a *ſententia* diſtare recte ait ICtus in *l. 30. D. de LL.*

13) Hoc indigitat ICtus in *l. 25. D. de LL.* aiens: *nulla iuris ratio aut aequitatis benignitas patitur, vt quae ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur; ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem.* Quamuis ergo lex ſit: *minoris factum, quod ſine curatore egit, nullum dicendum eſſe*, nihilominus tamen valebit ſententia pro minore lata, ſi vel maxime *ſine curatore* cauſam ſuam procuratori mandauerit; quod ſi enim verba legis ad hunc caſum extenderentur, contra intentionem legiſlatoris id, quod in ſalubritatem minorum conſtitutum, illis noceret. *l. 14. C. de procur.* Recte hac de cauſa aſſeritur in *l. 19. in f. C. de fid. inſtrum. quod pro quibusdam introductum eſt, inferre eis iacturam minime rationi conuenit aequitatis.* Cautum eſt Carboniano edicto, *cognitionem de ſtatu impuberis in annos pubertatis differendam eſſe*; ſaepe tamen contingere poteſt, vt eius magis interſit, mature et ſtatim de eo cognoſcere, quo caſu, vt recte ait ICtus in *l. 3. §. 5. de Carbon. edict. non debet aduerſus pupillos obſeruari, quod pro ipſis excogitatum eſt.* Quodſi ergo iudex ſecundum *verba edicti* iudicare et rem in tempus pubertatis differre vellet, cum ſummo eius incommodo, cui conſultum voluit, aut *ſtultus* aut *iniquus* foret, ex mente VLPIANI in *cit. l.* Addenda potius *interpretationi grammaticae* haec limitatio ex *ratione* edicti Carboniani: niſi magis conſultum fuerit pupillo ſtatim quaeſtionem ſtatus mouere, et aduerſarium ad eam mouendam prouocare, *ne, quod fauore eorum inductum eſt, quibusdam caſibus ad laeſionem eorum videatur inuentum*, vt dicitur in *l. 5. §. 1. in f. C. de ſecund. nupt.* Aliud exemplum occurrit in *l. 8. §. 24. D. de transact.*

14) *l. 4.*

§. IV.

Vtramque interpretationem etiam olim agnouerunt ICti et imperatores, optimi legum antiquarum interpretes, adeo vt ſaepe has duas ſpecies interpretandi inter ſe quoad modum *concipiendi* diſtinxerint, vtramque tamen nexu perpetuo combinandam eſſe crediderint. Generatim enim docuerunt, *ex legibus* ius reddendum eſſe; *verbum autem:* EX LEGIBVS, *accipiendum eſſe tam ex legum* SENTENTIA, *quam ex* VERBIS, vtait VLPIANVS 14) ſimulque vtramque interpretationem ad legis intellectum adferendam eſſe indigitat. Declarat IDEM 15) hoc exemplo edicti praetorii *de albo corrupto*, quod punit eos, qui, quod iurisdictionis perpetuae cauſa *propoſitum* erat in albo, dolo malo corrupit. Quamuis enim verba praetoris haec fuiſſe: *quod iurisdictionis perpetuae cauſa in albo* PROPOSITVM *erit*, et de eo, quod iam *propoſitum* erat, accipienda eſſe videantur, edicto tamen locus etiam relictus eſt, *ſi dum proponitur vel ante propoſitionem corruperit.* Etenim rurſus vtramque interpretationem coniungit ICtus dicendo: *edicti quidem verba ceſſabunt, Pomponius autem ait, ſententiam edicti porrigendam ad haec.* Pariter *ex lege XII. tab.* libertorum et libertarum tutelam ad patronos liberosque eorum pertinere crediderunt recte ICti, *non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueretur* (quae tantum agnatis eam quoad *verba* detulerat, inter quos non erat numerandus patronus) *ſed quia perinde accepta erat per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta*

14) *l. 6. §. 1. de V. S.* quae eſt ex eodem libro deſumta, ex quo adducta eſt *l. 7. de iurisd.* vt probabile ſit, in eo libro de *albo corrupto* edictum propoſitum, et obſeruationem *l. cit. 6.* ibi fuiſſe applicatam. Hac de cauſa ſaepe ICti colliſionem inter interpretationem *grammaticam* et *logicam* ſeſe deprehendiſſe exiſtimarunt, quamuis illa magis *rationem dubitandi:* haec *rationem decidendi* ſuggeſſerit, vt in exemplo, quod proponit IVLIANVS in *l. 20. D. de reb. credit.* de eo, qui pecuniam alicui donauerat, vt is illam donatori crederet. Quaerebatur enim: an pecunia *credita* et *donata* dici poſſet? Neutrum dici poſſe cenſebat IVLIANVS, non *donationem:* quia ea mente pecunia daretur, vt omni modo penes accipientem maneret: non *creditam*, quia exſoluendi cauſſa magis daretur, quam alterius obligandi. Mox tamen addit ICtus: *ſed haec intelligenda ſunt propter ſubtilitatem verborum*, h. e. ſi eidem inſiſtimus et ſimpliciter definitiones *crediti* et *donationis* ſequimur, et ſecundum has ſolum iudicamus. Quia vero *grammatica interpretatio* non vnice ſequenda eſt, mox cum hac *logicam interpretationem* coniungendam eſſe aſſerit, aiens: *benignius tamen eſt* ſecundum veram mentem paciſcentium, *vtramque valere.* Vnde in iure *nimia ſubtilitas*, quae ex verborum tenore trahitur, opponitur *humanitati*, quae *mentem* magis diſponentis ſequitur ex *logica interpretatione. l. 4. §. 2. de manumiſſ. teſtam.* Denique *interpretatio grammatica* per ſe ſpectata, et a *logica* ſeparata, *ius ſtrictum*, vt in *l. 8. C. de iudic. durum*, vt *in l. 25. de LL. l. 12. §. 1. qui et a quib.* a CICERONE vero, *ius ſummum* paſſim vocatur, vt *lib I. offic. c. 10.* aiente: *exiſtunt etiam ſaepe iniuriae calumnia quadam et nimis callida et malitioſa iuris interpretatione. Ex quo illud: ſummum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium.* Grammatica enim interpretatio, quae deſerit *logicam*, interpretationem vere *callidam* producit et *malitioſam.* Ea de cauſa hanc dixere ICti *aequitatem*, quod rationem legis vel diſpoſitionis cuiuscunque praeterea, ceu recta ratio ſuadet iubetque, intueatur et ex ea *mentem legislatoris* et *diſponentium* declaret, licet *verba* hoc non videantur indigitare, quippe quae *ſolutior* eſt. *l. 14. §. 13. de relig.* TVLLIVS *in orat. pro Caecina* aduerſario in ſola verborum figura ſubſiſtenti hoc obiicit, et, *iſtum locum*, ait, *fugis et reformidas, et me ex hoc (vt ita vocem) campo aequitatis ad iſtas verborum anguſtias et ad omnes literarum angulos reuocas.* Eſt enim *aequitas* ſecundum EVNDEM *in top. quod naturalis* ſeu recta *ratio perſuadet*, quae non patitur, vt quis retentis verbis mentem legis deſerat, vnde et interpretatio *per aequitatem* vocatur.

15) *l. 7. §. 2. de iurisd.* ex *lib. 3. ad edictum* deſumta, ex quo *l. 6. §. 1. de V. S.* adlata erat.

16) §. VII.

ducta eſſet, VT IVSTINIANVS ait 16). Hoc VLPIANVS 17) ita eleganter declarat: *per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege XII tabularum introducuntur ſeu* PROPALAM (i. e. aperte κατὰ τὸ ῥητὸν) *quales ſunt agnati: ſeu* PER CONSEQVENTIAM (ex ſententia legis) *quales ſunt patroni.* Vel VT IDEM alibi 18) ait: *tutela legitima, quae patronis defertur ex lege XII. tabb.; non quidem* SPECIALITER *et* NOMINATIM *delata eſt, ſed* PER CONSEQVENTIAS *hereditatum, quae* EX IPSA LEGE *patronis datae ſunt.* Rationem conſequentiae ex ipſa *ratione fundamentali* tutelae legitimae trahit euidentius imperator aitque: *eo ipſo, quod hereditates libertorum libertarumque, ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad patronos liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres, voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere, cum et agnatos, quos ad hereditatem lex vocat, eosdem et tutores eſſe iuſſerit* 19). Vnde recte collegerunt ICti Romani, non tantum contra legem facere, qui id fecit, quod diſertis verbis lex prohibet, *ſed etiam, qui ſalvis verbis legis, ſententiam eius circumuenit,* 20) quia ita legem eludere intendit, verba quidem ſeruando, ſed aperte contra *rationem legis*, quae veram *mentem* legi ſuppeditat, agendo.

§. V.

Hanc vero vtriusque *interpretationis* vnionem, in recta ratione fundatam, non tulit admiſitque indiſtincte priſca Romani fori aetas, quae paulo poſt XII tabulas in aes inciſas exſtitit. Praeualuit eo tempore in plerisque cauſis *interpretatio grammatica*, derelicta ſaepe *logica*, vnde non potuit non facies iurisprudentiae paulo horridior et deformior fieri, ab omni *aequitate* hoc modo remota 21). Ratio

16) §. *vn. I. de legit. patron. tutela.*
17) in *fragm. inſtit. tit. XI.* §. *3.*
18) *l. 3. pr. D. de legit. tut.*
19) in *cit.* §. *vn.* vbi etiam hanc rationem addit: *quia plerumque vbi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi et tutelae onus eſſe debet*, quam regulam ſuam etiam fecit QVINTVS MVTIVS SCAEVOLA in *l. 73. pr. D. de R. I.*
20) *l. 29. D. de LL.* Quod etiam eleganter confirmant imperatores in *l. 5. C. de LL.* et, *non dubium eſt*, aiunt, *in leges committere eum, qui* VERBA LEGIS *amplexus, contra legis nititur* VOLVNTATEM. *Nec poenas inſertas legibus euitabit, qui ſe contra* IVRIS SENTENTIAM *ſaeua prorogatiua* VERBORVM *fraudulenter ſe excuſat.* Addit, ſufficere legem aliquid prohibuiſſe, licet legislator ſpecialiter non dixerit, actum prohibitum inutilem eſſe debere, quod hoc *quaſi expreſſum ex legis voluntate colligere liceat.* Illuſtrat hoc ipſum GERHARDVS FELTMANNVS *in comm. ad Digeſt.* et quidem ad *l. 17.* §. *15. ſqq. de LL.* exemplo huius legis: *ne quis noctu in publicum absque lucerna prodeat.* Sine dubio committit in legem, qui vel lucerna absque lumine accenſo, incedit, vel tali lucerna prodit in publicum, quae nullum edit lumen, qua fures vti ſolent, a quibus etiam adpellantur *diebes-laternen.*
21) Non quidem in vniuerſum abiecerunt interpretationem logicam, quod vel ex *tutela patronorum* per legitimam conſequentiam ex verbis XII. tabb. deducta, manifeſtum eſt; conſtat tamen plerosque adeo in *verbis harum legum* delicias ſingulares quaeſiuiſſe, vt ſaepe *ius durum*, ſecundum verba legum, praetulerint aequiori interpretationi. Ait CICERO *pro Muraena: cum permulta praeclare legibus eſſent conſtituta, ea ICtorum ingeniis* PLERAQVE *corrupta et deprauata ſunt.* Paulo poſt IDEM addit: *in omni denique iure ciuili aequitatem* (ſeu interpretationem logicam) *reliquerunt: verba ipſa tenuerunt*, quo teſtimonio nihil euidentius adſerri poteſt. IANVS VINCENTIVS GRAVINA in *orig. iur. ciuil. lib. I.* §. *46.* hac de cauſa quatuor aetates iurisprudentiae diſtinguit, quarum primam *antiquam iurisprudentiam* nominat, quae ſtatim poſt XII. tabb. prodiit, *aſperam quidem*, vt eius verbis vtar, *tenebricoſam et triſtem, non tam in aequitate quam in* VERBORVM SVPERSTITIONE *fundatam, quae* CICERONIS *aetatem fere attigit, manſitque annos circiter CCCL.* Illuſtrat hoc exemplo

tio primario petenda eſt ex *ſuperſtitioſa veneratione verborum*, quibus leges praedictae expreſſae erant, fraudibus ſine dubio patrum omnium mentibus inſinuata et per ICtos illius temporis promota, primos *iuris* illius *ciuilis*, in ſpecie ſic dicti, conditores. Plerique in *diſputationibus forenſibus*, quibus has leges in varium ſenſum torquebant, 22) *verbis* earum inſiſtebant: his delectabantur, ac incautos atque imprudentes capiebant, et tamen ſimul praedominabantur in foro. Inde varias *regulas* colligebant, collectas vbique in vſum deducebant, et ex hac *dura interpretatione grammatica* nouum *ius ciuile* efficiebant, ab omni humanitate alienum, quod *ſine ſcripto* venire dicebatur 23). Haec *interpretatio grammatica*, qua iuriſperiti in foro poſt XII. tabulas promulgatas duceban-

emplo *ſucceſſionis antiquae ab inteſtato* IVSTINIANVS in §. *3. I.* de *legitim. agnat. ſucceſ.* quae in *agnatione* fundata erat. Quamuis enim lex XII. tabb. omnes agnatos ſiue maſculos ſiue feminas cuiuscunque gradus ad ſucceſſionem admitteret, *media tamen iurisprudentia*, ait, *quae erat quidem lege XII. tabularum iunior, imperiali autem diſpoſitione antiquior* (ex interpretatione prudentum orta) *ſubtilitate quadam excogitata differentiam* (inter ſorores defuncti et reliquas agnatas) *inducebat, et penitus has a ſucceſſione repellebat: donec praetores paulatim* ASPERITATEM IVRIS CIVILIS *corrigentes, ſiue, quod deerat, adimplentes, humano propoſito alium ordinem ſuis edictis addiderunt.* Memorat imperator *aſperitatem iuris ciuilis*, eamque poſtea *humanitati praetoriae* opponit, qua veram mentem legis XII. tabb. reſtituerunt, certo indicio, *interpretationem* primam ICtorum fuiſſe nimis *aſperam* et *tenebricoſam*, vt GRAVINA ait, aeque vt olim iudaei ex verbis legum Moſaicarum quaeuis aeſtimabant, et ſuperſtitioſo cultu quaeuis verba proſequebantur, veram mentem autem ſaepe relinquebant, vnde talis interpretatio quoque *iudaica* a ICtis dici ſolet, exemplo HARPRECHTI *vol. nou. conſ. I. n. 686.* Denique POMPONIVS quoque in *l. 120. de V. S.* idem confirmat, aitque: *verbis legis XII. tabb. his: vti legaſſit ſuae rei ita ius eſto, latiſſima poteſtas tributa videtur, et heredis inſtituendi et legata et libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi: ſed id interpretatione coanguſtatum eſt vel legum, vel auctoritate iura conſtituentium.* Haec coanguſtatio non tantum legibus poſtea latis, vt Falcidiae, Voconiae, ceteris adſcribitur, ſed etiam *interpretationi prudentum* contra mentem XII. tabularum, quam ſaepe abiecerunt. Poſthumum alienum heredem antea inſtitui potuiſſe, ait Imperator in §. *28. I. de leg.* Quod de *ſententia* XII. tabularum recte accipit LAELIVS TAVRELLVS *in comm. ad L. Gallus et L. Vellei.* hanc autem reliquiſſe iurisprudentes antiquos, imperator innuit in §. *26. I. eod.* et reguſtat *pr. I. de bon. poſſeſſ.* notantet aſſerens, poſthumum alienum heredem inſtitutum *iure ciuili* non potuiſſe adire hereditatem, quod de hac dura interpretatione accipiendum, vnde *ius ciuile* natum erat, ſine dubio in hoc principio aſpero fundatum, quod in ventre exiſtentes inter homines nondum haberi poſſent. Sed hanc aſperam interpretationem non agnouit ius XII. tabularum, vnde etiam imperator in *cit. pr.* hoc correxit ex hac ratione *quaſi et iure ciuili* (ſecundum veram LL. XII. tabb. mentem) *non incognitus* fuerit. Similem differentiam in exheredatione liberorum obſeruauit IVSTINIANVS *in §. 5. I. de exhered. liber.* quam *vetuſtas*, h. e. antiquum ius ciuile, contra mentem XII. tabb., introduxerat. Denique quia lex XII. tabularum adducta in *l. 120. de V. S.* mentionem fecerat *patrisfamilias*, inde collegerunt, feminas quascumque a teſtamenti factione eſſe excludendas, admodum rigoroſe appellationi huic inhaerentes, qua de cauſa quoque id iure praetorio correctum fuiſſe videtur, conceſſa feminis, quae ſui iuris erant, poteſtate teſtamenta condendi, teſte VLPIANO *in fragm. inſtit. tit. XX. §. 15.*

22) Ait POMPONIVS in *l. 2. §. 5. D. de orig. iur. His legibus latis, coepit, vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret prudentium auctoritate neceſſariam eſſe diſputationem fori.* Haec verba corrupta ac vitiata eſſe quilibet animaduertit facile, quae ex duobus codicibus MSCtis hoc reſtituit modo illuſtris CORNELIVS VAN BYNKERSHOEK *in praetermiſſ. ad l. 2. §. 5. de orig. iur. His legibus latis, coepit, vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret prudentium auctoritatem, neceſſariamque diſputationem fori.*

23) Vt POMPONIVS *cit. l.* indicat.

24) Ad-

cebantur, ex ſuperſtitioſo *verborum* legis cultu, *ius ſtrictum* atque *aſperum* operabatur ita dictum, quod nimis aſpere *verbis legum* alligatum eſſet 24). Hoc vero tandem, quia ſero ſapiebant Phryges, anſam praebebat, vt praetores pro emolliendo *iure ciuili* antiquo ex aequitate, hactenus derelicta, edicta contra illud proponerent, et ex his *interpretationem logicam* variis artibus et per indirectum rurſus reducerent, vt ex hac cauſa *ius ciuile* et *praetorium* ſibi opponantur 25).

§. VI.

24) Admodum ſuo tempore fauebat *interpretationi logicae* CICERO et contra *triſtem aſperamque* iuris ciuilis doctrinam pugnabat. In genere de *interpretatione legum* in *orat. pro Cecina* egregie differit, eosque oppugnat, qui, relicta interpretatione logica, ex verbis nudis omnia metiebantur, praeſertim quod ipſi res eſſet cum AEBVTIO, qui vim interdicti: *vnde vi*, eludere conabatur, diſtinguendo inter *deiectionem*, quam negabat, et *eiectionem*, quam a ſe factam fatebatur, ſed de illa non loqui interdictum credebat. Allegabat: *Ego eieci te, non deieci.* Reſpondebat CICERO, quod *tam callide verbis controuerſias, non aequitate diiudicaret et iura non vtilitate communi, ſed literis exprimeret.* Redarguit porro variis modis hanc *interpretationem literalem* aitque: *Annon cum voluntas et conſilium et ſententia interdicti intelligatur, imprudentiam ſummam aut ſtultitiam ſingularem putabimus, in verborum errore verſari: rem et cauſam et vtilitatem communem non relinquere ſolum, ſed etiam prodere? An hoc dubium eſt, quia neque verborum tanta copia ſit non modo in noſtra lingua, quae dicitur eſſe inops: ſed ne in alia quidem vlla, res vt omnes ſuis ac propriis vocabulis nominentur? neque quicquam opus ſit verbis, cum ea res, cuius cauſa verba quaeſita ſint, intelligatur? Quae lex, quod Senatus conſultum, quod magiſtratus edictum, quod foedus aut pactio, quod (vt ad res priuatas redeam) teſtamentum, quae iudicia aut ſtipulationes aut pacti et conuenti formula non infirmari aut conuelli poteſt, ſi ad verba deflectere velimus: conſilium autem eorum, qui ſcripſerunt, et rationem et auctoritatem relinquamus? ſermo me hercule et familiaris et quotidianus non cohaerebit, ſi verba inter nos aucupabimur.* Addit paullo poſt: *non ex verbis totum pendere ius, ſed verba ſeruire hominum conſiliis et auctoritatibus.* Idem porro inculcat contra quorumdam ICtorum *interpretationem literalem*, quam in foro adhuc frequentem eſſe animaduertebat *lib. II. de inuent.* docetque, *nullam rem neque legibus, neque ſcriptura vlla, denique nequidem in ſermone quotidiano atque imperiis domeſticis recte poſſe adminiſtrari, ſi vnusquisque velit verba ſpectare, et non ad voluntatem eius, qui verba habuerit, accedere.* Speciatim poſt pauca hoc ad leges applicat, docetque, *leges nobis caras eſſe non propter literas, quae tenues et obſcurae notae ſint voluntatis, ſed propter earum rerum, quibus deſcriptum eſt, vtilitatem, et eorum, qui ſcripſerint, ſapientiam et diligentiam.* Addit: *iudex is videtur legi obtemperare, qui ſententiam eius, non qui ſcripturam ſequatur.* Tot repetita monita indicium praebent, adhuc tempore CICERONIS ea fuiſſe neceſſaria in foro ad *callidas interpretationes* refrenandas, quae vsque ad eius aetatem praeualuiſſe videntur. Eius diligentia et doctrina in primis factum, vt ICti ad *humaniorem iurisprudentiam*, antehac deſertam, redirent, et cogitarent, quod et CICERO *cit. l.* monet, *multis in legibus multa eſſe praeterita, quae idcirco praeterita nemo arbitretur, quod ex ceteris, de quibus ſcriptum ſit, intelligi poſſint.*

25) Ratio diuerſitatis in eo communiter ponitur, quod *ius ciuile antiquum* aſperum durumque: *praetorium* vero magis in *aequitate* fundatum eſſet. Et quamuis praetor etiam ſupplere ſolitus fuerit ea, quae aliis legibus latis deerant, ceu fecit in *lege Aquilia; l. 11. D. de praeſcr. verb.* potiſſimum tamen introductum fuit *iuris ciuilis antiqui corrigendi cauſa. l. 7. de iuſt. et iur.* Quibus artibus autem hac in re vſi fuerint praetores, ſuccincte tradit B. HEINECCIVS *in hiſtor. iur. ciuil. lib. I. c. 3. §. 69. ſeq.* Inter has praeeminebat reſtitutio in integrum, vel ideo hic nominanda, quod prae ceteris argumentum, cuius cauſam hic ago, illuſtret monſtretque, duodecim tabularum interpretes in *verbis* ſuperſtititioſe omnem vim conſtituiſſe, veram earum mentem autem, ex *aequitate* inueſtigandam, deſeruiſſe. Lex erat tabulae VI. inſerta: *Vſus auctoritas fundi biennium: ceterarum rerum annuus vſus eſto.* Vſucapionem recte quidem extenderant ad *aedes*, licet *fundi* tantum mentio facta fuiſſet, quod CICERO *in topic.* obſeruat, aitque: *quoniam vſus autoritas fundi biennium eſt, ſit etiam aedium. At in lege aedes non appellantur, et ſunt ceterarum omnium,*

quarum

§. VI.

Promouit vero admodum hanc interpretationem literalem, ſeu ſecundum verba compoſitam, patrum inſtitutum, qui mox, legibus XII. tabularum publicatis, *actiones* compoſuerunt, easque *certas ſolennesque* eſſe voluerunt, ne populus, prout vellet, eas inſtitueret 26). Comminiſcebantur enim varios ritus, certasque formulas, quibus tam voluntariae quam contentioſae iurisdictionis actus expedirentur, hoc ſub commento, quod quaeuis *legitime* ſeu *verbis legum* eſſent proponenda 27), a quibus ne latum vnguem liceret recedere, quaeque ab ipſis, quos tangebat negotium, eſſent peragenda, excluſo omni procuratore 28). Auctae poſtmodum in infinitum haec *verba ſolennia*, ita vt fere quaeuis negotia verbis

quarum annuus eſt vſus. Valeat aequitas, quae paribus in cauſis paria iura deſiderat. Verum in hoc ſimpliciter JCti ab omni aequitate abierunt, quod *auctoritati fundi* adeo ſimpliciter et abſolute inhaeſerint, vt eam etiam admiſerint contra abſolute impeditos, ab hoſtibus forſan captos, reipublicae cauſa abſentes, licet his nulla negligentiae culpa imputari poſſet, iuſta ratione tamen credi debuerit, legislatores noluiſſe ad hos quoque legem extendendam eſſe. Aequitatem id deſideraſſe, quam legislator reſpexiſſe creditur, agnouerunt praetores, concedendo impeditis reſtitutionem in integrum *ex aequitate*, a JCtis in interpretanda hac lege omiſſa. Quis enim crederet, hanc fuiſſe legis mentem, vt ſine vlla exceptione, non habita etiam ratione iuſti impedimenti intuitu eius, qui res ſuas vindicare non potuit, vſucapio procederet, et dominium ei interuerteret, quem a vindicando non culpa, ſed merus caſus fortuitus excluſit. Sed JCti priſci aeui omnem vim legis in verbo: *auctoritas vſus*, quaerebant, aequitatem ſeponentes, quam demum praetor reſtitutionis in integrum ope reſtituit.

26) Ait POMPONIVS in *l. 2. §. 6. de orig. iuris: deinde* EX HIS LEGIBVS *eodem tempore fere, actiones compoſitae ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent, quas actiones, ne populus, prout vellet, inſtitueret, certas ſolennesque eſſe voluerunt*, vnde *legis actiones*, i. e. *legitimae actiones* vocatae ſunt, quod his formulis leges XII. tabularum *actuoſae* maxime fieri viderentur, ſeu in actum deducerentur. Atque tum hae ipſae formulae ſeu actiones, tum harum interpretandi ſcientia apud collegium pontificum, et ita reuera in poteſtate *patriciorum* erant, vnde hoc collegium conſtabat. Hi ergo quauis occaſione conſulendi, in magna potentia propterea poſiti, vt CICERO *orat. pro Muraena* teſtatur, et, quod magis erat, *hanc artem ſuam peruulgari noluerunt obtinendae atque augendae potentiae ſuae cauſa.* His tandem publicatis, primariae ICtorum partes fuerunt, in his aliis ſuppeditandis et explicandis, vt CICERO *lib. I. de orat.* ICtum per ſe nihil aliud fuiſſe aſſeruerit, *niſi leguleium quendam cautum et acutum, praeconem actionum, cantorem formularum, aucupem ſyllabarum.*

27) Facile fraude patriciorum et in primis pontificum populus in eam trahebatur ſententiam, verba ipſa legum grauiſſimum pondus habere: haec ſancte colenda, nec actum ciuilem plena conſtare virtute, niſi adhibitis ſeruatisque ad ſuperſtitionem vsque legum verbis peractus fuiſſet. Ex hoc ſuperſtitioſo *verborum* cultu formulae conflatae ſunt, ex ipſis *legum verbis* compoſitae, vt, quicquid proponendum eſſet, *verbis* ipſis *legum* proponeretur Egregie hoc illuſtrat GRAVINA *in orig. iur. ciu. lib. II. §. 79.* et, *hanc*, ait, *populi Romani ſuperſtitionem prudenter ex vſu ſuo duxerunt atque vt omnia negotia priuatorum ad ſe traherent, ſingulos actus atque cogitationes contrahentium et in foro diſputantium conceptis verbis et praeſcriptis formulis deuinxere, ita vt omnem populum ad ſuam ipſorum auctoritatem traduxerint.* Paulo ante in §. *ead. ab initio* dixerat: *Romani a primo rudes, quicquid agerent, certis verbis atque ſignis mentem exprimebant, quaſi nihil foret legitimum, niſi ea verborum et ſignorum religione fuiſſet obſignatum; nihilque ratum habebant, niſi quod ſuis eſſet ritibus expeditum*

28) *l. 77. et l. 123. D. de reg. iur.* Inde olim haec duriſſima iudicialis contentionis cauſa deducebatur, quod per *procuratorem* peragi et nemo *alieno nomine* agere poſſet, ceu ipſe imperator *pr. I. de iis, per quos agere poſſ.* prodit: vnde neceſſitas effecit, vt dominium litis antea per *fictionem iuris* transferendum eſſet in alium, per quem cauſſam ſuam in iudicio peragere vellent; quod plenius euici *in diſſ. de domin. litis.*

 29) Te-

verbis *directis* et *ſolennibus* expedienda et perpauca ab his vacua eſſent 29). Haec iuſto volumine collegit noſter BRISSONIVS 30) eorumque ſimul *ſigni-*

29) Teſtis eſt CICERO *lib. III. offic. c. 17. ſed nos veri iuris germanaeque iuſtitiae ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus: vmbra et imaginibus vtimur.* Formulas appellatione *imaginum et vmbrae* intellexiſſe CICERONEM, ipſe in ſequentibus declarat additque: *eas ipſas vtinam ſequeremur! feruntur enim ex optimis naturae et veritatis exemplis.* Declarat hoc ex hac duplici formula: *nam quanti verba illa: vti ne propter te fidemue tuam captus fraudatusque ſiem: quam illa aurĕa! vt inter bonos bene agier oportet et ſine fraudatione.* Non ſubſtitit formularum vſus in cauſarum iudicialium agitationibus: ad publica et priuata alia facile tractus, veluti ad *ſponſalia, coemtiones vxorum, teſtamenta, contractus ciuiles,* et plura alia negotia, quae ſpeciatim *legitimorum actuum* nomine veniunt, *vt tota fere iuriſprudentia prope in ſingulis literis atque interpunctionibus verborum occupata fuerit,* vt ἐμφατικῶς ait CICERO *pro Muraena.* Sed ea vlterius proſequi aut ab his aliisque iniuriis vindicare ius Romanum antiquum nolo, poſtquam hac in re otium mihi fecit noſter B. HEINECCIVS in orat. Franeckerae habita *de iuriſprudentia Romanorum formularia,* quamuis, quod obiter notem, in tali *apologia,* quae pro hac *formularia iuriſprudentia* ab aliis quoque paſſim ſuſcepta eſt, duo extrema vitanda eſſe credam, tum ne diſſimulemus ea, quae ex eius amaro vſu afflixerunt iurisprudentiam: tum ne cum CICERONE *cit. l.* verba haec *inaniſſima prudentiae, fraudis et ſtultitiae pleniſſima fuiſſe* aſſeramus, quibus verbis in odium et contemtum ICtorum vſus eſt, quod harum formularum ἐνέργειαν non intelligeret, nec finem earum ſatis aſſequeretur.

30) In praeſtantiſſimo opere *de formulis et ſolennibus populi Romani verbis,* in quo magno labore et conuenienti ordine collegit, quae ad rem *formulariam* facere poſſunt. AEMARO RANCONETO hunc tribuunt partum PATINIANA, in quibus *p. 130.* haec leguntur: *Ranconet etoit ſi mal dans ſes affaires, qu'il ſervoit de correcteur a Robert et Charle Etienne. Le preſident Briſſon s'eſt auſſi fait honneur des formules, qui ſont de Ranconet.* Verum ab hac calumnia virum eruditionis inuſitatae vindicauit vir eruditiſſimus FRANCISCVS CAROLVS CONRADI, Profeſſor in alma Iulia longe meritiſſimus *in praefat. nouae editionis,* quae in academia noſtra anno MDCCXXXI. prodiit. Plura tamen deſiderarunt viri eruditi in hoc opere, quae licet non diſſimulanda ſint, pretio operis tamen nihil detrahunt, ſed magis acuere debent aliorum induſtriam, vt, quae deſunt huic labori vel in eo monenda ſunt, vel ſuppleant vel emendent. Quatuor, meo iudicio, ſunt, quae in hac *formularum* collectione prae aliis deſiderari debent. Primum eſt, *formulas* non fuiſſe eiusdem generis, ſed quasdam *certas ſolennesque,* ceu indicat POMPONIVS in *l. 2. §. 6. de orig. iur.* ad literam obſeruandas ſub poena nullitatis: quasdam vero vſu communi forenſi proditas, quae peculiares ſuos *ſignificatus* habuerunt, ſed magis *arbitrariae* fuerunt, nec poenam *nullitatis* adiunctam habuerunt. Sicuti enim in omni doctrina *termini artis* et *formulae,* quibus res deſignantur, ſolent introduci, ita quoque in *cauſis forenſibus* tales loquendi modi ſunt introducti, magis vſu, quam ex legum praeſcripto, quibus ſapienter vtimur in negotiis forenſibus declarandis, ſed non praeciſe cogimur, aut rem irritam agimus, ſi non abſciſſe has formulas adhibemus. Eiusmodi loquendi in foro formulas iam ante BRISSONIVM collegerat GVILIELMVS BVDAEVS in *tr.* qui ſub titulo *forenſium* prodiit, et *tom. III. eius oper.* inſertus. Interim opus eſt imperfectum et magis indigeſta quaedam moles, quam *ordinatum* quoddam corpus, quae tamen ex indice ſubiecto vſum quendam accepit. BRISSONIVS in conuenientiorem ordinem ſuam compilationem quidem redegit, ſed tum *certas ſolennesque formulas* cum aliis *conſuetis loquendi in foro modis,* magis tamen *arbitrariis,* commiſcuit, quae tamen ob *diuerſos* iuris *effectus* merito ſeparari debuiſſent. *Coëmtionis vxorum legatorumque* verba, et quibus *herciſci* hereditas deberet, *certa, determinata,* et *ſolennia* cum infinitis aliis erant, quod etiam CICERO *lib. I. de orat.* obſeruat, in quibus primaria ICtorum ſapientia conſiſtebat, quod ſingulares effectus ciuiles haberent; verum plures praeterea loquendi vſitatae formulae erant, ad quas nemo praeciſe alligatus erat, quamuis vtplurimum adhibitae, ne quis in ſtylum forenſem peccaſſe videretur, quod a plerisque probroſum haberi ſolet. *Secundum* eſt, quod ſignificatus *formularum forenſium* haud adiecerit et ſpecialius determinauerit,

ſignificatus hoc praeſenti opere, quod in nouam formam digeſtum rurſus publicandum ſuſcepit lumen academiae noſtrae B. HEINECCIVS, dedit, vt vtrumque opus ad intellectum iuris Romani inſigne praeſtet adiumentum. Duae vero qualitates peculiares harum *formularum* et verborum ſolennium erant, quarum prima erat, quod, quia *determinatae*, abſciſſe obſeruandae, nec ab iis in cauſis, quibus praeſcriptae erant, recedi poſſet, ſub poena nullitatis 31): altera vero, quod ſtrictiſſimam haberent interpretationem, verbisque adeo inhaerendum eſſet, vt vltra ea procedi non poſſet, ſed vnice ius eſſet, quod lingua nuncupauerat vel ſcripto comprehenſum erat 32). Inde vero neceſſario *grammaticae*

uerit, ſed in nuda *collectione* ſubſtiterit, quod tamen GVILIELMVS BVDAEVS vtplurimum obſeruauit, vel binis verbis forenſium verborum genuinos ſignificatus addendo. Deſiderauit etiam hunc defectum illuſtris BYNKERSHOEKIVS in libr. ſingulari *ad l. lecta 40. de reb. creditis c. III.* cenſuitque, iuſte dubitari poſſe, an laudanda magis ſit BRISSONII in formulis comportandis diligentia, an damnanda eiusdem de earum ſignificatione taciturnitas. Addit: *ſi etenim non verba duntaxat ſolennia, ſed et eorum vim et poteſtatem explicaſſet, appareret ſatis, iure non optimo Ciceronem ridere iuridicas veteris Latii formulas, veluti ineptiis fucatas, fraudis et ſtultitiae pleniſſimas -- ſed contra vſum illorum carminum magis videri commodum et in rebus agendis et in litibus ordinandis, quam eſt hodie fraudulenta in contractibus βαττολογία, et in iudiciis praeſcriptis verbis garriendi licentia.* Equidem verborum ſignificationes forenſes vberrime BRISSONIVS in opere, quod hic nouis ornamentis et acceſſionibus auctum ſiſtitur, dedit; ſed cogitandum erat, in formulis vtplurimum integras orationes et propoſitiones deprehendi, quarum ſententia et mens, vtrum ex *verbis* duntaxat, an vero etiam ex *ratione* earundem indiſtincte haurienda fuerit, inquiri merito debuiſſet, de quo poſtea agendum. *Tertium* eſt, quod formulae *determinatae* et *ſolennes* adeo ſollicite ad ſyllabam obſeruari debuiſſent, vt facile cauſa caderet vel actum ageret irritum, qui vel in ſyllaba erraret, nec *formula praeſcripta* debito modo vteretur, quod merito oſtendi curare a BRISSONIO debuiſſet, ſed ab eo neglectum eſt. Teſtis eſt CICERO *lib. II. de inuent.* aiens: *Ita ius ciuile habemus conſtitutum, vt cauſa cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit.* IDEM *pro L. Muraena* hoc argumentum vrget, et, *primum*, ait, *dignitas in tam tenui ſcientia quae poteſt eſſe? res enim ſunt paruae, prope in ſingulis literis atque interpretationibus verborum occupatae.* Quid planius illo SENECAE effato *in epiſt. XLVIIII. quid aliud agitis, quum eum, quem interrogatis, ſcienter in fraudem inducitis, quam vt formula cecidiſſe videatur?* Inde poena *plus petitionis* quoque dependebat, illuſtrata a BRISSONIO *lib. IV. ſelect. ex iur. ciu. antiqu. c. 10.* immo inde CICERO *pro Caecina*, formulas determinatas et ſolennes vocauit *aucupia verborum et litterarum tendiculas*, et in *orat. pro L. Muraena: verboſam ſimulationem prudentiae*, denique in *l. 1. C. de formul. et impetr. act. ſublat. aucupatione ſyllabarum inſidiantes.* Cum ergo haec carmina ſolennia ſummam ſollicitudinem deſiderarent et varios ciuiles effectus producerent, iam olim in *diſſ. de verb. direct. et obliq.* §. *V.* defectum hunc notaui, oſtendique, BRISSONIVM effectus harum formularum ciuiles et concluſiones inde deductas haud tetigiſſe, ſine quibus tamen earum vſus, vis et efficacia concipi non poſſit. Atque inde illae ſeligendae fuiſſent *formulae determinatae*, quae peculiarem ciuilem habuerunt effectum, et a reliquis magis *arbitrariis* ſeparandae. *Quartum* denique eſt, quod horum *verborum ſolennium et determinatorum* tanta eſſet auctoritas, vt ab iis haud recedendum, ſed *ſtricte* verbis inhaerendum crederent, h. e. vt tantum *grammatica interpretatio* in eis ſibi locum vindicaret, quae *ſtrictum ius* produxit, vt not. 32. et 33. declarabo. Hoc ſi abfuiſſet, ſupra adlata illuſtris BYNKERSHOEKII obſeruatio de vtilitate harum formularum maius pondus habuiſſet.

31) Hoc *nota praeced.* in *tertio monito* iam illuſtratum eſt.

32) Haec erat ratio verborum *ſolennium* et *determinatorum*, vt *grammatica* in his vbique praeualeret *interpretatio*, ſepoſita *logica*, quae mentem potius attendendam praecipit. Potiſſimum prouocaſſe videntur ICti veteres, tum ad *ſolennem rationem* horum carminum, quae talem ſuaderent verborum auctoritatem: tum ad legem *in tabula VI.* poſitam: *Quum nexum facies mancipiumque, vti lingua nuncupas ſit, ita ius eſto*, vnde colle-

maticae interpretationi primus concedebatur locus in quibuſcunque cauſis per has formulas explicandis, et ſic quoque ipſae leges, ex quibus formulae compoſitae, et quibus agendum erat, ſtrictam accipiebant interpretationem, vera earum mente neglecta. Ex hac interpretatione formularum ſtricta varias ICti nectebant regulas 33), quae non poterant non ab humanitate et aequitate recedere, quam primario prae oculis habet *interpretatio logica*, vnde etiam *per aequitatem* dici ſolet.

§. VII.

gerunt, in ſolenniter perficiendis cauſis id vnice ius eſſe, quod lingua nuncupaſſet, quod idem eſt, ac a *verbis ſolennibus* non eſſe recedendum, nec mentem verborum aliunde ſupplendam. Sugillat vero hoc fundamentum interpretationis *literalis* ſeu *ſtrictae* CICERO *lib. I. de orat.* cenſetque optime, non ex vera mente legis XII. tabularum colligi poſſe, ſed ex iuriſperitorum doctrina hoc fluxiſſe. Ita enim neruoſe ait: *lapides me hercule omnes flere ac lamentari coegiſſes* (orator), *vt totum illud*, (ad quod ICti prouocant in foro) VTI LINGVA NVNCVPASSET, *non in XII. tabb quas tamen omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri carmine ſcriptum videretur.* Recitat IDEM plura eiusmodi carmina ſolennia *in orat. pro L. Muraena* additque: *in omni denique iure ciuili* (his verbis ſolennibus repleto) *aequitatem*, (quae mentem legis per legitimas concluſiones logicas declarat) *reliquerunt, verba ipſa tenuerunt*, grammatica, imo plus quam *grammatica* contenti, vt ne quidem in *coemtione vxorum*, ab appellatione *Caiae, quam exempli tantum cauſa in alicuius* (pontificis) *libris inuenerant*, deſererent, putantes, *omnes mulieres Caias appellandas eſſe.* Inde vero *ſummum* ſeu *ſtrictum ius* naſcebatur, quod plerumque *ſummam iniuriam* conſtituebat. Eleganter IDEM *in orat. pro A. Caecina* hoc declarat, oſtendens, ſaepe ICtos, contra quos *ſummo iure* contendebatur ex formularum ſtricto iure, non aliud praeſidium cauſae ſuae, quam ex *interpretatione logica*, adſerre potuiſſe, quamuis haec eo tempore adhuc admodum lubrica eſſet, et vix demum reuiuiſcere inciperet. *Nam ceteri*, ait, *tum ad iſtam orationem decurrunt, cum ſe in cauſa putant habere aequum et bonum, quod defendant, ſi contra verbis et literis, et, vt dici ſolet, ſummo iure contenditur: ſolent eiusmodi iniquitati et boni et aequi nomen dignitatemque opponere. Tum illud, quod dicitur,* VTI LINGVA NVNCVPASSIT, *irrident: tum aucupia verborum et literarum tendiculas in inuidiam vocant: tum vociferantur, ex aequo bono, non callido verſutoque iure rem iudicari oportere: ſcriptum ſequi, calumniatoris eſſe: boni iudicis, voluntatem ſcriptoris auctoritatemque defendere.* Hoc modo agnoſcebant, in anguſtiis conſtituti ſine *interpretatione logica* vtplurimum ius peruerti, eamque, non obſtante contraria praxi, qua aduerſarii cauſſam ſuam inuoluebant, omnino neceſſariam eſſe.

33) Inde enim colligebant, (vt quibusdam tantum concluſionibus rem declarem;) (I) contractus *ſolennibus* et *conceptis verbis* initos eſſe *ſtricti iuris*, quorum mentionem iniicit CAIVS *in l. 2. D. de O et A.* Adeo enim ſtricte verbis directis et ſolennibus inhaerendum olim erat, vt ne quidem, quod maxime *bonum* et *aequum* eſſet, in illis veniret, ſi in verbis ſolennibus non eſſet expreſſum, *l. 99. D. de verb. obl.* vtut omnino veroſimile admodum erat, contrahentes etiam id voluiſſe. Quid magis rectae rationi conforme eſt, quam exiſtimare, contrahentes *bona fide* agere inter ſe voluiſſe, remoto omni dolo. Hoc, qui contrahunt, ſemper ſupponunt, licet verbis id non ſemper exprimant. Et tamen in contractibus ſtricti iuris laeſus ob *dolum* alterius agere non poterat, ſi formula: *promittisne dolum malum abſuturum?* per incuriam in ſtipulatione omiſſa erat, quam proinde praetores ſedulo praetoriis ſtipulationibus inſeri curabant. *l. 6. D. iudic. ſolui.* Exulabat ergo omnis *interpretatio logica* in contractibus ſtricti iuris, qui defectus hunc producebat effectum, vt olim ante tempora CICERONIS ob *dolum* omnis denegata fuerit actio, ceu TVLLIVS *lib. III. de offic. c. 14.* caſu notabili illuſtrat. E contrario in contractibus *bonae fidei* ſeu *iuris gentium* interpretatio logica adeo locum habet, vt omne, quod *bonum* et *aequum* eſt, contrahentes promiſiſſe videantur, ceu ex probabili eorum *intentione*, quae huc generatim tendit, per *concluſiones logicas* trahi poteſt. In emtione venditione id agitur, vt res emtoris fiat. Quicunque autem id agere debet, vt res alterius fiat, obligatus quoque ad id praeſtandum, ne res ab eo a

quo-

§. VII.

Tandem vero, variis remediis excogitatis, interpretationi *grammaticae,* quae luminibus iuris admodum offecerat, adiuncta etiam eſt *logica,* qua per *legitimas concluſiones logicas* ex ratione eiusdem veram legum mentem eruerunt, et ita facultatem agendi amplificarunt. Iam CICERONEM in eo totum fuiſſe, vt ex horum tortorum manibus eriperet et liberaret ius ciuile, antea dictum eſt, et eiusdem monita adlata demonſtrant, praeſertim cum eius aetate iam ad humaniorem ſtatum flecti coepit iuris ciuilis prudentia 34), non quidem *in totum,* id quod non permittebat vſus *carminum ſolennium* in plerisque negotiis adhuc vſitatorum, ſed tamen quoad maximam partem. Verum id nunquam prae-

quoquam ex iure potentiori auocari poſſit. Atqui emtor. E. Vbicunque ergo res vendita euincitur a quodam iure dominii, ibi obligatur ad indemnitatem venditor praeſtandam emtori, licet non promiſerit, quippe quod ex huius actus natura per *concluſiones logicas* recte deduci poteſt, vtut *nuncupatio linguae* deficiar, atque ea de cauſa *bonum et aequum,* ſeu quod rectae rationi conforme eſt, vocatur. Altera (II) eonclusio erat, verba teſtamenti *ſtricte* eſſe accipienda, quod verbis *directis* et *ſolennibus* quaeuis olim eſſent exprimenda, quamdiu vſus fideicommiſſorum ignoraretur, quibus introductis, demum quaedam ſecundum *interpretationem logicam* aeſtimabantur, quae deficiebat in verbis *legatorum* et *inſtitutionis heredum.* Qui *ſeruum proprium* inſtituebat heredem, ſine dubio intenderat quoque, eum liberum eſſe, licet mentio *libertatis* omiſſa eſſet. VLPIANVS tamen, ex *verborum directorum ſtricta* et *literali interpretatione in fragm. inſtit. tit. XXII. §. 12.* longe aliter ſubducit rationes, aiens: *ſed ſi ſine libertate ſeruus proprius ſit inſtitutus, omnino non conſtat inſtitutio,* quae conſtitiſſet, ſi *logica interpretatione* vtendum fuiſſet. Si quis hoc modo heredis inſtitutionem verbis directis olim faciendam formauerat: *Si frater meus ante me mortuus fuerit, Pompeius heres eſto,* ſine dubio id egiſſe videbatur, vt frater, ſi teſtatorem ſuperuixiſſet, haeres eſſet. Verum talis tacita inſtitutio, quae per *logicam interpretationem* ex menre teſtatoris deducebatur, olim, vbi *verba directa* erant, non admittebatur. *l. 16. in f. de vulg et pupill ſubſtit. l. 19. D. de hered. inſtit.* Qui alteri proprietatem, alteri vero vſumfructum legare volebat, hac formula vti debebat: *Lucio Titio do lego fundum meum Tuſculanum* DEDVCTO VSVFRVCTV: *Caio vero eiusdem fundi vſumfructum.* Qui per incuriam omittebat formulam: *deducto vſufructu,* id efficiebat, vt vterque in vſufructu concurreret, licet voluntas defuncti, adhibita *interpretatione logica,* repugnaret, ceu iudicat ICtus in *l. 19. D. de vſu et vſufruct. leg.* his verbis: *quod niſi fecerit, vſusfructus inter eos communicabitur, quod interdum plus valet ſcriptura, quam peractum ſit,* et teſtator reuera ſenſerit. In hoc erat differentia olim inter *legata* et *fideicommiſſa,* quod illa quidem *verbis directis et conceptis;* haec vero *verbis quibuscunque* relinquerentur, et ſic illa tantum interpretarionem *grammaticam;* haee vero etiam *logicam* admitterent. *§. 3. I. de legat.* VLPIAN. *in fragm. inſtit. tit. XXV. §. 1.* Id tantum praecauebatur, vt verba in legatis effectum haberent, *l. 12. de R. I.* neceum prorſus amitterent, ex nimis ſtricta interpretatione verborum. Sic *pecoris vſu* legato, modicum lac etiam legatario debebatur, vt docet ICtus in *l. 12. §. 2. D. de vſu et habit.* aitque: *neque enim tam ſtricte interpretandae ſunt vltimae voluntates,* vt effectum, quem *verba* etiam ſuppeditant, amittant.

34) Supra iam *nota 21.* obſeruaui, antiquam illam, *non tam in aequitate, quam in verborum ſuperſtitione fundatam* iurisprudentiam fere aetatem CICERONIS attigiſſe. Addit recte GRAVINA *lib. I. de orig. iur ciu. §. 46. quae hanc excepit, ſuperiori longe humanior fuit,* cuius rationes mox aperiendae ſunt. Ipſemet CICERO omnis in hoc fuit, vt cohaerentem rationem tradendi iuris ciuilis doctrinam et ad *aequitatem* certaque principia per *interpretationem logicam* reducendi, oſtenderet, quod planius cognoſci poſſet, ſi liber eius, *de iure ciuili in artem redigendo,* ad nos perueniſſet, cuius meminit GELLIVS *in N Att lib. I. c. 22.* Grauiter eorum redarguit calliditatem, *qui omiſſa ſententia et aequitate ius omne verbo et litera torquebant,* et ita immedicabile vulnus iurisprudentiae inferebant, quo tamen fere ad eius aetatem laborauit iurisprudentia.

35) Fa-

praeſtitiſſet TVLLIVS, niſi coaeuum habuiſſet SERVIVM SVLPICIVM, ICtum tantae celebritatis, vt vnice fere ad eum, tanquam ad ciuitatis oraculum, omnes confluerent, et in cauſis ambiguis eius conſilio vterentur. Hic in primis in artem deduxit iuris ſtudium prae ceteris ope dialecticae, et *interpretationem logicam* hoc modo pedetentim adhibuit ad legum veram mentem eruendam, antehac fere derelictam 35). Atque ab hoc tempore demum *actiones vtiles* ortas et latenter in conſtantem vſum deductas credo prorſus, quod ab hoc tempore demum ope SERVII SVLPICII iurisprudentia magis ad *aequitatem* fuerit tracta 36), quod

35) Fatetur CICERO *in Bruto*, ſe et SERVIVM SVLPICIVM *in iisdem exercitationibus ineunte aetate fuiſſe*, adeoque eius virtutes, quauis occaſione, laudat, vitam vero eruditionem et ſtudia noſtris temporibus egregie pro more depinxit V. C. EVERHARDVS OTTO *in orat. de vita, ſtudiis, ſcriptis et honoribus Seruii Sulpicii, Lemonia, Rufi. tom. V. theſ. iur. Roman. p. 1555. ſqq.* inſerta. Admodum eius in iurisprudentiam praeclara merita euehit CICERO *in Philipp. IX. circa fin.* et, *omnes*, ait, *ex omni aetate, qui hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpicio non ſunt comparandi. Neque enim ille magis iuris conſultus quam iuſtitiae fuit. Itaque quae proficiſcebantur a legibus, et a iure ciuili, ſemper ad facilitatem aequitatemque referebat, neque conſtituere litium actiones malebat, quam controuerſias tollere.* Longe praeferendum eſſe SERVIVM SVLPICIVM omnibus ICtis, qui ante eum vixerant, et *iurisprudentiam tenebricoſam* excoluerunt, cenſet TVLLIVS: (1) quod illi *iurisconſulti fuiſſent*, hic magis *iuſtitiae*. Per *ius* hoc loco intelligit merum *ius ciuile*, quod *grammatice* explicantes et verbis inhaerentes *iuſtitiae naturalis* nullam rationem habebant, immemores *logicae interpretationis*, quae *rationes naturales* ſimul adhibet, certa iuris principia ponit, et inde, *legitimis concluſionibus* deductis, verum ſenſum legum ſiſtit, verborumque duritiem emollit. Vnde (2) omnia ad *facilitatem* referebat SERVIVS, cum illi omnia magis obſcurarent ſyrtibus ex ſuperſtitioſa formularum obſeruantia. Hic (3) magis *aequitatem* in *interpretatione* per logicas concluſiones obſeruabat, quam illi deſeruerant prorſus, *grammaticae* inhaerentes. Ita vero SERVIVS (4) lites magis amputabat forenſes, quas illi ſua ſcrupuloſa methodo augebant, quia, vt TVLLIVS *pro Muraena* ait, *in omni iure ciuili aequitatem reliquerunt, verba ipſa tenuerunt.* Oſtendit vero IDEM *in Bruto*, quod SERVIVS SVLPICIVS adhibendo *interpretationem logicam*, ad aequitatem magis reduxerit ius ciuile. Cum enim BRVTVS quaeſiuiſſet: *Ain tu? etiamne Qu. Scaeuolae Seruium noſtrum anteponis?* Reſpondet Cicero: *Sic enim, Brute, exiſtimo, iuris ciuilis magnum vſum et apud Scaeuolam et apud multos fuiſſe: artem in hoc vno*, mediante qua omnia ad certa principia deduxit et ex his concluſiones legitimas traxit. Etenim vt ait eruditiſſimus EVERHARDVS OTTO *loco cit. c. VI. §. 3. iurisprudentia ad veritatem explicandam indiget hac philoſophiae parte, quae ſyllogiſmo ducit in cognitionem rerum, earumque cauſas indagat, quaeque prohibet, ne cui falſo aſſentiamur, aut captioſa probabilitate fallamur* In hoc enim *artem*, quam memorat TVLLIVS, SERVIVM poſuiſſe, ipſemet in ſequentibus declarat: *quod nunquam effeciſſet ipſius iuris ſcientia, niſi eam praeterea dediciſſet artem, quae doceret, rem vniuerſam tribuere in partes, latentem, explicare definiendo, obſcuram explicare interpretando, ambiguam primum videre, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, qua vera et falſa iudicarentur, et quae, quibus propoſitis, eſſent, quaeque non eſſent, conſequentia*, ſeu quae ex principiis recte poſitis, et definitione accurata praemiſſa, concluſiones ſequerentur, quaeque minime inde deduci poſſent, id quod vnice *logicae interpretationis* eſt, ſeu *methodi* illius *ſcientificae*, qua certius quaeuis aſſeruntur et demonſtrantur. Id rurſus declarat his verbis CICERO: *Hic enim attulit hanc artem, omnium artium maximam, quaſi lucem, ad ea, quae confuſe ab aliis aut reſpondebantur aut agebantur.* Ad haec Brutus: *Dialecticam mihi videris dicere. Recte intelligis*, reſpondet TVLLIVS, quippe qua demum *admirabilem et incredibilem et pene diuinam in legibus interpretandis, aequitate explicanda*, impetrauerit *ſcientiam*, vt IDEM rurſus *in Philipp. IX.* innuit, vt ſic *ſcientifica methodo* ius primum tradidiſſe et in artem hoc modo deduxiſſe videatur.

36) Vtar, pro illuſtratione huius meditationis, obſeruatione viri celeberrimi EVERHARDI OTTONIS *cit. l. §. 5. Seruius*, ait, *nouam periodum inchoauit, dum ius ciuile in formam artis redegit; hoc eſt, immenſam et horridam quaeſtionum ſyluam in pauca genera, haec in*

quod ſine *interpretatione per aequitatem logica* effici non potuit. Sicuti enim antea actionibus *directis*, ad *verba legum* compoſitis, paſcebatur forum; ita per *actiones vtiles* nihil aliud indigitabant ICti aurei aeui, quam in quibus per *interpretationem logicam ex aequitate* concluſiones nouae eruebantur, quae licet verbis ipſis non eſſent deſignatae, ex *ratione* tamen *legis*, quae *principium iuris ſolidum* conſtituebat, per legitimam concluſionem trahi poterant 37).

Pro

in membra quaedam digeſſit: tum propriam cuiusque vim definitione declarauit, et omnia regulis tam certis incluſit, vt quaecunque noua conſultatio accideret, eius tenere ius liceret, et a quo capite arceſſenda eſſet, cuiuis, qui paullum moueri poſſet ingenio, appareret. Haec noua periodus inde notabilis eſt, tum quod aequitas naturalis a SERVIO in ipſum ius translata, tum quod hoc in artem deductum fuerit. Inde vero prono alueo fluit, vſum *actionum vtilium* ante huius tempora fuiſſe nullum, quas demum *interpretatio per aequitatem*, ſeu *logica*, in vſum deduxit, quam veteres reliquerunt, et loco eius *verba directa* in *formulis actionum* tenuerunt. Id enim, quod *aequum* et *bonum* eſt, ſeu in communi hominum ſalute fundatum, etiam in iure *vtile*, et aequitatem ipſam *vtilitatem* vocari, in hoc *de verborum ſignificatione* opere *ſub voce: vtilitas*, vberrime expoſitum eſt, et ſupra in *not. n. 24.* verbis CICERONIS illuſtratum. Quodſi tempore TVLLII haec diſtinctio in foro inter actiones *directas* et *vtiles* cognita fuiſſet, facilius ipſemet argutias callidamque interpretationem AEBVTII, diſtinguentis inter *deiectionem* et *eiectionem*, ex propria fori doctrina, reiicere et debilitare potuiſſet, de qua poſtmodum nullus dubitandi locus ſupereſſe potuit, poſtquam *cantoribus formularum*, verba directa vbique in ore habentium et allegantium, per *actionum vtilium* vſum os obturatum, atque hoc modo exceptio *non competentis actionis*, quod verba directae formulae ad caſum propoſitum non quadrarent, repelli coepit per prouocationem ad *actionem vtilem*, quod licet *verba directa* ad caſum non quadrarent, ratio aequitatis tamen non deficeret. Neque enim, ſi *vtiles* iam olim, ante SERVIVM, cognitae fuiſſent, in rei veritate aſſerere potuiſſet TVLLIVS, eos, qui eum praeceſſerant, *aequitatem* dereliquiſſe et *verba* tenuiſſe.

37) Neque enim *verba directa* aliud denotant, quam ſolennia, determinata, et ex verbis legum compoſita, quae *formulae*, et *actiones directae* vocabantur. Ait CICERO *pro Q. Roſcio: ſunt iura, ſunt formulae de omnibus rebus conſtitutae, ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis errare poſſit. Expreſſae ſunt enim ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria publica, a praetore formulae, ad quas priuata lis accommodatur.* In hoc ergo admodum proficuae erant formulae, vt ſtatim ex iis de *genere* actionis motae conſtaret, et an competeret? reus iudicare poſſet, vt ſupra etiam ex verbis illuſtris BYNKERSHOEKII in *not. 30.* obſeruaui. Hoc tamen incommodi olim *formulis* ſeu *actionibus legitimis*, vti vocantur in *l. 22. in f. de aqu. pluu. arc.* inerat, quod ſtatim deficere actio crederetur, quoties verba *actionis directae* ſolennia ad caſum propoſitum non quadrarent, etſi aequitas, ex *identitate rationis* et ratione naturali deducta, non deficeret, in qua opinione non poterat non reus eſſe ante SERVII SVLPICII tempora, quibus *interpretationi per aequitatem* locus nondum erat relictus. Hac reducta, audiri coepit regula: *quoties deficit actio*, directa ſcilicet, *vel exceptio, vtilis actio vel exceptio eſt. l. 21. D. de P. V.* Sic ſi fructuarius opus fecerat, per quod aqua pluuia alicui noceret, *actio legitima* ex verbis legis deducta cum domino proprietatis erat, quia haec dabatur in praeſentem dominum: *vtilis* tamen in fructuarium dabatur, quaſi dominum. Pariter ſi tertius opus fecerat, ex quo incommodum fructuarius patiebatur, *vtilis actio* ei quaſi domino dabatur. *l. 22. de aq. et aq. pluu. arc.* Quamuis enim verba legis et formula actionis *inter praeſentes fundorum dominos* eſſent concepta, fructuarius tamen ſimile aliquod *ius in re* habebat, isque vel nocebat, vel ei nocebatur primario de praeſenti, adeoque aequum erat, vt ad eos extenderetur haec actio. Pariter actio familiae herciſcundae datur tantum inter *coheredes*, quales non erant proprie heres *fiduciarius* et *fideicommiſſarius*, cui pro dimidia reſtituenda erat hereditas; interim, quia dimidia reſtitui non poterat absque *diuiſione hereditatis*, vtile familiae herciſcundae iudicium recte inter eos inſtituebatur, quod eſſent *inſtar coheredum. l. 40.*

D. fa-

Promota haec ***interpretatio*** deinceps per imperatores variis reſcriptis, et iuriſprudentia formularia etiam in humaniorem ſtatum in plurimis deducta eſt 38), vtut non in totum deſerere potuerint antiqua principia, ex peculiari et ſtricta ratione formularum tracta 39), quae a ***logica interpretatione*** aliena fuerunt. Verum tandem abolitis ſublatisque formulis antiquis atque ſolennitatibus a tempore CONSTANTINI M. in plerisque cauſis, et per IVSTINIANVM hac abolitione dilata-

D. famil. herc. Simile exemplum eſt in *l. 49. eod.* vbi dicitur: *aequum eſt, vtilem actionem ei aduerſus coheredem dari, defecto iudicio familiae herciſcundae*, h. e. licet deficiat *actio directa*; aequitas tamen non deficit, quae ſuadet, *vtilem* dari. Parcius tamen ad hanc extenſionem ex aequitate et tunc demum deſcendebant, ſi alia actio deficiebat, aequitatis tamen ratio non deficeret, *l. 21. de P. V.* ne nimium a tramite *iuris antiqui* recederent. Quocirca VLPIANVS in *l. 7. §. 2. D. arb. furt. caeſ.* negat, eum, qui radicitus arborem exſtirpauerat, teneri actione arborum furtim caeſarum; *neque enim*, ait, *vel caedit vel ſuccidit vel ſubſecuit*, quod hoc caſu actio legis Aquiliae non deficeret. Si ſecundum *interpretationem logicam* fuiſſet procedendum ſimpliciter, actioni locus fuiſſet relinquendus, quod aeque vim inferat arboribus iisque noceat, qui caedit vel ſuccidit arbores et qui radicitus eas euellit, vt exareſcant, vt eadem ratio idem quoque remedium producere debuiſſet. Crediderunt vero ICti humaniores, ſufficere, ſi in caſu demum neceſſitatis, alio remedio deſtituti, ad *vtiles* recurrere poſſent, vt quantum fieri poſſet, *directae actiones* antiquum obtinerent vigorem. Sicuti itaque ICti, in ſchola SERVII SVLPICII educati poſt haec tempora interpretationi per aequitatem logicae locum relinquebant, et remedia iuris vltra verba recte extendebant ad caſus ſimiles ex rationis eadem aequitate, ita non exiſtimandum eſt cum MERILLIO *lib. III. obſ. 26.* actiones vtiles *praetorias* fuiſſe, non *ciuiles*, cum tamen, quicquid ex doctrina ICtorum, in *artem ſcientificam* a SERVIO deducta, eſſet introductum, *ciuilem* obtineret qualitatem, et actio in factum praetoria tum demum locum haberet in L. Aquilia, ſi nec *directa* nec *vtilis* locum habebat, *§. vlt. I. ad L. Aquil.*, quem in ſenſum etiam accipio *l. 11. D. P. V.*

38) Principes in reſcriptis ſuis adeo *interpretationem logicam* ſequebantur, vt, quantum fieri potuit, etiam concluſiones, ex *verbis directis* et *ſolennibus* olim in teſtamentis tractas, ad humanitatem magis magisque compoſuerint. In *inſtitutionibus* aeque ac in *ſubſtitutionibus* verba *directa legalia* ac *imperatiua* olim fuiſſe neceſſaria, teſtatiſſimum eſt. Qui filio impuberi ſubſtituebat, regulariter in vtrumque caſum ſubſtituebat: *ſi heres non erit, ſiue erit, et intra pubertatem deceſſerit. l. 1. §. 1. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* Quid ergo ſi pater poſthumo ita ſubſtituerat: *ſi mihi poſt mortem meam in decem menſibus proximis filius natus fuerit, et antequam in tutelam ſuam veniat, moriatur, tunc M. Curius heres eſto.* Cum poſthumus viuus non eſſet natus, quaeſitum fuit, vtrum M. Curius hereditatem petere poſſet, an vero proximus agnatus ſuccederet? Q. SCAEVOLA negabat, teſte CICERONE *lib. I. de orator: niſi poſthumus et natus et antequam in ſuam tutelam veniret, mortuus eſſet, heredem eum eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſthumum et natum et mortuum heres inſtitutus.* L. Craſſus contrarium defendebat, ſtatuendo, *teſtatorem hac mente fuiſſe, vt ſi filius non eſſet, qui in tutelam veniret, M. Curius eſſet heres.* Prolixius hanc cauſam agit AERODIVS *in pandect. rerum iudicat. lib. V. tit. V. c. 1.* et variis in vtramque partem argumentis exornat. Voluntas defuncti non adeo dubia fuiſſe videbatur: magis obſtabant *verba teſtamenti directa*, ſtricte olim obſeruanda, in alterum tantum caſum concepta, ex quibus rem conficiendam eſſe exiſtimabat Q. MVTIVS SCAEVOLA. Imperatorum tandem reſcriptis haec lis deciſa, teſte MODESTINO in *l. 4. pr. de vulg. et pupill. ſubſtit.* aiente: *iam hoc iure vtimur, ex D. Marci et Veri conſtitutione, vt, cum pater filio impuberi in alterum caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligatur, ſiue filius heres non exſtiterit, ſiue exſtiterit, et impubes deceſſerit.* Olim *ius certum* in hac cauſa defuiſſe, innuunt verba initialia MODESTINI, per reſcriptum imperatorum demum ad certitudinem ex *voluntate praeſumta* teſtatoris, redactum, quam magis ſequebantur imperatores quam rigorem *verborum directorum.*

39) ceu *not. 33.* aliquot ſpeciminibus monſtratum iui: quorum plura adhuc rudera in *Digeſtis* ſuperſunt.

40) CON-

latata, magis interpretatio *logica* coniungi coepit cum *grammatica* 40), ſine qua haec friget, atque ab hoc tempore praeualuit ſententia: *in omnibus rebus praecipuum eſſe iuſtitiae aequitatisque, quam ſtricti iuris rationem* 41).

§. VIII.

Interim ICti veteres, cum ſcirent, quanta vis et efficacia verborum et formularum forenſium eſſet, ſtudium *grammaticae interpretationis* non deſeruerunt, ſed in primis exemplo SVLPICII cum dialectica coniunxerunt, *ſtudio literarum* 42) magnopere intenti. Florebat eo tempore Romae, imo etiam in prouinciis, *grammaticae ſtudium*, quod non in proletaria quadam recte loquendi et ſcribendi arte, ſed in *profundiori* quadam *ſcientia recte interpretandi poëtas, hiſtoricos*, aliosque ſcriptores conſiſtebat; adeoque in primis occupatum erat circa *verborum* et *literarum ſignificatus* 43). Graecis quidem et latinis literis

40) CONSTANTINVS enim inanem *obſeruationem verborum ſolennium ſeu directorum* ſuſtulit in *l. 15. C. de teſtam.* et THEODOSIVS iunior in *l. 1. C. de formul. et impetr. act. ſubl.* ex ſententia IACOBI GOTHOFREDI in *comm. ad l. 1. C. Theod. de omiſſ. act. impetr.* iuris formulas in foro radicitus amputauit. Prius illuſtrat EVSEBIVS *lib. IV. de vit. Conſtant. M. c. 26. in f. Praeterea antiquis legibus cautum fuerat, vt morientes, et vltimum, vt ita dicam, ducentes ſpiritum, certis quibusdam verbis teſtamenta ſcrupuloſe componerent, praeſcriptaeque erant formulae et ſolennitates et verba, quae addi oporteret. Ex quo plurimae fraudes admittebantur, ad circumſcribendam morientium voluntatem Quod imperator cum animaduertiſſet, hanc etiam legem emendauit ſtatuens, vt nudis verbis et qualicunque oratione teſtamentum condere morientibus liceret et ſupremam voluntatem quouis ſcripto declarare, aut ſi mallent ſine ſcripto teſtari id facerent adhibitis duntaxat teſtibus idoneis, qui fidem ſeruare absque mendacio poſſent.* Quia vero Romani inter formulas educati et innutriti erant, non videntur hae in deſuetudinem abiiſſe, ſed vim ſuam retinuiſſe, vt, qui teſtamentum *more antiquo* feciſſet, etiam *ius antiquum* in ſuo teſtamento locum habere voluiſſe videretur. Qua de cauſa de nouo, ſed plenius, verborum ſolennium vim et efficaciam ſingularem ſuſtulit in teſtamentis IVSTINIANVS, et legata, quibusuis verbis et formulis relicta, exaequauit, atque cum fideicommiſſis adeo commiſcuit, vt prorſus vnus idemque effectus legatis datus ſit, qui fideicommiſſis cohaeret. Hoc ipſo in vltimis voluntatibus magis ad *voluntatem praeſumtam defuncti*, ex regulis *interpretationis logicae* deſumtam, quam ad *verborum directorum ſcrupuloſam efficaciam* reſpici coeptum, et ita vtraque interpretatio in illis coniuncta eſt.

41) Verba haec aurea ſunt CONSTANTINI et LICINII imperatorum in *l. 8. C. de iudic.* quibus ea ſententia exprimitur: in omnibus legibus non ſubſiſtendum in interpretatione *grammatica*, quae *ſtrictum ius* producit, ſed praeterea ex *logica* hauriendas *aequitatis* et *iuſtitiae naturalis* rationes, et has ad mentem legum aliorumque negotiorum eruendam ſimul adferendas eſſe.

42) *Studium literarum* profiteri eos, qui *grammatici* vocantur, ait CICERO *lib. I. de orat.* ſeu potius Romani, Graecorum exemplo eos, qui vim et efficaciam verborum excutere norunt, *literatos* vocarunt, obſeruante SVETONIO de *illuſtr. grammatic. c. 4.* Nam, vt ait QVINTILIANVS *lib. III. inſtit. c. 1. Grammaticen in latinum transferentes literaturam vocauerunt*, et ipſa ſtudia elegantiora et illuſtriora *literas humaniores* dixerunt, quod *humaniores* olim eruditiores et doctiores vocarentur, vt ex VARRONE GELLIVS *lib. XIII. c. 15.* obſeruat, additque: *humanitatem appellauerunt id propemodum, quod Graeci παιδείαν, nos eruditionem inſtitutionemque in bonas artes dicimus - - huius enim ſcientiae cura et diſciplina ex vniuerſis animantibus vni homini data eſt, idcirco humanitas adpellata eſt.*

43) Quinam olim Romae et in prouinciis *grammatici* floruerint, refert ſuccincte SVETONIVS *de illuſtrib. grammaticis.* Immunitatem hi a tutela habebant, modo intra numerum eſſent, quem ANTONINVS PIVS pro diuerſa conditione ciuitatum determinauerat, vt *minores* quidem *tres grammaticos*: *maiores* autem *quatuor*: *maximae* denique, quales in primis erant metropoles, *quinque* haberent. *l. 6. §. 2. de excuſ. tutor.* Ceterum *grammatica* non tantum legendi ſcribendique et bene loquendi artem deſignat, ſed etiam, quia *ſignificatus genuini verborum* ſine rebus, quibus

 appli-

literis ab ineunte aetate dabant operam plerique, poſt, ſumta toga virili, praeparabantur ad forenſem eloquentiam 44). ICti tamen excellentiores per totum vitae curſum non diſcedebant ab ea ſcientia, quam ad legum cognitionem perficiendam neceſſariam credebant. Ipſum A TEIVM CAPITONEM, inter ICtos tempore AVGVSTI facile principem locum tenentem, ***inter grammaticos rhetorem, et inter rhetores grammaticum*** fuiſſe, refert SVETONIVS 45), adeo vt ab ASINIO POLLIONE ***nobilis grammaticus latinus*** et ***philologus*** appellatus fuerit 46), aliosque inſtruxerit. Quia itaque *vim verborum*, maxime ciuilium, recte intelligebat, et ***ſtudium literarum*** ad iurisprudentiam adferebat, non poterat non, praeſidiis literarum humaniorum et philoſophiae inſtructus, ad decus ſummum tum in foro, tum in eruditorum campo progredi 47). Eadem praeſidia quoque coluit eodem tempore ſtrenueque exercuit M. ANTISTIVS LABEO, ſtudio grammatices deditus pariter cum CAPITONE 48), vt hi ***pacis decora***

applicantur, non recte intelliguntur, hiſtoriarum notitiam comprehendit, multarumque rerum fabularum atque aliarum rerum ſcientiam hoc modo in ambitu ſuo continet, vt obſeruat VOSSIVS *de grammat. lib. I. c. 6.*, et SALMASIVS aliique, qui literas humaniores ad iurisprudentiam attulerunt, ſuis euincunt exemplis. Quocirca etiam *iuris ſcientia* praeter antiquitates in *grammatico* neceſſaria erat, quod in ſingulis artibus *propria verba*, quibus res earum deſignantur, deprehendantur, quae ex proprio foro explicanda ſunt, *vt prope omnium maximarum artium ſcientiam amplexa ſit* grammatica, vt ait QVINTILIANVS *lib. III. inſtit. c.* 1. Haec arrogantiam et intolerabilem faſtum in quibusdam *grammaticis* peperit, quem vbique SALMASIVS in ſuis ſcriptis prodit, olim etiam notatus fuit in MARCO POMPONIO MARCELLO, qui TIBERIVM male loquentem reprehenderat, hac obiurgatione adiecta: *tu Caeſar ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes.* Pariter REMMIVS PALAEMON *arrogantia fuit tanta, vt ſecum et natas et morituras literas iactaret*, teſte SVETONIO *de illuſtr. grammat. c. 22. et 23.*

44) vt ſuccincte tradit B. HEINECCIVS *lib. I. hiſtor. iur. Rom.* §. 154.

45) *de illuſtr. grammat. c. 10.* vir maximae autoritatis, *principem in ciuitate locum ſtudiis ciuilibus aſſecutus*, vt ait TACIT. *lib. III. annal. c. 75. n. 2.* ſimul tamen ad aſſentationem eruditus, vt TIBERIVM contra grammaticum MARCVM POMPONIVM MARCELLVM, illum, quod non latine dixiſſet, reprehendentem, defenderet, aſſerens, *et eſſe illud latinum, et ſi non eſſet, futurum*, ex quo ſcilicet eo Caeſar vſus eſſet, quod tamen grammaticus magna cum libertate negauit, teſte SVETONIO *cit. l. c. 22.*

46) Ceu refert SVETON. *cit. l. c. 20. n. 3.*

47) Poſtquam enim AVGVSTVS ex rationibus politicis decreuerat, facultatem reſpondendi de iure, olim omnibus communem, certis tantum eximiae eruditionis ICtis, et quidem cum *autoritate authentica* committere, praeter LABEONEM elegit C. ATEIVM CAPITONEM, cui conſulatum etiam attribuit. Vterque ergo reſpondebat de iure *authentice*, vt iudici fas non eſſet, ab eorum reſponſis recedere. Sed plane diuerſum in vtroque ingenium. *Nam* ATEIVS CAPITO *in his, quae ei tradita fuerant, perſeverabat*, nec ab antiquis fori opinionibus, quae *grammaticae interpretationi* nimium indulſerant, recedebat; LABEO autem *ingenii qualitate et fiducia doctrinae plurima innouare inſtituit*, et ſic hi duo primum diuerſas ſectas fecerunt, vt POMPONIVS refert in *l. 2. §. 47. de orig. iur.* Vtrique ſine dubio profuit *ſtudium grammaticum*, et ſic vterque ad interpretationum legum aptiſſimus et inſtructiſſimus fuit.

48) Inſigni teſtimonio hoc confirmat GELLIVS *de N. A. lib. XIII. c. 10.* et, LABEO, ait, *Antiſtius iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, et conſulentibus de iure publice reſponſitauit; ceterum quoque bonarum artium non expers fuit: et in grammaticam ſeſe atque dialecticam literasque antiquiores altioresque penetrauerat, latinarumque vocum origines rationesque percalluerat, eaque praecipue ſcientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vtebatur.* His verbis ſimul rectiſſime docet, in quantum ad veram interpretationem legum, maxime antiquarum, faciant *literae humaniores* et *rationalis philoſophia*, quippe quibus interpretatio tum *grammatica* tum *logica* demum recte inſtruitur, quod illa veram vim verborum: haec vero pleniorem legum mentem per legi-

ra 49), licet diuerſo quodammodo ingenio 50), fuerint. Quocirca quia hi duo prima ſectarum capita inter ICtos fuerunt, non dubium eſt, quin etiam ſucceſſores eorum, ad exemplum capitum ſuorum, in profundiorem verborum cognitionem penetrauerint, et, *formulis* atque *verbis directis* adhuc in foro vigentibus, admodum *interpretationem grammaticam* excoluerint, veras verborum ſignificationes ſedulo quaerentes, et pro ſubſtrata materia de illis iudicantes. Inde compilatores collegerunt titulum *de verborum ſignificatione*, interpretationi grammaticae quidem inſeruientem 51), ſed profundiſſimam hanc materiam non exhaurientem, quod ICtis anſam dedit, vt ex fragmentis ICtorum antiquorum ordine alphabetico vberiorem verborum ciuilium copiam colligerent, ceu infra declarandum erit. Praeiuerat in hoc inſtituto iam dudum MARIVS VERRIVS FLACCVS, nobiliſſimus grammaticus, qui ſub Auguſto floruit 52), et qui hunc poſtea ſecutus eſt, SEXTVS POMPEIVS FESTVS, qui *Verrii* libros de *verborum ſignificatione* in compendium deduxit, atque intermortua et iam ſepulta verba praeteriit 53). Dolendum vero, quod hoc antiquitatis vtiliſſimum monu-

per legitimas concluſiones ex ratione et cauſa finali deductas vltra verborum renorem ſiſtar, vel denique generaliorem verborum ambitum ad iuſtos limites, quos legislator pro ſcopo ſuo habuit, reſtringat. Recte enim ICti docenr, *rationem adaequatam* er *fundamentalem*, qua legislator motus ad ita diſponendum, eſſe legis *animam: verba* aurem inſtar eius *corporis*, quae duo combinanda er vnienda ſunt, ne alias lex vel in merum *cadauer* degeneret: vel relicto corpore in *phantasma* abiiſſe videatur. Rationes itaque legum ſedulo ſunt perſcrutandae, neque hoc negat NERATIVS in *l. 21. D. de legib.* dicens: *et ideo rationes eorum, quae conſtituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quae certa ſunt, ſubuertuntur.* Etenim non de *legibus latis*, ſed de *reſponſis ICtorum* verba accipienda eſſe, optime obſeruat FELTMANN *in comm. ad Digeſta* et quidem *ad cit. l.* quae ſimpliciter valebant, etiam nulla rationc adiecta, vt iudici integrum non eſſer, ab iis recedere. Notanter etiam dicit ICTVS: *quae conſtituuntur*, quod ICti *iura conſtituere*, h. c. aurhentice interpretari dicerentur, *l. 120. de V. S.* ibi: *vel legum vel autoritate iura conſtituentium*, h. e. iurisprudentum, qui *authentice* iura inrerpretabanrur, reſponſa danres. Horum in rationes inquirendum non erat; ſed ſimplicirer valebant, vt ius facerent inter partes, et alios in ſimili cauſa.

49) vt eos vocat TACITVS *lib. III. annal. c. 75.*

50) Indolem horum diuerſam retuli *not. 47.* quae etiam diuerſas peperit ſectas.

51) Notanter dixi, verba pro *ſubſtrata materia* in quacunque diſpoſitione eſſe intelligenda, quod verba, iuris maxime, ambiguam habeant ſignificationem, ceu euidenter et diſtincte hic *theſaurus Briſſonio-Heineccianus* monſtrar. Qua de cauſa nemo idoneus *tituli de V. S.* interpres eſt, niſi qui exemplo ſummi CVIACII, qui ad eum commentatus eſt, ſedulo anre omnia animaduertar, ex quo ſonte ſingula eiusdem capita depromta, et de quo argumenro in eodem primario actum fuerit, qua methodo CVIACIVS felicius GOEDDEO aliisque interpretibus id nactus eſt, vt veram ſingulorum locorum explicationem dare potuerit. Huic fini admodum inſeruiunt *indices legum* IACOBI LABITTI, ANTON. AVGVSTINI et WOLFGANGI FREYMONII in vnum cum aliis opuſculis noua et faciliori methodo collecti a V. C. ABRAHAMO WIELINGIO, qua coadunatione id effectum eſt, vt iam facilior aditus ad inueniendam veram mentem ſingularum legum factus fuerit.

52) VERRIVM FLACCVM ab AVGVSTO nepotibus eius praeceptorem electum fuiſſe et cum rota ſchola in palatium transiiſſe, tradit SVETONIVS *de illuſtr. grammaticis c. XVII.* Varia ſcripſerar et inter alia etiam *de verb. ſignificat.* libros, qui ſoli integriores conſeruati ſunr cura POMPONII FESTI.

53) SEXTI POMPONII FESTI aetas incerta quidem, non dubium tamen eſt, quin poſt MARTIALEM er CANIVM, quos laudat, vixerit, et aetatem chriſtianorum imperatorum attigerir, ceu obſeruar ANDREAS DACERIVS *in praefat.* eiusdem *libris de V. S.* praemiſſa. Praeter hos libros ſcripſir etiam *de verbis priſcis* opus, quod plane intercidit, quem defectum poſtea ante ſeculum et quod excurrit, ſuppleuerunt

monumentum in PAVLI Diaconi Longobardi manus tempore CAROLI M. inciderit, qui illud peſſime mutilauit, *vt cadauer pro homine, truncum pro corpore, ſemianimem pro viuo nobis reliquerit* 54), cura tamen tot eruditorum paulisper reſtitutum, qui ICtis, ſolidiori philoſophia ductis, inſigne beneficium attulerunt 55), quia hoc vtiliſſimo opere, tot vulneribus licet confecto, infinita iuris Romani capita illuſtrari poſſunt, et tum BRISSONIVS, tum HEINECCIVS in hoc opere, cuius in gratiam haec ſcribo, eo egregie vſi ſunt, atque cogitationes ſuas exornarunt 56).

§. IX.

Hoc modo vera interpretatione, h. e. tum *grammatica* tum *logica*, reſtituta, paulatim graue deliquium paſſa eſt *latinae linguae* elegantia, in ICtorum antiquorum libris 57) adhuc obſeruata, in cuius genuina *ſignificatione forenſi* et

runt AVSONIVS POPMA in libris duobus *de vſu antiquae locutionis* et IANVS LAVRENBERGIVS *in Antiquario*, in quo ordine alphabetico antiqua obſoleta et minus vſitata verba exponunt, quae olim merito fugienda eſſe cenſuerunt CAESAR et AVGVSTVS. Ille enim, teſte GELLIO *de N. A. lib. I. c. 10. in f.* ſcripſerat: *habe ſemper in memoria atque in pectore, vt, tanquam ſcopulum, ſic fugias inſolens verbum.* Hic vero *reconditorum verborum foetores* vitaſſe et *genus loquendi elegans ac temperatum ſecutus* legitur apud SVETON. *in Aug. c. 86. n. 1.* Scripſit praeterea AVSONIVS POPMA libros quatuor *de verborum differentiis*, et CORNELIVS FRONTO *de vocum differentiis* coniunctim cum aliis opuſculis editis, quae etiam in *interpretatione grammatica* antiquarum legum Romanarum vſum inſignem praeſtant.

54) Vt loquuntur ANDREAS DACERIVS et IOSEPHVS SCALIGER *in praef. ad Feſtum.* Ille inter omnes editiones optimam anno MDCXCIX. in publicum emitti curauit, multa reſtituit, et infinita notis eruditis illuſtrauit, adiectis IOSEPHI SCALIGERI, FVLVII VRSINI et ANTONII AVGVSTINI notis et aliis *fragmentis Feſti* in calce apparentibus. Fata et hiſtoriam huius mutilati corporis plenius praelaudatus DACERIVS enarrat, et quid in hac elegantiſſima editione praeſtiterit, ſimul refert in *praefat.* Addit IOSEPHVS SCALIGER in *ſua praefat. ad Feſtum*, merito *Feſto* idem contigiſſe, quod ipſemet in VERRIO FLACCO auſus erat. *Feſtum enim*, ait, *qui Verris Flacci libros breuiaſſet, aequo animo debuiſſe ferre, ſi quomodo ipſe Verrium tractauerat, ſimiliter ipſe ab iſto Paulo* (Diacono) *acciperetur.*

55) Id agnouit ſuo tempore IOSEPHVS SCALIGER *in praef. ad Feſtum*, atque, *tantum*, ait, *profecimus ex huius praeſtantiſſimi ſcriptoris emendatione, vt ea e tenebris eruerimus, quae ante hac nec nobis ipſis cognita fuerunt, nec temere apud vllum veterem reperias: tot nempe vetuſtatis veneranda monumenta, praeſertim ex antiquiſſimo Romanorum tum ciuili tum pontificio iure, item ex regiis legibus, ex duodecim tabulis, ex antiquis foederibus: et aliis, quae enumerare labor eſſet.* Denique recte poſt pauca ſubiungit: *is eſt enim ſcriptor, qui omnium manibus quotidie teritur, et ſine quo humanioris literaturae candidati ad perfectam Romanae antiquitatis cognitionem, quae ſunt iuris noſtri incunabula, peruenire non poſſunt.*

56) Huic ſuo modo quoque iungendus AVL. GELLIVS *in noct. Attic.* in quibus ſparſim veros vocum antiquorum intellectus ſiſtit, et multa antiquitatum Romanarum capita egregie exornat. Plura etiam ex ICtorum, quorum Digeſta mentionem faciunt, ſcriptis hauſit, vt SABINI, cuius fragmentum tradit *lib. VII. c. 4.* CAPITONIS et LABEONIS, de quibus quaedam adfert *lib. XIII. c. 10. et 11.* aliorumque. NONIVS MARCELLVS ſcriptor variae et antiquae lectionis plura quoque habet *de verborum proprietate* ſeu etymologia: de *honeſtis* ſeu elegantibus *dictis: de varia ſignificatione ſermonum: de impropriis*, ex antiquiſſimis ſcriptoribus collecta, quae etiam ICtus interpres iuris Romani, exemplo ſummi CVIACII, in rem ſuam vertere poteſt, quamuis mendis et ineptis interpretationibus non careat, vt docuit LVDOLPHVS KVSTERVS in *diatriba de verbo cerno p. 81. et 91.* quod variam ſignificationem habet et in primis quoque *verbum iuris* eſt, in cuius proprium ſenſum, quando de *hereditate* praedicatur, et, *cernere hereditatem*, dicitur, praelaudatus vir doctiſſimus *p. 83. ſqq.* pluribus inquirit

57) Ediderunt GEORG CASPAR KIRCHMAYERVS *elogia et elegantias latinitatis veterum* ICto-

et *interpretatione grammatica* rite et ſolide facienda ipſi admodum ſolliciti fuerunt 58). Solent verba, vbi lingua quaedam per *barbariſmos* et *ſoloeciſmos* corrumpitur 59), vel alia *verborum iuris* mutatio inducitur, paulatim a vera *ſignificatione antiqua* deflectere, praeſertim vbi ſtatus antiquus reipublicae, iudiciorum, et modi procedendi immutantur, antiqua tamen verborum figura retenta, quae diuerſum a priori ſtatu ſignificatum iam induit 60). Qui ergo interpretis

ICtorum, et ANDREAS DVCKERVS *opuſcula varia de latinitate veterum ICtorum.* Iniquius de illa fert iudicium LIPSIVS: aequius imo fere limites excedens LAVRENTIVS VALLA, cuius locum huc pertinentem integrum dedit perill. de LVDEWIG *in vita Iuſtiniani c. VIII. §. 56. n. 295.* CAROLVS DV FRESNE *in praefat. ad gloſſar. infim. et med. latinit.* quatuor aetates *linguae latinae*, h. e. *infantiam, pueritiam, adoleſcentiam* et *ſenectutem* attribuit, atque hanc, *ſenectutem* eſſe dicit, *quae poſt imperium latius ſimul cum moribus et hominibus in Romanam ciuitatem irrepſit integritatemque verborum per ſoloeciſmos et barbariſmos corrupit.* Ad hanc ſeneſcentem aetatem praeter Gellium, Macrobium, Lampridium, Spartianum, Trebellium, Pollionem, vtrumque Victorem, Tacitum aliosque etiam refert *ICtorum centones*, qui in pandectis a compilatoribus relati ſunt, quamuis, monente Dn. de LVDEWIG *cit. l. §. 56.* alia ſit *grammatica iuris et curiae*, in qua plures etiam termini technici et forenſes ſeu modi loquendi ſpeciatim in foro vſitati occurrunt: alia *vulgi*, qua ceteri autores vſi ſunt, vt priſtinus vigor latinae linguae in pandectis parum deferbuiſſe videatur, prout etiam B. HEINECCIVS in hoc praeſtantiſſimo theſauro data occaſione oſtendit.

58) Vt iam *n. 51.* traditum eſt. His, quae collecta ſunt in *tit. de V. S.* infiniti alii textus addi poſſunt, praeſertim in materia teſtamentaria et titulis de *legatis* occurrentes, vt HAHN *ad Weſenb.* ad *tit. de legat.* catalogum collegerit eorum verborum, quorum ſignificatus ICti dederunt, quemadmodum etiam *colleg. iur. Argent. ad tit. de leg. §. 75* ſeriem horum verborum ſiſtit, vt recte dixerit LAVRENTIVS VALLA ſupra laudatus: *quantum momenti in interpretatione verborum ſit, ipſi ICtorum libri maxime teſtantur, in hac re praecipue laborantes.*

59) Soloeciſmus proprie in *ſenſu:* barbariſmus in *voce* committitur. Veteres non *barbarum* ſermonem ſed *ruſticum* dixere, obſeruante GELLIO in *N. A. lib. XIII. c. 6.* *Barbariſmus* itaque committitur, quando verbum, quod genuina latinitas haud agnouit, vel non in eo ſenſu, qui nouiter ei tribuitur, admiſit, adhibetur, atque ita proprium ſignificatum habet. *Soloeciſmus*, quando quid peccatur contra analogiam latini ſermonis, ſi praua ſit verborum conſtructio. vid. DV FRESNE *cit. l. §. 4.* Nonnunquam tamen *barbariſmus* affingitur verbis, quaſi in noua ſignificatione acceptis, quam tamen genuina latinitas admiſit, vt verbum *accipio* teſtatur, quod B. HEINECCIVS in hoc *theſauro* pro *approbare* etiam apud TERENTIVM ſeſe deprehendiſſe obſeruat, vt idem quoque dici debeat de verbo *acceptare*, quod ſatis latinum eſt, et eundum cum *accipio* ſignificatum admittit. IDEM paſſim obſeruat optime, quando noui ſignificatus vocibus aſſignati ſunt, quod circa *interpretationem grammaticam* inſignem vſum praeſtat.

60) Verba *iuris* olim ſuam peculiarem ſignificationem habuerunt propriamque vim et poteſtatem, quae in primis in eorum effectis in foro cernebatur. Quam inſignis differentia verborum *directorum* et *obliquorum* in legatis et fideicommiſſis, quaeque diuerſa interpretandi ratio vtrobique adhibita fuerit, docet ipſemet imperator in *§. 3. I. de leg.* quod diſcrimen tamen *ibidem* ſuſtulit, et omnia legara fideicommiſſis exaequauit. Hoc ipſo vero factum eſt, vt antiquae legatorum formulae a veteri iuridica ſignificatione paulatim deflexerint, et, facta exaequatione, ex natura fideicommiſſorum, quae pinguior erat, explicari debuerint. In diuerſis legatorum formulis olim inſigne diſcrimen erat, tum ratione ſignificationis: tum *effectuum iuris*, quod diſcrimen tamen rurſus exeſſe voluit IVSTINIANVS in *§. 2. I. de leg.* praecepitque, vt omnibus legatis vna eſſet natura et quibuscunque verbis aliquid relictum, liceret id perſequi non ſolum per actiones perſonales, ſed etiam per in rem et per hypothecariam, quarum actionum intuitu olim primaria formularum erat differentia. Parum ergo hodie refert, ſiue dixeris: *do lego:* ſiue *damnas*

eſto

pretis boni officio fungi deſiderat, linguam illius temporis eiusque ſignificationem intelligere debet, quo ſcriptum aliquod editum eſt, adeoque ex coaeuis vel eiusdem ſcriptoris opuſculis atque ſcriptis colligere, quis ſenſus ex *verbis* adductis, quocunque vitio ſermonis infecta fuerint, erui debeat 61). Hunc in finem admodum

eſto heres, dare aedes meas Caio. Vtroque caſu rei vindicatio locum habebit, ſecus ac olim. Olim *iudicium accipi* dicebatur per *litis conteſtationem, l. 30. de iudic.* adeoque, vt in hoc theſauro *voc. iudicium* obſeruatum et, *iure veteri, iudicium* deſignabat ſtatum cauſae poſt litis conteſtationem, quae ſignificatio vere forenſis erat. Non tamen in ea praeciſe ſubſiſtendum eſt, quando IVSTINIANVS in legibus ſui temporis hac appellatione vtitur, cuius aeuo iam *iudices pedanei* ſublati, et ita *iudicium* non indiſtincte denotare poterat *ſtatum cauſae, ad iudices pedaneos poſt L. C. delatum.* Ait imperator in § *35. I. de act.* errorem in libello circa *genus actionis* inſtitutae commiſſum, cognita veritate, actori corrigere permitti *in eodem iudicio.* Quis vero haec verba poſtrema de *ſtatu cauſae poſt L. C.* hic accipiet, quae non a ICto quodam antiquo in Digeſtis, ſed a IVSTINIANO prolata ſunt, qui his verbis non determinat tempus, quo adhuc correctio permiſſa eſt, quod aliunde determinandum eſt. Videlicer vt *in eodem iudicio,* h. e. *proceſſu,* ſed ante L. C., id demum permiſſum ſit, quia nondum ſtatus controuerſiae formatus et ſic ſine offenſa libellus adhuc mutari poteſt. *Extra ordinem* olim ius dici dicebatur, quando ipſe praetor ius dicebat, non dato iudice pedaneo, quod tantum, *in cauſis ſummariis* exceptis, fiebat, vt *tit. de extraord. cognit.* monſtrat. Hoc cum formulis ſublato, omnia iudicia coram vno eodemque iudice peracta ſunt, ſeruata tamen in modo procedendi aliqua diuerſitate, vt non amplius *iudicia hodie hoc ſenſu extraordinaria* dici potuerint, qua locutione tamen adhuc utitur IVSTINIANVS in §. *8. I. de interd.* et TRIBONIANVS in *emblemate l. 47. D. de negot. geſt.* vnde tamen minime colligendum, poſtea omnem proceſſum *ſummarium* fuiſſe, quod imperator aſſeruerit, ſuo tempore omnia iudicia fuiſſe *extraordinaria.* Infinita alia occurrunt in codice, quae nouas plane ſignificationes induerunt, explicanda non ex antiquis ICtorum ſcriptis, ſed ex vſu forenſi illius temporis, quo lex ſcripta eſt.

61) Hoc monitum in genere obſeruarunt ICti recentioris aeui, non in ſcholis BVLGARI aut BARTOLI educati, ſed humanioribus literis innutriti, qui infinita loca ICtorum nodoſa hoc lumine illuſtrarunt, et ex ſcriptoribus antiquis veros verborum ſignificatus et ſenſus formularum antiquarum eruerunt, quorum in cenſum merito quoque HEINECCIVS noſter referendus eſt, quod ſcripta eiusdem, quorum inſignis numerus, teſtantur. Reliquos, qui optimarum literarum praeſidiis ius Romanum exornarunt, et per *grammaticam interpretationem* reconditos eius ſenſus reſtituerunt, rari in bibliothecis apparentes, in vnum collegit et *tomis V.* edidit vir in hoc eruditionis campo verſatiſſimus, et de iurisprudentia optime meritus EVERARDVS OTTO, ſub titulo: *theſauri iuris Romani, continentis rariora meliorum interpretum opuſcula, in quibus ius Romanum emendatur, explicatur, illuſtratur.* His ſi adiunxeris CVIACIOS, BYNKERSHOEKIOS, MERILLIOS, LVDEWIGIOS, OTTTONES, SCHVLTINGIOS, BVDAEOS, DVARENOS, BALDVINOS, CONTIOS, CONNANOS, HOTTOMANNOS, BRISSONIOS, CHARONDAS, FABROTTOS aliosque, qui hac methodo in interpretandis legibus Romanis vſi ſunt, nihil deeſſe hodie amplius poterit iis, qui ad ſolidiora tendunt. Ad haec quidem hodie in hac et aliis academiis illi, qui iuri operam dant, ſedulo ducuntur, et optimis inſtruuntur monitis, vt maiori cura et induſtria in hac literarum humaniorum palaeſtra decertent; ſed in plerisque deficit, quod dolendum, ſerium deſiderium, ſe huic ſtudio elegantiori totos dedendi: plures ab hoc propoſito deterret defectus neceſſariae peritiae linguae latinae, qua nondum praeparati ſaepe in academias ruunt, in illis vero, quae iis deſunt, addere faſtidiunt, credentes, haec elegantiora ſtudia ad grammaticos vel profeſſores duntaxat pertinere, quorum prouinciam non ambiunt, ſed ſe vnice foro dicarunt, quaſi hoc ipſum eiusmodi indocta pecora, certis iuris fundamentis deſtituta, in ſua paſcua admittere teneatur. Inde tanta penuria horum iuris interpretum arceſſenda eſt, quia hoc praeiudicio ab omnibus retro ſeculis plerique capti fuerunt. Optime id obſerua-

modum vtilis eſt eorum labor, qui *gloſſaria nomica* operibus alicuius autoris vel ſcriptis editis adiunxerunt, vt vera *interpretatio grammatica*, ſcriptoris aeuo conueniens, inde haberi queat 62), quippe quae eandem vtilitatem praeſtant, ac

ſeruauit V. C. EVERHARDVS OTTO in *praef. tom. I. theſ. iuris Rom. ſtatim ab init.* et, *vix autem dici poteſt*, ait, *quam pauci, ex tam immenſo illo iuris huius interpretum numero, plena eius ſcientia ditati fuerint, dum aliis cetera ingenioſis viris, et optimus iuris condendi autoribus, temporum infelicitas impedimento fuit, quo minus veros iuris conditi ſenſus aſſequerentur. Aliis rerum, opinionum, et librorum multitudo triſtem lucubrationum ſqualorem obiecit: plerique autem imperitia antiquitatum et ſermonis latini ceſpitarunt: a quibus ſubſidiis quotquot imparati ad ſacra haec accedunt, tanquam hoſpites in peregrina regione verſantur, et, inter ſenticoſos anfractus, multa non intelligunt, plura peruertunt, opinione falſi.*

62) Quanto in pretio ſcriptores in vſum Delphini editi et cum ampliſſimis *verborum indicibus* ditati, ſint, nemo eſt, qui neſciat, ex quibus hoc commodum eruditi nacti ſunt, vt verborum in iis occurrentium copiam, ſenſum, intellectum integritatemque facillima opera habere poſſent. Iam olim ſeculo XVI. duo locupletiſſimi indices verborum ad HORATIVM in hunc vſum confecti ſunt, alter quidem ab HENRICO STEPHANO recognitus, alter vero a THOMA TRETERO conditus, qui nullum verbum, quod HORATIVS habet, omiſit, magno vſui futurus iis, qui *rei grammaticae* operam dant, quamuis ſimpliciter tantum verba ſine vlla interpretatione referant, vt non mirandum ſit, tandem in Gallia extitiſſe, qui ſimilem induſtriam ad ſcriptores antiquos adhibuerunt, quo, quae ad *intellectum verborum* pertinent, indagatoribus ſemper in promtu eſſent. Index verborum opuſculo ANTONII AVGVSTINI, epiſcopi *Tarraconenſis*, *de nominibus propriis τῆ πανδέκτῃ Florentini* ſubiectus, et *tom. I. theſauri iuris Romani relatus*, inſigne praebet documentum, quam magna ſperanda ſit meſſis, ſi tales verborum indices ſeorſim quidem in *pandectas* et ſeorſim in *codicem* et *nouellas* atque *inſtitutiones* extarent, qui labor tamen non eſt vnius hominis, ſed plures deſiderat ſocios *rei grammaticae* peritos, qui varios quoque *verborum* intellectus diſcernere, et breuibus eosdem ſingulis vocibus addere idonei ſunt. Circa finem ſuperioris seculi, quo iuri in Salana operam dabam, obſeruabam, B. LYNCKERVM omnem in hoc fuiſſe, vt plurimorum candidatorum opera adiutus tales indices in vniuerſum ius conderet, ſub tit. *concordantiarum iuris ciuilis* edendos. Sed plura impedimenta obſtiterunt, quo minus hic labor ad exoptatum perduci potuerit exitum, inrer quae praecipuum, meo iudicio, fuit, quod deficerent coadiutores idonei, rei grammaticae periti, quorum penuria eo tempore maior in academiis Germaniae, quam hodierno fuit. Quod ſi ſub praeſidio et directione B. HEINECCII a ſelectiſſimis hic labor, quem ipſemet ſeriis exoptabat votis, ſuſcipi et perfici potuiſſet, Deusque ipſi vires vitamque conceſſiſſet, maior adhuc et longe vberior vtilitas ex tam vaſtiſſimo opere ſperanda fuiſſet, quam ex hoc *theſauro Briſſoniano* ab eodem caſtigato et reformato, quo interim cum magna vtilitate frui licet, quia vix ſperandum, aliquem ſe in hoc mare profundum immiſſurum eſſe. Specimen duplicis indicis *ad Codicem Theodoſianum* iam edidit IACOBVS GOTHOFREDVS, tum *in gloſſario nomico*, tum in *indice verborum et rerum*; ſed non exhauriunt verborum copiam in *Codice Theodoſiano* repertorum, viam tamen monſtrant, qua eundum ſit, qui in publicos vſus tales conſcribere indices, et proſographica, topographica aliaque ſingularia capita a *verbis* aliis *communibus* diſtinguere ſedulo geſtiunt, ad exemplum indicum, quos hac methodo editores *inſcriptionum* publicarunt. FRIDERICVS LINDENBROGIVS pariter *Codici legum antiquarum* medii aeui attexuit *gloſſarium* ſiue interpretationem vocum difficilium et obſcurarum, in quo talia *gloſſaria* ab *indicibus vulgaribus*, qui tantum verba ſecundum ordinem alphabeticum referunt, differunt, magisque noſtro ſcopo inſeruiunt, vt taceam FRESNEI aliorumque gloſſaria, ad ſcriptores medii aeui pertinentia. Eundem ſcopum multo magis habent et tenent, qui notas *criticas* et *grammaticas* textui ſubiiciunt, et ſubinde *verba*, in notis explicata, per indices accuratos exhibent, ad exemplum CICERONIS, SALVSTII, SVETONII, PLINII SECVNDI, SOLINI, GELLII ceterorumque ſcriptorum

ac quidem titulus de ***verborum ſignificatione.*** Haec corruptio latinae linguae et ſtyli forenſis p[illegible]mum contigiſſe videtur, translata ſede Romana Conſtantinopolin, h. e. e L[illegible]n Graeciam. Quamuis enim vſum huius linguae in ea adhuc ſeruari voluerit CONSTANTINVS M. 63), palam tamen eſt ex ipſis rerum documentis, ſenſim admodum vitiatum fuiſſe nitorem huius linguae, nec amplius antiquam elegantiam in ea ſeruari potuiſſe, ſed loco eius ***ampullas*** proieciſſe atque *ſesquipedalia verba* imperatores in legibus, h. e. nouum et inflatum ſcribendi genus adhibuiſſe, quo non potuit non ſaepiſſime ſenſus verborum ambiguus et obſcurus naſci, et grammaticae interpretationi ingens poni obſtaculum 64). Auctum eſt hoc verboſiſſimum ſcribendi genus, maxime tempore IVSTINIANI, vt eius leges indicant, praefationibus immaturis munitae et ſtylo Triboniani, hominis graeci exaratae, literalem ſenſum admodum turbante 65).

§. X.

ptorum claſſicorum, quorum editiones plurimorum notis illuſtratae hodie extant, et facilem viam praebent, ad verba grammatice ex vſu aeui, quo quilibet ſcriptor vixit, interpretanda.

63) *Quod ſatis arguunt*, vt vtar argumentis FRESNEI *in praefat. ad gloſſar. ſcript. med. aeui §. 12. inditae noui vrbis regionibus ac locis praecipuis latinae appellationes: inſcriptiones etiam ſtatuis, aedificiis ac monetis eadem lingua affixae: conſtitutiones eiusdem Auguſti et ſucceſſorum diu eodem conſcriptae idiomate.* Ex conſtitutione THEODOSII iunioris, et VALENTINIANI, in *l. 3. C. Theod. de ſtud. liberal. vrbis Rom. et Conſtantinop.* relata, in vniuerſum Conſtantinopoli erant latini oratores tres: latini grammatici ſeptem: graeci ſophiſtae quinque: grammatici decem: philoſophus vnus: duo iuris profeſſores, qui iuris et legum formulas pandebant. Hi, fundata academia Conſtantinopolitana, non alibi quam in *Capitolii auditorio*, quod *publicum* erat, docere poterant, ſub grauiſſima poena, vnde liquet, ad exemplum *Romae antiquae* voluiſſe imperatores in *noua vrbe* quoque artes liberales latino et graeco idiomate ſedulo exerceri et excoli.

64) Luculentum teſtimonium praebent leges *Codicis Theodoſiani*, in quibus obſcuritas verborum, dum inflatum ſcribendi genus adſectarunt plerique conditores earundem, non potuit non naſci, vt IACOBVS GOTHOFREDVS ingentem curam circa *grammaticam* vocum *interpretationem* adhibere neceſſum habuerit. In hac tamen non ſubſtitit, ſed occaſiones ex antiquitatibus et rationes politicas vberrime adiecit, ex quibus vera interpretatio *logica* primario colligenda eſt.

65) Tum ob antiquitatem et obſcuritatem, tum ob verboſiorem vltra modum ſtylum. Equidem DIODORVS apud GELLIVM *lib. XI. c. 12.* cenſuit, *nullum verbum eſſe ambiguum*, ſeu variam admittere ſignificationem, quod a linguae latinae vſu omnino alienum eſt, maxime in iure noſtro, vt vel praeſens theſaurus monſtrat. In eo tamen facile eidem aſſentior, quod nemo ambiguum dicat aut ſentiat: *nec aliud*, addit, *dici videri debet, quam quod ſe dicere ſentit is, qui dicit. At cum ego aliud ſenſi, tu aliud accepiſti; obſcure magis dictum, quam ambigue videri poteſt. Ambigui enim verbi natura illa eſſe debuit, vt: qui id diceret, duo vel plura diceret; nemo autem duo vel plura dicit, qui ſe ſentit vnum dicere.* Interim tamen, dum TRIBONIANVS talia verba adhibuit, quae legentem facile a vera eius mente deflectere potuerunt, reſpectu *legentium* ad minimum ambigue ſcripſiſſe dici poteſt. Verum, vt recte B. HEINECCIVS in *opuſc. minorib.* et quidem *opuſc. VII.* quod *defenſionem Iuſtiniani et Triboniani* continet, *p. 275.* obſeruat, TRIBONIANVS et ſocii eiusdem *inciderunt in illud ſeculum, quo priſcus latinae linguae nitor atque elegantia iam pridem perierat, eiusque in locum ſucceſſerat, genus dicendi incomtum, tumidum et valde inſuaue, quale tum in conſtitutionibus* IVSTINIANI *Codici inſertis, tum in nouellis eiusdem, quotquot earum latine ſcriptae ſunt, vbique deprehendimus.* Purgauit B. autor vtrumque, et imperatorem et eius exquaeſtorem ſacri palatii, ab aliis vitiis, quae ipſis a cenſoribus quibusdam affingi ſolent; ſed ab hoc malo, in quod per infelicitatem ſeculi inciderat, eum liberare nec voluit nec potuit. Hic verboſior ſtylus etiam prologos legum *Iuſtinianarum* produxit, merito reprobandos ex iudicio SENECAE *epiſt. XCIV.* aientis: *non probo, quod Platonis legibus adiecta principia. Legem enim breuem*

eſſe

§. X.

Sed de fatis latinae linguae eiusque corruptione per ſecula ſubſequentia hic primario non ero ſollicitus 66), qui duntaxat *fata varia interpretationis grammaticae* congerere conſtitui circa *ius Romanum*, quatenus latino idiomate ſcriptum eſt. Equidem iuris huius auctoritas in foris Italiae poſt IVSTINIANI tempora naufragium quoddam paſſa, ſed non penitus conſenuit, quamuis, rudibus ſeculis paulo poſt ſubſequentibus, deeſſent, qui ius illud interpretarentur et eius fundamenta cupidae legum iuuentuti traderent 67). Seculo XII. tamen reuiuiſcere ſtudium legum Romanarum coepit, poſtquam nouos interpretes nactum, qui mox adeo accenderunt infinitorum legum ſtudioſorum ſitim, vt vndequaque ex omnibus regnis iuuenes Bononiam aduolarent, iuris addiſcendi cauſa et noua haec oracula audiendi 68). Intelligo IRNERIVM, eiusque diſcipulos BVLGARVM, MARTINVM, HVGONEM A PORTA, IACOBVM HVGOLONVM, aliosque, qui ex eorum ſchola prodierunt 69). Verum ſub his interpretibus nouis, qui in tenebris et ſumma caligine artium liberalium vixerunt, priſtinum lumen legum, quod dudum

eſſe oportet, quo facilius ab imperitis teneatur. Velut emiſſa diuinitus vox iubeat, non diſputet. Nihil videtur frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo. Mone, dic, quid me velis feciſſe. Non diſco, ſed pareo. Plutibus de hoc argumento agit perill. Dn. DE LVDEWIG *in opuſcul. miſcell. tom. V. p. 996. ſqq.*

66) De hac corruptione linguae latinae prolixius agit eiusque cauſas ſigillatim aperit ſaepe laudatus DV FRESNE *in praefat. gloſſar. ad ſcriptor. med. aeui a §. 11. vsque ad finem.*

67) *Tanta Italiam,* ait GRAVINA *de orig. iur. ciu. lib. I. §. 139. ac diuturna barbaries inundauerat, vt ius Romanum etſi magno ſtudio, deletis Longobardis, a Carolo magno quaeſitum, tamen exemplariorum inopia longaque obliuione populorum, vsque ad ſeculum duodecimum, nempe ad Lotharii tempora,* (quibus in Amalphi vrbe codex pandectarum repertus eſt) *in tenebris delituerit.* Enimuero hanc de repertis Amalphi pandectis et reſtiruto ea occaſione iuris Romani ſtudio, relationem admodum ſuſpectam eſſe, recte cenſuit B. HEINECCIVS in *hiſtor. iur. Rom. lib. I. §. 414.* quin potius credendum eſt, defuiſſe idoneos interpretes, qui cupidae legum iuuentuti iuris Romani adyta aperire potuerint, vtut aliquis vſus et quaedam memoria eius ſupereſſet. Hic defectus grauem ſine dubio peperit cladem iuris Romani in foro; *quantum eſt enim ius in ciuitate, niſi ſint, qui iura regere poſſint?* vt ait POMPONIVS in *l. 2. §. 13. D. de orig. iur.*

68) Nam AZONIS tempore, qui circa finem ſeculi XII. floruit, Bononiae circiter *decem millia* ſtudioſorum fuiſſe, quorum magna pars Germanica iuuentute conſtabat, obſeruat HOTTOMANNVS *in dedicat. praefixa comment. ad inſtit.* cum BOLOGNINO *ad auth. habita C. ne filius pro patre n. 63.*

69) PEPO quidem primus interpres Bononienſis iuris ciuilis fuiſſe traditur, ſed adeo ineptus ad hanc ſpartam, vt ODOFREDVS ad *l. 6. D. de I. et I.* illum interpretibus non eſſe accenſendum, ſed primum IRNERIVM, qui magno cum applauſu ius ciuile docuit, nominandum exiſtimauerit. Hic Conſtantinopoli ius ciuile, ſine dubio ex *Baſilicorum libris*, didicerat, obſeruante CIRONIO *lib. V. obſeru. iur. can. c. 5.* qua de cauſa ſumma induſtria codices antiquos vndequaque latentes conquiſiuit, atque inde ius interpretari incepit. Eius diſcipuli, in textu adducti, veſtigia IRNERII quidem preſſerunt, ſed quid ſperari poterat de his interpretibus, qui artem interpretandi genuinam prorſus non callerent, ſed opinionibus incertis inter ſe pugnarent. Interim tanta fuit horum quatuor diſcipulorum auctoritas, vt, cum anno MCLVIII. FRIDERICVS I. in campis Roncalicis comitia haberet, eos quoque his intereſſe iuberet, vt tradit MORENA *in rebus Laudenſ.* apud LEIBNITIVM *tom. I. ſcript. Brunſuic. p. 818.* et BVLGARVM atque MARTINVM in ſuo comitatu haberet. Cum enim in medio eorum equitaret, quaeſtionem eis propoſuit, *vtrum de iure eſſet dominus mundi?* quod negauit BVLGARVS. ſed MARTINVS intrepide affirmauit ex ineptis rationibus; vnde de huius interpretis idoneitate ius ciuile interpretandi iudicium ferri poteſt.

70) Non

dudum iam ſepultum iacuerat, reſtitui non potuit, qui quidem illuſtrationis gratia *notulas*, quas *gloſſas* dixerunt, in iuris Romani capita ſcripſerunt, quae tamen magis ſenſum deprauarunt turbaruntque, quam declararunt, atque ita infinitos errores introduxerunt. Deſtituti enim erant praeſidiis optimarum literarum, et ſufficiente linguae antiquae latinae peritia, eiusque ſignificatuum genuinorum expertes, cum tamen abſque his praeſidiis legum Romanarum *grammatica interpretatio* plane mortua et ieiuna ſit 70). Praeterea in antiquitatibus Romani fori, doctrina morali, et rationali aliisque neceſſariis ſubſidiis adeo rudes fuerunt, vt ex hoc defectu fundamentali nil niſi incertas concluſiones, quas *opiniones* dixerunt, produxerint, de his inter ſe altercauerint, et nonnunquam monſtra ſententiarum ediderint, atque *ſolis auctoritatibus*, quibus aduerſariis ſuperiores eſſe contenderunt, eis robur addere allaborauerint 71). Praecipue vero gloſſatorum et inter eos MARTINI ſententiae adeo praeualebant, vt piaculi inſtar crederetur ab horum doctrinis recedere, vel extra caſtra MARTINI aut BVLGARI militare,

70) Non errauit GRAVINA *de orig. iur. ciu. lib. I. §. 144.* cenſendo ab IRNERIO vsque ad ALCIATVM *hyemem* quodammodo *iurisprudentiam* fuiſſe. Equidem ſi PANCIROLLO *de clar. legum interpret. lib. II. c. 4.* credimus, *Irnerius tanta ingenii felicitate et diligentia tum obſcura explanando, tum conſonantia citando et contraria ſoluendo explicuiſſe dicitur, vt* LEGVM LVMEN *vocari promeruerit*, quod ODOFREDVS ad *l. 6. de I. et I.* prodidit. Admitti hoc poteſt pro qualitate illius temporis, quo quoduis etiam lumen apparens maximam admirationem mouebat, quae vtplurimum *auctoritatis* mater et magiſtra eſt. Hac primus ille interpres cum ſuis diſcipulis adeo omnes obcoecabat, vt in eorum verba ſeu *gloſſas* iurarent, et quid dixerint, non quid dici debuerint, coeco impetu aſſumerent, probarentque. *Gloſſae* et *gloſſemata* olim vocabantur *vocabula minus vſitata, obſcura* et *peregrina*, obſeruante GERARDO IO. VOSSIO in *etymol. lingu. lat. voce gloſſema*, quorum interpretes *gloſſographi*, imo horum verborum expoſitiones *gloſſemata* dicta ſunt, quos pueri ediſcere iubebantur. Ita enim QVINTILIANVS *lib. I. inſtit. c. 1. Protinus enim poteſt interpretationem linguae ſecretioris, quas graeci γλώττας vocant, dum aliud agitur, ediſcere et inter prima elementa conſequi rem, poſtea proprium tempus deſideraturam.* Proinde grammatici erant, qui *gloſſas* has ſcribebant. Verum hi noui interpretes, nihil minus quam *grammatici* erant, ſed notulas quasdam inconditas et obſcuras infinitisque erroribus ſcatentes legibus adiiciebant, quas *gloſſas* vocarunt, adeoque non vocabula *peregrina* et *minus vſitata* explicabant gloſſographi, ſed peregrinas meditationes et minus cohaerentes cogitationes, ſub titulo *interpretationum*, circa leges efformabant, quas, more eccleſiaſtico, *gloſſas* dixere.

71) Praeſertim poſtquam ACCVRSIVS, *idolum* illud *aduocatorum*, expoſitiones veterum interpretum contraxit, ſuisque auxit, easque in vnum collegit atque corpori iuris adiecit, quas quidem mirifice euehit GRAVINA *de orig. iur. lib. I. §. 155.* negare tamen non potuit, eum in vitia decidiſſe *ob imperitiam hiſtoriarum et latinae proprietatis ſibi ab aetate illa denegatae*, ſine quibus praeſidiis vera mens iuris ciuilis tamen erui nequit. Fuit eruditus ACCVRSIVS, felicitate ingenii praeditus, in graecis etiam verſatus, BARTOLO, ſaepius eidem contradicenti, longe praeferendus, ſed non fuit idoneus interpres, *grammatica eruditione* deſtitutus, quam deſiderat interpretatio legum Romanarum, vt ex ipſis rerum teſtimoniis liquet. Interim eo tempore *gloſſemata* haec tantae auctoritatis erant, vt *idolum iuris* dicerentur, obſeruante CARPZOVIO *lib. V. reſp. 89. n. 3.* eisque veritatis indubitatae certitudo attribueretur, vt in compendio euici *tom. I. iur. eccl. proteſt. lib. I. tit. 2. §. 42.* Lubet hoc teſtimonio, quod RAPHAEL FVLGOSIVS in *l. ſi ſolutum 6. C. de oblig. et act.* adſert, illuſtrare. Ait enim: *Noſti, quanta ſit auctoritas gloſſatoris. Nonne heri dixit Cynus, gloſſam timendam propter praeſcriptam idololatriam per aduocatos, ſignificans, quod ſicuti antiqui idola adorabant pro Diis, ita aduocati adorant gloſſatores pro euangeliſtis. Volo etiam potius pro me gloſſatorem, quam textum; nam ſi allego textum, dicunt aduocati diuerſae partis et etiam iudices: credis tu, quod gloſſa non ita viderit illum textum, ſicut tu, et non bene intellexerit, ſicut tu? Ego recordor, (etſi illud pro uono) quod dum eſſem ſcholaris, eram ſatis acutus, et dum ſemel eſſemus multi ſocii in vna collatione, auſus ſui, vnum textum allegare*

litare, quamuis ab omni *grammatica* et *logica interpretatione* aliena ſaepe tradiderint et in forum traduxerint. In primis MARTINI auctoritate capti aſſeſſores Rotae Romanae ſuas deciſiones ad eius ſomnia et commenta compoſuerunt, vnde decretales, ex his vero errores MARTINI, tanquam ex equo Troiano, in forum, vt ius *papali auctoritate* roboratum, prodierunt, ae proceſſum iuris commu-

allegare contra ſententiam doctoris mei: tantam audaciam habui. Dixit vnus ſocius: tu loqueris contra gloſſam, quae dicit ſic? Et ego reſpondi: et ſi gloſſa dicit ſic, ego dico ſic, ignarus auctoritatis gloſſatorum. Credebam enim, quod eſſent communes apoſtillae, quales ſunt in libris grammaticae, ſicut ſuper Virgilio et Ouidio. Sed tamen non ita eſt; fuerunt enim gloſſatores maximae ſcientiae viri et auctoritatis. Etſi aliud non eſſet, quam gloſſarum ordinatio, et de quibus poteſt dici id, quod arbitror de nullo dici poſſe, videlicet quod totum corpus iuris viderunt? Magis ergo ſtandum eſt eis, qui viderunt, quam nobis, qui non videmus. Hoc modo *opiniones gloſſatorum* pro ratione et fundamento decidendi, a pleriſque aſſumtae, et inſtar *oraculorum* habitae. Pari fere impetu aliorum interpretum placita, itidem in gloſſarum floſculis fundata, adorata ſunt, vt is victoriam certam ſibi promittere poſſet, qui ex plurimorum ſuffragiis aliquid affirmare vel negare valeret, quod talis ſententia diceretur *communis* vel *recepta*, i. e conſenſu plerorumque, etiam errantium et ſine fundamento aliquid aſſerentium, approbata. Huic fulcro plerique per aliquot ſecula, tanquam muro aheneo, inaedificarunt deciſiones et doctrinas, quas in operibus publicarunt, vbique ad auctoritatem gloſſae et communioris ſententiae prouocantes. In *vol. I. tract. tractat. fol. 206.* CORSETI *de auctoritate gloſſae* breuis relata eſt meditatio, quae nil niſi floſculos de *gloſſae auctoritate* et *opinionum communium* ſpirat, inter quos haec praecipua eſt: *non debemus recedere ab opinione ſapientum et maxime gloſſarum, nec praeſumitur pro ſententia iudicis, qui ſolitus eſt ſequi opiniones inſolitas.* Nihilominus deprehenderunt huius idoli adoratores gloſſas varias ſibi contradicentes, quas collegit DYNVS relatus *in eo l. vol.* ergo de earum *concordia* admodum ſolliciti et anxii interpretes veterani fuerunt, ceu ſuo exemplo docuit ANTONIVS NICELLVS, Placentinus *de concordia gloſſar. tam iur. canonici, quam ciuilis ibid.* relatus. Quia vero praeterea, vt dictum eſt, ſolis *auctoritatibus* et *opinionibus* inter ſe pugnarunt, neceſſe fuit, oſtendere viam, eligendi veriorem ſententiam et opinionem. Hunc in finem ſcripſit tract. olim MATTHIAS MATHESILANVS, *famoſus vtriusque iuris monarcha*, vt in rubro vocatur, de *electione verioris opinionis eod. vol. I. fol. 203.* relatus, cuius in praefatione de vtilitate eius opuſculi hoc iudicatur modo: *Soliti enim ſunt legum gymnaſiis ſtudentes et aduocati ad praetoria practicantes inter eorum opiniones ſtare ſuſpenſi et titubant, quam de opinionibus contrariis eligant veriorem: cum iuris vtriusque ſapientia ample referta eſt paſſibus dubiis et obſcuris, in quibus opiniones contrariae ſunt affixae, quapropter praelibati legum ſophi iugiter inſudantes hoc opere viſo ſument de labore ſolamen: de dubio verum: et de variis altercationibus rectum iter.* Inter alia hanc regulam ponit: *in dubio eligendam illam eſſe ſententiam, quae eſt pro fauorabiliori cauſa Si vero,* ait, *de hoc fauore non apparet, puta, quia petierit a te conſilium ſuper tali caſu, nec apparet, quis ſit reus vel actor, vel quia opiniones ſunt, quis ex duobus agentibus contra tertium ſit potior: tunc forte eſt eligenda illa opinio, quam tenent doctores maioris auctoritatis, etiamſi ſint numero pauciores, niſi forte pro alia parte eſſet numerus duplo maior, quia tunc illa opinio eſſet tenenda.* Hoc in diſcrimine ambiguo cum res iurisprudentiae noſtrae ſtarent, non potuere non plerique interpretes, ingentem apparatum opinionum, concluſionum, quaeſtionum, deciſionum, &c. quem *collectanea* dixere, corradere in *proprios* vſus: vel etiam in *communes*, more TVSCHII, BERTACHINI, DORINGII aliorumque *repertoria*, in quibus conficiendis conſenuerunt, edere, magno cum applauſu ab omnibus excepta, quia ex his facile cauſam ſuam inſtruere et *opinionum* atque *auctoritatum* cohortibus in aciem deducere potuerunt. Denique hi, qui in argumento quodam prolixiori opera explicando verſabantur, vel commentaria ad ius Romanum ſcribebant, per *quaeſtiones* nudas quaeuis proponebant: illas ex ſententia maioris partis decidebant: auctoritatibus infinitis exornabant: declarationes, limitationes ſublimitationesque ſubiiciebant, et ita ſua collectanea digerebant, vt quaeuis contradictoria in concordiam reducere et ſingulis lectoribus ſuppeditare poſſent, quae ſententiae, quam propugnare intendebant, prodeſſent. Ita vero omnis interpretatio *grammatica* et *logica* in tenebris iacebat et methodus, quaeuis ad

communis effecerunt vel potius infecerunt 72). Longa eſt iniuria: diuturna miſeries, ſub qua iuris Romani prudentia gemuit atque laborauit, vt quia *incertum ius* eſſet, ſolis opinionibus inter ſe pugnantibus innixum, ſententiae forenſes et iudicata caſibus fortuitis vulgo attribuerentur. Huius mali vnica cauſa fuit, quod in academiis rari eſſent, qui ad veram *interpretationem grammaticam* iurium ea adferrent veterum monumentorum et optimarum literarum ſtudia, ſine quibus friget, plerorumque autem doctorum auctoritas, adhuc ſeculo praecedente, omne punctum ferret, qui antiquis et *receptis*, vt loquuntur, *opinionibus*, mordicus inhaererent eosque vt nouaturientes traducerent, qui elegantioribus doctrinis praediti nouis luminibus illuminarent iurisprudentiam, cane peius et angue vitandos, vtpote ad *theoriam* vnice natos, ad *praxin* inidoneos, quam ex receptis ſine fundamento opinionibus efformabant 73). Ita in tenebris iacuit interpretatio tum *grammatica*, tum etiam pro parte *logica*, et quamuis a tempore WESENBECII iam ad *principia certa* reuocata fuiſſe videatur iurisprudentia,

ad certa reducendi principia, atque inde concluſiones legitime deducendi, prorſus incognita erat, vt ius plane *incertum* eſſet.

72) Hic, ex nobili familia Goſia ortus, nouae ſectae autor fuit, cuius aſſeclae *Goſiani* dicti, quod in plurimis diuortium a BVLGARI doctrinis faceret, et *ingenii qualitate ac fiducia doctrinae*, exemplo LABEONIS, ſed non eadem ſoliditate, mulra innouaret, quin potius magis audaciae impetu, quam ex ſolidis iurium fundamentis procederet. Indulgentiſſime a Caeſare FRIDERICO I. habitus fuit, adeo vt hic etiam de iure Romano cum eo conferret, eiusque ſententias, ab aliis in dubium vocatas vel negatas, praeferret, atque conſtitutione publica nonnunquam muniret, ceu *auth. ſacramenta puberum. C. ſi adu. vendit.* docet, ex contentionibus inter BVLGARVM et MARTINVM nata, Caeſare huius opinionem in *cit. conſtitut. auth.* approbante, obſeruante PANCIROLLO *de clar. LL. interpret. lib. II. c. 14.* Ex hac gratia Caeſaris, accedente eiusdem audacia, auctoritas eius admodum creuit, quamuis nec BVLGARVS copiis deſtitutus fuerit, cuius diſcipuli quotidie in expeditione contra eos, qui in caſtris MARTINI militabant, erant poſiti, ipſe vero in plurimis MARTINO ſuperior. Nihilominus errores eius etiam in decretales irrepſerunt, vt oſtendi *in prolog. ad* MEVII *deciſ. §. 9.* et *tom. I. iur. eccl. proteſt. tit. de cauſ. poſſeſſ. et propr. §. 1. ſeqq.* exemplo cumulationis petitorii cum poſſeſſorio, ex eius doctrina permiſſae et in *c. 5. X. eod.* approbatae.

73) Opponunt plures *theoreticos practicis*, illorum appellatione eos denotantes, qui veram mentem legum ſecundum regulas vtriusque interpretationis tradunt; hos vero vocantes, qui eius vſum contrarium effabricare anniſi ſunt. Enimuero vſus Romani iuris contrarius vel ex antiquis legum Germanicarum ſcitis arceſſendus, quae impedimento fuerunt, quo minus iuris Romani ſententiae in forum trahi potuerunt: vel ex erroneis veteranorum ICtorum ſententiis et *opinionibus*, vt vocant, *communibus* a plurimis ex praeiudicio auctoritatis aſſumtus eſſe dicitur. Priori caſu non eſt pugna inter *idem*, ſed *diuerſum ius*, quae docet, ius Romanum non eſſe in hoc vel illo argumento receptum, ſed iuris Germanici auctoritatem in foro conſtanter retentam: poſteriori vero, ſi *theoriam praxi* opponis, eſt pugna inter idem ius, in quo errores ex opinionibus antiquorum natos opponunt verae legum menti, illosque ſub praetextu *putatiuae praxeos* foro obtrudere conantur contra verae interpretationis indolem et diſpoſitionem *l. 39. D. de LL.*, ceu exemplum de *nonagenaria praeſcriptione*, contra petitionem hereditatis liberis ex ſententia antiquorum competente, docet, qua ſententia nihil a mente legum Romanarum alienius dici poteſt. Hunc vnicum excipiendum caſum exiſtimo, ſi errores contra verum iuris huius ſenſum legibus imperii publicis approbati ſunt, id quod factum eſt in prouocatione ex *l. diffamari 5. C. de ingen. manum.* et *l. ſi contendat 28. de fideiuſſ.*, vtut hic vſus ex ipſis legibus earumque vera interpretatione erui non poſſit, ceu monſtrauit GERARDVS NOODT *in comm. ad tit. de iudic.* Egi de hoc argumento ſeu de *iniuſta theoriae et praxeos oppoſitione forenſi in praefat. tom. II. P. I. deciſ. et conſult.* atque oſtendi, qua ratione in vnionem et concordiam reduci debeant.

tia, a cuius tempore *ſyſtemata* in academiis praeualuerunt, ad methodum digeſtorum conflata, horum tamen conditores vtplurimum deſerere faſtidierunt *communes*, vt loquuntur, *opiniones*, praeiudicio auctoritatis capti, et ſufficientibus copiis, quibus vtraque interpretatio inſtruitur, deſtituti, h. e. humanioribus literis, antiquitatibus Romanis, doctrina iuris naturae et rationali philoſophia.

§. XI.

Aduenerunt tandem laetiora tempora circa ſeculum XVI. quibus literae humaniores reuiuiſcere, et ad vitam ex ſepulchris reduci coeperunt, ERASMO, REVCHLINO aliisque orbem melioribus literis illuminantibus 74), ſub quibus eligantiorum ſtudiorum reſtauratoribus inſignis reformatio tum in religione, tum in aliis eruditionis partibus et ſic etiam in iure ſecuta eſt 75). Etenim ANDREAS ALCIATVS, qui anno MDLL deceſſit 76), exemplo eorum, qui tenebris obductas artes liberales in lucem protrahere omni ope conabantur, omni mentis ardore literis humanioribus quoque incubuit, et in adoleſcentia adhuc conſtitutus graecas latinasque literas, inuſitato hucusque more, in iurisprudentiam, frementibus barbaris ICtis 77), intulit, et ſic diſcipulis ſuis viam ad *grammaticam interpretationem* legum Romanarum aperuit. Parem gloriam in Gallia nactus eſt,

74) ERASMVM potiſſimum et REVCHLINVM barbariei in Germania bellum indixiſſe, prolixius ex hiſtoria ſeculi XVI. euicit HERMANNVS *van der* HARDT, profeſſor Helmſtad. meritiſſimus *in hiſtoria literaria reformationis*, ita quidem vt *P. I.* de ERASMI meritis in reſtitutionem rei literariae plena manu agat: *P. II.* vero REVCHLINI, ICti eximii, et in Caeſaris atque principum conſiliis viri ſpectati ardorem recenſeat in tenebris expellendis, et luce veritatis per bonas lireras reducenda; *graecam* enim et *hebraicam* linguam egregie excoluit, vt illam Pariſiis doceret, hanc vero, edito *lexico Hebraico*, *pro fontibus veteris teſtamenti hebraice legendis et cognoſcendis*, omnibus ſedulo inculcaret commendaretque. Barbaros, quorum immenſa copia fuit, vterque adeo offendit per cladem regno tenebrarum illatam, vt ab inſidiis non eſſent immunes, ceu praelaudatus *van der* HARDT fuſius enarrauit.

75) Feruere ſub praedictis ducibus inceperat literarum optimarum et linguarum exoticarum ſtudium, frementibus licet fratribus ignorantiae, admodum dolentibus, per nouatores orbi vniuerſo nouas eruditionis leges, ſibi incognitas, inuiſas, ſuſpectasque praeſcribi. Sub his turbis et contradictionibus tamen ardor in meliores creuit literas, et tum Theologis tum ICtis oculos aperuit, adeo vt ERASMO, qui barbariem primus debellauerat *cit. l. P. I. p. 164.* obiectum fuerit, quod viam ſtruxerit, LVTHERVS vero, hac ſtructa, in eccleſiam irruperit, et denique (quod ego addo) ALCIATVS cum reliquis ſociis bonae notae regnum MARTINI et BVLGARI grauiter impugnauerit, licet illud penitus deſtruere haud potuerint. De horum ICtorum barbarorum commentariis, in grauiſſima illorum temporum caligine editis, omnique litterarum hiſtoriae et philoſophiae ſolidae lumine deſtitutis iudicium M. ANTON. MVRETI adduxit B. HEINECCIVS *in hiſtor. iur. ciuil. lib. I. §. 422. in not.* Agnoſcit veritatem huius obſeruationis, quam hic euici, ipſemet GRAVINA *in orig. iur. ciu. lib. I. §. 170.* et, *ſub idem tempus*, ait, *quo in Italiam, indeque in Europam vniuerſam ſtudia bonarum artium et priſca elegantia diuinitus remeabant; dum, praecunente Valla, Politianus, Parrhaſius, Bembus, Eraſmus aliique complures vetuſta ſecula tenebris obducta recludunt: dum inde artes omnes priſtinum nitorem recipiunt: iurisprudentia quoque Alciati manu ex humo ſublata oculos ad primordia ſua reflectens vetera ornamenta natiuamque dignitatem a priſcis repetiit auctoribus.*

76) Teſte THVANO *lib. IX. ad ann. MDLI.* vbi aſſerit, hunc annum ANDREAE ALCIATI vltimum fuiſſe, *qui primus purioris literaturae et antiquitatis cognitionem ad iuris ſcientiam attulit.*

77) Vix XXII. annum egreſſus anno MDXVII, anno illo propter reformationis ſalutaris initia notabili, *paradoxa* et *diſputationes* edidit, quae, vt ait PANCIROLLVS *de clar. LL. interpret. lib. II. c. 149. barbaris fruſtra inſectantibus, aut ineptis literatoribus morden-*

eſt circa idem tempus AEMILIVS FERRETTVS, qui Auenione ius ciuile egregie docuit atque anno MDLII. et ita paulo poſt ALCIATVM orbi ereptus eſt. Horum exemplo plures alii excitati ſunt, in Gallia praeſertim 78), ad barbariem ex iurisprudentia expellendam ope interpretationis *grammaticae* ex humanioribus literis inſtruendae, quibus quidem pars ICtorum maior ob innouationem oblatrauit, ſed impedire non potuit, quo minus nouis his luminibus iurisprudentia illuſtraretur. Intelligo IACOBVM CVIACIVM, GVILIELMVM BVDAEVM, ANTONIVM AVGVSTINVM, FRANCISCVM HOTTOMANNVM, FRANCISCVM DVARENVM, HVGONEM DONELLVM, GVIDONEM PANCIROLLVM, BARNABAM BRISSONIVM, fratres PITHEOS, aliosque, quamuis horum conatus egregii barbariem, ex academiis Germaniae maxime, profligare non valuerint, praeualentibus iis, qui illam magis in deliciis habuerunt, quam veram legum interpretationem, adeo vt nec hodie penitus depulſa fuerit, praeſertim quod quidam ſolidiori iurisprudentiae nimia et intempeſtiua in ipſum ius Romanum cenſura magis nocuerint quam profuerint 79). Tandem vero laetior lux praeter Belgium Germaniam quoque aſpexit hoc ſeculo, erecta circa finem ſeculi praecedentis hac academia, in qua ſtudia humaniora refloreſcere coeperunt, religionis purior cultus reductus, philoſophia in nouam melioremque plane formam reſtaurata, et ipſi iurisprudentiae ſtudio noua lux accenſa, tum per maiorem iuris tam *publici* quam *priuati Germanici* culturam, tum etiam per *iuris Romani* et *canonici* purgationem ab infinitis errori-

mordentibus maximam ei in prima iuuentute laudem compararunt. Primo docuit Ticini, ſed cum diutius oblatrantes, nec hi illum ferre poſſent, in Galliam ſeceſſit ibique maiori gloria et ſucceſſu feliciori ea tradidit, quae ad expurgandam iurisprudentiam facere poſſent.

78) Vt vel nomina paulo poſt relata indicant. Addam confeſſionem ipſius M. AVRELII GALVANI, Ferrarienſis, *in praef.* tractatus limatioris doctrinae *de vſufruct.* aientis: *Ego quamuis neminem deſpiciam, et omnes, vt debeo, venerer; tamen Gallos maxime omnium in theoricis ſtudiis ſuſpicio atque commendo: quorum opera factum eſt, vt ciuilis veterum Romanorum ſapientia tandem in ſuas ſedes poſt multa ſecula quaſi poſtliminio remigrauerit.*

79) Ita recte rationes ſubduxit B. HEINECCIVS *lib. I. hiſt. iur. ciu. §. vlt. et equidem*, ait, *vt vera fateamur, non parum ſolidiori iurisprudentiae nocuit intempeſtiuum quorundam ſtudium, qui cum elegantiores literas cum iurisprudentia coniunxiſſent, omnem doctrinae laudem in eo poſitam exiſtimabant, vt audaciſſima criſi leges non emendarent, ſed figerent, refigerentque, omniaque Romanorum inſtituta petulantiſſime riderent, Iuſtinianum omnemque eius laborem, ludibrio exponerent, merasque antinomias, Tribonianiſmos et neſcio, quae alia monſtra, vel laruas potius, venarentur, quin et nouum ius, ſi fieri poſſet, conderent, nihilque ſuo loco ſtare permitterent.* Teſtatiſſimum eſt, HOTTOMANNVM hoc morbo, TRIBONIANVM et IVSTINIANVM rodendi, laboraſſe, adeoque plerorumque ICtorum animos a ſe auertiſſe, vt cum HORATIO *lib. I. Sat. IV. v. 85.* exclamare potuerint:

Hic niger eſt, hunc tu, Romane, caueto.

Nec diſſimulat hunc in eo naeuum GRAVINA *cit. l. lib. I. §. 175.* ſed, *non modo*, ait, *in Accurſianis et Bartolinis interpretibus reprehendendis: ſed in ipſo Triboniano, quem et Antitriboniano, peculiari libello, concidit, perpetuo exagitando, collectam tota vita opinionem verecundiae atque modeſtiae prorſus amiſit.* Quidam *ſcita* Romanorum *poſitiua*, quatenus rationi a ſe formatae et pro *recta* venditatae conformia fuerunt, admiſerunt: quatenus ei repugnarunt, impune deſeruerunt, et iurisprudentiam ex ſuo cerebro nouam condere voluerunt, quorum in numero quodammodo B. TITIVS, praeſertim *in obſeruat. ratiocinantibus in Lauterbach.* eſſe videtur. Etenim *logica interpretatio* aſſumit principia ex iure poſitiuo eiusque rationibus atque inde recte ratiocinatur, ac concluſiones format; non tamen verba et grammaticam interpretationem deſerit, aut poſitiuas leges impugnat deſtruitque, quod ab officio interpretis alienum eſt. Tales interpretes *ſpectrorum* inſtar ſunt, qui *corpus legum* nullum, vel in paucis tantum, quae ſuae rationi conformia ſunt, agnoſcunt.

80) Ipſe

erroribus, poſtquam ſitis in elegantiores literas et antiquitates *Romanas* atque *eccleſiaſticas* admodum creuit, et HEINECCIVM, fidus illud academiae noſtrae, quoque inter alios excitauit, vt omni prorſus conatu *interpretationem grammaticam* in integrum reſtitueret, et ſcriptis ſuis veram legum Romanarum mentem reduceret 80). Quemadmodum vero haec academia ingentem auditorum numerum doctrinis ſuis aluit atque innutriuit, ita ex hac facile prodierunt, qui in aliis academiis quoque eodem ardore et pari conatu hodie veſtigia Heinecciana aliorumque, qui in omni eruditionis genere docuerunt, atque adhuc docent, premunt, vt felicior meſſis in vniuerſum ſperanda ſit.

§. XII.

Sicuti vero omnis grammatica interpretatio in duobus potiſſimum conſiſtit, tum, vt verborum euidenter corruptorum integritas reſtituatur, et genuina ab adulterinis et falſo adſperſis ſeiungantur: tum etiam, vt verborum obſcuritati orationisque ambiguitati lux clarior affundatur 81); ita hi ipſi, qui praeſidia literarum humaniorum ad iuris Romani culturam attulerunt, in vtroque capite ſollertiſſimi indagatores fuerunt, et ad noſtra vſque tempora felices fecerunt progreſſus 82). Ad

80) Ipſe vir beatus in *praefat. Bynkershoekii obſeruat. praemiſſa*, quae in *opuſc. minor.* ſeorſim editis, *tertium* conſtituit, *p. 23. ibid.* ita de ſe loquitur: *Ex quo cum elegantioribus litteris, quibus me a puero non inficior mediocriter eſſe verſatum, iurisprudentiam interiorem coniungere ſtudui: ſtatim mirifice adamare et fere in oculis ferre coepi ICtorum humaniorum volumina meaque intereſſe exiſtimaui, vt ea diurna nocturnaque verſarem manu. In primis autem exoſculatus ſum illuſtre, quod aetate noſtra illuxit, ingenium* CORNELII VAN BYNKERSHOEK, *cuius ego lucubrationes tam auide ſemper peruolutaui ac ſi diurnam veluti ſitim explere cuperem. Quamuis enim non ignorem, alium eſſe eorum guſtum, quibus nihil, niſi quod Bartoli aut Baldi lucernam olet, ad palatum eſſe ſolet: ego tamen meum ſecutus genium, alias mihi quaeſiui delicias, easque in* BYNKERSHOEKII *ſimiliumque ſcriptis abunde reperi, admiratus praecipue viri eruditiſſimi iudicium acre, ingenium ſollers, iuris ſcientiam inuſitatam, ac denique incredibilem, quo omnia ſua condire ſolet, cultum orationis.* Quid in arte critica, in elegantiorum literarum cultu, et antiquitatibus Romanis praeſtiterit vir vere eruditus, nemo eſt, qui neſciat, ſcriptaque eius, praeſertim commentarius *in legem Iuliam et Papiam Poppoeam*, *antiquitates Romanae*, *hiſtoria iuris ciuilis*, aliaque plurima, abunde teſtantur atque euineunt. Ipſe vir beatus cum aliis Germaniae ICtis labem Germaniae literariae ab exteris aſperſam, quaſi duntaxat in exteris terris eae naſcerentur plantae, quae horro verae eruditionis et elegantiorum ſtudiorum inſeri mererentur, abſterſit, docuitque ſuo exemplo, non in Belgio tantum ingenia talia deprehendi, quae *grammaticam interpretationem* ex humanioribus literis et antiquitatibus inſtruere et iurisprudentiam nitori priſco reſtituere valerent. Loquitur praeterea vel praeſens theſaurus *de verborum ſignificatione* Briſſonianus, quae eius vires ingenii in diſcernendis verborum Romanorum et forenſium variis acceptionibus fuerint, quibus potiſſimum *interpretatio grammatica* indiget ad veram mentem legum eruendam.

81) Recte obſeruat, VALENTINVS GVILIELMVS FÖRSTERVS *de iuris interpretatione, tom. II. theſ. iur. Rom. p. 954.* relatus, *lib. I. c. 2.* grammaticam interpretandi rationem eſſe duplicem: aliam, quae lectionis veritatem indagat et inquirit emendandos locos corruptos et deprauatos: aliam, quae verborum obſcuritatem et orationis ambiguitatem declarat. Neque enim de *verborum ſignificatione* iudicium ſanum ferri et idoneus ſenſus inde erui poteſt, antequam conſtiterit, verba eſſe integra et incorrupta, de quo ſi iuſta de cauſa dubitatur, ante omnia curandum, vt ea reſtituantur in integrum. Recte itaque cenſuit MVRETVS *lib. IIX. var. lect. c. 14. nullum hominum genus magis prodeſſe ſtudiis, quam eos, qui fideliter operam in mendis emendandis emundandisque ponunt.* Speciatim hoc etiam illuſtris BYNKERSHOEKIVS *in praefat. ad tom. I. obſeruat. iur. Rom.* ad iuris noſtri emendationem, neceſſariam quandoque, applicat et cautiones ſuppeditat, ſub quibus ad hanc medicinam accedendum eſt.

82) Idem etiam obſeruat BYNKERSHOEKIVS *cit. l.* et *poſterior aetas*, ait, *attulit elegantiores literas, hiſtoriam iuris, fragmenta veteris aeui, Baſilica, Theophilum, Harmenopulum,*

Ad primum enim quod attinet, quod *artis criticae* primarium, non tamen vnicum opus eſt, negari nequit, textus in iure noſtro, codicum antiquorum vitio, quandoque adeo mendoſos et deprauatos eſſe, vt manu critica opus ſit, nec aliter verus ſenſus inde erui poſſit, quam ſi ex coniecturis legitimis, aliqua probabilis immutatio fiat 83). Non aliter tamen ad hanc medicinam recurrendum, quam ſi (I) neceſſitas eam vrgeat deſideretque, vt aliter vulnera inflicta ſanari nequeant 84). Cauendum quoque, (II) ne nimis atrox haec ars ſanandi, ſed admodum proba-

pulum, inſcriptiones legum, ſubſcriptiones item in codice, lectionum varietates et, vt vno verbo abſoluam, criticam attulit, ſine qua non eſt, qui perfecte ſapiat in vlla arte. Ex quo ſimul liquet, *criticam artem* pertinere ad *grammaticam interpretationem*, imo illam ipſam conſtituere, quod non ſimpliciter diffitetur CLERICVS *de arte crit. vol. I. praef. ſect. I. §. 1.* maxime ſi in ſenſu antiquorum, prout ſupra *not. 43.* dictum eſt, *grammaticos* deſignamus, nec eos tantum intelligimus, qui elementa latini ſermonis tradunt. Ipſe vir illuſtris, antea laudatus, proprio exemplo in ſuis *obſeruationibus* luculenter docuit, quam ingens ſubſidium *grammaticae interpretationi* adferat *ars critica*, etiam circa emendationem locorum difficilium occupata, quamuis ea non vnice abſoluatur, ſed latiorem omnino ambitum habeat.

83) De *origine mendorum* in veterum libris et *antiquitate* plenius agit CLERICVS *de arte crit. Vol. II. Sect. I. c. 1. et 2.* Vitia talia olim irrepſiſſe in textum librorum et noſtri codicis legum ex *librariorum* incuria, qui ipſimet deſcripſerunt libros, vel plurimis ſimul dictarunt, vt vna opera plura eiusdem libri haberentur exemplaria, nemo eſt, qui neſciat, nec ſanus vllus negare poterit. *Ipſi auctores*, vt vtar verbis BYNKERSHOEKII *cit. l. non ſemper ſcribendo operi erant intenti, quin calamus aliquando aberrauerit, non magis olim quam nunc, remoti a vitio fragilitatis humanae Et quam larga mendorum materies a librariis vel dictantibus vel ſcribentibus? quicquid enim ex antiquitate ſupereſt, manu fuiſſe ſcriptum atque ita per aliquot ſecula propagatum, non eſt, qui neſcit, vllus Quumque vel diligentiſſimi quique labantur in deſcribendo ſuo vel aliorum opere, hos homines erraſſe non putabis, qui ei rei operas mercenarias vel voce vel calamo locabant? qui eſurientes feſtinabant, vt pretio operae ſuae potirentur? qui, vel gnari, ſe erraſſe, errorem non mutabant, ne ob deformitatem operis pretio quid decederet? qui denique omnium rerum fere imperiti erant, nedum harum, quas ſcribendas excipiebant? ſane hos, ſi erraſſe neges, Deos facis, non homines.* Ita recte iudicat vir illuſtris, vt vere dicere poſſis, ab eo tempore, quo ars ſcripturaria inuenta eſt, ſimul etiam vitia in eam per deſcribentium incuriam irrepſiſſe, adeoque ab omni aeuo quoque in his corrigendis ſolicitos fuiſſe, quorum ea res erat. Olim etiam *grammatices* partem hanc fuiſſe, obſeruat SVETON. *de illuſt. grammaticis c. 24.* probatque exemplo M. VALERII PROBI, de quo ita: *multa exemplaria contracta emendare ac diſtinguere et annotare curauit ſoli huic, nec vlli praeterea grammatices parti deditus*, quae verba optime illuſtrat SAMVEL PITISCVS *in comment. ſuo.* Si ipſe CICERO ſuo tempore *lib. III. ad Quintum fratrem epiſt. III. in f.* de grauiſſimis librorum ſcriptorum mendis conqueritur, ſcribitque: *de latinis vero* (libris) *quo me vertam, neſcio: ita mendoſe et ſcribuntur et veneunt;* quid ſani et integri de poſteriorum ſeculorum libris deſcriptis, praecipue in ipſa temporum caligine, exſpectandum?

84) Haec eſt ſententia prouidorum artis criticae peritorum, cum *boni interpretis* ſit de *verborum* reducenda *integritate* eſſe ſollicitum, non ſententiam aliorum peruertere, immutare, et hoc modo ſenſum alienum auctori alicuius ſcripti affingere. Sicuti vero medicina tunc demum opus, vbi de morbo euidenter conſtat, ita quoque ad ſanandum textum nunquam procedendum, niſi eundem manifeſto laborare vitio conſtet. Suo tempore FÖRSTERVS *de interpret. iur. c. II. n. 9.* hoc malum, caſtrandi libros, grauiter irrepſiſſe conqueritur, ac ait: *dolendum vehementer, extitiſſe hac aetate nonnullos, qui hoc ſtudii genus aggreſſi incredibile dictu eſt, quanta licentia, quamque indignis modis in veterum auctorum ſcripta ſaeuierunt, dum paſſim pro ſua libidine vocabula proterue reiiciunt atque e nuda plane coniectura.* Vnde recte obſeruat *n. 11.* tunc demum textus corrigere integrum eſſe, *ſi poſtulet id neceſſitas euidens ac ſumma*, idque illuſtrat forma SCti eleganter ficti apud IVSTVM LIPSIVM *in ſatyra Menippea*, in qua admodum iucunde leges circa has correctiones obſeruandae propoſitae ſunt. Licet itaque nemo negabit, curam atque operam in purgandis legum

probabile ſit, deprauationem vel vnius literae mutationem facile textui contingere potuiſſe 85). Praeſertim vero (III) ea medicina facile arripienda, quae, interpunctio-

legum vitiis eo magis prae aliorum auctorum claſſicorum emendationibus laudandam eſſe, quod, vt iudicat ſolide ill. BYNKERSHOEK in *praefat. ad libr. IV. obſeru. iur. in aliis auctoribus corruptis perdatur ſententia et ſolus fere nitor, hic ſaepe perdatur res et fortuna hominus*, quae ex vitioſo legis ſenſu non poſſit non in ambiguum discrimen deduci, caute tamen, et non niſi correctionem poſtulante neceſſitate ad ſanandum hoc morborum genus procedendum, h. e. vt rurſus praelaudatus vir illuſtris ait: *ſi recepta lectio plane defendi nequit, ſiue luxatu et corruptis verbis, quorum nulla vel non idonea eſt ſententia, vel quae manifeſte obſtat reliquis capitibus iuris.* Quae enim ſana ſunt et commodum admittunt ſenſum, ex aliquo obmoto dubio ſtatim velle cultro critico ſubiicere, et arbitrium vitae et necis ſibi in mutandis legum verbis attribuere, ſapit ſaeuitiam inquiſitionis Hiſpanicae, cui etiam tot optimae notae libri ſubiecti fuerunt. Duplici id liceat exemplo hoc declarare. In *l. 60. §. 5. D. locat.* haec leguntur verba: *meſſem*, INSPICIENTE COLONO, *cum alienam eſſe non ignorares, ſuſtuliſti, condicere tibi frumentum dominum poſſe, Labeo ait; et vt id faciat, colonum cum domino acturum.* Verba: *inſpiciente colono*, corrupta eſſe cenſet v. c. 10. VAN DE WATER *lib. II. obſeru. iur. ciu. c. 7.* quod furtum non committatur ſciente et patiente colono vel domino, adeoque potius legendum eſſe: *inſciente colono.* Ego correctionem nullam hoc caſu neceſſariam eſſe prorſus arbitror. Poſſe enim etiam furtum nec manifeſtum fieri etiam *vidente domino*, docet VLPIANVS in *l. 7. §. 1. de furt.* aiens: *ceterum cum tibi furtum facerem de domo tua, abſcondiſti te, ne te occidam, etiam ſi vidiſti, furtum fieri, attamen non eſt manifeſtum.* Poteſt ergo etiam furtum fieri, *vidente* et *inſpiciente domino*, qui tamen in furtum non conſentit. Poteſt colonus e longinquo inſpicere, vt tamen prohibere et conatum apprehendendi edere nequeat, et ita omnis neceſſitas textum immutandi ceſſat, nec textus ſub cultro critico relinquendus. Pariter *l. 1. §. 2. D. de Salu. interd.* mala manu conſpurcatam fuiſſe cenſet IDEM *lib. I. obſ. iur. ciu. c. 14.* in qua ICtus IVLIANVS aſſerit, quod, re duobus in ſolidum obligata, ſinguli aduerſus *extraneum* Saluiano interdicto recte experiantur, inter ipſos vero ſi reddatur hoc interdictum, conditio poſſidentis melior ſit. Hoc ipſum tamen pugnare cum *l. 1. C. de precar. et interd. Salu.* aſſerit, in qua interdictum Saluianum contra *extraneum* ſeu tertium poſſeſſorem prorſus denegatur, adeoque pro: *interdicto Saluiano*, legendum: *iudicio Seruiano*, cenſet vir doctiſſimus. Violenta haec admodum eſt emendatio, qua pro lubitu alia prorſus aſſumuntur verba, quae ſenſum adeo immutant, vt a rubro plane aliena ſint, ne dicam talem metamorphoſin non admittere verba, quae immediate ſequuntur: *inter ipſos vero ſi reddatur* HOC *interdictum, poſſidentis conditio melior erit.* Particula relatiua *hoc* indicat, in praecedentibus quoque de *interdicto Saluiano*, non de *iudicio Seruiano*, de quo nec rubrum tituli agit, ICtum locutum fuiſſe. Nec vlla neceſſitas eſt, talem vim textui adhibendi, a nulla manu mala conſpurcato, ſed vnice ex appellatione *extranei* nodus eſt ſoluendus. Haec eſt *relatiua*, et ita ex eius *oppoſito* pro ſubſtrata materia eſt explicanda, vt in hoc theſauro ſub voce *extraneus* plena manu eſt monſtratum. Etenim *extraneus* hic opponitur *creditoribus*, et ita per rerum naturam ex natura *relationis* alium praeter *debitorem* deſignare nequit. Aut enim hoc interdicto inter ſe *creditores* agere intendunt, quorum alter tamen poſſidet, quo caſu melior conditio poſſidentis eſt, atque interdictum reiicitur: aut vero neuter poſſidet, tunc ſinguli contra *extraneum*, debitorem ſcilicet, *creditoribus* oppoſitum, recte agit, vt *extraneus* hoc loco is dicatur, qui non eſt creditor, qualis eſt quoque *debitor*, non praeciſe quilibet poſſeſſor tertius. Denique haec interpretatio eo magis arripienda, poſtquam ex *l. 1. C. de precar. et interd. Salu.* conſtat, hoc interdictum contra tertium poſſeſſorem non dari, quod ICtus optime cognitum habebat, adeoque per *extraneum* tertium poſſeſſorem intelligere nec voluit, nec potuit.

85) De hoc pruritu ſaeuiendi in antiquorum ſcriptorum libros ſummus BYNKERSHOEKIVS *in cit. praef.* ita iudicat: *negare nolim, ipſos criticos ſua arte turpiter abuſos, plura forte vulnera et cicatrices bonis autoribus intuliſſe quam ſuſtuliſſe. Quantae audaciae, quantae temeri-*

punctione noua adhibita, ſenſum magis idoneum ſuppeditare 86), vel etiam artis typographicae facto contingentia vitia, quae ſaepe turbant ſenſum, ſine immutatione vlla verborum, in melius mutare poteſt. Saepe enim quaedam literis, vt vocant, ***antiquis*** exarata ſunt, quae ***iacentibus*** ſeu ***verſalibus***, vt loquuntur typothetae, exprimi debuiſſent, quo facto facile omnis difficultas ſuperari poteſt 87). Denique (IV) codices MSCtos optimae notae, vel inde deſumtas editio-

meritatis ſint criticorum cruentae ſaepe manus, nemo eſt, qui neſciat: quo plus audent, eo plus audere pergunt, ſcindentes, vrentes, ſecantes, quicquid cerebello ſuo placet. Duo proinde in omni critico deſiderat: (I) vt *neceſſaria* ſit emendatio, de quo capite in *nota praeced.* dictum: (II) vt *modeſta* ſit ſeu rationabilis, ab arbitrario iure ſecandi et vrendi ſepoſita, vt, vtraque lectione collata, ex rationibus adductis colligi aliter nequeat, quam lectionem eſſe vitiatam, quod egregio exemplo illuſtrat IDEM *lib. I. c. 11.* vbi pro *nequidem* in *l. 15. §. f. D. de vſufr.* legendum eſt *equidem*, ſine qua emendatione ſanus ex illa lege erui nequit ſenſus, et admodum probabile eſt, deſcriptorum vitio literam *n* voci *equidem* adiectam fuiſſe, quae emendatio nec atrox, nec audax eſt. Eiusmodi atroces emendationes etiam valde reprobat B. HEINECCIVS in *opuſcul. minor. opuſc. III. p. 35.* cum CLERICO de *arte critica P. III. ſect. 1. c. 14.* vbi etiam *c. 17.* leges emendandi et cautiones addit.

86) Cum enim veteres codices ſine interpunctione ſcripti ſint, merito illae emendationes probandae, quae loca vitioſa leui interpunctione emendant, et euidentiorem inde ſenſum ſiſtunt. Probabile admodum eſt, in *l. 13. §. 1. de pignor. act.* mendum duplex irrepſiſſe: tum in voce *vt*, pro qua NOODT *ad cit. tit.* legit *at:* tum in ipſa interpunctione, quam ita ingenioſe reſtituit: *venit autem in hac actione et dolus et culpa; at in commodato venit et cuſtodia, vis maior non venit.* Hac emendatione recepta, omnis difficultas, quae vulgatam lectionem preſſit, ceſſat.

87) Formulae pactorum etiam vtplurimum literis diuerſis ſeu *iacentibus* a reliquis ſolent diſtingui, quae tamen nonnunquam non integrae iisdem literis exaratae ſunt. Hoc contigiſſe in *l. 69. D. pro ſoc.* non ſine ratione iudicat B. de LYNKER in opuſculo, cui titulum dedit: *ſuppetiae, eaeque vnicae, ad l. 69. D. pro ſoc.* faciliorem tamen ſenſum textui attribui poſſe cenſet, ſi hoc modo diuerſis exſcribitur typis: „cum ſo„cietas ad emendum coiretur et conueniret: *vt vnus reliquis nundinas, i. e. epulas prae„ſtaſet, eosque a negotio dimitteret, ſi eas eis non ſoluerit*; et pro ſocio et ex vendito cum eo agendum eſt. „Hac ratione verba: *ſi eas eis non ſoluerit*, partem pacti conſtituunt, non autem ad deciſionem ICti pertinent. Optimum quoque factu fuiſſet, ſi in recentioribus editionibus corporis iuris ciuilis verba ICtorum *relatiua* a *deciſiuis* diuerſis typis diſtinguerentur, ne quis illa pro his accipiat, et ICtis contrariam mentem aſſignet. Hac ratione obſeruata ſaepe interpretatio facilior et felicior euadit, errores autem ſimul deteguntur, vt obſeruaui in *vindiciis pacti de non praeſtanda euict.* ad *l. 11. §. 18. de act. emt. vend.* quae hoc modo diuerſis eſſet exaranda typis: „qui autem habere licere vendidit, videamus, quid debeat „praeſtare? et multum intereſſe arbitror, vtrum hoc pollicetur, per ſe venientes„que a ſe perſonas non fieri, quo minus habere liceat: an vero per omnes; nam ſi „per ſe, non videtur id praeſtare, ne alius euincat, proinde ſi euicta res erit, ſiue „ſtipulatio interpoſita eſt, ex ſtipulatu non tenebitur: ſiue non eſt interpoſita, ex „emto non tenebitur.„ Haec erat deciſio VLPIANI, qua generatim pronunciat, praeſtationem euictionis prorſus hoc caſu deficere. His praemiſſis, refert IVLIANI ſententiam circa hoc argumentum certo modo diſtinguentis, quae vt a prioribus curate diſtingui poſſint, hoc modo exaranda erant: *ſed* IVLIANVS *lib. XV. Digeſtorum ſcribit, etiamſi aperte venditor pronunciet, per ſe heredemque ſuum non fieri, quo minus habere liceat, poſſe defendi, ex emto eum in hoc quidem non teneri, quod emtoris intereſt, veruntamen, vt pretium reddat, teneri. Ibidem ait, idem eſſe dicendum, ſi aperte in venditione comprehendatur, nihil euictionis nomine praeſtatum iri, pretium quidem deberi re euicta, vtilitatem non deberi. Neque enim bonae fidei contractus hanc patitur conuentionem, vt emtor rem amitteret et pretium venditor retineret: niſi forte, inquit, ſic quis omnes iſtas ſupra ſcriptas conuentiones recipiet, quemadmodum recipitur, vt venditor nummos accipiat, quamuis merx ad emtorem non pertineat: veluti cum futurum iactum retis*

editiones accuratas conſulere neceſſe eſt, adhibitis etiam graecis verſionibus, quibus non raro ad veriorem et certiorem lectionem deducimur 88). His adhibitis cautelis, facile illorum obiurgationes et iras contemnere poſſumus, qui omnes, etiam leuiſſimas, immutationes verborum nauſeant, ea ſuperſtitione ducti, quod ne iota quidem in noſtro legum theſauro perdi debeat, ſed omnia ſana et integra ſint, qui tamen nil niſi contortas et irrationabiles vtplurimum interpretationes in obſcuris et vitioſis locis adferre, et contradictiones cumulare ſolent 89). Tandem (V) etiam hoc quoque interpretationis huius officium eſt, vt, quae aliena manu interpolata ſunt, vel etiam a Triboniano adiecta, a genuinis ſeparentur, modo idonea ratione demonſtrari queat, neceſſario talem interpolationem factam fuiſſe.

§. XIII.

retis a piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis a venatore, vel pantheram ab aucupe: nam etiam ſi nihil capit, nihilominus emtor pretium praeſtare neceſſum habebit. Ita ampliſſime VLPIANVS refert ſententiam IVLIANI, eam tamen ſuam non facit, ſed potius contrarium indiſtincte dicendum eſſe aſſerit, ceu indicant *verba* eius *deciſiua:* „Sed in ſupra ſcriptis conuentionibus contra erit dicendum, niſi forte ſci„ens alienum vendit; tunc enim ſecundum ſupra a nobis relatam Iuliani ſententiam, dicendum eſt, ex emto eum teneri, quia in dolo eſt.„ Hoc modo textu exarato, palam eſt, VLPIANVM plane non ſequi ſententiam IVLIANI, nec recepiſſe diſtinctionem inter pretii reſtitutionem et praeſtationem eius, quod intereſt, vt illa quidem ex emto praeſtanda ſit, non vero hoc; cum verba vltima, quae *deciſiua* demum in *cit. l.* ſunt, indigitent, ICtum potius diſtinctionem praedictam reieciſſe, quae tamen a plerisque interpretibus per errorem aſſumta eſt, quaſi ab VLPIANO probata eſſet.

88) Hoc etiam recte commendant illuſtris BYNKERSHOEK *cit. l.* et B. HEINECCIVS *cit. l. p. 36.* aliique, cum ſaepe ex codicibus optimae notae lectio vulgata emendari queat, vt ſanior ſenſus euadat. Pariter etiam *graecae verſiones* conſulendae, quae ſaepe ambigentes a correctione vel retrahunt, vel eam ſuadent, praeſertim ſi antiquorum codicum quoque diuerſa lectio ſit. Sic in §. *9. I. de rer. diuiſ.* vulgata lectio haec eſt: *in alienum locum conſentiente domino licet inferre: et licet poſtea ratum habuerit, quam illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus ſit.* Contuli cum inſtitutionibus, quas cum *paraphraſi* THEOPHILI coniunctim edidi, egregium codicem MSCtum membranaceum ex *bibliotheca Vffenbachiana*, ad me eo tempore, quo nouam parabam editionem, transmiſſum, in quo lectio negatiua habetur hoc modo: *ſed licet poſtea ratum non habuerit, quam illatus eſt mortuus ſine voluntate eius, tamen locus religioſus ſit.* Facile hanc reciperem lectionem, niſi obſtaret THEOPHILI paraphraſis, quae cum lectione vulgata conſpirat, eo magis recipienda, quia ipſe THEOPHILVS inter adiutores fuit, quos IVSTINIANVS adhibuit ad componendas inſtitutiones, vti *in praefat.* praemiſſa *de Theophili paraphraſi* docui. E contrario admodum corrupta eſt lectio *l. 13. §. 1. D. de re iudic.* quae tamen facile emendari poteſt ex baſilicis, in quorum *tomo I. p. 503.* vera legis huius ſententia refertur.

89) Duo hominum genera iurisprudentiae eſſe periculoſa et cauenda, pari conſenſu et animo aſſerunt BYNKERSHOEK et HEINECCIVS *citt. ll.* quorum prius traditum eſt *n. 85.* et eos concernit, qui non medicinam adferunt, ſed ſaeuiunt in libros: poſterius eorum, qui *ſuperſtitione* ducti, omnem, etiam *neceſſariam* et probabilem correctionem faſtidiunt, et in ſordibus viuere, quam vel vnius literae reformationem admittere malunt, cenſentes, ius valere ex recepto, eamque lectionem in foro auctoritatem recepiſſe, quae *gloſſatae editioni* conformis eſt. Equidem et ego horreo illud emendationis genus, quod *incertum ius* in foro operatur; *interpretationis* tamen *grammaticae* illud genus merito recipiendum arbitror, ſine quo obſcura, et in grauiſſimis poſita ſyrtibus, intelligi non poſſunt. Cum enim etiam hoc admodum neceſſarium ſit, cum *logica* interpretatione vniendum, haec ſophiſtica vtplurimum euadit, ſi prior negligitur. Qui ſubſiſtunt in vulgata lectione *l. 13. §. fin. de vſufr.* in infinitas abſurditates et *ἀσύστατα* incidunt, ac rationes irrationabiles comminiſcuntur, vt ab omni ratione aliena propugnent et mordicus tueantur.

Denique

§. XIII.

Praeterea interpretatio grammatica in eruendo verborum ſenſu genuino primario occupata eſt, obſcura et ambigua declarat, et ex ſcriptis vel eiusdem autoris vel aliorum eiusdem aetatis illuſtrat, quo in ſenſu haec vel illa verba, olim in foro et rebus agendis vſitata, accepta fuerint, quae, ob defectum hiſtoriae et antiquitatum Romanarum atque litterarum humaniorum, *ex accidente* hodie obſcura videntur, quamuis olim non fuerint 90). Qui enim idonee interpretari antiquorum ſcripta cupit, linguam illius temporis, quo aliquid ſcriptum eſt, intelligere 91): autoris ipſius propria philoſophiae, cui addictus fuit, principia cognita habere 92): rem ipſam, de qua agit, quamque verbis exponit, intelligentia ac ratione comprehendere 93), ac denique varias vocum ſignificationes curate obſeruare debet. Sunt etiam in iure *termini technici* 94), ſicuti in ceteris diſciplinis et artibus generis humani, quorum intelligentia in primis in interprete deſideratur. Vno verbo: eodem lexico ſeu verborum ac formularum theſauro vti debet interpres, quo gauiſus eſt ſcriptor antiquus, ſeu ICtus Romanus, legis explicandae autor. Atque hunc in finem non tantum *lexica* ſeu *dictionaria* in vniuer-

Denique quia omnes concedunt, *grammaticam interpretationem* in iure noſtro explicando neceſſariam eſſe, eius officium vero potiſſimum in duobus conſiſtit, vt in hoc §. euici, non poteſt ab illa ſeparari illa ſolicitudo, quae circa *integritatem verborum,* neceſſario prius exquirendam, verſatur.

90) Id declaratum eſt §. *X.* atque *not. 67. ſeqq.* obſeruatum, quanta barbaries inter primos ſeculi XII. interpretes atque ſubſequentium temporum ex hoc defectu regnauerit in ſcholis Italiae et Germaniae, et quam inſignis lux ſeculo XVI. affulgere coeperit reſtitutis literis humanioribus et reuocato antiquitatum Romanarum ſtudio, quod §. XI. plenius iam expoſitum, ita vt hic ex ante dictis meſſem idoneam facere queamus.

91) Hoc monitum ſupra §. *IX.* dedi et *nota 61.* explicui atque inde deduxi, ICto et interpreti iuris Romani admodum *neceſſaria* eſſe praeſidia humaniorum litterarum, nec tantum, vt Bulgariſtae loquuntur, *ornamento* inſeruire, quo ICtus carere queat. Qui ita rationes ſubducunt, ne quidem ad *grammaticam interpretationem* ſe idoneos eſſe, publice produnt, ſed incertis *opinionum* et *ſententiarum receptarum* procellis iactantur. Sicuti itaque, qui opus in gallica lingua ſcriptum interpretari deſiderat, ad vnguem huius linguae peritus eſſe debet, ita quoque pariter nemo ICtorum veterum ſcripta intelligere poteſt, qui eorum ſermonis et reconditorum verborum iuris ſenſuum intelligentiam non habet. Verum merito ſuperſedeo, haec vlterius exornare, poſtquam hac in re mihi otium fecit PETRVS DANIEL HVETIVS *libris II. de interpretatione,* qui quidem primario in libris recte vertendis occupati ſunt, ſed eiusmodi praecepta ſuppeditant, quae etiam hac in obſeruatione vſum praeſtant.

92) Vt plurimum ICtos Stoicae ſectae addictos fuiſſe, ſpeciali programmate *de Stoica ICtorum philoſophia* monſtraui, de quo argumento ex profeſſo quoque egit V. C. EVERHARDVS OTTO ſingulari oratione, oſtenditque plerorumque ICtorum reſponſa placitis Stoicorum conuenire. Praeterea cum inter veteres ICtos ſectae fuerunt, multum proderit interpreti noſſe, cui familiae addictus fuerit ICtus, cuius textum interpretatur.

93) Docet hoc prouincia *grammatici,* quae latiſſimum ambitum habet, ſupra §. *VIII. not. 43.* iam deſignatum, quae etiam merito ICto commendata eſſe debet, vt *not. 47. et 48.* exemplo CAPITONIS et LABEONIS monſtraui.

94) Hanc de *verborum iuris* obſeruationem, ſupra *not. 60. ad* §. *IX.* illuſtraui, cui addi poteſt, quod, abrogatis licet verbis *directis* et *ſolennibus*, iurisprudentia tamen adhuc ſcateat infinitis *propriis verbis*, quibus doctrinas iuris deſignat, et forum inſtruit, quae proprias ſuas ſignificationes forenſes habent, quae in hoc theſauro abunde adductae ſunt.

95) La-

vniuerſum *interpretationi grammaticae* admodum inſeruiunt 95), ſed ſpeciatim illi rei iuridicae inſignem operam praeſtant, qui verborum, quae ad ius pertinent, ſyllogen ordine alphabetico colligunt et varias eiusdemque ſignificationes annotant atque ex antiquitatibus atque literis humanioribus explicant illuſtrantque, quo ſemper copia ſufficiens in promtu ſit.

§. XIV.

Haec fuerunt fata *interpretationis grammaticae* in iure ciuili, quam, vti dixi, ſuis ſcriptis egregie promouit par nobile ICtorum BRISSONIVS et HEINECCIVS, adeoque non mirandum, eosdem pari conatu et inſtituto eundem ſuſcepiſſe laborem in exornanda doctrina vere grammatica *de verborum, quae ad ius ciuile pertinent, ſignificatione*, aliis lexicis iuridicis longe praeferendum 96). Prodiit hic theſaurus Briſſonianus aliquoties Pariſiis et Francofurti 97), denique etiam Lipſiae an. MDCCXXI. inſigni cum applauſu ab eruditis exceptus. Poſtquam enim BRISSONIVS tot ingenii dotibus ornatus facile perſpexerat, quam egregia *vtilitas* ex grammatica interpretatione, quae potiſſimum circa *verborum ſignificationes* occupata eſt, ſperanda, et quanta neceſſitate a ſingulis, qui iuri operam non proletariam, ſed in ſolidis fundatam principiis, dare conſueuerunt, haec doctrina expetenda eſſet: praeterea vero animaduerterat defectum in hoc argumento vniuerſalem, quem ne quidem in milleſima parte interpretes ad *tit. de verb. ſignificatione* ſuppleuerant, id curae cordique ei vnice fuit, vt faciliori methodo, ſeruato ordine alphabetico, *verba iuris* neceſſaria colligeret, eorum diuerſas acceptiones ex ipſis legibus et coaeuis ſcriptoribus doceret, et hoc mare immenſum ſi non exhauriret, aliis tamen viam monſtraret, acceſſionibus nouis et quotidianis hunc theſaurum exornandi. Eſt enim hic labor immenſus nec vnius fere hominis, alienis publicisque praeſertim diſtricti negotiis, vt merito mirandum ſit, ICtum ſub tanta laborum publicorum farragine, eam ſibi grauiſſimam prouinciam impoſuiſſe, vt vtrumque theſaurum et *de formulis* et de *verborum ſignificatione* perficiendum ſuſciperet, niſi vires ingenii ſufficientes, et ſolida eruditione ſubactum pectus in ſe cognouiſſet, ſitimque praeterea expleri neſciam ad exornandam iurisprudentiam per *grammaticam interpretationem* vulgo neglectam ſenſiſſet. Hac admiranda et pene diuina virtute tandem effectum eſt, vt vtrumque opus in incrementum rei literariae communis in publicum prodire iuſſerit.

§. XV.

Verum, quod vtplurimum in eiusmodi *collectionibus verborum* contingere ſolet, vt inchoatum opus eſſe videatur in primo ſuo ſyſtemate potius, quam perfectum et exaedificatum, magis hoc theſauro ſitim eruditorum acuiſſe quam ſatiaſſe viſus eſt BRISSONIVS, praeſertim quod ipſe praeuiderit, talem a ſe ſuſce-

95) Latius de hoc argumento *not. 62.* ediſſerui, atque vſum *Lexicorum* atque gloſſariorum oſtendi. His addi poſſunt, qui *aduerſaria* exemplo ADRIANI TVRNEBI et CASPARIS BARTHII ediderunt, quippe quae nihil aliud intendunt, quam *interpretationi grammaticae* et *verborum ſignificationibus* atque *integritati* ſuppetias ferre, ad quorum euolutionem accurati indices multum faciunt.

96) In promtu eſt CALVINI *lexicon iuridicum*, cuius labor tamen non eſt comparandus cum *theſauro* BRISSONII *de verb. ſignif.* praeſertim noua B. HEINECCII cura emaculatius edito. Nec HOTOMANNI *comment. de verbis iuris* eum finem aſſecutus eſt, quem BRISSONIVS ſibi propoſuit obtinuitque.

97) Francofurti enim prodiit MDLVII. et MDLVIII. item MDLXXXVII. ac MDLXXXIII. Poſthuma editio, ab ipſo autore adhuc emendata et aucta, Pariſiis prodiit anno MDXCVI. HENRICO IV. regi dedicata.

 98) In

ſuſceptum laborem eoque conſilio peractum, cui multa adhuc etiam ab aliis addi poſſent et deberent. Hac de cauſa tum ipſemet poſteriores editiones, praeſertim eam, quae poſthuma fuit, et anno MDXCVI. Pariſiis prodiit, multis acceſſionibus ditauit, atque emendatiores reddidit: tum praeterea etiam IO. OTTO TABOR et IO. CHRISTIANVS ITTERVS opus in Gallia natum et educatum, in Germania nouis copiis inſtruere, atque, quantum in ipſis fuit, in perfectiorem ſtatum deducere conati ſunt. Sed vt verum fatear, non eadem felicitate parique exitu. Omnes in hoc vnice fuerunt, vt, neglectis Briſſonianis mercibus, expolitiones multas deſiderantibus, ſuas tantum venales exponerent, et orbi erudito theſaurum BRISSONII variis acceſſionibus locupletatum ſiſterent. Neque enim in id neruos ingenii et induſtriae intenderunt, vt hoc opus, quod plurimis allegatorum erroribus et aliis defectibus ſcatebat, purgarent et emaculatius atque ornatius orbi literario ſiſterent, vel quae inordinate et alieno loco poſita erant, meliori ordini aptiorique loco reſtituerent, id quod tamen ante omnia in tali *collectione verborum* eſt neceſſarium, quae vtilitatem ſperatam non ſortitur, ſi fontes, vnde ſingula hauſta ſunt, non accurate deſignati, ordo vero naturalis verborum turbatus eſt. Praeterea hi duo viri praeſtantiſſimi ſaepe ſine delectu, quae ipſis obuia fuerunt, conduxerunt, et operi Briſſoniano, ad inſtar lectorum militum nouorum qualiumcunque adiunxerunt, praeſertim vero ex *Codice Theodoſiano* 98), cuius non eandem, quam iuris, in meliori aeuo nati, rationem habuerat BRISSONIVS, multa ſuppleuerunt. Denique nouis auctoritatibus et argumentis, quibus ille vſus haud erat, quaſdam eiuſdem coniecturas et obſeruationes quidem exornarunt vel corroborarunt, quae tamen vberiorem illuſtrationem ex penu literarum humaniorum ampliſſimo omnino deſiderabant.

§. XVI.

Quae cum ita eſſent, conclamatum atque in ore omnium erat, longe adhuc praeſtantiorem ICtum et quidem praeſidiis tum optimarum literarum, tum antiquitatum Romanarum inſtructiſſimum deſideratum fuiſſe artificem, qui hoc praeſtantiſſimum opus, a BRISSONIO quidem inchoatum, ſed impolitum et rude relictum, perpoliret, imo etiam imperfectum plenius exaedificaret eique vltimam manum adderet. Vno verbo: illuſtrem noſtrum HEINECCIVM, ICtum ad hoc opus perficiendum aptum natum, deſiderauit, cuius ſub curis eruditis et meditationibus ſelectis hic theſaurus in nouam formam coniiceretur, acceſſionibus neceſſariis et *grammaticae iuris interpretationi* inſeruientibus augeretur, et ab infinitis mendis purgaretur. Gloriae et ſingulari incremento *Briſſoniani nominis* ceſſit, quod ICto humaniſſimo ſocius contigerit humaniſſimus: eruditionis laude corruſcanti adiectus ſit comes indiuiduus optimarum artium ſtudiis eruditus et excultus: interpreti iuris illuſtri additus adiutor aeque illuſtris, et, vt paucis dicam, quod BRISSONIVS itineris, quod ingreſſus erat, ſodalem acceperit HEINECCIVM, vtpote cui ab egregiis animi dotibus datum erat, vt prae aliis defectus emendare, diſtinctius vocabulorum ſignificationes proponere, omiſſa ſupplere eaque ad meliorem οἰκονομίαν et εὐταξίαν, quae memoriae et facili inuentioni verborum maxime opem affert, deducere, quae praepoſtere et inordinate propoſita erant, denique operi huic vltimam limam, quae adhuc deerat, addere poſſet. Qui enim merita viri illuſtris in rem literariam egregia ſedulo animo perpendet, ille mox leonem ex vngue agnoſcet, atque intelliget, aptiorem huic operi

98) In eo potiſſimum TABORIS labor verſatus eſt, vt IACOBI GOTHOFREDI *gloſſarium ad Cod. Theodoſ.* et ſcrinia compilaret, et verba diuerſarum aetatum confunderet.

99) Sic

operi perficiundo praefici non potuiſſe, quod etiam ipſa lectio vſusque huius theſauri aſſiduus confirmabunt.

§. XVII.

Videlicet eas ſibi leges in hoc moleſtiſſimo labore dixit vir eruditiſſimus HEINECCIVS, ſine quibus ad plenam perfectionem deduci non potuit. Etenim (I) *formae* ſibi rationem ante omnia habendam eſſe duxit, quae emendationem neceſſariam hinc inde deſiderabat. Nam quamuis BRISSONIVS, ex inſtituto lexicorum, opus ipſum ſecundum ſeriem alphabeticam diſpoſuerit, cumque verborum ordinem, qui ei conuenire videbatur, ſeruauerit, neſcio tamen, qui factum fuerit, vt ab hoc itinere recto quandoque declinauerit, et ſeriem verborum, aptis et accommodatis locis curate ponendam, magno cum euoluentium incommodo, ſaepe neglexerit 99). Vbicunque ergo literarum ordo confuſus erat, ſollicitam beatus auctor dedit operam, vt eundem reſtitueret, tum in ipſa articulorum, quos vocant, ſerie 100), tum in ſingulis eorum membris atque ſectionibus, ſaepe praepoſtere poſitis 101). Praeterea (II) ſicubi vocabula, quae ſingularem propriamque ſedem merebantur, extra eam vagari deprehendit, ea, quantum fieri potuit, magna cum ſolertia conquiſiuit et conuenientiori loco collocauit, quo, quae diſtinguenda ab aliis erant, accurate ſecerneret, nouosque hoc modo ſaepe articulos, a BRISSONIO ſaepe cum aliis mixtos, formaret 102).

§. XVIII.

Quoniam vero (III) vniuerſum hoc opus primario in eruendis verborum *ſignificationibus* variis diuerſisque verſatur, alienae curae adhuc multum relictum eſſe facile animaduertit doctiſſimus editor, adeoque innumeris verbis ſignificationes a BRISSONIO omiſſas addidit, earumque varietatem, ſi qua eſſet, ordinatius atque curatius notauit, cuius rei tot fere ſunt exempla, quot articuli. Cum enim plura ſaepe ſcripto ſignificantur propter verborum ambiguitatem, vt liceat ei, qui contradicat, ſignificationem ſcripti eo trahere, quo expediat et velit, omnino, maxime in legibus ſcriptis, eſt opera danda, vt varii verborum intellectus ſiſtantur, et idoneis teſtimoniis firmentur, quo ſingulis vocibus, prout materia, de qua agitur, id poſtulat, ſuus genuinus ſignificatus attribui queat 103) et a diſſentientium inſidiis liberetur. Praeterea vero (IV) *ordine idoneo* opus eſt, in varia verborum ſignificatione curate inter ſe diſtinguenda et iis coniungendis, quae ad eandem claſſem ſpectant. Quocirca illuſtris editor diuerſas verborum ſignificationes, nulla ratione antea diſtinctas, ſed indigeſta mole collectas et ſic admodum confuſe poſitas, ſigno ¶. diſtinxit, numerosque tot addidit, quot eſſent peculiares notiones, quod ipſi operi non tantum inſigne ornamentum, ſed etiam facilem viam conciliauit, vno intuitu quaeuis perluſtrandi, quae ad vnam eandemque ſectionem pertinebant, et ſpecialius in laudatione operis ad numerum prouocandi, quo quis theſin ſuam firmare intendit.

§. XIX.

99) Sic articulo: PRAEDECESSORES ſubiectus articulus PRAED[illegible] qui potius et conuenientius referri debuit ad articulum PRAES.

100) Vti ex articulis CALX, CALIX, CAVTELA, ſuis locis repoſitis, perſpicere licet.

101) Exemplum eſt in articulo CESSARE, cuius *ſubiecta* ſecundum ſeriem alphabeticam collocata ſunt.

102) Exemplum eſt in articulo: CAPI[illegible] cui meliori ordine alii affines ſubiuncti ſunt, quod et in artic. CAVERE et PRAEFECTVS factum.

103) Vti *nota 84.* appellatione extranei illuſtratum eſt ex *l. 1. de interd. Saluiano.*

104) Sic

§. XIX.

Frequentiſſime quoque (V) leges allegandae a BRISSONIO omiſſae, nec auctores, quorum verba tamen adducta, laudati ſunt, quandoque etiam loca auctorum vel legum male excitata et adducta, denique alius pro alio auctor 104) allegatus, prout in eiusmodi collectionibus facile contingere ſolet, niſi ſingularis ἀκρίβεια et grauis ſollicitudo adhibeatur. Id ergo ſibi negotii quoque datum fuiſſe recte cenſuit B. HEINECCIVS, vt ea, quae emendanda in hoc argumento eſſent, emendaret, neglecta diligenter ſuppleret, auctores omiſſos adderet, et veros locos auctorum reſtitueret. Hac de cauſa quoque (VI) ſingulas pene leges, quarum infinitus numerus adductus eſt, omnesque, qui in partes vocantur, auctores veteres indefeſſa opera euoluit, fontesque, vnde ſententias ſuas probare anniſus eſt BRISSONIVS, maturo iudicio expendit, male indicatos rectius ac curatius indicauit, ac denique, quae minus recte ex cuiusdam auctoris vel legis verbis collegit, ſedulo annotauit, contrariumque modeſte adſtruxit. E contrario (VII) repetitiones nonnunquam in opus Briſſonianum irrepſiſſe animaduertens, eas tollendas recte iudicauit.

§. XX.

Non parum quoque (VIII) compendii praeſtantiſſimo operi acceſſit ex hoc beati auctoris conſilio, quo leges omnes ſingulasque earum ſectiones, quas *paragraphos* vocant, antiquo more a BRISSONIO verbis initialibus laudatas, noua ratione, hodie in vniuerſum vſitata, numeris diſtinxit, vt euoluentibus mox praeſto eſſent loca, quae antea non tam facile quaerentibus apparebant. Praeterea auctorum locos ſedulo euoluit, et quia non niſi *libros* eorum, omiſſis CAPITIBVS, notauerat BRISSONIVS, haec quoque addidit, et ita omnia inſtruxit, vt, quae in hoc theſauro laudata ſunt, ſine vlla moleſtia facile a quaerentibus inueniri queant.

§. XXI.

In gratiam quoque eorum (IX), qui graeca vel ignorant, vel non ſatis in ea lingua verſati ſunt, verbis ex graecis ſcriptoribus, quorum teſtimonio ſaepe vſus eſt BRISSONIVS, transſcriptis, latinam interpretationem ex melioribus interpretibus ſubiecit, non raro etiam ipſemet auctor graeca ciuitate Romana donauit, quo referendae ſunt veteres gloſſae, quaedam epigrammata graeca, et quae ex MOSCHOPVLO THOMAque magiſtro transſcripſit BRISSONIVS.

§. XXII.

Sed quod (X) caput rei eſt, quodque iam dum in *Briſſoniano theſauro* deſiderarunt eruditi, ingentem numerum vocum, quas noſter praeteruidit omiſitque, magna cura addidit. Hanc operam inprimis promouerunt V. C. CORNELII VAN BYNKERSHOEK *obſeruationes,* quae prae ceteris B. auctori ſemper in deliciis fuerunt, nec non CAR. ANDR. DVCKERI opuſcula varior. *de latinitate veterum ICtorum*, quamuis etiam plurima ex propria penu depromſerit, et ita inſigni cumulo verborum hoc opus auxerit. Idem conſilium quoque TABOREM et ITTERVM in additamentis nouis operi adiiciendis habuiſſe conſtat, quae tamen

104) Sic ſaepe leges, quae allegari debebant, omiſſae, vt in PRAECAVERE. *l. 26. §. 7. D. mandat.* In art. PRAEFECTVS. *l.* [illegible] *pr. D. de offic. praef. vigil.* In artic. PERFVSORIE. *l. 2. §. 32. D. ad SC. Trebell.* In [illegible]c. PRAESENS. *l. 10. §. 12. D. quae in fraud. credit.* In articul. PARRICIDA varii ex VALERIO MAXIMO loci emendandi, et ipſius auctoris nomen diuinandum erat.

tamen etiam ſedulo examinauit, et quaſdam horum virorum celeberrimorum obſeruationes, minus probatas, ſuſtulit, proletaria et vbiuis obuia omiſit, aut quae ſuperfluis, quam opus erat, verbis propoſita erant, coanguſtauit atque arctius contraxit. Quo vero additiones ITTERI et TABORIS ab AVTORIS noſtri vberioribus copiis diſtinguerentur, illas quidem vncinulis [ ] incluſit; has vero manus σχήματι (☞) et primis nominis literis: HEIN. ſignificauit ſibique vindicauit, quae in ſingulis fere paginis frequenter occurrunt.

§. XXIII.

Quae praeterea (XI) *ornamenta* et *emendationes* neceſſaria viſa fuerunt, prudenter et erudite vbique intermiſcuit. Quicquid enim humaniores poſt BRISSONIVM ICti de *verbis, quae ad ius pertinent,* obſeruarunt, illud omne, tum teſtimoniis, tum rationibus, quibus vtuntur, breuiſſime allatis expenſisque, locis conuenientibus in ſuos vſus vertit, obſeruationes et emendationes Briſſonianas nouis auctoritatibus et argumentis vel adiuuit vel meliora edoctus nouam ἐπίκρισιν iis adiecit atque ſub ſuam cenſuram vocauit. Oculi regulariter plus vident, quam oculus, et poſteriores curae ipſum BRISSONIVM induxerunt, vt plura in opere ſuo emendaret, plurima ſine dubio adhuc correcturus, ni triſtiſſimo, ſed praematuro periiſſet fato, cuius vicem eruditi in perpetuum dolebunt. Sed, quod viro eruditiſſimo funeſtiſſimus denegauit caſus, hoc eruditus orbis HEINECCIO illuſtri acceptum ferre debet, qui et dotibus ingenii egregiis et iis praeſidiis literarum optimarum inſtructus fuit, quae ad hunc theſaurum emaculatius et ornatius ſiſtendum deſiderata fuerunt.

§. XXIV.

Denique (XII) ratione *formae externae* quoque haec editio aliis, quae eruditorum manibus teruntur, longe praeferenda. Singuli enim articuli non tantum *maioribus*, vt decuit, literis exarati, ſed etiam ipſa *verba*, ſub ſingulis *articulis* collecta, diuerſo charactere, quo facilius in oculos incurrerent, expreſſa, praeterea, quae eis conueniunt, diuerſis etiam typis ſunt notata, et ita omnia diſtincte, ordinate, et curate digeſta ſunt, vt, ſi cum antiquis editionibus hanc comparaueris, nouum plane *verborum, quae ad ius pertinent, theſaurum* in lucem prodiiſſe, nec tam aedificium antiquum refectum, quam nouum prorſus ex ruderibus antiquis pro parte retentis et nouis innitis tignis adiunctis exſtructum videatur.

§. XXV.

Id vero merito mecum dolet vniuerſus literatus orbis, quod inter tot egregia opera HEINECCIANA hoc ipſum ſit *poſthumum*, quod nunc demum poſt annum a morte beata ipſius, quae d. XXXI. Aug. MDCCXLI. contigit, ſingulorum vſibus publice ſiſtitur atque offertur. Interim vir beatus ea adhuc felicitate vſus fuit, vt, ſe adhuc valente et viuente, *tomum primum* operis ſub prelo ſudare non tantum, ſed etiam ſub morbo grauiſſimo ad finem perductum viderit, et integrum opus 105), praeter pauca, ſua manu deſcripſerit: reliqua, quae deſcribenda adhuc erant, ſolerti curae et fidei filii chariſſimi, patris veſtigia ſummo ſtudio legenti et natu maioris, IO. CHRISTIANI GOTTLIEBII, I. V. Candidati digniſſimi, commiſerit, qui etiam debitam adhibuit curam, vt voluntatem patris beati exacte impleret. Nec dubium eſt, quin opus hoc iam penitus exaedificatum et diu

f deſide-

105) vsque ad literam P.

deſideratum, ſitim eruditorum expleturum et communi omnium approbatione et applauſu in publicum proditurum ſit. Meum fuit, pro ſingulari inter nos culta amicitia, qua συμφιλολογεῖν cum viro erudito per plures annos licuit, de praeſtantia huius theſauri quaedam praefari, et quae grates manibus piis defuncti debeantur, pro tam inſignibus in rem literariam meritis, publice docere. Sed etiam meum fuit et officium poſtulauit neceſſitudinis, poſt cineres etiam memoriam amici colendiſſimi celebrare, eique ſequens cenotaphium erigere:

LVGE.
QVI. HAEC. ATTONITVS. LEGIS.
ET. ACCEDIS. AD. HOC. MONVMENTVM.
SVB. QVO. NON. CINERES. CLAVDVNTVR.
SED. IN. QVO. PVBLICA. LVGENDI. CAVSA. PANDITVR.
EXTINTVM. MOESTISSIMO. FVNERE. FLEMVS. DOCTOREM.
OCCASVM. SIDERIS. GERMANIAE. MICANTIS.
QVOD. LVXIT. SPLENDVITQVE. PER. ERVDITVM. ORBEM.
LVGEMVS. OBITVM.
VIRI. ILLVSTRIS. OMNIQVE. ELOGIO. MAIORIS.
IOANNIS. GOTTLIEBII. HEINECCII.
IVRISCONSVLTI. CONSVMMATISSIMI.
POTENTISSIMO. REGI. BORVSSIAE. A. CONSILIIS. INTIMIS.
IVRIVM. ET. PHILOSOPHIAE. PROFESSORIS. PVBLICI.
IN. REGIA. FRIDERICIANA.
VEL. HOC. SOLVM. NOMEN. SVFFICIT.
AD. COMMVNEM. PLANCTVM. ET. LVCTVM. EXCITANDVM.
QVIS. ENIM. AEQVO. ANIMO. FERRE. POTEST.
VIRI. DOCTISSIMI. EXITVM. EX. HAC. VITA.
LVGET. ACADEMIA. REGIA.
MOERET. ORDO. ICTORVM. INCLYTVS.
SQVALENT. CIVES. ACADEMICI. ET. HVIVS. CIVITATIS.
AFFLICTANTVR. EXTERI.
TOTVS. LITERATVS. ORBIS. TAM. SALVTAREM. CIVEM. DESIDERAT.
PLVRIMAE. VBIQVE. FLENDI. CAVSAE. GRAVISSIMAE.
QVIS. ENIM. NON. DOLVIT. CASVM. VIRI.
QVEM. REX. POTENTISSIMVS. BORVSSIAE. COLVIT.
ORBIS. LITERATVS. OBSERVAVIT.
ACADEMIA. NOSTRA. DILEXIT.
SINGVLI. STVDIORVM. CVLTORES. IN. OCVLIS. TVLERVNT.
QVOD. MENTIS. CVIVSVIS. OCVLOS. SVA. DOCTRINA. ILLVSTRAVERIT.
PLVS. VIDENS. QVAM. TOT. ALIORVM. OCVLI.
SED. EHEV. IAM. OCVLOS. CLAVSIT.
QVORVM. ACIES. OMNIA. PENETRAVIT.
IN. RE. LITERARIA. ABSCONDITA. RESERAVIT.
TOT. INGENII. FOETVS. FELICISSIMOS. EDIDIT.
IN. RE. LITERARIA. IVRIDICA. PHILOSOPHICA.
QVIBVS. ALIARVM. GENTIVM. ERVDITIS. PALMAM. PRAERIPVIT.
OSTENDENS.

GERMA-

GERMANIAM· ETIAM· DECORA· PLVRIMA· ET· INGENIA· MAGNA·
ALERE·
NEC· ERVDITIONEM· SOLIDAM· SOLIS· EXTERIS· GENTIBVS· PROPRIAM·
DOCVIT· ELEGANTISSIMO· ELOQVIO·
CIVES· IN· TRIBVS· ACADEMIIS· DEGENTES·
SED· SCRIPTIS· SVIS· ETIAM· REMOTISSIMAS· GENTES· DOCVIT·
EOSQVE· IN· VIAM· DEDVXIT· VERITATIS·
QVIBVS· EIVS· AVDITORIVM· ADIRE· NON· LICVIT·
IMO·
EFFICACIVS· ET· PLENIVS· DOCVIT· IN· SCRIPTIS·
QVAM· VIVA· VOCE· ET· LINGVA·
ILLA· MORTE· EIVS· PRAEMATVRA· OBMVTVIT·
HAEC· LOQVI· DESIIT·
D· XXXI· AVG· ANNI· MDCCXLI·
SED· SCRIPTA· EIVSDEM· ADHVC· SEMPER· LOQVVNTVR·
PER· OMNE· AEVVM· DOCEBVNT·
ET· ITA· DOCTOR· PERPETVVS· ERIT·
QVI· VIX· AD· SEXAGINTA· ANNOS· VIXIT·
VIXIT· EHEV·
SED· ITA· SEMPER· VIXIT·
VT· POST· MORTEM· OMNIBVS· PERPETVO· PRODESSET·
QVI· IN· LITERIS· VIVVNT·
SINGVLIS· EXEMPLVM· PRAEBENS·
ITA· VIVENDVM· ESSE·
QVO· VIVENTES· GENERI· HVMANO· SINT· IN· DELICIIS·
MORTVI· COMMVNIBVS· HOMINVM· COMMODIS· INSERVIANT·
ET· ITA·
OMNIVM· SECVLORVM· VIVANT· PROSINT· CONSVLANT·
POSTERITATI·

Scrib. Halae d. XIII. Aug. MDCCXLII.

DEDICATIO
EDITIONIS PRIMAE.
V. C. NICOLAO PELLEVEO
AMBIANENSI EPISCOPO ET LIBELLORVM SVPPLICVM IN REGIA MAGISTRO

B. BRISSONIVS S.

ARs omnis, Vir Clariſſime, verbis conſtat et rebus, nam quae cuique arti ſubiecta eſt materia, quam tractet, propriis ac peculiaribus ſuis vocibus explicatur, citra quarum intelligentiam ad rerum cognitionem perueniri nullo modo poteſt. Quod, vt de caeteris artibus taceam, in noſtra praecipue ſcientia perſpicue verum eſt, quae magna ex parte in verborum interpretatione conſumitur. Nec enim crebriores vel in ipſo vſu incidunt, quam de clauſularum pactionibus, ſtipulationibus, teſtamentis, comprehenſarum vi ac poteſtate quaeſtiones. In quibus cum mens loquentium in obſcuro ſit, ad proprium verborum officium recurrere, et quid quisque ſenſerit, ex eorum, quae dixit, ſenſu expiſcari eruereque compellimur. Sed et in legum, Senatusconſultorum, edictorum, conſtitutionum, cautionum formularumque interpretatione Iureconſultorum olim verſatam induſtriam, non eſt ignotum. Ea propter plurimum eos ſemper ſtudii ad verborum origines poteſtatesque explicandas adhibuiſſe, eaque laude a dicendi peritis ornatos legimus: quod quidem paucula, quae ad nos ex eorum ſcriptis fragmenta peruenerunt, abunde teſtantur. Aelium certe Gallum clariſſimum ſuae aetatis Iureconſultum integros de verborum ad ius pertinentium ſignificatione Commentarios ſcribere non puduit, qui ſaepe a Feſto Pompeio aliisque Grammaticis teſtes laudantur. Labeonem quoque Antiſtium latinarum vocum origines rationesque percalluiſſe, eaque maxime ſcientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vſum accepimus. Libros quin etiam poſteriorum eius trigeſimum octauum, trigeſimum nonum, et quadrageſimum plenos fuiſſe id genus rerum ad enarrandam et illuſtrandam latinam linguam conducentium. Citantur et a Gellio libri Caii de origine vocabulorum. Quorum ego noſtrorum auctorum veſtigiis praeclarum inſiſtere iudicans, facturum me operae pretium putaui, ſi idem ipſum argumentum, in quo laborarunt, nunc quoque retractarem, et verborum, quae ad ius pertinent, origines ſignificationesque accuratiſſime exponerem. Quod ab aliis noſtro hoc ſeculo tentatum magis quam perfectum opus adgredi non dubitaui, nihil veritus, ne tenuibus licet luminibus noſtris eorum aedificia quicquam obſtruerent. Nam cum ſcriptoribus omnibus vnum idemque veritatis ex iis, quibus merſa iacet, tenebris, in apertum proferendae ſtudium eſſe propoſitum debeat, non eſt, quod eandem ſaepius incudem tundere cuiusquam auctoritate deterreamur. Non eſt etiam, quod alios nobiscum in partem quandam et quaſi ſocietatem gloriae venire indignemur. Non enim vni omnia videre aequus ac benignus munerum ſuo-

rum

Digitized by Google

rum largitor Deus dedit, cui cum acceptum ferre me par ſit, quantulumcunque eſt, quod in bis libris praeſtiti, nibil de eorum vtilitate, quae et patet ipſa per ſe, nec magna commeudatioue eget, dicam, nec munus noſtrum verbis ornabo, quod licet aliis fructuoſum, tibi ipſi perpuſillum viſum iri, ſat ſcio. Laboraſſe me quidem certe pro viribus liquido deiurabo, vt obſcuriſſimarum vocum plerisque iucognitum ſeuſum patefacerem, et quaecunque ex libris noſtris promi poſſunt, ſingularum ſignificationum exempla congererem, aliorumque auctorum adſcitis teſtimoniis comprobarem, vt, qui ſiue odio et inuidia iudicabuut, agnoſcant, οὐκ ἄνευ ἱδρῶτος *tantam ſignificationum copiam ac varietatem tot librorum noſtrorum aliorumque auctorum locis eſſe illuſtratam. Verum enimuero a me in ea re non infeliciter Dei conceſſu ac munere exbauſtos et exantlatos labores eo facilius obliuione conteram, ſi vt eſt a me ad iueundam promouendamque tuam gratiam adornatum munus boc, ita a te accipiatur. VALE!*

DEDICATIO
EDITIONIS POSTHVMAE,
QVAE M. D. XCVI. PARISIIS PRODIIT.

HENRICO IV.
CHRISTIANISSIMO ET INVICTISSIMO
FRANCORVM ET NAVARRORVM
REGI.

ECCE tandem aliquando, Rex Chriſtianiſſime, couceptum ac iampridem ab auctore deſtinatum M. T. opus offerimus, tardius profecto, ſi publica ſpectetur vtilitas, ſi vota eruditorum virorum et incredibilis eius babendi fruendi cupiditas: at non intempeſtiue tamen, cum poſt immenſum tuae gloriae curſum in conficiendis periculoſiſſimis et interuecinis bellis reportatosque non vnius victoriae triumphos, ita nunc pacatas gentes regas, vt omnibus bellicae virtutis admiratiouem, ſolis exteris et Gallici nominis boſtibus terrorem incutias. Ex quo iam qui fortitudine, armis et clementia tua couſeruati ſunt, te imperio terrarum orbis digniſſimum, vt regem fortiſſimum venerantur, vt parentem clementiſſimum obſeruant, tam effuſo certe animi gaudio et applauſu, vt ſe quisque nou minus ſaepe a te ſeruatum, quam ſemel natum laetetur. Atque vtinam vt ruentium in laudes tuas populorum preces et vota iuuare, ſic laetantium voces adaugere ſas eſſet, nec mibi ſolitudiuem ac perpetuas potius tenebras extincto lumine meo, boc eſt, coniuge cariſſimo tibique

bique addictiſſimo furentibus coniuratorum conatibus erepto, viduitas imponeret. Quamquam duriſſima mea et languentia tempora aliquid ſolatii, ſi quod potuit capi tanto tam immaniter caeſo viro, tulerunt, quod per ampliſſimum Senatum firmiſſimum regni columen, in quo proximum ab ordinis principe locum per multos annos iura reddens obtinuit, inſtante me ſimul ac vrgente immaniſſimae et flagitioſiſſimae patratae in eum caedis reos poſtulari et iuſto ſubiici ſupplicio facile paſſus es: hoc etiam aequitatis tuae eſſe reputans, inultum non iacere eum, qui tuo nomini addictus taeterrima et indignisſima morte ſublatus eſſet: ſi modo probo et innocenti viro ac togatorum doctisſimo nomen regium aſſerenti potuit vlla nex inhoneſta adferri. Qua re perquam iuſta et mihi bonisque omnibus probata, dum non quid potuerim, ſed quid debuerim, attendo, vsque eo meae meorumque exhauſtae ſunt fortunarum reliquiae, vt ſola ſpes ruentis concidentisque familiae reparandae ac reſtaurandae in te vno ſtare videatur. Quamobrem peccauerim valde, niſi Maieſtati tuae et coniugis memoriam ac communes liberos commendem, et libros hoſce ad vmbilicum nunc perductos, virique monumenta e mediis ruinis vix erepta, ex parentis ipſorum praeſcripto voueam ac dicem, ceteraſque prope innumeras ipſius lucubrationes ſub tuis, Rex Maxime, auſpiciis in publicum edendi pollicitatione me obſtringam, a quo vno benignitatis liberalitatisque auram ſperare fas eſt, quae ſolis iam ſuperſtitibus tabulis, miſerrimo naufragio liberare nos queat.

Cum

CVm iucunda eſſe ſoleat magnorum Virorum, etiam quorum triſtis exitus fuit, memoria, viſum fuit ex Iac. Aug. Thuano ſubiicere, quae de vita et deploranda praeſertim Briſſonii morte, ominoſo ſymbolo, Nondum effugimus fortunae laqueos, *quod viuus vſurpaſſe fertur, prorſus congruente, tradidit lib. CII. hiſtor. ad Ann. M. D. XCI. edit. Aurelianenſ. pag. 199. ſeqq. Ita autem habent.*

BArnabas Briſſonius, feliciſſimo Vir ingenio, ſiue literarum ſtudia, ſiue negotia forenſia tractaret, ex aduocato admodum famoſo primum fiſci patronus, poſt Vidum Fabrum; dein poſt Pomponium Belleureum curiae Praeſes creatus, non ſolum inter literatos ſcriptis plerisque editis, ſed in Republica ac praecipue in foro, magnum nomen meruerat. verum ambitio in eo erat immodica, adeo vt impotenti primas in Senatu tenendi deſiderio, cum caeteri praeſides, collegae, aut fuga ſibi conſuluiſſent, aut Baſtilia incluſi eſſent, abrogata a Rege defuncto curiae ob rebellionem vrbis auctoritate, facile ſibi perſuadere paſſus ſit, vt in ea nihilominus maneret, ratus, ſe eadem facilitate, quam in explicandis cauſis forenſibus experiebatur, plebis efferatae animos moderaturum, et vrbem, vt aiebat, Regi legitimo ſeruaturum, neue in externorum manus deueniret, prudentia ſua et ingenii dexteritate impediturum: poſtea tamen homo in litium tricis, quam in Republica adminiſtranda magis verſatus, ſero ſenſit, ſe inuolutos in errores delapſum, quibus extricare ſe nunquam citra capitis periculum poſſet, auditusque eſt ſaepius, cum amicis non ſine gemitu, et ductis ex imo pectore ſuſpiriis, diceret, ſe a VI decimanis ad macellum ſeruari, nec triſti de ſe augurio euentus defuit. nam ex illis effraenatiores cum viderent virum primaria dignitate praeditum, tempori obſecundantem praeſentia diſſimulare, futura circumſpicere, et ad quieta conſilia inclinare, ab eo principium tentandae populi et Meduanii ipſius patientiae facere voluerunt, quantum vlteriora ferre poſſent. itaque menſe IXbri Burſerius, L. M. Cromaeus magni conſilii aſſeſſor, Pelletarius S. Iacobi in macello curio, Gurdinus, Bruerius pharmacopola, Mathaeus Launeus, qui olim presbyter, poſtea eierata maiorum religione, miniſter vxorem duxerat, eiusque pertaeſus, ad ſacra redierat, (is principem locum in iis conciliabulis ſemper tenuit) alii diuerſoria cottidie mutantes tandem cenſuerunt, e Republica eſſe, vt ex omni numero X bene erga religionem affecti deligerentur, qui arcana negotia cum plena poteſtate tractarent, de quibus tamen ad generale conſilium referrent. ſorte ducta nomina, et iis, qui nominati ſunt, adiuncti Io. Hamiltonus S. Coſinae curio, B. Martinus Sorbonae doctor, quibus mandatum, vt de peruerſo ordine in Brigardi, qui vrbi Syndicus fuerat, cauſa vſurpato apud Senatum querimoniam inſtituerent; hic quaeſitus color tam frequentibus conuenticulis, ne qua ſuſpicio ex iis oriretur. VI. Eid. IXbr. proponitur iusiurandum a b vnionis ſociis ſeu praeſtandum, ſeu repetendum, et Ioannes Clericus Buſſius ſeditioſorum anteſignanus quaſi ex machina a Mathaeo Bruerio, in cuius aedibus eo die VI decimani conuenerant, introducitur, qui illud exigeret; quoque in fraudem facilius ſimplices inducerentur, eoque vniuerſi obligarentur ad tuenda ea, quae pauci et facinoroſiores putaſſent, formula minime tunc perſcripta eſt, quod ad id maiore otio opus eſſe diceret Buſſius. In pura charta nomina tantum appoſita ſunt cum die, quo id actum eſſet, relicto ſpatio vacuo, in quo formula iurisiurandi et capita eius diuerſa poſtea perſcriberentur id querelis quorundam cauſam dedit, qui aegre rei, quam ignorabant, ſe ſubſcribere teſtabantur; tamen cum viderent, iam multorum adſcripta nomina, et ipſi non auſi contra mutire ſua appoſuerunt, coniectura ex eo facta, quaſi plus his coitionibus ageretur, quam quod ſimulate conciperetur. tandem cum Brigardi cauſa, in factioſorum ore eſſet, re vera nihil in ea promoueretur, quidam minime conſcius ab vno ex complicibus inter arcana quaeſiuit, quid die illa in conuentibus ſecretis decretum eſſet; ille vero nihil aliud reſpondit, quam Buſſio datum negotium, vt Sorbonae doctores ſuper re magni momenti conſuleret, an ea executioni citra conſcientiae detrimentum demandari poſſet, quod occulti facinoris ſuſpicionem auxit. tandem cum coetus huiusmodi ſaepius in Bruerii et Launaei aedibus celebrati eſſent, in iisque ad auertendos ab ſuſpicione animos, ſemper de repetendo ſacramento propalam a Buſſio chartam eandem nominibus plenam, de caetero vacuam, ſinu promente, actum eſſet, nocte, quae XVII Kalend. Xbr praeceſſit, ante Pelletarii presbyterium coniurati in armis comparuerunt, et ſummo mane Pelletarius ipſe cum Bruerio ad Ligoreti Hiſpani hoſpitium iuxta fanum Euſtochii perrexit cum breuiculo a Buſſio, Cruceo, Luchario, Solio, Santionio ſubſcripto, quo ſumpto-

rum

rum armorum cauſae excuſabantur; ſimilis argumenti breuiculum ab iisdem ſubſignatum ad Alexandrum Montium Neapolitanorum ducem ab Hamiltonio et aliis perlatum eſt; eodemque tempore miſſi, qui Briſſonium praeſidem in ſenatum venientem ad minus caſtellum ſiſterent; qui miſerum hominem nihil tale cogitantem ad S. Michaelis pontem nacti per vicum ad dextram poſitum, quaſi in publicis vrbis aedibus expectaretur, auertunt, et cum ſub fornice caſtelli minoris eſſet, in horrendum carcerem detrudunt, vbi Cromaeum hominem ſibi infeſtiſſimum paludatum obuium habuit, qui ſtatim ipſum galero dempto in genua procumbere iuſſit. tum ſententia contra eum tanquam diuinae humanaeque maieſtatis reum peractum, et proditionis conuictum lata recitatur, qua audita ille attonitus quaeſiuit primum, quibus ab iudicibus condemnatus, quibus indiciis ac teſtibus conuictus eſſet. Cum hanc defenſionem riderent adſtantes, et quod inſtaret agere eum iuberent, ad miſeras preces conuerſus mortem deprecatus eſt, et muris includi ad abſoluendum opus, quod morte eius magno Reipublicae detrimento peribat, petiit.

Tandem poſt caſſas preces vix ſpatio ad peccata confitendum conceſſo, ad ſcalam tigno affixam, Cromaeo vrgente, ſuſpenditur, et compreſſis laqueo faucibus a carnifice necatur, coram Buſſio aliisque complicibus. eodem mox alii duo ſiſtuntur in via comprehenſi, Claudius Arcerius curiae Senator, homo vita innocens et nodoſa arthritide plane confectus; isque, vbi Briſſonium ex ſcala pendentem vidit, dum ſententia pronuntiatur, Cromaeum legentem interrupit, et poſt tantum Virum tam crudeliter morti datum vitam ſibi moleſtam inclamauit, nihilque cunctatus, poſtquam cum ſacerdote fidele colloquium habuit, ad mortem ſe ſumma conſtantia compoſuit. alter fuit Ioannes Tardiuius Rutius in inferioribus ſubſelliis conſiliarius, Vir bonus et ingenuus, qui eandem fortunam ſubiit. huic a coniuratis crimini datum, quod nuper in publico conuentu liberius quaedam in VI decimanos dixiſſet, et Ludouici Gonzagae Niuernii, in cuius familia ipſe ſuique incrementa fortunae ſuae ceperant, commentarium de horum motuum cauſis Sixto V. inſcriptum, et multa contra Lotharingos et foederatos amarulenta continentem per vrbem ſparſiſſet. Corpora iniurioſe interfectorum poſtridie e carcere producta, et ante aedeis vrbanas in Ripenſi platea totidem patibulis ignominioſe affixa cum elogiis calumnioſis ad ſpectaculum furenti plebi per biduum proſtiterunt, ac poſtremo ab amicis noctu exportata, et ſepulturae mandata ſunt. Ad factionem Hiſpanam priuati etiam odii ſtimulos acceſſiſſe ferunt, quibus incenſus Cromaeus tantum facinus auſus fuerit. Origo eius haec fuit, quod parente eius quaeſtore repetundarum ab Ordinibus Burgundiae ante XXV. annos poſtulato, Briſſonius Ordinum cauſam ſuſceperat, et quibusdam actionibus valde elaboratis, ex quibus magnam famam ſibi conciliaſſet, eum peregerat reum. nam haeſiſſe acerbae rei in animo filii infixam memoriam, et quamquam apud aequos rerum aeſtimatores, praeſertim poſt tot annos neceſſitate muneris id excuſari meruerit, non tamen deferbuiſſe ardens vltionis deſiderium, quam tandem homo truculentus tempore captato expleuerit. *Hactenus Thuanus.*

Apud Io. Barclaium Satyric. lib. 1. pag. m. 155. Sibronii, ſ. redactis in ordinem literis,
BRISSONII ſequens extat EPITAPHIVM.

DEPOSITVM SIBRONII CONSVLIS, QVI LVTENTIVM BONO ACERRIMAM CONSECRAVERAT MENTEM, DOMI FORISQVE CLARISSIMVS, OMNIVM IN IVVANDA PATRIA PRINCEPS. QVEM AMPLISSIMIS IN REMP. MERITIS CLARVM POPVLVS INTERFECIT, NE DISSIMILEM EXITVM SORTIRETVR PRISCIS RERVMPVBLICARVM PATRIBVS, QVORVM SEMPER EXEMPLO VIXERAT.



DE
VERBORVM,
QVAE AD IVS PERTINENT,
SIGNIFICATIONE,

LIBER I.

A et AB.

A *littera*, quae primum inter elementa locum obtinet, reliquorumque veluti ſamiliam ducit, in comitialibus ſuffragiorum tabellis *antiquandi*; in iudiciariis *abſoluendi* vim poteſtatemque obtinuit. De notis iſtis in iudicum tabellis: A. *abſoluo*, C. *condemno*, N. L. *non liquet*, videndi Cic. *de Legib. III, 16.* (qui et *litteram* A ſalutarem vocat *pro Milone Cap. VI.*) et Aſcon. Paedian. *in Verr. I, 9.* Elegans harum tabellarum monimentum eſt in Caſſiae gentis denariis apud Patin. *numiſm. famil. p. 244.* et Ez. Spanhem. *de vſu et praeſt. num. Diſſ. X. p. 199. Tomo II.* HEIN. ¶. 2. Eadem littera poſtpoſita Imperatoris nomini AVGVSTVM notat, eaque multiplicari ſolet pro numero conſortium Imperii. e. g. AA. *bini Auguſti*, AAA, *tres Auguſti.* Valer. Prob. et Mang. *in Notis.* Reineſ. *ad Inſcript. p. 79.* In numis tamen et marmoribus non A, ſed G litteram in ſyllaba priore AVG. multiplicari, animaduertimus. e. g. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG. Gruter. *Inſcr. p. XXIV, 8.* DIOCLETIANVS, MAXIMIANVS, CONSTANTIVS ET MAXIMINVS AVGGGG. *Ibid. p. CLXXVIII, 7.* Addantur, quae obſeruauit Ez. Spanhem. *de vſu et praeſt. numiſm. Diſſ. XII. T. II. p. 356.* et *Not. ad Iulian. Caeſ. p. 120.* HEIN.

A et AB praepoſitio, quae obſeruatu dignam in aliquot orationibus ſignificationem habet. Vt ecce AB ALIQVO *poſſidere: itinere, actu* AB ALIQVO *vti:* AB ALIQVO *aquam ducere*, quae ſaepe in edictis Praetorum, aliisque librorum locis occurrunt, non hoc ſignificant, quod prima fronte videri cui poſſit, ab aliquo poſſidendi, eundi, agendi, ducendi ius cauſſamque habere, vel etiam eius voluntate, conceſſione permiſſu poſſidere, vti, ducere: ſed potius, alicuius poſſeſſionem tenere, per alicuius fundum ire, agere, ex alicuius praedio aquam ducere. Exempla ſunt in *l. 1. D. de aqu. quotid. l. 1. D. vti poſſid. l. 1. D. de riuis. l. 1. l. 3. D. de font.*

l. 1. l. 3. D. de itin. actuque priu. Vi ergo A ME *poſſidet*, qui me vi deiecit, mihique poſſeſſionem abſtulit. *l. 1. §. 30. D. de vi et vi arm. l. 3. pr. D. vti poſſid. l. 4. §. 23. D. de vſurp.* et apud Ciceron. *pro A. Caecin. Cap. XXXII.* Similique modo *clam* A ME *poſſidet*, qui meam poſſeſſionem clam et furtiue ingreſſus eſt. *Aedificatum* etiam AB ALIQVO *habet*, (quo genere dicendi Africanus *l. 45. D. de damn. inf.* vſus eſt,) qui in alicuius, licet non conſentientis, ſolo aedificium poſuit. Sic denique AB ALIQVO *fundum pro herede poſſidere* accipimus *in l. 21. D. de vſurp. et vſuc.* et AB ALIQVO *precarium habere in l. 6. §. 3. D. de precar.* Sed in illa *l. 6.* non dicitur aliquis *precarium ab altero habere*, ſed *precario ab altero rogare:* quae phraſis multo commodius exponi poteſt: *precario quem quid rogare*, neque hic illa huius praepoſitionis notio, quam hic vir doctus obſeruauit, locum habere, videtur. HEIN. ¶. 2. A & AB ſaepe ponuntur pro *ex. A vinea, A balneo, A theatro in ius vocatus. l. 20. D. de in ius voc.* Sic et AB ALIQVA *liberos procreare*, pro ex aliqua. *l. 23. §. 8. C. de nupt.* Ita AB *hoſtibus capti* in *l. 5. §. 1. D. de ſtatu hom.* non ſunt, quos hoſtes ceperunt, ſed qui ex hoſtium numero capti ſunt. HEIN. Sic et AB *his* pro ex his, ſeu ex eorum numero, *l. 34. D. de vſu et vſufr.* AB *hoc legato retinere*, pro ex hoc. *l. 28. D. de liberat. legat.* ¶. 3. AB ALIQVO, pro ex domo vel familia alicuius. Hinc verba: A QVO *adoptatus ſit* in *l. 5. D. de ſenator.* pro ex qua familia vel domo adoptatus ſit, recte accipit Perizon. *Triad. Diſſ. I. p. 88.* Sic et *amare* A LENONE pro ex domo lenonis, dixit Plaut. *Poenul. Act. V. ſcen. II. v. 132.* Pſeudol. *Act. I. ſcen. II. v. 69.* et *nunciatum eſt nobis* A VARRONE pro ex domo Varronis Cicero *Acad. Quaeſt. I, 1.* HEIN. ¶. 4. A ME, id eſt, ad me quod attinet. *A me*, i. e. quod ad me *liberatus. l. 98. §. 6. de ſolut.* Alciat. *Parerg. VI, 21.* Eodem exem-

plo Plaut. *Curcul. I, 1. v. 51. A me pudica*, id eſt, quod ad me. HEIN. ¶. 5. A et AB, pro per. AB ALIQVO *dare, ſoluere*, pro per aliquem dare vel repraeſentare. *l. 6. §. 1. D. de adim. vel transf. leg.* Ita et Plaut. *in Menaechm. III, 3. v. 21. 22. Trinum. I, 2. v. 145.* Cicero *ad Att. XIV. Ep. 13.* Sic et *nummos A SE diuidere* eleganter dixit Sueton. *Aug. Cap. XL.* HEIN. Eodem ſenſu dicimus: *Aliquem A filio, liberto, ſeruo, ſecundo herede legare* vel *relinquere*, quando legatum per filium, libertum, ſeruum, ſecundum heredem praeſtandum eſt. *l. 15. D. de alim. et cib. leg. l. 20. l. 25. §. 1. et l. 29. D. ad leg. Falcid. l. 81. D. de legat. 2. l. 52. §. 1. et l. 53. de legat. I. l. 6. D. de aur. et arg. leg. l. 64. D. de furt.* Cic. *pro A. Cluent. Cap. XII.* et *Topic. Cap. III.*] ¶. 6. A pro poſt. A *ſententia* pro poſt ſententiam latam. *l. vlt. §. 1. D. de interd. et releg. A morte teſtatoris*, i. e. a die mortis, vel poſt mortem. *l. 87. D. de legat. II. A legatis ſolutis*, i. e. poſt legata ſoluta. *l. 76. §. vlt. D. de legat. II.* ¶. 7. A LIBERIS, id eſt, quamdiu liberi ſupererunt. *l. 62. §. 2. D. de condit. et demonſtr.* Sed ea etiam ſic accipi poſſe videntur, nubendo non diſcedere a liberis, vel, vti in *l. 6. §. 3. C. de ſec. nupt.* dicitur, liberorum adfectione ſeruata ad alias nuptias non migrare. Ita et Liuius *X, 23.* dixit *cendere e patribus*. Vid. Duckcr *de Latin. iuriſc. vet. p. 351.* Ita et *A liberis alienare l. 3. C. Theod. de dot. Nouellae Seueri tit. I.* HEIN. ¶. 8. A vel AB, praepoſitiones iunctae verbis paſſiuis ſaepe non agentem, ſed patientem notant. Sic A *nobis non receptus* in *l. 4. D. de capt. et poſtl.* non eſt is, quem nos recepimus, ſed quem a nobis deditum hoſtes non receperunt. Quare nec emendatione Franc. Balduini opus eſt, qui in *Iuriſpr. Muciana p. 460. Tom. I. Iuriſpr. Rom. et Atticae* pro *a nobis* reſcribi iubet: *ab eis*: nec explicatione Ger. Noodtii *Tomo II. Op. p. 551.* nec transpoſitione verborum, qua locum ſanare voluit Ge. d'Arnaud. *Var. Coniect. II, 5.* Nam ſi *recipere ab aliquo epiſtolas* recte dixit Cicero: recte etiam dicere potuit Atticus, *epiſtolas a Cicerone receptas eſſe*, eas nimirum quas a Cicerone miſſas ipſe receperit. HEIN. ¶. 9. A et AB eleganter inſeruiunt certis deſcribendis miniſteriis. E. g. AB *actis l. 8. §. 3. C. de adv. diuerſ. ind.* vt AB ACTORI apud Gruter. *Inſcript. p. 445, 9. 10.*, *AB exactione tributorum, l. 5. §. 1. D. de veteran.* idem ac EXACTOR TRIBVTORVM apud Gruter. *Inſcr. p. CCCCXXXIV, 5. A libellis*, id eſt, is qui libellos agit, vti de Papiniano loquitur Tryphoninus *l. 12. pr. D. de diſtr. pign.* HEIN. ¶. 10. Singulares porro loqutiones ſunt: *A capite rationes reddere*, de qua Paullus *l. 19. §. 1. D. negot. geſt. A Brunduſio venit vinum*, quod alibi venditum Brunduſii tradendum eſt. *l. 3. §. vlt. D. de act. emt.* Sed videntur coniungenda *vinum Brunduſii*, id eſt, Brunduſinum, non vero *a Brunduſio venire.* Sic et Terent. *Andr. III, 1, v. 3: Ab Andria eſt ancilla haec. Ab aliquo abſolui*, id eſt, alicui ſatisfeciſſe. *l. 19. pr. D. de noxal. act.* Cic. *pro Q. Roſc. Cap. XII.* AB *omnibus gradibus exheredare. l. 1. C. de lib. praet. et exhered.* AB *inſtitutis heredibus exheredatus poſtumus. l. 19. pr. D. de iniuſt. rupt. irrit.* id eſt, vt adeuntibus inſtitutis, exheres ſit poſtumus. A *parte Titii*: A *parte legatarii. l. 134. §. 2. D. de verb. oblig. l. 97. fin. D. de legat. III.* HEIN. ¶. 11. Porro et ellipſis harum praepoſitionum frequentiſſima

eſt. Sic *recedere conſortio* pro a conſortio. *l. 1. C. Theod. de patr. vic. Diſtat exceptione* pro ab exceptione. *l. 4. §. 33. D. de dol. mal. et met. except.* Ea ellipſis Horatio in primis familiariſſima eſt, e. g. *Alius ſapiente: Alius Lyſippo, ciuem hoſte diſcernere.* Sed et Phaedrus. *Lib. III. fab. I. v. 45. Alius Seiano accuſator* dixit, pro *alius a Seiano.* HEIN. ¶. 12. Denique hac praepoſitione A vel AB Latini gradus generis vel cognationum promouerunt. Nam proaui paterni vel materni patrem matremue ABAVVM ABAVIAMque vocabant, ea voce, (quod et Feſtus *Lib. I.* tradit,) demonſtrantes, eos ab auo abeſſe; et illum aui auum; hanc auiam eſſe. Quibus nominibus etiam proauiae paternae vel maternae patrem vel matrem deſignamus. *l. 1. §. 6. D. de grad. et adfin.* Theophilus *ad §. 4. Inſt. de grad. cogn.* Latini ſermunis rationem ſequotus ἀπόπαππον καὶ ἀπομάμμην vocat. Gloſſarium vetus: ABAVVS προπάππου πατήρ. ABAVIA προγένη μάμμη ABAVIA quinta προμάμμη. Similiter abaui paterni vel materni fratrem, ſororem ABPATRVVM, ABAMITAM; abauiae paternae, maternaeue fratrem ſororem ABAVVNCVLVM, ABMATERTERAM dicimus. *l. 3. D. de grad. et adfin. §. 6. Inſt. de grad. et cognat.* Paull. *Recept. Sent. IV, 2, 6.* Quos et PATRVOS AVVNCVLOSque MAXIMOS, AMITAS MATERTERASque MAXIMAS adpellari, traditur in *l. vlt. §. 17. D. de grad.* Ex eodem fonte etiam deſcendunt ABNEPOS, ABNEPTIS. Hi ſunt pronepotis, proneptis filios, filia; nepotis, neptisue nepos, neptis. *l. 1. §. 4. l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin.* Graece: ἀπέγγονος, ἀπεγγόνη.

ABA.

ABACTOR, id eſt, abigeus. *l. 8. §. 2. C. de repud.* Paull. *Rec. Sent. V, 18, 1. ſequ.* vbi fruſtra Rittershuſius ſollicitat vocabulum, quo vſi ſunt Apulei. *Metamorph. VII. p. 199.* Iul. Firmic. *Mathemat. VI, 31.* Seru. *ad Virgil. Georg. III. v. 408.* Gloſſa Philoxeni: ἀπελάτης *abigeator*, ABACTOR, *abigeus.* HEIN.

ABACTVS, quartae declinationis, eſt abigeatus. *Abactus hoſpitum exercere* dixit Plin. *Panegyr. Cap. XX.* HEIN. ¶. 2. ABACTVS *venter*, foetus poculo abortionis vtero eliſus. Paull. *Rec. Sent. IV, 9, 6.* quemadmodum *abactus partus* eſt apud Optat. Mileuit. *de ſchiſm. Donatiſt. Lib. II.* HEIN.

ABACVS. De eo infra ſub voce DELPHICA. Ita enim vocatur in *l. 3. D. de ſupellect. leg.* Equidem in *l. 100. §. 3. D. de legat. III.* quidam codices habent: *Cui Corinthia vaſa legata eſſent, et* ABACES *quoque, eorum vaſorum collocandorum cauſſa paratas, deberi, Trebatius reſpondit.* Et eſt ſane abacus Graecis non modo ἄβακος, ſed et ἄβαξ. Aſt iam Alciat. *Parerg. IV, 2.* obſeruauit, legendum eſſe βάσεις, et ita etiam in Codice Florentino legitur. HEIN.

ABALIENARE *praedium: l. 14. §. 1. D. commun. diuid. l. 38. §. 7. D. de legat. 3. Abalienatae res: l. 48. pr. D. de adquir. rer. dom.* ABALIENATVM autem proprie non dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet. *l. 67. D. de verb. ſignif.* Proprie ABALIENATIO veteribus erat *eius rei, quae mancipi erat, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.* Cic. *Topic. Cap. V.* Attamen et vſucapionem

ABALIE-

Digitized by Google

ABA. ABD.

ABALIENATIONIS verbo contineri, ait Paullus *l. 28. D. de verb. ſignif.* At vſucapio in hac lege non *abalienatio* dicitur, ſed *alienatio*: inter quae iure vetere magna fuit differentia. *Alienare* poterant omnes, quibus libera erat diſponendi facultas: *abalienare* tantum ciues Romani, et poſtea Latini, et quibus ius commercii datum. Vlpian. *Tit. XIX, 4. Alienari* poterant res omnes, quae erant in commercio: abalienari ſolae res mancipi. Cic. *Topic. V.* Vlpian. *ibid. §. 3. 6.* Denique quum varii *alienandi* modi eſſent: *abalienatio* per mancipationem et in iure ceſſionem dumtaxat fiebat. Cic. *ibid.* Fruſtra ergo vir doctiſſimus, Claud. Salmaſius, negauit, mutuum eſſe *alienationem*, quia non ſit *abalienatio*, ceu iam quodammodo vidit Wiſſenbach. *Vindic. Theſ. de mutuo Diſp. III. §. 9. p. 519.* HEIN.

ABAMITA, abaui paterni vel materni ſoror. Vid. ſupra praepoſitionem AB. ¶. 12.

ABASGI. Eos tangi Dionyſ. Gothofredus exiſtimat *l. 11. C. de accuſat.* et *Nouell. CXLII. Cap. 2.* Quamuis enim priore loco *paſtores* et *latrones*; poſteriore *barbari* adpellentur: laudantur tamen in dicta Nouella, quod mandata Iuſtiniani audientes, eunuchos facere deſierint; idemque *Nou. XXVIII. praef.* gloriatur imperator, *Suanos, et Scymnos, et Apſilas, et ABASGOS, et alias gentes omnes, permittente DEO, vel ſuas, vel ſocias eſſe.* Quae omnia lucem capiunt ex Euagr. *Hiſt. eccl. IV, 22.* qui, vbi retulit, Abasgos Iuſtiniani temporibus ad manſuetiorem cultum traductos, Chriſtianam ſuſcepiſſe religionem, ſtatim addit, eunuchum quemdam palatii, Euphratam nomine, gente Abaſgum, ad eos miſſum, *ἀπαγορεύοντα, μηδένα τὸ λοιπὸν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει περὶ τὴν ἀῤῥενωποιίαν ἀποψιλοῦσθαι σιδήρῳ, βιαζομένης τῆς φύσεως. qui interdiceret, ne cuiquam deinceps in ea gente virilia ferro abſcinderentur, neue vis inferretur naturae.* Ceterum fuere Abaſgi gens Colchidis, de qua plura Cellar. *Geogr. antiqu. III, 9. p. 369.* HEIN.

ABAVVNCVLVS, abauiae frater. Vid. ſub praepoſ. AB ¶. 12.

ABAVVS, aui auus. Vid. ſupra *ibid.*

ABD.

ABDICARE, familia abiicere, vt Nonius *Cap. VI. n. 14.* interpretatur, [vel, vt Valer. Max. V, 7. loquitur, *filium nota ſua pellere.*] Quinctilianus *Inſt. orat. III, 8.* abdicatum *familia alienatum* dicit. Vnde abdicatio, liberorum abalienatio, Graecis *ἀποκήρυξις* dicta. *l. 6. C. de patr. poteſt.* quae ſcite a quodam *extremum patriae poteſtatis fulmen* adpellatur. Exſtant quamplurima in rhetorum declamationibus exempla. Eius mentio fit apud Ambroſ. *Hexaëm. V, 4. et 18.* Sidon. Apollinar. *Lib. IV. Epiſt. XXIII.* et Syneſium *Epiſt. XXII.* Non tantum autem naturales liberi, ſed et adoptiui, abdicari dicebantur, vt patet ex Sueton. *Aug. Cap. LXV.* et Plin. *Hiſt. nat. VII, 45.* ¶. 2. Sed anceps quaeſtio eſt, an in vſu apud Romanos fuerit abdicatio, quippe quam *legibus Romanorum comprobari*, negant Diocletianus et Maximianus AA. *d. l. 6. C. de patr. pot.* Neque diſſentientibus aliquid praeſidii eſt in exemplis rhetorum, quippe quos ſaepe actiones, quas in iure fruſtra quaeras, fingere, iam obſeruauit Cuiac. *Obſ. IX, 13.* Ego hic ius a facto diſtinguendum, crediderim. Si de facto quaeras, nihil erat apud Romanos abdicatione frequentius: idque probant exempla apud Valer. Max. *V, 7, 2. V, 8. 3. et 4.* Sed effectum huic actui eum non tribuebant leges, vt patriam poteſtatem finiret, quia *liberi non nudo conſenſu patria poteſtate, ſed actu ſollemni, liberabantur, nec cauſſae, quibus motus pater emancipabat filium, ſed actus ſollemnitas, requirebatur. l. 3. C. de emancip.* Vnde nec hereditatis exſortes fuiſſe videntur abdicati, niſi ſimul ſupremis tabulis exheredes ſcriberentur. Quae omnia ſecus ſe habuiſſe apud Graecos, vel ex Luciani *bis abdicato* patet. HEIN. ¶. 3. Sed et ad alia porrigitur huius verbi notio. [ABDICARE *ſe magiſtratu* eſt, ante annuum munus confectum, imperium poteſtatemue deponere. *l. 2. §. 24. D. de orig. iur. l. pen. D. de offic. praef. ἀπειπεῖν τὴν ἀρχὴν* dixit Ariſtot. *Polit. II.* et *ἀπομόσασθαι* Plutarch. *in Cicer. p. 870. ἀποθέσθαι* Appian. *de bello ciuil. Lib. I. p. 415.* Plane eos, qui coacti imperium depoſuerunt, *abactos magiſtratu* dictos, inuenio apud Feſtum *Lib. I.*] Sic et ABDICARE *ſe tutela*, ait Vlpian. *Tit. XI. §. 17.* idemque eſt, ac dicere, ſe nolle tutorem eſſe, quo in ſignificatu vtitur hoc verbo Cicero *Epiſt. I. lib. VI. ad Attic.* ¶. 4. ABDICARE *ſe ſtatu ſuo* dicitur homo liber, qui ſe ipſum vendit. *l. 21. D. de ſtatu hom.*]

ABDICERE vindicias, in *l. 2. §. 24. verſu initium D. de orig. iur.* abiudicare ſignificat. Cui opponitur in eodem loco *dicere vindicias*, et vt Liuius *III, 44.* loquitur, *dare.* [Eodem ſenſu Tertull. *adu. Marcion. IV, Abdixit Deus:* et Ouid. *Metamorphoſ. I. v. 617. abdicere amores ſuos.*] ¶. 2. Porro huic verbo in augurali etiam ſcientia locus erat. ABDIXISSE enim *aues* in auguriis dicebantur, quae triſtis et ſiniſtri euentus ſignificationem aliquam dederant, vt ex contrario ADDIXISSE, vel ADMISISSE, quum laetum ac proſperum aliquid portenderant. Quae verba in Cicerone *Lib. I. de diuin. Cap. 17.* et Iulio Obſequente aliquoties, in Liuio crebrius, inueniuntur. Ex quo ADMISSIVAE AVES apud Feſt. *Lib. I.*

[ABDITVS *locus*, *l. 11. §. 1. D. ad exhib. l. 63. §. 3. D. de adquir. rer. dom.* pro occulto accipitur.] ¶. 2. ABDITVS eſt etiam obſcurus. Sic *abdita oppida* opponuntur metropolibus, et ſplendidioribus ciuitatibus. *l. 14. C. Theod. de oper. publ.* Et *in abdito res collocatae*, ſunt in obſcuro poſitae. *l. 1. C. Theod. de piſtorib.* HEIN.

[ABDVCERE et *auferre* ſeparantur *l. 67. D. de fideiuſſ.* ſicuti *abduci* et *auferri* *l. 57. D. de euict.*] ¶. 2. ABDVCERE *comitem matronae*, *l. 1. §. 2. l. 15. §. 17. D. de iniur.* Hoc quem ſenſum habeat, Vlpianus explicat *d. l. 15. §. 17.* Eodemque modo *abductum comitem* pueri accipe in *l. 2. fin. D. de extraord. crim.* et apud Paull. *Recept. Sent. V, 4, 14.* Adiungebantur enim pueris praetextatis comites, pudicitiae cuſtodes, quos numquam ab eorum latere diſcere oportebat. De eo more videndus Iſ. Caſaubon. Not. ad Perſ. *Sat. V. v. 30. et ſequ.* HEIN. ¶. 3. Donat. ad Terent. *Adelph. III, 3. Ducimus*, inquit, *volentes*, ABDVCIMVS *inuitos.* Et ad *Act. IV. ſcen. 4.* ABDVCI, quod alienum eſt. Et hinc *abducere puellam* dicitur raptor, *l. 1. C. Th. de raptu virg. ἀποσπᾶν* ait Dio *Lib. LVIII. p. 658.* et ita

Matrum gremiis abducere pactas,

Digitized by Google

dixit Virgil. *Lib. X. Aeneid. v. 79.* a quo hanc loquutionem mutuati Valer. Flaccus *Lib. VII. Argon. v. 49.* Apulei. *de aſino aur. Lib. IV.* Ambroſ. *Lib. VIII. Epiſt. 65.* Nec a parentibus tantum, ſed et *a viris*, quibus nuptae erant, *abduci* mulieres dicebantur, vt ex Ciceron. *pro Flacco Cap. XXX.* Valer. Max. IX, 1. Seneca *Lib. III. de beneſic.* Sueton. *Aug. Cap. LXVII.* et *Calig. Cap. XX.* liquet. Sic *filiam nuptam pater a viro* ABDVCIT, *l. 1. §. vlt. D. de lib. exhib.* Donat. *in Hecyr. V, 1.* *Accerſi dicitur ad maritum:* ABDVCI *a marito ad diuortium.* Porro ABDVCERE dicitur *dominus ſeruum a poſſeſſore: l. 36. D. de liber. cauſſ. l. 40. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 23. D. de pecul. l. 10. C. de furt. l. 12. C. de ingen. manum. l. 78. D. de legat. III.* vti *ancillam emtor a venditore: l. 56. D. de contr. emt. l. 7. D. qui ſine manumiſſ. l. 1. C. ſi mancip. ita venier.* nec non *exactorem tributorum* dominus. *l. 7. C. de furt.*] ¶. 4. ABDVCI etiam dicuntur pecora, immo et res inanimatae. Hinc ABDVCERE *capram, equos, veruecem: l. 1. §. 1. D. de abig. Collat. LL. Moſ. et Rom. XI, 5. & 8. pecus: l. 2. §. 20. D. vi bon. rapt. aquam: l. 26. D. damn. infect.* denique *pignora.* Paull. *Recept. Sent. Lib. II. tit. 14. §. 5.*

ABE.

[ABERRARE dicitur bos: *l. 1. §. 1. D. de abig.* et pecus. *l. 3. §. 13. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*]

ABESSE, ABSENS, ABSENTIA, varie pro re ſubiecta accipiuntur. ABEST, qui non eſt eo loco, in quo loco petitur, dummodo extra continentia vrbis ſit. Vſque ad continentia enim abeſſe non videtur, niſi latitet. *l. 173. §. 1. l. 199. D. de verb. ſignif.* Ideo praeſens habetur, qui in continentibus aedificiis hortisque, vrbi iunctis, eſt. *l. 5. l. 6. D. de procur.* ¶. 2. In illis plane Edicti de damno infecto verbis: DVM EI, QVI ABERIT, PRIVS DOMVM DENVNCIARI IVBEAM, Vlpianus, videri eum ABESSE, interpretatur, *qui in iure* non eſt. *l. 4. §. 5. D. de damn. inf.* Similiter in SC. Damaſiano (Daſumiano potius,) ABESSE is intelligitur, *qui a tribunali abeſt. l. 51. §. 4. 5. D. de fideicomm. libert.* ¶. 3. At, quum de ſtipulatione contrahenda agitur, PRAESENTES accipiuntur, qui exaudire ſe poſſunt. *l. 1. §. 1. D. de verb. obl.* ¶. 4. Quum vero de vſucapione, in qua alia inter praeſentes, alia inter abſentes tempora ſeruantur, ABSENS eſt, qui in eadem prouincia non eſt: *praeſens* contra, qui in eadem prouincia habitat. *l. vlt. C. de praeſcr. longi temp.* ¶. 5. ABSENS etiam habetur, qui etſi corpore praeſens eſt, animo tamen abeſt. Poteſt enim quis corpore adeſſe, vt tamen mente abſit. *l. 25. D. de capt. et poſtlim.* Itaque *furioſus* ABSENTIS *loco eſt. l. 2. §. pen. D. de iure codicill. l. 124. D. de reg. iur. l. 17. §. 11. D. de iniur.* Neque tamen ab eo conſtitutus procurator quaſi ab abſente datus intelligetur, quum intellectu careat. *l. 2. D. de procurat.* ¶. 6. Pupillus etiam praeſens, qui tutorem non habet, quod ad poſſeſſionem bonorum attinet, pro ABSENTE habetur. *l. 10. D. quibus ex cauſſ. in poſſeſſ.* Sed nec tutor praeſens fuiſſe dicitur, pupillo contrahente, ſi ſomno aut morbo occupatus tacuerit. *l. 1. in fin. D. de auct. tut.* ¶. 7. ABESSE porro non videtur, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed, qui a latronibus detinetur. *l. 199. fin. D. de verb. ſignif.* Et ideo in edicto: *ex quibus cauſſis maior.* ab abſente ſeparatur, licet eodem loco habeatur in ſpecie *l. 6. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. eat.* et *l. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſ.* At non caret difficultate ille locus Vlpiani *l. 199. D. de verb. ſignif.* vbi Fornerius *in Commentario* verba ita exponit: *Abeſſe non* (ſolum) *videtur, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed* (etiam) *qui a latronibus detinetur.* Et ſaepe ſane Vlpianus has particulas omittere ſolet. Sed duriuſcula eſt illa interpretatio, quae duplici verborum ſupplemento indiget. Itaque ego adſentior Io. Goeddeo, qui *in Comment. n. 3. p. 1093.* hoc Vlpiani enunciatum tantum ad tutelam pertinere oſtendit, cuius contemplatione hoſtium potitus nec abſenti, nec praeſenti, eſt aequiparandus, ceu vir doctus ibidem pluribus oſtendit. HEIN.

ABESSE REIPVBLICAE CAVSSA in lege Iulia et Papia et in Edicto: *ex quibus cauſſ. maior. in integr. reſtit.* accipimus eos, qui non ſui commodi cauſſa, ſed coacti, abſunt: *l. 36. D. ex quib. cauſſ. mai.* quique publici alicuius muneris vel officii, cui praeſunt, cauſſa ab vrbe profecti, vt puta proconſules, praeſides, procuratores Caeſaris, legati, et eorum comites, in aerarium vel commentarium principis relati. *l. 32. l. 35. §. 2. 3. l. 38. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 41. §. 2. D. de excuſat.* Miſſi item, vt milites ducant, vel reducant, vel malos homines compeſcant: milites quoque, dum in caſtra eunt redeuntque, et qui extra patriam ſuam publicae vtilitatis cauſſa proficiſcuntur, vt militum medici: et hi quoque, qui in vrbe militant, reip. cauſſa abeſſe intelliguntur: *l. 7. l. 35. D. ex quib. cauſſ. maior.* aliter, atque de magiſtratibus, qui Romanae reip. operam dant, ſtatuendum, vt *d. l. 7.* et Conſt. Harmenop. *Lib. I. tit. III.* docent. Immo et milites omnes, qui diſcedere a ſignis ſine periculo non poſſunt, reip. cauſſa abſunt. *l. 45. D. eod.* ¶. 2. Enimuero in capite ſeptimo legis Iuliae de adulteriis quo eorum demum ABSENTIA excuſatur, qui in alia prouincia reipublicae cauſſa abſunt, quam in ea, in qua deferuntur, vrbani milites, licet alias vice abſentium habeantur, ABESSE tamen *reip. cauſſa* non cenſentur, ſed deferri, vt praeſentes, poſſunt. *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 3. Alias etiam tum demum *milites reipublicae cauſſa* ABESSE intelliguntur, quum in expeditione verſantur: non item, ſi in commeatu agunt. *l. 1. D. de re milit.* ¶. 4. Sed *nec*, qui pro ciuitate legatione funguntur, *reip. cauſſa* ABESSE dicuntur. *l. 26. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. mai.* Publici enim adpellatio ad populum Romanum proprie pertinet. *l. 15. l. 16. D. de verb. ſign.* at alias legationis cauſſa abſens *reipublicae cauſſa abeſſe* dicitur. *l. 30. D. de adquir. vel. omitt. her.* Nauicularii vero, item negotiatores, dum annonae vrbis ſeruiunt, *reip. cauſſa* ABESSE non male dicuntur. *l. 5. §. 3. D. de iure immunit.* At qui libera legatione abeſt, *non* videtur *reip. cauſſa* ABESSE, quum non publici, ſed ſui cauſſa, abſit. *l. 14. D. de legation. l. 7. D. de reg. iur.* Serui item *reip. cauſſa* ABESSE non poſſunt. *l. vlt. D. de reg. iur.* [*l. 7. D. ſi quis caution.*]. Sed nec, qui adpellationis perſequendae cauſſa peregrinantur, reip. cauſſa ABSVNT. *l. 1. l. 2. D. eum qui adpellau.* Omnino enim reip. cauſſa ABESSE hi demum intelliguntur, qui ob publicam cauſſam abſunt, non qui in priuatum compendium peregrinantur, vt adparet ex *l. pen. D. de excuſ.*

ABE.

ABESSE EX IVSTA CAVSSA ex SCis, circa fideicommiſſarias libertates factis, plenius definimus eos, qui non habent iniuſtam cauſſam abſentiae, quum ſufficiat, quod non in fraudem libertatis abſint, quo magis videantur ex iuſta cauſſa abeſſe. Ceterum non eſt neceſſe, vt reip. cauſſa abſint. *l. 1. l. 19. l. 20. l. 28. §. vlt. l. 29. l. 30. l. 36. D. de fideicomm. libert.* Quin & alias, qui probabili quacumque ex cauſſa, ſtudiorum puta, abſunt, *iuſta ex cauſſa* ABESSE intelliguntur. *l. 7. §. vlt. D. de minor. l. 28. D. ex quib. cauſſ. mai.* ¶. 2. Sunt et aliae abſentiarum differentiae, ſeu, ſi mauis, adiuncta, vt ABESSE BONA FIDE, *l. 30. D. de noxal. act. l. 19. D. de damn. infect.* id eſt, ſine dolo malo et fraude, *l. 1. l. 4. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 4. C. de reſtit. milit.* cui opponitur DOLO MALO, vel FRAVDIS CAVSSA, vel DATA OPERA ABESSE. *l. 34. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 5. D. ex quib. cauſſ. mai.* [Et huc etiam pertinent variae abſentiae cauſſae, vt dum aliqui abſunt *legationis* vel *ſtudiorum* gratia: *l. 19. D. de iudic. litis* gratia: *l. 5. D. ex quib. cauſſ. maior. metus cauſſa: l. 3. D. eod. ex neceſſitate*, non ex voluntate: *l. 26. §. vlt. D. eod.* quae eſt *abſentia neceſſaria*, de qua *l. vlt. D. vbi pupill. educ. vel. mor. l. 10. C. quomod. et quando iud.* Denique et abſens quis eſt *per contumaciam: l. 1. C. quor. adpellat.* item *longinque:* vt *l. 39. pr. D. de legat. I.* denique *trans mare. l. 3. §. 9. D. de ſuſpect. tut. l. 3. §. 12. D. de Carbon. edict.*] Haec de *perſonis:* nunc de *rebus* videamus.

ABESSE RES videntur etiam hae, quarum corpus manet, forma mutata eſt. Et ideo, ſi corruptae redditae ſunt, vel transfiguratae, videntur ABESSE, quoniam plerumque pluris eſt manu pretium et ars, quam materia. *l. 13. §. 1. l. 14. D. de verb. ſignificat.* ¶. 2. ABEST et ea res, quae in rebus humanis non eſt. *d. l. 13. in fine D. de verb. ſign.* ¶. 3. ABEST procul dubio ſeruus, qui in fuga eſt, quamquam in lege Fabia de plagiariis aliud eſt ABESSE, aliud *in fuga eſſe. l. 2. D. ad leg. Fab. de plagiar.* ¶. 4. ABESSE FVRTO res dicuntur, quae nobis ſobreptae ac ſubtractae ſunt. *l. 14. D. de verb. ſign. l. 47. D. de furt. l. 11. §. 2. D. de ſeru. corr. l. 4. C. de crim. expil. hered.* Martial. *Lib. VI. Epigr. 19. v. 2.*

Sed lis eſt mihi de tribus capellis.
Vicini, queror, has ABESSE FVRTO.

Quinctilian. *Declamat. III. Age, ſi mihi aluei furto* ABESSENT, *vtrum nulla daretur actio?* Curius Fortunat. *Lib. III. Rhetoricor. Pauper veſtimenta vendebat: exſtitit alius pauper, qui vindicabat ea, et* FVRTO ABESSE *ſibi diceret.* ¶. 5. Saepe legitur, *in id, quod* ABEST, *actionem dari.* [*l. 2. D. de negot. geſt. l. 3. D. commun. diu. l. 4. D. de contr. tut. l. 21. §. 2. D. quod met. cauſſ. l. 7. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.*] Quod qualem intellectum habeat, explicandum eſt. ABESSE certe nobis videtur non tantum, quod expendimus, ſed et id, quo obligati ſumus. *l. 29. D. de negot. geſt.* [Hoc ita, ſi in praeſens ſit, non ſi ſub conditione concepta obligatio: *l. 29. D. ſoluto matrim.*] ABESSE intelligitur PECVNIA fideiuſſori, etiamſi debitor creditori ab eo delegatus ſit, licet is ſoloendo non fuerit: *l. 26. §. 2. D. mandati.* item, ſi fideiuſſori ab vxore creditrice doti promiſſa ſit pecunia, quam ex cauſſa fideiuſſionis debebat, ABESSE mulieri ea intelligitur eo, quod

ABE. ABH, ABI.

onera matrimonii ſuſtineat. *l. 47. D. mand.* Non ABEST ex diuerſo ei, qui nihil de ſuo impendit, deminuitue. *l. 25. D. de adminiſtr. tut. l. 14. D. quod met. cauſſ. l. 4. §. 7. D. de manumiſſion.* ¶. 6. Sic et innumeris locis ABESSE dicitur DOLVS MALVS. Sed et notae phraſes: ABESSE *ex negotio geſto: l. 31. D. de reb. credit. l. 24. §. 1. D. de act. emt.* ABESSE *ex ſtipulatione: l. 49. D. famil. erciſc.* ABESSE *a poena. l. 2. pr. C. Theod. de ſepulcr. viol.*] ¶. 7. Sub finem notaſſe iuuabit, ABESSE elegante τμήσει ab auctoribus noſtris diuelli. AB *hominibus cuncta diſpendia* ESSE *ſancimus: l. 10. C. Theod. de epiſc.* AB *obſequio* ESSE. *l. 1. C. Theod. ne opera a conlat.* Similiter Vlpianus: *ſiquidem* CIRCVM *in hoc* VENTA *eſt: l. 12. §. 1. D. de iure dot.* et Caius: *Licet* LVCRI *dotem* FACIAT. *l. 29. pr. D. de religioſ.* HEIN.

ABH.

ABHINC *l. 5. C. de SS. eccl.* vbi ABHINC dicitur pro *ab illis. Abhinc flagitare*, pro ab illis eccleſiis flagitare. HEIN.

ABHORRERE. Hoc verbo ſaepe veteres vtuntur pro alienum eſſe. *Si* ABHORREANT *a conditione ſeruili*, i. e. ſi alieni ſint: *l. vn. C. Theod. de perfectiſſ. dignit.* Eodem ſenſu Vlpianus: ABHORRERE *haec ab area* dicit, pro: haec ab area aliena eſſe, nec cum ea quidquam commune habere. *l. 13. §. 1. D. de praeſcr. verb.* HEIN.

ABI.

ABIGEI, (qui et ABACTORES a Paullo *Rec. Sent. V, 18. 1. et 2.* et ab Imperatoribus in *l. 8. C. de repud.* et aliis, (vt ſupra ſub voce ABACTOR notatum, adpellantur) proprie hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis, vel ex ſtabolis, ſubtrahunt, et quodammodo depraedantur, abigendique ſtudium, quaſi artem exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis, abducentes. *l. 1. §. 1. D. de abig.* [vel, vt Paullus *Rec. Sent. ibid.* qui vnum equum, duas equas, totidemque boues, vel capras decem, aut porcos quinque abegerunt, Graecis ἀπελάται.] Iuſtinianus *Nouell. XXII. Cap. 15. §. 1.* ἢ ἕνα τῶν καλουμένων ἀπελατῶν εἰς ἐςὶ φροντὶς τοῖς ἀλλοτρίοις ἐφεδρεύειν ὑποζυγίοις ἢ βοσκήμασι, καὶ ταῦτα μεθιςᾶν ἑτέρωθι. *Aut vnum eorum, qui adpellantur abigei, quibus eſt cura, alienis inſidiari animalibus aut iumentis, et ea transponere alibi.* Moſchopulus *in libello*, qui inſcribitur τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογή. Ἀγέλη, inquit, λέγεται, ὅταν πολλὰ πρόβατα ὁμοῦ βόσκηται, ἢ πολλοὶ χοῖροι, ἢ βόες, ἢ τοιοῦτοι, ἐφ᾽ ὧν λέγεται ἀπελάτης. Ἀπελάθης γὰρ ὁ μετὰ ξίφους ἀπελαύνων ἀγέλην ζώων. *Armenta dicuntur oues, quarum multae ſimul gregatim paſcuntur, vel multi porci, vel boues, vel tales pecudes, ob quas quis abigeus dicitur.* ABIGEVS *enim eſt, qui cum ferro armenta abigit.* Vetus Gloſſarium: Ἀπελάται, θρέμματα ἀπὸ βοσκῆς ὑποσύροντες. ABIGEI, *altilia ex paſcuo abſtrahentes.* Aliud Gloſſarium: Ἀπελάτης κυρίως λέγεται, ὅςις θρέμματα ἀπὸ βοσκῆς, καὶ βουκολίων ὑποσύρει, ἢ ἀπὸ τῶν ἀγελῶν ἵππους, ὁ γὰρ βοῦν ἢ ἵππον πλανώμενον εὑρὼν οὐκ ἐςιν ἀπελάτης, ἀλλὰ κλέπτης. *Abigeus proprie vocatur, quiſquis pecora ex paſcuis, vel ex ſtabulis, vel ex armentis equos, ſubtrahit. Nam qui bouem, vel equum aberrantem, inuenit, non eſt abigeus, ſed fur.* ABIGEOS autem a furibus quantitate diſcerni

eerni traditum eſt. Nam qui ouem vnam, ſuem vnum, ſubripuerit, vt fur coercetur: qui gregem, vt abigeus. *l. 16. §. 7. D. de poen.* Idcirco Calliſtratus oues, ait, pro numero abactorum aut furem, aut abigeum, facere. Nam, qui decem oues, vel capras, vel porcos quinque aut quatuor, equum vnum, duas equas, totidemque boues, abegerit, ABIGEVS eſt. *d. l. vlt. D. de abig.* ¶. 2. Hinc ABIGEATVS crimen deſcendit, de quo in *l. 2. D. de abigeis l. 5. §. 2. D. de re milit.* quo olim nobilitatos liberos fuiſſe, Seruius *in III. Georg. v. 408.* ſcribit. De hoc vero abigeatus crimine quidquid ex iure, vel veteribus auctoribus dici potuit, ſummo ſtudio collegit Ian. Langl. *Ocii ſemeſtr. Lib. I. Cap. 8.* HEIN.

ABIGERE pecus, modo eſt, illud agro expellere, *l. 39. D. ad leg. Aquill.* modo iſtud furto vel latrocinio ſubtrahere. *l. vlt. C. de condict. ob turp. cauſ.* Liu. I, 7. Sic *abactas boues* dixit Ouid. *Lib. II. Metamorph.* v. 685. et *abactos furto ſues* Plin. *Hiſt. nat. Lib. VIII. Cap. 51.* ¶. 2. ABIGERE etiam partum venenis et medicamentis expellere et enecare ſignificat. Sic accipitur in *l. 4. D. de extr. crimin. l. 8. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 39. D. de poen.* et apud Ciceron. *in Cluentiana Cap. XI.* Columellam *de re ruſt. Lib. VI. Cap. 17.* Plin. *Hiſt. nat. Lib. XIV. Cap. 18.* Tranquillum *in Domit. Cap. penult.* quum ait: *Mox patre ac viro orbatam ardentiſſime palamque dilexit, vt etiam cauſſa mortis exſtiterit, coactae conceptum a ſe* ABIGERE. Sulpic. Seuer. *Lib. II. ſacr. hiſt. Cap. 47. Fuit in ſermone hominum, Priſcilliani ſtupro grauidam, partum ſibi graminibus* ABEGISSE. Vnde *abactum ventrem* dixit Paulus *Lib. IV. Sent. tit. 9. §. 6. abactos partus* Optatus Afer. *Lib. II. de ſchiſm. Donatiſt.* Nec longe ab hac ſignificatione eſt, quod Imperator *venenis viſcera hominis exſtinguere* adpellat in *l. 3. C. de quaeſt.* Cuiusmodi criminis a Iuuenale *Sat. VI. v. 592. ſequ.* et Minucio Felice *in Octauio Cap. XXX.* fit mentio. ¶. 2. Saepe mulieres delicatiores elidebant partum, *ne aequor illud ventris irrugaretur, vel de grauitate oneris et labore partus fatiſceret.* Gell. *Noct. Attic. XII, 1.* Et quamuis Mileſiam quamdam mulierem, quae accepta ab heredibus ſecundis pecunia, partum ſibi abegerat, rei capitalis damnatam, ex Ciceronis auctoritate referat Tryphoninus *l. 39. D. de poen.* id tamen quo iure fieri potuerit, vix adparet, niſi per poenam capitalem intelligas exſilium. Id enim, vel relegatio, poenam huius criminis ordinariam fuiſſe, nouimus. *l. 8. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 4. D. de extraord. crim.* At rem, quam ne Cuiacius quidem *Obſ. XIX, 19.* expedire potuit, feliciter explicauit Corn. van Bynkersh. *de iure occid. lib. Cap. VII.* HEIN.

ABIICERE *pecuniam in fraudem: l. 10. D. ſi quid in fraud. patron.* ABIICERE *rem exiguo pretio: l. 36. §. 1. D. mand.* vbi *proiicere rem* exiguo pretio. *l. 50. D. de euict.* idem eſt, ac minoris vendere, vel ſuum iactare: ¶. 2. Aſt ABIICERE *partum*, pro exponere in locis infrequentibus, dixit Paullus *Sent. recept. II, 24. l. 4. D. de agnoſc. et al. lib.* vbi eleganter ait: *Necare videtur non tantum is, qui partum praefocat, ſed et is, qui* ABIICIT, *et qui alimonia negat, et is, qui publicis locis miſericordiae cauſſa exponit, quam ipſe non habet.* ABIICIT ergo partum, qui in locis ſolitariis proiicit: *exponit*, qui in locis publicis collocat, *ſuſcipiendum ab aliqua praetereunte miſericordia extranea:* vti rem ſuo ſtilo deſcribit Tertullian. *Apologet. Cap. IX.* HEIN.

ABIRE dicimur *magiſtratu*, *l. 32. D. de iniur.* et apud Cic. *ad familiar. Lib. V. Ep. 2.* Liu. *Lib. III. Cap. 31.* nec non *prouincia: l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* item *tutela*, vel *cura: l. 3. fin. l. 4. D. de ſuſpect. tut.* Sic et ABIRE *flaminio* dixit Valer. Max. *Lib. I. Cap. 1.* ¶. 2. ABIRE deinde dicitur *diei actionis*, quando nobis exit: *l. 1. §. 7. D. ſi quid in fraud. patr.* Quinctilian. *Declam. CCL.* ABIRE *dominium*, quando a nobis abſcedit: *l. 66. D. de rei vind.* ABIRE *res a nobis*; *l. 205. D. de reg iur.* vel *a dominio, l. 1. D. de in diem addict.* quando poſſeſſores, vel domini, eſſe deſinimus. [¶. 3. Elegantes porro ſunt loquutiones: ABIRE in creditum, id eſt, fidem alienam ſequi: *l. 5. §. 18. D. de tribut. act. l. 3. §. 3. D. de SC. Maced.* ABIRE *ab emtione vel venditione*, id eſt, recedere: *l. 6. §. vlt. D. de contr. emt. l. 14. D. de in diem addict. l. 1. D. de reſcind. vend.* ABIRE *a ſocietate: l. 14. l. 18. D. pro ſoc.* ABIRE *ab honore. l. 1. C. ſi quacumque praedit. poteſt.*]

ABIVDICARE *hereditatem. l. 50. §. 2. D. de legat. I.* Hoc verbo vtuntur et Plaut. *Aſinar. Act. III. Scen. II. Rudent. Act. V. Scen. II.* Seneca *de Benef. VII, 6.* immo et Cicero, Liuius, et alii. ¶. 2. In Papiani *Reſponſ. tit. 32.* nefas eſſe dicitur, *partem, prouocantem ad principem*, ABIVDICARE *iudices.* Vbi abiudicare iudices manifeſto eſt declinare iudices, cauſſa adhuc pendente. Vid. Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 846.* HEIN.

ABIVRARE verbum iudiciarium eſt, et, vt Seru. *in Aen. VIII.* ſcribit, rem creditam periurio negare ſignificat. Id quod Plauti *verſu 13. ex prologo Rudentis* comprobat:

Qui falſas lites falſis teſtimoniis
Petunt, quique in iure ABIVRANT *pecuniam.*

Quamquam ille auctor pro Rudente *μνημονικῷ ἁμαρτήματι* *Curculionem* citet. In Curculione quidem *Act. IV. Scen. II. v. 9.* legimus: *Qui* ABIVRANT, *ſi quid creditum eſt:* at ipſa tamen verba illa ibi non reperiuntur, quae producit Seruius. Sic et Cicero *I. Epiſt. ad Att. 8. Me ſponſorem adpellat: mihi tamen* ABIVRARE *ſatius eſt, quam dependere.* Et Symmach. *Lib. II. Epiſtol. 87: Cui poſt venditionem Hiſpanienſis praedii ſui partem proteruus emtor* ABIVRAT. Quod verbum et Plautus *in Perſa Act. IV. Scen. 3. v. 9.* eodem ſenſu vſurpauit. Sic et ABIVRARE *creditum* dixit Salluſt. *Catilin. Cap. XXV.* et ABIVRARE *depoſitum*, Ambroſ. *Orat. de obitu fratris.* Inde ABIVRATIO *rei creditae abnegatio*, interprete Iſidoro *Etymol. Lib. V. cap. 26.* ¶. 2. Immo et quod interuertitur vero domino, *ei* ABIVRARI dicitur in *l. 2. C. Theod. de bon. vacant.* Et pretium, quod quis per leges recipere nequit, ABIVRATVM pretium vocatur. *l. vlt. C. Theod. de veſt. oloner.* HEIN.

ABIVRATOR dicitur, qui creditum negat. Caſſiodor. *Var. X, 3. Non ſum callidus* ABIVRATOR. HEIN.

ABL.

ABLEGARE pro mittere. *Ablegare in exſilium. l. 57. C. Theod. de haeret.* Immo exſilium ſine addito dicitur ABLEGATIO in *l. 2. C. Theod. de epiſc. indic.* quamuis eam conſtitutionem Honorii ſuppoſititiam eſſe, multis argumentis contendat Iac. Gothofred. *in Comment. Tomo VI. p. 309.* HEIN.

ABLOCARE. Vdalr. Zaſ. *ad §. 7. Inſt. de act. n. 17.* interpretatur denuo locare fundum locatum tertio, quod et Spigelius notauit. Sed mihi exemplum eius verbi non magis ſuccurrit, quam notionis. HEIN.

ABM.

ABMATERTERA. vid. ſupra ſub praepoſ. AB ¶. 12.

ABN.

ABNEGARE, inficiari depoſitum. *l. 11. D. depoſ. l. 1. D. de furt.* Plin. *Lib. X, Epiſt. 97.* Tertull. *ad Scapul. Cap. IV.* Ita et ABNEGARE *numos* dixit Iuuenal. *Sat. XIII. v. 94.* Sed et ABNEGARE pecuniam dixit Vlpianus *l. 3. in fin. D. de inlit. iur.* vbi vel Briſſonius, vel alius, qui eius locupletare opus voluit, legit ADNEGATA pecunia. Vid. infra voc. ADNEGATA, quum tamen et nihili ſit illud vocabulum, et in melioribus exemplaribus *abnegata* recte legatur. HEIN.

ABNEPOS. vid. ſupra ſub praepoſ. AB ¶. 12.

ABNOCTARE, vna nocte abeſſe. Praeſidi non licebat fines prouinciae excedere, niſi voti ſoluendi cauſſa: et ne tunc quidem ei ABNOCTARE licebat. *l. 15. D. de offic. praeſid.* Ita et Tribunis plebis ius *abnoctandi* erat ademtum. Ita enim recte legunt viri docti apud Gell. *Noct. Attic. XIII, 12.* Mulier porro quae per trinoctium intra primum annum abnoctauerat a viro, vſucapi non poterat ex legibus XII. Tab. Idque luculenter probatur ex Gell. *Noct. Attic. III, 2.* et Macrob. *Saturn. I, 13.* Sed tamen falluntur, qui ABNOCTARE verbis iſtis vetuſtis decemuiralibus accenſent. Ceterum ob abnoctationem mulieri repudium dari permiſit Theodoſius *l. 3. §. 3. C. de repud.* et poſtea Iuſtinianus *Nouell. CXVII. Cap. 8. §. 5.* et *Nouell. XXII. Cap. 15. §. 2.* HEIN.

ABNVTIVVM pro negatiuo et inficiali, ſiue ἀποφατικῷ in *l. 83. pr. D. de verb. obl.* Quod verbum inuentu rarum eſt. Vſum eo Caprum *in libro de orthographia* reperio. *Confeſſiua vox*, ait, *fit ex duplici voce abnutiua: vt, non nolo.* Feſtus etiam ABNVITIONIS vocem vſurpat *libro IX. In, non ſemper* ABNVITIONEM *ſignificat, ſed interdum etiam pro additamento ponitur.* Sic enim haec poſtrema verba lego, quibus ſignificat, vocem, IN, pleramque incrementum addere verbis, quibus praeponitur, vt ex his, quae illic adfert, exemplis patet. ¶. Haec, quum erudita ſint, ex prima editione reſtituimus. Quae ſi quis cum poſtremis contulerit, *Danaum* videbit *inſidias*, et *hoc crimine ab vno diſcet omnes.* Addimus nos, vſos eſſe veteres frequentatiuo ABNVTARE, pro ſaepe abnuere. Vid. Scalig. *Caſtigat. in Feſt. p. 3.* HEIN.

ABO.

ABOLERI *accuſatio*, ABOLERI item *nomen rei* dicitur, quum accuſatio crimenque perimitur, reique nomen de reis eximitur. *l. 3. §. 1. D. de*

accuſat. l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill. Sueton, *Aug. Cap. XXXII: Diuturnorum reorum, et ex quorum ſordibus nihil aliud, quam voluptas, inimicis quaereretur, nomina aboleuit, conditione propoſita, vt ſi quisquam repetere vellet, par periculum ſubiret.* Plin. *Lib. VII. Epiſt. 6. Polyaenus* ABOLITIONIS *cauſſas expoſuit.* ¶. 2. Hinc ABOLITIO, criminum exſtinctio, quae delatoribus reisque datur. *l. 34. §. 1. D. de ritu nupt. l. 14. §. 5. D. de bon. libert. l. 6. §. 3. D. de decur. l. 12. §. 1. D. de accuſ. l. 39. §. 6. D. de adult. l. 15. D. de iur. fiſci.* Quinctil. *Declam. 249.* Gloſſarium vetus: ABOLITIO *eſt ab accuſando accuſatoris abſolutio, qua ab inſcriptione abſoluitur, remiſſa neceſſitate accuſandi.* Gloſſarium Graecum: ABOLITIO, *κατηγορίας ἀποτεθείσης ἀπαλειφή*, vel, vt aliud, *ἀπαλειφὴ κατηγορίας προσγενομένης. remiſſio inſtitutae accuſationis.* ¶. 3. Ea autem ABOLITIO duplex eſt PVBLICA, et PRIVATA. *l. 11. in fine D. de accuſat.* PVBLICA abolitio, quae et GENERALIS dicitur in *titulo C. de generali abolit.* ea eſt, quae publice fit ob diem inſignem, aut publicam gratulationem, vel ob rem proſpere geſtam, vel ob laetitiam aliquam, vel honorem domus diuinae. *l. 7. l. 8. l. 9. l. 12. D. ad SC. Turpill. l. 14. §. 1. D. de bon. libert.* quam Conſtant. Harmenopul. *Lib. I. tit. II, 52. ἐγκλημάτων δημοσίαν ἀπόλυσιν, publicam criminum remiſſionem* adpellat. Ea vel SCo, vel a Principe dabatur, *l. 12. D. de SC. Turpill. l. 1. C. de gener. abolit.* quemadmodum a Conſtantino M. ob natiuitatem Criſpi filii factum, legimus. Procul dubio hic Briſſonio ab oculos fuit *l. 1. C. Theod. de indulg. crim.* vbi Conſtantinus Imp. *Propter Criſpi atque Helenae partum omnibus indulgemus; praeter veneficos, homicidas et adulteros. cet.* Sed quum haec lex III. Kal. Nouembr. Probiano et Iuliano Coſſ. id eſt, anno Chriſti CCCXXII. prodierit in lucem, quo Criſpus iam adoleſcens fuit: ea crucem fixit non modo Baronio *Annal. eccleſ. ad ann. CCCXXII. n. 3.* ſed et Iac. Gothofredo, qui in *Comment. Cod. Theod. Tomo III. p. 268. ſequ.* pro *partum* legit *paratum*, idque de adparatu itineris exponit, ſatis coacte. Itaque miſſa hac perplexa conſtitutione, miſſo incertiſſimo Conſtantini M. exemplo, alia, quae ipſe Gothofredus *ad h. l.* collegit, commendamus teſtimonia ex Libanii βασιλικῷ, Chryſoſt. *Homil. III. in Matth. Cap. III.* Aimon. *Hiſt. Franc. III, 54.* Ceterum vt ad abolitionem PVBLICAM redeamus, ea non ſolum fiebat ob repentinam aliquam laetitiam publicam, verum etiam quotannis ob ſacroſanctum paſchatos diem, quo Imperatores omnibus, qui in vinculis publicis habebantur, delictorum gratiam faciebant, praeterquam maieſtatis, necromantiae, adulterii, rapinae, ac homicidii reis. Teſtes eius ritus ſunt Gregor. Nyſſen. *Orat. III. in reſurrect. Chriſti.* Ambroſ. *Epiſt. XXXIII.* Chryſoſtom. *Homil. VI. ad pop. Antioch.* et *Homil. XX. ad pop.* Videtur hic mos coepiſſe a Valentiniano ſeniore, cuius ea de re conſtitutio exſtat, *l. 3. C. Theod. de indulg. crim.* quemadmodum et inſequentium principum ſimiles conſtitutiones ſuperſunt *l. 4. et ſequ. eod. l. 3. C. de Epiſc. audient.* Similis ritus Iudaeorum, qui et ipſi diebus paſchalibus ſaltim vnum ex vinculis dimittebant. *Matth. XVII, 15.* immo et Athenienſium, qui ſimilem criminum indulgentiam dabant in Cerealibus et ſacris Panathenaicis, denique ipſorum Romanorum, de

quibus

Digitized by Google

quibus omnibus plura obſeruarunt Em. Merill. *Not. in paſſ. Chriſt. Matth. XXVII, 15.* Gu. Caue *Chriſtianiſm. primit. Part. I. Cap. 7.* et Iac. Gothofred. *Comment. in Cod. Theod. Tom. III. p. 273.* HEIN. PRIVATA *abolitio* eſt, quae priuatim fit, accuſatore poſtulante, ex eo, quod per errorem, temeritatem, vel calorem facilitatemue aetatis ad accuſationem proſilierit. *l. 10. D. ad SC. Turpill. l. 2. C. de abolition.* Poſtulanda autem erat ab ipſiſmet Praeſidibus: item pro tribunali, non de plano, nec niſi cauſſa cognita. *l. 1. §. 8. D. ad SC. Turpill.* Hinc *abolitionem petere l. 14. §. 1. D. de bon. libert.* et apud Quinctilian. *Declam. CCXLIX.* Fiebat et alio genere EX LEGE abolitio, accuſatore mortuo, vel ex iuſta cauſſa impedito, quo minus accuſare poſſet. *l. 10. D. ad SC. Turpill. l. 3. fin. D. de accuſat.* Licebat porro, feriis finitis, quae abolitionem induxerant, rem intra triginta dies repetere.

¶. 4. Singularis eſt loquutio, quando non crimen, accuſatio, vel nomen rei, ſed ipſe *reus, aboleri* dicitur. *Eximitur autem* REORVM ABOLITIONE *interueniente. l. 12. D. ad SC. Turpill.* et paullo ante: *Ex qua Senatus cenſuit* ABOLITIONEM REORVM *fieri.* Vnde minus neceſſaria eſt criſis eorum, qui priore loco legunt: *Eximitur autem reis abolitione interueniente.* Ponitur enim reus pro rei nomine. HEIN. ¶. 5. Praeterea ABOLERI dicitur ACTIO *iniuriarum diſſimulatione. l. 11. §. 1. D. de iniur.* ABOLERI CONDEMNATIO *per indulgentiam. l. 10. C. de ſent. paſſ.* ABOLERI INIVRIA, *l. 17. §. 6. D. de iniur.* ABOLERI TVRPITVDO. *l. 43. §. 1. D. de ritu nupt.*

ABOMINANTER. Aduerbio parum eleganter vſus eſt Conſtantinus Imp. *l. 1. C. Theod. de inc. nupt. Si quis filiam fratris ſororisue faciendam reddiderit* ABOMINANTER *vxorem.* HEIN.

ABOMINOR. Veteribus infauſtum aliquid et mali ominis deprecantibus atque auerſantibus in vſu fuit haec loquutio: *Quod abominor. l. 85. D. de hered. inſtit. l. 41. §. vlt. D. de vulg. et pup. ſubſt. l. 88. §. 9. D. de legat. II. l. 4. C. de impub. et al. ſubſt. l. 85. de hered. inſt.* Qua etiam Plin. *Lib. VI. Epiſt. 22.* vſus eſt. Terentius *Andr. III, 3. v. 36.* in eamdem ſententiam ait: *Quod Dii prohibeant.* [Plures huiusmodi formulas auctor collegit *Lib. I. de form. pop. Rom. Cap. CLVI. ſequ. p. 84. ſequ. edit. nouiſſ.* Ceterum et Graeci eodem modo dicere ſolebant: *ὃ μὴ γένοιτο, οὐδὲ ἔσται. Quod abſit, vt fiat.* Vid. Menag. *ad Laert. V, 12. p. 191.* HEIN.

ABORSVS. Eo adiectiuo vſus eſt Paullus *Recept. ſent. IV, 9, 6.* ABORSVS *vel abactus venter partum efficere non videtur.* Eodem vocabulo ſubſtantiue pro *abortus* vſus eſt Ouidius ſuppoſititius in *Lib. I. de vetula:*

Timeat, ne
Concipiat, parat, vnde ſibi procuret aborſum.

At frequentius vocabulo *aborſus* vel *auorſus* pro abortu vtuntur leges veteres Germanicae, vti *Wiſigothica VI, 3, 1. et 4. VIII, 4, 6. Boioar. VII, 18.* Sed et hoc inter vocabula, ortu ipſo barbara, merito refert Voſſ. *de vit. ſerm. Lib. V. part. I. p. 265. Tom. II. Oper.* HEIN.

ABORTIO, pro *abortu.* Paull. *Rec. ſent. V, 23, 14.* et *l. 38. §. 5. D. de poen. Qui* ABORTIONIS *aut amatorium poculum dant.* Dicitur et in neu-

tro genere ABORTVM. *l. 30. §. 4. D. de adqu. vel omitt. hered.* HEIN. At frequentiſſima forma eſt

ABORTVS, qui fieri dicitur, quum mulier ante tempus partum edit. *l. 1. §. 27. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 3. §. 16. D. de ſtatu lib.* Plin. *Lib. VIII. Epiſt. 10.*

ABP.

ABPATRVVS, vid. ſupra ſub praepoſitione AB ¶. 12.

ABR.

ABREPTA *res* dicitur *vi: l. 1. D. de condict. tritic.* immo et homo. ABREPTVM *mancipium. l. 26. C. de pignor. l. 1. C. ad leg. Fab. de plagiar.* ABREPTI *parentibus liberi per cauſſam belli. l. 18. D. de excuſat.*

ABROGARE, DEROGARE, EXROGARE, OBROGARE, SVBROGARE diuerſam habent ſeparatamque in antiquorum auctorum libris ſignificationem. Cicero *Lib. III. ad Attic. Epiſt. I: Octo noſtri Tribuni pleb. caput poſuerunt hoc: Si quid in hac rogatione ſcriptum eſt, quod per leges plebiſue ſcita, hoc eſt, quod per legem Clodiam promulgare,* ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE, *ſine fraude ſua non liceat.* Idem *Lib. III. de republ.* apud Lactant. *Lib. VI. Cap. 8*, prout legendum cenſeo, *Huic legi nec* OBROGARI *fas eſt, nec* DEROGARI *ex hac aliquid licet, neque tota* ABROGARI *poteſt.* Idem *Lib. II. ad Herenn. Cap. 10: Quod ea lex ſanciat, cui legi* OBROGATVM *aut* DEROGATVM *ſit.* Et eodem loco *Num qua* OBROGATIO *aut* DEROGATIO *ſit.* Liu. IX, 34. *Vbi duae contrariae leges ſunt, ſemper antiquae* OBROGAT *noua.* Sic enim in vetuſto codice ſcriptum reperi. ABROGATVR vero legi, interprete Modeſtino, *quum lex prorſus tollitur;* DEROGATVR, *quum pars detrahitur. l. 102. D. de verb. ſignif.* Vlpianus *Tit. I. §. 3. Lex aut* ROGATVR, *id eſt, fertur: aut* ABROGATVR, *id eſt, prior lex tollitur: aut* DEROGATVR, *id eſt, pars primae legis tollitur: aut* SVBROGATVR, *id eſt, adiicitur aliquid primae legi: aut* OBROGATVR, *id eſt, mutatur aliquid ex prima lege.* Feſtus autem, DEROGARE, ait, *eſſe detrahere,* EXROGARE, *ex lege vetere aliquid eximere per legem nouam,* OBROGARE *legis prioris infirmandae cauſſa legem aliam ferre.* Non ergo ſemper eodem modo loquuti ſunt veteres. Accuratius tamen aliis Vlpianus diſtinxit, tanquam iurisconſultus, et proprietatis verborum ſtudioſus. Ita recte Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 563.* HEIN. OBROGANDI autem verbum duobus locis apud Suetonium loco motum reſtituendum, moneo. In *Iulio* namque *Cap. XXVIII.* veteres codices habent: *Quando nec plebiſcito Pompilius poſtea* OBROGASSET. In *Claudio* vero *Cap. XIII.* perperam recentiores codices habent: *Capiti Papiae legis, a Tiberio Caeſare, quaſi ſexagenarii generare non poſſent, edicto abrogauit:* quum legendum ſit: *edicto* OBROGAVIT. Quintilian. *Declam. CCLXIV: Quoties de iure populi agitur apud populum, cui mutare, cui* OBROGARE, *cui ferre, quas velit, rogationes licet.* ¶. 2. Quamuis vero omnia haec verba originem debeant rogationi magiſtratus, quae fiebat in comitiis, quoties lex vel ferenda, vel tollenda vel mutanda erat, ac proinde

et

et *magiſtratus, imperinm, iurisdictio* cui ABROGARI diceretur: Cic. *pro Milone Cap. XXVII. de Offic. III, 10.* Valer. Max. *VII, 7. 6.* tamen *leges non ſolum ſuffragio legislatorum, ſed etiam* TACITO CONSENSV *omnium, per deſuetudinem* ABROGANTVR. *l. 32. §. 1. in fine D. de legib.* HEIN.

ABRVMPI *inra l. 32. §. vlt. D. de hered. inſtit.* ¶. 2. Alio plane ſenſu vocabulo vſus eſt Vlpianus *l. 1. §. 4. D. quar. rer. act.* *Neque enim, oneratum ſe hoc nomine, poteſt queri libertus, ſi lucrum* ABRVPTVM *ex re patroni non faciat.* At quid, quaeſo, *lucrnm abruptum?* Accurſio idem, ac ſurreptum, Budaeo *ad l. 4. §. 8. D. de re milit.* abſciſſum, praeciſum, ἀπότομον. At ego, vna mutata littera, legendum eſſe crediderim: *ſi lucrum*, ABREPTVM *ex re patroni, non faciat.* HEIN.

ABS.

ABS pro A vel AB. Sed eius vſum iam ſua aetate minus frequentem fuiſſe, obſeruauit Cicero *Orator. Cap. XLVII.* ſi recte locus iſte intelligitur: *Vna praepoſitio eſt* ABS, *eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omninm: in reliquo ſermone mutata eſt. Nam* AMOVIT *dicimus, et* ABEGIT, *et* ABSTVLIT, *vt iam neſcias*, AB *ne verum ſit, an* ABS. Ea tamen particula et poſt Ciceronem non modo veteres anctores, ſed et ICti vtuntur pro *a* vel *ab. l. 14. D. de verb. obl. l. 19. D. de hered. vel act. vend.* HEIN.

ABSCEDERE et *accedere* opponuntur. *l. 31. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ABSCEDERE vero dicimus, quod ab aliquo ſeparatur, et ſeiungitur. Sic ABSCEDIT *dos a bonis patris: l. vlt. D. de dot. collat.* ABSCEDVNT *nomina a priſtina obligatione per nouationem: l. 21 §. 3. D. de ann. legat.* ABSCEDIT *alieni pars hereditatis: l. 7. in fin. D. de coniung. cum emanc. lib. Proprietas inutilis eſſe dicitur, ſemper* ABSCEDENTE *vſusfructu. l. 56. D. de vſufr.* et *l. 8. D. de vſu et vſufr.*

ABSCESSVS, abdita loca, receſſus in prouincia. *l. 2. C. Theod. de litt. et itin. cuſtod.* HEIN.

ABSCISSE, in *l. 5. §. 2. D. de iure immunit.* idem valet, quod Graecum ἀποτόμως. Igitur *non abſciſſe*, id eſt, non certa et conſtanti definitione, nec ad vnguem. Vſurpat hoc verbum ſaepiſſime Valer. Max. pro ſeuere et rigide, metaphora a rupibus, et aliis locis praefractis ducta.

¶. 2. Attamen *in d. l. 5.* potius legendum ABSCISE. Nam *abſciſus* dicebant veteres, non *abſciſſus*: abſciſe, non *abſciſſe*: a *caedo*, non a *ſcindo*. Id iam alii monuerunt, et in his Io. Fr. Gronou. *ad Liu. XLIV, 5.* et *ad Senec. de conſtant. ſap. Cap. I. p. 93.* HEIN.

ABSCISVS, vt ABSCISA, *ſpes*, quae ademta eſt. *l. 35. D. de euiction.* ABSCISE, quod vulgo *abſciſſe*, vbi de eo aduerbio plura.

ABSENTARE, abſentem reddere. *Quos crimen deſertionis* ABSENTAT. *l. 84. C. Theod. de decurion.* Eamdem notionem huius verbi deprehendere ſibi nonnulli viſi ſunt apud Claudian. *de raptu Proſerp. Lib. III.*

Quae tale receſſu
Maluerit damnare decus, vetitamque Dearum
Colloquia, patriis procul ABSENTAVERIT *aſtris.*

Sed ibi meliores codices habere AMANDAVERIT, iam obſeruauit Voſſ. *de vit. ſerm. Lib. I. Cap. 24. p. 32. Tom. II. Op.* ¶. 2. Frequentius cadentis Latinitatis ſcriptoribus ABSENTARE idem, ac abeſſe. Ita ſane verbo illo vſi Sidon. Apollinar. *Lib. IX. Epiſt. IX. extr.* et ſcriptores eccleſiaſtici, etiam qui ante ſaeculum quintum vixerunt, quorum loca collegit Sauaro *in not. ad Apollinar. ibid.* HEIN.

ABSIMILIS, diſſimilis. Vnde *non abſimilis*, ſaepe pro ſimili. *l. 25. §. vlt. D. de recept. arbitr. l. 3. C. de in int. reſtit. min. l. vlt. C. per quas perſ. nob. adquir. l. vlt. C. ad SC. Macedon. l. 38. §. 1. D. mand. l. 12. D. de legit. hered. l. vlt. C. de auctor. praeſt.*.

ABSIS. Vlpianus *l. 19. §. 6. D. de aur. arg. mund. Idem Celſus Lib. XIX. Digeſtornm, Commentariorum ſeptimo, ſcribit, auro legato, ea, quae inaurata ſunt, non deberi: nec aurea emblemata, quae in* ABSIDIBVS *argenteis ſint.* Cuiacius *Obſ. X, 18.* APSIS, inquit, (nam vtroque modo ABSIS et APSIS ſcribitur,) *vas eſt, in quo ponitur eſca,* PARAPSIS, *quod illi accedit, acetabulum.* Firmat hoc Hadr. Turneb. *Aduerſ. XVIII, 23.* APSIDES, inquit, *eodem titulo lances ſunt rotundae, quae et parapſides dicuntur. Sunt et tabulae in lancium genere, magis latae et planae, vt apud Horat. Lib. I. Epiſt. 15.*

Tabulas coenabat omaſi,
Vilis et agninae.

HEIN.

ABSOLVERE, vulgo ad iudiciales pronunciationes pertinet. ABSOLVERE enim, vt ait Auguſtin. *Serm. XXVIII.* eſt *innocentem iudicare*, tam in pecuniariis cauſſis, quam in criminalibus. *l. 13. D. de ſtatu hom. l. 22. l. 66. D. de cond. indeb. l. 10. D. de ſeruitut.* et alibi paſſim. ¶. 2. ABSOLVERE vero *creditorem*, eſt eum, pecunia ſoluta, dimittere. Vlpian. *l. 37. D. de vſur.* Et haec notio elegantiſſima eſt, et Comicis admodum familiaris. Daniſta apud Plaut. *Epidic. V, 1. v. 25. Age, age,* ABSOLVE ME, *atque argentum numera. Moſtell. III, 1. v. 119. Abſolue hunc, quaeſo, vomitum, ne hic nos enecet.* Add. Terent. *Adelph. II, 4. v. 13.* HEIN. Sic veteres aiunt: ABSOLVERE *et liberare domum et poſſeſſionem: l. 20. pr. D. de liberat. legat.* ABSOLVERE *pignus:* Paull. *Recept. ſent. II, 5, 1.* quamuis illam Sichardi lectionem non admittat Ritterſhuſius, et plerique ibi habeant: *vt pignus luat.* HEIN. ¶. 3. ABSOLVI quis dicitur *ab aduerſario: l. 90. D. de furt. l. 14. D. de dolo mal.* item *actione: l. 84. §. 5. D. de legat. I.* nec non *iudicio: l. 13. D. quib. mod. pign. l. 14. §. 1. iudicat. ſolu.* denique *poena. l. 21. §. 9. D. de recept. qui arbitr. recep.* ¶. 4. ABSOLVITVR etiam, non modo *qui reſtituit, l. 1. §. 21. D. depoſ.* ſed et, *qui cauet, ſe reſtituturum. l. 16. §. 3. D. de pign. et hypoth.* ¶. 5. Etiam is, *qui fuſtibus caeſus eſt*, dicitur ABSOLVI. *l. 7. §. 1. D. de iure patron.* Quos enim de plano Praeſes flagris caedi iubebat, ii emendati abſoluebantur. *l. 9. §. 4. D. de offic. procoſ. l. 6. D. de accuſat.* quia de plano damnari nemo poterat. Hinc ſecundum iura loquutus eſt Pilatus, dum ait: παιδεύσας ἂν αὐτὸν ἀπολύσω. *Emendatum illum abſoluam. Luc. XXIII, 6.* HEIN. ¶. 6. ABSOLVERE autem is demum poteſt, qui poteſt et condemnare: *l. 3. D. de re iud. l. 37. D. de reg. iur.* adeoque iterum

ABS.

uri conſentanea ſunt verba Pilati: Οὐκ οἶδας, ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε; *An neſcis, me poteſtatem te et cruci ſuffigendi, et abſoluendi habere? Ioann. XVIIII, 10.* HEIN. ¶. 7. ABSOLVERE *id, de quo quaeritur:* eſt quaeſtioni propoſitae ſatisfacere. *l. 19. §. 1. D. de manum. teſtam.*

ABSOLVTIO itidem modo pronunciationem iudicis ſignificat: vnde ABSOLVTIO *iudicantis, l. 18. C. ex quib. cauſſ. inf. irrog.* quae et FIERI dicitur, *l. 37. §. 5. 6. D. de oper. lib. l. 27. D. famil. ercifc.* et SEQVI, *l. 6. D. de quaeſt. l. 52. §. vlt. D. de fideiuſſ. l. 14. D. de condict. furt. l. 33. §. vlt. D. de vſufr. l. 3. C. de non num. pec.* quoties ſecundum reum lis datur. ¶. 2. Modo pro liberatione debitoris, *l. 1. D. de acceptil.* ¶. 3. Aliquando et pro abolitione accipitur: *l. 6. C. Theod. de indulg. crim.* Paull. *recept. Sent. V, 17. in rubrica*, niſi ea ab Aniani manu ſit. HEIN.

ABSOLVTORIA *omnia eſſe dicuntur iudicia. §. vlt. Inſt. de perp. ac temp. act.* Quod quum Graece exprimi vix poſſet: ita reddidit Theophilus: πάντα τὰ δικαστήρια ἀβσολυτόριά ἐστι. quibus ſubiungit interpretationem: ἔξεστι τῷ δικαστῇ πρὸ καταδίκης εὐγνωμονοῦντα τὸν ῥέον ἀφιέναι τῆς ἐναγωγῆς. *Permiſſum eſt iudici, ante condemnationem reum, qui bonam fidem agnoſcat, ab actione liberatum dimittere.* Rationem reddit Celſus apud Vlpianum *l. 1. §. 10. D. de nou. op. nunc. Non eſſe periculum, ne pactio priuatorum iuſſui Praetoris antepoſita videatur. Quid enim aliud agit Praetor, quam hoc, vt controuerſias eorum dirimat? a quibus ſi ſponte receſſerint: deberi id ratum haberi.* HEIN.

ABSOLVTVS, pro certo, indubio, expedito. Nam ABSOLVTA *cauſſa* opponitur *ambiguae. l. 3. §. 4. D. de Carbon. edict.* Et ABSOLVTVM *ius* eſt certum et indubitatum. *l. 12. C. de collat. l. 6. C. de bon. proſcript. l. 1. C. ex delict. def.* Immo et ABSOLVTVM *eſt*, ponitur pro eo, quod certi et abſoluti iuris eſt. *l. 1. §. 3. D. vti poſſid.* Sic et Tertullian. *ad Nation. Cap. IX.* ABSOLVTVM *eſt de infirmitate et mediocritate eorum.* i. e. *apertiſſime probatum eſt, eos nullarum eſſe virium.* Vid. Rigalt. in Indice Gloſſ. Tertull. ſub voce *Abſolutum.* HEIN. ¶. 2. ABSOLVTVM etiam eſt, quod fit irreuocabiliter. Et ita ABSOLVTA *donatio* eſt irreuocabilis. *l. 35. §. 1. D. de mort. cauſſ. donat.*

¶. 3. ABSOLVTVM porro, dicitur, quod ſine diſtinctione procedit. Et hinc ABSOLVTE *reſpondere*, eſt ſine diſtinctione reſpondere. *l. 13. §. vlt. D. de ann. legat.* ¶. 4. Singularis plane eſt loquutio: ABSOLVTA *eſt cauſſa emtoris*, id eſt, emtori nullum amplius ex emtione ius eſt. *l. 19. D. de in diem addict.*

ABSTENTVS *pupillus*, quem tutor a paterna hereditate abſtinuit. *l. pen. D. de auctorit. tut.* Quod analogia magis, quam auctoritate veterum defenditur a V. C. Car. Andr. Duckero *de Latinit. iurisc. vet. p. 403.* Aliquoties S. Cyprianus *abſtentos* vocat, quibus ſacrorum vſu eſt interdictum, veluti *Epiſt. LIX. p. 126.* et *Epiſt. LXVIII. p. 177.* HEIN.

ABSTINERE proprie dicuntur ſui et neceſſarii heredes, vti extranei *repudiare. l. 3. §. 2. D. de minorib. l. 38. D, de adquir. vel omitt. hered. l. 86. in fine D. de hered. inſt.* et alias perſaepe. ¶. 2. Sed haec differentia interdum confunditur *l. 2. §. 10. D. ad SC. Tertull. l. 7. §. 5. D. de minorib. l. 14. D. de fideicomm. hered.* Proinde ABSTINERE etiam dicuntur *frater* et *ſoror. l. 18. §. vlt. D. de ann. legat.* ¶. 3. Non ſolum autem ipſi heredes *abſtinere ſe*, dicuntur, ſed et ABSTINERI. Nam *pupillus* ABSTINETVR *ab hereditate patris l. 44. D. de pact. l. vlt. D. ſi quis caution. l. 1. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. leg. l. 4. C. de arb. tut. l. 79. D. ad SC. Trebell.* et *tutores pupillum* ABSTINENT. *l. 18. D. de tut. et rat. diſtr. l. penult. D. de auct. tut. l. 61. D. de condict. indeb. l. 15. §. vlt. l. 17. D. locat. l. pen. §. vlt. D. de ritu nupt. l. 44. D. de re iudic.* Eodem modo tranſitiuam notionem huic verbo eleganter attribuerunt optimi Latinitatis auctores. Liu. *Lib. XXIII. Cap. I. Ab vrbe oppugnanda Poenum abſtinuerunt conſpecta moenia:* quamuis alii ibi legant *abſterruerunt.* Idem *Lib. II. Cap. 16. Ne ab obſidibus quidem iram belli hoſtis abſtinuit.* Denique *Lib. VIII. Cap. 24. Romano bello fortuna Alexandrum abſtinuit.* Plura exempla non addo, quippe quae paſſim obuia ſunt. HEIN. ¶. 4. Sed et ab aliis rebus ABSTINERE nos dicimur a iuriſconſultis, veluti ADMINISTRATIONE: *l. 1. §. vlt. D. de eo qui pro tut. l. 7. C. de ſuſp. tut.* CAVSSA: *l. 9. D. de offic. procoſ.* COMMODO: *l. 23. §. vlt. D. pro ſoc.* CONVIVIIS et ORNAMENTIS: Paull. *Rec. Sent. I, 21. 14.* DIVINATIONE: Paull. *Rec. Sent. V, 21. 4.* FIDEICOMMISSO: *l. 123. D. de legat. I.* GESTV *tutelae*, *l. 5. §. 1. D. de adminiſtr. tut.* HONORIBVS: *l. 2. C. de his, qui in exſil. dat. l. 1. C. de his, qui non impler. ſtipend.* INTERROGATIONE: *l. 6. C. de quaeſtion.* LEGATO: *l. 6. §. vlt. l. 14. §. vlt. D. ad leg. Corn. de falſ.* LOCIS INTERDICTIS: *l. 4. D. de poen.* MATRIMONIO: *l. 38. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* NEGOTIATIONE: *l. 9. §. 9. D. de poen.* NVPTIIS: *l. 12. §. 3. D. de rit. nuptiar. §. 1. Inſt. de nupt.* ORDINE: *l. 3. C. ex quib. cauſſ. inf. l. 1. §. 4. D. nihil innouar. pend. adpell.* PETITIONE HONORIS: *l. 7. D. de munerib. et hon.* A PRIVIGNA et NOVERCA: *l. 17. C. de nupt. Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VI. §. 4.* PROVINCIA: *l. 1. §. vlt. D. de effract. l. 7. §. 13. D. de interd. et releg. ab omni* SORDE: *l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. repetund.* VENDITIONE: *l. 1. §. 1. D. de reb. eor. qui ſub tut. l. 7. §. 15. D. de interd. et releg. l. 1. D. de effractorib.* VSV INSTRVMENTI: *l. 8. D. de leg. Corn. de falſ.* XENIIS. *l. 6. §. vlt. D. de offic. procoſ.*

ABSVMERE vel naturaliter poſſumus, vt arbores igne: *l. 57. D. de contr. emt.* vel ciuiliter. Sic ABSVMVNTVR fructus: *l. 77. §. 9. D. de legat. II. l. 38. D. de iur. fiſci.* intentio: *l. 24. C. de rei vind. l. vlt. C. de vſucap. pro dote l. vlt. C. commun. de vſucap.* ſpecies: *l. 4. C. de peric. et comm. rei vend.* vſusfructus: *l. vlt. C. Theod. ad L. Corn. de ſicar.* Non tamen cenſetur ABSVMI, *quod in corpore patrimonii retinetur, l. 72. D. de legat. II.* vel *quod in corpus patrimonii verſum eſt. l. 23. D. de adim. legat.*

ABSVMTIO. In ABSVMTIONE eſſe dicuntur, quae vſu conſumuntur. *l. 5. §. 1. D. de vſufr. ear. rer.*

ABSVRDA dicuntur, quaecumque vel rationi, vel iuris principiis repugnant. Sic ABSVRDVM eſt, vt quae

ABS. ABV.

quae peti poſſunt, diuidi non poſſint. *l. 25. §. 10. D. de hered. petit.* ABSVRDVM, arbitri iuſſum in alterius ex litigatoribus perſona ratum eſſe, in alterius non. *l. 21. §. 11. D. de recept. qui arbitr.* ABSVRDVM, ante diem praeterire, quam is exſiſteret, quem oportet accipere. *l. 46. D. de cond. et demonſtr.* ABSVRDVM, quum argentarius in ea cauſſa ſit, vt edere debeat, eum petere, vt edatur ei. *l. 6. §. 9. D. de edendo.* ABSVRDVM, ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere. *l. 7. §. 2. D. de iure delib.* ABSVRDVM, eos quidem, qui bona fide poſſiderent, excipere actionem, praedones vero ſecuros eſſe. *l. 13. D. de noxal. act.* ABSVRDVM, hominem in fructu eſſe, quum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauerit. *l. 28. §. 1. D. de vſur.* ABSVRDVM, licere eidem, partim probare iudicium defuncti, partim improbare. *l. 7. D. de bon. libert.* ABSVRDVM, per ſingulos denarios, ſingulas eſſe ſtipulationes. *l. 29. pr. D. de verb. oblig.* ABSVRDVM, plus iuris habere eum, cui legatus fundus, quam heredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viueret. *l. 160. §. 2. D. de reg. iur.* Perquam ABSVRDVM, proconſulem, antequam ipſe iurisdictionem nanciſcatur, eam alii mandare. *l. 4. §. 6. D. de offic. procoſ.* Alia multa, quae ICtis ABSVRDA viſa ſunt, colligere licet ex *l. 38. §. 2. in fin. D. de pecul. l. 114. §. 4. D. de legat. I. l. 36. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 1. §. 1. D. de ſeruo corrupt. l. 1. §. 4. D. de coniung. cum emanc. lib. l. 36. D. de bon. libert. l. 22. in fin. D. de negot. geſt.* Et e diuerſo quaedam, quae NON ABSVRDA videntur, [illegible]es *in l. 15. §. vlt. D. de inoffic. teſt. l. 27. §. 4. D. de rei vindic.* ¶. 2. Similiter aiunt, ABSVRDVM accidere. *l. 36. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 86. D. ſolut. matr. l. 3. D. ſi vſusfr. pet. l. vlt. §. 1. C. de ſent. paſſ. et reſtit. l. 2. in fin. pr. C. de conſt. pec. l. 2. C. de condit. inſtit.* ABSVRDE conſtitui. *l. 51. D. ad leg. Aquill.* NON ABSVRDE dici. *l. 46. v. ſi tamen D. de hered. inſt. l. 55. §. 1. D. de manumiſſ.*

ABV.

Ex ABVNDANTI pro fruſtraneo et ſuperuacuo, Papiniano familiaris et propria loquutio. *l. 9. D. de ſupell. leg. l. 20. D. de manumiſſ. l. 12. §. 46. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. l. 6. §. 1. de negot. geſt.* Eodem genere loquendi vtuntur Quinctilian. *Lib. IV, 5.* Seneca *de Beneſ. I, 2.* Tertullian. *aduerſ. Marcion. II, 6. et in Apologet. Cap. XVI.*

ABVNDARE. ABVNDANT aliqua: *l. 54. D. de diuerſ. reg. iur.* ABVNDAT flumen: *l. 2. §. 8. D. ſi quis cautio.* ABVNDANT in fundo poma, olera, flores, ligna. *l. 12. §. 12. in fin. D. de vſu et habit.* ¶. 2. At rariſſima atque inſolentiſſima loquutio, ABVNDARE quid, pro aliquid ſuperare, vel praetergredi. Neratius *l. 35. D. mand. Vt non ABVNDET mandati quantitatem*, pro vt non ſuperet, vel egrediatur. Quamuis enim V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. ICt. p. 340. ſequ.* oſtendat, eadem fere notione verbo ABVNDARE vſos eſſe Lucret. *Lib. VI. v. 265.* et Virgil. *Georg. I. v. 116.* ipſe tamen vir doctiſſimus fatetur, non exſtare exemplum huius verbi cum caſu quarto iuncti. HEIN.

ABVNDE patrimonium reliquit. *l. vlt. §. 2. D. de legat. II.*

ABV.

ABVRNVS (non ALBVRNIVS, ABVRBINVS, EBVRNIVS, Bynkerſh. *Praetermiſſ. ad l. 2. D. de orig. iur. p. 96.* HEIN.) VALENS in iuris auctoribus numeratur, *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* laudaturque a Paullo *in l. 78. §. 6. D. de legat. III.* Huius ſeptem *Fideicommiſſorum*, totidemque *actionum* libri in Pandectis memorantur, et quod Valenti adſcribitur in *l. 25. D. de fideic. libert.* huic accepto ferendum eſt. ABVRNIAM gentem eamdem Reineſ. *ad Inſcr. p. 123.* eſſe putat cum *Eburia, Aeburia, Aburia*, et *Aburria*. Quod vtcumque ſe habeat, id certius eſt, Aburnum noſtrum Valentem Saluio Iuliano σύγχρονον fuiſſe, attamen eo paullo iuniorem, quum eius auctoritate vtatur. *l. 33. D. de minor.* Cum Saluio Iuliano etiam in Antonini Pii Imp. conſilio fuit, teſte Iulio Capitolino *in Antonino Pio Cap. XII.* Vnde ratio fugit Guid. Pancirolum, qui *Var. Lect. I, 79.* Seuerum et Antoninum Imperatores ad Aburnum Valentem reſcripſiſſe, putat, in *l. 3. C. de edendo. Actionum* an non plures, quam ſeptem, libros reliquerit, nondum liquet. De ſecta eius diſquirit Maſcou. *de ſect. Sabin. et Procul. II, 5. 3. p. 53.* HEIN.

ABVSIO pro καταχρήσει recte dicitur, quum ipſe Cicero *Orator. Cap. XXVII.* eo vocabulo vſus ſit. Recte ergo et Imp. ſcripſit: *Reſpublica eccleſiaſtici nominis* ABVSIONE *non eſt laedenda. l. 8. fin. C. de SS. eccleſ.* HEIN.

ABVSIVE, καταχρηστικῶς. *l. 18. D. de verb. ſignif.* vel *per* ABVSIONEM. *l. 16. §. 3. D. de fideiuſſ. l. 7. D. de ſuis et legit. her.* Itaque ABVSIVE et *proprie* ſibi opponuntur. *l. 1. D. ad municip. l. 2. §. 1. D. teſtam. quemadm. aper.* Et hinc facile patet, quid ſit ABVSIVE *dici*, *l. 15. §. 40. D. de iniur. l. 15. D. de verb. ſignif.* et ABVSIVE *loqui* in *l. 69. §. vlt. D. de legat. 3.*

[ABVSVS *rei* denotat abſumtionem eius, priuationem, vel peremtionem. ABVTI enim, (quod etiam OBVTI dixit Aemil. Probus,) eſt abſumere. Cuiac. *In Papinian. ad l. 8. de vſu ear. rer. quae vſu abſ. p. 438.*] Haec quidem ex Cuiacio adſcripſit Tabor. ſed vti notio vocabuli abuſus iam in verbo abuti nota eſt: ita me illud OBVTI apud Aemilium Probum, id eſt, Cornelium Nepotem nusquam reperiſſe, fateor. HEIN.

ABVTI proprie eſt ad aliam vſum re vti, quam in quem ea comparata eſt. *l. 19. l. 34. §. 1. D. de vſufr.* Vetus Gloſſarium: κατάχρησις, ἡ παρὰ τὸ δέον χρῆσις, ABVSVS *eſt vſus praeter id, quod decet.* Et ſic ABVTI *quis municipiis* dicitur: *l. 15. §. 1. l. 27. §. 1. D. de vſufruct.* nec non ABVTI *verbo. l. 41. D. de pecul. l. 2. §. 1. D. teſt. quemadm. aper. l. 1. D. ad municipal.* ¶. 2. ABVTI etiam vtendo conſumere ſignificat. Non. Marcell. *Cap. II. n. 69.* ABVSA, ait; *dicuntur vtendo conſumta.* Plaut. *Aſin. I, 3. v. 44. Vbi iſthaec, quae dedi [illegible]?* ABVSA *ſunt.* Donat. *in prolog. Andr. v. 6. [illegible]imur fructibus rei, quae ab amantibus, ſaluo vſu, nobis ſubminiſtratur:* ABVTIMVR, *quando deperdimus rem et fructum. Nam vſui eſt ager, domus:* ABVSVI *vinum, oleum, et cetera huiusmodi.* Et inde ABVSVS conſumtionem ſignificat. *l. 11. §. 2. D. de iureiur.* Qua de cauſſa ab vſu ſeparari ſolet, qui earum rerum eſt, quarum ſubſtantia poſt vſum ſalua manet, quum ABVSVS contra in iis ponatur,

ABV. AC. ACA. ACC.

quae vtendo abſumuntur, ac pereunt. Cic. *Topic. Cap. III. Non debet ea mulier, cui vir ſuorum bonorum vſumfructum legauit, cellis vinariis et olearis plenis relictis, putare, id ad ſe pertinere. Vſus enim, non* ABVSVS *legatus eſt.* Vbi Boethius: *Vtimur*, ait, *his, quae nobis vtentibus permanent: his vero* ABVTIMVR, *quae nobis vtentibus pereunt.* Itaque quae res in conſumtione ſunt, vſuque tolluntur, vel minuuntur, eae in ABVSV *conſiſtere* et *eſſe* dicuntur ab Vlpiano *l. 1. et l. 5. §. 1. et §. vlt. D. de vſufr. ear. rer.* Quo in numero ſunt vinum, oleum, frumentum, veſtimenta, pecunia etiam numerata, quae ipſo vſu adſidua permutatione quodammodo exſtinguitur. *§. 2. Inſt. de vſufr.* ¶. 3. Plane in *l. 12. §. 1. D. de vſu et habit. Vſus* et ABVSVS alia ratione opponuntur: quod *vſus* ad neceſſitatem referatur, *abuſus* largiorem licentiam contineat.

¶. 4. ABVTITVR etiam re ſua, qui perdit et dilapidat. *l. 25. §. 11. D. de her. petit.* ¶. 5. ABVTI tamen pro recte vti quandoque accipitur. *l. 29. C. de iure dot.* Immo in *d. l. 29. abuti fructibus ad ſuſtentationem* non eſt iis recte vti, ſed conſumere. Quam verbi notionem iam Briſſonius notauerat. HEIN.

AC.

AC, nutiſſimae ſignificationis particula, quippe plerumque copulatiua. At exiſtimant tamen Cered. *Pract. Quaeſt. ſing. XVI. n. 2.* et Barboſt *de dict. Cap. 3. n. 2. p. 4.* eam pro *id eſt* poni in *l. 16. C. de SS. eccleſ. Antiquatis* AC *infirmatis funditus his*: quod cum gloſſa explicant: antiquatis, id eſt, infirmatis his. Sed nemo non videt, AC hic vere eſſe copulatiuum. Saepe enim hoc modo copulari verba ſynonyma, nemo ignorat. Aeque vana eſt obſeruatio, AC aliquando adiici tantum dictionibus, et pro nihilo poni, vt in *§. 2. Inſt. de tutel. vim AC poteſtatem.* Quis enim non videt, ibi quoque AC eſſe copulatiuum? Sed tales ſunt pleraeque de vſu particularum obſeruationes, quas miror, tanto ſtudio collegiſſe iuriſconſultum emunctiuris naris, Io. Strauchium *in Lexico partic. iuris. Ien. 1684. edito.* HEIN.

ACA.

ΑΚΑΠΝΑ Graecis vocabantur ligna, quae *cocta fumum non facere* dicuntur Vlpiano in *l. 55. §. 7. de legat. III.* De iis infra ſub AK.

ACC.

ACCEDERE verbum, ICtis familiariſſimum, quod aliquando ita flectunt, vt praeterita forment ACCEDI pro *acceſſi*, ACCEDERAM pro *acceſſeram. l. 99. D. de adqu. her. Sanctum Caſſium, praetorem, cauſſa cognita, actiones hereditarias vtiles daturum, recte pollicitum ei, quae ad hereditatem patris* ACCEDERAT. Alibi quoque Paullus dixit DECEDERIT, pro deceſſerit. *l. 27. §. 1. D. de legat. III.* Sed et Varro *de re ruſt. I, extr.* DISCEDIMVS viſus eſt pro *diſceſſimus*: et hanc form[illegible] defenderunt Voſſ. *Analog. III, 16.* Scip. Gen[illegible] *Parerg. I, 33.* Ducker. *de Latin. vet. iurite. p. 36[illegible].* HEIN. ¶. 2. ACCEDERE et *decedere* opponuntur, *l. 10. §. vlt. D. de iure dot.* vti ACCESSIO et deceſſio. *l. 28. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 178. §. 1. D. de verb. ſignif. l. 24. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 6. §. 5. D. comm. diuid.* ¶. 3. ACCEDERE corporibus dicuntur ſeruitutes, *l. 14. D. de ſeruit.* fundo ACCEDIT pars per alluuionem. *l. 34. D. de rei vind. l. 4. D. de iure dot.* ACCEDIT res ex licitatione: *l. 35. D. de minor.* ACCEDVNT fructus et vſurae ex mora: *l. 24. §. 14. D. de fideicomm. libert.* vſurae pollicitationi: *l. 1. pr. D. de pollicit.* gregis incremento foetus: *l. 39. D. de vſur.* proprietati vſusfructus. *l. 4. D. de iure dot.*

¶. 4. ACCEDERE obligationi dicitur fideiuſſor. *l. 1. D. de fideiuſſ. l. 18. D. de SC. Maced.*

¶. 5. ACCEDERE in venditione dicitur, quod adiicitur venditioni praeter id, quod principaliter venit. *l. 31. §. vlt. l. 32. l. 33. l. 44. D. de Aedilit. edict. l. 34. l. 68. l. 78. D. de contr. emt. l. 6. §. 1. D. de lege commiſſ. l. 11. §. 17. D. de act. emt.* et apud Varron. *de re ruſt. II, 8.* ACCEDERE et pretio aliquid legimus: *l. 8. D. de liber. cauſſ.* et *acceſſionis nomine data pecunia ab emtore* in edicto Aedilium intelligitur, quae praeter pretium emtionis cauſſa erogata eſt: *l. 25. §. 9. l. 27. D. de Aedilit. edict. l. 35. §. 2. D. de negot. geſt.* eoque ſenſu pretium et acceſſio coniunguntur. *l. 45. D. de Aedilit. edict.*

¶. 6. ACCEDIT poſſeſſio, quae ita alii adiicitur vel iungitur, vt illi proſit. *l. 6. l. 14. l. 15. §. 1. l. vlt. D. de diuerſ. temp.* Inde ACCESSIO poſſeſſionis: *l. 13. §. 1. et §. 12. l. 24. D. de adquir. poſſ. l. 2. §. 16. D. pro emt.* Nimirum auctorum, et eorum, a quibus in nos ius tranſiit, poſſeſſiones noſtris coniunguntur. Hinc ACCESSIONE *vti, l. 1. C. de praeſcript. long. temp.* ſimilique modo ACCEDERE tempora dicuntur. *l. 19. D. de vſucap.* Vnde ACCESSIO temporis. *l. vlt. §. vlt. D. de iure dot. l. 14. D. de vſucap. l. 14. §.* [illegible] *§. 1. D. de diuerſ. temp.* ¶. 7. ACCE[illegible]E ad negotium aliquod dicitur, qui illud adgreditur. Sic ACCEDIMVS ad adminiſtrationem: *l. 1. D. de contrar. tut. l. 5. D. de magiſtr. conu. l. 20. D. de admin. et peric. tut.* ad conductionem: *l. 9. §. 9. D. de poen. l. 3. D. de priuil. fiſci.* ad contractum: *l. 8. C. de reſcind. vend.* ad emtionem: *l. 22. §. 4. D. mand. l. 16. D. de neg. geſt. l. 17. C. de rei vind. l. 24. C. de euict.* ad hereditatem: *l. vlt. D. de adquir. vel omitt. her.* ad rem gerendam, *l. 77. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* ad vectigal conducendum. *l. 1. C. ne tut. vel curat.* Et hoc ſenſu ACCEDERE *ad vectigalia, ad publica, ad haſtam publicam*, dixerunt Cicero, Cornelius Nepos, Liuius, Seneca, Quinctilianus. Loca illorum auctorum habes apud Io. Fridr. Gronou. *ad Sen. Ep. CI. p. 269.* HEIN. ¶. 8. ACCEDERE etiam dicitur, quod proximum et finitimum alicui rei eſt. Sic furtum monetae publicae ad crimen peculatus accedit: *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul.* lata negligentia prope fraudem ACCEDIT, *l. 7. §. 1. D. de ſuſp. tut.* id eſt, dolo malo proxima eſt, *l. 22. §. 3. ad SC. Trebell.* ſeu dolo comparatur, *l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* dolum repraeſentat. *l. 1. §. 7. ſi is, qui teſt. liber.* Sic ACCEDERE proxime ad aetatem: *l. 3. §. vlt. D. de lib. exhib.* et altera cognatio ad alterius fines ACCEDERE dicitur. *l. 4. §. 3. D. de grad. et adfin.*

ACCENDERE, *lucernam monimento: l. 44. D. de manumiſſ. teſtam.* eodemque genere loquendi Seneca *Epiſt. XCV. Accendere aliquem lucernam ſabbatis prohibeamus.* ¶. 2. Ceterum et hoc verbo ſaepe μεταφορικῶς vtuntur ICti, veluti ACCENDERE aliquem ſtimulis ſuis: *l. 6. fin. C. de curat. furioſ.* ACCENSVS adfectione: *l. 1. §. 10. C. de Lat. libert. tollend.* ACCENSVS ſtudio verae laudis. *l. 5. §. 7. C. ad leg. Iul. maieſtat.* HEIN.

ACCEPTA

ACCEPTA *et data*, quae in rationes referri ſolebant. ACCEPTA vero *et data* non poſſunt alias adparere, niſi dies et conſul fuerit editus. *l. 1. §. 2. D. de edend. l. 2. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pertin. l. 56. D. de verb. ſign.* Sic ſaepe iunguntur etiam ACCEPTA et expenſa: *l. vlt. §. 1. D. de liberat. legat.* ACCEPTI et expenſi ratio. *l. 14. D. de iure fiſci.* Plaut. *Trucul. IIII, 2. v. 36.* Valer. Max. *III, 7.* Senec. *de Benef. IV, 12.* ACCEPTI *tabulae* apud Cic. *Orat. Cap. XLVII.* Addidit hic vel Tabur, vel Itterus, alio ſenſu *accepta* data accipi *l. 1. C. de dol. mal.* Sed quid velit, neſcio, quum nec ibi, nec in ſequentibus legibus, haec phraſis reperiatur. HEIN.

ACCEPTILATIO eadem forma dicitur, qua *expenſi latio* apud Gell. *Noct. Att. XIIII, 2.* Eius definitio, vis, ſubſtantiaque tota a me *libro II. de ſolutionibus et liberationibus* expoſita eſt. Iuſtinianus in *§. 1. Inſt. quib. mod. toll. obl.* definit imaginariam ſolutionem: quo loco Theophilus, ACCEPTILATIONEM ait eſſe *εἰκονικὴν καταβολὴν ῥήμασι τυπικοῖς γενομένην, imaginariam ſolutionem, verbis ſollemnibus factam.* Vetus Gloſſar. iuris acceptilationem vocat *τὴν εἰκονικὴν λῆψιν, τὸν τύπον μόνον καὶ σκιὰν σώζουσαν τῆς λήψεως, οὐ μὴν καὶ ἔργον. ὅταν τις ἁπλῶς λαβεῖν καὶ ἐπιφέρῃ καὶ ἐπαγάγῃ, μηδὲν λαβὼν ἀλλὰ χρησάμενος τῷ ἐνόχῳ. αὕτη τοίνυν ἡ εἰκονικὴ λῆψις (ἣν καὶ ἀθώωσιν ὀνομάζουσι, διὰ τὸ ἀθῷοῦν καὶ ἐλευθεροῦν τὸν ὑπεύθυνον,) μόνην εἴωθεν ἀναιρεῖν τὴν βέρβοις ἐνοχὴν, ἢ τοῖς ῥήμασιν ἱσταμένην ἐξ ἐπερωτήσεως. imaginariam acceptionem, quae figuram tantum et vmbram acceptionis ſeruat, non ipſam rem. Quando quis prae ſe fert ſe accipere, nihil omnino accipiens. Ceterum imaginaria illa acceptio, quam et abſolutionem vocant, quod ea abſoluitur et liberatur, qui obligatus eſt, ſolam tollit verborum obligationem, vel quae verbis et ſtipulatione capit ſubſtantiam.* Ac plane in Indice Βασιλικῶν ACCEPTILATIO *ἀθώωσις* vertitur. ¶. 2. ACCEPTILATIO vno contextu vt plurimum dicitur: ſed tamen et diuiſim aliquando: vt *accepti quoque latio*, in *l. 44. §. 2. D. de iure dot. l. 31. §. vlt. D. de mort. cauſſ. don.*

ACCEPTIO pro acceptilatione dicitur. *l. 18. §. vlt. D. de acceptil.*

ACCEPTO. Acceptare, pro accipere: ACCEPTARE *annuos aureos et menſtruum frumentum: l. 9. §. vlt. D. de alim. vel cibar. leg.* ACCEPTARE *ſumtum medicamentorum: l. §. vlt. D. de ann. legat.* ACCEPTARE *vſuras. l. 40. §. 2. D. de pact.* ¶. 2. Vulgo eo verbo etiam vtuntur pro verbis adprobare: e. g. ACCEPTARE *donationem.* Cuius notionis nondum mihi occurrit exemplum. Verbo tamen ACCIPIO eo ſenſu vſus eſt Terent. *Andr. V, 4. v. 47.*

CH. *Dos, Pamphile, eſt*
Talenta quindecim. PA. ACCIPIO.

ACCEPTARE vero pro ACCIPERE ſatis Latinum eſt. Plaut. *Pſeudol. II, 2. v. 32. Mihi, hercle, vero, qui res rationesque heri Ballionis curo, argentum* ACCEPTO. HEIN.

ACCEPTO *facere, ferre, liberare, referre,* dicitur creditor: debitor vero ACCEPTO *fieri, rogare, et liberari.* Sic dicimus ACCEPTO FACERE dotem: *l. 1. D. de condit. et demonſtr.* iter vel actum: *l. 13. §. 1. et 2. D. de acceptil.* quinque: *l. 17. D. eod.* ſtipulationem: *l. 10. §. 1. D. de pact. l. 41. §. 11. D. de legat. III.* vſumfructum, viam, totum vel partem eius, quod ſtipulatus eſt: *l. 13. §. 12. D. de acceptil.* Immo et *delicta* ACCEPTO FACERE dixit Tertullian. *de Pudicit. Cap. XVI.* nec non *bona opera* in *Exhortat. ad caſtit. Cap. II.* HEIN. ¶. 2. ACCEPTO FERRE dotem: *l. 3. D. de legat. III.* Stichum: *l. 12. §. 6. D. de acceptil.* ſtipulationem: *l. 10. §. 1. D. de pact.* vſum: *l. 13. §. 3. D. de acceptil.* item in caſu tertio: ACCEPTO FERRE rationibus: in *l. 4. §. vlt. D. de euiction. l. 56. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 91. §. 3. D. de legat. III.* et tutori: *l. vlt. C. de alim. pupill.* denique cum praepoſitione IN: ACCEPTO *ferre in ſortem:* in *l. 1. C. de ſolut.* in *vſuras. l. 2. D. de vſur. l. 21. C. eod.* Ita et paſſiue dicitur ACCEPTO FERRI debitori: *l. 31. §. 1. D. de mort. cauſſ. donat.* fideiuſſori: *l. 13. §. 7. et 8. D. de acceptilat.* ſtipulatio: *l. 3. D. de condict. ſine cauſſ. l. 9. §. 7. D. quod met. cauſſ.* ſorti et vſuris: *l. 35. pr. D. de pignorat. act.* ACCEPTO LATVS actus. *l. 13. §. 1. D. de acceptil.* ACCEPTO LATA clauſula: *l. 20. D. de acceptil.* pecunia: *l. 28. D. de dolo mal. l. 11. pr. D. de pignor.* poena: *l. 13. pr. D. de recept. et qui arbitr. rec.* denique ſtipulatio. *l. 17. D. de donat.* ¶. 3. ACCEPTO LIBERARE: *l. 8. §. 1. l. 13. §. 10. et 11. D. de acceptil. l. 10. §. 6. D. mand. l. 12. §. 1. D. quod met. cauſſ. l. 4. D. de condict. cauſſ. dat. l. 2. §. 5. D. de her. vel act. vend.* et LIBERARI. *l. 8. §. vlt. D. de acceptil. l. 9. §. 3. D. quod met. cauſſ. l. 9. D. praeſcr. verb.* ¶. 4. ACCEPTO REFERRE: *l. 73. D. de ſolut.* ¶. 5. ACCEPTO FIERI debitori: *l. 13. §. 10. D. de acceptil.* et fideiuſſori: *l. 11. D. quod met. cauſſ.* ACCEPTO quoque FIT pars ſtipulationis: *l. 9. D. de acceptil.* ſtipulatio: *l. 3. D. de condict. cauſſ. dat. l. 9. §. 7. D. quod met. cauſſ. l. 3. D. de condict. ſine cauſſ.* denique ſumtus. *l. 3. D. de adm. et peric. tut.* ¶. 6. ACCEPTO ROGARE. *l. 6. l. 8. §. 1. et §. vlt. D. de acceptil.* ¶. 7. ACCEPTO LIBERARI *l. 8. §. vlt. l. 13. §. 11. D. de acceptil. l. 9. §. 3. D. quod met. cauſſ.*

ACCEPTORES *rerum*, poſſeſſores eſſe exiſtimant in *Auth. contra C. ad SC. Trebellian.* Vid. Caluin. *ſub hac voc.* Sed in *Nou. CIX. Cap. 2.* ex quo illa authentica decerpta eſt, verba occurrunt: *tunc damus ei et contra emtores, aut aliter accipientes res, in rem et hypothecas.* Emtores ergo illos, et aliter rem accipientes, auctor iſtius authenticae vocat ACCEPTORES. HEIN.

ACCEPTVM *facere, ferre, habere, referre*, dicitur creditor. ACCEPTVM FACERE debitori. *l. 11. §. 1. l. 13. §. 6. l. 22. l. vlt. D. de acceptil. l. 56. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 14. pr. D. quod met. cauſſ.* ACCEPTVM FACERE debitum. *l. 1. §. 10. D. quae in fraud. cred.* ACCEPTVM FACERE votum dixit Catullus *Epig. XXXVII. v. 16.* Sic etiam dicitur; ACCEPTAM FACERE dotem: *l. 3. §. vlt. l. 66. §. 6. D. ſol. matr.* obligationem: *l. 12. §. 2. D. de pact. dot.* pecuniam: *l. 14. §. 3. quod met. cauſſ. l. 10. D. de condict. cauſſ. dat. l. 9. §. 7. D. quod met. cauſſ.* ſtipulationem: *l. 9. §. 7. l. 10. D. quod met. cauſſ. l. 10. §. 14. D. quae in fraud. cred.* Vti et ſponſionem ACCEPTAM FACERE dixit Cicero *in Verr. III, 60. Scandilium cogis. Quid? Sponſionem* ACCEPTAM FACERE. HEIN. ACCEPTA FACERE decem. *l. 7. D. de acceptil.* ¶. 2. Frequens

 etiam

ACC.

etiam ACCEPTVM FERRE, quippe a qua loquutione ipſum vocabulum ACCEPTILATIO natum eſt. Vnde ACCEPTVM LATVM et *acceptum factum* pro iisdem vſurpantur. *l. vlt. pr. D. quae in fraud. cred.* ¶. 3. HABERE ACCEPTVM vel A SE ACCEPTVM. *l. 6. l. 18. §. vlt. D. de acceptil. §. 1. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* HABERE ACCEPTOS numos: *l. 9. D. de acceptilat.* Stichum et Pamphilum: *l. 15. D. eod.* HABERE ACCEPTA viginti. *Ibid.* Graeci eodem modo dicebant: Ἔχω λαβών. *habeo acceptum. §. 1. Inſt. quib. mod. toll. oblig. l. 8. §. vlt. D. de acceptil.* HEIN.

¶. 4. ACCEPTVM REFERRE in tabulis. *l. 29. §. 2. D. de legat. III.* Hieronym. *Epiſt. ad Exſuperant.* Aliud IN ACCEPTVM REFERRE. Nam in acceptum referri dicebatur opus publicum, quum magiſtratus opus, quod locatum erat, tamquam ex lege dicta factum, probare ſe teſtabatur. *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. repetund.* Cic. *in Verr. III, 1.* *Poſteaquam reus factus eſt, primo negabat opus* IN ACCEPTVM REFERRE *poſſe.* Idem *Paradox. I, 1.* *Hoc autem opus* IN ACCEPTVM *vt* REFERAS, *nihil poſtulo.* Vbi quidam perperam, et contra MSSC. fidem: *In apertum vt referas.* Alio ſenſu Paullus noſter: *Licere ei pretium* IN ACCEPTVM REFERRE, id eſt, pretium in ſolutum retinere. *l. 101. §. 1. D. de ſolution.* HEIN.

ACCERSERE pro ARCESSERE, non eſſe Latinum, cum alii, tum Voſſ. *in Etymol. p. 40.* oſtendunt. Ex pandectis pro huius vocabuli vſu laudant *l. 39. §. 1. D. de legat. III.* vbi tamen et Florentinus Codex, et meliores editiones habent: ARCESSITIS *amicis.* Iulius tamen Pacius in margine, et Barn. Briſſon. *in Parerg. n. 15.* notant, alicubi ſcriptum: ACCERSITIS. Sic et *in l. 7. C. vbi cauſſ. fiſcales.* meliores editiones non habent: *accerſendis colonis*, ſed *arceſſendis.* Attamen, *qui in diſcrimen capitis* ACCERSITVR, inuenio in *l. 17. C. de accuſat.* HEIN.

ACCESSIO *in* obligatione eſt, quoties aut perſona, aut res adiungitur. *l. 44. §. pen. D. de oblig. et act.* Ex quo fideiuſſores, adpromiſſores, ſponſores, et omnes, qui alienae obligationi accedunt, ACCESSIONES adpellantur. *l. 91. §. 4. D. de verb. oblig. l. 43. D. de ſolut. l. 32. l. 71. D. de fideiuſſ.* Et ACCESSIONIS *loco dare*, eſt dare, qui fideiubeat, vt ACCESSIONIS *loco promittere*, pro alio fidem ſuam obligare. *l. 3. l. 34. D. de fideiuſſ.* Vnde ACCESSIONIS *cauſſa*, pro fideiuſſoria. *l. 5. D. eod. tit.* Et ACCESSIONIS *locum obtinere*, vel ACCESSIONIS *loco* ſeu *vice eſſe*, quum iureconſulti dicunt, hoc ſignificant, *non* principaliter eas per ſe conſiſtere, ſed aliis adplicari, adiungi, et accedere *l. 2. D. de pecul. leg. l. 23. §. 1. D. de aur. arg. leg. l. 4. D. de penu leg. l. 63. D. de legat. I.* Vetus Gloſſarium: ACCESSIO, τὸ παρακολούθημα ἢ ἐφόλκιον, ὡς ἡ δόσις τῶν ἐγγυητῶν. ACCESSIO, *ſequela vel conſequens rei, vti fideiuſſorum datio.*

¶. 2. ACCESSIONES etiam adpellantur fructus, partus, et omnis cauſſa rei, et quaecumque ex re procedunt. *l. 2. D. de in diem addict. l. 61. §. 2. D. de furt.* et rubr. *de vſur. et fruct. et cauſſa et omnib. acceſſion.* Et ita ACCESSIONES *hereditarias* accipe in *l. 50. D. ad SC. Trebell.* ACCESSIONEM *frumenti et olei*, in *l. 12. C. de vſur.* et vſurarum in *l. 3. C. ad SC. Maced.* ¶. 3. In Aedilium vero edicto ACCESSIONES accipimus, quaecumque emtioni accedunt, et praeter pretium ab emtore erogatur. *l. 25. §. vlt. l. 27. D. de Aedil. edict. et l. 35. §. 2. D. de negot. geſt.* eoque ſenſu *pretium* et ACCESSIO iunguntur in *l. 45. D. de Aedilit. edict.* ¶. 4. *Poſſeſſionum* etiam ACCESSIONES dicuntur, quando auctorum et eorum, in quos ab his ius tranſiit, poſſeſſiones coniunguntur. *l. pen. D. de diuerſ. et temp. l. 2. §. 16. D. pro emt.* Hinc ACCESSIONE *vti*: *l. 1. C. de praeſcr. long. temp.* ſimilique modo ACCEDERE *tempora* dicuntur. *l. 19. D. de vſuc.* Vnde ACCESSIO *temporis. l. vlt. §. vlt. D. de iur. dot. l. 14. D. de vſucap. l. 14. §. 1. l. 15. §. 1. D. de diuerſ. temp.*

ACCESSORIVM, idem, ac acceſſio, opponitur principali, idque ſequitur principale. *§. 25. 26. Inſt. de rer. diuiſ. l. 33. D. de Aedil. ed.* Aliquando et cedere principali dicitur. *l. 19. §. 13. D. de auro arg.* HEIN.

ACCIDENS. Ex ACCIDENTI: *l. 56. D. de condit. et demonſtr. l. 51. D. ad leg. Falcid.* [*l. 2. §. 4. D. de orig. iur.* vbi EX ACCIDENTIA legitur in Florentino codice: quamuis ea lectio Taurellio, Contio, et Dion. Gothofredo, non placeat.] Neque tamen non Latinum eſt illud EX ACCIDENTIA, quo vſi etiam ſunt Plin. *Hiſt. Nat. XXXII, 2.* et Tertullian. *de anima Cap. XI.* HEIN.

ACCIDERE. His verbis: *Si quid filio meo acciderit*, hoc ſignificatur: ſi filius deceſſerit. Licet enim accidat et viuis, hoc tamen ſermone vulgo mors denotatur. *l. 162. in fine D. de verb. ſignif. l. 25. D. ad SC. Trebell.* Cic. *de Inuent. II, 21.* *Cuius heres non illo in teſtamento quisquam ſcriptus erat, ſi quid pupillo accidiſſet.* Idem Tuſc. *Quaeſt. I, 43.* *Quaerentibus amicis, velitne Clazomenas in patriam, ſi quid accidiſſet, adferri.* Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap. 93.* M. Marcellus, ſororis Auguſti Octaviae filius, *quem homines ita, ſi quid accidiſſet Caeſari, ſucceſſorem potentiae eius arbitrabantur.* Idem alias *Cap. 32.* *Adiecíſſet que, ſi quid huic acciderit, quem in locum eius ſubſtituetis?* Tranquill. *in Aug. Cap. vlt.* *Iulias filiam neptemque, ſi quid his accidiſſet, vetuit ſepulcro ſuo inferri.* Seneca *Lib. II. Controuerſ.* *Vir et vxor iurauerunt, vt ſi quid alteri accidiſſet, alter moreretur.* Et *lib. VIII*: *Legi iam vxorem, quae, ſi viro aliquid accideret, alteri nubere nolit.* Ac proinde apud Apulei. Apolog. *p. 337.* vbi vulgo legitur: *Ne, ſi quid humanitus attigiſſet*, procul dubio *accidiſſet* legendum eſt. Eadem eſt vis verborum: *ſi quid* CONTIGERIT: *l. 39. §. 2. D. de legat. III.* vel: *ſi quid* HVMANVM HVMANITVSVE ACCIDERIT *et contigerit*: *l. 26. D. depoſiti. l. 30. §. vlt. de adimend. legat. §. 1. Inſt. de donat.* Iul. Capitolin. *in Clodio Albino Cap. III.* *Marius dicit, hunc animum Seuero primum fuiſſe, vt, ſi quid ei contingeret, Peſcennium Nigrum et Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret.* Spartianus *in Hadriano Cap. IIII.* *Multi ad ſenatum eum voluiſſe orationem mittere, petiturum, vt ſi quid ei eueniſſet, principem Romanae reipublicae Senatus daret.* Eodemque modo in Ariſtotelis teſtamento apud Laertium *Lib. V. ſegm. 11.* Ἔσται μὲν εὖ· ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ, τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης. *Bene quidem ac proſpere ſit. Quod ſi quid contigerit, ita diſpoſuit Ariſtoteles.* et *ſegm. 12.* Ἐὰν δέ τι πρότερον συμβαίνῃ Νικάνορι, ὃ μὴ γένοιτο; *Si Nicanori quidquam contigerit, quod abſit.*

Similiter

Digitized by Google

ACC.

☞ Similiter Theophraſtus in teſtamento ſuo apud eumdem Laërt. *Lib. V. ſegm. 51.* Ἔϛαι μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβῇ, τάδε διατίθεμαι. *Bene quidem, vt ſpero erit: ceterum ſi quid contigerit, ita ſtatuo.* HEIN.

☞ ACCINCTVS *artibus magicis*, id eſt, peſſimis illis ac odioſis artibus inſtructus, iisque veluti armis fretus. *l. 4. pr. C. de malefic. et mathemat.* HEIN.

ACCIPERE et CAPERE proprie differunt. Nam *capere* cum effectu accipitur: ACCIPERE, etſi quis non ſic accipit, vt habeat. *l. 7. D. de verb. ſignif.* Proinde ACCEPISSE *teſtamento* et illos Vlpianus in *l. 1. §. 11. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* dicit, qui tamen his, quae ſibi relicta ſint, carent. Sic in *l. 15. D. de his, quae vt indign.* ACCEPTVM *codicillis* Papinianus dicit, cuius tamen actio denegatur. ACCEPISSE etiam *fideicommiſſum* in ſecundis tabolis, et ab altero ex heredibus, in *l. 11. §. 1. et l. 52. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* dicitur, cui fideicommiſſum in pupillaribus tabulis datur, et ab altero ex heredibus per fideicommiſſum hereditas relicta eſt. ACCEPISSE quoque *libertatem* dicitur ſeruus, cui libertas in diem teſtamento adſcripta eſt. *l. 67. §. vlt. D. de legat. II.* Ac ita ACCIPERE legatum libertatemque interpretandum eſt in *l. 13. D. de condit. inſtit. l. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. pen. §. 3. D. caſtr. pecul.* ¶. 2. ACCIPERE *actionem*, pro excipere, in *l. vlt. D. ſi vſusfr. pet.* Quo ſenſu et *formulam ad exhibendum excipere* dixit Plin. *Lib. V. Epiſt. 11.* ¶. 3. ACCIPERE *in adoptionem. l. 6. D. de ſenatorib.*

☞ ¶. 4. ACCIPERE *aliud*, eſt in *l. 137. pr. D. de verb. oblig.* vbi iuriſconſultus: *Ceterum, ſi poſt interrogationem* ALIVD ACCEPERIT. Sed manifeſtum eſt librarii vitium, et verba idoneum ſenſum non fundunt, niſi legas: OCCEPERIT. Donell. *Comm. ad l. 1. §. 1. D. eod.* Corn. van Bynkersh. *Obſeru. II, 23. p. 201.* HEIN. ¶. 5. ACCIPERE annulos aureos ab Imperatore. *l. 33. §. 2. de condit. et demonſtr.* ¶. 6. ACCIPERE *aquam* ex fundo. *l. 29. D. de ſeru. ruſt. praed.* ¶. 7. ACCIPERE *aqua et igne* nouam nuptam. *l. 66. §. 1. D.*

☞ *de donat. int. vir. et vxor.* Erat iſte ritus ſollemnis, vt aquam et ignem in limine adpoſitum vterque tangeret, quaſi eo foedere inexplicabili et mutuo nexu forent copulati, qui ideo plerisque gentibus placuit, quod hae duae res humanam vitam maxime cuntinere viderentur. Feſt. *ſub Aqua.* et Plutarch. *Quaeſt. Rom. I.* Lactant. *Inſtit. diuinar. Lib. II. Cap. 10.* ex recentioribus Dempſter. *Not. ad Roſin. Antiq. Rom. V, 37.* Hadr. Turneb. *Aduerſ. XXIX, 27.* Ant. Hotman. *de vet. ritu. nupt. Cap. XVIII. p. 288.* et Briſſonius noſter *de ritu nupt. p. 78.* De Romanis idem Feſtus *ſub voce facem*: *Facem*, inquit, *in nuptiis in honorem Cereris praeferebant, aquaque adſpergebatur noua nupta, ſiue vt caſta puraque ad virum veniret, ſiue vt ignem et aquam cum viro communicaret.* Hinc apud Varronem Veneris comites ſunt aqua et ignis, vt docet Hadr. Turneb. *Aduerſ. XX, 36.* Papin. Stat. *Silu. I, 2.*

Procul, ecce, canoro
Demigrant Helicone Deae, quatiuntque nouena
Lampade ſollennem, thalamis coeuntibus, IGNEM,
Et de Pieriis vocalem fontibus VNDAM.

Valer. Flacc. *Argonaut. VIII. v. 245.*

ACC.

IGNEM *Pollux* VNDAM*que iugalem*
Praetulit, vt dextrum pariter vortantur in orbem.

Ouid. *Faſtor. IV, v. 785.*

Omnia purgat edax IGNIS, *vitiumque metallis*
Excoquit. ideirco cum duce purgat oues.
An quia cunctarum contraria ſemina rerum
Sunt duo, diſcordes IGNIS *et* VNDA *Dei:*
Iunxerunt elementa patres: aptumque putarunt,
IGNIBVS *et ſparſa tangere corpus* AQVA?
An quod in his vitae cauſſa eſt: haec perdidit exſul:
His NOVA *fit* CONIVX: *haec duo magna putant?*

HEIN. Naeuius poeta apud Nonium Marcell. in voce puriter:

Sequere me, puriter, volo, facias,
AQVA *ac* IGNE *volo hunc accipere.*

¶. 8. ACCIPERE *arbitrum*: *l. vlt. D. fam. erciſc.* ¶. 9. ACCIPERE *auctoritatem. l. 3. C. de teſt. mil.* ¶. 10. ACCIPERE *bona*: *l. 42. §. 1. D. de bon. libert.* nec non *bonorum poſſeſſionum*: *l. 1. D. de bon. poſſeſſ. furioſi l. 3. §. 9. l. 6. §. 3. l. 10. §. 2. D. de bon. poſſ. contra tabulas.* et alibi paſſim. ¶. 11. ACCIPERE *cautionem* a legatariis. *l. 32. §. 2. D. ad leg. Falc.* ¶. 12. ACCIPERE *creditum. l. 20. D. de pignor.* et aliquid *in creditum l. 22. D. quae in fraud. cred.* ¶. 13. ACCIPERE *curatorem* dicitur adultus. *l. 93. D. de condit. et demonſtr. l. 36. §. vlt. D. de excuſ. l. 2. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 21. D. de auct. et conſ. tut. l. 6. D. de curat. furioſ.* ¶. 14. ACCIPERE *donationem* cauſſa mortis. *l. 5. §. 17. D. de his quae vt indign.* ¶. 15. ACCIPERE *excuſationem* dicitur tutor, cuius admiſſa eſt excuſatio. *l. 4. §. 1. D. qui pet. tut.* ¶. 16. ACCIPERE *fideicommiſſum* hereditatis. *l. 52. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* nec non ACCIPERE *fideiuſſorem. l. 2. §. vlt. D. de hered. vel act. vend. l. 14. D. quib. mod. pign. l. 11. D. de duob. reis. l. 25. D. de ſtip. ſeru. l. 43. D. de fideiuſſ. l. 35. D. de iudic. l. 3. §. 7. D. de pecul. l. 8. l. 18. D. de SC. Maced. l. 3. D. de reſc. vendit. l. 1. §. 13. D. de magiſtr. conu.* item fideiuſſores. *l. 11. pr. D. de duob. reis l. 2. D. de ſtip. ſeru. l. 2. l. 4. l. 40. pr. D. de fideiuſſ. l. 50. pr. D. de pecul. l. 13. D. de condict. cauſſ. dat. l. 8. §. vlt. D. de eo quod cert. loc. l. 8. D. ad SC. Vellei. l. 35. D. de iudic. l. 1. §. 13. D. de magiſtr. conuen.* ¶. 17. ACCIPERE *hereditatem. l. 65. §. vlt. D. de legat. II. l. 8. D. de pecul. leg. l. 12. §. 27. D. de inſtruct. vel inſtr. l. 13. l. 18.* D. *de condit. inſt. l. 44.* D. *ad SC. Trebell. l. 76.* D. *de hered. inſt. l. 41.* D. *de negot. geſt. l. 5. §. vlt. l. 14. §. vlt.* D. *de adpellat.* ¶. 18. ACCIPERE *iniuriam. l. 18. §. 2.* D. *de iniur.* ¶. 19. ACCIPERE *iudicem. l. 38.* D. *mand. l. 6.* D. *de fideiuſſ. tut. l. 9. §. 4. fin.* D. *de tut. et rat. diſtr.* vbi actor *iudicem accipere* dicitur. *l. 58. §. 1.* D. *de adm. tut. l. 2. C. de iudic. l. 11. §. 3.* D. *de aqu. et aqu. pluu. arc.* vbi *iudex inter duos accipi* dicitur. ¶. 20. ACCIPERE *iudicium*, litem conteſtari ſignificat. Exemplorum ita pleni ſunt libri, vt putidae ſit diligentiae, in his conquirendis laborare. [Videri tamen poſſunt *l. 7. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 27. §. 11. et l. 30.* D. *ad SC. Trebell.* Inprimis *cum reo iudicium accipitur*, vt eſt in *l. 55. pr.* D. *de euict.*] ¶. 21. ACCIPERE *legatum. l. 11. l. 77. §. 3. l. 88. §. 4.* D. *de legat. II. l. 33.* D. *de minor. l. 38. §. 4.* D. *de hered. inſt. l. 41. §. 3.* D. *de vulg. et pup. ſubſt. l. 21.* D. *de vſufr. l. 33.* D. *de excuſ. l. 59.* D. *ad SC. Trebell. l. 32.* D. *de inoff. teſt.*

ACC.

off. teſt. l. 12. §. 1. D. *de fideicomm. libert.*
¶. 22. ACCIPERE *legem* dicitur venditio. *l. 5. C. ſi mancip.* ¶. 23. ACCIPERE *liberalitatem*, *l. 6. §. 11.* D. *quae in fraud. cred. l. 28. C. de donat.* ¶. 24. ACCIPERE *libertatem* directam vel fideicommiſſariam. *l. 1. §. 12.* D. *ſi cui plus. l. 10. §. 1.* D. *de reb. dub. l. 2.* D. *de manumiſſ. teſt. l. 20. l. vlt.* D. *de ſtatulib. l. 1. §. vlt. ſi is qui teſtam. l. 65. §. 2.* D. *de legat. II.* et alibi paſſim. ¶. 25. ACCIPERE *moram. l. 2. §. 3.* D. *de adminiſtr. rer.*
¶. 26. ACCIPERE *partes* hereditatis. *l. 42. §. 1.* D. *de bon. libert. partis* dimidiae bonorum poſſeſſionem. *l. 89. §. 3.* D. *de legat. II. l. vlt. §. 2.* D. *de legat. III.* ¶. 27. ACCIPERE *pecuniam* dicitur etiam, qui aliquid pro pecunia accepit, vel obligatione qua liberatus eſt, vel cui gratuita pecunia vtenda data, aut minoris locata res, venditaue. *l. 1. §. vlt. l. 2. D. de calumniat.* Quo referenda; vt ex inſcriptione patet, *l. 115. D. de diu. reg. iur.* in qua hoc praeterea additur, non poſſe videri ACCEPISSE eum, qui ſtipulatus poſſit exceptione ſubmoueri. ACCIPERE *pecuniam mutuam* in *l. 11. D. de pignorib. l. 4. D. quae res pignori. l. 25. §. 13. D. de hered. petit. l. 5. D. quando ex fact. tut. l. 45. D. de iudic. l. 14. D. de SC. Maced. l. 6. §. 5. D. de mun. et honor.* ACCIPERE *pecuniam debitam. l. 1. D. de ſolut.* ACCIPERE *pecuniam* ob iudicandum, ob ſententiam dicendam, ob teſtimonium denunciandum, et alias ob cauſſas. *l. 3. l. 6. princ. l. 7. §. vlt. D. de lege Iul. repetundar.* ¶. 28. ACCIPERE *pignori* fundum: *l. 16. D. de ſeruit.* vti et *pignus*, in *l. 34. et l. 39. D. de pignor. act. l. 24. D. de pignor. l. 29. D. ad SC. Trebell.* ¶. 29. ACCIPERE *praedium* in dotem. *l. 8. C. de donat. int. vir. et vxor.* ACCIPERE *praedia* in *l. vlt. quib. mod. pign.*
¶. 30. ACCIPERE *rationes. l. 26. §. 1. D. de teſt. tut. l. 44. §. 1. D. de admin. et per. tut.* ¶. 31. ACCIPERE *rem*: in *l. 2. D. de damn. inf.* ¶. 32. ACCIPERE *reos* debendi. *l. 7. D. de SC. Maced.* At ACCIPERE vel *recipere inter reos* aliquem dicebatur praetor, ſi eum, cuius nomen ad ſe delatum fuerat, in tabulas inter reos referri iuberet. Id enim eum ius habuiſſe, vt recipere et non recipere poſſet, pluribus veterum teſtimoniis probauit Sigon. *de Iudic. II, 10.* HEIN. ¶. 33. ACCIPERE *ſaltum*: in *l. 25. D. de pign. act.*
¶. 34. ACCIPERE *ſententiam*, in *l. 29. §. 1. D. de except. rei iud.* ¶. 37. ACCIPERE ſeruum. *l. 18. D. ad leg. Aquill.* ¶. 36. ACCIPERE *ſucceſſorem* ante tempus. *l. 4. D. de offic. adſeſſ.*
¶. 35. ACCIPERE *teſtamentum. l. 3. C. de teſt. mil.* ¶. 38. ACCIPERE *traditam* rem, *l. 5. D. de ſtip. ſeru.* vel, quod idem eſt, *per traditionem. l. 12. §. 3. D. de vſufr. l. 86. §. 2. D. de legat. I.* ¶. 39. ACCIPERE *tutores. l. 2. D. de ſuſpect. tut.* Sed et ACCIPERE *tutelam* dicitur, cui tutelae rationes redduntur. Cuius Fortunat. *Lib. I. Rhetoric. Pupillus ne agat cum tutore poſt* ACCEPTAM TVTELAM, *niſi intra quinquennium.* Et paucis interiectis: *Pupillus*, ACCEPTA TVTELA, *nomen militiae dedit.* ¶. 40. ACCIPERE aliquando eſt intelligere. *l. 1. D. de bon. poſſ. contra tab. l. 3. D. de lib. exhib. l. 65. §. 5. D. pro ſoc. l. 9. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 36. D. de donat. inter vir. et vx.* ¶. 41. ACCIPERE etiam eſt admittere et agnoſcere, vt inteſtati poſſeſſionem. *l. 77. §. 31. D. de legat. II.* Ita et ACCEPTAM *hereditatem* dixit Seneca *Lib. I. Controu.* et ACCIPERE *excuſationem. l. 7. l. 44. §. 1. D. de excuſat.* ¶. 42. ACCIPIENTIS *facere* rem vel numos: *l. 3. §. 8. D. de condict. cauſſ. dat. l. 1. D. de precar. l. 38. §. 1. D. de adqu. poſſeſſ. l. 9. §. 1. D. de SC. Macedon.*

ACCIRE, et *acciere*, aduocare. *Si ex longinquo* quis ACCIENDVS *eſt. l. 2. pr. D. de exhib. et transmitt. reis.* Manes ACCIRE. *l. 6. C. de maleſ. et mathem.* Quemadmodum enim CIRE MANES, id eſt, vltimum inclamare et vocare, pium videbatur, et inter ritus ſepulcrales erat: Virgil. *Aen. III. v. 67.*

Animamque ſepulcro
Condimus, et magna ſupremum voce CIEMVS.

Vbi Seruius: CIEMVS, inquit, *eſt hoc loco, quod dicimus more ſollemni, id eſt, tertio:* VALE, NOS TE ORDINE, QVO NATVRA PERMISERIT, CVNCTI SEQVEMVR. *Quidam dicunt, eorum mortuorum nomina ter vocari, qui in aliena terra dimittuntur, vt in ſexto:*

Et magna MANES *ter voce* VOCAMVS.

Ita ACCIRE MANES, magicum et impium habebatur, quin ſupremo viuicomburii ſupplicio digniſſimum. De eo ſuperſtitionis genere Iac. Gothofred. *ad Cod. Theod. Tom. III. p. 121. In l. 6. C. de maleſ. et math.* inquit, *pro* MANIBVS, *quidam* legunt inanibus. male. Virgil. *IV. Aen. v. 490:*

Nocturnosque CIET *Manes.*

EXCITIS *vſurpatum hac in re* Ammiano *Lib. XXIX. p. 421. Infernis Manibus excitis de permutatione imperii conſulere auſus eſt: et* Prudentius *contra Symmach. I. v. 95. de Mercurio:*

Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atque ſepulcrales ſcite incantare fauillas,
Vita itidem ſpoliare alios, ars noxia nouit.

ELICIENDI verbo alibi vtitur Ammian. *Lib. XVIII. init. p. 383.* et Tac. *Lib. II. Ann.* EVOCANDI Sueton. *Neron. Cap. 34.* Hactenus Gothofredus. HEIN.

ACCLAMATIONES *publicae. l. 3. C. de offic. rect. prouinc. l. 1. C. de veteran.* Chriſtianos ὑ μόναις βοαῖς, *non ſolis clamoribus* damnandos, cenſet Hadrianus, Imp. apud Euſeb. *Hiſt. eccl. IV, 9.* vbi Henr. Valeſ. *p. 57. Intelligit*, inquit, *adclamationes illas, quae a populo fieri ſolebant in theatris:* CHRISTIANOS AD LEONES, *vt teſtatur Tertullianus. Interdumque eueniebat, vt procoſſ. et praeſides tumultuoſis huiusmodi adclamationibus, licet inuiti, cedere cogerentur. Quare merito Imperator Hadrianus monet Fundanum Procoſ. ne huiusmodi poſtulationibus ad perſequutiones ac caedes Chriſtianorum ſeſe adduci patiatur. Porro vetus haec fuit conſuetudo in imperio Romano, vt plebs tum in vrbe, tum in prouinciis, quoties ad publica ſpectacula conuenerat, quidquid libitum erat, vel a praeſide, vel ab Imperatore; iunctis vocibus poſtularet. Cuius rei ſexcenta occurrunt exempla apud hiſtoriae Auguſtae ſcriptores.* Equidem theatralem illam immodeſtiam exſilii poena coercendam duxerat Caeſar Tiberius apud Tac. *Annal. I, 77.* eamque poenam tumultuantibus iſtis irrogandam ſtatuit etiam Calliſtratus *l. 28. §. 3. D. de poen.* dum ait: *Solent quidam, qui vulgo ſe iuuenes adpellant, in quibusdam ciuitatibus turbulentis ſe* ADCLAMATIONIBVS *popularium accommodare. qui, ſi amplius nihil admiſerint, fuſtibus caeſi dimittuntur, aut etiam ſpectaculis eis interdicitur. Quod ſi correcti in eisdem deprehen-*

duntur

duntur, EXSILIO *puniendi ſunt.* Sed ſatis oſtendunt tot Imperatorum conſtitutiones, vix pares huic delicto fuiſſe leges, nec tanta animaduerſione homines ab illa immodeſtia cohiberi potuiſſe. HEIN.

ACCOLAE, et ACCOLENTES, id eſt, circumcolentes. *l. 1. §. 6. D. ne quid in flum. publ.*

ACCOMMODARI dicitur, quod ab eo, cui proprie competit, cuiusque gratia comparatum eſt, ad aliud transfertur. Itaque ACCOMMODATVR, quod ex ſententia et mente legis per interpretationem eruitur. *l. 48. D. de ritu nupt. l. 30. §. 1. fin. de fideic. libert.* Sic ACCOMMODARI *actiones* vel *exceptiones* dicuntur, quae ex bono et aequo dantur: *l. 2. §. 8. fin. D. ſi quis caut. in iud. l. vlt. D. de transact. §. 11. Inſt. de act. §. 3. Inſt. de interdict.* Et vtplurimum ad actiones vtiles, et quas praetor ſupplendarum legitimarum cauſſa dat, hoc verbum pertinet. *l. 24. D. de pign. act. l. 22. pr. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 55. in fin. D. de don. int. vir. et vx. l. 11. D. de praeſcr. verb. l. 31. §. 22. D. de aedil. ed. l. 3. C. de don. quae ſub modo l. 7. C. de pact. conu. l. 1. C. de inoff. teſt. §. 1. Inſt. de perp. et temp. act.* ¶. 2. Ita ACCOMMODANTVR etiam *exceptiones*, quae alias reo proprie non conuenirent. *l. vlt. D. de transact.* ¶. 3. ACCOMMODANTVR ſimili modo *interdicta*, vt *§. 3. Inſt. de interd. l. 11. D. vt legat. cauſſ.* ¶. 4. ACCOMMODATVR *ius ex ſententia legis*, quod verbis deficientibus ex mente et ſententia benigne aptatur. *l. 48. pr. D. de rit. nupt. l. 30. §. 4. de fideic. libert.* ¶. 5. Sic ACCOMMODARI dicitur etiam *ſtipulatio l. 30. D. de damn. inf.* ¶. 6. ACCOMMODARE etiam ſignificat interponere, veluti ADSENSVM, *l. 3. C. quom. et quand.* AVCTORITATEM, *l. 1. l. 7. D. de auct. tut. l. 7. §. 1. et l. 11. §. 1. D. quod falſ. tut. l. 3. C. vnde vi.* Vlpian. *Fragm. Tit. XI. §. 26.* AVDIENTIAM. *l. 9. C. de accuſat.* COGNITIONEM, *l. 2. pr. D. de expil. hered.* CONDITIONEM, *l. 39. D. de cond. et dem.* CONSENSVM, *l. 3. C. de poſtul. l. 7. C. ſi alien. res. l. 11. C. de ſolution. l. 5. C. de decur. l. 60. D. de iure dot. l. 26. §. 1. D. de pignor. l. 40. C. de transact.* FIDEM, *l. 20. l. 19. D. de his, quae vt indign. l. 43. §. 3. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 3. et l. 40. D. de iure fiſc. l. 123. §. 1. de legat. I. l. 3. C. de poſtul.* Vlpian. *Fragm. tit. XXV, §. 17.* Paull. *Recept. Sent. V, 16, 4.* MINISTERIVM, *l. vlt. D. de proxenet. l. 2. C. de ſentent.* NOMEN, *l. 5. C. ſi quis alteri. l. 4. §. 1. D. de manum. l. 3. C. de contr. ſtipul.* NOTIONEM, *l. vlt. C. de lib. exh. l. 4. C. qui bon. ced.* OPERAM *ſuam*, *l. 3. D. de obſ. parent. l. 1. §. 20. D. de adqu. poſſeſſ.* PARTES, *l. 7. C. fam. erciſc.* PATIENTIAM, *l. 1. C. ſi manc. ita ven.* PRAESCRIPTIONEM, *l. 5. C. de lib. cauſſ.* SENTENTIAM, *l. 63. D. de legat. I.* SIGNIFICATIONEM, *l. 8. D. de aur. arg.* STIPVLATIONEM, *l. 20. §. vlt. D. de interrog.* TACITAM FIDEM, qui tacite in fidem ſuam recipit, ſe non capaci reſtituturum hereditatem. *l. 49. D. de iur. fiſci. l. 10. D. de his, quae vt. ind.* VOLVNTATEM, *l. 17. D. qui et a quib. manum. l. 1. §. 11. D. quod legat.* denique ad VSVM. *l. 6. pr. D. de ſupell. legat.* ¶. 7. Alioquin ACCOMMODARE veteribus idem eſt, ac commodare, vel vtendum dare. Plaut. in *Aſinar. II, 4. v. 39.* *Hem, non? ſi velis* ACCOMMODA *homini amico.* Sed pleraeque tamen editiones ibi habent: *Si velis, da, commoda amico.* HEIN.

ACCVMBERE aliud eſt, quam ſedere. Nam qui ACCVMBIT, neque ſtat, neque ſedet, neque ambulat, ſed medium quiddam facit. *l. 124. D. de verb. ſignif.* Itaque merito Cicero *de Nat. Deor. Lib. I, 34.* ACCVBATIONEM et ſeſſionem ſeparat: *Ingreſſus*, ait, *curſus*, ACCVBATIO, *inclinatio, ſeſſio, comprehenſio, ad extremum etiam ſermo et oratio.* Et *de Offic. I, 35. Status, inceſſus, ſeſſio*, ACCVBATIO, *vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum.* HEIN. Veteres autem accumbentes coenabant. Et hinc Cicero *de Senect. Cap. XIII.* Romanos conuiuia ACCVBATIONES *epulares* vocaſſe ait, modeſtius, quam Graecos, qui ea *concoenationes* et *compotationes* dixerint. Attamen et Graecos accubuiſſe in conuiuiis, inde patet, quod apud Iul. Polluc. *Lib. VI. ſegm. 7. p. 566.* inter vocabula conuiualia occurrant etiam τρίκλινος οἶκος, ἢ πεντάκλινος, ἢ δεκάκλινος, apud Heliod. *Aethiop. Lib. V.* πολύκλινοι οἶκοι. Ceterum nec antiquiſſimi Graeci, obſeruante id Athenaeo *Deipnoſ. Lib. I. Cap. 14. p. 17.* nec Romani, primis reip. temporibus adcumbentes, ſed ſedentes, coenabant. Nam apud Homer. *Odyſſ. Ω. v. 384.*

> Ἑξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε,
> *Ordine ſederunt in lectiscis ſedibusque.*

Et *Odyſſ. Β. v. 58.*

> Ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ.
> *Sedimus atque edimus carnes, et dulcia vina*
> *Hauſimus*

Add. *Odyſſ. Α. v. 145. Γ. v. 389. Iliad. Λ. v. 622.* Apollon. Rhod. *Argonaut. II. v. 305.* At de recentioribus Graecis Athenaeus *ibid. p. 18.* Νῦν δὲ, inquit, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτώκαμεν ὡς κατακεῖσθαι δαινύμενοι. *Nunc autem tantum ab ea frugalitate nos excidimus, vt* ACCVMBAMVS *in conuiuiis.* De Romanis porro Iſidor. Hiſpal *Orig. XX, 2. Sedes, ait, dictae, quod apud veteres Rom. non erat vſus accumbendi. Vnde et conſidere dicebantur. Poſtea, vt Varro ait de vita populi Romani, viri* DISCVMBERE *coeperunt, mulieres ſedere, quia turpis viſus eſt in muliere* ACCVBITVS. HEIN. Coenabant ergo accumbentes, mulieribus exceptis, quas ſedere ſolitas, accepimus. Valer. Max. *II, 1. Foeminae cum viris* ACCVBANTIBVS *ſedentes coenitabant.* Quae loca mirifice illuſtrat monimentum vetus, quod aeri incidit Boiſſard. *Antiqu. Rom. Tom. III. p. 81.* virique docti inſeruerunt nouiſſimae editioni *Theſauri Inſcriptionum Gruteriani p. DCCCXLIII.* In eo enim diſcumbenti marito adſidet vxor, eique miniſtrat cibum, in menſa adpoſitum. Quod in eodem Theſauro prius illud ſequitur, monimentum, ſiſtit quidem mulierem, eodem in lectulo viro adcumbentem, ſed quae ipſo geſtu impudentiam ac laſciuiam prae ſe ferre videtur: niſi forte ſponſam vel nouam nuptam deſignet illa imago, de qua Iuuenal. *Sat. II, v. 119.*

> *Signatae tabulae: dictum: feliciter! ingens*
> *Coena: ſed in* GREMIO *iacuit noua nupta mariti.*

vel, vt alii:

> *Coena ſedet: gremio iacuit noua nupta marito.*

At idem et impudicae faciebant, cum amatoribus ſuis epulantes. Exemplum eſt apud Sueton. *Calig. Cap. 24. ſeq.* HEIN. Vid. Iul. Caeſ. Buleng. *de conuiu. Lib. I. Cap. 32.*

ACCVSARE, eſt iudiciis criminalibus publicis, vel extraordinariis, experiri, crimenque

ACC. ACE.

deferre. Inſtituta autem tunc dicebatur accuſatio, Aſconio auctore, quum interrogatus reus, negauerat ſe crimen admiſiſſe, et delator ſubſcripſerat.

¶. 2. Differunt ergo ACCVSARE et *poſtulare. l. 38. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. Reus quidem* POSTVLATVR: *ſed differtur eius* ACCVSATIO. Adde, quod diuerſi actus eſſent *poſtulare*, *deferre*, *accuſare*, quos plerique confundunt. Poſtulabat primo, qui accuſaturus erat, id eſt, nomen aduerſarii, ſiue praeſentis, ſiue abſentis, (perinde enim id erat, ceu docet Sigon. *de Iudic. II, 9.*) in reorum numerum recipi petebat. Interiectis aliquot diebus in ius veniebat accuſator, isque, cui parabatur accuſatio, et huius NOMEN ille DEFEREBAT, praeſente Praetore, iurans ſimul de calumnia. Hinc intentata formula, Praetor certam diem, qua die accuſator et reus ad iudicium adeſſent, conſtituebat, in eamque accuſatorem et reum citabat. Veniente die, iudices legebantur, et prima actio inſtituebatur, et teſtimonia producebantur, quaeſtiones a ſeruis habebantur, teſtes audiebantur, legebanturque tabulae: Tum demum, his omnibus explicatis, accuſator ACCVSATIONEM, non interrupta, vti antea, ſed perpetua oratione, inſtituit remque omnem diligentiſſime, et productis vbique auctorum teſtimoniis, expoſuit Car. Sigon. *de iudic. Lib. II. a Cap. IX. ad XVII.* HEIN. ¶. 2. In edicto porro Praetoris, quo a bonis liberti patronus, qui capitis eum accuſauerit, repellitur, ACCVSASSE intelligitur, qui nomen detulit, niſi abolitionem petierit, quique crimina obiecit, et cauſſam perorari vsque ad ſententiam, effecit. *l. 10. fin. D. de iure patron. l. 14. §. 8. D. de bon. libert.* Ceterum, qui ante ſententiam quieuit, vel, adpellatione interpoſita, deſiit, vel aduocationem dumtaxat accuſatori praeſtitit, ACCVSASSE non videtur.

¶. 3. ACCVSARE proprie quidem dicitur, qui crimen defert: attamen et improprie id verbum aliquando de controuerſiis ciuilibus vſurpatur. Hinc ACCVSARE *ingratum: l. 35. §. 1. D. de procur.* ACCVSARE *falſum teſtamentum: l. 14. D. de bon. poſſ. l. 17. §. 2. D. de dol. except.* ACCVSARE *inofficioſum l. 22. pr. D. de inoff. teſt.* item INOFFICIOSAM patris VOLVNTATEM: *l. 8. §. 1. C. de inoff. teſt.* denique et coniuges dicuntur inuicem *mores* ACCVSARE. *l. 39. D. ſol. matr.*

ACCVSATIO, Eius ſollemnia, de quibus in *l. 18. D. de accuſat. l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* fit mentio, ponuntur in *l. 3. D. de accuſat.*

¶. 2. ACCVSATIO pro actione: vt ACCVSATIO *inofficioſi*, ſeu *de inofficioſa: l. 6. §. vlt. l. 7. l. 17. l. 27. princ. et §. 3. D. de inoffic. teſt. l. 29. §. 2. D. eod. l. 11. C. eod.* ACCVSATIO *ſuſpecti tutoris. l. 1. §. 15. D. §. 3. Inſt. de ſuſpect. tut.* ¶. 3. AD ACCVSATIONEM quis dicitur ADMITTI, et contra, ea EXCLVDI & REPELLI. Sed et de phraſibus, ACCVSATIONEM INSTITVERE et PERFERRE, vid. ſuis locis.

ACE.

ACERBE *exercere* patriam poteſtatem. *l. 1. §. vlt. D. de lib. exhib.*

ACERBVS *exactor. l. 33. D. de vſur.*

ACERVVS *frumenti. l. 5. D. de rei vind.* quem qui combuſſit, ſuccendit, diſperſit, is interdicto, quod vi aut clam, non tenetur: *l. 9. §. vlt. D. quod vi aut clam.* quia ACERVVS ſolo non cohaeret, ſed terra ſuſtinetur. *l. 10. D. eod.* ¶. 2. ACERVVS *lignorum l. 51. D. de adqu. poſſeſſ.* ¶. 3. ACERVVS *pecuniae. l. 29. D. de verb. oblig.* ¶. 4. ACERVVS ſtercoris. *l. 7. §. 6. D. quod vi aut clam.*

ACESCO. Si vinum ACVERIT. *l. 1. pr. D. de peric. et comm. rei vend.* ACVISSE autem et *coacuiſſe* dicitur vinum, quod acetum factum eſt. *l. 9. in fin. D. de contr. emt. l. 85. D. de legat. III.* Vnde ACOR, vitium illud vini, quod acuit. *l. 4. §. vlt. D. de peric. et comm. rei vend.*

ACETABVLVM. *l. 19. §. 9. D. de aur. et arg. leg.* [Vid. Cuiac. *Obſ. X, 7.* vbi ea ὀξύβαφα eſſe putat.] Et ſane haec propria vocabuli notio eſt. Sed iam Quinctilianus *Inſt. Orat. VIII. 6.* obſeruauit, χατάχρηστικῶς illud accipi pro omnibus vaſis et lancibus, quibus aliud quodcumque adponitur. Quod quum animaduerterint quidam viri docti, *acetabulum* non ab *aceto* deriuarunt, ſed illud, quaſi *acceptabulum* dici crediderunt. Coel. Rhodigin. *Ant. Lect. XIII, 32.* Quod ſolide refellit Voſſ. *Etymologic. ſub voce Acidus p. 5.* Hinc patet, cur et circulatorum vaſcula, quibus calculos et globulos mira manuum celeritate occultant, ACETABVLA vocentur. Sen. *Epiſt. XLV. Iſta ſine noxa decipiunt, quomodo praeſtigiatorum acetabula et calculi, in quibus fallacia ipſa delectat.* HEIN.

ACETI adpellatione non continetur acetum, quod vini numero paterfamilias habuerit. *l. 1. l. 9. §. 1. D. de trit. vin. ol. l. 2. fin. D. de opt. leg.* EMBAMMA plane aceti nomine comprehenditur *d. l. 9. §. 1. de trit. vin. ol. l. 9. fin. D. de contrah. emt.* ACETVM autem procul dubio legato cedet, ſiue eſui potuique, ſiue exſtinguendi incendii cauſſa paratum ſit: cuius cauſſa in aedibus id olim haberi ſolitum, indicant *l. 12. §. 18. D. de inſtr. et inſtrum. l. 3. §. 5. D. de penu legat.* Macrobius *Saturn. VII, 6. Quid* ACETO *frigidius, quod culpatum vinum eſt? Solum enim hoc ex omnibus humoribus creſcentem flammam vehementer exſtinguit: dum per ſuum frigus calorem vincit elementi.* Add. hic debet locus Plinii *Hiſt. nat. XXXIII, 5. extr. Ignis autem* ACETO *maxime, et viſco, et ouo, exſtinguitur.* HEIN.

ACH.

ACHILLEAE thermae. *l. 6. C. de aquaed. Praeterea de plumbeis fiſtulis, ducentibus ad thermas, quae* ACHILLEAE *nuncupantur, quas prouidentiae tuae magnificentia factas fuiſſe, cognouimus, eandem formam ſeruari cenſemus.* Fuere thermae iſtae, ceu iam Alciat. *Tomo III. p. 498.* recte obſeruauit, Conſtantinopoli celeberrimae, quae anno Chriſtianae erae CCCCXXXIII. incendio conſumtae ſunt. Socrat. *Hiſt. Eccleſ. VII, 39:* Πολλὺ γὰρ μέρος τῆς πόλεως τὸ πῦρ κατηνάλωσεν· ὡς καὶ τὰ μέγιστα τῶν ὡρείων ἀπολέσθαι, καὶ τὸ δημόσιον, ᾧ ὑπώνυμόν ἐστιν ἀχιλλεύς. *Quippe magna pars vrbis regiae eo incendio conflagrauit, adeo, vt horrea etiam maxima et thermae, quae dicuntur* ACHILLEAE, *funditus perierint.* Quod vero δημόσιον vocat Socrates, id Chronici Alexandrini auctori *ad annum* CCCCXLIII eſt τὸ δημόσιον λοῦτρον ὁ ἀχιλλεύς, et Marcellino Comiti *ad eundem ann. Thermae, quae Achilleae dicuntur.* Ceterum ex vtroque Chronographo patet, hoc ipſo anno, id eſt, decimo poſt incendium, inſtauratas dedicatasque ſollemni ritu eſſe thermas iſtas. HEIN.

ACHAIA,

Digitized by Google

ACHAIA, prouincia, cui proconſul praeerat. *l. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 10. §. 1. D. de offic. procoſ.* Initio id nomen erat vniuerſae Graeciae, quam Homerus *Iliad. Δ. v. 254.* Ἀχαιΐδα γαῖαν, *Achaïdam terram*, *Iliad. Γ. v. 75.* Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα, *Achaiam, pulchras mulieres habentem*, vocat, ac proinde eumdem omnes Troianorum hoſtes vno nomine Danaos, vel ACHIVOS adpellaſſe, veluti in illis *Iliad. Γ. v. 8.*

> Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοὶ.
> *Aſt ibant taciti, ſpirantes robur Achaei.*

obſeruat Strabo *Geogr. XII. p. 860. ed. nou.* Poſtea id nomen datum Theſſaliae, cuius incolas Homerus modo Myrmidonas, modo Hellenas, modo Achiuos, adpellitat, itemque tractui Peloponneſi, qui ACHAIA dictus. Vnde *Corinthus Achaiae caput.* Tempore Polybii, ceu ipſe *Lib. II. Cap. 38.* teſtatur, tota Peloponneſus Achaia dicta. Conf. Dionyſ. Halic. *Antiqu. Rom. Lib. I. p. 20.* Strabo *Geogr. Lib. VIII. p. 561.* Porro Romani, euerſa Corintho, concilia ſingularum gentium, Achaicum, Phocicum, Boeoticum, et in aliis Graeciae partibus, aboleuerunt, atque adeo Graeciam, ſub Achaiae nomine vere redegerunt in formam prouinciae. Pauſan. *in Achaic. Lib. VII. Cap. 16. p. 562. ſequ.* Manſit prouinciae nomen, deuictis Macedonibus. Quidquid enim ab Aegeo mari et Scordicis iugis in occaſum et meridiem porrigitur, in duas prouincias diuiſerunt, *Macedoniam*, ſub qua et Epirus, et Theſſalia: et ACHAIAM, ſub qua reliqua Graecia, et Peloponneſus, cum vicinis inſulis, cumprehendebatur. Vid. Iac Palmer. *Graec. antiqu. Lib. I. Cap. 4.* HEIN. Achaiae autem nomen ſuis temporibus obtinuiſſe τὴν τῆς Ἠλείας μέσην, καὶ Σικυωνίας, καθήκουσαν ἐπὶ τὴν πρὸς ἕω θάλασσαν, Pauſanias *in Achaicis* ſcribit. Idem, *eodem libro*, *Cap. XVI. p. 563.* cur Proconſul, qui in Graeciam mittebatur, non Graeciae, ſed Achaiae, Proconſul adpellaretur, aperit his verbis: διότι ἐχειρώσαντο Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν τότε τοῦ ἑλληνικοῦ προεστηκότων. *quod ſcilicet Graeci ſubacti eſſent principatum Graeciae obtinentibus Achaeis.*

ACI.

ACIES, pro praelio. *In* ACIE *amiſſi filii: pr. Inſt. de excuſ. In* ACIE *cadere: l. 35. §. 6. D. ex quib. cauſſ. mai. In* ACIE *fugam facere. l. 6. §. 3. D. de re milit.*

ACINATICIVM in *l. 9. D. de tritic. vin. ol.* vini genus, cui ex *acino* nomen eſſe, Caſſiodor. *Var. XII, 4.* ad Canonicarium Venet. ſcribit, et quomodo id paretur, ac conficiatur, his verbis explicat. *Auctumno lecta de vineis in pergulis domeſticis vna reſupina ſuſpenditur: ſeruatur in vaſis ſuis, thecis naturalibus cuſtoditur. Rigeſcit, non liqueſcit ex ſenio. Tunc fatuos humores exſudans, magna ſuauitate dulceſcit. Trahitur ad menſem Decembrem, donec fluxum eius hiemis tempus aperiat: miroque modo incipit eſſe nouum.* cetera. ACINATICII vini etiam meminit Pallad. *Lib. I. de re ruſt. tit. VI. comm. 9.*

ACO.

ACOLVTHI, vel ACOLYTHI, ἀκόλουθοι, famuli velut eccleſiaſtici, ex quatuor minoribus ordinibus, qui diaconum, ad canendum euangelium incedentem, ſeqoebantur. Iſidor. *Orig. VII, 12. l. 6. C. de epiſc. et cleric. l. 24. C. Theod. eod. l. 10. C. Theod. eod.* vbi et *iuuenes* vocantur. Cerarium

ab heredibus defunctorum exigere vetantur *Nouell. LVIIII. Cap. 2.* Conſ. Duaren. *de ſacr. eccl. miniſt. I, 14.* HEIN.

ACONITVM in venenis numeratur. *l. 3. §. 3. D. ad leg. Corn. de ſicar.* Et quidem omnium id venenorum ocyſſimum, Plinius tradit *Lib. XXVII. Hiſt. nat. Cap. 2.* Etymon verbi idem eiusdem *libri Cap. 3.* aperit poſt Theophraſt. *Lib. IX. hiſt. plant. Cap. 16.* Nimirum vterque ACONITVM dictum putat ab *Aconis*, vico non *Periandinorum*, vti apud Theophraſtum legitur, ſed *Mariandynorum*, vt eſt apud Strabonem et Plinium, vbi plurimum naſcitur. Sed iam Ouid. *Lib. VII. Metam. v. 419.* multo probabiliorem attulerat etymologiam, quam et Plin. *XXVII, 3.* memorat, nempe a cautibus, inter quas naſcitur, quas Graeci ἀκόνας vocant.

> *Quae, quia naſcuntur dura vivacia* CAVTE
> *Agreſtes* ACONITA *vocant.*

Vid. Voſſ. *Etymol. p. 7.* HEIN.

ACOR vitium vini, vti *mucor* panis et vini. *l. 4. pr. et l. 1. D. de peric. et commod. rei vend.* Quemadmodum enim *vinum mucidum* vocat Martial. *Lib. VIII. Epigr. VI.* Ita et pro pane corrupto Iuuenal. *Sat. V, v. 69.* dixit

> *Solidae iam mucida fruſta farinae.*

HEIN.

ΑΚΡΙΒΟΛΟΓΕΙΝ. Vtitur hoc verbo Modeſtinus, *l. 6. §. 7. D. de excuſat.* vbi de philoſophis: εἰ δὲ ἀκριβολογοῖντο περὶ τῆς οὐσίας, αὐτόθεν ἤδη φανεροὶ γενήσονται μὴ φιλοσοφοῦντες. Quod ita Latine redditum: *Si autem proprie loquantur de ſubſtantia, inde iam manifeſti fiunt, non philoſophantes.* Quae fere ſenſum idoneum non fundont. Vertenda erant: *Si vero anxie de re familiari contendunt, ſatis produnt eo indicio, ſe non eſſe philoſophos.* Eſt enim ἀκριβολογία perinde ac μικρολογία vel σμικρολογία, ſordities, ceu vocant, ſeu contentio de minimo lucro, vti praeclare oſtendit Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXIII. p. 196. ſequ.* HEIN.

ACRIS. ACRIORA *bella. l. 2. §. 18. D. de orig. iur.* ACERRIMO *errore, l. 4. C. de inceſt. nupt.* vbi in quibusdam vetuſtis codicibus eſt *acriſſimo.* ACRITER *exſequi, l. 35. D. de iniur.* ACRIVS *vindicatur.* Paull. *Recept. Sent. V, 4, 16.*

ΑΚΡΟΔΡΥΑ apud Graecos omnes arborum ſpecies adpellantur. *l. 236. fin. D. de verb. ſignif.* Suidas *Tom. I. p. 93.* ΑΚΡΟΔΡΥΑ, καρποὶ δενδρικοί. πάντες οἱ τῶν δένδρων καρποί. Ακρόδρυα, *fructus ex arboribus, adeoque omnes arborum fructus.* Moſchopulus ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Δρῦν κοινότερον πᾶν ἐκάλουν δένδρον οἱ παλαιοί. οὕτω καὶ ἀκρόδρυα πᾶσαν τὴν ὀπώραν. *Δρῦν veteres omnem arborem, quemadmodum ἀκρόδρυα omnes fructus auctumnales, vocant.* Falſo ergo hic traditur, ἀκρόδρυα omnes eſſe arborum ſpecies: quum potius pro fructibus omnium arborum accipiantur. Erroris origo eſt a Burgundione vel Berguntione, Graecorum, quae in Pandectis occurrunt, interprete, qui ἀκρόδρυα perperam vertit *extremitates arborum*, notatus ideo a Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIII.* HEIN.

ACS.

AC SI, pro AC, comparatiue. *l. 20. D. de option. vel elect. leg.* ſecundum lectionem Florentinam. At hic *ſimul ac ſi*, non comparatiue accipi-

ACS. ACT. ACV.

tur, ſed pro *ſimul ac*, vel *illico*, *poſtquam*. Ita Terent. *Heautont. V*, 1. *v.* 5. *Abi nunc iam intro*, ATQVE *illa*, SI *iam lauerit*, *nuncia*. HEIN. ¶. 2. AC SI, aliquando pro etſi ponitur. *Placet conſiſtere fideicommiſſum*, AC SI *defunctus cum eo loquatur*, *quem precario remuneratur*. *l.* 75. *D. de legat. II.* At videtur in mendo cubare illud AC SI, proeoque legendum ETSI, vti obſeruauit Cuiac. *Obſ. II*, 3. Graeci enim habent: εἰ καὶ μὴ πρὸς τὸν κληρονόμον, ἀλλὰ πρὸς ἐμὲ διελέχθης. *quamuis non cum herede, ſed mecum loquutus ſis.* Conf. Car. Labb. *Obſeru. et Emendat. Synopſ. Baſilic. p.* 133. HEIN.

ACT.

ACTA, ACTIO, ACTVARIVS, ACTVS, de iis infra in AGO.

ACTOR, ὁ πραγματευτὴς, δι᾽ ὃν πάντα τὰ πράγματα διοικεῖται. *per quem omnes res adminiſtrantur*: Doſith. *Sent. Cap. X. p.* 868. vel vt Plaut. *in Aſin. II*, 4. *v.* 53. *Cui heriis rerum ſummam credidit.* Ita actoris vocabulo vtuntur veteres, *l.* 40. *§. D. de ſtatulib. l.* 37. *D. de legat. I.* Conueniunt fere ACTORIS et *diſpenſatoris* officia. Nam et hic actu ſungi dicitur. *l.* 51. *D. de ſolut.* Dignius tamen actoris officium, quam diſpenſatoris, quia ille ſuit διοικητὴς πάσης οὐσίας, *adminiſtrator omnium rerum*, vti vocat Theophilus *in Paraphraſi Inſt.* Conf. Raeuard. *Var. Lect. V*, 20. Wouwer. *ad Petron. Cap. XXX.* Pignor. *de ſeru. p.* 154. *et* 270. Reineſ. *ad Inſcr. XI*, 65. *p.* 631. et *Epiſt. ad Rupert. p.* 238. Plura et nos infra ſub AGO. HEIN.

ACV.

ACVCVLA, id eſt, parua acus. Conſtantinus M. *l.* 1. *C. Theod. de repud.* *Nam ſi praeter haec tria crimina marito repudium miſerit: oportet eam vsque ad* ACVCVLAM *capitis in domo mariti deponere, et pro tam magna ſui confidentia in inſulam deportari.* Vbi ACVCVLA, (alibi *acunucula*, item *acucla*,) eſt ἀκίσκα parua acus, qua mulieres in ornando capite vtebantur. Vid. Iac. Gothofr. *in Comment. Tom. I. p.* 313. HEIN.

ACVLEVS. *Dirigere in aliquem* ACVLEOS *ſuae auctoritatis*, id eſt punire aliquem. *l.* 4. *§.* 7. *C. de haeret.*

ACVS in ornamentis muliebribus numeratur in *l.* 25. *§.* 10. *D. de aur. arg. mund.* ACVS autem Iſidor. *Etymol. Lib. XIX. Cap.* 30. *eſſe*, ait, *quibus in feminis ornandorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, et ſparſi diſſipentur capilli.* Quae verba ille tranſcripſit ex B. Hieronymo *in Cap. III. Ieſaiae Lib. II. p.* 15. *Martial. Lib. XIV. Epigr.* 24.

Figat ACVS *tortas, ſuſtineatque, comas.*

Tertullian. in *libro de poenit. Cap. XI.* *Cedo* ACVM *crinibus diſtinguendis.* Ex quo ACVS *crinalis* adpellatur ab Apuleio *Lib. VIII. Metamorph. p.* 207. Et *comatoria* a Petron. *Satyr. Cap.* 21. vbi Gloſſ. ACVS *comatoria, aut crinalis, calamiſtratorium ad crines diſtinguendos in mundo muliebri.* Vid. Barth. *Aduerſ. XXI*, 6. Cuiac. *Obſ. XI*, 16. Rader. *ad Martial. XIV*, 21. Corn. van Bynkersh. *Obſ. V.* 17. HEIN.

AD

AD, praepoſitio praecipue terminum, ad quem, ſiue ratione temporis, ſiue ratione loci, indicat. Ratione temporis. Sic AD *diem* conſtituitur obligatio, veluti: vsque ad Calendas dare ſpondes? *l.* 44. *D. de verb. obl.* AD *diem* aliquid dari dicitur, *l.* 34. *D. de hered. inſt. l.* 24. *D. de pecun. conſt.* itemque AD diem promitti; *l.* 77. *D. de verb. obl.* et AD *diem* tollere vinum. *l.* 5. *D. de peric. et comm. rei vend.* Denique eodem modo dicitur AD *tempus* aliquid fieri: *l.* 4. *§. vlt. D. de precar. l.* 14. *D. de tutel. l.* 2. *pr. D. de decurion. l.* 44. *§.* 1. *D. de obl. et act. l.* 1. *pr. D. pro ſoc. l.* 28. *pr. D. de liberat. leg.* itemque AD *conditionem*: id eſt, donec exſiſtat conditio. *l.* 4. *D. de ſeruit. l.* 14. *§.* 2. *D. de tutel. l.* 3. *§.* 7. *D. de ſuſp. tut. l.* 8. *§.* 2. *D. de teſtam. tut.* ¶. 2. Aliquando eſt terminus ad quem, ratione loci, vel perſonae. e. g. aditum AD ſe praeſtat: *l.* 19. *D. de in ius voc.* AD quem vocari: *l.* 1. *pr. D. ſi quis in ius voc.* AD litus maris accedere. *l.* 4. *pr. D. de diuiſ. rer.* HEIN. ¶. 3. AD, pro apud. E. gr. Remaneat AD heredes: *l.* 14. *§.* 10. *D. de legat. III.* AD aliquem teſtari, id eſt, apud aliquem proteſtari: *l.* 7. *v. vt facilior. D. de incend. ruin. naufr.* AD offenſum iudicem denuo experiri. *l. vn. D. apud eum, qui adpellau. in prouinc. def.* [ad quam legem notat Cuiacius, vice verſa APVD pro AD dici *l.* 43. *D. famil. ercisc.* Nam ibi *prouocare* APVD *iudicem*, procul dubio eſt *prouocare* AD *iudicem.*] Ita et veteres auctores, quorum teſtimonia, in lexicis vbique obuia, iam non adduco: ſed id tantum moneo, eodem ſenſu accipi praepoſitionem, quando quid AD *manus eſſe*, dicunt, quaſi apud manus, vt facile promi poſſit. *l.* 19. *§.* 5. *D. ad SC. Vellei.* HEIN. ¶. 4. AD, pro aduerſus, vel contra. Vt: *adpellationem* AD *aliquem facere*, id eſt, aduerſus quem adpellare. *l.* 1. *D. an per al. cauſ. adpell. redd. poſſ.* Ita et Plaut. *Caſin. II*, 2. *v.* 21. *Viri ius ſuum* AD *mulieres obtinere haud queunt.* Propert. II, 24. *Lernaeas pugnat* AD *hydras.* Gell. *Noct. Att. XVIII*, 4. AD *ſophiſtas vtebatur eo*, id eſt, aduerſus ſophiſtas. HEIN. ¶. 5. AD, pro poſt. Iulianus *l.* 18. *§. vlt. D. de manum. teſtam.* *Sed multo magis haec*: AD ANNVM LIBER ESTO, *ita accipi poteſt: poſt annum, quam moriar, liber eſto.* Et ita frequenter veteres. Cic. *Tuſc. Quaeſt. I*, 37: *Et ego doleam, ſi* AD *decem millia annorum gentem aliquam vrbe noſtra potituram, putem?* Et *ad Attic. Lib. II. Epiſt. XVII.* *Ne Sampſicerani merita in patriam* AD *annos ſexcentos maiora viderentur, quam noſtra.* HEIN. ¶. 6. AD, pro prope vel iuxta. AD parietem communem. *l.* 13. *pr. D. de ſeru. praed. vrb.* HEIN. ¶. 7. AD pro ſecundum. Vnde AD *inſtar*. *l.* 4. *C. vnde vi. l.* 35. *C. de epiſc. et cler. l.* 7. §. 6. *D. de Public. l.* 3. *C. de lib. exhib.* Pro eo AD *ſimilitudinem* reperimus in *l.* 35. *§.* 8. *D. ex quib. cauſſ. mai. vig. quinque ann.* HEIN. ¶. 8. AD, pro in. AD *irritum reuocare*, id eſt in irritum. *l.* 7. *C. de reſtit. milit.* AD *vtilitatem cedere*, pro in vtilitatem. *l.* 16. *C. de praed et al. reb. min.* Sueton. *Domit. Cap. VII.* AD *ſummam quondam vbertatem vini*, *edixit.* i. e. in ſumma vini vbertate. HEIN. ¶. 9. AD, in deſcriptione officiorum eleganter adhibitum. Vt AD CYATHOS pro pincern. Sueton. *Iul. Cap. XLVIII.* Conf. *vir. doct. ad h. l.* et Grobon. *Obſ. II*, 24. *p.* 48. Ita et AD *lecticam homines*, ſunt lecticarii apud Catull. *Epigr. X.* HEIN. ¶. 10. AD, in iure noſtro auctorem, quem alius notis illuſtrauit, denotat: ac proinde his verbis: AD *Plautium*, AD *Maſurium Sabinum*, Notae, ad eos iuris auctores ſcriptae, ſignificantur. *pr. Inſt. de her. inſt.* et in Indice Pandectis Florentinis praefixo, ex quo adparet, IVLIANVM *ad Minicium et Vrſeium Ferocem*;

IAVOLE-

ADA.

IAVOLENVM *ad Plautium;* POMPONIVM *ad Mucium, Sabinum et Plautium;* VLPIANVM *ad Sabinum;* PAVLLVM *ad Plautium, Sabinum, Vitellium, Neratium*, notas ſcripſiſſe. Ceterum duorum generum notas veteres ICtos ſcripſiſſe, comperio. Aliis enim auctores eiusdem ſectae illuſtrabant, eorumque doctrinas ſupplebant, explicabant, reſtringebant, vel aduerſus aliorum obiectiones defendebant. Alias adornabant redarguendi, reprehendendique cauſſa, maxime ſi in diuerſae ſectae auctorem ſtilum ſtringerent. *Planc*, inquit Eu. Otto *in Papinian. Cap. XIII, §. 6. p. 284.* CLAVDIVS TRYPHONINVS *explanandi cauſſa notas ſcripſit ad Scaeuolam:* SERVII *autem* SVLPICII *ad Q. Scaeuolam notas* REPREHENSA SCAEVOLAE CAPITA *vocat* Gellius IV, 1. *Vlpius item Marcellus ſere ſemper in Notis a Iuliano diſſentit, ne vel parua quidem rima praeterita, in qua non figat aculeum. Quapropter iterum a Scaeuola, Vlpiano, et Paullo notatus eſt et reiectus. Eadem notione* Horatius *de arte poet. Mutanda* NOTABIT, *Fiet Ariſtarchus, id eſt obelo nigroue ſigno adpoſito redarguet: vt* Cicero *in Epiſtolis:* Alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει. Et tales fuiſſe notas Paulli et Vlpiani in Papinianum, quas *l. vn. C. Theod. de reſp. prud.* infirmarunt Theodoſius et Valentinianus, Auguſti, ibidem vir doctiſſimus erudite oſtendit. HEIN. ¶. 11. Singularis loquutio eſt: AD *inficias ire*, pro ire inficias, in *l. 44. §. 4. D. famil. erciſc.* Quae rarior conſtructio, et ſine exemplo fortaſſis poſita, argumento fuit Ob. Giphanio *ad l. 2. C. de iureiur. propt. calumn.* legem hanc a Triboniano eſſe interpolatam. Sed vide tu Corn. van Bynkersh. *Obſ. VII, 9.* HEIN.

ADA.

ADAERATA, ad aeris pretium redacta, dicunt Imperatores, *l. vn. C. de collat. donat.* ex qua emendanda *l. 15. C. de erogat. mil. annon.* in qua ADHAERERE pro ADAERARI, cum vitio adſcriptum eſt. Alia huius verbi exempla inuenire eſt in *l. 3. l. 28. l. 32. C. Theod. de erog. mil. ann. l. 3. C. Th. de equor. conl. l. 6. C. Theod. de conl. don. vel rel. poſſ. l. 7. C. Theod. de indulg. deb. Nou. Theod. et Valent. de trib. fiſc. Nou. Val. et Marc. de rel. al. vel don. poſſeſſ.* Idem verbum reperitur. *l. vn. C. de rei mil. ann. l. 13. l. 15. l. 19. C. de erog. mil. ann. l. 4. C. de milit. veſt.* Amm. Marcellin. *Lib. XXXI. Cap. XIV. In* ADAERANDIS *reliquorum debitis non moleſtus.* Gloſſa: ADAERAT ἐξαργυρίζεσθαι, ἀποχαλκίζει. Chryſoſt. *in Cap. XXI. Matth. homil. 67.* Οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα δοῦναι μισθὸν τῆς μετακομιδῆς τῶν εἰσφερομένων· οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα καμεῖν ἐξαργυρίζοντας. *Minime hic opus eſt pretium perſoluere pro translatione ſpecierum ſeu militaris annonae: nulla moleſtia ſuſcipienda eſt in adaerandis ſpeciebus.* Add. Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. *p. 498.* HEIN. Hinc

ADAERATIO, aeſtimatio ſpecierum in aere. *l. 15. C. de erog. mil. ann. l. vlt. C. de milit. veſt. l. 3. C. Theod. de erog. milit. ann. l. 5. C. Th. de mil. veſt. l. 6. C. Th. de don. vel releu. poſſ. Nouell. Theod. et Val. de Trib. fiſc. Nou. Val. et Marciani de ſuar. boar. et pec.*

ADAMAS, inter merces ex ſolo barbarico, vnde vectigalia ſoluuntur. *l. 16. §. 7. D. de public.* De eo plura Plin. *Hiſt. nat. XII, 19.* HEIN.

ADA. ADC. ADD.

ADAVCTAE facultates, quae alias auctae. *l. 10. §. 3. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 17. §. 2. D. de excuſ.*

ADC.

ADCRESCERE dicuntur bona: *l. 42. §. 1. D. de bon. libert.* dominium: *l. 35. D. ad leg. Aquill.* pars legato: *l. 2. D. quod legat. l. 23. §. vlt. D. de inoffic. teſtament.* partes: *l. 31. l. 35. D. de adqu. vel omitt. hered.* portio hereditatis: *l. 43. D. ad SC. Trebell. l. 5. §. 2. D. ſi tab. teſtam.* portiones: *l. 12. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 6. C. de impub. et al. ſubſt. l. 34. pr. D. de vſu et vſufr. leg.* vſusfructus. *tit. D. de vſufr. adcreſc. l. 18. §. 1. D. de pign. act. l. 31. §. 1. D. de Aedil. edict.* ¶. 2. Hinc IVS ADCRESCENDI, quo portio deficiens alteri, qui partem agnouit, vel vſusfructus perſonae coniunctae adquiritur. *l. 3. §. vlt. l. 6. D. de bonor. poſſeſſ. l. 17. D. de hered. inſtit. l. 59. D. de adq. rer. dom. tit. D. de vſufr. adcreſc.* ¶. 3. ADCRESCIT etiam per alluuionem. *l. 1. C. de alluu. et palud. et paſc.*

ADD.

ADDICO vnum ex tribus ſollemnibus verbis praetoris, quod illi faſtis diebus ſine piaculo fari licebat: nefaſtis vero nefas erat. Auctores ſunt Varro *de lingua Lat. V. p. 50.* Macrob. *Saturn. I, 16.* ADDICERE ſignificat aliquid alicui non modo titulo venditionis tradere, ſed et adiudicare. *l. 2. §. 8. l. 7. §. 6. D. pro emt. l. 15. §. 6. D. de re iud.* Ita a venditore ADDICEBATVR fundus: *l. 7. §. 6. D. pro emtor.* et res, *l. 22. §. 4. D. mand.* Tertull. *de Poenit. Cap. VI. Hoc enim pretio Dominus veniam* ADDICERE *inſtituit.* Nec aliter *poſſeſſionis* ADDICTIO accipitur a Cicerone *in Verr. Action. I. Cap. 4.* ¶. 2. ADDICI *bona libertatum ſeruandarum cauſſa* dicuntur, quae, nemine ſucceſſore ab inteſtato exſiſtente, quum in ea cauſſa eſſent, vt venire deberent, libertatem tuendarum gratia alicui addicebantur, qui idonee creditoribus de ſolido, quod cuique deberetur, ſoluendo cauebat. *tit. Inſt. de eo, cui lib. cauſſ. bon. l. 2. l. 4. §. 2. D. de fideic. libert. §. vlt. Inſt. per quas perſ. cuiqu. adqu.* ¶. 3. ADDICERE IN DIEM. Erat huius verbi in priuatis venditionibus vſus. Nam, qui ſub ea lege venierat fundus, vt, ſi intra certum tempus melior conditio adferretur, inemtus eſſet, IN DIEM ADDICTVS dicebatur. *l. 3. D. ad leg. Falcid. l. 9. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 41. pr. D. de rei vind. l. 11. §. 10. D. quod vi aut clam.* Lex quoque ipſa venditionis in diem ADDICTIO vocabatur, *tot. tit. D. de in diem addict. l. 2. §. 1. D. pro emt. l. vlt. D. de iur. fiſci.* quam ita concipi ſolitam conſtat: *Ille fundus centum tibi eſto emtus, niſi quis intra Kal. Iulias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res a domino abeat. l. 1. D. de in diem addict. l. 3. D. quib. mod. pign.* Ea in Indice Βασιλικῶν ſic definitur: Ἀγοραστία καὶ πρᾶσις ἐπὶ ὅρῳ γενομένη, ὡς ἵνα γινομένου ὑπερθεματισμοῦ, ἤτοι ἐπαυξήσεως τοῦ τιμήματος, ἔσω τοῦ συνδόξαντος ἐν τῷ συμφώνῳ τῆς πράσεως ὅρου, ἀναλύσηται ἡ πρᾶσις. *Emtio venditio, in certum diem ita inita, vt aliquo plus licitante vel aliquid adiiciente pretio, intra ſpacium iſtud temporis, de quo in contractu venditionis conuentum eſt, venditio reſcindatur.* Quae tamen definitio vel ideo minus accurata eſt, quod non ſemper ita res in diem addicitur, vt contractus, aliquo meliorem conditionem adferente, reſcindatur,

ADD.

tur, quam doctores *conditionem reſolutiuam* vocant, ſed et ea lege, vt, nemine plus offerente, emtio venditio perficiatur, quae *ſuſpenſiua conditio* adpellatur a prudentibus noſtris. *l. 4. pr. D. de in diem addict.* HEIN. ¶. 4. ADDICI etiam dicebatur IVDEX *arbiterue*, qui ex formula a Praetore dabatur, vel ex conuentione litigatorum ſumebatur. *l. 39. l. 46.* et *l. 80. D. de iudic.* Et ita ADDICTVS *actioni arbitrariae index* in *l. 3. fin. D. de eo quod cert. loc.* ADDICTVS *familiae erciſcundae iudicio arbiter in l. 30. D. fam. erciſc.* et *iudex* ADDICTVS *de hereditate diuidunda.* in *l. 59. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Quomodo emendanda eſſe verba *l. 7. et l. 16. C. famil. erciſc.* ex ſuperiorum locorum collatione quum ſatis intelligerem, adhibitis MSS. codicibus, qui ADDICTVS, non, vt vulgo legitur, *additus*, ſcriptum habent, in ea ſententia magis ac magis ſum confirmatus. Ex quibus etiam deprehendi, in *l. 1. C. de recept. arbitr.* ſimile mendum eſſe, legendumque eſſe: *Arbitri ex compromiſſo iure perfecto* ADDICTI. Eſt et idem error in *§. 1. Inſt. de offic. iud.* vbi *noxali iudicio* ☞ *aditus*, pro ADDICTVS, ſcriptum eſt. Rectiſſime *§. 1. Inſt. de offic. iud.* emendat Briſſonius, eamque emendationem plerique probant, praeter Vinnium, qui mauult ADITVS. Nec inelegans eſt emendatio *l. 7. et l. 16. C. famil. erciſc.* addicentibus quippe Codicibus MSSC. HEIN. [At, quod ad emendationem *l. 1. C. de recept. arb.* attinet, iam Cuiac. *Lib. III. Quaeſt. Papin. ad l. 39. D. de iud.* obſeruauit, retineri debere lectionem vulgarem ADITI. Nam non addicuntur, inquit, arbitri, ſed eliguntur, et ſumuntur, adeoque ADITVR arbiter ex compromiſſo, quippe, vt Graeci loquuntur, πρὸς ☞ αἵρεσιν δεξάμενος, id eſt, aditus.] Et tamen Valer. Max. *Lib. VIII. Cap. II. exempl. I.* et arbitrum addictum eſſe, ait, ſi recte ibi legitur: *Calpurnius M. Porcium Catonem, inclyti Catonis patrem,* ARBITRVM *Claudio* ADDIXIT. Sed, praeterquam quod et ibi dubia eſt lectio, et plures codices habent ADDVCTVS, is locus etiam non pertinere videtur ad *arbitrum* compromiſſo conſtitutum, ſed a praetore in cauſſa bonae fidei datum. Additur enim, arbitrum illum ſiue addictum, ſiue adductum eſſe, cum formula: QVIDQVID SIBI DARE FACERE OPORTERET EX FIDE BONA. Quae non arbitro, ſed iudici conuenire videtur. Ceterum illud ARBITRVM ADDIXIT ipſe probat Cuiac. *Obſ. IV,* 15. HEIN. Atque ita accipienda cenſeo illa legis Mamiliae verba IVDICIS DATIO ADDICTIOQVE ESTO, Varro. *de Lingua Lat. Lib. V. p. 56.* *Hinc illa: Indixit bellum, indixit funus, pro edixit.* ADDIXIT *iudicium.* Nec vero dubito, quin Valer. Max. *Lib. VIII. Cap. 2. ex. 2.* et *Lib. VII. Cap. 2. ex. 4.* ADDICTVS ſcripſerit, vbi nunc *additus* ſcriptum eſt. ☞ Sed haec alias accuratius. In priore loco nullus Codex MSC. habet *addictus*, omnes vel *adductus* vel *aditus*, vnus etiam *aduocatus*. In poſteriore in duobus tantum eſt ADDICTVS, ceu ad haec loca in noua eaque ſplendidiſſima Valerii Maximi editione notauit V. C. Abr. Torrenius *p. 625. et 712.* HEIN. ¶. 5. ADDICI etiam aliquid dicitur alienae poteſtati. in *l. 3. §. 4. D. de lib. exhib.*

ADDICTI olim dicebantur, qui, quod ſatisfacere non poterant, creditoribus, quaſi in ſeruitutem adiudicabantur, quos et NEXOS, vt in Liuio non ſemel notari poteſt, vocabant. Inter ADDICTOS autem et *ſeruos*, quid intereſſet, a Quinctiliano *Inſt. Lib. III. Cap. 3.* et ab eiusdem patre, vel auo, (non enim liquet,) *Declam. CCCXI.* exponitur.

ADD. ADE. ADF.

ADDITAMENTVM *aedium* in *l. 91. §. 5. D. de legat. III. nauis* in *l. 242. pr. D. de verb. ſignif. vſurarum*, id eſt, incrementum, *l. 70. §. 1. D. de legat. II. l. 23. C. de vſur.* ADDITAMENTI *cauſſa data portio*, in *l. 26. §. 2. D. de pact. dot.*

ADDVCERE ad effectum. *l. 8. C. de exſequ. rei iud.* Res in crimen ADDVCTA eſt. Habet haec Caluinus, qui addit, ADDVCERE eſſe aliquando manus inücere, vt in *l. 7. D. qui ſine manum. ad libert.* At non ADDVCERE ibi legitur, ſed *abducere*, et hoc verbum proprie accipitur. Magis ſolida eſt eius obſeruatio, ADDVCI aliquando eſſe moueri vel impelli, vt in *l. 10. §. vlt. D. de fideic. libert.* HEIN.

ADE.

ADEMTIO, vid. infra ADIMERE.

ADESSE, pro aduocationem praebere, in *l. 6. D. de poſtulando. l. 1. §. 11. D. de extraord. cognit. l. 5. §. 11. D. de his, quae vt ind. l. 19. §. 1 D. de donat. l. 9. §. 1. D. de poen. l. 7. D. de iure fiſci l. 2. C. de aduoc. diu. iud.* vt et apud Plaut. *Amphitr. Act. IV. ſcen. vlt. v. 3.* Cic. de *clar. Orat. Cap. LIV.* Senec. *de Benef. V, 8.* Plin. *Lib. II. Epiſt. XI.* Sueton. *Claud. Cap. 38.* Ouid. *Art. Amat. III. v. 531.*

Munera det diues, ius qui profitebitur, ADSIT.

Donat. *in prol. Andr.* ADESTE, ait, *animis ſcilicet, auxilium praebete, vt aduocatus ſcilicet reo dicitur* ADESSE. Idem *in Phormion. Act. II. ſcen. 3.* ADESSE *cauſſae proprie dicuntur patroni et amici.* Itaque quum imperitus aduocatus apud praetorem cauſſam agens, ſe clienti ſupereſſe, dixiſſet: ſcite praetor reſpondit: *Tu plane ſuperes, non* ADES, vt eſt apud Gell. *Noct. I, 22.* Eodem ſenſu Graeci dicunt *παρίστασθαι.* Plutarch. *de amic. multitud. p. 95.* Οὐ παρέστην σοι δίκην ἔχοντι· παρεστάμην γὰρ ἑτέρῳ φίλῳ. *Non adfui tibi in iudicio: aduocatus enim fui alterius amici.* Contrarium eſt ABESSE, id eſt, denegare patrocinium. Cic. *pro Sulla Cap. III. Quamobrem quid eſt, quod mirere, ſi cum iisdem me in hac cauſſa vides* ADESSE, *cum quibus in ceteris intelligis* AFVISSE? ¶. 2. Non alienae tantum, ſed et ſuae cauſſae agendae ADESSE dicuntur. *l. 69. D. de procur. l. 29. D. de inoffic. teſt. l. 19. §. vlt. D. de recept. arbitr. l. 2. §. 3. D. de iur. fiſc. l. 20. C. de euict.* ¶. 3. Sic ADESSE *auditorio*: in *l. 1. D. an per alium.* ad agendam cauſſam: *l. vlt. D. de adpellat.* ad iudicium: *l. 55. pr. D. de euict. l. 18. §. vlt. D. quod vi aut clam. l. 3. §. 1. D. quae in fraud. cred.* cauſſae agendae: *l. 1. C. de peric. et commod.* cauſſae ſuae: *l. 69. D. de procurat.* die cognitionis: *l. 73. §. 1. D. de iudic.* in locum inhoneſtum: *l. 21. §. 11. D. de recept. arbitr.* iudicio. *l. 8. C. de euict. l. 2. C. quom. et quando. l. 4. C. de accuſat.* ¶. 4. ADESSE monimento. *l. 44. D. de manum. teſt.*

ADF.

ADFATVS, vid. infra AFFATVS.

ADFECTARE aliquid, id eſt, data opera quaerere, maxime quod illicitum, vel arduum eſt, vel ad quem nihil pertinet. *l. 2. §. vlt. D. ſi quis caut.*

l. 5.

l. 5. pr. D. ex quib. cauſſ. mai. ADFECTARE nuptias: Paull. *Rec. Sent. II, 19, 9.* ADFECTARE per ancillam ad dominam: Paull. *ibid. II, 26, 16.* Et ita Terent. *Heaut. II, 3. v. 60:* *Ad dominas, qui* ADFECTANT *vias.* HEIN. Eodem modo quis dicitur AFFECTARE gloriam, *l. 11. §. 5. D. de poen.* et tutelam. *l. 18. §. vlt. D. ad leg. Corn. de falſ. §. 5. Inſt. de excuſat.* ¶. 2. Sed et in ſenſu meliore ADFECTARE, eſt magna cupiditate in bonum ferri, quo ſenſu *veram, non ſimulatam philoſophiam* ADFECTARAE *iureconſulti* dicuntur. *l. 1. §. 1. D. de iuſt. et iur.* Ita Cornel. Nep. *in Attico Cap. XX.* Munditiem, *non adfluentiam,* ADFECTABAT. HEIN.

ADFICERE, alicui quid inferre quod ingratum eſt, vt ADFICERE captione, *l. 1. D. ad leg. Pomp. de iniur.* contumelia, *l. 1. §. 2. D. de obſequ. par. et patr. l. 8. §. 2. D. de poen.* damno, *l. 4. l. 11. §. vlt. l. 27. §. 15. D. ad SC. Trebell.* dedecore, Lactant. *inſt. diu. I, 9.* HEIN. detrimento, *l. 1. C. ſi adu. vend.* iactura, *l. 28. §. 12. D. de poen.* incommodo, *l. 1. §. 5. D. de collat. bonor.* iniuria, *l. 22. §. 2. D. rem rat. hab. l. 2. D. qui ſunt ſui vel al. iur. l. 10. §. 12. D. de in ius voc.* morte aut deportatione, *l. vlt. D. de bon. damn.* neceſſitate, *l. 14. D. de pollicit.* nota, *l. 1. C. de his, qui potent. nom.* poena, *l. 3. §. 15. D. de ſuſp. tut. l. 5. C. de poen. l. 1. D. de fur. balnear. l. 1. §. 21. 23. D. ad SC. Silanian. l. 12. pr. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. vlt. D. de ſepulcr. viol. l. 3. §. 1. D. ad leg. Iul. de vi priu. l. 1. §. 2. l. 9. §. 1. l. 16. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ. l. 8. §. 12. et §. 2. D. de poen. l. 1. D. de legation.* relegatione: Vlpian. *in Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VII. §. 4.* ſententia, *l. 9. §. 11. D. de poen.* ſupplicio, *l. 14. D. de offic. praeſ. l. 53. §. 8. D. de legat. I. l. 7. §. 4. D. de liber. cauſſ. l. 6. l. 38. §. 5. D. de poen.* ſummo vel vltimo ſupplicio, *l. 1. §. vlt. D. de leg. Cornel. de falſ. l. 28. §. 14. D. poen.* Paull. *Recept. Sent. V, 17.* valetudine. *l. 12. D. de excuſat. l. 11. §. 4. D. ad leg. Falcid.* ¶. 2. Attamen et aliquando in bonam partem accipitur, dum aliquis ADFICI dicitur *lucro,* vt in *l. 14. D. de legat. praeſt.* *gaudiis et laetitia,* vt apud Plaut. *Poen. V, 4. v. 103.* *bonis nunciis,* apud eumd. *Amphitr. prol. v. 9.* *praeda atque agro, adoreaque,* vt apud eumd. *Amphitr. I, 1. v. 38.* *praemio,* in *l. 1. C. ex quib. cauſſ. ſeru.* duplicibus ſpoliis apud Plaut. in *Bacch. IV, 4. v. 2.* HEIN.

ADFECTIO et ADFECTVS vid. infra in AFFECTIO et AFFECTVS.

ADFILIATVS. Cai. *Inſt. I, 4, 1.* *Quod etiam de adoptiuis, hoc eſt,* ADFILIATIS, *iniunctum eſt obſeruari.* Sed manifeſtum eſt hoc gloſſema Aniani, qui et alibi barbaro hoc vocabulo vtitur in interpretamento *l. 2. C. Theod. de legitim. hered.* Vid. Cuiac. *Obſ. VII, 15.* Vſi etiam ſunt medii aeui ſcriptores, non modo pro adoptione, ſed et pro certo adquirendi modo. Car. du Freſne *Gloſſar. med. et inf. Lat. Tom. I. p. 56. ſequ.* Gloſſa Iſidori: ADFILIATIO, *paene naturae imitatio.* et Papias: ADFILIATIO, *adoptio in loco filii.* HEIN.

ADFINES in agris, ſunt vicini, qui confines agros poſſident. *l. 12. D. fin. reg.* quod et Feſt. *Lib. I.* notat. Hyginus *lib. de limitibus p. 193.* *Suas terminationes, adſcriptis* ADFINIBVS, *tabulario Caeſaris inferemus.* Auguſtin. *in Pſalm. XXI.* *Solet fieri, vt quando quaeritur de poſſeſſione, quaerantur* ADFINES. *Inter* ADFINES *illum et illum quaeritur.* [Aliter et rectius *d. l. 12.* explicat Cuiacius *in Paull. Lib. III. reſponſ. Tom. VI. Op. p. 519.* per adfines non perſonas vicinorum, ſed terminos ſeu fines ab vtriusque praedii domino de nouo conſtitutos indicari, ſtatuens, plures eam in rem auctores allegans.] Recte quidem Cuiacius agros confines *adfines* dici obſeruat. Sed non video, quem ſenſum fundant verba: *ſed debet demonſtratio* ADFINIVM *nouos fines inter fundos conſtituere:* ſi per adfines intelligas fundos confines. Contra planus eſt verborum ſenſus: Adfines id eſt, qui vtrimque proximos agros poſſident, optime poſſe demunſtrare, qui noui fines in poſtremo contractu venditionis a venditure ſint conſtituti. Et ſane ADFINES eo ſenſu dixit Salluſt. *in Iugurth. Cap. XLI.* *Vt quisque potentiori* ADFINIS *erat, ſedibus pellebatur.* Quamuis Cortius ibi malit *confinis.* HEIN. ¶. 2. ADFINES etiam ſunt viro vxoris cognati et vxori cognati viri, dicti ab eo, quod duae cognationes, quae diuerſae inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, et altera ad alterius cognationis finem accedit. *l. 4. §. 3. D. de grad. et adfin.* Donat. *in Adelph. Terent. Act. V. ſcen. 8.* ¶. 2. ADFINIVM porro ſpecialia nomina haec ſunt: *ſocer, ſocrus, proſocer, proſocrus, gener, progener, nurus, pronurus, vitricus, nouerca, priuignus, priuigna, leuir, glos, fratria, conſocer, conſocrus, magnus ſocer, magna ſocrus, maior ſocer, maior ſocrus,* et alii vlteriores, quibus PRO praepoſitio ſolet accedere, *l. 1. §. vlt. D. de poſtul. l. 17. C. de nupt. §. 6. Inſt. eod.* Ouid. *ex Ponto. IV. 8.*

Ius aliquod faciunt ADFINIA *vincula nobis. cet.*

Item:

Nam tibi quae coniux, eadem mihi filia paene eſt,
Et quae te generum, me vocat illa virum.

Quibus verbis περιφραστικῶς ſignificatur, Suillium Ouidii priuignam in matrimoniu habuiſſe. ADFINITATIS autem contrahendae cauſſa fit ex nuptiis, quamquam et ſponſalibus contrahatur. *l. 8. D. de condict. cauſſ. dat.* Quin et ex ſeruilibus coniunctionibus contingit. *l. 14. §. 3. in fin. D. de rit. nupt.* Vnde ADFINITATEM non male definiemus ciuile vinculum, ex nuptiis ſponſalibusue deſcendens. Plane ἀγχιστείαν Conſtantin. Harmenop. *Lib. IV. tit. 6. n. 24.* definit *οἰκειότητα προσώπων ἐκ γάμων ἡμῖν συνημμένην συγγενείας ἐκτός. habitudinem quamdam perſonarum nobis ex nuptiis citra cognationem iunctarum.* Sed enim, quam Conſtantinus et Theophilus ἀγχιστείαν, eam Pollux *Onomaſt. III, ſeg. 6.* συγγένειαν vocat, vt liquet ex definitione, quam adfert in haec verba: Συγγένεια ἡ τὸ φύσει, νόμῳ δὲ προσγινομένη, οἷον γαμβροὺς πενθερούς, καὶ ὅσοι τὴν οἰκειότητα πρὸς ἡμᾶς ἐκ συνθήκης, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἔχουσι. *Συγγένεια eſt, quae non natura, ſed legitime contracta eſt, vt ſunt generi, ſoceri, et quotquot familiaritate nobis ex pacto aliquo, non neceſſitate, iuncti ſunt.* Quod et ea, quae apud eumdem ſunt, verba perſpicue declarant. Vetus Gloſſa: ADFINIS ἀγχιστεύων, καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής. ADFINIS vocatur *tum confinem fundum habens, tum ex nuptiis nobis propinquus.* ADFINES porro a *cognatis* ita ſeparat Callicratides apud Stobaeum *Cap. LXXXIII.* συγγενέες μὲν, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ

ADF.

αὐτῷ ὅμαιμοι γενόμενοι, ἢ τὰν αὐτὰν ἀρχὰν ἔχοντες ἐκ τῶν καταστειράντων πρώτων τὸ γένος· οἰκεῖοι δὲ ἐπίκτητοι συγγενέες ἀπὸ τᾶς τῶ γάμω κοινωνίας λαμβάνοντες τὰν κατ᾽ ἀρχάν. *Cognati quidem ſunt, eodem ſanguine geniti, vel qui eandem ex maioribus originem ducunt.* ADFINES *autem, quorum neceſſitudo ex nuptiarum coniunctione habet originem.*

☞ ¶. 3. Eſt etiam inter coniuges ADFINITAS. Paull. *Recept. ſent. V, 12, 2. Ei etiam,* inquit, *veluti indigno aufertur hereditas, qui* ADFINEM, *vel cognatum, cui ipſe* AB INTESTATO *ſucceſſurus erat, teſtamentum facere prohibuit, aut ne iure ſubſiſteret, operam dedit.* Quinam vero hi adfines, quibus ab inteſtato ſucceditur, quum adfinitatis iure nulla ſit ſucceſſio? *l. 7. C. commun. de ſucceſſ.* Hinc ab Aniani manu eſſe illud, ADFINEM, Paullumque potius ſcripſiſſe ADGNATVM, ſuſpicatur Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſt. p. 477.* Sed potius coniuges hic eſſe intelligendos, qui ex edicto *vnde vir et vxor* ad ſucceſſionem vocati ſunt, oſtendit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. V, 6.* a quo ſimul docemur, coniuges inter ſe adfines eſſe, ex iuriſconſultorum ſententia: *l. 5. C. de her. inſtit.* immo et ſponſum ſponſamque. *l. 8. D. de cond. cauſſ. dat. l. 38. §. 1. D. de vſur.* HEIN.

¶. 4. ADFINITATE cui iunctum eſſe, *l. 22. D. de procurat.* ADFINITATES, *l. 3. §. 1. D. de poſtul.* ADFINITAS perit, filia mortua. *l. 8. D. de condict. cauſſ. dat. l. 3. §. 1. D. de poſtul.* vbi Mornac.

☞ Conſtans haec fuit veterum opinio, adfinitatem, ſoluto matrimonio, ſolui. Philo *legat. ad Cai. p. 1002.* Δεσμὸς γὰρ εἰκὼν ὀθνείων αἱ ἐπιγαμίαι, τὴν ἀλλοτριότητα εἰς οἰκειότητα συνάγων, ὃ λυθέντος λέλυται καὶ τὰ τῆς κοινωνίας. *Nam connubia familiis externis ſunt pro vinculo, quo ſoluto, ſoluitur et adfinitas.* Euripid. *in Medea.*

Παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων.
Veteres nouis cedunt adfinitatibus.

Cicero *pro Cluent. Cap. LXVII. Diuortia ſunt adfinitatum diſcidia.* Conſ. Iſocrat. *in Aeginet. p. 386.* et Terent. *Hecyr. II, 2. v. 10. IV, 4. v. 14.* Obſeruarunt hoc iam Vinn. *ad §. 6. Inſt. de nupt.* Henr. Bern. Reinold. *Variar. Cap. XXIV.* Ger. Noodt. *Tom. II. Op. p. 495.* et nos id ex inſtituto probauimus in *Comment. ad leg. Iul. et Pap. II, 17, 2. p. 311. ſequ.* vbi ex ea veterum ſententia interpretati ſumus *l. 2. C. Theod. de inceſt. nupt. l. 3. §. 1. D. de poſtul.* Vlpian. *Tit. XI. §. 6.* et *§. 7. Inſt. de nupt.* HEIN.

ADFINITVS, A, VM, *haec conſtitutio* ADFINITVM *modum* (vſurarum) *excedit. l. 17. pr.* ☞ *D. de vſur.* Idem ergo ADFINITVM, ſi Florentinam lectionem ſeruamus, ac definitum: quamuis ſimilem loquutionem alibi obſeruare me, non meminerim. Cuiac. *Obſ. XIX, 8.* hic legit AD FINITVM, idque interpretatur AD SVMMVM, rectius alibi, puta *ad African. l. 64. D. de verb. obl.* AD DEFINITVM *modum.* Quod et Corn. van Bynkersh. *Obſeru. VI, 19. p. 234.* probat. HEIN.

ADFIRMARE quid dicitur actor: *l. 3. §. 12. D. ad exhib.* venditor de mancipio, quod venum habet: *l. 18. pr. D. de Aedil. edict.* itemque de hereditatis ſubſtantia, quam venditurus eſt. *l. 15. D. de hered. vel act. vend.* ADFIRMARE principi. *l. 1. D. de natal. reſtit.* credere ADFIRMATIONI. *l. 5. §. 6. D. de re milit.*

ADF. ADG.

ADFIRMATORES adpellantur, qui idoneos eſſe tutores, in iure adfirmant: quos fideiuſſorum vicem ſuſtinere ait *l. 4. fin. D. de fideiuſſ. tut.* His ſimiles ſunt, quos vulgo *certificatores* vocamus. *Mandator* quoque velut ADFIRMATOR eſſe dicitur. *l. 13. D. de minor.*

ADFIXAE molae, *l. 11. D. de inſtr. vel inſtrum.* ſtatuae, *l. 245. pr. D. de verb. ſign. l. 2. D. de ſepulcr. viol.* ADFIXA armaria. *l. 52. §. 7. D. de legat. III.* ADFIXA aedibus. *l. 17. pr. D. de action. emt.* domus cum omnibus ADFIXIS. *l. 18. §. vlt. D. de inſtr. et inſtrum. leg.*

ADG.

ADGNASCI dicuntur liberi, qui poſt teſtamentum factum ſui heredes naſcuntur. *l. 3. pr. l. 6. pr. l. 13. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 33. §. 1. D. de teſtam. mil. l. 29. D. de manum. teſt.* Separanturque, vt diuerſa, ADGNASCI et SVCCEDERE. *l. 6. pr. D. de iniuſt. rupt. irr.* ADGNASCITVR namque, qui ſuus naſcitur, quemque nemo natiuitatis vel adoptionis tempore antecedit: SVCCEDIT vero, qui ortus ſui tempore ab alio praeuertitur, ſed poſtea, eo de medio ſublato, proximum locum ſubintrat. Vlpian. *tit. XXIII, 3.* ADGNASCITVR *ſuus heres, aut* ADGNASCENDO, *aut adoptando, aut in manum conueniendo, aut in locum ſui heredis* SVCCEDENDO, *velut nepos, mortuo filio, vel emancipato.* Cicero *Lib. I. de Orat. Cap. 57. Numquis ex teſtamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus eſt, hereditatem petit? Nemo. Quia conſtat adgnaſcendo rumpi teſtamentum.* Et ita ADGNASCI dicuntur ſui heredes patri. *l. 3. §. vlt. D. de adgnoſc. et al. lib. l. 2. §. 11. D. ad SC. Tertull.* Nec ii tantum, qui viuo patre eduntur, ſed et qui poſt mortem eius, ADGNASCI dicuntur. *l. 3. D. de iniuſt. rupt. irrit.* Hinc ADGNATIO filii, *l. 1. C. de ord. iudic.* poſtumi vel poſtumae, *l. 22. D. de lib. et poſtum. l. 24. §. 11. et l. 47. pr. D. de fideic. libert. l. 1. C. de poſtum. hered.* ſui heredis. *l. 43. princ. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 19. D. de iure codicill. l. 1. l. 8. pr. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* Etiam QVASI ADGNATIONIS mentio fit. *l. 13. D. de iniuſt. rupt. irr.*

¶. 2. ADGNASCI etiam eſt agnatione iungi, vel adgnatum fieri, vti *l. 7. l. 10. l. 23. D. de adopt.*

ADGNATI, auctore Caio, ſunt, qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti ſunt, quaſi *a patre cognati*, veluti frater, eodem patre natus, fratris filius, neposue ex eo, item patruus, patrui filius, neposue ex eo. *l. 7. D. de legit. tut.* Quam ☞ tamen etymologiam Caii parum probabilem eſſe, oſtendit Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 257.* nec quisquam, credo, ignorat, ADGNATOS, ab agnaſcendo, vel adnaſcendo dictos eſſe. HEIN. Quae lex etſi ex Caii *libro I. Inſtitut.* transſcripta, inſcriptione id ipſum teſtante, dicatur: in eo tamen Inſtit. Caii libro, qui hodie circumfertur, ſub *tit. de inteſtator. hereditatibus Lib. II. tit. VIII. §. 3. et 5.* paullo aliis verbis ADGNATI definiuntur eſſe *per virilem ſexum defuncto propinquitate coniuncti.* Quales eſſe ibidem ait *conſanguineos fratres, ſiue ex eadem matre, ſiue ex diuerſis genitos, item patruum, id eſt, fratrem patris, et fratres patrueles, id eſt, de ſingulis germanis natos. Inter feminas vero ſolam ſororem conſanguineam adgnatam, et germano ſuo defuncto ab inteſtato ei adgnationis iure ſuccedere. Reliquas vero feminas, hoc eſt, amitam, patris*

ſororem,

ADG.

ſororem, vel fratris ſororem, maſculis propinquis adgnationis iure non ſuccedere. At in Collatione legum Moſaic. et Romanar. *Tit. XVI. §. 2.* ex Caii *Inſtit. Lib. III.* haec verba referuntur: *Vocantur autem* ADGNATI, *qui legitima cognatione iuncti ſunt. Legitima autem cognatio haec eſt, quae per virilis ſexus perſonas coniungitur. Ita qui eodem patre nati ſunt, fratres* ADGNATI *ſibi ſunt, qui etiam conſanguinei vocantur, nec requiritur, an matrem eandem habuerint. Item patruus fratris filio, et invicem is illi,* ADGNATVS *eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles; inter ſe, id eſt, qui ex duobus fratribus progenerati ſunt: quos plerique etiam conſobrinos vocant.* Illam vero Caii definitionem, non has poſteriores, Iuſtinianus in ſuas inſtitutiones transſcripſit ſub titulo *de legit. agn. tut.* ¶. 2. ADGNATORVM vtique nomen ex XII. Tabulis manaſſe, Paullus indicat in *l. vlt. §. 2. D. de grad. et adfin.* adeoque parum ſolida eſt V. C. Iac. Perizonii obſeruatio, qui in *Diſſert. de lege Vocon. p. 199.* hoc diſcrimen ADGNATORVM et *cognatorum* a praetore demum inuentum exiſtimat, quum tamen ideo potius bonorum poſſeſſiones inueniſſe praetores ſciamus, quod iuſto arctioribus limitibus propinquorum ſucceſſiones incluſiſſent decemuiri. *§. 2. in fin. Inſt. de bonor. poſſeſſ.* HEIN. Porro Paullus *ibidem*: ADGNATOS, ait, *eſſe per patrem cognatos ex eadem familia. Qui autem per feminas tantum, coniungantur, cognatos nominari*: additque *inter* ADGNATOS *et* COGNATOS *hoc intereſſe, quod inter genus et ſpeciem. Nam qui* ADGNATVS *ſit, et* COGNATVM *eſſe: non vtique autem, qui cognatus ſit, et adgnatum eſſe. Alterum enim* CIVILE, *alterum* NATVRALE *nomen eſſe.* Idem *Lib. IV. Recept. Sent. tit. VIII. §. 14*: *Inter* ADGNATOS, inquit, *et* COGNATOS hoc intereſt, quod in ADGNATIS *et cognati continentur: inter cognatos vero* ADGNATI *non comprehenduntur. Et ideo patruus et adgnatus eſt, et cognatus: auunculus autem cognatus tantummodo.* Vlpianus *Libro Regul. tit. XXVI. §. 1.* ADGNATOS interpretatur *cognatos virilis ſexus, per mares deſcendentes, eiusdem familiae.* Idem Vlpianus *tit. XI. §. 4.* ADGNATI *ſunt a patre cognati virilis ſexus, per virilem ſexum deſcendentes, eiusdem familiae, veluti fratres, filii fratris, patrui, patrueles.* Vtrobique autem Vlpianus addit: *eiusdem familiae*, vt excluderet emancipatos, qui tametſi ſunt a patre cognati, virilis ſexus, et per virilem ſexum deſcendentes, tamen inter ADGNATOS non cenſentur, quia non ſunt amplius in familia. *l. 195. §. 2. D. de verb. ſignif.* HEIN. Porro Modeſtinus in *l. 5. pr. D. vnde legitimi*: *Inter* ADGNATOS, inquit, et COGNATOS *hoc intereſt, quod in* ADGNATIS *et cognati continentur; in cognatis non vtique et agnati. Verbi gratia, patris frater, id eſt, patruus, et adgnatus eſt, et cognatus, matris autem frater, id eſt, auunculus, cognatus eſt, adgnatus non eſt.* Vetus Gloſſarium: ADGNATVS ὁ ἀπὸ ἀῤῥενικοῦ γένους. *id eſt, qui ab eodem virili ſtemmate.* Vnde et ADGNATI eſſe deſinunt, familia mutata. *l. 3. pr. D. de capit. minut.* Ergo inde patet, cur ADGNATIONIS *legitimum ius a cognationis neceſſitudine* diſtinguat B. Ambroſius *Lib. VIII. Epiſt. LXVI.* ¶. 3. ADGNATI quando de furioſis agitur, curatorum loco ponuntur. *l. 12. D. de curat. furioſ. l. 2. C. eod. l. 1. §. vlt. D. de nouat. l. 3. §. 1. D. de tutel. l. 13. D. de manumiſſ. l. 65. D. de ſolut. l. 10. §. 1. D. de alienat. iudic. mut. l. 27. v. ſin autem teſtamentum. C. de epiſcop. audient.* ¶. 4. ADGNATA etiam *gregis* vel *armenti* dicuntur, quae ex pecoribus naſcuntur, et gregi accedunt. *l. 68. §. 2. D. de vſufr. l. 10. §. 3. D. de iure dot.* Eodemque ſenſu ADGNATA *ex mancipiis*, *l. 41. §. 10. D. de legat. III. l. 21. D. de opt. leg. l. 28. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Sic ADGNATVS *foetus*, vel *partus*, in *l. 1. §. 11. D. ſi is qui teſtam. lib.* et ADGNATA *res*, in *l. 4. §. 15. D. de furt.*

ADGNOSCERE, pro ſuſtinere, ſubire, ſuſcipere. Sic ADGNOSCERE quis dicitur *aes alienum*: in *l. 35. §. 1. D. de hered. inſtit. cibaria*: in *l. 11. §. 1. D. ad exhib. damnum*, in *l. 54. pr. D. loc. l. 21. §. 2. D. de adpellat. impenſas*, apud Paull. *Recept. Sent. V, 10. 2. munus* vel *munera*, id eſt, iis fungi: *l. 3. §. 6. l. 9. et l. vlt. §. 22. D. de munerib.* porro *officium*: in *l. vlt. §. vlt. D. ad municipal. l. 3. C. de ſuſp. tut.* nec non *onus aeris alieni*: in *l. 35. §. 1. D. de hered. inſt. l. 34. §. 2. D. de legat. III.* item *onus hereditatis*, vel *hereditarium* in *l. 88. §. 2. D. de legat. II. l. 2. C. de hered. action. onus alimentorum*, in *l. 15. pr. D. de alim. et cib. leg.* denique *onus vſurarum*: in *l. 54. pr. D. locat. partem dimidiam* damni, in *l. 52. §. 4. D. l. 63. §. 8. D. pro ſocio. periculum*: in *l. 13. l. 36. §. vlt. D. ad municipal. l. 3. C. de ſuſp. tut. l. 2. §. 11. D. de adminiſtr. rer. l. 3. §. 5. D. qui pet. tut.* Paull. *Recept. Sent. I, 4, 3. penſitationes* publicas: in *l. vlt. C. ſine cenſu et reliqu. poenam*: in *l. 55. D. pro ſoc. ſumtum* litis: in *l. 5. §. 12. D. commod. l. 32. §. 15. D. de vſufr. tributa*: vt in *l. 1. C. ſine cenſu et reliqu. tributiones*: vt in *l. vlt. §. 23. D. de mun. et hon.* vſuras: in *l. 7. §. 12. l. 9. §. 4. D. de admin. et peric. tut. l. 30. D. de petit. hered. vectigal* publicum. *l. 2. §. 16. D. de hered. vel act. vend.* ¶. 2. ADGNOSCERE pro admittere, adire, amplecti. Sic ADGNOSCERE bona, *l. 6. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 50. §. 2. D. de legat. I.* hereditatem, *l. 58. D. ſolut. matrim. l. 12. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. D. de bon. poſſeſſ. furioſ. l. 15. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 1. l. 2. C. de iur. deliber.* partes inſtitutionum, *l. 41. §. 4. l. 45. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 9. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* portionem ſibi datam, *l. 10. §. 3. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 79. D. ad SC. Trebell.* ſucceſſionem, *l. 88. D. de adquir. vel omitt. her. l. 2. C. de legit. hered. l. 4. C. de poſtlim. reuerſ.* Denique ADGNOSCERE et *repudiare* aduerſantur. *l. 2. D. de adqu. vel omitt. her. l. 11. D. de auct. et conſ. tut. vel cur.* ¶. 3. ADGNOSCERE dicitur *legatum*, qui illud vult ad ſe pertinere, vt loquuntur ICti *l. 31. D. de bon. libert. l. 12. pr. D. de inoffic. teſt. l. 6. C. de legat. l. 59. D. de legat. II. l. 8. §. 1. et 2. D. de bon. libert.* partem eius rei, quae *legata* eſt. Paull. *Recept. Sent. III, 6, 12.* quod ſibi *relictum* eſt. *l. 92. D. de condit. et demonſtr.* Ceterum ADGNOSCERE legatum et REPELLERE opponuntur. *l. 81. §. 1. D. de legat. I.* ¶. 4. ADGNOSCERE porro dicitur *bonorum poſſeſſionem*, qui illam accipit. *l. 3. §. 15. D. de Carbon. edict. l. 1. §. 2. et l. vlt. D. de bon. poſſ. ſecund. tab. l. 6. §. 1. D. de adquir. vel omitt. her. l. 3. l. 7. C. qui admitt. l. vn. C. quand. non pet. l. 1. C. vnde legitimi. l. 1. l. 3. l. 12. C. de iure delib. l. 1. C. quor. bon. l. vlt. D. de ventr. in poſſ. mitt.* ¶. 5. ADGNOSCIT quis *iudicium* defuncti, qui voluntatem teſtatoris *probat*, vel *comprobat*: vt eſt in *l. 31. §. 4. D. de inoff. teſt.*

ADG.

teſt. l. 8. §. 1. C. eod. l. vlt. pr. D. eod. Haec notio verbi ADGNOSCERE occurrit in *l. 8. §. 10. l. 23. §. 1. D. de inoff. teſtam. l. 2. l. 8. §. vlt. de bon. libert.* quemadmodum eodem ſenſu ADGNOSCERE *quis voluntatem* dicitur *l. 45. D. de fideicomm. libert. l. 6. C. de inoff. donat.* ADGNOSCERE autem teſtamentum, vt a querela inofficioſi repellatur, videtur, qui quale quale iudicium defuncti comprobat. *l. vlt. D. de inoff. teſtam.* Itaque non tantum, qui in teſtamento adſcripſerit, poſt mortem patris conſentire ſe, ſed et, qui alias voluntatem probauerit, veluti ſi ex teſtamento legatum petenti aduocationem praebuerit, procurationemue ſuſceperit, vel quod ſibi ex teſtamento, conditionis implendae cauſſa, ab herede, vel legatario, datum fuerit, ſciens ceperit, legatumue ex teſtamento ſibi non adſcriptum petierit, ADGNOVISSE erit exiſtimandus. *l. 8. pr. D. l. 12. §. vlt. l. pen. et l. vlt. pr. D. de inoff. teſt.* Sed et ſi hereditatem ab heredibus ſcriptis emerit, vel res ſingulas, ſciens eos heredes eſſe, aut conduxerit praedia, aliudue quid ſimile fecerit, vel ſoluerit heredi, vel ab alio ſibi legatam rem, quam ille ex teſtamento conſequutus erat, acceperit, videbitur ADGNOVISSE. *l. 23. §. 1. l. penult. §. vlt. D. eod.* Debitor quoque ancillam ſuam, pignori obligatam, manumittere rogatus, ADGNOVISSE defuncti creditoris voluntatem videtur, ſi ab herede conuentus vſus eſt exceptione, vel alias voluntatem ſuam oſtendit. *l. 45. D. de fideic. libert.*

¶. 6. ADGNOSCERE *tutelam* filio delatam pater videtur, ſiue geſſit, ſiue gerenti filio conſenſit, ſiue omnino tutelam attigit, non etiam ſi monuit ſolum. *l. 7. D. de tutel.* ¶. 7. ADGNOSCERE pro fateri, vel recognoſcere, item adquieſcere in qua re. Sic ADGNOSCERE quis dicitur, quod actum eſt: bonam fidem, *l. 9. §. 6. D. de administr. et peric. tut. l. 4. C. de non num. pecun.* debitum, *l. 46. pr. D. de adm. et peric. tut. l. 2. C. ad SC. Maced. l. 16. et l. 44. pr. D. de adminiſtr. et peric.* fidem, *l. 2. C. de commod.* filium, *l. 6. D. de his, qui ſui.* fugitiuum ſeruum, *l. 1. §. 8. D. de fugit.* Paull. *Recept. Sent. I, 6, 7.* honorem, *l. 5. §. vlt. D. de iure immun. l. 1. C. de his, qui ſponte.* inſtrumentum, *l. 11. D. de except.* liberos, *rubr. de adgnoſc. et alend. l. 29. D. de manum. teſt. l. 9. D. de Carbon. edict.* Sueton. *Auguſt. Cap. LXV. Ex nepte Iulia poſt damnationem editum infantem* ADGNOSCI *alique vetuit.* Exſtant apud eundem *in Iulio Cap. XLVI.* et *in Claud. Cap. XIV.* nec non apud Valer. Max. *Lib. IX. Cap. vlt. ex. 3.* huius loquutionis exempla. Apud Plinium certe *Lib. X. Epiſt. 77. de liberis cognoſcendis* pro adgnoſcendis vitioſe ſcriptum videtur. Dicuntur porro ADGNOSCI nepotes *l. 5. C. de nupt.* noxa ſerui, *l. 3. §. 7. D. ad exhib.* partus, *l. 1. §. 4. D. de adgnoſc. et al. lib.* pietas, *l. 3. C. de patr. pot.* ſententia, *l. 10. §. vlt. D. quand. adpell. l. 10. §. vlt. l. 17. pr. D. de adpellat.* ſeruus, *l. 3. §. 7. D. ad exhib.* ſigna, *l. 17. D. teſtam. quemadm. aper.* Paull. *Recept. Sent. IV, 6, 1.* ſocius, *l. 63. §. 8. D. pro ſocio.*

¶. 8. ADGNOSCERE pro cognoſcere, vel intelligere. Sic AGNITA *fraude. l. 32. §. 4. D. de adm. et peric. tut.*

ADGREDI, prouocare, inuadere. *l. 1. §. 11. D. ſi quadr. pauper. fec.* ADGREDI eum ferro, *l. 28. §. 10. D. de poen.* ¶. 2. ADGREDI accuſationem, *l. 2. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* collegam. *l. 1. §. 9. D. de magiſtrat. conuen.*

ADG. ADH.

ADGRESSOR, qui alterum inuadit. *l. 1. §. 35. D. ad SC. Silan. l. 2. C. ad leg. Corn. de ſicar.* ¶. 2. ADGRESSORES etiam vocantur praedones et raptores. *l. 3. §. 3. D. de incend. ruin. naufr.* et apud Paull. *Recept. Sent. V, 3. 4.*

ADGRESSVRA impetum praedonum ac latronum ſignificat. *l. 6. C. de pignoratit. act. l. 12. C. de locat. et cond. l. 4. §. 1. D. fam. ercisc. l. 3. §. 4. D. de SC. Silan. l. 5. §. 2. D. de re milit. l. 7. D. ad leg. Pompei. de parricid.* Quo verbo et Apuleius *Lib. VII. de aſino aur. p. 190. edit. Elmenhorſt.* vſus eſt, immo et Zeno Veronenſ. *de reſurrect. p. 415. Confitetur* ADGRESSVRAE *tempus.* HEIN. ADGRESSVM dicit Vlpianus *in l. 17. §. 7. D. ad SC. Trebell.*

ADH.

ADHAEC, particula, continuans orationem, vt in *l. 1. §. 1. C. de annal. except.* HEIN.

ADHAERENTIA membro armaria: *l. 52. §. 7. D. de legat. III.* Quae religioſis ADHAERENT. *l. 43. D. de rei vindic.*

ADHIBERE aggerem, vel aliam munitionem, *l. 1. §. 7. D. ne quid in flum. publ.* amicos, *l. 21. D. de vſur.* concubinam, *l. vlt. §. vlt. D. de diuort.* curam, *l. 3. §. 4. D. de offic. praef. vigil.* diligentiam, *l. 11. D. de peric. et comm. rei vend. l. 1. §. 1. D. de obl. et act.* diſtinctionem, *l. 11. D. de his, quae vt indign.* dolum, *l. 17. D. ſol. matr. l. 6. C. commun. vtriusqu. iud.* et apud Paull. *Recept. Sent. I, 8, 2.* fideiuſſores, *l. 10. l. 14. §. 8. D. quod met. cauſſ.* fraudem, *l. 11. D. de his quae vt indign. l. 43. §. 3. D. de furt. l. 1. C. de peric. tut.* interpretationem, *l. 5. D. de incend. ruin. naufrag.* medicum, *l. 31. §. 12. D. de Aedil. edict.* menſorem, *l. 1. §. 1. l. 3. §. 4. D. ſi menſ. falſ. mod.* metum, *l. 10. l. 14. §. 3. 8. D. quod met. cauſſ.* et apud Paull. *Sentent. I, 8, 2.* moram, *l. 17. D. de peric. et commod. l. 60. D. pro ſocio.* mulierem ad ſatisdandum, *l. 8. §. 1. D. qui ſatisd. cog.* nautas, *l. 1. §. 1. D. de exercit. act.* obſtetrices, *l. 1. §. 4. et 5. D. de ventr. inſp.* patronos, *l. 12. D. de publ. iudic.* poenam, *l. 1. §. 3. D. de ventr. inſp.* preces, *l. 2. §. vlt. D. de precar.* rationem, *l. 2. §. 2. D. qui pet. tut.* remedium, *l. 1. §. 13. D. de non. op. nunc.* vim, *l. 12. §. vlt. l. 14. §. 3. D. quod met. cauſſa.* ¶. 2. ADHIBERI dicuntur auctoritas, *l. 2. D. de auct. et conſenſ. tut.* cautio, *l. 1. D. furti adu. naut.* conſilium, *l. 15. §. vlt. D. de manum. vind.* cuſtodes, *l. 14. D. de offic. praeſ.* diſtinctio, *l. 95. §. 5. D. de ſolut. l. 1. C. quib. ad libert.* dolus, *l. 5. C. de inutil. ſtipul.* duae partes decurionum, *l. 3. D. de decret. ab ord. fac.* fides, *l. 1. pr. D. de quaeſtion. l. 7. D. mand.* fideiuſſor, *l. 16. D. vt legat. ſeu fideicomm. l. 3. C. de his qui accuſ. l. 6. §. 2. l. 8. §. 7. l. 29. §. vlt. D. de fideiuſſ. l. 10. pr. D. quod met. cauſſ. l. 25. §. vlt. D. de recept. arbitr.* manus, *l. 9. pr. D. quod met. cauſſ. l. 51. pr. D. ad leg. Aquill.* menſor, *l. 3. §. 4. D. ſi menſ. falſ. mod.* metus, *l. 14. §. 5. D. quod met. cauſſ. l. 5. C. de inutil. ſtip.* modus et opera, *l. 137. §. 3. D. de verbor. obl.* nautae, *l. 1. D. furti adu. naut.* ordo, *l. 14. §. 5. D. de mun. et honor.* preces, Paull. *recept. Sent. V, 6, 12.* quaeſtio, *l. 1. §. 5. D. de quaeſt.* Paull. *Sent. V, 14, 1.* remedium. *l. 23. C. famil. ercisc. l. 27. §. 3. D. de rei vind.* reſciſſio, *l. 3. §. 5. D. de bon. poſſ. contr. tab.* teſtes, *l. 14. l. 15. pr. D. de teſtib. l. 18. pr. l. 20. l. 21. l. 27. l. 30. D. qui teſt. fac. poſſ.*

l. 14.

Digitized by Google

ADH. ADI.

l. 14. D. de reb. dub. l. 22. D. de fideicomm. Paull. *Recept. Sent. V, 25, 6.* ad teſtimonium: *l. 15. pr. D. de teſt.* ad ſcribenda teſtamenta: *l. 3. l. 5. C. de his, qui ſib. adſcr.* in cauſſis: *l. 1. §. 1. D. de teſtib. l. 5. C. eod.* tormenta: *l. 18. §. 2. D. de quaeſt.* Paull. *Sent. V, 14, 1.* tutor: *l. 1. pr. D. quod falſ. tut.* verbera. *l. 16. §. 20. D. de poen.* vis. *l. 5. C. de his, quae vi l. 1. §. 20. D. de SC. Silan.* ¶. 3. ADHIBERI praeterea dicitur is, cuius nomen ſtipulationi inſeritur vel adiicitur, vt loquitur *l. 98. §. 5. D. de ſolution.* Sic ADHIBERI, qui ſtipulentur. *l. 33. D. ſolut. matrim. l. 72. §. 2. D. de iure dot. l. 11. D. de dat. praeleg.* ADHIBERE heredem fratri, id eſt, adiicere. *l. 85. D. de hered. inſt.* ADHIBERE fraudem verbis, *l. 43. §. 3. D. de furt:* ADHIBITIO conuiuii, apud Cai. *Inſt. Lib. I. tit. I. §. 2.*

ADHVC, hue vſque. ADHVC tutor, *l. 16. de tutel. et ration.* cui opponitur QVONOAM *tutor.* ¶. 2. ADHVC, pro nihilominus, ADHVC *erit dicendum:* in *l. 14. §. 2. D. de alim. et cib. legat.* ADHVC tamen benigne quis dixerit: *l. 1. pr. D. vt in poſſeſſ. legat.* ADHVC tantumdem dicit. *l. 8. §. 5. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* ¶. 3. ADHVC *peruenire*, id eſt, eo, huc, vel ad hoc. *l. 1. pr. D. de pecul.* niſi forte legendum ſit *ad hoc* vel eliſa praepoſitione HVC. Inſolitus ſane, ac fere ſine exemplo eſt talis huius aduerbii vſus. HEIN.

ADI.

ADIACENS poſſeſſio ſuburbana, id eſt, propius ſita. *l. 41. §. 6. D. de legat. III.*

ADIECTVS, id eſt, additus, adiunctus. Sic ADIECTVS *heres* eſt coheres. *l. 7. l. 32. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 78. fin. l. 85. D. de hered. inſtit.* ADIECTO nomine: *l. 25. §. 6. D. de vſufr. adcreſc.* ADIECTA filiae perſona experiri: *l. 7. D. de pact. dot.* id eſt, adiuncta, *l. 2. §. 1. D. ſol. matr.* ADIECTVS *obligationi, ſiue in conſtituto, ſiue in ſtipulatione*, quem petitionem non habere conſtat: *l. 7. D. de pec. conſt.* licet ei vtiliter ſolui poſſit. *l. 10. D. de ſolut.* ¶. 2. ADIECTVM, id eſt, auctum. ADIECTVM *pretium. l. 19. D. de in diem addict.* ¶. 3. ADIECTVM, pro eo, quod admouetur, vel adigitur. Sic ADIECTVS *culter*, id eſt, adactus. *l. 11. D. ad leg. Aquill.* Veteres et CONIECTVM cultrum dixiſſe, pluribus docet Io. Fridr. Gronou. *Obſeru. I, 13. p. 113. ſequ.* Sic et ADIICERE *telum*, pro adigere, dixit Iul. Caeſar *de bello Gall. II, 21.* HEIN.

ADIECTIO pro incremento et additamento ad primum pretium. *l. 15. l. 17. D. de in diem addict. l. vlt. D. de iur. fiſci. l. 1. C. de vendend. reb. ciu.* Sic ADIECTIO prima, ſecunda, tertia: *l. 11. D. de in diem addict.* ſuperior et poſterior: *l. 17. D. eod. tit.* Hinc illa: ADIECTIONEM ſeu ADIECTIONES admittere: *l. 11. §. 5. D. de in diem addict. l. 21. §. vlt. D. ad municipal.* ADIECTIONE ſuperari. *l. 35. D. de minor.* ADIECTIO autem dicitur FIERI, *l. 17. l. 19 D. de in diem addict. l. 41. pr. D. de rei vind.* facta vero ADMITTI, *l. 4. §. 1. D. de in diem addict.* vel RECIPI. *l. 10. D. eod. tit.*
¶. 2. ADIECTIO, qualibet adiunctio. Hinc: *ſine vlla* ADIECTIONE, *l. 7. §. vlt. D. de ſtipul. ſeru.* ADIECTIO abſentis, *l. 126. §. 2. D. de verb. obl.* alterius materiae, *l. 35. §. 2. D. de contrah. emt.* diei, *l. 15. D. de damn. inf.* domicilii, *l. 11. D. de ſenator.*

ADI.

dominorum, *l. 11. D. de ſtipulat. ſeru.* hominum, *l. 7. §. 3. D. de bon. damn.* nominis, *l. 126. §. 2. l. 7. §. 1. D. de ſtip. ſeru.* perſonae, *l. 12. D. de oper. libert.* Stichi, *l. 1. §. 5. D. de verb. oblig.* ſummae, *l. 14. D. de ann. legat.* temporis, *l. 34. D. de manum. teſt.* tituli, vbi adiectio eſt adfixio. *l. 3. C. de bon. vacant.* vicini. *l. 5. D. comm. praed.* ¶. 3. ADIECTIO ſpeciatim pro adſcripta conditione accipitur. *l. vlt. §. vlt. D. de manumiſſ. teſt.* ¶. 4. Immo et pro omni clauſula. *l. 13. pr. D. de hered. inſt. l. 30. §. 1. D. de legat. I. l. 192. D. de verb. ſignif. l. 6. §. 1. D. de pecul. leg. l. 4. C. de vſur. l. 13. l. 67. l. 69. D. de hered. inſtit. l. 81. §. 4. l. 108. §. 8. D. de legat. I. l. 46. D. de legat. III. l. 22. §. 1. D. de alim. et cibar. leg. l. 169. D. de verb. ſign. l. 40. §. 7. D. de ſtatulib. l. 6. §. 6. D. de negot. geſt.*

ADIGERE iureiurando, *l. 6. pr. D. de iure patron. l. 31. D. qui et a quib. manum.* quod alibi eſt ADIGERE ad iurandum, *l. 15. D. de iure patron.* vel ADIGERE iusiurandum, *l. vlt. pr. D. qui et a quib. man.* vel ADIGERE ad iusiurandum *l. 5. C. de reb. cred.* Ceterum ADIGERE *iusiurandum* eſt elliptica loquutio, veteribus frequentiſſima. Supprimitur enim praepoſitio AD, iam in verbo latitans. Liu. *Lib. XLIII. Cap. 15. Cenſores ita iusiurandum* ADIGEBANT. Caeſ. *de bell. ciuil. I, 76. Ipſe idem iusiurandum* ADIGIT *Afranium.* Et *Lib. II. Cap. 18. Prouinciam omnem in ſua et Pompeii verba iusiurandum* ADIGEBAT. Latinam ergo eſſe phraſin, nemo negauerit. HEIN.

ADIICERE abſolute, pro ad pretium aliquid addere. et pluris liceri. *l. 7. D. de in diem addict.* ADIICERE pretium, *l. 19. D. de in diem addict.* et pretio decem vel quina. *l. 17. D. eod. tit.*
¶. 2. ADIICI dicitur is, cuius perſona non adquirendae obligationis, ſed ſolutionis cauſſa, ſtipulatione comprehenditur. Quod fit, quum quis ſibi aut Titio ſtipulatur. Nam Titii perſona in hoc tantum adiicitur, vt ei recte ſoluatur. *l. 95. §. 5. l. 98. §. 5. D. de ſolut. l. 56. §. 2. et l. vlt. §. vlt. D. de verbor. obl.* Vnde qui ſolutionis tantum gratia adhibetur, ADIECTVS adpellatur. *l. 59. D. de ſolut. l. 28. pr. D. de ſtipulat. ſeru.* Libertus tamen operarum nomine ita iurando: PATRONO, AVT LVCIO TITIO, ſoluere Lucio Titio non poteſt, vt a patrono liberetur. *l. 10. §. 1. D. de oper. lib.* Sed ſi libertatis cauſſa pecuniam promittat libertus egenti patrono, aut Titio: omnimodo ADIECTIO Titii valet. *l. 12. D. eod. tit.* HEIN. ¶. 3. ADIICI etiam dicitur, qui coheres alicui datur, et adiungitur. *l. 7. D. fam. erciſc. l. 78. §. 1. l. 89. D. de hered. inſtit. §. vlt. Inſt. de legat.*
¶. 4. ADIICI etiam dicitur conditio hereditati, vel legato, *l. 14. D. de condit. inſtit.* poſſeſſio, *l. 16. D. de adquir. rer. dom.* tempus in teſtamento, *l. 17. D. de reg. iur.* vſurae ſorti. *l. 24. pr. D. de legat. III.*

ΑΔΙΚΙΑ. Paullus apud *Pariatorem legum Moſ. et Rom. tit. II. §. 5. Generaliter dicitur iniuria omne, quod non iure fit. Specialiter alia eſt contumelia, quam Graeci* ΑΔΙΚΙΑΝ *vocant: nam quum Praetor noſter aduerſum nos pronunciaret, iniuriam nos accepiſſe dicimus. Vnde adparet, non verum eſſe, quod Labeo putabat, apud Praetorem iniuriam ὕβριν duntaxat ſignificare.* Sed hunc locum mendoſum eſſe, omnes fatentur. ●Nam contumelia non eſt ἀδικία, ſed ὕβρις. Hinc pro ἀδικία αἰκία reſcribit Salmaſ.

Salmaſ. *de mod. vſurar. Cap. XVII.* Contra textum verborum traiectione ſanare ſtudet Herald. *Obſeru. et Emend. Cap. XLVI.* Denique aliqua omiſſa, et ex *pr. Inſt. de iniur.* ſupplenda eſſe, monent Pithoeus *in not. ad Pariat. ibid.* et Schulting. *Iuriſpr. vet. ante iuſtin. p. 738.* Sed mihi amplectenda omnino videtur emendatio Barthii *Aduerſ. XXX, 20.* qui totum illum locum ita reſtituit: *Generaliter iniuria dicitur omne, quod non iure fit. Specialiter alia eſt contumeLIA,* (id eſt ex geminationis lege: *alia eſt contumelia, alia,*) *quam Graeci ἀδικίαν vocant.* Sane praecedens ALIA etiam ſequens manifeſto poſtulat: et ſic ſenſus omnino planus et perſpicuus eſt. HEIN.

ADIMERE quis dicitur actionem, *l. 2. D. de pignor. act. l. 1. §. 2. de arb. caed.* ciuitatem, *l. 6. pr. D. de interd. et releg.* facultatem, *l. 73. D. de donat. l. 16. C. de diſtract. pign.* honorem, *l. 8. C. de decurion.* iuriſdictionem mandatam, *l. 6. §. 1. D. de offic. proconſ.* legata, *l. 5. D. de leg. Corn. de falſ.* libertatem, *l. 26. C. de liber. cauſſ.* partem bonorum, *l. 4. D. de interd. et releg.* peculium filio vel ſeruo, *l. 45. l. 53. D. de pecul. l. 1. §. 1. D. de in rem verſ. l. 38. pr. D. de act. emti. l. 31. §. 2. D. de donat.* pecuniam, *l. 7. C. ſoluto matrim.* ſpem libertatis, *l. 9. pr. D. de ſtatulib.* vim. *l. 4. D. de publican.*

¶. 2. ADIMI dicitur actio, *l. 2. §. 1. D. ſolut. matrim.* arbitrium, *l. 10. §. 1. D. de manum. teſtam.* bona, *l. 8. §. 3. D. de bon. damnat. et l. vlt. §. 2. D. de bon. cor. l. 8. C. de inoffic. teſt.* electio, *l. 3. C. de duob. reis.* hereditas, *§. 2. Inſt. de codicill. l. 17. §. 2. D. de teſtam. milit. l. 13. §. 1. D. de liber. et poſtum. l. 2. C. de codicill.* legata, *rubr. de adim. legat.* libertas, *l. 10. §. vlt. l. 59. D. de manumiſſ. teſtam. l. 50. D. de fideic. lib. l. 13. C. de teſtam. manum. l. vlt. §. 1. D. de adim. leg.* Vlpian. *Regular. tit. II. §. 12.* peculium, *l. 37. §. 7. D. de admin. et peric. tut. l. 26. §. 2. D. de condict. indeb. l. 3. C. de ſolut.* perſequutio, *l. 1. C. ſi antiqu. cred. pign.* poteſtas, *l. 10. C. de fideicomm.* via, *l. 11. D. de ſeruit.* vita et ciuitas. *l. 1. pr. D. de bon. damn.* ¶. 3. Vetus Gloſſarium: ADEMTA *dicuntur legata illa, quae teſtator ademit legatario, voluntate mutata.* Aliquando res vi ADEMTA dicitur. *l. 31. D. de act. emt.* BONA quoque ADIMVNTVR, quae a fiſco eripiuntur, veluti deportatis, *l. 5. C. de ſentent. paſſ.* in exſilium datis, *l. 3. C. ſi pend. adpell.* et relegatis, *l. 57. §. vlt. D. de admin. et peric. tut.* Aliquando et pars bonorum ADIMEBATVR. *l. 38. §. 8. D. de poen. l. 1. C. de fideiuſſ. l. 11. §. 3. D. ad leg. Falcid.* ADEMTA *loca militi reperimus l. 7. C. de ſent. paſſ.* ¶. 4. Idem vſus ſubſtantiui ADEMTIO. Hinc ADEMTIO bonorum, *l. 1. pr. D. ſi pend. adpell. l. 20. D. de accuſat. l. 3. §. 5. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 20. C. de fideiuſſ. l. 3. C. de ſent. paſſ.* legatorum, *l. 14. pr. D. de iure codicill. l. 33. D. de legat. I. l. 14. pr. l. 26. pr. D. de adim. leg.* libertatis, *l. 13. §. vlt. D. de ſtatulib. et rubr. de ademt. libertat.* vſus. *l. 14. §. 1. D. de vſu et habitat. l. 74. D. de adquir. vel omitt. hered.*

ADIMPLERE, ſatisfacere, vel ſoluere. *l. 43. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. vlt. §. 3. C. de teſtam. manum. l. 4. C. de conuen. fiſci debit.* ¶. 2. ADIMPLERE fidem. *§. vlt. Inſt. de fideic. hered.* ADIMPLERE venditionem dicitur emtor. *l. 57. pr. D. de contrab. emt.*

ADIPISCI, pro conſequi, pro quo aliquando APISCI ſcribitur. Vid. infra APISCI. Sic

ADIPISCI ciuitatem: *l. 4. D. de captiu. et poſtl.* ADIPISCI dominium: Vlpian. *tit. XIX. §. 8.* honores: *l. 3. §. vlt. D. de decurion.* iuſtam cauſſam: *l. 7. C. de adquir. et retin. poſſ.* libertatem: *l. 13. §. 2. D. de manum. teſt. l. 4. pr. D. de manumiſſ.* procurationem vrbicam beneficio principis. *l. 11. §. 2. D. de minor.* ¶. 2. ADIPISCI paſſiue. *§. 4. Inſt. de legat.* Sed verba: *Quae* ADIPISCI *non poteſt* abſunt a plerisque MSSC. nec a Theophilo exprimuntur. Neque tamen ſine exemplo eſt, deponentia paſſiue vſurpari etiam a melioris aetatis auctoribus, ceu ex inſtituto demonſtrarunt Leonin. *Emend. IX, 10.* Scip. Gentil. *Parerg. I, 18.* Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 328. 333. 349.* Ipſo ſane verbo ADIPISCI παθητικῶς vtitur Plaut. *Trinum. II, 2. v. 88.*

Non aetate, verum ingenio, ADIPISCITVR *ſapientia.*

HEIN.

ADIRE hereditatem, eſt amplecti hereditatem, vel ad eam accedere, et, vt Graeci dicunt προσελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ, vel vt Lucianus *in Gallo Tom. II. p. 168.* παρελθεῖν εἰς τὴν οὐσίαν. Proprie autem ADIRE extranei dicuntur, qui alias heredes non ſunt: vti ſui IMMISCERE ſe. Ideoque haec ſeparantur in *l. 3. §. vlt. cum leg. ſequ. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. 7. §. 9. D. de minor.* ADIT hereditatem, qui verbis, vel facto aliquo, bona, ſe mortui adprehendere, hereditatem admittere, eamque ad ſe pertinere velle, teſtatur. Isque in eamdem ſententiam et SVAIRE *hereditatem* dicitur a Paullo in *l. 181. de reg. iur.* Immo et OBIRE *hereditatem* dixit Cicero *Agrar. I. Cap. 3.* HEIN. Similiter veteres vſurpant phraſes: ADIRE *bona*, in *l. 1. C. de teſt. mil.* ADIRE *nomen*, vt Vellei. Paterc. II, 60. de Octauio loquens, quem Caeſar teſtamento adoptarat, nomenque ſuum ferre iuſſerat. Immo et ADIRE *teſtamentum*, vt Ambroſ. *in Pſalm. CXVIII.* Conf. Cuiac. *Obſ. VII, 18.* HEIN. ¶. 2. ADIRE, quemadmodum Paullus ex Feſto notat, interdum ſignificat accedere, vt, quum dicimus: ADIRE arbitrum, *l. 21. §. 8. D. de recept. arbitr.* competentem iudicem, *l. 5. §. 2. 3. 4. 5. D. de adpell. rec. l. 22. §. 8. D. ſolut. matr. l. 2. C. de excuſ. tut. l. 12. §. 4. C. de liber. cauſſ. l. 1. C. qui pet. tut. vel cur. l. vlt. C. de crim. ſtell. l. 6. C. de pact. int. emt. et vend. l. 1. C. de praed. min.* conſules, *l. 50. D. de condit. et dem.* hos, quorum de ea re notio eſt, *l. 5. §. 16. D. vt in poſſeſſ. legat. cauſſ. l. 4. C. de diſtr. pign.* hunc, qui prouinciae praeeſt, *l. 8. l. 9. D. de offic. praeſ.* iudicem, *l. 2. C. vbi de crim. l. 7. l. 16. C. famil. ercisc. l. 9. C. ſi cert. pet. l. 9. C. de condict. ob cauſſ. dat. l. 7. C. de teſtam. tut. l. 18. C. de probat. l. 59. §. vlt. ad SC. Trebell.* Praefectum vrbi, *l. 1. §. 10. l. 2. D. de offic. praef. vrb.* Praeſidem prouinciae, *l. 1. §. vlt. D. de requ. et abſ. l. 3. D. de fugitiu. l. 3. C. de nox. act. l. 20. D. de min. l. 1. C. de ord. iudic.* et paſſim alibi. Praetorem, *l. 5. §. vlt. D. depoſ. l. 11. §. 2. l. 20. pr. D. de min. l. 7. §. 1. D. de reb. eorum, qui ſub tut. l. 11. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 30. §. 5. et 9. D. de fideic. libert. l. 5. D. de min. l. 3. §. 2. D. de lib. cauſſ. l. 5. C. de bon. proſcript. et paſſim,* Principem, *l. 2. §. vlt. D. ſi ingenuus eſſe dic. l. 5. §. 1. D. de adpell. recip. l. 24. pr. D. de damn. inf. l. 33. D. de re iud.* Procuratorem Caeſaris, *l. 3. C. ſi ſeru. export. ven.* Paull. *Rec. Sent. V, 12, 6.* Rectorem prouinciae, *l. 11. C. de furt. l. 5. C. commun. vtr. iudic. l. 9. C. de non num. pecun. l. 3. C. ſi a non comp. iud. l. 6. C. de condict.*

ADI.

dict. indeb. ¶. 3. Aliquando ADIRE et ſine addito, eſt adire magiſtratum, vt in *l. 10. §. 4. D. de excuſat. Ante praefinitum diem* ADIRE *debuiſti, et poſtulare. l. 14. pr. D. depoſit. Is dies ſeruabitur, quo primum* ADEVNDI *facultas erit*, id eſt, ADEVNDI praetoris poteſtas, *l. 4. §. 3. D. ne vis fiat ei.* et ADITIO praetoris. *l. 1. §. 2. D. de nou. op. nunc.* ADIBATVR vero magiſtratus, vel PRO TRIBVNALI, vel PER LIBELLVM. *l. 5. §. 16. D. vt in poſſeſſ. legat. cauſſ. l. 2. C. quemadm. teſt. aper.* Sed et Princeps *per libellum* ADIBATVR. *l. 33. D. de re iud.* Tacit. *Annal. IV, 39. Componit ad Caeſarem codicillos. Moris quippe tum erat, quamquam praeſentem, ſcripto* ADIRE. Ad quem locum ex Plutarcho docet Lipſius, repertorem huius moris fuiſſe Iulium Caeſarem, τὴν κατὰ πρόσωπον ἔντευξιν ὑπὲρ τῶν ἐπειγόντων τοῦ καιροῦ, διά τε πλῆθος ἀσχολιῶν καὶ τῆς πόλεως τὸ μέγεθος μὴ περιμένοντος. *quum coram agendi de rebus iis, quae incidiſſent, nec multitudo occupationum, nec vrbis magnitudo ſemper ſpacium daret.* Imitatus eſt poſtea patrem Auguſtus, qui *ſermones cum ſingulis, atque etiam cum Liuia ſua, grauiores, non niſi in ſcriptis, et e* LIBELLO, *habebat: ne plus minusue loqueretur.* Sueton. *Aug. Cap. LXXXIV.* HEIN. Et ita ADEVNTES accipe apud Senecam *de Tranquill. animi Cap. III.* ¶. 4. Elegans quoque loquutio: *In ius* ADITVM erit. *l. 6. D. de fer. l. 12. §. 4. D. de liber. cauſſ.* Cicero *in Verr. II, 23. Quum ad Praetorem in ius* ADIISSENT. Ex quibus nemo non videt, in *Epitome Liuii Libro LXXXVI.* vbi vulgo: *litigatores, a quibus adhibebantur, vadimonia Romam deferre iuſſit*, emendandum eſſe: *litigatores, a quibus* ADIBATVR, *vadimonia Romam differre iuſſit.* ¶. 5. ADIRE ad riuum. *l. 11. §. vlt. D. commun. praed. ruſt. et vrb.*

ADITIO hereditatis. *l. 45. pr. D. de adqu. vel omitt. her. l. 77. D. de reg. iur.* ADITIO ſimpliciter, pro aditione hereditatis. *l. 22. D. de minor. l. 20. §. 1. D. de bon. poſſ. contra tab.* ADITIO praetoris. *l. 1. §. 2. D. de nou. op. nunc.*

ADITVS, id eſt, acceſſus, vt loquitur *l. 20. D. de ſeru. praed. vrban.* ſeu tranſeundi ius, vt in *l. 15. §. 1. D. de vſu et vſufr.* Hinc ADITVM praeſtare et redimere: *l. vlt. D. de ſeru. vrb. praed. l. 44. §. vlt. D. de legat. I.* ADITVM ex publico habere: *l. 3. §. 7. D. vti poſſid.* ADITVM ad ſe praeſtare: *l. 19. D. de in ius voc.* ADITVM in hortum per domum habere: *l. 91. §. 5. D. de legat. III.* ADITVS ad ſepulcra. *l. 5. D. de ſepulcr. viol.* Ceterum ADITVS ab itinere et via ſeparatur. *l. 1. §. vlt. D. ſi vſusfr. pet.* Ad monimenta et ſepulcra dabatur ITVS, ADITVS, AMBITVS, quin aliquando et HAVSTVS, vel AD PVTEVM HAVSTVS. Gruter. *Inſcr. p. 1081.* ITER vel ITVS nun erat ſeruitus realis, ſed ius perſonale, vel ipſum ius ſepulcri, quod non vtendo numquam amittebatur. *l. 4. D. quemadm. ſeru. amitt.* ADITVS erat ius adeundi monimentum per domum vel hortum vicinum. *l. 41. D. de ſeru. praed. vrb. §. [illegible]. de ſeru. legat.* AMBITVS erat ſpatium certorum pedum in fronte et in agro, quod longitudinem latitudinemque loci religioſi finiebat, cuiusque paſſim fit mentio in marmoribus, immo et apud Horat. *Serm. Lib. I. ſat. 8. v. 12.* AQVAE HAVSTVM denique ſibi freqoenter ſtipulabantur, quia aqua opus erat ad *arferiam* ſeu *adferial*, de quo Kirchm. *de funer. Rom. IV, 2.* Plura de his ſepulcrorum iuribus Cuiac. *Obſ. XIII, 36.* et Fridr. Brummer. *ad leg. Cinc. Cap. XIV. n. 26.* HEIN.

ADIVDICARE proprie dicitur iudex, quidquid nobis addicit in iudicio familiae erciſcundae, communi diuidundo, et finium regundorum: et quidquid nobis eo modo adiudicatum eſt, eius dominium ſtatim nanciſcimur: *§. vlt. Inſt. de offic. iud.* quum aliis caſibus ius non det ſententia, ſed declaret. *l. 8. §. 4. D. ſi ſeru. vindic.* Hinc Vlpian. *Fragm. tit. XIX. §. 2. Singularum rerum dominia nobis adquiruntur mancipatione, traditione, vſucapione, in iure ceſſione,* ADIVDICATIONE, *lege.* Et *§. 16.* ADIVDICATIONE *dominia nanciſcimur per formulam familiae erciſcundae, quae locum habet inter coheredes: et per formulam communi diuidundo, cui locus eſt inter ſocios: et per formulam finium regundorum, quae eſt inter vicinos. Nam ſi iudex vni ex heredibus, aut ſociis, aut vicinis; rem aliquam* ADIVDICAVERIT, *ſtatim illi adquiritur, ſiue mancipi, ſiue nec mancipi ſit.* Et hinc ADIVDICATIONEM traditioni et vſucapioni aequiparari animaduertimus. *l. 6. §. 3. D. de ſtatulib.* Proprie ergo, vt ſolet, loquitur Papinianus, dum *arbitrum diuidundae hereditatis* ADIVDICATIONES *feciſſe*, ait *l. 78. pr. de hered. inſtit.* Proprie etiam *agri* vni ex ſociis ADIVDICARI dicuntur: *l. 3. C. comm. diu.* itemque res vni ex coheredibus. *l. 18. pr. C. famil. erciſc.* HEIN. ¶. 2. Aliquando tamen improprie ADIVDICARI nobis dicuntur, quaecumque per ſententiam iudicis ex quacumque cauſſa conſequimur. Sic ADIVDICANTVR bona fiſco: *l. 39. pr. D. de iur. fiſc.* ADIVDICANTVR eidem emolumenta: *l. 16. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* ADIVDICATVR per ſententiam hypotheca: *l. 16. §. 5. D. de pign. et hypoth. l. 12. pr. D. qui pot. in pign.* ADIVDICATVR pars, *l. 18. §. 5. D. de damn. infect.* et ſpeciatim pars dotis: *l. 59. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* deniqne et ſeruus aduerſario ADIVDICARI dicitur. *l. 34. §. 1. et l. 35. D. de euict.*

ADIVNCTIONES pro acceſſionibus. Paullus *Recept. ſent. III, 6, 49.* ADIVNCTIONES, *quas fundo legato teſtator ex diuerſis emtionibus adplicauerat, legatario cedere placuit.*

ADIVNGERE et ADIVNGI, addere vel addi. Sic ADIVNGITVR coheres: *l. 14. §. vlt. D. de iur. codicill.* ciuilis cauſſa crimini, prius inſtituto: *l. 3. C. de ord. indic.* crimen deſertioni: *l. 5. pr. D. de re milit.* curator: *l. 3. §. 4. et §. vlt. D. de admin. et peric. tut. l. vlt. D. vbi pupill. l. 1. C. quando tut. vel curat.* Paull. *Recept. Sent. II, 29. 1.* fundo, vel ad fundum aliquid: *l. 60. D. de verb. ſignif.* Paull. *Recept. Sent. III, 6, 54.* nomen officiorum vel artium adpellationi: Paull. *ibid. IV, 14. 1.* tabula parieti. *l. 41. §. 3. D. de legat. I.*

ADIVTOR tutelae, quem ſolet praetor permittere tutoribus conſtituere, qui non poſſunt ſufficere adminiſtrationi, ita tamen, vt eum periculo ſuo conſtituant. *l. 13. §. vlt. D. de tutel.* ¶. 2. Sunt et ADIVTORES, qui magiſtratibus, vel qualicumque fungentibus officio leuandi laboris gratia dabantur, vt vel valetudine impeditis, vel ob-

ratis multitudine negotiorum opem ferrent. *l. 10. C. de muner. liberor. l. 3. C. de diuerſ. offic.* et *Notit. Imper. paſſim.* Vetus Gluſſar: ADIVTOR, συλλήπτωρ, συνεργός. Hinc ADIVTORES actoris ſerui, *l. 40. §. 4. D. de ſtatulib.* commentarienſium, *l. 4. C. de cuſtod. et exh. reor.* corniculariorum, *l. vlt. D. de iur. immun.* magiſtri officiorum, *l. 5. C. de princ. agent.* primicerii tribunurum notariorum, in *notit.* quae ſubiicitur *Nouellae IV.* Quaeſtoris, *l. vlt. C. de prox. ſacr. ſcrin. l. 13. l. 14. C. eod.* vrbani officii. apud Symmach. *Lib. I. Epiſt. 20.* Et hi verbo Graeco βοηθοὶ, vel *boethi* vocantur. *l. vlt. C. de tabular. ſcrib.*

ADIVTRIX vocata legio prima, cuius meminere Imperatores *l. vlt. C. de adparit. praef. praet.* et *l. vlt. C. de caſtr. pecul. mil. et praefectian. Lib. XII. tit. 37.* in qua latens mendum primi deteximus. Illic enim perperam ADIVTRICE *noſtrae reipublicae* pro ADIVTRICE *noſtra* legebatur.

ADIVVARE dicitur, quodcumque nobis proficuum eſt. Sic ADIVVARI dicimur beneficio: *l. 17. §. 3. D. commod.* exceptione: *l. 2. §. 3. D. ſi quis caut. l. 27. §. 7. D. ad SC. Trebell. l. 23. l. 30. §. 1. D. ad SC. Vellei.* per exceptionem: *l. 30. D. de pecun. conſt.* replicatione: *l. 2. D. de except. rei iud. l. 14. §. 9. D. quod met. cauſſ.* reſcripto: *l. 1. D. ſi cui plur.* vtili repetitione. *l. 21. 3. D. de ann. legat.* ADIVVARI etiam lex dicitur interpretatione *l. 64. pr. D. de condit. et dem.* ADIVTA denique *negotia*, habes in *l. 65. §. 2. D. de condict. indeb.* ¶. 2. ADIVVARI *auxilio. l. 6. pr. D.* et *l. 13. C. ad SC. Vellei.*
☞ Ea elegante phraſi vſi et veteres. Plautus *Rudent. I, 4. v. 39. Aerumnoſas aliquo auxilio* ADIVVET. et *in Pſeudol. IV, 1. v. 1. Si vmquam quemquam Di immortales voluere eſſe auxilio* ADIVTVM. Ouid. *Metamorph. Lib. IX. v. 779.*

Miſerere duarum:

AVXILIOque IVVA.

HEIN.

ADL.

☞ ADL. Nota iuris, quae, Magnone interprete, ſignificat AD LOCVM. Erat haec formula ICtis fere propria, quae ſaepe non modo in Codicibus Gregoriano *Lib. I. tit. II. leg. 14.* et Theodoſiano, ſed et apud *Pariatorem Leg. Moſ. et Roman. tit. XV. §. 2.* et auctorem conſultationis vet. iuriſconſ. apud Schulting. *Iuriſpr. vet. p. 813. 822. et 823.* occurrit. Nimirum ſic, obſeruante Pithoeo *ad Pariat. tit. XV. §. 2.* olim notare ſolebant particulas, quas ex conſtitutione aliqua aut recitabant, aut exſcribebant, adiectis etiam interdum primis conſtitutionis verbis. Conf. Iac. Gothofred. *Not. ad l. 3. C. de poſtul.* Sed multo luculentius rem omnem expoſuit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. V, 15.* vbi ex inſtituto oſtendit, veteres iuriſconſultos libros ſuos in titulos, et hos in *locos*, quos hodie paragraphos adpellamus, diſtinxiſſe. Sic *ſequenti loco* eſt, inſequente paragrapho, *l. 8. pr. D. de inoff. teſt.* et *quo loco*, quo eodem paragrapho *l. 30. §. 7. D. ad leg. Falcid.* Quin eodem modo eleganter interpretatur verſum Iuuenalis *Sat. VI. v. 244.*

Principium atque LOCOS *Celſo dictare paratae.*

Quam ergo nos hodie adlegaremus *l. 122. §. 1. D. de verb. oblig.* eam veteres ita laudabant: *Scaeuola Lib. XXVIII. Digeſtorum* ADL. *vel* AD LOCVM *Callimachus.* HEIN.

ADM.

ADMETIRI dicimur ea, quae pondere et menſura conſtant, *l. 35. §. 5. D. de contr. emt.* vti *oleum* metretis, *vinum* amphoris, *frumentum* modiis. *l. 35. §. 5. et 7. D. de contrah. emt.* ADMENSVM etiam paſſiue vſurpatum legimus, *l. 36. locat. l. 1. §. 1. D. de peric. et comm. rei vend.* quemadmodum ADMENSVM *vinum* eſt etiam apud Caton. *de re ruſt. Cap. CXLVIII. et CLIV.* ¶. 2. ADMETIENDI dies, eſt dies actui illi praefinita. *l. 1. §. 1. D. de peric. et comm. rei vend.*

ADMINICVLVM, auxilium, praeſidium, leuamentum. Hinc phraſes: ADMINICVLVM praebere, *l. 21. C. de probat.* ADMINICVLO vti, id eſt, acceſſione ex perſona auctoris: *l. 13. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* ADMINICVLIS egere. *l. 1. §. 1. D. ſi vſusfr. pet.* Talia ſunt ADMINICVLA aequitatis: *l. vlt. C. de his, qui propt. met. iud.* adpellationis: *l. 10. C. de adpellat.* emtionis: *l. 72. pr. D. de contr. emt.* iuris: *l. 39. §. 9. D. de admin. et peric.* libertatis: *l. 7. §. vlt. D. de hered. petit.* prouocationis: *l. 1. C. quando prouoc. non eſt nec.* verborum: *l. 1. C. ſi min. ſe maior.* voluntatis. *l. 1. C. quando lic. ab emt.*

ADMINISTRARE, pro aliis diſtribuere et impartiri et reſtituere, in *l. 10. fin. D. de inofficioſ. l. 3. C. ad leg. Falc.* ¶. 2. ADMINISTRARE, gerere, curare. Ita quis ADMINISTRAT actiones: *l. 9. D. de edend.* actum: *l. 1. §. 7. qui teſt. fac. poſſ. l. 45. §. 1. D. negot. geſt. l. 19. pr. D. de fideic. libert.* annonam: *l. 21. §. 2. D. de acceptil.* argentariam: *l. 19. §. 1. D. de iudic.* bona: *l. 5. §. 2. de Carbon. edict. l. 90. D. de ſolut. l. 11. pr. D. de pign. l. 46. §. 6. D. de iur. fiſci.* curam, vel duas curas: *l. 3. §. 3. D. de ſuſp. tut. l. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun.* fideicommiſſum: *l. 3. C. ad leg. Falcid.* magiſtratum: *l. 25. D. ad municip. l. 1. §. vlt. D. de magiſtr. conuen. l. 23. D. de excuſ.* munera: *l. 14. §. 3. D. de mun. et honor.* negotia: *l. 6. §. 12. l. 8. pr. D. de negot. geſt. l. 19. §. 1. D. de iudic. l. 6. §. 1. mand. l. 14. §. 4. D. de diuerſ. temp. praeſcr. l. 9. §. 4. D. de pecul. l. 1. C. vbi de ratiocin. l. 1. C. qui dare tut. l. 1. C. quando mulier. l. 6. C. arbitr. tut. l. 13. pr. D. de ann. legat.* negotia reipublicae: *l. 46. §. 1. D. de admin. et peric. tut.* officium: *l. 46. D. de contrah. emt. l. 1. C. ne quis liber. l. 21. §. 1. D. ad municipal. l. 38. pr. D. de rit. nupt. l. 3. C. ſi cert. pet.* omnem rem ſuam: *l. 20. §. 1. D. de liberat. leg.* partem hereditaris, vel negotium: *l. vlt. D. ſi pars hered. pet. l. 5. D. de hered. conuen.* patrimonium: *l. 60. §. vlt. D. pro ſoc. l. 2. de his, quib. vt indign.* prouinciam: *l. 7. §. 1. D. de interd. et releg.* rationem vel rationes: *l. 28. §. 9. D. de liberat. leg. l. 9. D. de edend. l. 37. D. de fideic. libert. l. 1. C. de bon. proſcr.* rem, vel res ſuas, ciuitatis, fiſci, municipum, principis, pupilli vel pupillares; *l. 39. §. 2. D. de lib. cauſſ. l. 17. §. 7. D. de vſur. §. 1. Inſt. de excuſ. tut. l. 15. §. 1. D. de dol. mal. l. 41. pr. D. de excuſ. l. 35. C. de lib. cauſſ. l. 1. C. de eo, qui pro tut.* rempublicam: *l. 35. §. 8. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 8. l. 14. pr. D. de mun. et honor. l. vlt. C. vt in poſſeſſ. l. vlt. C. de adm. reip.* ſocietatem: *l. 16. p. D. pro ſocio* tutelam vel curam. *l. 15. §. 4. D. de diuerſ. temp. l. vlt. §. vlt. D. de except. l. 3. §. 4. D. iudic. ſolu. l. 5. C. de bon. proſcript. l. 4. C. de ſent. paſſ.* et alibi paſſim.

[ADMINISTRANS pro rectore prouinciae. *l. 5. verſ. adminiſtrantem. C. de metat.*]

ADMINISTRATIO, geſtio, veluti actus: *l. 28. §. 7. D. de lib. leg.* honoris: *l. 24. D. ad municipal.* muneris: *l. 14. D. de mun. et honor.* peculii: *l. 11. §. vlt. l. 13. §. vlt. D. de reb. cred. l. 28. §. 2. D. de pact.* praeſidis: *l. vlt. D. de poen.* rationum: *l. 9. C. de bon. auctor. iud. poſſ.* reipublicae: *l. 6. §. 1. l. 14. pr. D. de mun. et hon.* rerum ciuitatis et ciuitatium, vel ad ciuitatem pertinentium: *l. 17. §. 7. D. de vſur. l. 4. D. quod iuſſ. rubr. de adminiſtr. ad ciuit. pert.* tutelae. *l. 7. C. de ſuſp. tut.* ¶. 2. ADMINISTRATIONEM concedere et dare: *l. 16. l. 46. l. 48. pr. D. de pecul. l. 13. D. de curat. fur.* habere: *l. 20. D. de iurei. l. 24. D. de iure dot. l. 15. §. 3. D. de diuerſ. temp. praeſcr.* impedire: *l. 5. §. 11. D. vt in poſſ. leg.* permittere: *l. 34. §. 1. D. de legat. III. l. 12. D. de pign. act.* ab ea prohiberi: *l. 3. C. de procurat.* ADMINISTRATIONES reddere. *l. 1. C. de tutor. vel curat.*

ADMINISTRATORES ciuitatium: *l. 12. C. de transact.* rerum ciuitatis: *l. vlt. D. quod cuiuscumque vniu.* rerum pupilli. *l. 13. §. 1. D. de tutel.* ☞ Obſeruauit hic in prima editione Briſſonius, ADMINISTRATORES ciuitatum dictos eſſe etiam *curatores ciuitatum.* Sic CVRATOR PERPETVVS ſplendidiſſimae vrbis Marſorum Marruuii apud Reineſ. *Inſcript. Claſſ. VI, 114.* CVRATOREM ET PATRONVM, apud Gruter. *p. 480, 5.* CVRATOREM reipublicae Nolanae; apud Reineſ. *Claſſ. VI, 22.* nec non Vicentinorum, *Claſſ. VI, 44.* denique Iuliomagenſium. *Claſſ. I, 264.* Ad quod marmor laudatus Reineſ. *p. 235: Curatorum,* inquit, *ciuitatum aliis atque aliis temporibus alia, modo celſior, modo humilior functio fuit. Aliquando ſummae rerum praeerant, et ordines curiae gubernabant, ſimul pretia rerum venalium conſtituebant, et moderabantur, (id vero alias Aedilium officium,) ceu patet e formula Curationis ciuitatis apud* Caſſiodor. *Var. VII, 12. Aliquando rebus immobilibus in patrimonio ciuitatum impoſiti, vt eas curarent, adminiſtrarent, reditus et obuentiones ex iis colligerent, et publicis neceſſitatibus impenderent, et hos vocari* LOGISTAS *Graeco vocabulo, dicit* Gordianus Aug. *in l. 5. C. de mod. mulct. id eſt, ratiocinatores, quod putandis rationibus ciuitatis inſiſterent.* Quum porro curatori Vicentinorum apud Reineſ. *Claſſ. VI, 44.* tribunal et adparitores attribuantur: inde colligit vir doctiſſimus, habuiſſe illum aliquam iuriſdictionem, et ius mulctandi, quod tamen logiſtis Gordianus ademerit. HEIN.

ADMISSIONVM officium: *l. 2. C. de priuil. eor. qui in ſacr. palat.* quod ſub diſpoſitione magiſtri officiorum ponitur *in Notit. Imp. Rom.* Ab eo ADMISSIONALES, qui principem adoraturos admittebant. *l. vlt. C. de diuerſ. offic.* Lamprid. *in Alex. Cap. IV. Salutabatur vero, quaſi vnus de ſenatoribus, patente velo,* ADMISSIONALIBVS *remotis, aut ſolis his, qui miniſtri ad fores fuerant.* ADMISSIONVM etiam *Magiſtrum* legimus apud ☞ Vopiſcum *in Aureliano Cap. XII.* Nimirum ADMISSIONALIVM quatuor erant decuriae, quarum ſingulis qui praeerant, PROXIMI, vel illius *Decuriae Magiſtri* vocabantur. Qui vero omnibus decuriis praeficiebatur, is MAGISTRI ADMISSIONVM nomen κατ' ἐξοχὴν ferebat. Claud. Salmaſ. *Not. ad Script. Hiſt. Aug. p. 481.* HEIN.

ADMISSORES *criminum*, delinquentes. Dioclet. et Maximian. AA. apud *Pariat. leg. Moſ. et Rom. tit. VI. §. 4.* Ii alias et ADMITTENTES adpellantur. Pro conditione ADMITTENTIVM, id eſt, eorum, qui crimen patrarunt. *l. 1. D. de term. mot.*

ADMISSVM, id eſt, delictum, crimen, factum. *l. 2. D. de abig. l. 26. D. de poen. Prout* ADMISSVM *ſuggerit, l. 1. §. vlt. D. de effract.* vel, quod eodem recidit, *pro modo et menſura* ADMISSI: *l. 10. l. vlt. D. de extraord. crim. l. 37. D. de poen. l. 4. C. an ſeru. pro ſuo fact.* Paull. *Recept. ſent. I, 15, 22.* denique: *pro* ADMISSI *qualitate. l. 27. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ. l. 3. D. ad SC. Turpill. l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adult.* Paull. *Sent. I, 5. 2.* Eiusdem generis ſunt loquutiones: *In* ADMISSO *deprehenſus: l. 8. D. de praeſcr. verb.* ADMISSO *alieno: l. 7. pr. D. de bon. damn.* Suo ADMISSO *honorem amittere*, id eſt, ob delictum honore exui. *l. vlt. §. 1. D. de poen.* De eiusdem hominis ADMISSO ſaepius quaeri: *l. 6. §. vlt. D. naut. caup. ſtabul.* Duplex ADMISSVM: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* omnia ADMISSA: *l. 28. §. 8. D. de poen.* ADMISSA non debere eſſe impunita: *l. 95. pr. D. de ſolut.* ADMISSA publicorum iudiciorum. *l. 20. D. de accuſat.*

ADMITTERE, vt notas ſignificationes omittam, recipere ſignificat. Ita ADMITTITVR aliquis in poſſeſſionem. *l. 12. D. de vi et vi arm. l. 1. §. 11. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 28. §. 3. D. de iudic.* Et contra non ADMITTERE ingredi volentem, eſt in *l. 12. D. de vi et vi arm.* Ita et Praetor ADMITTIT agere volentem: *l. 3. §. 2. D. ſi quid in fraud.* et ſic ADMITTITVR accuſatio, *l. 11. §. 1. D. de poen.* accuſator: *l. 9. C. de legat.* addictio: *l. 4. §. 5. D. de fideic. libert.* additamentum: *l. 23. C. de vſur.* adiectio: *l. 21. §. 7. D. ad municipal.* allegatio: *l. 1. §. 26. D. de quaeſt.* adpellatio: *l. 5. pr. D. de adpell.* cautio: *l. 5. §. vlt. D. de cenſib.* ceſſio: *l. 5. C. qui bon. ced.* compenſatio: *l. 48. D. de rei vind. l. 2. C. de compenſ.* crimen, id eſt, eius accuſatio: *l. 38. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* cuſtos: *l. 1. §. 6. D. de lib. adgnoſc.* defenſor: *l. 5. §. 3. D. iudic. ſolu.* deſiderium: *l. 32. §. vlt. D. de pact.* excuſatio: *l. 15. D. de excuſ. tut.* Falcidia: *l. 1. D. ſi cui plus. l. 30. §. 5. D. ad leg. Falcid. l. 93. D. eod. tit.* Falcidiae ratio: *l. 15. §. 2. D. eod. tit.* fideiuſſor: *l. 3. D. de fideiuſſ.* iudicium: *l. 1. §. 16. l. 9. §. 1. D. de quaeſt.* legitimus heres: *l. 10. §. 1. D. de captiu.* pactum: *l. 29. D. de pact.* penſatio: *l. 67. §. 4. D. de legat. II.* poenitentia: *l. 6. §. 1. D. ad SC. Trebell.* poſtulatio: *l. vlt. §. vlt. D. de adpell.* praeſcriptio: *l. 13. D. de legation.* probatio: *l. 15. C. de lib. cauſſ.* quaeſtio: *l. 25. §. 1. D. de legat. III.* querela: *l. 31. D. de min.* ratio: *l. 28. D. qui et a quib. l. 8. C. de ſuſp. tut.* retractatio: *l. 8. pr. D. de admin. rer.* ſententia: *l. 9. pr. D. de reb. dub.* ſocius: *l. 19. l. 22. D. pro ſoc.* teſtimonium: *l. 20. D. de quaeſt.* Paull. *Recept. Sent. V, 15, 3.* Trebellianum SC. *l. 16. §. 6. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2. Sed et res hoc modo aliquid ADMITTERE, id eſt, recipere dicuntur, veluti actionem delictum: *l. 53. pr. D. de obligat.* adfectionem: *l. 11. §. vlt. D. de in diem addict.* conditio poenam: *l. 1. pr. D. de poen.* vſuras actio. *l. 17. C. locat.* ¶. 3. ADMITTERE pro committere, et perpetrare. *l. 6. pr. D. de decur.*

de decur. Sic ADMITTITVR caedes: *l. 25. pr. D. de SC. Silan.* capitale: *l. 27. §. 1. D. de poen.* crimen: *l. 38. pr. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 78. D. ad leg. Iul. pecul. l. 11. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* dammum. *l. 43. D. ad leg. Aquill.* delictum: *l. 2. §. 3. D. de priuat. del.* dolus: *l. 9. l. 11. §. vlt. l. 13. D. de dol. mal. et met. except. l. 45. §. 1. D. famil. erciſc. l. 1. §. 6. D. de dol. mal. l. 1. §. 10. D. ſi is, qui teſt. lib. l. 18. §. 1. D. de prob. l. 65. §. 3. D. pro ſoc.* facinus: *l. 13. §. vlt. D. de off. praeſ.* flagitium: *l. 17. §. 1. D. de teſ. tut. l. 45. §. 2. D. de iur. fiſc.* Paull. *Recept. Sent. l, 9, 1. l. 17. D. ad SC. Silan. l. 43. §. 4. D. de Aedil. edict.* fraus: *l. 7. D. de ſuſp. tut.* fraus capitalis: *l. 23. §. 2. D. de Aedil. edict.* furtum: *l. 3. §. 18. D. de adqu. poſſeſſ. l. 16. D. de condict. furt. l. 1. §. vlt. et l. 48. §. 4. D. de furt.* iniuria: *l. 34. D. de iniur.* maleficium: *l. 17. §. 4. D. de iniur.* metus: *l. 16. pr. D. quod met. cauſſ.* negligentia: *l. 7. §. 1. D. de ſuſp. tut.* noxa: *l. 41. §. vlt. D. de furt.* parricidium: *l. 13. §. vlt. D. de offic. praeſ.* peculatus: *l. 9. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul.* ſacrilegium: *l. 7. §. vlt. D. de accuſat.* ſcelus: *l. 3. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 14. D. de offic. praeſ.* ſtuprum: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* denique vis: *l. 14. §. 2. D. quod met. cauſſ.* ¶. 4. Hoc ſenſu vero delictum aliquod admittitur, modo *dolo*; modo *culpa:* vti *l. 13. §. vlt. et l. 16. D. depoſ. l. 2. §. 5. D. de hered. vel act. vend.* modo, *iniuria*, vt in *l. 5. C. de iniur.* ¶. 5. ADMITTERE pro agnoſcere. Ita ADMITTI dicuntur bona: *l. 4. §. 17. D. de fideicomm. lib. l. 28. D. de bon. auct. iud. poſſ.* bonorum poſſeſſio: *l. 3. §. 4. et §. vlt. l. 5. l. 7. pr. D. de bon. poſſeſſ. l. vlt. D. de bon. poſſ. furioſ. l. 23. pr. D. de hered. inſtit. l. 7. C. de iure delib.* Sic et ADMITTERE ſibi bonorum poſſeſſionem: *l. 1. §. 12. D. de ſucceſſ. edict.* et ADMITTERE ſecundum tabulas. *l. 2. §. 1. D. de bon. poſſ. ſec. tabul.* ¶. 6. ADMITTERE ad aliquid, eſt pati, vel concedere, vt aliquid fiat. Sic ADMITTITVR quis ad accuſationem. *l. 7. D. de ad leg. Corn. de falſ. l. 7. §. 2. et l. 13. D. de accuſat. l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpillian. l. 21. pr. D. de inoffic. teſt. l. 26. pr. D. ad leg. Iul. de adult.* ad actionem: *l. 15. §. 24. D. de iniur.* ad actiones municipales: *l. 22. D. ad SC. Trebell.* ad bonorum poſſeſſionem: *l. 12. §. 1. l. 14. §. 8. D. de bon. libert. l. 1. §. 3. D. de collat. bon. l. 7. D. de ventr. in poſſ. mitt. rubr. Cod. qui ad bon. poſſ.* Vlpian. *Fragm. tit. XXVIII, §. 11.* ad capiendum: *l. 114. §. 10. D. de legat. I.* ad collationem: *l. 1. §. 8. D. de collat.* ad conductionem: *l. 9. §. 2. D. de publican.* ad excuſationem: *l. 5. §. 2. D. de his, quae vt indign.* ad fideicommiſſum: *l. 8. D. de legat. II. l. 11. §. 11. l. 83. §. vlt. D. de legat. III. l. 2. pr. D. de alim. et cib. leg.* ad hereditatem: *l. 26. pr. D. de cond. et demonſtr. l. 13. D. de his, quae vt indign. l. 1. C. quor. bon. l. vlt. D. de condit. inſt.* ad honores: *l. 8. D. de muner. l. 15. et l. 17. §. 12. D. ad municipal.* ad legatum: *l. 121. D. de legat. I. l. 62. et l. 72. §. 5. D. de cond. et demonſtr. l. 1. §. 1. D. ſi quis aliqu. teſt. l. 20. D. de reb. dub.* ad legitimam hereditatem: *l. 3. pr. D. de adſign. libert. l. 3. §. 1. D. de ſuis et legit. her.* ad libertatem: *l. 57. D. de cond. et demonſt.* ad licitationem: *l. 3. C. comm. diuid.* ad obligationem: *l. 9. pr. D. de ſtipul. ſeru.* ad partem hereditatis. *l. 34. D. ad SC. Trebell.* ad perſequutionem: *l. 11. §. 21. D. de legat. III.* ad petitionem: *l. 55. D. de pact. l. 20. pr. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 24. l. 32. §. 6. l. 88. §. 3. D. de legat. II. l. 1. C. de dot. caut.* ad petitionem legati: *l. 1. §. 1. D. de legat. praeſt.* ad portionem bonorum: *l. 20. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* ad praeceptionem: *l. 7. §. 3. D. de dot. praeleg. l. 10. pr. D. de alim. vel cib. legat.* ad priuilegium: *l. 17. §. vlt. D. de bon. auct. iud. poſſid.* ad probationem: *l. 11. C. de probat.* ad querelam: *l. 8. §. 7. l. 25. §. vlt. D. de inoff. teſt.* ad ſtipulationem: *l. 13. §. 3. D. de damn. infect.* ad ſucceſſionem: *l. 1. D. de ſentent. paſſ. l. 6. §. 1. D. de inoff. teſt. l. 3. C. de legit. hered.* ad teſtamentum: *l. 14. D. de his, quae vt indign.* ad teſtimonium: *l. 6. C. de teſtib.* ¶. 7. Aliquando conſtruitur cum EX, ſi cauſſa, cur quis admittendus ſit, exprimitur, veluti quando quis ADMITTI EX *ſubſtitutione* dicitur *l. 3. C. de hered. inſtit.*

¶. 8. Aliquando cum IN: vt ADMITTI in interdictum: *l. 12. D. quod vi aut clam.* in nauem: *l. 1. §. 5. D. adu. naut.* in partes aequales: *l. 23. l. 24. D. de condit. inſt.* in poſſeſſionem: *l. 1. §. 11. D. de ventr. in poſſeſſ. l. 5. §. 27. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 14. §. 1. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* Cui contrarium EXCLVDI, *l. 14. pr. D. de liber. et poſtum.* item NON ADMITTI. *l. 15. §. vlt. l. 4. §. 2. l. 17. pr. D. de damn. inf. l. 14. §. 1. ex quib. cauſſis in poſſeſſ.* ADMITTI in ſocietatem. *l. 1. §. 1. D. de bon. libert.* ¶. 9. ADMITTERE, pro facere, vt quis admittatur. Sic ſcriptus heres, hereditatem omittendo exheredatum in poſſeſſionem ADMITTIT. *l. 20. pr. et §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contra tab.* ¶. 10. ADMITTERE, concedere. ADMITTIMVS facilius: *l. 11. §. 13. D. quod vi aut clam.* ADMITTIT Iulianus: *l. 8. §. 7. D. de fideiuſſ.* ADMITTIT hanc opinionem animus: *l. 11. §. 3. D. ad leg. Falc.* ADMITTIT ratio: Paull. *Sent. recept. IV, 9, 5.* Verba id ADMITTVNT. *l. 4. §. 13. D. de fideic. libert.*

¶. 11. ADMITTERE, id eſt, adprobare. ADMITTENDVM eſt, id eſt, probandum. *l. 34. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l. 91. D. ad leg. Falcid. l. 4. §. vlt. D. de caſtr. pecul. l. 3. §. vlt. D. de tutor.* Quod nequaquam ADMITTENDVM eſt: *l. 6. D. de ſeruit. leg. l. 5. C. quae res pign.* benignius ADMITTI: *l. 6. D. de impenſ. in rem dot.* Quod ADMISSVM eſt: *l. 11. pr. D. de dote praeleg.* ADMITTENDA ſententia: *l. 1. pr. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* Non ADMISSVM eſt. *l. 98. §. vlt. D. de ſolut.* ¶. 12. ADMITTERE, de coitu Venereo. ADMITTERE in equas aſinum: *l. 52. §. 20. D. de furt.* Quo genere loquendi etiam vtuntur Varro apud Non. *in voce Aequimelium* nec non Columella *Lib. VIII. de re ruſt. Cap. 2.* Vnde ADMISSARII *equi*, apud eumdem Columell. *Lib. VI. Cap. 27.* et Plin. *Hiſt. nat. Lib. XXVIII. Cap. 15.* et ADMISSVRA apud eumdem *Lib. XX. Cap. XII.* Addimus, rei ruſticae ſcriptores his vocabulis non modo de equis vti, ſed et de omnibus animalibus domeſticis, veluti de aſinis, Pallad. *Mart. Cap. XIV.* de ouibus, Columell. *Lib. VII. Cap. 2.* de tauris, Pallad. *menſ. Mart. Cap. XI.* de canibus, Varr. *de re ruſt. Lib. II. Cap. 9.* de anſeribus Varro *ibid. Lib. III. Cap. 10.* de gallinis. Varro *ibid. III, 9.* Hinc generatim *Veneri* ADMITTI pro, ad coitum admitti, dixit Columella *Lib. VI. Cap. 37.* Denique quod ADMISSVRAM vocant Plinius, Varro *Lib. II. Cap. 4.* et Columella *Lib. VI. Cap. 24. et 27.* id ADMISSVS vocabulo exprimitur a Vegetio *art. veterinar. Lib. IV. Cap. 7.* HEIN.

ADMO-

ADM.

ADMODVM, intendendi particula, quae non modo adiectiuis, verum etiam ſubſtantiuis, eleganter accedit. e. g. ADMODVM imbecillis aetas: *l. 5. §. 12. D. de iur. immun.* ADMODVM impuberes: *l. 3. §. 1. D. de ſepulcr.* ADMODVM iuuenis: *l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ.* ADMODVM adoleſcens: Cic. *pro Rabir. Cap. VII.* ADMODVM puer. Senec. *Conſolat. ad Marc. Cap. XXIV.*

ADMONERE pro edicere, praecipere. Hinc ADMONERE edicto: *l. 29. D. de relig. et ſumt. fun.* Sueton. *Claud. Cap. XVI. et XXV.* Tacit. *Annal. I, 8. III, 6. Hiſt. IV, 45.* ADMONERE reſcripto: *l. 10. §. 1. D. de offic. procon.* Talia edicta MONITORIA vel ADMONITORIA, Graecis παραγγέλματα, vel παραγορεύσεις adpellabantur. Vid. *Excerpt. Peireſc. p. 633.* et Herodian. *Hiſt. II, 13.* Siue enim quid fieri vellent principes et magiſtratus, ſiue prohiberent, ſiue populum obiurgandum conſolandumque exiſtimarent: EDICTIS MONERE dicebantur. Vnde et Tertullianus, adſuetus loquutionibus iuridicis, dictum Apoſtoli de vitanda ψευδοφιλοσοφία, *Coloſſ. II, 8.* eleganter vocat EDICTVM *Apoſtoli* PRAEMONITORIVM. *Lib. de anima Cap. III.* Inprimis vero MONITORIA dicebantur magiſtratuum edicta, quibus illi ſe leges exſequuturos, et quo ordine, quaque ratione id fieri debeat, praemonebant. Exemplum habes apud Plin. *Lib. V. Epiſt. 21.* HEIN. ¶. 2. ADMONERE, vt Non. Marcellus notat, interdum idem valet, quod coercere, et caſtigare. Sic Virgil. *Aen. X. v. 586:*

Pronus pendens in verbera, telo
ADMONVIT *biiuges.*

Columella *Lib. II. Cap. 2. flagello* ADMONERE quemadmodum ADMONERE *verberibus* Seneca *de Clement. I, 14.* Quomodo etiam legendum puto in Valer. Max. *Lib. I. Cap. I. ex. 6.* vbi *admoueretur* pro ADMONERETVR in quibusdam codicibus legitur. Sic et *verbere* MONERI dixit Tacit. *Ann. I, 9.* Quo in verbo ludens Plaut. *Stich. Act. I. ſcen. 2. v. 6. Vos*, inquit, *monimentis* COMMONEFACIAM *bubulis.* Ea vero loquutio a Graecis ducta eſt, qui in eamdem ſententiam vtuntur verbo νουθετεῖν. Ariſtophan. *in Veſp.* κονδύλοις νυθέτησε θ' ἡμᾶς, *flagris nos* ADMONVIT. Vtuntur illa loquutione et iuris auctores in *l. 6. §. 1. D. de adgnoſc. et al. lib.*

¶. 3. ADMONERE, edicto citare. Hinc *l. 2. C. quomodo et quand. iud. ſentent. prof. deb. Qui* ADMONITI *iudicio adeſſe noluerint*: id eſt, *ternis litteris* COMMONEFACTI, vti eſt in *l. 8. C. eod.*

¶. 4. ADMONENDI SVMVS, quae formula idem ſignificat, ac *meminiſſe debemus*, vt in *l. 6. §. vlt. D. vt legat. vel fideic. cauſſ. l. 18. §. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l. 3. §. 2. D. de grad. l. 27. pr. D. de noxal. act. l. 31. D. de iureiur. l. 11. D. commun. diuid.*

ADMONITIO, ὑπόμνησις, *l. 1. §. 7. D. de iudic. l. vlt. C. de duob. reis.* vbi: *ex libello* ADMONITIO. ¶. 2. ADMONITIO pro caſtigatione et coercitione. Vt ADMONITIO *fuſtium*, in *l. 7. D. pro ſocio.* Sic *leuiſſimum genus* ADMONITIONIS apud Sueton. *Aug. Cap. XXXIX.* Sed Suetonius eo loco *leuiſſimum admonitionis genus* non vocat caſtigationem quamdam, quae vel verberibus, vel flagris; ſed quae verbis fieret. Ea verba: *Leuiſſimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti, et ibidem, ſtatim legerent.* HEIN.

ADM. ADN.

ADMOVERI probationi. *l. 1. §. 1. D. de quaeſtion.* Verba ibi ita ſe habent: *Ad tormenta ſeruorum ita demum veniri oportet, quum ſuſpectus eſt reus, et aliis argumentis ita* PROBATIONI ADMOVETVR, *vt ſola confeſſio ſeruorum deeſſe videatur.* Quod quum quibusdam obſcurum videretur, reſcripſerunt: *aliis argumentis ita a probatione remouetur.* Quod plane abſonum eſt. Numquam enim reus criminis tam ſuſpectus eſt, vt a probatione remoueatur, id eſt, vt pudorem ſuum purgare non poſſit. Senſus ergo potius eſt, ad tormenta ſeruorum ita demum venire oportere, quum ſuſpectus ſit reus, et tam prope probationibus conuictus ſit, vt nihil ad eum penitus conuincendum deeſſe videatur, praeter ſeruorum confeſſionem. Duriuſcula quidem phraſis: *probationi admoueri* pro proxime abeſſe a probatione: at non ſine exemplo. Nam eſt Varro *de re ruſt. I, 13.* ſcripſit: *In primis culina videnda, vt ſit* ADMOTA, id eſt, vt a cella villici non procul abſit. HEIN.

ADN.

ADNEGATA *pecunia*, vid. ſupra in ABNEGARE.

ADNEPOS, ADNEPTIS. Graeci διεσέγγονοι, διεσεγγόνη dicunt. Hi ſunt abnepotis vel abneptis filius, filia, pronepotis vel proneptis nepos, neptis. *l. 1. §. 5. l. vlt. §. 7. D. de grad. et adfin.* Sic in inſcriptione antiqua apud Grut. *p. CCLVIII, 2.* L. Aurelius Verus Antoninus, Neruae ADNEPOS adpellatur. A Nerua enim Traianum, a Traiano Hadrianum, ab Hadriano Antoninum Pium, a Pio Verum adoptatum, ex hiſtoria notum eſt. At L. Aurelius Verus non fuit Neruae ADNEPOS, ſed ABNEPOS. Filius enim fuit Traianus, nepos Hadrianus, pronepos Antoninus Pius, adeoque ABNEPOS, non adnepos, L. Aurelius Verus. Et reuera ita hoc marmor exhibet Gruterus, vt Briſſonium vel oculis deceptum eſſe, vel in vitioſum apographum incidiſſe oporteat. HEIN.

ADNOTARE, pro dignum iudicare poena. Hinc ADNOTARE in *l. 1. pr. D. quando adpell.* Praeſes dicitur, qui ſubnotat, ſibi deportandum quem videri, idque Imperatori ſcribit. Ita enim hoc verbum interpretatur Vlpianus, *l. 6. §. 1. D. de interd. et relegat.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 97: Fuerunt alii ſimilis amentiae, quos, quia ciues Romani erant,* ADNOTAVI, *in vrbem remittendos.* Sueton. *in Calig. Cap. XXVII. Quum ad ſaginam ferarum, muneri praeparatarum, carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos* ADNOTAVIT. Vbi Copeſius abſurde reſcribit ADOPTAVIT, quippe huius verbi notionem non intelligens, quam diſcere potuiſſet ex Duaren. *Anniu. Diſp. I, 8.* Robert. *Sentent. III, 8.* Cuper. *Obſ. I, 15.* et *commentatoribus ad Plin. ibid.* HEIN. ¶. 2. ADNOTARE pro reprehendere, refellere, verbum ICtis familiare, qui ad diuerſae ſectae iuriſconſultos notas ſcribebant. Quidquid enim tunc notabant, refellebant, vt quod adnotationes, tot *reprehenſa auctoris capita* in libris iſtis occurrerent. Qua de re ſupra ſub praepoſitione AD quaedam diximus. Hinc Paullus *l. 82. §. 2. D. de legat. II. Et ideo*, inquit, *rectiſſime Iulianus definit - - Calumnioſa eſt enim illa* ADNOTATIO - - *Alioquin et illud* ADNOTAREMVS, id eſt, potiore iure in adnotatore illo hoc reprehendere poſſemus. HEIN. ¶. 3. AD-

NOTAT etiam praeſes requirendum reum, quum in actis refert eum, cuius abſentis nomeo defertur, requirendum, vt adſit, et ſui copiam faciat, vt ne inaudita cauſſa damnetur. *l. 1. §. 1. D. de requir. vel abſent. damn.* Et ita ADNOTATI *requirendi* dicuntur. *l. 4. §. 5. D. de re milit. l. 1. §. 3. D. de iur. fiſc. l. 1. l. 2. l. 4. in fin. D. de requir. vel abſ. damn. l. 1. C. eod. tit. l. 6. §. 1. D. de cuſtod. reor. l. 2. C. de accuſat.* Praeſides autem, quos ADNOTAVERANT, requirendos, edictis adeſſe iubebant. Sed et litteras ad magiſtratus loci, vbi conſiſtebant rei, mittebant, vt eo modo publice per eos inroteſceret, eos eſſe requirendos ADNOTATOS. Interim vero bona obſignabantur, quae intra annum recipiebant, poſt annum, ſi neque reſponderent, neque defenderentur, in fiſcum illa cogebantur. *l. vlt. §. vlt. D. de requ. vel abſ. damn.* Eaque eſt ADNOTATIO in *l. 2. pr. D. de requ. vel abſ. damn.*

¶. 4. ADNOTARE pro adſignare, vt ADNOTARE inſulas, in *l. 1. §. 3. D. de legat. III.*

ADNOTATIO bonorum, ad reos, quos fuga abſtulit, pertinentium, de qua paullo ante. HEIN. ¶. 2. ADNOTATIO pro nota. *l. 82. §. 2. D. de legat. II.* a Graecis interpretibus *παρασημείωσις* vocatur. Ea, vt Theodorus interpretatur, eſt *ἡ τὰ κυριώτερα τῶν λελεγμένων παραλαμβάνουσα, καὶ γράφουσα ταῦτα ὡς ἐν συνόψει καὶ δι' ὀλίγων, ὁποῖα ἴδομεν ὄντα παλαιὰ βασιλικὰ σημειώματα. quae potiora iis, quae dicta ſunt, comprehendit, et per compendium paucisque notat, quae antiqua, et ab imperatoribus ſignificata eſſe, conſtat.* ¶. 3. ADNOTATIO praeſidis, id eſt relatio in numerum deportandorum. *l. 10. C. de ſent. paſſ.* ¶. 4. ADNOTATIO quandoque reſcriptum principis ſignificat, propria eius manu ſubſcriptum, vt oſtendit *Nouella* Valentiniani *de homicidio caſu facto. tit. II.* Sic in *l. 5. C. ad leg. Corn. de ſicar. l. 10. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 1. C. ſi nupt. ex reſcr. pet. l. 3. C. de praeſcript. trig. ann. l. 2. C. de quib. muneribus. l. 7. C. de omni agr. deſert. l. 2. C. de bon. vac. l. 5. C. Theod. de itiner. mun.* Et ita a reſcripto pragmaticaque iuſſione ADNOTATIO ſeparatur. *l. vn. C. de monopol. l. vlt. fin. C. de petit. bon. ſubl. l. vlt. C. de nauib. non excuſ. l. 43. C. de decurion.* Vetus Gloſſarium: ADNOTATIO *ſacra eſt illud ſcriptum, quod imperator proprio mentis motu alicui indulget.* Sed multa hic, parum ἀκριβῶς dicta. Definitio veteris gloſſatoris non ad ADNOTATIONEM, ſed ad *edictum*, pertinet. Hoc enim proprio motu; illa ad preces alicuius redditur. Theophil. *Paraphr. §. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* *Καὶ τί ἐστιν ἔδικτον; πᾶν, ὅπερ ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς ἔγραψε βασιλεύς. Et quid eſt edictum? Quidquid ſua natura motus princeps ſtatuit.* Et ſane Nouella Valentiniani de homicidio caſu facto, non *adnotatio* aut *reſcriptum*, ſed *edictum* eſt. In tot vero legibus, a Briſſonio adductis nulla eſt, ex qua pateat, ADNOTATIONEM eo differre a reſcripto, et ſanctione pragmatica, quod iſtis non his, princeps propria manu ſubſcripſerit. Quare potius certum eſt, in eo diſcrimen fuiſſe inter ADNOTATIONES, *epiſtolas*, et *ſanctiones pragmaticas*, quod iſtae ad priuatos; illae ad magiſtratus; hae ad totas prouincias vel vniuerſitates, adnotationes ad ſingulorum preces, ſcriptae ſint. Et ſic ſanctionis pragmaticae exemplum eſt in *l. 4. §. 5. D. de offic. proconſ.* epiſtolae in *l. 6. §. 3. D. eod.* denique adnotationis vel ſubnotationis, tum in *l. 9. D. ad leg. Rhod. de iact.* tum apud Gruter. *Inſcr. p. DCVII, 1.* vbi nullum ſubſcriptionis Principis veſtigium, ſed Iuuentii Celſi tantum, promagiſtri. HEIN. ¶. 5. ADNOTATIO alias etiam breuem et priuatam ſcripturam, ſine teſtibus factam, ſignificat, qua quis e. g. ſibi debitorem adſcribit. *l. 5. l. 7. C. de probat. l. vlt. C. de conuen. fiſci debit.*

ADNVMERARE dicimur, non modo *pecuniam:* vt in *l. 31. D. locat. l. 2. D. depoſ.* ſed et reliqua, quae numero conſtant. *l. 35. §. 5. D. de contrah. emt.* ¶. 2. ADNVMERARE, pro in numerum referre, accenſere. Sic ADNVMERantur ſerui inter vrbanos. *l. 99. pr. D. de legat. III.* Eodemque ſenſu ADNVMERATVR quid auro facto, *l. 32. §. 1. D. de aur. arg.* bonis, *l. 73. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 49. D. de verb. ſignif.* caſtrenſi peculio, *l. 3. et l. 6. D. de caſtr. pecul.* inſtrumento, *l. 18. §. 11. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* ſupellectili et veſti. *l. 3. §. vlt. l. 4. D. de ſupell. legat. l. 12. §. 43. D. de inſtr. et inſtrum. leg.* ¶. 3. ADNVMERARE, id eſt, imputare, vel adſcribere. Sic ADNVMERATVR quid vel culpae, *l. 9. §. 5. l. 25. §. 4. D. locat. l. 132. D. de reg. iur.* vel imperitiae. *d. l. 132. D. eod. tit.*

ADO.

ADOLESCENS in libris noſtris vocatur pubes, tutela liberatus, *l. 4. pr. D. de in lit. iur. l. 11. §. 2. l. 27. pr. l. 41. l. 43. l. 1. §. vlt. l. pen. D. de min. l. 39. §. 6. D. de procurat. l. 32. §. 4. et l. 39. §. 15. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Conſtant. Harmenop. *Lib. I. Tit. 121.* Et ita ADOLESCENTIS *curator: l. 26. D. de pignor. action. l. 1. §. D. quod iuſſ. l. 53. D. de manum. teſt. l. 20. §. vlt. D. de tut. et curat. dat.* ADOLESCENS, curatorem non habens. *l. 5. §. 20. D. vt in poſſeſſ. legat.* Ideoque a *pueris, impuberibus, pupillisque* ſeparantur. *rubr. rem pupill. vel adoleſc. ſalu. l. 1. C. qui numero tutel. l. 2. C. de curat. furioſ. l. 1. C. de praed. minor. l. 6. D. de rei vind. l. 49. D. de minor. l. 7. §. 11. D. de admin. et peric. tut. l. 1. §. 2. D. de contrar. tut. et vtil. act. l. 5. §. 9. D. de pecun. conſt. l. vlt. §. vlt. D. de adpellat. l. vlt. C. de hered. tut.* Cenſorin. *de die natal. Cap. XIV.* adoleſcentem a quartodecimo anno ad trigeſimum dici, ſcribit, ab eo, quod ad id vsque tempus adoleſcat. Addidit, vt puto, Tabor: *Hoc forte ſenſit Paullus in l. 49. §. 3. D. de verbor. oblig. Celſum filium vocat* ADOLESCENTEM. At Celſus filius potius ADOLESCENS ibi vocatur comparate. Omnes enim, aetate aliquo minores, boni ſcriptores ADOLESCENTES adpellitant. Ita Catulus *odio incenſus eſt, quod extrema aetate, maximis honoribus vſus, ab* ADOLESCENTVLO *Caeſare victus diſceſſerat* in petitione puta Pontificatus maximi. Salluſt. *Catilin. Cap. XLIX.* Et tamen Caeſar tum fuit annorum circiter triginta ſex. Ita et Brutum, quadragenarium ADOLESCENTEM, vocat Corn. Nep. *in vit. Att. Cap. VIII. et XVI.* Similia exempla ſunt apud Ouid. *de arte amandi I. v. 182.* Sueton. *Aug. Cap. XX.* Plin. *Lib. I. Epiſt. 18.* Eutrop. *Lib. IX. Cap. I.* Recte itaque Celſus filius a Paullo vocatur ADOLESCENS, contemplatione patris: quemadmodum et Liuius *Lib. II. Cap. 3.* Tarquinios filios, iam maritos, comparatione ſuperbi patris vocat ADOLESCEN-

ADO.

LESCENTES. HEIN. ADOLESCENTES autem a Modeſtino vocantur *ἀφήλικες*, *l. 21. D. de tut. et cur. dat. l. 3. D. qui pet. tut.* Vetus Gloſſ. Ἀφῆλιξ, *ὁ ἥττων τῶν κέ ἐτῶν. Ἀφῆλιξ dicitur minor viginti quinque annis.* Et ita ADOLESCENTIS aetas accipienda *l. 69. §. 1. D. de legat. III.*

ADOLESCERE, *l. 50. §. vlt. D. de legat. III.* ADOLESCO autem, vt Feſtus tradit, ſignificat adcreſco. Vnde, ait, fiunt ADVLTVS, et ADOLESCENS. Sic ADOLESCERE dicitur infans: *l. 10. D. de condict. furt.* pupillus: *l. vlt. D. ſi quis caution.* pupilla. *l. 60. §. 4. D. de rit. nupt.*

ADOPTATOR, qui adoptat. *l. 3. §. 12. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.*

ADOPTATVS pater, *l. 14. D. de adoption.* non eſt pater adoptans; ſed ita dicitur ratione nepotis, cuius pater per adoptionem in aliam familiam tranſiit. HEIN.

ADOPTIONIS nomen, inquit Modeſtinus, *l. 1. §. 1. D. de adopt.* generale eſt: tam enim, qui ſui iuris, quam qui alienae poteſtati ſubditi ſunt, tam, qui rogatione lata, quam qui magiſtratus auctoritate in liberorum ius locumque adſciſcebantur, ADOPTARI dicebantur: vt ex Ciceronis *Orat. pro domo ſua*, non vno loco demonſtratur. Generaliter vero ADOPTIONEM definiemus legitimum actum, naturam imitantem, quo liberos nobis quaerimus. Vetus Gloſſarium: ADOPTIO, *εἶδος υἱοθεσίας, τεκνοποίημα. modus adſciſcendi filios, et veluti liberos faciendi.* quam Graeci *ἐκποίησιν*, (vel potius *εἰσποίησιν*, nam *ἐκποίησις* eſt actus, eius, qui dat aliquem in adoptionem, HEIN.) Gothi vocabant *adfiliationem*, qui eam barbaram Caio adpinxerunt interpretationem, quae hodie apud eumdem *Lib. I. Inſtit. tit. IIII. §. 1.* legitur. ¶. 2. ADOPTIO autem in duas ſpecies diuiditur, quarum altera ADROGATIO; altera ADOPTIO ſimiliter dicitur, eoque modo fit, vt idem nomen et genus, et ſui ipſius ſpecies ſit. *l. 1. l. 2. D. de adopt.* ADOPTIO eorum eſt, qui in aliena poteſtate ſunt, et a patris naturalis in adoptiui familiam transferuntur. Eaque apud praetorem, vel procoſ. vel quemlibet alium magiſtratum, apud quem legis actio eſſet, fiebat, parente naturali filium emancipante, eo, quem Iuſtinianus in *l. vlt. C. de adopt.* perſtringit ritu. ADROGATIO vero eſt, quum aliquis, patrem non habens, ſe in poteſtatem patris adoptiui dabat. Et inde ADROGATIO, ſecundum Caii opinionem, in *l. 2. D. de adopt.* inde dicta, quod et ille, qui adoptabat rogaretur, vtrum illum, quem adoptaturus erat, iuſtum ſibi filium eſſe vellet, et ille, qui adoptabatur, rogabatur, vtrum id fieri pateretur. Gellius vero *Noct. Attic. V, 19.* inde dictam ADROGATIONEM, tradit, quod non niſi rogatione ad populum lata fieret, in haec verba: VELITIS IVBEATIS, QVIRITES, VTI VALERIVS L. TITIO TAM IVRE LEGEQVE FILIVS SIET, QVAM SI EX EO PATRE MATREQVE FAMILIAS NATVS ESSET. Cui etymologiae et illud Taciti fauet, quod eſt in *Lib. XII. Annal. Cap. 26.* de adoptione Domitii: ROGATA*que lex eſt, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis tranſiret.* Conſtat plane, apud populum ADROGATIONES olim factas, non Gellii modo, ſed et Vlpiani teſtimonio, *Fragm. tit. VIII. §. 2.* Ratio vero adhibendi populi, quantum ex Cicerone colligo, illa fuit, quod iure a maioribus prodito libertatem nemo ciuis amittere ſine populi auctoritate poterat. Verum tranſlato populi in principem imperio, principali exinde auctoritate ADROGATIONES fieri coeperunt. *l. 2. D. de adopt. l. 6. C. eod. tit. §. 1. Inſt. eod. tit.* HEIN. ¶. 3. Hinc dicitur: *in* ADOPTIONEM *dare et dari*: vt in *l. 3. l. 4. l. 29. D. de adopt. l. 10. §. 8. D. de in ius voc. l. 8. §. 11. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 132. pr. D. de verb. oblig. l. 1. §. 2. D. de legat. praeſt.* et apud Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap. 8.* et Valer. Max. *Lib. II. Cap. 10. ex. 4.* et aliquoties. In ADOPTIONE *eſſe*, vel in ADOPTIVA familia eſſe: *l. vlt. §. 1. D. de legat. praeſt. l. 39. D. de bon. libert.* Denique *in* ADOPTIONEM *habere. l. 107. D. de verb. obl.* ¶. 4. ADOPTARE autem in locum filii et nepotis licebat. *§. 1. Inſt. de adopt.* Et quidem filium emancipatum in locum nepotis adoptatum legimus in *l. 1. §. 7. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* et nepotem in locum filii. *l. 3. §. 3. l. 13. §. 2. D. de bon. poſſ. contra tab.* Plane ADOPTIONIS iura emancipatione diſſoluebantur et finiebantur. *l. 1. §. 6. D. ſi tab. teſt. exſtab. l. 55. D. de rit. nupt. l. 3. §. 2. D. de bon. poſſ. contr. tab.*

ADOPTIVVS. A. vt ADOPTIVA cognatio: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VI. § 3.* ADOPTIVA familia: *l. 3. §. 9. l. 6. l. 8. l. 9. §. 4. l. 14. §. 1. D. de bon. poſſ. cont. tab. l. 1. §. 14. D. de collat. bon.* ADOPTIVVS frater, tum is, qui adoptione naturali filio frater factus eſt, tum qui adoptiuo frater acceſſit. *l. 3. D. vnde cogn.* ADOPTIVI liberi: *l. 1. §. 2. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* ADOPTIVA mater, falſo exiſtimata. *l. 29. §. 3. D. de inoffic. teſt.* Neque enim ADOPTIVA mater proprie et vere vlla eſſe poteſt, quia femina neminem in poteſtate habet. Poteſt quidem adoptare in ſolatium liberorum amiſſorum ex indulgentia vel iuſſu principis: *§. 10. Inſt. de adopt.* ſed eſt haec maxime impropria adoptio, quia poteſtatem non tribuit. Ceterum ſingulare admodum adoptionis exemplum eſt Valeriae, Auguſtae, ſterilitatis cauſſa, adeoque non in ſolatium liberorum amiſſorum, adoptantis Candidianum. Lactant. *de mort. perſequutor. Cap. L.* HEIN.

ADORARE, eſt procumbendo venerari. Sic ADORARE purpuram principis *l. 3. C. Theod. de domeſt. et protect. l. 6. C. de adu. diu. ſud. l. 1. C. de comit. et ſchol. l. 7. C. qui mil. poſſ. l. 4. C. de conſul. l. 1. C. de adparit. praeſ. praet. l. 1. C. de adparit. praeſ. vrb.* Ammian. Marcellin. *Lib. XXI. Cap. IX. Verum quum primitus viſus adorandae purpurae datam ſibi copiam aduertiſſet.* In Notitia quoque imperii Rom. crebro in officio Procoſſ. princeps agentium in rebus recenſetur, *qui* ADORATA *principali clementia, cum inſignibus exibat.* Talem autem honorem principi in ſalutatione exhiberi ſolitum, Zonaras *Tomo III. in Iuſtiniano p. 54.* indicat his verbis: Ἤδη δ' ἐφθακὼς ἐνώπιον τοῦ κρατοῦντος ὁ Βελλισάριος πείθει τὸν Γελίμερα εἰς τοὔδαφος καταβαλεῖν ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἀπονεῖμαι τῷ βασιλεῖ τὴν προσκύνησιν. ὁ δ' ἐποίει τὸ προσταττόμενον, καταχεόμενος δάκρυσι, καὶ αὐτὸς δὲ Βελλισάριος προσέδισεν αὐτὸν, ἐνδεικνύμενος τῷ Γελίμερι, ὅτι οὐχ ὡς αἰχμάλωτος ἐκεῖνος τοῦτο ποιῆσαι ἀπῄτητο, ἀλλ' ὅτι οὕτω νενόμισται προσκυνεῖσθαι τοὺς Ῥωμαίων τοὺς βασιλεῖς. *Quum iam ad Imperatorem peruentum eſſet, Beliſarius perſuadet Gelimero, vt humi procum-*

procumbat, *et Imperatorem* ADORET. *Facit ille, vt iubebatur, lacrymis oppletus, Procumbit et ipſe Beliſarius, vt Gelimero oſtenderet, cum id facere iuſſum, non vt captiuum, ſed quia moris ſit, hoc modo* ADORARI *Romanorum Imperatores.* Ex quo adparet, humi procumbere, et ad pedes principum prouolui ſolitos, quos illi ſalutationis officio dignabantur. Et, quod a peſſimis principibus inſtitutum, Alexandrum reſpuiſſe, Lampridius *in Alexandro Cap. XVIII.* his verbis teſtatur: *Ipſe* ADORARI *ſe vetuit, quum iam coepiſſet Elagabalus* ADORARI, *more regum Perſarum.* Iulius Capitolin. *in Maximino Iun. Cap. II. Nam in ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, et manum porrigebat, et genua ſibi oſculari patiebatur: nunnunquam etiam pedes. Quod numquam paſſus eſt ſenior Maximinus, qui dicebat: Dii prohibeant, vt quisquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat.* Atque hoc loquendi genus ab Auguſtino, non vno loco, vſurpatur. Multa alia hic addita reperio ex Procopii *anecdotis p. 133.* de diſcrimine adorationis et ſalutationis ex *l. 1. C. de ſilentiar.* de adoratione Deorum, de elephantis, adorationi adſuetis, denique de adoratione regum Perſarum, ſeu προσκυνήσεις, quae neque huc pertinent, et partim in vulgus nota, et ab ipſo Briſſonio *de Regn. Perſar. Lib. I.* tam accurate expoſita ſunt, vt vel verbum addere ſuperuacuum videretur. Quare, omiſſa illa rerum vulgarium congerie, id tantum obſeruo, male hic a Briſſonio explicatum eſſe ADORATIONIS ritum. Pro regula enim ſumit, quae ad exceptionem pertinent, et principes Romanos procumbendo, more regum Perſarum, adoratos, tradit, quum non aliter adorarentur, quam vt admiſſi ad id officium, ſubmoto capite, et admota ori mano, (quod proprie ADORARE eſt,) oſculum in perſonam vel imaginem eorum iacerent, vel purpuram oblatam oſcularentur, ceu fuſius eum ritum deſcribunt viri docti ad Ammian. Marcell. *Lib. XV. Cap. V. p. 64.* et Salmaſ. *ad Script. hiſt. Aug. p. 440.* Ab hoc ritu diſceſſere tantum quidam mali principes, qui non contenti illa ciuiliore adoratione, vel προσκύνησιν, vel manuum, genuum, pedumque oſcula, imperarunt ciuibus, veluti Elagabalus: Lamprid. *in Alex. Cap. XVIII.* Zenobia Palmyrena: Trebell. Pollio *in triginta tyrann. Cap. XXX.* Maximinus iunior: Iul. Capitolin. *in Maximin. Cap. II.* Diocletianus: Eutrop. *Lib. IX. Cap. 26.* Aurel. Vict. *in Dioclet. Cap. XXXIX.* Zonar. *Annal. Tom. II. p. 244.* Nec mirum eſt, aliquid ſubinde noui moris acceſſiſſe maxime in aula Conſtantinopolitana, quod in Iuſtiniano in primis iuſto acrius inſectatur Procopius. HEIN.

ADORNARE opus. *l. vlt. §. vlt. D. de operib. publ.*

ADP.

ADPARATIO, ADPARATVS, ADPARERE, ADPARITOR, ADPELLATIO et ſimilia vide infra ſub APPARATIO, APPARATVS, APPARERE, APPARITOR, APPELLATIO.

ADPELLERE, perfectum praeteritum format *adpuli.* At apud Vlpianum tamen *l. 1. §. 18 D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* Marcellus habet ADPVLSERIT: *Marcellus autem ait, ſi quis ius habens pecoris adpellendi, plura pecora* ADPVLSERIT. Cuius formae exemplum ex alio idoneo auctore adhuc nondum adlatum eſt, quamuis eam tamquam ſingularem et antiquam notarint Briſſon. noſter παρέργ. *n. 30.* Voſſ. *Analog. III, 28.* et *auctor libelli de Latin. vet. iuriſc. apud* Ducker. *p. 368.* HEIN. ¶. 2. ADPELLERE propria nauigia dicuntur ad littus, ripam, portum. *l. 3. D. de rer. diuiſ. l. 1. C. de naut. foen.* ¶. 3. Sed et pecora ad aquam ADPELLIMVS. *l. 4. D. de ſeru. ruſt. praed. l. 1. §. 2. D. de fonte. l. 1. §. 18. D. de aqua quotid.* vel ADPELLERE pecus abſolute dicimur. *l. 2. D. de riu.* Vnde ADPELLENDI ſeruitus, pro pecoris ad aquam adpulſu. *l. 6. §. vlt. D. de ſeru. ruſt. praed.*

ADPENDERE et adpendi dicuntur res, quae pondere conſtant. *l. 35. §. 5. D. de contrah. emt. pr. Inſt. quib. mod. re contr. obl.* Hinc ADPENDERE merces. *l. 18. §. 12. D. de dol.* ¶. 2. Olim praecipue pecunia ADPENDI ſolebat, nondum ad eam ἀκμὴν perducta monetandi arte, vt omnium eiusdem generis numorum eadem eſſet quantitas. Cornut. *Schol. ad Perſ. Sat. II. v. 59.* Hinc frequentiſſimum Hebraeis שקל et Chaldaeis תקל *adpendit* pro numerauit. *Gen. XXIII, 16. Ierem. XXXII, 9. Ieſ. XLVI, 6. 1. Reg. XX, 39.* Similis olim Romanorum mos. Vnde et poſtea diutiſſime obtinuit, vt in mancipationibus adhiberetur LIBRIPENS. Plin. *Hiſt. nat. XXXIII, 3.* Add. Dempſter. *ad Roſin. Antiqu. Rom. VII, 31.* Exſtant huius antiqui ritus veſtigia in *l. 34. D. de iure dot. Pater pupillae id* AVRVM *in dotem viro* ADPENDIT. Et *l. 52. §. 15. Sumtus in eam rem* PENSI SVNT. Eiusdem originis ſunt *pendere poenam, compenſare, penſio, expenſum ferre* et ſimilia, de quibus ſuo loco. HEIN.

ADPENDERE, ſecunda coniugatione, dicitur ius, quod in pendente eſt. *l. vlt. §. vlt. D. de SC. Tertull.*

ADPENDIX inſtitutionis, pro ſubſtituto. *l. 35. pr. D. de adquir. et omitt. her.*

ADPETERE et ADPLAVSVS vid. infra in APPETERE et APPLAVSVS. ADPETERE *ad aliquem.* inuſitate dixit Pomponius. *l. 2. §. 42. D. de orig. iur. Alioquin per ſe eorum ſcripta non talia exſtant, vt ea* AD *omnes* ADPETANT. Sed quum et ſine exemplo, et contra analogiam ſit loquutio: *Hoc ad me adpetit*, pro, hoc ego adpeto: nemo dubitauerit, quin mendoſus ſit locus, idoneum habiturus ſenſum, ſi praepoſitionem AD expunxeris. Corn. van Bynkersh. *Praetermiſſ. ad d. l. 2. p. 72.* HEIN.

ADPLICARE vid. infra ſub APPLICARE.

ADPLVMBATVM adpellatur, quod plumbo vinctum, et alii iunctum connexumque eſt. *l. 23. §. 5. D. de rei vind. l. 17. §. 8. D. de act. emt.* hinc ADPLVMBATA *et adfixa*, in *l. 2. D. de ſepulcr. viol.* Contrarium huic verbum REPLVMBATVM legitur in *l. 19. §. 3. l. 32. §. 1. D. de aur. arg. leg.* Add. infra PLVMBARE.

ADPONERE, addere, interponere. Sic ADPONITVR auctoritas: *l. 189. D. de reg. iur.* conditio: *l. 31. D. de oblig. et act. l. 13. §. 1. D. de pollicit. l. 20. pr. D. de ann. legat. l. vlt. D. de fideic. libert. l. 15. D. de ſtat. hom. l. 56. D. de condit. et demonſtr.* dies: *l. 30. §. 1. D. de legat. I. l. 4. princ. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 54. pr. D. de condit. et demonſtr.* pars: *l. 17. pr. D. de hered. inſt.* ADPOSITVM vero repudiatum. *l. 8. D. de reb. credit.*

ADPRE-

ADP.

ADPREHENDERE, prehendere, occupare. Sic ADPREHENDVNTVR dominium: Vlpian. *Fragm. XIX*, 7. ferae: *l. 14. pr. D. de adqu. rer. dom.* fugitiui: *l. 1. §. 2. D. de fugit. l. 2. D. ad leg. Fab. de plag. l. 21. §. vlt. D. de euict.* fures: *l. 5. pr. D. ad leg. Aquill.* iura: *l. 31. §. 2. D. de act. emt.* latrones: *l. 1. D. de recept. l. 1. §. 26. D. de quaeſt. l. 5. §. vlt. D. de re milit.* liberi pro fugitiuis: *l. 22. D. de iniur.* poſſeſſio: *l. 11. §. 6. D. de pignorat. act. l. 7. §. 4. D. pro emt. l. 10. pr. D. de cond. furt. l. 17. D. de vſu et vſufr. l. 38. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 16. D. de pignor. l. 1. §. 1. D. de Saluian. interd.* res: *l. 47. D. de vſucap. l. 25. §. 5. D. de hered. petit.* ſerui. Paull. *Recept. Sent. III, tit. 5. §. 8.* ¶. 2. ADPREHENDERE etiam comprehendere eſt. Sic *caſtit, teſtamento* ADPREHENSVS eſt, qui in ſupremis tabulis comprehenditur: *l. 10. D. de liber. et poſtum.* Omnes cauſſae *vna petitione* ADPREHENDVNTVR: *l. 14. §. 2. D. de except. rei iud.* Denique Paull. *Recept. Sent. II, 26, 15. Quatenus lege Iulia de adulteriis non* ADPREHENDITVR. Et *Libro IV, tit. 8. §. 3. Sane conſanguineos lex non* ADPREHENDERAT. Omnia haec loca praeter primum, deprompta ſunt ex libris Paulli, qui hoc verbo et hac eius notione in primis videtur delectatus: vt adeo fruſtra poſtremae periochae lectionem ſollicitet Iac. Gothofredus *Probat. XII. Tab. tab. II.* vbi pro *adprehenderat* reſcribi iubet *comprehenderat.* Ant. Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſt. p. 407.* HEIN. ¶. 3. ADPREHENDERE, aliquando reprehendere. Iuſtinianus *Conſt. tanta. §. 16. de conf. Dig. Quis hoc* ADPREHENDERE *recto animo poſſit?* Graecorum more, quibus ἐπιλαμβάνεσθαι et *adprehendere*, et *reprehendere* ſignificat. HEIN.

ADPROBARE, pro gratum ratumque habere. Ita ADPROBATVR, quidquid placet, veluti fideiuſſor, quem ſoluendo eſſe, conſtat: *l. 5. §. 1. D. qui ſatisd. cog.* opus, vel bonitas operis. *l. 36. D. locat. l. 5. D. eod. tit.* ¶. 2. ADPROBARE, idem ac probare, certum facere. Ita ADPROBATVR aliquid dilucidis probationibus: *l. 14. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* euidenter: *l. 5. §. 1. D. de pecul. leg. l. 5. §. 2. D. de liberat. leg.* liquido: *l. 75. D. de iudic.* manifeſtiſſime. *l. 88. D. de legat. I.* Hinc adprobari dicitur cauſſa: *l. 6. D. de manumiſſ. vind.* contraria voluntas: *l. 27. §. 3. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* contrarium: *l. 9. §. vlt. D. de reb. dub.* debitum: *l. 5. §. 3. D. de pecun. conſt.* periurium. *l. 21. D. de dol. mal.* Ita et iudici quid ADPROBARI dicimus. *l. 12. D. de prob.*

ADPROMITTENDI verbo Cicero *in orat. pro Roſc. Amer. Cap. IX.* vſus eſt. Vnde ADPROMISSORES, qui pro alio fidem ſuam obſtringunt, ſeque obligant, *l. 5. §. 2. D. de verb. oblig. l. 67. §. 4. D. ſolut. matr. l. 43. D. de ſolut.* quaſi inſuper et praeter alium promittentes. Quam ſignificationem interdum habet praepoſitio AD in expoſitione verborum. Feſtus ADPROMISSOREM definit, *qui quod ſuo nomine promiſit, idem pro altero quoque promittit.* At neſcio an ferenda ſit haec Feſti definitio. Nam ADPROMISSOR non id promittit pro altero, quod ſuo nomine promiſit, ſed, quod alter ſuo nomine promiſit, id et ipſe pro altero promittit. Legendum procul dubio: *qui, quod quis ſuo nomine promiſit, idem pro altero quoque promittit.* HEIN.

ADP. ADQ.

ADPVLSVS pecoris ad aquam, id eſt ſeruitus pecus ad aquam adpellendi. *l. 1. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 14. §. vlt. D. de alim. et cibar. leg.*

ADQ.

ADQVIESCERE, pro quieſcere, vel ſomnum capere: vt ADQVIESCERE meridiano tempore. *l. 26. pr. D. de oper. libert.* ¶. 2. ADQVIESCERE pro conſentire, ſuffragari, concedere. *l. 1. §. 4. D. de contr. et vtil. tut. act. l. 29. §. 1. D. de minor. l. 33. D. de excuſat. l. 2. C. de contr. iudic.* Sic ADQVIESCERE ſe quis dicit Celſo: *l. 7. §. 1. D. de op. libert.* diſtinguentibus: *l. 7. §. 3. D. de minor.* inſtrumento: *l. 7. C. ad leg. Corn. de falſ.* iudicatis: *l. 6. C. de excuſ. tut.* officialibus: *l. 5. C. de iur. fiſci.* patris: *l. 22. §. 6. D. ſolut. matr.* ſententiae: *l. 5. C. de re iudic.* denique ſtatutis. *l. 1. C. ſi pend. adpellat. l. 1. C. de his, qui per met.*

ADQVIRERE actionem: *l. 16. §. 3. D. de liber. cauſſ. l. 70. pr. D. ad leg. Falcid. l. 12. §. vlt. D. quand. dies legat. l. 1. D. de inſtit. act.* dominium: *rubr. D. de adqu. rer. dom.* dotem: *l. 7. D. de pact. dot.* hereditatem: *rubr. D. de adqu. vel omitt. hered. l. 7. §. vlt. D. de bon. damn.* legatum: *l. 32. D. mandat.* obligationem: *l. 11. §. 6. D. de pignor. act. §. 4. Inſt. de inutil. ſtipul.* poſſeſſionem, cui opponitur eius amiſſio: *l. 63. D. de aqu. vel om. her. rubr. tit. de adquir. vel omitt. poſſeſſ.* praeſcriptionem: *l. 3. C. commun. de vſucap.* ſeruitutem. *l. 2. §. 2. D. de verb. obl.*

ADR.

ADRADERE numos: *l. vn. C. Theod. ſi quis ſolid. circ. exter. incider.* An ADRODERE? Id ſane occurrit in *l. 2. C. Theod. de ponderat.* HEIN.

ADRESPONSVS, *Nou. XXV. Cap. I.* vel diuiſim, AD RESPONSVM, *l. 7. verſu: ſcrinii auri ad reſponſum. C. de palat. ſacr. largit.* alias ἀποκρισιάριος. Erat vero APOCRISIARIVS vel *ad reſponſum*, qui negotia ſacrarum eccleſiarum gerebat. *Nou. VI. Cap. 2.* itemque qui vice magiſtri militum reſponſum dabat. *Nou. XXVIII. Edict. Iuſtin. VIII.* Sed et reliquos magiſtratus tales apocriſiarios, vel AD RESPONSVM, hosque ſuos adiutores, et exceptores, habuiſſe, ex locis adductis patet. HEIN.

ADROGARE. Inde: ADROGANDVM ſe dare: *l. 32. D. de rit. nupt. l. 3. §. vlt. D. de hered. inſtit. l. 20. D. de lib. et poſtum. l. 7. D. de pecul. leg. l. 3. §. 6. de bon. poſſ. contr. tab. l. 19. D. de captiu.* ADROGANDVM ſe praebere. *l. 8. §. 3. D. de iur. codicill. l. 4. §. vlt. D. de caſtr. pecul. l. 11. §. 2. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.*

ADROGATIO, vid. ſupra ADOPTIO.

ADROGATOR, qui alium ADROGAT. *l. 19. l. 22. pr. D. de adopt.* Vlpian. *Fragm. tit. VIII. §. 8.* Vetus Gloſſarium: ADROGATOR, ὁ λαμβάνων αὐτεξούσιον εἰς θέσιν. ADROGATOR, *eum, qui ſui iuris eſt, filium adſciſcens.*

ADS.

ADSCENDENTES vid. infra ASCENDENTES.

ADSCISCERE, adſumere. e. g. ADSCISCERE ſocium. *l. 63. §. 8. D. pro ſoc.* Sed proprium hoc vocabulum eſt adoptantibus, qui ſibi filium, nepotem, *ſuum heredem*, ADSCISCERE di-

cantur. *l. 40. §. vlt. D. de adopt.* Plura exempla ex vetuſtis ſcriptoribus collegit Io. Fridr. Gronou. *Diatr. ad Papin. Stat. Cap. V. p. 26.* HEIN.

ADSCRIBERE ſibi in teſtamento, eſt ſua manu, eiusue, qui in poteſtate eſt, in rem ſuam alieno in teſtamento quid ſcribere. *tit. de his, qui ſibi in teſt. adſcrib. l. 15. D. de leg. Corn. de falſ.* ¶. 2. ADSCRIBERE, addere in ſcripto. Sic ADSCRIBITVR aliquid codicillis vel teſtamentis. *l. 1. §. vlt. D. de his, quae in teſtam.* compromiſſo: *l. 31. D. de recept. arbitr.* inſtrumento: *l. 1. C. de dot. prom.* mandato. *l. 7. C. de fideiuſſ.* ADSCRIBITVR conditio: *l. 78. §. 1. D. de cond. et demonſtr. l. 16. §. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. vlt. D. de condit. inſt. l. 63. §. 8. D. ad SC. Trebell. l. 21. §. 3. D. de ann. legat. l. 51. §. 1. D. de manum. teſt. l. 11. C. commun. vtr. iud. l. 1. C. de condit.* clauſula: *l. 31. D. de recept. arbitr.* dies: *l. 1. §. 1. D. de cond. et dem.* aliquid in dotem: *l. 2. C. de dote caut.* fideicommiſſum: *l. 7. pr. l. 11. D. de legat. III.* hereditas: *l. 1. l. 4. D. de his, quae pro non ſcript.* eiusue pars: *l. 30. §. 1. D. de adim. legat.* vel portio: *l. 5. §. 6. D. de legat. praeſt. l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* legatum: *l. 1. l. 4. pr. D. de his, quae pro non ſcr. l. 39. §. 8. de legat. I. l. 30. l. 32. pr. D. de legat. II.* libertas: *l. vlt. C. de his qui ſibi adſcr. l. 22. D. de donat. inter vir. et vx. l. 17. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 24. pr. D. de fideic. libert. l. 9. D. de caſtr. pecul.* modus: *l. 1. C. de his, quae ſub mod.* nomen: *l. 22. §. 4. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 1. C. de except.* onus. *l. 3. D. de alim. vel cib. leg.* pars vel partes: *l. 3. D. de hered. inſt.* quantitas: *l. 14. pr. D. de legat. I.* ſeruus: *l. 54. §. vlt. D. locat.* tutor: *l. 69. §. 2. D. de legat. II.* verba. *l. 14. C. de donat. int. vir. et vx.* ¶. 3. ADSCRIBERE, pro imputare, *l. 40. §. 4. D. de ſtatulib.* Quo ſenſu alicui ADSCRIBITVR damnum, *l. 21. §. 2. D. de adpellat.* itemque periculum. *l. 11. pr. D. ad municipal.*

ADSCRIPTITII adpellantur coloniis addicti vel adſignati, ſic, vt inde ſe mouere non poſſint, et poſſeſſionibus ipſis accedant, omniaque bona dominis praediorum adquirant: *l. 6. l. 20. l. 22. l. vlt. C. de agric. et cenſit. l. 20. l. 34. C. de epiſc. et cler.* quorum etiam *conditio* ADSCRIPTITIA dicitur. *l. vlt. C. de transact. l. vlt. C. comm. vtr. iudic.* Iuſtinianus ADSCRIPTITIVM ἐναπόγραφον vocat *Nou. Conſtitut. XXII. Cap. 17.*

ADSCRIPTVM ſeruum, pro adſignato dixit Paullus *l. 54. §. vlt. D. locat.* iuncta *l. 32. D. de pignor.* ADSCRIPTI etiam Feſto auctore dicebantur, qui nomina in colonias dediſſent: quomodo ADSCRIPTOS *colonis* interpretor apud Liuium *Lib. IIII. Cap. XI.*

ADSECTARI, verbum μέσον. ADSECTAMVR enim, teſte Feſto, feminam, et honoris, et ignominiae cauſſa. Et hinc iniuriarum reus eſt, qui feminam frequenter tacitus, et contra bonos mores, ſequitur. *l. 15. §. 22. 23. D. de iniur.* HEIN.

ADSENSVS, conſenſus. *l. 11. §. 1. C. de op. libert. l. 20. C. de nupt. l. 3. C. quom. et quand. iud.* HEIN.

ADSEQVI, conſequi. ADSEQVI liberam teſtamentifactionem. *l. 41. D. de oper. libert.*

ADSERERE, ſerere: vt ADSERERE arbores. *l. 7. §. 3. D. de vſufruct.* Ita et Varro *de re ruſt. I, 26.* ADSERERE *vitem propter ridicam*, dixit. HEIN. ¶. 2. ADSERERE *ſe in libertatem*, pro vindicare: *l. 11. fin. D. de iniur.* vti ADSERERE *ex libertinitate in ingenuitatem*, *l. 2. §. 1. D. ſi ingen. eſſe dic.* et *ex ſeruitute in libertatem* ADSERERE, Imperatores in *l. 5. C. de lib. cauſſ.* Sed et ſimpliciter ADSERERE ſe dixit. Ouid. *Amor. III. eleg. 10.*

Scilicet ADSERVI *iam me, fugique catenas.*

Veteres autem LIBERALI ADSERE CAVSSA MANV dicebant, quum in libertatem iniuſta ſeruitute oppreſſos vindicabant, quae Comicis familiaris eſt loquutio, eaque Plautus *in Curcul. Act. 2. ſcen. 2. Poenul. Act. IV. ſcen. vlt.* et *Act. V. ſcen. 2.* nec non *in Perſa Act. I. ſcen. III.* et Terentius *Adelph. Act. II. ſcen. I.* vſi ſunt. Vnde autem ducta ſit haec loquendi ratio, non ſatis liquet. Varro certe *Lib. V. de lingu. Lat.* ita explicat: *Conſerere manum dicimur cum hoſte: ſic ex iure manu conſertum vocare. Hinc* ADSERERE *manu in libertatem, quum prehendimus.* Feſtus vero *Lib. I.* ADSERERE manu, *manum admouere* interpretatur, quod ea quoque, quae in terram demittantur, ADSERI dicantur. Idem *Lib. XV.* ex quorumdam ſententia *ſertorem* dictum a prehendendo ſignificat, quia, quum is cuiquam ADSERAT manum, eius ex ſeruitute in libertatem educendi gratia, vocetur ADSERTOR, quum tamen Verrio Flacco veriſimillimum videretur, a iungendo ita dictum, quod in libertatem eamdem, qua et ipſe fruitur, eum petat. Quod ipſi Feſto abſurdum videtur. Vtut ſit, alienae libertatis vindicem ADSERTOREM adpellari, certiſſimum eſt. *l. vlt. C. de adſert. toll.* et apud Paull. *Recept. Sent. V, 1. 5.* Quinctilian. *Declam. CCCLXXXVIII.* Martial. *Lib. II. Epigr. I.* Sueton. *in Iul. Cap. LXXX.* Tertull. *adu. Marcion. I. Cap. 23.* Donat. *in Terent. Adelph. II, 1.* ¶. 3. ADSERERE ſe hereditati: *l. 2. §. 1. D. ſi ing. eſſe dic.* ADSERI cauſſae. *l. 1. C. vb. cauſſ.*

ADSERTOR quamuis vt plurimum pro alienae libertatis vindice accipiatur, quem a Graecis καρπιστὴν vocari, alias docui: tamen commune id nomen fuiſſe, tam a libertate in ſeruitutem trahentium, quam e ſeruitute in libertatem vindicantium, Priſcianus *Lib. vlt.* adnotauit. Nam et ADSERERE *in ſeruitutem* eſt apud Liu. *Libro III. Cap. 44.* et Tranquill. *Tiber. Cap. II.* ADSERTOREMque idem Liuius eum, qui in ſeruitutem petebat, vocat. De ADSERTORIBVS et adſertionibus plura dixerunt Iac. Cuiac. *Paratitl. Cod. Lib. VII. tit. 17.* et Iac. Gothofred. *in Cod. Theodoſ. tit. de liber. cauſſ.* Nimirum quum is, cuius ſtatus in dubium vocabatur, non ipſe poſſet cauſſam ſuam agere: fieri id oportebat per alium, qui ADSERTOR vocabatur, et in eo differebat a procuratore, quod hic domini; ille ſuo periculo litigaret. Quum porro petitio in ſeruitutem iterari non poſſet: *l. 4. l. 27. C. de liber. cauſſ.* adſertio tamen in libertatem iterabatur bis terque. *l. 1. C. de adſert. toll.* Cic. *pro domo Cap. XXIX.* Hinc ADSERTIONIS *ſecundae* meminit Quinctilian. *Inſt. V, 2.* *tertiae* Imp. in *d. l. 1. pr. C. de adſert. toll.* Sunt, qui et quartum vel quintum cauſſam repeti potuiſſe, putant cum Scholiaſta *Baſilic. Lib. XXVIII. tit. 21.* et Martial. *Epigr. I, 53.* Sed rem illam non ſatis planam eſſe, docuit Noordkerk. *de lege Petron. Cap. II. p. 46. 47. et p. 56. ſequ.* Quumvero difficillimum eſſet, reperire adſertorem, qui

qui alium ſuo periculo liberali cauſſa manu adſerere vellet: illas ambages ſuſtulit Iuſtinianus *l. 1. l. 2. C. de adſert. toll.* et facultatem dedit hominibus ad libertatem prouocantibus, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem cauſſam agendi. Et haec ipſa eſt ratio rubricae Codicis *de adſertione toll.* HEIN.

ADSERTORIAE lites, quibus quis ab alio e ſeruitute in libertatem vocabatur. *l. vlt. C. de adſ. toll.*

ADSESSOR eſt, qui a magiſtratu vel praeſide in conſilium adhibetur, ab eo dictus, quod ei in iure dicundo adſideret, vt adparet ex *l. 1. l. vlt. D. de offic. adſeſſ. l. 2. D. quod quisqu. iur. l. 9. §. D. quod met. cauſſ. l. 37. l. 38. D. ex quib. cauſſ. mai. l. vlt. C. de crim. ſacrileg.* et ex Iul. Firmic. *Lib. II. Mathemat. Cap. V.* Qui adſeſſores et *conſiliarii* dicuntur in *l. pen. D. de offic. adſeſſ.* et apud Sueton. *in Tiber. Cap. XXXIII.* nec non συγκάθεδροι. *l. 18. D. de excuſ. tut.* Vetus Gloſſar. ADSESSOR *eſt, qui abeo, qui iudicandi habet poteſtatem, adſumitur, vt adſociatur, vt ſibi in cauſſae cognitione* ADSIDEAT. ☞ Oportebat ergo ADSESSORES iuris peritos, vel *iuris ſtudioſos* eſſe: *l. 1. D. de off. adſeſſ.* quia, ſi magiſtratus eorum conſilio iniqui quid ſtatuerant, non ipſi, ſed adſeſſores tenebantur. *l. 2. D. quod quisqu. iur.* Cuiac. *Obſ. XXIII, 40.* Petr. Burg. *Elect. Cap. IX.* Hinc in Maximinum Imp. inuehitur Lactant. *de mort. perſequ. Cap. XXII.* quod iudices *militares, humanitatis litterarum rudes, ſine* ADSESSORIBVS *in prouincias immiſerit.* HEIN.

ADSESSORIORVM libros Puteolanos ſcripſit, quos Vlpianus citat in *l. 12. D. de pact.* Sabinum etiam in ADSESSORIO laudat Vlpianus *l. 5. ☞ §. 8. D. de iniur.* In huiusmodi libris iurisconſulti enucleare ſolebant quaeſtiones alicuius momenti, quas agitari audiuerant, dum erant adſeſſores, vti recte ſuſpicatur Petr. Perenhon. *Animadu. II, 11.* et Ev. Otto in *Papin. Cap. XII. p. 236.* et *Cap. XIV. p. 324.* HEIN.

ADSESSVRA, adſeſſoris munus et functio. *l. vlt. D. de proxen.*

ADSIDEO, officio adſeſſoris fungor: *l. 2. §. 3. l. 5. D. de offic. adſeſſ.* ADSIDERE in conſilium: *l. vlt. D. eod. tit.* in prouincia ſua: *l. 37. l. 38. pr. D. ex quib. cauſſ. maior.* me ADSIDENTE. *l. 9. §. 3. D. quod met. cauſſ.*

ADSIDVE ſolent. *l. 5. D. de inoff. teſt.* ADSIDVE proficiſci, *l. 13. §. 1. D. de ann. legat.*

ADSIDVVS, A, VM, quotidianus, frequens. Sic ADSIDVA comparatio mancipiorum: *l. 44. pr. D. de vſucap.* ADSIDVA eſt duplae ſtipulatio: *l. 31. §. 20. D. de Aedilit. edict.* Paullatim hoc conuerſum eſt in ADSIDVAM iurisdictionem: *§. 1. Inſt. de fideicom. heredit.* Ipſo vſu, ADSIDVA peruagatione, quodammodo extinguitur. *§. 2. Inſt. de fideicomm. hered.* ¶. 2. ADSIDVVS, erat verbum XII. Tabularum, vt Cicero *Top. Cap. II.* et ☞ Soſipater. *Lib. I. Inſtit. grammat.* docent. Immo in XII Tabulis non fuit ADSIDVVS, quod ab *adſidendo* eſt, ſed ASSIDVVS, ab *aſſibus dandis*, adeoque ita dictus eſt *locuples.* Gell. *Noct. Att. XVI, 10.* Eo ſenſu Plaut. *Amphitr. I, 1. v. 13.*

Hoc magis miſer eſt diuitis ſeruus.
Noctesque diesque ASSIDVO *ſatis ſuperque eſt,*

Quo dicto factoque adeſt opus, quietus ne ſit.

Dubium an non eodem ſenſu *vrbani* ASSIDVI dicantur ab eodem in *Trinum. I, 2. v. 165.* Quum vero opulentiores et aſſidui ciues in claſſes referrentur, eoque ſepararentur a proletariis et capite cenſis: facile patet, cur orator vel poëta *claſſicus* ASSIDVVSque *ſcriptor*, *non proletarius*, Gellio *Noct. Att. XI, 8.* idem ſit, ac praeclarus et eximius. HEIN.

ADSIGNARE, attribuere, dare, reddere. Ita ADSIGNARI dicuntur agri modus: *l. 5. pr. D. ſi menſ. falſ. mod.* ingenuitas: *l. 8. C. de ingen. manumiſſ.* inſula relegato, vel deportato: *l. 1. §. 3. D. de offic. praef. vrb. l. 7. pr. D. de interd. et releg.* iter: *l. 1. §. vlt. D. de aqu. quotid. et aeſt.* locus vicinus: *l. 7. D. fin. regund.* nomen vel nomina communium debitorum, ſeparatim, diuerſa ſingulis in ſolidum: *l. vlt. D. de diſtract. pign.* numerus per ſingula genera ferarum: *l. 62. §. 1. D. de vſufruct.* opus: *l. 1. §. vlt. D. de pollicit.* pars: *l. 22. §. 1. fam. erc.* parentes: *l. 22. C. de liber. cauſſa.* poſſeſſio: *l. 3. C. ne vxor pro mar.* praedia: *l. 39. §. 5. D. familiae erciſcundae. l. 1. §. 24. D. de ventr. in poſſ. mitt. l. 77. §. 21. D. de legat. II. l. 45. l. 47. §. vlt. l. 49. §. 3. D. de legat. III.* ſerui: *l. 32. D. de pignor.* denique vnciae. *l. 87. D. de hered. inſtit.* ¶. 2. Speciatim ADSIGNARE libertum, eſt teſtificari, cuius ex liberis libertum eum eſſe, pater velit. *l. 107. D. de verb. ſignif.* Quo ſenſu verbum hoc accipiendum eſt *l. 1. et tota titulo D. de adſign. libert. l. vlt. D. de oper. libert. l. 48. §. vlt. D. de rit. nupt. l. 1. fin. D. de legit. tutor. l. 22. §. 9. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 3. pr. de bon. libert.* Hinc ADSIGNATOR, *l. 3. pr. D. de adſign. libert.* et ADSIGNATIO liberti. *d. l. 3. l. 22. §. 8. D. de adſign. lib.* ¶. 3. Speciatim quoque AGER dicebatur ADSIGNATVS militibus: *l. 15. §. 2. D. de rei vind.* quales etiam *poſſeſſiones*, veteranis in praemia ADSIGNATAE. *l. 11. pr. D. de euict.* et apud Ciceron. *Philipp. V. Cap. XIX.* et *ad Familiar. Lib. XI. Epiſt. 20. 21.* Siculum Flaccum *de condit. agror. p. 17.* et Frontinum *de qualitate agror. p. 38. ſeq.* Hyginum *Lib. II. de limitib. p. 206.* *Diuiſi et* ADSIGNATI *ſunt agri, qui veteranis, aliisque perſonis, per centurias certo modo adſcripti, aut dati ſunt, aut redditi veteribus poſſeſſoribus pro ſuis ſunt.* ADSIGNABANTVR agri per *centurias* ☞ et *iugera.* Centuria erat *iugerum* CC. vel CCL. *iugerum* vero in longitudinem pedes CCXXXX. in latitudinem CXX continebat, teſte Columella *de re ruſt. V, 1.* Ceterum adſignatorum agrorum limites verſus orientem et occidentem *decumani*; verſus meridiem et ſeptentrionem *cardines* dicebantur. HEIN. ¶. 4. ADSIGNARE, vna cum aliis ſignare, vel ſubſcribere. Sic ADSIGNARE inſtrumento: *l. 20. D. de auct. et conſ. tut. et cur.* Subſcribente et ADSIGNANTE domino: *l. 126. §. 2. D. de verb. obl.* praeſente et ADSIGNANTE eo, cui fideicommiſſum debebatur. *l. 92. pr. D. de legat. I.* Cautiones curatorum ADSIGNANTIVM auctoritate ſubnixae. *l. vn. C. de ſolut. et liberat. debit. ciuit.* ADSIGNATAE *res*, id eſt, annulo obſignatae. *l. 1. §. vlt. D. naut. caupon. ſtabular.* Sic in priſco lapide apud Gruter. *Inſcr. p. 1081.* HVIC. DONATIONI. MONVMENTI. SICVT. SCRIPTVM. EST. CONSENSI. SVBSCRIPSI: ET ADSIGNAVI. Vetus Gloſſarium: ἐπισφραγίζω, *adſigno.* ☞ Perſius *Sat. V. v. 81.* ADSIGNA, *Marce tabellas.* vbi Cornutus: *adſigna*, *id eſt ſigilla.* Conf. Fridr. Brummer *Comm. ad leg. Cinc. Cap. XIV.* vbi totum

tam hanc inſcriptionem a *p. 219. edit. Paris.* erudite illuſtrat. HEIN.

ADSIMVLARE. ADSIMVLATVR bonorum poſſeſſio. *l. 4. §. 21. D. de fideic. libert.* Vaticinatores ſe Deo plenos ADSIMVLANT. Paull. *Recept. Sent. V, 21, 1.* Hinc ADSIMVLATIO *l. 59. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.*

ADSISTERE dicitur aduocatus, iis, quibus adeſt, veluti vindicantibus, *l. 54. D. de rei vind.* vel reis: *l. 21. C. de euict.* cauſſae: *l. 1. C. de in litem iurand.* defenſioni cauſſarum: *l. 1. C. vt cauſſ. poſt pubert.* negotiis: *l. 1. C. vt quae deſunt adu.* Plin. *Lib. X. Ep. LXXXV.* *Tum Eumolpus,* ADSISTENS *Flauio Archippo, dixit, exigendam eſſe a Dione rationem operis,* quem Eumolpum eadem epiſtola *comm. 6.* ADVOCATVM *Flauii Archippi* vocat. Porro et curator ADSISTERE dicitur virgini iniurias ſuas perſequenti. *l. 7. C. ad leg. Iul. de adulter.* Apulei. *Apolog. p. 274.* *Ac ne id quidem de profeſſo audet, verum poſtera die dat libellum, nomine privigni mei Sicinii Pudentis, admodum pueri, et adſcribit:* SE EI ADSISTERE, *nouo more per alium laceſſendi.* Ita et Graeci vſurpant verbum παρίστασθαι, pro *adeſſe,* vel *patrocinium praeſtare:* προστασία pro *patrocinio:* προστάτης pro *patrono.* HEIN. ¶. 2. ADSISTERE etiam dicitur, quidquid aliquid confirmat. Sic veritas adlegationi, vel precibus ADSISTERE dicitur. *l. 1. C. ſi adu. dot. l. 5. C. ſi quis alteri vel ſib.*

ADSOLET, pro ſolet. *l. 46. D. de adquir. poſſeſſ.* Hinc elegantes illae formulae: VT ADSOLET: *l. 61. §. 8. D. de furt. l. 16. §. 1. rat. rem. hab. l. 43. pr. D. de ritu nupt.* vt fieri ADSOLET: *l. 12. D. ad SC. Turpill. l. 1. §. 4. D. quando adpell. ſit. l. vlt. D. ſi quis aliqu. teſtar. probib.* vt plerumque ADSOLET. *l. 14. D. de offic. praeſ.* Ea formula in rebus ſollemnibus et vſitatis frequenter vſos eſſe Terentium, Ciceronem, Liuium, Tacitum, collectis plurimis eorum teſtimoniis oſtendit Phil. Paraeus *in Lexico Critico p. 45.* cuius ſcrinia hic expilare nolo. HEIN.

ADSPECTVS vid. ASPECTVS.

ADSPERGO vel ADSPARGO vid. infra in ASPARGO, ADSPERNARI et ADSPERNANTER, vid. ASPERNARI.

ADSPERSVS ſeruili macula. *l. 9. C. de lib. cauſſ.* Eodem modo Cicero *pro M. Coel. Cap. X.* *Qui iſtius facti non modo ſuſpicione, ſed ne* INFAMIA *quidem, eſt* ADSPERSVS. HEIN.

ADSPIRARE ad fideicommiſſi petitionem: *l. 11. C. de fideicomm.* ad honores: *l. 7. §. vlt. D. de interd. et releg.* ad iudicium defuncti: *l. 6. C. de leg. Corn. de falſ.* ad legitimam hereditatem: Paull. *Recept. ſent. IV, 10, 1.* ad nouum magiſtratum: *l. 1. §. 6. D. de poſtul.* ad nuptias: *rubr. Cod. Lib. V. tit. 7. ſi quacumque praedit. poteſt. vel ad eum pertinentes, ad ſuppoſitarum iuriſdictioni ſuae* ADSPIRARE *tentauerit nuptias.* ad ſucceſſionem: *l. 3. C. de legit. hered.* ad tutelam vel curam. *§. 13. Inſt. de excuſ. tut. vel cur.*

ADSTRINGERE, obligare, ad quid cogere vel adigere. *l. 49. D. famil. erciſc.* Hinc ADSTRINGERE fidem: *l. 21. §. 6. D. ad municipal. l. 1. C. de fideiuſſ. l. 6. C. mand. l. 5. C. de pact. int emt. et vend.* ſe hereditariis actionibus: *l. 53. D.*

ad SC. Trebell. inſcriptionibus: *l. 10. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* muneribus: *l. 2. pr. D. de iur. immunit.* neceſſitate quem. *l. 13. C. de contrab. emt. l. 23. C. de probat. pr. Inſt. de obligation.* ADSTRINGENDAE obligationis cauſſa. *l. 99. D. de verb. obl.* Ita et paſſiue ADSTRINGI quis dicitur fideicommiſſo: *l. 77. §. 3. D. de legat. II. l. 2. C. quando dies leg. ced.* muneribus: *l. vlt. §. 10. D. de mun. et honor.* periculo: *l. 40. D. de admin. et peric. tut. vel curat. l. 7. C. de legat.* et contra, periculum nos non ADSTRINGERE dicitur. *l. 5. C. de peric. et commod. rei vend.* precibus. *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.*

ADSTRVERE, pro adfirmare. *Falſi criminis reos teneri praecipimus, ſi quum ſcriptae iure ac ſollemniter deficientium exſtiterint voluntates, non ſcriptum aliquid ſub noſtrorum nominum mentione falſo* ADSTRVERE *moliantur.* Ita Honor. et Theodoſ. AA. *l. 20. C. de teſtam.* ¶. 2. Item pro probare. Ita Valens, Gratian. et Valentinian. AAA. *l. 24. C. de probat.* *Niſi ipſi* ADSTRVXERINT *veritatem,* id eſt, niſi probauerint. Sunt, qui vtramque verbi notionem vocant in dubium, et ADSTRVERE potius addere vel adiicere ſignificare, contendunt. Sed eadem tamen ſignificatione id verbum vſurpauit Plin. *Hiſt. nat. Lib. XII. Cap. XVIII.* vbi omnes codices, fatente Harduino, habent: *Periti rerum* ADSTRVXERVNT, quamuis in editis ſit *adſeuerant.* HEIN.

ADSVMERE, adſciſcere: vt ADSVMERE arbitrum: *l. 17. §. 5. D. de recept. arbitr.* in collegium: *l. 5. §. 12. D. de iure immunit.* in conſilium: *l. 30. pr. D. de excuſ. tut.* curatorem: *l. 21. §. 2. D. de adpellat.* militem: *l. 88. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* obſtetricem: *l. 1. pr. D. de ventr. inſp.* tutorem. *l. 53. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 2. ADSVMERE pro intelligere. Eas calendas ADSVMEMVS. *l. 41. pr. D. de verb. oblig.* ¶. 3. ADSVMERE poſſeſſionem, pro adquirere vel adprehendere. *l. 41. pr. D. de hered. pet.*

ADSVMTIO manifeſto pro demonſtratione accipitur. *l. 48. §. 3. D. de her. inſt.* Et hanc quidem Marciani loquutionem ex ipſo Cicerone defendit Ducker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 354.* Nam et ille *de Orat. II, 39.* et *Topic. Cap. II,* quaecumque a circumſtantiis extra rem petuntur argumenta, foris ADSVMI, dicit. HEIN. ¶. 2. Sed et, quod quis iactat, id eſt, quod falſo ſibi adrogat, id ADSVMTIONIS nomine venit, et ita intelligenda ADSVMTIO *originis* in *l. 6. pr. D. ad municipal.* Verbo ADSVMERE ita ſaepe vtuntur veteres. Cicero *de nat. Deor. III, 36.* *Si quidpiam nacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali: tum Diis gratias agimus, tum nihil noſtrae laudi* ADSVMTVM *arbitramur.* HEIN.

ADSVMTVS, ſine exemplo, pro perfectus vel conſummatus. Ita ſane ADSVMTO *actu,* pro conſummato vel perfecto, occurrit in *l. 225. D. de verb. ſignif.*

ADT.

ADTACTVS, VS, ſubſtantiuum. Hinc quum nefas eſſet iure Romano iuxta monimentum vel ſupra monimentum, habitare: addunt veteres rationem, ADTACTV *conuerſationis humanae piaculum admitti.* Paull. *Rec. ſent. Lib. I. tit. 21. §. 12.*

Quod

Digitized by Google

ADT. ADV.

Quod Vlpianus *l. 12. §. 1. D. de relig. et ſumt. fun.* ita eloquitur: *SCo cauetur, ne vſus ſepulcrorum permutationibus polluatur, id eſt, ne ſepulcrum aliae conuerſationis vſum accipiat:* vbi aliae, pro alius. HEIN.

ADTENTARE, vel, vti ſaepe Florentiae legitur, ADTEMPTARE, eſt inſidias ſtruere, praeter ius et fas aliquid moliri. Sic ATTENTARE quis dicitur annonam. *l. 6. pr. D. de extraord. crim.* honorem, ornamentaque: *l. 15. §. 39. D. de iniur.* pudicitiam. *l. 15. §. 20. D. eod. tit. l. 1. §. 2. eod. tit.* Quod poſtremum fit, quoties id agitur, vt ex pudieo pudicaque impudicus vel impudica fiat. *l. 10. D. eod. tit.*

ADTERERE. Hinc ADTRIVIT veſtimenta, et ADTRITA veſtis. *l. 10. pr. D. de iur. dot. l. 9. §. 3. D. vſufruct. quemadm. caueat.* Metaphorice ADTRITI *negotiationibus* dicuntur, qui, dum negotiantur, pro lucro damnum inueniunt. *l. 10. D. qui et a quib. manum.*

ADTINGERE ICti accipiunt pro *adire.* Hinc ADTINGERE bona: *l. 1. §. in fine D. de ſeparat.* et ADTINGERE hereditatem. *l. 25. §. 12. D. de hered. petit.* HEIN.

ADTRIBVERE, adſignare. Ita ADTRIBVITVR aliquid vſibus mulieris. *l. 45. l. 49. §. vlt. D. de legat. III.* In primis autem ADTRIBVI dicuntur nomina, quae, quia exactio et ſolutio partium non minima incommoda habet, vni ex coheredibus adſignantur. *l. 3. D. fam. erciſc.* HEIN. Hinc ADTRIBVTIO *nominum*, apud Ciceron. *ad Attic. Lib. XVI. Epiſt. 3.*

ADV.

ADVEHERE in vſus praeſidis. *l. 4. §. 1. D. de publican.*

ADVENA, ait Pomponius in *l. 239. §. 4. D. de verb. ſignif.* eſt is, quem Graeci *ἄποικον* adpellant. Sic ADVENA, mercator, in *l. 19. §. 2. D. de iudic.* Anſelmus Cantuarienſ. *in Cap. II. Epiſt. ad Ephesios:* ADVENAE *dicuntur, qui, quum non ſint indigenae, morantur tamen in loco, vbi non ſunt indigenae.*

ADVENIRE dies, qui alias *venire* dicitur. *l. 5. D. de nouat. l. 9. §. 17. D. de hered. inſt.* ADVENIRE in ciuitatem: *l. 7. pr. D. de offic. proconſ.* ADVENIRE etiam ſucceſſor dicitur magiſtratui. *l. 17. D. de offic. praeſid.*

ADVENTITIVS, A, VM, quod aliunde aduenit, quam a patre, vel domino. Sic ADVENTITIA dos dicitur, quae a quouis alio, quam a parente, qui in poteſtate habet, data eſt. Vlp. *Fragm. VI, 5. l. 5. §. 11. D. de iure dot. l. vn. §. 1. C. de rei vxor. act. l. 4. C. de collat.* Gloſſarium Graecum: ADVENTITIVM *λέγεται ἡ προῖξ παρὰ ἐξωτικοῦ μὲν χορηγουμένη, διδομένη δέ.* ADVENTITIVM *dicitur, quod dotis loco alicui ab extraneo datur.* Ita et quod filiofamilias extrinſecus, non per patrem, obuenit, dicitur ADVENTITIVM, *l. 28. D. de reb. auct. iud. poſſ.* ADVENTITIVM ius: *l. 16. D. de caſtrenſ. pecul. l. 36. C. de inoffic. teſt.* ADVENTITIVM lucrum: *l. 41. D. de diuerſ. reg. iur. l. 4. §. 1. D. de manumiſſ.* ADVENTITIVM peculium, quod ab extraneis cognatisue profectum eſt. Quo in genere ſunt maternae materniue generis hereditates, amicorum item legata, et lucra nuptialia. *l. 6. l. 8. C. de bon. quae lib.* Vetus Gloſſarium: ADVENTITIVM *λέγεται τὸ κληθὲν πρᾶγμα ὑπὸ ὑπεξουσίου χωρὶς πατρικῶν πραγμάτων, καὶ ἔχει τὰς καρπὰς ὁ πατὴρ, τὴν δὲ δεσποτείαν ὁ ὑπεξούσιος.* ADVENTITIVM *dicitur peculium filiifamilias, a rebus paternis ſeparatum, in quo fructus pater, dominium vero filius habet.* ¶. 2. Sic et occurrunt ADVENTITIAE neceſſitatis ſarcina: *l. 5. C. de ſacroſ. eccleſ.* ADVENTITIA pecunia: apud Ciceron. *Lib. II, 21. de inuent.* ADVENTITIA pondera, pro ſuperuenientibus oneribus. *l. 1. verſ. ſi vero vel ſocer C. de impon. lucrat. deſcript.*

ADVENTVS militum: *l. 6. §. 5. D. de offic. praeſ.* officiorum: *ibid.* proconſulis in prouinciam: *l. 4. §. 3. D. de offic. procoſ.* ſucceſſoris. *l. 10. pr. D. eod.* ADVENTV ſuo turbam excitare. *l. 4. §. 6. D. de vi bon. rapt.*

ADVERSARI, repugnare, refragari. ADVERSATVR huic ſententiae reſcriptum: *l. 6. §. 4. D. de pecul. leg.* ADVERSATVR voluntas. *l. 9. l. 13. D. de tutor. dat.*

ADVERSVS, contrarius, ſiniſter. Sic ADVERSVS caſus: *l. 1. D. ex quib. cauſſ. mai.* ADVERSVS euentus: *l. 3. §. 7. D. de contrar. tut. act.* ADVERSA fortuna: *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig. l. 8. D. de pollicit.* ADVERSA medicamenta: *l. 3. D. de extraord. cognit.* ADVERSA pars, quae nobiſcum litigat: *l. 1. C. ſi adu. dot. l. 6. C. de pact.* quae alias DIVERSA pars. ADVERSA tempeſtas: *l. 6. D. de lege Rhod. de iact. l. vlt. §. 8. D. de publican.* ADVERSA valetudo corporis: *l. 17. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 10. §. vlt. D. de excuſ. l. 13. D. de tutel. l. 53. §. 2. D. de re iudic.* Paull. *Sent. III, 4, 11.* ADVERSA voluntas teſtatoris, id eſt, contraria. *l. 6. §. 2. D. de pecul. leg.* Inde eſt

ADVERSARIVS, quocum agitur, *l. 9. D. de exc. l. 1. pr. D. de fer. l. 1. D. qui ſatisd. cog.* apud Ciceron. *pro Cluent. Cap. XXXIV.* et Horat. *Serm. Lib. I. Sat. IX. v. 74.* is nimirum, qui contra nos in iudicio ſtat, quocum nobis lis eſt. Graeci [illegible] vocant. ADVERSARIA tua. *l. 14. C. de procurat.* ¶. 2. ADVERSARIVS, adiectiue, pro aduerſus. Hinc ADVERSARIA valetudo: *l. 23. D. mand.*

ADVERSVS edictum vel legem feciſſe proprie dicitur, qui, vetante lege vel edicto, fecit. *l. 102. D. de diuerſ. reg. iur. l. vlt. D. ne quid in loc. publ.* Qui item non facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quia non facit. *l. 121. D. de reg. iur.* Et ita ADVERSVS ſententiam arbitri fit, ſi ab eo, a quo arbiter peti vetuit, vel a fideiuſſore eius petatur. *l. 29. D. de recept. arbitr.* Et ADVERSVS dictum promiſſumue facere videntur, qui, quod adſeuerant, non praeſtant. *l. 17. §. vlt. D. de Aedil. edict.* Eodem ſenſu facere quis dicitur ADVERSVS decretum: *l. vlt. D. de decret. ab ord. fac.* ADVERSVS edictum praetoris: *l. 16. D. de non. op. nunc.* ADVERSVS legum praecepta: *§. pen. Inſt. de nupt.* ADVERSVS ſenatusconſultum: *l. 52. D. de contrah. emt.* ADVERSVS voluntatem teſtatoris. *l. 37. l. 38. §. 3. D. de legat. III.* ¶. 2. ADVERSVS aliquem vel aliquid quis dicitur adpellare: *l. 18. D. de accuſation.* cognoſcere: *l. 1. §. 9. D. de extraord. cogn.* experiri: *l. 24. §. vlt. D. de adpell.* interrumpere poſſeſſionem: *l. 5. D. de vſurpat. et vſucap.* iurare: *l. 11. §. vlt. D. de iureiur.* prouocare.

 l. 1. pr.

l. 1. pr. D. quando adpell. ¶. 3. ADVERSVS, praeter notam ſignificationem, etiam erga ſignificat, vt Feſtus *Lib. I.* notat. immo et Priſcian. *Lib. XIV. pag. 157.* Sic apud Terent. *Andr. I, 1. v. 15. Et id gratum fuiſſe* ADVERSVS *te, habeo gratiam.* Et apud Ciceron. *Lib. I. de nat. Deor. Cap. II. Pietas* ADVERSVS *Deos.* Seneca *Epiſt. XCIV: Multos inueni aequos* ADVERSVS *homines.* Ita et ſucceſſionis ius ADVERSVS quem retinere. *l. 4. D. de ſuis et legit. hered.* Sed et in *l. 3. §. 1. D. de adpell.* adquieſcere quis dicitur ADVERSVS aliquos ſententiae. Et in *l. 5. D. de vſucap.* ADVERSVS id ſignificat, quod vulgo dicimus: *pour le regard.* Sic et apud Liu. *Lib. V. Cap. 37.* ADVERSVS *Romanos nullum eis ius ſocietatis amicitiaeue erat.* ¶. 4. ADVERSVS idem etiam valet, quod ſecundum, veluti apud Vlpian. *Fragm. XX, 14.* vbi ADVERSVS *leges ciuitatis ſuae* teſtari, idem eſſe, ac ſecundum leges, docuit Cuiacius, cuius interpretationem, exagitatam licet a Io. Roberto *Recept. Lect. Lib. II. Cap. 32.* tuentur Ian. a Coſta *ad princ. Inſt. de teſtam. ordin.* et Ant. Schulting. *iurispr. vet. anteiuſt. p. 631. et p. 671.* HEIN. Idem Vlpianus *tit. XXVIII. §. 1.* bonorum poſſeſſionem ADVERSVS tabulas dicit, quae in iure noſtro ſecundum tabulas adpellatur.

ADVIVERE, *l. 28. §. 5. D. de libert. leg. l. 30. pr. D. de adim. leg.* Vbi addit vel Tabor, vel alius: *Nec audiendus Cuiacius, qui in Comment. ad l. 115. et l. 118. D. de legat. I. in his legendum cenſet:* QVAMDIV AD, *pro* QVOAD VIXERIT. *Subeſt enim figura proſtheſeos, qua et rhetores euphoniae cauſſa vtuntur. Loca auctorum, quae* Cuiacius *Obſ. VIII, 36. pro ſua ſententia adfert, contra ipſum militant omnia, quum alios etiam ſcriptores vocem* ADVIVERE *vſurpaſſe oſtendant.* Et ſane parum ſolida eſt illa Cuiacii obſeruatio, quum et marmora habeant: CVM QVO ADVIXIT SINE QVERELA. Gruter. *Inſcr. p. MCXLV, 8.* et ADVIVENTE EO: *p. MCXV, 8.* vbi ſane ſeparationi praepoſitionis non eſt locus. HEIN.

ADVLTER eſt, qui alienam matremfamilias corrumpit. *l. 225. D. de verb. ſignif.* ¶. 2. Hinc metaphorice ADVLTER *monetae*, qui illam corrumpit. *l. 3. C. de epiſc. audient. nequam et* ADVLTER *nummi*, apud Apulei. *de aſin. aur. Lib. X. p. 243.* ADVLTER ſolidorum. *l. 2. C. de falſ. mon.*

ADVLTERARE omne omnino, quod ſincerum eſt, corrumpere ſignificat. Itaque non tantum mulierem, veluti nouercam, ſed et rationes et monetam ADVLTERARE, in iure legimus. *l. 5. D. ad leg. Pompei. de parricid. l. 1. D. de ſeru. corr.* Paull. *Sent. V, 25, 1. l. 16. §. 9. D. de poen.*

ADVLTERATOR monetae. *l. 16. §. vlt. D. de poen. l. 1. C. Theodoſ. de conlat. aer.*

ADVLTERINVS, A, VM, falſus, corruptus, vt ADVLTERINAE claues: apud Salluſt. *Iugurthin. Cap. XII.* ADVLTERINA moneta: *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul. l. 1. C. de falſ. mon.* ADVLTERINVM ſignum: *l. 30. pr. D. ad leg. Cornel. de falſ.* et apud Liu. *XL, 54.* ADVLTERINAE ſtaterae: *l. 6. §. 1. D. de extraord. crim.* ADVLTERINVM teſtamentum. *l. 6. pr. D. de leg. Corn. de falſ.*

ADVLTERIVM in nuptam committitur, propter partum, ex altero conceptum, compoſito nomine, vel vt Feſtus *Lib. I.* tradit, ex eo, quod ad alterius torum accedatur. *Stuprum* vero in virginem vel viduam committitur. Sed his verbis lex Iulia de adulteriis promiſcue vtebatur. *l. 101. D. de verb. ſignif. l. 6. §. 1. l. 34. D. ad leg. Iul. de adult.* Graeci adulterium *μοιχείαν*, ſtuprum φθορὰν vocant. Ioſeph. *Lib. II. contra Apion. Cap. XXXVIII.* Ἐπὶ μοιχείας μὲν ζημίας χρημάτων, ἐπὶ φθορᾶς δὲ γάμους νομοθετήσαντες. *In* ADVLTERIO *mulctam pecuniariam; in corruptela connubium ſanciunt.* Ceterum quae de differentia ADVLTERII et STVPRI inter viros doctos diſputata ſunt, in nucleo habes apud virum clariſſimum Carolum Andr. Duckerum *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 122. ſequ.* vbi de tota illa lite ſententiam ſuam interponit *p. 127. ſequ.* Similiter Graeci modo promiſcue vſurpant vocabula φθορὰ et μοιχεία, veluti Dionyſ. Halic. *Lib. II. Antiqu. Rom. p. 96. Anthol. Graec. p. 621.* modo ea ita diſcernunt vt φθορὰ ſit *innuptarum corruptio*, μοιχεία *adulterium.* Philemon, *p. 379. edit. Henr. Stephani in Comic. Graec. Sent.*

Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι,
Μὴ παρθένους ΦΘΕΙΡΟΝΤΑ καὶ ΜΟΙΧΩΜΕΝΟΝ.

Vir namque frugi temperare ſic ſibi
Debet, alienus vt ſit haud tantummodo
Ab ADVLTERIO, *et ab inferendo virgini*
STVPRO. cetera.

Plura huc pertinentia obſeruauit etiam V. C. Io. Guil. Hofmann. *de leg. Iul. de adulter. Cap. IV. p. 75. ſequ.* HEIN.

ADVLTI aliquando dicuntur adoleſcentes: *l. 43. §. 3. D. de procurat. l. vlt. §. vlt. D. de adpellat. l. 38. D. fam. erciſc. l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 1. §. 3. D. de adminiſtr. et per. tut. l. 6. C. quomodo et quando.* Sic ADVLTVS factus pupillus dicitur: *l. vlt. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat. cauſſ.* et ADVLTI curator, eſt in *l. 27. D. de adpellat. l. 8. D. de magiſtrat. conu. l. 3. C. ſi alien. res. l. 20. C. de excuſ. tut.* ADVLTA mulier: *l. 60. D. de iure dot.* ADVLTA virgo: *l. 7. C. ad leg. Iul. de adulter.* ADVLTA VXOR: *l. 36. D. de rit. nupt.* Vetus gloſſar: PVPILLVS *eſt, nondum quatuordecim annos habens:* PVPILLA *vero, nondum annos duodecim habens.* ADVLTVS *quis dicitur, ab hac aetate, vsque ad viceſimum quintum annum.* MINOR *generaliter dicitur omnis, qui nondum hanc compleuit aetatem.* MAIOR, *qui praedictam excedit aetatem.* Aliud Gloſſarium: ADVLTVS *dicitur, ab aetate quatuordecim annorum, vsque viceſimum quintum annum.* Eaque eſt ADVLTA aetas. *l. 15. C. de excuſat. tut. l. 22. C. de pact. l. 6. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* et apud Hirt. *de bello Alexandr. Cap. XXIV.* Immo et apud Ciceron. *in Verr. V. Cap. 68.* HEIN. Denique ADVLTI vocantur, donec ad legitimam aetatem peruenerint. *l. vlt. §. vlt. D. de adpellat.*

ΑΔΥΝΑΤΟΣ, impoſſibilis. Vlpianus: *l. 104. §. 1. D. de legat. Quod ἀδύνατος conditio pro non ſcripta habetur.* Quod totidem verbis, verborum curioſiſſimus, expreſſit Labeo. *l. 20. pr. D. de condit. inſt.* Quum enim parum Latina eſſent τὰ *poſſibile* et *impoſſibile*, quae ipſe Quinctilianus *Lib. III. Cap. VIII.* duriora, ac proinde rariora, iudicat, quamuis ipſe hoc poſteriore vocabolo vtatur *Lib. V. Cap. 10.* Labeo maluit rem Graece exprimere. At cadentis Latinitatis auctores frequenter; iuriſconſulti

ADV.

noſtri frequentiſſime iſtis vocabulis, et hi quidem tamquam technicis, vſi ſunt. Immo et IMPOSSIBILITAS dixit Apuleius *Metamorphoſ. Lib. VI.* HEIN.

ADVOCATIO, munus et opera ADVOCATI. Hinc ADVOCATIONIS *officium: l. 54. D. de rei vind.* et apud Plin. *Lib. VI. Epiſt. 18.* Sic ADVOCATIO dicitur *inſida*, qua quis male fungitur. *l. 16. pr. D. de poen.* Eamdem legimus alicui iniungi: Plin. *Lib. II. Epiſt. 11.* inſtrui: *l. 1. §. 1. D. de leg. Corn. de falſ.* quemadmodum et *lis* ADVOCATIONE *inſtrui* dicitur. *l. 20. D. eod. tit.* Porro ADVOCATIONIBVS *interdicere*, eſt alicui huius muneris explicandi facultatem negare. *l. 1. §. 13. D. de offic. praef. vrb. l. 6. §. vlt. D. mand. l. 9. D. de poen. l. 8. D. poſtul. l. 3. D. de decurion. l. 1. C. de his, qui in exſil. dat.* Quam poenam Epicteto cauſſidico irrogatam, quod incauto ſermone virum omnibus probatum perſtrinxiſſet, Symmachus *Lib. V. Epiſt. 19. et Lib. IX. Epiſt. 28.* refert, eamque illic *togae forenſis honore priuatum*; hic *carere foro et inconſultae linguae pretium tuliſſe*, ait. Praeterea ADVOCATIO dicitur, peti et poſtulari. *l. 23. §. 4. D. ex quib. cauſſ. mai.* Cic. *ad Familiar. Lib. VII. Epiſt. XI. Ego omnibus, vnde petitur, hoc conſilium dedi, vt a ſingulis interregibus binas* ADVOCATIONES *poſtulent.* Seneca *in Apocoloc. ſub fin. Tandem procedit Petronius, vetus conuictor eius, et poſtulat* ADVOCATIONEM. Seneca *in prooem. Lib. III. Controu. Tanta illi perturbatio fuit, vt* ADVOCATIONEM *peteret.* Seneca filius, *de Ira Lib. I. Cap. 16. Deinde* ADVOCATIONEM *ſibi petit, vt excutiendae veritatis ſpacium habeat.* Poſtulantibus vero praetor vel proconſul ADVOCATOS *dabat*: vt patet ex *l. 1. §. 4. D. de poſtul. l. 9. §. 5. D. de offic. proconſ.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 3. Varenum, quem nuper aduerſus Baſſum* ADVOCATVM *et poſtulauerant, et acceperant.* Idem *Lib. II. Epiſt. XI. ſe et Cornelium Tacitum adeſſe prouincialibus iuſſos*, narrat. Ex quo lucem capit locus ille apud Ciceronem *Lib. II. de orat. Cap. 69.* de quodam Siculo, cui cum Scipio, praetor, patronum cauſſae dediſſet hoſpitem ſuum, hominem nobilem, ſed admodum ſtultum: *Quaeſo*, inquit ille, *Praetor, aduerſario meo da iſtum patronum: deinde neminem mihi dederis.* Denique dati aduocati vel patroni dicebantur ADVOCATIONEM praebere. *l. vlt. princ. D. de inoffic. teſt.* praeſtare: *l. 14. §. 9. D. de bon. libert. l. 6. §. 1. D. de poſtul. l. 23. §. vlt. ex quib. cauſſ. maior.* denique ſuſcipere: *l. 9. §. 5. D. de offic. proconſ.* ¶. 2. ADVOCATIO, pro numero vel ordine aduocatorum. Vnde ADVOCATIO Caeſareenſis: *l. 30. C. de pact.* ADVOCATIO praetoriana: *l. 8. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* ADVOCATIO togatorum, apud Cic. *pro A. Caecin. Cap. XV.*

ADVOCATI, vt Aſconius admonet, olim dicebantur, quicumque amico praeſentiam ſuam adcommodabant, vti apud Plaut. *in Poenulo Act. III. ſcen. I. v. 23. Trinum. V, 2, v. 32. Amphitr. IV, 5, 4. Menaechm. V. 2. v. 47. Mil. glorioſ. V, 1. v. 26.* Terent. *Eunuch. II, 3, v. 46.* Varro *de re ruſt. II, 5. Veni mi* ADVOCATVS, *dum aſſes ſoluo palilibus, ſi poſtea a me repetant, vt teſtimonium perhibere poſſis.* Ita Cicero *pro Caecina Cap. VIII.* ADVOCATOS adpellat eos, quos ad praedii poſſeſſionem adprehendendam, vt eorum praeſidio ab aduerſarii iniuriis tutos eſſet, Caecina ſecum duxerat. Sic apud Liuium *Lib. II. 55.* ADVOCATIS *adiuuantibus, repulſo*

ADV. AED.

lictore. Et *Lib. III. 47.* ADVOCATOS *circumſtantes.* Tertullian. *de idololatr. Cap. XXIII. Signatae ſignis iam non* ADVOCATORVM, *ſed angelorum.* Quum vero, quicumque amicis aderant, ideo ADVOCATI dicerentur, quod vocati adeſſent, male quidam ADVOCATOS *iam paene nocturnos* apud Petron. *Satyric. Cap. XV.* de furibus interpretantur, quum potius ſint, qui noctu amicis operam nauarent: vti Gronou. *Obſeru. I, 1. p. 19.* Heinſ. et Burmann. *ad illud Petr. caput p. 53.* et ante hos omnes Scipio Gentilis noſter *in Orig. p. 1369. Tom. I. Theſ. iur.* obſeruauit. HEIN. ¶. 2. Vlpianus vero in *l. 1. §. 11. D. de extraord. cognit.* ADVOCATOS accipiendos ait omnes omnino, qui agendis cauſſis quoquo ſtudio operantur: quique ADVOCATIONEM praebere dicuntur. ¶. 3. Inter hos eminebat ADVOCATVS fiſci, *l. 3. D. de his, quae in teſt. delent. l. 3. §. 9. l. 7. D. de iur. fiſc. et tot. tit. Cod. de aduocato fiſc.* Eum primus inſtituerat Hadrianus, teſte Spartiano *Hadr. Cap. LX.* Quale vero et quam ſplendidum hoc fuerit officium, oſtendit Eu. Otto *in Papin. Cap. XIV. p. 310. ſequ.* HEIN.

AED.

AEDES, veteribus in ſingulari AEDIS, obſeruante Menagio, *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXVIIII. p. 260.* et ante eum Voſſio *in Etymolog. h. v.* eſt ab antiquo Graeco αἶτος, quod eadem notione vſurpaſſe Pindarum, teſtis eſt Euſtath. *ad Homer. Iliad. γ. p. 381.* et *Iliad. μ. p. 907.* quamuis id vocabulum inter ἅπαξ λεγόμενα ipſe referat Euſtathius. AEDES ergo vel AEDIS eſt cella, coenaculum, vel cubiculum. Circum cauum enim AEDIVM, inquit Varro *de lingu. Lat. Lib. IV. p. 39. erant vniuſcuiusque rei vtilitatis cauſſa parietibus diſſepta: vbi quid conditum eſſe volebant, a celando cellam adpellarunt: vbi cubabant, cubiculum; vbi caenabant, caenaculum vocitabant.* Quum ergo in templis vna eſſe ſoleat ſub eodem tecto manſio, reliqua aedificia plura coenacula ac cubicula plerumque comprehendant: inde factum eſt, vt AEDES in ſingulari numero pro templo; in pluratiuo pro priuata domo plerumqoe vſurpetur. HEIN. ¶. 2. Hinc AEDIS adpellatione aedes ſacra intelligenda eſt, in *l. 1. §. 38. D. depoſ. l. 4. §. 3. D. famil. erciſc. l. 5. §. 4. l. 31. D. de donat. l. 7. §. 2. D. de minorib.* Theophilus *in §. 7. Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil.* AEDES γὰρ οἱ ναοί. In hanc tamen ſententiam plerumque adiungitur adiectiuum ſacra, vt in *l. 31. §. 3. D. de donat. l. vlt. D. de tab. exhib. l. 39. §. 9. D. de legat. I. l. 38. §. 2. D. de aur. arg. leg. l. 22. §. 6. mand. l. 73. D. de act. emt. l. 5. §. 12. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 5. D. ad leg. Iul. peculat.* ¶. 3. AEDIVM adpellatio, tam ad ruſticas, quam ad vrbanas, pertinet. *l. 41. §. 5. D. de legat. I.* Secundum hoc in eo XII Tabularum capite, quo de incendiariis agebatur, et in interdicto de cloacis, AEDIVM adpellatione omnes ſpecies aedificii contineri traditur. *l. 1. princ. D. de cloac. l. 9. D. de inc. ruin. naufrag.* Sed et in interdicto vti poſſidetis verba haec Praetoris: VTI EAS AEDES, ad omnes res ſoli, quae poſſideri poſſunt, interpretatione trahuntur. *l. 1. pr. et §. vlt. D. vti poſſid.* In vſu tamen *vrbana aedificia* AEDES; *ruſtica* VILLAS *adpellari*, ait Florentinus *l. 211. D. de verb. ſignif.* Quamquam et in cenſu villas omnes AEDES adpellatas eſſe, Varro *Lib. IV. de lingua Lat. p. 38.* ſcribit. ¶. 4. Quamuis vero ita plerumque numero

mero diſcernerentur templa et aedes priuatae: id tamen non eſt perpetuum. Nam et priuatae aedes AEDIS nomine in numero ſingulari veniunt, apud Plaut. *Curcul. IV, 1. v. 10. Aſin. I, 3. v. 67.* et Gell. *Noct. Attic. IV, 19.* et AEDES *ſacratiſſimae* in numero pluratiuo occurrunt in *l. 19. C. de vſur.* HEIN.

¶. 5. AEDES autem duabus rebus conſtant, *area* ſeu *ſolo*, et *ſuperficie. l. 33. pr. D. de vſurpat.* Vnde AEDIVM pars eſſe dicitur ſolum: *l. 49. pr. D. de rei vind.* vt et pars domus. *l. 21. D. de pignorat. act.* Ac proinde, qui fundum EXCEPTO AEDIFICIO legat, adpellatione aedificii aut ſuperficiem ſignificat, aut ſolum quoque, cui aedificium ſuperpoſitum eſt. Si de ſoli ſuperficie exceperit, nihilominus iure legati totus fundus vindicabitur, ſed heredi dabitur exceptio doli mali, vt ſibi habitare, ire, agere in villa liceat. Sin ſolum quoque exceptum fuerit: fundus excepta villa vindicabitur: et ſeruitus ipſo iure villae debebitur. Ita ſubtiliter Iulianus, *l. 81. §. 3. D. de legat. I.* Si vero vſusfructus AEDIVM legatus eſt, tunc in area vſusfructus non ſubſiſtit. *§. 3. Inſt. de vſuſr. l. 5. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt.* ¶. 6. AEDIVM ſunt, quae perpetui vſus cauſſa parata ſunt, licet aliquando tollantur. *Stratura* itaque loci alicuius, ex tabulis factis, quae aeſtate tollerentur, et hieme ponerentur, AEDIVM eſt. *l. 242. §. vlt. D. de verb. ſignif. Prothyrum* quoque, quod in aedibus fieri ſolet, AEDIVM eſt. *l. 245. D. eod. tit.* nec non *plumbum*, quod in tegulis ponitur: aliter, atque de eo dicendum ſit, quod *hypaethii* tegendi cauſſa poneretur. *d. l. 242. §. 2. eod. tit.* Aedibus vero diſtractis, vel legatis, *ea eſſe* AEDIVM, ſolemus dicere, quae quaſi pars aedium, vel propter aedes habentur, perpetuique vſus cauſſa in aedificiis ſunt, qualia ſunt, quae enumerantur in *l. 14. l. 15. l. 17. pr. §. 3. §. 7. ſequ. l. 18. D. de act. emt.* AEDIVM quoque habentur omnia, quae iis connexa, iuncta, fixa vinctaque ſunt. *l. 41. §. 9. D. de legat. I. l. 52. §. 7. D. de legat. III. l. 59. D. de rei vindic.* AEDIVM porro ſunt de aedibus depoſita tigna, ea mente, vt reponantur. *l. 83. §. 5. D. de verb. obligat.* ¶. 7. AEDIVM in libris noſtris haec adiuncta reperiuntur: *ad aream redactae: binae: communes: incolumes: integrae: publicae: ruinoſae: vicinae: vitioſae: vna contignatione tectae. l. 36. D. de ſeru. ruſt. praed.*

AEDICVLA, exiguum adytum. Sic *incuſtoditae* AEDICVLAE ſunt in *l. 9. §. 1. D. ad leg. Iul. de peculat.* Nimirum in maioribus templis plerique pacta, teſtamenta, immo et pecunias, et theſauros ſuos deponebant. De tabulis et teſtamentis res nota eſt ex ipſo iure noſtro *l. 3. D. de tab. exhib.* Ita et pecunias ac theſauros ſuos in templis abdiderat Seuerus, teſte Herodian. *Lib. III. Cap. 4.* et in Pacis templum omnium opulentiſſimum, et egregie munitum, vniuerſi ferme ſuas diuitias, tamquam in theſaurum, congeſſerant. Idem *Lib. I. Cap. 14.* Plura ea de re dixit Lipſius *Not. ad Tacit. Lib. I. annal. p. 17.* vbi et obſeruat, ideo cuſtodias adpoſitas eſſe templis, ne quis nocturnus Diuum ſacra et opes templorum religioni credita, legeret. Sunt ſane hanc in rem inſignia, quae adduxit, teſtimonia Tertulliani *de coron. mil. Cap. XI.* et Iuuenal. *Sat. XIV. v. 260.*

Aerata multus in arca
Fiſcus, et ad VIGILEM *ponendi* CASTORA NVMI.

Vbi *vigilem Caſtora* adpellari eius templum, ad quod militum diſpoſitae ſtationes excubarint, tum ipſe, tum alii iſtius poetae interpretes, obſeruarunt. Iam ergo facile patet, quae ſint AEDICVLAE INCVSTODITAE, ex quibus aliquid ſuffurati, amplius, quam fures, minus quam ſacrilegi, puniebantur. *d. l. 9. §. 1. ad Leg. Iul. peculat.* HEIN. ¶. 2. AEDICVLAE pro aedibus aduocatorum, quas a metatorum onere exemit Anaſtaſius Imp. *l. 3. §. 2. et l. 5. §. 2. C. de aduocat. diuerſor. iudicum.* HEIN.

AEDIFACERE tamquam rarius, et ſuſpectum verbum, notat Briſſonius *in Pareg. n. 55.* quem et Scioppius *Lib. I. ſuſpect. Lect. Cap. 9.* ſequitur. Vtrerque tant *l. 60. §. 4. D. locat.* et *l. 10. §. vlt. D. ſol. matrim.* quaſi vtrobique AEDIFACERE, pro AEDIFICARE, poſitum ſit, quemadmodum alibi *ſignifacere*, pro ſignificare. *l. 65. §. 3. ad SC. Trebell.* At nulla mihi viſa editio, quae vel vtroque, vel alterutro loco, id verbum habeat, aut in qua ſaltim in margine pro variante lectione ponatur. Priore enim loco omnes habent: AEDIFICARE; poſteriore LVCRIFACERE, quod et ſenſus poſtulat. Vnde et Baſilica *Lib. XXVIII. tit. 8. p. 345.* ibi habent: *ὁ κερδαίνει τὴν προῖκα. non lucrifacit dotem.* Idem obſeruauit V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 354.* Ceterum AEDIFEX, quod ab illo AEDIFACIO procul dubio deſcendit, eſt apud Tertullian. *de Idololatr. Cap. XII.* HEIN.

AEDIFICARE, exſtruere de nouo. Ita AEDIFICARE quis dicitur domum: *l. 14. l. 73. l. 75. §. 7. D. de verb. obligat.* nauem: *l. 46. §. 2. D. de iure fiſci. l. 6. D. de rei vindic.* opus: *l. 15. §. 7. D. quod vi aut clam.* parietem: *l. 52. §. 13. D. pro ſoc.* templum: *l. 35. D. de liberali cauſſ.* immo et lectum. Nam Papinianus *l. 9. §. 1. D. de ſupellect. leg.* vbi et argenteos lectos, et argentea candelabra ſupellectili cedere obſeruat, ne quis hunc luxum Romanorum miretur, haec ſubiicit: *quum et Vlyſſem ex auro et argento lectum, vinentis arboris truncis* AEDIFICATVM, *ornaſſe, quem Penelopa recognoſcendi viri ſignum accepit, vt volunt Homerus.* Inmente Papiniano fuiſſe locum Homeri *Odyſſ. Lib. XXIII. v. 190. ſequ.* vbi lectus ille Vlyſſis multis verbis deſcribitur, obſeruarunt Alciat. *Praetermiſſ. Lib. II. p. 233. Tomo IV. Oper.* et Eu. Otto *Papinian. Cap. VII. §. 3. p. 92. ſequ.* HEIN. ¶. 2. AEDIFICARE in edicto de mortuo inferendo intelligitur non ſolum, qui nouum opus molitur, verum is quoque, qui vult reficere. *l. 1. §. penult. D. de mort. infer.*

AEDIFICATIO videtur nouum opus continere. *l. 1. §. 12. D. de nou. op. nunc.*

AEDIFICATOR. *Modus adhibendus eſt ſecundum rationem diligentis* AEDIFICATORIS, *et temporum locorumque.* Ita Venuleius *l. 137. §. 3. D. de verb. oblig.*

AEDIFICIVM exſtruere, *l. 74. D. de dol. mal. except.* incohoatum conſummare: *l. 6. §. 1. D. de vſufr.* poſitum in area: *l. 5. §. 3. D. quib. mod.* diſtans a villis et monimentis. *§. 1. Inſt. de rer. diuiſ. l. 4. D. eod. tit.* ¶. 2. AEDIFICII portio ſunt adhaerentia muro armaria, vel adfixa. *l. 52. §. 7. D. de legat. III.* AEDIFICIO enim inſerta et incluſa, pars eius eſſe exiſtimantur. *l. 38. §. vlt. D. de act. emt.* Et AEDIFICIIS alienis connexa, quamdiu iuncta manent, eorumdem AEDIFICIORVM ſunt. *l. 59. D. de rei vindic.*

AEDI-

AED.

AEDILES duo initio ex plebe conſtituti ſunt, qui aedibus praeeſſent: in quibus omnia ſcita ſua plebs deſerebat. Vnde nomen eos habuiſſe, ait Pomponius *l. 2. §. 21. D. de orig. iur.* At non his ſolum aedibus ſacris, qualis erat illa Saturni, praeerant Aediles, ſed erant ἱερῶν τε καὶ δημοσίων τόπων ἐπιμεληταὶ, *aedium ſacrarum et publicarum curatores*, vti eos vocat Dionyſ. Halicarn. *Lib. VI. p. 411.* Hinc Bynkersh. eo Pomponii loco pro *in quibus* legit: *quibus*, idque interpretatur *per quos.* Vid. *Praetermiſſa ad illum locum.* HEIN. His deinde alii duo ex numero patrum additi ſunt, qui CVRVLES dicti ſunt, in cuius verbi etymologia non ſatis videtur conuenire inter Varronem, Feſtum Pompeium, et alios. Varronis certe opinionem ſequutus eſt Theophilus *in §. 7. Inſt. de iur. nat. et gent.* Theophilus ſibi ipſe non conſtat. Modo enim eos *a cura* CVRVLES dictos exiſtimat, ſiue ἐπειδὴ φροντὶς αὐτοῖς ἦν ἡ τῶν ναῶν εὐκοσμία, *quod aedium ſacrarum ornandarum curam gererent*; ſiue, ἐπειδὴ αὐτοῖς ἐν ἐπιμελείᾳ, ὥστε μὴ πρὸ τοῦ τεσσαρακοστοῦ τυχὸν ἐνιαυτοῦ ἱερωσύνης ἀντιλαβέσθαι τινά. *quod ad eorum ſollicitudinem pertineret, ne quis ante quadrageſimum forte annum ad ſacerdotium perueniret*, ſiue, quod mauult, ἐπειδὴ τῆς ἀγορᾶς ἐφρόντιζον, *quod forum curarent*: modo a *ſella curuli*, vel, vti ipſe vocat, σέλλῃ τῇ ὑπατικῇ, *ſella conſulari.* At nihil horum reperio apud Varronem, qui Aediles hos vel a *cura*, vel a ſella, CVRVLES vocatos, nuſquam, quod ſciam, tradidit. Nec Feſti ſententiam ſuam feciſſe dixeris Theophilum. Nam is *in voce curules* illos id vocabulum putat adſciuiſſe, *quod curru veherentur.* Sed certiſſima eſt etymologia Plutarchi *in Mario p. 408.* qui hoc vocabulum deriuat ἀπὸ τῶν δίφρων τῶν ἀγκυλοπόδων, ἐφ' ὧν καθεζόμενοι χρηματίζουσι, *a ſellis, quarum recurui fuerint pedes, quibus inſidentes, muni magiſtratus ſui explicarint.* Hinc et in numis vetuſtis haec ſella curulis eſt inſigne Aedilitatis curulis, ceu oſtendit Ezech. Spanhem. *de vſu et praeſt. numiſm. Tomo II. p. 143. ſequ.* quum Aediles plebeios in ſellis vulgaribus adſidentes videamus in denariis gentium Crepuſiae, Fanniae, et Memmiae apud Car. Patin. *de Famil. Rom. p. 96. 109. 172.* HEIN. Poſtremo duos Caeſar Aediles, qui frumento praeeſſent, adiecit, qui et a Cerere CEREALES adpellati ſunt, vt Dio Caſſ. *Lib. XLII. p. 239.* et Pomponius in eadem *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* ſcribunt. Ita ſex in vrbe ad extremum aediles fuerunt. ¶. 2. Erant et in municipiis AEDILES, *l. 12. D. de inr. l. 30. §. 1. D. locati.* vt plenius *Lib. III. Antiquit. Select. Cap. X.* comprobaui. Proinde Aedilitatem curiae dignitatem adpellat Imperator. *l. vlt. C. ſi ſeru. aut libert. ad decur.* AEDILES porro Papinianus ἀστυνόμους, *l. vn. §. 2. D. de via publ.* Dio vero vbique ἀγορανόμους vocat. Diſcreta fuiſſe Athenis τῶν ἀγορανόμων et τῶν ἀστυνόμων officia, certiſſimum eſt. At quamuis et in municipiis hos magiſtratus diſtinctos fuiſſe exiſtimet Cuiac. *Obſeru. XXII, 31.* promiſcue tamen his vocabulis vſas eſſe colonias et municipia, demonſtrauit Eu. Otto *de Aedil. Colon. et Munic. Cap. IV. §. 4. p. 121.* vbi et rationem, cur poſterius vocabulum paullo rarius fuerit, hanc reddit, quod ſolae Athenae κατ' ἐξοχὴν dictae fuerint ἄστυ, quemadmodum Roma ſibi *vrbis* nomen, tamquam proprium, vindicarit. HEIN.

AEDILICIA dicuntur, quae ab Aedilibus, eorumque iuriſdictione proficiſcuntur. Hinc AE-

AED.

DILICIAE ACTIONES, quae ex Aedilium edicto oriuntur: quales ſunt *redhibitoria* et *aeſtimatoria*, *quanti minoris.* et actio, *quod aduerſus dictum promiſſumue ſit. tit. C. de Aedilit. action. l. 23. §. 5. l. 44 §. 1. et §. vlt. l. 47. D. de Aedilit. edict. l. 2. D. de diuerſ. tempor. praeſcr. l. 31. §. 5. D. de donat. int. vir. et vx.* AEDILICIVM EDICTVM. Aediles enim curales edicta propooebant, *§. 7. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* ex quibus vnum praecipue veterum ſcriptis commendatum habemus, quod de venditionibus morboſorum vitioſorumque mancipiorum animaliumque, conceptum eſt. *tot. tit. D. de Aedilit. edict. l. 31. D. de pact. l. 32. D. de euiction.* Cuius et Cicero *de offic. Lib. III. Cap. 23.* et Gell. *Lib. IV. Cap. 2.* meminere. Denique AEDILICIAE STIPVLATIONES ſunt, quae ad eamdem cauſſam pertinent, et ex Aedilium iuriſdictione veniunt. *l. 5. pr. D. de verb. obl. §. 2. Inſt. de diuiſ. ſtipul.* et ibi Theophilus. Huiusmodi eſt duplae ſtipulatio, quae ab Aedilium edicto venit. *d. l. 5. pr. D. de verb. obl.*

AEDILITAS, vel, vti in vetuſtis Tertulliani codicibus, teſte Coiacio *Obſ. XIV, 13.* legitur, AEDVLITAS, ipſe Aedilium magiſtratus et officium, Graecis ἀγορανομία vel ἀστυνομία. Papinian. *l. 17. D. de compenſ. Ideo condemnatus, quod arctiorem annonam* AEDILITATIS *tempore praebuit.* Ita etiam Conſtantinus eo vocabulo vſus eſt. *l. 2. C. ſi ſeru. vel libert. ad decur.* HEIN.

AEDITVI ſunt, qui aedes, et quidem ſacras, tuentur, curant, ac obſeruant. *§. 2. Inſt. et l. 1. D. de tutel. l. 77. §. 26. de legat. II. l. 3. §. 3. D. de tab. exhib. l. 9. §. 2. D. ad leg. Iul. pecul.* Theophilus *ad §. 2. Inſt. de tut.* οἱ ἱερεῖς, ὅστινες τοὺς ναοὺς ἀσφαλίζονται. *Sunt aeditui*, (vel, vt in MSSC. inuenit Fabrottus, AEDITORES,) *ſacerdotes, qui aedes tuentur.* Vlpiano plane conſentiens Gellius *Lib. XII. Cap. 10.* a tuendis aedibus AEDITIMVM olim, poſtea AEDITVVM, adpellatum, tradit. HIEROPHYLACVM vocare videtur Scaeuola. *l. 20. §. vlt. D. de annuis legat.* Ceterum quamuis in ſcriptura diſſentiant veteres, ac modo AEDITVVS, modo AEDITIMVS, modo AEDITVMVS dixerint, ac proinde eum *ab aedibus tuendis* nomen accepiſſe negent Voſſ. *Etymol. ad hanc vocem.* Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 394. ſequ.* et Perizon. *ad Sanct. Mineru. Lib. IV. Cap. 17.* omnia tamen haec vocabula eiusdem originis eſſe, obſeruat Varro *Lib. VI. de lingu. Lat. p. 68.* et etymon hoc inde eleganter probat Io. Fridr. Gronou. *ad Gell. VII, 1.* quod Lucretius *Lib. VI. v. 1273.* Aedituos vocet AEDITVENTES. Conſ. Ducker. *de Latinit. iuriſc. p. 28.* HEIN.

AEG.

AEGER corpore, *l. 27. C. de transact.* AEGRA mulier, pro triſti et irata. *l. 3. D. ſi quis aliquem teſt. prohib.* AEGRA valetudo. *l. 13. D. ad municipal.*

AEGRITVDO corporum: *l. 1. D. de decret. ab ord. fac.* AEGRITVDINIS vis, in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 4.* AEGRITVDO porro inter *mortales occaſiones adpellationum* refertur. *l. 5. §. 1. C. de tempor. et reparat. adpell.* Denique AEGRITVDINE *periclitari*, dixit Iuſtinianus *l. vn. §. 3. C. de Latin. libert. toll.* HEIN.

Digitized by Google

☞ **AELIA** gens, cuius praeclara exſtant in rempublicam Rom. et iurisprudentiam merita. Dicta etiam AILIA, immo et ALLIA, ceu ex monimentis Capitolinis colligit Patin. *de famil. Rom. numis. p. 6.* Plebeia fuit, ſed non ignobilis, multis ex ea conſularibus viris, duobus cenſoriis, et duobus, qui Magiſtri equitum fuerunt. Antiquiores cognomento Paiti ſiue Paeti dicti, deinde Cati, Tuberones, Ligures, Lamiae, vigente libertate. Anton. Auguſt. *de famil. Rom. p. 315.* ex eâdem gente fuiſſe exiſtimat *P. Aelium Hadrianum*, Imp. ſed id incertum in tanta veterum gentium Romanarum perturbatione, quae ſub Imperatoribus obſeruatur. Traditionem veterem de huius gentis origine ita expreſſit Horat. *Lib. III. od. 17.*

Aeli, vetuſto nobilis ab Lamo,
Quando et priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, et nepotum
Per memores genus omne faſtos.
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum moenia dicitur
Princeps, et innantem Maricae
Littoribus tenuiſſe Lyrim,
Late tyrannus.

Reliqua de gente AELIA petenda ſunt ex Ruperti *Not. ad Enchirid. Pompon. p. 346.* HEIN.

☞ **SEX. AELIVS** et frater eius, P. AELIVS maximam ſcientiam in profitendo habuerunt, vt duo AELII etiam conſules fuerint. Sex. Aelium etiam Ennius laudauit, et exſtat illius liber, qui inſcribitur *Tripartita*, qui liber veluti cunabula iuris continet. *Tripartita* autem dicitur, quoniam lege XII. Tabularum praepoſita, iungitur interpretatio, dein ſubtexitur legis actio. Eiusdem eſſe tres alii libri referuntur, quos tamen quidam negant eiusdem eſſe. Ita Pomponius, *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.* Et SEX. quidem AELIVS PAETVS CATVS conſul fuit, anno V. C. DLIIII. cenſor anno DLVIII. Liu. *XXXI*, 7. *XXXIII*, 44. *XXXV*, 9. Eius *tripartita* oon differunt a iure Aeliano, de quo mux erit dicendum. Vſus eſt iis Cic. *ad famil. Lib. VII. Epiſt. 22.* vbi tractat quaeſtionem: *posſitne heres, quod furtum antea factum eſſet, recte furti agere.* De reliqois eius operibus, quae ipſe Pomponius dubiae fuiſſe auctoritatis fatetur, nihil conſtat. Addidit quidem hic Tabor, AELIVM SEXTVM laudari a Coiacio *ad l. 42. D. de verb. ſignif.* tamquam legum XII. Tab. interpretem: ſed intelligendus hic ipſe SEX. AELIVS noſter, ob eius Tripartita, ob quae eum veteres ſaepe inter legum XII. Tabularum interpretes referunt, veluti Cic. *Topic. Cap. II.* et *de Legib. Lib. II. Cap. 23.* Denique Ennii elogium, cuius Pomponius meminit tale fuit, teſte Cicerone *de Orat. Lib. I. Cap. 45.*

Egregie cordatus homo, Catus Aeliu' Sextus

HEIN.

☞ Alter horum fratrum, P. AELIVS PAETVS anno ab V. C. DLI. ad conſulatum, biennio poſt ad cenſuram peruenit, Liu. *Lib. XXX. Cap. 40. Lib. XXXII. Cap. 7.* quum iam anno DL. Magiſter Eqoitum fuisſet C. Seruilii Gemini, Dictaturis. Liu. *Lib. XXX. Cap. 39.* Denique peſtilentia periit anno ab V. C. DLXXVIII. Liu. *Lib. XXXXI. Cap. 26.* HEIN. Ex eadem gente fuit Q. AELIVS TVBERO qui iurisconſultus et philoſopbus, dicitur a Gellio *Noct. Attic. Lib. I. Cap. 22.* Meminit eius Pomponius *l. 2.*

§. 40. D. de orig. iur. a quo Stoicus, Panſae auditor, et Conſul fuiſſe, dicitur. Diuerſus ab hoc Q. AELIVS TVBERO, qui Ofilio operam dedit, fuit autem patricius et tranſiit a cauſſis agendis ad ius ciuile: maxime poſtquam Q. Ligarium accuſauit, nec obtinuit apod Iulium Caeſarem. Is eſt Q. Ligarius, qui quum Africae oram teneret, infirmum Tuberonem adplicare non permiſit, nec aquam haurire: quo nomine eum accuſauit, et Cicero defendit. Exſtat eius oratio pulcherrima, quae inſcribitur pro Q. Ligario. Tubero doctiſſimus quidem habitus eſt iuris publici et priuati, et complures vtriusque operis libros reliquit. Sermone etiam antiqui vſus adfectauit ſcribere, et ideo parum libri eius grati habentur. Ita Pomponius *l. 2. §. 46. D. de orig. iur.* Quem locum ſuſius expendunt Rupertus et alii interpretes. Nos addimus, io matrimooio eum habuiſſe Ser. Sulpicii filiam, ipſe poſtea futurum auum maternom C. Caſſii Longini, iurisconſulti. *l. 2. §. 47. D. eod.* Itemque, eum praeter filiam iſtam videri et filium ſuſtuliſſe, conſulem anno ab V. C. DCCXXXXII. Dic Caſſ. *in laterculo Coſſ. praemiſſo Lib. LIIII. p. 520.* Denique eum libros reliquiſſe *de officio iudicis*, Gell. *Noct. XIV*, 2. Nam *Hiſtoriarum Libros XIV*, quos eidem tribuit Guil. Grot. *de vit. iurisc. I, 12, 5.* potius L. Tuberoni patri tribuendos eſſe, ex loco luculentiſſimo Ciceronis ad Quinct. fratr. *Lib. I. Epiſt. 1*, ſolide probauit Voſſ. *de Hiſtor. Lat. Lib. I. Cap. 12.* HEIN. Citatur porro Tubero in *l. 29. D. de legat. III. l. 72. D. de verb. oblig. l. 5. §. vlt. D. de pecul. l. 2. D. de vſu et habit. l. 32. §. 1. D. de aur. arg. leg.* et aliquot aliis Pandectarum locis.

AELIVS GALLVS libros de verborum, quae ad ius pertinent, ſignificatione ſcripſerat, ex quorum primo delibata eſt *l. 157. D. de verb. ſignif.* Citantur hi libri a Gellio *Lib. XVI. Cap. 5.* et Macrobio *Lib. VI. Saturn. Cap. 8.* apud quus tamen vulgu *Caecilius Gallus* ſcribitur. At Feſtus Pompeius horum librorum primum et ſecundum laodans *in verbo poſtliminium*, citat hoc titulo: GALLVS AELIVS *lib. I. ſignificationum, quae ad ius pertinent*, et in voce *reus* et *ſaltum*: *Lib. II. ſignificationum, quae ad ius pertinent:* Denique in voce *torrens*: AELIVS GALLVS *Lib. II. quae ad ius pertinent.*

AELIVS MARCIANVS, iurisconſultus: ex cuius INSTITVTIONVM *libris XVI*, REGVLARVM *quinque*, et de APPELLATIONIBVS *duobus*; *totidem* PVBLICORVM IVDICIORVM, ſeu DE PVBLICIS IVDICIIS, et ex *libris ſingularibus* de DELATORIBVS, AD HYPOTHECARIAM FORMVLAM, AD SC. TVRPILLIANVM, complura in Pandectis capita deſumta ſunt. AELIVS hic MARCIANVS et ſub Seuero et Caracalla floruit, et Alexandri Seueri tempora attigit. ☜ Nam et Caracallam Diuum vocat, *l. 11. §. 3. 4. D. de muner. et honor.* et Alexander Imp. ad eum videtur reſcripſiſſe. *l. 4. C. ne de ſtat. defunct.* Iac. Gothofred. *de Cenotaph. p. 330.* Diuerſus ergo ab eo fuit AELIO MARCIANO, (non AVRELIO, vti eſt *in Collat. Leg. Moſaic. et Rom. Tit. III. §. 3.*) ad quem Baeticae proconſulem, reſcripſit Antoninus Pius *§. 2. Inſt. et l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur.* Praeter libros, hic laudatos, noſter reliqoit DIGESTORVM *libros VII.* et NOTAS *ad* PAPINIANI *Libros II. de adulteriis*, quas non illuſtrationis, ſed reprehenſionis cauſſa eum edidiſſe, poſt Franc. Raguellum

ad

AEL. AEM.

ad l. 1. C. de vet. iur. enucl. obſeruauit Eu. Otto *in Papiniano Cap. XIII. §. 6. et 9. p. 285. et 289.* HEIN.

AELIA SENTIA lex ab Aelio Sentio Saturnino, (immo potius a Sex. Aelio Cato vel Catulo, et C. Sentio Saturnino Coſſ. HEIN.) Auguſti temporibus lata, plura capita complectebatur, vti ex Vlpiano *titulo I. Regularum* et *tit. Inſt. quib. ex cauſſ. man.* nec non ex *l. 15. D. de iure patron. l. 7. l. 8. l. 21. l. 29. l. vlt. D. qui et a quib. manum. l. 1. C. qui manum. non poſſ. l. 57. l. 60. l. 83. D. de hered. inſt. l. 16. D. de manum. vind. l. 15. D. de iur. patr.* patet. Significabatur haec lex his notis: A. S. quae tamen male explicatae in libris Notarum leguntur.

AELIA CAPITOLINA, eo loco condita ab Hadriano Imperatore, vbi antea floruerant Hieroſolyma, quamuis non eadem fuerint veteris vrbis nouaeque coloniae pomoeria. Meminerunt eius nouae coloniae Ptolem. *Lib. V. Cap. 16.* et *Lib. VIII. tab. Aſiae 4.* Xiphilin. *in Hadriano*, Euſeb. *Hiſt. Eccleſ. IV, 6.* et, qui ſplendorem nouae vrbis deſcribit, auctor *Chronic. Alexandrini p. 597.* Ab hac dicti CAPITVLENSES in *l. 8. §. 7. D. de cenſibus.* Colonia fuit, ſed quae ius Italicum non habuit, *l. 1. §. 6. D. de cenſib.* Vid. Bynkersh. *Obſ. Lib. V. Cap. 21.* HEIN.

AELIANVM ius, a Sex. Aelio Cato, de quo ſupra, nomen tulit. Illud ita deſcribit Pomponius *l. 2. §. 7. D. de orig. iur.* *Augeſcente ciuitate, quia deerant quaedam genera agendi, non poſt multum temporis ſpatium Sex. Aelius alias actiones compoſuit, et librum populo dedit, qui adpellatur* IVS AELIANVM. At ſi alios veteres auctores adhibeamus in conſilium: AELIVS hunc librum non ſupplendarum actionum, ſed interpretandarum notarum cauſſa, quibus formulas nouas, poſt ius Flauianum excogitatas, ſcripſerant, adornauerat. Cicero *pro Muraena Cap. XI.* Vtut ſit, re ipſa illud IVS AELIANVM differre non videtur a Sex. Aelii Tripartitis, in quibus legibus XII. tabularum, earumque interpretationi *ſubtexebatur* LEGIS ACTIO, vt ait Pomponius *d. l. 2. §. 38. D. de orig. iur.* Nec diuerſa eſſe videtur LEX AELIA apud Ciceron. *Topic. Cap. II.* vbi abſurde legimus *Lex Aelia Sentia*, qualis Ciceronis temporibus nulla exſtitit. Henr. Card. Noriſ. *Cenotaph. Piſan. Diſſ. III. Cap. IX. p. 423.* HEIN.

AEM.

ΑΙΜΑΣΙΑΝ, haemaſiam, in *l. vlt. D. de fin. regund.* non ſepem, ſed maceriam ex ſicco lapide congeſtam eſſe, cenſet Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. XXXIII. p. 200. ſequ.* Heſychius: Αἱμασιά, τὸ ἐκ πόλλων λίθων λογάδων ἄθροισμα. HEIN.

AEMILIVS MACER, iuriſconſultus, duos DE RE MILITARI libros, totidem PVBLICORVM IVDICIORVM, totidem DE OFFICIO PRAESIDIS, item AD LEGEM VICESIMARIAM HEREDITATVM et de ADPELLATIONIBVS ſcripſerat, vnde plurima legum capita ſumta: quem Vlpiano poſteriorem fuiſſe, argumento eſt, quod in *l. 5. D. qui ſatisd. cog.* et in *l. 86. D. ad leg. Falcid.* eum laudat: itemque quod Alexandrum Imperatorem *ſuum* vocat: *l. 1. D. de adpellat.* Vnde non inſcite colligit Pancirol. *Var. Lect. I, 79.* ad hunc ipſum Aemilium reſcripſiſſe Alexandrum Imp. *l. 3. C. de calumn.* HEIN.

AEM.

AEMILIVS PAPINIANVS. Eum libellos egiſſe, et praefecturam praetorianam geſſiſſe ſub Antonino Caracalla, adparet ex *l. 12. D. de diſtract. pign. l. 40. D. de reb. cred.* De eo videndus Spartian. *in Caracalla Cap. IV. et VIII.* Is *prudentiſſimus vir* adpellatur ab Imperatoribus in *l. 12. C. de legat. l. 18. C. de fideicomm.* et *acutiſſimi ingenii vir*, in *l. 30. C. de fideic.* Eiusdem reſponſum precibus inſertum habemus in *l. 23. C. de legat.* Plurima hic ſupplenda erant. Sed otium et nobis, et aliis poſt ſe omnibus fecit V. C. Euer. Otto *in Papiniano*. Addimus ergo hic tantum inſigne elogium, quod ei ſcripſit Zoſimus *Hiſtor. Lib. II. Cap. 9.* vbi eum vocat ἄνδρα δικαιότατον, καὶ ἐπὶ νόμων γνώσει τε καὶ ἐξηγήσει πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ᾽ αὐτὸν Ῥωμαίους νομοθέτας ὑπερβαλλόμενον. *virum iuſtiſſimum, legumque cognitione atque eas interpretandi facultate omnes ante et poſt ſe Romanos iuriſconſultos longe ſupergreſſum.* HEIN.

AEN.

AENEVM frumentum, certa Carthaginenſium penſio, cui certa corpora erant obnoxia. *l. vn. C. Theod. de frument. Carthag.* De origine et cauſſa nominis virorum doctorum ſuamque ſententiam prolixe admodum recenſet Iac. Gothofred. *in Commentar. Tom. V. p. 266. ſeqq.* At neſcio annon reliquis veroſimilior ſit illa Cironii, qui *Obſeru. iur. can. IV, 3.* aeneum dictum eſſe putat hoc frumentum, a tabulis aeneis, in quibus, quid quantumque ab vnoquoque praeſtandum, perſcriptum fuerit. Talium enim tabularum aenearum, ſeu titulorum aeneorum, mentio fit in *l. 5. C. Theod. de annona civ.* HEIN.

AENIGMA, problema obſcurum et non facile ſolubile, quod veteres et *ſcrupum* adpellaſſe, docet Gellius *Lib. XII. Cap. 6.* ¶. 2. At ſcriptores noſtri, quidquid obſcurum eſt vocant AENIGMA. HEIN. Sic Iuſtinianus, *nihil ab* AENIGMATE *diſcrepare* ait nudum ius Quiritium. *l. vn. C. de nud. iure Quirit. toll.* Et *ſiglorum* compendioſa AENIGMATA prohibentur. *l. 1. §. 13. C. de vet. iur. enucl.* Denique et Papinianum in *l. 54. D. ad SC. Trebell.* rem ἐν αἰνίγματι proponere, conqueritur Imperator. *Nouell. CVIII. princ.* HEIN.

AENVM, quod ſupra focum pendet, in quo aqua ad potandum calefit: *l. 18. §. 3. D. de inſtruct. et inſtr.* in quo et ſapa coquebatur, et defrutum fiebat; et aqua ad bibendum lauandamque familiam parabatur. *l. 12. §. 10. D. de inſtruct. vel inſtrum.* AENVM, in quo oleo calida aqua lauatur: *L. 19. §. 2. D. locat.* AENVM lateribus circumſtructum, *l. 38. §. vlt. D. de act. emt.* id eſt, crater, in quo aqua ducta ex fiſtula excipiebatur. Nihil aliud eſt AENVM quam *ahenum*. Nam adſpirationem aliquando euphoniae cauſſa elidebant, quam vegetioris ſoni cauſſa inſeruerant veteres, teſte Gell. *Noct. Attic. Lib. II. Cap. 3.* HEIN.

AEQ.

AEQVABILITAS ſeruanda. *l. 4. C. commun. diu.*

AEQVALE ius: *l. 1. D. de pignor.* AEQVALI ira: *l. 23. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* AEQVALES partes: *l. 23. D. de condit. inſtitut. l. 19. §. vlt. D. de legat. I. l. 1. §. vlt. D. de adſign. libert.*

AEQVA-

Digitized by Google

AEQ.

AEQVALES portiones: *l. 6. C. de bon. auct. iud. poſſ.* Paull. *Recept. Sent. III, 2. 3.* Adde AEQVALE coniugium: *l. 1. C. Theod. de collegiat.* vbi quaedam Iac. Gothofred. *Tomo V. Comment. p. 191.* et viri docti ad Sueton. *Veſpaſ. Cap. XI.* HEIN.

AEQVALITER mittuntur in poſſeſſionem: *l. 15. §. 18. D. de damn. inf.* AEQVALITER fiunt domini: *l. 15. §. 17. D. eod. tit.* AEQVALITER eos tenet latae culpae ratio. *l. vlt. C. ſi tut. vel curat. non geſſ.*

AEQVANIMITAS, animus adquieſcens aequalitati, in adgnoſcendis tributis. *l. vn. C. Theod. ſi per obrept.* HEIN.

AEQVINOCTII vtriusque fit mentio in *l. 1. §. 32. D. de aqua quotid.* auctumnalis vero in ſpecie, in *l. 1. §. 8. D. ne quid in flum. publ.*

AEQVITAS ſtricto iuri opponitur, *l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu.* Donat. *in Terent. Adelph. Act. I. ſcen. I.* *Inter* IVS, inquit, *et* AEQVITATEM *hoc intereſt.* IVS *eſt, quod omnia recta et inflexibilia exigit.* AEQVITAS *eſt, quae de iure multum remittit.* M. Seneca *Lib. VII. Contron. 4.* *Albutius non* IVRIS *fecit illam quaeſtionem, ſed* AEQVITATIS. Symmachus *Lib. X. Epiſt. 52.* *In plerisque cauſſis alterum* IVRE; *alterum* AEQVITATE *niti*, ait. Contra M. Seneca *Lib. II. Contron. 5.* *in* AEQVITATIS *tractationem cadere*, docet, *etiam ea, quae iuris ſunt.* Et Cicero *pro A. Caecina Cap. XXVII.* Aquillium Gallum hoc nomine laudat, *quod* IVRIS *ciuilis rationem numquam ab* AEQVITATE *ſeiunxiſſet.* ¶. 2. AEQVITAS pro virtute, quae non omnia ad viuum reſecat, quatenus hominibus tribuitur. Hinc AEQVITAS arbitri: *l. vlt. D. rem pupill. ſalu.* ius reddentis: *l. 3. C. de edendo.* itemque praeſidis. *l. 3. C. qui bon. ced. l. 2. C. ſi propter inimicit.*

¶. 3. AEQVITAS tribuitur omnibus iuris diſpoſitionibus, quae non ſunt iniuſtae, vel rectae rationi non repugnant. Hinc AEQVITAS actionis: *l. 11. §. 1. D. de iniur.* compenſationis: *l. 15. D. de his, quae vt indign. l. 1. C. rer. amot. l. 6. C. de compenſ. l. 36. D. de adminiſtr. tut.* conuentionis: *l. 95. §. 4. D. de ſolution.* defenſionis: *l. 12. D. de doli except.* deſiderii: *l. 85. §. vlt. D. de reg. iur.* diuiſionis: *l. 7. D. de fideiuſſ. tut.* exceptionis: *l. 36. C. de transact.* exhibitionis: *l. 3. §. 14. D. ad SC. Trebell.* funerariae: *l. 14. §. 10. D. de religioſ.* iudicii: *l. 14. §. 1. D. comm. diuid.* iuris: *l. 6. D. de iniur.* petitionis: *l. 4. C. de obſequ. patr. praeſt.* rei, vel totius rei: *l. vlt. §. vlt. D. de adpellat. l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 31. D. depoſiti.* reſtitutionis. *l. 7. §. vlt. D. de cap. minut.* ¶. 4. Eodem ſenſu accipitur AEQVITAS NATVRALIS. *l. 32. §. 7. D. de condict. cauſſ. dat. l. 66. D. de reg. iur.* Ex ea AEQVITATE NATVRALI dicuntur nepotes in filiorum locum ſuccedere: *l. 1. §. fin. D. de ſuis et legit.* Ea introductum poſtliminium: *l. 19. pr. D. de capt. et poſtl.* Ea elucet in edicto de pactis. *l. 1. D. de pact.* Ei fauet Praetor edicto de pecunia conſtituta. *l. 1. D. de pecun. conſt.* Titulus etiam de legatis praeſtandis quamdam NATVRALEM AEQVITATEM habere dicitur. *l. 1. pr. D. de legat. praeſt.* Similiter edictum de minoribus praetor, AEQVITATEM ſequutus NATVRALEM, propoſuit. *l. 1. D. de minor.* Interdictum item de precario NATVRALEM in ſe habet AEQVITATEM. Eſt enim NATVRA AEQVVM, tamdiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim, et vt poſſim reuocare, quum mutauero voluntatem, *l. 2. §. 1. D. de precar.* Porro aliquid NATVRALEM potius in ſe, quam CIVILEM, continere AEQVITATEM, dicitur. *l. 1. §. 1. D. ſi is, qui teſtam. lib. eſſe iuſſ.* NATVRALI AEQVITATE motus proconſul omnibus cognatis promittit bonorum poſſeſſionem. *l. 2. D. vnd. cogn.* NATVRA AEQVVM eſt, neminem cum alterius detrimento ac iniuria fieri locupletiorem. *l. 14. D. de condict. indeb. l. 206. D. de reg. iur.* Nihil tam conueniens eſt NATVRALI AEQVITATI, quam voluntatem domini, volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. *l. 9. §. 3. D. de adqu. rer. dom. §. 40. Inſt. de rer. diuiſ.* Denique D. Hadrianus, NATVRALEM AEQVITATEM ſequutus, theſauros ei conceſſit, qui in ſuo loco inueniſſet. *§. 39. Inſt. eodem tit.* ¶. 5. Hinc facile intelliguntur phraſes AEQVITAS dictat: *l. 32. pr. D. de pecul.* exigit: *l. vlt. §. vlt. D. de adpellat.* facit: *l. 5. C. ſi alien. res.* mouet: *l. 21. D. de interrogat. in iur.* munit: *l. 3. C. de bon. auct. iud. poſſid.* patitur: *l. 1. C. de furt. et ſeru. corr. l. 70. §. 1. D. de legat. II.* poſcit et poſtulat: *l. 7. D. de in integr. reſtit. l. 183. D. de reg. iur.* maxime in foro ſpectanda eſt: *l. 90. D. de reg. iur.* ſuadet: *l. 46. §. 6. D. de procurat.* ſuggerit: *l. 7. pr. D. de iure dot. l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqua pluu.* ¶. 6. Tales etiam ſunt loquutiones: AEQVITATIS ſummae eſt: *l. 22. D. de donat.* AEQVITATIS ratio, vel rationes: *l. 54. D. ad SC. Trebell. l. 8. C. ad exhibend. l. 14. C. de transact. l. 2. C. de vſur. l. 3. C. pro ſoc. l. vlt. C. ne fiſcal. l. 77. §. 29. D. de legat. II. l. vlt. C. commun. vtr. iudic.* cui AEQVITATIS rationi aliquid dicitur congruere: *l. vlt. C. de edend.* quaeque quid videtur exigere: *l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend.* permittere: *l. 4. C. de edend.* illa aliquid ſubnixum eſt. *l. 84. D. de hered. inſt.* Denique ea aliquid ſuadet. *l. 20. D. de tutel. et rat. l. 14. C. de transact.* AEQVITATIS vinculum. *l. 95. §. 4. D. de ſolut.* ad AEQVITATEM rem redigere: *l. 1. C. de interdict.* eam ante oculos habere: *l. 4. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* propter eam aliquid admittendum eſt: *l. 51 §. 2. D. de impenſ. in res dot.* AEQVITATEM hoc edictum habet: *l. 1. pr. D. de collation. l. 1. D. quod quisque iur.* Non eſt extra AEQVITATEM poſitum: *l. 13. §. 15. D. de iureiur.* AEQVITATEM recuſare: *l. 78. §. 4. D. de iure dot.* AEQVITATEM ſequi ſolutius: *l. 14. §. 13. D. de religioſ.* Ex AEQVITATE quid deſcendit: *l. 5. §. 2. D. de agnoſ. part.* AEQVITATE motus eſt. *l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell.*

AEQVVS, A, VM, rectae rationi non aduerſum. Sic AEQVVM eſt, bonae fidei emtori alterius dolum non nocere: *l. 37. D. de act. emt. vend.* AEQVVM, non prius exſolui, quod debere quem conſtiterit, quam petitioni mutuae reſponſum fuerit: *l. 1. C. rer. amot. l. 6. C. de compenſat.* AEQVVM, vt cuius quis participat lucrum, participet et damnum: *l. 52. D. pro ſoc.* AEQVVM, tutorem ex delicto ſuo teneri, non pupillum: *l. 2. D. de tab. exhib.* AEQVVM, non oportere cuiquam plus damni per ſeruum euenire, quam quanti ipſe ſeruus ſit. Multo tamen AEQVIVS, nemini officium ſuum, quod eius, cum quo contraxerit, non ſui commodi cauſſa ſuſceperit, damnoſum eſſe: *l. 61. §. 5. D. de furt.* Longe AEQVVM eſt, ex eo, quod perfide geſtum eſt, actorem nihil conſequi: *l. 48. §. 13. D. de doli except.* AEQVVM, defendi vxores a viris, non viros ab vxore: *l. 2. D. de iniur.*

Digitized by Google

AEQ.

iur. AEQVVM, argentarium edere rationem: *l. 4. D. de edendo.* AEQVVM, eum, qui negotia geſſit, actus ſui rationem reddere: *l. 2. D. de negot. geſt.* AEQVVM, aduerſarium non decipi: *l. 23. D. de admin. et peric. tut.* AEQVVM viſum eſt, ſenatum vice populi conſuli: *§. 5. Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil.* AEQVVM Aedilibus viſum: *l. 44. §. 1. D. de Aedilit. edict.* AEQVVM putauit Imperator: *l. 47. pr. D. de iure fiſci.* Siue AEQVVM ſit, ſiue iniquum. *l. 76. D. pro ſoc.* Sic et AEQVISSIMVM videtur, eum, qui acturus eſt, edere actionem, vt ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra debeat: *l. 1. pr. D. de edend.* AEQVISSIMVM viſum eſt, creditorem ita agere rem debitoris, vt ſuam ageret: *l. 1. D. de ſolut.* AEQVISSIMVM fuit, partui conſuli: *l. 1. §. 1. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* AEQVISSIMVM, vi deiecto ſubuenire: *l. 1. §. 1. D. de vi et vi arm.* item omnes filios matri praeferri, etiamſi per adoptionem in familiam relicti eſſent. *l. 5. pr. D. ad SC. Tertull.* nec non, vnumquemque non ſibi ipſum ius dicere, occupatis legatis, ſed ab herede petere: *l. 1. D. quod legat.* ſed et dolum eius coerceri, qui impedit aliquem iudicio ſiſti: *l. 1. D. de eo, per quem fact. erit. quo minus quis in iud.* in eum quoque, qui de alimentis transegit, repetitionem dari in id, quod locupletior factus eſt: *l. 8. §. 22. D. de transact.* Denique AEQVISSIMVM ordinem ſequutus dicitur Praetor. *l. 2. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* ¶. 3. Quaedam contra ſunt, quae AEQVA NON videntur: veluti AEQVVM non eſt, abſentem reipublicae cauſſa inter reos referri, dum reipublicae operatur. *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* nec, virilibus officiis fungi mulieres: *l. 2. §. 1. D. ad SC. Velleian.* nec, dolum ſuum quemquam releuare: *l. 63. §. 7. D. pro ſoc.* nec fideiuſſori minoris in necem creditoris ſubueniri: *l. 13. pr. D. de minorib.* nec inuitum ſuo pretio res ſuas vendere: *l. 9. de act. rer. amotar.* nec virum ob facinus ſuum dotem lucrifacere: *l. 10. D. ſolut. matrim.* nec haberi honorem ei, qui ancillam proſtituit: *l. 10. §. 1. D. de in ius voc.* nec denique, decuriones ciuibus ſuis, vilius, quam exigit annona, vendere. *l. vlt. §. vlt. D. ad leg. Iul. de annon.* Similia, quae aequa non videntur, vide in *l. 25. D. de pignor. act. l. 41. §. vlt. D. de iur. dot. l. 44. §. 1. D. ad SC. Trebell.* ¶. 4. AEQVVM et BONVM iunguntur. *l. 1. et l. 11. D. de iuſt. et iur.* et apud Ciceron. *pro A. Caecina Cap. XVIII.* Salluſt. *Iugurth. Cap. XXXV.* Plaut. *Menaech. IV, 2. v. 10.* Terent. *Heautontim. IV, 1. v. 20.* Cic. *Partit. Orat. Cap. XXXVII. Brut. Cap. XXXVIII. de Offic. III, 15.* HEIN. Sic ex AEQVO et BONO rationem reddere. *l. 22. D. de manumiſſ. teſtam.* Interdum autem AEQVVM bono praeponitur, vt in locis, quos modo adduxi. Interdum bonum AEQVO. Sic ius *boni et* AEQVI *ars* definitur. *l. 1. D. de iuſtit. et iur.* Ex bono et AEQVO exceptio adcommodari dicitur. *l. 2. §. 8. D. ſi quis caut. in iud.* Bonum etiam et AEQVVM eſt, pecuniam meam, quae ad te peruenit, mihi a te reddi. *l. 32. D. de reb. cred.* Deſiit bonum et AEQVVM eſſe, condemnari eum, qui aeſtimationem praeſtitit. *l. 34. D. de oblig. et act.* In contractibus, qui conſenſu fiunt, alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono et AEQVO praeſtare oportet. *l. 2. §. vlt. D. de oblig. et action.* et *§. vn. Inſt. de oblig. ex conſenſu.* Ex bono et AEQVO defendendi poteſtas datur. *l. 30. D. de noxal. act.* In bonum et AEQVVM concepta actio. *l. 10. D. de ſepulcr. viol.* In quantum ex bono et AEQVO res patitur. *l. 1. D. quod cum eo, qui in al. pot. eſt.* Interdum AEQVIVA MELIVS, vt apud Cic. *pro Q. Roſc. Cap. IV.* et *in Topic. Cap. XVII.* Alias MELIVS AEQVIVS. *l. 66. §. vlt. D. ſolut. matr. l. 82. D. ſolut.* et Ciceron. *de Offic. III, 15.* Plerumque porro AEQVVM BONO, vel contra BONVM AEQVO cum copula iungitur. Nonnumquam tamen ἀσυνδέτως ponuntur, vt in edicto Aedilium: *Quantum* BONVM AEQVVM *iudici videbitur. l. 42. D. de Aedilit. edict.* Significatur vero his verbis humanior et benignior iuris interpretatio, quae Graece ἐπιείκεια dicitur. Nam plerumque ſi ad ſummam ſeueritatem ius exigas, iniquum fiet. Et hoc eſt, quod veteres ſummum ius ſummam iniuriam eſſe, dicebant. Adhibendum igitur eſt aequitatis laxamentum, quae quum in omnibus quidem, maxime tamen in iure ſpectatur, *l. 90. D. de reg. iur.* Vnde AEQVI *et boni ars* ius ciuile definitur a Celſo. *l. 1. D. de iuſt. et iur.* et a Cicerone *Top. Cap. II.* AEQVITAS *conſtituta his, qui eiusdem ciuitatis ſunt.* A quo et Ser. Sulpicius vel eo praecipue nomine laudatur, quod ius ciuile ab AEQVITATE numquam ſeiunxerit. Denique, aequitate poſtulante, a legis verbis et a ſollemnibus receditur. Et in hoc genere perniciuſe plerumque ſub auctoritate iuris ſcientiae errari, ait idem Celſus. *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.* Cicero *pro Caecin. Cap. XVIII. ſequ. Si contra verbis, et litteris, et, vt dici ſolet, ſummo iure contenditur, ſolent eiusmodi iniquitati* AEQVI *et* BONI *nomen dignitatemque apponere.* Sic et *l. 17. D. de ininſt. rupt. irrit. teſt. Licet ſubtilitas iuris refragari videatur: attamen voluntas teſtatoris ex* BONO *et* AEQVO *tuebitur.* Salluſt. *in Iugurth. Cap. XXXV. Fit reus ex bono* AEQVO*que magis, quam ex iure gentium.* Quinctilian. *Lib. IV. Eſt aliquid* AEQVVM, *ſed probibitum iure, vt libertas teſtamentorum.* Ita et in *l. 21. D. de re iud.* AEQVVM *eſſe videtur, ſed alio iure vtimur.* ¶. 5. AEQVVM, pro aequali. Hinc ex AEQVO negotiari. *l. 3. D. ad municipal.* AEQVA caritate coniuncti: *l. 10. pr. D. de reb. dub.* AEQVA lance: *l. 20. D. de re iudic. l. 17. C. de collat.* AEQVIS facultatibus: *l. 6. §. 1. D. pro ſoc.* AEQVVM foedus. *l. 7. §. 1. D. de captiu. et poſtlim.* AEQVO iure diuidere. Seneca *Conſolat. ad Marc. Cap. XVI. Numquam iniuriam dixeris, ex* AEQVO IVRE *cum potentiore diuidere.* AEQVAE partes: *l. 2. §. 6. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. l. 23. D. ad SC. Trebell. l. 4. et l. 29. pr. D. pro ſoc. l. 2. D. de hered. inſtit. l. 19. §. vlt. D. de legat. I.* et alibi paſſim, vbi AEQVAE partes dari, fieri, relinqui, dicuntur, itemque ſcribi: *l. 37. §. 2. D. de legat. III.* Sueton. *Tiber. Cap. vlt.* Plaut. *Rudent. II, 6.* et inſtitui. *l. 6. C. de teſtam. mil.* Ex AEQVIS porro partibus communis dicitur fundus: *l. 8. D. de rei vind.* et AEQVIS partibus opponuntur modo DISPARES, *l. 7. §. vlt. D. de reb. dub.* modo INIQVAE: *l. 6. C. ad SC. Trebell.* AEQVAE partes dominii, *l. 63. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* AEQVAE portiones vſusfructus, *l. 11. D. de vſufr. adcreſc.* hereditatis. *l. 31. §. 2. D. de legat.* AEQVIS portionibus vel non AEQVIS diuidere. *l. 6. D. pro ſoc. l. 67. §. 4. D. de legat. II.* AEQVIS penſionibus. *l. 3. D. de ann. legat.* AEQVA pondera. *l. 18. §. 3. D. de dol. mal.* AEQVO pretio, vel AEQVIS pretiis emere, vendere. *l. 66. D. de legat. I. l. 6. D. de extraord. crim.* ¶. 6. AEQVO animo. *l. 10. v. ſi quis. C. de metat.*

AER.

AER. Vnde AERIS ſeruitus, de qua Papian. *in Reſponſ. tit. XVIII. De ſeruitute luminis vel* AERIS *ſimiliter conſtitutum eſt, vt inter priuatorum fabricas X. pedes, inter publicas XV. dimittantur, ſecundum legem Theodoſii Lib. IIII. ſub tit. de aedificiis priuat.* vbi tamen hodie talis titulus nullus exſtat in Codice Theodoſiano. Intelligi vero ſeruitutem, ne liberi aeris vſus cui a vicino intercipiatur, res ipſa docet. HEIN

AERAMEN, in *l. 13. C. de oper. publ.* ſcribere oportet, vbi codices quidam *ornamenta*, alii *inſtrumenta* habent, quorum vtrumque vitioſum eſſe oſtendit *l. 37. C. Theod. eod. tit.* ex quo hoc amplius patet, Tribonianum tres libras in ſex mutaſſe: mire etiam deformauit *l. 14. eod. tit.* vt adparet ex *l. 40. C. Theod. eod. tit.* Ceterum AERAMEN AERAMENTVM dictum a Paullo *Recept. Sent. Libr. III. Tit. VI. §. 44. et §. 56.* et D. Gregorio *Lib. XII. Epiſt. XXX.* Immo et a Plinio *Hiſt. nat. Lib. XV. Cap. I. Cap. VIII.* et *Lib. XXXV. Cap. 15.* et Vincentio Lirinenſ. *Commonitor. p. m. 308. edit. Brem.* nihil aliud eſt, quam ornamentum ex aere. Gloſſae antiquae: AERAMENTVM, *χάλκωμα*, AERAMENTA, *χαλκώματα*. Vid. Iac. Gothofred. *ad Cod. Theodoſ. Tom. V. p. 311.* et Schulting. *Vet. iurispr. anteiuſtin. p. 365. ſeqq.* HEIN.

AERARIVM proprie *δημόσιον*, pecunia reipublicae vſibus deſtinata: ac proinde AERARIVM a fiſco adhuc Plinii temporibus diſtinguebatur, ceu patet ex *Panegyr. Cap. XLII.* Et ita accipi videtur phraſis *ad* AERARIVM *profiteri*, in *l. 9. §. 6. D. ad leg. Iul. pecul.* itemque vocabulum magiſtratus, AERARII *praefectus*, in *l. 15. §. vlt. D. de iur. fiſc.* At gliſcente principum potentia, publicaque ac priuata omnia trahente, fere confundi coeperunt *fiſcus* et *aerarium*. Gloſſa: *ταμεῖον, fiſcus, aerarium.* Et hinc Dio Caſſ. *Lib. LIII. p. 511.* vix liquere, ait, quid inter principis et publicum interſit aerarium. Et Marcianus, Iuriſconſultus, AERARIVM et fiſcum, tamquam *συνώνυμα* videtur vſurpare: *l. 1. §. 9. D. de leg. Corn. de falſ.* nec non Paullus *l. 13. pr. D. de iure fiſci*, quamuis ibi poſterius vocabulum a Triboniani manu eſſe, oſtenderimus *in Comment. ad leg. Iul. et Pap. Lib. III. Cap. V. §. 2. p. 402.* Facile ergo iam redditur ratio, cur fiſco ex conſtitutione Antonini Caracallae vindicentur caduca, Vlpian. *Fragm. tit. XVII. §. 11.* quae olim in AERARIVM incidebant. Tacit. *Annal. III, 25.* Plin. *Lib. II. Epiſt. 16. Lib. IV. Epiſt. 12. Panegyr. Cap. XLII. l. 15. §. 3. D. de iur. fiſc.* HEIN.

AERATA arca. *l. 19. §. 5. D. locat.* et apud Iuuenal. *Sat. XIV. v. 259.* vbi poeta:

AERATA *multus in arca*
Fiſcus.

Sed et alibi occurrunt lecti AERATI, Cic. *in Verr. VI. Cap. 26.* claſſes AERATAE, apud Virgil. *Aen. Lib. VIII. v. 675.* et AERATAE *naues*, apud Caeſarem *de bello ciu. II, 3.* HEIN.

AEREVS, ex aere confectus, vt AEREVM horologium: *l. 12. §. 23. D. de inſtr. et inſtr. leg.* AEREVM vas: *l. 12. §. 10. D. eod. tit.* AEREAE tabulae. *l. 8. D. de leg Iul. pecul.*

AERO. Ita legendum in *l. 31. D. de locat.* pro *beronibus, peronibus, centonibus, beronibus*, quae vocabula ibi habent alii. AERO enim *ἀπὸ τοῦ ἄγειν* eſt vaſis ſpartei genus, portando quid idoneum, de quo Voſſ. et Martin. *in Etymol.* Turnebus *Adverſ. XXIV, 2. XXVII, 10. XXX, 5.* Vnde Graeci reddiderunt *cophinos*. Cuiac. *Obſ. VII, 39.* Cauſſam perorauit V. A. Cornel. van Bynkersh. *Obſeru. VIII, 6.* HEIN.

AER. AES.

[AEROSVS, vt AEROSA pecunia, *l. 102. pr. D. de ſolut.* id eſt, cui plurimum aeris admixtum eſt. Ita hanc vocem, primo a ſe reſtitutam, inſuper habitis variis aliorum lectionibus, interpretatur Coraſius *Lib. I. Miſcell. Cap. 9. n. 5.* eumque ſequutus Dionyſ. Gothofred. *ad d. l.* adprobante etiam Briſſonio noſtro, *Lib. I. de ſolut. p. 146.*] Nec minus erudite eam lectionem contra vim criticorum tuetur. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. III, 4.* HEIN.

AES.

AES. Eo nomine omne numorum, ſiue aureorum, ſiue argenteorum, genus ſignificatur. *l. 159. D. de verb. ſign. l. 5. §. 18. D. de tribut. act. l. 2. pr. l. 27. §. 5. D. ad leg. Aquill. l. 36. pr. D. de pignor. act.* Quae loquendi ratio inde fluxit, quod veteres primum aereis numis, nota pecudum a Ser. Tullio ſignatis, vſi ſunt, auctore Plin. *Lib. XVIII. Hiſt. nat. Cap. 3. Pecunia* enim, vt Voluſius Maecianus *in libro de Aſſe* ſcribit, *primum in aere erat, poſtea vero et in argento fieri coepit: ita, vt omnis numus argenteus ex numo* AERIS *poteſtatem haberet.* Et Plinius *Hiſt. nat. Lib. XXXIII. Cap. 3. Populus Romanus ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum vſus eſt. Libralis, (vnde etiam nunc libella dicitur,) et dupondius adpendebatur aſſis. Quare* AERIS GRAVIS *poena dicta: et adhuc* EXPENSA *in rationibus dicuntur, item* IMPENDERE, *et* DEPENDERE. *Quin militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandae penſatores,* LIBRIPENDES *dicuntur. Qua conſuetudine in his emtionibus, quae mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Seruius, Rex, primus ſignauit AES. Antea rudi vſos Romae, Romanus tradit. Signatum eſt nota pecudum. Vnde pecunia adpellata.* Totum hunc ſimilesque veterum ſcriptorum locos erudite illuſtrauit Iac. Perizonius *inſigni libello de aere graui*, qui prodiit *Lugd. Bat. 1713.* HEIN. ¶. 2. AES ALIENVM *habere*, vt Seneca *Lib. V. de benef. Cap. 14.* ſcribit, *dicitur, et qui aureos debet, et qui corium, forma publica percuſſum, quale apud Lacedaemonios fuit, vel aliud quidlibet, quod vſum pecuniae numeratae praeſtet.* Adpellatur autem AES ALIENVM, quod nos aliis debemus, AES SVVM, quod alii nobis debent. *l. 23. §. pen. D. de verb. ſignif. l. 5. §. 10. D. de iure dot.* Seneca *Epiſt. XIX. Leue aes alienum debitorem facit, graue inimicum.* AERIS ALIENI loco, in ineunda legis Falcidiae ratione, quae habeantur, ex *l. 36. §. 2. et l. 39. D. ad leg. Falcid.* petendum eſt. ¶. 3. [Idem vocabulum ſaepe tam late accipitur, vt et dotem, et donationem propter nuptias, complectatur: vti *l. 27. C. de adminiſtr. et peric. tut.* interpretatur Cuiacius *in Recit. ad tit. C. de praed. et al. reb. min. non alien.*] ¶. 4. Hinc frequentes in iure loquutiones: AES ALIENVM contractum: *l. 27. D. pro ſoc.* AES ALIENVM facere: *l. 18. §. vlt. D. de caſtr. pecul.* AES ALIENVM heredimtis ſuſcipere: *l. 32. pr. D. ad SC. Velleian.* AERE ALIENO deducto, vel exſtante: *l. 125. D. de verb. ſignif.* AES ALIENVM expedire: *l. 5. §. 9. D. de reb. eor.* AERE ALIENO liberari: *l. 27. §. vlt. D. de pecul.* Paull. *Recept. Sent. III, 6. 10.*

Digitized by Google

III, 6. 10. l. 50. pr. D. de donat. int. vir. et vxor, AERIS ALIENI pudor. Paull. *Recept. Sent. V, 12. 1.* ¶. 5. Per AES et LIBRAM. *ſ. 1. Inſt. de teſtam. ord.* Cai. *Lib. I.* apud Boeth. *Commentar. in Topic. Cic. Lib. III.* Vlpian. *Fragm. tit. XX. ſ. 2. et 9.* Cicero *Lib. I. de legib.* Feſt. *in verbo Nexum.* id eſt, per emancipationem, ſeu imaginariam venditionem, de cuius ſollemni ritu dixi *Lib. I. Select. Antiqu. Cap. VII.* et *Lib. VI. de Formul. Cap. 63. p. 488.* Horat. *Lib. II. Epiſt. vlt.*

Si proprium eſt, quod quis LIBRA *mercatur,*
et AERE.

Simile, idque perelegans eſt exemplum apud Ouid. *ex Ponto IV, 15.* quod ita reſtituit Io. Fridr. Gronou. *Lib. II. Obſ. Cap. 1. p. 218.*

Teque meae cauſſam ſeruatoremque ſalutis,
Meque tuam LIBRA *nouit, et* AERE *minus.*

Vbi conferri merentur, quae de hoc loco diſſeri animaduertimus in *Epiſt. claror. viror. Tomo II. p. 547.* HEIN. ¶. 6. AES pro aſſibus dixiſſe antiquos, Varro *Lib. VIII. de lingu. Lat. p. 118.* monet. Vnde *mille aeris legatum* dixerunt: quomodo apud Liu. *Lib. IV, 60.* et *V, 12.* mille aeris interpretari conueniens eſt. ¶. 7. AES ſeparatum ab aurichalco. *l. 14. l. 19. D. de contrab. emt.* ¶. 8. AERIS ſodinae. *l. 13. ſ. 5. D. de vſufruct.*

AESTAS incipit, ſicut peritiores tradiderunt, ab aequinoctio verno, et finitur aequinoctio auctumnali, et ita ſenis menſibus aeſtas atque hiems diuiditur. *l. 1. ſ. 32. D. de aqu. quotid. et aeſt.* AESTAS inſtans et prior. *l. vn. ſ. 8. D. ne quid in flum. publ.* Quod inde deſcendit.

AESTIVVM plerumque id eſt, quo per ſolam aeſtatem vti expedit. Sic dicitur AESTIVA aqua, AESTIVA veſtimenta, ſaltus AESTIVI, (quorum etiam mentio fit *l. 67. D. de legat. III.*) caſtra item AESTIVA. *l. 1. ſ. 3. D. de aqua quot. et aeſt.* Ita et AESTIVOS ſpecus dixit Seneca *Conſolat. ad Helu. Cap. IX.*

AESTIMARE, ſtatuere cauſſa cognita. Ita AESTIMAT is, cuius notio eſt: *l. 15. ſ. 1. l. 16. ſ. 1. D. de aliment. leg. l. 28. ſ. 3. D. de liber. leg. l. 14. fin. D. de dote praeleg. l. 69. ſ. 1. D. de legat. III.* iudex: *l. 31. ſ. 1. D. de donat. l. 2. C. de in lit. iur. l. 4. pr. quod cum eo. l. 38. D. mand. l. 26. ſ. vlt. D. depoſ. l. 28. ſ. 9. D. de liberat. leg.* vel in numero pluratiuo iudices: *l. 39. D. de adopt. l. 5. ſ. 14. D. de agnoſc. et al.* iudicaturus: *l. 40. ſ. 7. D. de ſtatu lib.* Praeſes: *l. 11. C. de excuſ. tut. l. 1. C. ſi tut. vel curat. l. 4. C. commun. diu. l. 8. D. de offic. praeſ.* Praetor: *l. 25. D. ad SC. Trebell. l. 4. C. comm. diu. l. 5. ſ. 10. D. de reb. eor. qui ſub tut. l. 1. ſ. 1. D. vbi pupill. educ. vel mor.* Princeps: *l. 1. D. ſi tut. vel curat. magiſtr. creat. adpellau.* vir bonus. *l. 58. ſ. 1. D. locat.* Ceterum ita AESTIMARI quid dicitur per cauſſae cognitionem: *l. 1. C. ſi aduerſ. ſolut.* ſeu cauſſa cognita: *l. 1. ſ. 26. D. de quaeſt.* vel ſummatim. *l. 7. ſ. 1. D. de heredit. petit.* ¶. 2. AESTIMARE, taxare. Sic res ab actore AESTIMATVR: *l. 5. ſ. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc.* magni quid AESTIMATVR: *l. 36. D. de bon. libert.* AESTIMATVR condemnatio iudicii: *l. 3. ſ. 11. D. de tab. lib.* AESTIMANDVM quid adfectu, non pretio: *l. 36. D. de bon. libert.* AESTIMANTVR ſatisdationes: *l. 1. ſ. 8. D. de magiſtrat. conu.* AESTIMATVM quid datur: *l. 11. D. de fund. dot. l. 5. C. de iur. dot. l. 7. ſ. 5. D. de donat. int. vir. et vxor.* et accipitur: *l. 10. C. de iur. dot.*

AESTIMARI non poteſt, quod libertum habeo. *l. 5. ſ. vlt. D. de praeſcr. verb.*

AESTIMATIO, id eſt, arbitrium. Sic AESTIMATIO eſt iudicis: *l. 1. ſ. 6. D. de poſtul.* praeſidis: *l. 2. ſ. 1. D. de oper. publ.* principis. *l. 191. D. de reg. iur.* ¶. 2. AESTIMATIO, id eſt, taxatio. Sic AESTIMATIONEM recipere non dicuntur res ſacrae: *l. 9. ſ. vlt. D. de diuiſ. rer.* Infinita eſt AESTIMATIO libertatis et neceſſitudinis. *l. 176. ſ. vlt. D. de reg. iur.* AESTIMATIONEM recipiunt operae: *l. 26. ſ. 12. D. de condict. indeb.* nullam contra recipit liberum corpus: *l. vlt. D. de his, qui effud.* nec vlla fit AESTIMATIO liberorum corporum: *l. 2. ſ. 1. D. de lege Rhod.* Sic AESTIMATIO fit litis. Vid. infra in voce LIS. nudae proprietatis: *l. 78. ſ. 3. D. de iure dot.* operis. *l. 54. ſ. vlt. D. de verb. oblig.* Et quia pecunia eſt norma omnis aeſtimationis: hinc illa dicitur ſecundum AESTIMATIONEM effecta, *l. 32. ſ. 8. D. de vſu et vſufr.* et AESTIMATIONIS pretium. *l. 13. pr. D. de re iud.* ¶. 3. Ceterum notandae phraſes: AESTIMATIO fit: *l. 20. D. de except. rei iud.* habetur: *l. 17. D. fam. erciſc. l. 13. ſ. vlt. D. de damn. inf.* praeſtatur: *l. 1. ſ. 13. D. de vi et vi arm.* in AESTIMATIONEM venit: *l. 17. ſ. vlt. D. pro ſoc.* AESTIMATIO ſufficitur: *l. 40. pr. D. de manum. teſtam.* Immo et deducitur AESTIMATIO. *ſ. 23. Inſt. de action.* quae loquutio ſimilis eſt illi: *rationes* DEDVCERE, de qua ſuſius Io. Fridr. Gronou. *Obſ. II, 10. p. 283. ſequ.* HEIN.

AESTIMATORIA duplicem habet intellectum. Interdum enim hoc nomine ea actio ſignificatur, quae de aeſtimato proponitur, veluti quum res aeſtimata vendenda data eſt. Nam quum de nomine contracti negotii dubitetur, venditio, an locatio, an mandatum ſit: tollendae dubitationis gratia AESTIMATORIA *praeſcriptis verbis* actio datur. *l. 1. pr. D. de aeſtimat. ſ. 28. Inſt. de action.* et ibi Theophilus. ¶. 2. Interdum AESTIMATORIA accipitur QVANTI MINORIS actio, quae intra annum ex Aedilium edicto datur. *l. 18. l. 43. ſ. 6. l. 44. ſ. vlt. l. 48. ſ. 2. D. de Aedil. edict.* Et haec actio ſignificatur in *l. 32. D. de euict. l. 32. ſ. 16. D. de Aedil. edict. l. 25. ſ. 1. D. de except. rei iud.*

AET.

AETAS. Eius varii gradus conſtituuntur, quos recenſent Cenſorin. *libro de die natal. Cap. XIV.* Clemens Alex. *Stromat. Lib. VI. p. 685.* Pollux *Onomaſt. Lib. II. ſegm. 4. et ſequ.* Macrob. *in Somn. Scipion. Lib. I. Cap. 6.* Moſchopul. *in libris* περὶ σχεδῶν et in *libro, qui* ἐκλογὴ ὀνομάτων ἀττικῶν inſcribitur. Seruium vtique Tullium, quum claſſes cenſus faciendi gratia inſtitueret, PVEROS eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: atque inde ab anno decimo octauo, quos idoneos iam eſſe reipublicae arbitraretur, milites ſcripſiſſe, eosque ad annum quadrageſimum ſextum IVNIORES, ſupraque eum annum SENIORES adpellaſſe, Gellius *Noct. X, 28.* ex Tuberone tradit. Eademque diſcrimina PVERITIAE nimirum, IVVENTAE et SENECTAE perſtrinxit Vlpianus in *l. 8. ſ. 10. D. de transact.* Conſtantinus certe aetatem, cuius venia impetrari ſolet, in maſculis viceſimo, in feminis decimo octauo circumſcribens: *Cui* AETATI, ait, *quae inter plenam perfectamque adoleſcentiam et robuſtiſſimam iuuentu-*

tem media eſt, *firmatae aetatis adpellationem impo-nemus*, *vt prima aetas* PVERITIAE *ſit*, *ſequens* ADO-LESCENTIAE, FIRMATA *haec tertia*, *quarta* LEGITI-MA, *quinta* SENECTVS. *l. vn. C. Theod. de his*, *qui ven. aetat.* ¶. 2. In iure noſtro has AETATVM differentias inuenire eſt: AETAS INFANTIS, PVERI-LIS, TENERA, ADOLESCENTIAE(?) IMBECILLA, INFIRMA, PVBES, PVPILLARIS, ADVLTA, MINOR, MAIOR, IV-STA, LEGITIMA, PERFECTA, IMPERFECTA, PROLIXA. ¶. 3. AETAS INFANTIS in *l. 55. D. de vſufr.* in ſeptimum vsque annum porrigitur, vt adparet ex *l. 18. C. de iure delib. l. 1. §. 2. D. de adminiſtr. tut.* AETAS PVERILIS memoratur *l. 204. D. de verb. ſignif.* AETAS PVPILLARIS vsque ad decimum quartum annum excurrit: *l. 38. D. de minor. l. 16. D. de iure fiſci. l. 17. D. de liberali cauſſ. l. vlt. D. de reſcind. vend. l. 1. C. qui legit. perſ. ſtand. l. 1. C. de Carbon. edict. l. 3. C. de teſtam. tut. l. 16. C. de praed. et al. reb. min.* et apud Sueton. *Aug. Cap. LXVI.* D. Gregor. *Lib. IV. Epiſt. 24.* Pupillarem aetatem Iuſtinianus *Nou. LXXII. περὶ κηδεμόνων primam* aetatem: eam vero, quae vsque ad viceſimum quintum annum excurrit, *ſecundam* adpellat. Θεσπίζομεν, inquiens τοὺς κηδεμόνας τῶν νέων, εἴτε τῆς πρώτης, εἴτε τῆς δευτέρας εἶεν ἡλικίας, εἰ καὶ ἕτεροί τινες, οἷς ὁ νόμος δίδωσι κηδεμόνας. *Sancimus*, *vt adoleſcentium curatores*, *ſiue primae*, *ſiue ſecundae ſint aetatis*, *ſiue aliorum*, *quibus lex dat curatores.* At haec totidem verbis in laudata nouella non occurrunt, ſed a Briſſonio ex variis iſtius periodis collecta videntur. HEIN. Pupillarem aetatem, ſequitur AETAS PVBES, *l. 41. §. pen. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 2. C. arbitr. tutel.* Liu. *Lib. I. Cap. III. Iam filii prope* PVBEREM *aetatem erant.* Cuiusmodi aetas dicitur PROPE PVBERTATEM. *l. 17. D. de excuſat.* id eſt, quae non multum a PVBERE aetate abeſt. *l. 14. D. de SC. Silan.* Poſt eam occurrit ADVLTA, de qua ſupra diximus, et PRAETEXTATA aetas, cuius in *l. 5. §. vlt. D. de lib. exhib.* et apud Gellium *Noct. Attic. I, 13.* fit mentio. Nam vsque ad decimum ſeptimum annum ingenui pueri praetexta induebantur: quam poſt id temporis toga virili mutabant. At non eadem eſt de anno, quo toga virilis ſumebatur, ſententia. Nam Henr. Valeſ. *in Excerpt. Peireſc. p. 71.* id anno aetatis decimo quarto factum exiſtimat, motus auctoritate Nicolai Damaſceni *p. 477.* vbi de Auguſto: Κατέβαινε δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν περὶ ἔτη μάλιστα γεγονὼς τεσσαρεσκαίδεκα ὥστε ἀποθέσθαι μὲν αὐτὸν ἤδη τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν καθαράν, σύμβολον ἐσομένην τῆς εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆς. *Inde annos circiter quatuordecim natus in forum deſcendit*, *poſita praetexta*, *togam puram indutus*, *quod virilis tirocinii argumentum eſt.* Quae ſententia placet etiam Octau. Ferratio *de re veſtiar. Lib. II. Cap. I.* Sigonius contra *de Iudic. Rom. Lib. III. Cap. 19.* togam datam putat, exacto anno XV. et ineunte XVI: Grucchius *de Comit. II, 3.* initio anni XVII. quae ſententia viris eruditisſimis Scaligero, Pamelio, Salmaſio, Manutio, ita et Briſſonio noſtro ſe probauit. At Henr. Cardinalis Noriſius *de Cenotaph. Piſano Diſſ. II. p. 114. ſequ.* luculentiſſimis veterum teſtimoniis demonſtrauit, Romanos, libera adhuc republica, et ſub primis Caeſaribus, expleto decimo quinto aetatis anno, et inito XVI. virilem togam accepiſſe, faſſus tamen, Imperatores, qui quidlibet ſibi licere putauerint, modo celerius, modo tardius, eam filiis dediſſe. HEIN.

Has porro aetates MINOR AETAS amplectitur, *l. 13. D. de minorib.* Eaque eſt AETAS, cui ſubueniri ſolet: *l. 1. C. ſi ſaep. in integr. reſtit.* et IMPERFECTA AETAS. *l. 3. C. Theod. de ſponſalib.* Hanc excipit IVSTA AETAS, quae viceſimo quinto anno inchoatur, *l. 2. §. 1. D. de vacat. mun.* quae et LEGITIMA adpellatur, vt adparet ex *l. vlt. C. de his, qui ven. aetat.* et aliis locis, quos infra *Lib. X.* adſcribam. Adpellatur et PERFECTA AETAS, *l. 25. §. 1. D. de probat. l. 7. C. ſi alien. res pign. l. 9. §. 1. D. de tut. et rat. diſtrah. l. 22. C. ad SC. Vellei. l. 13. §. 10. C. de iudic. l. vlt. C. de his, qui ven. aetat. §. vn. fin. Inſt. de fiduc. tut. §. 6. Inſt. de Atilian. tut.* Eadem et ROBVSTA AETAS dicitur in *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* et a Quinctiliano *Declam. CCCXXXVIII.* propterea, quod tunc virilis vigor completur, *l. 2. fin. D. de min.* FIRMATA AETAS in *l. vn. C. Theod. de his qui ven.* Virgil. *Eclog. IV. v. 37.*

Hinc vbi iam FIRMATA *virum te fecerit* AETAS.

Sed enim alia fit non numquam, ita ſuadente mente teſtantium, IVSTAE LEGITIMAEQVE AETATIS interpretatio, vti exponitur in *l. 50. fin. D. de legat. III.* Quin etiam IVSTA AETAS in *l. 8. D. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſequ.* pro pubere accipienda eſt, quae nuptiis iure contrahendis praefinita eſt. SVAE AETATIS factus quis dicitur. *l. 5. §. 2. D. de auctor. tut.* SVAE porro AETATIS fieri intelligimus eos, qui XXV. annum attigerunt, ſi non contraria voluntas teſtatoris arguetur. *l. 27. D. de negot. geſt. l. 50. §. vlt. D. de legat. III.* In *l. 3. C. de teſt. tut.* SVAE AETATIS factus dicitur, qui pupillarem exceſſit: quemadmodum AETATIS *ſenium* mentio fit. *l. 13. D. de tutel. l. 44. Cod. Theod. de operib. publ.* ¶. 4. Sunt in libris noſtris et aliae AETATVM deſcriptiones. Dicitur quis eius AETATIS eſſe, vt nondum intelligat, quid agatur. *l. 1. §. 13. D. de oblig. et action.* EIVS AETATIS, quae dolum accipiat: *l. 15. D. de liberal. cauſſ.* vel, vt *doli capax* ſit. *l. 3. §. vlt. D. de tribut. act.* ¶. 5. Notae etiam ſunt loquutiones: omnis AETATIS homines: *l. 7. §. vlt. D. de minor.* A prima AETATE: *l. 68. pr. D. ad leg. Falcid.* intra AETATEM eſſe: *l. 39. pr. D. de min.* AETATIS miſeratio: *l. 37. D. de minor.* AETATIS infirmitas, lubricum, facilitas, de quibus ſingulis ſuis locis. ¶. 6. Tribuitur et aliis rebus AETAS. Ita enim memoratur AETAS aedificiorum: *l. 58. D. de legat. I. l. 16. C. de oper. publ.* Macrob. *Saturn. III, 6. Sed frigidum*, inquit, *eſt*, *aedificii* AETATEM *notare.* Eſt et AETAS arborum, apud Aggen. Vrbic. *in Comment. ad Frontin. p. 53. ed. Goeſ.* Sic et AETAS chirographi: *l. 1. Cod. Theod. ſi cert. pet.* et AETATEM vino accedere, dicit Plin. *Lib. XXIII. Cap. I.* In *lege 58. D. de legat. I.* alii textum ſollicitant, et ibi reſcribunt *quantitatibus* vel *qualitatibus*, quae lectio et in editiones quasdam irrepſit. Alii, ſeruata lectione Florentina: *Aedificiorum* AETATIBVS *examinatis*, vocabolum iſtud de quantitate interpretantur. Cuiac. *Obſ. VI, 3. et XIII, 38.* At vulgarem iſtius notionem erudite tuentur Guil. Forner. *Selection. I, 2.* et Euer. Otto *in Papinian. Cap. VI. §. 3. p. 60. ſequ.* et in *Praefat. Tom. II. Theſaur. iur. pag. III.* vbi oſtendit, ad futuram aedium durationem reſpicere Papinianum, ſecundum quam aedium pretium intendi minuiue conſueuiſſe, patet ex Vitruu. *Archit. Lib. II. Cap. 8.* HEIN. ¶. 7. AETATEM *temporis* pro opportunitate in *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.*

plerique

Digitized by Google

AET.

plerique accipiunt, eodemque referunt locum Ouid. *Faſtor. I. v. 151.*

Omnia tunc florent, tunc eſt noua TEMPORIS AETAS.

Sed niſi fallor, *aetas temporis* vtrobique non differt a *tempore*, maxime quum in *d. l. 26. §. 12.* opportunitas poſtea ſeorſum exprimatur. HEIN.

AETATIS VENIA impetrata dicitur, quum a principe aetatis gratia fit, ad rerum ſuarum adminiſtrationem conſequendam. *tit. C. de his, qui ven. aet. l. 1. C. de adpellat.* Conſtant. Harmenop. *Lib. 1. tit. 12. §. 22.* poſtulationem huius veniae ſic deſcribit: Αἰτούμενοι βασιλέα ἀπώσασθαι τοὺς κουράτωρας αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ μόνοι τῶν ἰδίων πραγμάτων ποιεῖσθαι φροντίδα δυνάμενοι. *Quum id a principe poſtulant, vt ex poteſtate curatorum exeant, vt qui per ſe rebus ſuis ipſi ſupereſſe, ſolique eas recte gerere poſſint.*

AETERNABILIS *domus*, id eſt, domus Auguſta. *l. 5. C. Theod. de locat. fund. iur. emphyteut.* AETERNABILIS *vrbs*, id eſt Roma. *l. 3. C. Theod. de conlat. donatar.* HEIN.

AETERNITAS. AETERNITATEM ſuam ſaepe iactant Imperatores. *l. 160. Cod. Theod. de decur. l. 3. C. Theod. de fabric. l. 2. C. Iuſtin. eod.* Eodem elogio illis blanditur Symmach. *Lib. X. Epiſt. 16. 18. 19. 21. 51. et 54.* qui et PERENNITATEM illis attribuit: *Lib. X. Epiſt. 5. 13. 20. 22. et 37.* quam et ipſi ſibi adrogare non dubitant. *l. 8. C. Theod. de indulg crim.*

[AETERNA vrbs Roma adpellatur, *l. 1. C. de ſuar. l. 10. fin. C. de metat.* vbi legendus Tabor *p. 214.*] Ita etiam a Symmacho et Ammiano Marcellino ſaepius, nec non in *l. 5. C. de oper. publ.* in qua *intra vrbem* AETERNAM ſcripſerunt Imperatores, cuius loco *intra vrbem Romam* ſuppoſuit Tribonianus. Eodem nomine Roma ornatur ab Auſonio, epigrammate, quo faſtorum a ſe digeſtorum meminit, et aliis duobus, quibus annos ab vrbe condita ad conſulatum vsque ſuum computat, vt et a Symmacho *Lib. X. Epiſt. 26. 31. 38. et 50.* et *Lib. III. Epiſt. 55.* Quam adpellationem Proſper Aquitanic. *libro de promiſſ. et praed. Cap. VII.* ita exagitat: *Quis autem non intelligat, quam dicat ferentem poculum, plenum exſecrationibus immunditiae et fornicationis totius terrae?* AETERNA *quum dicitur, quae temporalis eſt vtique, nomen eſt blaſphemiae.* ¶. 2. AETERNA ſedes, ſepulcrum. *l. 40. D. de religioſ.* ¶. 3. AETERNVM pro perpetuo. AETERNA deportatio: *l. 6. fin. C. vnde vi.* in AETERNVM coitio ſocietatis. *l. 70. D. pro ſoc.* AETERNAE recordationis pater. *l. 4. C. de offic. comit. orient.*

AETHALES vel AITHALES in *l. 24. D. de leg. Corn. de falſ.* genuinum eſt, et gentile nomen. Αἰθαλίων meminit Stephanus in Αἰθάλη et *in Notis* Lucas Holſtenius. Qui ipſe recte obſeruat, Nicol. Heinſium pro Italis, quod eſt apud Ouid. *ex Ponto Lib. II. Eleg. 3.* optime reſtituiſſe *Aethalis* pari prorſus ratione, qua in *l. 9. D. de leg. Rhod. de iact.* pro *Italia* reſcribi poſſe *Aethalia*, in libello *ad d. l.* ipſi obſeruauimus, non aliorum obſeruationi ſubſcripſimus. Ita de hac voce erudite, vt ſolet, V. A. Cornel. van Bynkersh. *Obſeru. III, 8. p. 164.* HEIN.

AEV. AFA. AFF.

AEV.

AEVITAS vocabulum decemuirale, quo in legibus XII. tabularum vſi ſunt. Gell. *Noct. XX, 1.* SI MORBVS AEVITASVE VITIVM ESCIT. Accipitur pro aetate, et quidem ſenili ac decrepita. Vſi ſunt eodem vocabulo antiquo Cicero *de Legib. Lib. III. Cap. 3.* Arnob. *Lib. V. aduerſ. gent. p. 161.* et Apulei. *de philoſ. nat. p. 8.* HEIN.

AEVVM pro diuturno tempore. Hinc AEVVM *paſſura ſimulacra*, pro non duraturis. *l. 12. C. Theod. de pagan.* quum tamen alias, quae diutiſſime durant, aetatem ferre dicantur. HEIN.

AFA.

AFANTICVS. Id adiectiuum nusquam alias occurrit, quam in *l. 3. C. Theodoſ. de cenſitor.* *Qui fundum aliquem, velut* AFANTICORVM *mole depreſſum, cupit aliquatenus releuari.* Quumque iidem fundi ibidem, et in *l. 3. C. Theod. de exact.* vocentur *defecti, vaſtati, ſenei, ieiuni*: non male Iac. Gothofredus *in Comment. in Cod. Theod. Tom. V. p. 128.* vocabulum illud deriuat ab ἀφάντα, quod *euanidum* ſignificat, obſeruatque, et Columellam *de arbor. Cap. XVII.* arbores vocare *euanidas.* HEIN.

AFF.

AFFATVS, vel ADFATVS *diuinos, ſacros, Auguſtos*, vocant Imperatores ſua reſcripta. *l. 6. C. de natural. lib. l. 23. §. 1. C. de nupt. l. vlt. C. de crim. ſacrileg. l. 6. C. de diuerſ. reſcript. l. 7. §. 5. C. de aduoc. diu. iudicum. l. 14. C. de religioſ. l. 37. Cod. Theod. de epiſc. et cleric. l. 3. C. Theod. de ſtud. liber. vrb. Rom. Nouell. vn. Valent. et Marcian. nemin. exhib. de prouinc. et Nou. vn. Leonis de bonis vacantib.* Symmach. *Lib. VII. Epiſt. 87.* Caſſiodor. *Var. IV, 29.* D. Gregor. *Lib. XI. Epiſt. 32.* Sic et AFFATVS perennitatis, in *l. 8. C. Theod. de indulg. crim.*

AFFECTIO vel ADFECTIO, pro pietate, caritate, propenſione. Sic ADFECTIO auita: *l. 67. §. 1. D. de ritu nupt.* debita pupillo: *l. 1. C. de in lit. iur.* honeſta, et inhoneſta: *l. 5. D. de donat.* maritalis: *l. 32. §. 13. D. de donat. int. vir et vxor.* paterna: *l. 71. D. de euiction.* parentum vel adfinium: *l. 4. §. vlt. D. de re milit.* ſocietatis: *l. 31. D. pro ſoc.* vxoris: *l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. et vx.* Quae ad ADFECTIONEM debitoris pertinent, miniſteria: *l. 6. C. de pign.* ſunt ſerui, quos diligit dominus, aut in deliciis habet: *l. 6. §. vlt. D. de operis ſeruor.* poteſtque ea honeſta eſſe adfectio, veluti in paedagogum, nutricem, alumnum, alumnam, collactaneum, collectaneam, aliaque mancipia, quae et minor viginti annis ex adfectione manumittere poteſt. *§. 5. Inſt. quib ex cauſſ. manum. non lic.* HEIN. ¶. 2. ADFECTIO etiam rebus debetur, veluti vxoris a marito. *l. 2. C. qui dare tut.* ¶. 3. ADFECTIO pro intentione animi. *l. 1. §. 3. D. de adquir. poſſeſſ.*

AFFECTVS, conſilium, intentio, animus. Hinc AFFECTVS animi: *l. 17. D. de iure codicill. l. 3. C. de adquir. et retin. poſſ.* facientis: *l. 3. §. 1. D. de iniur.* Hinc ex AFFECTV fit iniuria: *l. 34. pr. D. de obligat.* AFFECTVS ex vtraque parte contrahentium: *l. 55. D. de oblig. et act.* AFFECTV adpre-

AFF. AFR.

adprehendere: *l. 1. §. 3. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* AFFECTVM habet poſſidendi: *l. 3. §. 3. D. de adquir. poſſ.* AFFECTVS retinere volentis: *l. 12. §. 4. D. de vſur.* AFFECTV eo, quo tutor gerit. *l. 3. D. de eo, qui pro tut.* Eo ſenſu furioſi et pupilli AFFECTV carere dicuntur, quia doli capaces non habentur. *l. 1. §. 6. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſ.* ¶. 2. AFFECTVS pro pietate, amore, caritate. Hinc AFFECTVS naturalis patris: *l. 28. §. 3. D. de liberat. leg.* pro AFFECTV parentes in liberos magis terrentur: *l. 8. §. vlt. D. quod met. cauſſ.* AFFECTVM patris praeſtare: *l. 21. §. 4. D. de ann. legat.* AFFECTVS paterni: *l. 15. C. de neg. geſt. l. vlt. pr. de curat. furioſ.* AFFECTV propenſiore: *l. 11. §. 3. D. quod falſ. tut. auct.* AFFECTVS ratione mandati agitur: *l. 54. pr. D. mand.* ¶. 3. AFFECTVS pro liberis, in *l. 26. C. Theodoſ. de decurion. Collat. legum Moſaic. et Rom. Tit. VI. §. 4.* Iul. Capitolin. *in M. Antonin. Cap. XXIV. Et Antoninus quidem non eſt ſatis motus defectione Caſſi, nec in eius* AFFECTVS *ſaeuiit.* Idem *in Gordianis Cap VI.* AFFECTVS *vnice dilexit: filium et nepotem vltra modum, filiam et neptem religioſe.* Vulcatius Gallic. *in Auid. Caſſ. Cap. VII. Nec in eius liberos aut* AFFECTVS *ſaeuiit.* Eodem modo in *Clod. Albino Cap. X. Ne aut ad ipſum Papirium, aut ad eius* AFFECTVS *perueniat.* Vſurpauit hoc verbum et Rufinus in translatione Ioſephi *Lib. I. Antiqu. Cap. 12.* et Donat. *in Lib. II. Aeneid.* Ex quibus locis adparet, AFFECTVS dici de liberis, vxoribus, parentibus. Immo potius de omnibus cognatis et adfinibus, ceu ad Pariatorem leg. Moſaic. et Rom. recte notauit Schulting. *in iurispr. vet. p. 756.* Eodem modo NECESSITVDINES pro *neceſſariis* dixit Sueton. *Aug. Cap. XVII.* HEIN.

AFFINIS: vid. ſupra in ADFINIS.

AFFLIGERE, vel, vt in Pandectis Florentinis eſt, ADFLIGERE. Sic ADFLIGERE damno: *l. 28. pr. D. de liberat. leg. l. 2. C. ad leg. Aquill.* ADFLIGI diſpendio: *l. 3. C. de temp. in integr. reſtit.* infamia: *l. 25. C. ad leg. Iul. de adult.* tormentis: *l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ.* valetudine: *l. 3. C. qui morb. ſe excuſ.* verberibus: *l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ. et l. 4. C. eod. tit.* At nulla eſt inſolentior phraſis, quam ADFLIGERE *cui pretium*, pro *condemnare quem ad pretium reſtituendum.* Et tamen ita ſcripſit Iulianus *l. 30. D. de neg. geſt.* Videtur talis loquutio iurisconſultis veluti propria fuiſſe. Nam eodem ſenſu legimus: INFLIGERE *cui vſuras*, in *l. 3. §. 4. D. vbi pupill. educ. l. 11. pr. l. 17. §. 3. D. de iudic.* HEIN.

AFR.

AFRICA prouincia, cuius fit mentio in *l. vlt. §. 20. D. de mun. et honor. l. 5. §. 1. D. de iur. immun.* quam proconſules regebant, vt ex *d. l. 3.* adparet.

AFRICANAE res. *l. 3. §. 4. D. de adminiſtr. tut.* ¶. 2. Dicitur etiam AFRICVM frumentum pro *Africano. l. 50. §. 1. D. mandat.* et AFRICVM triticum. *l. 74. l. 75. §. 2. D. de verbor. oblig.*

AFRICANVS (Sex. Caecilius,) iurisconſultus eorum, qui Antoninorum aetatem illuſtrarunt, facile princeps. Eumdem enim eſſe AFRICANVM cum SEX. CAECILIO, qui in *l. 3. §. 4. D.*

AFR. AFV. AGA. AGE.

de adgnoſc. part. et apud Gellium *Noct. XI, 15.* laudatur, contra Ant. Auguſtinum, quem poſtea et Menagius *Amoen. iur. ciu. Cap. XXIII. p. 115.* eſt ſequutus, luculenter probauit Cuiac. *Tractat. I. in African. init.* et *Lib. VII. Obſeru. Cap. 2.* Non attigiſſe eum Seueri et Antonini Caracallae tempora, ex *l. 109. D. de legat. I.* acute collegit Cuiacius. Vtut ſit, iurisconſultus fuit ſubtiliſſimus, ſecta Sabinianus, et Iuliano addictiſſimus, at et tam obſcurus, vt apud gloſſatores in prouerbium abierit notiſſimum illud: AFRICANI *lex eſt, id eſt, difficilis.* Scripſit *libros IX.* QVAESTIONVM, (nam *l. 3. D. de adgnoſc. part.* vbi *Liber XX. Quaeſtionum* laudatur, in mendo videtur cubare:) et EPISTOLARVM *libros* ſaltim *XX.* HEIN.

AFV.

AFVIT, et AFVERIT, in libris noſtris occurrit, pro *abſuit*, et *abſuerit. l. 11. D. de tutor. et curat. dat. l. 13. D. ad municip. l. 14. D. de auctorit. et conſ. tut. vel cur. l. 17. §. 3. D. de vſur.*

AGA.

AGALLOCHVM, vid. infra ALCHELVCIA.

AGASO, quaſi ἀγάζων, ſeruus agendis iumentis deſtinatus, *l. vlt. D. ſi quadrup. paup. fec. dic.* et hinc non accenſendus ſeruis vrbanis, quos paterfamilias circum ſe ipſe ſui cultus cauſſa habet. *l. 60. §. 1. D. de legat. III.* immo ne fundi quidem inſtrumento, qui idcirco non immititur in fundum, vt ibi ſit. *l. 35. §. 3. D. de hered. inſtit.* Non ergo in libris noſtris AGASO omnem ſeruum ſignificat, vti hanc notionem notant Gloſſa vetus: AGASO, δοῦλος, κτηνίτης, et Scholiaſtae ad Horat. *Lib. II. Serm. ſat. vlt.* et Perſ. *Satyr. V.* HEIN.

AGE.

AGENTIVM *in rebus* crebra fit in libris codicis mentio, nec non apud Ammian. Marcellinum *Lib. XV. Cap. 3. Lib. XVI. Cap. V.* et in Symmachi *Epiſtolis* aliquoties, et apud Ambroſ. *Lib. V. Epiſtol.* et Poſidon. *in vita B. Auguſtini.* Hos principibus varia miniſteria in prouinciis praebuiſſe, conſtat. Nam et curis agendis, et euectionibus publici curſus obſequium praeſtabant. *l. 2. l. vlt. C. de curioſ. et ſtation.* Officio quoque praeſidum, proconſ. vicariorum, ducum; princeps de ſchola agentium in rebus deputabatur. *l. vn. C. in quib. cauſſ. milit. fori praeſc. vti non poſſ.* AGENTES autem in rebus Vetus Gloſſarium μαγιςριανὸς vertit, fortaſſis, quod Magiſtro officiorum ſubeſſent. [De his AGENTIBVS in rebus exquiſite Panciroll. *Lib. I. Notit. Imp. Cap. LXIV.*] Sed haec quidem vix ſufficiunt, vt, quales fuerint illi AGENTES *in rebus*, accurate inde intelligatur. Rem omnem dixiſſe videtur Hieronymus *ad Abdiam Cap. I.* dum eos, qui aetate ſua AGENTES *in rebus* vel *veredarii* dicebantur, veteribus *frumentarios* nominatos fuiſſe, obſeruat. De his frumentariis accuratiſſime egit Salmaſius *ad Script. Hiſt Aug. p. 37.* eos res nouas nunciaſſe Caeſaribus, dictos ideo ἀγγελιαφόρους; et γραμματοφόρους, ac proinde ſimul praefuiſſe rei vehiculariae, et transuehendae annonae militaris curam habuiſſe, praeterea, ſi quid turbidi eſſet in prouinciis, vel ſi magiſtratus non facerent officium, id omne retuliſſe ad principem, qui pleraque noua per frumentarios accipiebat. Spartian. *Hadr. Cap. XI.* Quum ergo horum officia poſtea in *agentes in rebus* translata fuerint:

AGE.

non mirum eſt, eadem omnia inter horum officia recenſeri. Obſeruat ſane Hadr. Valeſ. *ad Ammian. Marcellin. p. 55.* ex Libanio, Priſco aliisque ſaeculi quarti ſcriptoribus, eos edicta, nomina Conſulum, victorias Auguſtorum, prouincialibus nunciaſſe: dictosque inde eſſe *ἀγγελιαφόρους*. Eosdem, in prouinciis poſitos, exploraſſe, et ſcrutatos, ſi quod aduerſus principem nefarium conſilium iniretur, atque hos proprie *curioſos* dictos, vel *πευθῆνας*. Reliqua, quae de eo hominum genere dicenda erant, iam a Pancirolo, Iac. Gutherio, ſimilibusque ſcriptoribus occupata ſunt. Hic addendum tantummodo, varius fuiſſe huius militiae gradus, varia agentium genera. Alii enim erant *tribuni ſcholarum*, alii *primicerii*, alii *ſenatores*, *ducenarii*, *centenarii*, *biarchi*, *circitores*, *equites*, *tirones*. Sic quidam eorum *curioſi*, quidam *principes agentium in rebus* dicebantur, de quibus omnibus Cuiac. *Comment. ad Lib. XII. Codic. Iuſtin. tit. XI. XX. XXI. XXII. Tomo II. Op. p. 906. 926. 929. et 933.* HEIN.

AGER ruri locus eſt ſine aedificio, *l. 211. D. de verb. ſignif.* vel locus ſine villa: *l. 27. D. eod. tit.* dictus *ab agendo*, vt probat Varro *de ling. Lat. Lib. IV. p. 10. In quam terram quid agebant fructus cauſſa, id Graeci dicunt ἀγρὸν vt ager, quod agi poterat.* Quam huius vocis notationem improbans Quinctillianus *Lib. I. Inſt. orat. Cap. 6.* agri nomen a Graeco originem ducere cenſet. Agrorum autem qualitates et differentias vide apud Frontinum *libro de agror. qualit.* Siculum Flaccum *de conditione agror.* et Aggenum Vrbicum. Veteres plane in legibus ſcribendis *agros*, *loca*, *aedificia* coniungebant, vt ex lege Thoria et Seruilia, et Ciceron. *oration. de lege agraria* adparet. ¶. 2. AGER et proprietatem loci ſignificat, quemadmodum Iauolenus tradit in *l. 115. D. de verb. ſignif.* vbi AGRVM *eſſe*, ait, *ſi ſpecies fundi ad vſum hominis comparatur agrorum certo generi, veluti vineis. l. 13. D. de ſeru.*
☞ *praed. ruſtic.* ¶. 3. Vbi SC. Silanianum eos ſeruos, qui ſub eodem tecto ſunt cum domino, de vita periclitante, diris ſubiici iubet quaeſtionibus, Iuſtinianus et ſeruos, qui tum in agro vel via fuerunt SCo vult comprehendi, dum clamantem dominum exaudire potuerint. *l. 12. C. de his quibus vt indign.*
☞ *hered. auſ.* HEIN. ¶. 4. Agri, quod ad conditionem et qualitatem attinet, ſunt varii. Alii enim ſunt ARCIFINII, non ob *arcendis* hoſtibus, ſed quod arcebant fines. Hos enim agros ſibi quisque ſine adſignatione occupabat, quumque non niſi naturales fines haberent: hinc *nulla menſura contineri* dicuntur a Frontino, *ſoluti* vero a Siculo Flacco. Alii ADSIGNATI, *l. 15. §. 2. D. de rei vind. l. 11. pr. D. de euict. de quibus ſupra;* alii LIMITATI, *l. 1. §. 6. D. de flum. publ. l. 16. D. de adqu. rer. dom.* alii OCCVPATORII, de quibus omnibus ſuis locis. Sed et paſſim memorantur, AGRI DELETI vi fluminis, *l. 11. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* FARRARIVS, id eſt, frugifer, et vbi farris eſt prouentus. *l. 8. §. 1. D. de vſufr.* At ibi Florentiae legitur *Farrariorum*, in aliis codicibus *ferrariorum*, vt et nomen proprium loci deſignare poſſit. Porro AGER INCVLTVS eſt, cultura vacuus: *l. 7. C. de bon. proſcript.* PVRVS, qui nec ſacer, nec ſanctus, nec religioſus: *l. 9. C. de relig. et ſumt. fun. l. 2. §. 4. D. eod. tit.* Add. Cuiac. *Obſeru. XIX, 37.* SITIENS: *l. 6. C. de ſeruit. et aqu.* denique VECTIGALIS. *rubr. et l. 1. D. ſi ag. vectig. vel emphyteut. pet.* HEIN.

AGE.

AGERE, verbum latiſſime patet, et tritiſſima ſignificatione facere et gerere ſignificat: quamquam et ſubtilis quaedam inter haec verba differentia intercedit. ACTVM enim generaliter dicitur, ſiue verbis, vt ſtipulatione, ſiue re, vt numeratione pecuniae, quid agatur. GESTVM rem ſine verbis geſtam demonſtrat. *l. 19. D. de verb. ſignif.* Inde haec tria plerumque in eadem oratione cumulantur, ACTA, FACTA, GESTAQVE, *l. 2. §. 1. D. de curat. bon. dand. l. 1. pr. D. de offic. procur. Caeſ. l. 1. §. 1. D. quod cuiusc. vniu.* ¶. 2. AGERE etiam eſt iudicio experiri, iudicio perſequi, cuius exempla, quae in ſingulis pandectarum paginis occurrunt, adferre, miſerae eſſet, et obſcurae, ne dicam ſtultae diligentiae. Vnde AGERE et CONVENIRI opponuntur, *l. 7. §. 4. D. de minor. rubr. C. vbi agere vel conuen.* AGERE ſuo, alieno, procuratorio nomine, vide ſuis locis. AGERE per condictionem, *l. 25. §. 1. D. de condict. indeb.* per procuratorem. *l. 1. §. 2. D. de procurat.* ¶. 3. AGERE etiam videtur, qui excipit: *l. 1. pr. D. de edend. l. 1. D. de except.* In exceptione enim quod ad probationem attinet, actoris partibus reus fungitur. *l. 19. D. de probat.* Nec tamen ACTIONIS nomine exceptio continetur. *l. 8. fin. D. de verb. ſignif.* ¶. 4. AGERE etiam videtur, qui damni infecti vel legatorum ſibi ſatisdari deſiderat. *l. 20. D. rem rat. hab.* Actionum enim vicem praetoriae ſtipulationes repraeſentare, actionumque inſtar obtinere dicuntur. *l. 37. D. de oblig. et act. l. 10. §. 1. D. de compenſ. l. 1. §. 2. D. de praetor. ſtipul.* ¶. 5. AGERE etiam accuſare ſignificat. Sic AGERE de falſo: *l. 30. fin. D. de inoffic. teſt.* et ACTIONEM falſi dicunt Imperatores, in *l. 2. C. Theod. ad leg. Cornel. de falſ.* Mera etiam accuſatio ACTIO adpellatur. *l. 15. §. 3. l. 2. l. 10. D. ad SC. Turpill. l. pen. D. ſi ex nox. cauſſa.* Multo magis quis AGERE dicitur, quando accuſat teſtamentum inoſficioſum: *l. 30. §. vlt. D. de inoffic. teſt. l. 2. C. eod. tit.* vel ſuſpectum tutorem. *l. 3. D. de adpellat. recip.* Sic et populares ACTIONES dicimus, quamquam criminum perſequotionem contineant. Itaque *ſtellionatus*, item legis Fabiae, nec non de moribus, ingrati quoque, modo ACTIO, modo ACCVSATIO dicitur. *l. 1. l. 3. D. de ſtellionat. l. 3. D. de lib. homin. exhib.* Paull. *recept. ſent. V, 6. 14. l. 5. D. de pact. dotal. l. 39. l. 97. D. ſolut. matrim. l. 1. l. 3. C. de libert. et eor. lib. l. 76. D. de legat. II. l. 6. §. vlt. D. de inoff. teſtam. l. 1. §. 11. D. ad SC. Turpill. l. 1. §. 6. D. de ſuſp. tut. l. 2. D. ad leg. Iul. repet.* ¶. 6. AGERE, degere, morari, verſari ſignificat. Sic AGERE apud hoſtes: *l. 44. §. 7. D. de vſurpat. et vſucap.* AGERE in ciuitate prouinciae: *l. 12. D. de publ. iud.* AGERE in commeatu: *l. 1. D. de re milit.* in fuga: *l. 50. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* in furore: *l. 8. D. de his, qui ſunt ſui vel al. iur.* in militia: *l. 24. §. vlt. D. adpellat.* peregre: *l. 50. D. fam. erciſc. l. 7. §. 13. D. ex quib. cauſſ.* in praediis: *l. 5. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* in prouincia: *l. 62. pr. D. de contrah. emt. l. 15. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* in reatu: *l. 25. D. de poen.* in rebus humanis: *l. 3. C. de donat. quae ſub mod.* Romae: *l. 17. D. de reb. cred.* rure: *l. 25. §. vlt. D. de lib. et poſtum.* ſine vinculis. *l. 8. D. de cuſtod. et exhib.* Ad eamdem verbi notionem pertinent phraſes: AGERE aetatem: *l. 74. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 11. C. de tranſact.* annum: *l. 3. D. de iure immunit.* annos: *l. 8. C. quando prouoc. l. 3. C. ſi manc.*

ſi manc. ita fuerit l. 5. C. de re milit. ſub curatore: l. 77. §. 14. D. de legat. II. diem ſupremum anni: l. 1. D. de manumiſſ. ſub imperio: Collat. leg. Moſaic. et Rom. tit. VI. §. 4. in magiſtratu, vel poteſtate: l. 8. D. de accuſat. in poteſtate patria: l. 6. C. ad SC. Maced. ſub proconſule: l. 6. §. 1. D. de poenis. ſine patroni filiis: l. 4. §. vlt. D. de alim. vel cibar. in vrbe aut in prouincia. l. 8. §. 1. D. de legation. ¶. 7. AGERE, pro ſe gerere: vt AGERE pro ingenuis, l. 6. C. ne de ſtatu ingen. pro ſeruo, pro fugitiuo: l. 10. D. de liberal. cauſſ. vt ciuis: l. 32. D. de iur. fiſc. probe ſe AGERE: l. 1. §. 9. D. de offic. praef. vrb. ¶. 8. AGERE pro regere, adminiſtrare. l. vlt. D. de inſtitor. Sic AGERE rempublicam: l. 35. §. 8. D. ex quib. cauſſ. mai. tutelam: l. 5. §. 12. D. de reb. eor. qui ſub tut. vel. l. 37. fin. D. de adminiſtr. tut. l. 28. §. 4. et l. vlt. §. 2. D. de liberat. leg. rationes: l. 40. §. 3. D. de ſtatulib. l. 41. §. 10. D. de fideicomm. libert. Et eo ſenſu accipienda eſt loquutio Pomponii: AGI iure et conſuetudine, id eſt, regi. l. 2. §. 3. D. de orig. iur. Iterum, inquit, coepit populus Romanus incerto magis iure ac conſuetudine AGI, quam per latam legem. Ita enim ibi legendum eſſe, docet V. A. Corn. van Bynkersh. in Praetermiſſ. p. 19. quia et §. 1. ſcripſerat Pomponius: Sine lege certa, ſine iure certo AGERE inſtituit. Ita et Aſcon. Paedian. in Verr. II, 32. Suae cuiusque ciuitatis legibus AGEBANTVR. HEIN. ¶. 9. AGERE, ante ſe pellere, et, vt Paullus apud Feſtum exponit, minare. Quod verbum non tantum eo loco vſurpauit, verum etiam in agaſonum definitione. Agaſones, equos agentes, id eſt minantes. Cui verbo barbariei notam inuri non patiuntur Auſonius et Apuleius, quorum vterque eodem vſus eſt, ille Epigr. LXVII. de bucula Myronis, hic Lib. III. de aſino aur. p. 141. Atque vt id antiquitus receptum credam, moueor Naeuii, veteris Comici poetae auctoritate, ex quo idem Feſtus Libro XIII. haec verba citat: Sequimini, praeminate, niſi aliquod mendum ſubeſt. Ita ergo verbum AGERE accipiendum l. 9. D. de ſeru. l. 2. §. 5. l. 4. §. 1. D. de verb. obligat. l. pen. D. de aqua quotid. et alias ſaepe. Quamuis vero praecipue AGI dicantur, quae animalia ſunt: l. 235. D. de verb. ſignif. tamen vehiculum non minus, quam iumentum AGITVR. l. 1. D. de ſeru. praed. ruſt. et in deſcribenda actus ſeruitute iunguntur AGENDI, EVNDI. l. 1. §. 21. D. ne quid in loc. publ. ¶. 10. AGERE cum populo eſt, vt Feſtus exponit, populum ad concilium, aut comitia vocare, vel, vt Gell. Lib. XIII. Cap. 14. rogare populum, quod ſuffragiis ſuis aut iubeat, aut vetet. ¶. 11. AGERE pro exigere, transigere. ACTIS ſex menſibus. l. 35. §. 2. D. de negot. geſt. ¶. 12. Ceterum verbum AGERE frequentiſſime iungitur accuſatiuis variis. AGERE enim quis dicitur ACTIONEM: l. 39. §. 1. D. de procur. et AGI actio: l. 5. §. 3. D. ſi vſusfr. pet. l. 5. §. 1. D. de rei vind. l. 23. D. de praeſcr. verb. quamuis frequentius occurrat AGERE actione, vel iudicio, veluti in l. 22. D. de liber. cauſſ. l. 2. §. 25. D. de vi bon. rapt. Dein AGIT quis ADPELLATIONEM, vel AGITVR ADPELLATIO, l. 13. C. de procurat. AGERE AQVAM, id eſt, ducere: l. 1. §. 5. D. de riu. Vnde ACTOR pro eo, qui aquam ducit, in l. 1. §. 16. D. de aqu. quotid. Porro AGERE quis dicitur AVEM; l. vlt. §. 3. D. quod vi aut clam. AGERE CAVSSAM alienam, l. 1. C. de poſtul. l. 11. §. 11. D. de extraord. cogn. l. 6. C. de aduocat. diuerſ. iud. fiſci: l. 10. D. de poſtul. immo et ſuam ſeu propriam: l. 38. §. vlt. D. de iure fiſc. l. 14. D. de probat. l. 1. D. ſi tut. vel curat. l. 14. l. 20. D. de adpellat. l. 29. §. vlt. D. de except. rei iud. l. 1. C. de iur. et fact. ign. l. 1. §. 6. D. ſi cui plus l. 55. D. de euiction. l. 1. C. de ingen. manumiſſ. Sic AGIT quis cauſſas adpellationis l. 5. l. 7. D. de adpellat. cauſſam bonorum: l. 3. C. ſi pend. adpellat. cauſſam falſi: l. 5. §. 1. D. de hered. petit. cauſſam reſtitutionis: l. 2. C. ſi ſuper in integr. reſt. cauſſam tutoris: l. 1. C. de in lit. iur. ad AGENDAM cauſſam vocatur reus. l. 1. C. quor. adpellat. ACTA vero cauſſa aliquando eſt perorata, vel finita, veluti, quando ACTA cauſſa dicitur pronunciatum: aliquando quae in foro agitur, quamuis nondum peracta ſit. l. 16. §. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 16. §. 3. D. de pign. et hypoth. l. 4. D. in diem addic. ſolu. AGERE quem in EXSILIVM: Paull. Recept. Sent. V, 15, 5. Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VIII. §. 3. AGERE IVDICIVM, l. 28. §. 1. D. de ſtipul. ſeruor. l. 7. §. 1. D. de hered. petit. l. 1. l. 20. §. 4. l. 40. l. 48. l. 55. D. fam. erciſc. l. 7. §. 10. D. comm. diuid. AGERE LIBELLOS principis l. 12. D. de diſtract. pign. eſt ſcriniorum vel libellorum magiſtrum eſſe, de quo Papiniani honore legendus. Euer. Otto in Papiniano Cap. XIV. §. 3. p. 313. ſequ. HEIN. AGERE MENSVRAM, l. 2. D. ſi menſ. falſ. mod. Frontin. in libro de agror. qualit. p. 38. Eadem ratione et priuatorum agrorum menſurae aguntur. Atque ita et LONGITVDINEM AGERE habet Hygin. Lib. I. de limit. conſtituend. p. 199. AGERE NEGOTIVM, l. 24. D. de procurat. AGERE MALE et NIHIL, l. vn. §. vlt. D. quando dies vſusfr. leg. ced. AGERE POENITENTIAM. De eo infra ſuo loco AGERE RADICES. l. 3. §. 7. D. arbor. furt. caeſ. l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. Varro de lingua Lat. Lib. IV. p. 8. Si qua cognatio eius erit verbi, quod radices EGERIT, extra fines ſuos, perſequemur. AGERE RATES, l. 1. pr. D. vt in flum. publ. AGERE RESPECTVM. De eo infra ſuo loco. ¶. 13. Qua de re AGITVR, obiectum. l. 20. §. 9. D. de nou. op. nunciat. ¶. 14. Frequentes ſunt formulae: Hoc AGI debet, vt in l. 4. §. 2. D. de manumiſſ. Item: Hoc AGI videtur, in l. 2. §. 1. D. de hered. vel act. vend. Quod AGITVR in contrahendo: l. 3. D. de reb. cred. ACTVM inter contrahentes: l. 38. pr. D. mandat. Quid ACTVM ſit: l. vlt. D. qui ſine manumiſſ. Quid ACTI ſit: l. 18. §. 1. D. de donat. l. 26. D. de reb. dub. Quid inter eos ACTI ſit: l. 41. pr. D. de verb. oblig. Quod ACTI eſt: l. 21. D. de reb. dub. l. 57. D. de oblig. et act. Id AGIT Proconſul: l. 1. pr. D. de alienat. iud. mut. cauſſ. Id AGERE praetorem oportet, id eſt, curare: l. 1. §. 1. D. vbi pupill. educ. Quid aliud AGEBAT praetor? l. 1. §. 10. D. de nou. op. nunc. Id EGIT, vt: l. 15. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult. vel: id AGENDVM, vt, id eſt, videndum, vel curandum. l. 32. D. de euict. Sic hoc AGAT ſeruus: l. 1. §. 7. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.

Ab AGENDO ſunt ACTA, ACTIO, ACTOR, et ACTVS, quae omnia, tamquam deriuata, ad ſuum primitiuum retulit Briſſonius, quem, ne eius ordinem nimis peruerteremus, hic ſequendum duximus. HEIN.

ACTA, in quae referuntur in iudicio geſta, quae ὑπομνήματα adpellantur a Theophilo, in §. vlt. Inſt. de curator. ACTA ad ius priuatum pertinentia: l. 45. §. 4. D. de iure fiſc. ACTA ius dicentis: l. vlt. C. de alim. pupill. praeſt. ACTA praeſidis et

magiſtra-

magiſtratus: Paull. *Sentent. I,3,1.* municipalia: *l. 6. C. Theod. de exhib. et tranſm. reis.* praeſidialia: *l. 6. C. de petit. hered.* praeſidis: *l. 7. §. vlt. D. de decur. l. 33. §. 1. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 3. C. de fid. inſtrum. l. 12. C. de pact.* Paull. *Recept. Sent. I,3,1. et V,1,4.* publica: *l. 4. §. vlt. D. de fideiuſſ. tut.* publica, tam ciuilia, quam criminalia: *l. 2. C. de edendo.* ACTA autem praeſidum notis ſcribi conſueuiſſe, indicat *l. 33. §. 1. D. ex quib. cauſſ. mai.* ACTORVM conficiendorum magiſtratus habent poteſtatem: *l. vlt. C. de magiſtrat. municipal.* ACTORVM confectio: *l. vlt. C. Theod. de ſuperexact.* lectio: *l. 2. C. de delator.* et *l. 25. C. ad leg. Iul. de adult.* recenſio: *l. vlt. C. de relat.* recitatio: *l. 45. §. 8. D. de iur. fiſc.* ¶. 2. Frequentes in iure loquutiones ſunt: ACTA, facta apud praeſidem prouinciae: *l. vlt. C. de vſur. pupillar.* apud procuratorem Caeſaris: *l. 21. D. de auctor. et conſenſ.* apud iudicem habita: *l. 45. pr. D. de re iud.* Cyprianus *Epiſt. I. Lib. IV.* ACTIS *publicis, habitis apud procuratorem.* ACTORVM verba emendare: *l. 46. D. de re iud.* ACTA ad principem dirigere: *l. 19. C. de adpellat.* ACTA ſocianda conſultationi: *l. vlt. C. de relat.* ACTIS inſinuare mandatum: *§. 3. Inſt. de ſatisd.* Apud ACTA adſeuerare: *l. 12. C. de pact.* adpellare: *l. 2. D. de adpellat.* cauſſae renunciare: *l. 7. C. de ingen. manumitt.* conteſtari contrariam voluntatem: *l. 7. §. vlt. D. de decurion. l. 3. C. de fid. inſtrum.* deponere querelas: *l. 8. C. de accuſation.* factus procurator: *l. 1. C. de ſatisd.* interrogari: *l. 24. C. de liber. cauſſ.* mandari procuratio: Paull. *Recept. Sent. I, 3, 1.* mentitus: Paull. *ibid. V,1,4.* profiteri: *l. 24. C. de liber. cauſſ.* promittere. *l. 17. D. de in ius voc.* apud ACTA referre refutatorias preces: *l. 1. C. de relat.* In ACTA referri: *l. 4. §. vlt. D. de fideiuſſ. tut.* In ACTIS profiteri: *l. 29. §. 1. D. de probat.* Inter ACTA adpellare. *l. 5. §. vlt. D. de adpellat.*

ACTIO, vt Celſus definit, nihil aliud eſt, quam ius, quod ſibi debeatur, iudicio perſequendi: *l. 51. D. de obl. et act.* quam definitionem Iuſtinianus *pr. Inſt. de action.* eſt ſequutus. ACTIONIS autem verbum et *generale* eſt, et *ſpeciale.* *Generaliter* ACTIONIS nomine in rem, in perſonam, perſequutionem, interdictum, praeiudicium, continetur. *l. 37. D. de oblig. et act. l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.* Itaque *interdicta* ACTIONES adpellantur. *l. 43. fin. ad leg. Aquill. l. 14. pr. et §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 1. C. ſi per vim. l. 3. D. de mort. inſer.* et apud Paull. *Recept. Sent. V, 6, 10.* ¶. 2. *Specialiter* vero ACTIO, in rem, et in perſonam actiones duntaxat complectitur. Itaque ab interdicto, praeiudicio, ſtipulationibusque praetoriis ſeparatur. *l. 35. §. 2. l. 39. pr. D. de procurat.* ¶. 3. Interdum etiam huius verbi vis adſtringitur ad eam ſaltim actionem, quae in perſonam eſt, ſignificandam, *l. 28. D. de oblig. et act. l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.* atque ita a petitione perſequutioneque ſeiungitur. *l. 18. §. 1. D. de acceptil. l. 23. D. rat. rem hab. l. 2. D. ad SC. Velleian. l. 49. D. de verb. ſignif. l. 1. pr. D. ad SC. Macedon.* Et hinc eſt, quod in formulis, quoties loqui vellent accuratius, iungerent, *actiones, petitiones, perſequutiones*: veluti in formula ſtipulationis Aquillianae: QVARVMQVE RERVM MIHI TECVM ACTIO EST, QVAEQVE ADVERSVS TE PETITIO, VEL ADVERSVS TE PERSEQVVTIO EST, ERITVE. *§. 2. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* HEIN. In REM autem ACTIO eſt, per quam rem noſtram, vel nobis pignori oppoſitam, quae ab alio poſſidetur, petimus, ſeruitutemue nobis debitam vindicamus. *l. 25. D. de obl. et act. l. 1. C. de quadrag. praeſcript. l. 5. §. vlt. D. ſi vſufr. pet. §. 2. Inſt. de action.* In PERSONAM vero eſt, qua cum eo agimus, qui nobis obligatus eſt ad aliquid dandum vel faciendum. *d. l. 25.* Quae et IN REM, et IN PERSONAM, eſt ACTIO, MIXTA adpellatur. *§. 20. Inſt. de action.* Sunt et hae ACTIONVM differentiae, CIVILES, PRAETORIAE, REI PERSEQVVTORIAE, POENALES, DIRECTAE, VTILES, CONTRARIAE, BONAE FIDEI, STRICTI IVRIS, ARBITRARIAE, quae ſuis ſingulatim locis exponentur. Quae perſonales ſunt, ſed in rem concipiuntur danturque, IN REM SCRIPTAE adpellantur. ¶. 4. ACTIO POSTVLATVR a praetore: eam *Praetor* DAT, TRIBVIT, INDVLGET, ADCOMMODAT, DECERNIT, DENEGAT. Datam porro *actor* EDIT, INSTITVIT, INTENDIT, DICTAT, DIRIGIT, EXERCET, INFERT, MOVET, ea VTITVR, EXPERITVR, PERSEQVITVR. *Reus* contra actionem ACCIPIT, EXCIPIT, SVSCIPIT, PATITVR, SVSTINET, eaque CONVENITVR. Actio denique NASCI, ORIRI, et contra PERIMI, EXSTINGVI, CONSVMI, TOLLI, AMITTI, PERIRE, item COMPETERE, LOCVM HABERE, ei LOCVS eſſe, et contra CESSARE et DEFICERE, dicitur. ¶. 5. ACTIONEM autem praetor DARE dicitur. Quod nihil aliud eſt, quam agendi poteſtatem facere. *l. 3. princ. D. de ſepulcr. viol.* Nam quoties Praetor, actionem ſe daturum, pollicetur, non hoc ſic accipiendum eſt, quaſi ipſe ex ſua iuriſdictione actionem tribuat, ſed quod agendi facultatem concedat in iure aditus, iudicemque et formulam det: propterea quod eius officio contineretur; vel DARE, vel DENEGARE ACTIONES, id eſt, vel admittere ad agendum, datis iudicibus vel arbitris, qui cognoſcerent, vel repellere AGERE volentes. *l. 27. D. de verb. oblig.* Cicero *de inuent. Lib. II. Cap. 19. Quare in iure plerumque verſantur. Ibi enim et exceptiones poſtulantur, et quodammodo* AGENDI *poteſtas fit.* Ideoque modo praetor ſic loquitur: ACTIONEM DABO, modo ſic: IVDICIVM DABO, vt in *l. 1. pr. D. naut. caup. ſtabul. l. 1. fin. l. 2. pr. l. 5. §. 6. D. de his, qui effud. vel deiec. l. 1. pr. D. de vi et vi arm. l. 1. D. de ſuperf. l. 2. l. 4. D. vi bon. rapt.* Cic. *pro A. Caecin. init.* [Differunt autem haec: ACTIONEM DARI aut RESTITVI, et ACTIONEM COMPETERE. Non enim quaecumque competit, ſimul etiam illico datur. Et COMPETERE potiſſimum transmiſſioni prodeſt. *l. 9. §. vlt. cum l. ſequ. D. de tutel. et rat. diſtrah. l. 3. C. qui admitt. ad bon. poſſ. l. 19. D. ad SC. Velleian.* et ibi Cuiac. *ad African. tract. VIII.* Quae competit ACTIO, ipſo iure competit, adeoque etiam ignoranti et inuito. *arg. §. 3. Inſt. per quas perſ. l. 13. D. de adquir. rer. dom.*] ¶. 6. ACTIO etiam accuſationem ſignificat. *l. 15. §. 3. l. 2. l. 10. D. ad SC. Turpill. l. vlt. D. ſi ex nox. cauſſ.* Vid. ſupra AGERE. ¶. 7. ACTIO pro facto: *l. 65. pr. D. pro ſoc.* maxime pro illicito, et ex quo crimen oritur. *l. 7. D. de publ. iud.* *Niſi id crimen ex ea* ACTIONE *fuit, quae etiam in priuato iudicio infamiam condemnato importat, veluti furti.* cetera.

ACTOR, qui petit. Et ita quoque femina, quae in iure experitur, ACTRIX dicitur. *l. 41. C. de liber. cauſſ.* ¶. 2. ACTORES, ſerui, qui rationes domini agebant, actumue in familia adminiſtrabant. *l. 8. D. famil. erciſc. l. 40. §. 7. D. de ſtatulib.*

AGE.

ſtatulib. l. 19. D. de fideic. libert. l. 40. fin. D. de adminiſtr. tut. l. 49. l. 94. §. 1. D. de ſolut. l. 33. l. 39. §. 2. l. 97. D. de legat. III. l. 37. pr. l. 86. D. de legat. I. l. 12. §. 38. D. de inſtr. et inſtr. leg. l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. vlt. D. de ſeruo corrupt. l. 59. pr. D. de manumiſſ. teſt. l. 3. C. qui manum. non poſſ. Hi πραγματεῦται dicuntur in l. 41. §. 4. D. de fideicomm. libert. A Theophilo vero in §. vlt. Inſt. mand. et aliis διοικηταὶ adpellantur. Sed et qui οἰκονόμος Lucae Cap. XII. v. 42. dicitur, a Tertulliano ACTOR vertitur in Libro IV. ad Marcion. p. 556. vel potius ab ACTV ſubmotus fertur. Proinde huiusmodi ſeruos rationibus reddendis obſtrictos fuiſſe, docent l. 8. D. famil. ercifc. l. 12. D. de liberat. leg. et vt plurimum non alias legabantur, liberiue eſſe iubebantur, quam rationem omnem actus ſui, a ſe adminiſtrati, heredi reddidiſſent, eoque nomine ſatisfeciſſent. l. 40. §. 3. et 7. D. de ſtatulib. ¶. 3. In primis frequenter memorantur ACTORES in fundis conſtituti: Paull. Recept. Sent. III, 6, 48. ACTORES tam rei ruſticae, quam rationibus fundo praefecti: l. 31. D. de adim. leg. ACTOR, cui colenda praedia debitur tradidit, adſignatis et ſeruis, culturae neceſſariis: l. 32. D. de pignor. ACTORES praediorum et fundorum: l. 16. C. de procurat. l. vlt. C. quod cum eo. l. 4. C. de donat. l. 3. C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de falſ. mon. Nam in fundos mitti a dominis ſerui frugi ſolebant, qui ceteris imperarent, fundumque domino colerent, reliqua colonorum et villicorum exigerent, vt colligimus ex l. 12. §. 38. D. de inſtr. et inſtrum. leg. Plin. Lib. III. Epiſt. 19. poſſe, ait, vtraque praedia eadem opera, eodem viatico inuiſere, ſub eodem procuratore, ac paene iisdem ACTORIBVS habere. Aliquando iunguntur ACTOR, et conductor fundi: l. vlt. C. ſi alien. res pign. Illum vero a conductoribus et villicis penſiones exegiſſe, teſtimonio eſt l. 40. §. 3. D. de ſtatulib. ¶. 4. Praeterea et vrbanos habebant ſeruos ACTORES, tam mutuis dandis, quam exigendis et recipiendis pecuniis praepoſitos. l. 5. §. 3. D. de doli mal. et met. except. l. 19. C. de ſolut. Hi, quae exacta erant, calendario inferebant, l. 40. §. 4. D. de ſtatulib. et hinc etiam ACTORES pecuniae vocantur. l. 7. C. mandat. Iisdem ADIVTORES datos eſſe, oſtendit d. l. 40. §. 3. D. de ſtatulib. Et hi ſunt ACTORES rerum agentes, quorum corruptio non ad ſolam iacturam aduerſus ſubſtantiam, ſed ad totius domus euerſionem pertinere, dicitur. l. vlt. D. de offic. praeſ. Notatu quoque dignum, ACTORES bonorum fiſco vindicatorum, vel ad eum deuolutorum, et qui aliquid officium in illis bonis gerebant, nec alienari, nec manumitti potuiſſe a procuratoribus Caeſaris, quin manumiſſos eſſe in ſeruitutem reuocatos. l. 8. l. 30. l. 46. §. 7. D. de iur. fiſc. In rationem, cur diſtractis bonis venire non potuerint, inquirit Cuiac. Obſeru. XIX, 1. HEIN. ¶. 5. Erant et ACTORES PVBLICI, quorum mentio fit apud Tacit. Annal. II, 30. et apud Plin. Lib. III. Epiſt. 19. vbi nunc exactor legitur. Ii qui fuerint, oſtenderunt Lipſ. ad Tacit. Annal. II, 30. et Torrent. ad Sueton. Domit. Cap. XI. HEIN. ¶. 6. ACTORES etiam liberi homines adpellantur, per quos municipiorum ciuitatumque res geruntur, quique a collegiis, municipiis, curiis, aliisque corporibus, actionum mouendarum excipiendarumue cauſſa conſtituuntur. l. 27. D. ad SC. Trebell. Hinc ACTORES ciuitatis: l. 74. D. de procur. conſtituti, qui legitime pro ciuitate agere poſſint: l. 8. D. de pollicitat. ACTORES collegii, per quos quod communiter agi fieriue oportet, agatur, fiat: l. 1. §. 1. D. quod cuiuscumque vniu. nom. ACTORES corporum, decuriarum, municipum: l. 3. §. 4. D. de bonor. poſſeſſ. l. 11. §. 7. D. de exc. rei iud. ſocietatum: d. l. 3. §. 4. denique vniuerſitatum: l. 10. §. 4. D. de in ius voc. l. 6. §. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom. Iidem et SYNDICI: l. 1. §. 1. l. 6. §. pen. et vlt. l. vlt. D. eod. tit. l. 8. D. de pollicit. et alibi paſſim. Vide infra SYNDICVS. ¶. 7. [Sunt et ACTORES rerum principum: l. 7. et l. 17. C. Theod. de deſert. et occult. eor. ACTORES dominici: l. 4. C. Theod. de conduct. fund. patrim. l. 11. C. Theod. de iurisd. omn. iud. rei dominicae: l. 3. C. Theod. de his, qui contend. pro relig. ACTORES rei priuatae: l. 6. C. Theod. de exact. l. 2. C. de act. proc. et cond. l. 2. C. Th. de iurisd. omn. iud. vel rerum priuatarum: l. 9. C. vbi cauſſ. fiſc. l. 3. C. Theod. de act. procur. et cond. rei priu. ACTORES praediorum: l. 3. C. Theod. de itin. munc. ACTORES vel procuratores loci. l. 6. C. Theod. de decurion.] ¶. 8. Sunt et ACTORES, qui a tutoribus curatoribusue litium cauſſa decreto praetoris conſtituuntur. §. vlt. Inſt. de curat. l. 31. §. pen. D. de negot. geſt. l. 11. C. de procurat. l. 10. §. vlt. D. de in ius voc. l. vn. C. de actor. a tut. ſeu curat. dand. l. 6. D. quando ex fact. tut. vel curat. l. 10. C. qui dare tut. Conſtitui vero ACTORES periculo tutorum ſolent, quoties aut diffuſa negotia ſunt, aut dignitate, aetate, valetudine, vel alia neceſſitate, tutores diſtinentur. l. 24. D. de admin. et peric. tut. d. §. vlt. Inſt. de curat. Eos ab AGENDO dictos, probabilius eſt, quam, vt Theophilus tradit, quod apud ACTA conſtituantur. Ceterum tales memorantur ACTORES, a curatore dati: l. 10. C. de adpellat. a tutore dati: l. 9. D. rat. rem hab. decreto conſtituti: l. 1. C. de actor. a tut. ACTORES bonorum dati a magiſtratibus: l. 22. D. de negot. geſt. Mater, quamuis filii negotia ſecundum voluntatem patris gereret, ius tamen ACTORIS periculo ſuo litium cauſſa conſtituendi non habebat. l. 31. §. 6. D. de negot. geſt. ¶. 9. ACTORES pro auctoribus: Paull. l. 38. §. 2. D. de poen. ACTORES, inquit, ſeditionis et tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut beſtiis obiiciuntur, aut in inſulam deportantur. Vbi quaedam editiones in margine habent AVCTORES. Sed et Cornelius Nepos in Attico Cap. III. iungit auctores et actores. Hunc in omni procuratione reipublicae AVCTOREM ACTOREMque habebant. Et Cicero pro P. Seſtio Cap. XXVIII. Dux et AVCTOR et ACTOR illarum rerum fuit. Itaque hic ego quidem nihil mutauerim. HEIN.

ACTVS pro adminiſtratione. l. 2. l. 17. D. de negot. geſt. l. 19. D. de adminiſtr. tut. l. 51. D. de ſolut. l. 19. D. de fideic. lib. l. 10. D. de edendo l. 13. D. de liberat. leg. l. 12. §. 38. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. l. 1. D. de inſtit. act. l. 82. D. de condit. et demonſtr. Hinc ACTVS procuratoris: l. 3. pr. D. rat. rem hab. ACTVS publici: l. 1. C. in quib. caſib. tut. vel curat. hab. tutorum: l. 37. §. 1. D. de adminiſtr. l. 2. C. de hered. tut. ¶. 2. Hinc variae phraſes: ACTVM adminiſtrare: l. 1. §. 7. D. ſi is, qui teſt. lib. l. 41. §. 2. D. de legat. III. l. 1. C. ne quis lib. ACTVM agere: l. 41. §. 13. D. de fideic. libert. ACTVM gerere: l. 99. fin.

99. fin. D. de verb. ſignif. l. vlt. D. de publican. In ACTV eſſe: *l. 5. §. 3. D. de iur. immunit.* in ACTV habere ſeruum: *l. 12. D. de liberat. leg.* ACTVS ſui rationes conficere: *l. 1. §. 3. D. de tutel. et rat. diſtr. l. 10. §. 1. D. de edendo.* ACTVS rationem reddere: *l. 2. D. de negot. geſt. l. 19. l. 41. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 19. pr. D. de fideic. libert. l. 28. §. 9. D. de liberat. leg.* Ab ACTV remoueri: *l. 51. D. de ſolut.* Tertull. *Lib. IV. adu. Marcion. p. 556: Secundum ſerui illius exemplum, qui ab* ACTV *ſummotus.*

¶. 3. ACTVS pro quolibet negotio peracto, vel, vt loquitur Sueton. *Claud. Cap. XXII.* pro *actu rerum*, vel *rebus agendis*, vt eſt apud Ouid. *Faſtor. I. v. 166.* ACTV *ratum haberi*, id eſt, facto. *l. 5. D. rat. rem hab.* ACTVM *rei non intelligere*, id eſt, id, quod agitur: *l. 5. D. de reg. iur.* ACTVS *ex lege habitus*, id eſt, ſecundum legis praeſcriptum peractus. *l. 12. D. de adpellat.* ¶. 4. ACTVS, ſeruitus praedii ruſtici, quam iuriſconſulti definiunt ius eundi agendi iumentum, vel vehiculum. *l. 1. D. de ſeru. praed. ruſtic. pr. Inſt. de ſeruit. l. 1. D. de adim. leg. l. 81. §. 3. D. de legat. I. l. 13. §. 1. D. de acceptilat. l. 58. D. de verb. oblig. l. 5. D. de ſeruit. l. 17. D. de ſtipul. ſeru.* Ab *itinere* autem eo differt, quod iter eſt, qua quis pedes vel eques commeare poteſt: ACTVS vero non modo ius eundi, ſed et iumentum et vehiculum agendi continet. (Nam ire quoque per ſe is poteſt, qui ACTVM habet. *l. 2. D. quemadm. ſeru. amitt.*) verum etiam hoc amplius, plauſtrum ducere, et iumenta agere. *l. 7. princ. D. de ſeru. praed. ruſt.* Inter ACTVM vero et *viam* illa differentia eſt, quod via iter quoque ex ipſo ſermone continet, ACTVI vero duntaxat iter ineſt. Item *viae* latitudo lege definita eſt: ACTVS vero latitudo vel conuentione et pacto, vel per arbitrum definitur. Poſtremo ACTVS intelligitur, etiamſi vehiculum duci non poſſit: *via* vero absque vtroque non intelligitur. *l. 13. D. de ſeruit.* Varro *Lib. IV. de lingua Lat. p. 9.* Via *quidem iter, qua vehendo teritur:* ACTVS *iter in agris, quod agendo teritur. Etiam* ambitus *iter, quod circumeundo teritur.* Et Seruius *in Lib. IV. Aeneid. v. 405.* ad haec verba:

Conuectant calle anguſto.

Via, ait, eſt actus dimidius, qua poteſt ire vehiculum. Nam ACTVS *duo capit, propter euntium et venientium vehiculorum occurſum.* Hic locus Seruii non ad ſeruitutem ACTVS, ſed ad ſequentem vocabuli notionem pertinet. HEIN. Vetus Gloſſar. ACTVS, *δίκαιον τοῦ βαδίζειν μετὰ σοῦ μεθ' ὑποζυγίου.* ACTVS *eſt ius eundi per tuum cum iumento.* ¶. 5. ACTVS etiam ſpacium eſt in agris. Seneca *Lib. V. Epiſt. 38. Seminis modo ſpargenda ſunt, quod quamuis ſit exiguum, quum occupauit idoneum locum, vires ſuas explicat, et ex minimo in maximos* ACTVS *diffunditur.* Sed meliores editiones, et in his Gronouiana, hic pro ACTVS habent AVCTVS, idque vocabulum et res ipſa exigere videtur. Nihil ergo hic locus ad ACTVM, de quo hic agitur. HEIN. Hunc trifariam diuidi, Boeth. *Lib. II. Geometr.* auctor eſt, in MINIMVM, in QVADRATVM, in DVPLICATVM. ACTVS *minimus* quatuor tantum pedibus in latitudine, et centum viginti in longitudine, protenditur. *Quadratus* ex omni latere centum vinginti pedibus concluditur. *Duplicatus* ducentos quadraginta pedes explicat. Eamdem diuiſionem Iſidorus *Lib. XV. Orig. Cap. XV.* facit, cui per omnia cum Boethio conuenit, niſi quod male *actus minimus* ab eo, niſi in ſcriptura vitium eſt, longitudine centum quadraginta pedum definitur. Quod falſum eſſe, ne vni Boethio fidem tribuamus, ex Varrone *Lib. IV. de lingua Lat. p. 10.* intelligimus. Verba Varronis haec ſunt: Sic qua agitur, ACTVS. *Eius finis* MINIMVS *conſtitutus in latitudinem pedes quatuor: fortaſſis ab eo quatuor, quod ea quadrupes agitur: in longitudinem pedes centum et viginti.* Sed et Feſtus *Libro I.* centum et viginti pedibus ACTVM in geometria circumſcribi ſignificat, et alio loco, latum eſſe quatuor pedes, ſcribit. Sequitur apud Varronem: *In* QVADRATVM *actus, et in latum, et in longum, vt eſſet centum et viginti.* Quod ipſum de *quadrato* ACTV, qui et LATVS adpellatur, idem ipſe Varro *Lib. I. de re ruſt. Cap. X.* et Plin. *Hiſt. natur. Lib. XVIII. Cap. 3.* tradunt. Tertius eſt DVPLICATVS, in cuius explicatione aeque lapſus Iſidorus videri poſſit, qui ACTVM *duplicatum* iugerum facere ſcribit, quod longitudine CCXL pedum, latitudine CXX conſtet. Nam et idem Varro duodecim decuriis actum finiri, et *iugerum* dictum iunctis duobus quadratis, auctor eſt. Quod ſi ita eſt, duplicati quadrati actus latitudine et longitudine conſtituamus neceſſe eſt duplicatum actum CCXL pedes latum eſſe, et longum totidem. Sed haec ratiocinatio ex Quinctilian. *Lib. I. Inſt. Cap. vlt.* refellitur, qui iugeri menſuram eſſe CCXL longitudinis pedes ſcribit, dimidioque in latitudine patere. Ab hoc ACTV

ACTVARII *limites* dicuntur apud Hygin. *Lib. I. de limit. conſtit. p. 151.* nec non ACTVARII *pali, ſuo quique numero inſcripti, inter centenos vicenos pedes defixi*, apud eumdem *p. 178.* ex quo loco ſimul diſcimus, ACTVM rei agrariae ſcriptoribus non ſemper fuiſſe ſpacium agri certae longitudinis et latitudinis, ſed ſaepe ita dici conſueuiſſe menſuram longitudinis CXX pedum, absque latitudine. Frontin. *de agror. qualit. p. 30. Cubitus habet pedes II. Paſſus habet pedes V. decempeda ped. X.* ACTVS *ped. CXX. ſtadium ped. DCXXV. milliarium habet pedes M.* HEIN. ¶. 2. Sunt etiam ACTVARII, Graecis *ὑπομνηματοφύλακες*, vel *ὑπομνηματογράφοι*, qui conficiendis cuſtodiendisque actis praeerant. Praecipue vero id nomen tulerunt, qui acta notis exceperunt, ſeu *ταχυγράφοις*, teſtibus Sueton. *in Iul. Caeſ. Cap. LV.* et Seneca *Epiſt. XXXIII.* Hi initio plerumque ſerui publici, quales memorantur *l. 18. D. de adopt. et l. 2. D. rem pupill. ſalu.* Sed poſtea ſeruos huic muneri adhiberi vetuerunt Arcadius et Honorius, Imperatores. *l. 3. C. de tabular. ſcrib. logogr.* ¶. 3. Alii ſunt ACTVARII, quorum mentio fit *l. 5. l. 16. pr. et §. 1. C. de erogat. milit. annon. l. 9. C. de numerar. et actuar.* Ex quibus locis patet, proprie dictos eſſe ACTVARIOS, qui annonam a ſusceptoribus acceperint, dato pittacio, in quo continebatur, quantum accepiſſent, eamque poſtea erogauerint militibus. Vnde tot erant ACTVARII, quot numeri militares. *l. 16. C. Theod. de erog. milit. ann.* Vid. Trebell. Pollio *in trig. tyrann. Cap. VI.* Ammian. Marcellin. *Lib. XX. Cap. V.* Aurel. Victor *in Victorino.* Eutrop. *Lib. IX. Cap. 7.* HEIN.

ACTVARIAE *naues*, voluptatis cauſſa partae, opponuntur longis et onerariis, quibus propter belli vſum poſtliminium eſt. *l. 2. pr. D. de capt. et poſtlim.* Easdem *ἐπιβατηγοὺς* vocat Vlpianus *l. 1. §. 12. D. de exercitor. act.* De iis ex inſtituto egit

Digitized by Google

AGE. AGG.

Lazarus Bayſius *de re nauali p. 86. ſequ.* HEIN.

AGERIVS AVLVS nomen fictum, quo in formulis vtebantur iuriſconſulti veteres, vti et NVMIOII NIGIDII, exemplo philoſophorum, quibus Theon et Dion frequenter in ore erant. Exempla ſuperſunt in formula ſtipulationis Aquillianae: *§. 2. Inſt. quib. mod. toll. oblig. l. 18. §. 1. D. de acceptilat.* nec non in formula chirographi: *l. 41. §. 2. D. de vſur.* denique in formula actionis iniuriarum, apud auctorem *collationis legum Moſaic. et Rom. tit. II. §. 6. extr.* vbi quaedam notauit Petr. Pithoeus. In ſcholis iuriſconſulti libentius vtebantur nominibus *C. Seius, L. Titius, Meuius, Sempronius, Meuia, Titia, Sempronia,* ceu iam Plutarch. in *Quaeſt. Rom. p. 271.* obſeruauit. HEIN.

AGG.

AGGERES, qui vndae opponuntur, eius continendae et coercendae cauſſa facti: quales erant in Aegypto, qui aquam Niloticam continebant, qui Graece *χώματα* vocabantur. *l. 10. D. de extraord. crim. rubr. C. de Nili agger. non rump.* De iis Ioſeph. *Lib. II. Antiqu. Iud. Cap. 9.* *χώματα, ὅπως ἂν εἴργοι τὸν ποταμὸν μὴ λιμνάζειν ἕως ἐκείνων ἐπεκχέηται·* aggeres (facere coacti,) *ne aqua ſuper illos effuſa,* (in vrbibus) *ſtagnaret.* Hinc AGGEREM, vel quam munitionem adhibere, vt agrum ſuum tueretur: *l. 1. §. 7. D. ne quid in flum. publ.* AGGERES facere: *l. 14. D. de impenſ. in rem dotal. fact.* AGGERES habere, et munire: *l. 1. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* AGGEREM, ſiue *naturalem*, ſiue *manufactum* reponere: vel reſtituere. *l. 2. §. 5. l. 23. §. vlt. D. de aqu. et aquae pluu.*

¶. 2. AGGEREM etiam Iſidurus *Lib. XV. Etymolog. Cap. vlt.* poſt Seruium *in librum V. Aen. v. 273.* viam, coaceruatis lapidibus ſtratam, ſignificare ſcribit, quam hiſtorici militarem viam dicunt. Ammian. Marcellin. *Lib. XVIII. Cap. VIII. Ab* AGGERIBVS *publicis. veſperi, quando cuſtodiri magis omnes tramites conueniret, longius diſcedebant.* Proinde apud Rutilium Numatian. *in Itinerar. l. v. 39.* vbi vulgo: *Aurelius ager* ſcriptum eſt, emenda *Aurelius* AGGER, quibus verbis *viam Aureliam* ſignat. AGGEREM pro via publica vel regali vſurpari, videmus etiam in *l. 5. C. Theod. de itin. mun. l. 2. C. Theod. ne quis in palat. rubr. tit. C. Theod. de milit. agg. non rumpend.* Ita AGGER *viae*, apud Virgil. *Aen. V. v. 273.* itinerarius AGGER, apud Ammian. Marcellin. *Lib. XIX. Cap. 6.* AGGER publicus, apud Sulpic. Seuer. *in vit. Martini Lib. III.* et Bedam *in Martyrolog. IV. Id. Octobr.* Sidon. Apollinar. *carm. XXIV:*

Antiquus tibi ne teratur AGGER.

Prudent. *contra Symmach. II. v. 1031.*

Et ne iacta VIAE *ſpargantur in* AGGERE *grana.*

Addantur Turneb. *Aduerſar. XI, 6.* Bergier *de viis I, 17.* Euer. Otto *de tutela viar. II, 4. p. 359.* HEIN.

AGGREGARE, aut, vt rectius in Florentino, ADGREGARE, ADGREGARI muneribus: *l. vlt. §. 6. D. de muner. et hon.* ADGREGARI peculio: *l. 8. D. de caſtr. pecul.* ADGREGANDAE vires: *l. 27. §. 2. D. de fideiuſſ.*

AGI.

AGITARE, pro agere: AGITARE cauſſam: *l. 19. fin. D. de adpellat.* cauſſam fiſci: *l. 1. C. de*

AGG.

adu. fiſc. AGITARE exceptionem: *l. 20. pr. D. de adpell.* AGITARE iudicium: *l. 4. §. vlt. D. de noxal. action.* poſt cauſſam in iudicio AGITATAM, id eſt, litem conteſtatam. *l. 23. C. de procurat.* AGITARE mulas: *l. 30. §. 2. D. locat.* AGITARE pecuniam: *l. 4. §. 2. D. de fideiuſſ. tut.* ¶. 2. AGITARE, cogitare. AGITARE coepi: *l. 38. §. 1. D. de teſtam. milit.* AGITASSE Iulianum, refert. *l. 45. pr. de action. emt.* ¶. 3. AGITARI pro quaeri, vel tractari. *l. 41. §. 4. D. de legat. I. l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 19. §. vlt. D. de recept. arb. et qui arbitr. recep. l. 1. §. 16. D. de adquirend. poſſeſſ. l. 3. §. 1. D. de iure fiſc. l. 2. §. 2. D. de lege Rhod. l. 16. D. de reb. dub.* AGITATVR non male: *l. 41. §. 4. D. de legat. I.* AGITATVR quaeſtio: *l. 18. D. mand. l. 114. §. 3. D. de legat. I. l. 31. D. de ſtatulib. l. 42. D. de act. emt. l. 1. C. ſi ſaep. in integr. reſt. l. 12. §. 4. D. qui pot. in pign.* et apud Symmach. *Epiſt. 46. Libro X.* AGITANTVR multae variaeque quaeſtiones: *l. 35. pr. D. de mort. cauſſ. donat.* AGITATVR ſpecies. *l. 11. D. de damn. infect.*

AGITATOR, qui in circenſibus ludis bigas, trigas, quadrigas, agitabat. *l. 4. pr. D. de his, qui not. infam. l. 43. fin. D. de act. emt. l. vlt. C. de malefic.* Hi et AVRIGARII adpellantur a Sueton. *in Nerone Cap. V.* Vide de his Manil. *Lib. V. Aſtron. v. 76. ſeq.* Vetus Gloſſarium: AGITATOR, *ἡνίοχος, ἐλάτης.* Meminit AGITATORVM et Cicero *Quaeſt. academ. IV, 29.* De tota vero eorum arte aurigandi dextrorſum, ſiniſtrorſum, et ex vno equo in alterum deſultandi, quarum prima *dextratio*, altera *ſiniſtratio*, tertia *combinatio* dici conſueuit, erudite diſſeruit Ioſ. Scaliger *ad illum Manilii locum p. 353. ſequ.* HEIN.

AGM.

AGMEN aquae: *l. 6. C. de ſeruit. et aqu.* imitatione procul dubio Virgilii, qui et ipſe AGMEN *aquarum* dixit *Georg. I. v. 322.* figura perelegante. Omnis enim multitudo, dum procedit, et mouetur, AGMEN, quaſi *agimen* dicitur, obſeruante Seruio *in Aeneid. I. v. 186.* HEIN. Impletum AGMEN: *l. 8. C. de aduoc. diuerſ. iudicum.* AGMEN iudiciale. *l. 6. C. de arbitr.* Addit, ni fallor, Tabor: Vbi tamen pro *agmen* reſcribendum eſſe *examen*, putat Ritterſhuſ. *Lib. V. different. 10.* idque argumento *cap. 4. X. de arbitr.*

AGMINALES equi, qui exercitum ſequuntur; impedimentorum transuehendorum cauſſa. *l. vlt. §. 21. D. de muner. et honor.* ii et *paraueredi* dicti *l. 3. C. Theod. de curſu publ.* inquit Tabor. De iis infra ſub PARAVEREDI.

AGN.

ΑΓΝΑΤΙΚΟΝ ex Latino *agnaticum* eſt in Graeca epigraphe *Nouellae CXVIII.* quae apud Haloandrum ita ſe habet: *Ἀναιρεῖ τὰ* ΑΔΓΝΑΤΙΚΑ *καὶ κογνατικὰ δίκαια καὶ τυποῖ τὰς ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεις.* *Conſtitutio, quae iura agnatica et cognatica tollit, et ſucceſſiones ab inteſtato definit.* Sed verba *καὶ κογνατικὰ*, nec in aliis editionibus ſunt, nec materiae iſtius conſtitutionis conueniunt. Neque enim illa tollit iura cognationis, ſed cognatos cum adgnatis ad ſucceſſionem vocat. In ipſa tamen *Nou. praefat.* collaterales *εἰς ἀδγνάτους καὶ κογνάτους* diuiduntur. HEIN.

Digitized by Google

AGN.

AGNVS. Eo nomine continentur, qui minores anniculis ſunt. *l. 60. pr. D. de legat. III.* Sane quamdiu AGNORVM ſint numero, ex vſu cuiusque loci ſumendum eſſe, recte Marcianus definit. *Nam in quibusdam locis*, inquit, *ouium numero eſſe videntur, quum ad tonſuram venerint. l. 65. fin. D. de legat. III.* Niſi ergo alius demonſtretur vocabuli vſus, ouibus legatis, agni non continentur, niſi annales ſint, teſte Paullo *Recept. Sent. III. 6. 74.* HEIN.

AGNINAE et *caprinae* pelles, apud Vlpian. *l. 25. §. 8. D. de aur. arg. leg.* HEIN.

AGNOMEN habetur in *§. 29. Inſt. de legat.* quamuis non in omnibus editionibus, quod et in *l. 4. C. de teſtam.* vnde ille paragraphus deſumtus eſt, animaduertimus. Illud quomodo a praenomine, nomine, cognomine, differat, ex lexicis notum eſt. HEIN.

ΑΓΝΟΦΟΡΟΣ. Ita in *l. 34. §. 1. D. de legat. II.* legunt Ruſſardus, Pard. Pratei. *Iurispr. med. Lib. III. Cap. 3.* Cuiac. *ad Reſp. Modeſt. Lib. X.* qui tamen antea lectionem Florentinam ἀγωνοφόρον ſeruauerat, et V. A. Cornel. van Bynkersh. *Obſeru. VI, 9.* Quum ergo ἄγνος ſit genus plantae, vel fruticis: Graecorum verborum: Ἐξαίρετον βούλομαι αὐτὸν παρ' ἑαυτοῦ λαβεῖν σύγκτησιν ἀγνοφόρων Κομίανην ſenſus erit: *Praecipuum eum volo a ſeipſo accipere latifundium, fruticibus obſitum, Comianum*, quum Berguntio male verterit: *Praecipuum eum volo a ſeipſo accipere ſyntheſin ſterilium villarum*, quia in ſuo exemplari procul dubio legit σύνθεσιν ἀφόρων. HEIN.

AGO.

ΑΓΩΝΙΚΑ, genus oneris publici, cuius mentio fit in *l. 4. verſu valeat. C. de diſcuſſorib.* De eo nihil certi habemus, quod dicamus: immo quum ἀγωνικὰ ibi iungantur τοῖς παραπομπικοῖς, tentari poſſit an non ibi legendum ſit ἀγωγικά. Quin vero in Graeco textu verba ita ſcripta reperiuntur: ἀγωγικὰ ἤτοι παραπομπικὰ ἢ δαπανόμενα περὶ τὰς δημοσίας ὄνους. HEIN.

AGONOTHETAE in *l. vlt. §. 17. D. de muner. et bon.* et *l. vlt. Cod. Theod. de expenſ. ludor.* adpellantur, qui, vt B. Ambroſius *Lib. de Helia Cap. XXI.* explicat, agoni praeerant. Hi, teſte Hieron. *contra Iouinianum*, proponebant praemium, et inuitabant ad curſum. Denique, vt Tertullianus in libro de fuga in perſequut. loquitur, ad eos arbitrium certaminis pertinebat. Ac proinde eos, vtpote qui certaminibus praeſiderent, maſtigophori comitabantur, vt adparet ex *d. l. vlt. §. 17. D. de muner. et bon.* Vtuntur hoc verbo idem Tertullianus *in lib. ad martyres Cap. III. Bonum agonem ſubiturae eſtis, in quo* AGONOTHETES *Deus viuus eſt.* Et B. Hieronym. *Quaeſt. ad Algaſiam: Vbi quis iniquitate* AGONOTHETAE, *vel inſidiis magis*, τὸ βραβεῖον *et palmam ſibi debitam perdat.* Spartian. *in Hadriano Cap. XIII. Multa in Athenienſes contulit, et pro* AGONOTHETA *reſedit.* Herodem etiam Olympicis ludis AGONOTHETAM factum, Ioſephus *Lib. I. de bello Iud. Cap. 16.* memorat. Inde ἀγωνοθετεῖν καὶ προκαθέζεσθαι in *l. 10. D. de pollicit.* idem eſt, quod *ludis praeſidere*, in *l. 6. D. de ann. legat.* Solebant enim veteres aliquem ſibi conſtituere, qui certaminibus ludisque, ſiue ſcenicis, ſiue gladiatoriis, praeſideret, idque munus ad principem in vrbe, aut, eo recuſante, ad magiſtratus delatum, ex Sueton. *Aug. Cap. XLV.* et *Calig. Cap. XVIII.* intelligimus. Verum vt Suidas tradit, ἀγωνοθέτης proprie eſt ἐν ταῖς σκηνικοῖς, ἐν δὲ γυμνικοῖς ἀθλοθέτης, et vt Nicander apud Heſychium ſentit, Ἀθλοθέτης, ὁ μόνα γυμνικά, Ἀγωνοθέτης δὲ ὁ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος. Vnde ἀγωνοθεσία ipſum conſtituendi deſignandique certaminis munus adpellatur. *l. 20. §. 7. D. famil. erciſc. l. 109. C. Theod. de decurion.* Plura de *agonothetis* diſſerit Budaeus *ad l. vlt. §. 17. D. de mun. et honor.* et *ad l. 4. D. de his, qui not. infam.* nec non Petr. Fab. *Lib. I. Agoniſtic. Cap. XVIII. et XXIII.* HEIN. AGONOTHETICI fundi, *l. vlt. C. de fund. patrim.* AGONOTHETICAE poſſeſſiones. *l. 5. C. de diuerſ. praed. vrban. et ruſtic. templor.*

ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΣ, Aedilis coloniae vel municipii, qui et ἀστυνόμος, quamuis paullo rarius, adpellatur. De vtroque vocabulo, quantum ſatis eſt, diximus ſupra ſub voce AEDILIS. HEIN.

AGR.

AGRARIA lex, quae de terminis motis a C. Iulio Caeſare lata eſt. *l. 3. D. de term. mot.* AGRARIAE viae, quae in agris ſiunt, aut in agros ducunt. *l. 2. §. 22. D. ne quid in loco publ. Lege 3. D. de term. moto* lex agraria non tribuitur C. Iulio Caeſari, ſed *Caio Caeſari*, per quem et Caligula intelligi poteſt. Sane C. Iulii Caeſaris leges agrariae, quarum Suetonius *Iul. Cap. XX.* Vellei. *Lib. II. Cap. 44.* Dio Caſſius *Lib. XXXVIII.* meminerunt, ab hac, cuius in *l. 3. D. de term. mot.* mentio fit, diuerſae ſunt. Addimus, et Neruae Caeſaris legem agrariam eumdem memorare Calliſtratum *d. l. 3. §. 1.* Addatur Vlr. Obrecht. *Diſſ. de lege agrar. Cap. IV. et V.* HEIN.

AGRESTIA *loca*, agri, rus. *l. 4. C. de maleſ. et mathemat.* HEIN.

AGRICOLAE, variae, et vt plurimum adſcriptitiae conditionis. Ad eos pertinet totus *titulus Codicis de agricolis et cenſitis et colonis* quem ſuo more erudite illuſtrauit Cuiacius. HEIN.

AGRIMENSORES, qui ab Vlpiano *l. 8. §. 1. D. fin. reg.* et *tit. D. ſi menſ. falſ. mod. dix.* MENSORES alias vero et AGRIMENSORES, adpellantur, *l. 3. C. fin. regund.* erant viri in geometria et aliis mathematicis ſcientiis probe exercitati, quorum diſciplina ſub Auguſto diligenter exculta, inſequentium principum fauore diutiſſime floruit, auctoresque illius, Siculus Flaccus, Iulius Frontinus, Aggenus Vrbicus, Simplicius, Hyginus et alii, quorum et hodie ingens inter doctos pretium eſt, in magna dignatione habiti ſunt, ſicut ex ſollemni illo teſtimonio apud Caſſiodor. *Var. III, 52.* conſtat. Horum aliorumque veterum rei agrariae ſcriptorum libros et fragmenta, cum eruditiſſimis ſuis et Nic. Rigaltii notis et obſeruationibus, gloſſariis, et antiquitatibus agrariis, edidit Guill. Goeſius *Amſtelod. MDCLXXIV. in 4.* Ceterum in *Antiquit. agrar. Cap. IV.* non modo agrimenſorum officium, quatenus a iudicis officio differebat, accurate exſequitur laudatus Goeſius: ſed et *p. 31.* varia eorum nomina colligit. Vocantur autem in vetuſtis monimentis FINITORES, MENSORES, MENSORES AGRORVM, MENSORES AGRARII, MENSO-

RES AGRIS LIMITANDIS METIVNDIS, METITORES, METATORES et DECEMPEDATORES, LIMITATORES, RECTORES, CENSITORES, INSPECTORES, AGENTES ARTIFICES, PROFESSORES, MINISTERIALES IMPERATORVM, ARBITRI. De eorum dignitate Honorius et Theodoſius, Auguſti, *l. vn. C. de menſor. Primicerius menſorum, biennio expleto, agentis in rebus militis militiam ſortiatur.* HEIN.

AHE.

AHENVM. Id idem eſſe ac aenum, ſupra oſtendimus in AENVM, quod vide.

AIK.

☞ AIKIA, Graecis eſt iniuria, quae corpori infertur. Id vocabulum pro ἀδικίᾳ, quod apud auctorem *collat. Leg. Moſ. et Rom. Tit. II. §. 5.* legitur; reponit Salmaſ. *ad ius Attic. et Rom. Cap. VII.* et *de mod. vſurar. Cap. XVII.* Sed ea emendatione nihil opus eſſe, iam ſupra oſtendimus, ſub voce ΑΔΙΚΙΑ. HEIN.

AIR.

☞ ΑΙΡΕΣΙΣ. Eo vocabulo vſus eſt Modeſtinus, *l. 6. §. 2. D. de excuſat.* vbi ait: *Eſt autem et numerus rhetorum in vnaquaque ciuitate, qui vacationem munerum habent,* καὶ αἱρέσεις τινὲς προστιθέμεναι τῷ νόμῳ· ὅπερ δηλοῦται ἐξ ἐπιστολῆς Ἀντωνίνου τοῦ εὐσεβοῦς: *et haereſes quaedam propoſitae lege, quod manifeſtum eſt ex Epiſtola Antonini Pii.* Sed haec nibili eſſe, nemo non animaduertit. Ant. Auguſtin. *ad Modeſtin. p. 1572. Tomo IV. Theſ. iur.* vertit: *diuiſioque quaedam ciuitatum lege facta eſt:* quaſi in Graeco textu eſſet, διαίρεσις τῶν πόλεων, quale tamen nihil ibi legimus. Cuiac *ad hanc legem Tomo I. Op. p. 1025.* αἵρεσιν interpretatur conditionem, ſenſumque eſſe, ait, rhetores quidem vacationem munerum habere, ſed *conditione quadam lege propoſita.* Sic ſane et Theophil. *§. 2. Inſt. de his, qui ſunt ſui vel al. iur.* καλῇ αἱρέσει πωλῆσαι dixit, pro *bonis conditionibus vendere.* Et *§. 10. et ſequ. Inſt. de hered. inſtit.* legimus: κληρονόμος ὑπὸ ἀδύνατον αἵρεσιν, *heres ſub impoſſibili conditione,* κληρονόμος ὑπὸ πολλὰς αἱρέσεις, *heres ſub pluribus conditionibus. §. 23. Inſt. de legat.* αἵρεσιν ἔχει ἐν ἑαυτῷ. *tacitam habet conditionem.* et §. 32. legatum αἱρετικῶς relinquere, idem eſt, ac *conditionaliter* et λεγάτον αἱρετικὸν, *legatum conditionale.* Plura eius generis exempla ex aliis Graecis iuris interpretibus collegit Dionyſ. Gothofred. *in Nomenclat. Graeco ad Harmenopul. p. 415.* HEIN.

AIT.

AIT, verbum in laudandis vel citandis legibus frequentiſſimum. AIVNT Aediles: *l. 1. D. de Aedilit. edict.* AIT lex: *l. 64. §. 6. et §. 10. D. ſolut. matrim. l. 11. pr. D. diuort.* AIT oratio principis: *l. 32. §. 2. et §. 9. D. de donat. inter vir. et vxor.* AIT praetor vel proconſul, *locis Pandectarum fere innumeris.* AIT ſenatus: *l. 25. §. 3. D. de hered. petit.* AIT diuus Traianus, *l. 16. D. de iure fiſci.*

☞ ¶. 2. Illud AIT, INQVIT, ſimiliaque aliquando abundare ex *l. 3. D. ſi pars hered. pet.* et fortaſſis etiam ex *l. 66. pr. D. ſolut. matr.* patet. Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. III, 22.* HEIN.

☞ ¶. 3. AIO, formula intendendi actionem. Hinc apud Valerium Probum occurrit formula: A. T. M. D. O. *Aio, te mihi dare oportere.* In primis vero in vindicatione et contrauindicatione frequenter auditum verbum AIO, veluti apud Boeth. *Lib. III. in Topic. Cic.* vel Caium potius: *Is, cui res in iure ceditur, rem tenens, ita vindicat:* HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO. Plaut. *in Rudente Act. IV. ſcen. 3. v. 85.*

GR. *Neſcio, neque ego iſtas veſtras leges vrbanas ſcio:*

Niſi, quia HVNC MEVM ESSE DICO,

TR. ET EGO ITEM ESSE AIO MEVM.

HEIN.

ALA.

ALA, exercitus pars, in primis equitum ordines ita dicti, quod dextram ſiniſtramque legionis, tamquam alae, tegerent. Gell. *Lib. XVI. Cap. 4.* Veget. *de re milit. Lib. II. Cap. I.* Et ita accipitur vocabulum in *l. 1. D. de his, qui not. infam.* HEIN. ALARVM praefectus eſt apud Sueton. *in Tiberio Cap. XXX.* Idem *in Claud. Cap. XV. Equeſtrem militiam ita ordinauit, vt poſt cohortem* ALAM, *poſt alam tribunatum legionis daret.* Plane et ALAS *funditorum* dixit Valer. Maximus *Lib. II. Cap. 2.* Inde dicti

ALARES milites, qui cohortalibus iunguntur. *l. 4. C. Theod. de veteran.* HEIN.

ALABARCHA et ALABARCHIA, vid. infra ſub ARABARCHA.

ALABASTRITES, ad mundum muliebrem refertur in vulgatis editionibus *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. mund.* vbi Vlpianus: *Continentur eo ſpecula, matulae, vnguenta, vaſa vnguentaria, et, ſi qua ſimilia dici poſſunt, veluti* ALABASTRITES. At Florentiae legitur: *veluti lauatio,* et in quibusdam codicibus additur *riſcus,* vt adeo ex *labatio,* id eſt, *lauatio,* et riſcus facile potuerit naſci vocabulum ALABASTRITES. Attamen ne hoc quidem ineptum. Alabaſtrum enim et *alabaſtrites,* id eſt, onyx, ſeruandis vnguentis maxime videbatur idoneum, teſte Plin. *Hiſt. nat. XXXVI, 7.* Martialis *Lib. XI. epigr. 9.*

Quos Coſmi redolent ALABASTRA *focique Deorum.*

Et quis ignorat mulierem, ἔχουσαν ἀλάβαστρον μύρου βαρυτίμου, quam celebrant Matthaeus *Cap. XXVI, 7.* et Marcus *Cap. XIV, 3.* nec non alteram? *Luc. VII, 37.* Quin vaſa vnguentaria, etiam quae non erant ex alabaſtrite, eo nomine veniebant. Vid. Iul. Pollux *Onomaſt. Lib. VI. Cap. 2.* Hinc χρύσεα ἀλάβαστρα *aurea alabaſtra* ſunt apud Theocritum *Idyll. XV. v. 114.* HEIN.

ALANICVM ſe vocat Iuſtinianus, in *pr. prooemii Inſtitutionum. l. 3. C. de vet. iur. enucl. l. 1. C. de offic. praef. praet. Afric.* nec non in lapide apud Tournefortium *Epiſt. XVII. p. 103.* Alani, gens origine Aſiatica, vltra Caucaſum in Iberiae finibus ſedes conſtituerant, teſte Procopio *de bello Perſico II, 29.* et *de bello Gothic. IV, 3.* Pars deinde cum Vandalis migrauit in Hiſpaniam, ac poſtea in Africam traiecit, vbi cum illis in vnam veluti gentem coaluit. Procop. *de bello Vandal. I, 5.* Quare exciſo Vandalorum regno, non modo VANDALICI, ſed et ALANICI, cognomen ſumſit Iuſtinianus. Vid. perilluſtr. a Ludewig *Iuſtinian. Cap. VIII, 133. p. 564.* HEIN.

Digitized by Google

ALB.

ALBANVS fundus, qui principalibus vſibus deſeruit, memoratur in *l. 39. §. 8. D. de legat. I.*

ALBARIVS, qui tecta ſarcit, tectoria inducit, ciſternas liat: Tertullian. *de idololatr. Cap. VIII.* et ita adpellatur in *l. 2. C. Theod. de excuſ. artif.* In *l. 1. C. Iuſtin. eod. tit.* dicitur ALBINVS, quod eodem videtur redire. Vetus Gloſſarium: Κονιατὴς, *dealbator, albinus, tector.* vid. infra TECTOR. HEIN.

ALBESCERE. ALBESCENTE *coelo*, eleganter dicitur pro prima luce. *l. 25. §. vlt. D. de lib. et poſtum.* Caeſar *de bello ciu. Lib. I. Cap. LXVIII. Caeſar, exploratis regionibus*, ALBENTE COELO, *omnes copias caſtris educit.* Hirtius *de bello Afric. Cap. XI. Caeſar, vna nocte conſumta, iam* COELO ALBESCENTE, *quum proficiſci conaretur.* Symmach. *Lib. I. Epiſt. 7. Nondum* ALBESCENTE COELO *concurritur, luminibus accenſis.* Similiter Prudentius *in hymno matut. v. 3.*

Lux intrat, ALBESCIT *polus.*

Et Virgil. *Aen. IV. v. 586.*

Vt primum ALBESCERE *lucem Vidit.*

HEIN.

ALBVM, tabula dealbata, vel vt Theophilus in *§. 12. Inſt. de act.* ſcribit, λευκοῖς γεγραμμένον γράμματι, *albis litteris notata*, in qua praetores edicta ſua, quo omnibus innoteſcerent, actionesque et interdicta proponebant. *l. 2. §. 10. D. de orig. iur. l. 7. l. 9. D. de iurisd. l. 1. C. de interdict. l. 1. §. 1. v. eum quoque D. de edend.* et apud Paull. *Recept. Sent. I, 13, 3. V, 25, 5.* Heſychius σανίδας λευκὰς vocat. Vetus Gloſſarium: ALBVM *praetoris eſt quaedam tabula dealbata, poſita pro roſtris. in qua proponebantur edicta praetoris, vt facile ex eminenti conſpicerentur et legerentur.* Aliud Gloſſarium Graecum: ΑΛΒΟΝ λέγεται τὸ ἔδικτον, διὰ τὸ γεγράφθαι λευκοῖς γράμμασιν. ἐπὶ γὰρ κονίαμα τὰ διατάγματα καὶ τὰς παραγραφὰς ἐξετίθεσαν. ALBVM *vocatur edictum, eo, quod albis litteris ſcriberetur. In pariete enim edicta et actiones proponere ſolebant.* De praetoris ALBO accipienda ſunt haec Senecae *Epiſt. XLVIII.* verba: *Turpes infamesque etiam ſedentibus ad* ALBVM *exceptiones*: vt et haec Quinctiliani *Lib. XII. Cap. 3. Quorum alii ſe ad* ALBVM *ac rubricas tranſtulerunt.* Quo reſpexiſſe credo Plautum *in Perſa Act. I. ſcen. 2.* quum ait: *Si id fiat: nae iſti faxim nunquam adpareant, Qui hic* ALBO *pariete aliena oppugnant bona.* Nam in albo propoſitas perſcriptasque habebant actiones, vt ex *d. l. 1. C. de interd.* liquet. Eodem referendum eſt, quod Quinctilian. *Declamat. XXXIV.* ſcribit: *Potentius eſt, quod in* ALBO *legitur, quam quod in teſtamento.* ¶. 2. ALBVM corrumpere, *mutare, radere, tollere*, apud Paullum *Recept. Sent. I, 13. 3. ſequ.* Hinc actio ALBI corrupti, id eſt, vt vetus gloſſa explicat, ἀγωγὴ ἡ κατὰ τῶν φθειρόντων τὸ προτιθὲν ἔδικτον ὑπὸ τοῦ πραίτωρος, *actio contra corrumpentes edictum, a praetore propoſitum.* ¶. 3. Transfertur et ad alia ALBI adpellatio. Nam illa quoque tabula, in qua decurionum nomina ſecundum cuiusque ordinem ſcribuntur, ALBVM adpellatur. *tit. Dig. de albo ſcrib. l. 10. D. de decurion. l. vlt.*

ALB. ALC. ALE.

§. 11. D. de mun. et honor. quibus in capitibus loco ſuo pulſum hoc verbum pandectarum Florentinarum beneficio reſtitutum eſt. Huius etiam meminere *l. 5. l. 9. l. 67. C. de decurion.* Vocatur *curiae* ALBVM, in *l. 45. C. de decur. l. 48. l. 142. C. Theod. eod. tit. Nouell. LXX. Cap. I.* Eodem modo ALBVM *ſenatorium* dixit Tacitus *Annal. IV. 42.* quod Dio *Lib. LV. p. 550.* λεύκωμα τῶν βουλευόντων, quemadmodum tabulas proſcriptionis *Lib. XLVII. p. 328.* idem dixit λευκώματα. ¶. 4. Sic et ALBVM *iudicum* dixit Tranquillus *in Claud. Cap. XVI. in Domitian. Cap. VIII.* Seneca *de Benefic. Lib. III. Cap. 7.* et Plin. *in praefat. hiſtor. nat.* ALBVM *citharoedorum* Tranquill. *in Nerone Cap. XX.* Add. Cicero, qui *Lib. I. de Orat. Cap. 61.* Pontificem maximum res omnes ſingulorum annorum, mandatas litteris extuliſſe in ALBVM, propoſuiſſeque tabulam domi, ait, de quo etiam Liuius *Lib. I. Cap. 32.* qui pontificem maximum omnia, quae ad ſacra caeremoniasque Deorum pertinerent, ex commentariis Regis in ALBVM relata, in publico proponere iuſſum, ſcribit. Idem etiam *Lib. IX. Cap. 46.* Cn. Flauium faſtos in ALBO circa forum propoſuiſſe, refert. Sic et ALBVM *apoſtolorum* dixit Tertullian. *Lib. V. Aduerſ. Marcion. Cap. I.* Vt autem ALBO quis *adſcribi* dicitur: ita contra ea ab ALBO *eximi.* in *l. 3. C. de decurion.*

ALC.

ALCHELVCIA eſt in Florentino et in quibusdam pandectarum editionibus, vbi refertur inter ſpecies, ad vectigal pertinentes. *l. 16. §. 7. D. de public.* Sed ſuſpectum plerisque eſt iſtud vocabulum, quod proinde a Taurellio vncis [ ] incluſum animaduertimus. Scribendum plerique exiſtimant *agallochum*, ἀγάλλοχον, idque interpretantur xylaloen, ſeu lignum aloes, quod ex India et Arabia defertur, quodque odoratum et guſtu adſtringens eſſe, tradit Dioſcor. *Lib. I. Cap. 21.* HEIN.

ALE.

ALEA, luſus teſſerarum. Hinc ALEAM ludere: *l. 26. D. de iniur.* Sueton. *in Auguſto Cap. LXXI.* ALEA luditur: *l. 1. §. 2. D. de aleat.* in ALEA geſtum: *l. 19. §. 4. D. de probat.* in ALEA luſum: *l. 1. pr. l. vlt. §. vlt. D. de aleat.* Si in ALEA rem vendam, vt ludant. *l. 2. §. 1. D. quar. rer. act. non datur.* ¶. 2. ALEA pro fortuna, vel euentu incerto. ALEA emi dicitur, quum ipſum incertum rei venit, veluti ſi iactum retis, vel pantheram ab aucupe, vel miſſilium captum quis emat. *l. 7. iuncta l. 11. D. de hered. vel act. vend. l. 8. §. 1. D. de contrah. emt. l. 12. D. de act. emt.* Sic et in *l. 5. pr. D. de naut. foen.* In ALEAE ſpeciem cadere dicitur, quod ex dubio, incerto, et fortuito euentu pendet. Seneca *de benef. Lib. III. Cap. XI. In liberis tollendis nihil iudicio tollentium licet: tota res voti eſt. Itaque vt aequiore animo adirent* ALEAM, *danda illis aliqua poteſtas fuit.* Et Ambroſ. *Lib. V. Epiſt. 24. Germanae tuae non vis, ſed ſollicitudo, diſceſſit: non fructus, ſed culturae labor: non reditus, ſed incerti euentus, quaedam, vt dicitur vulgo* ALEA.

ALEATOR, qui alea ludendo bonas horas conſumit, et quidem re ipſa. Solum enim animi propoſitum non efficere ALEATOREM, obſeruauit

obſeruauit Tryphoninus. *l. 225. D. de verb. ſignif.* Mentio eorum fit *l. 4. §. 2. l. 19. §. 1. D. de Aedilit. edict. l. 1. C. Theod. de repud.* et maxime in *tit. Digeſt. et Codicis de aleatoribus*, quem eruditiſſima commentatione illuſtrauit Petrus Pantoius de Ayala, recuſa in *Theſauro iur. ciuil. Tomo IV. p. 905. ſequ.* HEIN.

ALERE. ALI radicibus dicitur arbor: *l. 6. §. vlt. de arb. furt. caeſ.* quo ſenſu et ALIMENTVM terrae accipitur in *l. 26. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* Inde participium modo ALTVS, *l. 1. §. 7. D. ſi mul. calumn. cauſſ. in poſſeſſ.* modo ALITVS. *l. vlt. C. de aliment. pupill.* ALITAE perſonae. *l. 1. §. 2. D. de tutel. et rat. diſtrah.* ¶. 2. Singularis eſt loquutio: ALI *lege vel conſuetudine*, quae habetur *l. 2. §. 3. D. de orig. iur.* Sed Muretus, Marcilius, et Corn. van Bynkershoek ibi legendum putant AGI. vid. ſupra agere. HEIN.

ALEXANDRIA, vrbs Aegypti, ab Alexandro M. condita, ſedes olim Aegypti Regum, poſtea Praefectorum Auguſtalium, et Iuridicorum Alexandr. ciuitatis. In iure noſtro vocatur *vrbs* Aegypti clariſſima, fertiliſſima ac ſplendidiſſima: *l. 1. C. de offic. iurid. Alex. l. 13. pr. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 1. C. de priuat. carcerib.* De ea adeundi Strabo et reliqui, qui geographiam ſcripſerunt. HEIN.

ALEXANDRINI principales, et inter eos *primus curiae*, memorantur *in l. 56. C. de decurion.* et quamuis hunc biennio ea dignitate functum comitiua primi ordinis ornent Theodoſius et Valentin. Impp. illos tamen ab onere peregrinationis immunes eſſe, uolunt. Eosdem *ſummates ordinis Alexandrini* dici, et a corporalibus iniuriis liberari, animaduertimus in *l. 57. C. eod. tit.* Ceterum obſeruandum eſt, Aegyptiorum, rerum nouarum ſtudioſiſſimorum, tam ſuſpecta Romanis fuiſſe ingenia, vt iis magiſtratus gerere per leges plane non liceret. Iſidor. Peluſiot. *Lib. I. Epiſt. 489.* Ac proinde ne Alexandrini quidem publicum conſilium, vti aliae ciuitates, habebant, ſed ſolis magiſtratibus Romanis, ius dicentibus, obtemperabant. Sic de Auguſto Dio Caſſ. *Lib. LV. p. 455.* τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσε. *Alexandrinos ſine ſenatoribus rempublicam adminiſtrare iuſſit.* Primus Seuerus collegium decurionum ibi eſſe permiſit, de quo Spartian. *in Seuero Cap. XVII. Deinde Alexandrinis ius buleutarum dedit, qui ſine publico conſilio, ita, vt ſub Regibus antea, viuebant, vno iudice contenti, quem Caeſar dediſſet.* Et Dio *ibid.* τὰ μὲν ἄλλα καὶ νῦν ἰσχυρῶς φυλάσσεται, βουλεύουσι δὲ δὴ καὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐπὶ Σευήρου αὐτοκράτορος ἀρξάμενοι. *Quae eo tempore conſtituta, reliqua quidem hodieque conſtant: decuriones autem Alexandriae ſunt, et eſſe coeperunt ſub Seuero Imperatore.* Et hi ſunt illi principales Alexandrini, et ordinis Alexandrini ſummates, quorum in citatis legibus ſit mentio. HEIN.

ALF.

ALFENVS Varus, Cremonenſis, iuriſconſultus. Ser. Sulpicii auditor, *l. 2. §. 44. D. de orig. iur.* quem Horatius *Lib. I. Serm. ſat. 3.* perſtringit, ad quem locum vetus interpres: Alfinius, ait, Cremonenſis, abiecta ſutrina, quam in municipio ſuo exercuerat, Romam venit, Marcoque Sulpicio iu-

riſconſulto vſus, ſua ſcientia ad tantam dignitatem peruenit, vt conſulatum gereret, et publico funere efferretur. Hunc rerum antiquarum non incurioſum ait Gellius *Lib. VI. Cap. 5.* et eius DIGESTORVM *librum XXXIV.* CONLECTANEORVM item *librum citat.* Ac plane *quadraginta* DIGESTORVM libros ſcripſiſſe eum, ex indice, pandectis Florentinis praefixo, adparet: vnde plurima in pandectas capita translata ſunt, quae Paullus in epitomen contraxit. Hinc illae in *l. 30.* et *l. 31. D. locati* inſcriptiones: ALFENVS *libro III. et V. Digeſtorum a Paullo epitomatorum.* Multa hic vel non ſatis certa adferri, quaedam certiora omitti animaduertimus. *Alfenus* Cremonenſis, quem Horatii Scholiaſtes, clauſa ſutrina, Romae inter iuriſconſultos inclaruiſſe, et ad ipſum conſulatum perueniſſe, refert, a noſtro procul dubio diuerſus fuit, idque tam luculenter probauit Eu. Otto in *Alfeno Varo*, qui in *Tomo V. Theſauri iuris* prodiit, vt cauſſam illam peroraſſe videatur. Eum porro reliquiſſe libros DIGESTORVM quadraginta, certum eſt. At de *conlectaneorum* libris, quorum meminit Gellius, elegans eſt ac ingenioſa coniectura illuſtris Bynkershoekii *Obſeru. VIII, 1.* ea non fuiſſe opus ALFENI, ſed AVFIDII NAMVSAE, quem decem Seruii Sulpicii diſcipulorum adeoque, et ALFENI, ſcripta in CXL libros digeſſiſſe ſcribit Pomponius. *l. 2. §. 44. D. de orig. iur.* Reliqua, quae de eximio hoc ac perelegantis ingenii iuriſconſulto ſcitu digna ſunt, cum ex laudati Ottonis *Alfeno Varo*, tum ex iam adductis Corn. van Bynkershoek Obſeruationum Tomo poſteriore petenda ſunt. HEIN.

ALI.

ALIAS pro aliquando. ALIAS videbitur poſſeſſione dominum interuertiſſe: ALIAS contra. *l. 20. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* ¶. 2. Non numquam pro alio caſu. *Non* ALIAS *tenebitur iſte libertus*, id eſt, non alio caſu *l. 1. §. 2. D. ſi is, qui teſtam. lib. eſſe iuſſ. l. 20. §. 6. D. qui teſt. fac. poſſ.* ¶. 3. ALIAS pro aliter: *Et Iulianus* ALIAS *accipiendum legatum peculii ait, ſi ipſi ſeruo legetur,* ALIAS, *ſi alii. l. 8. §. vlt. D. de pecul. legat.*

ALICVLA vel ALLICVLA, in *l. 23. §. 2. D. de aur. arg. mund.* non toga breuis puerilis, ceu putauit Cuiac. *Obſ. X. 18.* ſed chlamys, quae pueris ſeminudis iniiciebatur, ceu eleganter docuit Octau. Ferrar. *de re veſtiar. Rom. Part. II. Lib. III. Cap. I. p. 92.* Hinc facile patet, cur ἄλλιξ Heſychio ſit χιτὼν χειρόδοτος *tunica manicata*, et cur indecorus viſus ſit hic habitus, ſi eo grandiores vterentur. Gell. *Noct. Attic. VII, 12.* HEIN.

ALIENARE eſt dominium in alium transferre. Itaque ALIENATVM non videtur, quod adhoc in bonis venditoris manet. *l. 67. pr. D. de verb. ſignif.* Sic Seneca *de Benefic. V, 10.* ALIENATIONEM definit *rei ſuae iuriſque ſui in alium tranſlationem.*

ALIENATIO, aiunt Imperatores in *l. 1. C. de fundo dot.* eſt omnis actus, per quem dominium transfertur. ¶. 2. Alienatione tamen prohibita, plenius teſtantis voluntatem legiſque mentem interpretamur, vt non tantum venditiones, ſed et oppignorationes, ſeruitutumque ceſſiones, prohibitae intelligantur. *l. vlt. C. de reb. al. non alien.* Et ita in lege Iulia de fundo dotali, itemque in titulis

Digeſto-

Digeſtorum et Codicis de rebus eorum, qui ſub tut. vel cura ſunt, et de praediis minorum, pleniſſime interpretamur. ¶. 3. ALIENARE etiam videtur, qui patitur vſucapi, nec non, qui non vtendo amiſit ſeruitutem. *l. 28. D. de verb. ſignif. l. 3. D. de fund. dot.* ¶. 4. Plane in edicto, quo cauetur, ne qua alienatio iudicii cauſſa fiat, ALIENARE intelligitur etiam, qui alienam rem vendiderit: ſed heredem inſtituendo, vel legando, ſi quis alienet, aut venditori ſuo redhibeat rem, edictum ceſſat, niſi propter hoc ipſum redhibuerit, alias non redhibiturus. *l. 8. in fine. l. 9. D. de alienat. iud. mut. cauſſ.* Quin etiam ad poſſeſſionis translationem hoc edictum pertinet. *l. 4. §. 2. D. eod. tit.* Sed qui tantum poſſeſſionem omittit, ALIENARE non intelligitur. *l. 4. §. 1. D. eod. tit.* ¶. 5. Quum vero ALIENARI extra familiam teſtator fundum vetuit, alienatio intelligitur, ſi quis, extraneo inſtituto herede, dece[illegible]it. *l. 69. §. 3. D. de legat. II.* vel, ſi extraneo is fundus legetur. *l. 114. §. pen. D. de legat. I.* ¶. 6. ALIENARE vtique, quod ad fraudandos creditores attinet, non intelligitur, qui occaſione adquirendi non vtitur. *l. 6. D. quae in fraud. cred. l. 28. pr. D. de verb. ſignif.* Alienatio enim eſt, cum patrimonium deminuitur, non, quum non adquiritur. Nec tamen pupillus, qui ſine decreto alienare non poteſt, delatam ſibi hereditatem vel legatum ſine Praetoris auctoritate recte repudiat, quia ne ſpem quidem iuris deteriorem facere poteſt. Generaliter autem alienatione interdicta, voluntaria tantum interdicta intelligitur, non etiam ea, quae cauſſam iuris habet neceſſariam. *l. 1. D. de fund. dot. l. 2. §. 1. D. de reb. eor. l. 13. l. 14. D. fam. ercisc. l. 114. §. 14. D. de legat. I. l. 69. §. 1. D. de legat. II.* ¶. 7. Notandae etiam ſunt loquutiones: ALIENARI alicui: *l. 3. §. 3. D. de alien. iud. mut. cauſſ.* ALIENARE alicuius mentem medicamento, aliove quo. *l. 15. D. de iniur.*

ALIENATIONIS nomen generale quid ſignificat. *Nouell. VII, 1.* eoque quatuor potiſſimum modis, vt paullo ante vidimus, accipitur, modo pro perpetua dominii translatione: *l. 1. C. de fund. dot.* modo pro actu, quo non translata proprietate, vtile tantum tranſit dominium: modo pro vſufructu, vel vſu, a proprietate rei ſeiuncto: *l. 2. pr. D. de condit. inſtit.* modo pro rei noſtrae oppignoratione. *l. vlt. C. de reb. al. non alien.* Hinc ALIENATIONIS ſpecies eſt manumiſſio: *d. l. vlt. l. 9. §. 1. D. de auctor. et conſ. tut.* quamuis aliquando coniungantur, immo et ſibi inuicem opponantur ALIENATIO et *manumiſſio*, vt in *l. 1. §. 11. 14. 24. D. ſi quid in fraud. patron.*

ALIENVS, et proprius opponuntur. *l. 21. D. de condit. inſtit.* ALIENAE aedes: *l. 9. pr. D. de donat. l. 11. D. ad leg. Iul. de vi publ.* ALIENVS ager. *l. 11. C. de ſeru.* ALIENAE apes: *l. 49. D. de leg. Aquill.* ALIENA aqua: Paull. *Recept. Sent. V, 6. 9.* ALIENVM auditorium: *l. 5. D. de offic. adſeſſor.* ALIENI boues: *l. 53. D. ad leg. Aquill.* ALIENA cauſſa: *l. 2. §. 1. D. quando adpell.* Potior habebitur propria, quam aliena cauſſa: *l. 97. D. de ſolution.* ALIENVM chirographum: *l. 23. D. de leg. Cornel. de falſ.* ALIENA cognitio: *l. 3. §. 13. D. de hom. libero exh.* ALIENVM debitum: *l. 1. C. de conſtit. pec.* ALIENA defenſio: *l. 18. C. de procurat.* ALIENVM dominium: *l. 4. §. 1. D. de ſtatu hom.* ALIENVS equus: *l. 2. D. de extraord. crim.* ALIENA exiſtimatio: *l. 7. pr. D. de iniur.* ALIENA familia: *l. 6. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* ALIENVS filius, id eſt, non ſuus: *l. 4. C. de hered. inſt.* ALIENVS fundus: *l. 14. D. de donat.* ALIENA hereditas: *l. 1. D. expil. hered.* ALIENO hortatu: *l. 7. §. vlt. D. de fideiuſſ.* ALIENVM inſtrumentum: *l. 4. C. de edendo l. 21. C. de probat.* ALIENVM ius. Hinc ALIENI iuris eſſe: *rubr. D. et Inſt. de his. qui ſunt ſui, vel al. iur.* ALIENI iuris petitor: *l. 8. §. 3. D. de nou. op. nunc.* ALIENI iuris res: Paull. *Rec. Sent. V, 6. 8.* ALIENO iuri ſubiectae perſonae: *l. 1. pr. D. de his, qui ſui vel al. pr. Inſt. eod. tit. l. 22. pr. D. de in ius voc. §. 3. Inſt. de cap. deminut.* in ius ALIENVM peruenire: *l. 14. §. vlt. D. quando dies legat.* ALIENO iure contendere: *l. 8. §. 3. D. de noui oper. nunc.* ALIENA iurisdictio: *l. 3. D. de offic. eius cui mand. eſt iurisd. l. 5. D. de iudic. l. 1. C. qui pro ſua.* ALIENA lis, id eſt, quae procuratorio nomine inſtituitur: *l. 11. pr. D. de doli mal. except.* ALIENVS locus: *l. 44. pr. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* ALIENA materfamilias: *l. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* ALIENA materia: *l. 61. D. de rei vindic.* ALIENAE merces: *l. 14. pr. D. de praeſcript. verb.* ALIENVM negotium agere, vel gerere: *l. 14. D. ſi quis caut. l. 20. C. de negot. geſt.* ALIENO nomine agere: *l. 20. pr. D. de adpellat. l. 39. §. 1. D. de procurat.* adpellare: *l. 1. §. 13. D. quando adpell.* conuenire: *l. 13. C. locati.* nunciare: *l. 1. §. 2. D. de operis nou. nunc.* litigare: *l. 1. §. 12. D. quando adpell. ſit.* poſtulare: *l. 13. §. 13. D. de damn. infect.* ſtipulari: *l. 39. §. 3. D. eod.* ALIENVS numus: *l. 15. §. 1. D. de cond. indeb.* ALIENA obligatio: *l. 1. C. de magiſtr. conuen.* ALIENAE operae: *l. 5. D. de duob. reis.* ALIENVM opus: *l. 8. §. 3. D. de nou. op. nunc.* ALIENVM pactum: *l. 19. C. de iure dot.* ALIENVM pecus: *l. 39. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* ALIENVM periculum: *l. 3. §. 8. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 4. D. ad SC. Trebell.* ALIENVS poſtumus: *§. 28. Inſt. de legat.* ALIENA poteſtas: *l. 4. D. de his, qui ſui vel al. iur. l. 49. §. 1. D. de adquir. vel amitt. poſſ. l. 7. D. ſi quis caution. l. 3. §. 4. D. de lib. exhib. l. 17. D. de damn. inf. l. 91. D. de legat. I. l. 1. C. de adopt.* ALIENVM ſcelus: *l. 1. C. ex delict. def.* ALIENA ſeges: *l. 39. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* ALIENVS ſeruus: *l. 30. D. de ſtip. ſeru. l. 4. C. vi bon. rapt.* ALIENVM teſtamentum: *l. 18. pr. l. 22. §. 9. D. ad leg. Corn. de falſ.* ALIENVS vſusfructus: *l. 69. D. de furt. l. 25. pr. D. de verb. ſignif. l. 1. §. 1. D. ad SC. Silan. l. 66. §. 6. D. de legat. II. l. 3. §. 8. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 15. §. vlt. D. de condict. indeb.* ¶. 2. ALIENVM, abſolute, et ſine addito, quidquid non eſt proprium. Sic e. g. in ALIENO facere, et in ſuo, opponuntur. *l. 15. §. 2. D. de damn. infect.* quemadmodum de ALIENO cauere, et de ſuo. *l. 30. §. 1. D. eod. tit. l. 1. §. 6. D. de ſtipul. praet.* ¶. 3. ALIENVM, abhorrens ab aliquo. Non ALIENVM eſt: *l. 4. §. 3. D. de grad. et adfin. l. 10. D. de interrogat. l. 47. D. de rei vind.* Non ALIENVM dicere: *l. 5. §. 3. D. de iur. immunit.* ALIENA loqui. *l. 4. §. 1. D. de Aedil. edict.* ALIENVS a vi: *l. 9. §. 28. D. quod met. cauſſ.* ¶. 4. ALIENVS, pro alio vel altero, *l. 3. pr. D. de rei vind.* Cuiac. *Obſeru. V, 35.* Ita hoc vocabulum accipitur etiam *l. 3. §. 7. D. de lib. hom. exhib. l. 5. D. de duob. reis.* Et ALIENAE operae ſunt alterius operae, in *l. 5. D. de duob. reis.* HEIN. ¶. 5. ALIENA res dicitur, quae abitura ſperatur. *l. vlt. §. vlt. C. commun.*

commun. de legat. et fideic. ¶. 6. ALIENIVS, comparatiuus. ALIENIVS tempus. *l. 6. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* HEIN. Ab ALIENVS eſt

ALIENIGENVS, vel ALIENIGENA, in alieno territorio, vel ſub aliena iurisdictione natus *l. 1. C. de emanc. lib.* Hinc ALIENIGENI barbari: *l. 2. C. quae res export. non. deb.* ALIENIGENAE detentatores *l. 14. C. Theod. de marileg.* HEIN.

ALIMENTARII eadem forma, qua legatarii et donatarii dicuntur, quibus alimenta relicta ſunt: *l. 8. §. 9. et §. 23. D. de transact. l. pen. §. 1. D. ad leg. Falcid.* At, id vocabulum, ceu recte obſeruauit Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iurisc. p. 445.* non iuriſconſultis proprium eſt. Nam *ALIMENTARII pueri* et *puellae* memorantur a Iulio Capitolino *in vit. Antonini Pii Cap. VIII.* et in inſcriptionibus paſſim. Vid. Ruben. *Elect. II, 36.* Reineſ. *ad Inſcript. VI, 24.* Eos easque Roma primum vidit ſub Nerua Imp. Gruter. *Inſcr. p. CCCCXL, 6.* poſtea id inſtitutum prouexit Traianus. Plin. *Epiſt. VII, 10.* Grut. *p. 1028, 5.* et *1084, 7.* eoque pertinet numus elegantiſſimus apud Vaillant. *Num. Imp. p. 47.* Alimentariis illis incrementa liberalitatis adiecit Hadrianus, Spartian. Hadr. Cap. quem locum ex *l. 14. §. 1. D. de alim. et cibar. leg.* de annis plenae pubertatis interpretatur Em. Merill. *Obſ. III, 29.* De Antonino etiam Pio et M. Aurelio Antonino res nota eſt ex Iulii Capitolini teſtimoniis, ex quibus etiam intelligimus, hunc nouas inſtituiſſe *puellas Fauſtinianas*, quas ne numi quidem praetermittunt. Cura horum alimentorum erat penes *Quaeſtores pecuniae alimentariae, vel arcae publicae alimentorum*, vt diſcimus ex Grutero *Inſcr. p. 69, 6. p. 386, 4. p. 397, 2.* Reineſ. *Inſcr. VI, 24.* Quin in iisdem lapidibus memorantur *curatores alimentorum, p. 435, 8.* et *procuratores alimentorum. p. 402, 4.* HEIN. ¶. 2. Sic et LEGEM ALIMENTARIAM pro frumentaria, vel de frumento plebi diuidundo, dixit Coelius *ad Cicer. Lib. VIII. Epiſt. 6.* Et ALIMENTARIA cauſſa eſt in *l. 8. §. 21. D. de transact.* ALIMENTARIA ratio, in *l. 4. §. 3. D. ad leg. Iul. peculat.* HEIN.

ALIMENTORVM adpellatione cibaria, et veſtiarium, et habitatio, continentur, quia ſine his ali corpus non poteſt: cetera, quae ad diſciplinam pertinent, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur, non continentur. *l. 6. l. 7. l. 17. l. vlt. D. de aliment. leg. l. 8. §. 12. D. de transact.* Anguſtior vero eſt *diariorum* vel *cibariorum* adpellatio. His enim legatis neque habitatio, neque veſtiarium, neque calceatrium, debetur, quoniam de cibo tantum teſtator ſenſerit. *l. 21. D. de aliment. legat.* Nec enim diaria aliud, quam diurna cibaria, ſonant.

¶. 2. At latius accipitur vocabulum, quoties leges de alimentis, ex naturali aequitate a parentibus praeſtandis, loquuntur. Tunc enim et, quae ad diſciplinam pertinent, comprehendit. *l. 4. D. vbi pupill. educ. vel mor. deb. l. 6. §. 5. D. de Carbon. edict.* Immo et miniſteriorum tunc haberi rationem, patet ex *l. 4. §. 1. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* HEIN. ¶. 3. Ceterum notandae loquutiones: ALIMENTA conſtituere: *l. 2. D. de fer. l. 2. D. de re iudic.* ALIMENTA decernere et ſtatuere: *l. 2. l. 3. D. vbi pupill. educ. vel morar.* ALIMENTA praeſtare. *rubr. C. de alim. pupill. praeſtand.*

ALIMONIVM, id eſt, alimentum. Hinc ALIMONIA denegare. *l. 4. D. de adgnoſc. et alend. lib.* ALIMONIA praeſtare. *l. 73. §. vlt. D. de iur. dot.* Ita recte iuriſconſulti: ALIMONIVM, non *alimonia*, in declinatione ſecunda, vti quidam in *d. l. 4. D. de adgnoſc. et al. lib.* reſcribi iubent. Varro *de re ruſt. I. 16.* Gloſſae veteres: τροφεῖον, *alimonium*, τροφὴ, *alimonium.* Ad ALIMONIA, πρὸς τὰ ἐφόδια. Vid. Caroli Labbaei *Obſeru. et Emend. in Synopſ. Baſilic. p. 95.* Attamen et ALIMONIAE *quaeſtus* dixit Plaut. *Perſ. I, 2. 1.* eademque forma eo vocabulo vſi ſunt Macrobius, Apuleius, Prudentius, aliique cadentis Latinitatis auctores. HEIN.

ALIOQVIN, pro ceteroquin, vſus eſt Arrius Menander: ALIOQVIN ſi et relinquat litem, vel tranſigat, retinendus eſt. *l. 4. §. 8. fin. D. de re milit.* Fruſtra ergo hic κρίσιν exercet Tabor, vel quisquis hic notulam hanc addidit: ALIOQVIN pro *quin: d. l. 4. niſi forte* RETINENDVS *ibi ſignificat prohibendum, abſtinendum vel repellendum.* Quaſi vmquam id verbum eam notionem admittat. HEIN.

ALIQVANTI, pro aliquot. Si non omnes, poſſunt tamen ALIQVANTI cognoſci: *l. 31. C. Theod. de epiſc.* Et quia ALIQVANTI amplius quam meruerant, occuparunt: *l. 9. C. Theod. de cenſitor.* Tertull. *adu. Marcion. III, 10.* ALIQVANTIS *enim indignis conueniet vti.* HEIN.

ALIQVATENVS, quodammodo, ex parte. ALIQVATENVS effectus partus: *l. 10. D. de ſtat. hom.* ALIQVATENVS reus culpae. *l. 5. §. vlt. D. de obl. et act.*

ALIQVILIBET, pro quilibet. Omnes ſeu conchylioleguli, ſeu ex aliquolibet corpore, mercatores. *l. 9. C. Theod. de luſtral. conlect.* HEIN.

[ALIQVIS, pro quicumque. *l. 15. §. 29. D. de iniur.* Ita etiam videtur vſurpari vox ALIQVA in *l. 7. §. 16. D. de interd. et relegat. l. 5. §. 8. D. de his, qui effud. vel deiec.*] At in omnibus his locis nihil ego quidem deprehendo, quod nobis perſuadeat, *aliquis* accipi pro quicumque, quum vbique locum habeat vulgaris praenominis notio. Contra ALIQVOD pro *aliquid* poni, in *l. 1. pr. D. de vacat. et excuſ. mun.* iam ab aliis obſeruatum eſt. Et ſic veteres quoque loqui ſolere, oſtenderunt Ob. Giphan. in *Indice Lucretiano* et Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 385. ſequ.* HEIN.

[ALIQVO loci: *l. 1. D. de ſeru. export.* Tunc vt ALIQVO plures patres haberent, placuit, duos ex numero patrum conſtitui. *l. 2. §. 26. D. de orig. iur.*]

[ALIQVOT. Poſt ALIQVOT annos: dixit Pomponius: *l. 2. §. 28. D. de orig. iur.* quum tamen centum anni elapſi eſſent. Similia exempla collegit Rupert. *ad Enchirid. Pompon. Cap. XIV. p. 216.*]

ALITER, pro contra. Si ALITER factum eſſet: *l. 7. D. de ſeru. exportand.* Si ALITER factum erit: *l. 4. §. 1. D. de verb. oblig.* id eſt, *ſi ita factum non erit*, vti exponit *l. 137. §. 7. D. eod. tit.* ALITER atque: *l. 13. D. de pecul. leg. l. 1. §. 3. D. de flumin. l. 10. D. de contrah. emt. l. 3. §. vlt. D. de capite minut.* ALITER exiſtimandum: *l. 61. §. 6. D. de furt.* ALITER obſeruantibus: *l. 8. §. 2. D. de legat. I.*

ALIVBI, pro alibi, vel alicubi. Nam ſi ea eſſet, quae ALIVBI nuptias non facile poſſet inuenire. *l. 64.*

ALL. ALL.

re. *l. 64. §. 1. D. de condit. et demonſtrat.* Quo vocabulo eodem ſignificatu vſum eſſe video Varronem *de re ruſt. I, 44. Vt ex eodem ſemine* ALIVBI *eum decimo redeat*, ALIVBI *cum quinto.* Plin. *Lib. IX. Cap. LIV. Aquatilia genera* ALIVBI, *atque* ALIVBI, *meliora.* Similiter idem Plin. *Lib. X. Cap. 30.* et Seneca *Epiſt. XXXV. extr.* HEIN.

ALIVS, diuerſus. Alia cauſſa eſt, id eſt, diuerſa. *l. 14. D. ſol. matr. l. 1. §. 2. D. quando adpell. l. 29. D. de nouat. l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 34. §. 5. D. de contrah. emt.* ALIA hora, quam quaeet: *l. 2. D. de aqua quotid. et aeſt.* ALIA res facta eſt. *l. 25. §. vlt. D. de except. rei iud.* ALIO iure eſt: *l. 4. C. de in lit. iur.* ¶. 2. ALIVS, id eſt, alter. *Actionum* ALIA ALIAM *conſumit l. 130. D. de reg. iur.* In ALII locum, id eſt, in alterius locum. *l. 156. §. 2. D. de reg. iur.* Vbi in primis notandus genitiuus ALII. pro alios. Sic et VNI pro vnius dixit Vlpianus *l. 1. in fin. D. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* Quin ſaepe hac forma vſos eſſe veteres, iam e veteribus Priſcianus, et e recentioribus Scip. Gentil. *Parerg. I, 7.* et Voſſ. *de Anal. II, 3. IV, 6.* pluribus exemplis probarunt. HEIN. ¶. 3. ALIVS pro alienus. ALIAM, id eſt, alienam cauſſam defendere. *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maieſt.* HEIN.

ALL.

ALLECTI, ALLEGI, ALLECTIO vocabula, quibus veteres praecipue de decurionum aliisque collegiis et corporibus, in quae quis cooptabatur, vſi ſunt. Hinc ALLEGI in collegium: *l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* ALLEGI decuriones: *l. 11. D. de decurion.* ALLEGI in corporibus: *l. 5. §. vlt. D. de iure immunit.* ALLEGI in curiam: *l. 6. D. de mun. et honor.* ALLEGI in ordinem: *l. 3. §. 2. l. 11. l. 13. pr. D. de decur.* ¶. 2. ALLECTI etiam dicebantur logographi, qui ſuſcipiebant tributa fiſcalia. *l. 12. et l. 13. C. Theod. de ſuſcept. praep. et arc.* Vetus gloſſa: EX ALLECTIS, ἐκ τῶν λογογράφων. Cuiac. *Obſeru. XI, 27.* HEIN. ¶. 3. ADLECTIONIS *honor* in *l. 10. C. Theod. de praet. et quaeſt.* eſt beneficium principis, quando cui, nondum functo praetura, conſulares codicilli dabantur, vt non cogeretur praeturam ſuſcipere. Symmach. *Lib. VII. Epiſt. 95. Dynamium* [illegible]*gnum eſſe praedico, qui noſtro ordini copuletu*[illegible] *ſed adiicienda ei eſt praerogatiua militiae, vt beneficio* ADLECTIONIS *vtatur.* Hinc alibi idem Symmach. *Lib. X. Epiſt. 18. alias 25.* vocat cooptationem in ſenatum *cum praerogatiua conſulari.* Meminit huius ADLECTIONIS etiam Iul. Capitolin. *in Pertinace Cap. VI. Quum enim Commodus* ADLECTIONIBVS *innumeris praetorios admiſcuiſſet, SCum Pertinax fecit, iuſſitque eos, qui praeturas non geſſiſſent, ſed* ADLECTIONE *accepiſſent, poſt eos eſſe, qui vere Praetores fuiſſent.* De hoc ADLECTIONIS honore, plura dixit Iac. Gothofredus in *Comm. in Cod. Theod. Tomo II. p. 44.* HEIN.

ALLEGARE, adducere. ALLEGARE aes alienum: *l. 5. §. 14. D. de reb. cor.* cauſſas, *l. 4. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* vel, quae pro cauſſa ſunt: *l. 18. pr. D. de minor.* e. g. cauſſam abſentiae, *l. 71. D. de procur.* excuſationis, *l. 31. pr. D. de excuſat.* ignorantiae, *l. 42. D. de reg. iur.* immunitatis. *l. 1. §. 1. D. quando adpell.* ALLEGARE errorem: *l. 38. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult.* exceptionem: *l. 21. D. de vſur.* excuſationes: *l. 25. D. mand. l. 1. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ALLEGARE mandatum. *l. 25. §. vlt. D. de minorib.* ALLEGARE priuilegia ſua: *l. 5. D. de iudic.* ALLEGARE valetudinem, aut neceſſariam peregrinationem. *l. 9. D. de procurat.* ¶. 2. ALLEGATVR vero aliquid iudici, *l. 31. §. 2. D. de negot. geſt.* itemque praeſidi. *l. 1. C. vt ventr. nom.* ALLEGANT aduocati: *l. 1. C. de err. aduocat.* ipſi litigatores: *l. 71. D. de fideiuſſor.* et quidem tum voce, tum libello: *l. 13. pr. D. de reb. cor.* Vnde frequens illa in reſcriptis formula: QVVM ALLEGES, et SI, VT ALLEGAS, quorum exempla e *Libro III. Form. Cap. 23. p. 272.* petenda ſunt. ¶. 3. Singularis eſt loquutio: ALLEGARE ex ſeruitute in ingenuitatem, pro ad ingenuitatem proclamare: *l. 27. §. 7. D. de lib. cauſſ.*

ALT.

ALLEGATIO, pro cauſſa allegata. *tot. tit. C. ſi tut. vel curat. falſ. allegat.* ALLEGATIO aetatis: *l. 5. C. de liber. cauſſ.* circumuentionis: *l. 17. D. de min.* lenocinii: *l. 2. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* rationum. *l. 28. §. 3. D. de lib. et poſtum.* Hinc falſae ALLEGATIONES, *rubr. C. ſi tut. vel curat. falſ. alleg.* ALLEGATIONES dicentium: *l. 1. §. 26. D. de quaeſt.* ALLEGATIONES partium: *l. 3. C. de inut. ſtipul. l. vlt. C. ſi adu. fiſc. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. X. §. 5.* ALLEGATIO omiſſa. *l. 36. D. de minor.*

ALLIGARE machinam. *l. 1. §. 8. D. de mort. infer.* ¶. 2. Metaphorice ſe alligat, qui ſeſe obligat. ALLIGARE ſe hereditati. *l. 78. D. de adqu. vel omitt. hered.*

ΑΛΛΗΛΕΓΓΥΟΙ, rei, qui ſimul mutuo fideiuſſerunt, ac proinde inter ſe gaudent beneficio diuiſionis, tamquam ἀλληλεγγύως ὑπεύθυνοι. *Nou. XCIX. Cap. I.* Iniquiſſimum contra fuit ἀλληλέγγυον iſtud, a Baſilio porphyrogenneta inuectum, de quo Zonar. *Tomo III. Annal. p. 179.* Εἶτα εἰς τὴν Κωνσταντίνε ἐπανελθὼν, ἐδογμάτισε τὰς τῶν ἀπολωλότων ταπεινῶν συντελείας εἰσπράττεσθαι ἐκ τῶν δυνατῶν· τῦτο δ᾽ ἐκλήθη ΑΛΛΗΛΕΓΓΥΟΝ. *Poſthaec reuerſus Conſtantinopolin, decreuit, tributum pauperum, qui periiſſent, a locupletibus exigere. Quod* ALLELENGYON *vocabatur.* HEIN.

ΑΛΛΗΛΟΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑ, pactum de mutua ſucceſſione maxime coniugum. Quale pactum inter paganos inutile eſſe, tum ex *l. 19. C. de pact.* conſtat, tum e Conſtantino Harmenop. *Lib. I. tit. 9. n. 29. ſequ. et tit. 16. n. 6.* Vid. Cuiac. *Obſ. XVI, 39.* et *ad Lib. VI. Reſp. Papin. p. 70.* HEIN.

ALLVVIO eſt incrementum latens, quum quid paullatim, et vt Conſtantin. Harmenopul. *Lib. II. tit. I.* loquitur, κατὰ βραχὺ καὶ ἀνεπαισθήτως a flumine fundo alieno adiicitur, vt intelligi non poſſit, quantum quoque momento temporis adiiciatur. *§. 20. Inſt. de rer. diuiſ. l. 7. §. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 24. §. 2. D. de legat. I.* Itaque ab inundatione, qua vno impetu ager occupatur, ALLVVIO diuerſam cauſſam habet. *l. 23. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt.* Eam ita deſcribit Lucanus *Lib. VI. v. 277.*

Illos terra fugit dominos; his rura colonis
Accedunt, donante Pado.

Porro ALLVVIONEM et *circumluuionem* Cic. *de orat. I, 38.* ſeparat. De quo verbo nihil me aliud quidquam legere, memini, quam apud Feſtum Pomponium *Lib. III.* qui circumluuionem ius eſſe praediorum ſcribit. ¶. 2. Ceterum ad ALLVVIONEM pertinent phraſes: ALLVVIONE accedere: *l. 15.*

ALT.

pr. D. de cond. indeb. ALLVVIONE adcreſcere: *l. 13. §. 14. D. de act. emt.* ALLVVIONE auctus ager: *l. 16. D. de legat. III.* ALLVVIONE maior factus fundus: *l. 16. pr. D. de pignor.* ALLVVIONIS ius: *l. 12. pr. D. de adquir. rer. dom.* ALLVVIONVM acceſſio. Paull. *Recept. Sent. III, 6, 22.*

ALT.

ALTER proxime ſequens, ſecundus. ALTERA die, id eſt, poſtridie: *l. 7. §. 1. D. ſolut. matrim.* ALTERA vel tertia die: *l. 1. §. 6. D. quand. adpell. ſit.* ALTERVM diem, id eſt, biduum, *d. l. 1. §. 12. D. eod. tit.* vel ſecundum diem. *l. 2. D. eod. tit.* ¶. 2. ALTERVM pro *alterutrum.* ALTERVM *eligat*, id eſt alterutrum, vel alterum e duobus. *l. 34. §. 6. D. de iureiur.* ¶. 3. Addit hic Tabor: ALTER *dicitur etiam tertius, ſiue vnus ex tribus, et idem fere, quod alius: in l. 12. pr. D. de bon. poſſeſſ.* ☞ *contra tab.* At in hac *l. 12. pr.* ALTER non eſt tertius, ſed vnus ex duobus. Interim verum omnino eſt, ALTERVM aliquando eſſe tertium, idque iam Donatus *ad Terent. Andr. Act. I. ſcen. I. v. 50.* notauit. Sic apud Virgilium: ALTER *ab vndecimo annus,* non eſt duodecimus, ſed decimus tertius: et *vnus et* ALTER non ſunt duo, ſed plures. Perizon. *Animaduerſ. Hiſt. Cap. VII. p. 283.* At quoties huic ſignificationi locus eſt, toties ALTER coniungitur cum alio numero. Quod autem, abſolute poſitum, idem ſit ac *vtrumque*, ceu ſibi perſuaſit vir eximius, Iac. Gothofredus *Animadu. iur. ciu. Cap. XVI. p. 79.* nec adducta ab eo exempla probant, nec aliunde ea notio tam liquido poteſt demonſtrari, vt credere liceat, in *l. 40. C. de hered. inſtit.* ALTERVM *ſemiſſem* eſſe vtrumque. Et quis, quaeſo, cui ſanum cerebrum eſt, ita ſcriberet: *duos fieri ſemiſſes, et vtrosque aequis partibus inter heredem primum et ſubſtitutum diuidi?* Quaſi vero non et breuius et accuratius ſcribi potuiſſet: *aſſem inter vtrumque aequis partibus diuidi*, vel *ſubſtitutum aeque ac heredem, ſemiſſem hereditatis capere.* HEIN. ¶. 3. ALTERVM pro ☞ alio; in *l. 12. fin. D. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* Haec notio deprehenditur etiam in *l. 12. pr. D. de captiu. et poſtl.* vbi Salmaſ. *Iur. Attic. et Rom. Cap. XXVI. p. 576.* male reſcripſit: *ad exteros*, pro AD ALTEROS. Sane et veteres *alter* accipiunt pro *alius*, veluti Plautus *in Trucul. I, 2. v. 59. Mil. glorioſ. II, 3. v. 17.* Horat. *Lib. II. Epiſt. vlt.* Iuuenal. *Sat. III.* quin et Tibullus, Propertius, aliique melioris aeui ſcriptores. Vid. Corn. van Bynkersh. *Obſ. IV, 14. p. 397.* HEIN.

ALTERVM tantum ſignificat aliud tantumdem. *l. 9. pr. D. de vſur. l. 9. §. 5. D. de public. l. 3. §. vlt. l. 42. fin. l. 46. D. de iure fiſc. l. 13. D. de lib. et poſtum. l. 27. D. de adult. l. 15. §. pen. D. ad municipal.* Vtuntur his vocibus et Plaut. *Epidic. Act. III. ſcen. 4. v. 81.* et *Bacchid. Act. V. ſcen. 2. v. 65.* Cic. *in Topic. Cap. XXIII.* Hirt. *de bello Hiſpan. Cap. XXX.* Idem eſt *tantum* ALTERVM: *l. 15. §. 2. D. ad municipal.* et tantum ALIVD, in *l. 7. C. de iure fiſci.*

ALTERCATVR, paſſiue. *§. vlt. Inſt. de* ☞ *except.* Scilicet a vetere ALTERCO. Terent. *Andr. Act. IV. ſcen. I. Scio, cum patre* ALTERCASTI *dudum.* HEIN.

ALTERNATIO pro disiunctione, in *l. 7. §. 4. D. de iniur. l. 9. pr. D. de ſeru. corrupt.* Hinc rerum et locorum ALTERNATIO: *l. 2. §. 3. D. de eo,*

ALT.

quod cert. loc. ALTERNATA conditione. *l. 8. §. 4. D. de condit. inſtitut.*

ALTERNVS, A, VM. ALTERNIS annis vſusfructus adiudicatur: *l. 16. §. 2. D. famil. erciſc.* ALTERNIS annis fundum certo preto conductum habere: *l. 35. §. vlt. D. locat.* ALTERNIS annis vti frui. *l. 34. D. de vſufr.* ALTERNIS menſibus: *l. 44. D. de manumiſſ. teſtam.* ALTERNIS diebus aqua debetur: *l. 1. §. 22. D. de aqu. quotid.* ALTERNIS diebus vſufructus legatur: *l. 1. pr. D quand dies vſusfr. leg. ced.*

ALTERVTER, pro altero dictum videtur in *l. 53. D. mand.* ¶. 2. De ALTERVTRO ☜ edictum memoratur in *l. vn. §. 3. C. de rei vxor. act.* et in *l. vlt. C. Theodoſ. de teſtament.* Eo cautum fuerat, vt vxor, cui quid ſupremo mariti iudicio relictum eſſet, vel dotem eligeret, vel pro ea legatum caperet: vtriusque vero capax non eſſet. Qua in re quum deterior eſſet vxorum, quam aliorum creditorum, conditio: edictum iſtud ſuſtulit Iuſtinianus *d. l. vn. §. 3.* et vxorem hoc caſu ad vtrumque admiſit. Vid. Cuiac. *Obſeru. III, 16.* HEIN.

ALTVS, A, VM, excelſus. ALTO ſe praecipitare. *l. 7. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* ¶. 2. ALTVS, in dignitate conſtitutus. ALTIOR et inferior dignitas: *l. 49. D. de ritu nupt.* ALTIORES et humiliores: *l. 3. §. 5. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* ¶. 3. ALTVS, profundus. Tam ALTE fodere. *l. 24. §. vlt. D. de damn. inf.* Vnde ALTVS ☜ *puteus*, pro profundo et imo, apud Plaut. *Menaechm. IV, 4. v. 14.* HEIN. ¶. 4. Hinc loquutiones: ALTIVS aedificare: *l. 4. D. de ſeru. vrb. praed. l. 9. C. de ſeruit.* ALTIVS tollere aedificium. *l. 8. C. de ſeruit. l. 19. D. de vſufr.* ¶. 5. ALTIVS TOLLENDI ſeruitus quomodo accipienda ſit, ſumma interpretum diſſenſione certatur. Nam vnicuique naturalis libertatis iure altius aedes ſuas tollere licet: igitur ſeruitus talis conſtare non videtur, niſi poſtquam quis antea vicino ceſſerat altius non tollendi ius, a vicino impetret, vt ſibi altius tollere liceat, vel praeſcriptam altitudinis formam excedere velit, quod niſi vicino concedente facere non poteſt. Quibus in caſibus talis ſeruitus conſiſtet. *l. 1. l. 21. D. de ſeru. vrban. praed. l. 2. D. de ſeru. ruſt. praed.* Hinc formula agendi: ius mihi eſſe aedes meas vſque ad decem, aut vſque ad viginti pedes ALTIVS tollere. *l. 26. D. de except. rei iud.* vel ius ſibi eſſe, aedes ſuas altius tollendi: *§. 2. Inſt. de action.* ¶. 6. Huic contraria eſt ſeruitus ALTIVS NON TOLLENDI, vel ne ALTIVS tulleretur domus: *l. 21. D. de ſeru. vrb. praed.* vel ſeruitus, ne ALTIVS aedificare liceat: *l. 4. §. vlt. D. de vſucap.* ne ALTIVS quis tollat aedes ſuas: *§. 2. Inſt. de ſeruit.* Vnde formula agendi: Ius non eſſe altius tollendi. *§. 2. Inſt. de act.*

ALV.

ALVEVS apum: *l. 10. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* ALVEVS, quo apes concluduntur. *l. 5. §. 5. D. de adqu. rer. dom.* ¶. 2. ALVEVS fluminis. *l. 7. §. 5. D. de adquir. rer. dom.* ALVEVS vetus, primus, nouus. *l. 1. §. 7. D. de flum.* ALVEO mutato. *l. 3. §. 2. D. de aqua quotid.*

ALVMNVS pro eo, qui alitur. *l. 1. §. 10. D de SC. Silan. l. 62. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 26. §. 1. D. quando dies legat. l. 27. §. vlt. l. 41. §. 12. D. de legat.*

de legat. III. l. 34. §. vlt. D. de vſu et vſufr. l. 14. pr. D. de man. vind. l. 21. §. 4. D. de ann. legat. l. 38. D. D. de fideic. libert. l. 1. C. de pact. conu. ¶. 2. ALVMNOS in *l. 8. D. de pign.* et *l. 1. C. quae res pign. obl.* plerique interpretantur filios ex concubina ſuſceptos. Sic etiam accipiunt ALVMNAE verbum, in *l. 16. §. 1. D. de his, quae vt indign. l. 30. pr. D. de adim. vel transf. leg.*

ALY.

ALYTARCHES, vt in Etymologico exponitur, dicebatur *ὁ τῆς ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων. Ἠλεῖοι γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους, ἢ μαστιγοφόρους παρὰ τοῖς ἄλλοις καλουμένους ἀλύτας καλοῦσι, καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα ἀλυτάρχην* *qui ordines et ornatus in certamine Olympico curam gerebat, magiſtratus. Elienſes enim eos, quos alii rhabdophoros vel maſtigophoros vocare ſolebant, dicebant ἀλύτας, eorumque primum alytarchen.* Quod ego ex Luciano comprobare poſſum, qui *in dialogo περὶ αἱρέσεων Tomo I. p. 536.* ita ſcribit: *ἁπάντων δὲ ἤδη ἐχόντων ὁ Ἀλυτάρχης οἶμαι, ἢ τῶν ἑλλανοδικῶν αὐτῶν εἷς περιιὼν ἐπισκοπεῖ τοὺς κλήρους ἐν κύκλῳ ἑστώτων. Sed quum iam ſortes habent omnes, Alytarches, opinor, aut iudicum vnus, circumeundo ſortes in orbem ſtantium inſpiciunt.* Hinc ALYTARCHIA, ad editionem ludorum in Syria prima pertinens munus, quod ad curam Comitis orientis pertinere vult *l. 1. C. de offic. com. orient.* Sic et ASIARCHAE ludorum editionem incubuiſſe, indicio eſt, quod qui ab Euſebio *ἀσιάρχης Lib. IV. Hiſt. eccl. Cap. 15.* vocatur, is a Rufino vertitur *Munerarius.* Ac plane Aſiarchas munera dediſſe populo, adparet ex *Actis Apoſtol. Cap. XIX, 31.* ALYTARCHARVM autem fit mentio in *l. vlt. C. Theodoſ. de expenſ. lud. l. 12. C. Theod. de iure fiſc. l. 2. C. de cupreſſ.* [De iis fuſius egerunt Iac. Gothofred. *in Comment. ad d. l. vlt. C. Theod. de expenſ. lud.* et Thom. Reineſ. *Inſcript. Claſſ. V, 6.*]

AMA.

AMA, cuius mentio fit in *l. 12. §. 18. et 21. D. de inſtruct. et inſtrum. leg.* in aliis editionibus eſt HAMA, de ea ergo infra ſub HAMA.

☞ AMANDARE, pro relegare, vel deportare, in *l. 3. C. de apoſtat.* HEIN.

☞ AMANVENSIS ſeruus, qui notis vel litteris orationem excipit. Suet. *in Neron. Cap. XLIV.* et *in Tito Cap. III.* De his Paullus *Recept. Sent. III, 6, 70. Seruis* AMANVENSIBVS *legatis, omnes qui ex conuerſatione vrbana, et in miniſterio fuerunt, debebuntur, niſi ex his aliqui perpetuo ad opus ruſticum transferantur.* Ex quibus verbis paene colligas, Paullum alio ſenſu accepiſſe amanuenſes, pro omnibus, qui domino in vrbe ad manum eſſent, eamque vocabuli notionem tunc paene vulgarem fuiſſe. HEIN.

AMARE, aduerbium, ab AMARVS. Non AMARE hoc ius tractandum. *l. 28. D. de donat. int.* ☞ *vir. et vx.* Ita et Caius: Id, quod adfirmauit venditor, non AMARE ab eo exigendum. *l. 18. pr. D. de Aedilit. edict.* HEIN.

☞ AMARVM. Ne quid AMARVM in creditoribus conſequatur, benignius cauſſam interpretamur. *l. 2. C. de praetor. pign.* HEIN.

AMATOR, qui Venereos amplexus amat, et adulteriis ſtuprisque gaudet. *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corr.* Quo ſenſu Plaut. non modo hoc vocabulo vſus eſt in *Aſin extr. Surge,* AMATOR, *i domum* ſed et deminutiuum AMATORCVLVS finxit *in Poenulo Act. I. ſcen. II. v. 17.* Donatus *in Terent. Andr. Act. I. ſcen. I. v. 49.* differentiam AMATORIS et AMANTIS ita expreſſit: AMATOR *fingere poteſt:* AMANS *vere amat.* HEIN. ☞

AMATORIVM poculum, in *l. 38. §. 5. D. de poen. l. 3. §. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* apud Paull. *Recept. Sent. V. 23, 14.* et Egeſipp. *Lib. II. Cap. 43.* Tranquillus AMATORIVM *medicamentum* adpellat *in Calig. Cap. I.* AMATORIVM, nullo alio adiuncto, Quinctilian. *Inſt. VII, 3. et 8.* et *Declam. CCCLXXXV.* et Plin. *Lib. XXV. Cap. vlt.* et *Lib. XXVII. Cap. VIII.* Plutarchus *in ſalubr. praeceptis φίλτρα καὶ γοητείας* vocat, vt et Conſtant. Harmenop. *Lib. vlt. Cap. X. §. 8.* vbi ita explicat: *φίλτρα δέ εἰσι τὰ φιλίας καὶ ἀγάπης ποιητικά, δι᾽ ὧν, ὥς φλυαροῦσι τινές, δύναταί τις ἕλκειν τινὰ πρὸς τὸ ἀγαπᾷν αὐτόν. Sunt autem amatoria pocula, quae amorem ac dilectionem conciliant, per quae, vt nonnulli unguntur, poteſt quis quempiam in ſui amorem pertrahere.* Suidas in *verbo μαγεία Tomo II. p. 477. φαρμακεία* ait, *ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον, ἢ ἄλλως δοθῇ τισι διὰ στόματος. φαρμακεία. dicitur veneficium, quo letalia pharmata vel philtra miſcentur, et alicui edenda vel bibenda praebentur.* Conf. idem *in γοητεία* et *φαρμακεία.* Horatius in *Epodis V. v. 33. et XVII. v. 18.* modo *amoris poculum,* modo *deſiderii* vocat. Cui contraria *odii potio* fingitur a Quinctiliano *Declamat. XIIII.*

AMB.

AMBAGES ambiguitatibus opponuntur: *l. vlt. §. 1. C. de furt.* Cauſſa non multis AMBAGIBVS innodata: *l. 14. §. 1. C. de compenſat.* Multas ☞ AMBAGES ſcrupuloſosque circuitus. *l. 4. §. 6. C. de recept. arbitr.* HEIN.

AMBIGERE, contendere, diſceptare: vt AMBIGERE de finibus, apud Terent. *in Heaut. Act. III., ſcen. I.* AMBIGERE de proprietate domus: *l. 19. C. de rei vindicat.* AMBIGI poteſt, id eſt, quaeri, diſputari, dubitari: *l. 1. §. 12. D. quand. adpell.* AMBIGI non poteſt: *l. 34. pr. D. de donat.* Nemo AMBIGET: *l. 1. §. 13. D. de aqua quotid.* Non AMBIGITVR. *l. 29. D. de condict. indeb. l. 1. C. eod. tit.*

AMBIGVVM, anceps, dubium, aequiuocum. AMBIGVA intentio: *l. 66. D. de iudic. l. 172. D. de reg. iur.* AMBIGVA oratio: *d. l. 66.* AMBIGVA pactio: *l. 39. D. de pact.* AMBIGVVM pactum: *l. 172. D. de reg. iur.* Non eſt iuris AMBIGVI: *l. 10. C. qui dare tut. l. vlt. C. de crim. expil. hered. l. vlt. C. de fideiuſſ. tut.* In AMBIGVO: *l. 16. D. ad SC. Trebell.* In AMBIGVO ſermone: *l. 3. D. de reb. dub.* In AMBIGVIS. *l. 85. D. de reg. iur.* ¶. 2. Sic et AMBIGVE loqui. *l. 125. D. de verb. ſignif.* ¶. 3. Ceterum de AMBIGVIS iuriſconſulti ſequebantur doctrinam ſtoicorum. ☞ Quemadmodum enim Diodorus apud Gell. *Noct. Att. XI, 12. Nec aliud,* inquit, *dici videri debet, quam quod ſe dicere ſenſerit is, qui dicit:* Ita Proculus ICtus, *l. 125. D. de verb. ſignif. Qui,* inquit, AMBIGVE *loquitur, id loquitur, quod ex his, quae ſignificantur, ſenſit.* Similia

Digitized by Google

milia occurrunt in *l. 7. D. de ſupelleƈt. leg.* et *l. 3. D. de reb. dub.* Conſ. Merill. *Obſeru. I, 19.* HEIN.

AMBITIO, gratiam aucupandi ſtudium. Sic Vlpianus: Sortiri eos oportebit, ne aliquam AMBITIONIS, vel gratiae ſuſpicionem Praetor ſubeat. *l. 24. §. 27. D. de fideic. libert.* ¶. 2. AMBITIO pro prenſatione et adſiduitate. AMBITIONE diuerſae partis: *l. 3. C. de exſequut. rei iud.* Fratris tui AMBITIONE potius, quam iuris ratione ſe excuſauit. *l. 3. C. ſi tut. vel cur. falſ. allegat.* ¶. 3. AMBITIONEM pro fraude poni, in *l. 1. §. 4. D. de poſtul.* et *l. 9. C. de iure fiſci*, exiſtimat Guil. Forner, *Select. I, 17.* Sed ego quidem neutro loco illam vocabuli ſignificationem deprehendo. In priore enim AMBITIO eſt prenſatio, qua potentior omnium ſibi aduocatorum gratiam conciliat, vt aduerſario negent patrocinium. In poſteriore prenſatio, qua quis officium publicum conſequitur, id eſt, ambitus. De eo vocabulo AMBITIO, quod Graeci vertunt πρὸς χάριν, *in gratiam*, vid. Car. Labbaeus *Obſ. et Emend. in Synopſ. Baſil. pag. 171.* HEIN.

AMBITIOSE, id eſt, gratioſe, fauorabiliter. *l. 65. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 12. C. de transaction.*

AMBITIOSVS. AMBITIOSA decreta, per ambitionem vel gratiam expreſſa. *l. vlt. C. de decret. decur. l. 3. pr. D. de minor. l. 4. pr. D. de decret. ab ord. fac.* ¶. 2. AMBITIOSA diligentia, id eſt, adfectata. *l. 33. pr. D. de vſur.* AMBITIOSAE ſententiae, apud Sueton. *in Domit. Cap. III.* Sunt hae notiones tum aduerbii, tum adiectiui elegantiſſimae. Martial. *Praef. Libri I. Epigr.* AMBITIOSE *triſtis*, id eſt cum adfectatione. Iuſtin. *Hiſtor. Lib. XXX. Cap. 3.* AMBITIOSAE *pulcritudinis ſcortum*, id eſt, gratioſum ob pulcritudinem. HEIN.

AMBITVS, vt Varro *Lib. IV. de lingn. Lat. p. 9.* ſcribit, *iter eſt, quod circumeundo teritur. Nam* AMBITVS *circuitus eſt. Atque ita adpellatum in XII tabulis ſpacium illud, quod inter vicinas aedes intercedere* neceſſe erat, alibi docuimus. ¶. 2. Ab hoc AMBITVM honorum dicimus, quod candidati circumire populum, et prenſare ſolerent. Cuius reprimendi cauſſa lata lex Iulia eſt, de qua in *tit. ad leg. Iul. de ambitu.* Vetus Gloſſarium: AMBITVS, ἐπιθυμία τιμῆς, δωροδοκία, περιδρομή, φθορὰ κρίσεως. Aliud Gloſſarium ad eadem verba addit haec: κινεῖται δὲ κατὰ τῶν χρημάτων ὠνησαμένων ἀρχὴν ἢ τιμήν. ἐπάγει δὲ τῷ κόλακι ποινὴν νομισμάτων ρ. καὶ ἀτιμίαν, ὡς βιβλ. ξ. τίτλ. μς. καὶ βιβλ. τῶν διγ. μη. τίτλ. ιδ. *Accuſatio haec inſtituitur aduerſus eos, qui magiſtratum vel dignitatem redemerunt pecunia. Irrogatur vero ambitus reo poena C. ſolidorum, et infamiae, vti dicitur Libro L. tit. XLVI. et Libro Digeſt. XLVIII. tit. XIV.* Et mox: ἀγωγή, ἡ κατὰ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις καὶ τὸ δίκαιον. *Eſt accuſatio aduerſus eos, qui iudicia et ius corruperunt.* Quod poſtremum quomodo in AMBITVM, ac non potius in repetundarum crimen incidat, ego quidem vix intelligo. HEIN.

AMBO, vterque coniunctim. Si AMBO deceſſerint. *l. 32. §. 14. D. de donat. int. vir. et vx.*

AMBVLARE aliud eſt, quam ire. Nam qui ſpacia facit, et in ſua veſtigia reflectit, AMBV-

LAT. IT vero, qui porro et vlterius pergit. Quapropter in itineris definitione haec verba ſeparantur. *l. 1. D. de ſeru. ruſt. praed.* Ita quis AMBVLARE dicitur cum telo: *l. 7. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* AMBVLARE ſecundum Tiberim: *l. 23. D. de praeſcr. verb.* aliter AMBVLARE in *l. 63. §. 3. D. de adqu. rer. dom.* ¶. 2. AMBVLARE etiam μεταφορικῶς de his, quae in iure conſiſtunt, vſurpatur, et AMBVLARE dicitur, quidquid per multos tranſit. Dicitur enim AMBVLARE actio: *l. 7. §. 1. D. de cap. minut.* bonorum poſſeſſio: *l. 2. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* emtio per plures perſonas: *l. 15. D. de minorib.* obligatio cum capite: *l. 7. D. de cap. minut.* HEIN. poſſeſſio per multos: *l. 25. §. 8. D. de her. petit.* ſtipulatio: *l. 25. §. 2. D. de vſufr.* Nec abſimili loquendi genere Plin. *Lib. X. Hiſt. nat. Cap. 30.* de quodam legis Fanniae capite agens: *Quod caput*, ait, *translatum per alias* AMBVLAT *leges.* ¶. 3. Notatu etiam dignae ſunt loquutiones: AMBVLARE *aequis paſſibus*, id eſt eiusdem iuris eſſe: *l. 20. v. ſimplices. C. de donat. ant. nupt.* AMBVLAT *hereditas per legitimum tramitem*: id eſt, ad heredes legitimos deuoluitur. *l. 7. §. 9. C. de curat. furioſ.* HEIN.

AMBVLARIS, E. vt AMBVLARIS *curſus*, quem plane tollit Leo Imp. *l. 22. C. de curſ. publ.* nihil aliud videtur, quam onus equorum poſſeſſoribus incumbens, vt ſuo quisque ordine transuehendos homines curaret. Sed Cuiacio ad *d. l. 22.* magis placet librorum quorumdam ſcriptura, in quibus vocatur *curſus clabularis.* Clabula enim eſt vehiculi genus, curſusque clabularis, eſt curſus vehicularis in *l. 2. et l. 5. C. Theod. de curioſ.* vti et Graeci interpretantur: τὸ παλαιὸν ἦν ὁ πλατὺς δρόμος διὰ ὀχημάτων. *Antiquitus erat curſus amplior per vehicula inſtitutus.* Vid. Cuiac. *Tomo II. Op. p. 993.* et adde infra CLABVLARIS. HEIN.

AMBVLATORIVS, A, VM, quod vel per plures tranſit, vel ſubinde mutatur. Ita paſſim occurrit AMBVLATORIA actio: *l. vlt. C. de furt.* AMBVLATORIA conditio: *l. 34. pr. D. de ſtatu lib.* AMBVLATORIA poteſtas legis. *l. 10. D. de fundo dot.* AMBVLATORIA voluntas. *l. 4. D. de adim. leg.* ¶. 2. In *l. 8. §. 1. D. ſi ſeru. vind.* AMBVLATORIA porticus naturali ſenſu accipienda eſt pro porticu, deambulationibus deſtinata.

AME.

AMETHVSTI, vel *amathyſti*, referuntur inter gemmas, id eſt pellucidas materias. *l. 19. §. 17. D. de aur. arg. legat.* De eorum natura et nomine videndi Plin. *Hiſt. nat. XXXVII, 9.* et Iſidor. *Etym. XVI, 9.* HEIN.

AMI.

AMICA, per εὐφημισμὸν dicebatur, quae cum eo, cui vxor non eſſet, corpus miſcebat, paullo honeſtiore vocabulo dicta *concubina. l. 144. D. de verb. ſignif.* Eo pertinet formula, legandi: *Titiae,* AMICAE *meae, cum qua ſine mendacio vixi, auri pondo quinque dari volo. l. 35. pr. D. de aur. arg. leg.* Idem vocabulum, ſimili εὐφημισμῷ aliquando pro meretrice accipi, obſeruauit Voſſ. *Inſtit. Orat. Lib. IV. Cap. X.*

AMICABILIS transactio lege noua non retractatur. *l. vlt. §. vlt. C. de legit. hered.*

AMICA-

AMICALIS adfectio. *l. 10. §. 7. D. mandati.*

☞ AMICIRE. Veſtimenta induendi, praecingendi, AMICIENDI, inſternendi, iniiciendi, incubandiue cauſſa parata ſunt. *l. 23. §. 1. D. de aur. arg. leg.* HEIN.

{AMICITIA *paterna* in *l. 44. D. de neg. geſt.* aliquid amplius eſt, quam beneuolentia. Vnde et Ariſtoteles inter εὔνοιαν καὶ φιλίαν diſtinguit. Cuiac. *in l. 213. fin. D. de verb. ſignif. p. 2318.*]

AMICOS adpellare debemus non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quaeſita rationibus. *l. 223. §. 1. D. de verb. ſignif.* Eo ſenſu quis dicitur AMICVS fideliſſimus: *l. 10. D. de ann. leg.* AMICISSIMVS et fideliſſimus: *l. 36. D. de excuſ. tut.* quamuis ex AMICIS facile fieri poſſint inimici: *l. 4. D. de teſtam. tut.* Hinc inter AMICOS manumiſſio. *§. 1. Inſt. de libert.* Vlpian. *Fragm. tit. I, 18.* et Paull. *Recept. Sent. IV, 12, 2.* ¶. 2. AMICVS noſter in Imperatorum reſcriptis. *l. vlt. D. de offic. praef. vigil. l. 4. C. de contrah. ſtipul.* Vid. *Lib. III. de formul. Cap. 26. p. 276.* ☞ vbi obſeruat quidem, praefectos vrbi potiſſimum ita compellatos eſſe ab Imperatoribus: ſed exempla, quae adfert, oſtendunt, ita dictos etiam eſſe praefectos annonae: *l. 4. C. de inutil. ſtipul.* proconſules: *l. 1. C. Hermog. ex delict. defunct.* correctores: *l. 4. C. de iur. et facti ign.* praefectos auguſtales Aegypti: Plin. *Lib. X. Epiſt. 23.* praefectos praetorio: *l. 1. C. de ſentent. paſſ.* immo et iuriſconſultos. *l. 17. D. de iur. patron.* Erant nimirum AMICI CAESARVM eorumdem adminiſtri primarii, et interioris admiſſionis conſiliarii, *l. 1. §. 3. D. de adpellat. l. 1. C. ſi manc. ita venier.* et alibi paſſim: etiamſi non ſemper in comitatu et contubernio principum eſſent. Vnde lucem capiunt verba Iudaeorum ad Pilatum: Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ ΦΙΛΟΣ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. *Si hunc abſolues, non es* AMICVS CAESARIS. *Ioann. XIX, 12.* Plura de AMICIS CAES. eorumque diuerſis ordinibus, (erant enim vel primae, vel ſecundae, vel tertiae admiſſionis, vel loci,) nec non de LIBERTIS AVG. qui in marmoribus vocantur A CVRA AMICORVM, erudite diſſeruit Claud. Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 47. ſequ. et p. 307. ſequ.* HEIN.

☞ AMINEVM *vinum*, cuius mentio fit *l. vlt. §. vlt. D. de trit. vin. ol.* non aliud, quam quod poſtea Falernum, itemque *caecubum* dictum, ceu obſeruat Macrob. *Lib. III. Saturn. Cap. vlt.* Nam vt *Aminea* eſt regio vitifera Campaniae: ita *Caecubum* eſt oppidum Campaniae, vino nobile. Vnde neſcio, an ſuffragandum ſit Seruio, qui ad illa Virgilii *Georg. II. v. 97.*

Sunt et Amineae vites, fortiſſima vina,

hoc vinum *Amineum*, quaſi *ſine minio* vel rubore, dictum eſſe, contendit. Illud et ſenio proficere, obſeruat Plin. *Hiſt. Nat. Lib. XIV. Cap. 2.* HEIN.

AMISSIO animae, pro ſupplicio extremo: *§. 11. Inſt. de publ. iudic.* ciuitatis, pro exſilio: *l. 2. pr. l. 5. pr. D. de cap. minut. l. 2. D. de poen. l. 103. D. de verb. ſignif.* inſtrumentorum: *l. 1. l. 8. C. de fid. inſtr. l. 25. C. de lib. cauſſ. l. 7. C. de praeſcr. long. temp.* libertatis: *l. 2. pr. D. de cap. min.* oculorum: *l. 8. C. de decurion.* ordinis: Paull. *Sentent. V, 4, 11.* pignorum: *l. 6. C. de pign. act.* AMISSIONIS periculum. *l. 1. C. commodat.*

AMISSVM, quod ex poſſeſſione noſtra vel ex bonis exiit. Sic AMISSA actio: *l. 59. pr. D. ad SC. Trebell. l. 2. §. 1. D. ſol. matr.* AMISSIS bonis, vel eorum parte: *l. 37. §. 5. D. de poen.* Paull. *Recept. Sent. V, 22. §. 2.* AMISSA cuſtodia: *l. vlt. §. vlt. D. de cuſtod. et exh. reor.* AMISSA hereditas: *l. 11. pr. D. naut. caupon.* AMISSA inſtrumenta: *l. 4. C. de fid. inſtr. l. 15. C. de iure dot.* AMISSARVM mercium detrimenta: *l. 3. C. de naut. foen.* AMISSA nauis: *l. 6. D. naut. caup. ſtab.* AMISSVM pignus: *l. 52. pr. D. de fideiuſſ.* poſſeſſio AMISSA: *l. 1. §. 1. D. vti poſſid.* et quidem animo et corpore, *l. 44. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſ.* ob *l. 153. D. de reg. iur.* itemque vi. *l. 1. §. 4. D. vti poſſid.* AMISSA propria forma: *l. 7. §. 5. D. de adquir. rer. dom.* Res AMISSA culpa, vel ſponte ſtipulatoris: *l. 29. §. 1. D. de euict.* incendio vel naufragio: *l. 44. D. de adquir. rer. domin.* AMISSA ſeruitus: *rubr. quemadm. ſeru. amitt.* AMISSVS vſusfructus: *tit. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 126. §. 1. D. de verb. oblig.*

AMITA, patris ſoror adpellatur. Caius *Inſtit. Lib. II. tit. 8. §. 5. l. 10. §. 14. D. de grad. et adfin.* AMITA magna eſt aui paterni ſoror. *l. 10. §. 14. D. eod. tit. l. 17. §. vlt. D. de rit. nupt.* Paull. *recept. Sent. IV, 11, 4.* AMITA maior, eſt proaui ſoror, patris vel matris amita magna, et, vt Feſtus *Lib. XI.* ſcribit, aui et auiae amita, quae et *proamita* adpellatur. *l. 1. §. vlt. et l. vlt. §. ſeptimo D. de grad. et adfin.* AMITA maxima, abaui ſoror, patris vel matris amita maior. *d. l. vlt. §. ſexto*, quae et *abamita* dicitur in *l. 3.* et *l. vlt. §. ſeptimo eod. tit.* Ataui vero ſoror proprio nomine caret. *d. l. vlt. §. ſeptimo.*

AMITINI, et AMITINAE, qui quaeue ex fratre vel ſorore propagantur. *l. 10. §. 14. D. eod. tit. l. 5. C. commun. de ſucceſſion.* et, vt Nonius Marcellus definit, fratrum maris et feminae filii, vel, vt Paull. *Sent. IV, 11, 4.* amitae filius, filia.

AMITTERE rem videtur, qui aduerſus nullum eius perſequendae actionem habet. *l. 14. in fine D. de verb. ſignif.* Contra AMITTERE rem non videntur, quorum ea propria non fuit: *l. 83. D. de regul. iur.* non eo tamen minus periculo eorum AMITTI poteſt. In damnis autem ex lege Aquillia aeſtimandis AMISISSE dicimur, quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur. *l. 33. in fin. D. ad leg. Aquill.* In edicto vero vi bonorum raptorum AMISSA dicuntur ea, quae corrupta alicui relinquuntur, ſciſſa fortaſſis, vel fracta. *l. 4. §. 9. D. de vi bon. rapt.* Alibi traditur, AMISSVM non intelligi, quod alteri ablatum non eſt. *l. 20. D. ex quib. cauſſ. mai.* ¶. 2. Ita AMITTERE dicimur actionem: *l. 46. §. 5. D. de furt. l. 29. §. 1. D. de donat. l. 1. §. 7. D. de dolo mal. l. 8. D. de noxal. act. l. 2. §. vlt. D. de capt. et poſtl. l. 1. C. de poen. iud. l. 8. C. de remiſſ. pign.* beneficium: *l. 13. §. 2. D. de non. op. nunc. l. 15. §. 35. D. de damn. infect. l. 1. D. de iure aur. annulor.* bonorum poſſeſſionem: *l. 3. §. 6. D. de bon. poſſ. contra tab.* ciuitatem: *l. 1. §. 3. D. de legat. III. l. vlt. D. de cap. minut. l. 3. D. de interd. et releg. l. 2. §. vlt. D. de bon. damn. l. 2. §. 1. D. de poen. l. 4. D. qui ſatisd. cog. l. 7. D. de his, qui ſunt ſui.* cuſtodiam: *l. 14. §. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 12. D. eod. tit. l. vlt. D. eod. tit.* dignitatem: *l. 27. D. de ritu nupt. l. 7. §. vlt. D. de ſenator.* dominium: *l. 1. §. 5. D. ſi is, qui teſt. lib.* exactionem:

AMI. AMN. AMO.

exactionem: *l. 48. pr. D. de op. libert.* familiam: *l. vlt. D. de cap. min.* filiam: *l. 6. pr. D. de iur. dot. l. vlt. C. de op. libert.* filium: *l. 8. D. de vacat. et excuſ. l. vlt. §. 5. D. de bon. eor.* fortunas: *l. 37. pr. D. de negot. geſt.* hereditatem: *l. 2. D. ſi tab. teſtam. l. 13. pr. l. 17. pr. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 14. §. 5. D. ad SC. Trebell.* honorem: *l. 10. §. 6. D. de in ius voc.* imperium. *l. 20. D. de offic. praeſ.* impuberem: Vlpian. *Fragm. tit. 16.* inſtrumenta: *l. 4. l. 10. l. 13. C. de fid. inſtr.* ius: *l. 37. D. de iure fiſc. l. 2. pr. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* ius commune: *l. 37. D. de iur. fiſc.* ius crediti: *l. 13. D. quod met. cauſſ.* iura praediorum: *l. 9. §. 5. D. de reb. auct. iud. poſſid.* liberos: *l. 37. §. 1. l. 39. §. 1. D. de op. libert. l. 18. D. de excuſ. l. vlt. D. de vacat. et excuſ. pr. Inſt. de excuſ. tut. l. 3. C. de his, qui num. liber.* libertatem: *l. vlt. D. de cap. min. l. 15. pr. D. de interd. et releg. l. 5. §. 1. D. de publ. iud. l. 16. C. de lib. cauſſ.* nepotem: *l. 78. §. 10. D. ad SC. Trebell.* nomen liberorum: *l. 4. D. ſi tab. teſt. non exſtab.* vel matronae: *l. 13. pr. D. ad leg. Iul. de adult.* obligationem: *l. 6. C. de remiſſ. pign.* oculum: *l. 9. C. de excuſ. tut.* parentes: *l. 36. D. de indic.* patrimonium: *l. 35. pr. D. de negot. geſt.* perſequutionem: *l. 17. C. de diſtract. pign. l. 34. §. 2. D. de legat. II.* poſſeſſionem: *l. 13. §. 11. D. de damn. inf. l. 11 pr. D. de iureiur. l. vlt. C. de praetor. pign.* priuilegium: *l. 2. C. de his, qui ſponte.* proprietatem: *l. 7. §. 12. D. de adquir. rer. dom.* rem, id eſt, litem: *l. 30. §. 1. D. ad leg. Aquill.* ſeruitutes: *l. 5. D. de fund. dot. l. 10. C. de ſeruit. l. 15. D. de pign. act. l. 15. §. 8. D. quod vi aut clam.* teſtamentifactionem: *l. 1. §. 9. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. l. 8. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.* tutelas: *l. 7. pr. D. de cap. minut.* viam: *l. 2. D. de via publ.* virilitatem: *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Corn. de ſicar.* vſum: *l. 1. D. de nundin.* vſumfructum: *rubr. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt. l. 126. §. 1. D. de verb. oblig.* ¶. 3. AMITTI vero aliquid ſolet bello; *l. 19. D. de capt. et poſtl. l. 18. D. de excuſat. l. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 1. §. 2. D. de incend. ruin. naufr.* caſu: *l. 7. D. de edendo l. 1. §. 1. D. de oblig. et act.* culpa: *l. vlt. §. vlt. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 29. §. 1. D. de euict.* furto: *l. 1. D. de diſtr. pign. §. 3. Inſt. quib. mod. re contr. obl. l. 1. C. de re iud.* incendio: *l. 44. D. de adquir. rer. dom.* naufragio: *l. 26. §. 6. D. mand.* negligentia: *l. 14. §. 2. D. de cuſt. et exhib. reor.* non vtendo: *l. 2. D. de via publ. l. 1. D. de nund. l. 126. §. 1. D. de verb. obl.* repudiatione, vel repudiando: *l. 13. pr. D. de adquir. vel omitt. her. l. 17. D. eod. tit.* ſponte. *l. 29. §. 1. D. de euict.*

☞ ¶. 4. Singularis eſt verbi AMITTERE notio tranſitiua, vt idem ſit ac facere, vt res amittatur, vel perimere rem. *l. 6. l. 7. D. de cap. minut.* Et ita fortaſſis accipiendum eſt hoc verbum in *l. 15. §. 7. D de vſufr.* vid. Corn. van Bynkerſh. *Obſeru. I, 11. p. 36.* HEIN.

AMN.

☞ AMNIS rapidus, in *l. 1. C. de alluuion.* HEIN.

AMO.

AMOENITAS. Eius cauſſa aqua ducta: *l. 3. pr. D. de aqu. quotid. et aeſt.* AMOENITAS locorum: *l. 7. C. de bon. proſcript.* [AMOENITATIS cauſſa intereſſe. *l. 16. §. 1. D. quod vi aut clam.* vbi Cuiac. *in Paullo p. 879. E.*]

AMO.

AMOENVS, A, VM. vt AMOENAE deambulationes: *l. 13. §. 4. D. de vſufr.* AMOENIOREM proſpectum praeſtare. *l. 15. §. vlt. D. de ſeruit.*

AMOMVM, in *l. vlt. §. 7. D. de public.* genus eſt odorati fruticis, in Syria et Arabia naſcentis, flore albo, veloti violae, foliis, ſimilibus brioniae. Vid. Diuſcorid. *Lib. I. Cap. 14.* Plin. *Lib. XII. Cap. 12.* Iſidor. *Etymolog. XVII, 8.* Sed viri docti ☜ obſeruarunt, AMONVM nobis hodie ignotum eſſe, veluti Guid. Paucirol. *de reb. deperdit. tit. XI. pag. 30.* Ab aliis enim pro cinamomo vſurpatum eſſe, quum tamen ſit ab eo diuerſiſſimum, ab aliis pro pede columbino, ab aliis pro aliis herbis et aromatibus. Id vero eo minus mirandum, quo luculentius oſtendit Claud. Salmaſius in *Exercitat. Plinian. Tomo I. p. 401.* omne aroma ſincerum atque inculpatum veteribus dictum eſſe *ἄμωμον*, adeo vt et tus *ἄμωμον λιβάνιον*, vel *ἄμωμον* ſimpliciter diceretur. HEIN.

AMOTIO ordinis, pro ab ordine. *l. 43. D. de iniur.*

AMOVERE aliud eſt, quam *rapere.* Nam AMOVERI aliquid et ſine vi poteſt: *rapi* autem ſine vi non poteſt. *l. 3. §. 5. D. de incend. ruin.* Ceterum AMOVERE eſt contrectare, et furto ſubtrahere ſurripereque *l. 2. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 3. §. 6. D. de tabul. exhib. l. 27. pr. et l. 53. D. de furt. l. 6. D. de his quae vt indign. l. 27. §. 1. D. de pecul.* Sic AMOVERE quis dicitur ex bonis hereditariis: *l. 27. §. 1. D. de pecul.* ex hereditate: *l. 59. §. 1. D. de manum. teſt. l. 71. §. 5. ſeqq. D. de adquir. vel omitt. her.* tabulas vel cautiones: *l. 3. §. 6. D. de tab. exhib. l. 27. pr. D. de furt.* teſtamentum: Paull. *Recept. Sent. V, 25, 1. l. 2. D. de leg. Cornel. de falſ.* AMOVERE res: *l. 53. pr. D. de furt. l. 41. §. 1. de liber. cauſſ.* AMOTA malo conſilio. *l. 4. C. de teſtam. man.* Et tamen leuius et mitius eſt AMOVENDI, quam *furandi* verbum. Nam, vt eleganter Conſtant. Harmenop. *Lib. I. Epit. tit. III. n. 22.* explicat, *τὸ μὲν κλέπτειν ἐπὶ ξένων καὶ ἀλλοτρίων, καὶ καθ' ὧν ἔξεςί τινι ἄτιμον κινεῖν ἀγωγήν. καὶ ἔςι κλέπτων μὲν, ὁ τὰ τῶν ἀλλοτρίων προσώπων ἀφαιρέμενος πράγματα· ὑφαιρέμενος δὲ ὁ κλέπτων τὰ τῶν οἰκείων, ἤγουν τὰ τοῦ πατρὸς, παῖς· καὶ τὰ τοῦ συζύγου γυνή· καὶ τὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἀδελφός.* FVRARI *in externis dicitur et alienis, in quos videlicet cuiuis liberum ſit, famoſam actionem intendere: ac fur quidem is eſt, qui alienarum perſonarum res amouet:* AMOTOR *vero, qui ſuorum res furatur, verbi gratia patris filius, viri vxor, et fratris frater.* Igitur, quod ſui heredes, ſerui, vxores intercipiendi animo celauerint, interuerterint, conſumſerint, eius rei non furtum feciſſe eos, ſed AMOVISSE dicimus, lenitate vocabuli rei turpitudinem mitigantes. *l. 71. §. 3. ſeqq. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 59. §. 1. D. de manumiſſ. teſtam. l. 6. C. de compenſat.* Hinc AMOTARVM RERVM actio inter coniuges prodita earum rerum nomine, quas diuortii conſilio alteruter ſurripuit. *tot. tit. de act. rer. amot. l. 52. D. de re iudic. l. 9. in fine de iure dot.* Haec autem actio condictionis furtiuae vicem ſuſtinet, turpitudine et atrocitate facti verbi lenitate temperata. [Et ita AMOTA diuortii conſilio accipe, in *l. 6. C. de compenſ.* et ob res AMOTAS retentionem dotis, apud Vlpian. *Fragm. tit. VII.* et in *l. vn. §. 5. C. de rei vxor. act. toll.*] ¶. 2. AMOVERE, pro loco mouere; vt AMOVERE terminos. Paull.

Rec. ſen-

Rec. Sentent. I, 116, 1. iuncta *l. 2. D. term. mot.* ¶. 3. AMOVERE pro remouere, ſubmouere, tollere. Sic grandes natu a decurionatu in perpetuum AMOVENTVR. *l. 11. D. de decurion.* Sic AMOVERI dicitur delatio: *l. 5. C. de religioſ. et ſumt. fun.* filius: *l. 12. §. vlt. D. de bon. poſſ. contra tab.* obſcuritas: *l. 2. §. vlt. D. fin. reg.* praeſcriptio: *l. 3. C. de reſtit.* denique ſuſpicio. *l. 67. §. 1. D. de rit. nupt. l. 27. D. de condit. inſt. l. 50. §. 3. D. de bon. libert.*

AMP.

AMPHITAPA in *l. 23. §. 2. D. de aur. arg. leg.* ſunt ex vtraque parte villoſa tapetia, quemadmodum Iſidorus *Lib. XVI. Cap. 29.* interpretatur. Nonius quoque Marcellus amphitapas veſtes dici ſcribit vtrimque habentes villos. Lucillius *Libro I. Satyr.*

Atque AMPHITAPAE *villis ingentibus molles*

Varro *in Manio: Alterum bene acceptum dormire ſuper* AMPHITAPA *bene molli.* Pollux. *Onomaſt. X. ſegm. 38.* ἀμφιτάπητας adpellat, et ſic definit: Ἀμφιτάπητες, οἱ ἐξ ἑκατέρου δασεῖς· τάπητες δὲ οἱ ἐκ θατέρου. *Amphitapetes ſunt ex vtraque parte villoſi, tapetes ex vna tantum.* Suidas: Ἀμφίταποι, τάπητες ἀμφίμαλλοι. *Amphitapi, tapetes, vtrimque villoſi.* Lucillii verſus a viris doctis ita legitur:

Pſilae atque AMPHITAPAE, *villis ingentibu' molles.*

vbi ψιλὴ, μαλλῶν δάπης, *tapes villis nudus, ſiue glaber*, quum amphitapa ſit vtrimque villoſa. Idem Lucillius apud Nonium:

Pluma, atque amphitapae, atque aliud quid deliciarum.

HEIN.

AMPHITHEATRVM. Eius mentio fit io *l. 3. D. de oper. publ.* Eſt locus ludis gladiatoriis et venationibus deſtinatus, figuram paene oui referens, vnde et amphitheatri nomen tulit, quaſi, qui ex duobus theatris compoſitus eſſet. Iſidor. *Etymol. XVIII, 52.* De eo erudite ſcripſit Lipſius, qui et totum amphitheatrum, et ſingulas eius partes aeri inciſas exhibuit. HEIN.

AMPHORA, vinarium vas. *l. 206. D. de verb. ſignif. l. 35. §. 5. D. de contrah. emt.* et aliis multis locis. AMPHORA autem, quemadmodum Columella *Lib. XX. Cap. 12.* ſcribit, duas vrnas; vt vero Voluſ. Maecianus in libro de Aſſe, et Feſtus *Lib. XV.* octo et quadraginta ſextarios capiebat, quam et Latini QVADRANTAL, iisdem auctoribus, adpellarunt. Ex doliis autem in amphoras et cados vina diffundebant, vt in his eſſent, donec vſus cauſſa promerentur. Sic AMPHORA vini ex dolio: *l. 38. D. de iudic. l. 74. l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.* AMPHORA vini in apothecis. *l. 21. §. 6. D. de furt. l. 1. l. 5. l. 15. D. de trit. vin. ol. l. 51. D. de adquir. poſſeſſ. l. 2. C. de peric. et commod.*

AMPHORARIVM vinum in *l. vlt. pr. D. de trit. vin. ol.* quod in amphoras diffuſum eſt, *l. 6. D. eod. tit.* ad differentiam vini doliaris, de quo nos alias.

ΑΜΦΟΤΕΡΟΠΛΟΙΑ δανεῖσμα dicebantur, qui pecuniam traiectitiam credebant ſub vſuris nauticis, ob periculum non modo in itu, ſed et in reditu nauis ſuſceptum. His opponebantur ἑτερόπλοια, vbi quis ex portu vno in alterum periculum ſuſcipiebat, non vero in reditum. Franc. Stypman. *iur. marit. et naut. Part. IV. Cap. II. n. 33. ſequ.* Ἀμφοτεροπλοίων exemplum eſt in *l. 122. §. 1. D. de verb. obl.* ἑτεροπλοίων in *l. 3. C. de naut. foen.* HEIN.

AMPLECTI, pro adgnoſcere vel probare. Sic AMPLECTI dicimur bonorum poſſeſſionem: *l. 7. C. qui admitti.* hereditatem: *l. 41. D. de bon. libert. l. 28. pr. D. de verb. ſignif. l. 3. C. de impub. et al. ſubſtit. l. vlt. C. qui admitti.* bonam fidem: *l. 1. C. ſi mai. fact.* fideicommiſſum: *l. 28. §. 12. D. de liberat. leg.* iudicium defuncti: *l. 10. D. de inoff. teſtam.* ius ſucceſſionis: *l. 2. C. ſi omiſſ. ſit.* legatum: *l. 5. pr. D. de legat. II.* optionem: *l. 28. pr. D. de verb. ſignif.* ſenſum magis, quam verba: *l. 3. §. 9. D. de adim. legat.* voluntatem parentis. *l. 23. C. de fideicomm.* ¶. 2. Alio ſenſu planta terram radicibus AMPLECTI dicitur, in *l. 11. C. de rei vind.*

AMPLEXARI, pro amplecti dixerunt Valentinianus et Valens AA. *l. 3. C. Theod. de praed. nauic.* HEIN.

AMPLIARE, et *deminuere*, vel *detrahere* opponuntur. *l. 7. §. vlt. D. de vſufr. l. 45. §. 1. D. de re iud. l. 1. C. arbitr. tut. l. 2. C. commun. de manumiſſ.* Sic AMPLIARE aetatem: *l. 16. §. 2. D. de alim. vel cibar. leg.* AMPLIARE dotem: *l. 24. D. de pact. dot.* emolumentum debiti; *l. 25. D. de liberat. leg.* imperium: *l. 7. §. 3. D. de bon. damn.* legatum: *l. 42. D. de vſufr. l. 32. §. 2. D. de legat. II. l. 30. D. de aur. arg. leg.* membrorum humanorum officia: *l. 14. D. de ſtatu hom.* modum patrimonii: *l. 1. C. arbitr. tut.* poenam damnatorum: *l. 45. §. 1. D. de re iud.* ſummam. *l. vlt. §. vlt. D. de liberat. leg.*

AMPLIATIO, vocabulum iudiciale, quo iudicium ob cauſſae obſcuritatem differendum eſſe decernebant. Aſcon. Paedian. *in Verrem I. de praetura vrbana:* AMPLIANDI *ſignum* N. L. *dabant, quo ſignificabant, non liquere: vnde* AMPLIATIO *naſcebatur.* Immo non ſolum N. L. ſed et AMPLIVS pronunciabant. Cicer. *in Bruto Cap. XXII. in Verr. I, 29.* Plura de his formulis dedit noſter *in Formul. pop. Rom. V, 214. p. 454.* Et eo pertinet *l. 36. D. de re iud.* vbi *vnus ex pluribus iudicibus iuraſſe* dicitur, *ſibi, de liberali cauſſa cognoſcenti,* NON LIQVERE. HEIN.

AMPLIOR aquae modus: *l. 1. §. 15. D. de aqu. quotid. et aeſt.* AMPLIOR numerus pecoris: *l. 1. §. 18. D. eod. tit.* AMPLIORES fines: *l. 2. §. 6. D. pro emt.* AMPLIOR pars: *l. 15. pr. D. de bon. poſſ.* AMPLIOR pecunia: *l. 51. pr. D. pro ſoc. l. 16. D. de in rem verſ.* AMPLIVS pretium: *l. 77. §. 5. D. de legat. II.* AMPLIOR ſumma: *l. 37. D. ſol. matr. l. 117. D. de verb. ſignif.* AMPLIORES vſurae. *l. 8. C. de vſufr.* ¶. 2. AMPLIORES, id eſt, plures. *l. 65. pr. D. de legat. I.*

AMPLISSIMVS ordo, id eſt, ſenatus. *l. 2. §. 2. l. 30. pr. D. ad SC. Vellei. l. 10. C. eod. l. 21. §. vlt. D. de legat. III. l. 1. D. de colluſ. deteg. l. 9. §. 2. D. ad SC. Macedon. l. 5. C. de excuſ. tut. l. 4. C. de interd. matrim. l. 3. C. de his, qui ſibi adſcr. l. 3. C. qui manum. non poſſ.* Paull. *Recept. Sent. II, 10, 1. V, 4, 15. et V, 25, 6.* Valer. Max. *Lib. V. Cap. 8.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 4.* Sueton. *in Othon. Cap. VIII.* et *in Veſpaſian. Cap. II.* Symmach. *Lib. IV. Epiſt. 4.* Hic

AMP.

et MAXIMVS ORDO vocatur a Martiale *Libro IV. Epigramm. 2.* Itaque Senatusconſulta AMPLISSIMI ORDINIS *decreta conſultaque* vocantur: *l. 2. pr. et §. 1. D. de his, quae vt indign. l. 2. C. ad SC. Maced. l. 4. C. de excuſ. tut. l. 3. C. ad SC. Vellei. l. 2. C. ſi quis ignor. rem min.* et apud Paull. *Recept. Sent. I, 6, 2.* ¶. 2. AMPLISSIMORVM titulo conſoles honorantur. *l. 50. D. de condit. et demonſtr. l. 1. §. pen. D. de adpellat.* ¶. 3. AMPLISSIMAM etiam poteſtatem, et AMPLISSIMOS iudices in conſtitutionibus legimus, *l. 29. C. de adpellat. l. 3. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* quo elogio praefecti praetorio ornantur, in *l. vlt. §. pen. C. de temp. adpellat.* quorum et praefectorum vrbi AMPLISSIMA ſedes dicitur, in *l. 2. et l. 6. pr. C. de aduoc. diu. iudic.* in *Epiſt. de emendat. Cod. Iuſtin.* in *Epiſt. de concept. Digeſt. l. 3. C. vbi ſenator.* item AMPLISSIMA praefectura, in *Nouell. Theod. de poſtul.* denique AMPLISSIMVM praefecturae iudicium. *l. 1. C. de ſentent. praef.* ¶. 4. Sic etiam paſſim legas AMPLISSIMAS aedes: *l. 15. §. 13. D. de damn. infect.* AMPLISSIMAS facultates: *l. 1. D. de cuſt. et exhib. reor. l. 87. §. 4. D. de legat. II.* AMPLISSIMAS res. *l. 20. §. 4. D. quod vi aut clam.*

AMPLIVS pro magis. Quis AMPLIVS, quam vos, cognoſcit? *Conſtit. Inſtit. de rat. et methodo iur. doc. princip.* ¶. 2. AMPLIVS, pro hoc plus, vel hoc amplius. *l. 54. D. de fideicomm. libert.* AMPLIVS ſolutum, id eſt, plus: *l. 102. §. vlt. D. de ſolut.* Quod AMPLIVS ex lege Aquillia competit: *l. 34. pr. D. de obl. et act. iunct. l. 41. §. vlt. eod.* AMPLIVS quam ſemel agere, *l. 3. §. 13. D. de bon. lib. exhib. l. 20. §. 4. D. famil. erciſc.* vel defenſionem reipublicae ſuſcipere: *l. 16. §. vlt. D. de mun. et hon.* Non AMPLIVS, quam vnum collegium: *l. 1. §. vlt. D. de colleg. et corp.* AMPLIVS petere: *l. 22. §. 3. D. de condict. indeb.* AMPLIVS, quam debiti ſumma. *l. 23. D. de pignorat. act.* Similes ſunt loqutiones: AMPLIVS relinquere: *l. vlt. §. 1. D. de dol. except.* Non AMPLIVS parte capere: *l. 20. D. de mort. cauſſ. donat.* AMPLIVS quadruplo. *l. 78. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* ¶. 3. Vocabulum AMPLIVS ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur. *l. 82. D. de verb. ſignif.* quacum iungenda *l. 15. D. rat. rem hab.* HEIN. ¶. 4. Frequentes porro formulae: AMPLIVS dicendum eſt: *l. 2. §. 2. D. de lege Fab.* AMPLIVS dici poteſt: *l. 2. pr. D. de dot. praeleg.* AMPLIVS dico: *l. 1. §. 22. D. de collat. bon.* AMPLIVS puto: *l. 3. pr. D. de lib. cauſſ. l. 12. §. 5. D. de inſtr. vel inſtrum. l. 11. D. de diuort. l. 9. §. 1. D. qui potior.* AMPLIVS dixerit, id eſt, vltra ea, de quibus interrogatur. *l. 1. §. 22. D. de quaeſtion.* ¶. 5. AMPLIVS NON PETI, cautio fuit veteribus vſitata, *l. 2. D. vt legat. nom. cau. l. 14. l. 15. l. 23. D. rem rat. hab. l. 1. §. 1. D. de verb. oblig. l. 24. et l. 31. C. de transact.* Cicero *Lib. I. Epiſt. ad Attic. 8.* *Is ſibi negat a procuratore quidquam ſcriptum eſſe, et miratur, iſtam controuerſiam fuiſſe, quod ille recuſaret ſatisdari:* AMPLIVS ABS TE NON PETI. Idem *Lib. XIII. Epiſt. ad familiar. 29.* *Sed duo te nominatim rogo: primum, vt ſi quid ſatisdandum erit,* AMPLIVS EO NOMINE NON PETI, *cures, vt ſatisdetur fide mea.* Stipulatio autem plerumque ita plene concipiebatur: *Non petiturum eum, cuius de ea re actio, petitio, perſequutio eſſet, et ratum habituros omnes, ad quos ea res pertinet. l. 23. D. ratam rem habitur.* Idem Cicero *in libro de claris Oratorib. Cap. IV.* *At vero, inquam, tibi ego, Brute non ſoluam, niſi prius a te cauero,* AMPLIVS EO NOMINE NEMINEM, CVIVS PETITIO SIT, PETITVRVM. AMPLIVS autem peti vt accipiendum ſit, docet *l. 15. D. ratam rem habit.* Verba enim haec ita accipimus, ſi iudicio petitum ſit: ſi autem in ius vocauerit duntaxat, et ſatis iudicio ſiſtendi cauſſa acceperit, ſtipulatio non committitur. Sed de tota illa cautione ex inſtituto egit noſter *Lib. VI. de form. Cap. 88. et 184. p. 499. et p. 548.* HEIN. ¶. 6. AMPLIVS etiam praetores, quaeſitores, iudices, pronunciabant grauitate rei commoti, quum eo, quod ſibi de cauſſa non liqueret, iudicium proferebant. Donatus ad illud Terent. *Eunuch. Act. II. ſcen. III. v. 39.* *Liquet mihi deierare.* LIQVET, ait, *verbum eſt iuris, quo vtebantur iudices, quum* AMPLIVS *pronunciabant, grauitate cauſſae commoti.* Hinc AMPLIATAM cauſſam in Cicerone *pro Caecina Cap. X.* et *in Verr. III. Cap. IX.* Liuio *Lib. XLIII. Cap. II.* Valer. Max. *Lib. VIII. Cap. 1. ex. 16.* Seneca, aliisque auctoribus crebro legimus. Vt plenius *Lib. V. de form. Cap. 214. p. 454.* comprobauimus. ¶. 7. Haec adiectio HOC AMPLIVS, quam vim habeat, declarat Africanus in *l. 108. §. 7. et 8. D. de legat. I.* et ea ſuperiora repeti, ait Pomponius in *l. 54. D. de legat. III.* Exempla peti poſſunt ex *l. 77. pr. D. de cond. et dem. l. 27. pr. l. 33. l. 34. et l. 67. D. de legat. III. l. 18. §. 3. D. de alim. et cibar. leg.* ¶. 8. [Formulam: Niſi quod in his AMPLIVS ſit, exponit Cuiac. *in Africano Tract. VIII. ad l. 61. §. 2. D. de furt.*]

AMPLVS, A, VM, pro magno. Sic AMPLA domus: *l. 15. D. de damn. infect.* AMPLA legata: *l. 48. D. de donat. int. vir. et vx. l. 41. §. 3. D. de teſtam. mil.* AMPLA patrimonia: *l. 3. §. 3. D. vbi pupill. educ. vel mor.* AMPLA pecunia: *l. 40. pr. D. de ſtatulib.* AMPLARVM ſummarum debitores. *l. 34. §. 1. D. de legat. III.*

AMPVTARE pedem. *l. 3. C. de furt.*

AMPVTATVM ius proprietatis. *l. 13. C. de poen.*

AMV.

AMVRCA memoratur in quibusdam editionibus in *l. 3. §. 1. D. de penu leg.* eamque lectionem defendit. Barthol. Barrient. *Adnotat. Silu. Cap. XIII.* Sed quum *amurca* ſit faex olei, teſte Plin. *Hiſt. Nat. XV, 6.* eamque inter eſculenta fuiſſe, nemo veterum, quod ſciam, memoriae prodiderit: merito plerique ibi reſcribendum eſſe cenſent *muria.* HEIN.

AN.

[AN, pro vel. *l. 83. D. de adquir. vel omitt. her. l. 11. D. vt in poſſeſſ. legat.*] At in poſteriore textu ego tale nihil reperio. In priore Florentiae ita legitur: *Si totam, an partem, ex qua quis heres inſtitutus eſt, tacite rogatus ſit reſtituere: adparet, nihil debere ei adcreſcere.* Sed quis, quaeſo, ita loquitur? Quo referamus illud: *totam,* quum nullum vel praecedat, vel ſequatur nomen ſubſtantiuum, ſubintelligere vero *hereditatem* ellipſis eſſet admodum violenta? Itaque ex mea ſententia ibi legendum: *Si totam eam partem, ex qua quis heres inſtitutus eſt, tacite rogatus ſit reſtituere.* Immo vna

littera

littera mutata, reſcribere liceret AM, quo veteres vſi pro *eam*, veluti Lucretius *Lib. III. v. 445.* vbi in veteribus codicibus legitur:

Corpore qui noſtro rarus magis AM cohibeſſit.

Maxime tamen placet diuinatio Auſonii Popmae *de vſu antiqu. loquut. Lib. I. Cap. V:* VLPIANVS, inquit, *lib. XVIII. ad legem Iuliam et Papiam: Si totam am partem.* quo tamen loco *ſuſpicor illud* AM *negligentia librarii repetitum ex poſtrema ſyllaba praecedentis dictionis.* Abeſſe ſane illud poſſe, nemo non videt. HEIN.

ANABAPTISMVS, piaculare crimen, et vltimo ſupplicio expiandum. *l. 2. C. ne ſanct. baptiſm. iteret.* HEIN.

ANACHORETAE, vti Iuſtinianus *Nou. V. Cap. III.* definit, ſunt *ὅτινες τῶν μοναχῶν τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχουσι οἰκημάτιον, ὃς δὴ καλεῖν ἀναχωρητάς τε καὶ ἡσυχαστὰς εἰώθασιν· qui ex monachis in contemplatione et perfectione degentes, vitam remotam habent in hoſpitio, quos vocare* ANACHORETAS, *id eſt, diſcedentes, et* HESYCHASTAS, *id eſt, quieſcentes, conſueuerunt.* Id vero non permittebatur vlli, niſi poſt diuturnam in monaſterio exercitationem, et de abbatis licentia. Sulpic. Seuer. *de monach. Orient. Dial. II.* Sozom. *Hiſt. eccl. VI, 31.* Caſſian. *Collat. XVIII. Cap. 4.* Immo non temere ante annum trigeſimum in monaſterio exactum vlli concedebatur *ἀναχώρησις.* Iſidor. *de eccleſ. offic. Lib. II. Cap. XV.* Poſtea inſtitutum eſt, vt intra ipſius monaſterii ſepta cellae ſeorſum exſtruerentur, in quibus ſeniores et emeriti monachi, ſub abbatis imperio, more anachoretarum viuerent. *Synod. Agath. Can. 38.* Et hinc facile patet, quomodo ab ANACHORETIS differant EREMITAE, quippe qui ſtatim ſuo arbitrio, non factis prius in monaſterio ſtipendiis, nec ex abbatis alicuius ſententia, in eremum ſecedebant. HEIN.

ANADEMATA in *l. 26. D. de aur. arg. leg.* ſunt redimicula, quae apud veteres erant inter ornamenta capitis. Vetus Gloſſarium: *Redimicula, ἀναδέματα* et *καθετῆρες. ἀναδέσμην* Suidas *μίτραν κεφαλῆς* interpretatur. Merito retinenda lectio Florentina ANADEMATA, pro quo Alciato placuit *anadeſmata*, quod vocabulum ne quidem Graecum eſt. Vid. Ferrand. Adduenſ. *Explicat. Lib. I. p. 543. Tomo II. Theſaur. iur. ciuil.* HEIN.

ʼΑΝΑΓΡΑΦΗ, deſcriptum, inuentarium. Hinc *ἀναγραφὴν* inſtrumentorum facere, in *l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſ.* idem eſt, ac deſcriptum facere inſtrumentorum, vel eorum indicem, vel repertorium conficere.

ΑΝΑΚΡΙΣΙΣ, indagatio, examinatio. *l. 6. §. 1. D. de cuſtod. et exbib. reor.* ΑΝΑΚΡΙΣΙΣ autem fit, quum Praeſes reos, ad ſe cum elogiis et notoriis miſſos ab irenarchis, examinat, et quaſi recenſet, veritatemque requirit, vt loquitur *l. 14. C. de accuſat.* Sic in *Actis Apoſtol. Cap. XXV, 26.* Feſtus de Paullo, qui ex vinculis cauſſam dicebat, ita loquitur: *Διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὅπως ἀνακρίσεως γενομένης σχῶ, τί γράψαι. Propter quod produxi eum ad vos, et maxime ad te, Rex Agrippa, vt, interrogatione, (inquiſitione) facta, habeam, quod ſcribam.* Dio in *M. Antonino Philoſopho Lib. LXXI. p. 804. τάς τε πίστεις, καὶ τὰς ἀνακρίσεις ἐπὶ μακρότερον ἐποιεῖτο, πανταχόθεν τὸ δίκαιον ἀκριβῶν. In probationibus cognoſcendis, examinibusque reorum longior erat, vt vndecumque ius inueſtigaret.* Alios huius verbi teſtes dabit Budaeus *in Comment. linguae Graecae: p. 132.* quibus adde Iſaeum *περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου*, et *περὶ τοῦ κλήρου τοῦ Ἀριστάρχου.*

ANAPHORA. Multa dicuntur in iure *ἀναφορικῶς*, inquit Iulianus in *l. 8. pr. D. de ſuis et legit. hered.* Ea vera figura a grammaticis excuſantur orationes, in quibus relationes alio referuntur, quam ſupra ſcriptum eſt. *Exemplo Graeci ſermonis, apud* QVOS *omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα adpellantur:* in *l. 236. §. vlt. D. de verb. ſign.* Et *l. 2. D. qui pet. tut. Mater et liberti, ex quibus* ILLI *damno; hi poena plectuntur.* Denique *l. 1. D. de furt. Vel a Graeco ſermone,* QVI *φῶρας adpellant fures.* Addit Tabor: Plura exempla vid. apud Anton. Guibertum Coſt. *comm. de dotibus Cap. II. n. 16.* et in noſtra *Tropologia iuridica.* Nos praeterea commendamus Ant. Auguſtin. *Emend. Lib. IV. Cap. 4.* et Alciat. *de verb. ſignif. Lib. IV. n. 14.* HEIN.

ΑΝΑΡΘΡΟΣ *φωνὴ*, vox inarticulata *l. 7. §. 2. D. de ſupellect. leg.* HEIN.

ANATOCISMVS, vſurae vſurarum, regulariter prohibitae. *l. vlt. C. de vſur. rei iud. l. 26. §. 1. D. de condict. indeb.* Exceptio eſt in *l. 58. §. vlt. D. de admin. et peric. tut.*

ANC.

ANCEPS periurium ſubire. *l. 4. pr. D. de in lit. iur.*

ANCILLA. Ancillis legatis, maſculos non deberi, nemo dubitat. *l. 81. pr. D. de legat. III.* ANCILLARVM autem legato quid contineatur, docet Paullus *Recept. Sent. Lib. III. tit. VI. §. 69.* ANCILLAM porro, et ANCILLAE filiam, inter humiles abiectasque perſonas numerat *l. 7. C. de inceſt. nupt. l. 29. D. ad leg. Iul. de adult.* Vnde cum ANCILLIS non poteſt eſſe connubium. *l. 3. C. de inceſt. nupt.* ANCILLAS vero comprimere, eſt in *l. 25. C. ad leg. Iul. de adult.* §. 2. ANCILLARVM haec in libris noſtris nomina memorantur: *Agatha, Albina, Areſcuſa, Arethuſa, Baſilica, Cyprogenia, Concordia, Elpis, Eutychia, Feliciſſima, Maeuia, Pamphila, Pardula, Samia, Seia, Thais, Tyrena, Tyche, Victorina.* Officia vero, ſeu miniſteria haec: *ornatrices, pediſſequae, lanificae, focariae, ſarcinatrices, textrices, villicae.* Solebant enim ancillarum operis veſtimenta muliebria et virilia confici ab vxoribus. *l. 31. §. 1. D. de donat. int. vir. et vx.* Inter ancillarum nomina noſter omiſit Sabinam: *l. 29. D. de reb. dub.* Irenen, *l. 44. D. de manumiſſ. teſtam.* Euemeriam, *l. 10. D. de manumiſſ.* Ianuariam, *l. 47. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* et Thetidem. *l. 8. D. pro derelicto.* quamuis in his quaedam nomina ficta eſſe videantur Ant. Auguſtino *de Nom. propr. Pandect. p. 469. ſequ. Tomo I. Theſaur. iur.* Sic et ancillarum miniſteriis plura alia addi poſſunt, veluti comitum ingenuorum puerorum, quarum mentio fit *l. 15. D. de iniur.* lanipendiarum, in *l. 68. D. de legat. III.* medicarum: *l. 1. §. 5. C. de comm. ſeru. manum.* et apud Gruter. *Inſcr. p. CCCXII, 4. DCXXXV, 9. et DCXXXVI, 1.* obſtetricum: in *l. 3. C. commun. de legat.* quae panem coquunt, *l. 12. §. 6. D. de inſtr. et inſtrum. leg.* quas PANICOCTARIAS adpellat Chryſo-

ANC. ANE. ANF.

log. *Serm. XCIX.* pulmentaria ruſticis coquentium. *d. l. 12. §. 6. de inſtr. et inſtr. leg.* de quibus omnibus accuratius egit Laur. Pignor. *de ſeru. et eorum apud vet. miniſter. p. 207. 204. 37. 184. 268. 248. edit. Patau.* HEIN.

ANCILLARIS veſtis. *l. 15. §. 15. D. de iniur.* De ea infra ſub articulo VESTIS.

ANCONES in *l. 13. pr. D. de inſtr. et inſtr. leg.* dicuntur vaſa, in cubitum flexa, et angulos habentia. Et ita interpretatur etiam Hadr. Turneb. *Aduerſar. XVIII, 23.* Alias *ancones*, apud Vitruu. *Archit. Lib. X. Cap. 13.* ſunt in cubitum flexi e ferro ſtipites, vel ſtili, vel regulae, quorum in machinis hydraulicis vſus erat. De iis quoque Turneb. *Aduerſar. II. 22.* Et ſane ab horum figura vaſis illis potoriis nomen haeſiſſe, probabile eſt. HEIN.

ANE.

ΑΝΕΚΛΟΓΙΣΤΟΣ tutor, qui ab onere reddendarum rationum immunis eſſe iuſſus eſt a teſtatore. *l. 5. §. 7. D. de admin. et peric. tut. et curat.* Id vocabulum in editionibus quibusdam Latinis litteris ſcribitur: ANECLOGISTVS, ac proinde ab auctore *de Latinitate vet. iuriſconſ. apud Duckerum p. 404.* refertur inter ea, quae veteres conſulti ex Graeca lingua in Latinam transtulerunt, quum ea nec vſus probaret, nec tamquam Latina admitteret. Sed in Haloandrina id vocabulum Graece ſcriptum: *ἀνεκλόγιστος.* Et qui, quaeſo, minus licuerit iuriſconſultis, Graeca vocabula, iure collegii donare, et inter *τεχνικὰ* recipere, quam philoſophis, mathematicis, architectis? HEIN.

ΑΝΕΞΕΤΑΣΤΟΣ, inexcuſſus, ac proinde *ἀνεκλόγιστος*: Τούτους βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστους. *Eos ipſos inexcuſſos eſſe volo. l. 23. §. 2. D. de pecul. leg.*

ANF.

ANFRACTVS flexum viae ſignificat, verbumque erat XII. tabularum. *l. 8. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 6. in fin. D. quemadm. ſeru. amitt.* Varro de Lingu. Lat. Lib. VI. ANFRACTVM *eſt origine flexum duplici, dictum ab ambitu, et frangendo. Ab eo iubent leges viam in directo pedum octo eſſe, in anfracto ſedecim, id eſt, in flexu.*

ANG.

ANGARIA. Ita adpellitant prouincialibus militibusque impoſitam onerum vehundorum baiulandorumque neceſſitatem. *l. 10. §. 2. l. 11. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 11. D. eod. tit. l. 11. C. de ſacroſ. eccl. l. 2 §. 3. C. de Epiſc. et cler. l. 2. C. de quib. muner. vel praeſtat. nem. lic. ſe excuſ.* et apud Veget. *de re milit. Lib. I. Cap. 3.* et *Lib. II. Cap. 19.* Nam vt Suidas *Tom. I. p. 22.* definit, *ἀγγαρείαν* Graeci vocant *ἀνάγκην ἀκούσιον καὶ ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν*, *neceſſitatem inuitis impoſitam, et miniſterium vi extortum.* Et alibi *δημοσίαν καὶ ἀναγκαίαν δουλείαν*, *publicam et neceſſariam ſeruitutem.* Quod fuiſſe patrimoniorum munus, poſſeſſionibusue ſiue patrimoniis indictum, tradit Arcadius in *l. vlt. §. 21. D. de mun. et hon.* Sic ANGARIARVM exhibitio: *l. 11. D. de vacat. et excuſ. mun.* praebitio: *l. vlt. D. de mun. et hon.* praeſtatio. *l. 10. §. 2. de vacat. et excuſ. mun.*

ANGARIARI dicuntur naues, quae onerum vehundorum neceſſitate adſtringuntur, in *l. pen. D. de veteran.*

ANG. ANI.

ANGIPORTVM, dictum a portu, qui eſt locus concluſus, quo importantur merces, et inde exportantur, ait iuriſconſultus. *l. 59. D. de verb. ſignif.* Sic et Varro *Lib IV. de lingua Lat. p. 35.* ANGIPORTVM dictum putat ab *angendo* et *portu.*, Feſtus, quaſi *anguſtum portum*, quia ſit *iter compendiarium in oppido.* Recte, Nam et Graecis ANGIPORTVS vel ANGIPORTVM eſt *στενωπὸς*, id eſt, *anguſta via.* Quum vero portum pro via vſquam poni, ignoremus, portus autem, quatenus ſignificat ſtationem nauium, huc plane non pertineat: eorum nos merito accedimus ſententiae, qui angiportum dictum putant a portu, quatenus domum notat, veluti in XII. Tabulis: OB PORTVM OBVAGVLATVM ITO. Addatur Aegid. Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 261.* HEIN.

ANGVLARIVS lacus, in *l. 69. D. de contrah. emt.* Sed pro ANGVLARIVS, quod in Florentino eſt, Haloander et Vintimillius ediderunt ANGVILLARIVS, eamque lectionem probauit Guid. Pancirol. *Theſaur. var. lect. II, 38.* qui ſimul obſeruat, et anguillis abundare hunc lacum Sabatenem, de quo ibi Proculus loquitur, et ad eius littus hodie quoque exſtare opidum *Anguillara.* Quum tamen Rutiliam Pollam totum iſtum lacum Sabatenen coemiſſe vix probabile ſit: veterem et Florentinam ſcripturam ſeruandam exiſtimat V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. VI, 20.* et partem illam, a Rutilia emtam, vel diuerticulum iſtud, quod ſibi illa ſuis nummis comparauerit, a forma nomen ANGVLARII habuiſſe, cenſet. HEIN.

ANGVLVS loci. *l. 1. §. 38. D. de vi et vi arm.*

ANGVSTARE aditum. *l. 19. §. 5. D. locat.*

ANGVSTIAE ſeu prolixitates locorum: *l. 2. §. 7. D. de teſtam. quemadm. aper.* ANGVSTIAE non patiebantur, terra iter metiri: *l. 2. §. 8. D. ſi quis caution.* ANGVSTIAE temporis: *l. 16. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 2. §. 8. D. ſi quis caution. l. 9. pr. D. de damn. infect.* ANGVSTIAE verborum. *l. 6. C. de inſtitut. et ſubſtit.*

ANGVSTVS A, VM, vt amnis: *l. 3. §. 1. D. de aqu. quotid.* ANGVSTVS legatarius, id eſt mediocris, et qui vſu paruae portiunculae domus contentus eſſe poſſit: *l. 22. §. 1. D. de vſu.* iuncta *l. 4. pr. D. eod. tit.* ANGVSTVS locus: *l. 13. D. de ſeruit.* In ANGVSTVM coarctare prolixitatem. *l. vn. C. de ſent. quae pro eo, quod intereſt, prof.*

ANI.

ANIANVS, vir ſpectabilis, et Alarici, Gothorum regis, referendarius, vel ideo hic locum ſuo ſibi iure depoſcit, quod illi vulgo tribuitur collectio *Codicis Alariciani*; ex Caio, Paullo, Codicibusque Gregoriano, Hermogeniano, et Theodoſiano compilati, et interpretatio plerisque locis ſubiuncta. Sigeb. Gemblac. *de Eccleſ. ſcript. Cap. LXX.* ANIANVS, *vir ſpectabilis iubente Alarico rege, volumen vnum de legibus Theodoſii Imp. edidit, et monente Oruntio Epiſcopo, librum Ioannis Chryſoſtomi in Matthaeum de Graeco in Latinum transtulit.* At ex auctoritate, ſeu commonitorio, Breuiario iſti, ſeu Codici Alariciano praemiſſo, patet, illud compoſitum eſſe iuſſu Alarici, Regis Toloſani, anno DVI. ordinante illuſtri viro, Goiarico Comite: ANIANI autem

nullas

ANI.

nullas in eo opere partes fuiſſe, niſi quod auctoritati illi, ſeu conſtitutioni Alaricianae, tamquam referendarius, ſubſcripſerit: ANIANVS V. S. *hunc codicem legum iuris, ſecundum authenticum ſubſcriptum, et in theſauris editum, ſubſcripſi et edidi, ſub die III. Non. Februarii anno XXII. regnante Domno noſtro Alarico Rege, ex praeceptione Domni noſtri, glorioſiſſimi Regis Alarici, ordinante viro magnifico et illuſtri Goiarico, Comite.* Vbi verbum EDIDI, quod hic eſt promulgaui, vel recognoui, plerosque videtur decepiſſe, vt ANIANVM tutius operis auctorem, vel ἐργοδιώκτην ſaltim fuiſſe, crederent, ac proinde, quidquid in illo peccatum eſſe animaduerterent, id omne ab ANIANI manu eſſe, dicerent. Vid. Oiſel. *Not. ad Caii Inſt. tit. de iure nat. gent. et ciu. et tit. de libertat. ſeru. p. 1. et 4. 5. edit. Schulting.* adeoque *Anianiſmi* ex criticis nun minus frequenter audiantur, quam Tribonianiſmi, vel emblemata Triboniani. Vid. Iac. Guthofred. *Prolegom. Cod. Theod. Cap. V. p. CXCII. ſequ.* HEIN.

ANIMA. Pro ANIMA ſua quidquam facere. *l. 42. §. 7. C. de Epiſc. et cleric.* ¶. 2. ANIMAE amiſſio, pro vitae amiſſione vel morte. *§. 3. Inſt. de publ. iud.* Quo genere loquendi vtuntur Plaut. *in Amphitruone I, 1. v. 85.* et Salluſt. *in bello Catil. Cap. XX.*

ANIMADVERSIO, pro iure gladii. *l. 1. §. vlt. D. de off. eius, cui mand. iurisd.* ANIMADVERSIO capitis: *l. 2. §. 18. D. de orig. iur.* ANIMADVERSIONI capitali ſubdi: *l. vn. C. de crim. pecul.* ANIMADVERSIO publica: *l. 7. §. 1. D. de iniur.* ANIMADVERSIONIS iuſtitia: *l. vlt. D. de fugitiv.* Ceterum ANIMADVERSIO alia *maior*, vti in *l. 11. D. de offic. proconſ.* alia *modica*, cuius exempla quaere infra in voce MODICA. ¶. 2. Immo et aliae poenae, praeter publicas, ANIMADVERSIONIS nomine veniunt. Sic ANIMADVERSIO pecuniaria: *l. 131. §. 1. D. de verb. ſignif.* ANIMADVERSIO priuata: *l. vn. C. de emend. propinq.* ANIMADVERSIO praetoris: *l. 15. §. 28. D. de iniur. l. 27. D. de pignor.*

ANIMADVERTERE, ideſt, punire. *l. 13. D. de offic. praeſ. l. 4. §. 2. D. ad leg. Iul. pecul. l. 2. §. 30. D. de orig. iur.* Hinc ANIMADVERTENDI ius, id eſt, puniendi. *l. 11. D. de offic. proconſ.* ANIMADVERTERE in familiam ſuam: *l. 6. §. vlt. D. de SC. Silan.* ANIMADVERTERE facinoroſos homines: *l. 3. D. de iurisd.* ANIMADVERTERE in caput: *l. 2. §. 18. D. de orig. iur.* ANIMADVERTI grauiter: *l. 1. §. 1. D. de extraord. crimin.* ſeuere: *l. 5. D. eod. tit.* vltimo ſupplicio: *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Corn. de ſicar.* ANIMADVERSVM in libertinum: *l. 28. pr. D. de bon. libert.* et *l. 7. §. 1. D. de bon. damn.* ANIMADVERSORVM corpora. *l. 1. D. de cadau. punit.* ¶. 2. Aliquando ANIMADVERTI proprie eſt capite plecti, et quidem gladio, non *ſecuri, telo, fuſte, laqueo*, in *l. 8. §. 1. D. de poen.* Tertull. *ad Scapulam Cap. IV.* Proinde ANIMADVERTI et beſtiis obiici, vel alias ſimiles poenas pati, diuerſa faciunt iurisconſulti. *l. 11. §. vlt. l. 12. D. de poen.* ANIMADVERTI dicitur de omnibus ſuppliciis et poenis: ſi poenae genus adiicitur. At ſi ἁπλῶς ponitur hoc verbum: gladii potiſſimum poena intelligitur, ceu recte obſeruauit Cuiac. *Quaeſt. Papin. Lib. I. in l. 1. D. de offic. eius, cui mand. iurisd.* Hinc in *l. 8. §. 1. D. de poen.* Scipio Gentilis *de Iurisd. III, 2.* pro, *vt gladio in eum animaduertatur*, omiſſo gladii vocabulo, reſcribi iubet: *vt animaduertatur*, quam tamen emendationem ego minus neceſſariam putauerim, quum ſaepe exprimere ſuleant boni auctores, quae et non expreſſa ſubintelligerentur. Ceterum ex eo intelligimus, cur Papiniani percuſſorem, qui ſecuri fuerat vſus, increpans Caracalla, dixerit: GLADIO *te exſequi oportuit meum iuſſum:* teſtibus Spartiano *in Caracalla Cap. IV.* et Xiphilinu *Lib. LXXVII. p. 872.* Nam ANIMADVERTI in Papinianum iuſſerat Imperatur. Quare male eius increpatiunis rationem ex ſupplicii iſtius ignominia reddunt alii. Vid. Eu. Ottu *in Papiniano Cap. XVI. §. 8. p. 391. ſequ.* HEIN. ¶. 3. ANIMADVERTERE etiam eſt rem, eiusque circumſtantias accurate expendere, et cauſſa cognita, quid aequum, ſtatuere. Et ita Praetor ſeſe ANIMADVERSVRVM dicit. *l. 1. §. 1. D. de minor. l. 15. §. 25. D. de iniur.* Et ſic quoque ANIMADVERTERE dicitur arbiter. *l. 28. D. de probat.* ¶. 4. Immo generatim ANIMADVERTERE idem eſt, ac obſeruare, intelligere. Ita ſenio et corporis imbecillitate quem vexari, ANIMADVERTIT praeſes: *l. 2. §. 7. D. de vacat. et excuſ. mun.* Non ANIMADVERTO: *l. 87. §. 1. D. ad Leg. Falcid.* ANIMADVERTERE poſſumus: *pr. Inſt. et. l. 1. §. 1. D. de his, qui ſui vel al. iur.* A nemine ANIMADVERSVM. *l. 13. D. de in diem addict.*

ANIMALIA, *quae in terra, quae in mari naſcuntur, aues quoque. l. 1. §. 3. D. de iuſt. et iur. l. 1. §. 1. D. de adqu. rer. dom. pr. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* et *§. 12. Inſt. de rer. diuiſ.*

ANIMALIS, E. adiectiuum. ANIMALES, res mobiles, ſeu mouentia. *l. 15. §. 2. D. de re iud.* et contra, res mouentes non ANIMALES: *l. 2. D. de ſupell. leg.* ANIMALES res, et quae anima carent, opponuntur: *l. 1. §. 1. D. de rei vindic. l. 47. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Ea, quae ANIMALIA ſunt. *l. 235. D. de verb. ſignif.*

ANIMICIDAM, ſeu ψυχόφθορον Apollinarem vocat Iuſtinianus Imp. *l. 5. §. 2. C. de ſumm. trinit.* et *l. 6. §. 4. eod. tit.* dicentem quippe, *Dominum noſtrum, Ieſum Chriſtum, filium Dei, et Deum noſtrum, inanimem eſſe, et confuſionem ſeu perturbationem ſuperducentem inhumanationi vnigeniti Dei.* Nam Apollinaris, ſaeculi quarti haereticus, diuinitatem Chriſto loco animae eſſe, ſomniabat. Epiphan. *haereſ. LXXVII.* Auguſtin. *haereſ. LV.* Facund. *IX, 3.* HEIN.

ANIMOSE liceri: *l. 29. D. fam. erc.* ANIMOSIOR emtor. *l. 36. §. 1. D. mand.*

ANIMVS, adfectum, voluntatem, mentem, cogitationem poſſidendi, ſignificat. *l. 3. §. 3. D. de adquir. poſſeſſ.* ANIMO itaque poſſidet, qui adfectum poſſidendi habet, quique ea mente et cogitatiune eſt, vt poſſidere velit. *d. l. 3. §. 3. l. 1. §. 24. et §. 26. D. de vi et vi arm.* Paull. *Sent. V, 2, 1.* Contra ANIMO poſſidere deſinit, qui adfectionem et voluntatem poſſidendi dimittit: *d. l. 3. §. 6. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* veluti ſi quis poſſeſſione excluſus, timore conterritus, accedere nolit, quod vim maiorem vereatur, quudque ſuſpicetur, repelli ſe poſſe ab eo, qui in poſſeſſiune eſt. *d. l. 3. §. 8. l. 8. l. 25. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* Itaque poſſeſſio facti et ANI-

Digitized by Google

MI eſſe dicitur. *l. 1. §. 15. D. ſi is qui teſt. lib.* quia ſcilicet factum naturale deſiderat, et animum poſſeſſoris. Neceſſe eſt enim ad adquirendam poſſeſſionem, eam animo ac opinione domini adprehendi. ¶. 2. Eodem ſenſu ANIMVM reuertendi deſiiſſe habere dicuntur animalia, quae ex conſuetudine abire ac redire ſolent, quum conſuetudinem reuertendi dimiſerunt. *l. 5. §. 5. D. de adquir. rer. dom. l. 8. §. pen. D. fam. erc. §. 15. Inſt. de rer. diuiſ.* ¶. 3. Nec aliter accipiuntur loquutiones: ANIMVS et adfectio: *l. 5. D. de bon. damn.* ANIMO et voto: *l. 220. §. 3. D. de verb. ſign.* ANIMVS vtriusque conſentit: *l. 55. D. de oblig. et act.* ANIMVS donationis: *l. 34. D. de donat.* non ANIMO furti faciendi *l. 41. §. 1. D. ad Leg. Aquill.* ANIMO occidendi: *l. 1. §. 3. D. ad Leg. Corn. de ſicar.* ANIMO remanendi, vel reuertendi: *l. 5. §. vlt. D. de capt. et poſtl. l. 47. D. de adquir. poſſeſſ. l. 43. §. 3. D. de Aedil. edict.* hoc ANIMO: *l. 3. §. 8. D. de condict. cauſſ. dat. l. 32. §. 5. D. de donat. int. vir. et vx.* Non ANIMO, *l. 24. §. 8. D. de fideic. libert.* Eo ANIMO. *l. 4. §. 8. D. de re mil.* Eius ANIMI fuiſſe, vt. *l. 13. §. 4. D. de iure fiſci.* ¶. 4. Nota quoque phraſis: AD ANIMVM reuocare, in *l. 11. §. 1. D. de iniur.*

¶. 5. Saepe iunguntur ANIMI adfectus: *l. 17. D. de iure codicill. l. 17. §. 1. D. de Aedil. edict. l. 3. C. de adquir. poſſeſſ.* ANIMI deſtinatio: *l. 4. D. de concubin. l. 76. D. de reg. iur. l. 6. C. de iure delib. l. 18. C. ad leg. Iul. de adult.* ANIMI dolor: *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 11.* ANIMI infirmitas: *l. 1. C. ſi adu. delict.* ANIMI ira et offenſa: *l. 32. §. 10. D. de donat. int. vir. et vxor.* ANIMI iudicium: *l. 48. l. 180. D. de reg. iur.* ANIMI ſui rationem ſequi. *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* ¶. 6. Ex ANIMO accuſare, et colludere, opponuntur in *l. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* quemadmodum apud Terent. in *Andr. IV, 5 extr. Ex* ANIMO, *vt fert natura, et de induſtria.* Non ex ANIMO, ſed extra. *l. 1. C. ſi aduerſ. del. l. 3. C. de adquir. poſſeſſ. l. 17. §. 1. D. de Aedil. edict.*

ANN.

ANNALIS actio, quae intra annum datur, et anno finitur: *l. 1. §. 5. et §. vlt. D. quando de pecul. act.* ANNALIS poſſeſſio bonorum: *l. 6. D. ad SC.* ☞ *Tertull.* ANNALE decretum: *l. 44. §. 4. C. de epiſc. et cler.* HEIN. ANNALIS exceptio. *rubr. tit. C. de annal. except.* ANNALIA interdicta: *l. 1. §. vlt. D. de interd.* ANNALIA legata, pro annuis: *l. vlt. C. de* ☞ *epiſc. et cler.* ANNALIS reſciſſio: *l. 15. C. de teſtam. manumiſſ.* HEIN. ANNALE tempus. *l. 2. §. 43. D. ad SC. Tertull.*

ANNARIAE leges, Feſto interprete, dicebantur, quibus praefiniebatur annus magiſtratuum capiendorum. Arnob. *Lib. II. adu. gent. p. 54. In poteſtatibus*, inquit, *obeundis leges conſeruatis* ANNARIAS: *in donis et in muneribus Cincias.* Eas Cicero in *Philipp. V. Cap. 17. annales* vocat, et Feſti interpretationem perſpicue comprobat. Meminit et *Lib. II. de Orat. Cap. 65.* ANNARIAM certe legem a L. Iulio Tribuno plebis latam, Liuius *Lib. XXXX. Cap. 43.* memorat. Ouid. *Lib. V. Faſt. v. 65.*

Finitaque certis
Legibus eſt aetas, vnde petatur honos.

☞ De annariis legibus plura dixit Lipſius *de magiſtr. Rom. Cap. IV. et V.* HEIN.

ANNICVLVS filius. *l. 6. D. de his, qui ſui vel al. iur. l. 26. pr. D. de pact. dot. l. 45. pr. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Et contra nondum ANNICVLVS infans: *l. 23. §. 1. D. ad leg. Aquill.* ANNICVLVM fieri. *l. 1. D. de inſpic. ventr.* ANNICVLVS amittitur, quod ad legis Iuliae et Papiae Poppeae quaeſtionem ob ius capiendi inter virum et vxorem pertinuiſſe credo, qui extremo anni die moritur. *l. 132. D. de verb. ſignif.* id eſt trecenteſimo ſexageſimo quinto die: quia annum ciuiliter, non ad momenta temporum, ſed ad dies, numeramus. *l. 6. l. 7. D. de vſucap. l. pen. D. de div. tempor. praeſcr.* Et ita accipiendus ANNICVLVS apud Vlpian. *Regul. tit. III. §. 3.* Ceterum recte hic vidit Briſſonius, *legem 132. D. de V. S.* ad legem Iuliam et Papiam pertinere, quippe quod et ex ipſa inſcriptione legis diſcere potuit: at fallitur, dum illam ad quaeſtionem de iure capiendi inter virum et vxorem referendam putat. Potius enim pertinet ad caput de iure Quiritium, ob liberos conſequendo. De eo enim lege Iulia et Papia cautum fuerat: Latinus, cui ex Latina filius filiaue natus nataue, et ANNICVLVS ANNICVLAVE factus factaue erit, iura Quiritium conſequitor. Quam legem accurate expoſuimus in *Comment. ad Leg. Iul. et Pap. Lib. II. Cap. IX. p. 218. et ſequ.* HEIN. ¶. 2. Ad agnos etiam, quippe quos ANNICVLIS minores eſſe oportet, hoc vocabulum refertur in *l. 60. pr. D. de legat. III.*

ANNIVERSARIA praeſtare. *l. 21. §. vlt. D. de ann. legat.*

ANNONAE nomine res omnes, quae ad victum pertinent, complectimur. *rubr. ad Leg. Iul. de annon. l. vlt. §. 8. D. de muner. et hon. l. 8. D. ad municip.* Hinc ANNONA aeraria: *l. 34. l. 35. l. 36. C. Theod. de erog. mil. ann. Nouell. Theodoſ. et Valentin. de trib. fiſc.* ciuica: *l. 10. l. 11. C. Th. de ann. ciu. et pan. grad.* expeditionis: *l. 4. C. Theod. de erog. mil.* fiſcalis: *l. 11. C. Theod. de re milit.* limitaneorum: *l. 10. C. Theod. de ann. et trib.* militaris: *l. 33. C. Theod. de erog. milit.* publica: *l. 1. D. de lege Iul. de ann.* vrbis: *l. 5. §. 3. D. de iure immun. l. 10. §. 1. D. de vacat. et excuſ. mun.* ¶. 2. ANNONAS in conſtitutionibus accipimus τὰς σιτήσεις, quae militaribus palatiniſque officiis ex eorum, qui poſſeſſiones tenebant, collatione erogabantur. *l. 1. et tot. tit. C. de annon. et tribut.* Atque eo modo ANNONAS *ciuiles* accipimus, in *l. 14. C. de ſacroſ. eccl. l. vlt. §. 7. fin. C. de rei vxor. act. l. 12. C. de hered. inſt. l. 6. §. 1. C. de ſecund. nupt.* quae et *panes ciuiles* dicuntur in *l. vlt. §. 2. C. de iur. dot.* in *Nouell. LXXXVIII.* et apud Iulianum Patricium *tit. quibus poen. ſubiecti ſunt, qui rem immobil venerabilis loci comparauerunt.* Eo referendum eſt, quod Epiphan. *in Cap. κατὰ Ἐβιωναίων αἵρεσιν §. XII.* ait: ἔχων καὶ ἐπιστολὰς ἀπὸ τῶν βασιλικῶν ἀναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ὀψωνίοις παρὰ τοῦ βασιλέως τετιμημένος. *Habens epiſtolas, vt regiis impenſis viueret, et ipſis* ANNONIS *a Rege honoratus.* Sedulius *Lib. II. Mirabil. diuinor.* ANNONAM *fidei ſperamus pane diuino.* Vetus Gloſſarium: ANNONA, παροχὴ, ἀγορά. ἔστι δὲ καὶ ἐτήσιος διανομή. Annona, *praebitio, commeatus, ſed et annua diſtributio.* Aliud vetus Gloſſarium: ANNONA σημαίνει παροχὴν, ἀγορὰν, καὶ τὴν ἐτήσιον διανομήν. Annona *ſignificat praebitionem, commeatum et annuam diſtributionem.* Quam ſuauis vero Suidas, qui ANNONAS dictas tradit, quaſi

μετὰ

μετὰ τὰς νόννας διδομένας; Hinc intelligitur, quid ſit ANNONAE diuiſio: *l. 1. §. 2. D. de mun. et hon.* praebitio: *l. 11. C. Theod. de re milit.* ſubſidia: *l. vlt. pr. D. de adpellat. recip.* ¶. 2. Notae loquutiones: Adiuuare ANNONAM, et ei ſeruire: *l. 5. §. 3. D. de iure immun.* et contra adtentare et vexare annonam. *l. 6. pr. D. de extraord. crim.* Arctior ANNONA: *l. 17. D. de compenſat. l. 53. D. de iudic.* et apud Sueton. *in Tiberio Cap. VIII.* et *in Claud. Cap. XVIII.* ANNONA carior. *l. 2. pr. D. ad leg. Iul. de annon.* ¶. 3. ANNONA, addit Tabor, opponitur frumento, in *l. 3. D. ad leg. Iul. de ann.* ☞ Ait ibi iuriſconſultus: *Minime aequum eſt, decuriones ciuibus ſuis frumentum vilius, quam* ANNONA *exigit, vendere.* Quae verba habentur etiam in *l. 8. D. ad municipal.* nec non pro parte *in l. 5. D. de admin. rer. ad ciuit. pert.* Sed manifeſtum eſt, ANNONAM hic eſſe, ac pretium, quod nos vocare ſolemus *den marckgängigen preiß*, vti apud Liu. *Lib. XXVI. Cap. XX.* ANNONA *haud multum laxauerat.* HEIN.

ANNONAE praefectus, ad quem cura annonae pertinebat. Eius meminit *l. vlt. pr. D. ad leg. Iul. de annon.* Inde ANNONARIA praefectura, *l. 1. C. de offic. praef. vrb.* quae et ANNONARIA poteſtas ☞ dicitur, in *l. 22. C. Theod. de piſtorib.* Non omnis, ſed ciuicae annonae erogandae cura pertinebat ad Praefectum annonae, adeo, vt ne Praefectos quidem vrbi, cuius tamen ſub diſpoſitione erat, ſine eo de annona quidquam ſtatuere poſſet. *l. 1. C. Theod. de cond. in publ. borr.* Iſte, vt ait Caſſiodor. *Var. VI, 18.* ſi querela panis, vt adſolebat, concitaretur, tamquam promiſſor vbertatis ſeditiones ciuicas momentanea ſatisfactione diſſoluebat: nec tribunal eius inter minimas erat dignitates, quando et Romana gratia fruebatur, et prouinciis iuſſa transmittebat. HEIN.

ANNONARIS cenſus: *l. 15. C. de metall. et metallar.* ANNONARIS titulus. *l. 4. C. trib. in ipſa ſpec. inf. l. 1. C. de fid. et iur. haſt. l. 2. C. Theod. de immun. conced.*

ANNONARIVS. Hinc ANNONARIA alimenta: *Nouella Theod. de amb. et loc. limit.* ANNONARIA cauſſa: *l. 46. §. 5. D. de iure fiſci.* ANNONARIA collatio: *l. 1. C. de praeſcr. trig. ann.* ANNONARIA compendia: *l. 8. l. 9. C. Theod. de profeſſ. et medic.* ANNONARIA functio: *l. 14. C. de annon. et trib. l. 14. C. Theod. de indulg. deb.* ANNONARIA neceſſitas: *l. 1. C. Theod. de condit. in publ. borr.* ANNONARIA poteſtas: *l. 22. C. Theod. de piſtor.* ANNONARIA praefectura: *l. 1. C. de offic. praef. vrbi.* ANNONARIA praeſtatio: *l. 14. C. Theod. de nauicular.* ANNONARIA ratio: *l. 31. C. Theod. de erog. mil. l. 19. C. Theod. de pagan. ſacr.* ANNONARIA res: *l. 7. C. Theod. de diu. re[illegible]. l. 20. C. Th. de ann. et trib. l. 1. C. Th. ſine cenſu et reliqu. l. 2. C. eod. tit.* ANNONARIA ſpecies: *l. 15. C. Theod. de erog. mil. l. 5. C. Th. trib. in ipſ. ſpec. inf. l. 3. l. 7. C. Theod. de annon. et trib.* ANNONARIVS titulus. *l. 1. C. de fid. inſtr.*

ANNOSVS, pro ſene. *l. 3. C. de decurion.* Sic *ſumtus* ANNOSAE *litis*, apud Ambroſ. *Epiſt. Lib. V.*

ANNVERE, ſeu *adnuere*, ſine verbis: *l. 1. §. 2. D. de verb. oblig.* ANNVERE votis. *l. 5. C. de adoption.*

ANN.

ANNVS trecentis ſexaginta quinque diebus conſtat ex Iulii conſtitutione. *l. 4. §. 5. D. de ſtatulib.* Sueton. *in Iul. Cap. XL.* Annum autem in libris noſtris VTILEM fere accipimus, id eſt, ex his diebus conflatum, quibus experiundi poteſtas fuit. *l. 14. §. 1. D. quod met. cauſſ. l. 1. §. 2. D. quando de pecul. act. annal. l. 19. D. de minorib. l. 1. pr. D. ſi is, qui teſtam. lib. l. 6. D. de calumniat. l. vlt. C. de temp. in integr. reſt. §. 5. Inſt. de action.* [Quod et Goueanus notat *Lib. I. variar. lect. Cap. X. p. 795. Operum.*] ¶. 2. ANNVM ciuiliter non ad momenta temporum, ſed ad dies, numeramus. *l. 134. D. de verb. ſignif.* ¶. 3. Si cui legetur, quum quatuurdecim annorum erit, is capiet, quum XIV annos impleuerit. *l. 49. pr. D. de legat. I.* ¶. 4. Hoc ſermone: POST ANNOS, biennium ſignificatur: *l. 17. in fin. D. de manum. teſt.* [perinde vt in *l. 217. §. 1. D. de verb. ſign.* per dictionem: IN DIEBVS, ſi nihil praeterea adiectum ſit, biduum intelligi, Iauolenus docet. Nam apud Latinos non minus, quam alias gentes, pluralis numerus duorum ſignificatione ſaepe contentus eſt. Grot. *Adnot. ad Leuit. V, 15.*] ¶. 5. Si cui his verbis libertas relicta ſit: DVODECIMO ANNO LIBER ESTO, in principio anni duodecimi liber erit. Duodecimus enim annus eſt, quum quantumlibet ex duodecimo anno venerit, aut praeterierit. Et qui duodecimo anno liber eſſe iubetur, omnibus duodecimi anni partibus liber eſſe iubetur. *l. 41. D. de manum. teſt.* Annos etiam inchoatos plerumque pro plenis accipimus, niſi aliter conceptio verborum, vel loquentis voluntas ſuadeat. *l. 1. D. de manum. l. 5. D. qui teſt. fac. l. 8. D. de mun. et honor. l. 3. D. de iur. immunit. l. 74. fin. D. ad SC. Trebell.* Hinc quod quis aliquo ANNO dare promittit, aut dare damnatur, ei poteſtas eſt quolibet anni die dare. *l. 50. D. de obl. et act.* Qui hoc anno dari ſtipulatus ſit: niſi omnibus anni partibus praeteritis, non recte petet. *l. 42. pr. D. de verb. oblig.* Si in annos decem heres dare damnatus, aut liber eſſe iuſſus eſt: nouiſſimo eius temporis die legatum debebitur, et libertas obtinget. *l. 49. D. de condit. et demonſtr.* ¶. 6. Sed et notandae loquutiones: ANNOS ſedecim aetatis habere: *l. 41. §. 10. D. de fideicomm. libert.* Quando ANNORVM viginti erit: *l. 30. §. 5. D. de legat. I.* Quum erit ANNIS viginti: *l. 78. §. 15. D. ad SC. Trebell.* Quum erit ANNIS ſedecim: *l. 34. §. 2. D. de legat. III.* Quum fuerit ANNORVM viginti quinque: *l. 16. §. 2. D. de alim. vel cibar. leg.* Quum is ANNORVM quatuordecim eſſet factus: *l. 22. pr. D. quando dies legat. ced.* intra triceſimum quintum ANNVM aetatis decedere: *l. 18. pr. D. de ann. legat.* ANNI coepti, pleni: ANNOS complere, explere, implere, ad ANNOS peruenire: quaere ſuis ſingula locis.

ANNVVM ſaepe vſurpatur pro annali: vt ANNVA actio: *l. 2. D. quand. de pecul. act. ann. l. 24. §. 1. D. de lib. cauſſ.* ANNVA exceptio: *l. 30. §. 5. D. de pecul. l. 15. §. 3. D. quod vi aut clam. l. vlt. C. quib. ex cauſſ. mai.* At in *l. 1. fin. D. quando de pecul. act. ann.* ANNVA exceptio eſt, qua dominus, de peculio conuentus poſt annum, quam ſeruus alienatus manumiſſusue eſt, defenditur. ANNVA *lex* Praetoris edictum dicebatur, teſte Cicerone *in Verr. I, 42.* Nam vt Iuſtinianus *pr. Inſt. de perpet. et temp. action.* ſcribit, ipſius Praetoris intra annum erat imperium. ¶. 2. ANNVVM, quod in

ANN.

in ſingulos annos percipitur. In primis ANNVVM adpellatur, quod alimentorum cauſſa in ſingulos annos praeſtatur: et vt lexicon Latino-Graecum aedis B. Germani definit ἐνιαυσιαῖον σιτηρέσιον. *l. 22. D. de pact. dot. l. 15. pr. et l. 28. §. 6. et vlt. l. 33. D. de donat. int. vir. et vx. l. 6. §. 4. D. de poenl. leg. l. 6. D. de eſſ. bon. l. 10. §. 2. l. 14. l. 22. D. de ann. legat. l. 18. §. 3. D. de alim. vel cibar. legat.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 40: Vt publici ſerui* ANNVA *accipiunt.* Seneca *de Clement. Lib. I. Cap. 15.* ANNVVM *illi praeſtitit, quantum praeſtare integro ſolebat.* Sueton. *in Tiberio Cap. L: Praebitisque* ANNVIS *fraudanit.* Symmach. *in Epiſtolis: Priſcianus, frater meus, ſenatu auctore, ſalarii emolumenta conſequutus: ſuper eius* ANNVIS *dicitur orta dubitatio.* Iuuenalis *Sat: VI.* ANNVA *praeſtent.* ¶. 3. Eodem ſenſu dicitur: ANNVA merces: *l. 7. §. 8. D. ſolut. matrim.* ANNVAE penſiones: *l. 12. §. 4. D. quando dies leg.* ANNVVS reditus: *Nouell. CLX.* ANNVVS vſus. *l. 4. §. 2. D. de penu legat.* ¶. 4. ANNVA die dare, id eſt, anno. *l. 1. D. de dote prael.* vt quadrima die, id eſt, quartu anno: *l. 19. D. de pact. dot.* Eo loquendi genere vſi ſunt et Cicero *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 36.* et *Lib. II. Epiſt. ad Att. 42.* nec non Sueton. *in Aug. Cap. CI. Reliqua legata varie dedit, produxitque quaedam ad vicena ſeſtertia, quibus ſoluendis* ANNVVM *diem definiit.* Tertull. *in libro de corona mil. Cap. III. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis,* ANNVA *die facimus.* Sic MENSTRVA *die* apud Tertullianum *in Apologet. Cap. XXXIX.*

¶. 5. ANNVA, BIMA, TRIMA DIE, hoc ſignificat, anno, biennio, triennio.. His enim verbis praeſtatio tribus penſionibus diuiditur. *l. 19. l. 30. l. 49. D. de legat. I. l. 3. §. 13. 14. D. de ſtatulib. l. 3. §. 1. ſequ. D. de ann. leg. l. 54. D. de condit. et demonſtr. l. 8. §. 3. D. de pignor. act. l. vn. §. 7. C. de rei vx. act. l. 6. §. 1. de contr. emt.* Vlpian. *Fragm. tit. VI. §. 8.* Ergo ſi triginta ANNVA, BIMA, TRIMA DIE ſunt relicta, dena per ſingulos annos debebuntur, etiamſi non ſit adiectum *aequis penſionibus. l. 3. D. de ann. leg.* Atque ex hac formula emendandum eſſe elegantem Senecae *Suaſor. I.* locum, pridem animaduerti. Annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno. *l. 19. D. de pact. dot.* Ceterum huius formulae maximus vſus fuit, quoties in obligatione fuit ſumma paullo maior, et repraeſentatu difficilior. Hinc ſaepe ita promittebatur dos: Cic. *Lib. XI. ad Attic. Epiſt. 4. 23. et vlt.* Polyb. *in Excerpt. Peireſc. p. 154.* et iisdem tribus penſionibus reddebatur, ſoluto matrimonio. Vlpian. *tit. VI. §. 8.* Sic et quae ex mutuo, emto, legato, aliisque cauſſis debebantur, plerumque ſolutum iri promittebantur annua, bima, trima die: ceu denuo docet exemplum apud Ciceron. *ad Famil. Lib. XII. Epiſt. 8. l. 6. §. 1. D. de contrah. emt.* Ceterum in reddenda dote, quae numero, menſura et pondere conſtabat, is ſoluendi modus fuit legitimus, teſte Vlpiano *ibid.* donec eum in annum mutauit Iuſtinianus. *l. vn. §. 7. C. de rei vx. act. toll.* HEIN. ¶. 6. Addimus loquutiones: ANNVA interdicta: *l. 4. D. de interd.* ANNVA *iura:* apud Ouid. *Lib. II. Faſtor. v. 851.* ANNVA legare, ſeu quotannis, ſeu in annos ſingulos: *l. 12. §. 1. D. quando dies legat.* ANNVA arundinis millia legare: *l. 12. D. de ann. legat.* ANNVVM ſpacium: *l. 4. §. 1. D. quis ordo in poſſ. ſeru.* ANNVVM tempus. *l. 22. D. de ann. legat. l. 5. C. de iniur.*

ANS.

ANSA ſcyphi: *l. 20. D. de adqu. rer. dom. l. 23. §. 2. D. de rei vind.* Macrob. *Lib. III. Saturn. Cap. 2.* Anſis autem teneri ſolere vaſa, quis dubitet? ANSA poculi vel in poculo. *l. 21. §. 4. D. de furt.* Eleganter Seneca ſcriptores, qui aliorum ſcrinia turpiter expilant, furibus comparat, in alienis poculis anſas mutantibus. ANSAM ſcypho iungere: *l. 7. §. 2. D. ad exhib.* Vetus Gloſſarium: ANSA, ἴσυλος, ὠτίον σκεύους.

[ANSARIVM genus vectigalis eſſe, docet Cuiac. *ad l. 203. D. de verb. ſign.*] Eius mentio fit in *l. 1. Cod. Hermog. de iure fiſci.* vbi Imperator: *Si pro poſſeſſione T. Claudii vos debita fiſcalia exſoluiſſe conſtat, veſtram eſſe poſſeſſionem, notiſſimi iuris eſt. Ideo V. C. Proconſul, ſi partium veſtrarum allegatione ſolutam* ANSARIAM *pro aliena re cognoſcit, vt tradat vobis hanc ipſam cum fructibus rem, aequitatis ratione prouiſum eſt.* Vocatur ergo hic ANSARIA, quum in marmoribus ANSARIVM adpellari, docuerit laudatus Cuiacius *Obſeru. XIV, 3.* De origine vocabuli omnia incerta ſunt. Lubet tamen hic addere, quae de eo vectigali diſſeruit V. C. Petr. Burmannus *de Vectig. pop. Rom. Cap. V. p. 73. edit. nou.* ſatis perſuaſo, imperuium fore aliis omnibus, quod non hoc illuſtre peruaſit ingenium. In inſcriptione, inquit, apud Gruter. *p. XCIX. 6.* hoc vectigal deſignari creditur, et adpellari VECTIGAL FORICVLIARII ET ANSARII PROMERCALIVM: difficile vero dictu eſt, vnde nomina haec FORICVLIARII et ANSARII deducta ſint. veroſimile eſt quidem, quod Guther. *de Offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. XVII.* coniicit, legendum eſſe FORICVLARIVM, (vnde *fori culeari* efficietur,) et ANSARII, et indicari vectigal frugum minutarum, vini, tritici et olei, quae in foro, a culeis et vaſibus anſatis, quibus fruges venum exponebantur, denominato vendebantur: et Reineſium legiſſe FORICVLEARII, notat Gudius *ad Inſcript.* vt de *culleis*, quibus ex rure promercalia deuehebantur, intelligatur, idque maxime de vino et oleo verum eſſe, credimus, quod culleis ſemper conditum in forum deferebatur, vt venderetur. - - - Et, vt huc vectigal obſcurius: ita non magis patet, quale fuerit ANSARIVM, quod poſſit a vaſis anſatis, quibus merces quaedam, et praecipue vinum, ſi minori menſura venderetur, quam culeis in forum deferebantur, dictum videri, nam amphoris anſatis vinum fuiſſe conditum, neminem, vt probem, exacturum puto, quum ſexcentis locis amphorarum, quibus etiam, vt culeis, vbertatis agrorum rationem iniiſſe, teſtantur rei ruſticae ſcriptores, mentio fiat: vnico Catonis loco *Cap. CXIII. de re ruſtica* contentus ero, vbi ducens rationem vini odorati faciendi, inter alia dicit: *Amphoras nolito implere nimium* ANSARVM *infimarum vini.* Amphoras vero anſatas fuiſſe ſatis indicat earum adpellatio, et hinc *diota* vocatur Horatio *Lib. I. ode 9.* vbi Scholiaſtes: *vas duas* ANSAS *habens* explicat. Haec Burmannus, qui poſtea et Lazium, in lapide legentem ANSVRII, et Gutherium, ANSARIVM et ad arma promercalia, ab Ennio *iacula* ANSATA vocata, trahi poſſe, exiſtimantem, erudite refellit. An rem extricauerit, alii, quibus plus ocii eſt, viderint. Mihi nondum liquere, fateor. HEIN.

ANSERVM, non eſt fera natura. *l. 5. §. 6. D. de adquir. rer. dom.* ANSERVM paſtores: *l. 66. D. de legat III.* Vetus Gloſſarium: ANSERARIVS. χηνοβοσκός.

ANSITE-

ANS. ANT.

ANSITERIA vox nihili, quam tamen editiones quaedam habent in *l. 23. §. 2. D. de aur. arg. leg.* Legendum ibi AMPHITAPA, quod vocabulum iam ſupra ſuo loco explicauimus. HEIN.

ANT.

ΑΝΤΑΝΑΚΛΑΣΙΣ, repercuſſio, reflexus, reuerberatio, in *l. 17. §. 2. D. de ſeru. vrb. Interdum dici poteſt, eum quoque, qui tollit aedificium, vel deprimit, luminibus officere: ſi forte κατ' ἀντανάκλασιν, vel preſſura quadam, lumen in eas aedes deuoluatur.*

ANTAPOCHA. Vid. infra hoc ipſo libro APOCHA.

ANTE Kalendas proximas dari qui ſtipulatur, nihil differt ab eo, qui Kalendis ſtipulatur. *l. 13. l. 56. §. 4. D. de verb. oblig.* Hoc ſermone: ANTE DIEM DECIMVM KALENDARVM, vndecim dies non ſignificari, ait *l. 132. pr. D. de verb. ſignif.* Ait ibi Paullus: ANNICVLVS *amittitur, qui extremo anni die moritur. Et conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat. Ante diem decimum Kalendarum, poſt diem decimum Kalendarum: neque enim vtro ſermone vndecim dies ſignificantur.* Vexauit hic locus interpretes, qui, quum exiſtimarent, ante diem decimum Kal. idem eſſe, ac die XI. Kal. vix intelligere ſibi viſi ſunt, quid haec loquendi formula faciat ad declarandam annieuli notionem. Hinc Laur. Valla *Elegant. Lib. IV. Cap. 80.* et Alciat. *Comment. ad l. 132. D. de verb. ſignif.* reſcribendum putant: *vtroque enim ſermone*: Aut. Auguſtinus contra *Emend. Lib. IV. Cap. VI. neutro enim ſermone*, et ita Florentiae legi, adſeuerat. Sed eius errorem redarguit αὐτόπτης, Card. Noriſ. *Cenotaph. Piſan. Diſſ. II. Cap. 17. p. 345.* ibi nec *neutro*, nec *vtroque ſermone*, ſcriptum eſſe, ſed *neque vtro ſermone*, oſtendens: quamuis Henr. Brenckmannus, quo nemo noſtris temporibus Florentinum illud opus accuratiore cura excuſſit, in *Hiſt. Pand. Flor. Lib. IV. Cap. IV. p. 345.* referat, vtramque lectionem, *neutro* et *neque vtro* ibi occurrere, et alteram a librarii, alteram a correctoris mano eſſe. Vtramuis recipias: ſenſus recte ſe habet. Anniculum recte dici, qui dic anni extremo deceſſerit, quia et is, qui X. Kalend. deceſſerit: ante X. Kal. deceſſiſſe dicatur. Quod ad loquutionem ipſam attinet, eius ſenſus non obſcurus eſt: *ante X. Kalendas*, id eſt, antequam decima Kalendarum praeterierit, adeoque deſignatur ipſa dies decima, quae Kalendas antecedit, nun vndecima. Quod tot veterum teſtimoniis probauit laudatus Norilius, *ibid. p. 243.* vt actum agere nolimus. HEIN. ¶. 2. ANTE diem ſolutum: *l. 10. D. de condict. indeb.* ANTE omnia: *l. 23. D. de probat. l. 27. §. 4. D. de pact. l. vlt. D. de impenſ. in res dot. fact.* EX ANTE geſto. *l. 40. D. de oper. libert.*

ANTECESSOR ſucceſſori opponitur, *l. 55. D. de iudic.* et alias DECESSOR vocatur: vt ANTECESSOR praeſidis. *l. 9. D. de reb. cor.* ¶. 2. ANTECESSORES Iuſtinianus in Epiſtola pandectis praepoſita iuris ac legum profeſſores adpellat, vid. Cuiac. *Obſeru. XII, vlt.* qui in eadem Epiſtola et profeſſores legitimae ſcientiae dicuntur. Heſychius ANTIKENΣΩΡ, ὁ τοὺς νόμους μεμαθηκώς. Huiusmodi titulo Inſtitutionum paraphraſtes Theophilus honoratur: vt et Iulianus, qui Iuſtiniani nouellas in epitomen contraxit. Plane in lexico quodam bibliothecae Regiae ſcriptum inueni: ANTIKEΣΩΡ ἀντιγραφεὺς διαθήκης. Nun ergo ſoli legum Doctores ANTECESSORES vocabantur, immo ne omnes quidem, ſed pragmatici, vti vocantur *l. 9. §. 5. D. de poen.* qui formulis potiſſimum ſcribendis operam dabant. Corn. van Bynkershoek *Obſeru. VI, 3.* Ex Latino ANTECESSOR Graeci effingebant Ἀντικένσωρ vel Ἀντικήνσωρ, non quod eos cenſurum vice eſſe exiſtimarent, ceu credidiſſe videtur Alciat. *in Parerg. III, 12.* ſed quod ſolerent illo tempore NS pro S vel SS pronunciare, veluti *defenſus*, *deprenſus*, μένσου pro *defeſſus*, *depreſſus*, *menſum*. Et quid frequentius legimus in Pandecte Florentino, quam *vicenſimus*, *tricenſimus*, *quadragenſimus*, *totiens*, *quotiens*, *thenſaurus*, et ſimilia? Coler. *Parerg. Cap. XXII.* Quin CONCENSSERAT, pro *conceſſerat*, in marmore deprehendit Rad. Forner. *Rer. Quotid. III, 27.* HEIN.

ANTECEDENS inſtrumentum: *l. 23. C. de donation.* ANTECEDENTES creditores in ordine pignorum: *l. 7. C. de oblig. et action.* ANTECEDENS tempus: *l. 58. §. 2. D. de adminiſtr. tut.*

ANTESTARI, vetus duodecim tabularum verbum. Significat autem, in teſtimonium aliquem vocare, vocationique in ius teſtem adhibere, vel, vt vetus interpres Horatii *Serm. I, 9. v. 74.* teſtem facere. Vtuntur hoc vocabulo Plautus *in Perſa Act. IV. ſcen. 9. v. 10. in Poenulo Act. V. ſcen. IV. v. 57. Aſinar. Act. II. ſcen. IV. v. 74. Curcul. Act. V. ſcen. II. v. 23.* Horatius *Lib. I. ſerm. ſat. 9. v. 74.* Plin. *Hiſt. nat. XI, 45.* Vetus Gloſſarium: ANTESTARI, μαρτυρήσασθαι. ANTESTARI autem tam actiua, quam paſſiua, ſignificatione protuliſſe veteres, Priſcianus *Libro VIII.* teſtatur, qui ex Liuio haec verba citat: *Impubes neque libripens eſſe poteſt, neque* ANTESTATVS, id eſt, προδιαμαρτυρηθῆναι, ſeu *ad teſtimonium adhiberi.* ANTESTATI, qui teſtimonium vocantibus in ius perhibebant. ¶. 2. Apud Caium veru *Inſtitut. tit. VI.* ANTESTATVS dicitur, qui in mancipatione teſtimonii cauſſa adhibetur.

ANTEVERTERE ſupplicium. *l. 2. C. qui teſtam. fac.*

[ANTHROPOLATRA dicitur Neſtorius, in *l. 5. §. 2. et l. 6. §. 2. C. de ſumma trinit.*] Quum enim adoraret Chriſtum, ex Maria natum, et tamen Mariam θεοτόκον eſſe negaret: illi exprobari coepit, quod adoraret hominem. Immo ipſos Mahumedanos ab eo didiciſſe anthropolatrian, ſcripſit Damaſcen. *Haereſ CI.* iure, an iniuria, alii viderint. Ceterum eamdem ἀνθρωπολατρείαν primis Chriſtianis obieciſſe paganos, Chriſtum pro nudo homine habentes, conſtat ex Tertull. *Apologet. Cap. XXI.* HEIN.

ANTHIANVS (FVRIVS) iuriſconſultus, auctor *librorum V. ad Edictum*, quorum tamen ex primo duntaxat fragmenta tria in Pandectis relata ſunt, puta *l. 62. D. de pact. l. 40. D. de dolo mal.* et *l. 80. D. de rei vind.* Itaque iam Triboniani temporibus non integrum opus, ſed hoc tantum fragmentum videtur ſuperfuiſſe. Nam in

Indice Florentino legitur Ἄνθȣ ἤτοι Φȣρίȣ Ἀνθιάνȣ μέρος Ἐδίκτȣ βιβλίων πέντε. *Anthi vel Furii Anthiani pars Edictalium librorum quinque*, non μέρος Ἐδίκτȣ βιβλία πέντε, vti Taurellius edidit. Laur. Theodor. Gronou. *de emendat. Pandect. Cap. XXV. p. 81.* Ex tribus, quae exſtant fragmentis, iisque ſatis breuibus, de aetate huius iuriſconſulti nihil certi elicitur. HEIN.

ANTIAΔΑΣ in *l. 14. §. 8. D. de Aedilit. edict.* Vlpianus interpretatur *inueteratas*, id eſt, ſaucium tumores, qui iam diſcuti non poſſint. Cornel. Celſ. *de Medicina Lib. VII. Cap. 12.* tonſillas, quae poſt inflammatiuuem indurerunt, a Graecis ἀντιάδας adpellari tradit. Idem *Lib. I. Cap. V.* tonſillas; et *Lib. II. Cap. 2.* glandulas vocat. Vide de his Paullum Aeginet. *Lib. VI. Cap. 50.*

ANTIXPHΣIΣ, vt vetus Gloſſarium definit, *ἐςὶν ἡ ἀπὸ τῶν ἐνεχυριασθέντος ἀγρȣ̃ καρπῶν ὑπὲρ τόκȣ ἀνάληψις est perceptio fructuum, ex agro per culturam prouenientium, pro vſuris.* Ἀντίχρησις certe contrahitur, quum ita pignori domus vel fundus opponitur, vt in vſuras fructus creditor percipiat, aut locando, aut ipſe percipiendo habitandoque. *l. 11. §. 1. D. de pign. l. 33. D. de pignor. act.* vt in ſpecie *l. 14.* et *l. 17. C. de vſur.* vel, vt in *l. 6. C. quod cum eo.* quum in vſurarum vicem credituri facultas habitandi conceditur.

ANTICIPARE et ANTICIPATVM. ANTICIPATA res: *l. 2. C. de vectigal. Fecit et ludos ſaeculares, quaſi* ANTICIPATOS *ab Auguſto.* Sueton. *in Claud. Cap. XXI.* Quadraginta diebus, qui auſpicio caerimoniarum paſchale tempus ANTICIPANT. *l. 6. C. de fer.*

ANTICVS dicitur Iuſtinianus *in pr. Inſt. prooem.* Pro ANTICO *Ponticum* dicendum eſſe Iuſtinianum, ſuſpicatur Ezech. Spanhem. *de vſu et praeſt. numiſm. Diſſ. XII. p. 504. Tomo II.* miraturque, id ab aliis non eſſe obſeruatum. At ſic ſaepe aberraſſent librarii. ANTICVS enim, non *Ponticus*, vocatur etiam in *l. 3. C. de vet. iur. enucleando l. 1. C. de offic. praef. Praet. Afr.* et alibi paſſim. Nusquam vero in illo titulorum a Iuſtiniano vſurpatorum ſyrmate *Pontici* vel vola, vel veſtigium, occurrit. Et quid opus eſt criſi tam violenta, quum Procopius *de bello Goth. III, 40.* referat, ſub Iuſtiniano Antas, Sclauenorum accolas, tranſito Iſtro, in Romanorum fines magno cum exercitu effuſos, non ſine clade inſigni repreſſos eſſe? Addit idem ſcriptor, Antas demum perdomitos, nouas trans Iſtrum ſedes a Iuſtiniano Imp. impetraſſe, vt Hunnos a depopulationibus prohiberent. Eadem autem fuiſſe videtur gens Antica cum Venedica: *Sunt enim* ANTAE *et Sclaui, populus vnus: ſed tamen colunt duas reſpublicas populares*, inquit idem Procop. *Lib. III. Cap. 14.* HEIN.

ANTIΔΩPON, remuneratio. *l. 25. §. 11. D. de hered. petit.*

ANTIDOTVM, vel ANTIDOTVS, ἡ ἀντίδοτος, medicamentum, quo aduerſus venena praemunimur. Id, quamuis bibatur, tamen non habetur in penu. *l. 5. pr. D. de penu leg.* Et in *l. 35. §. 2. D. de contrah. emt. antidotum* refertur inter ea venena, quae adiectione alterius materiae vſui nobis eſſe poſſunt. Vulgus hodie *Mithridaticum* vocat, cui tale antidotum, ſaepius ſumtum, mortem difficillimam attuliſſe fertur. Sed ita et olim loquebantur Serenus Sammonicus *Cap. LXII.*

> ANTIDOTVS *vero multis Mithridatica fertur*
> *Conſociata modis.*

Caio auctor *de Latinitate vet. iureconſult.* a Carolo Andr. Duckero editus *p. 341.* exprobrat, quod in *l. 35. §. 2. D. de contrah. emt.* id vocabulum maſculino genere extulerit. Sed calumniam ipſe locus, oculis non plane conniuentibus inſpectus, illico refutat. HEIN.

ANTINOMIA, legum inter ſe pugna, qualem in corpore iuris, ſuis auſpiciis confecto, nullam exſtare voluit, et, ſi qua forte ex auctorum oſcitatione irrepſerit, ſubtiliore interpretatione tolli iuſſit Iuſtinianus. *l. 1. §. 8. C. de vet. iur. enucl.* Votine damnatus ſit, an non, certant viri docti, et adhuc ſub iudice lis eſt. HEIN.

[ANTIΠAPAΣTAΣIΣ, argumenti genus, quo iuriſconſulti aliquando ſententias ſuas duabus rationibus communire ſolent. Quemadmodum enim priorem ἔνςασιν; ita poſteriorem ἀντιπαράςασιν vocabant. Cuiac. *Obſeru. XXV, 21.* vbi pluribus exemplis id probat ex *l. pen. D. de ſeru. export. l. 27. §. 4. D. ad SC. Tertull.*] Nos vnum hic adſcribimus ex *l. 17. D. de auct. tut.* Hic Paullus, vt probet, tutorem a praetore compelli non poſſe, ad auctoritatem interponendam, addit rationem, quia iniquum ſit, tutorem cogi ad adprobandum id, quod fortaſſe non vtile futurum ſit pupillo: et haec eſt ἔνςασις. Deinde ſubiicit: ſi vel maxime actus iſte pupillo vtilis eſſet, pupillum tamen damni nihil facere, quatenus tutelae iudicio conſequi poſſit a tutore, quantum ſibi ob eam rem abſit, quod tutor auctor fieri noluerit, quantumque potuiſſet lucrari, ſi auctoritatem interpoſuiſſet: et haec eſt ἀντιπαράςασις. HEIN.

ANTIΦEPNA, donationes propter nuptias, *l. vlt. C. de donat. ante nupt.* quemadmodum παράφερνα, quae extra dotem ad virum deferuntur, Gallis peculium. *l. 9. D. de iure dot.* HEIN.

ANTIQVARI lex rogatione olim dicebatur, quae non accipiebatur, ſed improbabatur et reiiciebatur. ANTIQVARE enim ſignificat antiqua probare, et, vt Feſtus Pompeius explicat, in morem priſtinum reducere. Sic ANTIQVATVM edictum, in *l. 5. C. de aedific. priu.*

ANTIQVARII, *l. 2. C. Theod. de ſtud. vrb. Rom.* librarii ſunt, ſeu librorum ſcriptores, et qui vetuſtus codices deſcribunt. Sic apud Sidon. Apollinar. *Lib. IX. Epiſt. 16.* et Caſſiodor. *lib. de diuin. lect. Cap. XXX.* Auguſtin. *de verb. dom. ſerm. XLIV. Quemadmodum qui videt litteras in codice optime ſcripto, et non nouit legere, laudat quidem* ANTIQVARII *manum, admirans apicum pulcritudinem.* Hinc ANTIQVARIA *ars*, apud D. Hieronymum *Epiſt. ad Florentium.* Vetus Gloſſarium Graecum ANTIQVARIVM, καλλιγράφον interpretatur. ANTIQVARII quatuor in ſcrinio memoriae. *l. 10. C. de proxim. ſacr. ſcrin.* Add. Pancirol. *de Clar. leg. interp. I, 2. p. 10.* HEIN.

ANTIQVI, *l. 3. D. ſi pars hered. pet.* qui quidem alias frequentius *veteres* adpellantur, vt fuſius probabimus, vbi ad eam vocem ventum erit.

¶. 2. AN-

¶. 2. ANTIQVI libri. *l. 36. in fine C. de proſſic. teſtam.*

ANTIQVIOR pro carior, in *l. 19. §. 7. D. de capt. et poſtl.* ¶. 2. ANTIQVIOR acceptilatio. *l. 13. §. 9. D. de acceptil.* ANTIQVIOR venditio lite. *l. 2. C. de petit. hered.*

ANTIQVVM. ANTIQVA actio, ex lege XII. Tabularum deſcendens. *l. 23. §. 6. D. de rei vind.* ANTIQVA obligatio, id eſt, priſtina. *l. 21. §. 4. D. quod met. cauſſ.* ANTIQVAE iurisdictionis retia. *l. 2. pr. C. ad SC. Velleian.* ANTIQVISSIMVM tempus. *I. Feud. I. §. 1.* ¶. 2. ANTIQVVM IVS, varie in libris noſtris exauditur. Nam ita interdum *ius gentium* vocatur, quod cum humano genere natura prodidit. *l. 1. pr. D. de adqu. rer. dom. §. 11. Inſt. de rer. diuiſ.* ¶. 3. Plerumque etiam IVS ANTIQVVM dicitur, quod ex legibus XII. Tabularum deſcendit. *l. 23. §. 6. D. de rei vindic.* quae et ANTIQVA LEX adpellatur, in *l. 2. §. 1. D. de noxal. action. l. 1. C. de except.* et ANTIQVA PRVDENTIA, *l. pen. in fine C. de conſtit. pecun.* et IVS VETVS. *l. 1. D. de petit. hered.* Et ita ANTIQVITATEM accipe apud Iuſtinianum *§. 14. Inſt. de hered. quae ab inteſt.* ¶. 4. At in *l. 29. §. 7. D. de lib. et poſtum.* ANTIQVVM IVS accipi oportet, quod ante legem Velleiam obtinuit, quemadmodum in *l. 1. §. 9. et l. 2. §. 20. D. ad SC. Tertull.* ANTIQVVM IVS eſt, quod SC. Tertullianum praeceſſit: et in *l. 29. fin. D. de legat. II.* quod ante legem Iuliam et Papiam obſeruabatur: quomodo etiam accipiendum eſt apud Vlpianum *tit. I. §. 21. tit. XVII. §. 2. et tit. XVIII. Regular. §. 1.* Enimuero in *l. 42. §. vlt. D. de mort. cauſſ. donat.* IVS ANTIQVVM eſt, quod Seueri conſtitutionem praeceſſit, qua in mortis cauſſa donationibus Falcidia inducta eſt. Similiter ANTIQVVM IVS, in *l. 19. §. 3. D. de caſtr. pecul.* quod conſtitutiones Imperatorum circa peculium caſtrenſe factas anteceſſit, VT ANTIQVA OBSERVATIO, *§. 1. Inſt. per quas perſ. nob. adquir.* quae ante Iuſtiniani conſtitutionem locum habuit. ANTIQVVM IVS in *l. 18. C. de collation.* quod Anaſtaſianam conſtitutionem praeceſſit, qua noua forma emancipationis faciendae introducta eſt. [Quaecumque ergo iura nouis conſtitutionibus anteriora ſunt, ea harum reſpectu IVS ANTIQVVM vocari, e. g. in *l. 1. C. unde vir. et vx.* reſpectu conſtitutionis nouae *l. vlt. C. Theod. de legit. hered.* recte obſeruauit Iac. Cuiacius. Add. *l. 17. C. de nupt. l. 6. C. de inceſt. et inutil. nupt.*] ¶. 5. ANTIQVVM IVS in *l. 1. in fine D. ſi a parent. quis manumiſſ.* querelam inofficioſi teſtamenti ſignificat. ¶. 6. ANTIQVI iuris ſtatuta, i. e. ius antiquum: *l. 12. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* itemque ANTIQVI iuris contentio. *l. 24. C. de nupt.*

ANTISTES ſacer: *l. 6. C. Theod. de his, qui ſuper relig.* ſacrae religionis: *l. 7. C. Th. de cuſtod. reor.* et ANTISTES ſimpliciter, epiſcopum ſignificat. *l. 18. l. 22. pr. l. 25. §. 1. l. 28. §. 2. C. de epiſcop. et cler.* aliquando etiam ſacerdotem. *l. 1. C. Theod. ne ſanct. bapt. iter.* ¶. 2. Sic memorantur etiam ANTISTITES liberalium ſtudiorum: *l. 1. C. de decret. decur.* ANTISTITES locorum, vel vrbis: *l. vlt §. 5. C. de curat. fur.* ANTISTITES ſapientiae, apud Plin. *Hiſt. nat. Lib. VII. Cap. I.*

ANTISTIVS LABEO, inſtitutus a Trebatio, de quo vid. *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* Eius fit mentio apud Sueton. *in Aug. Cap. LIV.* et Gell. *Lib. XIII. Cap. 10.* Eius libris, qui poſt mortem editi ſunt, POSTERIORVM nomen inditum eſſe, idem Gellius ſcribit. Eum quoque commentarios ad XII. Tabulas compoſuiſſe, teſtatur idem Gellius *Lib. I. Cap. XII.* Citatur et a Plutarcho ἐν αἰτίοις, vbi tamen Ἀντίστιος Λάκων perperam, pro Ἀντίστιος Λαβεών, vulgo ſcribitur. LABEO etiam *lib. I. Praetoris vrbani* citatur in *l. 19. D. de verb. ſignif.* Hunc ob praefractam in ſententiis in ſenatu dicendis libertatem, qua ne Auguſto quidem ipſi cedebat, inſaniae nota Horatius, imperatori ſuo blandiens, adſpergit *Satyr. 3. Lib. I. Serm.* ad quem locum vetus interpres: *Marcus*, inquit, *Antiſtius Labeo, iurisperitus memoratae libertatis, multa libere contra Caeſarem dixiſſe et feciſſe dicitur, ab eo latas leges contumaciter reprehendens. Quare in gratiam Auguſti eum ſic carpit (poeta,) et* INSANVM *nominat.* Qua in re quam fuerit Ateio Capitoni, aequali ſuo, diſpar, Tacitus *Lib. III. Annal. Cap. 75.* docet. Operae pretium fuerit, hic quaedam omiſſa ſupplere. LABEO hic noſter, teſte Pomponio, reliquit libros CCCC. Quotannis enim ſex menſes ſecedebat, libriſque conſcribendis dabat operam, in quibus etiam fuere *libr. VIII.* Πιθανῶν, *libri Praetoris peregrini* ſaltim XXX: *l. 9. §. 4. D. de dol. mal.* et *liber Epiſtolarum*, *l. 30. §. 1. D. de vſurp. et vſuc.* Libros πιθανῶν in compendium contraxit Paullus: Perrenon. *Animadu. iur. II, 16.* Bynkersh. *Obſ. iur. III, 6.* libros poſteriorum Iauolenus. Ad Labeonem porro notas ſcripſerunt Quintus (fortaſſis Tubero,) *l. 7. §. 7. D. de dolo mal.* Aolus, (fortaſſis Caſcellius,) *l. 17. §. 5. D. de her. inſt.* Proculus, *l. 10. §. 1. D. de negot. geſt.* et Ariſto. *l. 17. §. 5. D. de hered. inſt.* Ceterum Labeonem noſtrum INSANVM non dici ab Horatio, luculenter probauit Rich. Bentlei. *ad Horat. p. 390.* vbi acute colligit, poetam ſcripſiſſe:

LABIENO *inſanior inter*
Sanos dicatur.

De Labieno enim, inſano homine, qui ob iſtum animi morbum pro *Labieno Rabienus* dicebatur, lepida quaedam narrat Seneca, pater, *in praefat. Libri V. Controuerſ.* HEIN.

ANTONINVS, *Auguſtus, Pius noſter*, ait Marcianus in *l. 42. D. de fideic. libert.* Idem *Aurelius Imperator Antoninus* dicitur in *l. 48. D. de condit. et demonſtr.* et *Imperator Titus Antoninus*, in *l. 55. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 3. D. de condict. indeb.* et Diuus Antoninus, in *l. 7. D. de in integr. reſtit.* et *l. 1. §. 5. D. de quaeſt.* item *Diuus Pius Antoninus*, in *l. 5. §. 1. D. de cenſib.* et *Imperator Antoninus Pius*, *l. 13. §. 1. D. de alim. vel cibar. legat.* a Modeſtino vero Ἀντωνῖνος Εὐσεβής. *l. 8. §. 1. D. de excuſat.* Paſſim vero in libris noſtris *D. Pius* vocatur, et quod rarum eſt, *Antoninus*, nullo adiuncto, in *l. 57. D. de legat. II.* et *Imperator Antoninus*, in *l. 17. D. de ſtatu hom.* ¶. 2. ANTONINI Imperatoris nomine in *l. 12. D. de fideic. libert.* Antoninus Caracalla exaudiendus eſt, qui et *Diuus Antoninus* dicitur in *eadem l. §. vlt.* et *Antoninus Auguſtus* in *l. 32. pr. D. de donat. inter vir. et vxor.* et *l. vlt. D. de ſenatorib.* Fuit hic Septimii Seueri, Auguſti, filius. Obſeruandum tamen eſt, patri aliquoties a iurisconſultis, qui eius temporibus vixerunt, in ordine ſcripturae anteponi, veluti in *l. 9. D. de capt. et poſtlim.* *Poſt reſcriptum Imperatoris, Antonini, et diui patris eius:* et apertius in *l. 8. §. 1. D. de legation.* *Imperatores Antonini,*

toninus, et Seuerus Auguſti. Eodemque modo in *l. 3. D. de condict. indeb. l. 5. §. 2. D. de ſolut. l. vlt. D. de excuſat.* *Imperator* ANTONINVS *cum diuo patre ſuo reſcripſit.* et in *l. 14. §. 4. D. ad SC. Trebell.* et *l. 15. §. 3. D. de re iudic.* *Reſcriptum eſt ab Imperatore noſtro, et diuo patre eius.* aliter atque in *l. vlt. pr. et §. 12. D. de publican. l. 1. et l. vlt. D. de requir. et abſ. damn. l. 33. §. 1. D. de condit. et demonſtr. l. 3. et l. 7. D. de min. l. 4. §. 1. D. de in lit. iur.* ¶. 3. Idem Imperator MAGNVS ANTONINVS quandoque adpellatur, *l. 11. D. de adpell. l. vlt. §. 11. D. de publican.* et in *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 3.* quin et alias *Diuus Antoninus* vocatur, vt in *l. 96. D. de legat. III.* interdum *Diuus Magnus Antoninus*, vt in *l. vlt. D. de veteran.* et *l. 9. D. de diuerſ. temporal.* Ad eum enim, non ad Pium, hanc *Diui* et *Magni* adpellationem pertinere, planum facit *d. l. vlt. D. de veteran.* in qua ita eſt: *Diuus Magnus Antoninus cum patre ſuo reſcripſit*, vt in *l. 1. D. de requir. et abſ. damn.* *Diui Seueri et Antonini Magni reſcriptum eſt.* Verum nullum dubitandi locum Vlpiano adhibitus Herennius Modeſtinus relinquit, in *l. 18. §. 3. D. de vacat. et excuſ. mun.* iuncta *l. 6. D. de excuſ.* Nam quod illic ait: *Diuus Magnus Antoninus cum patre reſcripſit*, hoc idem in *l. 6. D. de excuſ.* ex Vlpiano refert his verbis: *Imperator noſter cum patre reſcripſit.* De hoc itidem accipienda ſunt verba Vlpiani in *l. 4. §. 5. verſ. quaedam D. de offic. proconſ.* haec: *Imperator noſter Antoninus Auguſtus.* Et generaliter, quotiescumque apud eumdem Vlpianum et Paullum legimus: *Imperator noſter*: toties Antoninum hunc demonſtrari, ſciendum eſt, vt ſuo loco probabimus. MAGNI cognomen in numis quoque Caracallae tribui, obſeruauit Ez. Spanhem. *in Orb. Rom. Exerc. II. Cap. IV. p. 144.* Nam, vt ait Aurelius Victor *Cap. XXXVII. corpore Alexandri Macedonis inſpecto,* MAGNVM *atque Alexandrum ſe iuſſerat adpellari.* Conf. Herodian. *Hiſt. IV, 7.* Attamen et eius pater, Seuerus, iam antea non modo *magni*, ſed *maximi principis* elogio ſaepe ornatur, vt in *l. 78. §. 1. D. de legat. II. l. 8. D. de vacat. et excuſ. mun.* et *l. 17. pr. D. de quaeſt.* quem locum cur de Antonino potius Caracalla cum Spanhemio intelligere debeamus, nullam plane rationem videmus. Add. Cojac. *Obſeru. II. 33.* et Eu. Otto *in Papiniano Cap. XII. §. 7. p. 263.* HEIN.

ANV.

ANVLVS. Anulorum quidam ſignandi cauſſa habebantur, qui et *ſignatorii* adpellantur, *l. 74. D. de verb. ſign. l. 25. §. 10. D. de aur. arg. leg.* Ex quibus ſigna tabolis imprimebantur, *l. 22. §. 2. et 5. D. qui teſt. fac. l. 12. C. eod. tit. l. 15. §. 1. D. de teſt. mil.* Q. Curtius *Lib. III. Cap. 6.* *Epiſtolam ſigillo* ANVLI *ſui impreſſam.* Et *libro III. Cap. 7.* *Sed eam, ignoti* ANVLI *ſigno impreſſo, dari iuſſerat.* Idem *Libro X. Cap. 6.* ANVLVM, *quo ille regni atque imperii vires obſignare ſolitus erat, traditum ab ipſo.* ¶. 2. Alii ornatus cauſſa habebantur. *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. leg. et l. pen. D. de bon. damn.* ANVLI autem dactyliothecis continebantur. *l. 52. §. 8. et l. 53. D. de legat. III. l. 67. pr. D. de furt.* ¶. 3. ANVLVM ſponſae muneri miſſum a ſponſo, narrat Paullus in *l. 36. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vx.* de quo ritu conſulendus Kirchmann. *de Anul. Cap. XVIII. p. 185. ſequ.* HEIN. ¶. 4. ANVLVM a moriente filiae cuſtodiae cauſſa traditum proponit Papinianus, *l. 77. §. 2. D. de legat. II.* De eo quoque more differit Kirchmannus *Cap. XXII. p. 259.* HEIN. ¶. 5. Ceterum ANVLOS AVREOS ſolis ingenuis ferre licuit, quemadmodum Iſidor. *Lib. XX. Etymol. notat.* Vnde Aſconius ANVLOS aureos *ingenuitatis ſigna* adpellat. Proinde liberti, vt ingenuitatis munia, ſaluo patronorum iure, conſequerentur, *ius* AVREORVM ANVLORVM a principe impetrare ſolebant. *l. 10. §. 3. D. de in ius voc. l. 44. D. de excuſ. tut. l. 33. §. 1. D. de cond. et demonſtr. l. 42. D. de adult. l. 3. D. de bon. libert. l. 11. D. de SC. Silanian.* Quod Plinius *Lib. XXIII. Hiſt. nat. Cap. 2.* perſtringit his verbis: *Paſſim ad ornamenta* ANVLORVM *etiam ſeruitute liberati tranſiliunt.* Iuſtinianus *Nouella Conſt. LXXIV. Cap. I.* ὥσπερ γάρ ἐστι τις πρὸ ἡμῶν ἐξηυρημένος τρόπος, ὃς τοὺς ἀπελευθέρους εἰς εὐγένειαν ἄγει, προκαθαίρων μὲν αὐτοὺς ἑτέρᾳ τινὶ πράξει, καὶ διδοὺς αὐτοῖς τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον. *Sicut enim quidam a praecedentibus nos adinuentus modus eſt, qui libertos ad ingenuitatem deducit, praemundans quidem illos alio quodam actu, et dans eis* AVREORVM *ius* ANVLORVM. Ac plane libertus, qui ius aureorum anulorum impetrauerat, vt ingenuus habebatur: *l. 5. D. de iur. aur. anul.* et iura ingenuitatis, ſaluo iure patroni, nanciſcebatur, *l. vlt. D. eod. tit.* omniaque ingenuitatis munia habebat, *l. 10. §. 3. D. de in ius voc.* et in ordinem ingenuorum tranſibat. *l. 44. pr. D. de excuſat.* Cuiusmodi libertorum honorem auctum, non conditionem mutatam, ait Marcianus, *l. 33. §. 2. D. de condit. et demonſtr.* propterea quod patronorum iura in eos ſalua manebant. Deteriorem enim patronorum cauſſam per iſtud beneficium haberi non oportebat. *l. 42. D. ad leg. Iul. de adult.* Denique viuebant quaſi ingenui, moriebantur quaſi liberti. *l. 3. pr. D. de bon. libert.* Atque hoc eſt *ius* ſeu *beneficium aureorum anulorum*: *l. 1. l. 2. D. de iur. aur. anul.* quod χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον adpellatur a Modeſtino, in *l. 14. D. de excuſ. tut.* et a Iuſtiniano *Nou. LXXIV. Cap. I.* et *ius anulorum* ſimpliciter: *l. 3. l. 5. l. vlt. D. de iur. aur. anul. l. 10. §. 5. D. de in ius voc. l. 44. D. de excuſ. l. 11. D. de SC. Silan.* quod liberti *petere, impetrare, accipere* ab Imperatore, dicebantur. ¶. 6. ANVLIS aureis donati in equeſtrem ordinem transſcribebantur, vt ſubiecti auctorum loci indicant. Aſin. Pollio *Lib. X. Epiſt. Cic.* *Fecit, vt ipſe gloriari ſolet, eadem, quae C. Caeſar ludis, quos Gadibus fecit. Herennium Gallum, hiſtrionem, ſummo ludorum die* ANVLO AVREO *donatum, in quartumdecimum ſeſſum deduxit: tot enim fecerat ordines equeſtris loci.* Tranquillus *in Vitell. Cap. XII.* *Prouincia dein accepta manſit, ac primo imperii die* ANVLIS AVREIS *donauit ſuper coena, quum mane, rogantibus pro eo cunctis deteſtatus eſſet ſeueriſſime talem equeſtris ordinis maculam.* Nimirum non aliis olim ius aureos anulos geſtandi erat, quam Senatoribus et equitibus. Dio Caſſ. *Libro XLVIII. p. 385.* Οὐδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων οὐχ ὅτι τῶν δουλευσάντων ποτὲ ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ἐν ἐλευθέρῳ γένει τραφέντων δακτυλίοις χρυσοῖς, πλὴν τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων χρῆσθαι ἐξῆν. *Apud Romanos antiquos non modo liberto, ſed ne ingenuo quidem,* AVREO ANVLO *vti licebat, niſi aut Senator eſſet, aut eques.* Et Plin. *Hiſt. nat. Lib. XXXIII. Cap. 2.* ANVLI *diſtinxere alterum ordinem a plebe, vt ſemel coeperunt eſſe celebres, ſicut tunica ab* ANVLIS *ſenatum tantum.* Plura dabit Kirchmann. *de Anul. Cap. XV. p. 147. ſequ.* HEIN. ¶. 7. ANVLOS interdum arrhae nomine venditori datos, oſtendunt

l. 11.

l. 11. §. 6. D. de act. emt. l. 5. §. pen. D. de inſtitor. et Plin. *Lib. XXXIII. Cap. I.* Eo etiam pertinet *l. 17. D. de praeſer. verb.* De hoc etiam ritu ex inſtituto Kirchmann. *de Anul. Cap. XV. p. 181.* HEIN.

¶. 8. ANVLI certi ponderis certaeque formae: *l. 2. §. 1. D. locat.* ¶. 9. Addidit Tabor: ANVLI *aurei an auri adpellatione contineantur, dubitatur in l. 19. §. 7. D. de aur. arg. leg. Quae ratio dubitandi?* Nos vero hanc rationem non adeo obſcuram eſſe arbitramur. ANVLI enim inter ornamenta habentur. *l. 25. §. 10. D. de arg. leg.* Quae vero alio legatorum genere continentur, ea communi auri vocabulo non venire, nec legato auri comprehendi, et ii ſciunt, qui aliud nihil. HEIN.

APE.

APER minor, memoratur in edicto Aedilitio, *l. 40. D. de Aedil. edict.* vbi prohibitio: *Ne quis canem, verrem, vel* MINOREM APRVM, *lupum, vrſum, pantheram, leonem, ibi, vbi vulgo iter ſit, habuiſſe velit.* Quamuis vero haec verba, quippe in Baſilicis omiſſa, plerique poſt Charondam pro gloſſemate habenda expungendaque exiſtiment: nulla tamen idonea ratio eſt, lituram inducendi his verbis, maxime quum verba in Baſilicis: κάπρω ἀγρίω procul dubio ad *aprum* pertineant. Vid. Eu. Otto *de tutel. viar. Lib. III. Cap. I. p. 418. ſequ.* HEIN.

APERIRE, facere, vt quid pateat. Sic APERIRE dicimur codicillos: *l. 3. §. 25. D. de SC. Silan. l. vlt. §. vlt. D. de legat. II. l. 26. §. 3. D. de fideicomm. libert.* epiſtolas: *l. 25. D. de legat. II.* horrea: *l. 56. D. locati.* APERIRE parietem dicitur, qui feneſtras vel ianuas in eo facit. *l. penult. et vlt. §. vlt. D. de ſeru. praed. vrb.* APERIRE partem coenaculi: *l. 27. pr. D. locat.* puteum in domo: *l. 24. §. vlt. D. de damn. inf.* refugia: *l. 13. §. 7. D. de vſufr.* ſepulcrum: Paull. *Recept. Sent. I, 21, 6.* ſulcum: *l. 29. D. de ſeru. ruſt. praed.* tabulas: Plin. *Lib. II. Epiſt. 20.* tabulas teſtamenti: *l. 25. §. vlt. D. de SC. Silan. l. 3. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* tabulas ſecundas: *l. vlt. D. eod. tit.* teſtamentum: *l. 1. §. 5. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 38. §. 7. D. de poen. l. 7. §. 4. D. de lib. cauſſ. l. vlt. pr. D. de adpellat. recip. l. 1. §. 23. D. de SC. Silan. l. 16. D. de excuſ. tut.* Paull. *Sent. V, 25, 7.* APERIRE autem tabulas ille intelligitur, qui naturaliter aperit, ſiue ſignatae ſint, ſiue ſint ligatae, ſed tantum naturaliter clauſae. Et ita in Edicto, quo praetor aperiri teſtamenti tabulas vetat ante quaeſtionem de familia habitam, hoc verbum accipimus. *l. 3. D. de SC. Sil. l. vlt. D. de adpell. recip.* Si in duobus exemplaribus ſcriptum ſit teſtamentum, alterutro patefacto, apertae ſunt tabulae. Sed etſi ſua natura patefactae ſint, apertae videbuntur. Quod ſi quis authenticum fecit, et exemplum: apertum vtique cenſetur teſtamentum, ſi authenticum patefactum, non item, ſi exemplum. *l. 10. pr. et l. vlt. D. de teſtam. quemadm. aper.* Ceterum quo ritu aperiendae fuerint tabulae teſtamenti, docet Paull. *Recept. Sent. IV, 6, 1.* Vlpianus et Caius in *l. 4. l. 6. l. 7. D. teſtam. quemadm. aper.* et Imperatores in *l. 2. C. eod. tit.* Denique APERIRE viam publicam, eſt eam ad veterem latitudinem altitudinemque reſtituere. *l. 1. D. de via publ.*

APERTE, manifeſto. APERTE agitur: *l. 22. §. 7. D. rat. rem. hab.* APERTE adparebit: *l. 10. pr. D. de inoffic. teſtam.* APERTE adprobatum: *l. 39.*

D. de adquir. poſſeſſ. APERTE cauetur lege: *l. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* APERTE conuicti: *l. vlt. C. quor. adpellat.* APERTE expreſſum eſt: *l. 3. C. in quib. cauſſ. pign. vel hypoth. tac. contrah.* APERTE iniquum eſt: *l. 63. §. 7. D. ad SC. Trebell.* APERTE iuſſus: *l. 7. D. ſi cui plus quam per leg. Falc.* APERTE oſtendiſſe: *l. 46. D. de legat. II.* APERTE ſentire: *l. 57. D. de legat. I.* APERTISSIME videtur. *l. 57. D. de manumiſſ. teſt.*

APERTVS, A, VM, quod clauſum, vel ſignatum antea, rumpitur, vel reſignatur. Sic APERTI codicilli: *l. 26. §. 3. D. de fideicomm. libert. l. 66. §. 5. D. de legat. II. l. 18. §. 3. D. de alim. vel cibar. leg.* APERTVS paries: *l. 40. l. vlt. §. vlt. D. de ſeru. praed. vrb.* APERTVM teſtamentum: *l. 18. §. 3. D. de alim. vel cibar. leg. l. 25. §. 1. D. de SC. Silan. l. 16. D. de excuſ.* APERTAE tabulae teſtamenti: *l. 21. D. de cond. et demonſtr. l. 26. §. 3. D. de fideic. libert. l. 31. §. 1. D. de excuſat. l. 42. D. de hered. inſt. l. 1. §. vlt. D. de iur. et fact. ign. l. 24. D. de liberat. leg. l. 31. D. de cond. et demonſtr. l. vn. C. de his, qui ant. apert. tab.* Vlpianus *Fragm. XVII, 1. l. 18. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 30. §. vlt. D. de adim. legat. l. 24. D. de liber. legat.* ¶. 2. APERTVM, quod non opertum et abſtruſum, ſed manifeſtum eſt, ac veluti in oculos incurrit. Aqua per APERTVM ducta: *l. 3. pr. D. de riuis.* APERTA fraus: *l. 3. C. de iure fiſci. l. 10. C. de adminiſtr. tut.* APERTAE fruſtrationes: *l. 7. C. de exſequut. rei iud.* APERTVM ius: *l. 109. D. de condit. et demonſtr.* in re APERTA: *l. 2. D. de adpellat.* APERTVS riuus: *l. 1. §. 4. D. ne quid in flum. publ. l. 1. §. vlt. l. 2. D. de riuis.* APERTISSIMVM eſt. *l. 14. D. de legat. praeſt.*

APERTVRA, pro actu aperiendi. Vlpianus *l. 3. §. 20. D. de SC. Silan. Omnis enim* APERTVRA (teſtamenti) *prohibita eſt.* Sic et APERTVRA tabularum: *l. 31. §. 1. D. de excuſ. l. vlt. D. de mort. cauſſ. don. l. 21. l. 31. l. vlt. D. de condit. et demonſtr.* APERTVRA codicillorum., in *l. 86. §. 1. D. de legat. I. l. vlt. §. vlt. D. de legat. II.*

APES in fundo: *l. 9. §. 1. D. de vſufr.* APES ferae in fundi noſtri arbore: *l. 26. pr. D. de furt.* APIVM fera natura eſt. *l. 5. §. 5. D. de adquir. rer. dom. §. 14. Inſt. de rer. diuiſ.* Hinc in patrimonio noſtro tamdiu computantur, quamdiu conſuetudinem habent reuertendi. *l. 8. §. 1. famil. erciſc.* Quum APES meae ad tuas aduolaſſent: *l. 27. §. 12. D. ad leg. Aquill.* APES alienas fumo facto fugare: *l. 49. pr. D. eod. tit.* APES alienas exurere. *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 7. l. 27. §. 12. D. ad leg. Aquill.* HEIN.

APEX, APICES, pro ſcriptura vel litteris. Sic APICES adnotationis expreſſae: *l. 7. C. Theod. de petit. et vltro dat.* APICES Auguſti: *l. 6. C. de adu. diuerſ. iudicum.* APICES coeleſtes: *l. 5. C. de aquaed.* APICES diuini: *l. 7. C. de epiſc. et cler. l. 43. pr. C. eod. tit.* et in *opere* Caroli M. *auctoritate aduerſus ſynodum Nicenam compoſito Cap. XXV.* alibi et *adfatus diuini* ſeu *litterae* adpellantur. APICES ſacri: *l. 3. C. vbi ſenat. l. 5. C. de emanc. lib. l. 24. C. Th. de erog. mil. annonae l. 3. C. Th. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1. C. vt nem. lic. in emt. ſpec.* APICES ſerenitatis noſtrae. *Epiſt. prima Iuſtiniani, cui initium eſt:* Inter claras. ¶. 2. APEX, culmen: vt APEX poteſtatis. *l. 6. C. Theod. de iis, qui adminiſtr. vel offic.* ¶. 3. APICES iuris. *l. 29. §. 4. D. mand.* Atquidnam apices iuris? Plerique hic ſibi fingunt quaeſtio-

nes iuris arduas, acutas, et ſubtiles: et ita haoc loquutionem accepit Petrus Loriottus, qui totum volumen huiusmodi diſputationum ſubtiliorum *de Apicibus iuris* inſcripſit. Et tamen iam pridem recte docuit Radulph. Forner. *Rer. quotid. I, 19.* APICES IVRIS veteribus fuiſſe res leues, minimique ponderis, ac paene contemnendas. HEIN.

APH.

APHOPLISTAE ſeu ἀφοπλισαὶ in *Nou. VIII. Cap. XIII.* ſunt armati, qui in prouincias mittebantur a magiſtris militum, cum latrunculatoribus et biocolythis, vt latrones perſequerentur, vim inhiberent, et in re turbida magiſtratibus operas praeſtarent. Sed id in poſterum prohibuit Iuſtinianus *d. Nouell. VIII.* quae aliis eſt VII. *Cap, 13.* HEIN.

API.

APISCI, pro ADIPISCI, vt APISCI poſſeſſionem: *l. 37. D. de pign. act. l. 1. §. 2. l. 30. §. 5. l. 40. et l. 51. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 41. D. de vſucap. l. 15. D. de Carbon. edict. l. 67. pr. D. de furt. l. 25. §. 4. D. de hered. petit.* APISCENDAE dignitatis; *l. 40. D. de donat. int. vir. et vxor.* APISCENDAE poſſeſſionis: *l. 25. §. 4. D. de petit. hered. l. 1. §. 1. D. quor. bonor. l. 2. §. vlt. D. de interd. l. 3. §. 4. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1. §. 1. D. quod legator.* Crebrius tamen eſt ADIPISCENDI verbum. Eſt tamen haec forma antiquis ſatis frequens. Dicebant enim veteres *cuiusmodi* pro *cuiusquemodi*: *quandoque* pro *quandocumque*, *nancitor* pro *nanciſcitor*. *Epol* pro *aedepol*. Exempla plura habes apud Auſon. Popmam *de vſu antiqu. loquut. Lib. I. Cap. 7.* Sic ergo et APISCI pro *adipiſci* ſaepe dixerunt veteres, vt Plaut. *Epidic. V, 2, 3. Rudent, prol. v. 17.* Gell. *Noct. Attic. I, 24.* Lucret. *lib. I. v. 448.*

Nec ratione animi quam quiſquam poſſit APISCI. Catull. *de nupt. Pel. et Thetid. v. 145.* Addunt alii alia Taciti, ipſiusque Ciceronis, teſtimonia, ſed quorum pleraque dubiae ſunt lectionis. Niſi me omnia fallunt *apiſci* eſt ſimplex: *adipiſci* compoſitum, A in compoſitione mutato in I. vt ex *ago* fit *adigo*, ex *cano accino*, ex *cadit accidit.* HEIN.

APL.

ʿΑΠΛΩΣ, *ſimpliciter* veteribus fuit pro *ſincere*, *bona fide*, *ſine dolo malo*, ceu ex Vlpiani Scholiis ad Demoſthenem probauit V. A. Corn. van Bynkersh. *ad l. lecta 40. D. de reb. cred. Cap. XII.* Ita et Latino ſimpliciter vtitur Vlpianus noſter *l. 5. §. 4. D. de auct. et conſ. tut. et curat.* *Si tutor nomen dedit non mala fide, ſed* SIMPLICITER. Vid. laudatus Bynkersh. *Obſ. VI, 25.* HEIN.

APO.

APOCHA Graecum vocabulum eſt, et cautionem ſolutae pecuniae ſignificat, quae a creditore debitori, probandae ſolutionis cauſſa, dari ſolet: ἀπὸ τῦ ἀπέχειν. Latini proprium nomen non habent: ideoque vtuntur peregrino. *l. vlt. §. 2. D. de condict. indeb. l. 27. §. 2. D. de furt. l. 46. §. 5. D. de admin. et peric. tut. l. 19. C. de fid. inſtr. l. 19. §. 1. D. de acceptilat.* vbi traditur, apocha non alias contingere liberationem, quam ſi pecunia ſoluta ſit. Vetus Gloſſarium Graecum: Ἀποχὴ διαφέρει ἀθωώσεως, ὅτι ἡ μὲν ἀποχὴ ἐ καθαρὰν ἔχει τὴν ἐλευθερίαν, ἐδὲ ἀδιάστατον ἡ δὲ ἀθώωσις ἐξ ἅπαντος τρόπε καὶ διαστάσεως ἐλευθεροῖ καὶ πάλιν, ἡ μὲν ἀθώωσις πάντως ἐλευθεροῖ, ἡ δὲ ἀποχὴ ἐκ ἄλλως, εἰ μὴ καταβληθῆ τὰ χρήματα. APOCHA eo differt ab acceptilatione, *quod apocha non puram habet liberationem, nec extra controuerſiam poſitam: acceptilatio vero omni modo, et ab omni controuerſia liberat. Rurſum, acceptilatio omnino liberat, apocha non aliter, quam ſi ſoluta ſit pecunia.* Quae poſtrema verba ſumta ſunt ex *d. l. 19. §. 1. D. de acceptil.* Artemidor. *Lib. IV. de ſomn. interp. Cap. 82.* Ὁ ἀποχὴν παρέχων τόκον ἐ λαμβάνει. *Tradens apocham, vſuram non accipit.* Adpellatur etiam pecuniae ſolutae profeſſio, in *l. 14. C. de ſolution.* et alias *cautio ſolutionis.* APOCHA inquit vetus Gloſſarium, CAVTIO, *quam creditor dat debitori ſoluenti, qua profitetur, ſe accepiſſe, hincque profeſſio dicitur.* Plerumque etiam SECVRITAS ab Imperatoribus vocatur. *l. 35. §. 2. C. de inoffic. teſt. l. vlt. C. ſi cert. pet. l. 1. C. de apoch. publ.* itemque de ſuſcepto ſecuritas, vel chirographum ſecuritatis: *l. 4. C. de collat. fund. patrim.* Et ita ſecuritates accipiendas puto in *Nouell. Valentiniani tit. VII.* Cur autem APOCHAE ſecuritatis nomen ſit inditum, Caſſiodorus explicat *Lib. XI. Epiſt. 8.* et Arrian. *Lib. II. Epictet. Cap. 13.* ἐδ᾽ ἐγγύην ἄλλως σφραγίσεται, ἢ ἀσφάλειαν γράφει. *Neque ſponſio ſignatur, niſi ſcripta* SECVRITATE. Eo etiam alludere videtur B. Auguſtinus *Homil. XI.* quum ait: SECVRITATEM *tibi procurator dedit. Nihil valet* SECVRITAS *procuratoris. Vtinam dominus tibi ſecuritatem daret, et ego te ſollicitum redderem.* Ceterum APOCHAE formula eſt in *l. 89. D. de ſolut.* et alia ſimilis procuratoris Caeſaris, qua is ſibi ſatisfactum eſſe fatetur pro ſolo ad ſcalare ſepulcri, integra ſupereſt in marmore apud Reineſ. *Inſcript. Claſſ. VII. n. 16.* HEIN.

§. 2. Quemadmodum autem apocha ſolutionis probandae cauſſa datur a creditore: ita a debitore debitum agnoſcente, et ſolutionem a ſe factam confitente, creditori, praeſcriptionis impediendae cauſſa, ANTAPOCHA datur. *l. 18. C. de fide inſtrum.*

APOCHARE verbum, inde formatum, cadente Latinitate, quod aliquoties occurrit in Codice Theodoſiano, veluti *l. 1. l. 2. tributa in ipſa ſpec.* HEIN.

ΑΠΟΚΗΡΥΞΙΣ, abdicatio liberorum, Graecis vſitata, at legibus Romanorum minus probata: *l. 6. C. de patr. pot.* Eam apud Graecos non niſi ob certas cauſſas fieri potuiſſe, patet ex Luciani *bis abdic. p. 475. et 492. ſequ.* HEIN.

[APOCRISIARIVS. *Nouell. VI. Cap. 2. verſ. propterea ſancimus. Nouell. CXXIII.* vbi Gothofr. Aliter vſurpatur, et quidem in cauſſis militaribus, *Nouell. XXIV. Cap. IV.* et *Nou. XXV. Cap. I. in fine.*] Haec Io. Otto Tabor adieciſſe videtur, ſed obſcuriora, et quae lectorem ſub cultro relinquunt. APOCRISIARII in domo auguſta initio erant cancellarii, et referendarii, de quibus nos ſupra ſub voce AD RESPONSVM. Tales etiam habebant praeſes Piſidiae et Lycaoniae praetor, qui ſunt illi ipſi, quos ad rem et cauſſas tantum militares pertinere, ſibi perſuaſerat Tabor. At praecipue id nomen ferebant legati vel nuncii patriarcharum, archiepiſcoporum, et maxime Pontificis Romani ad comitatum vel aulam principum, vt cauſſas eccle-

ſiarum

ſiarum ſuarum agerent, et de rebus talibus ad principem referrent. *Nouell. VI. Cap. 2. Gregorius M. Dialog. Lib. III. Cap. 36.* Quos, ex Romanae eccleſiae conſuetudine, potiſſimum ex diaconorum ordine ſumtos eſſe, patet ex Alcuin. *de diuin. offic. Cap. quid ſignif. veſtimenta.* Denique et in monaſteriis ſingulare fuit APOCRISIARIORVM officium, ad quos eccleſiae theſauri pertinebat cuſtodia. Vdalric. *Conſuetud. Cluniac. Lib. III. Cap. 12.* HEIN.

ΑΠΟΙΚΟΣ, domo profugus, aduena. Pomponius *l. 239. §. 4. D. de verb. ſignif.* ADVENA *eſt, quem Graeci ἄποικον, id eſt, domo profugum, colonum aduentitium, adpellant.* HEIN.

ΑΠΟΛΙΔΕΣ, extorres, deportati, nec in aliam admiſſi ciuitatem, item in opus publicum damnati, quaſi ſine ciuitate. *l. 17. §. 1. D. de poen. l. 1. §. 2. D. de legat. III.* Conf. Duaren. *Diſput. anniuerſ. I, 9.* HEIN.

APOLLO DIDYMAEVS, erat inter Deos, quibus Romani, ridiculo admodum inſtituto, ius liberorum dederant, eum in finem, vt capaces eſſent hereditatum. Dio Caſſ. *Lib. LV. princ.* De eo Vlpianus *Fragm. tit. XXII. §. 6. Deos heredes inſtituere non poſſumus, praeter eos, quos SC. conſtitutionibus principum inſtituere conceſſum eſt, ſicut Iouem Tarpeium,* APOLLINEM DIDYMAEVM, *ſicuti Martem in Gallia, Mineruam Milienſem, Herculem Gaditanum, Dianam Epheſiam, matrem Deorum Sipilenſem, quae Smyrnae colitur, et Coeleſtem Salinenſem Carthaginis.* De hoc Apolline Didymaeo Schultingius *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 635:* Dictus eſt DIDYMAEVS, διδυμαῖος, vel διδυμεὺς, quaſi geminus, vel quia ſol terram et lunam illuſtrat, quod vult Macrob. *Saturnal. I, 17.* vel quod vno partu cum Diana eſſet editus. Cultus eſt Mileti hic Apollo, et in numis Mileſiorum occurrit vnus cum imagine Apollinis, et hac inſcriptione: ΔΙΔΥΜΕΥΣ ΜΙΛΗΣΙΩΝ apud Carolum Patin. in *Numiſm. Imp. Rom. ex aere med. et min. form. p. 73.* vbi pluta de illo habet eruditiſſimus ille antiquarius. Haec laudatiſſimus Schultingius. HEIN.

[ΑΠΟΡΟΝ, perplexum. *l. 88. pr. D. ad Leg. Falcid.* Gell. *Noct. Att. IX, 15.* inexplicabile vocat. Nimirum aliqoando vox iſta generalius ſumitur, vt comprehendat ſoritem, pſeudomenon, et alia, quae Cuiacius *in African. ad d. l. 88.* recenſet. Aliquando ſpecialius, vt denotet ſermonem inexplicabilem, qui pro non ſcripto habetur. *l. 3. l. 27. D. de reb. dub. l. 2. D. de his, quae pro non ſcript.* Cuiac. *in l. 65. D. de regul. iur.* Exemplum notauit Rigalt. *in Notis ad Phaedr. Lib. IV. fab. 5.* Aliter ſumitur ἀπορία apud rhetores. Vid. Voſſ. *Lib. V. Inſt. Orat. Cap. XI.*] Haec Tabor adſcripſiſſe videtur, quae me vix intelligere fateor. Poſterior enim acceptio vocis non eſt ſpecialis, ſed generaliſſima. Prior vero admodum ſpecialis. Ἄπορον enim in *l. 88. pr. ad leg. Falcid.* idem eſt, quod dialecticis ψευδόμενον, vbi, *quidquid conſtituas, verum eſſe, falſum reperias.* Quod in hac ipſa lege tam luculento illuſtratur exemplo, vt eo perlectu, ſtatim intelligas, quid ſit ἄπορον vel ψευδόμενον. Figura vero rhetorica, quae *Aporia* vocatur, huc plane non pertinet. HEIN.

APOSTATA, Chriſtianae religionis deſertor. Quum vero alii tormentorum metu deficerent, alii ſua ſponte religioni Chriſtianae darent re-

APO.

pudium: quos leges etiam eccleſiaſticae accurate diſtinguebant. *Concil. Eliberit. Can. I. et XLVI.* hoc diſcrimen etiam ſeruant leges, quae lapſis quidem et errantibus ſubueniendum eſſe ſtatuunt, apoſtatas vero publicatione bonorum, infamia, immo et exſilio, coerceri iubent. *l. 1. 2. 3. 6. C. de apoſtat.* HEIN.

APOSTOLI, libelli ſunt dimiſſorii, ſeu litterae, quae ab eo, a quo adpellatum eſt, ad eum, qui de adpellatione cogniturus eſt, dantur, teſtandae adpellationis cauſſa, qui ſcriptum habebant, a quo dati eſſent, id eſt, quis, aduerſus quem et a qua ſententia adpellarit. Qui et DIMISSORIAE *litterae* dicuntur, quod per eas cauſſa ad eum, qui adpellatus eſt, dimittitur. *l. 106. D. de verb. ſignif. l. vn. D. de libell. dimiſſ. l. 9. D. de iur. fiſci.* Paull. *Sentent. recept. V, 34, 1.* Dicuntur et LIBELLI ADPELLATORII, in *l. 1. fin. l. 5. §. vlt. D. de adpellat.* de quibus et *l. 3. l. 7. et l. 13. D. de adpellat.* accipiendae ſunt. Exſtat in Baſilicis APOSTOLORVM interpretatio huiusmodi: ΑΠΟΣΤΟΛΟΙ *καλοῦνται, δι' ὧν παρὰ τοῦ δικαστοῦ γίνεται μήνυσις πρὸς μέλλοντα κρῖναι τὸν ἔκκλητον. Apoſtoli vocantur* litterae, *per quas a iudice fit dimiſſio, ad eum, qui adpellatus eſt iudicaturus.* ¶. 2. Hi APOSTOLI *redditi* dicebantur, *l. 9. D. de iure fiſci. l. 5. C. de adpellat.*

ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑ, differt ἀπὸ τοῦ ἔργου. Hoc enim eſt actus vel labor, quo aliquid perficitur. Illud ex opere facto corpus aliquod perfectum. Et tale ἀποτέλεσμα vel opus intelligitur, quoties *opus locatum conductum* eſſe, dicitur. *l. 5. §. 1. D. de verb. ſignif.* HEIN.

APOTHECAE, cellae ſunt vinariae, in libris noſtris: *l. 11. §. 3. D. locat. conduct. l. 21. §. 5. 6. D. de furt.* Sic vina, quae in APOTHECIS ſunt: *l. 12. §. 9. D. de inſtruct. et inſtrum. legat. l. 30. §. 6. D. de legat. I.* vinum in APOTHECAM depoſitum: *l. 11. §. 3. D. locat.* vinum ex APOTHECA illa: *l. 47. §. 1. D. de legat. I.* Plin. *Hiſt. Nat. Lib. XIV. Cap. 4. Tantum pecuniarum detinent vini* APOTHECAE. Arnob. *Lib. VII. Vinum omne omnino, quod in cellis atque* APOTHECIS *eſt conditum.* ¶. 2. Sunt et olei et librorum, et aliarum rerum APOTHECAE. Columell. *Lib. I. de re ruſt. Cap. 6. l. 5. §. 3. D. de his, qui effud. vel deiec. l. 12. §. 34. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* D. Matth. *Euang. Cap. III. v. 12.* Καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ΑΠΟΘΗΚΗΝ. *Et colliget triticum ſuum in apothecam, ſeu borreum ſuum.* Et *Cap. VI. v. 26.* Οὐδὲ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας. *Neque ſerunt, neque metunt, neque colligunt in horrea vel apothecas.* Sic et D. Lucas. *Cap. XII. v. 18.* Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω, καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου. *Diruam apothecas, et maiores exſtruam, ibique recondam omnem prouentum, omnesque opes meas.* Quibus in locis vetus interpres ἀποθήκην vertit *horreum.* APPOTHECAE *exhauſtae,* ſunt in *l. 40. D. de ſtatulib.* APOTHECAS fuiſſe quarumuis rerum in fundo adſeruandarum, ac proinde et librorum promtuaria, facile probari poteſt. At num eaedem *bibliothecae* et APOTHECAE *librorum?* Reſpondet V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. III, 3.* APOTHECA *eſt receptaculum librorum, qui commercii aut alterius rei gratia habentur: Bibliotheca vero, quae vſus ergo eſt.* HEIN.

APO. APP.

APOTHECARII, in *l. 12. §. 3. C. de cohortal. princip. cornicul.* iunguntur trapezitis, gemmarum argentique veſtiumue venditoribus, quos Theodoſius et Valentin. AA. a prouincialibus officiis remouent, *vt omnis honor atque militia a contagione huiusmodi ſegregetur.* Ex quibus verbis patet, inter vilioris conditionis homines fuiſſe APOTHECARIOS. Videntur ergo intelligi inſtitores, qui res viliures in pergulis et tabernis venum exponunt. HEIN.

APP.

APPARATIO, pro adparatu dixit Alfenus *l. 28. D. de aur. arg. leg.* quod quidam inter parum Latina retulerunt: ſed oſtendit V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latinit. IC. p. 360.* eodem vocabulo vſos, non modu Vitruuium *de Architect. II, 8. V, 9. VI, 3. VII, 5. et 6.* ſed et auctorem ad Herennium *Lib. II. Cap. 4.* immo ipſum Ciceronem *de offic. Lib. II. Cap. 16. In laudanda magnificentia, et* ADPARATIONE *publicorum munerum.* HEIN.

APPARATVS, veluti *ſcenicae veſtis*, vel *aulaei:* in *l. 15. §. 5. D. de vſufr.* ¶. 2. APPARATVS de inſtrumenro, quod in taberna habet ſeruus, vſurpatur in *l. 5. §. 13. D. de tributor. act.*

APPARERE, vel ADPARERE dicebantur magiſtratus officiales, qui eis officii cauſſa praeſto erant, veluti ſcribae, lictores, praecones, et cetera miniſteria. Cicero *pro Cluent. Cap. LIII. Quid ſibi autem illi ſcribae, quid lictores, quid ceteri, quos* ADPARERE *huic quaeſtioni video, volunt?* Seneca *Libro II. Controu. Non ſine cauſſa ſacerdoti lictor* ADPARET. Quadrigarius apud Gell. *Noct. II, 2. Quod poſtquam lictor ille, qui* ADPAREBAT, *cito intellexit.* Liuius *Libro IX. Cap. 46.* de C. Flauio ſcriba: *Inuenio in quibusdam annalibus, quum* ADPARERET *Aedilibus, fierique ſe pro tribu Aedilem, videret, neque eius accipi nomen, quod ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe.* Cornel. Nep. *in Eumene Cap. XIII. Eumenes annorum quinque et quadraginta, quum ab anno XX. ſeptem annos Philippo* ADPARVISSET. Quibus verbis ſignificat, quod initio dixerat, Philippum Eumenem *habuiſſe ad manum, ſcribae loco.* Feſt. *Libro XII.* naualem ſcribam definit, *qui in naue* ADPAREBAT. Sed et de viatoribus et praeconibus in antiqua legis tabula, quae Romae exſtat, non ſemel hoc verbum vſurpatur. Seruius *in XII. Aeneid. v. 849.* ad illum verſum:

Saeuique in limine regis
ADPARENT.

ADPARENT, inquit, *id eſt, praeſto ſunt ad obſequium.* ¶. 2. ADPARERE dicitur, quod exſtat, quum periiſſe crederetur, vel qui, antea abſens, ſe ſiſtit. Sic ADPARERE dicuntur res, quae in mare iactae ſunt. *l. 2. §. 7. D. de lege Rhod. de iact.* ſeruus: *l. 39. §. 3. D. de noxal. act.* tabulae: Paull. *Sentent. Lib. IV. tit. VII. §. 6.* ¶. 3. APPARET, id eſt, patet, manifeſtum eſt. Sic quis liber ADPARVIT: *l. 29. D. de liber. cauſſ.* Seruus quis ADPARVIT: *l. 44. §. vlt. D. de iudic* vulgo conceptum, ADPARVIT: *l. 16. §. 1. D. de his, quae vt indign.* Mox ADPARVIT, eum accepiſſe: *l. 8. D. de bon. libert.* voluiſſe teſtatorem, ADPARVIT: *l. 13. §. 1. D. de manumiſſ. teſt.* Si mos non ADPAREAT: *l. 34. D. de reg. iur.* ADPARET ex his: *l. 15. §. 11. D. de iniur.* ADPARET ex reſcripto: *l. 26. D. de excuſ.* VT ADPARET: *l. 1. §. 1. D. commodati.* Si palam ADPAREANT. *l. 43. pr. D. de contr. emt.*

APP.

APPARITIO, pro ipſis adparitoribus et adparitorum obſequio. Sic ADPARITIO *Praeſidis* in *l. vlt. §. vlt. D. quod met. cauſſ. l. 23. C. de teſtam. l. 2. C. de offic. diuerſ. iud.* Ita et Cicero loquitur *Lib. XIII. ad famil. Epiſt. 54.* et Ammian. Marcell. *Lib. XV. Cap. 5.* Pro ADPARITIONE ADPARITVRAM dixit Sueton. *de ill. Grammat. Cap. IX. Orbilius primum* ADPARITVRAM *fecit magiſtratibus.* HEIN.

APPARITORES, ab adparendo conſtat eſſe nominatos, quorum in *l. vlt. §. vlt. D. quod met. cauſſa l. 3. D. de fugit. l. 50. D. de euict.* et multoties in Codice, in primis *Libro XII. tit. LIII. et ſeqq.* fit mentio.

APPELLARE vel **ADPELLARE**, varias habet ſignificationes, at praecipue tres in libris noſtris, quas Cornelius Fronto *libro de Different. voc.* ita perſtringit: ADPELLAT *vel a potentiore propter iniuriam: vel inuocat auxilium magiſtratus, vel quum pecuniam repoſcit.* ¶. 2. ADPELLARE ergo ſignificat iudicio conuenire, et ad iudicem vocare: *l. 16. fin. D. de fideiuſſ.* Sic in *l. 29. D. de iudic.* qui *prior* ADPELLAT, eſt, qui prior ad iudicem prouocat. Et ita ADPELLATVR debitor: *l. 15. §. 33. D. de iniur.* itemque reus: *l. 16 §. vlt. de fideiuſſ.* Valer. Max. *Lib. IV. Cap. 8. Neque de ſorte quemquam debitorum ſuorum, neque de vſura,* ADPELLARI *a ſuis paſſus eſt.* Et *lib. VI. Cap. 2. Pro eo pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc* ADPELLOR. Seneca *Lib. I. de benefic. Cap. II. Nemo beneficia in calendario ſcribit, nec auarus exactor ad horam et diem debitorem* ADPELLAT. Idem *Lib. II. Cap. 6. Si* ADPELLO, *ſi ad iudicem voco, incipit non beneficium eſſe, ſed creditum.* Quinctilianus *Lib. V. Inſtit. orat. Cap. XI. Pauper eras, et eum maxime a creditoribus* ADPELLABARIS. Eodem ſenſu *ſponſorem* ADPELLARE, apud Ciceronem *Lib. I. ad Attic. Epiſt. 8.* et alibi non ſemel. Sed et Sex. Alphius foenerator, bona nomina non adpellando mala fieri, crebris ſermonibus vſurpare ſolebat. Columella *de re ruſt. I, 7.* ¶. 3. ADPELLARE, praeterea eſt blanda oratione pudicitiam attentare. *l. 15. §. 15. et 20. D. de iniur.* Valer. Max. *Lib. VI. Cap. I. Cui Cominius diem apud populum dixit, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſſa* ADPELLASSET. Seneca *Lib. II. Controu. Ter illum de ſtupro* ADPELLAVIT, *adiectis pretiis.* Quinctilian. *in Declam. pro milite contra tribun.* ADPELLABIS *de ſtupro: vim inferes.* Idem Inſtit. Orat. *Lib. IV. Cap. I. Vxor marito dixit,* ADPELLATAM *ſe de ſtupro a tribuno.* ¶. 4. Denique ADPELLARE eſt ab inferiore iudice ad ſuperiorem prouocare: quod voce vel libellis fiebat. *l. 14. C. de adpellat.* Et huc pertinent variae loquutiones: veluti ADPELLARE ad Imperatorem: *l. 39. D. de min.* ad principem. *l. 17. D. eod.* ADPELLARE Caeſarem, vt *Actor. Apoſt. Cap. XXV. v. 11.* Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι. ADPELLARE iudicem: *l. 1. §. 3. D. de adpellat.* Imperatorem: *l. 21. §. 1. D. de adpellat.* magiſtratum: *l. vlt. D. quis et a quo adp.* ADPELLARE principem. *l. 8. §. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 1. §. 2. D. a quib. adpell. l. 5. §. 1. D. de adpellat. recip.* ADPELLARE in arbitros, id eſt, contra arbitros. *l. vlt. D. a quib. adpell. non lic.* ADPELLARE a iudice: *l. 28. D. de tut. et curat. dat.* a principe: *l. 1. pr. D. a quib. adpell.* ADPELLARE aduerſus aliquem: *l. 6. D. de adpell. recip. l. 1. D. an per alium.* aduerſus ſententiam: *l. 18. D. de accuſat.*

contra

contra aliquem: *l. 7. §. 1. D. de mun. et hon. l. vlt. §. vlt. D. de adpell.* contra fiſcum: *l. 6. D. de adpellat. recip.* contra iniuſtam ſententiam: *l. 27. D. de re iud.* de ſententia. *l. 4. C. de liberal. cauſſ.*

☞ **APPELLATIO**, pro nomine adpellatiuo, quod a nomine proprio diſtinguitur. Et ita quidem diſtinxiſſe praecipue Stoicos, patet ex Priſcian. *Lib. II. p. 574.* et Quinctilian. *Inſtit. I, 4.* NOMEN *eſt, quo homo propria diſcriminatione pronunciatur, vt Cato:* ADPELLATIO *communis ſimilium rerum enunciatio, ſpecie nominis, vt homo, vir, conſul.* Hinc Papin. *l. 24. D. ad SC. Trebell. Si non ſub* ADPELLATIONE *heredum, ſed* PROPRIIS NOMINIBVS *expreſſis, fideicommiſſum relinquatur.* Quae verba ex illa Stoicorum diſtinctione eleganter illuſtrat V. C. Eu. Otto *in Papiniano Cap. IX. §. 3. p. 153.* HEIN. ¶. 2. Eſt ADPELLATIO et ad ſuperiorem iudicem prouocatio, quae iniquitatis ſententiae querelam continet. *l. 17. D. minor.* Vetus Gloſſarium: ADPELLATIO *eſt proclamatio ab inferiore ad ſuperius tribunal, vel grauaminis releuatio per clamationem ex minore ad maiorem iudicem factam, praetextu iniqui grauaminis, vel iniuſtae ſententiae.* ¶. 3. ADPELLATIONEM adpellator dicitur FACERE, *l. 1. D. an per alium. l. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 21. D. de adpellat. non recip.* INTERPONERE, *l. 18. l. 24. §. vlt. l. vlt. pr. D. de adpellat. l. 1. §. 3. D. quando adpell. ſit. l. 6. §. 1. l. 14. §. 8. D. de bon. libert. rubr. D. nihil nouari adpell. interpoſ.* EXPLICARE, *l. 24. §. vlt. D. de adpellat.* PERSEQVI: *l. 27. D. eod. tit.* ADPELLATIONIS cauſſas AGERE: *l. 39. §. 7. D. de adm. et per. l. 5. §. 2. l. 7. D. de adpellat.* vel REDDERE. *l. vn. D. ſi pend. adpell. rubr. an per al. cauſſ. adpellat. l. vn. D. ſi pend. adpell. l. 28. §. vlt. D. eod. tit. l. 4. §. 1. D. de adpellat.* ¶. 4. ADPELLATIO a iudice, a quo adpellatur, ADMITTI, RECIPI, NON RECIPI, et REPVDIARI, is vero, ad quem adpellatur, de adpellatione COGNOSCERE, ad ADPELLATIONEM IVDICARE, ex adpellatione PRONVNCIARE, et ab eo adpellatio IVSTA vel INIVSTA PRONVNCIARI dicitur. Sic ADPELLATIO ADMITTITVR: *l. 6. D. de adpell.* vel RECIPITVR, vel NON RECIPITVR: *l. vn. pr. D. nihil innou. pend. adp. l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. et pericul. l. 4. l. 5. l. 6. D. de adpell. recip. rubr. D. quor. adpellat.* vel REPVDIATVR: *l. 3. C. de adpellat.* Quae idem ſignificant, quod nos *deferre, vel non deferre adpellationi,* dicimus. De ADPELLATIONE COGNOSCERE: *l. 6. §. 1. C. de adpell.* ex ADPELLATIONE cognoſcere; *l. 20. D. de quaeſt. l. 8. C. locat.* EX ADPELLATIONE DICERE SENTENTIAM. *l. 18. §. 3. D. de minor.* EX ADPELLATIONE IVDICARE: *l. 48. D. de cond. et demonſtr.* EX ADPELLATIONE PRONVNCIARE: *l. 102. §. 1. D. de ſolut. l. 25. D. pro ſocio.* ADPELLATIO IVSTA pronunciatur: *l. 21. §. 2. D. de adpellat.* INIVSTA pronunciatur, quum male vel temere, non recte, non iuſte, adpellatum eſſe, pronunciatur. *l. 39. pr. D. de minor. l. 24. pr. D. de adpellat. l. vlt. D. de re iud. l. 20. l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 11. §. 3. D. ad leg. Falcid. l. 6. §. 2. D. de his qui not. infam. l. 2. pr. D. quando adpell.* ¶. 5. ADPELLATIONVM tempora, id eſt, conſtituta ad adpellandum tempora. *l. 1. D. quando adpell. ſit. l. 5. in fin. l. 20. D. de adpell. l. 5. §. 1. D. de adpellat. recip.*

ADPELLATOR, qui adpellauit, vel ad iudicem prouocauit. *l. 1. pr. D. ſi pendent. adpell. l. 1. §. 7. D. quando adpell. l. 6. §. 3. et §. vlt. l. 12. l. 17. l. 23. l. 31. l. 32. C. de adpellat.*

APPELLATORIVS. Sic ADPELLATORIVM iuuamen: *l. 5. §. 4. in fin. C. de temp. et repar. adpell.* ADPELLATORIVS libellus: *l. 6. §. 6. C. de adpell.* HEIN. ☜

APPELLERE, APPENDERE, APPENDIX vid. ſupra in ADPELLERE, ADPENDERE, ADPENDIX.

APPETERE, vel ADPETERE bona: *l. 1. pr. D. de collat. bon.* matrimonium: *l. vlt. §. vlt. D. de diuort.* ſcripta: *l. 2. §. 42. D. de orig. iur.* ADPETERE iudicio: *l. 14. §. 3. D. de bon. libert.* ADPETERE per calumniam: *l. 27. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 2. ADPETERE aliquem vel ciuiliter, vel criminaliter, id eſt, conuenire, vel actione pulſare. *l. 2. C. de offic. magiſtri mil.* ¶. 3. ADPETERE dominum, id eſt ferro petere, nec occidere tamen. *l. 6. §. vlt. D. de SC. Silan.*

APPLAVSVS. *l. 18. pr. C. de haeret.*

APPLICARE, interdum nauem adpellere ſignificat. *l. 2. §. 46. D. de orig. iur.* Per mare in Aſiam ADPLICARE. *l. 4. §. 5. D. de offic. proconſ.* ¶. 2. ADPLICARE, id eſt, adiungere. ADPLICARE adiunctiones: Paull. *Sentent. recept. III, 6, 49.* ADPLICATVR quid cauſſae ſtatuliberi: *l. 13. §. 1. D. de ſtatulib.* ADPLICARE fideiuſſorem obligationi: *l. 16. §. 3. D. de fideiuſſor.* et fideiuſſor ſe ADPLICAT: *l. 54. D. locat.* ADPLICARE fundum: *l. 19. D. de in diem addict.* ADPLICITVS hortus domui: *l. 41. §. 1. D. de legat. III.* ADPLICITVM cubiculo hypocauſtum: Plin. *Lib. II. Epiſt. 17.* ADPLICARE parti: *l. 1. C. de alluuion.* ADPLICARE peculium, quod acceſſit: *l. 8. §. 8. D. de pecul. leg.* ADPLICARE titulos: *l. 2. §. 1. D. de ſtatulib.* ADPLICARE vnciam ſemiſſi: Voluſ. Maecian. *de aſſe.* ADPLICARE vſuras. *l. 17. §. 7. D. de vſur. l. 54. pr. D. locat. l. 9. §. vlt. D. de pact.* Addidit Tabor, vel neſcio quis: *Hoc ſenſu forſan veteres nominant* IVS ADPLICATIONIS *apud Petr. Fabr. in praefat. Comment. de regul. iur.* Quae ſatis ieiuna ſunt. Sciendum ergo, IVS ADPLICATIONIS obtinuiſſe, quoties aliquis, qui Romam in exſilium venerat, cui ibi exſulandi ius erat, ſe ad aliquem, quaſi patronum, adplicuiſſet. Ei enim tunc hic, quaſi patronus, ab inteſtato IVRE ADPLICATIONIS ſuccedebat. Cicero *de Orat. I, 38.* Adluſiſſe ad hoc ius videtur Terent. *Andr. V, 4.* ☜

Tum illa, egens forte, ADPLICAT
Primum ad Chryſidis patrem ſe.

Gronou. *Obſeru. I, 5. p. 84.* HEIN. ¶. 3. ADPLICARE, pro adhibere. Vt ADPLICARE demonſtrationem: *l. 8. D. de aur. arg. leg.* ADPLICARE exactores debitoribus: *l. 41. §. vlt. D. de fideic. libert.* ADPLICARE perſonam obligationi et ſolutioni: *l. 56. §. 3. D. de verb. oblig.* ADPLICARE quaeſtiones: *l. 19. D. de quaeſtion.* ADPLICARE ſeruum: *l. 45. §. 1. D. famil. erciſc.* ADPLICARE ſtipulationem. *l. 31. D. de oblig. et action.* ¶. 4. Singulare eſt: ADPLICITVS *morbo*, pro implicitus. *l. 7. D. ad SC. Trebell.* ¶. 5. ADPLICARE ſe, pro ſtudere cui rei. ADPLICARE ſe ad honores et munera. *l. 2. pr. D. de iur. immunit.*

APR. APS. APT. APV.

APR.

APRARIVS, adiectiuum, a ſubſtantiuo APER deductum. Hinc *retia* APRARIA inter inſtrumenta venationis ſunt. Paull. *Recept. Sent. III, 6. 45.* et *l. 22. pr. D. de inſtr. et inſtr. leg.* HEIN.

APRONIANVM Senatusconſultum, omnibus ciuitatibus, quae ſub imperio populi Romani ſunt, reſtitui debere et poſſe fideicommiſſam hereditatem, iubet. *l. 26. D. ad SC. Trebell.* Et hoc intelligi credo in *l. 1. D. de libert. vniuerſ.* Nomen habet ab Apronio, Conſule, qui Marci temporibus conſulatum geſſit. Ita Briſſonius. Sed ius hoc iam ante D. Marci tempora viguiſſe, et Saluio Iuliano notum fuiſſe, patet ex *l. 27. pr. D. ad SC. Trebell.* Iulianum vero libros ſaltim ſuos ante Marci imperium ſcripſiſſe, inter omnes conſtat. Quum ergo et ſub Hadriano faſti anno CXVII. et CXXIII. praeferant *Aproníanum* Conſulem: ad illum potius hoc SC. referendum exiſtimant Ant. Auguſtin. *de SCis ſub: Aproníanum* et Ant. Schulting. *Iurisprud. vet. anteiuſtin. p. 635.* HEIN.

APS.

APSIS, vid. ſupra ABSIS.

APT.

APTARE, accommodare. Sic APTATVR caſus: *l. 29. §. 7. D. de lib. et poſtum.* edictum: *l. 3. pr. D. de Carbon. edict.* exceptio: *l. 27. §. 8. D. de pact.* fideicommiſſum: *l. 75. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* interpretatio ſingulis verbis: *l. 20. §. 6. D. de hered. petit.* ſtipulatio ad fideicommiſſa. *l. 1. §. 2. D. vſufr. quemadm. cau.*

APTE. Parum APTE ſcribit. *l. 108. §. 14. D. de legat. I.*

APTVS, vt APTI boues: *l. 12. §. 3. D. de vſu et habit.* APTVM verbum: *l. 181. D. de verb. ſignif.*

APV.

APVD et *penes* differunt. APVD aliquem eſt, quod ab eo qualitercumque tenetur: PENES eum eſt, quod quodammodo ab eo poſſidetur. *l. 63. D. de verb. ſignif.* Sed haec vtplurimum confunduntur. *l. 1. pr. et l. 3. §. 4. l. 4. D. de tab. exhib. l. 7. §. 10. D. de adminiſtr. et per. tut.* Sic dicimus: APVD aliquem concipere et parere, vel edere partum: *l. 4. §. 15. l. 10. §. vlt. l. 33. D. de vſucap. l. 82. §. 4. D. de legat. I.* educari: *l. 3. C. de alend. lib.* fideiubere. *l. 15. §. vlt. l. 69. D. de fideiuſſ.* fideiuſſorem exſiſtere: *l. 53. D. locat.* furtum facere: *l. 70. pr. D. de legat. I.* intercedere: *l. 2. l. 8. C. ad SC. Vell. l. vlt. C. de euict.* interuenire: *l. 24. D. de fideiuſſ.* mandatorem exſiſtere: *l. 71. pr. D. de fideiuſſ. l. 58. §. 1. D. mandat.* ubligare fidem: *l. 27. §. vlt. D. ad SC. Vellei.* obligari: *l. 16. pr. l. 21. §. 3. l. 69. D. de fideiuſſ.* Frequentia quoque ſunt: APVD ACTA: *l. 17. D. de in ius voc. l. 7. §. vlt. D. de decur.* et aliis locis, quos ſupra in voce ACTA adduxi. APVD ARBITRVM animaduerſum eſt: *l. 8. D. quae in fraud. cred.* conſtare, *l. 43. D. de lib. cauſſ.* reddere rationes. *l. 37. D. de fideicomm. libert.* APVD AVIAM procreatus. *l. 6. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* APVD CONSILIVM cauſſam probare: *l. 9. §. 1. D. de auct. et conſ. tut.* Vlpian. *Fragm. I, 13.* manumittere. *l. 6. l. 19. l. 24. de manumiſſ. vind. l. 19. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 1. C. de vind. lib.* APVD CONSVLEM manumittere: *l. 1. §. 1. D. de offic. conſ. l. 14. pr. D. de manum.* APVD DOMINVM fugere: *l. 3. C. de Aedilit. act.* parere: *l. 29. §. 1. D. de pignor.* APVD EVM, qui de libertate cogniturus eſt: *l. 17. §. vlt. D. de lib. cauſſ.* qui de adpellatione cognoſcit: *l. 6. §. 1. C. de adpellat.* APVD quem res agitur: *l. 2. C. de edendo.* APVD quem ſatis petitur: *l. 3. §. 1. D. vt in poſſeſſ. legat. cauſſ.* APVD FVREM adoleſcere: *l. 67. §. 2. D. de furt.* concipere et edere partum: *l. 48. §. 5. D. eod. tit. l. 10. §. vlt. D. de vſucap.* eſſe ſeruum. *l. 14. D. de ſtipul. ſeru.* APVD HOSTES concipere: *l. 6. §. 2. D. de ſtatulib. l. 1. §. 3. D. ad SC. Tertull.* decedere: *l. 3. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 1. §. 8. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 18. §. 2. D. de ſtipul. ſeru.* defungi: *l. 8. C. de legit. hered. l. 8. C. de ſuis et legit. hered.* eſſe: *l. 25. D. de ſtipul. ſeru. l. 2. §. 6. D. ad SC. Tertull. l. 1. §. 2. D. de adſign. lib. l. 1. §. 4. D. de ſuis et legit. hered. l. 1. C. de re milit.* mori: *l. 15. D. de ſuis et legit.* viuere: *l. 5. C. ſolut. matrim.* APVD IMPERATOREM adpellationis cognitione finita. *l. 39. pr. D. de minor.* APVD IVDICEM accuſare: *l. 3. C. de nupt.* agere. *l. 122. D. de verb. obl. l. 3. pr. iud. ſolu. l. 25. pr. D. de lib. et poſthum. l. 10. §. 1. D. quod met. cauſſ.* cauſſam agere: *l. 1. C. de ingen. manum. l. 1. §. vlt. D. de lib. exhib.* confiteri: *l. 1. §. 19. D. de quaeſtion.* conſiſtere: *l. 1. C. ad leg. Fab. de plag.* controuerſiam habere: *l. vlt. C. de aliment. pupill.* conuenire vel conueniri: *l. 5. C. de inſtit. act. l. 3. C. quod cum eo. l. 4. C. de vi bon. rapt. l. 1. C. rer. amot. l. 1. C. de vend. rer. fiſcal.* defendi: *l. 5. D. de inoffic. teſt. l. 20. D. iudic. ſolu.* docere: *l. 1. C. rer. amot.* examinari: *l. 32. D. de vſur.* experiri: *l. 23. D. depoſ.* impetrare: *l. 6. D. de inoffic. teſt.* iturus: *l. 3. pr. D. iud. ſolu.* litigare: *l. 23. §. vlt. D. de lib. cauſſ.* negare: *l. 3. C. de tranſact.* petere: *l. 27. §. 1. de liberat. leg. l. 32. pr. D. de furt. l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr. l. 9. §. 2. D. de damn. infect.* probare: *l. 10. §. 3. D. de edend.* quaeri: *l. 1. C. de crim. expil. hered. l. 5. §. 13. D. de op. nou. nunc. l. 1. C. ad exhib.* ſuperatus: *l. 16. D. qui pot. in pign.* victus: *d. l. 16.* APVD LEGATVM procoſ. manumittere: *l. 17. D. de manum. vind.* agere et poſtulare. *l. 9. §. 2. D. de poen.* APVD MAGISTRATVM exhibere: *l. 1. §. 1. D. de fugit.* legis actio eſt: *l. 4. D. de adopt.* manumittere: *l. 18. D. de manumiſſ. vind. l. 15. D. de manumiſſ.* profiteri. *l. 37. pr. D. de legat. III.* Iisdem autem loquendi figuris et alii vtuntur. Cicer. pro Cluent. *Cap. XXII.* APVD *eosdem iudices reus eſt factus.* Et alibi *Cap. XXVII. Canſſam, neſcio quam APVD iudicem defendebat.* Inuenias et apud eumdem *Lib. II. de Orat. C. 23.* APVD *iudicem dicere.* Plin. *Lib. X. Epiſt. CXI. Ecdicus Amiſenorum petebat* APVD *me.* Aſcon. *in Milonian. Cap. XXXV. Factus reus ambitus apud Manlium Torquatum.* Et mox: APVD *Fauorinum. Quaeſtorem, de ſodalitiis damnatus eſt.* APVD ME petebatur pecunia: Gell. *Lib. XIV. Cap. I.* APVD ME quaeſitum: *l. 24. pr. D. de pign. act.* APVD NOS edita ex feris et volucribus. *l. 1. et 2. D. de adquir. rer. dom.* APVD OFFICIVM cauere: *l. 17. D. de in ius voc.* APVD PRAEFECTVM Aegypti manumittere: *l. 21. D. de manum. vind.* APVD PRAEFECTVM praetorio recitare teſtationem: *l. 21. D. de his, qui not. inf.* APVD PRAEFECTVM vrbis agere: *l. 135. §. vlt. D. de verb. obl.* audiri: *l. 1. §. 5. D. de offic. praef. vrb.*

APV.

vrb. victa. l. 38. D. de minor. APVD PRAESIDEM prouinciae agere: l. vlt. C. an ſeruus. cognoſcere: l. 11. C. de lib. cauſſ. conuenire: l. 4. C. de noxal. act. conſtare: l. 2. C. de reuoc. donat. dicere cauſſam: l. 5. C. de ord. cognit. docere: l. 9. C. ad leg. Corn. de falſ. experiri: l. 16. C. de fideicomm. grauatus: l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult. inſtituere accuſationem: l. 10. C. ad leg. Corn. de falſ. litem conteſtari. l. 6. C. de ord. cognit. obiicere: l. 13. D. de Carb. edict. obtinere: l. 97. D. de legat. III. l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell. pati controuerſiam: l. 7. C. ne de ſtatu def. perſequi: l. 6. C. de iure delib. petere: l. 17. C. de pign. l. 39. pr. D. de min. probare: l. 15. C. de rei vind. l. 16. C. de donat. int. vir. l. 9. C. de poſtlim. reu. l. 10. C. ad leg. Corn. de falſ. APVD PRAETOREM accuſare: l. 1. §. vlt. D. de ſuſp. tut. adoptare: §. 8. Inſt. de adopt. cauſſam agere: l. 1. D. de in ius voc. conſentire: l. 58. §. vlt. D. mand. conuenire; l. 9. C. arbitr. tut. diſceptare: l. 3. §. 3. D. de lib. exh. excuſare ſe: l. 11. §. 2. D. de min. exhibere: l. 3. §. 9. D. de tab. exhib. l. 5. §. 1. D. depoſ. manumittere: l. 1. D. de offic. praet. l. 1. l. 22. D. de manum. vind. petere: l. 30. D. de pact. dot. poſtulare: l. 39. §. 1. D. de euict. profiteri: l. 3. pr. D. de accuſat. quaeri: l. 83. §. 1. D. de hered. inſt. victa: l. 38. D. de minor. APVD PROCONSVLEM manumittere: l. 17. D. de manum. vind. obtinere: l. vlt. §. vlt. D. ad SC. Trebell. APVD PROCVRATOREM CAES. agi: l. 3. C. de his, quae vt ind. deſiderare: l. 20. D. de quaeſt. APVD RECTOREM prouinciae repetere: l. 8. C. arbitr. tut. APVD SE eſſe pecuniam: l. 7. §. 10. D. de admin. et peric. tut. habere pupillum: l. 3. §. 4. D. de lib. exhib. manumittere: l. 5. l. 20. §. vlt. D. de manumiſſ. vind. APVD SEMET ipſum emancipari, vel in adoptionem dari: l. 3. D. de adopt. APVD TRIBVNAL poſtulare: l. 9. D. de poen. APVD VENDITOREM habere peculium. l. 35. D. de ſtatulib. ¶. 2. APVD, pro in. Vt APVD AEDEM deponi: l. 5. §. vlt. D. depoſ. APVD CIVITATEM incola: l. 2. pr. D. de veteran. fungi muneribus: l. 1. C. de municip. APVD DOMICILIVM ſuum eſſe. l. 28. §. vlt. D. de fideic. libert. ¶. 3. APVD, pro ad: vt APVD heredem peruenire: l. 10. D. ad leg. Falcid. prouocare APVD iudicem: l. 43. D. famil. erciſc. ¶. 4. APVD IVLIANVM MARCELLVM ſcribere, vel notare, quum legis, vt in l. 11. §. 1. et 5. D. de min. l. 2. §. 1. D. de pecul. l. 1. D. de penu leg. l. 53. §. 3. D. de legat. III. l. 9. D. de verb. ſignif. et alias ſaepe. Notas ſignificari, accipe, quas is ad Iulianum ſcripſit. ¶. 5. At, quum APVD ALFENVM vel MELAM Seruium ſcribere legis: referri Seruii ſententiam ſcito, vt in l. 65. §. 8. D. pro ſoc. l. 77. in fin. D. de verb. ſign. l. 3. §. 10. D. de penu leg. l. 67. D. de ſolut. Nam plurima Seruii Sulpicii auditores, quae ab eo auditione acceperant, in ſcriptis ſuis retulere. l. 12. pr. et §. 6. D. de inſtrum. et inſtr. l. 21. D. de negot. geſt. l. 25. D. qui teſtam. l. 1. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 7. D. de dot. praeleg. ¶. 6. APVD frequenter adhibetur in citandis auctoribus. APVD Iulianum quaeritur l. 3. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. APVD Iulianum Africanus quaerit. l. 39. §. 1. de legat. I. APVD Plautium placuit: l. 28. §. 3. D. de donat. int. vir. et vxor. APVD Vitellium Caſſius notat: l. 12. §. 27. D. de inſtr. et inſtrum. leg. APVD Vrſeium Caſſius ſcribit: l. 10. §. 5. D. quib. mod. vſusfruct. APVD Marcellum notaui: l. 11. §. 7. D. de iniur.

AQV.

APVD veteres varium fuit: l. 140. §. 1. D. de verb. oblig.

AQV.

AQVAE in iure haec praecipue genera memorantur: AESTIVA, CALIDA, DIVRNA, FRIGIDA, NOCTVRNA, PERENNIS, PLVVIA, PROFLVENS, PVTEALIS, QVOTIDIANA, SALIENS, VENALIS, VIVA. ¶. 2. AESTIVA eſt, quae aeſtate tantum ducitur, licet et hieme duci poſſit, quae plenius et latius explicantur in l. 6. D. de aqu. quotid. et in l. 1. §. 8. D. ne quid in flum. publ. ¶. 3. CALIDA aqua in l. 1. §. 13. D. de aqua quotid. et aeſt. l. 3. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 3. §. 4. D. de riu. vbi aquae calidae riuos Hierapoli, Phrygiae ciuitate, eſſe, traditur. Quod et Vitruuius Lib. VIII. Cap. 3. confirmat. Ad eundem, inquit, modum Hierapoli efferuet aquae CALIDAE multitudo, ex qua circum hortos et vineas, foſſis ductis, immittitur. ¶. 4. DIVRNA aqua eſt, quae interdiu ducitur. l. 10. D. quomod. ſeru. amitt. l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. ¶. 5. FRIGIDA in l. 1. §. 13. D. de aqua quotid. ¶. 6. NOCTVRNA aqua, quae noctu tantum ducitur. l. 10. D. quomod. ſeru. amitt. l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. ¶. 7. PERENNIS l. 1. § 5. D. de aqu. quotid. AQVAE autem PERENNES ſunt, quae perpetuo fluunt et ab illis ſeparantur, quae areſcunt. d. §. 5. ¶ 8. AQVA PLVVIA eſt, quae de caelo cadit, et imbre exereſcit. l. 1. §. 1. et tot. tit. de aqu. et aqu. pluu. arc. Cicero pro Muraen. Cap. IX. Frontin. de limit. agror. p. 43. Idem Cicero in Topic. Cap. IX. Vt AQVA PLVVIA vltimo genere ea eſt, quae de caelo veniens creſcit, ſed proprie (vel vt meus codex habet, propiore,) in quo quaſi arcendi ius continetur. Idem ibidem: Si AQVAM PLVVIAM tantummodo intelligeremus, quam imbribus videremus venire. Imbribus autem conceptae viua aqua opponitur in l. 1. §. 1. D. de fonte l. 11. D. quod vi aut clam. ¶. 9. PROFLVENS aqua, l. 2. D. de rer. diuiſ. §. 1. Inſt. eod. tit. Vocatur et aqua fluens, in l. 2. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. ¶. 10. PVTEALIS aqua opponitur perenni. l. 1. §. 5. D. de aqu. quotid. et aeſtiu. ¶. 11. QVOTIDIANA, vel, vt in libris noſtris fere ſcribitur, COTTIDIANA eſt, qua quis quotidie vti poſſit, ſi velit, quaeque duci adſidue poſſit, vel aeſtiuo tempore, vel hiberno, etſi aliquo temporis momento aliquando ducta non eſt. l. 1. §. 3. ſequ. D. de aqua quotid. et aeſt. Sed etſi alternis horis, vel vna hora quotidie duci poſſit, QVOTIDIANA ſeruitus dicitur: l. 7. D. quemadm. ſeru. amitt. Et hinc AQVA QVOTIDIANA, vel AESTIVA, quae interualla longiora habet, memoratur in l. 15. D. de ſeru. ruſt. praed. ¶. 12. SALIENTES, quae ex tubulis et fiſtulis erumpunt: l. 79. in fin. D. de verb. ſignif. l. 12. §. 24. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. Sueton. in Aug. Cap. LXXXII. Et ita SALIENTES accipe in l. 15. D. de act. emt. vend. Saliebant vero AQVAE vel cantharis, vel roſtris perſonarum, vt adparet ex l. 41. §. 9. D. de legat. I. et l. 17. §. 8. D. de act. emt. In d. l. 17. Curtius Coniect. II, 9. pro perſonas legendum cenſet iconas. Male. Nam vetus Gloſſar. Petron. voce Marſyae: Marſyae, inquit PERSONAE, ſeu ſigilla, ex quorum roſtris, aut alia corporis parte, aqua ſalire ſolet, varie efficta. In fontibus ac puteis putealia adpellantur. Debemus

AQV.

hunc locum V. A. Corn. van Bynkerſh. *Obſeru. V, 9. p. 47.* HEIN. ¶. 13. VENALIS aqua, in quibusdam regionibus. *l. 1. D. de alim. legat. l. 14. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 14. VIVA aqua upponitur conceptae ex imbribus. *l. 1. §. 1. D. de font. l. 11. D. quod vi aut clam.* ¶. 15. AQVAE controuerſia inſulam ſubuertit. *l. 24. §. 5. D. de damn. infect.* Vnde eam loquutionem impetum aquae denotare exiſtimant. ¶. 16. AQVAE DVCTVS ſeruitus ius eſt aquam ducendi per fundum alienum. *l. 1. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 10. D. ſi ſeru. vindic. l. 3. §. 3. D. de riu.* Vetus Gluſſarium: AQVAE DVCTVS, τὸ ἕλκειν μὲν ὕδωρ δι' ἀλλοτρίας ἀγροῦ. *Aquae ductus eſt, ducere aquam per alienum agrum.* Ducebatur autem aqua fiſtulis, riuo, tubulis, item per lapidem ſtratum: *l. 18. D. de ſeru. praed. vrb. l. 78. pr. D de contrab. emt. l. 11. §. vlt. D. commun. praed. vrb. et ruſt. l. 38. §. vlt. D. de act. emt. et vend. l. 17. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* vt Vitruu. *Lib. VIII. Cap.* 7. et Pallad. *Lib. IX. Cap. 11.* docent. Vulgo autem fiſtulis aqua ducebatur: lapide vero ſtrato ita demum, ſi conuenerat. Tollebatur porro et trahebatur aliquando aqua per rotam. *l. 40. fin. D. de contrab. emt. l. 2. D. commun. praed.* Diuidebatur AQVA menſuris, digitis videlicet, vnciis et modulis. *l. 5. D. de aqua quotid. l. 2. l. 3. C. Theod. de aquaeduct.* et apud Frontin. *lib. de aquaeduct.* Vocatur etiam ſeruitus AQVAE DVCENDAE, in *l. 9. D. de ſeru. praed. ruſt.* Immo et AQVAE DVCTIO, in *l. 10. D. de aqua et aqua pluu. arc.* HEIN. ¶. 17. AQVAE HAVSTVS in ruſticorum praediorum ſeruitutibus numeratur. *l. 1. l. 2. §. 1. D. de ſeru. ruſt. praed.* Vocatur et ſeruitus AQVAE HAVRIENDAE, *l. 9. D. de ſeru. praed. ruſt.* iteoique IVS HAVRIENDI. *l. 3. §. 3. D. eod. tit.* ¶. 18. AQVAE ITER, aquaeductus alias vocatur. *l. 21. D. de ſeruit. ruſt. praed. l. 19. pr. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 19. §. 4. D. comm. diu. l. vlt. D. de aqua quotid. l. 40. §. 1. D. de contrab. emt.* Aquae ductus plane Dionyſ. Halic. *Lib. III.* τὰς τῶν ὑδάτων ἀγωγὰς vocat: alii abſolute ἀγωγὰς adpellitant. Suidas: ὁ χηλὸς, σωλὴν, ἄγωγος, ῥύαξ, *receptaculum, canalis, ductus, profluuium.* Nam vt Phrynich. ſcribit, ἀγωγὲς καλῶσι τὲς ὀχετὲς των ὑδάτων. *Ductus vocant canales aquarum.* Moſchopulus περὶ σχεδῶν Ἀγωγὸς, δι' ὃ τὸ ὕδωρ ἔρχεται, *ductus, per quem aqua tranſit.* Zonaras quoque *Tomo III.* ὁλκὸν ὕδατος patria Conſtantinopolitanorum lingua ἀγωγὸν adpellari, ſcribit. Ceterum AQVA *duci* dicitur *a capite, riuo, caſtello, flumine, ex fonte*: nec *duci* tantum, ſed et *decurrere, deriuari, compelli, contineri, tranſmitti, inquinari, vitiari, corrumpi, deterior fieri: l. 1. §. 2. et §. 27. D. de aqua quotid. et aeſt.* immo et *exiguior fieri, dilatari, diffundi, coanguſtari. l. 1. §. 15. D. de flumin.* denique *depreſſior, arctior, rapidior fieri* dicitur. *l. 11. §. 2. D. ne quid in flum. publ.* ¶. 19. AQVAE IVS *l. 47. et l. 49. D. de contrab. emt. l. 31. D. de ſeru. praed. ruſt.* et apud Ciceron. *Lib. III. ad Q. Fratr. Epiſt. I.* idem eſt, ac ſeruitus aquae, *d. l. 31.* et *l. 8. D. de aqua pluu.* id eſt, aquae ducendae ius, vt ibidem Vlpianus loquitur, et ius aquae ducendae, *l. 25. D. de ſeru. praed. ruſt.* ductus aquae. in *l. 3. §. 4. D. de aqu. quotid. et aeſt.*

¶. 20. AQVAE SVLCI in agris, aquae e liris educendae cauſſa fiebant, qui ἔλικες Graece adpellantur, *l. 1. §. 5. l. 20. D. de aqu. et aqua pluu. arc.* Columell. *de re ruſt. Lib. II. Cap. 8.* et Feſt. Pompei. *Lib. V.* ¶. 21. AQVAE VSVS perſonalis eſt. *l. 21. D. de vſu et habitat.* ¶. 22. AQVA et IGNI accipitur noua nupta. *l. 66. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* Eſt hic ritus antiquiſſimus, et iam inde ab ipſis Romuli temporibus receptus, teſte Dionyſ. Halicarn. *Lib. II. pag. 100.* Immo nec Graecis ignotus fuit, ceu docent illa Euripidis *in Phoeniſſ. v. 345.*

Ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς νόμιμον
Ἐν γάμοις, ὡς πρέπει ματρὶ μακαρίᾳ,
Ἀν ὑμεναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου
χλιδᾶς.

Ego vero neque tibi ignis accendi lumen legitimum, in nuptiis, vti decet beatam matrem, nec Iſmenus fluuius tibi curauit nuptiale balneum. Romae IGNIS e foco, in titione, ex felice arbore; AQVA in aquali de puro fonte petebatur, per puerum feliciſſimum, vel puellam, quae intererat nuptiis. Varro apud Seru. *ad Aen. IV. v. 167.* et Non. Marcell. *Cap. II. n. 874.* vtrumque vero elementum et in limine aedium tangebant noui coniuges, et aqua inprimis pedes lauabant. Seru. *ibid.* Varro *de Lingua Lat. Lib. IV. p. 18.* Ceterum varias eius ritus rationes reddunt veteres, et in his Plutarch. *Quaeſt. Rom. I.* Feſtus in *aqua*, Lactant. *Inſt. diu. II, 18.* Plerisque tamen in eo conuenit, iis ſymbolis vti voluiſſe Romanus, quod illis elementis maxime vita humana contineatur, et quod ignis maris, aqua feminae imaginem in generatione prae ſe ferat. De eo ritu fuſius ipſe Briſſonius noſter *de ritu nupt. p. 78.* Ant. Hotman. *de vet. ritu nupt. Cap. XVIII. p. 288.* Cuiac. *Obſeru. XI, 2.* Lomeier. *de luſtrat. veter. Cap. XX, p. 197. ſequ.* Fernand. Arduenſ. *Explicat. Lib. I. p. 531. Tom. II. Theſaur. iur. ciu.* HEIN. ¶. 23. AQVAE et IGNIS INTERDICTIO, populi ſcito fiebat, eo conſilio, vt interdictus relicta ciuitate in aliam ſe conferre cogeretur. Quo facto ius ciuitatis Romanae amittebat, ſimul ac alterius ciuitatis ciuis eſſet factus. Cicero *pro domo Cap. XXX. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſſa venerant. Id autem vt eſſet faciundum, non ademtione ciuitatis, ſed tecti, et aquae et ignis interdictione, faciebant.* Ex iuris enim publici Romanorum principiis nemo poterat duarum pluriumue ciuitatum ciuis eſſe, ac proinde Romanam ciuitatem amittebat, quisquis ſe inter alterius ciues adoptari paſſus erat. Idem *ibid. Cap. LXXXI.* et Cornel. Nep. *in Attico Cap. III.* At poſtea Auguſtus, ſuaſu Liuiae, interdictos non, vbicumque vellent, vagari paſſus eſt, ſed in inſulam aliquam deportauit, ne quid moliri poſſent contra rempublicam. Dio Caſſ. *Lib. LV. p. 562.* et *Lib. LVI. p. 586.* HEIN. Hinc AQVA et igni interdicere: *l. vlt. D. de legation. Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 5.* et *tit. XV. §. 2.* AQVA et igni interdici: *l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 1. §. 2. D. de legat. III. l. 18. D. de ſtatu hom. l. vlt. D. ad leg. Cornel. de falſ. l. 4. §. vlt. D. de grad. et adfinib. l. 59. §. 4. D. de hered. inſtit.* Vlpian. *Fragm. tit. X. §. 3.* Tacit. *Annal. III, 68.* Inde AQVAE et ignis interdictio, *l. 13. D. de bon. poſſeſſ. l. 29. §. 5. D. de lib. et poſtum.* ſeu AQVA et igni interdictio: *l. vlt. D. de duob. reis. l. 5. pr. D. de capit. minut.* Iunguntur etiam AQVAE et ignis interdictio et deportatio: vt in *l. 1. C. de repud. Matrimonium quidem*

deporta-

Digitized by Google

deportatione, vel AQVAE *et ignis interdictione ſoluitur.* Et in *l. 24. D. de douat. Sin autem* AQVA *et igui interdictum erit, vel* DEPORTATIO *illata.* Nam, vt paullo ante monuimus deportabantur ii ipſi, quibus aqua et igni interdictum fuerat. Tacit. *Annal. VI, 30.* Quamobrem manifeſtus eſt eorum error, qui deportationem aquae et ignis interdictioni ſurrogatam eſſe, exiſtimant. HEIN.

AQVAGIVM in *l. 3. §. 5. D. de aqu. quotid. l. 15. D. de ſeru. praed. ruſt.* id eſt ductus aquae, vt Feſt. *Lib. I.* interpretatur. Immo et gloſſa Cyrilli: AQVAGIVM, ὑδραγωγεῖον. HEIN.

AQVARII adpellantur aquarum cuſtodes, quos Graeci ὑδροφύλακας vocant, *l. pen. C. de aquaeduct.* et apud Frontin. *de aquaeduct.* Ita poſſunt AQVARII ſerui accipi in *l. 12. §. 42. D. de inſtruct. vel iuſtrum. leg.* et apud Firmic. *Lib. IV. Mathem. Cap. VI.* Immo AQVARII in *d. l. 12.* ſunt ſerui, qui aquam in vſum balneorum, hortorumue curabant. Vocabuli, ſi in hoc ſenſu accipiatur, Latinitatem, quam nunnulli dubiam reddiderunt, defendit Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 397.*

AQVILICES, *l. vlt. D. de iur. immunit.* et apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 46.* Tertull. *aduerſ. Marcion. Lib. III, 5.* ab aqua elicienda dicti, cuius inueniendae rationem monſtrant. *Indagatores aquarum* vocat Columella *Lib. II. de re ruſtic. Cap. 2.* Non. Marcellus *aquae libratores*, nec non *l. 2. C. Theod. de excuſat. artif.* ¶. 2. AQVILEX, aquam colligens. Varro *in Quinquatribus: Tuſcus*, AQVILEX. Vnde AQVILICIA feſta dicebantur, quibus Ioui pro aqua e caelo elicienda ſacra faciebant, quorum Tertull. *in Apologet. Cap. XL.* meminit. A Graecis autem AQVILICES ὑδροσκόποι et ὑδροφάνται vocantur, quorum Caſſianus *Lib. II.* γεωπονικῶν meminit: vbi ad eorum artem pertinentia quaedam aquae inueniendae argumenta traduntur, vt et a Plinio *Lib. XXVI. Cap. 6.* Vitruu. *Lib. VIII. Cap. I.* Plutarcho *in Pompeio.* Caſſiodoro *Lib. III. Var. Cap. vlt.* et Pallad. *Lib. IX. Cap. 8.* At non confundendi erant AQVILICES et AQVILEGES. *Illi*, ſicciore anno, rei diuinae procuratione aquas caelo eliciebant. Vnde ipſe Iupiter ELICIVS, et dies feſti AQVILICIA. Hi vero erant aquarum indagatores, qui fontes venasque aquarum inueſtigabant, aquasque in apricum producebant. Ab ipſis tamen veteribus haec vocabula non ſatis accurate diſtingui ſolita eſſe, patet ex Gloſſario apud Scaligerum *ad Feſtum p. XXII.* Legendus hic omnino Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XLI. p. 413.* HEIN.

AQVILINVS, ſerui nomen. *l. 19. §. vlt. D. de fideic. libert.*

AQVILLIA lex plebiscitum eſt, de damno iniuria dato. *l. 1. et tot. tit. D. et Iuſt. de leg. Aquill.*

AQVILLIVS GALLVS, iuriſconſultus Ciceroni familiaris, ad quem pro Quinctio ſaepe conuertitur oratio, a quo formula inuenta eſt inſtituendorum poſtumorum, quae in *l. 29. D. de lib. et poſtum.* exponitur. Hic eſt, de quo Plin. *Lib. XVII. Cap. I. C. Aquillius, eques Romanus domo ſua clarior, quam iuris ciuilis ſcientia.* Citatur GALLI nomine. *l. pen. D. de legat. I. l. 7. §. 4. D. quod vi aut clam.* Sed de hoc C. Aquillio Gallo plura et accuratiora nos diximus ſingulari oratione, habita olim Francofurti iuxta Viadrum, et poſtea Sylloge diſſertationum inſerta. HEIN. ¶. 2. Ab eo et AQVILLIANA *ſtipulatio*, in quam omnes omnino obligationes, quacumque ex cauſſa proficiſcentes, nouandi cauſſa deducuntur, vt ſic in verborum obligationem tranſlatae acceptilatione perimi poſſint. Cuius verba referuntur in *l. 18. §. 1. D. de acceptilat. §. 3. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* Meminit etiam *l. 2. l. 4. l. 5. l. 9. §. 2. l. 15. D. de tranſact. l. 3. l. 4. l. 15. l. 32. l. 40. C. eod. tit. l. 38. D. de dol. mal. Vetus Gloſſarium Graec.* AQVILIANA STIPVLATIO οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ, ἀλλ᾽ ἐπερώτησις ἐκ τῆς βέρβης, ἐπινοηθεῖσα ὑπὸ Ἀκυϊλλίου Γάλλου, τοῦ νομικοῦ. Πάντα τοίνυν τὰ ἐξ οἵας δή τινος αἰτίας χρεωστούμενα ἡ ἐπερώτησις διὰ τῶν ῥημάτων εἰς ἑαυτὴν μετάγει, καὶ λοιπὸν οὐκ ἔτι χρέος ἐστὶν ἐκ τῆς δεῖνα ἢ δεῖνα ἀγωγῆς, ἀλλὰ χρέος ἐξ ἐπερωτήσεως· αἱ δὲ πρὸ τούτου ἀγωγαὶ ἀναιροῦνται, καὶ αὐτὴ ἡ ἐπερώτησις ἀναιρεῖται διὰ τῆς Ἀκκεπτιλατίονος ἤτοι τῆς Ἀκυϊλλιανῆς ἐπερωτήσεως. ἡ δὲ Ἀκυϊλλιανὰ εἶχε φύσιν τοιαύτην. εἴγε τις ἤθελε ἐλευθερῶσαι τὸν χρεώστην αὐτοῦ, πρότερον παρεσκεύαζεν αὐτὸν καταθέσθαι ὅτι χρεωστεῖ· ἠρώτα γὰρ οὕτως, ὁμολογεῖς χρεωστεῖν μοι τόδε ἀπὸ τῆς δὲ τῆς αἰτίας; ἐκείνου δὲ λέγοντος, ναὶ, τότε ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπερώτησις ἐγένετο παρὰ τοῦ χρεώστου πρὸς τὸν δανειστὴν, εἴ τι σοι ὡμολόγησα χρεωστεῖν ἀπὸ τῆς δὲ τῆς αἰτίας ἔχεις λαβών; καὶ ἀπεκρίνετο· ἔχω λαβὼν, ἃ καὶ ληφθέντα ἀπηνεγκάμην. Καὶ λοιπὸν διὰ μὲν τῶν προτέρων ῥημάτων ἐτίθετο ἡ ἐπερώτησις βεβαιοῦσα τὴν ἐνοχὴν, διὰ δὲ τῶν δευτέρων, ἡ Ἀκκεπτιλατίων ἤτοι εἰκονικὴ καταβολὴ ἀθωοῦσα τὸν χρεώστην. AQVILLIANA *ſtipulatio non eſt actio, ſed ſtipulatio, quae fit verbis, excogitata ab Aquillio Gallo, iuriſconſulto. Omnia nimirum, quae ex quacumque cauſſa debentur, ſtipulatio in verborum obligationem conuertit, vt quod debetur, in poſterum non ex alia quacumque cauſſa, ſed ex ſola ſtipulatione, debeatur. Sic priores actiones tolluntur, ipſa vero, quae ex ſtipulatione eſt, tollitur, deinde per acceptilationem, vel Aquillianam ſtipulationem.* AQVILLIANAE *vero haec eſt natura ac indoles. Si quis vellet liberare debitorem ſuum, primum eum praeparabat ad agnoſcendum debitum. Interrogabat enim ita:* FATERISNE, TE MIHI DEBERE TANTVM, EX HAC VEL ILLA CAVSSA? *Adfirmante illo, noua a debitore fiebat interrogatio creditoris:* QVOD TIBI ME DEBERE FASSVS SVM EX HAC VEL ILLA CAVSSA, HABESNE ACCEPTVM? *Reſpondebat hic:* HABEO ACCEPTVM, *et perinde, ac ſi ſolutum acceperim. Itaque per priora verba fit obligatio verborum, firmans priorem obligationem: per poſteriora acceptilatio, ſeu imaginaria acceptio, liberans debitorem.*

AQVIMINALIA legimus in *l. 3. D. de ſupellect. leg.* et apud *Paull. Lib. III. ſent. tit. 6. §. 56.* Potius ſcribendum eſſe AQVIMANILIA, cenſent Scaliger *ad Feſt. p. LXXVIII.* et Cuiac. *Obſ. X, 13. et 17.* ab *aqua* et *manu.* Fuit enim trulla, aquam manibus ante cibum lauandis ſubminiſtrans. Gloſſa Philoxeni: χέρνιβον, *trulleum* AQVIMANILE. Attamen et altera forma AQVIMINALE ſuis non deſtituitur auctoribus. HEIN.

AQVIMINARIVM in *l. 19. §. 12. et l. 21. §. vlt. D. de aur. arg. leg.* propter eſcam parari, et eſcario argento cedere, dicitur. Ideoque quum alteri *argentum potorium*; alteri *eſcarium* legatum eſſet, AQVIMINARIVM eſcario cedere, Caſſius reſpondit. *d. l. 21. §. vlt.*

Digitized by Google

ARA ſalutis pro ſecuritate, vel iure aſyli accipitur in *l. 3. pr. C. de his, qui ad eccleſ. confug.* vbi Imperatores edicunt, *vt pateant ſumma Dei templa timentibus, nec ſola altaria et oratorium templi circumiectum, qui eccleſias quadripartito parietum ſeptu concludit ad tuitionem confugientium ſint propoſita, ſed vsque ad extremas fores eccleſiae, quas oratum geſtiens populus primum ingreditur, confugientibus* ARA SALVTIS *ſit*. Nimirum ante id tempus Theodoſii, et annum erae Diunyſ. CCCCXXXI. ſola interior pars templi, quam Graeci θυσιαστήριον vocant, vbi altare erat, iure aſyli gaudebat. Chryſoſt. *Homil. in Eutrop. Tomo III. p. 768. edit. Pariſ.* At euenit poſtea, teſte Socrate, *Hiſt. eccl. Lib. VII. Cap. 33.* vt praepotentis cuiusdam viri ſerui barbari, immanem domini ſaeuitiam veriti, Conſtantinopoli ad eccleſiam confugerent, et in θυσιαστήριον gladiis armati proſilirent, nulliſque cleri, cui ſacra facturo impedimento erant, precibus, moueri ſe paterentur, vt inde exirent. Immo per aliquot dies ſtricto gladio minantes omnibus, a quibus exire iubebantur, demum vnum clericum occiderunt, alterum vulnerarunt, ad extremum ſibi ipſis mortem conſciuerunt. Id ne poſtea contingeret, ius aſyli non modo ad reliquas eccleſiae partes, id eſt ad narthecem, vel εὐκτήριον ναὸν, qui hic vocatur oratorium, ſed et ad atrium, vsque ad primam, per quam populus oraturus ingrediatur, eccleſiam, ianuam, protulerunt Caeſares. Vid. Iac. Gothofredi *Commentar. in Cod. Theod. Tomo III. p. 369.* Similes ſunt conſtitutiones rum Synodi Toletanae. *can. 37. qu. IV. cauſſ. 35.* et Pontificum, *can. 17. et 21. quaeſt. IV. Cauſſ. 17.* tum Chlotharii Francorum Regis *in Decretione* §. *XIII.* apud Steph. Baluz. *Capitular. Tomo I. p. 21.* HEIN.

ARABARCHIA, vectigal per Aegyptum et Auguſtaneam inſtitutum, *l. 9. C. de vectigal. et commiſſ.* At Cuiac. *Obſ. VIII, 37.* reſcribit ALABARCHIA, oſtenditque, fuiſſe vectigal, pro traductione pecorum pendendum, ἀπὸ τῆς ἀλάβας, *atramento*, a quo eodem modo id vectigal nomen accepiſſe exiſtimat, ac a *ſcribendo ſcriptura*, per quam itidem vectigal pro paſcuo pendendum intelligitur. Contra Bulenger. *de Vectigal. Cap. XVI.* legendum putat ἀλασαρχίαν quaſi *vectigalis, pro ſale pendendi, curationem.* Plane ἀλαβάρχης eſt apud Ioſeph. *Antiqu. Iud. XVIII, 8. et XX, 5. et 7. Arabarches* in plerisque Codicibus Ciceronis *ad Attic. Lib. II. Epiſt. XVII.* et Iuuenal. *Sat. I. v. 130.* quamuis et apud hos viri docti legere malint *alabarches*. Add. Voſſ. *in Etymolog. p. 16.* HEIN.

ARABARCHES vel potius ALABARCHES dicebatur ſupremus Iudaeorum Alexandriae magiſtratus, plerumque Iudaeus, at aliquando tamen et non Iudaeus. Ad huoc magiſtratum pertinent loci, paullo ante ex Ioſepho adducti. De eo videndi Fullerus *Miſcellan. Sacr. IV, 16.* Turneb. *Aduerſ. XXVII, 25.* Capell. *Hiſtor. Apoſtol. pag. 118.* et Baſnag. *dans l'Hiſtoire des Iuifs Lib. VII. Cap. 7. §. 19. p. 178. Tomo VII.* qui et contra Henr. Valeſium *(Not. ad Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. Lib. II. Cap. 5. p. 24.)* oſtendit, non per riſum et contumeliam confictum hoc dignitatis vocabulum, ſed admodum honorabile habitum fuiſſe. HEIN.

ARABIAE *ſcholares*, qui Beryti liberalibus ſtudiis et maxime iurisprudentiae operam da-

bant, reſcriptum impetrabant a Diocletiano et Maximiano AA. quo illis cauebatur, ne ante annum aetatis viceſimum quintum a ſtudiis auocarentur. *l. 1. C. qui aet. vel profeſſ. ſe excuſant.* HEIN.

ARABICVS onyx, inter ſpecies, ad vectigal pertinentes, refertur a Marciano *l. 16. §. 7. D. de publican. et vectig. et commiſſ.* Lapis eſt alabaſtriti ſimilis, qui in montibus Arabiae naſcitur, et ex quo olim vaſa potoria et vnguentaria fiebant. Plin. *Hiſt. Nat. XXXVI, 7.* qui et obſeruat, errare eos, qui id genus lapidum in ſolis Arabiae montibus, nec vsquam alibi, naſci tradiderint, quum et in Germania vaſa potoria, et poſtea pedes lectorum, ſellaeque inde confecta miraculo fuiſſe, tradiderit Cornelius Nepos. Meminit iſte et onychis Indici, lapidemque a colore, quem vnguibus humanis ſimilem habet, nomen tuliſſe, docet. Add. Pancirol. *Theſaur. var. lect. II, 110. Iurispr. Rom. et Attic. Tomo II. p. 1220.* HEIN.

ARATORES ſerui, ARATORII boues, ARATORIVM inſtrumentum, memorantur in *l. 7. C. quae res pign. obl. poſſ.* HEIN.

ARATRVM in ciuitatem induci dicitur in *l. 21. D. quib. mod. vſusfr. amitt.* quando funditus euertitur, et ſolo aequatur. Seneca *de clement. I, extr.* ARATRVM *vetuſtis vrbibus inducere.* Sic et Horat. *Carm. Lib. I. od. 16. v. 18.*

Altis vrbibus vltimae
Stetere cauſſae, cur perirent
Funditus, inprimeretque muris
Hoſtile ARATRVM *exercitus inſolens.*

Quemadmodum enim vomere vtebantur in condendis vrbibus, deſignandisque pomoeriis, a qua curuatura, quam vrbum vocabant veteres, VRBS nomen accepit: Plutarch. *in vit. Romuli pag. 23.* et *Quaeſt. Rom. XXV.* Dionyſ. Halic. *Lib. I. p. 75. l. 239. §. 6. D. de verb. ſignif.* ita et aratrum inducebant vrbibus, quas funditus euertere vellent: Coel. Rhodigin. *Lect. antiqu. Lib. XXVI. Cap. 5.* nihil eſſe tam naturale exiſtimantes, quam eodem modo quidque diſſolui, quo colligatum eſt. *l. 35. D. de reg. iur.* Plura eam in rem obſeruauit Petr. Faber *Lib. I. Semeſtr. Cap. 8.* HEIN.

ARB.

ARBITA, vocabulum nihili, et quod tamen ad iurisprudentiam pertinuiſſe creditur. Auctor enim eſt Optatus Mileuitanus *de Schiſm. Donatiſtar. Lib. I.* Imperatorem ad Donatiſtarum quorumdam adpellationem reſcripſiſſe: ARBITA *furoris audacia.* Hinc Cuiac. *Obſeru. IV, 10.* illud ARBITA non pro dictione habet, ſed pro notis ſeu ſiglis, arguteque interpretatur: A RE BENE IVDICATA TEMERE ADPELLASTI, *furoris audacia.* Sed lubrica admodum eſt illa notarum interpretatio, et Cuiaciana illa tanto incertior, quanto minus codices MSS. addicunt, in quibus, ipſo fatente Cuiacio, non *arbita* ſed *orbita*, legitur: ex quo recentiores editores maiore ſpecie exſculpunt ſententiam: *O rabida furoris audacia!* HEIN.

ARBITER iudicem, datum addictumque a praetore, plerumque ſignificat. *l. 19. §. 1. D. comm. diuid. l. 3. C. eod. l. 24. D. depoſ.* coniuncta cum *l. 7. D. de negot. geſt. §. 1. D. de pact. dot. l. 6.*

C. de reb.

ARB.

. de reb. cred. l. 2. C. de ſentent. et interloquut. l. 5. C. de diſtr. pign. Vetus Gloſſarium : *χαμαιδικάστης, pedaneus iudex*, ARAITER. A iudice tamen ſeparatur ARBITER in *l. 7. pr. D. ad leg. Iul. repetund. l. 15. pr. D. de re iud. §. 1. Inſt. de action.* et apud Gell. *Noct. Attic. XX, 1.* Quin hoc controuerſum fuiſſe apud veteres conſultus, Cicero *pro Mur. Cap. XII.* ſcribit, IVUICEM an ARBITRVM dici oporteret. Inde in formularum notis apud Valerium Probum : T. I. A. P. V. O. id eſt : TANTVM IVUICEM, ARBITRVMVE, POSTVLO, VTI DES. Quorum verborum illa ex Cicerone *pro Q. Roſc. comoedo Cap. IV.* differentia colligi poteſt, quod qui bonae fidei iudiciis, vel arbitrariis, dabatur, ARBITER, qui ſtricti iuris, IVDEX dicebatur. Quod Feſti comprobat interpretatio, qui ARBITRVM inde dici ait, quod totius rei habeat facultatem ae arbitrium. Nam in ARBITRIIS quum et hoc actionum natura, et clauſulae : * EX BONA FIUE, vel: QVANTVM AEQVIVS MELIVS SIT DARI, verba indulgerent, ſolutius aequitatem ſequi permittebatur: contra quam in ſtrictis iudiciis, quibus addictus iudex anguſtiſſimae formulae, a qua diſcedere vel latum vnguem non poterat, cancellis circumſcriptam habebat poteſtatem. Hoc diſcrimen Seneca *Lib. III. de Benefic. Cap. 7.* perſpicue declarat: *Quaecumque*, ait, *in cognitionem cadunt, comprehendi poſſunt, et non dare infinitam poteſtatem iudici. Ideo melior videtur conditio cauſſae bonae, ſi ad* IVOICEM, *quam ſi ad* ARAITRVM *mittatur: quia illum formula includit, et certos, quos non excedat, terminos ponit. Huius libera, et nullis adſtricta vinculis religio: et detrahere aliquid poteſt, et adiicere, et ſententiam ſuam, non prout lex aut iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas aut miſericordia impellit, regere.* Haec ille. Inde obſeruare poſſumus, ARBITROS in his potiſſimum iudiciis nominari, quae ex bona fide deſcendunt. veluti ARBITER *communi diuidundo*, in *l. 31. D. de vſu et vſufr. leg. l. 4. D. de ſeruit. leg. l. 6. §. 8. l. 26. D. comm. diuid. l. 3. §. 2. D. de oper. non. nunc.* et apud Paull. *Sent. Lib. I. tit. 18. §. 1.* Idem eſt ARBITER *diuidundis bonis datus*: in *l. 3. C. comm. diu.* itemque ARBITER *diuiſionis* in *l. 26. §. 1. D. de pact. dotal. l. 77. §. 21. D. de legat. II.* et *l. 8. C. de collation.* Quo adludens auctor *Queroli* : *Exprome*, ait, *theſaurum : diuiſio celebretur, quoniam praeſto eſt* ARBITER. Eiuſdem generis eſt ARBITER *dotis recuperandae*: in *l. 48. D. de ſolut.* et ARBITER, qui de dote cognoſcit. *l. 1. D. de pact. dot.* Quo referenda ſunt haec Tertulliani verba, *Lib. II. ad vxorem Cap. 5. Suſtinent, quarum dotes ſubiectione nominis mercedem ſilentii faciant, ſcilicet apud* ARBITRVM *ſpeculatorem litigaturi.* Nam olim rei vxoriae actio bonae fidei iudiciis adnumerabatur. *§. 29. Inſt. de act. l. 8. D. de capit. minut.* Cicero *de Offic. III, 17.* Fuit et ARBITER *familiae erciſcundae*: in *l. 1. pr. D. de dot. collat. l. 20. pr. l. 44. §. 7. l. 47. l. 52. §. 2. D. famil. erciſc. l. 5. l. 15. l. 17. C. eod. tit. l. 2. C. de offic. donat.* et apud Ciceron. *pro. A. Caecin. Cap. VII.* qui et ARBITER *diuidundae hereditatis* adpellatur in *l. 18. C. fam. erciſc. l. 78. pr. D. de hered. inſt. l. 11. et l. vlt. D. de diſtr. pign. l. 13. C. de probat.* Eodem etiam pertinent ARBITER *funerariae*: in *l. 15. §. 7. D. de religioſ.* ARBITER *pro ſocio*: in *l. 38. pr. D. pro ſoc.* et apud Ciceron. *pro Q. Roſc. Cap. IV. et V.* ARBITER *tutelae*: in *l. vlt. §. vlt. D. de adpellat. l. vlt. D. rem pup. ſalu. for.*

ARB.

¶. 2. Sed et iudices in ſtricti iuris iudiciis dati ARBITRI dicebantur. Tales ſunt ARBITER *aquae pluuiae arcendae*: in *l. 24. pr. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* et apud Ciceron. *in Topic. Cap. IX.* ARBITER *finium regundorum*, de quo paullo poſt: ARBITER *quod metus cauſſa* in *l. 14. §. 4. D. quod met. cauſſ.*

¶. 3. Datur et in his cauſſis ARBITER, quae arbitratu boni viri aeſtimandae ac definiendae ſunt. *l. 12. D. de legat. III.* Veluti ad determinandam viam: latitudinemque actus, vel itineris, ſtatuendam. *l. 13. §. 1. et §. 2. D. de ſeru. praed. ruſt.* Item ſi inter vicinos de altitudine aedificiorum ſit controuerſia. *l. 11. §. vlt. D. de ſeru. vrb. praed.* Ad fideiuſſores etiam probandos : *l. 9. l. 10. D. qui ſatisd. cog. l. vlt. D. a quib. adp. non lic.* quos fideiuſſorum vires aeſtimare, ait Imperator. *l. 6. pr. C. de adu. diuerſ. iud.* ARBITER quoque Falcidiae ad ineundam bonorum quantitatem, quum legi Falcidiae locus eſt, dicebatur. *l. 12. D. ad leg. Falc. l. 1. §. 6. D. ſi cui plus quam per leg. Falcid. l. 2. C. de vſur. legat.* ARBITER et a praetore de rationibus excutiendis inter heredem et ſeruum datur, computationis incundae rationumque excutiendarum examinandarumque cauſſa. *l. 5. fin. D. de manumiſſ. l. 37. D. de fideic. libert. l. 1. §. 5. D. ſi is, qui teſtam. lib. eſſ. iuſſ. l. 53. D. de iudic. l. pen. D. de liber. cauſſ. l. 50. D. de condit. et demonſtr.* Nihil aliud autem hic ſignificat ARBITER, quam virum bonum, a Praeture electum, cuius arbitrio rationes computentur. *l. 47. §. 2. D. de fideic. libert.* ARBITER et de alimentis patroni datur, arbitraturus, quantum ſit in facultatibus: *l. 5. §. vlt. D. de agnoſc. et al. lib.* nec non inter fructuarium et proprietarium, de refectione aedium: et vt ſarta tecta habeantur, ARBITER datur. *l. 7. §. 2. D. de vſufr.* ARBITRVM porro dat praetor, cuius interuenru tribuantur merces. *l. 7. D. de tributor. act.* Sed et, quum magiſtratus in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi ventrisque cauſſa miſerunt, ARBITRVM dant, ad definiendum, quantum deminui oporteat, diſtrahendaque ea, quae mora deteriora futura ſunt. *l. 1. §. 25. D. de ventr. in poſſ. mitt.* Praeterea ad exſequutionem iudicati ARBITER datur, *l. 15. pr. D. de re iud. l. vlt. D. de iudic.* vt et ad reſtituendum fideicommiſſum. *l. 8. D. de confeſſ.* Quin etiam in reuocatoria actione ARBITER interuenit: *l. 8. D. quae in fraud. credit.* Poſtremo et in controuerſia finium de modo agrorum ARBITER, vel ex conuentione litigatorum, vel Praetoris datione, ſumebatur. *l. 7. D. fin. regund. l. 44. D. de recept. qui arbitr. rec.* Terent. *Heaut. Act. III. ſcen. I. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus: me cepere* ARBITRVM. Sic Q. Fabium Labeonem ARBITRVM Nolanis et Neapolitanis de finibus, ſeu finium conſtituendorum, a Senatu datum, Cicero *de Offic. I, 10.* et Valer. Max. *Lib. VII. Cap. 3.* memorant. Idem Cicero *de legib. I, 21. Nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex* XII. *tres arbitri fines regemus.* Et in *Topic. Cap. X. Si in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines magis agrorum videntur eſſe, quam vrbis, finibus regundis adigere arbitrum non poſſis.* Vbi Boethius: ARBITROS *finium regundorum*, ait eſſe, *qui finalia litigia diſcernunt, vt quum eſt orta de finibus contentio, eorum dirimatur arbitrio.* Suetonius etiam *in Othone Cap. IV. Cuidam, de parte finium cum vicino litiganti, adhibitus* ARAITER, *totum agrum redemit.* Inde eleganter Tertullianus in *libro de pallio*

lio Cap. II. Iordanem *amnem, finium* ARBITRVM dixit, quippe qui agros diſterminat. Ad hos vtique finium regundorum ARBITROS vetus Gloſſarium reſpexit, in illo corrupto loco, in quo eſt ARBARES SCODATES *lib. de offic. Proconſ.* οἱ περὶ τῶν ὅρων διαγνώσαντες δικασταί· *Arbares ſcodates, in libro I. de offic. Proconſ. ſunt iudices, de finibus cognoſcentes.* Nam quod aliquibus in mentem venire poſſet, illic ARVALES SOOALES reponendum, fruſtra eſt, propterea quod aruales illi XII. fratres nihil cum finalibus iurgiis commune habebant. Tantum pro frugibus ſacra publica faciebant, vt fruges ferrent arua, et a ferendo et aruis ARVALES dicebantur, quemadmodum Varro *Libro IV. de lingua Lat.* ſcribit. Immo vero ARBARES SOOATES in gloſſario iſto manifeſto ſunt ARVALES SCOOALES. Illius vero finales diremiſſe controuerſias, oſtendemus paullo inferius in ARVALES FRATRES. HEIN. ARBITROS etiam ad aeſtimandas poſſeſſiones poſt bellum ciuile datos, Caeſar *de bello ciu. Lib. III. Cap. I.* narrat. ¶. 4. Praeterea ARBITER, in quem litigatores, poena adiecta, compromittunt, adpellatur. Vetus Gloſſarium: ARBITER *eſt, qui ex compromiſſo partium de cauſſa cognoſcit, nullam habens iuriſdictionem propriam, vel delegatam, ſed electus a partibus, ad litem earum ſua ſententia terminandam.* Et poſtea: ARBITRI *ſunt, qui conſenſu partium eliguntur, et in eos ſub poena ſtipulatione compromittitur.* Huiusmodi ARBITER *ex compromiſſo ſumtus iudex* definitur: *l. 82. D. de iudic.* et apud Paull. *Sent. V, 5, 1.* et ex cumpromiſſu addictus: *l. 1. C. de recept. arbitr.* Graeci αἱρετὸν δικαστὴν dicunt. Conſtant. Harmenop. *Lib. I. tit. 4. §. 63.* Αἱρετὸς δικαστής ἐστιν, ὁ δικαστοῦ τάξιν ἀναδεξάμενος καὶ ἐπαγγειλάμενος ψήφῳ τεμεῖν τὸ φιλονεικούμενον. *Receptus arbiter is eſt, qui iudicis partes ſuſcepit, finemque ſententia ſua controuerſiae impoſiturum, pollicetur.* Dicuntur et RECEPTI ARBITRI, ab eo, quod arbitrium recipiant. *tit. D. de recept. et qui arbitr. recep.* propterea quod, vt Iuſtinianus ait *ex recepto, hoc eſt, ex compromiſſo, cauſſas terminandas ſuſcipiunt. l. 12. C. de iudic.* Vnde et *compromiſſarii* adpellantur. *l. 5. §. vlt. C. de recept. arbitr. l. vlt. C. vbi et apud quem.* ¶. 5. Sunt et ARBITRI electi, qui ex iudicis iuſſu, exſequutore negotii imminente, a litigatoribus eliguntur. *l. pen. C. de pact. l. pen. et l. vlt. C. de arbitr. l. vlt. §. vlt. C. vbi et apud quem.* ¶. 6. Eſt etiam ARBITRORVM aliud genus, in quorum arbitratum quid confertur. *l. 76. l. 77. D. pro ſoc.*

¶. 7. Ceterum ARBITER dicitur ADIGI pro adiri ad arbitrum ſumendum. Cic. *de offic. III, 17.* ARBITRVM *illum* ADEGIT, *quidquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona.* Idem *in Topic. Cap. X. Finibus regundis* ARBITRVM ADIGERE dixit. Et *pro Roſc. Com. Cap. IX. Quae quum ita ſint, cur non* ARBITRVM *pro ſocio* ADEGERIS *Q. Roſcium, quaero.* Singularis haec loquutio, et hinc a pauciſſimis intellecta eſt. Plerique etiam loci, vbi illa occurrit, ita corrupti ſunt, vt modo *adiri*, modo *adiici*, pro *adigi* legamus. Reſtituit illam Cuiac. *Obſ. IV, 15.* Ceterum et Senecae addendum teſtimonium, qui *Epiſt. LXV: Eam*, inquit, *partem ad te perferam, quae in lite eſt: te* ARBITRVM ADIGIMVS. HEIN.

¶. 7. ADIRE arbitrum: *l. 21. §. 8. D. de recept.* Phraſis haec arbitris veluti propria eſt. Immo inde nomen acceperunt, quod a partibus adirentur. *Ire* enim veteribus BETERE, qua forma vſi ſunt Pacuuius et Varro apud Nonium, vel BITERE, Plaut. *Mercat. Act. II. Scen. 3. v. 127. Ad portum ne* BITAS. Quemadmodum ergo a *bito* vel *beto* eſt *perbitere*, pro perire, apud eumdem Nonium, *interbitere* pro interire, apud Plaut. *Moſtell. Act. V. Scen. I. v. 47.* ita et ADBITERE fuit adire: et inde euphoniae cauſſa ARBITER, quaſi *adbiter*, vt *arceſſo*, pro *acceſſo*, quia a partibus aditur. Vid. Franc. Iunius *ad Tertull. Apologet. Cap. VII.* eiusque gener Voſſ. *in Etymol. p. 46.* HEIN. ¶. 8. ARBITER porro CAPITVR Plaut. *Trucul. Act. II. Scen. v. pen.* Terent. *Heaut. Act. II. ſcen. 1.* HEIN. ¶. 9. Idem DATVR: *l. 15. pr. D. de re iud. l. 2. C. comm. vtr. iud. l. 37. D. de fideic. libert. l. vlt. D. a quib. adpell. l. 19. §. 1. D. comm. diu.* ELICITVR: *l. 44. D. de recept. arbitr.* PETITVR: *l. 13. C. de probat. l. 31. D. de vſu et vſufr. leg.* SVMITVR. *l. 50. D. de recept. arbitr. l. pen. D. de iudic.* Ouid. *Metamorph. III. v. 332.*

ARBITER *hic igitur* SVMTVS *de lite iocoſa.*

HEIN.

ARBITRALIS forma. *l. 5. pr. C. de recept. arbitr.* ſententia, pro ſententia arbitri. *l. 4. §. 5. C. de recept. arbitr.* HEIN.

ARBITRARI, aeſtimare. ARBITRARI modum: *l. 7. D. de quaeſt.* ARBITRANDVS eſt modus: *l. 8. §. 10. D. de transact.* ARBITRABITVR iudex, reſtitui: *l. 35. §. 1. D. de rei vind.* ARBITRATVR iudex, quod factum eſt. *l. 13. §. 1. D. de vſufr.* ¶. 2. ARBITRARI paſſiue. Vlpianus *l. 12. §. 5. D. de religioſ. Sumtus funeris* ARBITRANTVR *pro facultatibus.* Ita et in *l. 27. §. 4. D. de recept. arb. l. 13. §. 1. D. de vſufr.* Sed eodem modo loquutos eſſe Plautum, Ciceronem, Coelium, Senecam, Quinctilianum, Gellium, oſtenderunt Voſſ. *de analog. III, 6.* Corn. van Bynkersh. *Obſ. I, 25.* Ducker. *de Latinit. vet. iuriſc. p. 333.* HEIN.

ARBITRARIVS, A, VM, quod neque lege, neque conſtitutione vlla, definitum eſt, ac proinde ab alterius iudicio pendet. *l. fin. C. de contrah. emt. l. 1. D. de iur. delib.* Coraſ. *Miſcell. IV, 12. n. 6.* HEIN. ¶. 2. Sic ARBITRARIAE *actiones*, in *l. 3. §. 1. D. de vſur.* et in *l. 1. C. vbi conuen. qui certo loc.* id eſt, vt Iuſtinianus interpretatur, ex arbitrio pendentes: *§. 31. Inſt. de action.* vel, vt Caius, quae in arbitrium iudicis referuntur. *l. 3. D. de eo, quod cert. loc.* In his enim arbitrio iudicis committebatur, quemadmodum actori res vel reſtitueretur, vel ſolueretur, vel exhiberetur. Idque fiebat propter formulae verba: NEQVE EA RES ARBITRIO IVDICIS RESTITVATVR, DETVR, EXHIBEATVR, quibus arbitrium iudici commiſſum intelligebatur. Quamuis autem haec vera ſint, ea tamen non ita exprimunt naturam actionum ARBITRARIARVM, vt diſtingui hoc ipſo poſſint ab actionibus *bonae fidei*, in quibus itidem arbitrium iudici committitur. Accuratius Theophilus *in §. 31. Inſt. de act. In his*, inquit, *actionibus, niſi interceſſione iudicis reus rem actori reſtituat, vel exhibeat, vel ſoluat, vel ſeruum dedat,* κατακρίνεται πάντως, *in ſolidum condemnatur.* Itaque primo arbiter rem iubebat reſtitui, et, quantum, vel quumodo reſtituendum, exhibendum, ſoluendum, dedendumue eſſet, definiebat, isque, qui parebat, eo obſequio effugere condemnationem poterat. Sin

dicto

dicto minus audiens eſſet reus: in maius, vel amplius quid, condemnabatur, veluti in actione, quod metus cauſſa intra annum in quadruplum: *l. 14. §. 1. D. quod met. cauſſ.* vel in tantum, in quantum actor in litem iurauerit, vel in ſolidum. In eo ergo vere conſiſtit harum actionum natura, vel, vt loquitur Theophilus, *ἰδικῶς ἐγκεῖται τοῦτο ταύταις ταῖς ἀγωγαῖς.* HEIN. ¶. 3. ARBITRARIA ex ſtipulatu actio fit, quum alio, quam in quo ſibi dari quis ſtipulatus fuerat, loco agitur. *l. 2. l. 4. §. 1. l. 7. l. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* Tunc enim arbitrio iudicis tanti lis aeſtimatur, quanti vel actoris, vel rei interſit, eam pecuniam loco conſtituto ſolui: pleniſſimumque hic eſt officium iudicis, quod quantitati contractus non ſubſeruit, ſed vel augere vel minuere condemnationem, propter loci vtilitatem, poteſt, quum eius aeſtimationis tota ratio arbitrio eius committatur. *l. 2. §. vlt. l. 8. D. de eo, quod cert. loc. l. 1. C. vbi conuen. qui cert. loc. §. 31. Inſt. de act.* Sic et actio QVOD METVS CAVSSA arbitraria adpellatur, *l. 14. §. 4. D. quod met. cauſſ.* et *d. §. 31. Inſt. de act.* propterea, quod arbitrio iudicis, qui de ea actione cognoſcit, reſtitutio comprehenditur. Is enim rei reſtituendae facultatem vsque ad ſententiam reo tribuit. Quod niſi reſtitutio fiat, in quadruplum condemnatio ſequitur. Et generaliter quaecumque alia ſtricta iudicia ita redduntur, vt rei reſtitutio, deditio, exhibitio, officio iudicis committatur, ea ARBITRARIA dicuntur. *l. 9. D. de dolo mal. §. 31. Inſt. de act.* ¶. 4. ARBITRARIAS poenas, hodie vocant, quae non lege definitae, ſed arbitrio iudicis relictae ſunt. At iure Romano mulctas quidem, non autem poenas, arbitrio iudicis relictas eſſe, tradunt Vlpianus *l. 131. §. 1. D. de verb. ſignif.* et Paullus *l. 244. D. eod. tit.* HEIN.

ARBITRATVS, VS. Huius vocabuli eadem vis, ac *arbitrii. l. 51. D. ſol. matr. l. 16. §. vlt. et l. pen. D. de vſufr.* Hinc formula: ARBITRATV *boni viri vſurum fruiturum.* Ita enim fructuarius cauens, vt adſolet, hoc ſignificat, non deteriorem ſe cauſſam vſusfructus facturum, ceteraque facturum, quae in re ſua faceret, denique ita vſurum, quemadmodum bonus paterfamilias vti debet. *l. 1. §. 3. D. vſufr. quemadm. cau. l. 15. fin. D. de vſu et hab.* ARBITRATV *boni viri aeſtimato pretio*, in *l. 35. D. mand.* ARBITRATV *boni viri aeſtimatione habita*, in *l. 57. D. de contrah. emt. l. 44. §. vlt. D. fam. erc. l. 77. l. vlt. D. de procurat.* Addidit Tabor: ARBITRATV *boni viri defendendus*, ex *l. pen. D. de procurat.* ſimulque notat, *aliquando ſimpliciter dici:* ARBITRATV BONI, *vt l. vlt. D. eod.* Sed falſa eſt haec obſeruatio, nec in *l. vlt. D. de proc.* legimus: *arbitratu boni*, ſed: *boni viri arbitratu.* HEIN. ¶. 2. Sic et ARBITRATV iudicis: *l. 10. D. quod met. cauſſ. l. 5. §. vlt. D. depoſ.* ARBITRATV ſoceri: *l. 69. §. 4. D. de iur. dot.* ſuo ARBITRATV: *l. 5. D. de caſtr. pecul.* ARBITRATV Titii. *l. 45. D. de verb. oblig.* ¶. 3. Verba haec: ARBITRATV *illius fieri*, quae plerumque conuentionibus adiiciebantur, *l. 43. D. de verb. oblig. l. vlt. C. de contr. emt.* ius ſignificant, et in ſeruum non cadunt. *l. 68. D. de verb. ſignif.* Io Brechaeus *in Comm. ad l. 68. de verb. ſignif. p. 172.* legis verba interpretatur de iudiciis, quaſi arbitrium ideo ſuſcipere nequeat ſeruus, quod iudicis perſonam ſuſtinere nequeat.

l. 7. pr. D. de recept. arbitr. Sed ſenſus potius eſſe videtur, ſeruum de facto quidem arbitrari poſſe, non autem de iure. Saepe, quae facti ſunt et ſeruis conceduntur, quae iuris, negantur. *l. 10. D. de capit. minut.* HEIN.

ARBITRIVM, in pandecte Florentino plerumque ARBITRIVM ſcribitur, vti in *l. 3. §. 1. l. 7. §. 1. l. 16. l. 19. §. 1. l. 21. §. 9. D. de recept. arb.* et alibi paſſim. Eſt haec antiquis haud ignota fuit ſcribendi ratio. Gloſſae Iſidori: ARBITRIVM, *collectio arbitrorum, id eſt ipſa conſenſio.* Vetus marmor apud Gruter. *p. DL. n. 1.* ARBITERIO. LARCIAE. FORTVNATAE. VXORIS H. M. H. N. S. Et *p. DLXVIII, 4.* ARBITERIO. L. LARTI. ET. T. MVRSI. H. HEIN. ¶. 2. Quemadmodum autem *arbitri* et *iudices*: ita ARBITRIA et IVDICIA differunt, vt Cicero *pro Q. Roſc. Com. Cap. IV. et V.* exponit. ARBITRIA enim ea iudicia dicuntur, quae in bonum et aequum concipi, et ex bona fide reddi ſolebant. Immo et quae ARBITRARIA dicta eſſe, ſupra monuimus. Addit Tabor, vel neſcio quis: *Vel potius ideo quaedam actiones* ARBITRIA *vocantur, quia in his propter intricatas, variorum negotiorum quaeſtiones* ARBITER *potius, quam iudex, deſideratur. l. 23. §. vlt. iuncta l. ſequ. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Sed in his legibus tale nihil deprehendimus. Qui in negotiis bonae fidei et arbitrariis dabantur, iudices, ARBITRI vocabantur, ſiue intricatior eſſet cauſſa, ſiue facilior. HEIN. ¶. 3. Hinc ARBITRIVM aquae pluuiae arcendae: *l. 23. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* ARBITRIVM communi diuidundo: *l. 2. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 47. D. fam. erciſc.* ARBITRIA communium parietum: Vitruu. *Lib. II. Cap. 8.* ARBITRIVM familiae erciſcundae: *l. 47. D. fam. erciſc. l. 17. C. eod. tit.* ARBITRIVM rei vxoriae: Cic. *de Offic. III, 15.* et in *Top. Cap. XVII.* ARBITRIVM pro ſocio: Cic. *pro Quinct. Cap. III. Quaſi hi, qui magna fide ſocietatem gererent,* ARBITRIO *pro ſocio condemnari ſolerent.* Idem *pro Q. Roſc. Com. Cap. IX. Cur non ad* ARBITRIVM *pro ſocio adegeris Q. Roſcium, quaero.* Aſt hic non legitur *arbitrium*, ſed ARBITRVM, ceu paullo ante, vbi de loquutione ARBITRVM ADIGERE actum, vidimus. HEIN. ARBITRIVM tutelae. *rubr. C. arbitr. tutel.* ¶. 4. ARBITRIVM boni viri, *l. 4. D. vſufr. quemadm. cau.* iudicis. *l. 8. D. de eo, quod cert. loc. l. 61. D. de furt. l. 3. §. 13. D. ad exhib. l. 10. §. 20. D. quae in fraud. cred. l. 13. pr. D. de Aedil. ed. l. 31. §. 13. D. eod. tit. l. 24. §. 6. et l. vlt. D. ſol. matr.* boni iudicis: *l. 3. §. 3. D. commod.* iudicantis: *l. 45. §. 10. D. de iure fiſci:* praeſidis prouinciae: *l. 1. C. de nupt.* In ARBITRIO, et in iudicio eſſe. *l. 47. D. fam. erciſc.* ¶. 5. ARBITRIVM, etiam officium arbitri circa ea, quae in iudicio verſantur, formulaque minime continentur, ſignificat. *l. 31. §. 13. D. de Aedil. edict. l. 24. §. pen. et vlt. D. ſol. matr. l. 80. in fine D. de furt. l. 3. l. 8. l. vlt. D. de eo, quod cert. loc. l. 1. D. de vſur. l. 38. §. 1. D. de act. emt. l. 14. §. 11. D. quod met. cauſſ. l. 9. D. de dolo mal.* ¶. 6. ARBITRIVM, pro deciſione Imperatoris, in *l. 4. pr. C. de recept. arbitr.* ¶. 7. ARBITRIVM quis dicitur RECIPERE: *l. 3. §. 1. l. 9. §. 2. D. de recept. arbitr. l. 21. §. 5. eod.* nec non SVSCIPERE: *l. 4. l. 13. §. penult. D. eod. tit.* RECEPISSE autem ARBITRIVM videtur, qui iudicis partes ſuſcepit, finemque ſe ſua ſenten-

tia impoſiturum controuerſiis, pollicitus eſt. *l. 13. §. pen. D. eod. tit.* ¶. 8. ARBITRIVM, etiam arbitratum ſignificat. *l. 4. D. vſufruct. quemadm. cau.* ARBITRIVM porro aliud LIBERVM eſt, et *ſolutum*, quod in mera voluntate poſitum eſt, et ARBITRIVM *plenum voluntatis* dicitur: *l. 7. §. 1. D. de reb. dub. l. 11. §. 7. D. de legat. III. l. 28. D. de adopt.* et hoc ſignificatur his verbis: *ſi libuerit, ſi voluerit.* Cuius generis ARBITRII, quo libera facultas et voluntas deſignatur, exempla ſuor haec: In ipſorum ARBITRIO eſt: *l. 1. D. naut. caup. ſtab.* ARBITRIO ſuo vti: *l. 10. D. de vi et vi armat.* ARBITRIO bonae voluntatis: *l. 10. C. quomod. et quando.* ARBITRIO ſuo et ſponte ſua: *l. 49. D. fam. erciſc.* In ARBITRIO ſuo non habet: *l. 5. C. de repud.* Sui ARBITRII eſſe: *l. 22. D. de rit. nupt.* In ARBITRIO eius ponere: *l. 1. C. ſi mai. fact.* Ad ARBITRIVM ſuum, id eſt, pro ARBITRIO ſuo. *l. 42. D. de iure dot.* Aliud eſt ARBITRIVM BONI VIRI, quod his verbis exprimi intelligitur. *Si* ARBITRATVS *fueris: Si iuſtum putaueris: ſi comprobaueris: ſi tibi videbitur: ἐὰν δοκιμάσῃς. l. 75. D. de legat. I. l. 41. §. 4. l. 46. D. de fideic. libert. l. 3. §. 3. 4. D. de ann. leg.* Vbicumque autem in arbitrium ſiue iudicis, ſiue alterius quid confertur, pro arbitrio viri hoc habendum, et quaſi viro bono commiſſum, accipiendum eſt. *l. 17. §. 5. D. de iniur. l. 30. D. de oper. libert. l. 6. D. pro ſoc. l. 1. pr. D. de legat. II. l. 43. D. de legat. III. l. 69. §. 4. D. de iure dot. l. 3. C. de dot. promiſſ.* Idque in conditionibus, bonae fidei iudiciis adſcriptis, maxime locum habet. *l. 22. §. vlt. D. de reg. iur. l. 77. l. 78. D. pro ſoc.* Ita quod operum faciendorum lege comprehendi ſolebat: *vt* ATBITRIO *alicuius opus fieret*, adprobareturue, ad boni viri arbitratum referebatur. *l. 24. D. locat.*

ARBOR, nulla proprie dicitur, quae radicem non conceperit. *l. 3. §. 3. D. arb. furt. caeſ.* Et hinc in XII. Tab. et in Praetoriis edictis ea adpellatione *vites, ederae*, arundines, ſalicta continentur. *d. l. 3.* et *l. 1. §. 3. D. de arbor. caed.* Stirps quoque oleae ARBOR recte dicitur. *d. l. 3. §. vlt.* ¶. 2. ARBORVM quaedam FRVGIFERAE ſunt, *l. 13. §. 4. D. de vſufr.* ſeu FRVCTIFERAE, vt Paull. *Sentent. V, 20. §. 3.* et in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 2.* quales ſunt pomiferae: *l. 45. §. 13. D. de iure fiſc.* Aliae NON FRVGIFERAE, veluti cupreſſi: *l. 16. §. 1. D. quod vi aut clam.* ſeu INFRVCTVOSAE. *l. 7. §. 12. D. ſol. matrim.* ¶. 3. ARBORES memorantur *caeduae* et *cremiales*: in *l. 7. §. 12. D. ſolut. matr.* vento *deiectae* vel *abſumtae* igne: *l. 58. D. de contr. emt.* nec non *demortuae*, in *l. 18. D. de vſufr.* radicitus *erutae*: in *l. 26. D. de adqu. rer. dom. l. 19. D. comm. diuid.* vi tempeſtatis *euerſae*: in *l. 59. D. de vſufr.* porro *euulſae*, vel vi ventorum deiectae: *l. 12. D. eod. tit. furtim caeſae*: *tit. D. arb. furt. caeſ. l. 25. §. 4. D. locat.* item *grandes*: in *l. 11. D. de vſufruct.* in alienas aedes *imminentes*: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6. §. 13.* iisdem *impendentes*: in *l. 4. §. 5. D. ſi ſeru. vindic.* vel materiae cauſſa, vel comburendi gratia *ſucciſae*: in *l. 55. §. 1. D. de legat. III.* ARBOR *ſycaminon.* in *l. 10. D. de extraord. crim.* ARBORES *terminales*, apud Paull. *Recept. Sent. V, 22, 2.* quae pro terminis et finibus obſeruantur: quales olim habebantur ANTEMISSAE et PEREGRINAE, quae et FINALES adpellantur, de quibus Sic. Flaccus *de condit. agr. p. 4. et 10.* Aggen. Vrb. *de limit. agr. p. 45.*

Frontin. *p. 40.* et reliqui ſcript. *de finib. p. 120. 254. 258. 303.* Vt vero ARBORES PEREGRINAE ſunt, quae alias in ea regione non reperiuntur, et ſtudio in limitibus et finibus agrorum ponuntur, ne vulgares credantur: ita ANTEMISSAE dicuntur, quas nonnulli ante fundos ſuos ita ſeruant intactas, vt nec frondem, nec lignum neque cremium, caedant, idque eo conſilio, vt magnitudine antiſtent ceteras, et obſeruationem finium praeſtent. Nic. Rigalt. *Gloſſ. agrimenſ. p. 291.* Vnde et INTACTAE vocantur a Siculo Flacco *p. 7. 8.* itemque OMISSAE ab eodem *p. 8.* HEIN. ¶. 4. ARBOR, pro malo nauis, in *l. 3. et l. 6. D. de leg. Rhod.* et apud Paull. *Recept. Sent. II, 7, 3.* Quae ſignificatio et in Lexico B. Germani his verbis adnotata eſt: ARBOR NAVIS, ἱστὸς πλοίου. Iſidor. *Etymolog. Lib. XIX. Cap. 2.* MALVS *eſt* ARBOR *nauis, qua vela ſuſtinentur.* Silius Italic. *Lib. III. v. 131. Pendentibus* ARBORE *nautis.*

ARBVSTVM in *l. 27. §. 7. D. ad leg. Aquill.* eſt locus, arboribus conſitus. Aliter ſumitur in *l. 3. §. vlt. D. de term. mot.* Prior vocabuli ſignificatio notiſſima eſt. Poſteriore loco ARBVSTVM opponitur arbori finali, et denotat nouellam arborem, eo loco pro vetere plantatam, eo conſilio, vt facies loci, obſcurandarum finalium quaeſtionum cauſſa, mutetur. Notauit hanc vocabuli ſignificationem iam Iſidor. *Etymolog. XVII, 6.* De variis vero aliis notionibus videndus Taubmann. *ad Virgil. p. 10.* HEIN.

ARC.

ARCA, in qua numi conduntur, et reponuntur. Sic in ARCA depoſuiſſe pecuniam ſeruus proponitur, in *l. 52. pr. D. de pecul.* pecunia, quae in arca eſt: *l. 30. §. 6. D. de legat. I. l. 7. §. 13. D. de admin. et peric. tut. l. 30. §. 4. D. ad leg. Falcid. l. 4. pr. D. de fideiuſſor.* in ARCA numi: *l. 34. §. 4. l. 51. l. 108. §. 10. D. de legat. I.* centum, quae in ARCA habeo: *l. 1. §. 7. D. de dot. praeleg. l. 34. §. 3. D. de legat. I.* decem, quae in ARCA erant: *l. 1. §. 17. D. vt legator.* ex ARCA decem ſuſtulit, et ſumſit: *l. 12. l. 17. §. 2. D. de condit. et demonſtr.* in ARCA poſitum argentum: Cicero *Topic. Cap. III.* in ARCA recluſa et repoſita pecunia: *l. 15. §. vlt. D. de re iudic.* in ARCA reponere numos: *l. 13. D. de negot. geſt.* pretium in ARCA: *l. 7. §. 1. D. de contrah. emt.* in ARCA multus fiſcus: Iuuenal. *Sat. XIV.* Pecunia in ARCA domi inuenta: *l. 41. §. 6. D. de legat. III.* numos, quos in ARCA habet: *l. 51. D. de legat. I.* in ARCAM verſa pecunia: *l. 82. D. pro ſoc.* eodemque ſenſu ARCAE nomen vſurpat Martial. *Lib. V. Epigr. III.* et *Lib. VIII. Epigr. 44.* Sic et ARCA communis ſociorum: *l. 82. D. pro ſoc.* vniuerſitatis vel collegii: *l. 1. §. 1. D. quod cuiusc. vniuerſ.* ¶. 2. In ARCA etiam inſtrumenta et cautiones debitorum: *l. 64. D. de legat. III.* ¶. 3. ARCA in aede depoſita: *l. 31. §. 3. D. de donat.* ARCA clauſa: *l. 36. pr. D. depoſ.* ARCA aerata: *l. 10. §. 5. D. locat.* ARCA refracta, vt vniones tollerentur: *l. 22. §. 1. D. de furt.* Martial. *Lib. V. Epigr. 43.*

Callidus effracta, numos fur auferet, ARCA.

¶. 4. ARCA *frumentaria* et *olearia*, in *l. 1. §. 2. D. de mun. et hon. l. 2. C. de frum. vrb. Conſtant. l. 2. C. Theod. de curat. caiend.* ARCA *vinaria*, *l. 5. C. Theod.*

Theod. de calc. coctor. et apud Symmach. *Lib. IX. Epiſt. 121. Lib. X. Epiſt. 42. 47.* ARCA *quaeſtoria*, apud eumdem auctorem, *Lib. X. Epiſt, 33.* ARCA *vicarianae ſedis*, apud Caſſiodor. *Var. II. Epiſt. 24.* ARCA *fiſcalis*: in *l. 4. C. de muner. l. 12. C. Theod. de numer. act. ſcrin.* in quam nimirum tributa inferebantur, vt Iuſtinianus in Nouella *περὶ τῆς τῶν δημοσίων ἀνύσεως*, *(de publicis tributis exigendis*, quae eſt *Nou. CXXVIII.)* non procul ab initio ſignificat. Eſt autem corruptum et deprauatum hoc verbum in *l. 11. C. de ſuſcept. praepoſ. et arcar.* in qua *mercedis diſcuſſionem* pro *arcae diſcuſſionem* vitioſe legi, cum ex ſcriptis codicibus, tum ex *l. 26. C. Theod. eod. tit.* patet. ARCA *ſublimium poteſtatum*, in *l. 6. C. Theod. de indulg. deb.* ARCA *ampliſſimae praefecturae*, in *l. 16. l. 17. C. Theod. eod. tit.* ARCA *praefecturae*, in *Nouell. Leon. et Maiorian. de curioſ.* ARCA praetoriana: *Nouell. Valentiniani de ſuariis.* ARCAE et ſacrarum largitionum vires: *l. 6. C. Theod. de conlat. don. vel releu. poſſ.* ARCAE ratio. *l. 10. C. de ſuſcept. praepoſ. et arcar. l. 5. C. Theod. de exſequ. et exact. et l. 20. C. Theod. de ſuſcept. et arcar.* Omnibus his locis ARCAM non tam receptaculum aliquod, quam id, quod hodie, accepto ab Italis vocabulo, *eine Caſſe* vocamus, ſignificare, vel exempla arcae *vinariae, frumentariae, oleariae*, oſtendunt: per quas non receptacula vini, olei, frumenti, ſed pecuniae, iis rebus coemendis deſtinatae, intelligimus. HEIN. ¶. 5. ARCAE *lapideae*, mortui condendi cauſſa ſtructae, meminit *l. 7. §. vlt. D. de relig. et ſumt. fun.* Plin. *Lib. XIII. Cap. XIII. Caſſius Hemina prodidit, Cn. Terentium agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem, offendiſſe* ARCAM, *in qua Numa, qui Romae regnauit, ſitus fuiſſet.* Valer. Maxim. *Lib. I. Cap. I. Duabus ARCIS lapideis repertis, quarum in altera ſcriptura indicabat, corpus Numae Pompilii fuiſſe.* Auctor libri *de viris illuſtr. Cap. XLII.* de Hannibale: *Poſitus eſt apud Abyſſam, in* ARCA *lapidea, in qua hodie quoque inſcriptum eſt*: HANNIBAL HIC SITVS EST. Vetus Gloſſarium: ARCA, κιβωτὸς, σορὸς, λάρναξ. Huiusmodi arcas Caſſiodorus *Variar. III, 19.* ita deſcribit: ARCAE, *quae in Rauennati vrbe ad recondenda funera diſtrahuntur, quarum beneficio cadauera in ſupernis humata ſunt, lugentium non parua conſolatio.* Frequens id vocabulum hoc ſignificatu eſt in marmoribus, veluti apud Gruter. *Inſcr. p. CCCCLX, 3.* vbi aliquis ARCAM ſuam roſis quotannis coronari praecipit, nec non *p. CCCCLXXXII, 2. DCCLIV, 16. MLVI, 1. et MLX, 1.* Reineſ. *Inſcr. Claſſ. XX. n. 446.* Ceterum veteres magni faciebant arcas lapideas, ex Aſſio lapide factas, quippe cuius ea erat natura, vt cadauer, illi illatum, ſtatim combureret conſumeretque. Vnde et ſarcophagi nomen accepit. De Aſſio lapide videndus Plin. *Hiſt. nat. XXXV, 17.* Dioſcorid. *Lib. V. Cap. 99.* de arcis vero et ſarcophagis, ex eo lapide confectis, Cuiac. *Obſ. XXI, 13.* HEIN.

ARCARIVS ſeruus. *l. 41. §. vlt. D. de fideicomm. libert.* Tales etiam memorantur apud Paull. *Recept. Sent. III, 6, 72.* nec non in marmoribus apud Gruter. *p. CCCCLXIII, 2. DLXX, 10. DLXXX, 11.* per eosque intelliguntur diſpenſatores, quos arcae ſuae ita praefecit dominus, vt acceptorum expenſorumque redderent rationes. Vnde modo diſpenſatores illos ARCARIOS, modo hos DISPENSATORES dici, animaduertunt Turneb. *Aduerſ. XXVIII, 5.* et Laur. Pignor. *de ſeruis p. 159.* HEIN. ¶. 2. Diuerſus ab hoc ARCARIVS, vel *ſuſceptor*, qui et ARCAE *cuſtos, auriquecillati ſuſceptor*, in *l. 32. C. Theod. de ſuſcept. praepoſ. et arcar. l. vlt. C. eod. tit. l. 8. C. Theod. de aquaed. l. 1. C. Theod. de his, qui cum diſp. contrax. l. 11. C. Theod. de iure fiſci.* Vetus Gloſſarium: ARCARIVS, ὑποδέκτης χρυσοῦ, *ſuſceptor auri.* Effertur hoc verbum Graeco idiomate a Macario *Homil. XVI. §. 11.* his verbis: Ἔχουσι δὲ καὶ φόβον οἱ τῶν ΑΡΚΑΡΙΩΝ, τῶν φοβουμένων τὰ πονηρὰ πνεύματα. *Timent quoque, non vt* ARCARII, *fugientes malos daemones.* Eodemque loco paullo poſt, *§. XII.* vbi ſcriptum eſt: ἐγκεχειρισμένοι ΑΡΧΑΣ ἐπαρχότητος, ἢ θησαυρὸν βασιλικὸν, πάντα τὸν χρόνον, ἐν μερίμνῃ εἰσὶ μήπως ἄρα προσκρούσωσι τῷ βασιλεῖ. *Qui adminiſtrant* ARCAM *praefecturae, vel theſaurum regium, numquam cura vacant, ne regem offendant.* Vbi videndum, ne ἄρκας potius, quam ἀρχὰς legendum ſit: vt eos intellexerit, quorum curae et cuſtodiae praefecturae praetorianae arca credita et commiſſa erat. ARCARIVM autem *arcae arbitrum* adpellari a Caſſiodoro *Variar. I, 10.* facile mihi perſuaſerim. ARCARIORVM *apochae* ſunt apud eumdem Caſſiodor. *Lib. XII. Cap. 8.* ¶. 3. Sunt et ARCARII *coloniarum* et *municipiorum*, de quibus accurate egit Reineſ. *Var. III, 16.* et ad *Inſcript. p. 431.* Eorum curae credita erat arca municipii, vel coloniae: et talis procul dubio Eraſtus, qui οἰκονόμος τῆς πόλεως a Paullo Apoſtolo; a Latino interprete ARCARIVS *Corinthi* vocatur, in *Epiſt. ad Roman. XVI, 23.* HEIN.

ARCERA quid ſit in XII. Tabulis, vide apud Varron. *de lingu. Lat. Lib. IV.* et Gell. *Noct. XX, 1.* Erat genus vehiculi, arcae ſimile, vnde et nomen habuit, quo ſenes et morboſi iacentes vehebantur. Hinc Decemuiri: SI MORBVS AEVITASVE VITIVM ESCIT, IVMENTVM DATO, SI NOLET, ARCERAM NE STERNITO. Pertinet huc elegans fragmentum Varronis *ex Gerontodidaſcalo*, apud Non. *Cap. II. Vehebatur cum vxore vehiculo ſemel aut bis anno, cum* ARCERA, *ſi non vellet, non ſterneret.* Quem locum ita non emendauit, ſed ſuo more peruertit Iac. Gothofred. *Not. ad XII. Tab. p. 183. Vehebatur cum actore vehiculo ſenex, aut annoſus, cui arceram, ſi non vellet, non ſterneret*: quum manifeſtum ſit, multo minore cum tumultu ita poſſe locum reſtitui: *Vehebatur cum vxore, ſemel aut bis anno, quum arceram, ſi non vellet, non ſterneret.* Adludit enim tantum Varro ad verba decemuirorum. Et quis dixerit, reum actori arceram, ſi vellet, ſtrauiſſe? quod tamen ex Gothofredi lectione ſequitur. HEIN.

ARCERE aquam, eſt curare, ne influat: *l. 1. §. 7. et l. 9. D. de aqu. et aqu. pluu.* Feſtus *libro I.* ARCERE, inquit, *eſt continere.* Vnde ARCVS in aedificiis dictus, qui ſeipſum continet. Cicero *in Topic. Cap. X. Quemadmodum ſi in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines magis agrorum videntur eſſe, quam vrbis, finibus regundis arbitrum adigere non poſſis: ſic, ſi aqua pluuia in vrbe nocet, aquae pluuiae* ARCENDAE *adigere non poſſis arbitrum.* Idem Cic. *pro Muraena Cap. X. Ille ſcit et tenet, vt hoſtium copiae; tu, vt aquae pluuiae* ARCEANTVR. COERCERE vero *aquam pluuiam* Vlpianus ad edictum praetoris interpretatur, continere ſic, ne diffluat, neue dilabatur. *l. vn. §. pen. D. de fonte.* ¶. 2. ARCERE, pro prohibere, interdicere, vetare. Sic ARCENTVR collegia illicita SCo: *l. 1. §. 1. D. de colleg.*

colleg. et corp. ARCETVR quis a profeſſione: *l. 5. C. de poſtul.* ab honore: *l. 8. D. de interd. et relegat. l. 12. D. de decurion. l. 6. §. 1. D. de mun. et hon.* Italia: *l. 1. §. D. nihil innou.* itinere: *l. 1. D. de mort. infer.* omni commodo: *l. 4. D. ad SC. Trebell.* poſſeſſione: *l. 1. §. 4. D. ne vis fiat ei.* Eo loco, vnde ARCETVR: *l. 27. §. vlt. D. ad municipal.* ARCENDI incendii cauſſa: *l. 7. §. 4. D. quod vi aut clam.* ARCENDAE tempeſtatis: *l. 12. §. 16. D. de inſtruct. vel inſtrum.* ARCENDIS incendiis praeerant. *l. 1. D. de offic. praef. vigil.*

ARCESSERE, vulgo ſcribunt *accerſere*: alii, veluti Agraetius, ita vtrumque verbum diſtinguunt, vt ACCERSERE ſit vocare; ARCESSERE accuſare. Aliis, inter quos Papirianus Grammaticus, *accerſere* eſt vocare; *arceſſere*, ſubmouere, vel repellere. Auſ. Popma *de different. verb. p. 4.* Sed ſatis certum eſt, ARCESSERE ſolum Latinum eſſe, et modo ſignificare *vocare*, modo *accuſare*, numquam autem *cohibere* vel *repellere*, ceu iam e veteribus Grammaticis Velios Longus obſeruauit. Vid. quae ſupra notauimus ſub verbo ACCERSERE. HEIN.

ARCHEOTAE, inter reliquos, qui muneribus perſonalibus in coloniis et municipiis adſtringuntur, recenſentur ab Arcadio Chariſio, *l. 18. §. 10. D. de mun. et honor.* quos archiui in vrbibus cuſtodes fuiſſe, oſtendit Reineſ. *Varian. III, 16.* HEIN.

ARCHIATROS in *l. 6. l. 9. l. 10. C. de profeſſ. et med.* et in *l. 2. 8. 12. 13. 15. 16. et 18. C. Theod. eod.* nec non in *l. vn. C. de comitib. archiatr.* accipere debemus principum medicos, quorum fidei et peritiae Imperatorum ſalus tuenda committitur, quique in eorum comitatu medicinam factitant: quos ARCHIATROS *noſtri palatii* vocant Imperatores, *l. 8. C. de metat. et epidemit.* et ARCHIATROS *ſacri palatii*, in *l. 14. l. 19. C. Theod. de med. et prof.* et in *rubrica eiusd. Cod. de comitibus et Archiatris ſacri palat.* quibus ob medendi curam a comitatu ſacri palatii diſcedere non licuiſſe, oſtendit *l. 2. C. quib. non obiicitur.* Eademque eſt huius vocis vis et poteſtas apud Galen. *lib. de theriaca* et *lib. I. de antidot. Cap. I. et IV.* nec non *libro de locis adfectis Cap. I.* et apud Symmach. *Lib. X. Epiſt. 40.* et in Inſcriptionibus apud Gruter. *p. DCXXXII, 4.* Caſſiodor. *Var. VI, 19.* cum, qui comitiuae archiatrorum honore decoratur, adfatur his verbis: *Vt inter ſalutis magiſtros ſolus habearis eximius, et omnes iudicio tuo cedant, qui ſe ambitu mutuae contentionis excruciant. Eſto arbiter artis egregiae, eorumque diſtingue conflictus, quos iudicare ſolus ſolebat adfectus. In ipſis aegros curas, ſi non contentiones noxias prudenter abſcondis. Magnum munus eſt, ſubditos habere prudentes, et inter illos honorabilem fieri, quos reuerentur ceteri.* Caue, in his locis veterum per ARCHIATROS ſemper intelligas, quibus principum ſalus commiſſa fuerat. In omnibus enim ciuitatibus paullo celebrioribus erant *archiatri*, qui reliquorum medicorum ſcholae vel collegio praeeſſent, et, vt ex paullo ante adducto Caſſiodori teſtimonio intelligimus, eorum controuerſias et contentiones componerent, ceu patet ex *l. 9. C. de profeſſ. et medic.* De iis quaedam haud vulgaria habes apud Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. XXXV.* HEIN.

ARCHIATRIA, dignitas archiatri, in *l. 8. C. Theod. de profeſſ. et med.*

ARCHIEROSYNA, *l. 112. C. Theod. de decurion. l. 31. C. Theod. de erog. milit.* Priore lege Chriſtianis id munus imponi prohibetur, quod ad archiereon curam templa et templorum ſollemnia pertineant. Erant *ἀρχιερεῖς* ſummi pontifices, qui reliquis ſacerdotibus ſacrisque per aliquam prouinciam praeerant, quorum officium multis verbis in *Epiſtolis ſuis* paſſim deſcribit Iulianus Imperator, ex eoque, et aliis vetuſtatis monimentis, Iac. Gothofred. *Comment. in C. Theod. Tom. IV. p. 457. ſequ.* HEIN.

ARCHIGERONTES, in *l. 6. C. de epiſc. et cler.* vbi non niſi Chriſtiani eo munere ornari iubentur. Nimirum Alexandria olim curia carebat ante Seuerum Imperatorem, teſte Spartiano *in Seuero Cap. XVII.* Curiam deinde nacti, decuriones vocabant *γερόντας*, et ſenatum *γερουσίαν*. Quinque primos vero vel principales *ἀρχιγερόντας*, id eſt *ſummates Alexandrinos*, ceu vocantur in *l. 57. D. de decurion.* Petr. Burg. *Elect. Cap. III.* Adde ſupra articulum ALEXANDRINI. HEIN.

ARCHIGVBERNVS, claſſi praefectus, omnium gubernatorum primus, ex *ἀρχὸς* et *κυβερνήτης*. *l. 46. D. ad SC. Trebell.*

ARCHIMANDRITAE *ſanctorum monaſteriorum reuerendiſſimi*, in *l. 7. §. 2. C. de ſumma trinit.* ſunt abbates, vel praefecti monaſteriorum, apud Graecos, a Graeco *μάνδρα*, *ſpelunca*, quod olim eremitae in ſpeluncis ac cauernis deliteſcerent. Euagr. *Hiſt. eccleſ. I, 13.* Eodem exemplo et monialibus praefectas ARCHIMANDRITISSAS dictas, reperimus. Vid. Petr. Pithoei *Gloſſar. obſcur. verb. Iuliani, in voce Archimandritiſſa.* HEIN.

ARCHIMIMVS, in *l. 25. §. 1. D. de oper. libert.* et apud Sueton. *in Veſpaſ. Cap. XIX.* quod nomen vetus interpres Horatii *in Lib. I. Serm. ſat. 6.* tribuit ſaltatori cuidam, qui Lepos vocabatur.

ARCHITECTVS, *l. vlt. D. de iure immunit. l. 1. 2. 3. C. Theod. de excuſat. artific.*

ARCHIVM, tabulae publicae, et, vt Suidas exponit, *ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται, καὶ χαρτοφυλάκια: vbi chartae publicae reponuntur; vel chartarum receptacula. l. 9. §. 6. D. de poen.* vti et Iuſtinianus *Nou. XV. Cap. V. §. 2.* ſignificat his verbis: *ὥστε ἐν ταῖς πόλεσιν οἴκημά τι δημόσιον ἀφορισθῆναι, καθ' ὃ προσῆκόν ἐστι τοὺς ἐκδίκους τὰ ὑπομνήματα ἀποτίθεσθαι, προβαλλομένους τινὲς κατὰ χώραν, ὃς τὴν τούτων ἕξει φυλακὴν, ὥστε ἀδιάφθορα μένειν αὐτὰ, καὶ θᾶττον εὑρίσκεσθαι παρὰ τῶν ἐπιζητούντων, καὶ εἶναί τι παρ' αὐτοῖς ἀρχεῖον. Vt in ciuitatibus aliquod aedificium publicum deſtinatur, in quo conueniat defenſores acta reponere, et deſignetur aliquis ex prouincia, qui ea cuſtodiat, vt incorrupta maneant, celeriterque ab iis inueniantur, qui ea deſiderant, et vt aliquod apud eos* ARCHIVVM *ſit.* Idem *Nouell. LXXIV. Cap. IV. §. 2.* chartam reponi iubens *ἐν τοῖς ἐκκλησίας ἀρχείοις*, *in archiis eccleſiae*, addit, *τουτέστιν ἐν τῷ εὐαγεῖ κειμηλιοφυλακίῳ*: *hoc eſt, in ſacro loco, vbi vaſa ſeruantur.* Pauſan. *Lib. X. Cap. IV.* *εἴγε ὀνομάσαι τις πόλιν καὶ τούτους, οἷς γε οὐκ ἀρχεῖα, οὐ γυμνάσιόν ἐστιν.* *Si vrbem eam adpellare par fuerit, in qua ciues nec* ARCHIVM, *nec gymnaſium habent.* Sic ARCHIA *Romana* dixit Tertullianus *Lib. IIII. adu. Marcion. Cap. 7.* Sane apud Vopiſcum *in Tacito Cap. X.* perperam vulgo *in ciui-*

cis

cis archiis, pro in *ciuicis archiis* ſcriptum credo. Elegans emendatio loci, quem et Iſ. Caſaubonus et Claud. Salmaſius pro depoſito habuerant. Eandem tamen coniecturam et Scaligero veniſſe in mentem, qui vel *aeuicis*, vel *ciuicis*, ibi legendum putauerat, teſtem habemus ipſum Caſaub. *Not. ad Vopiſcum p. 240.* Non aeque noſtro adſenſerim, locum Pauſaniae interpretanti de *archiuo*, quum ἀρχεῖον illi auctori manifeſto ſit *ſenaculum*, *curia*, *praetorium*, ſenſuſque loci ſit: vix nomen vrbis mereri, quae nec praetorium, nec gymnaſium, nec ſimile quid habeat. Tabor hic notauerat, rectius ſcribi *archiium* quaſi *archiuum*. Sed vana haec obſeruatiuncula, vti illius auctoris pleraeque. Quemadmodum enim et *dium* et *dinum*, *odeum* et *odiuum*, *muſeum* et *muſiuum* habent veteres: Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 318.* Iſ. Voſſ. *ad Pompon. Melam III, 3. 95.* Ducker. *de Latin. iurisc. p. 444.* ita nihil impedit, quo minus et *archium*, et *archeum*, et *archiuum* ſcribamus. HEIN.

ΑΡΧΟΝΤΕΣ olim ſummi Athenienſium magiſtratus, poſtquam ibi regnari deſitum fuerat, vnde et eorum nominibus annos in faſtis ſignabant, quemadmodum Romani conſulum paribus. Cicero *de fato Cap. IX.* ‖. 2. At poſtea idem nomen tulerunt decuriones, et duumuiri ciuitatum. Hadrianus *l. 48. D. de iudic.* Τὰς ἄρχοντας, ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐνιαυτῷ, μήτε εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων. *Magiſtratus, quo anno cum imperio ſunt, neque propriam, neque eorum, quorum tutelam vel curam gerunt, cauſſam in iudicio agunto.* Sic et apud Modeſtinum ἄρχοντες τῶν πόλεων ſunt duumuiri ciuitatum. *l. 6. §. 16. D. de excuſat.* Sic et ΑΡΧΟΝΤΕΣ ſubinde occurrunt in marmoribus apud Gruter. *p. MV. MXXVII, 5. p. CCCCXXVIII, 11.* nec non in *Actib. Apoſt. XVI, 19.* De iis plura Reineſ. *ad Inſcr. p. 429. ſequ.* HEIN.

ARCIFINIVS ager, vt Frontin. *in libro de agrorum qualit. p. 38.* ſcribit, *qui nulla menſura continetur.* et paullo poſt: *Nam ager* ARCIFINIVS, *ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt adpellatus.* Quare et OCCVPATORIVS AGER dicitur, eo, quod in tempore occupatus eſt a victore populo, territis et exinde fugatis hoſtibus. Quod et Siculus Flacc. *de condit. agr. p. 3.* comprobat, qui *occupatorios* ARCIFINALES vocat, et ab arcendo vicinos hanc adpellationem finxiſſe quemque tradit, dum non tantum terrae occuparet, quantum colere poſſet, ſed quantum ſpe colendi reſeruaret. Iſidorus vero aliam huius verbi notationem profert *Lib. XV. Etymol. Cap. XIII.* Accurata eſt Iſidori definitio, ſi emendetur: ARCIFINIVS *ager*, inquit, *dicitur*, *quia certis linearum menſuris (non) continetur*, *arceturque* AD FINES, (vulgo legitur *fines*) *eius obiectu fluminum*, *montium*, *arborum.* Ita recte hunc locum reſtituit Goeſius in *Indice ad Script. rei agr. voce* AGER ARCIFINIVS. Nimirum ſi quando agri modus vniuerſus et indiuiſus ciuitati attribuebatur, ita vt tantum extremitates menſura comprehenderentur, *ager* talis dicebatur ADSIGNATVS. Sin diuideretur priuatis poſſeſſoribus per centurias et iugera, certisque ſingulae portiones limitibus, qui verſus orientem et occidentem *decumani*, verſus meridiem et ſeptentrionem *cardines* vocabantur, includerentur; *ager* LIMITATVS erat. Denique ſi quisque ſine adſignatione occuparet tantum agri, quantum colere

poſſe ſibi videretur, ager is erat ARCIFINIVS, quod ARCEBAT *adfines.* Is ergo fines, menſoria ratione comprehenſos, non habebat, ac proinde *nulla menſura comprehendi* dicitur a Frontino *de agr. qual. p. 38.* eamdemque ob cauſſam *ſolutus* vocatur a Siculo Flacco *p. 3.* quia *eius fines deprehendi non poſſunt.* Dicitur ergo et OCCVPATORIVS, non, quod a victore populo occupatus ſit, quod etymologiae duntaxat cauſſa attuliſſe videntur veteres, ſed quod tantum quisque occuparit pro lubitu, quantum in ſpe colendi haberet. Non mirum eſt, pro vera rei deſcriptione meras adluſiones etymologicas hic attuliſſe Briſſonium, quum ne doctiſſimus quidem Grotius *de iure belli et pac. II, 3, 16.* illud agrorum diſcrimen ſatis perſpectum habuerit, obſeruante Io. Fridr. Gronouio *in Notis p. 74.* HEIN.

ARCTARE, vel, vti Florentiae legitur, ARTARE, in arctum cogere. Sic ARCTARE *et prorogare* tempus opponuntur. *l. 2. D. de re iud.* ARCTARE ſe, id eſt, in anguſtias ſe coniicere. *l. 2. §. 8. D. ſi quis caution.* ARCTARI dicitur poena tempore. *l. 8. §. 7. D. de poen.* ARCTANDI non erant. *l. 1. §. 12. D. de ſucceſſ. edict.*

ARCTVS, A, VM. ARCTA vel ARTA dicitur mulier, quae virum pati nequit, vel mulier fieri non poteſt. *l. 14. §. 7. D. de Aedilit. edict.* ‖. 2. At ARCTA *annona* eſt grauior, et cuius non magna vbertas eſt. *l. 17. D. de compenſat.* et apud Sueton. *in Tiber. Cap. VIII.*

ARCVARIVS; refertur inter illos, quibus vacationem aliquam munerum grauiorum ipſa tribuit conditio. *l. 6. D. de iur. immunit.* A plerisque accipitur pro opifice vel architecto, qui arcus exſtruit. HEIN.

ARCVLA, pro arca minore, quae, relicto argento, legato non cedit. *l. 53. D. de legat. III.* ‖. 2. ARCVLA pro loculo ſeu ſarcophago. *l. 39. D. de religioſ. et ſumt. fun.* HEIN.

ARCVS, Nonio Marcello interprete, omnis ſuſpenſus fornix dicitur. ‖. 2. ARCVS autem ducendae aquae cauſſa olim fiebant, vt oſtendit *l. 2. l. 11. D. de aqu. et aqua pluu. arc.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 46: Ipſe perueni ad fontem puriſſimum, ex quo videtur aqua debere perduci, ſicut initio tentatum erat,* ARCVATO *opere, ne tantum ad plana ciuitatis et humilia perueniat. Manent adhuc pauciſſimi* ARCVS. Frontinus quoque *libro I. de aquaeduct. vrb. Rom.* aquas per multa paſſuum millia ARCVATO duci, tradit. Id vero optime conſpicitur in ipſis veterum aquaeductuum ruderibus, quae paſſim ſuperſunt, de quibus vid. Lipſ. *de magnit. Rom. Cap. XI.* et Paull. Aringhus *Roma ſubterr. Tomo I. Lib. II. Cap. I. §. 25.* HEIN.

ARD.

ARDERE domus, vel eius pars: *l. 40. §. 1. D. de condict. indebit.* frumentum: *l. 3. §. 7. D. de in rem verſ.* res: Paull. *Sent. V, 6, 8.* ſtramenta. *l. 44. §. 3. D. ad leg. Aquill.*

ARE.

AREA in vrbe, dicitur locus ſine aedificio. *l. 211. D. de verb. ſign.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.*

ARE.

Vbi frumenta ſecta terantur et areſcant, AREAE. *Propter horum ſimilitudinem loca in vrbe pura* AREAE. Ac plerumque hoc verbum ſic a conſultis accipitur, vt ſignificet ſolum, cui aedes imponuntur, et quod, depoſitis aedibus, manet. Vnde *aedificii pars* eſſe AREA ſtatuitur. *l. 20. §. 2. D. de ſeru. praed. vrb. l. 98. §. 8. D. de ſolut. l. 21. D. de pignorat. act. l. 44. §. 4. D. de legat. I. l. 34. §. vlt. l. 71. D. de vſufr. l. 39. D. de legat. II. l. 79. §. vlt. D. de legat. III.* Hinc aedificium, AREAE impoſitum: *l. 30. D. de legat. II.* in AREA aedificare: *l. 27. §. 5. l. 37. D. de rei vind. l. 10. D. de dol. mal. et met. except. l. 14. D. de ſeru. vrb. praed.* AREAM dare, vbi inſulam aedifices. *l. 20. D. de contrah. emt.* Ad AREAM redactae aedes: *l. 10. §. 2. D. quib. mod. vſusfr. amitt.* Cicero *Lib. IV. ad Attic. Epiſt. I. De domo noſtra nihil adhuc Pontifices reſponderunt: qui ſi ſuſtulerint religionem*, AREAM *praeclaram habebimus.* Liuius *Lib. IV, 10. Domum deinde, vt monimento area eſſet oppreſſae nefariae ſpei, dirui extemplo iuſſit.* ¶. 2. Sed et AREAM, vt Feſtus *Lib. I.* indicat, adpellabant, in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendebat: quomodo accipimus in *l. 2. et l. 20. §. 3. et §. 6. D. de ſeru. praed. vrb.* Si AREA ab vtralibet parte aedium ſit: *l. 1. §. 8. D. de cloac.* Haec ita in praediis vrbanis. In ruſticis vero praediis area locus erat, qui terendis frugibus leguminibusque exprimendis deſeruiebat. *l. 14. §. vlt. D. de alim. et cibar. leg. l. vlt. §. vlt. C. de ſeruit.* Vnde *meſſium et* AREARVM tempore dixit Scaeuola, in *l. 15. §. 1. D. de alim. et cibar. leg.*

ARELATAE fit mentio in *l. 13. pr. D. de inſtitor. act. Ciuitas eſt*, vt Caſſiodor. *Variar. VIII, 10.* ſcribit, *ſupra vndas Rhodani conſtituta, quae in orientis proſpectum tabulatum pontem per fluminis dorſa tranſmittit.* Eam inter claras vrbes ſeptimo loco ponit his verſibus Auſonius:

Pande, duplex ARELATE, *tuos, blanda hoſpita, portas,*
Gallula Roma, ARELAS.

Idem *Epiſt. XXIII. ad Paullinum: Atque duplex* ARELAS.

ARENA, in Florentino ſaepe HARENA, vulgari ſignificatione pro ſabulo, in *l. 6. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt.* vbi ius ARENAE fodiendae inter ſeruitutes ruſticas memoratur. ARENA, vt Gellius *Noct. XIX, 8.* obſeruat, *licet ſingulari numero dicta, multitudinem tamen et copiam ſignificat minimarum, ex quibus conſtat, partium.* De vocis ſcriptura olim dubitatum docet Seruius *in Aen. I. v. 176.* ad ea verba: *Potiuntur Troes harena. Quaeritur*, inquit, *habeat, nec ne, hoc nomen adſpirationem? Et Varro ſic definit: Si ab* ARIDITATE *dicitur, non habet: ab* haerendo, *vt in fabricis videmus, habet: melior tamen eſt ſuperior etymologia.* Inde ARENOSVS locus. *l. 24. §. 2. D. de damn. infect.* ¶. 2. ARENA etiam ea pars theatri dicebatur, in qua beſtiarum gladiatorumque pugnae exhibebantur et edebantur. *l. 36. §. vlt. D. de rei vind. l. 1. §. 6. D. de poſtul. l. 1. D. de Aedil. ed. l. 4. D. de legation. l. 8. §. 1. C. de repud. l. 11. C. Theod. de poen.* Erat haec ima et concaua theatri pars, quam Ammianus Marcellin. *Lib. XXIX. amphitheatralem caueam*, et, quia gladiatorii ludi ibi edebantur, *Martiam* adpellat Ouid. *Triſt. Lib. IV. eleg. 5.* et Martial. *Lib. I. Epigr. 11.* nec non *ſanguineam humum* idem Martial. *Lib. II. Epigr. 75. triſtem* Statius Papin. *Lib. II. Silu. infamem* Prudent. *Libr. X. contra Symmach.* Hinc loquutiones: In ARENAM ſe dare: *l. vlt. D. de fugitiu.* ARENA miſſus: *l. 4. D. de legation.* ARENA hunc ſuſcepit. *l. 11. C. Theod. de poen.* Dicitur haec ARENA etiam LVDVS MATVTINVS. Hinc PRAEFECTVS LVDI MATVTINI, apud Reineſ. *Inſcr. Claſſ. V, 50.* PROCVRATOR LVDI MATVTINI, apud eumdem *Claſſ. I, 15, 7.* MEDICVS LVDI MATVTINI, qualis aliquando ipſe Galenus fuit, apud Gruter. *p. CCCXXXV, 2. et 3.* Plura de hac ARENA dabit Lipſius in *in Amphitheatro.* HEIN.

ARE. ARG.

ARENARII, qui in arenam depugnandi cauſſa prodierunt, vel qui ſe in arenam ad depugnandas beſtias dederunt. *l. 21. §. 2. D. de teſt. l. 38. D. de oper. libert. l. 5. D. ad SC. Trebell. l. 11. C. de inoff. teſt. l. 1. C. de natur. lib. l. 7. C. de inceſt. nupt.* Firmic. Matern. *Matheſ. Lib. VIII. Cap. X.* Quamuis vero infames haberentur tam deſperatae audaciae homines, qui vitam vltro ad cultrum locabant, multoque magis, qui ob crimen ad beſtias fuerant damnati: erant tamen, qui non mercedis, ſed virtutis cauſſa, ad amphitheatralem illam θηριομαχίαν deſcendebant, qualis ille Carpophorus, laudatus a Martiale de ſpectaculis *Epigr. XV. XXIII. et XXVII.* HEIN.

ARENIFODINAE, in *l. 13. §. 5. D. de vſufruct.* ſunt loca, ex quibus arena effoditur. *l. 7. §. 14. D. ſolut. matr.* ARENARIAS vocauit Varro *de re ruſt. Lib. I. Cap. 2.* Caius in *l. 13. D. de public.* et Cic. *pro Cluent. Cap. XIII.*

ARESCERE dicuntur arbores: *l. 4. §. 1. D. de cenſ.* ARIDI fructus, *ξηροὶ καρποί. l. vlt. fin. D. de iur. fiſc.* et *Nouell. XXXII. Cap. I.*

ARESCVSA, *ἀρέσκουσα*, *Blanda*, in iure ciuili ancillae nomen eſt. *l. 15. l. 16. D. de ſtatu hom. l. 43. l. 45. §. vlt. D. de act. emt. l. 1. §. vlt. D. de condit. et demonſtr. l. 38. §. 1. D. de legat. III.* et apud Gell. *Noct. Attic. IX, 4.*

ARETHVSA idem nomen ſcribitur in *l. 75. §. 4. D. de verb. oblig. l. 3. §. 16. D. de ſtatulib. l. 1. D. de oper. ſeru. l. 25. §. vlt. D. quando dies legat.* Immo non videtur hoc idem cum ſuperiore nomen, ſed deductum *ἀπὸ τῆς κρήνης ἀρεθούσης*, a fonte *Arethuſa*, prope Syracuſas, cuius meminit Homerus, ex eoque iuriſconſultus in *l. 65. §. 4. D. de Legat. III.* et *§. 1. Inſt. de lege Aquill.* vel ab *Arethuſa*, Dianae comite, de qua Virgil. *Georg. Lib. IV. v. 344.*

Et tandem poſitis velox ARETHVSA *ſagittis.*

HEIN.

ARG.

ARGENTARE, argento obducere. Falſi poena coercetur, qui ſciens, dolo malo in fraudem alicuius aes inaurauerit, ARGENTAVERIT. Paull. *Sentent. V, 25, 5.* Eodem ſenſu ARGENTATVS pro argento obductus, dixit Liu. *Lib. IX. Cap. 40.* INARGENTATVS, Plin. *Lib. XXI. Cap. 2.* et Paullus *l. 3. D. de ſupell. legat.* DE ARGENTATVS Oroſius *Lib. III. Cap. 22. ſeqq.* HEIN.

ARGENTARII, ſeu ARGENTARIAE *menſae exercitores*, menſularii erant, qui in foro tabernas et menſas ſuas poſitas habebant, apud quas foenebres pecuniae deponebantur, quas per

per

Digitized by Google

per partes erogabant, et collocabant, quarum probatio ſcriptura, codicibusque eorum continebatur. *l. 4. §. 1. l. 9. §. 1. l. 10. §. 1. D. de edend. l. 50. D. de admin. et peric. tut. l. 23. D. de liberat. leg. l. 15. §. 11. D. de re iud.* Vetus Gloſſarium: ARGENTARII *ſunt argentariae menſae exercitores, qui ſolebant rationes et inſtrumenta conficere, conferentes accepta et data.* Hi vtiles ſe omnibus contractibus exhibebant: nam et mutuas pecunias dabant, et fideiubebant pro aliis, et conſtituebant, et *κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἤλλαττον*, *minorem monetam pro argento permutabant*, quemadmodum Iuſtinianus *Nou. IV. ſub fin.* et *Nouell. CXXXVI.* et Suidas comprobant. Per eos etiam venditiones fiebant: *l. 18. D. de petit. hered. l. 88. D. de ſolut.* nec non auctiones, vt ex Seneca *in Declam. praef.* et Quinctilian. *Lib. XI. Cap. 1.* colligi poteſt. Vnde ARGENTARIORVM vſus neceſſarius eſſe dicitur. *l. 8. D. depoſit.* Singulorum autem rationes ARGENTARII conficiebant, omniaque, quae apud ſe gerebantur, in codices accurate referebant, quos idcirco edere poſtulantibus cogebantur. *l. 4. l. 6. l. 9. §. 1. l. 10. D. de edend.* Quod et apud Graecos fieri ſolitum, Demoſth. *orat. in Timoth. p. 1074.* indicat: Οἱ γὰρ τραπεζῖται, inquit, εἰώθασιν ὑπομνήματα γράφεσθαι, ὧν τε διδόασι χρημάτων, καὶ εἰς ὅ, τι, καὶ ὧν ἄν τις τιθῆται ἢ αὐτοῖς γνώριμα, τά τε ληφθέντα, καὶ τὰ τεθέντα πρὸς τοὺς λογισμούς. *Menſarii enim commentarios conficere ſolent, tum earum pecuniarum, quas ipſi dant, et quem in vſum, tum earum, quae apud ipſos deponuntur, vt ſibi nota ſint accepta et expenſa in rationibus referendis.* Idem *in Orat. in Callipp. p. 1098.* non procul ab initio reperit. ARGENTARII porro a Iuſtiniano ΑΡΓΥΡΟΠΡΑΤΑΙ vocantur in *Nouell. CXXXVI. praef.* vt et a Suida *in voce ἀργυροπράτης*, et *in voce* Καλεκτάριος. Item et *argenti diſtractores*, in *l. vlt. C. de pignorib. l. pen. §. vlt. C. de conſtit. pecun. l. vn. C. negot. ne milit.* item *argenti venditores, et pecuniarum*: *l. 12. C. de cohort.* et in *Hiſt. miſcell.* non ſemel: ab eo, quod ſpecies auri, argenti, gemmasque venderent, vt ex ſuperioribus locis liquet. ARGENTARII duo, quorum nomina ſimul eunt: *l. 34. D. de recept. qui arbitr.* ARGENTARII ſocii: *l. 25. l. 27. pr. D. de pact. l. 52. D. pro ſoc.* Cic. *Lib. II. ad Herenn. Cap. 13.* ¶. 2. ARGENTARIVS coactor, in *l. 40. §. vlt. D. de ſtatulib.* et ARGENTARIAE coactiones apud Tranquill. *in Veſpaſ. Cap. I.* Vetus Horatii interpres *in Lib. I. ſerm. ſat. 6.* COACTORES, ait, *mercenarii erant eorum, qui habebant argentariam.* ARGENTARII, *qui habent ſummam rerum venalium.* COACTORES *etiam dicuntur* ARGENTARII *in auctionibus, quia pecunias erogant,* (leg. *corrogant,*) *qui et collectarii nominantur.*

ARGENTARIA, ipſa argentariorum negotiatio. Sic ARGENTARIAE officium: *l. pen. D. de edend.* ARGENTARIA ſocietas; *l. 52. §. 2. D. pro ſoc.* ARGENTARIAM adminiſtrare: *l. 4. §. vlt. D. de adendo.* ARGENTARIAM facere: *l. 4. §. vlt. D. eod. tit.* vt et apud Ciceron. *in Verr. V, 64. pro A. Caecin. Cap. IV.* et Auctorem *de vir. illuſtr. Cap. LXXII.* ARGENTARIAM exercere: *l. 4. §. 2. D. de edend.* ARGENTARIA diſſoluta: Cic. *pro A. Caecin. Cap. IV.* ARGENTARIA menſa: *l. 4. D. de edend.* ARGENTARIAE tabernae. *l. 32. D. de contrah. emt.*

[ARGENTARIVM, in quo argentum reconditur: *l. 19. §. 8. D. de aur. arg. leg.* de eo Salmaſ. *Obſ. ad ius Attic. Cap. XXIII. p. 449.*]

ARGENTIFODINAE, *l. 1. pr. D. quod cuiusc. vniuerſ. nom. l. 3. §. vlt. D. de reb. cor. l. 13. §. 5. D. de vſufr. l. 7. §. 14. D. ſolut. matrim.* Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 6. et 7.*

ARGENTVM. Huius autem adpellatione tam FACTVM, quam INFECTVM continetur. *l. 78. §. 4. D. de legat. III.* Proinde quum aurum vel ARGENTVM legatur, et vaſa aurea argenteaue, et omne omnino ſiue factum, ſiue infectum argentum, non tamen ſignatam pecuniam, legato contineri, placuit. *l. 9. pr. et §. vlt. l. 27. §. 1. D. de aur. arg. leg.* Nec enim illa Ciceronis *in Topic. Cap. XIII.* ratiocinatio probanda eſt, quae argento omni legato pecuniam numeratam, quae argenti nomen retinet, contineri, concludit. ¶. 2. ARGENTI adpellatione nec ſupellex venit, niſi argenti numero a teſtatore habita eſt. *l. 19. §. 3. at §. 9. D. de aur. arg. leg.* Itaque ARGENTVM accipimus id omne, quod ita ex argento eſt, vt neque ſupellectilis inſtrumento cedat, neque proprio alicui et ſpeciali generi adſcribi poſſit: vulgo *buffetum* adpellamus. In qua ſignificatione hoc verbo vtitur Auctor *ad Herenn. Lib. IV. Cap. 51.* *Perſpicit,* ait, ARGENTVM, *quod erat expoſitum, viſit triclinium ſtratum probat, argentum quoque vult.* et ita quoque accipiendum eſt in *l. 4. pr. D. de legat. I. l. 2. D. de legat. II. l. 22. pr. D. de manum. teſtam. l. 1. l. 3. §. 1. et §. vlt. D. de ſupell. legat.* ARGENTVM *menſale* vocat Vopiſc. *in Claud. Cap. X.* Sic ARGENTVM ad miniſterium praebere: *l. 5. §. 13. D. commod.* ARGENTVM commodare alicui, quod is amicos ad coenam ſe inuitaturum, diceret: *l. 18. D. eod. tit.* ARGENTVM commodatum ſecum portare. *l. 1. §. 4. D. de obl. et action.* ¶. 3. FACTVM porro ARGENTVM, quod nomen vſurpatur in *l. 27. D. de adquir. rer. dom.* Q. Mucius definiebat, *vas argenteum* videri eſſe. Vlpianus vero recte ita definiri poſſe ait: *quod neque in maſſa, neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis eſſet. l. 27. pr. et §. vlt. D. de aur. arg. leg.* Itaque a ſignato FACTVM ſeparatur. Seneca *Lib. I. de benef. Cap. XI.* *Libentius donabo argentum* FACTVM, *quam* SIGNATVM Iſidorus *Lib. XVI. Etymol. Cap. 27.* definit, *quod eſt in vaſis et ſignis.* Proinde ARGENTO auroue FACTO *et gemmas, aureis anulis incluſas, et cymbia argentea, cruſtis aureis illigata, et aurea emblemata, quae in lapidibus abſidibusque argenteis ſint, et replumbari poſſint, adnumerari, ſi ea* ARGENTI *numero teſtator habuerit,* Paullus ſcribit in *l. 32. D. de aur. argent. legat.* Denique auro vel ARGENTO facto id continetur, ex quo auro argentoue aliquid effectum eſt, ſiue id ſuae, ſiue alterius vſionis cauſſa paratum ſit, quod in *ſupellectilis* nomen non cadit. *l. 19. §. 9. l. 27. §. 4. D. eod. tit.* FACTI autem ARGENTI plures ſunt ſpecies, prout variis vſibus ſubſeruit. Eſt ARGENTVM *eſcarium, potorium, viatorium, balneare.* ESCARIO ARGENTO legato, quod et ESCALE adpellatur in *l. 8. D. de ſupell. leg.* id debetur, quod ad epulandum teſtator in miniſterio habuit, id eſt, ad eſum

et

Digitized by Google

et potum. *l. 19. §. vlt. et §. 12. D. de aur. arg. legat.* Omnia itaque vaſa propter eſcam parata, quae non coquinatorii inſtrumenti ſunt, legato cedent. Sed et ea, in quibus et potabat, et edebat teſtator, continebuntur. *l. 32. §. 3. D. eod. tit.* In ARGENTO POTORIO non id tantum, in quo bibi poſſit, ſed et quod ad praeparationem bibendi comparatum eſt. *l. 21. D. eod. tit.* VIATORIVM vero ARGENTVM, et BALNEARE dicimus, quo in itinere, et balneo, quis vti conſueuit. *l. vlt. pr. et §. 1. D. eod. tit.* ¶. 4. INFECTI ARGENTI *adpellatio*, ait Vlpianus, *rudem materiam continet, id eſt, non factam. l. 19. §. 11. D. eod tit.* INFECTVM enim argentum eſt rude, et in opera nulla coniectum argentum, et in maſſa conſtitutum, quemadmodum Arnob. *Lib. VI. aduerſus gent. p. 200.* loquitur, et *l. fin. C. depoſ. l. 19. §. 2. D. de furt.* Hoc et GRAVE alias adpellatur, vt Seru. *in VI. Aeneid. v. 862.* et Iſidor. *Etymol. Lib. XVI. Cap. 17.* ſcribunt. Ceterum et factum argentum, ſi fractum et colliſum ſit, infecto continetur. Nam factum argentum id videtur, quo commode vti poſſumus. *l. 27. §. 3. D. de aur. arg. leg.* ¶. 5. ARGENTVM MVLIEBRE. *l. 12. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* ¶. 6. ARGENTVM PVSVLATVM in *l. 31. D. locat.* vt in Pandecte Florentino ſcriptum eſt. Nam apud Tranquill. *in Neron. Cap. XLIV.* et Martial. *Lib. VII. Epigr. 85.* PVSTVLATVM ſcribitur. Per id, vt quidam interpretantur, intelligitur argentum purum, putum, et quod multo igne excoctum, puſulas ſeu tuberculos collegerit. ☞ Promiſcue veteres dicebant *poſtula*, *puſtula* et *puſula*, ceu iam pridem notauit Cuiac. *Obſ. VII, 39.* Vnde idem argentum *puſulatum* et puſtulatum, de quo vid. et Corn. van Bynkersh. *Obſ. VIII, 4.* HEIN. ¶. 7. ARGENTVM ſub cura ſerui. *l. 22. D. de manum. teſt.* ¶. 8. Eſt et aliud ARGENTI genus, quod SIGNATVM adpellatur: quod ſcilicet aliqua forma eſt expreſſum, veluti Philippi, et numiſmata. *l. 27. §. 4. ſub fin. D. de aur. arg. leg.* Eo et aurei continentur, per *l. 19. §. 3. D. de furt.* Ceterum tria illa argenti genera perſpicue complectitur Liuius *Lib. XXXIV. Cap. 6. Secundo die*, ait, *aurum argentumque* FACTVM, INFECTVM, et SIGNATVM. INFECTI *argenti fuit pondo decem et octo millia.* FACTI vaſa *multa omnis generis.* SIGNATI *argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum.*

ARGVERE, reum poſtulare, indicare, conuincere, ſignificat. *l. 197. D. de verb. ſign. l. 37. D. ad leg. Iul. de adult. l. 3. §. 13. D. de SC. Silan. l. 24. §. vlt. D. de lib. cauſſ. l. 8. D. de praeſcr. verb. l. 2. D. ad leg. Iul. repet.* Sic ARGVERE adulterii: *d. l. 37. D. ad leg. Iul. de adult.* ARGVERE caedem: *l. 3. §. 13. D. de SC. Silan.* ARGVERE dolum: *l. 13. C. de transact.* factum: *l. vlt. D. ſi ventr. nom.* falſum teſtamentum: *l. 18. D. de accuſat. l. 5. pr. D. de his, quae vt indign.* fraudem tutoris: *l. 4. C. de ſuſp. tut.* ARGVERE furti damniue iniuria: *l. 24. §. vlt. D. de lib. cauſſ.* de inofficioſo teſtamentum: *l. 31. §. 2. D. de inoffic. teſt.* vel inofficioſum teſtamentum: *l. 28. D. eod. tit.* Paull. *Sent. IV, 5, 3.* ex ſuo mendacio: *l. 41. D. de pign. act.* ARGVERE metum: *l. 6. C. de his quae vi.* ARGVITVR ingratus libertus: *l. 4. D. de obſequ. par. et patr.* praeuaricatio. *l. vn. C. de ſent. adu.*

ARGVMENTVM, vt Cicero *in Partitionibus Cap. II.* definit, eſt *probabile inuentum ad faciendam fidem*, vel, vt idem *in Topic. Cap. II. ratio, quae dubiae rei facit fidem*: vel, vt Quinctilian. *Lib. V. Cap. 10. ratio, probationem praeſtans, qua colligitur aliud per aliud, et quae, quod eſt dubium, per id, quod dubium non eſt, confirmat.* Sic in *l. 3. §. 2. D. de teſtib.* Quae ARGVMENTA, ad quem modum, probandae cuique rei ſufficiant. Sed et ARGVMENTA veroſimilia probabiliaque memorantur in *l. 8. §. 1. C. de quaeſtion.* ARGVMENTIS cognoſcendum: *l. 5. §. 6. D. de re milit.* ARGVMENTIS examinanda cauſſa: *l. 1. §. 4. D. de quaeſt.* ARGVMENTIS quaerendum eſt. Paull. *Sent. V, 14, 1.* ARGVMENTVM rei praebet: *l. 32. pr. D. de ſeruit. praed. vrb. l. 1. §. 45. D. de vi et vi armat.* ARGVMENTVM pro ſententia adfert: *l. 1. §. 3. D. de collat. bon. l. 12. D. quand. dies leg. ced.* Eius rei ARGVMENTVM eſt: *l. vlt. D. de publican.* ARGVMENTI cauſſa proferre: *l. 29. D. de leg. Corn. de falſ.* ARGVMENTO eſt: *l. 1. §. 29. D. de adquir. poſſeſſ.* ARGVMENTO vtitur: *l. 13. §. 5. D. de iureiur. l. 9. D. de ſeruit.* ARGVMENTVM praeſtitiſſe: *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adult.* ARGVMENTA proferre: *l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* ARGVMENTA rei, qua de agitur: dicere, id eſt, ſigna et notas. *l. 3. pr. D. ad exhib.*

ARGVTVS, et acutum hominem, et conuictum facinorum ſignificat, vt Priſcianus *Lib. X.* interpretatur. Vnde ioci cauſſam arripuit Plautus *in Pſeudol. II, 4. v. 56.* Quaerenti namque: *ecquid* ARGVTVS *eſt?* reſpondet CH. ex inſperato: *Malorum facinorum ſaepiſſime.* ¶. 2. [ARGVTO *pectine* dixere Arcadius et Honorius in *l. 4. C. de veſtib. olober.* poſt Virgil. *Georg. I. v. 295.* et Apulei. *de aſino aur. Lib. II. p. 118. edit. Elmenh.*]

ARI.

ARICIA, primum a Romae exceſſu oppidum, in via Appia ſitum. Horat. *Lib. I. Sat. 5. princ.*

Egreſſum magna me excepit ARICIA *Roma*
Hoſpitio modico.

[Reponendam eam vocem in *§. 6. Inſt. de oblig. quae ex delict.* cum Cuiacio cenſet Wiſſenbachius *ad tit. D. de furt. §. 8.* vti alias legitur: *in aciem equum perduxit*, infami mendo, iudice Wiſſenbachio *d. l.* conſ. locum Valerii Max. *Lib. VIII. Cap. 2. extr.*] Addidit haec neſcio quis. Sed quae non ſunt tanti, vt ideo deſeramus vadimonium. Nec infame hoc mendum eſt, nec neceſſaria Cuiacii et Wiſſenbachii emendatio. Nam quamuis nota illa ſit hiſtoria, quam praeter Valer. Maximum et Symmachus *Lib. VII. Epiſt. 69.* retulit: non tamen ſequitur, vt vel Triboniano haec ſcribenti, vel Caio, ex cuius fragmento *l. 54. D. de furt.* magna eius §. pars deſcripta eſt, notum non fuerit aliud exemplum hominis, furti vſus damnati, quod equum geſtandi cauſſa ſibi commodatum, in aciem perduxiſſet. Sane et Theophilus non legit *Ariciam*, ſed *in aciem*, vertitque εἰς παράταξιν, et multo magis furti reus eſt, qui equum geſtandi cauſſa ſibi commodatum in aciem, vbi maius amittendi periculum eſt, quam qui Ariciam vſque commodatum, in proximum montem perduxit. HEIN.

ARIDVS A, VM. Sic ARIDI fructus, ξηροὶ καρποί, frumenta et legumina. *Nou. XXXII. Cap. I. Nou. XXXIV. Cap. I. l. 15. Cod. Theod. de ſuſcept.*

by Google

ARI. ARM.

ſuſcept. l. vlt. in fine D. de lure fiſci. l. vlt. C. de ſeru. et aqu. Varro *de re ruſt. Lib. I. Cap. 13. Fructus* ARIDI, *vt eſt faba, foenum.* Opponuntur illis fructus HVMIDI, quales vinum, et oleum. Vtrique iunguntur in *l. 1. C. Theod. de vſur. Quicumque fruges* HVMIDAS, *vel* ARENTES *indigentibus mutuas dederint.* et B. Auguſtinus *Epiſt. CXXII. Fructus* ARIDOS *diripiunt,* HVMIDOS *fundunt.* HEIN.

ARIOLVS. vid. infra HARIOLVS.

ARISTO. vid. in SALVIVS.

ARM.

ARMA, quod ad interdictum de vi et vi armata attinet, ſunt omnia tela, hoc eſt, fuſtes et lapides, non ſolum gladii, haſtae, frameae, id eſt, romphaeae. *l. 3. §. 1. D. de vi et vi arm.* Cicero *pro Caecin. Cap. XXI.* in interpretatione iſtius interdicti: ARMATOS *quos iure adpellare poſſumus? Opinor eos, qui ſcutis, teliſque parati ornatique ſunt. Quid igitur, ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem praecipitem de fundo dent?* et quae ſequuntur. Caius etiam: ARMORVM, inquit *adpellatio non vtique ſcuta et gladios, et galeas ſignificat, ſed et fuſtes et lapides. l. 41. D. de verb. ſignif.* Sed et in lege Iulia de vi publica, ARMATOS intelligere debemus non vtique eos, qui tela habuerunt, ſed etiam quid aliud, quod nocere poteſt. *l. 9. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Porro romphaearum verbum, quo Vlpianus in *d. l. 3.* vtitur a Gellio *Noct. X, 25.* exponitur. ¶. 2. ARMA *virumque cano,* ſi hoc hemiſtichium quis adiiciat ſponſioni, dicatque: *Arma virumque cano, ſpondeo,* an inutilis ſit ſtipulatio? Negatur in *l. 65. D. de verb. obl.* ¶. 3. ARMORVM quaedam partes enumerantur in *l. 14. §. vlt. D. de re milit.* vbi et ARMORVM cuſtodis ſit mentio, vt et in *l. vlt. D. de iure immunit.*

ARMAMENTA nauis. *l. 3. §. 1. D. de rei vind. l. 6. D. de leg. Rhod. de iact. l. vlt. §. 3. D. de exerc. act.* ¶. 2. ARMAMENTA pro aliis inſtrumentis. *l. 3. §. 2. D. de ſupell. legat.* ¶. 3. Sed et pro armamentario accipitur ARMAMENTVM, ἀρμαμένʈον, in *Nouell. LXXXV. Cap. I.* HEIN.

ARMARI nauis dicitur, quae armamentis neceſſariis inſtruitur. *l. 1. §. 7. D. de exercit. act. l. 34. D. de reb. auctor. ind. poſſid. l. 5. D. qui potior. in pign.* Et contra EXARMARI dicitur, quae armamentis ſuis ſpoliatur. *l. 2. §. 1. D. de leg. Rhod. de iact.*

ARMARIVM. *l. 30. pr. D. de adquir. poſſeſſ. l. 19. §. 2. D. de iudic.* Vetus Gloſſarium: ARMARIVM *eſt locus, vbi quarumcumque artium inſtrumenta ponuntur.* Sic ARMARIA librorum: *l. 53. §. 7. D. de legat. III.* librorum, aut veſtium, aut armamentorum cauſſa parata. *l. 3. §. 2. D. de ſupell. leg.* Ea vero Pomponius eorum numero adſcribi, quae ex pluribus inter ſe cohaerentibus conſtant. Hinc ARMARIVM ex tabulis facere: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* ARMARIO tabulam iungere. *l. 7. D. ad exhib.* ARMARIVM effringere: *l. 3. §. 2. D. de offic. praef. vig. l. 54. §. 4. D. de furt.* ARMARIVM, quod tolli non poteſt, aperire. *l. 21. D. eod. tit.* Iis legatis, et clauſtra et claui cedunt. *l. 52. §. vlt. D. de legat. III.*

ARMATVS: vt ARMATIS hominibus loca publica occupare: *l. 2. D. de colleg.* ARMATA manus: *l. 3. §. 7. D. de ſepulcr. viol.* et aliis locis, quos require infra in voce MANVS. ARMATA militia: *l. 6. l. 18. D. de re iudic. l. vlt. C. vbi quis de curial. l. 1. C. de iur. et fact. ign. l. 4. C. qui dar. tut. l. 2. C. qui milit.* ARMATA vis: *l. 1. §. vlt. et rubr. D. de vi et vi arm. l. 9. C. de oblig. et act.* Eius interpretationem pete ex *l. 3. §. 2. D. de vi et vi arm.*

ARMENTA dicuntur maiorum animalium, quemadmodum minurum GREX. *l. 12. §. 3. D. de vſu et hab.* Ita a grege et equitio ſeparantur. *l. 1. §. vlt. D. de rei vind.* Quare etiam ARMENTO legato boues, non etiam greges ouium et caprarum, continentur. *l. 81. §. vlt. D. de legat. III.* Boues vtique magis ARMENTORVM, quam *iumentorum,* nomine adpellantur. *l. 89. D. de verb. ſignif.* Seruius tamen in *Lib. III. Georg. v. 286.* ARMENTA definit, *equorum eſſe et boum, quod haec animalia apta ſint armis, vt ſcutis boum coria, equi praelio.* Quam opinionem iterum tuetur in *Lib. III. v. 540. Aeneid.* his verbis: ARMENTA *dicta ſunt, quaſi armis apta. Nam equi interſunt praeliis: boues armant ex coriis.* ARMENTA *quoque dicta ſunt maiora animalia, quae arationi congrua ſunt.*

ARR.

ARRA vel ARRHA dicitur, quod emtionis nomine datur, vt euidentius probari poſſit, conueniſſe de pretio. *l. 35. D. de contrah. emt. l. 16. C. de fid. inſtrum. pr. Inſt. de emt. vend.* Sic ARRAE nomine anulum accepiſſe inſtitorem, quum oleum vendidiſſet, proponit Vlpianus, in *l. 5. §. 15. D. de inſtit. act.* ARRAE nomine certam ſummam dedit emtor, et mox anulus datus ARRAE nomine. *l. 11. §. 6. D. de act. emt.* Si ARRAE nomine datum: *l. 6. pr. D. de lege commiſſor.* Acceptis ARRAE nomine pecuniis. *l. vlt. D. eod. tit.* Si ARRAE nomine aurum datum ſit. *l. vlt. C. quando lic. ab emt.* Dicitur autem ARRA, auctore Iſidoro *Lib. X. Etymolog. Cap. vlt. a re,* pro qua datur. Aliis magis placet a Graeco verbo ἀῤῥαγὲς, quod *firmum* ſignificat, deriuare. Veteres ARRHABONEM adpellabant, vt Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* notat, et Plauti *Mil. glorioſ. IV. 1. v. 11.* Terentiique *Heautont. III, 3. v. 42.* teſtimoniis comprobari poteſt. Suidas: Ἀῤῥαβὼν ἡ ἐν ταῖς ὠναῖς περὶ τῶν ὠνημένων διδομένη πρώτη καταβολὴ ὑπὲρ ἀσφαλείας. ARRHABO, *primum, quod in emtionibus cautionis gratia datur pro rebus, quae emuntur.* ¶. 2. Nec vero in argumentum modo contractae emtionis, ſed et *ſponſaliorum* nomine, ARRAE dantur. *l. 38. pr. D. de rit. nupt. l. 3. et l. vlt. C. de ſponſ.* quae SPONSALITIAE vocantur, *l. 16. C. de epiſc. aud. l. vlt. C. de epiſc. et cler. l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. pet. rubr. C. de ſponſal. et arr. ſponſalit.* et ARRAE nuptiales, apud B. Gregor. Magn. *Lib. I. Epiſt. 69.* Dantur autem a ſponſo ſponſae. Heſychius: Μνήστωρ, αἲρ, ὁ δοὺς τῷ γάμῳ ἀῤῥαβῶνα. *Sponſus, qui dedit arrham nuptialem.* Vetus Gloſſarium: ARRA *eſt non ſolum ſponſio coniugalis, ſed pro qualibet promiſſa re data, vt compleatur.* Inter ARRAM autem, et *pignus,* quid interſit, perſtringit S. Auguſtinus, ſeu quis alius *Serm. de viſione Dei.* Ceterum ARRAE nomine anulum plerumque datum fuiſſe, oſtendunt *d. l. 21. §. 6. D. de act. emt.* et *l. 5. §. 15. D. de inſtitor. act.* Plin. *Lib. XXXIII. Cap. I.* ARRARVM vſum in

ARR.

in ſponſalibus admodum antiquum eſſe, negat Hotoman. *Quaeſt. amic. II, 11.* ac proinde *legem 38. pr. D. de rit. nupt.* a Triboniano interpolatam eſſe, cenſet. Sed morem eſſe antiquiſſimum, iam alii oſtenderunt, et in his Cuiac. *Obſ. XI, 17.* et Gronou. *Not. ad Gell. Noct. XVII. 2.* HEIN.

ARRHALE pactum, in quo arrha interceſſit. *l. 3. C. de act. emt.*

ARRIANVS, iuriſconſultus, citatur a Paullo in *l. 5. D. de grad.* et *l. 47. D. de oblig. et act.* nec non ab Vlpiano in *l. 19. D. de her. inſt.* in qua Pomponius ei anteponitur. et in *l. 1. §. 4. D. quod legat.* Eius *liber II. de interdictis* citatur ab eodem ☞ Vlpiano in *l. 11. D. de hered. petit.* Addidit Tabor: *Hunc aliquot cum* ARRIANO, *Nicomedienſi, hiſtorico confundere, docet Voſſ. de Hiſt. Graec. II, 11.* Sic et Guil. Grot. *de vit. iuriſconſ.* eum confudit cum ARRIANO, ad quem exſtant Plinii epiſtolae, veluti *Lib. I. Epiſt. 2. Lib. II. Epiſt. 11. et 12. Lib. IV. Epiſt. 8.* Sed haec quidem omnia incerta. Certius eſt, illius non adeo magnam auctoritatem fuiſſe. HEIN.

ARRIVS MENANDER, iuriſconſultus, *libros quatuor militarium,* ſeu *de re militari* ſcripſerat, ex quibus aliquot in Pandectis capita ſumta ſunt. Citatur is ab Aemilio Macro, in *l. 1. D. de veteran. et mil. ſucceſſ.* et *l. 14. D. de poen.* et a Marciano. *l. 13. §. 5. D. de re milit.* MENANDRI etiam ARRII, conſiliarii, meminit Vlpianus *l. 11. §. 2. D. de minor.*

☞ ARROGANTIA, pro temeritate in violandis legibus. *l. vn. C. de priuat. carc.* HEIN.

ARROGATIO. vid. ſupra ADROGATIO.

☞ ΑΡΡΩΣΤΊΑ, aegrotatio, quam a *κακοηθείᾳ, πάθει, νόσῳ,* ſubtiliter diſtinguit Paullus *l. 5. D. de Aedilit. edict.* HEIN.

ARS.

ARS, alia LIBERALIS, *l. 4. §. vlt. D. de decr. ab ord. fac. l. 10. §. 2. D. de vacat. et excuſ. mun.* quas Ouidius *ingenuas* non ſemel vocat, immo et Cic. *Lib. IV. ad famil. Epiſt. 3.* et *de Finib. V, 18.* ¶. 2 Aliae LVDICRAE adpellantur, quae, vt Seneca interpretatur, *ad voluptatem oculorum aut aurium tendunt.* qualem facere intelliguntur ſaltatores, geſticulatores, mimi, pantomimi, hiſtriones, et alii id genus, non item athletae, deſignatores, ſimilesque. *l. 1. l. 3. l. 4. D. de his, qui not. infam.* Cicero, referente B. Auguſtino *de ciu. Dei. II, 13.* *Quum* ARTEM LVDICAM *ſcenamque totam in probro ducerent.* Sic Aeſopum, Roſciumque *ludicrae artis peritiſſimos* vocat Valer. Max. *VIII, 10.* Idem eiusdem *libri Cap. VII, Quapropter non ludicra ars Roſcium, ſed Roſcius ludicram artem condemnauit.* Et ita ARTES LVDICRAS accipere debemus, de quibus Columella *in prooem.* Quinctil. *de cauſſ. corr. eloqu. III, 6.* et Plin. *in paneg. Cap. XLVI.* ARTEM LVDICRAM facere. *l. 37. pr. D. de oper. libert. l. 14. D. de poen. l. 42. l. 44. D. de rit. nupt.* Vlpian. *Fragm. XIII. 1.* exercere: Quinctilian. *Inſt. or. III. 9.* ARTEM pantomimi exercere: *l. 27. D. de op. libert.* ¶. 3. Aliae ARTES VETITAE, de quibus *l. 7. D. de extraord. crim.* aliae laudabiles, vt ARS aequi et boni: *l. 1. §. 1. D. de iuſt. et iur.* fabrica: *l. 19. fin. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* geometriae *l. 2. C. de maleſ. et mathem.* ¶. 4. ARS, et ARTES pro dolo. *l. vn. C. de his, qui ad ſtat. conſ. l. vn. pr. C. de ſuffrag. l. 6. C. ſolut. matrem.*

ART.

ΑΡΤΑΒΩΝ meminit Iuſtinianus *Edict. XIII. Cap. VI.* ἴσω, αἰτ[ρ]αῖς κατὰ τριῶν ΑΡΤΑΒΩΝ ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος ἀπαιτηθήσεται παρὰ τοῦ σοῦ θρόνου. *Sciat, quod in ternas* ARTABAS *pro ſingulis ſolidis a ſolio tuo exigentur.* Exiſtimo autem, de Aegyptia ARTABA ea verba accipienda. Fuit enim menſura hoc nomine apud Aegyptios, modios quinque capiens, auctore B. Hieronymo *Lib. II. Commentar. in Eſaiam Cap. V.* Quod et Ariſtophanis interpres in *Acharnanenſ.* teſtatur: Ἀχάνη, inquiens, *μέτρον ἐστὶ Περσικὸν ὥσπερ ἡ* ΑΡΤΑΒΗ *παρ' Αἰγυπτίοις.* ACHANE *eſt menſura Perſica, ſicuti* ARTABA *Aegyptiaca.* ¶. 2. Fuit et menſurae Perſicae, medimnum Atticum, et praeterea tres choenices capientis, idem nomen, vt Herodot. *Lib. I.* et Pollux *Lib. IV. Onomaſt. Cap. 23.* et Suidas *in verbo* Ἀρτάβη tradunt.

ARTEMO, eſt velum nauis minus, maiori adpenſum. *l. 242. pr. D. de verb. ſignif.* et ibi Cuiac. Adde de ARTEMONE Io. Brodaeum *Miſcell. Lib. X. Cap. 19.* vbi ſimul notat Alexandrum ab Alex. *Genial. dier. Lib. I. Cap. 25.* per ARTEMONEM intelligentem trochleae genus, cuius meminit Vitruu. Architect. *Lib. IX. Cap. V.* Dictum ab *ἀρτάω ſuſpendo,* quod veluti alterius veli adpendix eſt, et ex altero velo pendet. Hoc ſenſu *ἐπαίρειν τὸν ἀρτέμονα, tollere artemonem,* dixit Lucas *Actuum Apoſtol. Cap. XXVII. v. 40.* HEIN.

ARTICVLATA vox. *l. 10. C. qui teſt. fac. poſſ.* HEIN.

ARTICVLATE loqui. *l. 29. pr. C. de teſtam.* HEIN.

ARTICVLEIANI SC. ſententia exponitur in *l. 51. §. 7. D. de fideic. libert.* Puto id Articuleio Paeto Conſule factum, qui cum Traiano vna conſulatum geſſit.

ARTICVLVS non pro particula tantum, id eſt, praepoſitione conionctioneue, vt ARTICVLVS, TVM in *l. 4. D. de cond. et demonſtr.* ſed et pro quolibet verbo ponitur. Sic verbum EST ARTICVLVS vocatur: in *l. 34. §. 1. D. de aur. arg. leg.* ARTICVLVS, QVISQVIS in *l. 29. D. de hered. inſtit.* ¶. 2. Quin etiam pro clauſula et oratione ſumitur, vt in *l. 27. §. 2. D. ad SC. Trebell. Detracto hoc* ARTICVLO: QVISQVIS MIHI HERES ERIT. Et ARTICVLVS: DO VT DES, *l. 5. §. 1. D. de praeſcript. verb.* Transgrediamur ad hunc ARTICVLVM: *l. 22. §. 12. D. ſol. matr.* ¶. 3. ARTICVLVS pro caſu vel ſpecie facti. *l. 12. D. de legib. l. 9. D. de ſtat. hom.* ¶. 4. ARTICVLI, ſpecies vnius generis. *In duos* ARTICVLOS *diuiſio deducitur. l. 1. pr. D. de rer. diuiſ.* ¶. 5. In ARTICVLO, pro in continenti. *l. 2. C. de offic. com. ſacr. palat.* ¶. 6. Denique ARTICVLVS et pro interloquutione accipitur, in *l. 5. C. quor. adpell.*

adpell. non rec. vbi Graeci verba: *ab* ARTICVLO *adpellare*, verterunt *κατὰ διαλαλιὰς*, *ab interloquutione.* Quo ſenſu et in *l. 1. l. 3. l. 23. C. Theod. eod. tit.* id vocabulum accipi, obſeruarunt Cuiac. *Obſ. XII, 6.* et Iac. Gothofr. *ad Codic. Theodoſ. Tom. IV. p. 295.* HEIN.

ARTIFEX homo: *l. 43. pr. D. de contrab. emt.* ARTIFICES ſcenici: apud Symmach. *Lib. I. Epiſt. 5.* Vetus Gloſſarium: ARTIFICES, *τεχνῖται, ἐπιστήμονες τῶν τερπνῶν πραγμάτων.* ARTIFICES *ſcientia rerum ludicrarum praediti:* ARTIFICEM ſeruum facere. *l. 32. D. de rei vindic.* Sunt vero ARTIFICES ſerui, qui aliquod artificium callent, et in aliquo artificio verſantur. *l. vlt. pr. D. de op. ſeru. l. 12. §. 42. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Opponuntur his MEDIASTINI, in *d. l. vlt.* Hi ſunt, qui nullam certam artem exercent, ſed in mediis aedibus praeſto, et ad obſequia quaeque parati ſunt. Feſtus: ARTIFICES *dicti, quod ſcientiam ſuam per artes exercent, ſiue quod apte opera inter ſe* ARTENT, *qua ex cauſſa etiam* ARTES *adpellatae ſunt.*

ARTIFICIVM ſerui, *ab officio* ſeparatur, *l. 65. §. 1. D. de legat. III. l. 24. D. de manum. teſt. l. 4. §. 5. D. de cenſib.* nec non ab *operis*, vt in *l. 11. §. 1. D. ad exhib.* Sic et *operae*, quae in ARTIFICIO ſunt, ab his, quae in officio ſunt, diſtant. *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.* Hinc et ARTIFICIVM officio non mutatur. Et ideo ſi lecticarius legatus ſit, et is poſtea coquus fiat, legatum non exſtinguitur. *l. 65. §. 1. D. de legat. III.* Et, ſi quis textorem oſtiarium fecerit, non ad aliud ARTIFICIVM, ſed ad alium *vſum*, transtuliſſe ſeruum videtur. *l. 61. D. de legat. III.* Et ad haec ARTIFICIA pertinent loquutiones: ARTIFICII cauſſa in collegia adſumi: *l. 5. §. 2. D. de iure immun.* ARTIFICIVM conſequi: *l. 32. D. de rei vind.* ARTIFICIVM diſcere: *l. 31. D. eod. tit.* ARTIFICIVM, veluti grammaticam, docere: *l. 71. pr. D. pro ſoc.* ARTIFICIVM exercere: *l. 38. D. de op. libert.* ARTIFICIVM omne incrementum recipit: *l. 65. §. 3. D. de legat. III.* ARTIFICIIS inſtruere ſeruos: *l. 35. D. de pignorat. act. l. 3. C. commun. de legat. l. vn. §. 5. C. de ſeru. comm. manum. l. 12. §. 42. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* ARTIFICIA pluta ſcire. *l. 65. §. 2. D. de legat. III.* In ARTIFICIO verſari. *ead. l. 65. §. 2. eod. tit.* ¶. 2. ARTIFICIVM, pro commento, fraude, et machinatione. *l. 15. §. vlt. D. de excuſat.*

ARV.

ARVALES FRATRES numero XII, qui pro frugibus et anni vbertate ſacra faciebant, et ſemel in anno ambaruali ſacrificio luſtrabant agros, prodigiaque arborum, fulmine tactarum, procurabant. Iidem vero et de terminis motis cognoſcebant. *l. 14. C. Theod. de pagan. ſacrif. et templ.* Gloſſar. vetus: ARVALES SODALES, *οἱ περὶ ὅρων διαγνώσκοντες δικασταί.* Cuius rei ratio, quod Terminum in Deorum numerum retuliſſet Romana ſuperſtitio. Cuiac. *Obſ. X, 34.* Vlr. Obrecht. *Diſſ. de Termino Deo.* Fruſtra ergo, hos ſacerdotes finales controuerſias diremiſſe, negat Briſſonius noſter, ſupra in ARBITER: nec magis cognitio de finibus ab eorum ſacerdotio aliena fuit, quam a munere pontificum cognitio de

ſepulcris, vel ab officio faecialium diſceptatio de foederibus. HEIN.

ARVNDINETVM, locus, vbi arundo prouenit. *l. 9. §. 7. D. de vſufruct. l. 12. §. 11. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* et apud Caton. *de re ruſt. Cap. VI.*

ARVNDO, *l. 3. §. 1. D. arb. furt. caeſ.* ARVNDO caedua: *l. 40. §. 1. D. de contrab. emt.* ARVNDINE pro ligno vtuntur in Aegypto: *l. 55. §. 5. D. de legat. III.* ARVNDINE vti ad palos: *l. 9. §. 7. D. de vſufr.* ARVNDINIS millia trecenta: *l. 12. D. de ann. legat.* ARVNDINES porro arbores dici, obſeruamus. *l. 3. §. 1. D. arb. furt. caeſ.*

ARVSPEX vid. infra HARVSPEX.

ARVVM, ager, in quo ſationes fiunt. Id ARVVM, quod in decem annos proximos ſatum erit. *l. 4. pr. D. de cenſib.* Si ARVI vſusfructus legetur, et ibi vineae ſint poſitae: *l. 10. §. 4. D. quib. mod. vſusfr.* At Varro *de re ruſt. Lib. I. Cap. 19.* ARVVM adpellari, tradit, *quod aratum, nec ſatum eſt.* Similique modo Feſtus: ARVVM *dicimus agrum, necdum ſatum.*

AS.

AS in duodecim vncias diuiditur. *l. 13. §. vlt. D. de bered. inſt.* Habent autem et hae partes propria nomina ab *vncia*, vſque ad *aſſem*, puta haec: *vncia, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as. l. 50. §. vlt. D. eod. tit.* Vncia autem in ſemuncias, et hae rurſus in *ſicilica* ſubdiuiduntur. *l. 8. §. 8. D. de inoffic. teſt. l. 21. §. 2. D. de ann. legat.* et apud Plin. *Hiſt. Nat. XIII, 15.* Inde autem *Sicilicum*, vt Feſtus *libro XVII.* ſcribit, quod ſemunciam ſecet. Obiter autem hic admonebo, emendandos eſſe Frontini *de Aquaeductibus* codices, in quibus perperam *ſemiuncia* pro *ſemuncia* ſcriptum. Vncia et ſemis *ſeſcuncia* adpellatur. *l. 8. §. 8. D. de inoff. teſt. l. 42. D. de vulg. et pup. ſubſt. l. vlt. D. de coni. cum emancip. lib. l. 5. D. de legat. praeſt. l. vlt. C. de lib. praet.* Auſonius *in Technopaegn. v. 113.*

Biſſenas partes quis contimet aequiparet? AS.
Tertia deſuerit ſi portio, quid reliquum? BES.

Idem in ratione librae *Eidyll. XI. v. 18.*

Si deſuit VNCIA, *totus*
Non erit AS, *nomenque* DEVNX *iam caſſus habebit.*
Nec DEXTANS *retinet nomen, ſextante remoto,*
Et DODRANS *quadrante ſatus auctore carebit.*
Diuulſusque triens prohibet perſiſtere BESSEM.
Iam QVINCVNX *tibi nullus erit, ſi prima reuellas,*
Et SEMIS, *qui ſemis erit, perennitibus aſſis*
Partibus, et cuiuslibrae pars ſeptima SEPTVNX.

¶. 2. ASSIS autem adpellatione ſolida hereditas venit. Ita EX ASSE *heres: l. 19. D. de lib. et poſtum. l. 59. §. 1. et l. vlt. D. de iure dot. l. 1. §. vlt. D. de iur. et fact. ignor. l. 3. C. de iure delib. l. 2. C. de hered. inſt.* et aliis prope innumeris locis. EX ASSE *inſtitutus:* in *l. 7. D. de condit. et demonſtr.* et alias crebro. Martial. *Lib. VII. Epigr. 65. v. 1.*

Heredem Fabius Labienum EX ASSE *reliquit.*

Plin. *Lib. V. Epiſt. I. Quod ſi heredem quidem inſtituiſſet*

AS. ASC.

tuiſſet EX ASSE. Sidonius Apollinar. *Lib. VII. Epiſt. 2.* EX ASSE *heres.* Hereditatem plane in XII. partes Romanos partiri ſolitos, adnotat Galenus *Lib. II.* περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστε ψυχῇ ἁμαρτ. *C.V. Tom. VI. p. 535.* vbi de duodenario numero loquens: σύμμετρον δ' εἶναι inquit, κρίναντες τὸν δωδέκατον εἰς τοσαῦτα μέρη τὸν χρόνον τῆς ὅλης διέτεμον. ὅτι δὲ χρήσιμός ἐστιν ἡ τοιαύτη τομὴ, τῇ πείρᾳ βασανίσαντες αὐτὴν, ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Ῥωμαῖοι χρῶνται, τὴν οὐσίαν ἅπασαν, ὅταν διατίθενται, διαιροῦντες εἰς δώδεκα μέρη, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ σταθμῶν τε καὶ μέτρων εἰς δώδεκα μοίρας τέμνονται τὰ πλεῖστα. *Commenſurabilem eſſe indicantes numerum duodenarium, in totidem partes diei diuiſerunt. Quam vtilis vero ſit talis diuiſio, experiundo didicerunt cum alii, tum Romani, qui omnem ſubſtantiam ſuam, ſi quando teſtamentum conderent, in duodecim partes vel vncias diuidebant, et ita etiam in communi vita pondera et menſuras plerumque partiebantur.*

¶. 3. Nec hereditatem modo et patrimonium, ſed et omne quodlibet ſolidum et integrum ASSIS nomine, eiusque partibus, notabant. *l. 76. D. pro ſoc.* Voluſius Maccianus *lib. de aſſe:* ASSIS *adpellatio ad rerum ſolidarum, hereditatisque* TOTIVS; *diuiſio autem eius ad* PARTIVM *demonſtrationem pertinet.* Itaque et *fundum* aſſis partibus diuidebant, quemadmodum *beſſem et trientem fundi* animaduertimus, in *l. 39. §. 2. D. de euiction.* nec non *quadrantes et ſemiſſem fundi, in l. 8. D. de rei vind.* Et *pretium.* Nam *pretii* quoque *beſſem* dixit Vlpianus, *l. 12. §. 8. D. mand.* ¶. 4. Hinc IN ASSEM, eſt in ſolidum, ſeu pro ſolido. Sic dicitur IN ASSEM dari actio: *l. vlt. pr. D. de donat.* aliquis inſtitui: *l. 11. §. 1. D. de interrog. in iure fac.* impendium reddere: *Plin. Lib. I. Epiſt. 15.* ſatisdare: *l. 5. §. 11. D. vt in poſſeſſ. leg.* ſatisfacere: *l. 1. §. 1. D. de ſeparat.* vendere: *l. 9. pr. D. quib. mod. pign.* denique vindicare. *l. 40. §. vlt. D. de legat. III.* ¶. 5. Similis eſt loquutio EX ASSE, id eſt, in totum, vel ex integro. Sic EX ASSE aufertur hereditas, quae tota aufertur. *l. 2. pr. D. de his, quae vt indign.* Modo EX ASSE, modo *ex parte* legatum debetur: *l. 1. §. 11. D. vt legator. cauſſ.* EX ASSE, vel *pro parte* poſſidetur. *l. 15. §. 1. D. qui ſatisd. cog.* Qua loquendi forma Sidonius Apollinaris crebro vtitur: veluti *Lib. II. epiſt. 1. Lib. III. Epiſt. 2. Lib. VI. Epiſt. 11. et 12. Lib. VIII. Epiſt. 6. et Lib. IX. Epiſt. 2.* Eademque figura Columella *de re ruſt. II, 3.* In ASSE, ait, *ſiunt octo menſes et dies decem*, id eſt, ſubductis et computatis omnibus diebus. *Vſuras* etiam aſſis partibus diſtinguebant, vt libro vltimo docebimus.

ASC.

ASCENDENTES iureconſulti vocant parentes maioresque noſtros, a quibus geniti et procreati ſumus, vt contra DESCENDENTES, eos, qui ex nobis prognati ſunt. *l. vlt. D. de ritu nupt.* Conſt. Harmenop. *Lib. IV. Cap. 6.*

ASCENDERE in tectum: *l. 3. §. 1. D. de ſeru. corrupt.* ad ASCENDENDVM ſcalam commodare: *l. 54. §. 4. D. de furt.*

ASCETERIVM, monaſterium. *l. 33. C. de epiſc. et cler.* quaſi locus exercitationi virtutis et diſciplinae deſtinatus. Nam et ipſi monachi ASCETAE dicti, quod eorum vita iugis eſſet exercitatio, variis diſtincta officiis lectionis, orationis, et manuum operis. Orig. *aduerſ. Celſ. Lib. V. p. 264.* Simili figura et moniales ASCETRIAE dictae, quae in funeribus pſallebant. *l. 45. et l. 48. C. de epiſc. et cler.* HEIN.

ASC. ASI.

ASCODROGITAE, in *l. 5. C. de haeret.* (ſic enim illic legendum eſſe cum *recta* ratio docet, tum *l. 65. C. Theod. eod. tit.*) haeretici fuere, qui vtrem inflatum in ſua eccleſia poſitum, ac coopertum, veneratione proſequebantur, et circa eum laſciuientes, more bacchantium diſcurrebant, auctore Philaſtrio, Brix. Epiſcopo, *in Haereſ. Catalogo Cap. LXXV.* Iidem ab Auguſtino *de Haereſ. Cap. LXII.* ASCITAE vocantur, ab ἀσκὸς, vter, *quem perhibebantur inflatum et apertum circumire bacchantes.* Abuſos eos dicto Seruatoris *Matth. IX, 17.* et in Galatia potiſſimum bacchatos eſſe, praeter Philaſtrium refert *auctor Praedeſtinati.* Vid. Io. Alb. Fabric. *Not. ad Philaſtr. ibid. p. 143.* HEIN.

ASI.

ASIA, prouincia, quae proconſulari imperio regebatur. *l. 6. §. 1. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. vlt. §. 9. D. de cenſib. l. 4. §. 5. D. de offic. proconſ. et l. 2. §. 10. D. de orig. iur.* Cic. *de diuinat. Lib. I. Cap. 28. Quum Aſiae prouinciae praeeſſem.* Tacit. *Annal. IV, 32. Quia Proconſul Aſiam curauerat.* Aſiae autem proconſulatum Statius Papinius *Lib. V. Silu. II. v. 56. in protreptico* deſignat, quum ait:

Quantusque potentes
Mille vrbes Aſiae ſortito rexerit anno,
Imperium mulcente toga.

Aſia porro prouincia, quemadmodum Cicero *pro Flacco Cap. XXVII.* tradit, conſtabat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Et quod Herodian. *Lib. VI. Cap. II.* ait, πᾶσάν τε τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον Εὐρώπῃ, καὶ διαιρουμένην Αἰγαίῳ τε καὶ τῷ πορθμῷ τῆς προποντίδος, ΑΣΙΑΝ τε πᾶσαν καλουμένην *omnem Europae oppoſitam continentem, quae mari Aegeo fretoque Propontidis terminatur, Aſiae nomen habentem.* Ad eos amplos fines pertinet, quibus Pomponius Mela *Lib. I. Cap. 1. et 2.* Aſiam circumſcribit. Quam latiſſime patentem Aſiae adpellationem, quaeque a Phaſide ad Nilum porrigebatur, Ariſtides ad maritimas ciuitates coarctatam coanguſtatamque fuiſſe, auctor eſt in *oratione*, quam *de concordia ad Aſianas ciuitates* conſcripſit, quaeque *Tomo II. p. 297. ſequ.* edit. Guil. Canteri habetur, in qua Sophiſtae ſacra oratione *p. 329.* perperam interpres *Aſiae praetorem* nuncupat, quem *proconſulem* vertere debuit. ¶. 2. Τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας D. Pium reſcripſiſſe, refert Modeſtinus. *l. 6. §. 2. D. de excuſat.* Et libertum in ASIAM miſſam ad purpuras emendas, narrat iuriſconſultus. *l. 4. D. de aur. arg. leg.*

ASIANI, pro Aſiaticis, *l. 4. §. 5. D. de offic. procoſ.* et apud Quinctilian. *Lib. VIII. Cap. 1. et Libr. XII. Cap. 1.* Sic ASIANA dioeceſis, in *l. 5. C. de metallar. l. vlt. C. de tempor. et reparat. l. vn. C. vt nemo ad ſuum patroc.*

ASIARCHA, qui ſacerdotio totius Aſiae fungebatur. *l. vlt. C. Theod. de expenſ. ludr.* vid. ſupra ALYTARCHES.

ASIARCHIA, hoc ipſum Aſiae prouinciae ſacerdotium, cuius mentio fit *l. 8. pr. D. de vacat. et excuſ. mun.* et apud Ariſtid. *Orat. ſacra IV.*

ASI. ASP.

ΑΣΗΜΩΣ loqui dicitur, cuius vox absque intellectu et ſignificatione eſt. *l. 9. D. de Aedilit. edict.*

ASINVS *machinarius*, in *l. 60. §. vlt. D. de legat. III.* et *l. 12. §. 10. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* quid ſignificet, exponam infra *Lib. XI.* ASINA *molendaria* eſt in *l. 18. §. 2. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

ASP.

ASPARGO. Vlpianus *l. 4. §. 2. D. de lege Rhod. Si vicenum, ait, merces duorum fuerint, et alterius* ASPARGINE *decem eſſe coeperint*, id eſt, περικλύσματι, vt Gloſſarium vetus, id eſt, Lexicon B. Germani, interpretatur. Vtuntur hac voce et Virgil. *Lib. III. Aeneid. v. 534.* Ouid. *Metamorph. Lib. III. v. 683.* Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 22.* Sil. Ital. *Lib. IV. et XIV.* et alii. ASPARGINE quidem legitur Florentiae: ſed alibi tantum non vbique ADSPERGO ſcribitur, quia omnia compoſita a verbo *ſpargo* A in E mutare ſolent. HEIN.

ASPECTVS. ADSPECTV atrox iniuria aeſtimatur: *l. 2. D. de feriis*, veluti ſi quis praetori dentes excuſſos oſtendat, vt eſt apud Iuuenal. *Satyra vlt.* Ex ASPECTV corporis aetas probatur: *l. 32. D. de minor.* id eſt, ex inſpectione habitudinis corporis, vt loquitur Iuſtinianus *pr. Inſt. quib. mod. tut. fin.* Sic in *l. 3. C. ſi minor ſe maior. Si alterius circumueniendi cauſſa minor aetate maiorem te* ADSPECTV *probare liberauerit.* Sed et ADSPECTVS auri, eſt in *l. 32. §. 1. D. de aur. arg. leg.* ex ADSPECTV VASORVM, in *l. 32. §. 5. eod. tit.* ADSPECTVS publicus, in *l. 2. C. de aedific. priu.*

[**ASPER** numus dicitur numus recens cuſus, ex quo ASPRATVRA dicitur, quod datur argentario, vt numos veteres commutet cum aſperis ſiue recentibus. Cuiac. *ad Quaeſt. Paulli l. 40. D. de reb. cred.*] Haec obſeruatio ſiue Taboris, ſiue alterius, aut potius Cuiacii, vera quidem eſt, quum vel ex Suet. *Neron. Cap. XLIV.* Seneca *Epiſt. XIX.* et illo Perſii loco *Sat. III. v. 69.*

Quid ASPER
Vtile numus habet?

notum ſit, numos quosdam iam a veteribus dictos ASPEROS, quamuis, veteres, an noui eo nomine venerint, nondum a quoquam ſatis explicatum ſit. Sed ASPRATVRAE alia videtur origo eſſe. Habebant enim Graeci recentiores, et hodie adhuc habent monetam minutiorem argenteam, quam a colore ASPRAM, id eſt, *albam* vocant, a voce ἄσπρος, quae noua Graecorum dialecto album ſignificat. Car. du Freſne *Gloſſar. Lat. Tomo I. p. 354.* Quod ergo ab iis, qui pro minore moneta ſolidos ſibi comparabant, collybi loco addendum erat, ASPRATVRA vocabatur. Gloſſarium vetus: ASPRATVRA, κόλλυβος. HEIN.

ASPERITAS dominorum: *l. 1. §. vlt. D. de his qui ſui, vel al. iur. §. vlt. Inſt. eod. tit.* ASPERITAS quaeſtionis. *l. 15. §. 1. D. de quaeſt.*

ASPERNANTER quem habere. *l. 6. §. 3. C. de poſtulando.* HEIN.

ASPERNARI, recuſare ſignificat. *l. 1. pr. D. quod quisque iur. Non* ADSPERNATVR *Praetor conſilium. l. 8. D. de collation.*

ASS.

ASSERERE, ASSERTOR et ſimilia vid. in ADSERERE.

ASS. AST. ASY. ATA.

ASSIDVVS vid. ſupra in ADSIDVVS.

ASSVRIVS ſermo. *l. 1. §. vlt. D. de verb. oblig.* id eſt, Aſſyrius.

AST.

ASTROLOGVS, in *l. 15. §. 13. D. de iniur.*

ASTVTIA, plerumque pro dolo et calliditate ponitur: *l. 3. C. de tempor. et reparat. adpell.* vti et ASTVTE. *l. 2. C. de legib.* Aliquando tamen et pro prudentia ſumi, iam obſeruauit B. Auguſtinus *Epiſt. XXIX.* HEIN.

ΑΣΤΥΝΟΜΟΙ in *l. 1. D. de via publ.* quae ex Papiniani Ἀστυνομικῷ ſingulari ſumta eſt, ii ſignificantur, qui Aedilitatem in municipiis gerunt, ad quos etiam viarum cura pertinet. Addidit hic Tabor, *de his multos collegiſſe locos Cuiacium in Papinian. ad d. l. et in Not. LXXXV.* Sed Cuiacius tamen *ad d. l. 1.* et *Obſeru. XXII, 31.* aſtynomos perperam diſtinguit ab Ἀγορανόμοις, vel Aedilibus municipalibus. Aediles vero municipales vtrumque nomen tuliſſe, iam ſupra obſeruauimus, ſub voce AEDILIS. HEIN.

ASY.

ASYLVM. *l. 17. §. 12. D. de Aedilit. edict.* Seruius *in VIII. Aeneid. v. 342.* interpretatur *templum miſericordiae, vnde nullus poſſet abduci.* Dionyſ. Halicarnaſſ. *Lib. II. p. 88.* de Romulo: ἱερὸν ἀνεὶς ἄσυλον ἱκέταις, καὶ ναὸν ἐπὶ τούτῳ κατασκευασάμενος - - τοῖς καταφεύγουσιν εἰς τοῦτο ἱερὸν ἱκέταις, τοῦ τε μηδὲν κακὸν ὑπ' ἐχθρῶν παθεῖν ἐγγυητὴς ἐγένετο. *Sacrum aſylum aperiens ſupplicibus, et fanum ibi exſtruens, - - eo confugientes ſupplices nihil mali ab inimicis paſſuros, ſpopondit.* Liu. *Lib. XXXV. Cap. 51: Vbi et in fano lucoque ea religione, et eo iure ſancto, quo ſunt templa, quae* ASYLA *Graeci adpellant.* B. Auguſtinus *Lib. I. de ciuit. Dei Cap. 34. Romulus et Remus* ASYLVM *conſtituiſſe perhibentur, quo quisquis confugeret, ab omni noxa liber eſſet.* Statius *Lib. XII. Thebaid. v. 504. commune animantibus aegris confugium* vocat. Plutarchus *in Romulo: p. 22* ἱερὸν φύξιμον adpellat, in quod ait ἐδέχοντο πάντας, οὔτε δεσπόταις δοῦλον, οὔτε θῆτα χρήσταις, οὔτ' ἄρχουσιν ἀνδροφόνον ἐκδιδόντες. *Omnes recipiebant, neque ſeruum dominis, neque creditoribus nexum, nec magiſtratibus dedebant homicidam.* Tiberium porro ius moremque ASYLORVM, quae vsquam erant, aboleuiſſe, Suetonius *in eius vita Cap. XXXVII.* teſtatur, quod pluribus verbis, addita eius facti ratione refert Tacitus *Annal. Lib. IV. Cap. 50.*

ATA.

ATAVVS eſt abaui vel abauiae pater, proaui vel proauiae auus, aui auiaeque proauus, patris vel matris abauus. *l. vlt. §. 16. D. de gradib. et adfin.* Feſtus ATAVVM inde dictum cenſet, quod ſit aui ATA, ſeu TATA, id eſt pater, vt pueri vſurpare ſolent. Cic. *pro Coelio Cap. XIV. Non auum, proauum,* ATAVVM *audieras conſules fuiſſe?* Nugatur hic Feſtus cum *ata* vel *tata* ſuo. Habemus enim et ATNEPOTES, an et hi aui, ſeu atae nepotes, vel nepotum atae? Lirae! HEIN.

ATE.

ATEIVS CAPITO, maximae auctoritatis iuriſconſultus, qui et conſul fuit. *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* Eius conſulatus fit mentio in *l. 29. D. de ritu nupt.* Nec conſulatum modo, ſed alios quoque honores, geſſit. Munacio namque Planco et C. Silio Coſſ. quemadmodum Frontinus *Lib. II. de aquaeduct.* ſcribit curator aquarum factus eſt. Tiberii deinde temporibus, Druſio et Norbano Flacco Coſſ. cum Tiberis, continuis imbribus auctus, per plana vrbis ſtagnaſſet, eius coercendi cura eidem cum L. Aruntio mandata eſt, vt Tacitus *Libro I. Ann. Cap. 76. 79.* ſcribit. Verum operae pretium eſt, de eo eiusdem Taciti *Lib. III. Annal. Cap. 75.* verba ſubiicere, quae ita habent: CAPITO ATEIVS, *de quo memoraui, principem in ciuitate locum ſtudiis ciuilibus adſequutus, ſed auo centurione, Sullano, patre praetorio. Conſulatum ei accelerauerat Auguſtus, vt Labeonem Antiſtium, iisdem artibus praecellentem, dignatione eius magiſtratus anteiret.* Fuit certe ad obſequium principum, non ſine adulationis reprehenſione pronus, quo famam ſuam maculaſſe, dehoneſtaſſeque dicitur. Id adeo ex eo intelligitur, quod Tiberio vetante, L. Fannii, Equitis Romani nomen inter eos recipi, quum is magiſtratus poſtularetur, quod effigiem principis ad vſum promiſcuum argenti vertiſſet, noſter hic ATEIVS, quemadmodum Tacitus *Annal. III, 70.* memoriae prodidit, per libertatis ſpeciem Imperatori blandiens, non debere patribus ius de reo cognoſcendi ſtatuendique eripi, cenſuit, nec tantum facinus impunitum relinquendum. Auctor eſt Suetonius *de illuſtr. Grammat. Cap. XXII.* a M. Pomponio Marcello Tiberium in oratione reprehenſum, adfirmante vero Capitone, verbum, de quo quaeſtio erat, et Latinum eſſe, et, ſi non eſſet, futurum certe: dixiſſe Marcellum: *Iam mentitur Capito. Tu enim, Caeſar, ciuitatem potes dare hominibus, verbis non potes.* Itaque quum ſe totum Principum ſeruitio mancipaſſet: Antiſtium Labeonem, aequalem ſuum, non minus, quam Horatius inſaniae arguebat. Ei rei teſtimonio eſt, quod Gellius *Noct. XIII, 12.* ſcriptum reliquit: *In quadam epiſtola* ATEII CAPITONIS *ſcriptum legimus, Labeonem Antiſtium, legum atque morum populi Romani, iurisque ciuilis doctum adprime fuiſſe. Sed agitabat, inquit, hominem libertas quaedam nimia, atque vaecors: vsque adeo, vt Auguſto iam principe, et rempublicam obtinente, ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctumque eſſe, in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Sane is diuini humanique iuris peritiſſimus fuit, et, ſi quis mihi fidem non habeat, Macrobio habeat, qui cum *Libro VI. Saturn. Cap. 13. pontificii iuris inter primos peritum* vocat. Argumento ſunt eius libri. Gellius enim *Lib. I. Cap. 6.* verba quaedam, eius ex quinto librorum, quos DE IVRE PONTIFICIO compoſuerat, citat. Feſtus quoque Pompeius eius *librum ſextum* PONTIFICALEM, Macrobius vero *Libro III. Cap. 10.* librum eius DE IVRE SACRIFICIORVM laudat. COLLECTANEORVM idem, an CONIECTANEORVM? libros ſcripſerat. COLLECTANEA adpellantur apud Gellium *Lib II. Cap. 24.* ex iisque *librum VIII.* qui DE IVDICIIS PVBLICIS inſcriptus erat, idem Gellius *Lib. IV. Cap. 14.* citat, quem ego librum ab eodem auctore *Lib. X. Cap. 6.* ſignificari crediderim, quo loco COMMENTARIVM DE PVBLICIS IVDICIIS Capitonis laudat. At in eiusdem Gellii codicibus *Libro XX. Cap. 2.* et apud Non. Marcellum in voce *ſiticines* CONIECTANEA adpellantur. Eius quoque EPISTOLAS Gellius *Noct. XIII, 12.* laudat. Scripſerat et librum DE OFFICIO SENATORIS, teſte eodem Gellio *Lib. IV. Cap. 20.* Citatur et a Plinio *Hiſt. nat. XIV, 13.* ſed apud eum *Lib. II. Cap. 24.* corruptum eius nomen eſt. Citatur et nomine CAPITONIS ATEII a Feſto in verbis *Porcam, Propudianus, Reus promittendi et Rutilae.* Rurſus ATEII CAPITONIS nomine a Proculo, in *l. 13. §. 1. D. de ſeru. vrban. praed.* et ATEII nomine. in *l. 79. §. vlt. D. de iure dot.* et *l. 30. §. vlt. D. de legat. III.* ATEIVS, Seruium reſpondiſſe, ſcripſit. *l. 39. §. vlt. D. de aur. arg. leg.* Apud ATEIVM relatum eſt. *l. 2. §. 4. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Docte haec ac diligenter ſcripta ſunt: quibus tamen non poſſum quin duas ſubiungam obſeruationes. Altera ad eius conſulatum pertinet. Quamuis enim de eo et Tacitus et Pomponius et Vlpianus teſtentur: tamen in quem annum ille inciderit, aut incidere potuerit, incertiſſimum eſt. Nam ex Pomponio *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* patet, Labeonem oblatum ſibi conſulatum ideo adſpernatum eſſe, quia non ordinarius, ſed ſuffectus conſul deſignandus eſſet, atque inde colligi poſſe videtur. Capitonem ordinarium fuiſſe, eamque indignationis cauſſam habuiſſe Labeonem, quod Capitone deterioris conditionis eſſe iuberetur. At faſti Capitonis nomen nusquam praeferunt. Quod enim Muretus *in Not. ad d. l. 2. §. 47.* Capitonis conſulatum reperiiſſe ſibi videtur in faſtis anno ab V.C. DCCLXIV in eo magnopere ille falſus eſt. Eo enim faſces quidem tenuit Capito quidam, collega Germanico Caeſare, non autem noſter, ſed *C. Fonteius Capito.* Dicendum ergo potius, Ateium Capitonem non ordinarium ſed ſuffectum fuiſſe, et quidem ex Kal. Iul. anni ab V. C. DCCLVIII. Nam iis menſibus illum conſulem cum C. Vibio Poſtumo laudat marmor apud Gruter. *Inſcr. p. 897. n. 9.* et aliud *p. 1082, 2.* Vid. Perizon. *Animadu. Hiſt. Cap. I. p. 19.* Almeloveen *Faſt. conſular. p. 66.* Alterum, quod monendum duxi, hoc eſto, quod ex Gellio non pateat, Labeonem ab Ateio pro inſano habitum. Aliud enim eſt vaecordis libertatis ſtudium alicui tribuere, aliud pro inſano quem habere. Immo ne Horatium quidem Labeonem pro inſano traduxiſſe, ſupra *in* ANTISTIO oſtendimus. Ceterum Ateium noſtrum inter viuos eſſe deſiiſſe anno ab V.C. DCCLXXV. ex Tacit. *Annal. III, 75.* diſcimus. HEIN.

ATER ſanguis. *l. vn. C. de emend. ſeru.* vbi homicidii rei eſſe iubentur domini, *qui labeſcentes ſerui artus,* ATRO SANGVINE *permixta ſanie, defluentes paene in ipſis cruciatibus adegerint vitam relinquere, ſaeuitia immanium barbarorum.* HEIN.

ATH.

ATHLETAE, qui virtutis gratia palaeſtra exercentur. *l. 4. D. de his, qui not. infam. l. 6. §. 13. D. de excuſat. l. vlt. §. 2. D. quod met. cauſſ. l. 5. C. quae res pign. l. 11. D. de re iud. l. 5. pr. D. de naut. foen.* ¶. 2. Elegante translatione Iuſtinianus *Conſtitutione Omnem reip. ad Anteceſſ. §. 6.* aduocatos vocat ATHLETAS *iudiciorum.*

ATI.

ATILIA lex, (non ATTILIA,) iubebat mulieribus pupillisue, non habentibus, tutores dari a Praetore et maiore parte Tribunorum plebis, quos

tutores

tutores ATILIANOS vocabant. Vlpian. *Fragm. tit. XI, 18.* et *rubr. tit. Inſt. de Atiliano tut.*

ATILICINVS, non leuis iuris auctor, cuius plures in libris noſtris exſtant ſententiae, quae a poſterioribus iuriſconſultis, nullo neque libro, neque libri indice adſcripto, laudantur. Is alias Proculo anteponitur, vt in *l. 27. D. de pact.* alias poſtponitur, vt in *l. 5. D. de ſeru. praed. ruſt.* et *l. 21. §. 9. D. de recept. arb. et qui arb. rec.* Itaque vter vtro antiquior fuerit, dubium eſt. Verum omnem dubitationem ipſe Pomponius eximit, qui Atilicinum citat in *l. 48. D. de legat. I.* Ac fortaſſis, (nihil enim adfirmo,) is eſt, qui Proculum per litteras conſulit in *l. 17. D. de pact. total.* Ex hoc Caeſaris ad Statilium Taurum reſcriptum refertur, in *l. 35. D. de ſeru. praed. ruſt.* Addo, eum plerumque vel Proculi vel Neruae ſententiis ſuffragatum, vt patet ex *l. 27. pr. D. de pact. l. 21. §. 9. D. de recept. arb. l. 5. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 17. D. de pecul. l. 7. pr. D. de condict. cauſſ. dat. l. 19. D. mandat. l. 19. D. de legat. III. l. 16. D. de liberat. leg. l. 49. pr. D. ad leg. Falcid. l. 4. §. 8. D. de doli mal. et met. except.* ex eoque colligere viros doctos, eum Proculeianorum partibus addictiſſimum fuiſſe. HEIN.

ATINIA lege cauebatur, vt ne res furtiua vſucaperetur, niſi in poteſtatem eius, cui ſurrepta eſſet, reuerſa fuiſſet. *l. 4. §. 6. l. 33. pr. D. de vſucap. l. 215. D. de verb. ſignif.* Plebiſcitum autem fuit, teſte Gellio *Lib. XVIII. Cap. 7.* Legem hanc ſingulari commentario illuſtrauit vir non indoctus, ſed Cuiacio iniquiſſimus, Hadr. Pulnaeus, quem libellum recuſum nouimus in *Theſauro iur. ciu. Tom. IV. p. 327.* HEIN.

ATN.

ATNEPOS, vel, vt in pandectis Florentinis varie ſcribitur, ADNEPOS, ADNEPTIS. Hi ſunt abnepotis vel abneptis filius, filia; pronepotis vel proneptis nepos, neptis; nepotis vel neptis pronepos, proneptis; filii vel filiae abnepos, abneptis. *l. 1. §. Quinto* et *l. vlt. §. 16. D. de grad. et adfin.*

ATQ.

ATQVE, pro ac ſi. *l. 61. pr. v. ſed ſi tutor D. de adminiſtr. tut.*

ATR.

ATRIENSES ſerui, qui atrium obſeruant, et cuſtodiunt. *l. 15. §. 1. D. de vſufr. l. 8. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg. l. 203. D. de verb. ſignif.* et apud Ciceron. *V. Paradox. Cap. II.* qui et ATRIARII, in *l. 1. §. 5. D. naut. caupon. ſtab.* In lexico autem aedis B. Germani ita ſcriptum oſtendi: ATRIENSIS, *διαιτάριος, διαιτάρχης.* et in *lib. de offic. proconſ.* hanc ſignificationem reperiri adnotat aliud vetus gloſſarium Latinum: ATRIARII, *ſeu* ATRIENSES, *ſunt cuſtodes atrii.*

ATROCITAS facinoris vel ſceleris: *l. 157. pr. D. de regul. iur. l. 1. §. 43. D. de vi et vi arm. l. 1. C. de precib. Imp. offer.* Sueton. *Calig. Cap. XII.* ATROCITAS iniuriarum: Cicero *Lib. II. de inuent. Cap. XXVIII.* ATROCITAS verborum: *l. 4. C. de obſequ. patr. l. 9. C. de his, quae vi* In ATROCITATE non debet patria poteſtas conſiſtere. *l. 5. D. ad leg. Pomp. de parricid.*

ATROCITER. ATROCISSIME tractare ancillas. *l. 2. §. vlt. D. de his, qui ſui. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 3.*

ATROX, et de rebus, et de perſonis dicitur. Hinc ATROCES abactores: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 2.* ATROCIVS crimen: *l. 37. §. 1. D. de minorib.* ATROCIORES effractores: *l. 1. §. vlt. et l. vlt. D. de effract.* fures: *ibid.* ATROCIVS factum: *l. 16. §. 6. D. de poen.* ATROX iniuria. Ita vocant quaſi atrociorem, et contumelioſiorem. *l. 2. et l. 3. §. 1. D. de ſer. l. 7. §. vlt. D. de iniur. l. 38. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult. l. 4. C. de decurion.* ATROX autem iniuria aut PERSONA fit, aut TEMPORE, aut REIPSA. *d. l. 7. §. vlt. l. 8. l. 9. D. de iniur. §. 9. Inſt. eod. tit.* Arnob. *Lib. IV. adu. gent. p. 89. Ac ne quis veſtras aures conuicio aliquo petulantiore pulſaret, de* ATROCIBVS *formulas conſtituiſtis iniuriis.* ATROCIORA maleficia: *l. 8. D. de quaeſt.* ATROCI manu illatum: *l. 6. §. 1. D. de agnoſc. et al. lib.* ATROX perſona et famoſa: *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil.* ATROX ſeditio: *l. 3. §. 19. D. de re milit.* ATROX valetudo, apud Tacit. *Annal. III, 64.* ATROX vis. *l. 1. l. 3. D. quod met. cauſſ. l. 1. §. 3. D. de vi et vi arm.*

ATT.

ATTENTARE, vid. ſupra ADTENTARE.

ATTESTARI, pro teſtimonium denunciare. ATTESTARI *vicinos.* Paull. *Sent. II, 26, 3.*

ATTICA Romanaque doctrina. *l. 11. C. Theod. de medic. et profeſſ.*

ATTINGERE, de eo, qui hereditatem adit, vel pro herede gerit. Sic ATTINGERE quis dicitur *bona*, qui iis ſe immiſcet, eaque adprehendit. *l. 1. §. vlt. D. de ſeparat.* ATTINGERE nihil *hereditarium*: *l. 88. D. de adqu. hered.* ATTINGERE hereditatem: *l. 1. §. 8. D. ſi mul. ventris nom. l. 25. §. 12. D. de adqu. hered.* ¶. 2. ATTINGERE, accipere, ſubire, ſuſcipere. ATTINGERE pecuniam: *l. 20. §. 14. D. de hered. petit. l. 62. pr. D. de rei vind.* tutelam: *l. 7. §. 1. D. de tutel. l. 10. §. vlt. D. de adpell. l. 1. §. vlt. D. de eo, qui pro tut.* ¶. 3. ATTINGERE, accedere. ATTINGERE quem cognatione vel adfinitate. *l. 5. §. 12. D. de iniur.* ATTINGERE metropolin: *l. 4. §. 6. D. de offic. procoſ.* ¶. 4. Singulares loquutiones ſunt: ATTINGIT hoc eius perſonam: *l. 86. §. 2. D. de legat. I.* ATTINGI aliquis videtur ſuſpicione caedis vel conſcientia: *l. 1. §. 30. de SC. Silan.* vinculis patriae poteſtatis ATTINGI. *l. 4. in fine C. de pact. conuent.*

ATY.

ATYPVS in Florentino legitur, *l. 10. §. vlt. D. de Aedil. edict.* in aliis editionibus *atyphus.* Prior lectio firmatur teſtimonio Gellii *Noct. Att. IV, 2.* vbi itidem iunguntur *balbus et atypus*, isque locus eo eſt notatu dignior, quod deſumtus eſt ex *libro* Coelii Sabini *ad Edictum Aedilium.* Gloſſa vetus apud Scalig. *in Lection. Auſonian. II, 9.* ATTVBVS, *μογιλάλος, μόγγος, ἄτυπος*, vt facile pateat, ita adpellari eum, qui verba profert minus articu-

articulata, vt intelligi ab audientibus nequeat. Vid. Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 404.* HEIN.

AVA.

AVARITIA, vitium notiſſimom, quod *πάσης πονηρίας προοίμιον τε καὶ πέρας*, *omnis nequitiae principium et terminum*, eleganter vocat Iuſtinianus *Nouell. VIII. princ. §. 1.* Hinc AVARITIA praeceps: *l. 3. C. de naut. foen.* AVARITIAE cupido. *l. 3. §. 3. C. commun. de legat.* HEIN.

AVC.

AVCEPS. *Ab* AVCVPE *pantheram emere: l. 11. §. vlt. D. de act. emt.* AVCVPES ſerui: *l. 99. §. 1. D. de legat. III. l. 29. §. 3. D. ad leg. Aquill.* AVCVPIAVS reſcriptum. *l. 16. D. de ſeru. praed. ruſtic.*

AVCTIO, vt Victorinos Afer *in libro de Orthographia* tradit, ab AVGENDO dicta eſt. Hinc ex AVCTIONE emere: *l. 2. §. 8. D. pro emtore.* Sub AVCTIONE licitari: *l. 5. C. de fid. haſt. fiſcal.* AVCTIONEM facere: Plautus non ſemel, et Cic. in *Verr. II, 19.* et *Lib. XII. ad Attic. Epiſt. 3.* AVCTIONIS diem obire, id eſt, die, quo auctio proſcripta et propoſita eſt, adeſſe. Cicero *pro Sex. Roſcio Cap. VIII.*

AVCTIONALIA, rationes ſoper auctione confectae. *l. 1. §. 3. D. de tutel. et rat. diſtrah.* Ita et a B. Ambroſio vocantur: AVCTIONARIAE contra *tabulae* a Cicerone *in Catilin. II. Cap. 8.* Baſilica *τραπεζιτικοὺς λόγους*, *menſarias rationes*, interpretantur: idcirco, vt quidem exiſtimo, quod apud argentarios licitationes auctionesque fieri, et adiectiones admitti ſolerent: quarum probatio eorum codicibus continebatur.

AVCTOR. Ita ſcribendum, non *autor* vel *author*. Soſipater. Chariſ. *Lib. I. p. 30.* AVCTOR *propterea dicitur, quod* AVGERET *et generaret.* Addi merentur Ald. Manut. *in Orthogr. p. 9.* Docker. *de Latin. ICt. p. 281.* et Cellar. *Orthogr. p. 91.* vbi hanc ſcribendi rationem ex marmoribus, numis, et Codicibus vetuſtis confirmat. HEIN. ¶. 2. AVCTORES dicuntur, a quibus ius in nos tranſiit, et a quibus cauſſam habemus, *l. 175. fin. D. de reg. iur.* ab *augendo*, quod nos re auxerint. Itaque AVCTORVM adpellatione plerumque venditores demonſtramus. *l. 4. §. vlt. l. 52. §. vlt. D. de action. emt. l. 28. l. 51. pr. l. 64. §. 2. D. de euict. l. 15. D. de minor. l. 4. §. 3. D. de adpell. recip. l. 175. §. 1. D. de reg. iur. l. 1. fin. D. de flum. l. 21. D. de liber. cauſſ. l. vlt. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* At et ii, quorum heredes ſumus, AVCTORES vocantur. *l. 1. C. Hermog. de ſucceſſ. Bona, quae quum moreretur* AVCTOR *tuus, eius fuerunt, ſollemniter petis.* vbi auctor Conſultationis veteris male repoſuit ACTOR. Vid. Schult. *iuriſpr. vet. anteiuſt. pag. 716.* Ita et interpres Paulli *Sent. I, 3. 4. Actio de exſequutione iudicatarum rerum non ſolum ipſi* AVCTORI, *qui egit, competit: ſed et heredi ſimiliter debetur.* HEIN. Et hi ſunt PRIMI AVCTORES. Nam SECVNDI AVCTORES dicebantur, qui pro euictione fideiubebant. *l. 4. pr. D. de euiction.* qui *βεβαιωταὶ* a Iuſtiniano vocantur in *Nouell. IV. Cap. II.* et *venditionis confirmatores* a Iuliano patricio. Vetus Gloſſarium: SECVNDVS AVCTOR, *βεβαιωτής*. Vt vero AVCTOR, ita et AVCTRIX dicitur. *l. 16. C. de euict.* Horum AVCTORVM alii BONI, LOCVPLETES, IDONEI; alii MALI dicebantur. Et ſic *a* MALO AVCTORE *emere*, dixit Cicero in *Verr. V, 22.* Hinc, eo ſenſu, AVCTOR *adeſſe* dicitur ad agendam cauſſam: *l. 1. C. de peric. et comm. rei vend.* itemque *defugere*, vel *auctoritatem defugere*, ſi nolit emtoris defenſionem cauſſae ſuſcipere, quod vulgo dicimus: *defaillir le garend. l. 139. D. de verb. oblig. l. 39. §. vlt. D. de euict.* Terent. *Eunuch. Act. II. ſcen. 3. Numquam* DEFVGIAM *auctoritatem.* Plaut. *Poenul. Act. I. ſcen. 1. Si* AVCTORITATEM *poſtea* DEFVGERIS, *vbi diſſolutus tu fies, ego pendeam.* AVCTORI emtor *denunciat*: *l. 53. §. vlt. D. l. 8. l. 9. C. de euict.* Idem conuentus AVCTOREM *laudat*: *l. 6. §. 5. D. de act. emt. l. 63. §. 1. D. de euict. l. 7. C. eod. tit. l. 2. C. de iu lit. dand. tut.* et apud Cicer. *de Orat. III, 18.* id eſt, *nominat*, vt Gell. *Lib. II. Cap. 6.* et Feſtus *Lib. X.* exponunt, ex quibus hoc verbum in formulis et actionibus ciuilibus vſitatum fuiſſe, conſtat. ¶. 3. AVCTOR, id eſt ſuaſor, impulſor. Sic AVCTOR caedis: *l. 7. C. de his, quib. vt indign.* damni dandi: *l. 4. §. 5. D. vi bon. rapt.* AVCTOR ſeruo delinquenti: *l. 3. D. de nox. act.* AVCTOR doli: *l. 9. §. vlt. D. de tributor. act.* libertatis: *l. 3. C. de donat. quae ſub mod.* operis: *l. 11. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* ſeditionis et tumultus. *l. 3. §. 4. D. ad leg. Corn. de ſicar.* et apud Paull. *Sent. V, 22, 1.* ¶. 4. AVCTORES etiam fuiſſe ſenatui aliquid cenſendi dicebantur Imperatores, quum in eorum ſententiam, quam oratione in ſenatu habita et recitata, expreſſerant, aliquid decernebatur. Sic Antoninus oratione in ſenatu habita AVCTOR *fuiſſe ſenatui dicitur, cenſendi*, in *l. 32. pr. D. de donat. int. vir. et vx.* Et ampliſſimum ordinem, AVCTORE *diuo Marco*, cenſuiſſe ait *l. 5. C. de excuſ. tut.* Ita AVCTORE *diuo Hadriano* apud Vlpian. *Fragm. tit. III. §. 3. et tit. XXIV. §. 28.* Soeton. *Veſpaſ. Cap. XI.* AVCTOR *fuit ſenatui decernendi.* Sic et AVCTORES *legis*, in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV*, §. 2. At in hoc Paulli loco a Pariatore adducto non legitur: AVCTOR *legis*, ſed: *videtur legis* AVCTORITATE *feciſſe*. Praeterea ibi non agitur de SCo, in Principis ſententiam, eoque auctore facto, ſed de lege Iulia de adulteriis; adeoque hoc teſtimonium nihil ad rem facit. HEIN. ¶. 5. AVCTORES quoque dicebantur, qui mulieribus propter ſexus infirmitatem dabantur, ſine quibus nec vllam quidem rem priuatam agere poterant, vt ait Liu. *Lib XXXIV. Cap. 2.* Add. Cic. *Topic. Cap. XI.* et Sen. *Lib. II. controu.* ¶. 6. AVCTORES iuris: *iu l. 39. D. de act. emt. l. 31. D. de vſur. l. 1. C. de verb. ſignif. l. 3. C. de repud. l. 15. C. de vſufr.* Sic Gell. *Lib. II. Cap. 10. Ser. Sulpicius, iuris ciuilis* AVCTOR. Et Aggen. Vrbic. *in Comment. Frontin. p. 57. Caſſius Longinus, prudentiſſimus iuris* AVCTOR. Inde prudentibus AVCTORITAS tribuitur, *l. 24. D. de hered. inſt. l. 7. D. de iuſt. et iur. l. 2. §. 5. et §. 12. D. de orig. iur.* et apud Ciceron. *in Topic. Cap. V.* Eodem modo Proculum *non leuem iuris* AVCTOREM vocant diui fratres in *l. 17. D. de iure patron.* et Velleius Paterculus *Lib. II. Cap. 26.* Scaeuolam *diuini atque humani iuris* AVCTOREM: Denique Aurelius Victor *in Alexandro* Vlpianum et Paullum *iuris*

ris AVCTORES vocat, ſiue quod ius auxerint, et in melius produxerint, ſiue propter auctoritatem, quam a Caeſare Auguſto acceperunt. ¶. 7. Iidem prudentes et conſulti AVCTORES abſolute vocantur. *l. 1. §. 3. D. de uſufruct. adcreſc. l. 3. C. de adquir. et ret. in poſſ. l. vlt. C. de negot. geſt. l. 2. §. 13. D. de orig. iur.* et apud Ciceron. *de Orat. I, 56. Atque ille quum diſſerendo par eſſe non poſſet, ad* AVCTORES *confugiſſe, et id, quod ipſe diceret, et in P. Mucii, fratris ſui, libris et in Sex. Aelii commentariis ſcriptum protuliſſe.* ſiue *diuerſae ſcholae* AVCTORES, *§. 2. Inſt. de emt. vend.* id eſt, iuriſconſulti, Proculi partibus addicti. ¶. 8. AVCTOR praeterea adpellatur is, cuius auctoritate quid fit, geritur, contrahitur. Sic fieri quid dicitur, AVCTORE iudice: *l. 137. D. de reg. iur. l. 14. §. 1. D. de religioſ.* AVCTORE quoque Praetore, vel praeſide, quid factum dicitur. *l. 1. C. de praed. min. l. 1. §. 9. D. quod legator.* Nam iis auctoribus aliquis deſert iusiurandum: *l. 5. §. 14. D. de oper. nou. nunc.* et poſſidet: *l. 1. §. 36. D. de poſ.* et tranſigit. *l. 8. pr. D. de tranſact.* Sic et, tutore AVCTORE, pupillus adire hereditatem, abſtinere, contrahere, et alia id genus facere traditur. AVCTOR vero fieri dicitur, qui auctoritatem accommodat et interponit. *l. 11. D. de adopt. l. 31. pr. D. de vſurpat.* Vlpian. *Fragm. XI, 24.* Sic AVCTOR fit ad litem. *l. 27. pr. D. de teſtam. tut.* Plane AVCTOREM fieri idem eſt, ac dicere, probare ſe id, quod agitur. *l. 3. D. de auctorit. et conſ. tut.* Nec enim praeſentia corporis ſufficit ad aucturitatem, ſi tutor, vel ſomno, vel morbo oppreſſus, taceat, vel inuitus retineatur. *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* Nec multum intereſt, abſuerit tutor, quum negotium gereretur, an praeſens ignorauerit, quale eſſet, quod contraheretur. *l. 15. D. eod. tit.* Atque ita *praetorum, tutorumque* AVCTORITATEM accipimus *tit. D. et C. de auctor. tut. et l. 8. D. de transact.* eaque AVCTORITAS accommodari, interponi, et interuenire, dicitur. ¶. 9. AVCTOR, pro petitore accipitur in Papiani *Reſponſo tit. XXXII.* AVCTOREM *cuiuscunque negotii, id eſt, petitorem, aduerſarium ſuum interpellare debere.* HEIN.

AVCTORAMENTVM, ſacramentum, quo ſe obſtringebant illi, qui ſe ad ludum gladiatorium locabant vendebantue, quoque ſe dira quaeuis ſubire, VRI, VINCIRI, FERROque NECARI, et iſta VEL INVITOS PATI velle, ſpondebant. Haec enim atrocis iſtius ſacramenti verba ſeruauit Seneca *Epiſt. XXXVII.* HEIN. Hinc AVCTORAMENTO *rogatus ad gladium* apud Auctorem *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 3.* Sueton. *Tiber. Cap. VII.* Quinctilian. *Declam. IX.* ¶. 2. Ad ſacramentum militare id vocabulum transfertur *l. 1. C. Theod. de quaeſt.* vbi illud AVCTORAMENTVM *militiae* dicitur.

AVCTORARI auctorem fieri, auctoritatemque accommodare et interponere ſignificat. *l. 4. D. de auct. tut. l. 9. D. de eo quod falſ. tut. auct.* ¶. 2. AVCTORATI etiam dicebantur, teſte Acrone *in Horat. Lib. VII. ſerm. Sat. 7.* qui, intercedente auctoramento vel ſacramento, ad ludum ſe vendiderant: vti et AVCTORATIO, gladiatorum venditio erat. Vetus Gloſſarium, ſeu lexicon B. Germani: AVCTORATVS, *αὐθαιρέτως εἰς δοῦλον ἑαυτὸν βάλλων, καὶ μονόμαχος, qui ſe ipſe vltro, tanquam ſeruum vel gladiatorem, addicit.* Sic apud Quinctilian. *Declam. CCCII.* quae inſcribitur AVCTORATVS *ad ſepeliendum patrem: Quidam, ait, vt patrem ſepeliret,* AVCTORAVIT *ſe.* Seneca in *Apocol. Claudii: Sed et proximo munere inter noxios* AVCTORATOS. Liu. *Lib VII. Eo enim pignore veluti* AVCTORATVM *ſibi proditorem, ratus eſt.* Sic AVCTORATVS *depugnandi cauſſa* apud Auctor. *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. IX. §. 2.* Dicuntur iidem *ſe ad gladium locaſſe* apud Senec. *Epiſt. LXXXVII. ad mortem locati* apud eumdem *Nat. Quaeſt. VII, 31. funera ſua vendidiſſe*, apud Iuuenal. *Sat. VIII. v. 192.* Plura de his AVCTORATIS Lipſ. *Saturn. II, 3. et 5.* Interpretes ad Petron. *Satyr. Cap. CXVII.* et Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 746.* vbi auctoratos a Iulio Firmico Materno *Lib. III. Math. Cap. 5.* et *Lib. IV. Cap. 15.* et AVCTORES dictos eſſe, quod ipſi eſſent auctores venditionis ſuae facti, obſeruat, poſt Claud. Salmaſ. *ad Trebell. Poll. Gallien. Cap. XII.* HEIN.

AVCTORITAS, pro iure dominii in XII. Tabulis. Nam tabula III. cautum fuerat, vt ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS eſſet. Cic. *de Offic. I, 12.* et Tabula VI: VT VSVS AVCTORITAS FVNDI BIENNIVM; CETERARVM RERVM ANNVS VSVS eſſet. Idem *Topic. Cap. IV.* HEIN. Ita etiam in lege Atinia: QVOD SVBREPTVM ERIT, EIVS REI AETERNA AVCTORITAS ESTO. Gell. *Noct. Atticar. XVII, 7.* ¶. 2. AVCTORITAS, actio pro euictione, vt Venuleius interpretatur, *l. vlt. D. de euict.* quam Graeci *βεβαιώσεως δίκην* vocant, vt Pollux *Lib. VIII. ſegm. 34.* ſcribit. [Plaut. Trinum. *Act. I. ſcen. vlt.*

Si exquiratur vsque ab ſtirpe AVCTORITAS.]

Sed hic alio plane ſenſu accipitur AVCTORITAS, pro eo, qui primus famam aliquam diſtulit. HEIN. Sic apud Paull. *Sent. II, 17, 3. Res emta, mancipatione et traditione perfecta, ſi euincatur,* AVCTORITATIS *venditor duplo tenus obligatur.* Et AVCTORITATEM *praeſtare* dixit Cic. *pro Cluent. Auito* AVCTORITATEM *promittere* Seneca *Lib. IV. Nat. Quaeſt.* contra AVCTORITATEM *defugere:* Plaut. *Poenul. Act. I. ſcen. I.* Terent. *in Eunuch. Act. II. ſcen. 3.* Cic. *pro Sulla Cap. XI.* ¶. 3. Inde inſtrumenta AVCTORITATIS, quibus origo rerum et probatio iuris noſtri continetur, quae vulgo titulos adquiſitionum adpellamus. *l. vlt. D. de pign. act.* et apud Senec. *Lib. IV. Controu. 22.* vbi quae *emtionis tabulae* primum, eaedem poſtea AVCTORITATIS *tabellae* adpellantur. *Inſtrumenta ad probationem originis praediorum* adpellat. *l. 24. C. de fideicomm.* Tertull. *lib. de praeſcript. adu. haeret. Cap. XXXVII. Habeo* ORIGINES *firmas ab ipſis* AVCTORIBVS, *quorum fuit res.* ¶. 4. AVCTORITAS, pro iuſſu et voluntate ſuperiorum. Sic ſaepe vetuſtis monimentis praemiſſam animaduertimus formulam: EX AVCTORITATE, veluti apud Gruter. *Inſcript. p. CCXXII, 1. et p. DCCXLVII, 6. 7.* HEIN. Hinc AVCTORITAS Auguſti: *pr. Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt. pr. Inſt. de codicill. l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* AVCTORITAS cognoſcentis: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill.* AVCTORITAS iudicis: *l. 2. C. de reſc. vendit. l. vlt. C. de ſentent. quae ſine adpell. l. 6. C. quod cum eo. l. 6. §. 2. D. de re iud. l. 4. C. qui bon. ced.* AVCTORITAS magiſtratuum: *l. 3. §. 1. D. de reb. eor.* AVCTORITAS patrum: *l. 2. §. 12. D. de orig. iur.* praeſidis: *l. 23. D. quae in fraud. cred. l. 5. C. de patr. pot. l. vlt. C. ſi in cauſſ. iudic. l. 2. §. vlt. D. de oper. publ.*

AVC.

l. 2. C. ſi propt. publ. l. 3. C. de praed. min. praetoris: l. 5. § 4. 5. 8. D. de reb. eor. principis: l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. publica: l. 2. §. 4. et 5. D. de orig. iur. l. vlt. D. quis a quo adpell. l. 4. D. de adminiſtr. rer. l. 3. D. de op. publ. l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 9. §. 4. D. de diuiſ. rer. l. 2. D. de adopt. et §. 1. Inſt. eod. l. vlt. C. ſi in cauſſ. iud. rectoris prouinciae: l. 2. C. de ſeru. reip. l. 10. C. de pign. ſenatus: l. 2. D. de vſufr. ear. rer. Seueri Imp. l. 92. D. de condit. et demonſtr. ¶. 5. AVCTORITAS porro tribuitur omnibus quae vel publicis auſpiciis, vel rite, et ex legum praeſcripto fiunt. Hinc AVCTORITAS contractus: l. 1. C. ſi antiquior. decreti: l. 50. D. ad SC. Trebell. defuncti: l. 7. D. de ann. leg. dignitatis: l. 19. in fin. D. de offic. praef. fiſcalis: l. 2. C. quib ad libert. iubentis: l. 1. C. ſi in cauſſ. iud iudiciorum: l. 5. §. vlt. D. de hered. petit. iudicati: l. 1. C. qui pro ſua. l. 7. C. de ſent. et interloqu. l. vlt. C. de ſent. quae ſine cert. quant. AVCTORITAS iuris: l. 50. D. ad SC. Trebell. l. 1. C. de condict. ob cauſſ. dat. l. 2. C. ne fil. pro patre. l. 36. D. de ſtatulib. l. 8. C. de transact. l. 112. §. vlt. D. de legat. I. l. 1. C. ſi adu. fiſc. l. 6. l. 14. C. ad SC. Vellei. l. 39. §. 6. D. de admin. et peric. tut. AVCTORITAS iuris ciuilis: l. 6. C. de rer. permutat. publici iuris: l. 4. C. de incol. l. 2. C. qui morb. ſe excuſ. Hinc AVCTORITATE iuris declaratur: l. 7. C. qui potior. in pign. manifeſtatur: l. 5. C. de except. reſponſum: l. 6. C. de pact. conu. AVCTORITATE iuris improbatur pactum: l. 3. C. de collation. Sub AVCTORITATE iuris ſcientiae: l. 91. §. 3. D. de verb. oblig. AVCTORITAS iuris non refragabitur: l. 4. pr. D. de in lit. iur. Sed multis his locis, IVRIS AVCTORITAS eſt edictum perpetuum, quod et edicti perpetui auctoritatem, et iuris auctoritatem manifeſto adpellari, animaduertimus l. 3. C. de edendo l. 10. C. Gregor. de pact. HEIN. Porro celebratur AVCTORITAS legum: l. 3. C. de pagan. l. 4. C. ad leg. Iul. de adult. l. 10. C. fam. erciſc. l. vlt. C. de except. l. vlt. C. de iur. et fact. ignor. rei iudicatae: l. 3. §. 3. D. de reb. eor. l. 27. D. de inoffic. teſt. l. 14. §. vlt. D. de adpell. l. 5. C. de re iud. l. 4. C. de ſent. et interloqu. rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum: l. 38. D. de legib. reſcripti: l. 2. C. de adpellat. l. 3. C. ſi minor. ſe maior. l. 3. C. vnde vi. l. 5. C. de reuoc. donat. Senatusconſulti: l. 15. §. 1. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 3. §. 1. D. de colleg. l. 9. D. de reb. eor. l. 6. et l. 14. C. ad SC. Macedon. l. 14. C. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. C. ſi aduerſ. donat. l. 7. et l. 11. C. de praed. min. l. vlt. C. de his, qui ſibi adſcript. ſententiae. l. 18. D. de accuſ. l. 16. §. 6. D. de de pign. l. 1. C. quando prouoc. ¶. 6. AVCTORITAS etiam perſcribi dicebatur pro Senatusconſultis, quum ob id, quod iis quis interceſſiſſet, eorum, qui adfuerant nomina conſcribebantur, vt ex Cic. Lib. VIII. ad famil. Epiſtola VIII. et ex eiusdem Lib. III. de orat. Cap. 2. patet. Quam verbi huius vim bene ita reddidit Dio Lib. LV. p. 629. ἐβουλεύοντο μὲν καὶ ἡ γε γνώμη συνεγράφετο, ὁ μέν τοι καὶ τέλος τε ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλὰ ΑΥΚΤΩΡΙΤΑΣ ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ. In medium conſulebant, et haec eorum ſententia perſcribebatur, non quidem vt vim SC. obtineret, ſed AVCTORITAS dicebatur, vt manifeſta eſſet eorum conſultatio. ¶. 7. AVCTORITAS magiſtratuum, pro litteris et edictis, quae publicis locis proponunt, aliquid iubentes, vetantesue. l. vlt. C. de fabricenſ. l. 10. C. de aquaeduct. l. vlt. C. Theod. de cenſ. ciuit. non adſcrib. l. 1. C. Theod. ſi cert. pet. de chichirogr. Nouella Valentiniani de indulg. debit. l. 1. C. de metat. Sic et in Caſſiodoro aliquoties, et in Beatorum paſſionibus, vt vocant, hoc verbum accipitur. ¶. 8. Denique et eruditis in ſua arte AVCTORITATEM tribui animaduertimus. Sic AVCTORITAS Hippocratis: l. 12. D. de ſtatu hom. AVCTORITAS prudentum: l. 7. D. de iuſt. et iur. l. 2. §. 5. D. de orig. iur. AVCTORITAS Tuberonis. l. 7. D. de ſupellect. leg.

AVC. AVD.

AVCTVMNVS, adiectiue. AVCTVMNIS foetibus decerpendis, in l. 11. C. Theod. de feriis. pro quo in l. 7. C. eod. tit. eſt: auctumnos fructibus decerpendis. At illud omnino Latinum, nec inelegans. Auſon. Eidyll. VIII:

Mordeat AVCTVMNAS frigus ſubtile pruinas.

Gell. Noct. Attic. IX, 7. Quodam tempeſtatis AVCTVMNAE die. Debemus haec Io. Fridr. Gronouio Obſ. III, 24. p. 668. ſequ. HEIN.

AVCVPARI et AVCVPIVM. AVCVPANDI gratia fundum ingredi: l. 3. §. 1. D. de adquir. rer. dom. Ab AVCVPIO reditus agri: l. 12. §. 13. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. AVCVPIORVM reditus. l. 9. §. 3. D. de vſufr.

AVCVPATIO, captatio verborum. l. 1. C. de formul. et impetrat. action. ſubl. Eadem translatione vſus Cicero de Orat. Lib. I. Cap. 55. leguleios vocat praecones actionum, cantores formularum, verborum AVCVPES. Et in Orat. pro A. Caecina Cap. XXIII. Tum AVCVPIA verborum et litterarum tendiculas in inuidiam vocant. HEIN.

AVD.

AVDACIA furoris. l. 7. C. vnde vi l. 3. C. Theod. de aequaed. Optat. Afer. Lib. V: o rabidam furoris audaciam. De eo loco quid Cuiacio in mentem venerit, diximus ſupra ſub voce: ARBITA. HEIN. Vigilius Tapſ. Lib. I. contra Eutych: Illud etiam ſolita FVRORIS AVDACIA reprehendere ſolet. Eodem modo temeritatis audaciam legimus in Epiſtola Conſtantini apud eumdem auctorem. Iunguntur etiam audacia et temeritas, in l. 1. D. de publican. Quantae AVDACIAE ac TEMERITATIS ſint publicanorum factiones.

AVDAX. AVDACIOR factus hac ſpe: l. 1. §. 1. D. ſi is qui teſtam. lib. AVDACISSIMVS quisque. l. 1. §. 5. D. de Carbon. edict.

AVDENTER poſſis dicere: l. 29. §. 14. D. de lib. et poſtum. Non AVDENTER itaque dicitur. l. 1. §. vlt. D. ſi pars hered. pet.

AVDIENTIA, quae Epiſcopis tribuitur. tit. C. de Epiſc. aud. nuda fuit cognitio, ſine vlla exſequendi poteſtate, quo ſenſu accipi id verbum videtur in l. 1. C. de iurisd. l. vn. C. ne liceat potent. et l. 7. C. de ordine iudic. Sozom. Hiſt. eccl. Lib. I Cap. IX. εἰς ἔργον τὰ κρινόμενα παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἄγειν τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας. Iudicata ab epiſcopis ad effectum perducere magiſtratus, et, qui illis miniſtrent, milites. HEIN.

AVDIRE in ſenſu proprio: vt AVDIRI praetorias ſtipulationes, id eſt exaudiri, ſeu accipi. l. 5. D. de verb. oblig. Minus AVDIENS, id eſt, qui

tardius

AVD.

tardius exaudit. *l. vlt. D. de legit. tut.* AVDITO, quod. *l. 9. pr. D. quod met. cauſſ.* ¶. 2. AVDIENS *dicto*, id eſt, obtemperans. *l. 1. §. 3. D. ſi quis. omiſſ. cauſſ. teſt. l. 21. §. 1. D. de act. rer. amot l. 19. pr. D. de Aedilit. edict. l. 20. D. de obligat. et act.* ¶. 3. AVDIRE iudex, praefectus vrbi, praeſes, dicitur, qui cognoſcit, immo qui aliquid poſtulantem admittit. Nam AVDIENDI ESSENT an NON AVDIENDI, qui aliquid *deſiderabant*, *poſtulabant*, *offerebant*, *volebant*, ex eo iudicabatur, ſi eorum iuſta vel iniuſta, aequa iniquaue eſſet poſtulatio. Hinc frequenter leges noſtrae: AVDIRI debet: *l. 12. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 46. pr. D. de procur. l. 3. §. 6. D. de minorib.* An AVDIRI debeat: *l. 11. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* AVDIRI eum oportere, ſi velit: *l. 44. §. vlt. D. de fideicomm. libert.* AVDIRI poteſt, ſi ſatisdationem dare paratus ſit: *l. 7. §. 1. D. qui ſatisd. cog.* AVDIENDI heredes ſi repetere velint: *l. 34. D. de negot. geſt.* AVDIENDI, qui actionem ſibi dari poſtulant: *l. 4. D. de SC. Silan.* AVDIENDVS, qui poſtulat ſuo nomine litem ſuſcipere: *l. 64. D. de procur.* An AVDIENDA eſſet, dicendo: *l. 41. §. 4. D. de fideic. libert.* AVDIENDVS eſt: *l. 123. D. de legat. I.* AVDIENDI ſunt, quum deſiderant: *l. 56. D. locat.* Hactenus erit AVDIENDVS. *l. 25. D. de procurat.* Denique AVDIENDVS et REPELLENDVS EST, opponuntur. *l. 24. §. 2. D. de minor.* Hinc magiſtratus modo AVDIRE dicuntur, veluti cauſſam: *l. 26. D. de adpellat. l. 27. §. 1. D. de liber. cauſſa.* crimina: *l. 6. D. de accuſat.* cuſtodias: *l. 18. §. vlt. D. de quaeſt. l. 12. D. de publ. iud.* et apud Sueton. *Domitian. Cap. XVII.* ex interdictis: *l. 1. §. 6. D. de offic. praef. vrb.* mulierem propitiis auribus: *l. 23. D. de iure dot.* querelas: *l. 12. §. vlt. D. de re milit.* reum: *l. 1. D. de fur. baln. l. 7. §. 1. qui ſatisd. cog.* ſcelera. Iuuenal. *Sat. XIII.* Modo NON AVDIRE. Sic AVDIRI NON debet debitor: *l. 5. C. de ſeru. pign.* NON AVDIETVR reus, ſemel delatus. *l. 2. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* NEC AVDIRI debebit: *l. 78. §. 4. D. de iur. dot.* AVDIRI NON oportet ignauiam praetendentes: *l. 78. §. 2. D. de legat. II.* NON facile apud iudicem AVDIETVR. *l. 14. §. vlt. D. de ſeru. corr.* NEC AVDIRI debet, ſi velit ſibi caueri: *l. 18. §. 2. D. de damn. infect.* neque ſi poſtea ſuccurri ſibi velit AVDIENDVM eum: *l. 18. §. 2. D. eod. tit.* AVDIENDVS NON eſt deſiderans: *l. 22. D. ad leg. Falcid.* NEC AVDIENDVS eſt debitor, ſi eligit: *l. 35. D. de pignorat. act.* AVDIENDVS NON eſt promiſſor, ſi velit, fidem conſtitutae rei frangere: *l. 25. pr. D. de pecun. conſt.* NON eſt AVDIENDVS, deſiderans adiri hereditatem: *l. 83. D. de hered. inſt.* AVDIENDI NON ſunt offerentes: *l. 16. pr. D. de mun. et honor.* NON eſt AVDIENDVS ſeruus. *l. 25. D. de fideicomm. libert.*

AVDITORES, pro diſcipulis, in *l. 2. §. 42. ſequ. D. de orig. iur. l. 1. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 12. §. 6. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Seneca *Lib. IX. Contr. 2. Initio contumeliae cauſſa a deridentibus diſcipuli Latronis* AVDITORES *vocabantur: deinde in vſu verbum eſſe coepit, et promiſcue poni pro diſcipulo* AVDITOR. Addatur Cuiac. *Obſ. XXVII, 4.* HEIN.

AVDITORIVM, locus, in quo cauſſae agebantur. *l. 1. D. an per al. cauſſ. adpell. l. 1. §. vlt. D. ne de ſtat. defunct. l. 7. C. de poſtul.* Ἀκροατήριον vocatur *Act. Apoſt. Cap. XXV. v. 23.* Sic *maius*

AVD. AVE.

AVDITORIVM, eſt iudicium ſuperius. *l. 54. D. de ſent. et re iud.* HEIN. ¶. 2. Hinc AVDITOrium magiſtratuum: *l. pen. D. de offic. adſeſſ. l. 78. §. pen. D. de iure dot.* ¶. 3. AVDITORIVM praefecti praetorio: *l. 40. D. de reb. cred.* Ambroſ. *in orat. funebri in obitu fratris: Quam incredibili admiratione in* AVDITORIO PRAEFECTVRAE *ſublimis eminuit?* Paullinus *in vita Ambroſii: In* AVDITORIO *praefecti praetorio ita ſplendide cauſſas perorabat.* Dicitur et AVDITORIVM SACRVM *amplitudinis praefectorianae*: *in l. 67. C. Theod. de adpellat.* ¶. 4. AVDITORIVM praefecti vrbis. *l. 18. C. Theod. de adpellat* ¶. 5. AVDITORIVM principis: *l. 18. §. 1. D. de min. l. 22. D. ad SC. Trebell.* Hoc *ſacrum conſiſtorium* in recentioribus Imperatorum conſtitutionibus adpellatur: *l. vlt. §. 2. C. de temp. adpell.* item *ſacrum auditorium*: in *l. 2. Cod. Theod. de pact. et transact. l. 13. 40. 44. 48. C. Theod. de adpellat. l. 3. l. 4. l. 5. C. Theod. de reparat.* Cenſorin. *de die nat. Cap. V. Quam denique vrbs Roma et* AVDITORIA SACRA *mirata ſunt.* Auſonius *in grat. act. Ne faſtigium* AVDITORII *ſacri dictorum tuorum interpres offendam.* Symmach. *Lib. VIII. Epiſt. 17. Prouinciali actione decurſa, quae ad* SACRI AVDITORII *cognitorem neceſſaria prouocatione peruenit.* De eo principis aeque, ac Praefecti praetorio, AVDITORIO plura vide in V. C. ED. Ottonis *Papiniano Cap. XIV. p. 320. ſequ.* HEIN. ¶. 6. AVDITORIVM procuratoris Africae: *l. 3. C. Theod. de adpellat.* ¶. 7. AVDITORIVM publicum. *l. 1. fin. D. ne de ſtatu def. quaer.* ¶. 8. Ad haec auditoria pertinent loquutiones: AVDITORIVM, id eſt, cauſſae cognitionem *recipere*: in *l. 41. D. de recept. arb.* In AVDITORIVM induci: *l. 18. §. 1. D. de min.* In AVDITORIO dixi: *l. 78. §. pen. D. de iure dot.* In AVDITORIO examinari: *l. 18. D. de minor.* In AVDITORIO quaeretur. *l. 4. C. de liber. cauſſ.* ¶. 9. AVDITORIVM, id eſt, locus, aeroaſibus ſcholaſticis deſtinatus. *l. vlt. C. Theod. de ſtud. liberal. et l. 1. C. Iuſtin. cod. tit.*

AVE.

AVE vel HAVE, formula, qua reſcripta vel auſpicabantur, vel finiebant Principes. e.g. HAVE, *Anthemi, cariſſime nobis*: in *l. 2. C. Theod. de offic. rector. prouinc.* Similis eſt inſcriptio *l. 9. C. de adpellat.* et *l. 11. C. de accuſat.* quam ex vetere codice MSC. ita reſtituit Cuiac. *Obſ. I, 15.* HABE, *Criſpine, cariſſime nobis.* HABE pro HAVE, vti BIBERE pro *viuere.* Propria Imperatoribus fuiſſe videtur haec ſalutandi formula, ceu innuit etiam Mamertin. *in Panegyr. Cap. XXIX.* Pontifices Romani eodem exemplo bullis ſuis ſubiicere ſolebant: BENE VALETE, quod LEO PP. IX. in monogramma contraxit, ceu oſtenderunt Mabillon. *de re diplom. II, 14.* et Heinecc. *de Sigill. I, 12, 4. p. 144.* HEIN.

AVEHERE. AVEHENDI vini tempus. *l. 4. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend.*

AVELLERE. Sic AVELLITVR fundus: *l. 17. D. de fund. dot.* AVELLVNTVR numi: *l. 3. §. 9. D. de ſtatulib.* AVELLITVR poſſeſſio: Paull. *Sent. V, 2, 5.* res: *l. 17. D. de mort. cauſſ. donat. l. 82. D. de legat. II.* AVELLVNTVR termini: *l. 1. D. de term. mot.*

AVENA pro herbis inutilibus, vna cum frumento caelo humido prouenientibus. *l. 27. §. 14.*

 D. ad

D. ad leg. Aquill. Si lolium aut AVENAM *in alienam ſegetem inieccrit.* In *l. 15. §. 2. D. locat. herbarum ſegetes corrumpentium* nomine venit. Ceterum notum eſt, *lolium* et *auenam* coniungi etiam a Virgil. *Georg. I. v. 153.*

Interque nitentia culta
Infelix lolium, et ſteriles dominantur AVENAE, HEIN.

AVERSIO, AVERSIONE venire dicitur, quod confuſe et vniuerſaliter, ſiue pretio inſimul dicto, non in ſingulas res conſtituto, venit, vt Caius loquitur in *l. 35. §. 5. ſequ. D. de contr. emt.* ſeu confuſe vniuerſis rebus venditis conſtituto pretio, vt in *l. 36. D. de Aedilit. edict.* Vulgo id dicimus: *en gros, et en bloc.* Sic in *l. 4. §. 1. D. de peric. et comm. rei vend.* AVERSIONE vinum veniſſe accipe, quum omne, quantumcumque fuit, vno pretio veniit, non in ſingulas amphoras, vel metretas, certo pretio conſtituto. Sic et in *l. 62. fin. D. de contr. emt.* AVERSIONE *locatum opus*, id eſt, vno pretio, non in ſingulas operas, vt Iauolenus loquitur *l. 51. §. vlt. D. locat.* Vnde in *l. 36. D. eod. tit.* AVERSIONE locatum opus opponitur ei, quod ita conductum eſt, vt in pedes menſurasque praeſtetur. AVERSIONE locata inſula, *l. 35. p. D. locat.* id eſt, vno pretio tota, vt in *l. 58. D. eod. tit.* Haec etiam aduerſa facit Paullus in *l. vlt. §. vlt. D. de lege Rhod.* ſicuti AVERSIONE *nauem conductam, et pro numero impoſitarum amphorarum mercedem conſtitutam.* Eodem modo accipe et in *l. 1. §. 15. D. de exercit. act.* Vetus Gloſſarium: AVERSIO *eſt cuiusque operis certa determinatio, ſecundum quam quinis pro mercede opus etiam determinatum ſuis impenſis ſuſcipit finiendum.* Eſt hoc vocabulum iureconſultis tam proprium, et nemo adhuc fuerit, qui illud ea notione apud quemquam veterum occurrere, oſtenderit. Vid. Ant. Auguſtin. *Emendat. III, 6.* Cuiac. *Obſeru. VIII, 15.* Connan. *Comment. VII, 10, 6.* Turneb. *Aduerſ. XXX, 37.* Raeuard. *Variar. II, 7.* Ducker. *de Latin. iurisc. p. 437.* Solus paene Schottus *Obſ. V, 33.* id vocabulum Quinctiliano vindicat *Declam. CCLII.* ſed non niſi ex emendatione ſua. Nam ibi, pro *non malit ſine aduerſario eſſe*, legit: *non malit ſine auerſione eſſe.* Grotius quoque in *florum ſparſ. ad tit. D. de in diem addict.* AVERTERE idem eſſe, ac emere, probare voluit ex Horat. *Lib. II. ſerm. Satyr. 4. v. 37.* ſed ibi *cara piſces* AVERTERE *menſa* non ſignificare, emere, iam oſtendit Gronou. *Obſ. IV, 5. et 22.* Manet ergo proprium iuriſconſultis vocabulum, neque tamen ideo barbarum cenſendum, quod auctores noſtri etiam melioris aetatis vſurparunt. HEIN.

[AVERTA, in *l. 12. C. de curſu publ. et l. 47. et l. 48. C. Theod. eod. tit.* quid ſignificet, explicat Graecus interpres apud Budaeum *in Adnot. ad l. eos. 27. D. ad leg. Corn. de falſ.* Ἀβέϱτα, ait ille τουτέστι τὸ ὑπομόχλιον, ὅπερ ἐπιφέρονται κατὰ [illegible]νώτου ἔστι καὶ αὐτὸ ἑξήκοντα λιτρῶν· καλεῖται δὲ Ἀβέρτα ἐκ τοῦ ἀποστρέφεσθαι. AVERTA, *id eſt, ferculum anſatum, quod ferunt in dorſo. Eſt et ipſum ſexaginta librarum, et ab auertendo nomen accepit.*] Vſus eo vocabulo iam eſt vetus interpres Horat. *Lib. I. Sat. 6. v. 106.* vbi explicaturus, quid *mantica* ſit, *Pera*, inquit, *mantica, auerta*: adeoque falluntur, qui AVERTAM pro genere vehiculi habent. HEIN.

AVERTARIVS, equus, cui id onus vel ferculum imponitur. *l. 22. C. Theod. de curſu publ.*

AVERTERE, et amouere et intercipere ſignificat. Sic AVERTERE onus: Tertull. *aduerſ. Marcion. Lib. V. Cap. I. Si nullum omnino onus* AVERTISTI, *vel adulteraſti.* Vnde *oneris* AVERSI *actio* in *l. 31. D. locat.* Sic AVERTERE aquam: *l. 1. pr. D. de aqu. et aqu. pluu.* curſum fluminis: *l. 1. C. de alluuion.* flumen vel torrentem: *l. 2. §. 9. D. de aqu. et aqu. pluu.* merces: *l. 7. §. pen. D. de tributor. act. l. 3. v. Sed etſi quis D. ſtellionat.* peculium: *l. 21. pr. D. de pecul.* pecuniam: Cicero *in Verr. I, 4.* rem frumentariam: Idem *in Verr. III, 55.* Eodemque genere AVERTERE hereditatem, dixit *Lib. XII. ad Familiar. Epiſt. XXV.* et *Lib. XIII. Epiſt. 29. Deinde quum fere conſiſtat hereditas in iis rebus, quas* AVERTIT *Oppia.* Seneca *de Tranquillit. animi: Magno labore adſectata hereditas* AVERSA *eſt.* AVERSA ſella: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* AVERSA, id eſt ſubtracta. *l. 2. §. 13. D. ſi is, qui teſt. lib.*

AVF.

AVFERRE, interdum eſt alieni iuris rem, inuito ignoranteue eo, qui eam habet, tenet, poſſidet, tollere. Sic AVFERRE furto rem: *l. 3. C. de furt.* AVFERRE clam rem commodatam: *l. 59. D. eod. tit.* AVFERRE apes vel fauum: *l. 26. pr. D. de furt.* parum vini ex dolio: *l. 21. pr. D. eod.* pocula duo: *l. 21. §. 3. D. eod. tit.* ABLATVM mancipium per vim vel furtum. *l. 23. C. de rei vind.* ABLATAE res per furtum: *l. 58. pr. et §. vlt. D. de Aedilit. edict.* ¶. 2. Aliud vero eſt AVFERRE, aliud *abducere.* AVFERRI namque dicuntur res mobiles, quae anima carent: ABDVCI animales. *l. 17. D. de euict.* AVFERRE tamen aprum, dixit Proculus in *l. 55. D. de adquir. rer. dom.*

¶. 3. AVFERRE rem vel partem eius, idem ac conſequi, nanciſci, recuperare. Quod variis modis contingit: veluti *iudicio, per actionem, per bonorum poſſeſſionem, ex teſtamento*, et *ab inteſtato.* Sic aliquis AVFERT aeſtimationem: *l. 85. D. de legat. I. l. 66. §. 5. D. de legat. II.* id quod contulit: *l. 55. D. pro ſoc.* dominium: *l. 7. C. ad SC. Vellei. l. 23. C. de iure dot.* duplum: *l. 21. D. de her. vel act. vend. l. vlt. D. famil. erciſc.* fructus: *l. 12. §. 1. D. de diſtr. pign.* fundum: *l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* hereditatem: *l. 12. D. de his, quae vt indign. l. 125. D. de legat. I.* legatum: *l. 43. D. de hered. petit.* partes: *l. 76. princ. D. de legat. II.* pecuniam: *l. 21. D. de iur. fiſc. l. 9. D. ſi pars hered. l. 13. D. de obl. et act. l. 12. D. ad leg. Iul. peculat.* plus, quod relictum, quam lege conceditur: *l. 43. pr. D. de condit. et demonſtr.* poſſeſſionem: *l. 44. pr. D. de adquir. poſſeſſ. l. 2. C. de inoffic. teſt.* pretium: *l. 15. D. de iure dot.* quadrantem emancipatus: *l. 1. §. 3. D. de collat.* rem: *l. 12. pr. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* ac denique tabulas depoſitas: *l. vlt. D. de his, quae in teſt. del.* Plane ea omnia quis AVFERT vel conſequitur, agendo: *l. 12. §. 7. de euict.* per actionem: *l. 85. D. de legat. I.* per adpellationem: *l. 57. §. vlt. D. de admin. et peric. tut.* per bonorum poſſeſſionem: *l. 35. D. vulg. et pupill. ſubſt.* cognitione Praetoria: *l. 39. pr. D. de euict.* per damnationem: *l. 3. C. ſi pend. adpell.* ab inteſtato: *l. 12. pr. D. de iniuſt. rupt. irrit.* per iudicium: *l. 22. §. vlt.*

§. vlt. *D. de euict.* per ſententiam: *l. 97. D. de reg. iur.* ex teſtamento. *l. 43. D. de hered. petit.*

¶. 4. In primis etiam dicitur AVFERRI res, quae euincitur. *l. 38. §. 6. D. de verb. oblig. l. 28. D. de contrah. emt. l. 39. pr. et l. 17. D. de euict.* ¶. 5. AVFERTVR, quod cui ex iuſta cauſſa extorquetur. Sic aliquid AVFERRE dicitur Falcidia: *l. 10. D. de dote prael.* ipſaque cauſſa. *l. 3. pr. D. de cond. indeb.* AVFERTVR beneficium: *l. 5. §. 19. D. de his, quae vt indign.* AVFERVNTVR bona: *l. 3. C. ſi pend. adpell. l. 21. D. ad leg. Corn. de falſ.* dignitas: *l. 9. D. de ſenator.* dominium: *l. 36. D. de nox. act.* hereditas: *l. 2. pr.* et *l. 12. D. de his, quae vt indign.* legatum: *l. 20. pr. D. de adim. legat.* pars bonorum: *l. 7. §. 1. D. de iur. patron.* poſſeſſio: *l. 12. pr. D. de precar.* poteſtas: *l. 11. §. 2. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* res: *l. 1. fin. D. de donat.* ſucceſſio: *l. 46. pr. D. de iure fiſci. l. 8. §. 14. D. de inoff. teſt.*

AVFIDIVS NAMVSA, Seruii auditoribus adnumeratur, *l. 2. §. 44. D. de orig. iur.* ibique reliquorum libros in centum et quinquaginta ab eo digeſtos refert Pomponius. De eo operae elegantiſſimam Corn. van Bynkerſh. coniecturam iam ſupra attulimus in articulo ALFENVS VARVS. HEIN. ¶. 2. Hinc illa: AVFIDIVS Seruium reſpondiſſe refert: *l. 52. §. vlt. D. pro ſoc.* Apud AVFIDIVM libro primo reſcriptum eſt: *l. 20. D. de option. vel elect. leg.* NAMVSA Seruium reſpondiſſe ſcribit: *l. 40. §. 3. D. de condit. et demonſtr.* Eodem NAMVSAE nomine citatur in *l. 5. §. 7. D. commodat. l. 2. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu.*

AVFIDIVS TVCCA itidem ex Seruii auditorum numero fuit. *l. 2. §. 44. D. de orig. iur.*

AVFVGERE a praeceptore ſeruus: *l. 17. §. 3. D. de Aedilit. edict.* AVFVGERVNT ſerui: *l. 36. §. vlt. D. de furt.* AVFVGERE aliquem, pro ab aliquo fugere. *l. 1. C. vbi quis de curiali vel cohortal.*

AVG.

AVGERE et *minuere* opponuntur. *l. 65. pr. D. de legat. II.* itemque AVGERE et deminuere: *l. 22. D. qui et a quib. manum.* Sic AVGET quid aeſtimationem: *l. 7. §. 5. D. de donat. int. vir.* crimen: *l. 6. §. 1. D. de re mil.* dotem: *§. 3. Iuſt. de donat.* AVCTIS facultatibus: *l. 10. §. 3. D. de vacat. et excuſ. mun.* AVGETVR hereditas fructibus: *l. 178. §. 1. D. de verb. ſignif.* itemque partu et foetu. *l. 25. §. vlt. l. 27. pr. D. de hered. petit.* legatum: *l. 35. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* obligatio: *l. 8. D. de eo, quod cert. loc.* patrimonium: *l. 2. C. de tut. vel curat. qui ſat. non ded.* pretium: *l. 12. C. de act. emt.* reditus: *l. 5. §. vlt. D. de operib. publ.* ſocietas: *l. 26. D. pro ſoc. l. 25. D. eod. tit.* vtilitas. *l. 18. §. vlt. in fine D. de indic.*

AVGMENTVM et deminutio itidem opponuntur. *l. 8. §. 1. D. de cond. ind. l. 20. §. 3. D. de her. petit. l. 34 D. de oper. lib.* Hinc ad AVGMENTVM dare: *l. 9. §. vlt. D. de adm. et per. tut.* AVGMENTVM dotis: *l. 31. §. vlt. ſol. matrim.* foenoris et fructuum: *l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* foetuum et partuum: *l. 3. pr. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* fundi: *l. 8. pr. D. de legat. I.* hereditatis: *l. 26. D. de hered. petit. l. 40. §. 1. D. eod. tit.* per ea, quae hereditati acceſſerunt. *l. 20. §. 3. D. eod. tit.* patrimonii: *l. 10. C. arbitr. tut.* ¶. 2. AVGMENTVM pro adiectione pretii. *l. 4. C. de fid. et iur. haſt. fiſcal.* In *l. 9. §. vlt. D. de adm. et peric. tut.* nonnullae editiones habent AVGVMENTVM, quam formam et in quibusdam codicibus Palladii *de re ruſt. Decembr. tit. VI.* et *Febr. tit. XXV.* obſeruarunt viri docti. Sed quum Florentiae et ibi legatur AVGMENTVM: non eſt, quod de analogia iſtius vocis diſputemus. Ducker. *de Latinit. Iuriſc. p. 411.* Obiter tamen moneo, id vocabulum et in Varron. *Lib. IV. de lingua Latina* reperiſſe ſibi viſum Scaligerum *in Coniectan. p. 48.* vbi pro AVGMENTVM legi iubet AVGVMENTVM. HEIN.

AVGVRES conſuli prohibet *l. 5. C. de maleſ. et mathem.* Eorum etiam fit mentio in *l. 4. et l. 9. C. Theod. eod. tit.*

AVGVSTA, principis vxor. *l. 31. D. de legib. l. 57. D. de legat. II. l. 6. in fine D. de iure fiſci. l. 6. §. vlt. D. de poen. l. 7. C. qui teſt. fac. l. 3. C. vbi ſenator l. vlt. C. de quadr. praeſcr.* et alibi ſaepiſſime. Sic AVGVSTARVM, Plotinae, et Fauſtinae, meminit *l. 57. D. de legat. II. et* Pulcheriae *l. vlt. C. Th. de luſtr. collat.* Quamuis enim haec *Pulcheria* non fuerit Auguſti coniux, ſed ſoror: ſolebant tamen principes et aliis illuſtribus feminis, Auguſtae domui cognatione vel adfinitate iunctis, AVGVSTARVM titulum concedere, veluti matribus, ſororibus, conſobrinis, quamuis domo Auguſta emtis. *l. 12. pr. D. de ſenatorib.* Exempla ex hiſtoricis, gemmis, numis, collegerunt [illegible] Alex. Maffeius *in Gemmis. antiqu. p. 43.* Ez. Spanh. *de vſu et praeſt. numism. Tomo II. p. 270.* Immo et repudiatas aliquando ab Imperatoribus AVGVSTARVM cognomen retinuiſſe, demonſtrauit Phil. a Turre *de annis Imp. Marci Aurel. Anton.* HEIN.

AVGVSTALIS *praefectus, rubr. tit. D. et C. de offic. praef. Aug. l. 11. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.* id eſt praefectus Aegypti, vt eſt in *l. 1. D. eod. tit.* qui et AVGVSTALIS abſolute adpellatur. *l. 57. et l. 59. C. de decurion.* Sic AVGVSTALIS, vir ſpectabilis, in *l. 190. et. l. 392. C. Theod.* de epiſc. et cler. AVGVSTALES, *l. 4 C. Theod. de patroc. vicor. l. 57. C. Theod. de adpellat.* quorum iudicium AVGVSTALIANVM vocatur, in *l. vlt. C. Theod. de patrocin. vic.* et eorum poteſtas AVGVSTALITAS, in *l. 11. C. Theod. de cenſit. peraequat.* AVGVSTALES *vicarii. l. 2. C. qui per met. indic.* Erant, et alii AVGVSTALES, diuerſiſſimi a PRAEFECTIS AVGVSTALIBVS Aegypti. Hi enim, qui et SODALES AVGVSTALES dicebantur, erant ſacerdotes, in honorem Auguſti inſtituti a Tiberio, in vrbe XXV, ex viris primariis, in municipiis quaterni, ſeni, et aliquando plures. Tacit. *Annal. I, 54. Hiſtor. II, 95.* Grut. *Inſcr. p. CXLIX, 5.* et *CCXLIX; 5.* Alicubi et totum corpus AVGVSTALIVM in decurias ſuas erat deſcriptum, Grut. *p. MLXXXVIII, 12.* et *p. CCCXXVI, 8.* in quod et feminae recipiebantur. Lipſ. *ad Tacit. Annal. I. p. 14. 25.* Grut. *p. MLXXXVIII, 1. 12. p. CCCCXVII, 4.* Praeerat toti corpori MAGISTER AVGVSTALIS, Grut. *p. CCXLIX, 5. et p. CXLIX, 5.* Reineſ. *ad Inſcript. p. 186.* qui aeque, ac ipſi Auguſtales, e decurionibus lecti. Noriſ. *Cenotaph. Piſan. p. 78.* Hi vero non ſolum ſacra faciebant, ſed et aliquando ius dicebant, et curam viarum gerebant, Grut. *CCCCXXI, 7. 8.*

CLII, 3. CXLIX, 5. non quidem tanquam Auguſtales, ſed tamquam magiſtratus, quia ſaepe tali dignitate vna cum ſacerdotio iſto ſuugebantur, ceu contra Reineſium probauit laudatus Noriſ. *Cenotaph. Piſan. I, 6. p. 77. ſeqn.* qui et docuit, non perpetuum fuiſſe hoc AVGVSTALIVM ſacerdotium, ſed temporarium. Vnde II. AVGVSTALIS adpellatur L. Cancrius apud Gruter. *p. XIX, 6.* Denique obſeruandum, et collegia quaedam ſuos habuiſſe AVGVSTALES MAG. AVGVSTALES, SEVIROS AVGVSTALES, et PRIORES, de quibus *Reineſ. ad Inſcr. p. 29.* HEIN.

AVGVSTVS. Eo cognomine, qua ratione, quaque de cauſſa ornatus fuerit Octauius Caeſar, docent Sueton. *in Aug. Cap. VII.* Ouid. *Lib. I. Faſt. v. 609. ſeqn.* Dio *Lib. LIII. p. 750.* Pauſanias *in Laconic. Lib. III. Cap. XI. p. 232.* ad quos lectorem reiicio. De AVGVSTO qaedam attinguntur in *l. 2. §. 47. D. de orig. iur. §. 1. Inſt. de fideic. hered.* et *pr. Inſt. de codicill.* *A diuo* AVGVSTO *lata eſt lex Iulia de adulteriis:* teſte *l. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* *Lege ſub* AVGVSTO *datum imperium Praefecto Aegypti,* teſte *l. 1. D. de off. praeſ. Aug.* AVGVSTI *beneficiis gratioſa Berytenſis colonia: l. 1. §. 1. D. de cenſib.* Porro *D.* AVGVSTVS *incendiis per ſe conſuli maluit: ſeptemque cohortes vigilum conſtituit. l. 1. l. 2. l. 3. D. de offic. praeſ. vigil.* Eius libri, quos de vita ſua conſcripſerat, citantur in *l. 1. D. de cadau. punit.* Eum enim vitam ſuam triginta libris Cantabrico tenus bello, nec vltra, expoſuiſſe, teſtatur Sueton. *in eius vita Cap. LXXXV.*

AVGVSTVS, adiectiuum. AVGVSTA domus · *rubr. C. de priuil. dom. Aug.* AVGVSTA fortuna: *l. vlt. C. de indic.* AVGVSTA maieſtas: *l. 4. C. de iure fiſci.* AVGVSTVM *priuilegium:* in *l. vn. §. 14. C. de caduc. toll.* nihil aliud eſt, quam quod *legem imperii* vocat Alexander Imperator: *l. 3. C. de teſtam.* id eſt, *lex regia*, quae de imperio Principum lata eſt, et qua eis et in eos omne ſuum imperium ac poteſtatem populus contuliſſe dicitur. *l. 1. pr. D. de conſt. princip.* et *§. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* HEIN.

AVI.

AVIA, patris vel matris mater. AVIA nepotis negotia geſſit. *l. 34. D. de negot. geſt.*

AVIS. Auibus legatis, et anſeres, et gallinae, et phaſiani, et auiaria debentur. *l. 66. D. de legat. III.* AVES, quae in inſulis maritimis aluntur, in reditu ſunt. *l. 11. D. de inſtr. vel inſtr. legat.* De adducta *l. 66. D. de legat. III.* obſeruandum, eam integriorem exſtare in Paulii *Sent. Recept. III, 6, 76.* Quum enim hic Paullus adieciſſet: *An autem phaſianarii, et paſtores anſerum,* (ſimul debeantur,) *voluntatis quaeſtio eſt:* Tribonianus et ſocii ita refinxerant haec verba; *Phaſianarii autem et paſtores anſerum non continentur, niſi id teſtator expreſſit.* Quaſi vero voluiſſe nihil putuerit teſtator, niſi quod verbis expreſſit. HEIN.

AVITVM, ab auo vel auia profectum. Sic AVITA adfectio: *l. 67. §. 1. D. de rit. nupt.* AVITA *bona: l. vlt. D. ad SC. Trebell.* et in formula interdictionis bunorum apud Paull. *recept. Sent. III, 4. 7.* vbi *bona paterna* AVITAque coniunguntur, vt et apud Ciceron. *in Verr. Act. I. Cap. 5.* AVITVS

contractus: *l. 12. D. de adquir. vel omitt. her.* AVITA conuentio: *l. 45. D. ſol. matrim.* AVITAE diuitiae: Ouid. *ex ponto Lib. II. Eleg. 8.* AVITI lares: apud Valer Max. *Lib. VII. Cap. 7.* AVITA lex: *l. vn. C. de bonor. codicill.* AVITVS libertus: *l. 10. §. vlt. l. 11. l. 21. l. 47. §. 3. D. de bon. libert. l. 17. pr. D. de iure patr.* AVITAE opes: Tacit. *Annal. XIII. 34.* AVITVM patrimonium. Quinctilian. *Declam. XXVI. Exul patrimoniis paternis atque* AVITIS. AVITAE poſſeſſiones. Hieronym. *Epiſt. ad Demetriad. Nunc* AVITAS *venundare dicitur poſſeſſiones.* AVITAE res: *l. 30. §. vlt. D. de exc. rei iud.* AVITAE ſedes: apud Tibull. *Lib. I. eleg. I.* AVITA ſepulcra *l. 38. D. de rei vind.* AVITVS ſeruus: *l. 20. §. vlt. D. de ſtipul. ſeru.* AVITA ſucceſſio. *l. 7. C. de omni agr. deſert.*

AVL.

AVLA, pars aedium. *l. 1. C. de his, quib. vt. indign.* HEIN.

AVLAEVM, ſcenae adparatus. *l. 15. §. 5. D. de vſufr.* Donatus *praeſat. Commentar. in Terent.* AVLAEA, ait, *in ſcena ſternuntur; quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam vſque perlatus: pro quibus ſiparia poſterior aetas accepit.* Ac plane AVLAEA ab aula Attali Regis Aſiae, in qua primum inuenta ſunt vela ingentia, nomen traxiſſe, Seruius *in III. Georg. V. v. 25.* tradit. Lucret. *Lib. II.*

Sic vbi tolluntur feſtis AVLAEA *theatris,*
Surgere ſigna vides.

AVLVS CASCELLIVS, Q. Mucii Voluſii auditor, qui quaeſtoria dignitate contentus, conſulatum adſpernatus eſt, quum ei ab Auguſto offerretur. Is librum vnum BENEDICTORVM ſcripſit. Auctor Pomponius, *l. 2. §. 45. D. de orig. iur.* Cuius loci indicio mendum, quod Plinii codicibus, tam in auditoris, quam praeceptoris edendo nomine, tenaciſſime haeret, detegam. Apud eum enim *Lib. VIII. Hiſt. nat. Cap. XI.* ſcriptum inueni: *Apud nos Volcatium nobilem, qui Caeſellium ius ciuile docuit, canis a graſſatore defendit:* quo loco repone: *Voluſium, qui Caſcellium ius ciuile docuit.* Illud addam, Caſcellium hunc acerrimum publicae libertatis adſertorem et vindicem fuiſſe, quo nomine debitis a Valerio Maximo laudibus adfectus fuerat, quibus librariorum iniuria eum fraudari non patiar, tantique viri non minus virtutem, quam nomen, ab interitu et obliuione vindicabo. Elogium autem; quo eum Valerius ornauerat, exſtat *Lib. VI. Cap. II.* in haec verba: AVLVS CASCELLIVS, *vir, iuris ciuilis ſcientia clarus, quam periculoſe contumax! Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum, quas triumuiri dederant, formulam componeret: hoc animi iudicio victoriarum beneficia extra ordinem legum ponens. Idem quum multa de temporibus Caeſaris liberius loqueretur, amicique, ne id faceret, monerent: duas res, quae hominibus amariſſimae videantur, magnam ſibi licentiam praebere, reſpondit, ſenectutem et orbitatem.* Eius ſummam iuriſperitiam commendauit Horatius *in Arte poet. v. 371.* Ad eum enim pertinet, quod ait:

Nec ſcit, quantum Caſcellius Aulus.

ad quae verba vetus interpres: *Caſcellius, ait, iuriſperitus fuit, et ſapiens, vt A. Gellius teſtatur, qui libros Noctium Atticarum ſcripſit.* CASCELLIVS porro littera L. geminata adpellatur in *l. 158. D. de verb. ſign.*

ſign. l. 1. §. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 1. §. 7. D. quod vi aut clam. l. 40. §. 1. D. de condit. et demonſtr. l. 39. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 29. pr. l. 100. pr. D. de legat. III. l. 6. D. de dote praeleg. l. 4. l. 26. §. vlt. D. de inſtr. vel. inſtrum. leg. l. 10. D. de ſupell. leg. l. 39. §. 1. D. de aur. arg. mund. leg.

AVLVS OFILIVS, in Seruii Sulpicii auditoribus nominatur *l. 2. §. 44. D. de orig. iur.* Vt ibidem refertur, libros de iure plurimos ſcripſit, veluti de LEGIBVS VICESIMAE, de IVRISDICTIONE, item EDICTVM PRAETORIS primus diligenter compoſuit. Praeterea libros IVRIS PARTITI complures, quorum ſecundus et quintus citantur in *l. 55. §. 1. D. de legat. III.* Eiusdem liber ſextus decimus ACTIONVM laudatur in *l. 3. §. 5. et §. 8. D. de penu leg.* Citatur et OFILIVS AD ATTICVM, in *l. 234. §. vlt. D. de verb. ſignif.* A. OFILIVS non modo a Cicerone laudatur. *Lib. VII. ad famil. Epiſt. XI.* ſed et C. Iulio Caeſari fuit familiariſſimus, quamuis honores non ambiuerit, ſed in equeſtri ordine conſenuerit. *l. 2. §. 44. D. de orig. iur.* Caeſaris auſpiciis eum primum edictum praetorium compoſuiſſe, idque opus, tamquam edictum aliquod perpetuum, publica auctoritate receptum eſſe, tradit Henr. Dodwell. *Praelect. Cambden. p. 780.* Sed nihil eorum, quae Caeſar de iure ciuili in ordinem redigendo cogitarat, exitum habuiſſe, conſilia omnia ſatis illius principis turbantibus, ſatis notum eſt ex Sueton. *Caeſ. Cap. XLIV.* Praeterea tota iſta res veterum teſtimonio deſtituitur, nullumque, niſi in Dodwelli ingenio, praeſidium reperit. De libro OFILII AD ATTICVM legendus eſt Menag. *Amoenit. iur. Ciuil. Cap. XLII.* HEIN.

AVO.

AVOCARE, pro abducere. Sic AVOCARE aquam: *l. 26. D. de damn. infect.* hereditatem: *l. vlt. D. de his, quae in teſt. del.* hominem: *l. 36. D. de noxal. act.* lapidem: *l. 6. D. de donat.* militem: *l. 3. §. 6. D. de teſtib.* partem eius, quod datum eſt: *l. 6. D. de probat.* partem hereditatis: *l. 17. D. de iniuſt. rupt. irrit.* pignora: *l. 6. C. de oblig. et act.* poſſeſſionem: *l. 2. pr. D. de act. emt. l. 15. §. 1. D. de action.* res. *l. 20. D. de ſolut.* AVOCARI porro quis dicitur ab officio: *l. 24. §. vlt. D. de iudic.* ab opere: *l. vlt. D. de nundin.* a ſignis: *l. 3. §. vlt. D. de teſtib.* reipublicae cauſſa. *l. 75. D. de iudic.* ‖ 2. Singularis eſt phraſis: AVOCARE *cui rem*, pro ab aliquo, vel rem alicui auferre, in *l. 1. §. 11. D. ad leg. Falc. l. 36. D. de noxal. act. l. vlt. D. de his, quae in teſt. del.* HEIN.

AVOLARE et *reuolare*, dicuntur aues manſuetae et manſuefactae: *l. 5. §. 5. D. de adquir. rer. dom. §. 15. Inſt. de rer. diuiſ.*

AVR.

AVRA, pro aere. AVRA communis. *l. 23. C. de poen.* HEIN.

AVRARIVS canon, in *l. 10. C. de excuſ. mun.* praeſtatio fuit, a mercatoribus et negotiatoribus conferri ſolita, quae et AVRARIA *penſitatio* vocatur, in *l. 2. C. de fund. patrim.* AVRARIA *praeſtatio*, in *l. vn. C. Theod. qui a praebit. tir. l. 10. C. Theod. de annon. et tribut. l. 6. C. Theod. de conlat. don.* AVRARIA functio: *l. 13. l. 19. C. Theod. de luſtr. collat. Nouell. Theodoſ. et Valerian. de negotiat.* Caſſiodor. *Var. II, 26.* AVRARIAE ratio: *l. 29. C. Theod. de ſuſcept. praepoſ.* AVRARIA penſio: Caſſiod. *Variar. X, 30.* AVRVM mercatoribus indictum: *l. 6. C. Theod. de luſtr. collat.* negotiatorum collatiu. *l. vlt. C. Theod. de excuſ. artific.* Et hoc fortaſſis eſt AVRVM NEGOTIATORIVM, apud Lampridium *in Alexandro Cap. XXXIII.* a quo id aurum Romae remiſſum refert.

‖ 2. AVRARIVS, *Nouell. Valent. de epiſc. iud.* vel AVRARIVS ſuſceptor, qui aurum hoc collatum recipit. *l. 1. C. de apoch. publ.*

AVRELIVS ARCADIVS CHARISIVS, magiſter libellorum, librum ſingularem *de officio praefecti praetorio* ſcripſerat: item librum ſingularem *de muneribus et honoribus*: itemque alium *de teſtibus*, ex quibus aliquot in Pandectas capita tranſlata ſunt. Is Herennium Modeſtinum citat in *l. vlt. §. 16. D. de mun. et honor.* Vixit hic iurisconſultus non ſub Caro et Carino, vti credidit Guid. Pancirol. *Var. Lect. I, 79. p. 161.* ſed ſaltim poſt Conſtantinum. Meminit enim praefectorum praetorio, a quibus adpellare non liceat. *l. vn. §. 1. D. de offic. praef. praet.* Id vero priuilegium a Conſtantino M. eos accepiſſe anno demum CCCXXXI. ex *l. 16. C. Theod. de adpell.* notum eſt. HEIN.

AVREVS, *l. 2. D. in ius voc. vt caut. l. pen. D. de in ius voc. l. 31. D. de min. l. 7. pr. D. de inviſd. l. 8. §. vlt. cum legib. ſequ. D. de inoff. teſt. l. 25. pr. D. de SC. Silan. l. vn. §. 1. D. ad leg. Iul. de amb.* et alias ſaepe. Sic et Graeci abſolute *χρύσινον* dicunt. Moſchopulus, *ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. τὸ δὲ χρύσινος μόνον ἀεὶ λέγεται, καὶ δηλοῖ νόμισμα ἐκ χρυσοῦ. Id genus monetae* AVREVS *tantum dicitur, idque ſignificat numum ex auro.* AVREVM autem et SOLIDVM idem valere, intelligimus ex collatione *l. 5. §. 6. D. de his, qui effud. vel deiec.* cum *§. 1. Inſt. de oblig. quae ex quaſ. del.* et ex *l. 47. D. de manum. teſt.* cum *l. 8. in fin. et l. 9. D. de inoff. teſt. l. 31. D. de minor.* et *l. 2. C. de fideicomm.* Sed et, quod in Socrat. *Lib. IV. Cap. 34. ὀγδοήκοντα χρυσίνους, id octoginta ſolidos* vertit Caſſiodor. *Lib. VIII. Hiſt. Tripart. VIII, 13. et XII, 2.* Idem fecit in vertenda ad Calliopem Epiſtola, quae a Socrate *Lib. VII. Cap. 25.* refertur. et AVREOS ſolidos dixit Apuleius *Lib. IX. de aſin. aur. p. 225.* et *Lib. X. p. 242.* Vterque viginti quinque denarios, ſeu centum ſeſtertios numos valebat, vt Dio *Lib. LV. p. 556.* tradit. Quem Dionis locum Zonaras *Tomo II. p. 167.* referens: *Δύνανται δὲ*, ait, *παρὰ Ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ χρυσοῦν νόμισμα ἕν· παρὰ δὲ τοῖς ἕλλησιν εἴκοσι δραχμῶν, ὡς Δίων φησὶ, τὸ χρυσοῦν ἀλλάττεται νόμισμα. Valent autem apud Romanos vicenae et quinae drachmae vnum aureum numum, vt Dio ſcribit. Apud Graecos autem xx drachmis vnus aureus permutatur.* AVREORVM iam Plinius *Hiſt. natur. XXXVIII, 3.* meminit. SOLIDORVM ante Conſtantini M. tempora mentionem vsquam fieri, negant Car. du Freſne *in Diſſert. de Imperat. Conſtantinop. numis n. LXXVI.* et V. C. Eo. Otto *de Tutel. viar. III, 1. p. 424.* Quod de vocabulo SOLIDVS, abſolute poſito, fortaſſis accipiendum fuerit.

Nam

Nam *ſolidos* AVREOS bis dixiſſe Apuleium, iam Briſſonius notauit. Hinc vix dubitandum videtur, quin, quoties in edicto praetoris, et antiquiorum iurisconſultorum fragmentis occurrunt SOLIDI, Tribonianus eiusue ſocii id vocabulum ſubſtituerit pro centum ſeſtertium, vt leges ſui temporis rei numariae attemperarent. Ceterum non eundem ſemper fuiſſe ſolidi valorem, omnes agnoſcunt, rei numariae paullo peritiores. Ante Conſtantini M. tempora XLVIII. aurei efficiebant libram auri: ab iis temporibus promiſcue accepti *aureus* et *ſolidus*, teſte Ant. Auguſt. *Emend. II*, *9.* illiusque internus valor multum imminutus eſt, vt ex multorum ſententia ſub Conſtantino M. ſolidi LXXXIV, ſub Valentiniano LXXII in libram auri computarentur. At Io. Frid. Gronouius *de pecun. vet. IV*, *13.* euicit, Conſtantinum M. pro aureis cudiſſe ſolidos quaternorum ſcriptulorum, ſeu XXIV ſiliquarum, quales LXXII libram et ſex vncias auri complectebantur. Itaque tunc aureus a ſolido diſcrepauit proportione ſeſcupla. Vnde idem vir doctus probat emendationem Panciroli et Sauoti, qui in *l. 1. C. Theod. de ponderat.* pro *VII. ſolidis* ſex, et pro XIV. duodecim reſcribunt. HEIN. ¶. 2. AVREVS numus: *l. 159. D. de verb. ſignif. l. 52. §. 13. D. de furt.* AVREA pecunia. *l. 35. D. de pact.* AVREI: *l. 37. §. 1. D. de pecul.* quo nomine et argentei ſignati comprehenduntur. *l. 19. §. 3. D. de furt.*

AVRICHALCVM vas: *l. 45. D. de contrah. emt.* Feſtus: AVRICHALCVM *quidam putant ex aere et auro, ſiue quod colorem habeat aureum.* ORICHALCVM *ſane dicitur, quod in montoſis locis inuenitur: mons etenim Graece ὄρος adpellatur* Vetus Horatii interpres *in art. poet. v. 202.* ad haec verba:

Tibia non, vt nunc, orichalco vincta,

ORICHALCVM, inquit, *dictum aes montanum, quod in montibus colligitur: vel* AVRICHALCVM, *quaſi aes auri.* Quamuis Florentiae legatur AVRICHALCVM: verum tamen iſtius metalli ex cupro, et terra Cadmea conflati nomen fuit *ὀρειχάλκον* ORICHALCVM, quod vulgus in *aurichalcum*, hybridem, mutaſſe videtur, quia promiſcua paene veteribus fuit AV et O pronunciatio, e. g. *ploſtrum* et *plauſtrum*, *olla* et *aula*. Ceterum ſiue haec vulgi perſuaſio, qua orichalcum ex auro et aere conflatum eſſe putabatur, ſiue metalli iſtius raritas. (Nam ſuo tempore dudum non reperiri, conqueritur. Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 2.*) tantum illi pretium conciliauit, vt Seru. *ad Aeneid. XI.* illud *omnibus metallis pretioſius fuiſſe*, teſtetur. Vnde phraſis: *orichalco contra carum* apud Plaut. *Pſeudol. Act. II. ſcen. 3. v. 22.* HEIN.

AVRICVLARIS morbus, memoratur in *l. 2. C. qui morb. ſe excuſ.*

AVRICVLARIVM, in *l. 1. §. 3. D. de extraord. cognit.* vulgo accipiunt pro medico, qui aurium doloribus medetur. Sed neſcio an lenius fluant verba, ſi et eo loco ſubſtituatur *auricularis*, verbaque ita legantur: *Qui alicuius partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur, vtpote ſi* AVRICVLARIS *(ſcilicet doloris) ſi fiſtulae vel dentium.* Retento vocabulo, AVRICVLARIVS mira ſtili ſtribiligo erit, nec ea tolletur, ſi cum Perrenonio *Animadu. I, 29.* leges: *ocularius:* vt taceam violentam et minus neceſſariam eſſe hanc emendationem. Ceterum Galenus in libro *πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς*

AVR.

ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν; varios recenſet medicos, *ἀπὸ μορίων τινῶν ὠνομασμένους*, veluti *ὀφθαλμικοὺς oculariòs*, *ὀδοντικοὺς*, *qui dentes curant* et in his etiam *ὠτικοὺς*, id eſt, AVRICVLARIOS. HEIN.

AVRIFEX, qui quid ex auro facit. *l. 2. C. Theod. de excuſ. art. l. 34. D. de aur. arg. leg.* et apud Iul. Firmic. Matern. *Matheſ. Lib. III. Cap. 4.* AVRIFICEM anulos facere, ait Cicero *in Verr. IV*, *25.* et Caius in *l. 2. D. locat.* AVRIFICES ſpecierum, et AVRIFICES ſolidorum, in *l. 7. C. de palatin. ſacr. largit.* COLLEGIVM AVRIFICVM in antiquis Inſcript. apud Gruter. *p. CCLVIII. 7. et p. DCXXXVIII, 9.*

AVRIFODINA. *l. 1. pr. D. de aur. arg. leg. l. 13. §. 5. D. de vſufr.*

AVRILEGVLI in *l. 9. C. Theod. de metall. et metallar.* Ita dicebantur, qui metalla ſcrutabantur. De iis Iac. Gothofredus *Commentar. in Cod. Theod. Tom. III. p. 499.* *In Gloſſis* AVRILEGVLVS eſt *Χρυσόλογος*, *χρυσοκλέπτης*, *χρυσορύκτης*. Manil. *Lib. IV.* ita deſcribit:

Scrutari coeca metalla,
Depoſitas et opes, terraque exurere venas.

Idem *Lib. V.*

Quaerere ſub terris aurum, furtoque latentem
Naturam eruere omnem, orbemque inuertere praedae
Imperat, et glebas inter deprendere gazam,
Inuitamque nouo tandem producere coelo.
Ille etiam ſaluas auidus numerabit arenas,
Perfundetque nouo ſtillantia littora ponte,
Paruaque ramentis faciet momenta minutis
Protulit, vt legeret cenſus ſpumantis in aurum.

Haec Gothofredus. Ceterum leges aurulegulis has ferunt conditiones, primo ne in Sardiniam aurulegųli Galli transfretentur: *l. 12. C. Theod. de metall. et metallar.* Deinde, vt certum canonem fiſco pendant, puta in ſingulos annos pro terrarum varietate in ballucam vel octonos ſcrupulos, vel ſeptenos. *l. 4. et l. 12. C. Theodoſ. eod. tit.* Denique vt, quod collegiſſent auri, id fiſco venum offerrent. *l. 3. C. Theod.* et *l. 1. C. Iuſtin. eod. tit.* HEIN.

AVRIS. Iudici tribuuntur AVRES *propitiae* in *l. 33. D. de iure dot.* vbi tamen in quibusdam editionibus eſt *propriis auribus:* AVRES *apertae*, quibus recte exaudimus. *l. 10. C. qui teſt. fac. poſſ.* Ad probandum ſcitum veterum quorumdam iurisconſultorum, quod is, qui ex aceruo frumenti modum ſuſtulit, totius acerui furtum feciſſe dicendus ſit, Trebatius attulit argumentum, eum, qui cuius aurem tetigerit, totum hominem tetigiſſe videri. *l. 21. pr. D. de furt.* HEIN.

AVRVM. Eius variae ſpecies memorantur in legibus, et maxime in Principum conſtitutionibus: veluti AVRVM coctum: *l. 1. C. Theod. de auri pond.* compararitium: *l. 3. C. Theod. de milit. veſt.* coronarium: *rubr. C. Iuſtin. et Theodoſ. de auro coron.* AVRVM factum quid ſit, docet Paullos in *l. 32. §. 1. D. de aur. arg. leg.* ex quo nimirum aliquid effectum, veluti vaſa aurea, emblemata, ſigna, aurum muliebre et cetera, quae his rebus ſunt ſimilia, *l. 27. §. 4. D. eod. tit.* quibusque, vt Seruius ait, commode vti poſſumus. *d. l. 27. §. 3. D. eod. tit.* AVRVM glebale: *l. 2. C. de praet. et hon. praet.* AVRVM infectum, quod teſtatoris ita factum eſt, vt eo quod ad rem factum eſt, non poſſis vti, ſine refectione, *l. 27. §. 4. D. de aur*

AVR. AVS. AVT.

de aur. arg. leg. id eſt, auri maſſa: *l. 5. C. de ſuſcept. praepoſ. et arc.* certum auri pondus: *l. 19. D. de aur. arg. leg.* auri tot librae. *l. 34. pr. D. eod. tit.* AVRVM luſtrale: *l. 11. l. 17. C. Theod. de luſtr. collat.* oblatitium: *l. 5. C. Theod. de ſenator. et de glebal.* obrizum: *l. fin. C. de vet. num. poteſt.* et *l. vn. C. de oblat. vot.* publicum: *l. vn. C. de auct. publ. praeſcr.* ſacrarum largitionum et priuatarum: *l. 48. C. Theod. de curſ. publ.* denique AVRVM ſignatum, quo legato, legatum videtur, quod eius aliqua forma eſt expreſſum, veluti, quae Philippi ſunt, itemque numiſmata, et ſimilia. *l. 27. §. 4. D. de aur. arg. leg.*

AVS.

AVSIM dicere. *l. 1. §. 1. D. de ſuis et legit.* Alias, ſi AVOEAT debitor dicere. *l. 6. C. de ſeru. pign. dat.*

AVSVS proteruus: *l. 14. §. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* AVSVS temerarius. *Auth. agricultores C. quae res pign. dat.* HEIN.

AVSPICIA iuris. *l. 8. pr. C. de iure codicill.*

AVT.

AVT. Vox iſta interdum diſtinctiuae, interdum ſubdiſtinctiuae orationis eſt. *l. 124. D. de verb. ſignific.* De huius particulae vi vide *l. 13. §. 3. D. de reb. dub. l. 53. D. de verb. ſignif. l. pen. C. de verb. ſign.* His verbis: TITIO, AVT MAEVIO, VTRI HERES VOLET, DATO. veluti duo rei credendi conſtituuntur. *l. 6. D. de legat. II.* Quum ita ſtipulamur: MIHI, AVT TITIO, DARI, Titii perſona in hoc adiecta intelligitur, vt ei ſolui poſſit. *l. 56. §. 2. D. de verb. oblig.*

AVTEM praeter notiſſimas ſignificationes, quae ab iis, qui de particulis Latinae linguae ſcripſerunt, diligenter notatae atque expoſitae ſunt, aliquando in veterum ICtorum fragmentis paene otioſum eſt, et tantum qualicumque connexioni ſubſeruit. e. g. Fuit AVTEM in primis iuris peritus. *l. 2. §. 36. D. de orig. iur.* Ita et in *l. 17. pr. D. de vſufr.* merae tranſitioni ſeruit, obſeruante V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. I, 11. p. 38.* niſi ibi reſcribere malis ITEM. HEIN.

AVTHENTICVM eſt, quod vulgo originale dicemus. *l. 2. D. de fid. inſtrum. l. vlt. D. teſtam. quemadm. aper.* et apud Paull. *Sentent. V, 12, 11.* Quod inde ducitur deſcribiturque, EXEMPLVM ſeu INDEX Latinis; barbaris *copia* et *transſumtum* adpellatur. Sic AVTHENTICAE tabulae: in *l. 4. §. vlt. D. fam. erciſc.* AVTHENTICAE rationes: *l. 8. D. eod. tit.* AVTHENTICAE probatoriae. *l. pen. C. de diuerſ. offic.* AVTHENTICVM proprie eſt, quod certum auctorem, ac proinde auctoritatem habet. Cic. *ad Attic. Lib. IX. Epiſt. 14. Atqui eum loqui quidam αὐθεντικῶς narrant.* Et *Lib. X. Epiſt. 9. Id enim αὐθεντικῶς nunciabatur.* Talia erant inſtrumentationem promiſcue omnia, quorum de auctore conſtabat, ſed ſollemniter confecta, ſubſcriptaque et ſignata. Vid. Innoc. Ciron. *Obſ. II, 1.* HEIN. ¶. 2. ΑΥΘΕΝΤΙΑΙ etiam dicebantur Imperatorum conſtitutiones, ſemel rite promulgatae. Atque inde nouellae a recentioribus dictae AVTHENTICAE. Car. Labb. *Nouell. conſt. Imp. X. p. 89.* HEIN.

AVT. AVV.

AVTOGRAPHVM, itidem pro *authentico* accipitur, eique opponitur *apographum.* Occurrit in *Nouell. XLIX. Cap. II. in fine princ.*

AVTOMATARIA in *l. 41. §. 11. D. de legat. I.* interpretor mechanica arte ita conſtructa opera, vt ſuapte vi, ſine cuiusquam impulſione, moueantur, vertantur, agitentur. Sueton. *Claud. Cap. XLIV. Si* AVTOMATON, *aut pegma, vel quid aliud parum ceſſiſſet.*

ΑΥΤΟΦΥΕΣ, apud Vlpianum *l. 70. pr. D. de legat. III.* non ſolum eſt, quod ſponte naſcitur, ſed et quod tale, ſicuti natum eſt, manet, nec arte vel mutatum, vel perfectum eſt. Hoc ipſa verba exigunt: *Si cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum non eſt,* ſed αὐτοφυές. Ceterum notum eſt, ab Vlpiano manifeſto hic diſſenſiſſe Paullum, qui *Sent. III, 6, 82. Lana,* inquit, *legata, ſiue ſuccida, ſiue lota ſit, ſiue pectinata, ſiue* VERSICOLORIA, *legato cedit.* Et ita Paullus etiam philoſophatur in *l. 32. §. 6. D. de aur. arg. leg.* HEIN.

ΑΥΤΟΦΩΡΟΝ. Ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ deprehendi dicuntur fures manifeſti. *l. 3. pr. D. de furt. §. 3. Inſt. de oblig. quae ex del.* HEIN.

AVV.

AVVNCVLVS eſt frater matris. *l. 5. D. vnde legit. l. vlt. §. 8. D. de grad. et adfin. §. 3. Inſtit. de grad. cogn.* Paull. *Sent. IV, 11, 3.* Feſtus Pompeius: AVVNCVLVS, *matris meae frater, traxit adpellationem ab eo, quod aeque tertius a me, ac auus, eſt, ſed non eiusdem iuris. Ideoque facta deminutio eſt. Siue* AVVNCVLVS *adpellatur, quod aui locum obtineat, et proximitate tueatur ſororis filium.* ¶. 2. AVVNCVLORVM autem tres gradus conſtituuntur, MAGNVS, MAIOR, MAXIMVS. ¶. 3. AVVNCVLVS MAGNVS eſt auiae frater: mihique is *auunculus magnus* eſt, qui patri meo, vel matri meae eſt auunculus. *l. 1. §. 6. l. vlt. §. 18. v. auunculus. D. de grad. et adfin. §. 4. Inſt. de grad. cognat.* ¶. 4. AVVNCVLVS MAIOR eſt proauiae frater, patris vel matris auunculus magnus. *l. vlt. §. 16. D. de grad. et adfin.* ſeu auiae, tam paternae quam maternae auunculus. Paull. *Lib. IV. Sent. tit. XI. §. 5.* vocat PROAVVNCVLVM. At Perſ. *Sat. VI.*

Maior AVVNCVLVS *exit.*

vbi Cornutus, Scholiaſtes: *Maior auunculus,* inquit, *Auiae frater.* Conf. Sueton. *Octau. Cap. VII.* et *in Claud. Cap. III.* ¶. 5. MAXIMVS AVVNCVLVS eſt abauiae frater, patris vel matris auunculus maior. *d. l. vlt.* Idem et ABAVVNCVLVS, in *l. 3. pr. D. grad.*

AVVS, eſt patris vel matris pater. *l. vlt. §. 13. D. de grad. et adfin.* Feſtus Pompeius: AVVS *patris matrisque pater: dictus a Graeco vocabulo, quod eſt apud eos πάππος, mutatis quibusdam litteris. Alii volunt, quod ex ea voce adpelletur, quod apud eosdem Graecos τάτα adpellatur, ſignificatque magnum, quum veluti magnus pater ſit auus. Alii putant,* AVVM *dictum, quia ad Deos attineat, quaſi adduum, vel, quia ad patrem ſit additus.* Hinc AVVS paternus.: *l. 5. §. 2. D. de agnoſc. et al. lib.* AVVS maternus. *l. 45. D. ſol. matrim. l. 13. §. 12. D. de excuſ. l. 5. D. de agnoſc. et al. lib.*

AVX.

AVXARIA *penſatio* nonnulli legunt in *l. 2. C. de fund. patrim.* idque vocabulum interpretantur penſationem, qoae pro nemoribus et ſaltibus praeſtanda erat, quod ibi frequentes aues. Vid. Iſidor. *Etymol. XVII, 6.* Sed aliae pleraeque editiones habent AVRARIA. HEIN.

AVXILIVM aetatis: *l. vlt. D. de ſucceſſ. edict. l. 11. §. 1. D. de inſtit. act. l. 2. C. de* in *integr. reſtit. l. vlt. C. ſi vn. ex plur. l. 51. §. 4. D. de fideiuſſ.* AVXILIVM adpellationis: *l. vlt. §. 1. D. de adpell. l. 1. C. de his, qui per met. l. 4. C. de mun. patrim.* AVXILIVM conſtitutionum: *l. 26. pr. D. de fideic. libert.* AVXILIVM diuiſionis: *l. 10 §. 1. D. de fideiuſſ.* exceptionis: *l. 94. §. vlt. D. de ſolut. l. 9. pr. D. de adquir. rer. dom. l. 15. C. ad SC. Vellei. l. 3. C. de bon. auctorit. iud.* in integrum reſtitutionis: *l. 1. C. ſi adu. del. l. 1. C. de his, qui ven. aetat. l. 3. C. ſi minor ſe maior l. 6. C. quib. non obiicit. l. 2. §. 1. D. ne de ſtatu def. l. 26. §. 9. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 36. l. 37. pr. l. 39. §. vlt. D. de minor. l. 95. §. 3. D. de ſolut. l. 52. §. 1. D. de fideiuſſ. l. 39. §. 13. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. vlt. C. ſi adu. vſucap. l. 1. C. de transact. l. vlt. C. ſi adu. donat. l. 1. C. de reſtit. milit.* AVXILIVM iuris: *l. 2. C. de vſur. et fruct. leg.* praetoris: *l. 67. D. de procurat. l. 4. D. quibus ad libert.* praetoriae iurisdictionis: *l. 67. §. 6. D. de rit. nupt.* prouocandi: *l. 1. §. 3. D. a quib. adpell.* prouocationis: *l. 8. C. de ſent. et interloquut. l. 10. C. de adpellat.* ſenatusconſulti: *l. 7. §. 1. D. ad SC. Macedon. l. 26. D. ad SC. Vellei. l. 12. D. de minor. l. 3. D. de fideiuſſ. l. vlt. C. famil. ereiſc. l. 7. §. 1. D. ad SC. Macedon.*

¶. 2. Hinc phraſes: AVXILIVM deſiderare: *l. 50. §. vlt. D. de manumiſſ. teſt. l. 3. C. de tut. vel cur. qui ſatisd.* AVXILIVM ferre: *l. 63. D. de rei vind.* Id quid ſit in SC. Silaniano, exponitur *l. 1. §. 34. D de SC. Silan.* AVXILIVM impertiri: *l. 2. C. de inoff. don.* implorare: *l. 52. §. 1. D. de fideiuſſ.* habere: *l. 26. §. 1. D. de fideic. libert.* AVXILIO iuuari: *l. 39. §. 13. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 6. C. quib. non obiic.* munire: *l. 3. C. de bon. auct. iud.* omittere: *l. 8. §. 8. D. mand.* tribuere. *l. 26. §. 1. D. de fideic. libert. l. 10. C. de except.*

¶. 3. AVXILIVM vel ORDINARIVM, vel EXTRAORDINARIVM. Vid. ſuis locis. ¶. 4. AVXILIA adpellabantur ex foederatis amicisque populis in exercitu conſcriptae cohortes. *l. 2. §. 1. D. de his, qui not. infam.* Sueton. *in Tiber. Cap.*

AVV. AZ.

XVI. Per XV. legiones totidem auxiliorum copiam. Tacitus *Lib. VI. Ann. Cap. 41. Legatus cum quatuor millibus legionariorum, et delectis auxiliis miſſus.* Feſtus Pompeius: AVXILIARES *dicuntur in bello ſocii Romanorum, exterarum nationum: dicti ex Graeco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum creſcentium auctionem.* [Vocantur et AVXILIARES *cunei*, in *l. 1. C. Theod. de tironib.* opponunturque *legionibus*, in *l. 22. C. Theod. de erog. mil. annon.* Quomodo vero differant, docet Vegetius *de re milit. Lib. II. Cap. I.* cuius verba adſcribam: *Ipſi pedites in duas diuiſi ſunt partes, hoc eſt, in* AVXILIA *et* LEGIONES. *Sed* AVXILIA *a ſociis vel foederatis gentibus mittebantur. Romana autem virtus praecipue in* LEGIONEM *ordinatione praepollet. In* AVXILIIS *minor, in* LEGIONIBVS *longe amplior conſueuit militum numerus adſcribi.* Et *Capite II. Quid inter* LEGIONES *et* AVXILIA *intereſſe videatur, expediam.* AVXILIARES *conducuntur ad praelium ex diuerſis locis, ex diuerſis numeris venientes, nec diſciplina inter ſe, nec notitia, nec adfectione conſentiunt: alia inſtituta, alius eſt inter eos vſus armorum:* LEGIO *autem propriis cohortibus plena quum vno animo parique conſenſu caſtra muniat. cetera.* Id ergo diſcrimen eſt, quod LEGIONES Romanae: AVXILIA vero praeſidia externa eſſent, a ſociis foederatisque miſſa. quamquam et inter AVXILIA, et ſocios rurſus differentias quasdam adnotauerit Lipſius *Lib. I. de milit. Rom. Lib. I. Dial. 7.* [Adſuit haec neſcio quis: quae quidem maximam partem proba ſont, modo ſimul obſeruetur, permultum intereſſe inter AVXILIA, qualia erant tempore liberae reipublicae, quae deſcripſit Lipſius, et qualia ſub Imperatoribus, maxime ſaeculo quarto, quae nobis ab oculos poſuit Vegetius, quocum conferendus Claud. Salmaſ. *de militia Rom.* HEIN.

AZZ.

AZZALVM, de quo Plin. *Lib. XXXIV. Cap. XIV.* idem, ac *ferrum Indicum*, quod inter ſpecies vectigales eſt in *l. 16. §. 7. D. de publ. et vectigal.* et a Guid. Pancirol. *de reb. deperd. I, 13.* inter res deperditas refertur. At hodieqoe ſupereſſe, et in pretio haberi iſtod ferrum, ſeu chalybem, quae ex India in proximas Aſiae regiones et noſtris temporibus defertur, ex Io. Bapt. Tauern. *Itin. Perſ. Lib. V. Cap. 12.* erudite colligit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. IV, 5.* HEIN.

DE

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER II.

B.

B, ſecunda alphabeti apud Latinos littera. Quum vero illa Graecorum βῆτα reſpondeat, haec autem littera a Graecis ita pronuncietur, vt ea et v. Latinorum exprimere ſoleant, e. g. Βηΐοι pro *Veiis*, apud Plutarch. *in Camill. p. 129.* Λίβιος pro *Liuio*, apud eumd. *in Romulo p. 36.* Φλαβία pro *Flauia*, apud Reineſ. *Inſcr. adpend. n. 35.* factum inde eſt, vt in vetuſtis monimentis, maxime quae a ſaeculo quarto prodierunt, fere perpetua ſit litterarum B. et V. permutatio. Hinc in marmoribus apud Gruter. *p. DCLXXXI, 7.* VIVIANVS legitur pro *Vibiano* apud Reineſ. *Inſcr. I, 45.* BICTORINVS pro *Victorino:* apud Gruter. *p. DCCXVIII, 6.* ABITA pro *auita*, in *l. 11. C. Theod. de cohortal.* VASTAGA pro *baſtaga:* vt innumera alia praeteream, inter quae etiam eſt ridiculum illud, a V. C. Eu. Ottone obſeruatum apud Fabrett. *p. 546.* CONIVGI BENE BIBENTI, pro *bene viuenti.* De ea litterarum permutatione, quam iam Iulianus, ὁ παραβάτης, *Orat. II. p. 72.* obſeruauit, ex inſtituto egerunt Reineſ. *ad Inſcript. p. 24.* et *Epiſt. ad Rupert. XXXV.* Ez. Spanhem. *de vſu et praeſt. num. Diſſ. II. p. 120.* Eu. Otto *praefat. Tom. I. Theſ. iur. p.* **** 2. et alii. ¶. 2. Nobis hic obſeruare licebit, eam permutationem fere perpetuam eſſe in pandecte Florentino. Nam ſcribitur ibi NOBIS, pro *nouis*, in *l. 2. D. de conſtit. princ.* in CONBIBIO pro *in conuiuio: l. 4. D. de aleat. pro* BENENO VIVIT, loco: *pro veneno bibit. l. 3. §. 3. D. de Aedil. edict.* lex FAVIA, pro *Fabia*, actio FAVIANA, pro *Fabiana*, et ſimilia, vt vel ſola haec ſcribendi ratio nusquam alibi, quam in his pandectis, frequentior, argumento luculentiſſimo ſit, librarios, quibus eum codicem debemus, non Latinos, ſed Graeculos fuiſſe: id quod et Taurellium, et Henricum Brenkm. *in Hiſt. pand. Flor. Lib. II. Cap. V. p. 143.* obſeruaſſe, nouimus. Ceterum ea obſeruatio aliquando vſui eſſe poteſt in reſtituenda vera lectione, vbi fortaſſis praeteritum pro futuro, e. g. *obligaVeris* pro *obligaBeris* ponitur. Exemplum habes in V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. III, 11. p. 176. ſequ.* HEIN.

BAB.

BABYLONICA, quae equis inſternebantur, et BABYLONICAE pelles, memorantur in *l. 25. §. 3. D. de auro et arg. leg. l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectig.* BABYLONICVM in Lexico Latinograeco B. Germani Pariſienſis vertitur ψιλὴ πολύμιτος. Nam, vt Plinius *Lib. VIII. Cap. 48.* docet, colores diuerſos picturae inſerere, Babylon inſtituit. Sed et *ſolaria*, *quibus illa inſternuntur*, teſte Feſto *in Solla*, *vocantur* BABYLONICA. Plaut. *in Sticho Act. II. ſcen. II. v. 54.* *Quum* BABYLONICA *periſtromata conſutaque tapetia aduexit.* Ariſtid. *in Orat. de Rom. Tom. I. p. 350.* Ἐσθῆτας δὲ ἂν βαβυλωνίας, καὶ τὰς ἐκ τῆς ἐπέκεινα βαρβάρου κόσμους. *Veſtes Babylonicas, et reliqua vlterioris barbariae ornamenta.* Hieronym. *Epiſtol. ad Laetam, de inſtit. fil.* BABYLONICAE *pellis vermiculata pictura.* Silius Italicus *Lib. XIV.*

Fuluo certaret vt auro,
Veſtis, ſpirantes referens ſub tegmine vultus,
Quae radio caelat Babylon.

Martialis *Libro XIV. epigr. 150.* quod inſcribitur *cubicularia polymita:*

Haec tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt
Pectine Niliaco iam Babylonis acus.

Idem *Lib. VIII. Epig. 28.*

Non ego praetulerim Babylonica picta ſuperbe
Texta, Semiramia quae variantur acu.

Et ita Βαβυλώνια ὑφάσματα accipienda cenſeo, apud Dionem Chryſoſt. *orat.* περὶ πλέτε. Apuleius *Lib. I. Florid. pag. 346.* *Habebat cinctum balteum, quod genus pictura* BABYLONICA *miris coloribus variegatum.* Rufinus, Ioſephi interpres, *Lib. VII. de bell. Iud. Cap. 24.* *Et alias quidem veſtes ex rariſſimis generibus purpurae portare, alias diligentiſſima pictura variatas arte* BABYLONICA. Sunt ergo aliae Babylonicae pelles, quae olim et Parthicae, de quibus Iſ. Voſſ. *ad Catulli Epithalam. Thetid. et Pel. v. 190.* Vnde et qui eas vel praeparabant, vel vendebant, PARTICARII vocabantur. *l. 7. C. de excuſ. mun.* vid. Reineſ. *Inſcr. X, 8.* Et his pellibus equos et hodie ſternunt exornantque populi orientales. Alia periſtromata Babylonica, πολύμιτα. acu picta, vel ingenioſe texta. Papin. Stat. *Thebaid. II. v. 90.*

Regis Echionii ſtratis illapſus, vbi ingens
Fuderat ASSYRIIS *exſtructa* TAPETIBVS *alto*
Membra toro.

Et Petron. Arbiter *Satyr. Cap. LV.*

Clauſus pauo paſcitur
Plumato amictus aulaeo Babylonico.

Ita enim cum Barthio legere malim, quam cum aliis *aureo Babylonica.* Non aurea enim erant, ſed verſicolaria, et maxime variis animalium et belluarum figuris diſtincta. Ac proinde *Alexandrina* BELLVATA *conſutaque tapetia* laudantur a Plauto *in Pſeudulo*

Act. I. ſcen. 2. v. 14. Aegyptios enim aemulatos eſſe Babylonios, iam ſupra ex Martiale vidimus. HEIN.

BAC.

BACCHARI circa fana: *l. 1. §. 10. D. de Aedil. edict.* BACCHATA mulier ſeruili amore. *§. vlt. Inſt. de ſucceſſ. ſubl.*

BAI.

BAIVLARE dicuntur, qui ferunt ſuo corpore. *l. 235. D. de verb. ſignif.* Feſt. Pompeius: BAIVLOS *dicebant antiqui, quos nunc dicimus operario: vnde adhuc* BAIVLARI *dicitur.* Gloſſarium: BEOLAT, βαςάζει. Emenda BAIVLAT.

BAL.

BALANI in *l. 55. §. 1. D. de legat. III.* et *l. 167. D. de verb. ſignif.* quamuis in poſteriore textu a nucleis ſeparentur: tamen ita palmarum nuclei adpellantur, auctore Suida *Tomo I. p. 412.* BALANOS autem in Phoenice Syriaque palmae fructus populari nomine adpellari, Plinius *Lib. XIII. Cap. 4.* tradit. Habemus ergo vocabulum origine Phoenicium, quod non expoſuit Bochartus *in Phaleg. toto libro II. p. 699. ſequ. Tom. I. Op.* At iam Voſſius in Etymolog. *Tom. I. Op. p. 71.* oſtendit, BALANVM eſſe ipſum Hebraicum באלן compoſitum ex אלן *quercus* et praefixo ב *in*, vt idem ſit, ac *in quercu*, id eſt, *glans.* HEIN.

ΒΑΛΑΝΤΙΟΤΟΜΟΙ in *Nouella XIII. Cap. IV. princ.* vocantur *cingulorum inciſores*, vti vetus interpres vertit, id eſt, crumeniſecae. Suid. *Tom. I. p. 412.* Βαλαντιοτόμος, κλέπτης. Βαλαντιοτόμοι δὲ, οἱ τὰ ἀρχόντων βαλάντια τέμνοντες, ἤτοι κλέπτοντες. Βαλαντιοτομος, *fur. Vocantur etiam* βαλαντιοτόμοι *qui magiſtratuum crumenas incidunt.* HEIN.

BALBVS, qui in pronunciando litteras vel ſyllabas integras exterit, ac proinde male loqoitur, vt intelligi facile non poſſit. Hinc iunguntur BALBI et *blaeſi*, et *atypi*, iique, *qui tardius loquuntur* in *l. 10. §. vlt. D. de Aedil. edict.* vbi pro ſanis habentur. Sic *Demoſthenem ita balbum fuiſſe*, ait Cicero *de Orat. I. 61. vt eius ipſius artis, cui ſtuderet, primam litteram*, id eſt, caninam, *non poſſet dicere: at perfeciſſe tamen meditando, vt nemo planius eo loquutus putaretur.* HEIN.

BALBVTIENS lingua. *l. 15. in fin. C. de teſtam.* Quod participium aeque, ac verbum BALBVTIRE, ne ipſe quidem Cicero adſpernatus eſt, ceo lexica docent. HEIN.

BALINEVM, pro balneo. In Florentino bis ſcribitur VALINEVM, pro *balineum*, io *l. 13. §. vlt. D. de vſufr.* itemque ſemel in *l. 14. §. 2. D. de impenſ. in rem dot.* Contra poſterius reperitur in *l. vlt. §. 1. D. de aur. arg. mund. l. 3. §. vlt. D. de off. praef. vig. l. 58. §. 2. D. locat. l. 12. pr. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt. l. 5. §. vlt. D. commod.* Quae forma eſt Graecorum βαλανεῖον. Quum tamen et aliquoties BALNEVM et BALNEAS legamus: reliqua dicenda erunt ſub BALNEA. HEIN.

BALLISTARII, in *l. vlt. D. de iur. immunit.* et βαλιςαρίων τάγμα in *Nouell. LXXXV. Cap. II.* Ad exemplum autem ſcripturae pandectarum in vetere Gloſſario BALLISTRA ſcriptum eſt, et vertitur σφενδόνη, μάγγανον. BALLISTAE ſunt machinae, ſeu tormenta bellica, quae ſuo more accurate deſcripſit Iuſt. Lipſius *Lib. III. Poliorcetic. Dialog. 3.* Graecis dicebantur βαλλίςραι, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, a *iaculando*: ex quo ſatis patet, BALLISTA vel BALLISTRA cum duplici L. ſcribendum eſſe, non BALISTA. Qui haec tormenta conficiebant, dicebantur BALLISTARII, BALLISTRARII, et nota litterarum permutatione, in *d. l. vlt. D. de iure immun.* VALLISTRARII. Vti vero illi tempore Iuſtiniani certum τάγμα, ſeu ordinem, conſtituebant: ita COLLEGIVM BALLISTARIORVM ET FERRARIORVM reperimus in marmore apud Reineſ. *Inſcript. Claſſ. X, 6.* HEIN.

BALLVCA in *l. 1. et l. 2. C. de metallar.* in qua addita ſunt a Triboniano verba haec: *quae Graece* χρύσαμμος, vel, vt alii legunt χρήσιμος *dicitur*: quemadmodum patet ex *l. 3. C. Theod. eod. tit.* Addidit Tabor, vt videtur: *Eſt autem vox Hiſpanica, vti ex* Plinio *Lib. XXXIII. Cap. 4. docet* Iac. Gothofred. *in d. l. 3. C. Theod. de metall. et metall. denotatque balluca arenam auroſam, ſeu minuta auri ramenta, nondum excocta.*

BALNEA et BALNEAS, vt ceteri Latini auctores, ita et iureconſulti, promiſcue dicant. *l. 50. D. ad leg. Aquill. l. 35. §. vlt. l. 91. §. 4. D. de legat. III. l. 17. fin. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg. l. 30. §. 1. D. locat.* Paull. *Sentent. V, 3, 5.* Aliorum auctorum exempla Nonius [et Soſipater *Lib. I.*] ſuppeditant. In Pandectis Florentinis fere ſemper BALINEVM ſcribitur. Dixi *fere* ſemper: propter *l. 9. D. qui pot. in pign. hab.* et *l. 55. §. 3. D. de legat. III.* A Graecis *thermae* adpellantur *l. 1. §. 2. D. de muit. et honor. l. 5. l. 6. C. de aquaed.* Dicuntur et BALNEARIA. *l. 13. D. de ſeru vrb. praed.* et apud Senec. *Lib. III. Natura I. quaeſt. Cap. 24.* Idem *in libro de Tranqu. Cap. IX. Iam inter* BALNEARIA *et thermas bibliotheca quoque, vt neceſſarium domus ornamentum, expolitur.* ¶. 2. BALNEA autem vel PVBLICA erant: *l. 2. §. 9. D. ne quid in loc. publ.* vel PRIVATA. *l. 17. in fin. D. de vſufr.* cum aliis ſupra citatis. Interdum etiam a priuatis hominibus publice praebebantur. *d. l. 35. §. vlt. D. de legat. III.* Hinc BALNEAE *priuatae*, in *l. 1. C. Theod. ne comit. et tribut.* BALNEA *exſtruere*: in *l. 50. D. ad leg. Aquill.* ¶. 3. Porro BALNEORVM partes et formam Vitruu. *Lib. V. Archit. Cap. 10.* ita deſcribit: *Aena ſupra hypocauſtum tria, ſunt componenda: vnum* CALDARIVM, *alterum* TEPIDARIVM, *tertium* FRIGIDARIVM: *et ita collocanda, vti ex* TEPIDARIO *in* CALDARIVM, *quantum aquae calidae exierit, influat. De* FRIGIDARIO *ad* TEPIDARIVM *ad eundem modum.* Idem ſubiicit: LACONICVM SVDATIONESQVE TEPIDARIO coniungendas. Plinius apertius ſingula *Lib. V. Epiſt. 6.* exponit. Cuius rei et ex libris noſtris probatio peti poteſt. TEPIDARII quidem certe meminit *l. 19. D. de ſeruit. vrb. praed.* HYPOCAVSTI vero et SPHAERISTERII (quod balneis adiungi ſolitum, Plinius quoque Epiſtola iam allegata indicat,) meminit *l. 16. D. mand.* et DIAETARVM HYPOCAVSTARVM *l. 55. §. 3. D. de legat. III.* FORNACIS et FISTVLARVM, *l. 58. §. vlt. D. locat.* et TVBVLORVM *l. 13. pr. D. de ſeruit. vrb. praed.* Ex HYPOCAVSTO autem per tubulos cuniculoſque et fornaces vapor trahebatur. Inde BALNEARII VAPORES, in *l. 3. §. 6. D. de riuis l. 8. §. vlt. D. ſi ſeru. vindic.* De TVBVLIS et FORNACIBVS BAL-

BAL. BAP.

NEORVM mentio habetur in *l. 13. D. de ſeru. vrban.*
☞ *praed. l. 58. in fine D. locat.* Multa hic Tabor ex libellis vulgaribus, puta Sommeri et Schweigeri itinerariis addidit de balneis Turcorum, vt ea Romanis ſimilia eſſe oſtenderet. Sed quum nec accurata ſint, nec ad rem faciant, ea merito omittimus, et id tantum obſeruamus, FRIGIDARIVM adpellatum etiam eſſe PISCINAM, apud Gruter. *Inſcr. p. CLXXX, 6.* Tertull. *de baptiſmo Cap. V.* itemque BAPTISTERIVM, teſte Plinio *Lib. V. Epiſt. 6.* io eoque calentes e thermis nataſſe. Sidon. Apollinar. *Lib. II. Epiſt. 2.*

Intrate algentes poſt torrida balnea fluctus:
Vt ſolidet calidam frigore lympha cutim.

De eo more plura Sauaro *in Notis ad iſtum locum.* Auſonius *in Moſella v. 341. ſequ.* et ibi viri docti, et Reineſ. *ad Inſcr. p. 273. ſeqn.* HEIN.

BALNEARE argentum, *l. vlt. §. 1. D. de aur. arg.* quo mulier in balneo vti conſueuit.

BALNEARIVM inſtrumentum. *l. 17. §. vlt. D. de inſtruct. et inſtrum. leg.* BALNEARIVM furtum, *l. vlt. D. de fur. baln.* id eſt, quod in balneo admiſſum eſt. BALNEARII fures, *rubr. D. de fur. baln. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VII. §. 4.* Catullus *in Epigr.* cuius initium eſt: *o furum optime balneariorum, praedones lauantium* vocat. Tertull. *Apologet. Cap. XLIV.* idemqoe auctor *in libro de fuga in perſequut. Cap. XIII.* FVRES BALNEARVM adpellat.
☞ Hos cur ceteris furibus acerbius veteres plecterent, exponit Ariſtoteles *in Problemat. Sect. XXIX.* Ceterum quidquid de his furibus halneariis dici poterat, id omne plena manu ſeuit Ian. Langl. *Ocii ſemeſtr. Lib. VIII. Cap. 2.* HEIN.

BALNEATOR, qui balnea praebet. *l. 4. §. 4. D. de his, qui not. infam. l. 30. §. 1. D. locati.* Vetus Gloſſarium: BALNEATOR, βαλανεύς.
¶. 2. BALNEATOR etiam ſeruus, qoi balnei vſibus deſeruit. *l. 17. fin. D. de inſtr. vel inſtrum. l. 15 §. 1. D. de vſufr.*

BAP.

BAPHIA officinae erant infectorum, qui veſtibus e murice et cocco tingendis operam dabant. *l. 2. l. pen. C. de murileg. l. vlt. C. de veſtib. olober.* quae excerpta eſt ex *l. vlt. C. Theod. de murileg.* Huiusmodi multa baphia et in orientis, et in occidentis partibus, Imperatores habebant: quae ſub diſpoſitione Comitum ſacrarum largitionum in Notitia Imp. Rom. pouuntur. De *baphiis* Phoenices videndus eſt Strabo *Geogr. Lib. XVI. p. 1098.* Praeponebantur iis procuratores, vt eadem *Notitia Imp. Orient.* oſtendit *Cap. LXXIV.* Lamprid. *in Alexandro Cap. XL. Ita vt Alexandrina purpura hodieque dicatur, quae vulgo Probiana dicitur: idcirco, quod Aurelius Probus baphiis praepoſitus, id genus muricis reperiſſet.*
☞ Ipſi tinctores vocantur BAPHEI, vel *baphis* in *l. 2. C. de murileg.* Procuratoris vero, his officinis praefecti, meminit etiam Euſeb. *Hiſt. eccl. Lib. VII. Cap. 32.* puta Dorothei, eunuchi, viri doctiſſimi, et Hebraicarum etiam litterarum peritiſſimi, poſtea Antiochenae eccleſiae presbyteri, demum martyris. Hunc enim Euſebius ibi Imperatorem ait οἰκειώσασθαι, καὶ τιμῆσαι ἐπιτροπῇ τῆς κατὰ Τύρον ἁλουργοῦ βαφῆς, *in familiaritatem adſciuiſſe, et* BAPHII, *quod eſt apud Tyrum,* PROCVRATOREM *conſtituiſſe.* HEIN.
☞ BAPTISMA quid ſit, neminem Chriſtianorum decet ignorare. In codice noſtro titulus exſtat: *Ne ſanctum* BAPTISMA *iteretur. Lib. I. tit. 6.* Ibi enim Imperatores Valentin. Valens et Gratianus *l. 1. d. t.* eorum deteſtantur ac *condemnant errorem, qui Apoſtolorum praecepta calcantes, Chriſtiani nominis ſacramenta ſortitos alio rurſus* BAPTISMATE *non purificant, ſed inceſtant, lauacri nomine polluentes.* Hinc baptiſmum repetentes ſacerdotio priuari, *d. l. 1.* haeretici, qui orthodoxus ad id ſacrilegium pellexeriot, vel vltimo ſupplicio, vel exſilio, aliisque poenis plecti iubentur. *l. 2. l. 3. C. eod.* Nata primum haec lis de lapſis rebaptizandis ſeculo III S. Cypriano, vna cum Firmiliano Cappadoce, et Dionyſio Alexandrino, anabaptiſmum probante, damnante illum Stephano, Romano pontifice. Vnde turbae, quas referunr Euſeb. *Lib. VII. Cap. V.* et paſſim *in Epiſtolis* Cyprianus. Viguerunt poſtea eaedem lites, natis Nouati et Donatiſtarum ſchiſmatibus, et ne hodie quidem, ceu ſatis notum eſt, deſerbuerunr. HEIN.

BAR.

[BARBA. Eam *demittere* alterius infamandi cauſſa inioriae ſpecies. *l. 15. §. 27. D. de iniur.* De ea Hotoman. *de barba et coma p. 466.* Cuiac. *Obſ. VI, 5.* Guid. Paucirol. *Var. Lect. II, 118.*]

BARBAROS in Imperatorum conſtitutionibus accipimus, quicumque Romanorum imperio non parebant. *l. 26. C. de epiſc. et cler. l. 2. C. quae res ven. non poſſ. l. 2. C. quae res export. non deb.* Sic et in *l. 6. D. de bon. damnat.* Immo et in *l. 5. §. 6. D. de re milit.* ¶. 2. Aliqoando tamen BARBARI, quicumqoe vel Graeca, vel Latina, lingua non vtuntur. Talis enim videtur BARBARAE *nationis teſtator*, in *l. 28. §. 3. C. de epiſc. et cleric.* Vid. et *Nou. CXVII. Cap. IV. vbi ſubiecti reip. noſtrae* BARBARI, et *§. 1. prooem. Inſt.* vbi BARBARICAE *gentes, ſub iuga noſtra redactae.* Ita et Graeciae BARBARIAS memorat Tertullian. *de veland. virgin. Cap. II. Per Graeciam, et quaſdam* BARBARIAS *eius plures eccleſiae virgines ſuas abſcondunt. Eſt et ſub hoc caelo inſtitutum iſtud alicubi, ne quis gentilitati Graecanicae, aut* BARBARICAE *conſuetudinem illam adſcribat.* Vbi recte Rigalt. *in Obſeruat. ad Tertull. p. 59. Barbarias,* inquit, *Graeciae dicit extra Graeciam regiones quaſdam, ſed adpoſitas Graeciae, quibuscum fuere Graecorum negotia, ſeu bella.* Horatius:

Graecia BARBARIAE *lento colliſa duello.*

Tales regiones erant Illyricum, Thracia, Cherſoneſus, Pontus, non vero, quam Tabor vel neſcio quis, adiecir, Macedonia, quippe et origine, et lingua Graecanica. HEIN.

BARBARICARII, vel BRANBARICARII vocabantur, qui argento, vel auro, vel aere caſſidas et bucculas tegebant, et deaurabant, vt patet ex *l. 1. C. Theod. de fabricenſ.* Sic accipe in *l. 1. C. de excuſ. artif. l. 7. C. de palat. ſacr. largit.* quo loco de *Comite ſacrarum largitionum* in partibus occidentis agit. In vetuſtis Gloſſis MSSC. veteris et noui Teſtamenti inueni ſcriptum: BARBARICA *opera de auro:* et alibi: BARBARICA *opera ſubtiliter ornata.* Illud non ſilebo, in duobus poſtremorum Codicis librorum locis corruptum hoc BARBARICARIORVM nomen eſſe, nimirum in *l. 1. C. de praepoſit. agent. in reb.* et in *l. 1. C. de priuil.*

Digitized by Google

uil. ſcholar. Similiter in *Notitia Imp. orient. Cap. LXII.* qua parte de officio Magiſtri officiorum per orientem agitur, BARBARIORVM, meo quidem iudicio, pro BARBARICARIORVM, perperam legitur. BARBARICARII qui fuerint, veterum, niſi fallor, ſolus nos docuit Donatus *in Aeneid. XI. v.* 777. vbi eos ita deſcribit: BARBARICARII *dicuntur, exprimentes ex auro et coloratis filis hominum formas, et diuerſorum animalium ſpecierum imitatam ſubtilitate veritatem.* Non ſolum ergo, qui auro argentoue obducebant caſſides, ſed et qui acu ſcite pingebant, eo nomine adpellabantur. Et veroſimile eſt, quod viri docti exiſtimant, Phrygas κατ᾽ ἐξοχὴν dictos eſſe *barbaros*, quumque illi omnes gentes arte illa adeo ſuperarent, vt inde et *phrygiones* dicerentur, qui acu pingerent, eosdem BARBACARIORVM nomen tuliſſe. BRANBARCIORVM autem vocabulum manifeſto corruptum, immo nihili omnino eſſe videtur. HEIN.

BARBARICVS, adiectiuum eiusdem ſignificationis, ac BARBARVS. Sic inceſtus BARBARICAE *immanitatis ritus* vocatur, in *l. 32. Cod. Gregorian. de nupt.* et apud Auctorem *Collat. Leg. Moſaic. et Rom. tit. VI. §. 4.* Et BARBARICAE *feritatis neceſſitas* occurrit in *l. 20. princ. C. de poſtlim. reuerſ.* Sed et *aurum* BARBARICVM eſt apud Virgil. *Aen. II. v. 204. veſtes* BARBARICAE, apud Lucret. *Lib. II. v. 499. Sermo* BARBARICVS, apud Ammian. Marcellin. *Lib. XVIII. Cap. 2.* HEIN.

§. 2. BARBARICVM pro barbarorum ſolo. *l. 2. C. de commerc. l. 1. C. quae res exp. non deb. l. vlt. C. de eunuch.* Ammian. Marcell. *Lib. XVIII. Cap. 2. Viſus in* BARBARICO *miles per Hortarii regna tranſibat intacta. Eutrop. Lib. IX. Cap. 4. de* Deciis, patre et filio: *Vterque*, ait, *in* BARBARICO *interfecti ſunt.* Idem *Lib. VII. Cap. 5. Albis in* BARBARICO, *longe vltra Rhenum eſt.* In *Codice canon. eccl. vniuerſ. Can. CCVI.* ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς ΒΑΡΒΑΡΙΚΟΙΣ ἐπισκόπους. *Praeterea ſi quos in* BARBARICO *Epiſcopos.* Et in *Collect. Canon. Afric. eccleſ. Can. LII.* Περὶ τῆς τῶν Μαυριτανῶν χώρας οὐδὲν ὡρίσαμεν, διὰ τὸ εἰς τὰ τέλη τῆς Ἀφρικῆς κεῖσθαι αὐτὴν καὶ ὅτι τῷ βαρβαρικῷ παράκειται. *De prouincia Mauritania nihil ſtatuimus, quod ea ſita eſt in finibus Africae, et quod* BARBARICO *eſt contermina.* BARBARICVM, Graecis ἡ βάρβαρος, eadem forma dicitur, ac HOSTICVM pro *terra hoſtili*, PACATVM pro *terra pacata*, GETICVM, CELTICVM, NORICVM, VINDELICVM, ILLYRICVM, pro regione *Getarum*, *Celtarum*, *Noricorum*, *Vindelicenſium*, *Illyriorum.* Vid. Grunou. *Obſ. II, 3. p. 233.* HEIN.

BAS.

BASES, collocandorum vaſorum cauſſa paratae. *l. 100. §. 3. D. de legat. III.* BASIBVS *ſtructilibus adfixae ſtatuae. l. 245. D. de verb. ſign.*

BASILICA, in *l. 83. §. 5. et l. 137. §. 6. D. de verb. obl.* et in *§. vlt. Inſt: de emt. vend.* aedes publicae, ad ius potiſſimum dicendum, negotiandumque, magnifice exſtructae. HEIN. Primam Romae baſilicam Cato exſtruxit, teſte *auctore de vir. illuſtr. Cap. XLVII*, quae PORCIA adpellata eſt. Aliam Iulius Caeſar, quae IVLIA dicta, cuius Plinius *Lib. V. Epiſt. vlt.* et inſcriptio antiqua apud Gruter. *p. CLXXI.* et Sueton. *in Calig. Cap. XXXV.* meminere.

OPIMIAE etiam baſilicae Varro *Lib. IV. de lingua Lat.* meminit. Fuere et aliae Romae BASILICAE, vt ex Victore, aliisque conſtat: quas, quod a propoſito longius hic ſermo recedat, non enumero. Statius Papin. *Lib. I. Silu. I. v. 29.* REGIAM vertit, hoc verſu:

Illic belligeri ſublimis REGIA *Paulli.*

BASILICA *thermarum* eſt in *l. 3. C. Theod. de pact.* Sed in *l. 32. §. 4. D. de aur. arg. leg.* in BASILICA *argentum muliebre fuiſſe*, refertur, *quod negotiandi cauſſa venale proponeretur.*

BASILICA, vel libri βασιλικῶν, corpus iuris Graecum, ſaeculo IX compoſitum, publicatumque ſub initium ſequentis, vt in foris imperii orientalis pro norma iudicandi eſſet. Nomen conſequutum eſt a Baſilio, Macedone, Imp. qui primum anno DCCCXXXVIII. ediderat πρόχειρον τῶν νόμων, quod non niſi quadraginta titulis conſtabat. Ioſ. Mar. Suareſ. *Notit. Baſilic. §. III.* Locupletauit deinde hanc paternam collectionem Leo, σοφὸς, qui eamdem ſub titulo διατάξεων βασιλικῶν, promulgauit anno erae Chriſtianae DCCCLXXXVI. Suareſ. *ibid. §. X.* Denique et Conſtantinus Porphyrogeneta opus paternum fraternumque ſub incudem reuocauit, et vniuerſum ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ opus publicauit, ſub initium ſaeculi decimi. Suareſ. *ibid. §. XII. ſequ.* Vniuerſum opus in ſexaginta libros diuiſum, ac proinde et ἑξηκοντάβιβλον dictum, praeter pauca, quae nondum reperta ſunt, cum verſione Latina gloſſisque ſatis amplis, et iam aliquoties laudata Suareſii *Notitia*, ſplendidiſſimis typis edidit Car. Hannib. Fabrottus *Pariſ. 1647. fol. Volum. VII.* HEIN.

BASTAGA, onus, iumentis portandarum rerum, fiſcalium ſignificat, *l. 8. C. de cohortal.* et in Leonis Imp. *libro de bellico adparatu* non ſemel. Vnde BASTAGARII, quibus id oneris incumbit. *l. 4. l. 8. C. de murileg. l. 4. et l. 11. C. Theod. eod.* BASTAGAM autem *priuatam* ſub diſpoſitione Comitis largitionum priuatarum diuinae domus; PRAEPOSITOS vero BASTAGARVM ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum collocat Notitia *Imp. Orient. Cap. LXXIV.* Scribitur et VASTAGA, nota litterarum V. et B. permutatione: *l. 11. C. Theod. de cohortal.* At rectius tamen BASTAGA, quia eſt ἀπὸ τοῦ βαστάζειν, a *portando.* Erat enim onus poſſeſſorum et colonorum, quaeuis neceſſaria in procinctu in caſtra transuehendi. HEIN.

BASTERNIA, in *l. 12. §. 4. C. de aedific. priuat.* alias BASTERNAE, ſunt ambulacra, vel exedrae, ex quibus proſpectus eſſe poteſt. Vnde et Graeci in *l. 1. D. de ſeru. praed. vrb.* protecta BASTERNAS: *proiecta* et *meniana* ſolaria interpretantur. §. 2. Aliis auctoribus eſt genus vehiculi geſtatorii muliebris, vel lecticae, vndique tectae et clauſae, quod accuratiſſime poſt Cuiac. *Obſ. XIII, 30.* deſcripſit Io. Schefferus *de re vehic. vet. Lib. II. Cap. 6. p. 115. ſequ.* HEIN.

BEA.

BEARE, prodeſſe. Vnde naturaliter BONA ex eo dicuntur, quod BEANT, hoc eſt, beatos faciunt. BEARE vero eſt prodeſſe. *l. 49. D. de verb. ſignif.* vbi videndi interpretes. HEIN.

BEATISSIMI μακαριώτατοι vocantur patriarchae, archiepiſcopi, et epiſcopi. Sic τοὺς μὲν

μακαριω-

μακαριωτάτυς ἀρχιεπισκόπυς καὶ πατριάρχας, memorari animaduertimus *Nouell. CXXIII. Cap. III.* Sic et Hypatium et Demetrium BEATISSIMOS *epiſcopos* vocat Iuſtinianus in *Epiſtola ad Ioann. Papam §. 5. tit. C. de ſumm. trinit.* Addantur B. Auguſtini *Epiſtolae XI. LXXVI. CXXXIX.* HEIN.

BEATITVDINEM militum augere, id eſt, immunitatem, quo ipſis melius ſit. *l. 1. C. de veteran.*

BEL.

BELLE, BELLISSIME, eleganter, elegantiſſime. Sic BELLE definiit: *l. 5. §. 9. D. de nou. oper. nunc.* BELLE dictum: *l. 3. §. 8. D. de riuis.* Non BELLE dicetur: *l. 4. D. de vſu et habit.* BELLISSIME putabant: *l. 20. D. de fideic. libert.* BELLE quaeri poteſt. *l. 2. §. vlt. D. de ſuis et legit. l. 4. §. vlt. D. quib. mod. pign.* BELLISSIME quaeritur: *l. 1. §. 3. D. vt legat. cauſſ. cau. l. 7. §. 3. D. quod vi aut clam.* BELLISSIME ſcribit: *l. 1. §. 4. D. quod legator.* Tractari BELLE poteſt. *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.*

BELLVM. BELLO perire: *l. 9. §. 1. D. de reb. dub.* BELLO amiſſi: *l. 18. D. de excuſat.* In BELLO vero amiſſum dicitur, quod propter belli cauſſam amiſſum eſt. *l. 1. §. 2. D. de incend. ruin. naufr.* BELLI alea. *l. vn. C. Theod. de luſor. Danub.*

BEN.

BENE et ex fide adminiſtrare: *l. 67. §. vlt. D. de rit. nupt.* BENE collocare pecuniam, id eſt, tuto, ſeu bonis nominibus: *l. 13. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* et ita BENE collocatae pecuniae. *l. 3. D. de vſur.* BENE credere: *l. 12. §. 13. D. mandat.* id eſt, absque vllo periculo et damni metu, cui contrarium eſt MALE *credere*, apud Plaut. *in Poenulo Act. III. ſcen. 2.* BENE emere: *l. 38. pr. D. de legat. III.* et apud Martial. *Lib. VIII. Epigr. 10.* BENE eſt, id eſt, bene res habet. *l. 15. §. 2. D. de re iudic.* BENE iudicatum. *l. 38. D. de minor.*

[**BENEDICTORVM** liber *l. 2. §. 45. D. de orig. iur.* in quo ſcilicet multa bene et accurate dicta inuenirentur, qualis erat liber ille Caſcellii. Vid. Aegid. Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. VIII.*] Sunt haec a neſcio quo profecta. Alius monuit, ☞ recentiores quosdam hunc titulum mutuatos eſſe a Caſcellio, veluti Marcum Lyklama, et Ger. Feltmanium, Sed haec ἀπροσδιόνυσα. Praeſtiterit de his Caſcellii BENEDICTIS eiusque libri argumento addere locum V. A. Corn. van Bynkersh. *in Praetermiſſ. ad Pompon. p. 81.* *Ego*, inquit, *putem, eum librum praeter ea, quae ad iurisprudentiam pertinebant, fuiſſe complexum elegantiores ſententias, praecipue ad eloquentiam comparatas. Nam hac arte valuiſſe Caſcellium, Pomponius ſignificat, dum ait, Caſcellium Trebatio eloquentiorem fuiſſe. Ipſe, vt auguror, Themidi, auſterae alioquin et horridae, blandiores Muſas coniunxit, ac iurisprudentiae admiſcuit flores, et eleganter dicta, ex aliorum ſcriptis, praeſertim orationibus, quo nomine et* AVREA *veteres adpellabant.* Ita ſane verbo BENEDICTA vſos eſſe veteres, vir doctiſſimus eo loco variis teſtimoniis Senecae Rhetoris, *Lib. I. Controu. IV.* auctoris *de corrupt. eloqu. Cap. XXXIV.* Quinctiliani *Lib. VI. Inſt. orat. Cap. 4.* probat, et ex *capite 3.* eiusdem libri oſtendit, et Ciceronis exſtitiſſe *Libros III.* VRBANE DICTORVM. HEIN.

BENEFICIARII, *l. 5. et l. 7. C. Theod. de cohortal. princip.* dicebantur *milites, qui vacabant muneris beneficio*, vt ait Feſtus, quales ſunt, qui enumerantur in *l. vlt. D. de iur. immunit.* BENEFICIARII dicebantur, qui beneficio magiſtratuum, ☜ vel ipſorum Principum, a militaribus laboribus ac muneribus immunes erant, quum tamen interea caperent ſtipendium. De iis plura habent Reineſ. *in Epiſt. XXIII. ad Rupert. p. 82. et ad Inſcript. p. 524.* Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 4. ſequ.* Nomen adſumebant ab eo, cuius beneficio illam immunitatem fuerant conſequuti: veluti BENEFICIARII AVG. apud Gruter. *Inſcript. p. CCCCLVIII, 4.* *Centuriones beneficii Tiberii* apud Suetun. *Tiber. Cap. XII.* BENEFICIARII PRAEF. PRAET. apud Gruter. *p. CCCCXLV, 4. et p. MCII. 4.* item LEGATI CONSVLARIS apud eundem *p. LI, 4.* denique CONSVLIS apud eumdem *p. VII, 4. XC, 10. MV, 2.* Diuerſi ab his, quos Polyb. *Lib. VI. Cap. 28.* vocat, *τὺς ἐθελοντηδὸν στρατευομένυς τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι*, *qui vltro in gratiam conſulis militant.* Ceterum iſtud beneficium ratum non fuiſſe, niſi ſimul ac in vrbem venirent, apud aerarium profiterentur, oſtendit Iſ. Cataubon. *ad Sueton. Tiber. Cap. XII.* §. 2. Quum vero ii BENEFICIARII plerumque in vrbe vel in prouinciis in magiſtratuum vel ducum, quorum beneficio immunitatem illam obtinuerant, comitatu eſſent: factum inde eſt, vt BENEFICIARII ſequiore aeuo dicerentur magiſtratuum officiales, adiutores, adparitores. Plin. *Lib. X. Epiſt. 18. et 20.* et *l. 7. C. Theod. de cohort. princ.* HEIN.

BENEFICIVM, pro priuilegio, alicui indulto. *l. pen. D. de conſtit. pec. l. 152. D. de diuerſ. reg. iur. l. 43. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 38. pr. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 21. D. de teſtam. mil.* Hinc BENEFICIIS Auguſti gratioſa colonia: *l. 1. §. 1. D. de cenſib.* D. Hadrianus cuidam ſpeciali BENEFICIO praeſtitit. *§. 6. Inſt. de hered. qualit.* BENEFICIVM Imperatoris, quod a diuina eius indulgentia proficiſcitur: *l. 3. D. de conſtit. princ.* BENEFICIVM imperiale: *l. 5. C. Theod. de nunc. et edit.* BENEFICIVM principale: Vlpian. *Fragm. III, 2. l. 5. C. Theod. de conlat. donat.* et *l. vn. C. Theod. de his, qui ven. aetat.* BENEFICIVM Principis: *l. 43. princ. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. vlt. D. de adopt. l. 98. D. de adqu. vel omitt. hered.* Eo Principis BENEFICIO adeptus quis procurationem: *l. 11. §. 2. D. de minor.* vel poena liberatus eſt. *l. 8. §. 12. D. de poen.* Tale vero quibusdam datum plebis iniuria eſt. *l. 9. C. Theod. de luſtr. conlat.* BENEFICIVM Diui Traiani *l. 15. §. 6. l. 42. §. 1. l. 49. D. de iure fiſci.* Praeterea huc pertinent quaedam beneficia, vel iura ſingularia, quae ab auctore, obiecto, vel occaſione ſingularia nomina tulerunt: veluti BENEFICIVM aetatis: *l. 6. D. de in integr. reſtit. l. 7. §. 5. l. 42. D. de minor. l. 45. §. vlt. D. de iur. fiſc. l. 26. D. de liber. leg. l. 1. C. ſi adu. iudic. l. 3. C. ſi min. ſe maior. l. 29. §. vlt. D. de min. l. 1. C. de filiof.* BENEFICIVM anulorum: *l. 42. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. l. 2. D. de iur. aur. anul.* ceſſionis: *l. 1. C. qui bon. ced.* conſtitutionum principalium: *l. 18. pr. D. de ſtipul. ſeru. l. 2. C. de donat. cauſſ. mort.* edicti: *l. vlt. D. quod quisque iur. l. vlt. D. de ſucceſſ. ed.* emancipationis: *l. 1. pr. D. ſi a par. quis manum. l. 7. D. vt legator.* iuris praetorii: *l. 3. C. de*

Digitized by Google

C. de legit. hered. legis: *l. 21. D. de legat. praeſt. l. 6. D. de in int. reſtit.* legis Corneliae: *l. 8. C. de legit. hered. l. 63. §. 11. D. ad SC. Trebell.* legis Iuliae de maritandis ordinibus: *l. 48. §. 1. D. de rit. nupt.* Iuliae de ceſſione bonorum: *l. 4. C. qui bon. ced.* libertatis: *l. 33. D. de poen. l. 1. D. de bon. libert. l. 67. §. 1. D. de legat. II.* militiae: *l. vlt. D. ad SC. Tertull.* militare: *l. 3. D. de teſtam. milit.* orationis: *l. 32. §. 9. D. de donat. inter. vir. l. 2. C. de curat. furioſ.* praetoris: *l. 15. §. 35. D. de damn. infect. l. 11. D. de Carbon. edict. l. 13. §. vlt. D. de nou. op. nunc.* religionis: *l. 18. D. de procurat.* ſenatusconſulti. *l. 9. l. 10. l. 12. l. 24. §. 2. D. ad SC. Vellei. l. 38. pr. D. de iur. fiſc. l. 2. C. de calumniat.* Paull. *Sent. IV. 5, 5.* ¶. 2. BENEFICIVM interdum non pro merito et benefacto, ſed etiam ſimpliciter pro facti occaſione, immo etiam delicto accipitur. Sic res abeſſe BENEFICIO furis dicitur, in *l. 46. pr. D. de furt.* et damnum alicuius BENEFICIO contigiſſe: *l. 40. §. 1. D. de damn. infect.* id eſt, vt vulgo loquimur: ☞ *par ſon moyen.* Addit hic alius locum ex *l. 27. C. de inoffic. teſt.* in qua memorantur *liberti perperam, et non bene merentes, maximisque* BENEFICIIS *ſuum patronum adſequuti:* vbi et Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. I. Cap. 37.* id vocabulum in ſenſu ſequiore accipi putauerat. Sed oſtendit clariſſimus Duckerus *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 374.* in loco particulam negatiuam e praecedentibus ita repeti poſſe, vt liberti illi *non adſequuti patronum maximis beneficiis* dicantur. In *l. 40. §. 1. D. de damn. infect.* pro BENEFICIO illuſtris Bynkersh. *Obſ. IV, 10.* reſcribendum eſſe coniicit *pene vitio.* Alii vtrumque locum per ironiam vel antiphraſin explicare malunt cum gloſſa. Alii ſimilem loquutionem reperire ſibi videntur in marmore apud Gruter. *Inſcr. p. DCLXXXVII, 5.* vbi mater in luctu eſſe dicitur BENEFICIO NOVERCAE. Sed quemadmodum duriuſculum eſt aduerbium iſtud PAENE: et iuriſconſulti in re ſeria non ſolent εἰρωνικῶς loqui: ita in lapide Gruteriano BENEFICIO manifeſto eſt VENEFICIVM. Singularis ergo, et Vlpiani propria videtur illa loquutio, ceu recte obſeruauit laudatiſſimus Duckerus. HEIN. ¶. 3. BENEFICIVM etiam quoduis emolumentum et commodum ſignificat. Sic BENEFICIVM aetatis excuſari: *l. 1. §. 2. D. quae ſent. ſine adpell.* BENEFICIO aliorum admiſſi: *l. 10. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* BENEFICIO alterius (partis) pars accedit, quae propter alteram accedit. *l. 7. in fine D. comm. diuid.* BENEFICIVM bonorum poſſeſſionis: *l. 4. in fine. l. 10. §. vlt. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 6. D. de bon. poſſeſſ. l. 8. D. de collat. bon. l. 1. §. 14. D. de ſucceſſ. edict.* quod et COMMODVM dicitur in *l. 5. D. de bonor. poſſ. contra tab.* BENEFICIVM legis Falcidiae. *l. 13. l. 18. pr. l. 22. pr. l. 47. §. vlt. l. 58. l. 59. l. 77 l. 89. §. 1. l. 90. l. 94. D. ad leg. Falcid. l. 8. l. 10. C. eod. tit. l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ignor. l. 18. §. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 5. §. 19. l. 13. et l. 15. D. de his, quae vt indign. l. 16. §. 9. D. ad SC. Trebell.* BENEFICIO liberorum excuſari. *l. 1. §. 2. D. quae ſent. ſine adpellat.* BENEFICIO pacti admitti ad petitionem: *l. 55. D. de pact.* quamuis hic et pro occaſione vel cauſſa ſumi poſſit. BENEFICIVM quartae. *l. 63. §. 11. D. ad SC. Trebell.* ☞ ¶. 4. BENEFICII *ac nudae voluntatis eſſe* dicuntur, quae non iure perfecto, ſed ex iuſtitia attributrice debentur. *l. 17. §. 3. D. commod.* HEIN. ¶. 5.

BENEFICIVM in ſenſu proprio pro εὐνοίᾳ vel εὐεργεσίᾳ. Sic in *l. 7. D. ſeru. export.* BENEFICIO adfici hominem, hominis intereſt.

BENEVOLENTIA pro humanitate, et benignitate. Sic BENEVOLENTIAE *quid eſt:* in *l. 62. pr. D. de hered. inſtit.* BENEVOLENTIAM ſuam interponere: *l. 52. pr. D. de adquir. vel omitt. hered.* Contra BENEVOLENTIAM introducebant. *l. 23. Inſt. de legat.*

BENIGNE accipere: *l. 19. D. de lib. et poſt. l. 24. §. vlt. D. de adminiſtr. et per. tut.* admittere: *l. 2. §. 5. D. de decur.* dicitur. *l. 14. §. 8. D. de bon. liber. l. 10. pr. D. de cond. et demonſtr. l. 14. §. 2. D. de bon. libert. l. 1. §. 2. D. quib. mod. vſusfr. l. 18. pr. D. de his quib. vt. indign.* decreuit Seuerus: *l. 18. D. de reb. dub.* interpretari: *l. 24. D. de reb. dub.* placuerunt: *l. 16. C. de poſtlim. reuerſ.* temperare. *l. l. 5. C. de bon. quae lib.* ¶. 2. Sic et comparatiue: BENIGNIVS acceptum: *l. 1. §. 13. D. de obl. et act.* admiſſum: *l. 64. §. vlt. D. ſolut. matr.* dicitur: *l. 6. §. 2. D. de ſtatulib. l. 13. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult.* interpretandum: *l. 155. §. vlt. D. de reg. iur.* perſequendum: *l. 8. D. de lib. cauſſa.* punitur: *l. 35. D. de bon. libert.* ¶. 3. BENIGNISSIME reſcripſerunt. *l. 4. D. de iur. patron.*

BENIGNITAS aequitatis: *l. 25. D. de legib.* BENIGNITAS Principis: *l. 11. C. de ſentent. paſſ.* BENIGNITATIS temperamentum. *l. 11. pr. D. de poen.*

BENIGNVS, A, VM. BENIGNVM eſt: *l. 20. D. de reb. cred.* BENIGNVM eſt, dicere *l. 49. D. de Aedilit. edict.* BENIGNA interpretatio: *l. 16. D. de donat. l. 2. C. de neceſſar. ſeru.* BENIGNA interpretatione dicendum: *l. 112. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* poteſt defendi: *l. 9. D. de pact. dotal.* BENIGNI iuris interpretatione: *l. 3. C. de donat. quae ſub mod.* BENIGNA eſt opinio dicentium: *l. 4. §. 7. D. de manumiſſ.* BENIGNA ratione receptum: *l. 71. §. 4. D. de legat. I.* ¶. 2. Sic et comparatiue: BENIGNIOR interpretatio: *l. 192. D. de reg. iur.* BENIGNIOR eſt praetor: *l. 1. §. 9. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Semper in dubiis BENIGNIORA praeferenda: *l. 56. D. de reg. iur.* BENIGNIVS reſponſum: *l. 168. D. de reg. iur.* Quae ſententia BENIGNIOR eſt: *l. 14. §. 1. D. de vſu et habitat. l. 4. D. mandat.* BENIGNIOR eſt diuerſa ſententia: *l. 8. D. de collat.* BENIGNIORES ſententias fauor libertatis exprimit. *l. 32. §. vlt. D. ad leg. Falcid.*

BER.

BERO. Triticum *ſeparatum tabulis, aut* BERONIBVS, *aut in alia cupa cluſum* memorat Alfenus Varus *l. 31. D. locat.* Sed dubia admodum eſt huius vocabuli lectio. In quibusdam codicibus eſt *eronibus:* alii edere maluerunt *beronibus,* alii *peronibus,* alii *centonibus.* Sed manifeſtum eſt, ibi reſcribendum AERONIBVS. Vid. ſupra ſub AERO. HEIN. ☜

BERYLLVS, βήρυλλος, in *l. vlt. §. 7. de publican.* gemma eſt in India naſcens, quae a gentis ſuae lingua nomen habet, viriditate ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore, vt Plin. *Lib. XXXVII. Cap. V.* Solin. *in polyhiſt. Cap. LIII.* et Iſidor. *Lib. XVI. Etymol. Cap. 7.* ſcribunt.

BERYTVS, vrbs Syrophoeniciae, quam metropolitano nomine ac dignitate exornarunt Imperatores, Theodoſius et Valentinianus, *rubr. C. de metrop. Beryt.* Celebris fuit legum ſtudiis. BERYTENSIS *colonia, Auguſti beneficiis gratioſa* in *l. 1. D.* ☞ *de cenſib.* Addidit hic non nemo, *de hac metropoli Beryto exſtare nobilem diſſertationem* Ioannis Strauchii, *inter VII. Academicas poſtremae editionis ſextam.* Sed ſunt, quae et poſt Strauchii meditationes, dici poſſent. Nos quaedam e multis ſeligemus. Exiſtimat vir doctiſſimus *Cap. IV. §. 15.* ſcholae Berytenſis auſpicia incidere in tempora Diocletiani. At iam Gregorius Thaumaturgus, qui anno CCXLVIII ad epiſcopatum Neocaeſarienſium euectus eſt, ſe iuuenem ait Berytum miſſum eſſe, tamquam ad *τῶν νόμων Ῥωμαϊκῶν παιδευτήριον*, *legum Romanarum gymnaſium.* Vid. eius *Panegyr. Origen. p. 57.* Verum tamen eſt, eam ſcholam a Diocletiani temporibus per aliquot ſaecula excelſiſſime floruiſſe, ceu patet ex *l. 1. C. qui aet. vel. prof. excuſ.* Zachariae Mitylen. *libro de opific. mundi p. 164.* Non. *Dionyſ. Lib. XLI. extr.* *vetere geographo a Iac. Gothofredo* primum edito *p. 256. edition. Gronou.* et, qui huius ſcholae incrementa non ſine liuore vidit, Libanio *Orat. XXVI.* De petulantia ſtudioſorum in tironibus initiandis videnda *conſt. omnem reip. §. 9. ad Antecesſor.* De miſero vero vrbis pulcherrimae interitu, primum per aliquot terrae motus, deinde per incendium, praeter Agathiam legi merentur epigrammata elegantiſſima in *Anthologiae Lib. I. Cap. 68.* De iure metropolitano Beryti multo accuratius egit Henr. Nuriſ. *de Epoch. Syromaced. Diſſert. IV. Cap. 3. p. 400.* HEIN.

BES.

BES octo duodecimas ſeu vncias aſſis ſignificat, vt Voluſius Maecianus in *libro de aſſe* tradit. Feſtus Pompeius: BES *adpellatus eſt, quod bis triens ſit*, quamuis dura compoſitio fiat beſſis ex triente. Beſſis vnciae octo ſunt, trientis quatuor. Varro *Lib. V. de lingua Lat.* BES *veteribus* DES *dicebatur, demto triente.* Hinc pro BESSE petere: *l. 6. C. de hered. act. l. 7. C. de bon. auct. iud. poſſ.* BES pretii: pro binis trientibus pretii: *l. 12. §. 8.* ☞ *D. mand.* Pro BESSE ſocius. *l. 76. D. pro ſoc.* Vſurae BESSES. *l. pen. C. de vſur.* HEIN.

BESTIAE dicuntur, quae natura ferae ſunt: *l. 1. §. 10. D. ſi quadr. paup. fec. dic.* veluti vrſi, leones, pantherae. *l. 2. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Vlpianus ad edictum Praetoris de poſtulando: BESTIAS, inquit, *accipere debemus ex feritate magis, quam ex animali genere. l. 1. §. 6. D. de poſtul.* Elephantos plane et camelos BESTIARVM numero eſſe, Vlpian. *Regul. tit. XIX. §. 1.* tradit. Et reuera eorum natura fera eſt. Quia tamen collo dorſoue domantur, et iumentorum operam praeſtant, ideo in lege Aquillia QVADRVPEDVM adpellatione continentur. *d. l. 2. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* BESTIARVM autem aliae ſunt MARINAE, aliae TERRESTRES. *l. 44. D. de adquir. rer. domin.* quamuis alibi et piſcibus, et auibus, opponuntur. *§. 12. Inſt. de rer. diuiſ.* ¶. 2. AD BESTIAS DAMNARI dicebantur, qui in hoc damnabantur, vt beſtiis ſubiicerentur. *l. 6. pr. D. ad leg. Iul. peculat. l. 8. in fine D. qui teſt. l. 25. § 3. D. de adquir. vel omitt. her. l. 18. D. de adpellat. l. 29. l. 31. D. de poen. §. 4. Inſt. quib. mod. ius patr. pot.* et apud Gellium *Lib. V. Cap. 13.* Hoc autem ſupplicium Prudentius *in Hamartigenia v. 372. ſequ.* ita explicat:

Sanguinis humani ſpectacula publicus edit
Conſeſſus, legesque iubent venale parari
Supplicium, quo membra hominum diſcerpta cruentis
Morſibus oblectent hilaram de funere plebem.

Hieronym. *de Script. eccleſ. Cap. XVI.* *Ignatius, commouente perſequutionem Traiano, damnatus ad* BESTIAS, *Romam vinctus mittitur*, quod Sophronius vertit *θηριομαχῆσαι κελευσθείς*, *cum beſtiis pugnare iuſſus.* Inde loquutiones: *ad* BESTIAS *dari:* in *l. 12. D. de poen. l. 8. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 11. §. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. D. de veteran.* BESTIIS dari: *l. un. C. Theod. ad leg. Fab.* Dio *Lib. LVIIII. p. 647.* ita damnatos τ[illegible]ς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένους, *ex condemnatione ad beſtias datos* dicit. Et ita ſeruos quosdam, caedis inſimulatos, *θηρίοις παραδοθέντας*, *beſtiis traditos*, narrat Lucianus in *ψευδομάντει* *Tom. I. p. 773.* *Ad* BESTIAS *pronunciari*, apud Tertullianum *lib. de reſurrect. carn. Cap. XVI.* BESTIIS *obiici:* in *l. 9. pr. D. ad leg. Pomp. de parricid.* Paull. *Sent. V, 29. 1.* Apulei. *de aſino aur. Lib. V. p. 266.* Aſin. Pollio apud Ciceron. *Lib. X. ad Fam. Epiſt. 32.* BESTIIS *vero etiam ciues Romanos obiicit.* BESTIIS *ſubiici*, in *l. 12. C. de poen.* et in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 8.* Et ita BESTIARVM damnationem accipe in *l. 6. pr. D. ad leg. Iul. peculat.* Eſt autem hoc ſupplicium, quo plerumque Chriſtianos ſub impiis Imperatoribus adfectos, hiſtoriarum monimenta loquuntur. Euſebius *Lib. VIII. Hiſt. eccl. Cap. VII.* attigit his verbis: *τόν τε παραχρῆμα μετὰ τὰς μάστιγας ἐν θηρσὶν ἀνθρωποβόροις ἀγῶνα, καὶ τὰς ἐν τούτῳ παρδαλέων, καὶ διαφόρων ἄρκτων, συῶν τε ἀγρίων, καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκαυτηριασμένων βοῶν προσβολάς·* *poſt verbera certamen cum beſtiis, humanum ſanguinem lambere adſuetis, et in eo certamine incurſus pardorum, et vrſorum immanium, aprorum etiam, et taurorum, quos admoto igne et candenti ferro aduerſus illos incitabant.* Ceterum qui beſtiis obiiciebantur, ii ad ſtipitem alligabantur, vt ex Vopiſco *in Aureliano Cap. XXXVII.* et ex *Paſſionibus Martyrum* liquet. Artemidor. *Lib. V. de interpret. Somn. Cap. 49.* Καταδικασθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἐθηριομάχησε, καὶ προστεθεὶς ξύλῳ ἐβρώθη ὑπ' ἄρκτου. *Damnatus ad mortem, beſtiis obiectus, et palo adligatus ab vrſo deuoratus eſt.* Atque hoc immani ſpectaculo populus Romanus oculos ſuos paſcere diu ſuſtinuit, quod acriter B. Cyprianus et Prudentius inſectantur. Illius verba *in Epiſtola CIII.* quae de vitandis homini Chriſtiano ſpectaculis tractat, verba ſunt haec: *Inter quae nonnumquam et homo fit hoſtia, latrocinio ſacerdotis, dum cruor etiam de iugulo calidus exceptus patera, dum adhuc feruet, et quaſi ſitienti idolo in faciem iactatus, crudeliter propinatur, et inter voluptates ſpectantium quorumdam mors erogatur, vt per cruentum ſpectaculum ſaeuire diſcatur: quaſi parum ſit homini priuata ſua rabies, niſi illam et publice diſcat. Ad poenam hominis fera rabida nutritur in deliciis, vt ſub ſpectantium oculis crudelius inſaniat: eruditur artifex bellua, quae clementior fortaſſe fuiſſet, ſi non illam magiſter crudelius ſaeuire docuiſſet.* Prudentii de hoc argumento verſus exſtant *Lib. I. et II.*

contra Symmach. His vtique comitem ſe addit Saluianus Maſſil. qui aeque in cruenta haec ſpectacula *Lib. VI.* inuehitur, quae ad extremum a Principibus Chriſtianis abolita fuere, vt in noſtris, quos ad *l. Dominico* raptim conſcripſimus, *commentariis* olim docuimus. ¶, 3. AD BESTIAS etiam DARI dicebantur, qui citra damnationem cum beſtiis, depugnandi cauſſa, in arenam immittebantur. *l. 11. §. 1. et §. vlt. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 4. D. de accuſat. l. 1. §. 1. D. de Aedilit. edict. l. 3. §. 5. D. de teſtib.* Quidam enim operas ſuas, vt cum beſtiis pugnarent locabant. *l. 1. §. 6. D. ad SC. Tertull. l. 37. pr. D. de de oper. libert.* et in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 3.* De huiusmodi hominibus ita B. Cyprianus *Epiſtola I. ad Donatum: Quid illud, oro te, quale eſt, vbi ſe feris obiiciunt, quos nemo damnauit ad beſtias? Aetate integra, honeſta ſatis forma, veſte pretioſa, viuentes, ultroneum funus ornantur, malis ſuis miſeri etiam gloriantur: pugnant ad beſtias, non crimine, ſed furore.* Ita BESTIIS *addictum* accipe apud Apuleium *Lib. X. Metamorph. p. 249.* Et hos BESTIARIOS Latini adpellabant: quo verbo Cicero in orat. *contra Vatin. Cap. XVII.* et *pro Seſtio Cap. LXIV.* Seneca *Lib. II. de beneſ. Cap. XIX.* et *Epiſt. I.* Tertull. *in Apologet. Cap. XLII.* vtuntur. θηριομάχους Graeci vocant. Baſilius περὶ πλεονεξίας. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἐν τοῖς θεάτροις παγκρατιαστάς, καὶ μίμους, καὶ θηριομάχους; *at non vides in theatris pancratiaſtas, mimos, et depugnantes cum* BESTIIS? *Seruos vendere, vt cum* BESTIIS *pugnarent. l. 42. D. de contrab. emt.* Idem in arenam ſe dare. *l. vlt. D. de fugit.* Propter venationem habere homines, qui cum BESTIIS pugnent. *l. 10. pr. D. ad leg. Iul. de vi publ.*

BIA.

BIARCHI in *l. 3. C. de agent. in reb. l. vlt C. de offic. praeſ. praet. Afric.* officiales fuere ex ſcholis agentium in rebus. Vnde BIARCHIA, in *l. 1. C. de offic. magiſtr. offic.* In hanc enim ſcholam agentium in rebus recepti primo *equites*, mox *circitores*, tum BIARCHI, hinc *centenarii ducenariique* gradatim fiebant, donec ad principum gradum adſcenderent, id eſt, primi officiorum magiſtratuum crearentur. De iis Guid. Pancirol. *ad Notit. Imp. orient. Cap. LXIV. p. 104.* qui et *Cap. XL. p. 70.* obſeruat, BIARCHOS dictos, qui in legione annonam curabant. HEIN.

BIB.

BIBLIOTHECA alias locum ſignificat, alias armarium. Sicut dicimus, EBOREAM BIBLIOTHECAM emiſſe, et armaria pleraque BIBLIOTHECAM adpellant. *l. 52. §. 7. D. de legat. III.* Feſtus Pompeius: BIBLIOTHECAE *et apud Graecos, et apud Latinos, tam librorum magnus per ſe numerus, quam locus ipſe, in quo libri collocati ſunt, adpellantur.* Tales BIBLIOTHECAE parietibus inhaerentes: *l. 41. §. 9. D. de legat. I.* Si mihi BIBLIOTHECAM vendideris: *l. 50. D. de contrab. emt.* vbi bibliotheca ſignificat librorum numerum cum armariis, quia ſtatim additur: *Si decuriones Campani locum mihi vendidiſſent, in quo eam ponerem.* LIBRI et BIBLIOTHECAE, id eſt, armaria, ſeparantur etiam in *l. 12. §. 34. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* et apud Paull. *Sentent. III, 6, 51.* vbi *inſtructo fundo legato,* LIBRI *quoque, et* BIBLIOTHECAE, *quae in eodem fundo ſunt, legato contineri, dicuntur.* HEIN.

BID.

BIDENTES, inter vaſa, vtilia culturae numerantur, in *l. 8. pr. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* vt et ab Ouidio *Lib. IV. Faſt. v. 927. ſequ.* vbi *durum* BIDENTEM cum *ſarcula* et *vomere* BVRIS OPES adpellat. *Glebam* ſane *verſis* BIDENTIBVS *frangendam*, monet Virgilius *Georg. Lib. II. v. 400. ſolumque* BIDENTE *verſare*, dixit Tibullus *Lib. II. eleg. 3. Foſſorem* BIDENTIBVS *ſoli terga conuertere*, ait *Columella IV, 14.* BIDENTE *paſtinari ſolum vineae*, praecipit Plin. *Hiſt. nat. XVII, 21.* Vetus Gloſſarium: BIDENS *et* BIDENTIS, δίκελλα. Sunt ergo bidentes his locis raſtra vel ligones duobus dentibus inſtructi, quibus terram, glebas duriores frangendo, reddebant cultiorem. Alias et oues, quae per aetatem duos dentes eminentiores habent, BIDENTES dictas eſſe, ex Gell. *Noct. XVI, 6.* ſatis conſtat. HEIN.

BIDVVM, et *alterum diem*, pro eodem ponit Vlpianus in *l. 1. §. 11. ſequ. D. quand. adpell. ſit.* BIDVVM biſſexti pro vno die habetur. *l. 98. pr. D. de verb. ſignif. l. 3. §. 3. D. de minor.* Gloſſarium vetus: BIDVVM διήμερον.

BIM.

BIMA *die*, id eſt, altero anno. *l. 3. D. de ann. legat.* vid. ſupra in voce: ANNVA. Ita et BIMAM aeſtimationem accipimus, quae pro biennio ſit. *l. 6. D. de vſufr. leg.* HEIN.

BIN.

BINVS. Vt BINAE aedes: *l. 10. l. 36. D. de ſeru. praed. vrb. l. 19. §. 1. D. comm. diuid.* BINAE nuptiae: *l. 1. D. de his, qui not. infam.* BINAE regiones vrbis: *l. 3. pr. D. de offic. praeſ. vigil.* BINAE vxores: *l. 3. C. de inceſt. nupt.* BINA municipia: *l. vlt. D. comm. diu.* BINA ſponſalia. *l. 1. D. de his, qui not. inf.*

BINVBVS, δευτερογαμήτας, etiam de viro, qui ad ſecunda vota tranſiit, vſurpatur. *Nouell. XXII. Cap. 28.* Ita et Salomonem Regem *multinubum* vocauit B. Hieronym. *adu. Iouinian. Lib. I. Cap. 15.* HEIN.

BIO.

BIOKΩΛΥΤAI, officiales quidam a vi prohibenda vocabantur, quorum mentio fit in *Nouell. Conſt. VIII. Cap. 13.* et *Nou. CXXVIII, 23.*

BIR.

BIROTA vel BIROTVM. *l. 8. C. Theod. de curſu publ. Statuimus rhedae mille pondo tantum ſuperponi:* BIROTAE *ducenta.* Et in *l. 9. C. Theod. eod. tit. Nec paſſim rhedarium tractorias, vel euectiones,* BIROTVM *faciat.* Eſt vehiculum, dictum a binis rotis, δίτροχον, cui tres mulae iungi ſolebant. De eo plura Io. Scheffer. *de re vehicul. Lib. II. Cap. 9. p. 135.* HEIN.

BIS.

BIS, ſemel atque iterum. BIS idem exigi: *l. 57. D. de reg. iur.* BIS idem praeſtare: *l. 22. § 6. rat. rem hab.* BIS edita ratio: *l. 7. §. vlt. D. de edend.* BIS *fieri poteſtas. l. 5. §. vlt. D. de bon. auct. iud. poſſ.* BIS *conſule*, pro iterum conſule. *Collat. leg. Moſ. et*

Rom

BIS.

Rom. tit. I. §. 11. Prid. Kal. Febr. Laeto bis conſule. Quod, licet ſaepe ita in veteribus libris occurrat, non tamen in notatione temporis ſatis Latine dici, putat Petr. Pith. *in nobis ad h. l.* HEIN.

BISSEXTVM, in *l. 98. D. de verb. ſign.* et *l. 3. §. 3. D. de minor.* diem ſignificat, qui quarto quoque anno intercalatur. Iſidor. *Lib. VI. Cap XVII.* BISSEXTVS *eſt poſt quatuor annos vnus dies adiectus. Creſcit enim per ſingulos menſes quarta pars aſſis. At vbi quarto anno aſſem compleuerit,* BISSEXTILEM *annum facit. Dictus autem* BISSEXTVS, *quia bis ſexies ductus* ASSEM *facit, quod eſt vnus dies.* Vtrumque diem illum pro vno haberi, vtroque loco ex Pandectis adducto traditur. Quod vero ſcribit Iſidorus, id ex parte verum, ex parte falſum eſt. Nam BISSEXTI quidem ab eo prodita definitio recta eſt: notatio vero vitioſa. Inde enim BISSEXTO nomen, quod, quo anno intercalamus, bis ſextum Kal. Martias computamus. BISSEXTVM autem oun alium, quam ipſum Iulium Caeſarem, patrem ciet, ab eoque auctore originem ducit. Is enim, quemadmodum Macrob. *Saturn. I, 14.* tradit, ad numerum ſolis, qui diebus trecentis ſexaginta quinque et quadrante curſum conficit, annum direxit, vt dies, quibus ſol Zodiacum luſtrat, annum efficerent: at ne quadrans deeſſet, ſtatuit, vt quarto quoque anno vnus intercalaretur dies, eo ſcilicet menſe ac loco, quo etiam apud veteres menſis intercalabatur, id eſt, ante quinque vltimos menſis Februarii dies. Idque BISSEXTVM cenſuit nominandum. Quod et Cenſorinus *de die Nat. Cap. XX.* de eodem Caeſare agens, confirmat his verbis: *Praeterea pro quadrante diei, qui annum verum ſuppleturus videbatur, inſtituit, vt peracto quadriennii circuitu, dies vnus, vbi menſis quondam ſolebat, poſt Terminalia intercalaretur: quod nunc* BISSEXTVM *vocant* Quae quum ita ſe habeant, mirum eſt, quod Auſonius in quintum annum BISSEXTVM reiicit, quum quarto quoque anno contingat. Verba eius *Eidyll. XIV. v. 12.* ſunt huiusmodi:

Quadrantemque diei: quinto qui protinus anno,
Menſe Numae extremo, nomen capit EMBOLIMAEI.

Qua in re labi eum et errare, quidam adfirmare auſi ſunt: quaſi vero tam craſſus error tanto vati obiici poſſet. Eqoidem indefenſum eum, et inaudita cauſſa damnari non patiar. Nec enim fallitur Auſonius: falluntur potius, qui eius verba aut non capiunt, aut male accipiunt. Hoc ſiquidem ille ſenſit: quadrantem illum diei, qui quadriennio collectus vnum diem efficit, in BISSEXTVM cogi qointo quoque anno incipiente, plane non exacto anno. Sed quia alienae rei nemo iduneus defenſor eſt abſque ſatisdatione: locupletem reum dabo Macrobium, qui eum ab hac reprehenſionis nota vindicet. Etenim de vitio, a ſacerdotibus circa intercalarem diem poſt exceſſum Iulii Caeſaris commiſſo, tractans: *Namquum, ait, oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno confecto, et antequam quintus inciperet, intercalari: illi, quarto non peracto, ſed incipiente intercalabant. Hic error ſex et triginta annis permanſit, quibus annis intercalati ſunt dies duodecim, quum debuerint intercalari nouem. Sed hunc quoque errorem ſero deprehenſum correxit Auguſtus, qui annos duodecim ſine intercalari die tranſigi iuſſit: vt illi tres dies, qui per annos triginta et ſex vitio ſacerdotalis feſtinationis excreuerant, ſequentibus annis duodecim, nullo die intercalato deuorarentur. Poſt hoc vnum diem, ſecundum ordinationem Caeſaris, quinto quoque incipiente anno intercalari iuſſit.* Verum in alienas mathematicorum poſſeſſiones longius irruere, inſtituti mei non eſt. Illud tantum obiter adnotabo, vulgi ſermone tritum de infauſto BISSEXTI omine prouerbium, a paganis, quorum animos ea ſuperſtitio occupabat, ortum videri. Quod me Ammianus Marcellinus docuit, qui *Libro XXVI. Cap. I.* de Valentiniano, ad imperii culmen euecto, loquens: *Nec videri*, ait, *die ſecundo, nec prodire in medium voluit*, BISSEXTVM *vitans Februarii menſis, tunc illuceſcens, quod aliquoties rei Romanae fuiſſe cognorat infauſtum.* Et paullo poſt de BISSEXTO ſentiens: *Elapſo*, inquit, *die parum apto ad inchoandam rerum magnitudinem, vt quidam exiſtimant.* Infauſtum BISSEXTVM rei Romanae fuiſſe, et Macrob. *Saturnal. I, 13.* notauit. Immo non ſolum diem iſtum, ſed et totum annum, in quem BISSEXTVS incidebat infauſtum eſſe exiſtimabant, adeo, vt Auguſtinus *Epiſt. CXIX* ad Ianuarium, rideat eos, qui ſuperſtitioſe dicere ſolebant: Non plantem hoc anno vineam, quia BISSEXTVS eſt. Notarunt haec Lindenbr. *et* Hadr. Valeſ. *ad hunc Ammiani locum p. 344.* HEIN.

BIT.

BITHYNIARCHIA, ſupremum in Bithynia ſacerdotium: vti *Aſiarchia* in Aſia, *Syriarchia* in Syria. Modeſtinus in *l. 6. §. 14. D. de excuſat.* Ἔθνους ἱερωσύνη, οἷον Ἀσιαρχία, ΒΙΘΥΝΙΑΡΧΙΑ, Καππαδοκαρχία παρέχει ἀλειτουργησίαν ἀπὸ ἐπιτροπῶν, τουτέστιν, ἕως ἂν ἄρχῃ. Id male verſum: *Gentium praeſidatus*, (quaſi ἱερωσύνη ſit *praeſidatus*, ac non potius ſacerdotium,) *puta Aſiae, Bithyniae, Cappadociae, tribuit immunitatem a tutela: hoc eſt, quoad in praeſidatu ſunt.* Tu verte: *Prouinciae alicuius ſacerdotium, puta Aſiarchia,* BITHYNIARCHIA, *Cappadocarchia, tribuit immunitatem a tutelis, hoc eſt, quoad illud ſummum ſacerdotium durat.* HEIN.

BLA.

BLACHERNAE, Conſtantinopoleos ſuburbium, in quo portus, cuius meminit Cedren. *p. 412.* nouum palatium, et ſplendidiſſimum templum, beatae Mariae virgini a Pulcheria imperante Marciano Imp. teſte Zonara *Tomo III. p. 38.* conſecratum. Eius mentio fit in *l. 18. C. de ſacroſ. eccleſ.* et *Nouell. CLIX. in praef.* De hoc ſuburbio temploque a Leone Imp. ibi aedificato, et ab Andronico ſeniore reſtituto, paſſim diſſerit Nicephor. Calliſt. *in Hiſt. eccleſ. praef. ad Andronic. p. 30. Lib. XIV. Cap. II. Lib. XV. Cap. 24.* et *Lib. XVIII. Cap. 38.* HEIN.

BLAESVS, iuriſconſultus, citatur in *l. 31. D. de vſu et vſufr. legat.* Ait ibi vel Labeo, vel Iauolenus: BLAESVS *ait, Trebatium reſpondiſſe.* Sed inter varias lectiones notari video, alios pro *Blaeſo* ibi legere, *Celſum.* Ex mea ſententia iuriſconſultum illum, quisquis fuerit, Trebatium audiuiſſe, vel ſaltim commercium cum eo habuiſſe oportet. Quod quum de Celſo dici nequeat, ei ego lectioni parum tribuerim. Paſſim eorum temporum monimenta memorant *Blaeſios*, vel BLAESOS, neo inepta eſt diuinatio Io. Bertrandi, *de Iuriſperit. Lib. II. Cap. 27.* intelligentis

BLA. BOD.

IVNIVM BLAESVM, quem Africae praefuiſſe, refert Tacit. *Annal. III*, 35. quamuis et haec tantum ſit diuinatio. HEIN. ‖. 2. BLAESVS balbo et atypo, eique qui tardius loquitur, iungitur ab Vlpiano *l. 10. §. vlt. D. de Aedilic. edict.* vbi hos omnes ſanos eſſe, pronunciat. Martial. *Lib. X. Epigr.* 65.

Os BLAESVM *tibi, debiliſque lingua eſt.*

De hoc linguae vitio erudite diſſerit Cael. Rhodigin. *Antiqu. Lect. VII*, 22. HEIN.

BLANDIRI ſibi dicuntur, qui in ſua cauſſa ſibi quid vani perſuadent. *l. 3. §. 2. in fin. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 12. C. de fideiuſſor. l. 5. C. de Iud. l. 3. C. de pagan. l. 125. C. Theod. de decurion.* B. Auguſtin. *in ſerm. qui incipit: Inter preſſum: Nec ſibi male* BLANDIANTVR, *qui poſt gratiam acceptam corrigi nolunt.* Idem *in Pſalm. XCVIII: Non ſibi ergo* BLANDIANTVR, *quia eos in quibusdam exaudit Deus.*

BLATTA *ſerica*, in *l. vlt. C. Theod. de murilegul.* qua et SERICOBLATTA, vel SERICA BLATTA dicitur in *l. 10. C. Inſt. de murileg.* et *l. 13. C. Theod. eod. tit.* eſt purpurae genus, cuius ſit mentio in *l. 1. C. quae res vend. non poſſ.* et apud Caſſiodor. *Var. Lib. I. Epiſt. 2. Cum* BLATTA, *quam noſtro cubiculo dare ſingulis annis conſueuiſti, venire feſtina.* Sidon. Apollinar. *in Panegyr. Maioriano dicto v. 48.*

Pontus Caſtorea, BLATTAM *Tyrus, aera Corinthus.*

Lamprid. *in Elagab. Cap. XXXIII. parauerat igitur funes*, BLATTA, *ſerico et cocco intortis.* Eutropius quoque *Lib. VII. Cap. 9.* Neronem retibus aureis piſcatum, quae BLATTEIS funibus extraxerit, ſcribit. Vnde pallium BLATTOSERICVM, apud Vopiſcum *in Aurelian. Cap. XLV.* et BLATTEA tunica, apud Gregor. Turonenſ. *Lib. II. Cap. 38.* Inde

BLATTIARII; in *l. 2. C. Theod. de excuſ. artif.* qui purpura ſericum tingebant. Nec dubitandum, quin BLATTIARII reſcribendum ſit, pro *bractearii*, in *l. 1. C. Iuſtin. eod. tit.* De blatta ſerica et blattiariis plura dabit Salmaſ. *in Hiſt. Aug. p. 388. et ſequ.* et *p. 395.* HEIN.

BOD.

[BODONES vid. infra ODONES.] Haec Tabor, quum tamen alii ſint *odones*, vel *vdones*, calceamenti genus, de quo infra: alii BODONES. BOTTONES, BOTONTONES, BOTONTINI, per quos intelligunt tumulos, ad denotandos agrorum fines congeſtos. Legitur hoc vocabulum apud Paull. *Sent. Lib. V. tit. XXII. §. 2:* dummodo verba iſta a Paulli, ac non potius ab Aniani, manu ſunt: *Qui terminos effodiunt, vel exarant, arboresue terminales euertunt, vel qui conuellunt* BODONES. Vbi doctiſſimus Schultingius *p. 504. Credo, haec eſſe ab Aniano, non a Paullo, qui an ſciuerit, quid eſſent* BODONES, *valde dubitem. Verbum hoc eſt poſterioris aeui, et notat tumores, ex terra congeſta ad agrorum fines, vt docet* Car. du Freſne *in Gloſſar. med. et inf. Lat.* Vtuntur ſane tali vocabulo ſcriptores rei agrariae, ſed nullus, ſaeculo quarto, vt videtur, antiquior. Fauſtus et Valerius apud Goeſ. *p. 306. In limitibus vero, vbi rariores terminos conſtituimus, monticellos plantauimus de terra, quos* BOTONTINOS *adpellauimus.* Marcus Baro *de caſ. litter. p. 237:* In triuio tres BOTONTINOS. Apud alium *p.* 266. BOTONTINI *terrae* et *p. 267.* BOTONTONES *finales.* In vetere figura *p. 277.* BOTTONES legimus. At nec apud Frontinum, nec apud quemquam alium, paullo vetuſtiorem, ſimile occurrit vocabulum, quamuis et Frontinus *p. 126.* deſcribat *tumores terrae*, qui pro finibus ſint. Fuerit itaque vocabulum technicum, et agrimenſoribus proprium, ſed recentioribus, quodque Paullo vix notum eſſe potuit. HEIN.

BOE.

BOETHI, βοηθοί, in *l. vlt. C. de tabul. ſcrib.* iidem, qui Latine magiſtratuum ADIVTORES dicuntur. Vid. ſupra in ADIVTOR. HEIN.

BOM.

BOMBYCINAE veſtis ſit mentio in *l. 23. §. 1. D. de aur. arg. et apud* Paull. *Sent. III, 6, 79.* Iſidor. *Lib. XIX. Cap. 22.* BOMBYCINA *veſtis a bombyce vermiculo, qui longiſſima ex ſe fila generat, quorum textura* BOMBYCINVM *dicitur, conficiturque in inſula Coo.*

BOMBYX autem quid ſit, et quomodo inde ſericum texatur, vid. apud Clementem Alexandr. *Lib. II. Paedagog. Cap. 12. p. 200.* cuius locum elegantem ſubiiciam: Νῆμα χρυσοῦ, inquit ille, καὶ Σῆρας Ἰνδικοὺς, καὶ τοὺς περιέργους βόμβυκας χαίρειν ἐῶντας. Ὃς σκώληξ φύεται τὸ πρῶτον, εἶτα ἐξ αὐτοῦ δασεῖα ἀναφαίνεται κάμπη· μεθ' ἣν εἰς τρίτην μεταμόρφωσιν νεοχμοῦται βομβύλιον. ὃ δὲ νεκύδαλον αὐτὸ καλοῦσιν· ἐξ οὗ μακρὸς τίκτεται στήμων, καθάπερ ἐκ τῆς ἀράχνης ὁ τῆς ἀράχνης μίτος. *Auri fila, et Indicos Seres, et operoſos bombyces valere iubentibus. Eſt autem bombyx primum vermis, deinde aſpera ex eo naſcitur eruca, poſtquam in tertia metamorphoſi innouatur papilio, quem nonnulli Graece adpellant* νεκύδαλον, *ex quo longum ſtamen naſcitur, quemadmodum ex aranea tela araneae.* Meminit et Tertullian. *aduerſ. Marcion. Lib. I. Cap. 14.* et Seruius *ad illum Virgilii verſum Lib. II. Georg. v. 121.*

Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.

Apud Indos, ait, *et Seres ſunt quidam in arboribus vermes, qui* BOMBYCES *adpellantur, qui in aranearum morem fila tenuiſſima deducunt.* Pollux *Lib. VII. Onomaſt. Cap. 17. Segm. 76.* Σκώληκές εἰσιν οἱ βόμβυκες, ἀφ' ὧν τὰ νήματα ἀνίεται ὥσπερ ἀράχνης. *Bombyces vermiculi ſunt, a quibus fila ducuntur, quemadmodum ab araneis.* Tertull. *de pallio Cap. III. Prorſus haud latet, bombycem, (vermiculi genus eſt,) quae per aerem liquando araneorum horoſcopis idonius ſedes tendit, dehinc deuorat, mox aluo reddere: proinde, ſi necaueris, animata iam ſtamina volues.* De hoc plura qui ſcire deſiderat, adeat Plin. *Lib. XI. Cap. 23.*

BONA. Eorum adpellatione et praedia, et mancipia, et ſupellex et calendarium continentur. *l. 37. D. de vſufr. leg.* Sed enim BONORVM adpellatio aut NATVRALIS eſt, aut CIVILIS. NATVRALITER ex eo BONA dicuntur, quod *beent*, id eſt, beatos faciant. *l. 49. D. de verb. ſignif.* Vnde et *beatos* Latini vocant diuites ac locupletes. Plaut. *in Poenulo Act. I. ſc. 2. Bonam ego, quam* BEATAM *eſſe, primum dici manolo.* Seneca *Lib. III. Controu. Inſolens malum eſt* BEATA *vxor. Quum immenſum pondus*

dus auri orba attulerit, quum pecunia arcas noſtras ornauerit, quid aliud, quam BEATAE *ſeruiemus!* Idem *Epiſt.* de Sabino, diuite homine: *Numquam vidi hominem BEATVM indecentius.* Secundum haec BONA dici uon poſſunt, quae plus incommodi, quam commodi habent. *l. 83. D. de verb. ſignif.* Proinde BONA intelliguntur cuiusque, quae ſubducto aere alieno ſuperſunt. *l. 39. §. 1. D. eod. tit. l. 72. pr. D. de iur. dot. l. 2. §. 1. D. de collat. bon.* Eaque ratione BONA ab *hereditate* ſeparantur. *l. 82. D. de legat. III. l. 16. §. 1. D. ad SC. Trebell.* multumque intereſt, *hereditatis*, an BONORVM vſusfructus legetur. Vſufructu enim bonorum legato, aes alienum ex omnibus bonis deducendum eſt: *l. 96. D. ad leg. Faleid. l. vlt. D. de vſu et vſufruct. leg.* At hereditatis adpellatio et onera continet. BONORVM etiam parte legata, funeris impenſa, manumiſſorumque pretium, ex medio deducitur, aliter atque ſi *hereditatis pars* legata ſit. *l. 8. §. vlt. cum l. ſequ. D. de legat. II. et l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* Aes denique alienum in bonis non eſt. Quod et ſignificat Quinctilian. *Declam. CCLXXIII:* BONA, inquiens, *ſunt, vt opinor, ea, quae detractis alienis deprehenſa ſunt. Finge alium creditorem fuiſſe eius, quem deprehendiſti. Non dubium eſt, quin, quamuis ad te bona pertinerent adulteri, recepturus tamen ſuum creditor fuerit.* Concludamus ergo, NATVRALITER id BONORVM cuiusque intelligi, quod aeri alieno ſupereſt. *l. 11. D. de iur. fiſci.* ¶. 2. CIVILITER vero BONA vniuerſitatem ſucceſſionis ſignificant, qua in ius demortui ſucceditur, ſuſcipiturque eius rei commodum et incommodum. *l. 3. D. de bonor. poſſeſſ. l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Vt, quum BONORVM POSSESSIONEM dicimus, idem hic valet BONORVM adpellatio, quod et *hereditatis* iusque ſucceſſionis, non etiam ſingulare, demonſtrat. *l. 208. D. de verb. ſignif.* Eſt enim iuris magis, quam corporis, poſſeſſio: *l. 3. §. 1. D. de bon. poſſeſſ.* eaque de cauſſa bonorum poſſeſſio iuris nomen eſſe dicitur, ſicut et hereditas. *l. 119. D. de verb. ſignif.* Et hoc ſenſu BONA *adire*, et *adgnoſcere*, pro hereditatem adire, dicunt iurisconſulti, vt libro ſuperiore comprobauimus. Sic et BONIS *ſe immiſcere*, in *l. 91. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. pr. D. de collat. dot.* et ex diuerſo: BONIS *abſtinere. l. 17. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. 44. D. de re iudic. l. pen. et vlt. D. de collat. dot.* Interdum vtrumque nomen HEREDITATIS, et BONORVM, exprimitur, vt in *l. 57. pr. et l. 78. §. 13. D. ad SC. Trebell.* et *l. 83. pr. D. de legat. III. Ex hereditate* BONIS*ue meis.* Et in *l. 32. D. eod. tit. Ex hereditate et* BONIS *meis.* In *l. 88. §. 2. D. de legat. II. Ex hereditate* BONIS*ue Titii.* Sic et *l. 64. §. vlt. D. ſolut. matr. Aeſtimationem hereditatis vel* BONORVM *liberti.* Et tamen BONORVM *omnium* HEREDITATEM inuenies, in *l. 41. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* ¶. 3. In BONIS habere olim dicebantur, qui pleno iure, id eſt, ex iure Quiritium, domini facti non erant: puta, quibus neque mancipata res, neque in iure ceſſa, nec ſtatuto ad vſucapionem tempore ab his poſſeſſa erat, vt Vlpian. *Fragm. tit. I. §. 16. tit. XIX. §. 1. ſequ.* explicat, et Theophilus *in tit. Inſt. quib. ex cauſſ. manumitt. non lic.* qui, eleganter ficto vocabulo, hos BONITARIOS *dominos* adpellat. Vetus Gloſſarium: BONITARIVS, *φυσικὸς δεσπότης.* Aliud Gloſſarium: In BONIS, *δεσποτεία φυσική.* Ex IVRE vero QVIRITIVM vetus Gloſſarium interpretatur: *δεσπότης ἔννομος ἐκ τοῦ νόμου τῶν Κυρίτων, ἢ τῶν Ῥωμαίων. Dominus legitimus ex iure Quiritium, vel Romanorum.* ¶. 4. Alias latius dicimus aliquid IN BONIS ESSE. Vbi praemittimus, quod aliud eſt IN BONIS ESSE, longe aliud EX BONIS. Nam IN BONIS id ESSE dicitur, quod dominii noſtri, vel quaſi dominii eſt. EX BONIS vero, quidquid ex ſubſtantia noſtra eſt, etiamſi commodatum tantum, vel depoſitum, vel pignoratum ſit. *l. 2. §. 22. D. de vi bon. rapt.* IN BONIS ergo eſſe dicimus, quod in patrimonio noſtro aliqua ratione eſt, *l. 1. D. de diuiſ. rer. l. 25. §. 4. D. quae in fraud. cred.* Ita res per vim alienata in BONIS eſſe dicitur eius, qui vim paſſus eſt. *l. 9. §. 6. D. quod met. cauſſ.* Et ſeruus, domino non defendente ductus, in bonis eius eſſe, qui duxit. *l. 26. §. vlt. D. de noxal. action. l. 2. §. vlt. D. ſi ex nox. cauſſ.* In rebus etiam venditoris res vendita eſt, antequam ab eo emtori tradita ſit. *l. 8. §. 12. D. quib. mod. pign. §. 3. Inſt. de emt. vendit.* In BONIS autem noſtris computantur, non ſolum, quae dominii noſtri ſunt, ſed et, quae bona fide a nobis poſſidentur, vel ſuperficiaria ſunt. Aeque ſi quid in actionibus, perſequutionibus, petitionibusque eſt, BONIS adnumeratur. *l. 49. §. 1. D. de verb. ſign. l. vlt. D. de vſu et vſufr. leg.* Princeps itaque, BONA concedendo, videtur et obligationes concedere. *l. 21. D. de verb. ſignif.* Plane iniuriarum actio in BONIS noſtris non computatur, antequam litem conteſtemur. *l. 28. D. de iniur.* Poenales vero actiones, ſiue legitimae, ſiue honorariae, exceptis popularibus, in BONIS actoris computantur. *l. 32. D. ad leg. Falc.* Ex populari enim cauſſa nemo ante litis conteſtationem creditoris loco recte eſſe dicitur. *l. 12. D. de verb. ſignif.* Dos etiam IN BONIS mariti eſſe dicitur, conſtante matrimonio. *l. 21 §. 4. D. ad municipal. l. 7. §. vlt. et l. 75. D. de iur. dot.* Denique rem in BONIS noſtris habere intelligimur, quoties poſſidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus. *l. 52. D. de adquir. rer. dom.* Subſtitutio, quae nondum competit, hereditas item non adita *extra* BONA ſunt. *l. 41. D. de adquir. rer. dom. l. 63. §. 1. D. ad leg. Falcid.* In BONIS etiam noſtris uon eſt, quod euincitur. *l. 190. D. de diuerſ. reg. iur.* Seruitutes nec IN BONIS ſunt, nec EXTRA BONA. *l. 1. D. de vſu et vſuf. leg.* Et eo ſenſu accipiendae loquutiones: IN BONIS habere: *l. 52. D. de vſu et vſufr. legat.* IN BONIS hoc manet: *l. 2. D. de ſepulcr. viol.* IN BONIS emtoris eſt ſeruus. *l. 38. §. 2. D. de lib. cauſſ.* IN BONIS non habent, quibus deminutio eſt interdicta. *l. 10. pr. D. de curat. furioſ.* BONA gerere. *l. 23. pr. D. de pecul. leg.* ¶. 5. Plane in Edicto, quo Praetor in poſſeſſionem mittit legatarios, BONORVM adpellatione non eae tantum res, quarum proprietas ad heredes pertinet, continentur, ſed et agri vectigales, et quae pignori data ſunt, et, quae bona fide poſſidentur. *l. 5. §. 6. D. vt in poſſeſſ. legat.* Similique modo in his verbis Praetoris: SI DOLO MALO EIVS, QVI LIBER ESSE IVSSVS ERIT, POST MORTEM DOMINI, ANTE ADITAM HEREDITATEM IN BONIS, QVAE EIVS FVERVNT, QVI EVM LIBERVM ESSE IVSSERIT, FACTVM ESSE DICETVR, plenius BONORVM cauſſam pro vtilitate omni accipiemus, vt et pignoratae res, et commodatae, et alienae, bona fide poſſeſſae, comprehendantur. *l. 1. princ. et §. 10. D. ſi is, qui teſt. lib.* ¶. 6. In BONIS etiam

eſſe dicitur, qui in eorum poſſeſſionem miſſus eſt. *l. peu. D. vt in poſſeſſ. leg. cauſſ.* Sic Cic. *Lib. XIII. ad Fam. Epiſt.* 30. *Eius frater Catiaae nuper mortuus eſt: nullam omnino arbitramur de ea hereditate controuerſiam eum habiturum, et eſt hodie* IN BONIS, id eſt, bona tenet, ac poſſidet. Ita et: *Domum* IN TVIS BONIS *fecit. l. 19. C. de donat. iat. vir. et vx.* ¶. 7. BONIS *cedere*, *interdicere* et BONORVM *ceſſio*, *interdictio*, vid. ſuis locis.

BONORVM *emtor* dicebatur, qui a creditoribus bona debitoris diſtrahentibus emerat, in quem omnes, quae venditionem bonorum paſſo, vel in eum, competebant, actiones transferebantur, vtilibusque et agebat, et conueniebatur, ceu honorarius ſucceſſor, actionibus. Theophil. *in tit. Inſt. de ſucceſſ. ſubl. quae fieb. per bonor. vend.*

BONORVM POSSESSIO, et POSSESSIO BONORVM, longe differunt. POSSESSIONEM tamen BONORVM conuerſo verborum ordine dixit Macer, in *l. 4. §. vlt. D. de offic. eius, cui mand. iurisd.* Nec hanc ſubtilem verborum ſtructuram obſeruauit Paullus, in *l. 35. D. de obl. et act.* Cicero etiam *pro Cluent. Cap. LX. Inteſtatum eſſe dico mortuum, poſſeſſionemque* BONORVM *ex edicto Praetoris huic illius ſororis filio, adoleſcenti honeſtiſſimo, datam.* BONORVM autem *poſſeſſio*, quae Conſtantino διαδοχὴ, noſtris etiam interdum ſimpliciter POSSESSIO adpellatur, *l. 12. D. de Carbon. edict. l. 77. §. 31. D. de legat. II.* et apud Vlpian. *Fragm. XXVIII, rubric.* definitur, *ius perſequendi vel retinendi patrimonii, ſiue rei, quae cuiusque, quum moritur, fuit*, in *l. 3. §. 2. D. de bon. poſſ.* BONORVM namque POSSESSIO commoda et incommoda hereditaria, itemque dominium rerum, quae in his bonis ſunt, tribuit: *l. 1. D. de bon. poſſeſſ.* ¶. 2. Eſt autem BONORVM POSSESSIO alia CONTRA TABVLAS, quae contra ipſum teſtamentum, contra lignum, contra voluntatem defuncti, competit: qualis eſt, quae filio emancipato patronoque praeterito datur. *l. 6. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. l. 19. D. de contr. tab. bon.* Haec Graece ἐναντίωσις κατὰ διαθήκης, tam in Baſilicis, quam in vetuſtis Gloſſariis, redditur. Alia SECVNDVM TABVLAS, et ſecundum voluntatem, quam Praetor omnibus iure ſcriptis heredibus pollicetur. *§. 3. Inſt. de bon. poſſeſſ. et d. l. 6. §. 1. D. eod. tit.* Et hac facto in ſcriptis teſtamento competunt. At ſi ſine ſcriptis teſtamentum conditum eſt, SECVNDVM vel CONTRA NVNCVPATIONEM bonorum poſſeſſio datur. *l. vlt. C. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 1. C. de bon. poſſ. contr. tab. l. vlt. C. de codicill. l. vlt. C. Theod. de teſtam. et codicill.* Aliae etiam AB INTESTATO ius habentibus legitimum, vel etiam non habentibus propter capitis deminutionem, dantur, quae enumerantur in *§. 1. ſequ. Inſt. de bon. poſſeſſ.* et Pandectarum *Lib. XXXVIII.* ¶. 3. Praeterea BONORVM POSSESSIO quaedam EDICTALIS, nimirum, quae ex edicto competit: *l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. §. 4. D. ſi tab. null. exſtab.* Quaedam vero eſt, quae DECRETO petitur, quae cognitionem pro tribunali, decretumque deſiderat et exposcit; *l. 2. §. 1. ſequ. D. quis ord. in poſſeſſ. l. 2. §. 11. D. ad SC. Tertull.* quaeque ideo DECRETALIS dicitur. *l. 1. §. 7. D. de ſucceſſor. edict.* ¶. 4. Sunt et aliae BONORVM POSSESSIONIS differentiae, veluti BONORVM POSSESSIO ORDINARIA, *l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict. l. 5. §. 3. D. de legat. praeſt.* Qualis eſt VNDE LIBERI, aut alia, quae liberis datur, ad differentiam CARBONIANAE, quae EXTRAORDINARIA eſt. Bonorum poſſeſſio LITIS ORDINANDAE GRATIA, quae in hoc accipitur, vt inſtitui et ordinari iudicium de hereditate poſſit. *l. 8. pr. D. de inoff. teſtam.* Sunt et bonorum poſſeſſiones CVM RE, et SINE RE, de quibus Vlpian. *Fragm. tit. XXVIII. §. 13.* ¶. 5. Ceterum bonorum poſſeſſio a praetore PETI, POSTVLARI, DARI, DECERNI, et contra DENEGARI dicitur. Eam vero PETERE, POSTVLARE, ACCIPERE, ADGNOSCERE, ADMITTERE dicimus illum, cui ea datur. Idem et ADMITTI ad B. P. dicitur, vel EXCLVDI ab illa.

BONORVM POSSESSORES heredum loco ſunt, *l. 117. D. de reg. iur.* et in omnibus vice heredum habentur. *l. 2. D. de bon. poſſeſſ.* Vetus Gloſſarium: BONORVM POSSESSORES *ſunt, qui alicui ſuccedant iure praetorio. Bonorum etiam poſſeſſori adſimilatur is, cui libertatis conſeruandae cauſſa bona addicuntur.* Add. *l. 4. §. 21. D. de fideic. libert.*

BONITARIVM DOMINIVM, *legitimo*, ſeu *Quiritario* opponit Theophilus *ad §. 4. Inſt. de libertin.* Ἔστιν οὖν, ὡς εἶπον, φυσικὴ δεσποτεία, καὶ ἔννομος δεσποτεία. καὶ ἡ μὲν φυσικὴ λέγεται IN BONIS, καὶ ὁ δεσπότης BONITAPIOΣ. ἡ δὲ ἔννομος λέγεται EX IVRE QVIRITIVM. κ. τ. λ. *Eſt etiam, vt dixi,* NATVRALE DOMINIVM, *eſt et* LEGITIMVM. *Et naturale dominium dicitur* IN BONIS, *et dominus* BONITARIVS. *Legitimum vero dicitur* EX IVRE QVIRITIVM. cetera. Sed ſatis notum eſt, Iuſtinianum in *l. vn. C. de nud. iur. Quirit. toll.* ſuſtuliſſe hoc diſcrimen, *nullamque eſſe differentiam pati voluiſſe inter dominos, apud quos vel nudum ex* IVRE QVIRITIVM *nomen, vel tantum* IN BONIS *reperiretur*, denique ſanxiſſe, *vt pleniſſimus et legitimus quisque eſſet dominus, ſiue ſerui, ſiue aliarum rerum ad ſe pertinentium.* HEIN.

BONITAS agri: *l. 25. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 64. D. de Aedil. edict.* fructuum: *l. 15. §. vlt. D. de euict.* frumenti: *l. 65. §. 1. D. de condict. indeb.* fundi: *l. 45. D. de euict.* loci: *l. 1. D. de euict. l. 45. §. vlt. D. de act. emt.* mancipiorum: *l. 36. D. de Aedil. edict.* regionis: *l. 64. D. de euict.* vini: *l. 15. D. de peric. et comm. rei vend.* Pro BONITATE: *l. 45. l. 64. D. de euict.* Eadem BONITATE ſolui mutuum, qua datum eſt, *l. 3. D. de reb. cred.* id eſt, aeque bonum reddi, vt ibidem.

BONVS, A, VM. ſignificat vtilis, vtile. Vnde BONVM *publicum*, pro vtilitate publica, in *l. 1. D. de vſurp. et vſuc.* et apud Plaut. *Trinum. Act. 1. ſcen. 2. in fine Liu. Lib. XXXIV. Cap. V. Accipe quoties id fecerint, et quidem ſemper* BONO PVBLICO. Idem *Lib. IX. Cap. 38. Alter conſul Fabius infeſtus priuatim Papirio erat: quae ne ira obſtaret* BONO PVBLICO, *legatos mittendos ad eum cenſuit Senatus.* Vtitur eodem verbo Tacit. *Lib. VI. Cap. 16.* et Macrob. *Saturn. Lib. III. Cap. 7.* Sic ad BONVM PVBLICVM *natum* Imperatorem, ait Symmach. *Lib. III. Epiſt. 42.* et ad BONVM PVBLICVM *natos liberos* idem *Lib. X. Epiſt. 22.* et BONO REIP. NATVS, in Inſcriptionibus non raro. Proinde ſollennem illam veterum praefationem: QVOD BONVM FAVSTVM FELIXQVE SIT Ouid. *Lib. III. Faſt. v. 27.* hoc do concipit:

Vtile ſit, fauſtumque, precor.

Sic

Sic et: BONO *domini ceſſerit. l. 3. §. 6. D. de in rem verſ.* ¶. 2. Inde familiaris iuriſconſultis loquutio, QVO BONVM *eſt*, pro quae vtilitas eſt? *l. 13. in fin. D. ad SC. Velleian. l. 13. §. 2. D. de vſufr. l. 3. §. 11. l. 10. §. 4. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 93. D. de ſolut.* Sic et Caſſianum illud: CVI BONO, quod a Cicerone *pro Milone Cap. XII. pro Roſcio Amerin. Cap. XXX.* et *Philipp. II. Cap. 14.* memoratur. Priſcian. *Lib. vlt.* interpretatur *cuius gratia, cuius commodo, ad quod bonum?* Eſt haec non modo Latina, ſed et elegans loquutio. Saepe enim veteres QVO pro *ad quid* vtuntur. Horat. *Lib. I. Epiſt. 5.*

QVO *mihi fortunas, ſi non conceditur vſus?*

Virgil. *Ecl. VI, v. 23.*

QVO *vincula nectitis? inquit.*

Plura exempla accumularunt Linac. *Lib. I. p. 94.* Heinſ. *ad Ouid. Epiſt. Phyllid. v. 53.* et *de art. amand. v. 303.* Buchner. *ad Plin. Epiſt. n. 279.* Clar. Ducker. *de Latinit. vet. iurisc. p. 399.* HEIN. ¶. 3. BONVM porro et AEQVVM in libris noſtris coniungi ſolent: vt vice mutua AEQVI BONVM plerumque ſocium eſt, vt vix alterum ab altero ſeparetur. Ac plane in iure ciuili quidquid vtile eſt, idem et aequum habetur, propterea, quod ad ciuium vtilitatem omne ius referendum eſt, vt et ipſa iuris ciuilis tradita a Cicerone *in Topic. Cap. II.* definitio docet. Itaque Horat. *Lib. I. ſat. 3. vtilitatem iuſti et aequi matrem* ſcite adpellauit. Cic. *Philipp. II. Cap. XII. Iouem ipſum ius hoc ſanxiſſe*, ait, *vt omnia, quae reipublicae ſalutaria eſſent, legitima et iuſta haberentur.* Idem, AEQVITATEM *ab* VTILITATE *non poſſe ſeiungi*, ait *Lib. III. de finib. Cap. 21.* Vsque adeo autem amice conſpirant, vt in ea, qua inuicem connecti ſolent, copula, modo hoc, modo illud nomen, ſine iuſta alterius indignatione et querela principatum orationis teneat. Quod ex his, quae ſuperiore libro protuli, teſtimoniis planum fit: quibus hic, qui ſequitur, cumulus accedet. BONO et AEQVO non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire pro alterius lucro. *l. 6. §. vlt. D. de iur. dot.* Eum, qui nocentem infamauit, non eſſe BONVM AEQVVM, ob eam rem condemnari: *l. 18. D. de iniur.* In his, quae extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res EX AEQVO et BONO interpretationem capere: *l. 16. D. de condit. et demonſtrat.* quo loco aequum et bonum ſcripti iuris rationi opponitur. Quod quidem tempus EX AEQVO et BONO praetorem obſeruare oportet: *l. 71. §. 2. D. de legat. I.* De BONO et AEQVO quaeſtio: *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.* ad BONVM et AEQVVM redigenda: *l. 24. §. 1. D. de minor.* Quod BONVM et AEQVVM iudici videtur: *§. vlt. Inſt. ſi quadrup. paup. fec.* Eam mihi pecuniam a te reddi, AEQVVM et BONVM eſt: *l. 32. D. de reb. cred.* ¶. 4. Praeterea et actiones quaedam EX AEQVO et BONO eſſe et oriri, item IN BONVM et AEQVVM concipi dicuntur. EX BONO et AEQVO eſt iniuriarum actio: *l. 11. §. 1. D. de iniur.* EX BONO et AEQVO oritur actio funeraria: *l. 14. §. 6. D. de religioſ.* itemque actio, quae competit de effuſis et deiectis. *l. 5. §. 5. D. de his, qui effud. vel deiec.* EX BONO et AEQVO introducta indebiti condictio: *l. 66. D. de condict. ind.* Quod ob rem datur EX AEQVO et BONO habet repetitionem. *l. 65. §. 4. D. eod. tit.* In BONVM et AEQVVM concepta eſt de dote actio: *l. 8. D. de cap. minut.* et actio ſepulcri violati: *l. 10. D. de ſepulcr. viol.* EX AEQVO et BONO exceptio accommodanda: *l. 2. §. 8. in fin. D. ſi quis caution. in ind.* Sic nec AEQVIVS, nec MELIVS, *l. pen. §. vlt. D. ſolut. matr. l. 82. in fin. D. de ſolut.* quae erat rei vxoriae formula, vt Cicero *de Offic. III. Cap. 15.* tradit. EX BONO et AEQVO conſtitui a iudice: *l. 4. §. 3. in fin. D. de fideiuſſ. et nominat.* Quanti EX BONO et AEQVO res patitur. *l. 1. D. quod cum eo, qui in al. poteſt.* Defendendi EX AEQVO et BONO poteſtas. *l. 30. D. de noxal. act.* ¶. 5. Notae porro ſunt loquutiones: Pro BONO aeſtimare: *l. 13. D. de ann. legat.* BONI conſulere: *l. 12. D. de iur. dot. l. 3. D. de decurion.* id eſt BONVM *iudicare*, vti interpretatur Quinctilian. *Inſtit. orat. Lib. I. Cap. 10.* Aeque BONVM reddi. *l. 3. D. de reb. credit.* ¶. 6. Ceterum et plerisque ſubſtantiuis hoc adiectiuum accedit, quas loquutiones diſtinctius expendere, ordine alphabetico operae pretium fuerit.

BONA CAVSSA *l. 63. §. vlt. D. de euict. l. 2. D. de condict. ob turp. cauſſ. l. 30. D. de liberat. leg. l. 11. C. de adminiſtr. tut.* Ouid. *Lib. I. Triſt. Eleg. 8.*

Qualibet officio ſit BONA CAVSSA *tuo.*

Sic BONAM CAVSSAM *habere*: *l. 73. D. de iudic. l. 11. §. 1. D. de adminiſtr. tut.* et ex diuerſo: *malam cauſſam* habere: *l. 55. D. de euict.*

BONVM CONSILIVM, et MALVM ſibi inuicem opponuntur, et vtrumque tamen ad perſuadendum idoneum eſt. *l. 1. §. 3. D. de ſeru. corr.* HEIN.

BONIS CONDITIONIBVS emere: *l. 54. D. de aedil. edict.* diſtrahere ſeruos: id eſt, nullis adiectis adpoſitisue legibus grauibus aut duris. *l. 1. D. de his, qui ſui vel al. iur. l. 1. in fin. D. de quaeſt. §. 1. Inſt. de his qui ſui vel al. iur.* Hinc meliorem conditionem adferre, in *l. 1. l. 3. l. 4. l. 6. D. de in diem addict.*

BONVM etiam DOLVM *veteres dicebant, et pro ſollertia hoc nomen accipiebant, maxime ſi aduerſus hoſtem latronemue quis machinaretur*, inquit Vlpianus *l. 1. §. 3. D. de dol. mal.* qui et inde rationem reddit, cur praetor, non contentus DOLVM dicere, adiecerit epitheton *διακριτικὸν* MALVM. Eodem fere modo rem exponit Donatus *ad Terent. Eunuch. Act. III. ſcen. 3. v. 9.* Nec aliter Graeci, inter quos quum Homer. *Iliad.* Δ. ſcripſiſſet: *δολόεσσι κακοῖσιν*, Euſtathius addit, illud *κακοῖσι* adiici *πρὸς διαφορὰν, δόλων ἑτέρων ἀγαθῶν, οἷς ἐπαινέτως ἄν τις κοσμοῖτο. ad differentiam aliorum dolorum bonorum, quibus quis cum laude ornaretur.* Plura ea de re diſſeruerunt M. Ant. Muret. *Var. Lect. XVIII, 4.* et qui hanc materiam accurate perpoliuit, V. C. Eu. Otto *de dolo bono in Diſſ. iur. publ. et priuat. p. 496. ſequ.* HEIN.

BONAE FIDEI verbum varie ſumitur. Interdum enim BONAM FIDEM in animi ſcientia ponimus, quum videlicet quis rem eam, quam poſſidet, ſuam eſſe exiſtimat. *l. 137. D. de reg. iur. l. 24. pr. D. de vſurp. et vſucap. l. 1. §. 2. D. de SC. Silan. l. 10. pr. D. de adquir. rer. dom. l. 2. §. 22. D. de vi bon. rapt.* et alias crebro. Et ſic quis dicitur B. F. DOMINVS, *l. 12. §. vlt. D. de liberal. cauſſ.* qui a non domino, quem tamen dominum putabat, emit. Generaliter etiam, qui a quolibet rem emit, quam putat ipſius eſſe, BONA FIDE EMIT. At qui ſine tutoris auctoritate a pupillo emit, vel eo auctore,

quem

quem ſcit tutorem non eſſe, non videtur B. F. EMERE. *l. 27. D. de contr. emt.* vt nec tutor, qui pupilli rem per interpoſitam perſonam emit: *l. 5. §. 3. et 4. D. de auctorit. et conſ. tut.* aliter, atque ſi deceptus ſalſo tutore auctore emerit. *l. 13. §. vlt. D. de Publican. in rem act.* B. F. EMERE plane non videtur, qui ſciens ab eo emit, quem Praetor, vt ſuſpectum hereditatem deminuere vetuit. *l. 7. §. D. pro emt.* At qui a procuratore, licet minoris diſtrahente, quam res vendi potuiſſet, emit: MALA FIDE emere non videtur, niſi fraudem participauerit. *d. l. 7. §. 6. D. pro emt.* Qui contra denunciationem a domino ſactam emit, B. F. non emit. *l. 17. C. de rei vind.* Denique B. F. EMTOR eſſe videtur, qui ignorauit, eam rem alienam eſſe, aut putauit, eum qui vendidit, ius vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem eſſe. *l. 109. D. de verb. ſignif.* Ceterum tam BONAE FIDEI *emtorem*, quam BONA FIDE emtorem, promiſcue iuriſconſulti dicunt, vt in *l. 7. in fin. D. de Public. in rem act. l. 8. D. pro emt. l. 13. §. vlt. D. de minor. l. 1. §. 2. D. de pign. l. 4. §. 31. D. de dol. except. l. 9. D. quae in fraud. cred. l. 14. §. 5. D. quod met. cauſſ. l. 26. D. de ſtat. hom. l. 27. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. l. vlt. D. de admin. rer. ad ciu. l. 2. C. ſi quis ignor. l. 5. C. de vſuc. pro emt.* Sic et BONA FIDE POSSIDERE dicitur, qui ignorat rem alienam eſſe: *l. 3. pr. D. ad leg. Fab. de plagiar.* Et contra ea MALA FIDE poſſidet, qui conſcius, ad ſe non pertinere, poſſidet, et qui intelligit, alienum ſe poſſidere. *l. 38. D. de vſurp. et vſuc. l. 3. §. 22. D. de adqu. poſſ.* Quod et Conſtant. Harmenop. *Lib. I. tit. 3.* oſtendit. ΚΑΛΗι ΠΙΣΤΕΙ, ait, *κατέχει, τουτέστιν οὐκ εἰδὼς, ὅτι ἀλλότριον τὸ πρᾶγμα, ἀλλ᾽ ἀπατώμενος, καὶ νομίζων, δικαίως κατέχειν αὐτὸ ἢ κακῇ πίστει, τουτέστι, ξένον εἶναι γινώσκων τὸ πρᾶγμα. Aut* BONA FIDE *quis poſſidet, id eſt, neſcius, rem eſſe alienam, vel deceptus exiſtimans, ſe illam iuſte poſſidere: aut* MALA FIDE, *id eſt, conſcius, rem eſſe alienam.* In SC. de hereditatis petitione M. F. POSSESSOR is intelligitur, qui ſciens, ad ſe non pertinere, poſſedit. Ex quo etiam ſciuit quis, a ſe hereditatem peti, ex eo tempore coepit M. F. poſſeſſor eſſe, ſiue ei denunciatum ſit, ſiue ſine denunciatione reſciuerit. *l. 20. §. 11. D. de hered. petit.* Itaque ſtatim poſt motam hereditatis controuerſiam in M. F. poſſeſſor conſtituitur. Enimuero, qui auctore iudice comparauit, B. F. poſſeſſor eſt. *l. 137. D. de reg. iur.* Ceterum B. F. non poſſidet, qui id, quod poſſidet, non putat, ſibi per leges licere vſucapere. *l. 32. §. 1. D. de vſurp. et vſuc.* Sed nec B. F. poſſeſſor videtur, qui tacitum fideicommiſſum in fraudem legis ſuſcepit. *l. 28. pr. D. de his, quae vt indign.* At ne ille quidem, vel ante illatam controuerſiam B. F. poſſeſſor habetur, qui inultam defuncti necem omiſerit, *l. 1. D. de his, quae vt indign.* niſi ſi deceptus ignorantia ſacti fuerit. *l. 17. D. eod. tit.* M. F. item poſſeſſor eſt, qui ab herede poſt motam controuerſiam, quaeſtionis illatae non ignarus, comparauit. *l. 2. C. de petit. hered.* B. F. certe poſſeſſor eſſe quis deſinit, ex quo cognouit rem alienam eſſe. *l. 48. §. 1. D. de adqu. rer. domin.* Sed et poſt litem conteſtatam omnes incipiunt M. F. poſſeſſores eſſe, quin immo poſt controuerſiam motam. *l. 25. §. 7. D. de hered. petit. l. 45. D. de rei vind.* Denique vt B. F. emere et poſſidere, ita et B. F. accipere dicitur, qui ab eo, quem dominum eſſe iuſta ratione ductus, exiſtimat, per traditionem rem accipit. *l. 38. D. de vſurpat.* BONA autem FIDES tantumdem poſſeſſori praeſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt. *l. 136. D. de reg. iur.* Nam vbi lex inhibet vſucapionem, BONA FIDES poſſidenti nihil prodeſt. *l. 24. pr. D. de vſurpat. et vſuc.* Denique etiam promiſcue dici animaduertimus, tam BONAE FIDEI, quam et BONA FIDE *poſſeſſorem, vt in l. 9. §. 4. D. de adqu. rer. dom. l. 22. §. 2. D. de pign. act. l. 14. D. de religioſ. l. 2. C. ſi mal. fact. alien. l. 18. D. de petit. her. l. 11. l. 12. l. 13. D. de noxal. act. l. 3. D. ad leg. Fab. de plagiar. l. 48. D. de rei vind. l. 137. D. de reg. iur.* Eodem plane ſenſu, quo poſſideri et emi rem bona fide, interpretati ſumus: etiam BONA FIDE SERVIRE nobis, vel ſerui alieni, vel liberi homines dicuntur, quos alienos vel liberos ignoramus. *l. 23. §. 6. l. 25. §. 1. D. de Aedil. edict. l. 23. l. 54. §. vlt. D. de adqu. rer. dom. l. 10. D. de pact. l. 11 pr. D. de acceptilat. l. 1. §. vlt. D. de pecul. l. 1. §. 27. D. depoſ. l. 1. §. 8. D. quod. iuſſ. l. 1. §. vlt. D. de tribut act. l. 33. pr. D. de ſtipul. ſeru. l. 12. §. vlt. D. de liberal. cauſſ. l. 73. D. de legat. III.* BONA ergo FIDE SERVIRE *alienus ſeruus* dicitur, qui a non domino B. F. poſſidetur. *l. 19. D. de ſtip. ſeru. l. 43. §. 3. D. de Aedilit. edict. l. 19. §. 1. D. de euict. l. 27. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult. l. 21. pr. l. 23. pr. §. 1. 2. et vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 1. §. 6. D. de adquir. poſſeſſ. l. 25. pr. D. de adquir. vel omitt. her. l. 3. §. 14. D. vi bon. rapt.* BONA FIDE SERVIRE etiam *liber homo* dicitur, qui B. F. poſſidetur ab eo, qui eum iuſtam ſeruitutem ſeruire exiſtimat. *l. 19. l. 49. l. 54. pr. D. de adquir. rer. dom. l. 6. §. 7. D. de negot. geſt. l. 11. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 8. §. 5. D. mandat. l. 15. §. 3. D. de adquir. poſſeſſ. l. 118. pr. l. 126. §. 2. D. de verb. oblig. l. 45. §. vlt. D. de adquir. vel. omitt. her. l. 54. §. vlt. mand. l. 3. §. 8. D. de donat. inter vir. et vxor.*

¶. 2. Alias BONA FIDES contraria eſt fraudi, dolo, aſtutiis, malitiae. *l. 3. in fin. D. pro ſoc. l. 23. D. de regul. iur.* Itaque BONA FIDE, eſt citra fraudem, ſine dolo, ſine captione cuiusquam, eaque vtplurimum opponuntur inter ſe: BONA FIDE, et *dolo malo, vel per fraudem: in l. 24. D. de manum. teſt. l. 35. D. locat. l. 2. D. de ſeparat. l. 12. §. 1. D. de liber. cauſſ. l. 9. D. quae in fraud. cred. l. 27. D. ad SC. Velle.* Vnde in *l. 68. pr. D. de contrah. emt.* Proculus BONAM FIDEM *praeſtare*, interpretatur, *vt dolus malus abſit.* BONA FIDE *ignorantur*, citra dolum vel fraudem. *l. 45. D. de ſolut. l. 46. §. 1. D. de iur. fiſc.* BONA FIDE, et non in fraudem alicuius. *l. 34. D. de procurat.* BONA FIDE, id eſt, citra calumniam, et non tergiuerſandi animo. *l. 7. §. 1. v. plane D. de petit. hered.* BONA FIDE, ſine fallaci aliqua diſſimulatione: *l. 46. §. 4. de procurat.* Modeſtinus *l. 6. §. vlt. D. de excuſat. tut.* μὴ συκοφαντίᾳ, ἀλλ᾽ ἐκ καλῆς πίστεως; *non per calumniam, ſed ex* BONA FIDE. Denique BONAE FIDEI contraria eſt MALA FIDES, *l. 1. C. de reſcind. vend.* quae idem valet, quod *dolus malus*, in *l. 1. C. de long. temp. praeſcr.* MALA enim FIDE eſt aſtute, callido conſilio, malitioſe, doloſe. Vnde in *l. 5. §. vlt. D. de auct. tut.* NON MALA FIDE, *ſed* SIMPLICITER. BONAE item FIDEI contrarius eſt DOLVS. *l. 5. C. de reſcind. vendit.* Et eo ſenſu dicimus: BONA FIDE abeſſe: *l. 30. D. de noxal. act. l. 19. D. de damn. infect.* BONAM FIDEM agnoſcere: *l. 9. §. 6. D. de admin. et peric. tut.* BONA FIDE condemnari: *l. 24. D. de adpellat.* BONA FIDE conſtitutus tutor: *l. 3. §. 15. D. de ſuſp. tut.*

BON.

BONA FIDE conſumere pecuniam: *l. 9. §. 1. D. de auct. tut.* BONA FIDES in contractibus omnibus deſideratur: *l. 4. C. de obl. et act.* Abeſſe enim ab iis fraus et dolus debet, et in iis BONA FIDES ſequenda: *l. 21. D. de reb. dub.* eaque B. F. quae in contractibus exigitur, aequitatem ſummam deſiderat: *l. 31. D. depoſit.* B. F. legem contractus ſeruari expoſcit: *l. 13. D. comm. diuid. l. 2. in fin. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.* exigitque, vt, quod conuenit, fiat: *l. 21. D. locat.* nec quidquam magis B. F. congruit, quam id praeſtari, quod inter contrahentes actum eſt. *l. 11. D. de act. emt. vend.* Hinc B. F. exigit, vt arbitrium tale praeſtetur, quale viro bono conuenit: *l. 24. D. locat.* contra B. F. eſt vſuras deſiderare temporis ante moram ab eo, qui beneficium in re aliena ſuſcipienda praeſtitit. *l. 24. D. depoſ.* B. F. non conuenit abnegare, quod accepit: *l. 11. D. depoſ.* nec ea patitur, vt bis idem exigatur: *l. 57. D. de reg. iur.* vel, vt, qui ſuum negotium, quaſi meum, geſſit, me obliget: *l. 6. §. 4. D. negot. geſt.* vel vt, quum emtor alicuius legis beneficio pecuniam rei venditae debere deſiiſſet, antequam res ei tradatur, venditor tradere compellatur, et re ſua carere: *l. 50. D. de act. emt. vend.* vel vt a contractu venditionis iure perfecto, alterutro inuito, recedatur. *l. 3. C. de reſcind. vend.* Quatenus ergo BONA FIDES patitur, conuentionem ſeruari iubebit iudex. *l. 22. C. de locat.* Nam aliquando B. F. quid non patitur: *l. 6. §. 4. D. de neg. geſt.* et contra B. F. ſuadet praeſtari vſuras. *l. 18. C. eod. tit.* Et generatim haec eſt B. F. vt commiſſam rem recipiat is, qui dedit. *l. 31. §. 1. D. depoſ.* BONAE FIDEI etiam conuenit, vt, ſi ſciens quis ignoranti furem pignori dederit, omni modo damnum praeſtet. *l. 61. §. 3. D. de furt.* Contra B. F. non congruit, de apicibus iuris diſputare. *l. 29. §. 4. D. mandat.* nec eo pacto ſtari, quod alteri captioſum ſit. *l. 7. §. vlt. D. de reſc. vendit.* Ita et aduerſus B. F. mandatum eſt, ſi meretrici pecuniam credi mandes. *l. 12. §. 11. D. mandat.* Porro BONA FIDE quis dicitur CREDERE: *l. 2. D. quod falſ. tut. auct.* DARE heredibus: *l. 40. D. de ſtatulib.* DEMINVERE: *l. 3. §. 2. D. de vſur.* DISTRAHERE res: *l. 7. §. 8. D. de min.* DIVORTIVM facere: *l. 38. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* EROGARE: *l. 4. C. de in lit. iur. l. 3. C. de adminiſtr. tut.* EXIGERE iusiurandum: *l. 30. §. 3. D. de iureiur.* EXPENSAS facere: *l. 39. §. vlt. D. de minor.* FACERE ſumtus, *l. 33. §. vlt. D. de adm. et per. tut. l. 18. C. famil. erciſc. l. 3. D. de ventr. in poſſeſſ.* vel impendia: *l. 27. §. 4. D. mand.* GERERE: *l. 44. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 12. D. de adm. et peric. tut. l. 7. §. 6. D. de donat. int. vir. et vx.* INTERPONERE transactiones: *l. 10. C. de transact.* MERCARI: *l. 5. C. de vſucap.* PERCIPERE fructus et reditus: *l. 32. §. 2. 3. D. de adm. et peric. l. 3. § 3. D. de vſur.* BONAM FIDEM PRAESTARE: *l. 18. D. de negot. geſt. l. 68. D. de contr. emt. l. 5. §. 7. D. de adm. et per. tut. l. 10. D. mand.* BONA FIDE REDDERE creditum, Plin. *Lib. II. Cap. 55.* itemque rationes: *l. 32. D. de condit. et dem.* SOLVERE: *l. 46. §. 6. D. de iure fiſci. l. vlt. D. de bon. damn.* SVMERE contentionem ex perſona alterius: *l. 9. C. de procurat.* VENDERE *l. 47. D. de min.* veluti vinum, id eſt, quantum ſine incommodo fieri poteſt, operam dare, vt quam minimo detrimento ſit ea res emtori: *l. 1. §. 3. D. de peric. et comm. rei vend.* VENIRE ad defenſionem cauſſae. *l. 34. D. de iur. fiſc.* Eiusdem ſenſus eſt loquutio: EX BONA FIDE.

BON.

Ex ea enim actio oritur: *l. 2. §. 2. D. de precar.* Ex B. F. aliquid datur: *l. 2. §. 4. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* EX B. F. eſt, ſeruum, cum quo negotium geſtum eſt, deceptum non eſſe. *l. 51. D. de Aedilit. edict.* Similiter EX B. F. eſſe aliquid dicitur in *l. 22. §. 4. D. mand. l. 11. D. depoſ.* EX B. F. redduntur rationes: *l. 46. §. 4. D. de procur.* et aliquid reſtituitur vel non: *l. 46. D. de hered. inſt. l. 31. §. vlt. D. depoſ.* ſcribuntur elogia: *l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Denique et SECVNDVM BONAM FIDEM admittitur compenſatio: *l. vlt. C. de contrar. iud. tut.* res reſtituitur: *l. 15. C. de iure dot.* alteri ſatisfit. *l. 6. C. de teſt. tut.* ‖. 3.

BONA FIDES alias etiam aequum et bonum ſignificat. *l. 1. §. 7. D. de act. emt. l. 45. §. 1. D. locat.* Etenim, quod in *l. 5. D. de oblig. et act.* Caius ait: QVOD ALTERVM ALTERI EX B. F. PRAESTARE OPORTET, hoc idem ipſe in *l. 2. D. eod. tit.* exprimit: EX AEQVO ET BONO. Hinc B. F. IVDICIA ET CONTRACTVS. *l. 7. D. de neg. geſt. l. 5. D. de in lit. iur. l. 7. D. de ea, quod cert. loc. l. 3. §. 2. D. commod. l. 36. D. de pecul. l. 32. §. 2. D. de vſur. l. 57. D. de obl. et act. l. 22. D. de donat. l. 6. D. quod cum eo, qui in al. poteſt. l. 31. §. 20. D. de Aedilit. edict. l. 84. §. 5. l. 108. §. 12. D. de legat. I.* Vocantur et *iudicia* BONA FIDE, *l. vlt. D. de fideiuſſ.* et *iudicia, quibus ex F. B. agitur*, apud Ciceronem *de Offic. III. Cap. 15.* videlicet, quae ex B. F. oriuntur ac deſcendunt, *l. 57. D. de contrah. emt. l. 7. §. 2. C. de rei vxor. act.* Paull. *Sent. II, 17, 14.* quibusque B. F. ineſt. *l. 152. §. vlt. D. de reg. iur.* In his enim iudiciis alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex B. F. ſeu ex aequo et bono, praeſtare oporteret, *l. 2. l. 5. D. de oblig. et act.* liberaque poteſtas iudici permittitur, aeſtimandi, quantum actori praeſtetur. *§ 30. Inſt. de action.* tantumque in illis iudiciis officium iudicis valet, quantum in ſtipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. *l. 7. D. de neg. geſt.* Hanc poteſtatem naniſcebatur iudex, vt Cicero *in Topic. Cap. XVII.* et *pro Roſcio comoed. Cap. VII.* indicat, quum in formula a Praetore additum erat: EX FIDE BONA, vel QVANTVM AEQVIVS MELIVS, vel, VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET SINE FRAVDATIONE, de quibus diximus *Lib. V. de formulis Cap. XV. p. 351.* Hac ratione BONAE FIDEI adiectione temperandam eſſe actionem, dixit Vlpianus in *l. 12. D. de dol. mal.* Proinde abeſſe a B. F. iudiciis quam maxime dolus malitiaque omnis debet, etiamſi conuenerit, ne dolus praeſtetur. Hoc enim B. F. contrarium eſt. *l. 23. D. de reg. iur.* Doli quoque exceptio praeſtatioque his iudiciis ineſt. *l. 21. D. ſolut. matrim. l. 84. §. 5. D. de legat. I.* Sed et pacti exceptio his ineſt. *l. 3. D. de reſcind. vend.* In his iudiciis ſemper ad aequum et bonum interpretatio redigitur. Non recipiunt itaque eam praeſtationem, quae contra bonos mores deſiderantur. *l. 5. D. de vſur.* Sed nec conuentionem aliquam iniquam admittunt. *l. 11. §. vlt. D. de act. emt.* B. F. ratione fructus in his iudiciis praeſtantur: *l. 21. D. de hered. pet.* et quae moris ſunt et conſuetudinis, in his iudiciis veniunt. *l. 31. §. 20. D. de Aedil. edict.* Conſenſu vero maxime haec iudicia ſuſtinentur: *l. 116. D. de reg. iur.* omniaque, quae contra B. F. fiunt, veniunt in huiusmodi actiones. *l. 1. §. 1. D. de act. emt.* In iis porro, quod ad vſuras attinet, tantum poteſt officium arbitri quantum ſtipulatio. *l. 24. D. depoſ.* In

iis et rationem adfectus haberi, prudentioribus placuit. *l. 54. D. mand.* Ob ea in litem iuratur. *l. 5. D. de in lit. iur.* Iis denique exceptiones poſtea factae, quae ex eodem ſunt contractu, inſunt. *l. 7. §. 6. D. de pact.* Ceterum B. F. iudicia enumerantur a Iuſtiniano in *§. 28. Inſt. de action. l. 2. C. de rer. permut. l. vlt. C. de hered. petit.* Iis opponuntur STRICTA IVDICIA, vel STRICTI IVRIS actiones, vel STRICTI IVDICII actiones. *l. 5. D. de in lit. iur.* vt *Libro XVII.* fuſius docemus. Huc pertinet, quod Vlpianus ait: *Quum res aeſtimata datur, negotium ciuile geſtum eſt, et quidem* BONAE FIDEI. *l. 1. D. de aeſtimat. act.* Arbitrium BONAE FIDEI iudicis occurrit in *l. 4. §. 2. D. de in lit. iur.* Sic et BONAE FIDEI CONTRACTVS aliis *ſtricti iuris* opponuntur frequentiſſime. B. F. contractui conſonat: *l. 48. D. de action. emt.* B. F. contractus non hoc patitur conuentione, vt emtor rem amittat, et pretium venditor retineat. *l. 11. §. vlt. D. de act. emt.* In B. F. contractibus, inopia probationum, iureiurando res deciditur. *l. 3. C. de reb. credit.* In B. F. contractibus ex mora vſurae debentur. *l. 32. §. 2. D. de vſur.* Symmach. *Lib. II. Epiſt. 86. Vox iuris ac legum eſt, B. F. contractum non poſſe reſcindi.* Ita et B. F. debitor dicitur. Sueton. *Aug. Cap. XLII. Eidem populo, promiſſum quidem congiarium repoſcenti,* BONAE FIDEI *ſe eſſe, reſpondit.* Ammian. Marcellin. *Lib. XXV. Cap. III. Quam repoſcenti naturae debitor* BONAE FIDEI *redditurus exſulto.* BONAE FIDEI interpretatio hanc quoque conuentionem admittit. *l. 58. D. de pact.*

¶ 4. Illud defunctorie, quo curioſis ſatisfiat, pro coronide adiiciam, vtplurimum BONAE nomini FIDEI anteponi. Interdum tamen etiam FIDEM BONAM iuriſconſulti, conuerſo ſcripturae ordine, dicunt, *vt l. 6. §. 4. D. de negot. geſt. l. 3. §. 2. D. de vſur. l. 31. D. depoſ. l. 6. D. de cuſt. et exhib. reor. l. 2. §. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* Sic *contra* FIDEM BONAM *vendere,* eſt in *l. 3. D. de extr. cognit.*

BONA GRATIA diſſolui olim matrimonium dicebatur, quod nullius ex coniugibus culpa, et ſine animi ſui ira et offenſa, conſenſu mutuo, vel iuſta aliqua et rationabili ex cauſſa, ſoluebatur. *l. 32. §. 10. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 14. D. qui et a quib. manum.* vt eueniebat, cum propter ſacerdotium, vel ſterilitatem, vel ſenectutem, aut valetudinem, aut militiam ſatis commode retineri matrimonium non poſſe, vel quum marito capto ab hoſtibus, et quinquennio a tempore captiuitatis elapſo, mulier ad alias nuptias migraret. His enim ex cauſſis matrimonium BONA GRATIA diſſolui intelligebatur. *l. 60. l. 61. l. 63. D. de donat. int. vir. et vx. l. 6. D. de diuort.* Iuſtinianus *Nouell. XXII. Cap. 4.* Διαλύονται δὴ ἐν ζωῇ συμβαλόντων γάμοι, οἱ μὲν συναινοῦντος ἑκατέρου μέρους (ὑπὲρ ὧν οὐδὲν διαληπτέον,) τῶν συμφώνων τὸ πρᾶγμα καθάπερ ἂν ἑκάστῳ δόξειε διοικησομένων· οἱ δὲ κατὰ πρόφασιν εὔλογον, οἳ δὴ καὶ BONA GRATIA καλοῦνται. *Diſſoluuntur vero matrimonia, viuentibus contrahentibus, vel conſentiente vtraque parte, (de quibus hic nihil dicendum,) pactis hanc rem, ſicut vtrique placuerit, definientibus, vel ex occaſione iuſta, quae* BONA GRATIA *vocantur. Nouell. CXL. praef.* Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐξῆν ἀκινδύνως τοὺς τοιούτους ἀπ' ἀλλήλων χωρίζεσθαι κατὰ κοινὴν γνώμην τε καὶ συναίνεσιν τοῦτο πράττοντας· ὥστε καὶ νόμους κεῖσθαι πολλούς, τοῦτο λέγοντάς τε, καὶ διορίζοντας, καὶ BONA GRATIA τὴν οὕτω πρᾶξασαν λύσιν τῶν γάμων τῇ πατρίῳ καλοῦντας φωνῇ. *Pro vetere ſane iuris ratione fas atque licitum fuit, vt iſtiusmodi a ſe recederent, dummodo id communi voluntate et conſenſu facerent. Adeo vero, vt multae leges eſſent, quae hac de re et agerent, et conſtituerent: tum etiam talem matrimonii diſſolutionem* BONA GRATIA *in patria lingua dicerent. Nouell. XCVIII. Cap. II. §. 2.* Ἴσμεν δέ τι καὶ τοιοῦτον γενόμενον, ὅτι BONA GRATIA δόξαντος διαλελύσθαι τοῦ γάμου, καὶ ἀναχωρῆσαι τὴν μὲν πρὸ γάμου δωρεὰν εἰς τὸν γράψαντα. *Scimus autem, tale quid etiam contigiſſe, quum matrimonium* BONA GRATIA *diſſolutum, donatio ante nuptias ad eum, qui ſcripſerat reuertiſſe videretur.* HEIN. Vetus Gloſſarium: BONA GRATIA ἄνευ μέμψεως, καὶ αἰτίας ἀλόγου.

BONVS IVDEX. *l. 3. §. 3. D. commod.*

BONVS MILES, *l. 5. §. 6. D. de re milit.*

BONI MORES, *l. 5. D. de vſur. l. 14. §. vlt. D. ſolut. matr.* Qua de voce dicam vberius *Lib. XI.*

BONVM NOMEN, de eo quoque infra ſub NOMEN.

BONA OPINIO, pro bona ac illaeſa exiſtimatione. BONAE OPINIONIS *cognati,* in *l. 6 C. de ſuſp. tut.*

BONVS PATERFAMILIAS: *l. 22. §. vlt. D. de manumiſſ. teſt. l. 9. §. 2. D. de vſufruct. l. 15. §. vlt. D. de vſu et habit. l. 35. §. 4. D. de contr. emt.*

BONA RATIONE *l. 3. §. 5. D. de bon. lib. exhib.* BONA RATIONE *emere.* Cic. *pro Fontei.*

BONVM VENENVM, pro medicamento. Eſt enim et hoc vocabulum ἐκ τῶν μέσων aeque, ac Graecum Φάρμακον. Caius *l. 236. D. de verb. ſignif. Qui* VENENVM *dicit, adiicere debet, vtrum malum an bonum. nam et medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum eſſet, mutat.* Quod poſtea illuſtrat notione vocabuli Graeci, Φάρμακον, adducto eam in rem loco Homeri: *Odyſſ. IV. v. 230.*

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

VENENA *quidem multa* BONA *mixta, multa autem mala.*

Similiter Marcian. *l. 3. §. 2. D. ad leg. Corn. de ſicar. Adiectio autem iſta* VENENI MALI *oſtendit, eſſe quaedam et non mala venena. Ergo nomen medium eſt, et tam id, quod ad ſanandum, quam id, quod ad occidendum paratum eſt, continet.* Prudent. *Hamartigen. v. 231.*

Quid loquar herbarum fibras, MEDICANTE VENENO.
Tinctas?

Sed de hoc plura infra ſub voce: VENENVM. HEIN.

BONVS VIR. Eo nomine quilibet iuſtus, aequus, et prudens, conſideratusque paterfamilias accipiendus eſt. *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.*

l. vlt.

l. vlt. D. vſufruct. quemadm. cau. l. 16. in fin. D. de vſu et habit. l. 47. §. 2. D. de fideic. libert. l. 58. §. 1. D. locat. l. 45. D. de procurat. l. 5. §. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. Horat. *Lib. I. Epiſt. 16. v. 40.*

> *Vir* BONVS *eſt quis?*
> *Qui conſulta patrum, qui leges iuraque ſeruat:*
> *Quo multae magnaeque ſecantur iudice cauſſae:*
> *Quo reſponſore, et quo cauſſae teſte tenentur.*

Nec eius modo, qui iudicandi munere fungitur, ſed cuiuslibet minime aſtuti et fallacis, at integrae vitae et exiſtimationis idoneique ac diligentis patrisfamilias arbitrium VIRI BONI ARBITRATV, ſeu ARBITRIO, continetur, pro eodemque VIRVM BONVM et BONVM PATREMFAMILIAS noſtri auctores dicunt: *l. 9. §. 2. l. 13. §. vlt. et l. 15. §. 4. D. de vſufr. l. 20. §. 1. D. de oper. libert. l. 13. D. de ann. leg.* quemadmodum et BONVS VIR, ET INNOCENS coniunguntur. *l. vlt. C. de aliment. pupill. praeſt.* ¶. 2. Quandoquidem tamen iudicem in primis VIRI BONI *ac innocentis officio fungi debere*, dicitur in *l. 4. D. fam. erciſc.* iudicem in primis eo vocabulo intelligi obſeruamus. Vnde *rem ad iudicem, id eſt,* AD VIRVM BONVM *remittere.* in *l. 137. §. 2. D. verb. ſignif.* Et ita ſaepe ARBITRATVS VIRI BONI in libris noſtris intelligendus eſt, qui omnibus fere ſtipulationibus comprehendi ſolebat. *l. 11. l. 12. D. iudic. ſolu. l. 21. §. 4. D. de nou. op. nunciat. l. 4. C. de reſtit. mil.* Iuſtinianus *Nou. LXXXIX. Cap. XII. §. 6.* Ἀποστέφεσθαι δὲ τοὺς νόθους παρὰ τῶν γνησίων θεσπίζομεν, κατὰ τὸ πρέπον τε καὶ τὸ τῆς οὐσίας μέτρον παρὰ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ δοκιμαζόμενον· τοῦτο δὴ τὸ παρὰ τοῖς ἡμετέροις νόμοις BONI VIRI ARBITRATV λεγόμενον. *Paſci vero naturales a legitimis ſancimus, vti decet, et ſecundum ſubſtantiae menſuram, a bono viro aeſtimandam: id quod a noſtris legibus* BONI VIRI ARBITRATV *dicitur.* Vetus Gloſſarium: ARBITRATVM definit ἀγαθοῦ ἀνδρὸς δοκιμασίαν. Add. *l. 18. D. iudic. ſolu.* ¶. 3. Hinc VIRI BONI arbitratu defendi. *l. 77. et l. vlt. D. de procurat.* BONI VIRI arbitrio conuenit: *l. 80. D. pro ſoc.* Arbitrium heredi, quaſi VIRO BONO dedit. *l. 46. §. 3. D. de fideic. libert.* Arbitratum heredum VIRI BONI more agentium ſequi. *l. 21. pr. D. de ſtatulib.* Euitare alienam BONO VIRO ſuſpicionem. *l. 5. C. de furt.* BONO VIRO conuenit, vel non conuenit. *l. 6. D. de ſeru. export. l. 5. §. 8. D. de adminiſtr. ac peric. tut.* VIRVM BONVM eligere arbitrum: *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr* curatorem: *l. 1. §. 23. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* ſequeſtrem. *l. 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. cau.* VIRIS BONIS metus ſtupri maior, quam mortis. *l. 8. D. quod met. cauſſ.*

BOR.

BORBORIANI in *l. 5. l. 10. et l. pen. C. de haeret. et Manich.* *Hos vitiis implicatos ſaeculi, et malis concupiſcentiis ſeruientes, non ſperaſſe iudicium futurum, ſed potius carnalem ſaeculi concupiſcentiam laudaſſe,* Philaſtrius *in Haereſeon Catalogo Cap. LXXIII.* ſcribit. Magna hic, vt in haereſium hiſtoria, caligo. Theodorit. *de fabul. haeret. I. 13.* et Βορβοριανοὺς, et Βαρβηλιώτας vocat, procul dubio ἀπὸ τῆς αἰσχρουργίας βορβορώδους, *a foeda vitae turpitudine,* vt tradit Epiphanius *haereſ. XXVI, 3. p. 852.* Eorum enim μυστικῶν τελετῶν turpitudinem omnem humanam cogitationem ſupergredi, Theodoritus teſtatur. Ex plurimorum ſententia Gnoſticorum propago fuerunt. Quae vero vel communia cum reliquis, vel propria habuerint, ipſi, quos laudauimus, auctores veteres videntur ignoraſſe. HEIN.

BOS.

BOS. BOVES magis armentorum, quam iumentorum generis, adpellantur. *l. 89. De verb. ſignif.* Et alibi BOVES plane negantur iumentorum adpellatione contineri, et in pecorum potius numero eſſe dicuntur. *l. 38. §. 6. D. de Aedilit. edict.* BOVES tamen occurrunt aratorii: *l. 5. C. quae res pign. l. 1. C. Theod. de curſ. publ.* curſui publico deſtinati: *l. 1. et l. 53. C. Theod. eod. tit.* et domiti. *l. 6. D. de inſtr. vel inſtrum leg.* ¶. 2. BOS, qui cornu petit, in *l. 43. D. de Aedilit. edict.* Eum Graeci dicunt τὸν κυρίττοντα βοῦν. Plato *de Legib. Lib. IX.* Plutarch. ἐν αἰτίοις. *p. 280. Tom. II.* Idem *in M. Craſſo. p. 547. Tom I.* olim foenum in cornu bubus adligari ſolitum, ſcribit, vt eo ſigno admonerentur, qui in eos inciderent, vt ab his cauerent. Virgil. *Eclog. III. v. 87.*

> *Paſcite taurum,*
> *Iam* CORNV *petat, et pedibus qui ſpargat arenam.*

¶. 3. BVBVM *editus*, id eſt, ſtercus. BVBVM editu ad hanc rem vtuntur. *l. 55. §. 6. D. de legat. III.* De eo infra in EDITVS.

BRA.

BRABEVTAS, βραβευτὰς; Graeci vocabant certaminum deſignatores, vti Vlpianus ſcribit in *l. 4. §. 1. D. de his, qui not. infam.* Quemadmodum enim, qui ſcenicis praeerant ludis, AGONOTHETAE; ita, qui gymnicis certaminibus praeerant, BRABEVTAE vocabantur. Pollux Onomaſt. *Lib. III. Cap. vlt.* Ἀλλὰ τοῖς μὲν μουσικοῖς κριταὶ κάθηνται· τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεστᾶσι βραβευταὶ, οὓς καὶ βραβέας ὁ Πλάτων καλεῖ. *Sed in muſicis quidem ludis* IVDICES *ſedent:* GYMNICIS *vero praeſunt* BRABEVTAE, *quos et* BRABEAS *Plato adpellitat.* Moſchopulus ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Βραβεῖς καὶ βραβευταὶ οἱ διοικηταὶ τοῦ ἀγῶνος, οἱ τὰ ἆθλα διδόντες, ἀφ᾽ οὗ βραβεῖον τὸ ἆθλον. BRABEIS vel BRABEVTAE *certaminum praeſides, qui praemia diſtribuunt. Vnde et* BRABEVM *vocatur tale praemium.*

BRACARII vel BRACHARII occurrunt in quibusdam editionibus in *l. 1. C. de excuſ. artif.* Sed in *l. 2. C. Theod. eod. tit.* vocantur BLATTIARII, de quibus ſupra ſub BLATTEA SERICA. HEIN.

BRACHIVM *ſtatuae addere, et adlicere:* in *l. 23. §. 2. et §. 5. D. de rei vindic. et l. 14. D. de aur. arg. leg.* BRACHIVM adunare. *l. 7. D. ad exhib.*

BRACTEARII, in *l. 1. C. de excuſ. artif.* qui BRACTEATORES vocantur a Iulio Firmico *Lib. VIII. Matheſ. Cap. 19.* Idem Firmicus *Lib. IV. Cap. 15. et Lib. VIII. Cap. 26.* eosdem vocat *bractearios*: et ſatis patet, eos aurum in bracteas duxiſſe. Sed iam paullo ante, ſub voce BRACARIVS, monui, in *l. 1. C. de excuſ. artif.* nec *bractearios*, nec *bracarios*, ſed *blattiarios*, occurrere. HEIN.

BRE.

BREPHOTROPHIVM, *l. 19. C. de SS. eccleſ. Nouell. CXI. Cap. 1.* Domus venera-

 bilis,

bilis, in qua infantes expoſiti aut egeni alebantur. Vnde BREPHOTROPHI, qui curam earum domuum gerebant. *Nou. CXI. Cap. 1.* et *Nou. CXX. Cap. 2.* HEIN.

BREVIARIAE rationes. *l. vlt. D. de pecul. leg.* BREVIARIVM rationum: Suet. in *Galba Cap. XII.* BREVIARIVM imperii: Idem *in Auguſt. Cap. vlt.*

BREVIATOR, breuium ſcriptor. *Nouell. CV. Cap. II. §. 4. Nec his, qui vocantur* BREVIATORES, *adulterare aliquid horum, quae a vobis diſpoſita ſunt, liceat.* Paullo alio ſenſo Iuſtinum hiſtoricum Trogi Pompeii BREVIATOREM, id eſt, epitomatorem vocat Paull. Oroſ. *Hiſt. Lib. I. Cap. 8.* HEIN.

BREVIS vel E, in *l. 3. D. Theod. de debit. fiſc.* et *l. 2. C. Theod. de excuſ. artif.* et alibi eſt [illegible]la exigua, in qua et nomina debitorum et priuata quaeque negotia adnotantur, ἐπίτομὴ καὶ σύντομος γραφὴ Zonarae *in Concil. Carthagin.* Et ita BREVES ſeu BREVIA accipe in *l. 5. C. de conuen. fiſci debit. l. 1. C. de exact. tribut. l. 9. C. de erogat. milit. annon. l. 8. C. de Theod. de falſ. monet. l. 2. C. Theod. de bon. vacant. l. 13. C. Theod. de annon. et tribut. l. 13. C. Th. de indulg. deb. l. 1. C. Theod. de ſtud. lib. vrb. Rom.* BREVES quadrimeſtres *rubr. C. Theod. de quadrim. breu. l. 173. C. Theod. de decurion. l. 27. C. Theod. de ſuſcept. praepoſ.* BREVES quadrimenſtrui, qui ad officium praefecti praetorio ſollemniter dirigebantur. *l. 1. C. de apoch. publ.* Sic quadrimenſtruos BREVES per idoneum tractatorem largitionalium titulorum, ſoper commendandis ratiociniis publicis, periculo rectorum prouinciarum, ad ſacratiſſimam vrbem transmitti iubent Imperatores. *l. 3. C. de canon. largit. tit.* BREVES nominatorii, ſeu notarii, in *l. 3. C. Th. de indulg. deb.* BREVES officii palatini: *l. 2. C. Theod. de incorpor.* BREVES duplici ratione conſcripti. *l. 14. C. Theod. de nauicular.* Ceoſuum quoque BREVES dixit Symmachus *Lib. X. Epiſt. 60.* Iulianus Imp. in Epiſtola τῷ κοινῷ τῶν Ἰουδαίων. εὑρὼν τὰ βρέβια τὰ καθ᾽ ὑμῶν φυλαττόμενα: *Inueniens* BREVIA, *apud vos cuſtodita.* Et mox: τὰ βρέβια, τὰ καθ᾽ ὑμῶν, ἐν τοῖς σκρινίοις ἀποκείμενα. BREVIA *aduerſus vos in ſcriniis meis repoſita.* Lamprid. *in Alexandro Cap. XXVIII. Notarium, qui falſum cauſſae* BREVEM *in conſilio Imperatoris retuliſſet.* Optatus Afer *de ſchiſm. Donatiſt. Lib. I.* BREVIS *auri et argenti ſedenti Caeciliano, ſicut delegatum a Menſurio fuerat, traditur adhibitis teſtibus.* Sic et *ſub* BREVI *adnotari*, dixit B. Gregor. *Lib. VII. Epiſt. 45.* et Euſeb. *in Hiſt. eccleſ. Lib. X. Cap. 6.* vocem hanc in reſcripto Conſtantini, Graece a ſe reddito, retinet. Sic enim habet ἅπασι τοῖς προειρημένοις κατὰ τὸ ΒΡΕΟΥΙΟΝ, τὸ πρὸς σὲ παρὰ Ὁσίου ἀποσταλὲν, ταῦτα τὰ χρήματα διαδοθῆναι κέλευσον. *Cunctis ſupra memoratis iuxta* BREVEM, *ab Hoſio ad te directum, ea pecunia diuidatur.* Cautiones porro debitorum et BREVES dixit auctor *Hiſt. miſcell. Lib. XVI. Cap. 29.* Diu. Hieronym. *in Epiſt. ad Florentium: Quaeſo, vt meos libros, quos me non habere* BREVIS *ſubditus edocebit, librarii manu in charta ſcribi iubeas.* Inde

BREVI *manu*, loquutio iuridica, de qua infra *Lib. XI.* in MANVS. BREVI, aduerbialiter. BREVI reuerſa. *l. 48. D. de reg. iur. l. 3. D. de diuort.*

BREVICVLVM. Hanc vocem pro *periculo* vel *pariculo* in *rubricam tituli C. de ſentent. ex peric. recit.* intrudunt Guil. Budaeus *in l. vlt. D. de ſenat.* et Ferrand. Adduenſ. *Lib. II. Expl. Cap. 13.* Sed de eo infra ſub PERICVLVM videbimus. HEIN.

BRI.

BRITANNIAE praeſes. *l. 2. §. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſt.*

BRITANNICA claſſis. *l. 46. D. ad SC. Trebell.*

BRV.

BRVNDESIVM, *l. 3. §. vlt. D. de act. emt. l. 1. §. 12. D. de exerc. action.* BRENTESIVM ſcribitur in *l. 122. §. 1. D. de verb. oblig.* Feſtus BRVNDISIVM vocat.

BRVTVS, iuris auctor, *l. 2. §. 39. D. de orig. iur.* et apud Ciceron. *Lib. VII. ad familiar. Epiſt. 22.* Citatur in *l. 68. D. de vſufr. l. 13. D. de in diem addict. l. 4. D. de captin. l. 3. §. 3. D. de adquir. poſſeſſ.* Marci Bruti *libri de iure ciuili* laudantur a Cicerone *pro Cluent. Cap. LI.*

BVB.

BVBROSTIS inter mala venena, veluti cicutam, ſalamandram, aconitum, pituocampas, mandragoram et cantharidas enumerat Marcianus *l. 3. §. 3. D. ad leg. Corn. de ſicar.* Eſt cantharidum ſpecies, corpus maxime inflammans et adurens, de qua Plin. *Lib. XXX. Cap. 4.* et Guid. Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 130. p. 1243. Tomo II. Iurispr. Rom. Attic.* HEIN.

BVBVLCVS, tam qui bobus arat in fundo, quam qui boues eius fundi paſcit. *l. 18. §. 6. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

BVCCELLAE mundae. *l. 5. C. Theod. de annon. ciuic.* Vid. infra MVNDVS.

BVCCELLATVM, genus panis bis cocti. *l. 1. C. de erog. milit.* Ammianus. Marcellin. *Lib. XVII. Cap. 17. (Valeſ. 8.) Frumentum ad vſus diuturnitatem excoctum*, ita adpellari ſcribit, quo milites paſci in caſtris ſolebant. Spartiau. *in Peſcennin. Cap. X. Idem piſtores ſequi expeditionem prohibuit,* BVCCELLATO *iubens milites, et omnes contentos eſſe.* Paulinus et Theraſius *in Epiſt. Auguſtini XXXVI. De* BVCCELLATO *Chriſtianae expeditionis in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi miſimus.*

BVCCINATOR in *l. vlt. de iure immunit.* eſt, qui in exercitu BVCCINA canit. Hunc claſſicum cecinisse, imperatore praeſente, et quum in militem capitaliter animaduertebatur, Veget. *Lib. II. Cap. 22.* ſcribit.

BVCCVLAE buccarum tegumenta ſignificant. *l. 1. C. Theod. de fabricens.* Et apud Apulei. *in Aſin. aur. Lib. VI. p. 182.* Vnde BVCCVLARVM ſtructores: *l. vlt. D. de iur. immunit.* Caſſidis, ſeu galeae eam partem fuiſſe, oſtendit Iuuenal. *Sat. X. v. 134.* his verbis:

Truncis adfixa trophaeis
Lorica, et fracta de caſſide BVCCVLA *pendens.*

Ve-

Vetus Gloſſar. S. Germani BVCVLA, παραγναθίς. Spartian *in Maximin. iun. Cap. III. Fecit gemmatas galeas, ſecit et* BVCCVLAS.

BVCELLARII, *in l. vlt. C. ad leg. Iul. de vi publ.* ſunt, vt Suidas interpretatur, οἱ ἑλληνογαλάται, quorum regionem ibidem Γαλλογραικίαν eſſe ait. Sic accipe apud Greg. Turon. *Lib. II. Cap. 8.* Vetus Gloſſar. BVCELLARIVS ὁ παραμένων στρατιώτης. Potius BVCELLARII vel BVCCELLARII ſunt, quicumque alicuius panem vel buccellam comedunt, et apud illum morantur: ſpeciatim ſtationarii milites. Vetus Gloſſarium: ADSECLA *buccellarius.* Vid. Guiac. *in II. Feud. 7.* Carolus Labb. *ad Gloſſ. verb. iur. p. 193.* ex *Baſilicor. Lib. LX. tit. 18.* primus Graeca haec extulit: ΒΟΥΚΕΛΛΑΡΙΟΙ λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. Ἐκ δὲ τοῦ βούκκα ὀνόματος, ὅ ἐστιν ὁ ἄρτος ἐκλήθησαν ΒΟΥΚΕΛΛΑΡΙΟΙ οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθιόντες ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ παραμένειν αὐτῷ. BVCCELLARII *dicuntur ſtationarii milites. Ex vocabulo autem* BVCCA, *quod eſt panis,* BVCCELLARII, *adpellantur, qui panem alterius edunt in hoc, vt morentur apud eum.* Quamuis ergo fieri potuerit, vt quidam talibus BVCCELLVRIIS ad latrocinia vterentur, ac proinde eos ſibi ex Gallograecis potiſſimum et Iſauris, graſſatoribus eximiis, deligerent: nolim tamen ideo ſtatuere cum Iac. Nic. Loenſi *Miſcell. Epiphill. IX, 3.* BVCCELLARIOS pro latronibus et ſicariis vbique accipendos. Plerumque fuere adſeclae, ſcurrae domeſtici, corporis cuſtodes, ceu pluribus demonſtrauit Claud. Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 197. 238. 321. et 419.* HEIN.

BVR.

BVRDONES, in *l. 49. D. de legat. III.* Iſidor. *Lib. IX. Etymol. Cap. 1.* ex equo et aſina natum BVRDONEM adpellari ſcribit. Et hoc ipſo differunt a mulis, qui ex aſino et equa naſcebantur. Iſidor. *Orig. Lib. XII. Cap. 2.* Quemadmodum vero lecticis geſtandis homines; ita ferendis baſternis BVRDONES adhibebantur, ſicuti contra Gothofredum demonſtrauit Io. Scheffer. *de re vehicul. Lib. II. Cap. VI. p. 116. ſequ.* HEIN.

BVRGI, in *l. 2. §. 4. C. de offic. praeſ. praet. Afr. l. pen. C. de fund. rei princ.* memorantur. Luitprand. *de reb. per Europ. geſt. Lib. III. Cap. 12.* de Burgundionibus agens: *Et quoniam ipſi domorum congregationem, quae muro non clauditur,* BVRGVM *vocant:* BVRGVNDIONES, *quod eſt burgo expulſi, a Romanis, adpellati ſunt.* Iſidor. *Orig. Lib. IX. Cap. 4. Burgarii, a* BVRGIS *dicti, quia crebra per limites conſtituta habitacula* BVRGOS *dicunt. Vnde et Burgundionum genti inhaeſit nomen, quos quondam, ſubacta Germania, Romani per caſtra diſpoſuerunt.* Quae Oroſio accepto ferre debuit. Hinc et BVRGARII. *l. vn. C. Theod. de burgar.*

BVS.

BVSTORVM religio: *l. 5. C. Theod. de ſepulcr. viol.* Quid BVSTVM, Feſtus expoſuit.

BYR.

BYRRHI in *l. 1. C. Theod. quae quemque habit.* Vopiſc. *in Carino. Cap. XX. Donati ſunt ab Atrebaticis* BYRRHI *petiti, donati* BYRRHI *Canuſini.* Fuit genus veſtis, pallium puta, vel lacerna, a colore

BYS.

rufo dicta πυῤῥός. Vnde rectius BYRRHVS vel BYRRVS, quam BIRRVS ſcribitur. De byrrhis plura collegit Caſaubon. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 514.* HEIN.

BYS.

BYSACIVM, Africae campus, et BYSACENVS campus apud Plin. *Lib. XVIII. Cap. 15.* Hinc in *l. 1. D. de offic. praeſ. praet. Afr.* BYZACENA *prouincia,* vt et in *l. 33. C. Theod. de ſuſcept. praepoſ.* et *in l. 12. C. Theod. de diuerſ. offic. et adparit.*

BYSSINVM *opus,* in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* vt BYSSINA veſtis, apud Apulei. *Metamorph. Lib. XI. p. 258.* et *linum* BYSSINVM, apud Plin. *Lib. XIII. Cap. 1.* qui et eius meminit. *Lib. XIX. Cap. 1.* Ceterum BYSSVM lini genus eſſe, apud Indos, candidiſſimi et molliſſimi, Pollux *Lib. VII. Onomaſt. Cap 17.* et Iſidor. *Lib. XIX. Cap. 27.* ſcribunt. In Aegypto quoque BYSSVM quam maxime natum, ex *Ezechielis Capite XXVII.* Hieronymique, *commentariis* intelligimus. BYSSINAM quoque veſtem Iudaeis ſacerdotibus familiarem fuiſſe, Ioſephus *Lib. III. de bello. Iud. cap. 8.* oſtendit. Strabo *Lib. XV. p. 1016.* τοιαῦτα καὶ τὰ Σηρικὰ ἔκ τινων φύλλων ξαινομένης βύσσου. *Serica etiam eiusdem generis eſſe, byſſo ſcilicet ex corticibus quibusdam excarminata.* Vid. Euſtath. *in Dionyſ. de ſitu orbis.* Aretas, in Apocalypſin Ioannis, BYSSVM interpretatur corticem arboris Indicae in linum redactum. BYSSVM non ſolum in India et Aegypto, ſed et apud Habraeos, immo et in Achaia ad Elim natum, et feminas ibi parando hoc lino maximum quaeſtum feciſſe, teſtes ſunt Plin. *Lib. XIX. Cap. 1.* et Pauſan. *Lib. V. in Eliac. Cap. V. p. 384.* vbi auctor diligentiſſimus Θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν τῇ γῇ Ἠλεία τήν τε βύσσον, ὅτι ἐνταῦθα μόνον, ἑτέρωθι δὲ οὐδαμοῦ τῆς Ἑλλάδος φύεται. *Inter Elei agri miracula byſſus eſt: hic enim tantum, nec alibi in Graecia, naſcitur.* Et quibusdam interiectis *p. 385:* Ἡ δὲ βύσσος ἡ ἐν τῇ Ἠλεία λεπτότητος μὲν ἕνεκα οὐκ ἀποδεῖ τῆς Ἑβραίων, ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως ξανθή. *Et* BYSSVS *quidem in Elide tenuitate non impar eſt ei, quam fert Hebraeorum terra, minus tamen flaua.* Ex quo ſimul intelligimus, celeberrimam fuiſſe BYSSVM, in Iudaea natam, adeoque ab Hebraeo בוא byſſum vbique terrarum nomen accepiſſe, admodum veroſimile eſt. Conf. Bochart. *Geogr. ſacra Lib. III. Cap. 4. p. 156. Tomo. I. op.* At quid VASA BYSSINA, quorum meminit Paullus *Recept. Sent. III, 6, 67?* Quid enim linum ad vaſa? Hinc BVXINA pro byſſina reſcribi iubent viri doctiſſimi, Corn. van Bynkersh. *Obſ. IV, 6.* et Schulting. *in Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 371.* quae coniectura ob facilem permutationem litterarum *u* et *y*, nec non *x* et *ſſ* multo probabilior eſt, quam Cuiacii *in Not. ad Paulli l. c.* et Cl. Salmaſii. *ad ius Attic. et Rom. Cap. XXIII,* vaſa murrhyna vel cryſtallina intelligentium. Immo dici poſſet, veteribus vere fuiſſe *vaſa* BYSSINA. Fila enim byſſina ſparteis funibus fuiſſe firmiora, tradit Paullinus *in Iambo ad Cyther. v. 779.*

Contexta byſſo veſtis irruptam fidem
Signat, valente ſtamine.
Nam fila BYSSI *fortiora et ſparteis*
Feruntur eſſe funibus.

Quidni ergo aeque parari potuerint vaſa *byſſina,* ac ſpartea? Sed hoc tamen pro certo non adfirmarim. HEIN.

DE VERBORVM, AD IVS PERTINENTIVM, SIGNIFICATIONE,

LIBER III.

C.

C littera, condemnationis nota in tabellis iudiciariis, quemadmodum Aſconius Paedian. *in Diuinat. Cap. VII.* indicat, vbi ait: *In diuinationibus, et in aliis cauſſis maioribus, vniuerſi iudices in ciſtam tabulas ſimul coniiciebant ſuas, casque inſculptas litteras habentes:* A *abſolutionis*, C *condemnationis, quum de alicuius capite agebatur*, N. L. *ampliationis. His enim litteris ſignificabant*, NON LIQVERE. Et haec quidem ex lege Caſſia ſunt, lata a L. Caſſio, Tribuno plebis anno V. C. DCLIII, teſte Cicerone *de Legib. Lib. III. Cap. 16.* et *de amicitia Cap. XII.* cuiusque inſignia monimenta ſuperſunt in gentis Caſſiae denariis, apud Patin. *de numis famil. Rom. p. 67.* In crimine tamen perduellionis binae diſtribuebantur tabulae, in quibus ex lege Coelia L erat nota LIBERATIONIS D. nota DAMNATIONIS, aliquando et tertia, per quam mulcta reo irrogabatur. Caeſar *de bello ciuil. Lib. III. Cap. 83.* HEIN. Vnde facile patet, cur C. *triſtis littera* vocetur a Cicerone *in Milon. Cap. VI.* ¶. 2. C. *littera*, vt Quinctilianus *Lib. I. Cap. 7.* ait, *Caius notatur*, quam inuerſam Ↄ *Caiam* ſignificare, tradit. Quum vero iam Seruius *ad Georg. Lib. I. v. 194.* obſeruarit, litteras C. et G. tunc, quod ad ſonum attinet, paene promiſcue vſurpari: non ſane mirandum eſt, in libris noſtris tantum non vbique GAIVS pro *Caius* ſcribi, qua forma fere conſtanter vtuntur Graeci, quibus Caii ſunt Γάϊοι, etiam in libris ſacris, veluti in *Epiſt. ad Rom. Cap. XVI, 23.* et *1. Corinth. I, 14.* HEIN. ¶. 3. Eamdem litteram Ↄ inuerſam ſicilici notam fuiſſe, Voluſius Maecianus in *libello de aſſe* docet. ¶. 4. C. et Q. promiſcue fere adhibebantur a veteribus. Hinc CVM et QVVM, COTTIDIE et QVOTIDIE, COCVS et COQVVS, vnde notiſſimus Ciceronis iocus, quo in coqui filium luſit: *Ego* QVOQVE (id eſt *coque*) *tibi iure fauebo. Tu* QVOQVE *aderas huic cauſſae.* Menag. *Amoenit. iur. Cap. XXXI. p. 186.* Hinc illa ſcribendi ratio in Pandectis Florentinis fere vbique obſeruatur. HEIN.

CAB.

CABALLARIS *curſus*, quidam legunt *in l. pen. C. de curſ. publ.* Sed alii rectius *clabularis*. Vid. infra in CLABVLARIS.

[CABALLATIO, munus alendi equos publicos. *l. 34. C. Theod. de erogat. milit.* vbi videndus Iac. Gothofred. *in Commentar. p. 33a.*]

CABALLI fere ſemper equi onerarii et parum generoſi vocantur, ἀπὸ τῦ καβάλλειν, quod Doribus idem ac καταβάλλειν, adeoque ab oneribus iniectis. Horat. *Lib. I. Epiſt. 18.*

Thrax erit, aut olitoris aget mercede CABALLVM.

Et tales ſunt *caballi*, qui in piſtrino ſunt. *l. 15. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* HEIN.

CAC.

CACABVS vel CACCABVS, (vtroque enim modo recte ſcribitur, vt apud Graecos κάκκαβος et κακάβη,) vaſis, ad coquendum comparatis, adnumeratur. *l. 19. §. 12. D. de aur. arg. legat.* Sic CACCABI, in quibus pulmentarium coquitur, in *l. 18. §. 3. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. Vas, vbi cibum coquebant, ab eo* CACCABVM *adpellarunt.* Ex loco Vlpiani *d. l. 19. §. 12. D. de aur. arg. mund. leg.* patet, eo demum proceſſiſſe Romanorum luxuriam, vt et vaſa coquinaria argentea haberent. Eius rei originem Ealgabalo tribuit Lamprid. *Cap. XIX. Primus autepſas argenteas habuit, primus etiam* CACCABOS. Sed de illo luxu iam Caluus, orator, queſtus eſt, teſte Plin. *Lib. XXXIII. Hiſt. Nat. Cap. XI.* vt vix fidem hic mereatur Lampridius. Vid. Caſaub. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 150.* Cuiac. *Obſeru. Lib. II. Cap. 6.* et Io. Meurſ. *de luxu Roman. Cap. VII.* HEIN.

ΚΑΚΟΗΘΕΙΑΝ a reliquis vitiis, quae Graecis πάθος, νόσον, ἀῤῥωστίαν vocant, ſubtiliter diſtinguit Paullus *l. 5. D. de Aedilit. edict. Et κακοηθείαν quidem ibi verti videmus vitioſitatem:* ſed proprie, teſte Ariſtotele, eſt illa moroſitatis ſpecies, quando quis ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνει ἅπαντα, *in malam partem omnia rapit* HEIN.

CAD.

CADAVER, vt Seruius *in VIII. Aen. v. 264.* ſcribit, eſt *corpus nondum ſepultum, quod caret honore ſepulturae.* Hinc CADAVER ſpoliare: *l. 3. §. 7. D. de ſepulcr. viol.* CADAVERA punitorum: *rubr. D. de cadau. punit.* CADAVERI facta iniuria: *l. 1. §. 4. D. de iniur.* CADAVER proſequi. *l. 2. D. de in ius voc.*

CADERE, in ſenſu proprio eſt deorſum ruere, vel de ſtatu deiici. Sic CADERE dicuntur AEDES: *l. 22. D. de damn. inf.* arbores: *l. 2. §. 40. D. ne quid in loc. publ. l. 7. §. 12. D. ſol. matr.* glandes. *l. 30. §. vlt. D. de verb. ſignif.* ¶. 2. CADERE, pro occumbere, mori. CADERE in acie: *l. 35. §. vlt. D. ex quibus cauſſ. mai.* CADE-

RE in bello: *l. vlt. D. de his, qui not. infam.* CADERE pro republica. *l. 18. D. de excuſat.* ¶. 3. CADERE CAVSSA, eſt litem vel cauſſam perdere. *l. 95. §. pen. D. de ſolut. l. 71. §. vlt. D. de condit. et demonſtrat. l. 45. §. 6. D. de iur. fiſc.* apud Ciceron. *de Inuent. Lib. II. Cap. 19.* Paull. *Sent. I, 10. §. 1.* CADERE CAVSSA et *litem perdere* idem valent apud Ciceron. *Lib. I. de Orat. Cap. 36.* ex quo loco adparet, eos, qui plus lege agendo petebant, quam lex permitteret, cauſſa cecidiſſe. CAVSSA *cadere* Iuſtinianus interpretatur *rem amittere*, in *§. 33. Inſt. de action.* Cicero *Libro II. de inuent. Cap. 19: Ita ius ciuile habemus conſtitutum, vt* CAVSSA CADAT *is, qui non, quemadmodum oportet, egerit:* Idem *Lib. VII. ad familiar. Epiſt. 14. Multo minus iam, te aduocato,* CAVSSA CADENT. Quinctilian. *Lib. VII. Cap. 3. Eſt etiam periculoſum, quum ſi vno verbo ſit erratum, tota* CAVSSA CECIDISSE *videamur.* Sueton. *in Caeſ. Cap. XXXIX. Et litigatorum plerique, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent,* CAVSSA CADERENT. ¶. 4. Eodem modo CADERE FORMVLA in veterum libris dicitur, qui non, vt oportuit, actionem inſtituit. Quinctilian. *Lib. III. Cap. 8. In omnibus fere cauſſis, in quibus* CECIDISSE *quis* FORMVLA *dicitur, hae ſunt quaeſtiones: an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, in hoc tempore liceat agere?* Seneca *Epiſt. XLIX: Quid enim aliud agitis, quum eum, quem interrogatis, ſcientes in fraudem impellitis, quam vt* FORMVLA CECIDISSE *videatur?* Quinctilian. *Declam. CCCL. Non ignoro, eſſe frequentem huiusmodi in iudiciis, minoribus duntaxat, contentionem, vt petitor* EXCIDISSE FORMVLA, *et vt aliter, quam potuerit, agere dicatur.* Sic enim ille locus emendandus eſt. Suetun. *in Claud. Cap. XIII. Nam et iis, qui apud priuatos iudices plus petendo* FORMVLA EXCIDISSENT, *reſtituit actiones.* ¶. 5. CADERE quid in aliquem dicitur, quod in eo reperitur, vel reperiri poteſt. Sic non CADERE aliquid dicitur in infantem: *l. 22. D. de furt.* CADIT in aliquem nomen: *l. 164. D. de verb. ſignif.* obligatio: *l. 22. D. de reg. iur.* poena: *l. 12. §. 4. de accuſ.* ſcientia: *l. 2. §. vlt. D. quis ord. in bon. poſſeſſ.* CADVNT in eum verba. *l. 165. D. de verb. ſignif.* ¶. 6. CADERE in aliquid dicitur, quod eius naturam adſumit. Ita CADIT aliquid in aleae ſpeciem: *l. 5. D. de naut. foen.* in alienam ſpeciem: *l. 7. D. de ſupell. leg.* in crimine doli: *l. 1. §. D. de obldig. et act.* in donationis ſpeciem: *l. 13. §. vlt. D. de donat. int. vir.* in fideicommiſſum: *l. 18. §. 8. D. ad SC. Trebell.* in legatum: *l. 69. D. ad leg. Falcid.* in pignoris cauſſam: *l. 29. D. de pignor.* in quaeſtionem: *l. 3. D. de adpellat.* in rationem legis Falcidiae: *l. 30. D. ad leg. Falcid.* in ſeruitutem. *l. 27. §. 1. D. de adimend. legat.* ¶. 7. Notandae praeterea loquutiones: CADERE in edictum: *l. 20. D. de liber. cauſſ.* CADERE in cauſſam commiſſi, vel in commiſſum, id eſt fiſco committi: *l. vlt. §. 10. et §. 12. D. de publican.* CADERE in caſum. *l. pen. C. de delatorib.* Hinc

CADVCA bona, generaliter adpellantur, quae ex aliqua cauſſa in fiſcum cadunt. *l. 3. D. de his, quae in teſt. del. l. 9. l. 20. D. de SC. Silan. l. 2. in fin. D. ſi quis aliquem teſt. prohib. l. 30. C. Theod. de petition. et vlt. dat.* Vnde in Lexico Latinograeco aedis B. Germani Pariſienſis CADVCVM definitur τὸ χωρῶν εἰς τὸν Φίσκον. Sic CADVCAE hereditates apud Ciceron. *Philipp. X, 5.* Iſidor. *Etymolog. Lib. V. Cap. 25:* CADVCA, ait, *inde dicuntur, quia eis heredes ceciderunt.* In Gloſſis veteris et noui Teſtamenti CADVCA *bona* definiuntur *res damnatorum, facultatesque, quae ſucceſſorem legitimum non habent, et quibus nemo ſuccedit heres.* CADVCARIVS, *quicumque ſit heres in bona alicuius, qui heredem non habet.* Sic CADVCA BONA, pro vacantibus apud Caſſiodor. *Var. Lib. V. Cap. 24. et Lib. VI. Cap. 8.* ¶. CADVCA etiam LEGATA dicuntur, quae a legatariis ceciderunt. Nam vt Vlpianus *Fragm. tit. XVII. §. 1.* ſcribit, *quod quis ſibi relictum ita, vt iure ciuili capere poſſit, aliqua deinde ex cauſſa non ceperit, proprie id* CADVCVM *adpellatur*, quia is videlicet ceciderit ab eo. Iuſtiniano vero interprete, CADVCA ea legata olim accipiebantur, quae poſt mortem teſtatoris, ante apertas tabulas, mortuo legatario deficiebant: QVASI CADVCA vero, aut IN CAVSSA CADVCI erant ea, quae viuis teſtatoribus deficiebant, ideo, quod vel legatarii praemorerentur, vel conditio, ſub qua relicta eſſent, viuo adhuc teſtatore deficeret. *l. vn. §. 2. ſequ. C. de caduc. toll.* et *Conſt. Tanta. §. 6. de confirm. Digeſt.* Addamus hic et illa ex *relatione* Symmachi apud Ambroſ. *Lib. V. Epiſtol.* ſumta verba: *Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus caſus facit* CADVCAS? Erant denique, qui caduca illa, ſiue hereditates eſſent, ſiue legata, in rationes et indices referebant, qui LIBRARII CADVCORVM vocari videntur in *l. vlt. D. de iur. immunit.* HEIN. ¶. 3. Eodem modo CADVCA DOS vocabatur, quae in cauſſam illiciti, vel aliqua lege improbati matrimonii dabatur. *l. 38. §. pen. l. 61. D. de ritu nupt.* Vlpian. *Fragm. XVI, 4.* ¶. 4. CADVCVM in ſenſu proprio, quidquid cadit. Sic CADVCA aqua, apud Frontin. *Lib. II. de aquaed.* quae vel ex lacu abundat, aut ex caſtellis effluit, aut ex manationibus fiſtularum. Vid. et Varron. *de re ruſt. III, 5.* CADVCA glans, quae ex arbore cecidit: *l. 30. D. de verb. ſignif.* CADVCA oliua, apud Columell. *de re ruſt. Lib. XII. Cap. 49.* CADVCA *pars partus*, apud Ouid. *ex Ponto Lib. II. Eleg. 8.*

CADVCARIA lex, Iulia dicitur, quae caducorum ius introduxit apud eumdem Vlpian. *tit. XXVIII. §. 7.* Eſt ea lex Iulia et Papia Poppaea, cuius poſtrema pars de caducis praecepit. Eam poſt Iac. Gothofredi curas commentario ſingulari illuſtraui, qui Amſtelod. 1724. 4. prodiit. HEIN.

CADVS, vas vinarium, vrnas tres, vel amphoram Atticam capiens: Iul. Pollux. *Lib. X. Cap. 20.* Ant. Auguſtin. Emend. *Lib. II. Cap. 11.* Vnde et pro certa menſura accipitur. Priore ſenſu ſumit Vlpianus *l. 15. §. 6. D. de vſufr.* vbi *cupas*, CADOS et *amphoras* diſtinguit: nec non Proculus *l. pen. D. de trit. vin. ol.* vbi, vino legato, et amphoras et CADOS, in quibus diffuſa ſeruantur, legata eſſe, docet. HEIN. CADIS plane veteres ad vina condenda vſos, oſtendit Plin. *Lib. XIX. Cap. 5.* Ouid. *Lib. V. Faſtor. v. 518.*

Promit fumoſa condita vina CADO.

CAE.

CAECVS, id eſt, vtroque lumine orbatus. *l. 1. §. 5 D. de poſtul.* Sic accipe in *l. 6. D. de iudic.* in qua CAECVM iudicandi officio fungi, ait Vlpianus. ¶. 2. CAECVM *parietem* pro *communi* in *l. 40. D. de ſeru.*

de ſeru. vrb. praed. legendum putat Cuiac. *Obſeru. I, 31.* auctoritate motus Conſtant. Harmenopuli, qui *Lib. II. tit. 4. §. 43. et 46.* habet τυφλὸν τοῖχον. Et eſt ſane CAECVS *paries*, qui feneſtras non habet. Virgil. *Aen. V. v. 589.*

> PARIETIBVS *textum* CAECIS *iter, ancipitemque*
> *Mille viis habuiſſe dolum.*

Sed nec Conſtantini verba nos cogunt a vulgata lectione recedere, quum illa neutro loco Paulli verba exprimat: et durior eſt haec emendatio, et minus neceſſaria, quum procul dubio Paullus oſtendere voluerit, ne ſocium quidem poſſe in communi pariete, ſocio prohibente, feneſtras aperire. HEIN.

CAEDERE, excidere. CAEDERE arbores: *l. 13. §. 3. D. quod vi aut clam.* Paull. *Sent. V, 20, 6. l. 6. D. de donat.* et *tot. tit. arbor. furt. caeſ.* arundinetum: *l. 9. §. vlt. D. de vſufr. l. 59. §. vlt. D. eod. tit.* carbonem: *l. vlt. D. de iur. immunit.* foenum: *l. 48. D. de vſufr.* lapidem: *l. 13. §. vlt. D. commun. praed. l. 9. §. 2. D. de vſufr. l. 39. §. 4. D. de legat. I.* marmor: *l. 7. §. 13. D. ſol. matrim.* ſalicta: *l. 12. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* ſiluam: *l. 9. §. vlt. D. de vſufr. l. 20. D. de vſu et habit. l. 29. D. legat.* Tertull. *de Exhort. caſt. Cap. VI.* ¶. 2. CAEDERE, verberare. CAEDI flagellis: *l. 23. §. vlt. D. de vſufr. l. 2. §. 4. D. de priv. delict. l. 10. §. 12. D de in ius voc.* Paull. *Sent. V, 4, 22.* a magiſtratu: *l. 17. §. 2. D. de iniur.* ab Aedilibus: *l. 12. D. de decur.* CAEDI fuſtibus: *l. 1. D. de veteran. l. vlt. D. de praef. vigil. l. 10. §. vlt. l. 28. §. 5. D. de poen. l. 18. D. de iur. fiſc. l. vlt. D. de effract. l. 16. C. ex quib. cauſſ.* Paull. *Sentent. V, 18, 1.* Tertull. *in Apologet. Cap. L.* loris: *l. 27. §. 17. D. ad leg. Aquill. l. 43. §. 5. D. ad Aedilit. edict. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. II. §. 4.* pugnis: *l. 27. §. 17. D. ad leg. Aquill.* ſaxis: *l. 27. D. de iniur.* virgis. *d. l. 27. §. 17.* CAEDI ad necem. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. II. §. 7.* ¶. 3. CAEDERE, occidere. Iure CAESVS. *l. 9. C. ad leg. Iul. de adult.*

☞ CAEDES, crimen graue: *l. 1. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* CAEDEM mandare. *l. 6. C. de his, quib. vt indign.* CAEDIS auctores: *l. 7. C. eod. tit.* CAEDES auctori vis inferendae imputatur. *l. 6. C. ad leg. Iul. de vi publ.* HEIN.

CAEDVVS. Sic CAEDVAE arbores: *l. 7. §. 12. D. ſol. matr.* arundo CAEDVA: *l. 40. §. 4. D. de contrah. emt.* ſilua CAEDVA. *d. l. 40. §: l. 9. §. vlt. l. 48. D. de vſufr. l. 4. D. de cenſib.* CAEDVA autem eſt *ſilua, vt quidam putant, quae in hoc habetur; vt caederetur. Seruius eam eſſe, quae ſucciſa rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur. l. 30. D. de verb. ſign.*

CAELATA vaſa: *l. 6. D. de rei vind.*

CAELATVRA poculorum. *l. 13. D. de condict. furt.*

CAELEBS, apud Vlpianum *Tit. XIV. §. 1.* et *tit. XVII. §. 1.* ἄγαμος, qui vxorem numquam habuit, vt loquitur Mitio Terentianus in *Adelph. I, 1. v. 19.* Feſtus Pompeius: CAELIBEM *dictum exiſtimant, quod dignam caelo vitam agat.* Sic CAELIBES, in *l. 1. C. de infirm. poen. caelib.*

CAELESTIS *aqua*, id eſt, pluuia, vel quae de caelo cadit. *l. 1. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 28. D. de ſeru. vrb. praed.* Columell. *de re ruſt. XII, 16.* et Pallad. *I, 16.* ¶. 2. CAELESTE etiam vocant Imperatores quidquid a ſe profectum: vt CAELESTE *oraculum. l. 10. C. de SS. eccleſ.* pro principis indulgentia, vel reſcripto. HEIN.

CAELIBATVS, *d. rubric. C. de infirm. poen. caelib.* et apud Sueton. *in Claud. Cap. XVI. et XXVI.*

CAELICOLAE, *l. 12. C. de Iud.* ſunt, ☜ qui ſolem, lunam, et reliquam caeli militiam colunt et adorant. Pacius *in Analyſ. Cod. ad d. tit. n. 22.* Iuſtinianus *d. l. 12.* CAELICOLARVM nomen inauditum eſſe ait, nouamque ſuperſtitionem: ac proinde perperam Cuiacius huc refert, quae Iudaeis exprobrat Iuuenal. *Sat. XIV. v. 97.*

> *Nil praeter nubes, et* CAELI *numen adorant.*

nec non verſum Petronianum. *Fragm. p. 683.*

> *Iudaeus licet, et porcinum numen, adoret:*
> *Et* CAELI *ſummas aduocet auriculas.*

Praeterquam enim quod viri docti in vltimo verſiculo legendum eſſe *cilli*, non caeli, iampridem docuerunt, hi poetae profecto notare non potuerunt ſectam, quae ſaeculo Chriſtiano ſexto adhuc noua, ac paene inaudita erat. Diuerſas virorum doctorum de illis ſententias expenderunt Iac. Gothofred. *ad l. 19. C. Theod. de Iud.* Io. Andr. Schmidius *ſingulari diſſertatione de caelicolis* et Ittigius *Hiſt. Schiſm. Donatiſt. §. 163. ſequ.* Vt rem paullo accuratius exponamus, Iuſtinianus hos homines coniungit cum Iudaeis, ad quos procul dubio originem ſuam referebant. Ipſum nomen argumento eſt, eos vel Deum ſub nomine שמים vel ſolem et ſidera coluiſſe. Frid. Spanhem. *Introd. maior. in Hiſt. eccleſ. ſaec. V. p. 518.* Quod facile fieri potuit, quia Iudaei etiam ſapientiores ſoli et ſtellis rerum omnium ſcientiam tribuunt, ceu ex Moſis Maim. *More neuoch. Part. II. Cap. 5.* et ipſis Rabbinorum ſcriptis docuit Io. Alb. Fabric. *ad Philaſtr. p. 23.* Vere ergo fuerunt illi Iudaei ſemichriſtiani, quos HELIOGNOSTOS vocat Philaſtrius *de haereſ. Cap. X.* De iis enim ille: *Heliognoſti, qui et Deuſtiaci*, (vox nihili, pro qua Cotelerius repoſuit *Heliactiaci*:) *dicuntur ſolem adorantes, atque dicentes, ſolem ſcire omnia, quae Dei ſunt: homines etiam non alium, quam ſolem, illuminare, ſolemque eis praebere omnia nutrimenta.* Semichriſtianos ſane illos fuiſſe, vel ex eo adparet, quod Auguſtinus *Epiſt. CLXIII. ſub finem* refert, MAIOREM COELICOLARVM *noui apud Donatiſtas baptiſmi auctorem inſtituiſſe, et multos illo ſacrilegio deduxiſſe.* Ex quo loco, quem primus Cuiac. *in Paratitl. Cod. p. 45. Tom. II. Op.* obſeruauit, ſimul diſcimus, eius ſectae antiſtitem, MAIOREM dictum, aeque ac apud Iudaeos; *l. 3. C. de Iud. et caelic.* Iuſtinianus *d. l. 12.* etiam AEDIFICIORVM, quae neſcio cuius noui dogmatis conuentus habeant, meminit, quae Chriſtianorum eccleſiis vindicari, ipſosque iſtos errones poenis coerceri iubet, niſi ad Dei cultum venerationemque Chriſtianam reuertantur. HEIN.

CAELESTVS, *Salinenſis*; in Africa ſumma religione cultus: cuius meminit Vlpianus *Fragm. tit. XX. §. 6.* Iul. Capitolin. *in Pertinace Cap. IV.* *Deinde Procoſ. Africae factus eſt, in quo proconſulatu multas ſeditiones perpeſſus dicitur, vaticinationibus earum, quae de templo* CAELESTIS *emergunt.* Quae ſcriptura ſi recta eſt: conſequens eſt, vtrumque

CAE.

que ſexum huiusmodi numini priſcum errorem adſignaſſe. Vt enim CAELESTVM Deum, ita et CAELESTEM Deam Poenos coluiſſe, inuenio. Auctores locupletes habeo Ammian. Marcell. *Lib. XXII. Cap. 13.* et Apulei. *Apolog. Cap. XXIV.* Ambroſium etiam, cuius verba ipſa ex Epiſtola contra relationem Symmachi adponam: Vnde *Phrygii vates, et ſemper Romanis inuiſa non aeque Carthaginis numina, quam* CAELESTEM *Afri, Mithram Perſae, plerique Venerem colunt, pro diuerſitate nominis, non pro numinis varietate.* Trebell. Pollio. *de trigint. tyrann. Cap. XXIX. Afri Celſum Imperatorem adpellauerunt, peplo deae caeleſtis ornatum.* D. Auguſtin. *Lib. II. de ciuit. Dei Cap. 4. Ludis turpiſſimis, qui Diis Deabusque exhibebantur, oblectabantur,* CAELESTI *virgini, et Berecynthiae, matri Deorum.* Quod et Graeci auctores perſpicue comprobant, feminino genere ORPHANIAN hanc Deam adpellantes. Herodian. *Lib. V. Cap. 6.* Φασὶ δὲ αὐτὸ Διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε, βύρσαν κατατεμοῦσαν Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες. *Aiunt vero, illud Vraniae ſimulacrum a Didone Phoeniſſa poſitum eſſe, quo tempore antiquam Carthaginem, diſſecto corio, aedificauit. Hanc Afri Vraniam vocant, Phoenices Aſtroarchen: Lunam eſſe adfirmant.* Xiphilin. *in Elagabalo. p. 912.* Τὴν οὐρανίαν τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπελέξατο. CAELESTEM *Carthaginienſem ſibi delegit.* Fit et ab aliquot aliis auctoribus huius numinis mentio, ſed ita vt dubium nomen relinquant. Iul. Capitolin. *in Macrino Cap. III. Vates* CAELESTIS *apud Carthaginem, quae Deo repleta ſolebat vera canere ſub Antonino Pio.* Proſper. *Lib. I. de promiſſion. et praedict. Cap. 38. Apud Africam Carthagini* CAELESTIS *ineſſe ferebant templum nimis amplum, omnium Deorum ſuorum aedibus vallatum.* Saluian. Maſſilienſis *Lib. VI. de indic. Dei: Habent quippe intra muros patrios inteſtinum ſcelus,* CAELESTEM *illum ſcilicet Afrorum Daemonem.* Ex quo loco adductus crediderim, CAELESTEM potius, quam *Caeleſtum* Deum iſtum adpellatum, eoque Saturni patrem ſignificari, qui CALLIVS a Macrobio *Saturn. Lib. I. Cap. 8.* vocatur. CAELESTIS illa, Carthagine culta, omnia fere Dearum numina tulit. Eſt enim modo *Venus Caeleſtis*, vel οὐρανία, apud Reineſ. *Inſcript. I, 287. V, 12.* et Herodian. *Lib. II. Cap. 112.* modo Iuno, apud Reineſ. *Inſc. I, 29.* Herod. *V, 15.* Tertull. *Apologet Cap. XXIV.* modo Diana, apud Reineſ. *p. 104.* Eadem alibi *Vrania*, alibi *Luna*, alibi *Aſtarte*, et apud Syros et Phoenices *Melechet*, ſeu regina coeli, dicta, ceu docuit Seldenus *de Dis Syr. II.* quocum iungendus Schulting. *in Iurispr. anteiuſtin. p. 637.* qui et ſimulacrum huius Deae in Seueri et Caracallae Imperatorum numis occurrere, obſeruat. Quod ad ius noſtrum attinet, Deae huius mentionem ideo fecit Vlpianus, quod illa, Salinis in Africa culta, (ad alia enim eius templa id priuilegium non videtur pertinuiſſe,) inter ea numina fuit, quibus, ridiculo inuento, ius liberorum a Romanis datum fuerat, vt hereditates in ſolidum capere poſſent. Dio Caſſ. *Lib. LV. init. p. 549.* et Vlpian. *d. tit. XXII. §. 6.* HEIN.

[CAELITVS, id eſt, a principe. *l. 10. C. de metat. l. 2. C. de caſtr. et miniſt.* Tabur. *de Metat. Part. II. Cap. 3. §. 11.* qui hunc articulum adiecit.]

CAE.

CAELIVS SABINVS, iuriſconſultus, Caſſio Longino ſucceſſit, plurimumque temporibus Veſpaſiani potuit. *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* Eius librum, quem de EDICTO AEDILIVM CVRVLIVM compoſuerat, citat Gellius *Noct. IV, 2.* vbi tamen perperam CAECILIVS adpellatur. Ex eo libro ſumta, veroſimile eſt, ea, de quibus laudatur in *l. 14. §. 1. l. 17. l. 20. l. 38. §. 7. §. 11. et l. vlt. D. de Aedilic. edict.* CAELIVS hic SABINVS Coſ. ab Othone Imp. deſignatus in Kal. Ian. anni ab V. C. 821. cum honorem et volente victore, Veſpaſiano geſſit. Tacit. *Hiſt. Lib. II. Cap. 77.* qui eodem die, quo ille magiſtratum inibat, imperium auſpicabatur. A CAELIO, non a Maſſurio Sabino, nomen tuliſſe *Sabinianos*, ſuſpicatus eſt Iac. Gothofred. *in Manual. iur. p. 29.* idque omnino veroſimillimum eſt. Sectae enim nominibus hominum, non diuerſae, ſed eiusdem aetatis, diſtingui ſolent. Σύγχρονοι vero fuerunt non *Maſſurius* et *Proculus*, nec *Caſſius* et *Pegaſus*, ſed *Proculus* et *Caſſius*, *Pegaſus* et *Sabinus*. Quin antiquiora nomina διαιρετικὰ non fuiſſe *Proculeianorum* et *Sabinianorum*, ſed *Caſſianorum* et *Proculeianorum*, ipſe innuit Pomponius *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* HEIN.

CAELVM pro aere iuriſconſulti dicunt. *l. 1. D. de adqu. rer. dom. l. vlt. §. pen. D. quod vi aut clam. l. 26. D. de furt. l. 1. D. de ſeruit. vrb. praed. l. 13. §. 6. D. de vſufr. l. 2. D. pro ſuo. l. 1. §. 1. D. de aqu. quotid. et aeſtin. pr. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu. §. 12. Inſt. de rer. diuiſ.* Seru. in illud Virgil. *Lib. I. Georg. v. 51.*

Varium CAELI *praediſcere morem.*

Ait: CAELI, *id eſt, aeris. Lucretius: in hoc* CAELO, *qui dicitur aer.* Iunilius Afer *comment. in Geneſin: Poſt irradiatum ſideribus* CAELVM, *poſt impletum volatilibus aerem, qui ob viciniam* CAELI *nomen meruit.* Sic accipe *grauitatem* CAELI apud Tacit. *Annal. II, 85.* COELI *duritiam*, apud eumdem *Annal. XIII, 35. prouincias grauioris* CAELI, apud Sueton. *Tiber. Cap. XXXVI.* CAELVM *agri* in *l. 13. §. 6. D. de vſufr.*

CAEMENTITIVS, ex caemento. CAEMENTITIA: fundamenta: *l. 57. D. locat.* riuus CAEMENTITIVS: *l. 3. §. 1. D. de riu.* CAEMENTITII parietes, apud Vitruu. *Archit. Lib. II. Cap. 8.* HEIN.

CAEMENTVM, vel, vti in Florentinis eſt, CEMENTVM vocantur lapides et ſaxa informia, quae ideo quadratis opponuntur. Vitruu. *Archit. Lib. II. Cap. 8.* Non. Marcellus; CAEMENTA *lapides non magni modi, quibus aedificia conſurgunt.* Quae caementa in ſtructuris interdum, calce et arena, interdum luto ſolo illita fuiſſe, Liu. *Lib. XXI. Cap. XI.* oſtendit. Hinc Vlpianus: *Redemtores, qui ſuis* CAEMENTIS *aedificant, ſtatim* CAEMENTA *faciunt eorum, in quorum ſolo aedificant. l. 39. D. de rei vindic.* Add. *l. 17. §. 6. D. de act. emt. l. 6. §. vlt. D. de rei vind.* HEIN.

CAENA vid. COENA.

CAENVM vid. COENVM.

CAESARIS adpellatio a Caio Iulio Caeſare ad reliquos deinceps principes manauit. Moſchopulus ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων· ΚΑΙΣΑΡ ῥωμαϊκῶς ἑρμηνεύεται ἀνατομή. ἀνέτεμον γὰρ τὴν αὐτοῦ μητέρα, καὶ ἐξέβαλον αὐτόν. ἐγένετο οὖν καὶ αὐτὸς ὕπατος τοῦ στρατοῦ καὶ ἰδιοποιησάμενος τοὺς

ὑφ' αὐτὸν ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐντεῦθεν τετίμητε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ μετεδόθη τοῖς μετὰ ταῦτα εἰς σύμβολον τιμῆς, καὶ ἔςι νῦν ὀφίκιον· CAESAR *Romanis a ſectione vel inciſione dicitur. Poſt vteri enim inciſionem illum enixa eſt mater. Caeſar vero poſtea et ipſe Imperator factus eſt, et alios ſub ſe magiſtratus ſuo arbitrio, conſtituendo ſummum imperium, obtinuit. Hinc honorabile factum hoc nomen, et ſucceſſoribus tamquam ſymbolum honoris datum eſt, adeo, vt nunc ſit vocabulum officii.* CAESAR ergo nunc Imperatorem ſignificat. *l. 3. D. de offic. Praeſ. vigil. l. 2. D. de offic. Praeſ. l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* Et ita Octauius Auguſtus in *l. 35. D. de ſeruit. ruſtic. praed.* et Tiberius, in *d. l. 2. §. 47. D. de orig. iur. l. 41. D. de hered. inſtit. l. 38. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* CAESARES adpellantur. Et Hadrianus Imp. CAESAR dicitur. *l. 20. §. 6. D. de hered. petit.* Sic CAESARIS coloni: *l. vlt. D. de offic. procur. Caeſ. l. 5. D. de iur. immun.* curatores: *l. 5. D. de iure fiſc. l. vlt. D. de offic. procur. Caeſ.* imago: *l. 28. §. 7. D. de poen.* locus: *§. 39. Inſt. de rer. diuiſ.* poſſeſſio: *l. 3. §. 10. D. de iur. fiſc.* praedia: *l. 39. §. vlt. D. de legat. I.* procurator: *rubr. et l. 1. D. de offic. procur. Caeſ. l. 25. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* ratio: *l. 6. §. vlt. D. de iur. fiſc.* res: *l. 1. D. de offic. procur. Caeſ.* ſeruus: *l. 41. D. de hered. inſt. l. 17. D. de poen. l. 46. §. 8. D. de iur. fiſc.* ¶. 2. Poſtea hoc nomen Imperatoribus deſignatis et futuris imperii ſucceſſoribus tribui ſolebat. Quo nomine primum adpellatum Lucium Aelium Verum, Spartianus *in eius vita Cap. I.* tradit: *Huic naturalis pater fuit L. Aelius Verus, qui ab Hadriano adoptatus, primus* CAESAR *eſt dictus.* Vnde ab AVGVSTO CAESAR interdum ſeparatur. *l. 7. C. de maleſ. et mathemat.* ibi: *In conutatu*, inquit, *meo et* CAESARIS, et apud Spartianum, Iulium Capitolin. Lampridium, et in Inſcriptionibus ſaepe. Sic poteſt intelligi *l. 6. §. vlt.* D. *de iur. fiſc.*

CAESARIANI, pro officialibus Caeſaris, *l. 9. C. de poen. proſcript. l. 5. C. de iur. fiſc. et rubr. de Caeſarian. in C. Theod. l. 2. C. Theod. de bon. vacant.* Vſurpat et hoc nomen Arrian. *Lib. III. Epictet. Cap. 24. et Lib. IV. Cap. vlt.* CAESARIANA metalla: *l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* CAESARIANA praedia. *l. vlt. D. de offic. procur. Caeſ.*

CAESARIENSIS colonia, in Palaeſtina. *l. 1. §. vlt. D. de cenſ. l. vlt. D. eod. tit. Nouell. CIII. praeſ.* ¶. 2. Fuit et Caeſaria Cappadociae, gentis caput: vnde CAESARIENSES aduocati: *§. vlt. Inſt. quib. alien. lic. §. Inſt. de inutil. ſtipul.* CAESARIENSIS aduocatio: *l. vlt. C. de pact.* et CAESARIANA: *l. 12. C. de legit. hered.* ¶. 3. CAESARIENSIS ciuitas, Mauritaniae prouinciae. *l. 2. §. 1. D. de offic. praeſ. praet. Afr.*

CAESPES, vid. infra: CESPES,

CAETERVM, vid. infra: CETERVM.

CAI.

CAIVS vid. infra: GAIVS.

CAL.

CALAMITATEM, vt Donatus *in Eunuch. Act. I. ſcen. I.* tradit, ruſtici grandinem adpellant, quod comminuit *calamum ac ſegetem.* ¶. 2. Generaliter vero pro quolibet aduerſo caſu ac detrimento, pro qualibet clade et iactura CALAMITATIS nomen vſurpatur. *l. vlt. C. de vſufructu.* Hinc CALAMITAS belli: *l. vn. princ. C. de caduc. toll.* CALAMITAS inſignis fideiuſſorum: *l. 10. §. 1. D. qui ſatisd. cog.* CALAMITAS fortuita: *l. 2. §. 8. D. ſi quis caut. in iud.* CALAMITAS matris, quae non debet nocere ei, qui in ventre eſt. *l. 5. §. 2. D. de ſtat. hom. l. 4. C. de poen.* HEIN. CALAMITAS pupilli, id eſt, damnum *l. 61. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Sic. et capitis deminutionem maximam, et ipſam mortem, CALAMITATIS nomine venire, animaduertimus *d. l. 5. §. 2. D. de ſtatu hom. princ. Inſt. de ingen. l. vlt. C. de vſufr. et habitat.* HEIN.

CALAMITOSVM ſpeciatim, quod agris et fructibus pernicioſum eſt. Vt CALAMITOSAE tempeſtatis vis, *l. 15. §. 1. D. locat.* et apud Cicer. *in Verr. III, 38.* Et ager huiuſmodi calamitatibus obnoxius CALAMITOSVS dicitur a Catone *de re ruſt. Cap. I. et XXXV.* Eſt autem ager ita CALAMITOSVS vel *caelo*, vel *loco.* Cic. *Agrar. II.* ¶. 2. Contra in *l. 19. D. de offic. praeſ.* CALAMITOSI ſunt *aerumnoſi, malis, calamitatibusque praegrauati*, ceu hoc vocabulum exponit Nonius.

CALAMVS, in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* eſt odoratus et aromaticus, qui in India, Arabia, et Syria gignitur, multis nodis geniculatus, fuluus, fragrans ſpiritus ſuauitate, qui, quum frangitur in multas partes, fit fiſſilis. Meminere huius Theophraſt. *Hiſtor. plant. Lib. IX. Cap. 53.* B. Hieronymus *in Eſaiae Cap. VI.* et Iſidor. *Orig. Lib. XVII. Cap. 8.* At in *d. l. vlt. §. 7. de publ.* non legitur CALAMVS, ſed CALLAINVS, in aliis CALLIMVS, nec inter plantas, ſed lapides, recenſetur. CALLAIS, inquit Plin. *Hiſt. nat. XXXVII, 8.* eſt gemma *viride pallens, chryſopraſio ſimilis, at minus pretioſa.* A *callais* eſt adiectiuum CALLAINVS quod lapidem notat, in aluo aetitis naſcentem, ex eo genere, qui Zaphiuſius adpellatur, et quo lapillo, teſte eodem Plinio *Lib. XXXVI. Cap. 21.* nihil eſt tenerius. Add. Guid. Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 110. p. 1323. Tom. II. Iuriſpr. Rom. et Attic.* HEIN.

CALANTICA, vti Florentiae legitur, aliis CALAVTICA, in *l. 27. §. 10. D. de auro arg. leg.* inter ornamenta muliebria occurrunt. Nonius Marcell. tegmen id eſſe muliebre, quod capiti innectitur, tradit, citatque illud Ciceronis *in Clodium: Tunc, quum vincirentur pedes faſciis, quum* CALAVTICAM *capiti accommodares.* Auſon. *in periocb. Odyſſ. Homeri Lib. V. Ino* CALAVTICAM *capiti ſuo ademtam accommodat.* Seruius in *Aeneid. IX. v. 616.* ad haec verba.

Et habent redimicula mitrae.

Pilea, ait, *virorum ſunt: mitrae feminarum, quas* CALAVTICA *adpellant.* Plane in vetuſto Gloſſario CALAVTICA εἶδος ζώνης definitur.

CALATA *comitia*: In iis in pace et ocio olim facta teſtamenta, tradit Iuſtinianus *§. 1. Inſt. de teſtam. ordin.* CALATA autem comitia, vt ex Laelio Felice et Labeone Gell. *Lib. XV. Cap. 27.* adnotat, erant, quae pro collegio Pontificum habebantur, aut Regis ſacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſſa. Quorum alia CVRIATA erant, alia CENTVRIATA. Illa per lictorem curiatim calari, id eſt conuocari ſolebant: haec per cornicinem. Addit, iisdem comitiis in concione populi et ſacrorum deteſtationem, et teſtamenta fieri conſueuiſſe. Theo-

philus

philus *in Paraphraſi d. §. 1.* ὁ κῆρυξ ἅπασαν περιῄει τὴν πόλιν, συγκαλῶν, καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνέτρεχε, καὶ βυλόμενος ὑπὸ μάρτυρι διετίθετο τῷ δήμῳ· εἴρηται δὲ CALATIS COMITIIS ἐντεῦθεν. CALARE γάρ ἐςι τὸ καλεῖν· COMITIA δὲ, ἡ σύνοδος. *Praeca vniuerſam circumibat ciuitatem, conclamans, et totus populus congregabatur, et ita, qui volebat, teſte populo, teſtamentum faciebat.* Inde CALATIS COMITIIS *dictum eſt.* CALARE *vocare eſt:* COMITIA *congregati.*

CALAVTICA, vid. paullo ante CALANTICA.

CALCARE vuam, *l. 25. D. de act. emt. vend.* id eſt, pede premere. Sic CALCATAS *vuas* dixit Varro *de ruſt. Lib. I. Cap. 54.* Ouid. *Lib. II. Metamorph. v. 29.*

Stabat et auctumnus, CALCATIS *ſordidus* VVIS.

cuius verſus aeque, ac alterius, quem *Lib. I. de Formulis Cap. XXIV. p. 14.* notauimus, amore vſque adeo exarſiſſe Ouidium, obſeruaui, vt eum iterum vſurparit *Lib. IV. Faſtor. v. 897.* Vuas autem *torculario calcari,* monet Cato *de re ruſt. Cap. CXII.*

CALCARIA, pro fornace, in qua calx coquitur. *l. 8. §. 10. D. de proem.* ex qua adparet, in calcariam nocentes aliquando damnatos. CALCARIAM *fornacem* Plin. *Lib. XVII. Cap. 9.* vocat. Scitum eſt illud Tertulliani *de carne Chriſti Cap. VI.* De CALCARIA *in carbonariam.* Alia eſt *fornax calcaria,* aliae CALCARIAE, in quas damnati nocentes, quam poenam damnationi in metalla comparat Calliſtratus *d. l. 7. §. 10. D. de poen.* Sunt enim hae lapicidinae, ex quibus calx eruitur, vt ſulphurariae, ex quibus ſulphur. HEIN.

CALCEARIVM, vel, vt Florentiae legitur, CALCIARIVM, eadem forma dicitur, qua *veſtiarium* in *l. 8. §. 12. D. de transact.* pro eo, quod ad pedum tegumenta comparanda, vel ad calceatum alicui relictum eſt. A veſtiario ſeparatur, in *l. 21. D. de aliment. et cibar. relict.* Sueton. *in Veſpaſ. Cap. VIII: Claſſiarios vero, qui ab Oſtia et Puteolis Romam pedibus per vices commeant, petentes conſtitui ſibi aliquid* CALCEARII *nomine, poſthac excalceatos curſitare iuſſit.*

CALCEATVM *coerrare* debere Praefectum vigilum, ait *l. 3. §. 3. D. de Praef. vig.* CALCEATVM cothurnis, dixit Plin. *Hiſt. Nat. Lib. VII. Cap. 10.* Nimirum calceati incedebant, qui ad rem gerendam inſtructi, ac veluti in procinctu erant. Ex quo facile patet, quid ſibi velint illa Paulli Apoſtoli in *Epiſt. ad Epheſ. VI. v. 15.* ὑποδησάμενοι τὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τῦ εὐαγγελίυ τῆς εἰρήνης. *Calceatis pedibus, in praeparationem euangelii pacis.* Quem locum erudite interpretatur Ant. Bynaeus *de calceis Hebr. I, 5. p. 62. ſequ.* HEIN.

CALCEVS, vel CALCEAMENTVM, non erat in genere veſtium. *l. 25. §. 4. D. de aur. arg. legat.* Neque enim tam tegebat, quam defendebat pedes. Quin ne vſos quidem ordinarie calceis eſſe veteres, ſed eosdem in procinctu tantum et expeditione ſumſiſſe; ſatis notum eſt. HEIN.

CALCITROSVS equus, qui calce petere, vel calcem reiicere ſolitus. *l. 1. §. 4. D. et priue. Inſt. ſi quadrup. pauper. ſec.* CALCITRONEM vocat Caelius Sabinus apud Gell. *Noct. Att. Lib. IV. Cap. 2.* Conſt. Harmenop. cum Theophilo λακτιςὴν vertunt. CALCITROSA *iumenta,* in *l. 4. §. 3. D. de Aedilit. edict.* HEIN.

CALCVLATORES, in *l. 7. §. 5. D. de oper. libert. l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit. l. 4. C. de profeſſor. et med.* quos et TABVLARIOS adpellatos, oſtendit *d. l. 1. §. 6. de extraord. cogn.* ψηφιςὰς vocat Modeſtinus *l. 15. §. 5. D. de excuſ.* Hi numerandi computandique artem docebant. Vnde *librariis notariisque* adiunguntur, in *l. 7. §. 5. D. de oper. libert.* Martial. *Lib. X. Epigr. 62.* Nec CALCVLATOR, *nec notarius velox.* D. Auguſtin. *Lib. XI. contra Academ. Quibus duobus repertis, nata eſt illa librariorum et* CALCVLONVM *profeſſio, velut quaedam grammatiae infantia.* Vbi CALCVLONES, niſi mendoſus eſt locus, pro CALCVLATORIBVS ponuntur. Nam antiquitus pueri ſcribendi et calculi ponendi artem ſimul docebantur, vt Horat. *Lib. I. Epiſt. 1.* oſtendit. Vnde idem *Lib. I. ſat. 6. v. 73.* de pueris

Quo pueri, magnis e centurionibus orti,
Laeuo ſuſpenſi loculos tabulamque lacerto
Ibant, octonis referentes Idibus aera.

Et Iuuenal. *Sat. IX. v. 40.*

Ponatur calculus: adſint
Cum tabula pueri.

Iulius Capitolin. *in Pertinace Cap. I. Puer litteris elementariis et* CALCVLO *imbutus.* Ex quo ſimul patet, cur Vlpianus, CALCVLATORES impuberibus miniſteria praeſtare, ſcribat *d. l. 7. §. 5. D. de operis libert.* HEIN.

CALCVLVS pro computatione. Sic dicitur: CALCVLVS ſubduci: *l. 8. D. depoſ.* communi CALCVLO aliquid ſubiici: *l. 11. §. 7. D. ad leg. Falcid.* CALCVLI confuſio: *l. 11. §. 6. D. eod. tit.* CALCVLI error: *l. 1. §. 1. D. quae ſentent. ſine adpell. l. 5. §. 15. D. de donat. int. vir et uxor. l. 8. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. l. vn. C. de err. calc.* CALCVLI ratio: *l. 81. D. de hered. inſt.* Paull. *Sentent. V, 5, 11.* CALCVLI tenor: *l. 8. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* CALCVLI fiſcalis ſatisfactio. *l. 19. C. Theod. quor. adpell. non recip.* ¶. 2. CALCVLVS, pro re pecuniaria et numaria, in *l. 6. §. vlt. D. de his, qui not. infam. l. 29. D. de dol.* Artemidor. *Lib. II. Cap. 5.* ψῆφον γὰρ καλῦμεν, ὥσπερ λίθον τὸν ἐν δακτυλίῳ, ὕτω δὴ καὶ τῶν χρημάτων ἀριθμόν. CALCVLVM *enim cum gemmam anula incluſam, tum pecuniae computationem, adpellamus.* Quinctilian. *Lib. VII. Cap. 8. Tutelae praeterea, in quo iudicio ſolet quaeri: an alia de re, quam de* CALCVLIS, *cognoſci oporteat?* Idem *Lib. XI. Cap. 3. Non dico de homicidio, ſacrilegio, parricidio, ſed de* CALCVLIS *certe, atque rationibus in lite.* ¶. 3. CALCVLVS etiam pro ſententia ab Imperatoribus vſurpatur. Et ita: deteriorem CALCVLVM reportare: *l. 20. C. de adpellat.* et contra: *meliorem* CALCVLVM *verioremque ſententiam reportare,* in *Nouella Theodoſ. et Valentinian. ne Ducian. vel limitan. milit.* deteriore CALCVLO eripere: *l. 4. C. de auctor. praeſt.* iudicialem CALCVLVM accepiſſe. *l. 12. C. de iudic.*

CALDVS, pro calidus. Vlpian. *l. 19. §. 2. locat. Aenum, in quo olea* CALDA *aqua lauatur.* Quum olim haec forma minus frequens eſſet, adeo vt Varro ſaltim *Lib. VII. de lingua Lat.* dubitaret, an recte diceretur CALDIOR, et CALDISSIMVS. Caeſar

ſar Auguſtus ob euphoniam praetulit CALDVS. Quinctilian. *Lib. I. Cap. 10.* eiusque exemplo deinceps et Horatius *Lib. I. Serm. Sat. III. v. 53.* et comparatiuo CALDIOR vti non dubitauit. HEIN.

CALEFACTIO balnei: *l. 35. §. vlt. l. 55. §. 3. D. de legat. III.* CALEFACTIO publici balnei: *l. vlt. §. 1. D. de mun. et honor.* CALEFACTIONES thermarum. *l. 1. D. eod. tit.*

CALENDAE, vt Vetus Gloſſarium definit, *αἱ πρῶται ἑνὸς ἑκάστου μηνὸς ἡμέραι, prima cuiusque menſis dies.* CALENDAE *Ianuariae*: in *l. 5. D. de fer. l. 133. D. de verb. ſignif.* CAL. *Februariae*: in *l. 12. D. de verb, obligat. l. 98. D. de ſolut.* CAL. *Martiae*: in *l. 58. D. de vſufructu. l. 7. §. 2. D. ſolut. matrim. l. 19. C. Theod. de exaction.* CAL. *Apriles*: in *d. l. 7. §. 2. D. ſol. mat.* CAL. Maiae: in *l. 9. D. qui pot. in pign.* CAL. Septembres: in *l. 13. D. de recept. arbitr.* CAL. Nouembres: in *l. 7. §. 1. D. ſol. matr.* Ex CALENDIS autem Martiis vt plurimum locationes incipiebant, penſionesque inferebantur, vt patet ex *l. 58. D. de vſufr.* et *l. 7. §. 1. D. ſol. matr.* Eundem diem feſtum mulieribus fuiſſe, muneraque illis mitti ſolita, oſtendit *l. 31. §. 8. D. de donat. int. vir et vxor.* Vetus Horatii interpres *ad Lib. III. od. 8.* Solinus *in Polyhiſtore*: *Romani in initio annum decem menſibus computabant, a Martio auſpicantes, adeo, vt eius die prima de aris Veſtalibus ignem accenderent, mutarent veteribus virides laureas, ſenatus et populus comitia agerent, matronae ſeruis ſuis caenas ponerent, ſicuti Saturnalibus domini. Illae, vt honore promptius obſequium prouocarent: hi quaſi gratiam repenſarent perfecti laboris.* Quae ille ex Macrobii *Lib. I. Saturn. Cap. 12.* non absque plagii crimine ſumſit. Vnde ſcite Martial. *Lib. V. Epigr. 85.* Martias Calendas *ſaturnalia feminarum* adpellat ¶. 2. CALENDAS autem in ſtipulationibus et pecuniae creditae cautionibus, *primarum, proximarum, ſecundarum, tertiarum, futurarum*, adpellatione diſcerni conſueuiſſe, docui *Lib. VI. de form. Cap. 169. p. 541.* Sic in *l. 7. §. 1. D. ſolut. matr.* ex CALENDIS Nouembribus primis: Et in *l. 40. D. de reb. cred.* Dari CALENDIS futuris: Vlpianus *l. 41. D. de verb. oblig.* Qui CALENDIS Ianuariis ſtipulatur, ſi adiiciat *primis* vel *proximis.* et mox: Sed et ſi dicat *ſecundis* vel *tertiis*, vel quibus aliis. Idem in *l. 1. §. 3. D. eod. tit.* Si ita interrogatus: *intra* CALENDAS QVINTAS? Martial. *Lib. I. Epigr. 100.*

Atque intra puto SEPTIMAS CALENDAS.

Porro, qui ANTE CALENDAS proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei, qui Calendis ſtipulatur. *l. 13. D. de verb. oblig.*

CALENDARIVM, librum foenebris pecuniae creditae, ſeu codicem, in quem nomina debitorum referuntur, ſignificat. *l. pen. D. de reb. cred. l. vlt. D. de pecul. l. 88. D. de legat. II. l. 6. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg. l. 39. §. 4. D. de ſtatulib. l. 23. D. de pecul. legat. l. 37. D. de vſu et vſufr. leg. l. 3. C. de compenſat.* Seneca *Epiſt. LXXXVII. Diuitem illum putas, qui in omnibus prouinciis arat, quia magnus illi* CALENDARII *liber voluitur.* Hoc autem nomen ex eo deſcendit, quod in Calendas veteres foenerari ſolerent. Ideoque CALENDARVM nomine eiusmodi librorum paginis praepoſito, quae deinde nomina feciſſent, adſcribere ſolebant Horat. *Epod. II. v. 67.*

Haec vbi loquutus foenerator Alphius,
Iam iam futurus ruſticus:
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quaerit CALENDIS *ponere.*

Plutarch. *in libello περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. Tomo II. p. 828.* Οὐδὲ ἀναμνήσει τῶν καλανδῶν καὶ τῆς νουμηνίας, ἣν ἱερωτάτην ἡμερῶν οὖσαν, ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταὶ σύγιον. *Neque* CALENDARVM *et nouilunii admonebunt, quam ſacratiſſimam diem foeneratores atram et abominandam faciunt.* Vnde Martialis *Lib. VIII. Epigr. 44.*

Superba denſis arca palleat nummis:
Centum explicentur paginae CALENDARVM.

Ouid. *Lib. II. de remed. amor. v. 561.*

Qui puteal Ianumque timent, celeresque CALENDAS,
Torqueat hanc aeris mutua ſumma ſuis.

Vbi *celeres* CALENDAS vocat, quod voto et deſiderio debitorum celerius redeant, et vſurarum incrementum adferant. D. Ioannes Chryſoſt. *Orat. VII. de non foener.* vbi mentio fit τῶν δανειζόντων ἐπὶ τόκοις συχνοῖς εὖ μάλ' ἐπισαμένων τῶν ἡμερῶν τε καὶ μηνῶν ἀριθμόν. *foenerantium ſub vſuris immodicis, qui probe ſciunt dierum menſiumque numerum.*

¶ 2. Hinc loquutiones: CALENDARIVM exercere: *l. 41. §. 6. D. de legat. III.* et alibi paſſim.

D. eod. tit. in CALENDARIVM conuerſa pecunia, quae nominibus et foenore occupata eſt: *l. 39. §. 8. D. de adminiſtr. tut. l. 91. D. de legat. III.* CALENDARIO deſtinatae pecuniae, id eſt, nominibus faciendis. *l. 64. D. de legat. III.* EX CALENDARIO nomina: *l. 34. §. 1. D. eod. tit.* In nominibus omnis ſubſtantia CALENDARII. *d. l. 34. §. 1. D. de legat. III.* Porro paſſim occurrunt CALENDARIVM exercere: *l. 41. §. 6. D. de legat. III.* facere: *l. 88. D. de legat. II.* praelegare CALENDARIA: *l. 34. D. de legat. III.* Quo legato non ſolum nomina, ſed et pecuniam, ſi qua a debitoribus exacta, calendario deſtinata eſt, comprehendi, traditur. *l. 62. D. de legat. III.* CALENDARII actio: *l. 39. §. 14. D. de adm. et peric. tut.* CALENDARII curatio: *l. vlt. D. de muner. et hon.* inſtrumenta: *l. 41. §. 6. de legat. III. l. 27. §. 3. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* CALENDARIO praepoſitus ſeruus. *l. 41. D. de reb. cred.*

CALIDA aqua. *l. 3. §. 5. D. de riu. l. 1. §. 13. D. de aqu. quotid. et aeſt. l. 3. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu.*

CALIGATI milites, *l. 2. D. de his, qui not. infam. l. 9. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 6. §. 5. D. de re milit. l. 21. C. de nupt.* Iuſtinianus in *Nouell. LXXIV. Cap. 4. §. 3.* Στρατιώτας ἐνόπλους, οὓς ὁ νόμος ΚΑΛΙΓΑΤΟΥΣ καλεῖ, τουτέστιν εὐτελεστέρους καὶ ἀφανεστέρους. *Milites armatos, quos lex CALIGATOS adpellat, id eſt, viliores et obſcuriores.* Dicti a CALIGA, quod erat στρατιωτικὸν ὑπόδημα, vt ait Dio *Lib. LVII.* Vnde Caius Caeſar, quod habitu manipulari inter milites educatus eſſet, CALIGVLAE nomen reportauit, vt Sueton. *in eius vita Cap. IX.* refert. Quo de pedum tegmine aliquid olim *in Select. antiqu. Lib. II. Cap. 5.* diximus. Ita CALIGATVM militem accipe apud Quinctilian. *in Declamation.* et Iuuenal. *Sat. III. extr. et XIV. v. 24.* Videndus hic omnino Lipſ. *ad Tacit. Annal. I, 41.* vbi et elegantem hanc producit inſcriptionem:

C. OP-

C. OPPIO. C. F. VEL.
OMNIBVS. OFFICIIS.
IN. CALIGA. FVNCTO.

Fuit vero calceamentum militum etiam gregariorum, quod magnam pedum partem muniebat: vtebantur tamen illo et digniores, centuriones, tribuni, duces, ſed aureis argenteisque clauis diſtinctis, ceu iam praeter noſtrum laudatus Lipſius obſeruauit. Formam caligarum in columna Traiani et arcu Conſtantini M. adhuc ſuperſtitem, aeri inciſam dedit Anton. Bynaeus *de Calc. Hebr. I, 6. 5. p. 83.* qui et *p. 18.* explicat elegans illud Sympoſii aenigma de caliga.

Maior eram longe quondam, dum vita manebat.
Sed mox exanimis lacerata, ligata, reuulſa,
Dedita ſum terrae, tumulo ſed condita non ſum.

HEIN.

CALIX, inter vaſa argentea: Paull. *Recept. Sent. III, 6, 86.* et ſpeciatim in argento potorio eſt. Idem *ibid. §. 90.* CALICEM *diatretum* memorat Vlpianus *l. 27. §. 29. D. ad leg. Aquill.* id eſt perforatum, et pertuſum. Nec enim eorum admittenda interpretatio, qui *calicem diatretum* fractum explicant: ſiquidem in illius legis ſpecie proponitur calix, qui *diatretus* faciendus datus eſſet, fractus fuiſſe vel artificis imperitia, vel quod rimas haberet vitioſas. Induſtria ſumma elaboratos eiusmodi calices, ex eo adparet, quod illic Vlpianus memorat, pleroſque artifices (hi ſunt, qui diatretarii vocantur in *l. vn. C. de excuſ. artific.*) cum eiusmodi materiae dabantur, conuenire ſolitos, non ſuo ſe periculo facere. Recte. Intelligitur enim calix, non tornatilis, ſed vitreus, ſumma arte cauatus, dictus, *ἀπὸ τῶ διατρῆσαι*, quod eſt *excauare* vel *forare.* De iſtis calicibus cum cura egit Salmaſ. *ad Scriptor. Hiſt. Aug. p. 458.* HEIN.

CALLAINVS, vid. ſupra CALAMVS.

CALLIDITAS fraudem, machinationem, fallaciam, dolum malum ſignificat. *l. 1. §. 1. D. de dol. mal. l. 1. §. 1. D. de Aedilit. edict. l. 47. D. de reg. iur. l. 3. D. de ſeru. corr. l. 12. §. 3. D. de liber. cauſſ.* Hinc CALLIDITATE et dolo circumuenire: *l. 2. D. de proxen.* CALLIDITAS eius, qui data opera in locum abditum res contuliſſet, vt actori incommodior eſſet exhibitio: *l. 11. §. fin. D. ad exhib.* non ſine CALLIDITATE circumuentus: *l. 2. §. 5. D. de lib. hom. exhib.* Infirmitati, non CALLIDITATI mulierum SC. Velleiano conſultum: *l. 5. C. ad SC. Vellei.* CALLIDITAS eius, qui talem fraudem commentus eſt. *l. 1. §. 5. D. de ſepar.*

CALLIDOS, Cicero *de Nat. Deor. III, 10.* adpellare ſe ait, *quorum tamquam manus opere, ſic animus vſu* CONCALLVIT. Similiterque Donatus *in Adelph. Terent. Act. III. ſcen. 3.* CALLIDVM eum dici ait, *qui* CALLVM *ſibi vſu artis induxerit.* Ita: CALLIDIS artibus differri: *l. vlt. C. quor. adpell. non recip.* CALLIDVM commentum: *l. 9. D. de reb. eor. l. 20. D. de his, qui not. infam.* CALLIDVM conſilium: *l. 7. §. 11. D. de Publician. in rem act.* CALLIDE circumuenire. *l. 31. D. de recept. arbitr.*

CALLISTRATVS, iurisconſultus, *libros ſex* COGNITIONVM, ſeu de COGNITIONIBVS, ſcripſerat, EDICTORVM MONITORIORVM, ſeu EDICTI MONITORII, vel ad EDICTVM MONITORIVM aeque *libros ſex:* DE IVRE FISCI et POPVLI *libros quatuor:* INSTITVTIONVM *libros tres:* QVAESTIONVM *libros duos.* Hunc Alexandri in conſilio fuiſſe Lampridius *in eius principis vita Cap. LXVIII.* refert. Verum illic in ratione temporum foede lapſus eſt, qui Alfenum, Celſum, Proculum, Africanum, Vlpiano et Paullo, Papiniani diſcipulis permiſcet. Sane quibus ille potiſſimum temporibus vixerit, ex eo colligitur, quod in *l. 38. D. de leg. Imperator*, inquit, NOSTER, *Seuerus reſcripſit.* nec non in *l. 14. §. 4. D. de munerib. Idque Imperator* NOSTER *Seuerus Aug. reſcripſit.* At in *l. 3. §. vlt. D. de offic. procur. Caeſ. Imperatores*, inquit NOSTRI, *Seuerus et Antoninus, reſcripſerunt.*

CALLITAS legitur in Florentinis *l. 29. §. 5. D. mandat.* Sed Taurellus monuit, ibi alia, correctoris procul dubio, manu adſcriptum eſſe: *calliditate*: Vt adeo ſcribentis hic procul dubio error ſit. Vid. Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 398.* HEIN.

CALOR, animi impetum ac feruorem et quamlibet efferueſcentiam inconſultumque mentis motum ſignificat. Sic CALOR iracundiae: *l. 3. D. de diuort. l. 48. D. de reg. iur.* Lucan. *Lib. VII. v. 103.*

Si modo virtutis ſtimulis, iraeque CALORE
Signa petunt.

CALOR inconſultus: *l. 1. §. 5. D. ad SC. Turpill. l. 5. C. de iniur. l. 19. C. de inoff. teſt.* CALOR iuuenilis: *l. 4. C. de auct. praeſt. l. vlt. §. 5. C. de bon. quae lib.* CALOR licitantis: *l. 9. D. de publican.* CALOR mariti: *l. 12. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* qui *honeſtiſſimus* vocatur a Papiniano apud *Auct. collat. leg. Moſ. et Roman. tit. IV. §. 10.* HEIN. CALORE ductum interficere hominem: *l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. repet.* CALORE peieratum: *l. 2. C. de reb. cred.* per CALOREM ad accuſationem proſilire: *l. 2. C. de abolit.* Sic et CALOREM *bellantium* dixit Silius Italicus.

CALVISIANA actio adpellatur, quae patrono datur ad reuocanda ea, quae in fraudem eius libertus alienauit. *l. 16. §. 6. D. de hered. petit. l. 1. §. 11. l. 2. l. 3. §. 3. et l. vlt. D. ſi quid in fraud. patron. l. 2. D. ſi a par. quis manum. l. 16. §. 1. D. de iur. patron.* Vetus Gloſſarium: CALVISIANA *actio eſt, per quam reuocantur, quae in fraudem patroni libertus alienauit.* CALVISIANO iudicio reuocatur id, quod alienatum eſt. *d. l. 16. §. 1. D. de iur. patr.*

CALVITIANO Senatus conſulto impar matrimonium improbabatur, iubebaturque non proficere ad capiendas hereditates et legatas dotes, quae potius caducae fiebant. Vlpian. *Fragm. tit. XVI. §. 4.* At quum ignotum ſit *Caluitianum* nomen, notiſſimum contra frequentiſſimumque *Caluiſiorum*: hic quoque CALVISIANVM reſcribendum eſſe, monent, Iac. Perizon. *de lege Vocon. p. 63.* et Schulting. *ad Vlpian. ibid. p. 615.* non cum Cuiacio *Claudianum*, quod SC. a Caluiſiano plane diuerſum eſſe, oſtendimus in *Commentar. ad Leg. Iul. et Pap. Lib. II. Cap. 3. p. 162. et ſequ.* HEIN.

CALVITAS, pro *calliditas* edidit Greg. Haloander in *l. 29. §. 5. D. mand.* Propter ſuam CALVITATEM plectetur. Enimuero Florentiae id vo-

cabulum ibi non legi, ſed *callitas*, idque ſcribentis vitium correctum eſſe, repoſitumque calliditas: iam ſupra monuimus *ſub voce:* CALLITAS HEIN.

CALVITVR, vetus vocabulum, quo vſi ſunt decemuiri in XII. Tabulis: SI CALVITVR, PEDEMVE STRVIT, MANVM ENDO IACITO. Feſtus *in verbo ſtruere.* Id vocabulum explicans Caius *l. 233. pr. D. de verb. ſignif.* SI CALVITVR, inquit, *et moratur, et fruſtratur. Inde et* CALVMNIATORES *adpellati ſunt, quia per fraudem et fruſtrationem alios vexarent litibus. Inde et* CAVILLATIO *dicta eſt.* Vbi manifeſto pro *et* legendum eſt: *Caluitur eſt moratur., fruſtratur.* Eodem modo id verbum explicant Chariſius, Priſcianus, Non. Marcell. Iſidorus, quorum loca attulit Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 265.* HEIN.

CALVMNIA, vt Non. Marcell. explicat, eſt *malitioſa et mendax infamatio.* Beda *in Orthographia:* CALVMNIA, ait, *eſt crimen falſum, quum nobis aduerſarius aut malum, quod non fecimus, obiicit, aut bonum, quod feciſſe probamur, in contrarium interpretari conatur.* Caſſiodor. *in Pſalm. CXVII.* CALVMNIAM eſſe ſcribit, *commentum aliquod periculoſae facultatis obiectum.* ¶. 2. Imprimis, ſi a ſciente aliquis vel actione? vel accuſatione calumnioſa vexatur: haec CALVMNIA eſt. HEIN. Nam in pecuniariis cauſſis aeque, atque in criminibus, CALVMNIA interuenit, atque adeo CALVMNIAE *actio* olim reis abſolutis aduerſus improbos litigatores, et eos, qui temere petierant, dabatur, quae eos decima parte litis mulctabat, vt Iuſtinianus et Theophilus ſcribunt in *§. 1. Inſt. de poen. tem. litig.* Sic per CALVMNIAM inſtituere actionem: *l. 43. D. de iniur.* per CALVMNIAM *petere*, id eſt, vexandi alicuius gratia petere: *l. 43. D. de petit. hered. l. 29. §. pen. D. de liber. cauſſ.* per CALVMNIAM *petere et deſiderare, vt* CAVTIO *interponatur*, id eſt, cautionem nullo iure, et vexandi aduerſarii cauſſa, poſtulare. *l. 3. §. 1. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 1. fin. l. 8. D. de praetor. ſtipulat.* CALVMNIAE cauſſa litem vel negotium inſtituere: *l. 10. D. de iudic.* per CALVMNIAM petere in ſeruitutem: *l. 29. D. de liber. cauſſ.* per CALVMNIAM in poſſeſſionem ventris nomine miſſa dicitur, quae ſciens prudensque, ſe praegnantem non eſſe, vel ex alio concepiſſe, vult in poſſeſſionem venire. *l. 1. §. 2. D. ſi mul. ventr. nom. l. 15. l. 16. D. de his, qui not. infam. l. 3. §. 3. D. de iureiur. l. 12. D. de mort. cauſſ. donat. l. 3. §. vlt. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.* per CALVMNIAM in ius vocari. *l. 4. §. vlt. D. ne quis eum, qui in ius voc.* ¶. 3. CALVMNIA ſtrictius accepta etiam eſt crimen eius, qui vt alteri negotium faceſſat, vel non faceſſat, pecuniam accipit vel depeciſcitur. HEIN. Hinc: CALVMNIAE crimen: *l. vlt. D. de calumniat.* CALVMNIA alicui fit: *l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* eius cauſſa negotium cui facere vel non facere. *l. 1. D. eod. tit.* CALVMNIAE cauſſa quid feciſſe iudicatus. *l. 1. D. eod. tit.* ¶. 4. Porro ita vocatur accuſatorum malitia, qui falſa crimina intendunt, vt: *euidens* CALVMNIA *cum deprehendit. l. 1. §. 3. D. de SC. Turpill.* HEIN. Eodem ſenſu Coelius in *Ciceronianis Epiſt. ad familiar. Lib. VIII. Epiſt. 8. C. Sempronium Rufum* CALVMNIAM *maximo plauſu* TVLISSE, ſcribit, vbi intelligit accuſatorem, qui iudicio publico victus, et per calumniam accuſationem inſtituiſſe iudicatus erat: eadem plane figura, qua ſuffragiorum *puncta ferre*, et *tribum ferre* veteres dicebant. Quod non adnotaſſem, niſi ea in re magni nominis virum dormitaſſe, alioſque in errorem induxiſſe, animaduertiſſem. Notat hic Briſſonius Paull. Manutium, cui *in Comment. ad Epiſtolam illam* CALVMNIAM FERRE eſt, *ad accuſandum deſcendere.* Male, vti et Io. Fridr. Gronouius *in Notis*, a Graeuio editis *p. 295. Tomo II.* notauit, qui et ipſe Briſſonii interpretationi ſuffragatur, et in *Adnot. ad Senec. Lib. II. Controuerſ. p. 407.* oſtendit, idem eſſe *ferre* calumniam, ac CALVMNIAE *periculum non euitare*, vt in *l. 14. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* vel CALVMNIA notati, vt in *l. 4. D. de accuſat.* Et ſane eam totius epiſtolae materia manifeſto poſtulat. HEIN. ¶. 5. CALVMNIA etiam eſt quaeuis verſutia, qua alteruter litigantium aduerſarium ſuum circumuenire conatur. HEIN. Sic dicitur quis de CALVMNIA iurare: *l. 13. §. 3. D. de damn. inf. l. 3. C. teſtam. quemadm. aper.* et apud Senec. *Controu. Lib. IV. Cap. 7. l. 7. D. de damn. inf. l. 15. in fin. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 15. D. ad exhib. l. 11. D. rer. amot.* iusiurandum de CALVMNIA: *l. 34. §. 7. D. de iureiur. l. vlt. D. de fideicommiſſ.* de CALVMNIA pronunciare: apud Plin. *Lib. VI. Epiſt. 31.* ſine CALVMNIA in *l. 37. D. de minor.* id eſt citra calumniae periculum, vel ſine CALVMNIAE timore, vt in *l. 2. C. de calumniat.* Aliquem a CALVMNIA procul ſubmouere, id eſt, calumnioſa accuſatione liberare. *l. 22. C. de poen.* ¶. 6. CALVMNIA, et nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatio, a Cicerone *Lib. I. de offic. Cap. 10.* coniunguntur. Et ita Paullus *l. 19. D. ad exhib. non oportere*, ait, *ius ciuile calumniari, nec verba captari.* Vnde Cicero *Lib. II. ad Herenn. Cap. 10.* CALVMNIATORIS *officium eſſe*, ait, *verba et litteras, ſequi.* Idem *pro Caecina Cap. XVIII. Scriptum ſequi* CALVMNIATORIS *eſſe; bonique iudicis, voluntatem ſcriptoris auctoritatemque defendere.* Paullus denique, *l. 110. §. vlt. D. de reg. iur. Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, non vt facilius* CALVMNIENTVR, *ſed vt defendantur.* At poſtremo hoc loco *calumnia* manifeſto non cauillatoriam et malitioſam iuris interpretationem, ſed fraudem et verſutiam ſignificat, adeoque id exemplum potius ad ¶. 5. pertinet. HEIN.

CALVMNIARI, eſt falſa crimina intendere. *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpillian.* a verbo antiquo CALVOR, quod in XII. Tabulis morari et fruſtrari, Caio interprete, ſignificabat. Vnde CALVMNIATORES eos, *qui per fraudem et fruſtrationem alios vexarent litibus*, vocatos eſſe, ſcribit. *l. 233. pr. D. de verb. ſignif.* Veteres Gloſſae MSS: CALVMNIATOR, *falſi criminis accuſator, a caluendo, id eſt, fruſtrando, et decipiendo dictus.* ¶. 2. Sed et improbus quiſque litigator, et qui non debitum petit, temereque alicui controuerſiam mouet, CALVMNIARI dicitur. *l. 39. §. 1. D. de lib. cauſſ. l. 5. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 4. §. 4. D. de his. qui not. infam.*

CALVMNIATOR, tum qui per fraudem et fruſtrationem aliquid in iudicio facit, *l. 233. pr. D. de verb. ſign.* tum qui ſciens dolo malo alicui innoxio crimen intendit: *l. 1. §. 1. ad SC. Turpill.* tum, qui vt negotium cui faciat, vel non faciat pecuniam accipit vel depeciſcitur. *l. 1. D. de calumniat.* tum denique, qui ius ciuile interpretatione peruertit, *Cap. XVIII.* verbaque captat. Cic. *pro Caecin.* HEIN. vt vero CACVMNIATOR, ita et

CALVM-

Digitized by Google

CAL. CAM.

CALVMNIATRIX dicitur eodem ſenſu. *l. 1. §. 14 D. de ventr. in poſſ. mitt.*

CALVMNIOSE, id eſt, per calumniam: *l. 8. D. de ſtipul. praet. l. 3. D. ad SC. Turpill.*

CALVMNIOSVS idem, qui calumniator. Eum enim Paullus *Sent. I, 5, 1.* definit, *qui ſciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat.* D. Auguſtin. *Serm. XXIV. Iam ille* CALVMNIOSVS, *qui vult alteri facere cauſſam, et qui tollere ab illo vel pro compoſitione gaudet.* Eodem ſenſu ſioc vocabulo iterum vſus eſt Paullus *Sent. I, 5, 2.* isque locus eodem modo relatus eſt in Pandectas *l. 3. D. ad SC. Turpill.* manifeſto argumento ita ſcripſiſſe Paullum, neque aliquid hic mutandum eſſe in receptis ſententiis, vbi quidam pro *calumnioſo calumniatorem* reponendum, cenſuere. HEIN.

CALVMNIOSVM etiam dicitur, quidquid fit fraudulenter et per calumniam. HEIN. Sic CALVMNIOSA accuſatio: *l. 14. §. 7. D. de bon. libert.* actio: *l. 6. C. de adm. tut. l. 12. C. de inoff. teſt.* adnotatio: *l. 82. §. vlt. D. de legat. III.* CALVMNIOSIS criminibus inſectari innocentes. *l. 6. §. 2 D. de offic. praeſ.*

CALX, pro lapide igne ſoluto. Sic CALX et arena. *l. 1. §. 1. D. de ting. iunct.* CALCEM coquere: *l. 12. D. de vſufr.* et apud Catonem de re ruſt. Cap. XVI. ad eam coquendam lignis vti: *l. 55. §. 3. D. de legat. III.* CALCIS coquendae ius: *l. 1. §. 1. l. 5. §. 1. l. 6. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt. §. 2. Inſt. de ſeru.* vbi Theophilus vertit: ἄσβεστον καίειν. Ex quo autem lapidum genere calx optima eoquatur, docet Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 13.* Sic et CALCIS coctores: *rubr. C. Theod. de calc. coctor. vrb. Rom.* CALCIS coctio: *l. 2. Cod. Th. eod.* excoctio: *l. 4. l. 4. C. Theod. de decur. et ſilentiar.* praeſtatio: *l. 1. C. Theod. de calc. coctor.* CALCEM coctare: *l. 15. §. 1. D. de vſufr.*

CALX, pro calcaneo: CALCE petere, vel percutere dicitur equus *l. 1. §. 1. D. ſi quadr. pauper.* CALCEM reiicere mula: *l. vlt. D. eod.*

CAM.

CAMELARIVS, cui camelorum cura mandatur. *l. vlt. §. 11. D. de muner. et honor.*

CAMELASIA, inter munera ciuilia perſonalia numeratur. *l. 1. l. vlt. §. 11. D. de mun. et honor.* Nam animi prouiſione et corporalis laboris intentione hoc munus, absque vllo gerentis ſumtu ac detrimento ſuſtinebatur: propterea, quod ratione habita et alimentorum, et camelorum, certa pecunia camelariis dari debebat. Vſurpat hoc CAMELASIAE nomen Ammian. Marcellin. *Lib. XVII. Cap. 5.* De hoc vocabulo eiusque varia interpretatione conſuli merentur Cuiac. *Obſeru. IX, 9.* Turneb. *Aduerſ. XXI, 28.* Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 418. ſequ.* HEIN.

CAMELI, inter pecudes et beſtias quaſi mixti ſunt, Nam et iumentorum operam praeſtant, et natura eorum fera eſt. *l. 2. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Ac plane CAMELOS, vt Plin. *Lib. VIII. Cap. 18.* refert, *inter armenta paſcit oriens, omnesque iumentorum, in iis terris dorſo funguntur.* Vlpianus tamen *Fragm. tit. XIX. §. 1.* CAMELOS, quamuis collo dorſoue domentur, *nec mancipi* habitos ſcribit, quoniam beſtiarum numero fuerint.

CAMERA, figulino opere facta. *l. 19. §. 1. D. de ſeru. praed. vrban.*

CAMPANIAE fit mentio: *l. 2.* et *l. 7. C. Theod. de indulg. debit.* Eam prouinciam *felicem* merito adpellat Plin. *Lib. III. Cap. 8.* in qua *ſummum Liberi patris cum Cerere certamen eſſe*, veteres dictitaſſe, ait. Vnde CAMPANI decuriones: *l. 50. D. de contrah. emt.* CAMPANVS municeps: *l. 1. D. ad municipal.* Et CAMPANVM vinum pro exemplo optimi adducitur. *l. 74. D. l. 75. D. de verb. oblig. §. 33. Inſt. de action.*

CAMPANVS, iuriſconſultus citatur in *l. 47. D. de oper. libert. l. 34. D. de fideic. libert.* Sunt, qui hunc CAMPANVM ex Cocceiorum familia fuiſſe contendunt, eo, quod ad COCCEIVM CAMPANVM reſcripſiſſe leguntur Seuerus et Antoninus Imperatores. *l. 29. D. ad SC. Trebell.* et *§. 3. Inſt. quib. mod. teſt. infirm.* Sed ab eo diuerſum eſſe iuriſconſultum noſtrum, et hunc iam Hadriani et Antonini Pii temporibus floruiſſe, docet Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXVII.* HEIN.

CAMPVS iaculatorius: *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* CAMPVS Martius: *l. 39. §. vlt. D. de legat. 1.* et *tit. C. Theod. de campo Mart.* quem in publico vſu habitum, patet ex *l. 6. D. de contrah. emt.* In CAMPO publico ludere. *l. 2. §. 9. D. ne quid in loco publ.*

CAMVM, in *l. 9. D. de trit. vin. ol. leg.* eſt potio, quae fit ex hordeo, et aliis frugibus ſimul coctis, puta vel lupulis, vel arbutis, vel ſorbis. Cuiac: *ad d. l.* De CAMO ex inſtituto agit idem Cuiac. *Lib. XI. Obſeru. Cap. 30.* vbi ex Apicio docet, CAMVM fuiſſe loram. Locus Apicii eſt *Lib. II. Cap. 2.* Sed ibi non legitur: CAMVM *defrutum immittatur, quod Romani* LORVM *vocant*, quemadmodum verba Apicii citat Cuiacius, ſed CARICARVM *defrutum mittes, quod Romani* COLOREM *vocant.* Nihil ergo hic locus ad camum et loram facit, manetque incertum, quale potus genus fuerit camum. HEIN.

CANALIS, pro fiſtula, vel cauerna ſubterranea, per quam vel aqua, vel ſordes, ducuntur. *l. 15. D. de act. emt.* §. 2. At ſaepe ita adpellantur etiam viae publicae, non πάροδοι, quae in aliam regiam viam veluti influunt, ſed ipſae regiae et militares, ad quas ſitae ciuitates, quas *peruias* vocare ſolet Ammianus Marcellinus. *l. 2. C. Theod. de curioſ. l. 15. C. de curſu publ. Synodus Sardic. Can. XXI.* Ἐν ταῖς παρόδοις ἤτοι κανάλῳ, *in viis regiis, vel in canali.* Athanaſ. *Apolog. II. p. 597.* Οἱ ἐν τῷ κανάλῳ τῆς Ἰταλίας. *Qui in canali Italiae.* Vbi ſane κανάλιον τῆς Ἰταλίας eſt via regia Italiae, quales erant Appia, Aurelia, et ſimiles, maxime vero celebris illa, quae Aquileia Byzantium, atque inde Nicomediam vsque ducebat. Pleraque haec obſeruauit Iac. Gothofredus, *in Commentar. ad d. l. 2. C. Th. de curioſ.* et Car. du Freſne *Gloſſ. Lat. T. I. p. 731.* qui tamen πάροδον perperam pro diuerticulo, vel via transuerſa, accipiunt, ceu notauit Innoc. Ciron. *Obſ. Iur. can. II. 14.* HEIN.

CANCELLARE teſtamentum: *l.* 15.

Digitized by Google

15. *§. 1. D. de teſtam. milit. l. 2. D. de his, quae in teſt. delent*, CANCELLARE chirographum: *l. 24. D. de probat.* CANCELLATAE tabulae cautionis: *l. 82: §. vlt. D. de furt.* Paull. *Sentent. II, 31, 32.* pro CANCELLATO haberi: *l. 47. D. de pact.* CANCELLATVM chirographum: *l. 32. C. de ſolut.* CANCELLATVM teſtamentum: *l. vlt. D. de edict. D. Hadr. toll.*

CANCELLARIVS iudicum conſiliariis et domeſticis adiungitur. *l. 3. l. 5. l. 8. C. de adſeſſ. l. 1. §. vlt. C. de offic. praef. praetor. Afr* In edicto Turcii Aproniani apud Gruter. *p. DCCXLVII, 6.* PRAEDA DAMNATA, QVAM TRIBVNVS, OFFICIVM, CANCELLARIVS ET SCRIBA DE PECVARIIS CAPERE CONSVEVERANT. Imp. Conſtantinus M. *l. 1. C. Theod. de agent. in reb. Quod circa ſcrinia noſtra et* CANCELLARIOS *et largitionales, et officiales comitum rerum priuatarum.* Sic et CANCELLARIVM praepoſiti, dixit Caſſiodor. *Variar. I, 35.* CANCELLARIOS *prouinciarum*, idem *Var. I, 12.* qui cancellos principis agebant, vt *ibidem* ait. A CANCELLIS enim eos nomen traxiſſe, idem Caſſiodor. *Var. XI, 6.* docet, his verbis: *Reſpice, quo nomine nuncuperis. Latere non poteſt, quod inter* CANCELLOS *egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas ianuas.* Ex quo loco, et ſequentibus verbis adparet, intra cancellos vndique conſpicuum cancellarium ſtetiſſe. Vnde munus dignitasque eius CANCELLORVM *officium* vocatur, ab eodem Caſſiod. *Var. XII, 27.* CANCELLARIVM autem ad reſponſa ſua principem elegiſſe, eiusque fidei conſiſtorii ſecreta commiſſa: per eum ad Principis aures ſupplicum deſideria perlata: per eum acceſſiſſe, qui principi praeſentandus erat, iuſſaque Principis expediſſe, idem Caſſiodorus paſſim oſtendit. Vetus Gloſſarium: CANCELLARIVS *eſt, qui habet officium, ſcripta, reſponſaque Imperatoris atque mandata inſpicere, et male ſcripta cancellare, et bene ſcripta ſignare.*

CANCELLVS aedium, ſingulari numero. *l. 9. D. quod vi aut clam.* CANCELLI in aedibus: *l. 41. §. 10. D. de legat. I. l. 12. §. 26. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Septa ſunt ex rectis, obliquis, transuerſis lignis contexta et compacta: plagulis, ſeu foraminibus inuicem diſtincta. FENESTRATAS *ianuas* Caſſiodor. *Var. XI, 6.* adpellat. Recte. Erant enim cancelli ianuae translucidae et ex lignis reticulatim compoſitis compoſitae, quibus interius vela praetenſa erant, vt inumbrarerentur, ſi opus videretur. Hinc CANCELLI et *vela* iunguntur in *l. 41. §. 10. D. de legat. I.* Plura de cancellis, eaque haud vulgaria, notauit Claud. Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 483.* HEIN.

CANDELABRVM, ſupellectili adnumeratur. *l. 3. D. de ſupell. leg.* CANDELABRO incluſum ſigillum. *l. 6. D. ad exhib.* Feſtus: CANDELABRVM *dicitur, quod in eo candelae figantur.*

CANDIDATVS, olim libera republica, et poſtea initio principatus, dicebatur, quicumque magiſtratum petebat, a toga candida, qua indutus populum prenſabat. Polyb. *Lib. X. Cap. 4.* Eo ſenſu accipiuntur CANDIDATI in *l. 21. C. Th. de praet. et quaeſt.* et *l. 22. eod. tit.* vbi et ipſe ordo ſenatorius ORDO CANDIDATVS vocatur. HEIN. ¶. 2. Poſtea eo nomine venerunt *quaeſtores* CANDIDATI, vel CANDIDATI *principis*, qui ſolis libris principalibus in ſenatu legendis vacabant. *l. 1. D. de offic. Quaeſt.* Per eos orationes Principum in Senatu recitatas, alias docui. Diu. Hieronymus *in vita S. Hilarionis*: *Conſtantii Imperatoris* CANDIDATI *rutilans coma.*

CANDIDATVS, ſubſtantiuum quartae declinationis, pro praetura poſitum in *l. 21. C. Theod. de praet. et quaeſt. Qui per ſingulos annos ad* CANDIDATVM *atque honores, certos poſcuntur.*

CANIS inter pecudes non eſt. *l. 2. §. vlt. l. 29. §. 6. D. ad leg. Aquill.* CANEM irritare: *l. 11. §. 5. D. eod.* A CANE feroce laeſus: *l. 2. D. ſi quadrup. pauper.* CANES robuſti et fortes: *l. 44. D. de adquir. rer. dom.* CANEM ſolutum vel adligatum habere. *l. 41. D. de Aedilit. edict.*

CANNABIS, in *l. 1. §. 12. D. de exercit. act.* CANNABA a Palladio *Lib. III. de re ruſt. Cap. 5.* aſt a Gellio. *Lib. XVII. Cap. 3.* CANNABVM vocatur. HEIN.

CANON, praeſtatio quaelibet annua, ſiue ſpecierum, ſiue pecuniae. Sic CANON anniuerſarius: *l. 16. C. de Ind.* antiquitus inſtitutus: *l. 3. C. Theod. de cond. in publ. horr.* aurarius: *l. 10. C. de extr. mun. l. 13. C. Theod. de extraord. et ſord. mun.* ciuilis: *l. 5. C. de diu. praed. Nouell. Valentin. et Marcian. de praed. ciuit. l. 6. C. de praeſcript. trig. vel quadrag. ann.* delegationis *l. 13. C. Theod. de extraord. et ſord. mun.* emphyteuticus: *l. 3. C. de iure emphyteut.* glebae: Sidon. Apollinar. *Lib. VI. Epiſt. ad Cenſorium 10.* metallicus: *l. 2. C. de metallar.* fundorum priuatorum: *l. 19. C. Theod. de exact.* nauli: Iuſtin. *Edict. XIII.* patrimonialis: *l. 7. C. de omni agro deſert.* publicus: *l. 3. C. quae res vend. non poſſ. l. 8. C. Theod. de murilegul.* qui et δημόσιος κανὼν, in *l. 1. C. de annon. et trib.* rei priuatae: *l. 7. C. de his, quae ex publ. collat.* ſenatorius: *l. 5. C. Theod. de praed. ſenator.* ſuarius: *Nouell. Maiorian. de indulg. reliqu.* telonei: apud Caſſiod. *Lib. IX. Var. Cap. 39.* titulorum omnium: *l. 16. C. Theod. de bon. proſcript.* veſtium. *l. 1. C. de milit. veſt.* ¶. 2. At praecipue notandus CANON *frumentarius vrbis Romae*, vti eſt in *rubr. C. de canon. frument.* Lamprid. *in Elagabal. Cap. XXVII. iuſſerat et* CANONEM *populi Romani vnius anni meretricibus, lenonibus et exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promiſſo: quum eo tempore iuxta prouiſionem Seueri et Traiani ſeptem annorum* CANON *frumentarius Romae eſſet.* Spartianus *in Seuero Cap. VIII. Rei frumentariae, quam minimam repererat, ita conſuluit, vt excedens ipſe vita, ſeptem annorum canonem relinqueret.* Adpellatur et CANON vrbicarius: *l. 2. et l. 3. C. de can. frument. vrb. Rom.* et *l. 3. et l. 6. C. Theod. eod. tit.* CANON vrbanus: *l. 26. C. Theod. de nauicular.* CANON ſacratiſſimae vrbis: *l. 35. C. Theod. eod. tit. l. 5. C. Theod. de can. frument.* ¶. 3. Nec omittendus erat CANON *vinarius*, qui et *arca vinaria*, in *l. 11. C. de ſuſcept. l. 3. C. Theod. de calc. coctor.* Symmach. *Lib. VII. Epiſt. 79. Lib. IX. epiſt. 121. Lib. X. Epiſt. 42. et 47.* CANONI huic ſuſcipiendo conſtituti erant SVSCEPTORES, *d. l. 11. C. de ſuſcept.* ſubiecti RATIONALI vinorum, qui ſub diſpoſitione viri illuſtris, praefecti vrbi erat. *Notit. Imp. occid. p. 15. edit. Pancirol.* HEIN.

CAN.

CANONICARIVS, annuorum canonum exactor adpellatur in *Nouell.* Iuſtiniani *XXX. Cap. 7. §. 1. Nouell. CXXVIII. Cap. 5. et 6. Nouella Maiorian. de indulg. reliqu.* et apud Caſſiod. *Lib. X. Vari Cap. 13.* Addantur Cuiac. *Obſ. III, 14.* et Ant. Auguſtin. *in Explic. obſcuror. vocab. in Nouellis ſub voce* CANONICARIVS. HEIN.

CANONICVS, A, VM. Sic CANONICI equi: *l. 3. C. de equor. collat.* CANONICA indictio: *l. 1. C. de proxim. ſacr. ſcrin.* inlatio: *l. 40. C. de epiſc. et cler.* CANONICA penſitatio: *l. 2. C. de lucr. aduocat.* CANONICAE praebitiones: *l. 4. C. Theod. trib. in ipſ. ſpec. l. 14. C. Theod. de nauicul.* CANONICVM ſolatium: *Nouell. Theodoſ. et Valent. de relen. adaer. vel. don. poſſeſſ.* CANONICAE ſpecies: *l. 1. C. Theod. de exact.* CANONICI tituli: *l. 36. C. Th. de ann. et tribut.* CANONICAE veſtes. *l. 1. C. Theod. de exact. l. 2. C. Theod. de diſtr. pign. quae trib. cauſſ. ten.*

CAN.

CANTABRARIVS, *l. 2. C. Theod. de collegiat.* eſt vexilifer, dictus a genere vexillorum, quod CANTABRVM vocatur a Tertull. *in Apologet. Cap. XVI. adu. Marcion. Lib. I. Cap. 12.* Minuc. Felix *in Octan. Cap. XXIX.* De eius vocis origine diſputant viri docti, Hadr. Turneb. *Aduerſ. XV, 16.* Cuiac. *Lib. XI. Cap. 20.* Lipſ. *Epiſtol. quaeſt. I, 9.* ſed ita, vt rem non expediant. Plerique *labara* legunt pro *cantabris.* Sed et violenta eſt haec emendatio, nec vera, quum Tertulliani et Minucii aetas *labara* nondum viderit, a Conſtantino M. demum inuenta: nec veroſimile eſt, tot diuerſorum auctorum locos eodem modo corrupiſſe librarios. HEIN.

CANTHARIDVM fit mentio *l. 3. §. 3. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Ex iis exprimitur venenum, quo et Magnetem a Nereide peremtum, poetae fabulantur. Ouid. *in Ibin: v. 308.*

> CANTHATIDVM *ſuccos, dante parente, bibat.*

Sic et CANTHARIDIS *venena,* dixit Tertullian. *Lib. I. aduerſ. Marcion. Cap. XIV.* Sunt autem CANTHARIDES vermiculi, minimorum ſcarabaeorum forma, ex quo et nomen traxerunt: quorum noxiam et maleficam vim Dioſcorid. *Lib. II. et Lib. VI.* et Plin. *Hiſt. nat. Lib. XI. Cap. 36. et Lib. XXIX. Cap. 4.* explicant.

CANTHARVS, ludicra quaedam facies fuiſſe videtur, et ad arbitrium efficta, ex cuius roſtro aqua ſalire ſolebat. *l. 41. §. 11. D. de legat. I.* coniuncta *l. 17. §. 9. D. de act. emt.* Auſonius *Epiſt. Eidyll. XVII.* *Harum verticulatum variis coagmentis ſimulatur ſpecies mille formarum, elephantus, bellua, aut aper, beſtia, aper volans, mirmillo in armis ſubſidens, venator, et latrans canis. Quin et turris, et* CANTHARVS, *et alia huiusmodi innumerabilium figurarum, quae alius alio ſcientius variegat.* In vetuſto epigrammate vrbis Romae verſus habentur huiusmodi:

> *Perdiderat laticum longaeua incuria curſus:*
> *Quos modo nunc pleno* CANTHARVS *ore vomit.*

Eucherius *in libr. Regum: Lutres,* ait, *conchae, vel* CANTHARI *aquarii.* In libello, quo quatuor martyrum coronatorum mors narratur, haec verba inueni: *Tunc Sempronianus, Claudius, Caſtorius, et Nicoſtratus coeperunt in nomine Chriſti cauare conchas, et pegas, et lectos, cum ſigillis et* CANTHAROS, *cum magna tenuitate artis.* Quae quum ita ſint, audaciſſimam Alciati coniecturam, pro CANTHARI in *l. 41. §. 11. D. de legat. I.* legentis καθάρροι, merito repehendit Ioann. Brodaeus *Miſcell. X, 10.* HEIN.

CANTICVM. Paull. *Sent. V, 4, 15.* *Qui carmen famoſum in iniuriam alicuius, vel alia quaelibet* CANTICA, *quo adgnoſci poſſit, compoſuerit, ex auctoritate ampliſſimi ordinis in inſulam relegatur.* Quamuis Cuiacius haec tamquam ſpuria editionibus ſuis eiecerit: ea tamen interpolata potius, quam ſpuria credidit doctiſſimus Schultingius. HEIN.

CAP.

CAPAX, id eſt, ſuſceptibilis alicuius rei, veluti CAPAX culpae, doli, vel non CAPAX, vt impubes vel pupillus. *l. 1. §. 6. D. ne vis fiat ei l. 3. §. 1. D. de ſepulcr. viol. l. 23. D. de furt. l. 3. §. vlt. D. de tribut. act. l. 1. §. 15. D. depoſ.* id eſt, qui eius aetatis eſt, vt dolum CAPIAT. *l. 15. D. de liberal. cauſſ.* CAPAX autem et furandi, et iniuriae faciendae pupillus cenſetur, qui proximus pubertati ſit. *l. 3. D. de reg. iur.* Sic iam iniuriae CAPAX impubes: *l. 5. §. 2. D. ad leg. Aquil.* non CAPAX conſilii impubes: *l. 8. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered.* CAPAX obligationis: *l. 12. D. de ſtipul. ſeru.* ſolutionis. *l. 98. §. 7. D. de ſolut.* ¶. 2. CAPAX etiam dicitur, qui ex teſtamento capere poteſt: *l. 29. D. de liberat. leg.* CAPAX portionis. *l. 8. C. commun. de ſucceſſ.* Hinc CAPACITAS legatarii: *l. 55. §. 1. D. de legat. III.* CAPACITATIS priuilegium et modus: *l. 1. C. Theod. de bon. proſcript.* Solidi CAPACITAS. *rubr. tit. XVII. fragmentorum Vlpiani.* ¶. 3. CAPAX, quod aliquam molem capit, vel quod aliquid poteſt admittere. Sic CAPAX auditus: *l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell.* CAPACES fluuii naues: *l. 1. §. 12. D. de exerc.* CAPACITATI alicui parata vaſa. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 86.*

CAPERE cum effectu accipitur. CAPERE enim dicitur, qui ſic accepit, vt habeat. Ideoque non videtur quis CAPERE, quod erit reſtiturus, ſeu, quod ei neceſſe eſt alii reſtituere. *l. 71. D. de verb. ſignif. l. 51. D. de reg. iur.* Quo pertinent *l. 43. D. de legat. II. l. 1. §. 1. l. 2. §. 2. D. ſi quis aliqu. teſtar. prob. l. 4. D. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. 57. D. ad leg. Falc.* CEPISSE plane videtur aliquis, quamuis alii adquiſiuerit. *l. 140. D. de verb. ſignif.* CAPERE ex teſtamento nihil videtur, qui tantum erogat, quantum accepit. *l. 122. in fin. D. de legat. I.* Nec videtur CEPISSE, qui per exceptionem a petitione remouetur. *l. 13. D. de reg. iur.* ¶. 2. In edicto de calumniatoribus pecuniam CEPISSE videtur, qui obligatione liberatus eſt. *l. 2. D. de calumniat.* quo referenda eſt *l. 115. D. de reg. iur.* vt ex inſcriptione adparet. Id quod confirmatur *l. 22. §. vlt. D. ad leg. Falc. l. 18. §. 1. l. 31. §. vlt. D. de mort. cauſſ. donat. l. 31. §. vlt. D. eod.* ¶. 3. CAPERE ergo ex teſtamento, *l. 23. §. vlt. D. de Aedilit. edict. l. vlt. D. de legat. I. l. 10. D. de his, quae vt indign.* eſt adquirere, et conſequi. Sic CAPERE hereditatem: *l. 12. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. l. 12. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 62. D. de hered. inſt.* et apud Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 3.* CAPERE legatum: *l. 24. §. 12. D. de fideic. libert.* libertatem: *l. 48. D. de manumiſſ. teſt.* CAPERE abſolute. *l. 11. D. de vulg. et pup. ſubſt. l. 62. D. de legat. II.*

gat. II. CAPERE oon poſſe: *l. 3. D. de iur. fiſc.* nihil, vel non totum CAPERE poſſe: *l. 55. §. 1. D. de legat. II.* ad certum modum capere poſſe: *l. 27. D. de probat.* ſolidum CAPERE poſſe: *l. 42. D. de legat. II.* Vlpian. *Fragm. XVI, 1.* et ex diuerſo: ſolidum CAPERE oon poſſe dicuntur, qui totius, quod relinquitur, capaces non ſunt. *l. 72. l. 78. D. de her. inſt. l. 6. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Tertullian. *de monog. Cap. XVI. Et exiſtimant, caelibes et orbos ex teſtamento Dei ſolidum* CAPERE *non poſſe.* Idem *Lib. I. ad vxor. Cap. I. Tu modo vt ſolidum* CAPERE *poſſis, hoc meae admonitionis fideicommiſſum, Deus faciat.* Vnde capiendi ius: *l. 2. §. 2. l. 1. §. 1. et l. 13. §. 7. D. de iur. fiſci.* et apud Iuuenal. *Sat. IX. v. 86.*

Propter me ſcriberis HERES,
Legatum et omne CAPIS.

Et *Sat. I. v. 55.*

Si CAPIENDI
IVS *nullum vxori.*

id eſt teſtamento conſequendi. Non CAPIENTI reddere, id eſt, ei, qui capere non poteſt. *l. 42. D. de iur. fiſci.* ¶. 4. Iungitur hoc verbum variis nominibus. Sic CAPERE alimenta ex praediis: *l. 4. l. 11. D. de al. vel cibar. leg.* CAPERE animalia, caelo, terra, mari. *l. 1. D. de adquir. rer. dom. l. 1. D. de adquir. poſſ. l. 44. D. eod. l. 26. D. de furt.* CAPERE aquam: *l. 19. D. de ſeru. vrb. praed.* CAPERE arbitrum dicuntur litigatores, qui eum ſumunt, et eligunt. Plaut. *Truculent. Act. II. ſcen. penult. Tecum, bellator, arbitrum aequum* CEPERIM. Terent. *Heaut. Act. II. ſcen. I. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus, me* CEPERE *arbitrum.* Donatus in illud *Hecyrae Act. IV. ſcen. I. Quum illum generum cepimus*, adnotat: *Vt arbitrum* CAPERE *dicimus, id eſt, eligere. Virgilius: Ante locum capies oculis.* Sic *arbiter* CAPTVS, id eſt, ſumtus in *Argumento Amphitruonis Plautini.* CAPERE conditiones, id eſt, recipere, ſeu admittere: *l. 4. C. de donat. quae ſub mod.* CAPERE dignitatem honoris, id eſt, ſuſtinere: *l. 6. D. de mun. et honor.* CAPERE dolum: id eſt, doli capacem eſſe. *l. 15. D. de lib. cauſſ.* CAPERE feras beſtias et volucres dicuntur venatores: *l. 3. D. de adqu. rer. dom. l. 11. §. vlt. D. de act. emt.* CAPERE fructus, id eſt, percipere: *l. 20. D. de adqu. poſſeſſ. l. 88. §. 2. D. de legat. II. l. 4. l. 11. D. de alim. et cibar. leg. l. 8. D. de reb. auct. iud. l. 2. l. 4. D. de vſur. l. 60. D. de in diem addict. l. 9. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* CAPERE intellectum: *l. 1. §. 3. D. de adquir. poſſeſſ.* quod de iis dicitur, qui eius aetatis ſunt, vt intelligant, quid agant, quemadmodum loquitur *l. 6. D. rem pupill. ſalu. for.* Vnde CAPTV carere, id eſt, intellectu, apud Paullum *Sent. V, 4, 2.* CAPIT interpretationem: *l. 18. §. vlt. D. de reg. iur.* CAPERE iudicem: Plaut. *Moſtell. Act. III. ſcen. I.* CAPE *hercle, te obſecro, cum eo vna iudicem.* Et iudex CAPTVS, eſt apud eumdem in *Mercat. Act. IV. ſcen. 3.* CAPERE pignus: *l. 88. D. de pignorat. act. rubr. C. ſi in cauſſ. iud. pign. cap.* itemque pignori CAPERE. *l. 15. §. 2. D. de re iud.* Vid. plura infra *Libro XIV.* CAPERE piſces: *l. 3. D. de adquir. rer. dom.* Res non CAPIT reſtitutionem. *l. 9. §. D. de minor.* ¶. 5. CAPERE etiam eſt vſu adquirere, et ſuum facere. *l. 48. §. 1. D. de adquir. rer. dom. l. 21. l. 23. D. de vſucap. l. 2. §. 6. D. pro emtore. l. 12. D. de damn. infect.* Ita dominium CAPERE: *l. 15. §. 26. D. de damn. infect. l. 6. §. 3. D. de precar.* CAPERE dominium poſſidendo: *l. 15. §. 26. D. de damn. infect.* et in ſuum dominium CAPERE: *l. 5. D. eod.* tempore et poſſeſſione CAPERE: *l. 10. §. 2. l. 13. §. 1. D. de vſucap. l. 3. in fin. D. de adquir. poſſeſſ.* CAPERE longa poſſeſſione: *l. 3. §. 3. D. de adquir. poſſeſſ. l. 3. l. 4. l. 7. §. 1. et §. 2. l. vlt. D. pro emtore.* CAPERE per longam poſſeſſionem: *l. 3. §. vlt. l. 36. l. 43. D. eod. tit.* diuturna poſſeſſione: *l. 7. D. pro emt.* longo tempore: *l. 48. D. de adquir. domin.* per longum tempus rem CAPERE: *l. 12. D. de damn. infect. l. 5. D. eod. tit. l. vlt. D. pro emt. l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* CAPERE vſu: *l. 2. pr. D. pro emt. l. 28. D. de vſucap. l. 31. §. vlt. eod. tit. Denique* quod *vſucapere*, hoc *vſu adquirere* dixit Iulianus *l. 82. §. 1. D. de legat. I.* et Auctor *ad Herenn. Lib. IV. Vſu ſuum facere* Plaut. *Amphitr. Act. I. ſcen. I. v. 219.* vbi Soſias quaerenti Mercurio: *Quoius nunc es?* reſpondet: *Tuus. Nam pugnis* VSV FECISTI TVVM. Hinc VSVCAPIO, id eſt, dominii adeptio per vſum ſeu poſſeſſionem, quae et *dominii* CAPIO, *l. 18. §. 1. D. de damn. inf.* et longa poſſeſſione CAPIO: in *l. 4. §. vlt. D. pro emt. l. 26. D. de vſurp. et vſuc.* immo et CAPIO, nullo adiuncto. *l. 36. D. de adquir. poſſ. l. 48. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* ¶. 6. CAPERE, in captiuitatem redigere. CAPTVS ab hoſtibus: *l. 1. §. 8. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 11. D. vnde legit. l. 11. D. de pecun. conſtit. l. 1. D. de ſuis et legit. hered. l. 36. D. de fideic. libert. l. 6. D. de ſtatulib. l. 45. §. vlt. D. de rit. nupt.* At in *l. 5. §. vlt. D. de adqu. rer. dom.* CAPI *ab hoſtibus* dicuntur, quae eripiuntur hoſtibus. A piratis CAPTI latrones: *l. 19. §. 2. D. de capt. et poſtlim.* CAPTA ab hoſtibus loca. *l. 39. D. de religioſ.* ¶. 7. CAPI etiam interdum ſignificat fraudari et decipi. *l. 21. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 3. §. 4. l. 11. §. 2. et §. 3. D. de minor.* Inde verba illa edicti Praetorii: ET SI QVID DOLO MALO CAPTVS FRAVDATVSVE EST. *l. 36. D. de pecul. l. 1. §. 42. D. depoſ.* Cic. *de offic. III, 17. Nam quanti verba illa:* VT NE PROPTER TE FIDEMVE TVAM CAPTVS FRAVDATVSVE SIM. Sic CAPTVS minor, pro circumſcripto: *l. 9. §. 4. D. de iureiur. l. 3. §. 4. D. de minor.* CAPTVS fraude aduerſarii: *l. 2. C. de act. emt. l. 5. C. in integr. reſtit.* In nullo CAPTVS: *l. 36. D. de pignorat. act.* Non CAPITVR, qui ius publicum ſequitur: *l. 116. §. 1. D. de reg. iur.* Non CAPITVR minor, emendo rem, ſibi perneceſſariam, licet mortalem. *l. 11. §. 4. D. de minor.* ¶. 8. CAPI, orbari. CAPTVS *luminibus*, id eſt, orbatus: *l. 1. §. 5. D. de poſtul. l. 17. D. ad municipal. l. vn. C. qui morb. ſe excuſ. l. 3. C. qui dare tutor.* Valer. Max. *Lib. VIII. Cap. 7.* mente CAPTVS in aduerſa valetudine, id eſt, qui mentis compos non eſt. *l. 17. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 2. C. de curat. furioſ.* ¶. 9. Singularis eſt loquutio: CAPIT *aeſtimari, dici, indulgeri, interpretari, opinari*, id eſt, *ἐνδέχεται*, quae admodum familiaris eſt Tertulliano. Ita ſaoe loquitur *Apologet. Cap. XVII. Lib. I. de cultu fem. Cap. 2. de anima Cap. XIII. de pudicit. Cap. I. de ſpectac. Cap. III. de praeſcr. adu. haeret. Cap. XLIV.*

CAPESSERE honorem: *l. 2. C. de ſeru. ad libert.* CAPESSENDI, id eſt, hereditates et legata capiendi, *conditio omnibus ſit eadem. l. 1. C. de infirm. poen. caelib.* HEIN.

CAPILLOS ſubmittendo poteſt quis facere iniuriam: *l. 15. §. 27. D. de iniur. l. 39. D. eod. tit.* ¶. 2. CAPILLI *Indici*, in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* inter ſpecies vectigales recenſentur. Pro iis Guid. Pancirolus *Var. Lect. II, 110.* *lapillos* legi mallet. Sed lapillos et gemmas iam antea recenſuerat iuriſconſultus, ac proinde CAPILLOS *Indicos* pro pilis certorum animalium, quos India ſubmittebat, accipere mauult V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. IV, 5. p. 356. ſequ.* HEIN.

CAPIO, onis, ſubſtantiuum. CAPIO, abſolute pro vſucapione: *l. 36. D. de adqu. poſſ.* dominii CAPIO: *l. 18. §. 2. D. de damn. inf.* poſſeſſione CAPIO: *l. 4. §. vlt. D. pro emtore. l. 26. D. de vſurpat. et vſucap.* pignoris CAPIO: *l. 15. §. 4. D. de re iud. l. vlt. C. Theod. de diſtr. pign. l. 7. C. Theod. de exact.* Mortis cauſſa CAPIO, quo nomine ea liberalitas, quae morte alicuius obuenit, nec proprium nomen habet, ſignificatur. *rubr. D. de mort. cauſſ. donat. et capion.* Quidquid enim propter mortem alicuius capitur, *mortis cauſſa* CAPI dicitur, exceptis his capiendi figuris, quae proprio nomine adpellantur. *l. 8. l. 18. l. 21. et l. 31. D. de mort. cauſſ. donat. l. 54. D. de condit. et demonſtr.* Vetus Gloſſarium: CAPIO *cauſſa mortis eſt, quum pro morte alicuius occaſio capiendi euenit.*

CAPITAL, facinus capitale et capitis poena luendum, ſignificat, Feſto auctore. Sic CAPITAL admittere: *l. 6. §. 6. D. de re milit.* Plaut. Menaechm. *Act. I. Scen. I.*

Numquam aedepol effugiet, tametſi CAPITAL *fecerit.*

CAPITAL erit: *l. vlt. §. 1. D. de term. mot. l. 4. §. vlt. D. de ſicar.* Cicero *de legib. II, 8. de Inuent. II.* Pro eo CAPITALE *admittere* dixit Plin. *Lib. XVIII. Cap. 13.* Plura de hac voce dabit Carrio *Emendat. I, 3.* HEIN.

CAPITALIS, LE, adiectiuum. Sic CAPITALIS accuſatio: *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* animaduerſio: *l. 5. C. de iuriſd. omn. iud. l. 1. C. de crim. peculat.* actio: *l. 5. D. ſi ex nox. cauſſ.* cauſſa: *l. 2. §. 1. D. de iur. fiſc. l. 13. D. de ſtat. hom.* coercitio: *l. 200. D. de verb. ſignif.* CAPITALE crimen: *l. 15. D. de donat. l. 1. D. ad leg. Fab. l. vlt. D. ad SC. Turpill. l. 18. C. de transact. l. 13. C. de his, qui accuſ. l. 3. C. de accuſ. l. 6. §. vlt. C. de interd. et releg. l. 7. D. de bon. eor. l. 2. D. de public. iud.* Hinc CAPITALIS criminis damnatus: *l. 26. §. vlt. D. de pact. dot.* eiusdem poſtulari: *l. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor.* eius reum eſſe: *l. 3. C. de accuſat.* CAPITALIS fraus, quam admiſiſſe dicitur in edicto Aedilitio, qui tale aliquid admiſit, propter quod capite puniendus ſit. *l. 1. et l. 23. §. 2. D. de Aedil. edict.* Cic. *pro Rabir. Cap. IX.* CAPITALES inimicitiae, quum quis odio capitali ab aliquo diſſidet: *l. 8. l. 14. §. vlt. D. de procur. §. 11. Inſt. de excuſat. tut. l. 23. D. mandat. l. 3. §. vlt. D. de adim. leg. l. 9. D. de his, quae vt indign. l. 5. D. de recept. arbitr.* Paull. *Sent. II. 27, 1.* CAPITALE iudicium: *l. 31. D. depoſ. l. 33. §. 2. D. de procur.* CAPITALIA maleficia: *l. 8. D. de quaeſtion.* CAPITALES mimae: *l. 7. C. de his, quae vt indign.* CAPITALE periculum: *l. 1. §. ſportulas 6. C. de praef. praet. Afr.* CAPITALIS poena: *l. 27. §. vlt. D. de poen. l. 1. §. 1. D. de requir. et abſ. damn. l. 1. C. de ſeru. export. l. 3. C ſi pend. adpell. l. 10. C. de bon. proſcript. l. vlt. C. ſi reus vel accuſ.* CAPITALES quaeſtiones: *l. 6. C. de quaeſt.* CAPITALIS rei condemnare: *l. 4. D. ſi quis caution. in iud.* damnare: *l. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 9. §. vlt. D. de iur. patron. l. 2. D. de poen. l. 39. D. eod. l. 13. D. de bon. poſſeſſ.* CAPITALIS ſententia: *l. 22. §. 1. D. de legat. III. l. 16. C. de poen.* CAPITALE ſupplicium. *l. 5. C. de his qui ad eccleſ. confug. l. vlt. C. quae res vend. l. 30. C. de adpell. l. vlt. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 8. C. ad leg. Corn. de ſicar.* ¶. 2. Ceterum CAPITALIS videtur omnis cauſſa exiſtimationis. *l. 103. D. de verb. ſign.* Cicero *pro Quinct. Cap. VII.* CAPVT *petere non deſinebat.* Et *Cap. VIII. De* CAPITE *ſuo priore loco eſſe dicturum. Cap. IX. Vt aut ipſe ſe* CAPITIS *damnaret, aut cauſſam* CAPITIS, *ſi ſponſionem feciſſet, priore loco diceret.* Eodem *Cap. IX. Qui pro* CAPITE *diceret. Cap. XII. Cuius* CAPVT *oppugnet: Cap. XIII. Neque C. Aquillius de* CAPITE *alterius libenter iudicat, et C. Hortenſius contra* CAPVT *non didicit dicere. Cap. XIII. Hominis propinqui* CAPVT *incolume eſſe: Cap. XXII. Cauſſam* CAPITIS *dicas oportet. Cap. XXII. Qui de* CAPITE *decernit. Cap. XXX. Ne in* CAPITE *fortunisque dominentur. Cap. XXXI. Horribile eſt cauſſam* CAPITIS *dicere.* Idemque *pro Roſc. Com. Cap. VI.* turpia et famoſa iudicia, *ſummae exiſtimationis et, paenedixerim*, CAPITIS, vocat. Sed et *in Verrem. II, 40.* iungit CAPVT exiſtimationemque. Et *Lib. I de offic. Cap. 12.* CAPITIS *et famae certamen.* Secundum quae in *l. 1. §. 6. de poſtul.* CAPITALI crimine damnatum accipere debemus, qui eo crimine damnatus ſit, cuius poena exiſtimationem laedit ac minuit. Sic et CAPITIS MINVTIONEM pro exiſtimationis minutione dixit Tertullianus *de ſpectac. Cap. XII.* quum ait: *Damnauit ignominia et* CAPITIS *minutione.* ¶. 3. Quamuis vero CAPITALIS Latine loquentibus omnis cauſſa capitalis videatur: tamen aliquando mortem, vel amiſſionem ciuitatis ſignificat. *l. 103. D. de verb. ſignif.* CAPITALIA *iudicia*, ait Paullus, *ſunt, ex quibus poena mors, aut exſilium eſt, hoc eſt, aquae et ignis interdictio. Per has enim poenas eximitur* CAPVT *de ciuitate.* NON CAPITALIA *ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio poena eſt. l. 2. D. de publ. iud.* Et Vlpianus: REI CAPITALIS *condemnatum accipere debemus, qui morte exſilione coercitus eſt. l. 4. D. ſi quis caution. in iudic. ſiſt.* Idem alibi: REI CAPITALIS *damnatum ſic accipere debemus, ex qua cauſſa damnatio, vel mors, vel etiam ciuitatis amiſſio, vel ſeruitus, contingit. l. 2. D. de poen.* Et ita in ea parte edicti, qua patronus, qui libertum capitis accuſauit, ab eius bonorum poſſeſſione repellitur, is demum videtur CAPITIS accuſaſſe, qui tali iudicio adpetit, cuius poena aut ſupplicium, (vltimum ſcilicet,) habuit, aut exſilium, quod ſit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur. *l. 14. §. 3. D. de bon. libert.* CAPITIS accuſationem Labeo etiam eam eſſe exiſtimabat, cuius poena mors, aut exſilium eſſet. *l. 10. D. de iur. patron.* Quo ſenſu in *l. 33. §. 1. D. de fideicomm. libert. l. 10. §. 10. D. de in ius voc. l. 5. §. D. de lib. adgnoſc. l. 22. D. de his, quae vt indign. l. vlt. D. de bon. libert.* haec verba accipimus.

CAPITATIO, cenſus capitis, de quo infra, ſub CAPVT. *l. vlt. §. pen. D. de mun. et honor. l. 8. C. de SS. eccleſ. l. 11. l. 16. C. de epiſc. l. vlt. C. de ann. et tribut. l. 2. C. de fund. priuat. l. 19. C. de agricol.*

cenſit. l. 2. C. de immun. nem. conc. l. 8. l. 11. C. Theod. de erog. mil. annon. l. 1. C. Th. de fugitiu. colon. l. 2. C. Theod. de cenſ. ſiue adſcript. Κεφαλήτιωνα vocat Zonaras in *Leone Iſaur.*

CAPITATIO. Eam vero aliam HVMANAM, aliam ANIMALIVM conſtituit *l. vlt. C. Theod. de conlat. don.* Nam et ANIMALES fuiſſe publicas functiones, aeque ac TERRENAS, oſtendit *l. 23. C. de agric. et cenſ.* quam TERRENAM, *ſiue* ANIMALEM *deſcriptionem* adpellat eadem *l. vlt.* Illam vtique capitationem ſola ruſticana plebs, extra muros poſita, penſitabat. *l. 1. C. vt ruſtic. ad null. obſequ.* Plebs vero vrbana *minime in cenſibus, pro* CAPITATIONE *ſua, conuenicbatur, ſed ab ea immunis habebatur. l. 1. C. de capitat. ciu. cenſ. exim.* Et quidem in hac ruſticanorum CAPITATIONE, quum antea per ſingulos viros, per binas vero mulieres, capitis norma cenſeretur: Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodoſius hoc ita moderati ſunt, vt binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis vnius pendendi capitis munus iniungeretur. *l. 10. C. de agric. et cenſ.* Pro modo autem CAPITATIONIS annonarias ſpecies, quot annis tribus penſionibus illatas fuiſſe, docet *l. 15. C. Theod. de annon. et tribut.* Hinc CAPITATIO plebeia: *l. 2. C. de protoſtaſ. l. 36. C. de decurion. l. 4. C. de cenſ. ſiue adſcr.* CAPITATIONIS indulgentia: *l. 2. C. Theod. de immun. nem. conced. l. 33. C. Theod. de annon. et tribut.* CAPITATIONIS onus et ſarcina: *l. 11. l. 16. l. 33. C. de epiſc. et cler.* Quin et CAPITATIO praedii dicitur: *l. 9. C. de act. emt. l. vlt. C. Theod. ſine cenſu et reliqu.* Saluian. Maſſilienſ. *Lib. VI. de Dei iudiciis: Et quum ab his poſſeſſio abſceſſerit,* CAPITATIO *non diſcedat.* Sic et in *l. vlt. C. Theod. de patroc. vic. functiones omnes quas metrocomiae debent, et publici vici: Pro antiquae* CAPITATIONIS *vice debent.* ¶. 2. CAPITA autem et IVGA plerumque ſub disiunctione ſociantur: vt in *l. 6. C. Theod. de conlat. don.* IVGORVM *ſiue* CAPITVM: *l. 6. C. Theod. de extraord. ſiue ſord. mun.* pro CAPITIBVS, *ſeu* IVGIS *ſuis*: in *l. 2. C. Theod. de protoſtaſ.* Nec cuiusquam alterius IVGA *aut* CAPITA ſenatorum cenſibus adgregentur, et prouincias pro numero IVGORVM, ſeu CAPITVM, conferre iubet *l. 3. C. Theod. de milit. veſt.* Sed et in *l. 1. C. Theod. de impon. lucr. deſcript.* eos, qui ex lucratiua cauſſa poſſeſſiones debent, quae aliquando curialium fuerint, pro ſingulis earum IVGIS et CAPITIBVS quaternas ſiliquas, annuae deſcriptionis nomine, ordinibus exſoluere Imperatores praecipiunt. Sic IVGATIO et CAPITATIO, vt in *l. 9. C. de agric. et cenſit.* pro IVGATIONE vel CAPITATIONE: et in *l. 11. C. Th. de exact. Quidquid pro* IVGATIONE *vel* CAPITATIONE *depoſcitur.* Et in *l. 1. C. Theod. ne quid publ. lact. deſcripti facta pro CAPITATIONE aut IVGATIONE.* Alias IVGORVM CAPITATIO coniunctim dicitur, vt in *l. 1. C. Theod. de immun. conced.* IVGORVM CAPITATIONES et profeſſiones. Vnde ζυγοκέφαλον. Iuſtin. *Nou. XVII. Cap. 8.* et in *l. 3. C. vt nem. lic.* πρὸς τὴν ἀπολογίαν τῶν ζευγῶν, ἤτοι ζευγοκεφαλῶν ὑπεκέσθω.

CAPITIVM, in *l. 27. D. de auro arg. leg.* inter muliebria ornamenta ponitur. Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* CAPITIVM *ab eo, quod capit pectus, id eſt, indutu comprehendit.* Ex quo Nonii Marcelli inſcitia deprehenditur, qui litterarum adfinitate aut ſono deceptus, CAPITIA *capitum tegmina* interpretatur. Cuius errorem coarguit, nedum firmat, aut adiuuat, ab eo laudatus auctor, cuius auctoritatem numquam defugiam. Nam quae ille in teſtimonium citat, verba Varronis *de vit. pop. Rom.* poterant eum, ſi mens non laeua fuiſſet, oſcitantiae ſuae commonefacere. Sic enim habent: *Sic ad orbitam matrumfamilias inſtituti, quod eae pectore et lacertis erant apertis, nec* CAPITIA *habebant.* Itaque ſuo ipſum gladio iugulo, eodemque telo Iſidorum confodio, qui a Nonii Marcell. partibus ſtat, *Lib. IX. Etymol. Cap. 30.* Sed non ego credulus illis, qui Varrone duce errare malim, quam illis magiſtris erudiri. Solida eſt haec Briſſonii obſeruatio, quamuis ſatis contorta ſit Varronis etymologia. CAPITIVM enim proprie dicitur foramen iſtius veſtimenti, per quod caput transmittebatur. Hinc Hieronymus *Epiſt. CXXVIII. ad Fabiolam*, deſcribens veſtem ſacerdotalem, מעיל *Exod. XXVIII, 4. et 31. In ſuperiore*, inquit, *parte, qua collo inducitur, aperta eſt illa tunica, quod vulgo CAPITIVM vocant.* Adeoque a *capite* nomen habet iſtud foramen, quod per illud immittitur. CAPITIVM illud in ſacerdotali habitu eleganter deſcripſit Braun. *de veſtitu ſacerd. Hebr. Lib. II. Cap. 5. §. 15. de p. 560.* nec non *p. 578.* vbi totum iſtud veſtimentum, ipſumque CAPITIVM, aeri inciſum exhibuit. Ab illo ergo foramine, quod et Abarbanel פי הראש *orificium* vel *foramen capitis*, adpellauit, totum poſtea veſtimentum illud muliebre apud Romanos CAPITII nomen accepit. HEIN.

CAPITOLIVM. De hoc Lactant. *Lib. I. diuin. Inſtit. Cap. II. Sciunt Romani Capitolium ſuum, id eſt, ſummum caput religionum publicarum, nihil eſſe aliud, quam inane monimentum.* De eo haec et quaedam alia ex Roſini *Antiquitatibus Romanis* attexit Tabor, quae, multo accuratius ex ipſis fontibus hauſta, repeties apud Rycquium in libello elegante *de Capitolio.* Nec ignotum eſt, in iure noſtro frequentiſſimum eſſe hoc conditionis exemplum: SI IN CAPITOLIVM ADSCENDERIT, *l. 29. D. de cond. et demonſtr. l. 7. D. eod. tit. l. 6. D. de her. inſtit.* vel negatiue: SI CAPITOLIVM NON ADSCENDERIT, vel NON ADSCENDERO. *l. 17. §. 1. D. de manum. teſtam. l. 7. D. de condit. et demonſtr. §. 4. Inſt. de verb. oblig.* Quae poſtremae formulae, libertati adſcriptae, an libertatem ad mortem vsque differant, quemadmodum in aliis ſiue ſtipulationibus, ſiue legatis, non eſt huius loci quaeſtio. Vid. Duaren. *Lib. I. Diſput. anniuerſ. Cap. XV.* HEIN.

CAPITVLARIVM adpellant Imperatores temonariam functionem, quam in ſordidis muneribus ponunt: *l. 14. l. 15. l. 18. C. Theod. de extraord. et ſord. mun.* Vetus Gloſſarium: TRIBVTVM CAPITVLARE, ἐπικεφαλαίος φόρος. Atque inde CAPITVLARII, qui et *temonarii*, in *l. 2. C. de priuileg. cor. qui in ſacr. palat. mil.* CAPITVLARII *horreorum ac tabernariorum*, apud Caſſiodor. *Variar. X, 28.* Sane apud Symmachum *Lib. IX. Epiſt. 10.* CAPITVLANI, an CAPITVLARII ſcribendum ſit, aliorum eſto iudicium.

CAPITVLVM, idem, quod CAPITVLARIVM. Quamobrem emendanda eſt *l. 12. C. de excuſ. mun.* vbi vulgo CAPITALIS *atque temonis neceſſitas*, pro CAPITVLI *atque temonis neceſſitas*

CAPSEL-

CAPSELLA, *in qua fructus componuntur*, memoratur in *l. 12. §. 1. D. de inſtr. et inſtrum. leg.*

CAPSARIVS dicitur, qui mercede ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiit, *l. 3. §. vlt. D. de offic. praef. vig.* ab eo, opinor, quod capſis ea includat. Ac plane ἱματιοφυλακοῦντας in balneis fuiſſe, oſtendit Lucianus *in Hippia p. 318. Tom. II.* Quin etiam Epiph. *contra haereſ. Lib. I. haereſ. 30. §. 24. p. 148.* vbi Ebionaeos refellit, de B. Ioanne, Euangeliſta, agens: Ἦλθεν, ait, εἰς αὐτὸ τὸ λουτρόν. καὶ γενόμενος πρὸς τὸν εἰωθότα ὑποδέχεσθαι τῶν λουομένων τὰ ἱμάτια, ἤρετο· τίς ἔνδον ἐστὶν ἐν τῷ βαλανείῳ; ὁ δὲ οἰκιάριος ἐπὶ τῷ φυλάττειν ἱμάτια προσκαρτερῶν, (ἐν τοῖς γὰρ γυμνασίοις ἔργον τοῦτό τισιν ὑπάρχει πορισμοῦ ἕνεκα τῆς ἐφημέρου τροφῆς,) ἔφη. κ. τ. λ. *Venit in id ipſum balneum, et accedens ad eum, qui ſolebat lauantium veſtes cuſtodiendas ſuſcipere, interrogauit, quis intus in balneo eſſet? Oſtiarius vero; qui cuſtodiendis veſtimentis ſedulo operam dabat, (nam in gymnaſiis id quidam negotii ob victum ſuſcipiunt) dixit:* cet. Idem alio eiusdem libri loco: ἐν δὲ τῷ ἐξιέναι ἱματιοφύλακες εἰσί τινες πρὸς ταῖς θύραις, δίκην ΚΑΜΨΑΡΙΩΝ ἐπὶ αὐτῶν τεταγμένων. *Exeuntibus illis ſtabant quidam veſtimentorum cuſtodes ad fores, more* CAPSARIORVM *eius rei cauſſa conſtitutorum*, vbi καψαρίων pro καμψαρίων repone. In quibusdam enim prouinciis in balneis ad veſtimenta cuſtodienda conducta habebant mancipia, vt oſtendit *l. 4. §. 2. D. de his qui not. infam.* ¶. 2. CAPSARII etiam capſarum opifices dicuntur, in *l. vlt. D. de iur. immun.* ¶. 3. Sed et CAPSARIVS in *l. 13. D. de manum. vind.* adpellatur, qui pueris, in ludum euntibus, libros portat, a *capſis*, librorum gratia comparatis, quarum fit mentio in *l. 3. D. de ſupell. leg.* Quo ſenſu et accipiendum eſſe cenſeo hoc verbum, apud Sueton. *in Neron. Cap. XXXVI.* quando ait: *Conſtat, quosdam cum paedagogis et* CAPSARIIS *vno prandio pariter necatos.* Nam pueros ingenuos huiusmodi ſeruuli ſequi ſolebant, miniſterii cauſſa. Iuuenal. *Sat. X.*

> *Quisquis adhuc vno partam colit aere Mineruam,*
> *Quem ſequitur cuſtos anguſtae vernula* CAPSAE.

Remigius, Epiſcopus Altiſſidorenſis, *in Pſalm. LVII.* de Iudaeis agens: *Et in eadem*, inquit, *paſchali ſollemnitate captiuati, diuerſi per mundum* CAPSARII *Chriſtianorum facti ſunt, quia ſeruant libros legum et prophetarum.* Quod vtique ex B. Auguſtino ſumſit, qui *in Pſalm. XL. Nobis*, ait, *ſeruiunt Iudaei, tamquam* CAPSARII *noſtris ſtudentibus nobis codices portant.* CAPSARIOS autem Philoſtratus *in Vit. Sophiſt. Cap. XXVII. n. 5. p. 618.* deſignat, cum ait: ἱερὸν δὲ καθιδὼν καὶ παιδαγωγοὺς προσκαθημένους ἀκολούθους τε παῖδας, ἄχθη βιβλίων ἐν πήραις ἀνημμένους. *Templum autem videns, eique adſidentes paedagogos, ſeruosque pediſſequos, librorum onera in peris ferentes.*

CAPTARE aliquem, a veteribus dicebatur, qui ſimulato obſequio munuſculisue ſuprema iudicia aucupabatur, venabaturque eo artificio, quod belle ab Horatio. *Lib. II. Sat. 5.* depingitur. Plin. *Lib. II. Epiſt. 20. Regulus, qui ſperaret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper* CAPTARE *cum coeperat.* Idem *Lib. IV. Epiſt. 2. Mancipatum*, (ita vulgo ex moribus hominis loquebantur,) *foeda et inſolita parantibus indulgentiae ſimulatione captabat.* Martial. *Lib. VI. Epigr. 63.*

> *Scis, te* CAPTARI, *ſcis hunc, qui* CAPTAT, *auarum:*
> *Et ſcis, quid* CAPTET, *quid, Mariane, velit.*

Idem alibi:

> *Dum me* CAPTARES, *mittebas munera nobis.*

Seneca *Lib. I. Controu. 6. Aliquis* CAPTARE *orbos ſenes vult, et ſuas opes in alienas mortes diffundere: excutiat teſtamenta, ſerutetur cenſus.* Eudemque ſenſu etiam CAPTARI teſtamenta dicebantur. Seneca *Lib. VI. de benef. Cap. 38. An tu Arruntium et Aterium, et ceteros, qui* CAPTANDORVM *teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas habere eadem, quae deſignatores et Libitinarios, vota?* Quinctilian. *Declamat. vlt. Neque auia* CAPTARE *eius teſtamentum fas putauit, cui deſtinauerat ſuum.* Plin. *Lib. XX. Cap. 14. Et paullo ante Iulium Vindicem, adſertorem illum, a Nerone libertatis* CAPTATIONE *teſtamenti ſic lenocinatum.*

¶. 2. CAPTARE etiam eſt adſectare et cauillari. Vt CAPTARE impunitatem: *l. 1. §. 26. D. de quaeſt.* CAPTARE quaeſtum ex alieno damno: *l. 13. §. vlt. D. de reb. cor. l. 1. C. de hered. tut.* CAPTARE verba. *l. 19. D. ad exhib.* CAPTANDAE mortis votum *l. 11. C. de transact.* [Quod accipitur pro ardente deſiderio, ex alterius morte lucrum capiendi, quod facile ſubigit homines ſaeuos, vt vitae eius inſidientur. Coraſ. *Miſcell. V, 13.* Alciat. *Parerg. II, 31.* et *Commentar. ad l. 2. pr. D. de vulg. et pupill. ſubſt.*]

CAPTATOR, quem vetus Horatii interpres in illam *Satyr. V. Libri II.* interpretatur *heredipetam.* Nam ille officii ſimulatione, hamatisque et viſcatis muneribus ſenes orbus et locupletes, ad quorum bona animum oculumque adiecerat, demereri ſolebat: aliaque captandarum hereditatum ratio ab illis reperta eſt, qui ſenibus eiusmodi plagas tendebant, in eas vt illi imprudenter incurrerent. Teſtamentis enim ſuis eos heredes ſcribebant, eaque palam adſignabant, aut etiam recitabant, vt eo pacto mutuam eorum liberalitatem elicerent, ac prouocarent. Quam CAPTATORVM technam patefecit Lucianus *in Dialogis mortuorum Tom. I. p. 274.* his verbis: Ἔδοξε δή μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τἀμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσειε, καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. *Mihi vero et ſapiens illud inuentum videtur, palam condere teſtamentum, et alicui vniuerſa bona relinquere, vt et ille, ad aemulationem prouocatus, idem faciat.* Apud eumdem in iisdem dialogis *p. 283.* Crates Diogeni narrat, Moerichum et Ariſteam, quorum vterque diuitiis adfluebat, inuicem hereditatem captaſſe. Καὶ τὰς διαθήκας, ait, ἐς τὸ φανερὸν ἐτίθεντο. Ἀριστέαν μὲν ὁ Μοίριχος, εἰ προαποθάνοι, δεσπότην ἀφιεὶς τῶν ἑαυτοῦ πάντων, Μοίριχον δὲ ὁ Ἀριστέας, εἰ προαπέλθοι αὐτοῦ. *Et teſtamenta palam fecerunt. Et Ariſteam quidem Moerichus, ſi ipſe praemoreretur, heredem omnium bonorum ſuorum reliquit, Moerichum vero Ariſteas, ſi illum praeueniret.* Quinctilian. *Declam. CCCXXV. Sic quidam heredes ſcribunt eos, quos* CAPTANT: *tamquam intellecturos, tamquam ſecrete ſcriptos.*

CAPTATORIAE *inſtitutiones* nominantur, quae alienae liberalitatis exprimendae eliciendaeque cauſſa fiunt. *l. 70. l. 71. l. 81. D. de hered. inſtit.* quales ſunt hae: *Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit: ex ea parte heres eſto. l. 1. D. quae pro non ſcript. hab.* Et ita CAPTATORIAS *inſtitutiones* accipe in *l. 11. C. de teſtam. milit.* et CAPTATORIAS *ſcripturas. l. 64. D. de legat. I.* Ceterum CAPTATORIAE non ſunt eae ſcripturae, quae adfectionibus mutuis expreſſae elicitaeque ſunt. *d. l. 71. D. de hered. inſt.* Vnde in *Nouell. Valentin. Tit. IV.* de Leonio et coniuge, qui ſe teſtamento in eodem codice ſcripto viciſſim *heredes inſtituerant*, aiunt Imperatores: *Quoniam nec* CAPTATORIVM *dici poteſt, quum duorum fuerit ſimilis adfectus, et ſimplex religio teſtamenta condentium.* Sane eas demum inſtitutiones pro CAPTATORIIS habitas improbatasque fuiſſe, conſtat, quarum conditio in futurum, non item in praeteritum tempus, conferebatur. *l. 22. §. vlt. D. de condit. inſtit.* Generaliter etiam CAPTARE hereditatem legitimam, vel ex teſtamento, dicitur, qui de et conſeruanda laborat, ad eam adfectat, et ne ſibi ex faucibus eiusmodi bolus eripiatur, ſatagit. *l. 1. D. ſi quis aliqu. teſt. prohib. l. 25. C. de transact.*

CAPTIO, pro fraude, deceptione, dolo et fallacia accipitur. *l. 34. D. de act. emt.* Hinc incidere in CAPTIONEM, id eſt, captum fraudatumque eſſe. *l. 1. D. de in integr. reſtit.* Multis CAPTIONIBVS ſuppoſitum eſt minorum aetatium conſilium: *l. 1. D. ad minor.* magna CAPTIO erit emancipati: *l. 3. D. de SC. Trebell.* ſi cum CAPTIONE alterutrius id futurum eſt: *l. 13. §. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun.* Quod ſine CAPTIONE actoris fiat: *l. 5. §. 2. D. de his qui effud. vel deiec.* aliter interpretantibus ſummam fore CAPTIONEM: *l. 39. D. de aur. arg. leg.* aliter conſtitui, ſine magna CAPTIONE, non poteſt. *l. 43. D. ad leg. Aquil.* quoties nihil ſine CAPTIONE inueſtigari poteſt: *l. 200. D. de reg. iur.* ſi nulla CAPTIO iuris intercedat: *l. 14. D. de probat.* ſi redundet in eum CAPTIO. *l. 22. §. vlt. D. mand.*

CAPTIOSVS, A, VM. fallax, damnoſum. *l. 41. D. de vſurp. l. 14. §. 5. D. quod met. cauſſ.* Vnde CAPTIOSA et *lucroſa*, vt aduerſa et pugnantia, ponuntur, in *l. 6. §. 10. D. quae in fraud. credit.* Sic CAPTIOSA liberalitas: *l. 5. D. de transact.* Praetor nemini beneficium ſuum vult eſſe CAPTIOSVM: *l. 8. D. de ſtipul. praetor.* CAPTIOSVM pactum: *l. 7. D. de reſcind. vendit.* contra ſtatui, CAPTIOSVM erit. *l. 41. D. de vſurpat.*

CAPTIVITAS *l. 7. D. de iur. codicill. l. 44. D. de vſurpat. l. 45. §. vlt. D. de rit. nupt.* CAPTIVITAS fratris: *l. vlt. D. vnde legit.* CAPTIVITAS patris: *l. 1. §. 10. D. de ſuis et legit.* in CAPTIVITATE eſſe: *l. 23. §. 2. et §. 3. D. ex quib. cauſſ. mai.* CAPTIVITATIS tempore: *l. 1. D. de captiu. et poſtlim.* de CAPTIVITATE reuerti. *l. 2. D. de ſuis et legit.*

CAPTIVVS, qui apud hoſtes eſt: *tot. tit. D. de captiu. et poſtlim.*

CAPTVS, quartae declinationis, pro intellectu. Sic CAPTV carere, eſt ratione deſtitui. Paull. *Sent. V, 4, 2.* ¶. 2. CAPTVS actus venandi vel occupandi aliquid. Quo ſenſu CAPTVM piſcium, vel miſſilium emere, dixit Pomponius. *l. 8. D. de contr. emt.*

CAPVT, in naturali ſignificatu, pro praecipua parte corporis. *l. 44. D. de religioſ. et ſumt. fun.* in qua Paullus: *Si in diuerſis*, inquit, *locis ſepultum ſit, illum religioſum ſibi videri locum, vbi principale conditum eſt, id eſt,* CAPVT, *cuius imago ſit, vnde cognoſcimur.* Cui belle congruit, quod Ambroſ. *Lib. V. Hexaem. Cap. 9.* ſcribit: *Quid ſine* CAPITE *eſt homo, quum totus in capite ſit? Quum* CAPVT *videris, hominem adgnoſcis: ſi caput deſit, nulla adgnitio eſſe poteſt: iacet truncus ignobilis, ſine honore, ſine nomine. Sola aere fuſa principum* CAIPTA, *et ducti vultus de aere, vel de marmore, ab hominibus adorantur.* ¶. 2. Deinde et vita, ſiue naturalis, ſiue ciuilis, CAPITIS nomine venit, ac proinde dicimus: CAPITIS accuſare: *l. 3. §. 9. l. vlt. D. de bon. libert. l. 9. §. vlt. l. 10. l. 17. D. de iur. patron. l. 22. D. de his, quae vt indign. l. 10. §. 10. D. de in ius voc.* CAPITIS accuſatio: *l. 10. D. de iur. patr.* CAPITIS crimen: *l. 2. C. de bon. proſcript.* CAPITIS damnari: *l. 1. C. de bon. proſcript.* CAPITIS iudicium: *l. 7. pr. D. ad leg. Iul. repet.* CAPITE periculum: *l. 36. pr. D. de fideicomm. libert. l. 12. pr. D. de Publician. l. vlt. D. de incend. ruin.* CAPITIS poena: *l. 4. §. 10. D. de re milit. l. 7. D. de mort. cauſſa donat. l. 9. §. 1. D. ad leg. Pomp. de parricid. l. 10. C. ad leg. Corn. de ſicar. l. 38. §. 11. De poen.* CAPITIS poenas luere: *l. 6. §. 4. D. de re milit.* CAPITIS poſtulari: *l. 53. D. de fideiuſſ.* CAPITIS puniri: *l. 5. D. de bon. damn.* CAPITIS rei: *l. 45. de ſalut. l. 21. D. de accuſat. l. 1. §. 1. D. ſi quis caution. in iud. ſiſt.* Sic et CAPITE damnari: Cic. *Tuſc. Quaeſt. I. Cap. 22.* CAPITE luendum: *l. 16. §. 4. D. de poen.* CAPITE plecti: *l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. repetund. l. 28. §. 3. D. de poen. l. 3. §. 7. D. de ſepulc. viol.* CAPITE puniri: *l. vlt. D. de inc. ruin. naufr. l. 2. §. vlt. D. quando adpell. l. 7. l. 10. pr. l. 11. l. 13. §. 4. 5. l. vlt. §. 1. D. de re mil. l. 9. pr. D. ad leg. Iul. peculat. l. 1. D. de veteran. l. 1. §. vlt. D. de extraord. cognit. l. 11. §. 2. D. de publican. l. 14. l. 28. §. 9. 10. l. 38. §. vlt. D. de poen. l. vlt. §. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. pr. D. de effract. et expil. l. 11. pr. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 3. §. 5. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1. §. vlt. D. de extraord. crim.* CAPITE ſancire. Varro *de re ruſt. Lib. I. Cap. 5.* ¶. 3. CAPVT etiam perſona eſt, ſiue in ſenſu naturali, vt idem ſit ac homo, ſiue in ſenſu iuris ciuilis, vt intelligatur homo cum ſtatu ſuo, libertatis puta, ciuitatis, vel familiae, conſideratus. HEIN. Ita *liberum* CAPVT accipe: *§. 1. Inſt. de tutel.* Vlpian. *Fragm. Tit. XI.* §. 5. et apud Gell. *Lib. V. Cap. 19.* Nec non *l. 2. §. 2. D. de leg. Rhod. de iact.* et contra *ſeruile* CAPVT: *l. 3. §. vlt. D. de cap. minut.* CAPITA *mancipiorum*: in *l. 72. D. de euict.* CAPITA *ſeruorum.* in *l. 35. D. de legat. II. l. 34. D. de Aedilit. edict.* Sic dicitur *ambulare obligatio* cum CAPITE: *l. 7. §. 1. D. eod. tit.* CAPVT *de ciuitate eximi*: in *l. 2. D. de public. iudic.* et, qui ſe adrogandum dat, *cum* CAPITE *fortunas ſuas in alienam familiam transferre. l. 11. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* Sic et *noxa* CAPVT *ſequitur*: *l. 18. D. de furt. l. 2. D. ſi ex nox. cauſſ. l. 21. §. 1. D. commod. l. 1. §. vlt. de priu. del. l. 1. §. 18. D. depoſ.* Ita et: in CAPVT alterius interrogari, et torqueri: *l. 1. §. 11. cum tribus ſequ. l. 2. l. 3. l. 10. §. 2. D. de quaeſt.*

CAP.

quaeſt. id eſt, in perſonam, vt ait. *l. 5. D. de quaeſt.* Eodemque genere in CAPVT liberti teſtimonium dicere: *l. 14. §. 5. D. de bon. libert.* Seneca *Lib. VII. Controu. I. Quidam tam mites ſunt, vt non poſſint in* CAPVT *ne teſtimonium quidem dicere.* Denique *in* CAPVT *filii quaeſtionem habere*, dixit Cicero *pro Cluent. Cap. LXVI.* Eodem ſenſu et *in* CAPITA *aliquid diuidi* dicitur, in perſonas, in viriles, et vt Iuſtinianus. *Nou. CXVIII. Cap. 3. in fin.* interpretatur, κατὰ τὸν τῶν προσώπων ἀριθμόν, *ſecundum perſonarum numerum*, vel vt vetus Gloſſarium explicat, ἐξ ἴσου, *ex aequo, aequa lance*, vel *viritim, et pro numero ſingulorum*, vt ait *l. 8. l. 9. C. Theod. de bon. proſcript.* Sic videlicet, vt aequales partes quisque ferat, et tot fiant partes, quot perſonae ſunt. *§. vlt. Inſt. de hered. quae ab inteſt. §. 4. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. l. 2. §. 1. D. de ſuis et leg. hered.* ſeu, vt ex Caio auctor *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 2.* rem eloqvitur, *vt quotquot erunt ab vtraque parte perſonae, tot portiones fiant.* Vlpian. *Fragm. XXVI. §. 4. Adgnatorum hereditates diuiduntur in* CAPITA, *veluti, ſi ſit fratris filius, et alterius fratris duo pluresue liberi: quotquot ſunt ab vtraque parte perſonae, tot fiunt portiones, vt ſinguli ſingulas capiant.* Cui opponitur: *in* STIRPES *diuidere: l. pen. §. 1. l. vlt. §. 3. C. de legit. hered. §. 6. Inſt. de hered. quae ab inteſtat.* Caius *Inſtit. Lib. II. tit. 8. §. 2.* Paull. *Sent. III, 2, 3.* Vlpian. *Fragm. XXVII, 4.* id eſt, pro ſtirpibus, non pro virilibus portionibus: vt in *l. 2. C. de ſuis et legit.* Paullus apud auct. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 3. Sed ſi duorum fratrum ſunt liberi, non in* STIRPES, *ſed in* CAPITA, *hereditas diſtribuitur.* Et ibidem *Quibus in partem venientibus hereditas in* STIRPES, *non in* CAPITA *diuiditur, ita vt filius et plures nepotes, ſingulos ſemiſſes habeant.* ¶ 4. Inde et *tributum* CAPITIS, quod in ſingulas perſonas confertur. *l. 3. et l. vlt. D. D. de cenſ. l. 10. C. de agric. et cenſit.* τὸ κατὰ κεφαλὴν εἰσφερόμενον, vt loquitur Plutarch. *de Inſtit. puer.* Exactores pecuniae pro CAPITIBVS: *l. vlt. D. de mun. et honor.* Cenſum CAPITVM dixit B. Hilar. *in libro contra Conſtantium Aug. Cap. X. p. 569. T. II.* hoc loco: *Cenſum* CAPITVM *remittis, quem Chriſtus, ne ſcandalo eſſet, exſoluit.* Cuiusmodi cenſum ſolo interdum CAPITIS nomine deſignari, ſciendum eſt, vt in *Panegyrico* Eumenii, *Conſtant. Aug. dicto Cap. XI. Septem millia* CAPITVM *remiſiſti, quartam amplius partem noſtrorum cenſuum.* Quo beneficio effectum, ibidem ſcribit, vt parentes adultorum non poeniteret filiorum, quorum onera ſibi remiſſa laetarentur. Sic et CAPITA *releuata*, Imperatores dicunt, *l. 6. C. de collat. donat.* Et ita Sidonius Apollin. *Cap. XIIII.* quo ab Imp. Maioriano *trium* CAPITVM *remedium*, ſeu releuationem petit, venuſte ei Herculeum laborem exantlandum, tributumque capitis, ceu monſtrum, depugnandum proponens:

Leſtrigonas, ait, *nos eſſe puta: monſtrumque tributum:*
Hic CAPITA, *vt viuam, tu mihi tolle tria.*

Vid. plura in CAPITATIO. Eodem ſenſu *pro* CAPITE *dari* dicitur, quod domino datur, vt ſeruum manumittat. *l. 11. §. vlt. D. de pecul.* Ita ſeruus ancillam, quam ſurripuerat, domino pro CAPITE ſuo dediſſe, proponitur, in *l. 10. D. pro emt.* id eſt, pro libertate ſua, vt loquitur. *l. 4. §. 16. D. de vſurp. et vſuc.* vel in pactionem libertatis, vt eſt in *l. 2. §. 14. D. pro emt.* ſeu ob pactionem libertatis: *l. 9. D. de cond. tit.* Quo genere loquendi Plautus vtitur, *in Moſtell. lar. Act. I. ſcen. 3.* non ſemel. Et in *Perſa Act. I. ſcen. I. Vt des mihi numos ſexcentos, quos pro* CAPITE *pendam.* Idem *in Pſeudol. Act. I. ſcen. 2. Tu autem, qui pro* CAPITE *argentum mihi iam iamque ſaepe numeras.* Et in Poenuli *prologo: Vel aes pro* CAPITE *dent.* Rurſusque eiusdem comoediae *Act. III. ſcen. I. Quum argentum pro* CAPITE *debemus, noſtrum dedimus, non tuum.* Et in *Rudente Actu III. ſcen. 2. Docte, atque aſtute: ergo illi pauxillatim pollicitabor, vt ſim liber, ac me emittat manu.* Seneca *Epiſt. LXXX. Eripe te de hac ſeruitute, quam extremae quoque conditionis mancipia, et in his ſordibus nata exſuere conatur, peculium ſuum, quod comparauerunt, ventre fraudato, pro* CAPITE *numerant.* Sed et *pro* CAPITE *dari* dicitur, quod nutrici ad educandum, vel alicui ad ſeruos a praedonibus redimendos datur. *l. 28. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* Similique modo Cicero *Lib. III. de offic. Cap. 29. vt ſi praedonibus pactum pro* CAPITE, *pretium non attuleris, nulla fraus eſt.* Seneca *Lib. II. de benef. Cap. 21: Pecuniam, quam pro* CAPITE *dependam*, id eſt, pro redemtionis pretio. Tertullian. *de fug. in perſequut. Cap. XII. Sanguine emti, ſanguine numerati, nullum numum pro* CAPITE *debemus, quia caput noſtrum Chriſtus eſt.* Et huc fortaſſis pertinet, quod eſt apud Ouid. *Lib. I. Amor. eleg. 4.*

Nec tu, ſi quis erit CAPITIS *mercede redemtus,*
Deſpice gypſati nomen inane pedis.

¶ 5. CAPVT, pro pecude, vel ſingulis corporibus. Sic CAPITA gregis: *l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. D. de rei vind. l. 13. D. de pignor.* CAPITA gregis vel armenti: *l. 68. l. 70. D. de vſufr. §. 18. Inſt. de legat.* CAPITA pecorum: *l. 10. §. 3. D. de iur. dot. et apud* Pallad. *de re ruſt. Lib. XII. Cap. 13.* Sic CAPITA *boum.* Virgil. *Lib. V. Aen. v. 61.* ſeq. CAPITA *caprarum:* Columell. *Lib. V. Cap. 5.* ¶ 6. Hoc amplius CAPVT ſtatum ſignificat. Vnde CAPITE MINVI dicuntur, qui ſtatum mutant. Nec enim aliud eſſe CAPITIS DEMINVTIONEM, quam mutationem ſtatus, indicant. *l. 2. D. de in integr. reſtit. l. 1. D. de cap. minut. l. 9. §. vlt. D. de minor.* coniuncta cum *princ. et §. Inſt. de cap. deminut.* Cic. *in Topic. Cap. IV. et ibi* Beeth. *Lib. II. Comment.* Paull. *Sent. I, 7, 1.* Proinde ſeruus, quum manumittitur, CAPITE non minuitur, *quia nullum* CAPVT *habuit*, inquit Iuſtinianus *§. 4. Inſt. eod. tit.* id eſt, nullum ius ſtatumque. *l. 3. §. vlt. l. 4. D. de cap. minut.* Tribus vero modis CAPITIS MINVTIO contingit, vt vel Auſonius *in gripho* teſtis eſt. Aut enim libertatem ciuitatemque ſimul amittimus, et haec eſt MAXIMA, ſeu MAGNA: aut ciuitatem tantum, libertate retenta, amittimus, quae MEDIA ſeu MINOR adpellatur, aut libertate et ciuitate ſalua, familia duntaxat mutatur, quae MINIMA eſt. *l. vlt. D. de cap. minut. pr. Inſt. eod. tit. l. pen. et l. vlt. C. de vſufr.* Quare triplex CAPITIS MINVTIO ab Auſonio *in gripho* inter triadas ponitur. Feſt. *Lib. IV. Deminutus* CAPITE *adpellabatur, qui ciuitate mutatus eſt, et ex alia familia in aliam adoptatus, et qui liber alteri mancipio datus eſt, et, qui in hoſtium poteſtatem venit, et cui aqua et igni interdictum eſt.* Liu. *Lib. XXII. Cap. 60. Sero nunc deſideratis, deminuti* CAPITE, *abalienati iure ciuium.* In vita Edmun-

mun-

mundi Regis MSC, quae apud me exſtat, non omnino indigna, quae aliquando exeat, haec verba habentur: *Idcirco ſeu ſponte, ſeu inuitus de carcere ſuo mens ad caelum euolet liber ſpiritus, nulla emancipationis aut abalienationis ſpecie contaminatus, quia regem* DEMINVTVM CAPITE *nunquam videbis vanum ad triumphum ſuperuenire.* Ceterum MAGNA capitis deminutione plerumque etiam MEDIAM iuriſconſulti comprehendunt. *l. 1. §. 4. D. de ſuis et legit. l. 1. §. 8. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. de vſu et vſufr. leg.* Itaque et Boethio deportatio MAXIMA *capitis deminutio* eſt, quae aliis MEDIA eſt. Quin etiam *duas* tantum *capitis minutiones* in d. *l. 1. §. 4. D. de ſuis et legit.* ponit Vlpianus: MAGNAM et MINOREM. Vetus Gloſſarium ἐλάττωσιν ἀρχῆς interpretatur.

¶. 7. Praeterea CAPVT, vt Donatus *in Andr. Act. II. ſcen. 6.* ait, eſt *origo et ſumma cuiuſque rei.* Ita: A CAPITE rationem reddere, id eſt, ab ipſo actus geſti initio. *l. 19. §. 1. D. de negot. geſt.* A CAPITE edita ratio. *l. 10. §. 1. D. de edend.* Hinc CAPVT originem quoque primam aquae, atque vnde ea naſcitur, et manat, ſignificat. Sic dicitur EX CAPITE aqua duci: *l. 16. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 9. D. de ſeruit. ruſtic. praed. l. 1. §. 39. et §. 8. D. de aqua quotid.* Vitruu. *Lib. VII. Cap. I. Tum deprimendus eſt puteus in eo loco, et ſi erit* CAPVT *aquae inuentum, plures ſunt circa fodiendi.* Vetus Inſcriptio Rom. Tito Veſpaſiano poſita: AQVAS A DIVO VESPASIANO PATRE SVO VRBI RESTITVTAS, QVVM A CAPITE AQVARVM A SOLO VETVSTATE DILAPSAE ESSENT, NOVA FORMA REDVCENDAS SVA IMPENSA CVRAVIT. Plin. *Lib. X. Epiſt. 91. Sinopenſes aqua deficiuntur, quae videtur bona et copioſa ab ſextodecimo milliario poſſe perduci. Eſt tamen ſtatim ab* CAPITE, *paullo amplius mille paſſibus locus ſuſpectus.* Vtitur hoc verbo et Frontinus *Lib. I. de aquaeduct.* non ſemel. Sicul. Flaccus *de condit. agror. p. 12. Quidam riui ab origine, id eſt,* A CAPITE, *donec in mare defluant, finem poſſeſſionibus praeſtant.* B. Auguſtin. *de verbis Domini Serm. XXXVI. Nec poſſe ire riuum, vbi* CAPVT *aquae ſiccaretur.* Sic et CAPVT fluuiorum dicitur. Virgil. *Lib. IV. Georg. v. 386.*

Et CAPVT, *vnde altus primum ſe erumpit Enipeus.*

Propert. *Lib. II. Eleg. 15. v. 65.*

Fluminaque ad CAPVT *incipient reuocare liquores.*

Ouid. *Lib. V. Metamorph. v. 278.*

Et Myſum CAPITISque *ſui, ripaeque prioris*
Poenituiſſe ferunt.

¶. 8. CAPVT pro vrbe primaria vel metropoli. CAPVT prouinciae: *l. 7. D. de offic. procoſ.* Sic Tacit. *Lib. III. Ann. Cap. 43. Auguſtodunum, caput gentis.* Curt. *Lib. V. Cap. 4. Perſepolim vrbem,* CAPVT *regionis, occupare feſtinans.* Eodemque libro Ecbatanam CAPVT *Mediae* vocat. Liu. *Lib. XXI. Cap. 39.* Taurinorum vrbem, CAPVT *eius gentis.* Et rurſus *eodem libro Cap. 61.* Athanagia, quae CAPVT *eius populi erat.* Sic CAPVT *vrbium, Capua:* Flor. *Lib. I. Cap. 16.* et CAPVT *gentis Ambracia,* et *Scordam* CAPVT *gentis Illyricorum;* et Corinthus, *Achaiae* CAPVT, apud eumdem *Libro II. Cap. 9. Cap. 13.* et *Cap. 16.*

¶. 9. CAPVT *teſtamenti,* pro eo, quod vulgo articulum dicimus. *l. 40. §. vlt. D. de teſtam. mil. l. 13. D. de inoff. teſt. l. 41. §. 1. D. de legat. III. l. 15. l. vlt. D. de pecul. leg.* Vnde *generale* CAPVT, *l. 32. D. de vſu et vſufruct. leg.* nimirum, quo cauebatur, vti legata et libertates ab heredibus praeſtarentur, *l. 34. §. 6. D. de legat. II. l. 40. §. vlt. D. de legat. III.* hac verborum formula: QVISQVE MIHI HERES ERIT, DAMNAS ESTO, de qua ſatis ſuperque *Lib. VII. de Form. Cap. CXXXVII. p. 633.* diximus. Sic accipe: Proprio CAPITE: *l. 40. D. de ſtatulib.* et alio CAPITE: *l. 54. D. de fideicomm. libert. l. 20. D. de alim. et cibar. legat.* Sic et CAPVT codicillorum: *l. 33. §. vlt. D. de vſu et vſufr. leg.* generale CAPVT pediſſequarum: *l. 49. pr. D. de teſtam. manum.* Ita et CAPITA *legum* dicuntur. *l. 44. §. 1. D. de ritu nupt. l. 10. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* nec non apud Ciceron. *de lege Agrar. Cap. VII. Lib. III. ad Attic. Epiſt. 15.* Et *Lib. VIII. ad familiar. Epiſt. 8.* Sic CAPVT primum legis Aquilliae: *l. 2. D. ad leg. Aquill.* Iuliae Maieſtatis: *l. 2. D. ad leg. Iul. maieſt.* Velleiae: *l. 29. §. 12. D. de lib. et poſtum.* CAPVT trigeſimum quintum legis Iuliae de maritandis ordinibus: *l. 19. D. de rit. nupt.* CAPVT quintum et ſeptimum legis Iuliae de adulteriis: *l. 15. §. 1.* et *l. 25. D. ad leg. Iul. de adult.* CAPVT quintum legis Corneliae: *l. 3. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* CAPVT ſeptimum legis Iuliae, apud Gell. *Noct. Lib. II. Cap. 15.* CAPVT Papiae Poppeae legis apud Suetonium *in Claud. Cap. XXIII.* Sic et CAPITA *edictorum: l. 2. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 1. §. 7. D. de poſtul.* Varro *Lib. V. de lingu. Lat. In eodem commentario anquiſitionis ad extremum ſcriptum eſt* CAPVT *edicti.* Aſcon. Paedian. *in Verr. III.* ad verba CAPITE *octauo: Proprie* ait, *iuris* CAPITA *dicuntur.* Sic CAPVT *edict.* a Iuliano introductum *l. 3. §. vlt. D. de coniug. cum emanc. lib.* Sed et CAPVT ex reſcripto: *l. 1. D. de interd. et releg.* CAPVT mandatorum: *l. 27. §. vlt. D. de poen. l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.* CAPVT ex mandatis: *l. 1. D. de teſtam. mil.* CAPVT ſententiae: *l. 29. §. 1. D. de minor.* Immo et CAPITVLVM in eamdem ſententiam dicunt Vlpianus et Paullus *l. 27. §. 4.* et *l. 30. §. 3. D. ad leg. Aquill.*

¶. 10. CAPVT, vſuris oppoſitum, ſortem principalem ſignificat. *l. vn. C. Theod. de vſur. rei iud.* Liu. *Lib. VI. Cap. 35. De* CAPITE *deducitur, quod vſuris pernumeratum eſt.* Et paullo poſt: *Vt deducto eo de* CAPITE, *quod vſuris pernumeratum eſſet, id, quod ſupereſſet, triennio aequis portionibus perſolueretur,* id eſt, vt vulgo loquimur: *Les arrerages precontez au ſort principal:* Ambroſ. *de Tobia Cap. V. Offertur pecunia creditori. Vix, inquit, exſoluis vſuram:* CAPVT *debes.* Et *cap. XVII: Numus datur, et foenus adpellatur: ſors dicitur,* CAPVT *vocatur.* Graeci eadem ſignificatione κεφάλαιον dicunt, Aeſchines κατὰ Κτησιφῶντος. *p. 444. inter orat. Demoſthen.* Καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει, τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. *Et vſuram iſtius largitionis attulerunt ad Demoſthenem, drachmam menſtruam in ſingulis minis, donec* CAPVT *exſoluiſſent.* Artemidor. *Lib. I. Cap. 18:* Καὶ γὰρ τὰ χρήματα κεφάλαια καλεῖται· *Nam et pecuniae* CAPITA *vocantur.* Idem *eodem libr. Cap. 37:* Τραπεζίταις δὲ καὶ δανεισταῖς, ἐρανιάρχαις, καὶ ναυκλήροις, καὶ ἐμπόροις, καὶ πᾶσι τοῖς τὰ χρήματα συνάγουσιν, ἀπώλειαν τῶν κεφαλαίων διὰ τὸ ὁμώνυμον σημαίνει· *Menſariis vero, et foeneratoribus, et eraniarchis, et naucleris, et negotiatoribus, et omnibus, qui pecuniis negotiantur, id* CAPITIS *iacturam*

ram per homonymiam ſignificare. Quod et ἀρχαῖον Demoſthenes *Olynth. I. p. 3.* et Iſocrates *in Trapezit. p. 722.* vocant: et Iuſtinianos *Nouell. LXXII. Cap. VI.* ἀρχαῖα. Vbi male vertit vulgatus interpres: *Quia melius eſt eis,* (ἐν ἀρχαίοις,) io ANTIQVIS *tutamen manere*: quum vertendum eſſet: *ſortem vel* CAPVT *illis in tuto eſſe.* Vid. V. C. Hombergk *in Verſion. nou. Nouell. p. 558.* Ceterum, ea obſeruata vocabuli notione, V. A. Corn. van Bynkerſh. *Obſ. I, 1.* eleganter expoſuit locum Gellii *Lib. XX. Cap. 1.* vbi obaeratum, intra tria trinundina nec ſoluentem, nec pactum, CAPITIS POENAS DARE, ſcribit. Per CAPVT enim ſortem; per POENAM vſuras intelligi, ingenioſe probat. HEIN. ¶. 11. CAPITA officii etiam adpellantur primates officiorum, et qui in officio primos gradus tenent, in *l. 2. C. de proxim. ſacr. ſcrin.* Quemadmodum in ordine caſtrenſi militea quidam CAPITA *ſcholarum* dicebantur, vt ex Ammiano Marcellino *Lib. XXV. Cap. 10.* liquet. Vegetius etiam *Lib. XI. Cap. 8. et Cap. 13.* denis militibus praepoſitos CAPITA *contubernii* vocatos, ſcribit. ¶. 12. Atque vt hunc de CAPITIS ſignificationibus ſermonem abſoluamus, illud videndum eſt, quae ſit vis ac poteſtas eorum verborum, quae habentur in *l. 1. C. de offic. praef. Afr.* in extremo: *Pro annonis et* CAPITV *praefecti praetorio per totam Africam, auri libras centum,* et quae ſequuntur. Item, quis ſit ſenſus *rubricae de annonis et* CAPITV *adminiſtrantium,* (ita enim verba tituli in veteribus Codicibus ſcripta eſſe, ipſe obſeruaui:) *Lib. I. Codicis tit. LII.* Quorum verborum arcanum pridem detexi, et denſiſſimis tenebris facem praetuli, quum ex *l. 6. C. de erog. milit. annon.* in qua *annonas et* CAPITA *milites ex horreis conſequi,* Imperatores conſtituunt, tum ex Nouellis Iuſtiniani, in quibus non ſemel ἀννόνας καὶ κάπιτα, ἀννόνων καὶ καπίτων ſcriptum, offendi, veluti *Nouell. VIII. Cap. II.* (vbi tamen alii καπιτατιώνων. Haloander καπίτων habet: HEIN.) *Nou. XXIV. Cap. VI. extr. Nou. XXV. Cap. VI. ſub fin.* item *Edicto XIII.* ex qoibus perſpicue liquet, annonas et CAPITA rectoribus prouinciarum et adminiſtratoribus praeberi, aut io eam rem certos numos praeſtari conſueuiſſe: vnde ἀννόναι καὶ αἱ κεφαλιτίωναι coniunguntur. *l. 1. C. de ann. et tribut.* Illo autem *annonarum* nomine ea ſignificabantur, quae ipſis rectoribus pro victu ſuo, CAPITVM vera ea, quae pro pabulo iumentorum iis praeſtabantur. Conſtat enim, foenum et paleam, et, quae ad pabula neceſſaria erant, adminiſtrantibus ſubminiſtrata fuiſſe. Idqoe Trebellius Pollio *in Claud. Cap. XIV.* et Vopiſcus *in Aureliano Cap. IX.* indicaot. Verum has in obſcuro latere voces Ammianus Marcellin. oon patitur, cuius ex *Libro XX. Cap. 4.* verba ipſa adponam: *Interrogatus,* ait, *ex arte, quid haberet compendii? reſpondit, vicenas diurnas* ANNONAS, *totidemque pabula iumentorum, quae vulgo dictitant* CAPITA. Vnde Impp. in *l. 8. C. de erog. milit. annon.* foenum militibus iuſtis CAPITIBVS praeſtandom ſtatuunt. Eaque ſunt *pabula,* in *l. 9. C. de iur. fiſc.* et *alimenta pecoribus,* in *l. 2. C. de curſu publ.* Nec tamen ſum neſcius, vocem CAPITVM eodem ſenſu apud Caſſiodorum et Heſychium inueniri, quam ſi quis emendandis Iuſtiniani verbis aptari poſſe credat, id ei arbitrio ſuo facere per me licebit. Mihi ſuam illis verbis ſententiam conſtare, oſtendiſſe ſufficit.

CARBASEA, recenſentur inter ſpecies vectigales a Marciano *l. vlt. §. 7. D. de publican. Veſtis ſerica vel ſubſerica vela tincta,* CARBASEA. Carbaſus eſt ſubtiliſſimi lintei genus, quod apud Indos praecipue et Hiſpanos conficiebatur. De his teſtis eſt Plin. *Hiſt. Nat. XIX, 1.* De illis Curtius *Lib. VIII. Cap. 9.* vbi de Indorum rege: *Diſtincta ſunt auro et purpura* CARBASA, *quae indutus eſt.* Neſcio tamen an ooo apud Marcianum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum ſit VELA, quod praeceſſit, vt loquatur de *velis carbaſeis.* Talia enim in vſu veteribus. Virgil. *Aeneid. III, v. 356.*

> *Aurae*
> *Vela vocant, tumidoque inflatur* CARBASVS *auſtro.*

Add. Plin. *Lib. XIX. Cap. 1.* vbi CARBASINA *vela in theatro.* Cic. *in Verr. V, 12.* vbi *tabernacula,* CARBASEIS *intenta velis.* Ouid. *Metamorph. Lib. XI. v. 477.* vbi *deducere* CARBASA, pro vela detrahere. Oportet ergo plura CARBASI genera fuiſſe, quorum alterum ob ſubtilitatem veſtibus delicatiorum; alterum, craſſius et ſolidius, velis oon modo tabernaculorum, ſed et nauium idoneum videretur. HEIN.

CARBO. CARBONVM adpellatione materia non continetur. Titiones quoque et alia ligna cocta, ne fumom faciant, quae veteres ἄκαπνα vocabant, carbonibus noo adnumerantur, ſed proprium genus habent. *l. 167. D. de verbor. ſignif.* quae excerpta eſt ex *l. 53. in fin. D. de legat. III.* CARBONIS praebitio olim in ſordidis muneribus numerabatur. *l. 15. l. 18. C. Theod. de extraord. et ſordid. mun.* ex quibus emendanda eſt *legis 12. C. de excuſ. mun.* clauſula in hunc modum: CARBONIS *quoque, (niſi eum, quem moneta ſollemniter, vel fabrica ſecundum veterem morem poſcit armorum,) ab huiusmodi viris praebitio deſiſtat.*

CARBONIANA bonorum poſſeſſio: *l. 20. D. de inoff. teſt. l. 1. §. 15. D. de ventr. in poſſ. mitt. l. 3. §. 4. et §. vlt. D. de Carbon. edict. l. 2. §. 12. D. ad SC. Tertullian. l. 5. §. 3. de legat. praeſtand.* quae ſcilicet ex CARBONIANO *edicto* datur, quo infantibus aut impuberibus, quibus controuerſia fit, an inter liberos ſint, cauſſa cognita perinde bonorum poſſeſſio datur, ac ſi nulla ea de re controuerſia eſſet, iudiciumqoe in tempus pubertatis differtur. *l. 1. D. de Carbon. edict. l. 3. §. pen. D. de lib. adgnoſc.* Quod et CARBONIANVM *decretum,* in *l. 7. §. 4. D. de Carbon. edict.* Nomen aotem habet hoc edictum ab auctore ſuo, vt *Saluianum Interdictum,* et *Seruiana actio.* CARBONIANVS *bonorum poſſeſſor,* eſt in *l. 3. §. 13. D. eod. tit.*

CARCER, vt Seru. in *Lib. I. Aen. v. 58.* ait, eſt *locus, in quo ſeruantur noxii.* Idem in *Lib. III. Georg. v. 104.* et *Lib. V. Aeneid. v. 145.* CARCEREM, *numero ſingulari,* ait *eſſe cuſtodiam noxiorum.* Varro *de ling. Lat. Lib. IV.* CARCER *a coercendo, quod exire prohibentur. In hoc pars, quae ſub terra, Tullianum.* Porro, Anco Marcio regnante, Romae ad terrorem increſcentis audaciae CARCEREM foro imminentem media vrbe aedificatum, Liu. *Lib. I. Cap. 33.* refert, cui a Tullio, Rege, addita pars, qoae ſub terra, *Tulliani* nomen inuenit, ceu ex illo, quem modo adduxi, Varronis loco planum fit. CARCEREM, ait Cicero *Catilin. II. Cap. 12. vindicem nefariorum ac manifeſtorum ſcelerum maiores noſtri eſſe voluerunt.* Vlpianus CARCEREM *ad continen-*

dos homines, non ad puniendum, haberi debere, ſcribit. l. 8. §. 9. D. de poen. CARCER poenalium, CARCER noxiorum hominum eſt. *l. 2. C. de exaction. tribut.* ¶. 2. Hinc in CARCEREM coniici: *Valer. Max. I, 8.* detrudere: *l. 22. D. quod. met. cauſſ.* Paull. *Sent. I, 7. 10.* inſerri ferrum vel venenum: *l. 8. D. de cuſtod. et exhib. reor.* in CARCERE recipi: *l. 1. l. 13. D. de cuſtod. et exhib.* in CARCERE contineri: *d. l. 8. §. 9. D. de poen.* In CARCERE eſſe: *l. 6. D. de interd. et releg.* impacti: *l. 13. D. de cuſtod. et exhib. reor.* recipi: *l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt irr.* CARCERIS poena: *l. 3. D. de cuſtod. et exhib reor.* CARCERI praepoſitus: *l. 5. D. eod. tit.* CARCERES priuati: *l. vn. C. de carcer. priu.* Effracto CARCERE euadere. *l. 13. D. de cuſtod. et exhib.*

CARCERALIS, adiectiuum a CARCER. Sic CARCERALIS cuſtodia: *l. 19. C. de teſt.* CARCERALIA clauſtra. *l. 24. C. de poen.* Ita et Prudent. *in Vincent. v. 551.*

Per vincla, flammas, vngulas:
Per CARCERALEM *ſtipitem.*

HEIN.

CARDAMOMVM in *l. vlt. §. 1. D. de publ.* fruticis genus, amomo ſimile, ſemine oblongo, quod in Arabia, Comagena, et Armenia naſcitur, vt Dioſcurides *Lib. I. Cap. 5.* et Plin. *Lib. XII. Cap. 14.* Iſidor. *Lib. XVII. Cap. 9.* ſcribunt.

CARERE aedibus: *l. 19. D. de damn. infect.* bonis: *l. vlt. §. 1. D. de bon. eor.* debito: *l. 6. §. vlt. D. de leg. Cornel. de falſ.* fundo et mancipiis: *l. 79. D. de verb. ſignif.* Laribus: *l. 38. D. de rei vind.* malis hominibus: *l. 13. D. de offic. praeſ.* operis: *l. vlt. D. de his qui effud.* re ſua: *l. 3. D. de alienat. iudic. mut. cauſſ. fact.* ſeruo: *l. 35. D. de fideic. libert.* vſu aquae. *l. 6. D. de ſeruitut.* ¶. 2. CARERE pro vcare. Sic CARERE crimine: *l. vn. C. Theod. vt tutor.* CARERE fraude. *l. 36. D. de fideic. libert.*

CAREVM in *l. 5. D de pecul. leg.* De eo Dioſcorid. *Lib. III. Cap. 59.* Κάρος, *σπερμάτιον γνώριμον, ἀναλογοῦν Ἀνίσῳ, ſemen non ignotum, et aniſo ſimile*, cuius radicem coctam paſtinacae modo eſui eſſe, ſubiicit. Eius vſum gulae deliciis ad condimenta, maxime piſcium, prodit Apicius *de re culinar. Lib. I. Cap. 30. Lib. IX. Cap. 1. Lib. X. Cap. 7. 8. 13.*

CARICAE in dulcibus numerantur in *l. vlt. §. vlt. D. de tritic. vin. ol.* Syriam autem arbores peculiares habere, et ex his in ficuum genere CARICAS, tradit Plin. *Lib. XIII. Cap. 5.* Cuius auctoritate redargui ſe ac refelli non iniquo animo ferent qui CARICAS *ficos ſiccas* interpretantur. Immo CARICAE dictae a *Caria*, prouincia, optimarum ficuum feraciſſima. Quum vero in ea prouincia *Caunus* oppidum praeſtantiſſimas mitteret: eaedem etiam CAVNEAE, vel CAVNAE dictae ſunt. Quin eo demum deuentum, vt omnes ficus dulciores, quales etiam *Ebuſiae*, CAVNAE vocarentur. Rem omnem ex inſtituto expoſuit Io. Fridr. Grunun. *Diatrib. in Stat. Papin. Cap. XIV. p. 77.* De caricarum mira virtute in emolliendis carnibus, vid. Mart. Liſter. *ad Apic. de re coquin. Lib VII. Cap. 9. p. 202.* HEIN.

CARINA nauis: *l. 24. §. vlt. D. de legat. I.* id eſt, infima pars nauis, vt exponit Feſtus *in voce carinantes.* Totius autem nauis proprietas CARINAE cauſſam ſequitur. *l. 61. D. de rei vind.*

CARISSIMVS, vocabulum adfectus, vt CARISSIME fili: *l. 41. §. 14. D. de fideic. libert. l. 34. §. vlt. D. de legat. II.* CARISSIMA filia: *l. 34. pr. et §. 6. D. de legat. II.* CARISSIMA vxor. *l. 57. §. vlt. D. de SC. Trebell.*

CARITAS pro amicitia: *l. 19. D. de caſtrenſ. pecul. l. 10. D. de reb. dub. l. 22. pr. D. de alim. et cibar. leg.* CARITAS, quae raro accidit: *l. 63. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* CARITAS ſanguinis. *l. 5. §. 2. D. de agnoſc. et alend. lib.*

CARMEN famoſum: *l. 21. D. de teſt. l. 18. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.* Seneca *Controuerſ. Lib. VI. Cap. 6. Numquid* CARMEN *famoſum compoſui?* Ita et CARMEN conſcribere, vel proponere, vel cantare aliquod, quod pudorem alicuius laedat. *l. 15. §. 27. D. de iniur.* Paull. *Sent. V, 4, 15. Qui* CARMEN *famoſum in iniuriam alicuius compoſuerit, ex auctoritate ampliſſimi ordinis in inſulam deportatur. Intereſt enim publicae diſciplinae, opinionem vniuscuiusque a turpi* CARMINIS *infamia vindicare.* CARMEN *vero facit non tantum, qui ſatyras et epigrammata, ſed illegitimam inſectandi alicuius cauſſam, quidue aliud, alio genere, componit.* Vbi poſtrema verba ita reſtituit Schultingius *p. 444. ſed illegitimum inſectandi alicuius cauſſa aliud alio genere componit.* HEIN.

CARO animalis occiſi: *l. 53. §. 5. D. de legat. I.* CARO bouis mortui: *l. 49. D. de legat. II.* occiſi: *l. 14. §. vlt. D. de condict. furtiu.* foetus demortui: *l. 70. D. de vſufr.* CARO et corium mortui pecoris: *l. 30. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ.* CARNIS cura, vt iuſto pretio praebeatur. *l. 1. §. 11. D. de offic. praef. vrb.*

CARPASIVM, in *l. vlt. §. 7. D. de public. et vectigal.* planta eſt, ex qua ſuccus medicamentis vtilis exprimebatur, cuius Dioſcorides *Lib. VI. Cap. 13.* et Galenus *Lib. I. de compoſit. medicam.* meminerunt, et *ὀπὸν καρπάσου* vocant. Paullus vero Aegineta *Libro V.* CARPESIAM adpellat.

CARPENTARII, in legionibus habebantur, vt ex *l. vlt. D. de iur. immunit. l. vn. C. de excuſat. artif.* et Veget. *Lib. II. Cap. 11.* patet. Vtuntur eo vocabulo et Vopiſc. *in Aurelian. Cap. I.* et *Iul. Firmic. Matern. Lib. II. Cap. 10.* CARPENTARIVM autem eſſe ſpeciale artificii nomen, eoque ſignificari illum, qui tantum carpentum facit, Iſidor. *Lib. XIX. Orig. Cap. 19.* tradit. Cuius veſtigiis inſiſtentes plerique CARPENTARIOS carpentorum opifices ſtructoresque interpretantur. Verum quis fuerit eiusmodi artificum in re militari vſus, aut potius vtilitas tanta, immunitatem vt meruerit, non video. Ac proinde eorum non inuitus ſententiae acceſſerim, qui, Baſilicorum ductu atque auſpicio, CARPENTARIOS accipiunt eos, qui ſagmata, id eſt, ſtrata, centunculos, ſellas, clitellas camelorum iumentorumque conficiunt. Videndum tamen, an non in priore ſignificatione accipi debeant, in *l. 31. C. Theod. de curſ. publ.* vbi CARPENTARIOS *curſui publico deputatos*, annonis et veſte contentos, eſſe, absque vlla mercede Imperatores iubent. Etenim carpentis quoque inuehi ſolitos cuſtodes vel proſequutores ſpecierum, quae transmittebantur, docet *l. 18. eod. tit.* Poterat hic vir doctiſſimus non dubitare CARPENTARII vel *artifices* CARPENTARII, vti vocantur a Lamprid. *in Alexandro Cap. LII.* omnino ſunt, qui carpenta faciunt, reficiuntque. CARPENTI vero voca-

Digitized by Google

vocabulo ſequiore aeuo omnia vehicula veniſſe, iam obſeruarunt Salmaſ. *ad Hiſt. Aug. Script. p. 231.* et Scheffer. *de re vehicul. Lib. II. Cap. 17. p. 212.* Quis vero vehiculorum ac plauſtrorum in militia quoque permagnum vſum eſſe, ignorat? Et quis CARPENTARIORVM quoque opera indigere legiones, dubitet? HEIN.

CARPOCRATIANI, in *l. 5. C. de haeret. et Manich.* a Carpocrate ita vocati, qui Chriſtum, Dominum noſtrum, hominem duntaxat fuiſſe, et ex ſemine Ioſephi carnaliter progenitum, inſtar reliquorum hominum, adſerebat, quemadmodum Philaſtrius, Brixienſis Epiſcopus *in Haereſeon catal. Cap. XXXV.* et Iſidor, *Lib. VIII. Etymol. Cap. 5.* ſcribunt. Eadem de CARPOCRATE tradunt veteres: ſed ſimul et alios eius errores capitales recenſent, veluti ex vno principio prolationes factas eſſe angelorum ac virtutum: has autem condidiſſe mundum viſibilem. Epiphan. *haer. XXVII, 2.* Illos angelos *κοσμοποιοὺς* poſt paſſionem praeteruectam animam Chriſti in caelum receptam eſſe, carnem in ſepulcro relictam: Iren. *Lib. I. Cap. 24.* Tertullian. *de reſurr. Cap. 48.* ac proinde nec reſurrectionem carnis ſperandam, ſed animarum tantum immortalitatem. Tertull. *ibid.* Ceterum auctor ſectae aliis eſt CARPOCRAS, aliis CARPOCRATES, vti illius ſectatores ab aliis *Carpocraſii*, ab aliis *Carpocratiani*, ab aliis *Carpocrateni* vocantur. Fabric. *ad Philaſtr. p. 75.* HEIN.

CARRVCA, vehiculi genus: *l. 13. §. vlt. D. de vſufr. l. 17. §. pen. D. commod. l. 28. §. 4. D. de donat. inter vir. et vx.* Paull. *Sentent. III. 6, 91. et V, 6, 5.* Sueton. *in Neron. Cap. XXVIII.* et Lamprid. *in Elagab. Cap. XXXI.* Hinc CARRVCA aurea apud Martial. *Lib. III. Epigr. 61.* CARRVCA dormitoria: *l. 13. D. de aur. arg. leg.*

CARRVCARIVS, id eſt, ciſiarius *l. 13. D. locat.* CARRVCARIAE mulae. *l. 38. §. 8. D. de Aedilit. edict.* Solebant enim fere mulae ad carrucas iungi, ceu praeter dictam *l. 38.* docet *l. 13. D. de aur. arg. leg.* Hinc Paullus *Sent. III, 6, 91.* CARRVCA *cum iunctura legata, mulis quoque legatae.* Et *muliones* CARRVCARIOS memorat Iul. Capitolin. *in Maximino iun. Cap. IV.* Heſychius pro *carruca* habet *καῤῥοῦχα*, et ita cum adſpiratione ſemper ſcribitur in pandectis Florentinis. Ceterum CARRVCIS argentatis et argenteis Romae ſolos ſenatores: aliis et plebeios vſos eſſe, docet Scheffer. *de re vehic. Lib. II Cap. XXVII. p. 321.* HEIN.

CARRVM. Papian. *in Reſponſis tit. XVIII. Vbi carpenta vel* CARRA *ducantur.* Trebell. Pollio *in trig. tyrann. Cap. VIII. Nam et* CARRA *venientia digito ſalutari repuliſſe dicitur.* Veteres maſculino genere extulerunt CARROS. Caeſar *de bello Gall. Lib. I. Cap. 26. Ad impedimenta et* CARROS *ſuos ſe contulerunt.* Liu. *Lib. X. Cap. 28.* CARRIS *ſuperſtans armatus hoſtis.* CARRA tamen etiam habet Hirtius *de bell. Hiſpan. Cap. VI.* Erat plauſtri barbarici genus, quo tum ad impedimenta vehenda, tum ad munienda caſtra vtebantur, de quo plura Scheffer. *de re vehic. Lib. II. Cap. 38. p. 326. ſequ.* Inde CARRADA, CARRAGIVM, CARRAGO, CARRICARE, de quibus conſulendus Carol. du Freſne *in Gloſſar. ſub his vocibus.* HEIN.

CARTHAGO aratrum paſſa: *l. 21. D. quib. mod. vſufr.* Eadem ſedes praetorianae praefecturae per Africam, a Iuſtiniano conſtituitur. *l. 1. D. de offic. praeſ. praetor. Afr.* Exſtat apud Saluian. *Lib. VII. de gubern. Dei* eius vrbis elogium huiusmodi: *Carthaginem dico, et vrbi Romae maxime aduerſariam, et in Africano orbe quaſi Romam: quae mihi ideo in exemplum ac teſtimonium ſola ſufficit, quia vniuerſa penitus, quibus in toto mundo diſciplina reipublicae vel procuratur, vel regitur, in ſe habet. Illic enim omnium officiorum publicorum inſtrumenta, illic artium liberalium ſcholae, illic philoſophorum officinae, cuncta denique vel linguarum gymnaſia, vel morum: illic quoque etiam copiae militares et regentes militiam poteſtates: illic honor proconſularis, illic quotidianus iudex, et rector, quantum ad nomen quidem proconſul, ſed quantum ad potentiam conſul: illic denique omnes rerum diſpenſatores, et differentes inter ſe tam gradu, quam vocabulo dignitates: omnium, vt ita dicam, platearum et compitorum procuratores, cuncta ferme et loca vrbis, et membra populi, gubernantes.* Dignum porro obſeruatu eſt, Iuſtinianum *Nouella I. praef.* Carthaginienſes *priſtinam libertatem retinere* iubere. Nam alias ſatis conſtat, ſemel deletam Carthaginem, ex quo a Romanis inſtaurata eſt, numquam *αὐτονομίαν* recuperaſſe. Hinc in iſta Nouella pro Καρχηδόνιοι legendum eſſe Καλχηδόνιοι, exiſtimat Ez. Spanhem. *in Orb. Rom. Exerc. II. Cap. 18. p. 318.* Sed vulgatam lectionem feliciter tuetur V. C. Fridr. Hombergk Zum Vach *in Not. ad Nouell. I. p. 4.* vbi oſtendit, libertatem in ea Nouella non *αὐτονομίαν*, ſed liberationem a Vandalorum tyrannide, ſignificare. Ita enim non modo Beliſarius apud Paullum Diaconum *Lib. XVI. Hiſt. miſc. Cap. 6.* ait, *quum multa mala fuerint a Vandalis, barbaris viris, perpeſſi*, ſe ab Imperatore miſſum eſſe, *ad* LIBERTATEM *donandam*: ſed et de libertate, cum vniuerſis Afris, tum Carthaginienſibus, data, ipſe ſubinde gloriatur Imperator. *l. 1. pr. D. de offic. praeſ. praet. Afr. Nou. XXVIII. Cap. 4. §. 2. Nouell. XXX. Cap. 11. Nou. XXIX. Cap. 2.* HEIN.

CARTILIVS, iuriſconſultus, bis laudatus in libris noſtris: *l. 9. §. 13. D. de pignorat. act.* et *l. 69. D. de hered. inſtit.* Eius memoriam paene oblitteratam, primus reſtituit Ant. Auguſtin. *Emendat. Lib. III. Cap. 6.* laudatus ideo a Cuiacio, *Lib. I. Obſ. Cap. 9.* HEIN.

CAS.

CASA. Eam aedificare in area cuſtodiae cauſſa earum rerum, quae in area ſunt. *l. 73. D. de vſufruct.* CASAM in litore ponere, quo ſe recipiant: *l. 5. D. de rer. diuiſ. §. 5. Inſt. eod. tit.* CASAE iunctae fundo: *l. 20. D. ſi ſeru. vindic.* fundus cum CASA legatus proponitur. *l. 41. §. 3. D. de legat. III.*

CASCELLIVS vid. ſupra in AVLVS.

CASEARIA taberna, *l. 8. §. 3. D. ſi ſeru. vindic.* in qua caſei fumigantur, vt expoſui *Lib. III. Select. antiqu. Cap. V.*

CASITARE frequentatiuum a cadere, pro quo in Florentino CASSITARE, id eſt, guttatim, et ſaepius cadere. *l. 20. §. 3. D. de ſeru. vrban. praed.*

CASSIA *Turiana*, inter merces vectigales, quae ex ſolo barbarico in Romanum inuchebantur, recenſetur. *l. 16. §. 7. D. de public.* CASSIA quid ſit, nemo ignorat. At quid *Turiana?* Virorum doctorum coniecturas expendit V. A. Corn. van Bynkershoek. *Obſeru. IV, 5.* HEIN.

CASSIANI, *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. l. 18. D. de furt. l. 35. §. 1. D. de mort. cauſſ. donat.* et apud Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 28.* Caii Caſſii ſectatores, de quo paullo poſt plura. ¶. 2. At CASSIANVS furor, *l. pen. C. ad leg. Iul. maieſt.* et CASSIANVS motus, apud *auctor. Collat. LL. Moſ. et Rom. tit. XV. §. 2.* ab Auidio Caſſio concitatus, qui auidus imperii, Marci et Lucii Impp. temporibus, res nouas in oriente molitus eſt, vt in *eius vita* Vulcatius Gallic. *Cap. VII.* et Iul. Capitolin. *in Marco Cap. XXIV. ſequ.* Huius quoque partibus qui ſtudebant, CASSIANI vocantur a Tertull. *ad Scapul. Cap. II.*

C. CASSIVS LONGINVS, natus ex filia Tuberonis, quae fuit neptis Ser. Sulpicii, et ideo proauum ſuum Ser. Sulpicium adpellat. Hic conſul fuit cum Quartino, temporibus Tiberii, ſed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit, eo vsque, donec eum Caeſar ciuitate pelleret: expulſus ab eo in Sardiniam, reuocatus a Veſpaſiano, diem ſuum obiit. Ita Pomponius *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* Ad hunc pertinent haec Suetonii *in Nerone Cap. XXXVII.* verba: *Obiectum eſt Caſſio Longino, iurisconſulto, ac luminibus orbato, quod in vetere ſtemmate C. Caſſii, percuſſoris Caeſaris, imaginem reſtituiſſet.* Inter huius maiores occurrit Caſſius ille Longinus, quem bellis ciuilibus in Hiſpania pro praetore prouinciae vlterioris obtinendae cauſſa relictum, narrat Hirtius, ſiue Oppius *de bell. Alexandr. Cap. XLVIII.* Noſtrum vero hunc Aggenus Vrbic. *in Frontini Commentariis pag. 57.* auctorem laudat his verbis: *At* CASSIVS LONGINVS *vir prudentiſſimis, iuris auctor, hic ſtatuit, vt quidquid aqua lambendo abſtulerit, id poſſeſſor amittat.* Eumdem C. CASSII nomine accipere debemus *l. 35. D. de fideic. libert. l. 16. §. vlt. ad SC. Vellcian. l. 26. §. 7. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 2. D. de ſenator. l. 3. §. vlt. l. 6. D. de liber. et poſtum. l. 37. l. 104. §. 1. D. de legat. I. l. 28. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 4. D. de in ius voc. l. 13. §. 4. D. de hered. petit.* Hic notas quoque AD VITELLIVM, aeque ac Sabinus, ſcripſerat, vt colligo ex *l. 12. §. 27. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* in qua eſt: CASSIVS *apud Vitellium notat.* Itidemque AD VRSEIVM, vt indicat *l. 10. §. 5. D. quib. mod. vſusfr.* quum ait: CASSIVS *apud Vrſeium ſcribit.* Vnde CASSIVS *exiſtimaſſe Vrſeium refert*, in *l. 1. §. 10. D. quarum rer. act.* Citatur et CASSIVS *Lib. X.* APVD MINVCIVM in *l. 11. §. 15. D. de act. emt.* Sed et plures de IVRE CIVILI libros ſcripſit, inſcriptos *iuris ciuilis*, ex quibus ſupra decimum (qui citatur in *l. 70. pr. D. de vſufr.*) alium nullum in Pandectis inuenio. Inſuper vero plurimae eiusdem, ac prope innumerae ſententiae, nullo librorum, vnde depromtae ſint, nomine paſſim adſcripto, in Pandectis referuntur. Ad eum autem Notas ſcripſiſſe ARISTONEM, teſtatur *l. 17. §. 1. D. de vſufr.* idemque indicat *l. 28. D. de damni. infect.* Quin etiam IAVOLENVM ad eum *notarum libros XV.* ſcripſiſſe, conſtat, quod in Pandectis indicant verba haec: IAVOLENVS *ex Caſſio.* Hic Caſſianae ſcholae princeps et parens fuit, vt ait Plin. *Lib. VII. Epiſt. 24.* Cuius ſectatores CASSIANI ſunt adpellati, vti paullo ante vidimus. CASSIANI autem fuere Caelius Sabinus, Priſcus Iauolenus, Aburnius Valens, Tuſcianus, et Saluius Iulianus. Atque haec CASSIANORVM ſecta originem duxit ab Ateio Capitone, cui Maſſurius Sabinus, vt Maſſurio Caſſius ſucceſſit. Vnde Sabinus CASSII *magiſter* dicitur, in *l. 19. §. vlt. D. de recept. arbitr.* Itaque ſaepe praeceptori ſuo Sabino iungitur. *l. 4. §. 16. l. 10. D. de vſurp. l. 4. D. de ceſſ. bonor. l. 31. §. 1. D. de reb. cred. l. 11. D. de iurisdict. l. 4. D. de in ius voc. l. 1. §. 14. D. de vi et vi arm. l. 26. §. vlt. D. de legat. I. l. 4. D. de his, qui not. infam. l. 68. D. de vſufr. l. 57. D. de manumiſſ. teſt. l. 12. §. 1. D. de vſu et habit. l. 2. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 13. l. 15. D. de noxal. act. l. 31. l. 32. D. de pecul. l. 14. §. vlt. D. depoſ. l. 24. l. 52. §. vlt. D. pro ſoc. l. 1. l. 35. §. 5. et l. 57. D. de contrah. emt. l. 12. §. 13. et §. 20. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. l. 26. §. vlt. D. de legat. I. l. 12. D. quando dies legat. l. 38. §. 8. D. de vſur. l. 22. §. 12. D. ſolut. matrim. l. 37. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 3. D. de lib. et poſtum. l. 14. D. de iure codicill. l. 30. D. de liber. cauſſ. l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom. l. 1. §. 5. et l. 3. §. 18. D. de adquir. poſſeſſ. l. 17. D. de duob. reis l. 6. D. de ſtipul. ſeru. l. 43. §. 5. D. de furt. l. 215. §. vlt. D. de verb. ſignif. §. 2. Inſt. de emt. vend.* et *§. 8. Inſt. de mandat.* Solida omnia ſunt, quae hic diſſerit Briſſonius. Addimus quaedam ab eo praetermiſſa. Conſulatus eius certus eſt, quamuis collegam non habuiſſe videatur Quartinum, ſed *L. Naeuium Surdinum*, quem conſulatum incidiſſe in annum V. C. DCCLXXXIII. patet ex Gruter. *Inſcript. p. 1087, 4.* Sub Caio Caligula Aſiae praefuit, et ſtructas ſibi a Caeſare inſidias vix euaſit. Suet. *Calig. Cap. LVII.* Dio Caſſ. *Lib. LIX. extr.* Sub Claudio Syriam rexit, et ad Euphratem caſtra, plurimumque negotii cum Iudaeis habuit. Tacit. *Annal. XII, 11. et 12.* Ioſeph. *Antiquit. Iud. Lib. XX. Cap. I.* Ceterum recte obſeruauit Briſſonius, C. Caſſium ad Vrſeium Ferocem notaſſe, quum contra Vrſeium ad Caſſium notas ſcripſiſſe, perperam exiſtiment Guil. Grot. *de vit. iurisconſ. Lib. II. Cap. 4. extr.* et Menag. *Amoenitat. iur. ciu. Cap. XLIII.* HEIN. ¶. 2. Hinc illa: CASSIVS veram opinionem Sabini retulit. *l. 24. §. 1. D. de act. emt.* Idque et Sabinum reſpondiſſe, CASSIVS retulit. *l. 4. D. de ſeruit.* Sabini quoque ſententia ex CASSIO refertur in *l. 5. D. de iur. et fact. ignor.* C. CASSIVS actionem introduxit: *l. 11. D. quae in fraud. credit.* C. CASSIVS nominatim edicebat: *l. 26. §. 7. D. ex quib. cauſſ. mai.* Metus cauſſa exceptionem CASSIVS non propoſuerat. *l. 4. §. 33. D. de doli mal. et met. except.* Sed hic Caſſius aliquis fuit ex antiquis Praetoribus, et a Caſſio iurisconſulto plane diuerſus. HEIN. ¶. 3. CAII nomine hunc ipſum CAIVM CASSIVM LONGINVM accipere debemus in *l. 78. D. de ſolut. l. 54. D. de condit. et demonſtr.*

CASSIVS LONGINVS alter, iurisconſultus, equeſtris ordinis, cuius ſolus meminit Pomponius *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* HEIN.

CASTELLVM, receptaculum, quod aquam publicam ſuſcipit, ſignificat. *l. 1. §. 38. D. de aqu. quotid.* Veteres DIVIDICVLVM adpellabant, auctore Feſto *libro IV.* quod inde erogationibus ſi-

ſtu-

Digitized by Google

ſtularum in ſuum quiſque fundum aquam diuiſam duceret. Ideoque Heſychius : *Κάϛελλος ὄνομα τόπε, ἄνω καὶ κάτω Φέροντος καὶ μερίζοντος τὸ ὕδωρ.* CASTELLVM *nomen loci, qui aquam ſurſum ac deorſum fert diuiditque.* Ita CASTELLI verbum accipiendum in *l. 78. D. de contrah. emt. l. 17. §. 8. D. l. 38. §. 2. D. de act. emt. l. 19. D. de ſeruit. ruſt. praed. l. 2. D. commun. praed. l. 41. §. 9. D. de legat. I. l. 3. C. de aquaed. l. 5. 6. C. Theod. eod. tit.* et apud Vitruu. *Lib. VIII. Cap. VII.* Plin. *Lib. XXXI. Cap. 6.* et *Lib. XXXVI. Cap. 15.* Frontin. *de Aquaeduct.* Inde *μεταφορικῶς* Appii Decemuiri tribunal, *omnium ſcelerum* CASTELLVM dicebat Virginius, apud Liu. *Lib. III. Cap. 57.* Ex CASTELLO autem aqua fiſtulis ducebatur. *l. 78. D. de contrah. emt.* CONCEPTACVLVM vocant Imperatores, *l. 2. C. Theod. de aquaed.* ¶. 2. CASTELLVM paruum caſtrum. CASTELLA per limites conſtituta. *l. 2. C. de offic. praef. praet. Afr.* Inde CASTELLANVS miles: *l. 2. C. de fund. limit.*

CASTIGARE, interdum, vt Nonius Marcellus notat, vindicare, punire, et coercere ſignificat. *l. 3. §. 1. D. de re milit. l. 14. pr. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Sic CASTIGARE delicta: *l. 12. §. 1. D. eod. tit.* CASTIGARE iure: *l. 3. C. de patr. pot.* CASTIGARE autem magiſtratus dicitur, veluti praefectus vigilum eos, qui negligentius ignem habuerunt: *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil.* praefectus vrbi libertum contumelioſum: *l. 1. §. 10. D. de offic. praef. vrb.* Similiter et Procoſ. et Praeſes fuſtibus CASTIGARE dicuntur. *l. 6. D. de accuſat. l. 45. §. 30. D. de iniur. l. 3. §. vlt. D. de iureiur. l. 2. §. 2. D. de decurion. l. 5. C. ex quib. cauſſ. infam.* CASTIGARE verberibus: *l. 24. §. 3. D. de minorib.* Cic. *Tuſc. Quaeſt. Lib. III. Cap. 27.* Exuuiis bubulis CASTIGARE. Plaut. *Moſtellar. Act. IV. ſcen. I. v. 26.*

CASTIGATIO competens: *l. 1. C. de SC. Claudian.* flagellorum: *l. 7. D. de poen.* fuſtium: *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil. l. 9. §. 3. D. de offic. procoſ.* leuis: *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 13. §. 4. D. locat.* modica: *l. 12. D. de iurisd. l. 23. §. 1. D. de vſufr.* cuiusmodi caſtigatio et docenti, item fructuario, conceſſa, illis locis dicitur. Denique CASTIGATIO verborum, apud Liu. *Lib. XXXVII. Cap. 32.*

CASTITAS. Violata CASTITATE ſtuprare pupillam. *l. vn. C. ſi quis quum tut. fuer.* Dignum CASTITATE noſtrorum temporum. *pr. Inſt. quib. mod. tut. finit.*

CASTRA, in *l. 3. §. 2. D. de re milit. §. 3. Inſt. de milit. teſtam.* Seru. in *Lib. II. Aeneid. v. 462.* ad verba: *Et Achaica caſtra. Vbi exercitus ſit, ibi* CASTRA *dicuntur. Vnde eſt: Nos* CASTRA *mouemus..* Idem in *libr. III. Aen. v. 688.* ad verba: *Nos* CASTRA *mouemus.* CASTRA, inquit, *ſunt, vbi miles ſteterit. Dicta autem* CASTRA, *quaſi caſta, quod illic caſtraretur libido. Nam numquam his intererat mulier.* Hinc vrbana CASTRA: in *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* CASTRORVM praepoſiti: *l. 7. C. vbi cauſſ. fiſcal.* CASTRORVM vallum, murus, foſſa. *l. 3. §. 17. D. de re milit.* Sic et: *Dari volo a Iulio actore aureos tot; et in CASTRIS quos habeo, tot.* Ita Iulianus *l. 96. D. de legat. III.* Nimirum ſolebant milites pecuniam in caſtris ad ſigna deponere: de quo more Veget. *de re milit. Lib. II. Cap. 20.* Sueton. *in Domitiano Cap. VII.* et ibi viri docti. HEIN.

CASTRARE, virilitatem excidere, ſpadonemque ſeu eunuchum facere, vti loquitur *l. 1. C. de eunuch.* Sic CASTRARE hominem libidinis vel promercii cauſſa: *l. 3. §. 4. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Paull. *Sentent. V, 23, 13.* CASTRARE autem ſeruum, liberumue inuitum ſinentemue, nemo debet. *l. 4. §. vlt. D. eod. tit. Et, qui thlibias faciunt,* in eadem cauſſa ſunt, ac qui CASTRANT: *l. 5. D. eod. tit.* CASTRANDVM ſeruum tradere: *l. 6. D. eod. tit.* CASTRARE puerum. *l. 27. §. 28. D. ad leg. Aquill.* Hinc

CASTRATVS, qui ita ſpado eſt, vt tam neceſſaria pars corporis ei penitus abſit, vt loquitur *l. 7. D. de Aedilit. edict.* CASTRATI enim dicuntur, quibus virilitas exciſa, et genitalis pars exſecta eſt, ſeu, vt Theophilus interpretatur, *ἐφ' ὧν γέγονεν ἐκτομὴ τῶν γεννητικῶν μορίων.* Sic in *§. 9. Inſt. de adopt. l. 6. D. de lib. et poſtum. l. 39. §. vlt. D. de iur. dot. l. 14. §. vlt. D. de manum. vind. l. 6. §. 1. D. de iur. patron.* Eos EXSECTOS vocat Lucan. *Lib. X. v. 134.* et SECTOS Martial. *Lib. IX. Epigr. 7.*

Non puer auari, SECTVS *arte mangonis.*

Solebant autem olim mangones pueros exſecare, quo pretioſiores redderent, vt patet ex *l. 27. §. 28. D. ad leg. Aquill.* et *l. 1. C. de commun. rer. alienat.* Quinctilian. in *Declamat. Mango iratus pretium, exciſa virilitate producet.* Idem *Lib. V. Inſtit. orat. Cap. 12. Non alio, mediusfidius, vitio dicentium, quam quo mancipiorum negotiatores formae puerorum, exciſa virilitate, lenocinantur.* Et paullo poſt: *Libidinem iuuet ipſum effeminati ſexus mendacium: numquam tamen hic continget malis moribus regnum, vt ſi quae fecerit pretioſiora, fecerit et meliora.* Tandem CASTRATIO marium SCis et Principum conſtitutionibus prohibita eſt. *l. 4. §. vlt. l. 6. D. ad leg. Corn. de ſicar.* vt *Lib. II. Antiqu. Select. Cap. 21.* docuimus.

CASTRENSIANI, miniſtri principum, *rubr. C. de caſtrenſ. et miniſterian.* Tales fullones, veſtitores, pictores, pincernae, coqui, balneatores, curſores, de quibus videndus eſt Salmaſ. *ad Hiſt. Aug. Script. p. 224. ſequ.* HEIN.

CASTRENSIS adfectio, vel notitia: *l. 8. D. de caſtr. pecul.* CASTRENSE aes alienum: id eſt in caſtris contractum, ex qua cauſſa ſunt CASTRENSES creditores: *l. 7. D. eod. tit.* CASTRENSIA bona: *l. vlt. D. de veteran. l. 1. l. 11. l. 36. §. 1. D. de teſtam. milit. l. 10. D. de caſtr. pecul.* id eſt, in caſtris adquiſita, vt *l. vlt. D. ad SC. Trebell.* CASTRENSES res: *l. 3. §. 4. D. eod. l. 13. l. 24. D. de teſtam. mil.* CASTRENSIS ſeruus: *l. 9. D. de caſtr. pecul. l. 33. D. de adqu. rer. dom. l. 3. §. 1. D. de adſign. libert. l. 30. D. qui et a quib.* id eſt, in caſtris quaeſitus, vt *l. 17. D. de manumiſſ. l. 9. l. 15. §. 3. D. de caſtr. pecul.* ¶. 2. Inprimis CASTRENSIS peculii ſaepe fit mentio, vt in *l. 8. D. de procurat. l. 2. D. ad SC. Macedon. l. 1. §. pen. D. de tab. exhib. l. 1. §. 9. D. de ſeparat. l. 3. §. 6. et §. 8. D. de bon. libert. l. 1. §. 15. et §. 22. D. de collation. l. 17. D. de in ius voc. l. 20. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 28.*

§. 1. *D. de lib. et poſtum. l. 16. §. 12. D. ad SC. Trebell. l. 8. §. vlt. D. de SC. Silan. l. 90. D. de adquir. vel omitt. hered.* CASTRENSE autem peculium, vt ait Macer, *l. 11. D. de caſtr. pecul.* eſt, *quod a parentibus, vel cognatis, in militia agenti donatum eſt, vel quod ipſe filiusfamilias in militia adquiſiuit, quod, niſi militaret, adquiſiturus non fuiſſet.* Paullus *Sent. III, 4, 3.* CASTRENSE peculium definit, *quod in caſtris adquiritur, vel quod proficiſcenti ad militiam datur.* Similique modo Vlpianus *Fragm. tit. XX. §. 10.* et *l. 3. C. de bon. proſcr.* peculium, *quod in caſtris filiusfam. adquiſiuit, vel ei militaturo pater donauit.* Quod et *filiifamilias militis peculium* vocatur, in *l. 2. §. 2. D. fam. ercifc.* Ceterum, quae CASTRENSI peculio adnumerari debeant, vel in caſtrenſe peculium cedant, vide in *l. 3. l. 7. l. 8. l. 15. l. 16. D. de caſtr. pecul. l. 1. C. eod.* et *l. 4. C. famil. ercifc.* CASTRENSIS peculii ſeruus: *l. 8. D. de ſtipul. ſeru. l. 19. D. de caſtr. pecul. l. 10. §. 1. D. de manumiſſ.* ancilla: *l. 45. §. 1. D. de rit. nupt.* res: *l. 98. §. 1. de ſolut.* ¶. 3. Eſt autem et QVASI CASTRENSE PECVLIVM: *l. 7. §. vlt. D. de donat. l. 3. §. 5. D. de bon. poſſeſſ. l. 1. §. 6. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 15. D. de collat. bon. l. 32. §. 17. D. de donat. int. vir. et vx.* de quo *Libro XV.* in peculii diuiſionibus dicam.

CASTRENSIS *ſacri palatii*, ſub diſpoſitione ſua habebat paedagogia, miniſteriales quoque dominicos, et curam palatiorum, adpellabaturque SPECTABILIS VIR. Eius mentio fit in *l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron. l. 38. C. Theod. de decur. l. 3. C. Theod. de priuileg. eor. qui in ſacro pal. l. [illegible] C. Theod. ſi pet. ſoc. ſine hered.*

CASVALIS conditio, quae ab incerto euentu pendet. *l. vlt. C. de neceſſ. ſeru. l. vn. §. 7. C. de caduc. toll.*

CASVS, ait Feſtus *dicimus ea, quae fortuito hominibus accidunt.* CASVM aduerſamque fortunam hominis liberi ſpectare, neque ciuile, neque naturale eſt. *l. 83. §. 5. verſu ſed haec D. de verb. oblig.* Sic CASVS patris, remoti a ſenatu: *l. 7. §. vlt. l. 9. D. de ſenator. l. 34. §. vlt. D. de rit. nupt.* ex quo *§. vlt.* ſumta eſt *l. 9. D. de ſenator.* ita tamen, vt Triboniani manum agnoſcamus, qui in *d. §. vlt. crimen* pro *caſu* de ſuo ſubiecit atque ſuppoſuit. Sic et *caſus* tutoris: *l. 5. §. vlt. D. pro derelicto,* CASVS animalium: *l. 23. D. de reg. iur.* CASVS gregis: *l. 70. D. de vſufr.* et ager CASVM pati dicitur. *l. 12. D. eod. tit.* ¶. 2. CASVVM vero hae in libris noſtris differentiae inueniuntur. CASVS aduerſus: *l. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* captiuitatis: *l. 2. D. de poſtlim. reuerſ.* euictionis: *l. 11. D. de euict.* CASVS incendii: *l. 3. §. vlt. D. de offic. praef. vig. l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* qui *nimium* CASVS *in vrbe frequens* adpellatur, a Martiale *Lib. V. Epigr. 99.* CASVS maior: *l. 7. D. de edend.* CASVS non voluntarii, ſed fortuiti: *l. 4. C. de inſtit. et ſubſtit.* CASVS porro FORTVITI ſunt, quos nullum humanum conſilium prouidere poteſt: *l. 1. §. 7. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* aduerſus quos caueri non potuit. *l. 4. C. de peric. tutor.* quibus humana infirmitas reſiſtere non poteſt: *l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* quibus reſiſti non poteſt: *l. 18. D. commod. l. 28. C. de locat.* qui et CASVS MAIORES dicuntur. *d. l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* et *§. 2. Inſt. quib. mod. re contrah. obl.* FATVM etiam et DAMNVM FATALE, FORTVNAM et VIM MAIOREM adpellant, vt ſuis locis oſtendemus. CASVS autem FORTVITI ſunt incendium, ruina, naufragium: *l. 5. §. 4. D. commodat. l. 22. D. de neg. geſt. l. 1. §. 5. D. de obl. et act. §. 2. Inſt. mod. re contr. obl.* latronum hoſtiumque incurſus: *d. §. 2.* adgreſſura latronum: *l. 6. C. de pignorat. action.* quod ſenectute contigit, vel morbo, vel vi latronum ereptum eſt: *l. 5. §. 4. commod.* Iisdemque caſibus Caius in *l. 18. D. commod.* adſcribit mortes ſeruorum, quae ſine dolo et culpa accidunt, latronum hoſtiumque incurſus, piratarum inſidias, naufragium, incendium, fugas ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent: ſecundum tamen diſtinctionem, quam illic adhibet Vlpianus, in *l. 23. D. de reg. iur.* ad huiusmodi caſus referens animalium caſus, mortes, quaeque ſine culpa accidunt: fugas ſeruorum, qui cuſtodiri noo ſolent, rapinas, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus praedonum. Quin etiam ſi capras latrones citra fraudem cuſtodis abegerint, caſus hic fortuitis adnumeratur. *l. 9. D. locat.* Sic fortuitis CASIBVS debitores fortunas ſuas amiſiſſe dicuntur, in *l. 37. §. 1. D. de negot. geſt.* Ceterum quae fortuitis caſibus accidunt, nullo bonae fidei iudicio praeſtantur. *l. 5. C. de pignorat. act. l. 23. D. de reg. iur.* Huiusmodi caſus tutoribus vel curatoribus imputari non oportet. *l. 4. C. de peric. tut.* Propter fortuitos caſus dilationem accipi, humanum eſt. *l. 36. D. de negot. geſt.* Sic CASV inuenire theſaurum: *§. 39. Inſt. de rer. diuiſ.* CASV fortuito facere homicidium: *l. 5. C. ad leg. Corn. de ſicar.* CASVS porro et *voluntas* opponuntur: *rubr. Nouell. Theodoſ. de homic. caſu vel vol.* CASV delinquitur, quum in venaodo telum in feram miſſum hominem interficit. *l. 11. §. 2. D. de poen.* Sic et CASV incendium committere: *l. 9. D. de incend. ruin.* CASV intercedere: *l. 19. D. de vi et vi arm.* repentini CASVS iniquitas: *l. 3. C. de inoffic. teſtam.* CASV mutus aut ſurdus: *l. 6. §. vlt. D. qui teſt. fac.* CASIBVS obnoxium. *l. 11. §. 5. D. de minor.* ¶. 3. CASVS pro quolibet euentu. Sic in primum vel ſecundum CASVM ſubſtituiſſe: *l. 8. C. de inſtit. et ſubſt.*, In vtrumque CASVM, et in vtrumque euentum ſubſtituere: *l. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* nullo CASV reuocari: *l. 27. D. de mort. cauſſa donat.* nonnullos CASVS poſſe exiſtere: *l. 1. §. 2. de tutel. et ration. diſtr.* in CASVM mortis et diuortii ſtipulatus: *l. 29. §. 1. et §. vlt. D. de pact. dot. l. 2. C. de donat. cauſſ. mort.* In omnem CASVM, qoo ſolui poſſet matrimonium: *l. 37. §. 4. D. de legat. III.* De his CASIBVS ſolummodo ſit conuentum, qui matrimonium ſequuntur. *l. 6. D. de condict. ſine cauſſ.* Duo CASVS exprimuntur. *l. 7. §. vlt. D. vſufruct. quemadm. cau.* Ex vno CASV committitur ſtipulatio. *l. 5. §. 2. D. iudic. ſolu.* In eum CASVM res deuenit. *l. 16. D ad leg. Aquill.* ¶. 4. CASVS etiam pro iis, quae ex facto contingunt, dicuntur. Sic CASVS omnes, qui quandoque inciderint: *l. 10. D. de legib.* in quibus CASIBVS lex deficit. *l. 64. §. 9. D. ſolut. matr.* CASVS omiſſus SCo. *l. vlt. D. de adſign. libert.* Talis CASVS terminatus eſt: *l. 16. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Duobus CASIBVS: *l. 22. D. de in ius voc.* In omnibus eiusmodi vel ſupradictis CASIBVS: *l. 37. D. de legib.* in his CASIBVS: *l. 17. §. vlt. D. de adopt.* ¶. 5. CASVS pro ſpecie, vel ſpecie facti. *pr. Inſt. de eo cui lib. cauſſ. bon. addic.* No-

ous

CAS. CAT.

dus CASVS ſucceſſionis, vbi Theophilus *εἶδος*. *§. 2. Inſt. de act.* Vno CASV. Theophilus: *ἐν ἑνὶ μόνῳ θέματι.* *De* CASIBVS autem Caius librum ſingularem ſcripſerat, et Herenn. Modeſtinus de CASIBVS ENVCLEATIS librum item ſingularem.

CAT.

CATABOLENSES, *l. 8. et rubr. C. Theod. de piſtorib. eſt catabolenſ.* Caſſiodor. *Lib. III. Var. Cap. 10. Marmora, quae de domo Pinciana conſtat eſſe depoſita, ad Rauennatem vrbem per* CATABOLENSES, *veſtra ordinatione, dirigantur.* Ideoque apud eumdem auctorem *Lib. IV. Cap. 47: Non veredariis, ſed* CATABOLENSIS, *incurrat*, alias emendandum monui. [De CATABOLENSIBVS accurate egit Iac. Cuiac. *Obſeru. Lib. XVI. Cap. 5.* Ex eo vero, quod in Codice Theodoſiano iunguntur piſtoribus, colligit Iac. Gothofredus, catabolenſes fuiſſe, qui onera fiſcalia Romam veterinis comportarunt, ſiue frumenta, aduecta a nautis Tiberinis, horreis inferenda, ſiue eadem in piſtrina transferenda, ſiue coctus inde panis eſſet ad gradus transportandus. Dicti ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν, *ab onerando*, quod iumenta his rebus onerarent, ſimiles adeo agaſonibus noſtris, quibus ad ferenda in molas frumenta, farinamque referendam vtimur.]

CATADROMVS, *l. pen. D. de action. emt.* funem extentum, ex loco edito in inferiorem demiſſum, ſignificat. Sueton. *in Ner. Cap. XI. Notiſſimus eques Rom. elephanto ſuperſedens, per* CATADROMVM *decurrit.* Quod idem Xiphilinus *Lib. LXI. p. 697.* retulit: Καὶ ἐλέφας ἀνήχθη εἰς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἁψῖδα, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν, ἀναβάτην φέρων. *Et elephas, introductus in theatrum, in ſummum eius fornicem adſcendit, et inde, vehens hominem, in fune decurrit. Demiſſum funem* dixit Virgilius *Aeneid. Lib. II. v. 262.* Iuuenalis vero *Sat. XIV. v. 266. rectum funem*, his verſibus:

> *An magis oblectant animum iactata petauro*
> *Corpora, quique ſolent* RECTVM *deſcendere* FVNEM?

Ioannes Chryſoſtomus *Homil. IX. in Epiſtol. ad Theſſalon.* Ἐπὶ σχοίνου τεταμένης βαδίζοντας. *Super extento fune ambulantes.* Et *homil. XVI. in Epiſt. ad Hebr.* Διὰ σχοίνου τεταμένης βαδίζειν. *Per funem extentum incedere.* Imperator Manuel Palaeologus *Orat. III.* Ὀρχεῖσθαι ἐπὶ σχοίνου τεταμένης, *ſaltare in fune extento.* Huiuſmodi autem homines, qui per catadromum decurrebant, etiam *funambulos* Latini; Graeci σχοινοβάτας vocant. Elephanti quoque funambuli ſpectaculum refertur a Sueton. *in Galba Cap. VI.* Ad locum Suetonii, de equite Romano per catadromum decurrente, notulam adleuerat Io. Otto Tabor, per catadromum potius intelligendam videri aream; in qua equi decurrant, fortaſſis, quod incredibile illi videretur, elephantum per funem incedere. Sed an dignum narratu erat, equitem per aream elephanto eſſe vectum? Res ſatis certa. Elephanti etiam funambuli ſaepenumero ſpectati ſunt a Romanis. Vid. Io. Brodaeus Miſcell. III, 7. HEIN.

ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ, ſeu ἐπιδημία a Graecis vocabatur; qua parte primum adpellere, ſeu adplicare in prouincia proconſules moris erat. *l. 4. §. 5. D. de offic. proconſ.*

CAT.

CATENA, Talibus noxii vinciri conſtringique et adligari ſolebant. *l. vlt. C. de abolit.* Sane eos quoque, qui militari cuſtodia attinebantur, CATENIS adligatos fuiſſe, docet Seneca *Epiſt. V.* ex qua et illud diſcimus, eamdem catenam et militem, et cuſtodiam, copulaſſe, vt *Lib. V. Formul. Cap. 199. p. 447.* notauimus. Proinde ἅλυσιν illam, quae militem συνδέτην habebat, μακρὰν fuiſſe, conſequens eſt, vt Athenaeus *Lib. V.* indicat. Ac plane catenas prolixiores reo immitti, non ferreas manicas, oſſibus inhaerentes, conſtituit Conſtantinus M. in *l. 7. C. de cuſtod. reor.* Ritus iſtius, militem et cuſtodiam eadem catena copulandi, meminerunt etiam Ioſephus. *Antiqu. Iud. Lib. XVIII, 8.* quem locum Briſſonius *in Formulis* loco iam laudato obſeruauit, Seneca *de Tranquill. Cap. 10.* Auguſtin. *ad Pſalm CXXVIII.* ceu adductis illis teſtimoniis oſtendit Iuſtus Lipſ. *ad Taciti Annal. VI, 3.* Et eo modo cuſtoditum inuenimus Petrum Apoſtolum, κοιμώμενον μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένον ἁλύσεσι δυσί, *dormientem inter duos milites, vinctum duabus catenis. Actuum Apoſt. Cap. XII, v. 6.* HEIN.

CATHEDRA. Inſtructa domo legata, legato continentur etiam puluini, ſubſellia, CATHEDRAE, menſae. Paull. *recept. Sent. III, 6, 86.* Erant ſellae ſplendidiores, et affabre fictae, quas et Diis, et principibus, et magiſtratibus tribuebant: ceu oſtendit Io. Andr. Schmidius *diſſ. de numis cathedrat.* Denique ad philoſophos et profeſſores tranſiit cathedrae honor, quamuis eo non contenti, Θρόνον ſibi vindicarent, idque dignitatis inſigne nemini, niſi qui artis experimenta dediſſet, concedere ſolerent, ceu patet ex Eunapii *Proaereſio.* Attamen aliquando et princeps illum honorem concedebat etiam indignis. Philoſtrat. *Vit. Sophiſt. Lib. II. Cap. 2.* Καὶ οὐ τοῦτό που λόγου ἄξιον· οὐ γὰρ πάντες οἱ τούτου ἐπιβατεύοντες τοῦ θρόνου τούτου λόγου ἄξιοι· *Neque tamen hoc valde memorabile eſt: non enim omnes, qui* CATHEDRAM *hanc obtinent, memoria digni ſunt.* Erat autem triplex Athenis illa aetate θρόνος, vel *cathedra*, puta πολιτικός, φιλοσοφικός, σοφιστικός. Vid. Meurſ. *de fortun. Attic. Cap. VIII.* De eius forma diſputat Creſollius *Theatr. rhet. Lib. III. Cap. 3.* HEIN.

CATHEDRATICVM. Iulianus in *Nou. CXXIII. Cap. III.* In vulgata eſt: *pro inthroniſticis ſolidos centum.* In Graeca authentica: ὑπὲρ μὲν ἐνθρονιαστικῶν διδόναι νομ. ρ. vbi *cathedraticum, inthroniſtica*, vel ἐνθρονιαστικά, ſunt certa pecunia, pro inauguratione ab epiſcopo pendenda. HEIN. ¶. 2. At iure canonico CATHEDRATICVM eſt pecunia, quam clerici ſuo epiſcopo quotannis, honoris cathedralis cauſſa, pendunt, id eſt, duo ſolidi *Can. 1. Cauſ. 10. quaeſt. 3.*

CATHETVM. Zeno Imp. *l. 12. §. 5. C. de aedif. priu. Columnas lapideas aut ligneas ita ſolo imponi iubemus, vt non ad* CATHETVM, *ſiue perpendiculum ſtent, ſicuti nec murus.* Caius et Theodoſius, auctores de limitibus *p. 253. edit. Goeſ. Terminos quadratos ſub terra collocauimus, qui a menſoribus Italiae pro hypotenuſa obſeruantur.* CATHETVM *vero in terminum praeſidentem in formam trifinii collocauimus.* Vitruu. *Lib. III.*

Digitized by Google

III. Cap. 3. Secundum extremi abaci quadram lineae demittendae, quae CATHETI *dicuntur.* Vocabulum eſt, geometris familiariſſimum, quo lineas ad perpendiculum demiſſas ſignificant. Adde Bernard. Baldi *Lexicon Vitruuian. p. 21.* HEIN.

CATHOLICI Chriſtiani. *l. 1. C. de ſumm. Trinit.* D. Auguſtin. *de confeſſ. Chriſt. Lib. IX. Cap. 10.*

CATHOLICIANI, id eſt, Caeſariani, *l. pen. §. vlt. C. de bon. proſcript.* Caeſarianis quidem ibi iunguntur CATHOLICIANI: ſed proprie ſunt officiales *catholicorum*, quod nomen fuit conſularium, maxime in Africa, ſi ſequimur Gloſſarium vetus: CONSVLARIS, καθολικός. Et ſane Euſebius *Lib. X. Cap. 6.* καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς et *Lib. IV. de vita Conſtantini Cap. 36.* τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν memorat. Attamen Cuiacius *ad l. 5. C. de iure fiſc.* potius *rationales* et fiſci procuratores nomen καθολικῶν tuliſſe, probat: et ita etiam Euſebii locos vertit Henr. Valeſius. Qui ergo his adparebant, CATHOLICIANI adpellati. HEIN.

CATILLVS quid ſit optime explicat Paullus *l. 18. §. 5. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. Eſt autem* META *inferior pars molae;* CATILLVS *ſuperior.* At Paullum, vel potius librarium, erroris coarguit Scaliger ad illa Manil. *Aſtronom. Lib. III. v. 307.*

Laterumque meatus
Turbinis in morem recta vertigine currit.

Vbi de veterum molis quaedam non vulgaria diſſerit, et de earum partibus ita ſcribit *p. 214. Apud veteres enim* inquit, *ſuperior mola* κωνοειδὴς *fuit, inferior caua, inſtar catini, vnde illi nomen.* META *inſtar turbinis inuerſi conueniebat in* CATILLVM, *vt mas in feminam, qua parte baſis eſt, non qua mucro:* Addit, paucis interiectis: META *Graecis* ἀλέτων *dicitur,* CATILLVS *autem* ὄνος. *Auctor Helladius, apud Photium. Septuaginta interpretibus inferior mola* μύλος, *ſuperior* ἐπιμύλιος, *vti Hebraeis* רכב *quod inequitationem ſignificat.* META *igitur,* TVRBO, *et* CONVS συνώνυμα, *et proinde turbo eſt ſuperior mola.* Ceterum haec omnia non ad molas aquatiles, vel pneumaticas, ſed ad verſatiles et truſatiles vel *manuarias* et *iumentarias*, ceu a Iauoleno *l. 26. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum.* vocantur, pertinere, facile intelligitur. HEIN.

CATO libro quinto decimo, citatur in *l. 4. §. 1. D. de verb. obl.* At abſque vllo librorum numero *l. 10. D. de Aedil. edict. l. 44. D. ſolut. matr. l. 98. §. vlt. D. de verb. ſignif. §. vlt. Inſt. de adopt.* Pomponius in *l. 2. §. 38. D. de orig. iur: Deinde* M. CATO, *princeps Porciae familiae, cuius et libri exſtant. Sed plurimi filii eius.* Sane CATO *iurisperitiſſimus* vocatur a Valerio Max. *Lib. VIII. Cap. 7.* Eius egregios de iuris diſciplina libros commendat Gell. *Noct. XVIII, 18.*

CATONIANA regula ita definit: *Quod legatum, ſi teſtamenti facti tempore teſtator deceſſiſſet, inutile foret: id, quandocunque poſtea deceſſerit non conualeſcere. l. 1. D. de reg. Caton. l. 41. §. 1. D. de legat. I.* Adpellatur et CATONIANA *ſententia:* in *l. 86. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* nec non CATONIANA ſimpliciter. *l. 13. D. de option. leg.* Ceterum regulam CATONIANAM non modo ad

legata, ſed et ad alias vltimas voluntates, ipſasque hereditates, pertinere, ſatis expeditum videtur. *l. 210. D. de reg. iur.* Et tamen in *l. 3. D. de reg. Caton.* ſcribit Papinianus: CATONIANA *regula non pertinet ad* HEREDITATES. Magnas hic turbas dant interpretes. Cuiacius *Obſeru. IV, 4.* ſuo more textum emendandum, reſcribendumque cenſet: *pertinet ad* LIBERTATES. Ant. Faber *Coniectur. XII, 9.* tantum abeſt, vt probet hanc aliamue emendationem, vt potius ſuo more defendat θέμα παράδοξον, regulam Catonianam ad hereditates non pertinere, quumque ſibi obſtare animaduerteret *l. 4. D. de reg. Caton.* ex ea vocabulum CONDITIONALES eiiciendum, exiſtimat. Sed mihi videntur rem acu tetigiſſe Rad. Forner. *rer. quotidian. III, 7.* et Franc. Marſ. Gordon. *in Praetermiſſ. Cap. VIII.* qui nihil difficultatis ineſſe oſtendunt verbis Papiniani, ſi ſine interpunctione legantur: Regula CATONIANA *non pertinet ad hereditates, neque ad legata, quorum dies non mortis tempore, ſed poſt aditam cedit hereditatem.* Sane ne hereditatum quidem omnium diem a tempore mortis cedere, ante Rad. Fornerium et Gordonum oſtendit Anton. Gouean. *Var. Lib. II. Cap. 29.* HEIN.

CAV.

CAVDICARII, in *l. 1. C. de can. frum. vrb. Rom. l. 2. C. Theod. de piſtor. l. 9. C. Theod. de ſuar. vrb. Rom.* quorum corpus Romae fuiſſe, patronosque habuiſſe, ex illis locis planum fit. Exiſtimo autem, ſic amnicos nauicularios adpellatos, a nauibus Tiberinis, ſeu quae in fluuiis vſui erant, quas CODICARIAS vocabant. Feſtus: CAVDICARIAE *naues, ex tabulis craſſioribus factae.* Non. Marcellus: CODICARIAS *naues etiam nunc conſuetudo vocat, quod in fluminibus ſint vſui. Varro de vita populi Rom. Lib. III. Antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant: a quo in Tiberi naues* CODICARIAS *adpellamus.* Seneca *de breu. vit. Cap. XIII. Plurium tabularum contextus* CAVDEX *apud antiquos vocabatur. Vnde publicae tabulae* CODICES *dicuntur, et naues nunc quoque, quae ex antiqua conſuetudine per Tiberim commeatus ſubuehunt,* CAVDICARIAE *vocantur.* Sed et Gell. *Noct. X, 25.* inter nauium adpellationes CAVDICAS, vel, vt fortaſſis emendatius ſcriberetur, CAVDICARIAS ponit. Auſon. *Eidyll. IX.*

Nauita CAVDICEO *fluitans ſuper aequora lembo.*

Romae vtique amnicos nauicularios Imperatorem Aurelianum conſtituiſſe, Vopiſcus *in vita Cap. XLVII.* teſtatur.

CAVITARIVS, CABITARIVS, item CAVATARIVS, qui gemmas cauandi artificium exercet. Eam vocem in *l. 1. C. de excuſ. artif.* reſtituit Salmaſ. *in Script. hiſt. Aug. p. 458.* quum alii ibi legant CAVIDARII, alii CLAVICARII. Vetus marmor apud Gruter. *p. DCXXII, 1.* CABATORES DE VIA SACRA. Gloſſarium vet: Καβιτάριος, *cauitarius.* Palladius: λιθουργὸς, ὃν λέγουσι καβιδάριον, *gemmarius, quem vocant cauitarium.* Dicti hi artifices etiam σκαφαρίοι. Quae omnia debemus Salmaſio *ibid.* HEIN.

CA-

CAVEA, theatri locus, in quo ſpectatores ſedebant. *l. 13. §. 7. D. de iniur. l. 2. C. Theod. de venat. ferar.* Seruius *ad locum* Virgilii *V. Aeneid. v. 340.*

Hic totum CAVEAE *conſeſſum ingentis.*

CAVEAM, ait, *conſeſſum populi.*

CAVERE, eſt ſibi proſpicere et conſulere. *l. 3. D. de transact. l. 53. §. 1. ſequ. D. de act. emt.* Sic CAVERE heredibus: *l. 9. D. de probat.* CAVERE alteri paciſcendo, legem dicendo, ſtipulando: *l. 73. §. vlt. D. de reg. iur.* CAVERE ſibi ſtipulatione: *l. 21. D. ad SC. Trebell.* Si quis CAVERIT, vt ſilua ſibi pignori eſſet: *l. 18. §. 3. D. de pignorat. act.* Is, qui deberi ſibi, CAVIT in epiſtola, decem: *l. 26. §. vlt. D. depoſ.* CAVERE lege in vendendo: *l. 19. D. quemadm. ſeru. amitt.* Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* A quo CAVERI *poſtea lege coeptum ab his, qui praedia venderent.* Sic venditor CAVET ab emtore: *l. 6. D. de ſeru. export.* Et contra diligentius ſibi a venditore CAVET emtor. *l. 44. §. vlt. D. damn. infect.* CAVERI, id eſt pacto effici non poteſt. *l. 4. D. comm. praed.* Vnde omnes ſtipulationes natura ſua CAVTIONALES eſſe, dixit Vlpianus, quod id agatur interpoſita ſtipulatione, vt quis cautior et ſecurior ſit. *l. 1. D. de ſtipul. praetor.* ¶. 2. Iuriſconſulti CAVERE dicuntur, quum clientibus ſuis, et his, a quibus conſuluntur, conſilium dant, et remedium monſtrant, ne in aliquos captionum laqueos incidant. Cic. *Lib. I. de legib. Cap. 5. Non enim id quaeris, quemadmodum* CAVEAMVS *in iure, aut quid de quacumque conſultatione reſpondeamus.* Idemque CAVENDI *in iure* verbum *Lib. II. de offic. Cap. 19.* vſurpat. Sed et *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 6.* cum Trebatio ita iocatur: *Tu, qui ceteris* CAVERE *didiciſti, in Britannia ne ab eſſedario decipiaris, caueto.* Idem *pro Muraena Cap. XII.* illa elegante iuriſconſulti cum imperatore comparatione: *Tu* CAVES, *ne tui conſultores; ille, ne vrbes et caſtra capiantur.* Idem *Lib. III. ad famil. Epiſt. 1. L. Valerium, iuriſconſultum, valde tibi commendo: ſed ita, etiamſi non eſt iuriſconſultus. Melius enim ei* CAVERE *volo, quam ipſe aliis ſolet.* In eodemque verbo ſcite ludit Ouid. *Lib. I. de art. amand. v. 83.* quum ait:

Illo ſaepe loco capitur conſultus amore,
Quique aliis CAVIT, *non cauet ille ſibi.*

Huc et Plaut. *in Epidic. Act. II. ſcen. 2. v. 107.* alludens: *Hic ait, poterit* CAVERE *recte, iura qui et leges tenet.* Inde iuriſconſultus CAVTOR *formularum* vocatur ab Antonio apud Ciceron. *Lib. I. de Orat. Cap. 55.* ☞ At ibi meliores editiones non habent CAVTOR, ſed *cantor. formularum.* Quamuis enim ipſe Cicero *pro Sext. Cap. VII.* dicat: CAVTOR *alieni periculi,* et Plaut. *in Captiu. Act. II. ſcen. II. v. 6: ſaepe is* CAVTOR *captus eſt:* neſcio tamen an aeque concinna ſit loquutio: CAVTOR *formularum*, quum non formulas caueat, ſed, formulis inuentis, cauere aliis ſtudeat. HEIN. ¶. 3. CAVERE etiam dicitur debitor creditori. Sic CAVERE pecuniam. *l. 3. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.* CAVERE chirographum in codice: *l. 5. §. 8. D. commod.* CAVERE chirographo, apud Suet. *in Calig. Cap. XII.* Pugillares mihi commodaſti, vt debitor mihi CAVERET: *l. 17. §. 3. D. commod.* CAVERE inſtrumento, ſe daturum: *l. 49. ſol. matrim.* Quum Septitius litteris ſuis, praeſtaturum ſe, CAVERIT, pecuniam et vſuras: *l. 134. §. 2. D. de verb. oblig.* Sic CAVTA dos: *rubr. C. de dot. caut.* CAVTA quantitas: *l. 5. C. de condict. ob turp. cauſ.* CAVTVM honorarium: *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* CAVTA chirographa: *l. 88. D. de ſolut.* Vnde CAVTOS *numos*, apud Horat. *Lib. II. Epiſt. I. v. 105.* vetus interpres intelligit de pecuniis ſub chirographo datis. ¶. 4. Nec debitores tantum, ſed et creditores, CAVERE dicuntur, deberi ſibi, vel ſe accepiſſe, *l. 5. §. vlt. l. 89. l. 94. D. de ſolution.* Idque *contra* CAVERE dicitur. *l. 2. §. 1. D. de collat.* ¶. 5. CAVERE interdum repromittere eſt. Ita CAVERE ſtipulatione: *l. 11. D. de religioſ. l. 1. §. 5. D. vſufr. quemadm. cau. l. 6. D. de ſeru. export.* CAVTVM ſtipulatione: *l. 20. D. iudic. ſolu.* Sic CAVTVM et *ſatis datum*, et CAVTIO et ſatisdatio, ſeparantur. *l. 1. p. §. 3. 4. 5. D. de rſp. mun. l. pen. D. de hered. petit. l. 57. D. de rei vind.* ¶. 6. Alias CAVERE ſatisdare ſignificat, et id quidem per ſe, ſed cum adiectione. Et ita CAVERE cum ſatisdatione: *l. 11. D. de rei vindic. l. 46. D. de procurat. l. 2. C. de vſur. et fruct.* et per ſatisdationem: *l. 4. D. rem pup. ſalu. l. 1. §. 9. D. de collat. bon.* per fideiuſſores: *l. 25. §. vlt. D. de recept. arbitr.* reis et pignoribus: *l. 1. §. 9. D. de collat. bonor. l. vlt. §. 3. D. quod legat. l. 9. §. 3. D. de pignorat. act.* Satisdato CAVTVM eſſe debet. *l. 31. D. ad leg. Falcid.* ¶. 7. CAVTVM etiam aliquando intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus. *l. 188. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 6. §. 7. D. comm. diuid.* Sic veteres praedibus et praediis CAVERE dicebant, reſte Aſconio Paediano *in Verr. III.* Liu. *Lib. XXII. Cap. 60: Si quibus argentum in praeſentia deeſſet, dandum ex aerario mutuam pecuniam,* PRAEDIBVS*que ac* PRAEDIIS CAVENDVM *populo.* CAVERE damni infecti, ſcilicet nomine. *l. 1. D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.* CAVERE de dolo et culpa: *l. 25. D. ſolut. matrim.* de euictione: *l. 35. §. 2. D. de rei vindic.* de indemnitate: *l. 31. D. ad SC. Vellcian. l. 16. §. 14. D. ad SC. Trebell.* de rato: *l. 6. §. 3. D. quod cuiuſc. vniu. nom. l. 3. D. rem rat. habit.* vel de ratihabitione: *l. 4. D. eod. tit.* de reficiendo pariete: *l. 7. D. ſi ſeru. vind.* de ſolido ſoluendo: *l. 2. D. de fideic. libert.* rem ſaluam fore pupillo: *l. 1. et l. 4. D. rem pupill. ſalu. for.* de collatione: *l. 20. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* Hinc CAVERE idonee: *l. 35. §. 3. D. de procur. l. 11. §. 15. D. de legat. III.* idonee CAVTVM non eſt: *l. 2. C. de magiſtr. conuen.* recte CAVERI: *l. 1. §. 9. D. de collat. bon.* Plane in conſtitutione D. Marci, qua bona addici iubentur ei, qui idonee creditoribus CAVERIT de ſolido cuique ſoluendo, *l. 2. D. de fideicomm. libert.* et *pr. Inſt. de eo, cui libert. cauſ.* idem eſt idonee CAVERE, ac ſatisdato vel pignoribus datis CAVERE. Sed et, ſi promittenti fides habita ſine ſatisdatione, idonee CAVTVM videbitur. *l. 4. §. 8. D. de fideic. libert.* Atque ita et idoneam CAVTIONEM interpretabimur. Porro CAVERE quis dicitur ſimpli, quanti res eſt: *l. 36. D. de donat.* CAVERE duplam: *l. 31. §. 20. D. de Aedilit. edict. l. 49. fam. erciſc.* in triennium, et in longum tempus: *l. 10. D. de ſtipulat. praetor.* CAVERE ſeruo publico: *l. 18. D. de adopt.* officio iudicis: *l. 16. D. de hered. petit.* apud officium: *l. 17. D. de in ius voc.* cautionem. *l. 6. D. rat. rem hab.* CAVTVM eſſe: *l. 4. D. de praetor. ſtipul.* CAVTVM habere: *l. 53. §. 1. D. de act.*

CAV.

de act. emt. l. 18. §. 5. D. de damn. infect. l. 14. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 21. §. 1. D. de nou. oper. nunc. CAVERI, poſtulare: *l. 13. §. 3. D. de damn. infect.* promittere. *l. 1. l. 2. D. ſi quis caution.* ¶. 8. CAVERE, praecipere, ſtatuere, ſancire. Sic CAVETVR aliquid codicillis: *l. 14. D. de dote praeleg. l. 12. D. de liberat. leg. l. 36. D. de condit. et demonſtr. l. 69. §. 1. D. de legat. III.* CAVERE conſtitutione: *l. 67. §. 8. D. de legat. II. l. 15. §. 2. D. ad SC. Turpill. l. 4. §. 14. D. de dol. mal. et met. except. l. 14. §. vlt. D. de mun. et hon. l. 50. D. de iudic. l. 4. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul. l. 17. D. de excuſat. l. 11. D. qui et a quib. l. 11. D. de except. l. 3. D. de colluſ. deteg. l. 15. §. 1. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 1. C. diuort. fact. l. 37. D. de iniur. l. 4. §. vlt. l. vlt. §. 4. D. de publican.* CAVTVM conſtitutionibus: *l. 6. D. de mun. et hon. l. 8. D. ad municipal. l. 5. §. 6. D. de iur. immunit.* CAVETVR edicto: *l. 1. D. de in ius voc. l. 11. C. de collat. l. 2. D. de cuſtod. et exhibit. reor.* epiſtola: *l. vlt. §. vlt. D. de abig.* forma cenſuali: *l. 4. pr. D. de cenſib.* CAVERE iudiciis ſupremis: *l. 1. C. de collat.* CAVERE lege: *l. 25. D. ad SC. Silan. l. 16. §. 2. D. qui et a quib. l. 1. D. de lege Rhod. l. 6. §. vlt. D. ad leg. Fab. de plagiar. l. 1. D. ad leg. Pompei. de parricid. l. 3. pr. et §. vlt. D. de accuſat. l. 3. D. de praeuaric. l. 24. D. ad leg. Iul. de adult. l. 8. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. repetund. l. 1. D. ad leg. Iul. pecul. l. 23. D. de rit. nupt. l. 3. C. de ſuis et legit.* legibus: *l. 2. D. de minor.* legis capite: *l. 15. §. 1. l. 25. l. 27. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* lege municipali: *l. 11. D. de mun. et honor.* lege pagana: Plin. *Lib. XXVIII. Cap. 2.* Sic lege cauetur aperte: *l. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* nominatim: *l. 1. D. de offic. eius, cui mand.* CAVTVM legibus: Plin. *Lib. XVI. Cap. 5. l. 1. D. de offic. eius, cui mand. iurisd.* CAVETVR porro mandatis: *l. 17. §. 1. §. vlt. D. de poen. l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul. l. vlt. D. de requir. vel abſent. l. 6. D. de extraord. crim. l. 10. D. de cuſtod. et exhib. reor.* mandatis principalibus: *l. 35. D. ad leg. Iul. pecul.* Mandatis pleniſſime CAVTVM eſt. *l. 15. D. de poen.* CAVETVR oratione: *l. 9. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. ne de ſtatu def. l. 1. D. expil. hered. l. 16. D. de rit. nupt.* CAVET praetor: *l. 2. D. de coniung. cum emanc.* CAVETVR reſcripto: *l. 5. §. vlt. D. de iure patron. l. 9. D. de diuerſ. temporal. l. 9. D. de quaeſt.* CAVETVR ſenatusconſulto: *l. 16. D. de offic. praeſid. l. 1. D. de vſu et vſufr. l. 32. D. de liber. cauſſ. l. 32. §. vlt. D. de incend. ruin. naufr. l. 38. D. de iniur. l. 1. D. de adſign. libert. l. 12. §. 1. D. de religioſ. l. 1. D. de colluſ. deteg. l. 3. §. vlt. D. de accuſat. l. 10. D. ad leg. Corn. de falſ.* Vlpian. *Fragm. tit. XXIV. §. 27. tit. XXV. §. 16.* CAVETVR ſententiis auctorum: *l. 4. §. 14. D. de dol. mal. et met. except.* CAVERE teſtamento: *l. 31. D. de adim. legat. l. 37. §. 6. l. 38. §. 4. D. de legat. III. l. 38. §. vlt. D. de aur. arg. l. 15. §. vlt. D. de alim. et cibar. l. 1. §. 1. D. de reb. eor. l. 5. vlt. l. 60. D. de manum. teſtam. l. 18. D. de fideic. libert. l. 29. D. quando dies legat. l. 39. D. de pignorat. act. l. 18. §. 2. D. famil. erciſc. l. 1. D. vbi pupill. educ. l. 123. D. de legat. I. l. 19. §. 1. l. 21. §. 4. D. de ann. legat. l. 47. §. 4. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Cicero de Finib. II, 31. *Idque teſtamento* CAVERITIS, *quaſi vobis oraculum ediderit.* Seneca *Lib. III. Controuerſ.* CAVIT *teſtamento, vt ab heredibus diuideretur.* Vtitur hoc genere loquendi et Tertullianus *in libro de praeſcript. aduerſ. haeret. Cap. XXXVII.* CAVERE verbis. *l. 67. §. vlt. D. de legat. II.*

CAV.

CAVILLARI verba: *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.*

CAVILLATIO, quam Graeci σόφισμα vocant. *l. 65. D. de reg. iur.* Galenus περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας *Lib. II.* Ἀναγκαῖον δ' ἐςὶ τοῦτον ἀδυνατεῖν διαγνῶναί τε καὶ διακρῖναι τὰς ψευδεῖς ἀπὸ τῶν ἀληθῶν· ἐναργὲς δὲ τοῦτο τεκμήριον ἐςὶ, τὰ καλούμενα σοφίσματα, λόγοι τινὲς ὄντες ψευδεῖς εἰς ὁμοιότητα τῶν ἀληθῶν πανουργούμενοι. *Neceſſe autem eſt, eum non poſſe diſcernere et diiudicare falſas veraſque ratiocinationes. Argumento ſunt ita dicta* SOPHISMATA, *quae ſunt ratiocinationes quaedam falſae, in verarum ſimilitudinem callide effictae.* CAVILLATIONEM a veteri CALVOR dictam, putat Caius. *l. 233. pr. D. de verb. ſignif.* Sed eſt potius ὑποκοριστικὸν vel deminutiuum verbi CAVERE. Hoc proprium erat iurisconſultorum: qui vero et in minimis rebus cautiones anxie adhibebant, CAVILLARI dicebantur. Tertullian. *de coron. milit. Cap. XI. Omnibus modis* CAVILLANDVM, (id eſt anxie cauendum,) *ne quid aduerſus Deum committatur.* Quum vero ſaepe contingeret, vt captioſae eſſent nimiae iſtae cautiunculae, in vitium vertit hoc verbum, vt CAVILLARI dicerentur, qui alios verborum praeſtigiis circumuenire ſtuderent. Obſeruarunt hoc Scaliger ad Feſtum *ſub voce cauillari. p. 39.* Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. XXXIX. p. 266.* HEIN.

CAVPONES in *tit. nautae caupon. ſtabul.* accipiuntur, qui cauponam exercent, inſtitoresque eorum. *l. 1. §. 5. D. naut. caupon. ſtab.* CAVPONA negotiationis nomen eſt, ait *l. 13. D. de inſtruct. et inſtrum. leg.* Vnde CAVPONAM exercere: *l. 43. §. 9. D. de ritu nuptiar.* CAVPONAM autem dictam *a copiis, quod illic et ad victum neceſſaria parentur, diſtrabanturque*, Feſtus *Lib. III.* tradit. CAVPONAE domina vel miniſtra. *l. 1. Cod. Theod. ad leg. Iul. de adult.*

CAVPONIVS, A, VM. Sic CAVPONIAE artes: apud Iuſtin. *Hiſtor. Lib. I. Cap. 7.* CAVPONIVM inſtrumentum: *l. 43. princ. l. 15. l. 17. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Paull. *Sent. III, 6, 61.* CAVPONIA taberna. *l. 13. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* Ceterum huiusmodi tabernae cauponiae Romae aeque, ac apud nos, paraſemis foris diſtinguebantur. Sic CAVPO AD VRSVM GALEATVM occurrit in actis diurnis apud Reineſ. *Inſcript. Claſſ. IV. n. 3.* OSPITALIS A GALLO GALLINACIO, apud Sponium. HEIN.

CAVSSA verbum eſt πολύσημον. Primum enim negotium ſignificat, et quamlibet obligationum originem. *l. 11. D. de verb. ſignif. l. 9. D. de reb. credit. l. 9. §. 2. D. de auctor. et conſ. tut. l. 18. D. de acceptil. l. 1. D. de oblig. et action. princ. Inſt. de auct. tut.* ¶. 2. Immo plerumque CAVSSAM et rem pro iisdem vſurpant iurisconſulti, vt in *l. 7. §. 4. D. de pact.* Et in *tit. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſequ.* OB CAVSSAM, et *ob rem*, promiſcue dicitur. Sic et CAVSSAM, non perſonae beneficium tribuitur: *l. 29. D. de re iud.* ſuccurritur: *l. 42. D. de admin. et peric. tut.* Priuilegia quaedam CAVSSAE ſunt, quaedam perſonae. *l. 196*

l. 196. D. de reg. iur. ¶. 3. CAVSSA etiam litem ſignificat. Ita CAVSSA cadere, eſt litem perdere: *l. 27. D. de pignorib.* et vt Iuſtinianus interpretatur, *rem amittere. §. 33. Inſt. de action.* Paull. *Sent. I,10,1.* Et ſic CADERE cauſſa a debitore dicitur creditor, qui aduerſus eum expertus ſuccubuit. *l. 95. §. pen. D. de ſolut.* CAVSSAM perdere: *l. 63. D. de euiction.* CAVSSA iureiurando deciſa: *l. 1. C. de reb. cred.* CAVSSAE vel lites tranſactione finitae: *l. 9. C. de tranſact.* Vnde et CAVSSIDICORVM nomen. CAVSSA praeſens. *l. 3. §. vlt. D. de his, quae in teſtam. delent.* Sic CAVSSA dicitur ad patronum *deferri*: Cic. *pro A. Cluent. Vt haec ad me* CAVSSA *delata eſt.* Patronus vero CAVSSAM *ſuſcipere, recipere, agere, defendere, dicere, orare, perorare* dicitur. Is vero cuius res eſt, *tenere*, vel *obtinere*. Cornelius Fronto *de different. verbor.* CAVSSA *eſt, de qua agitur: patrocinium, quod adcommodatur.* CAVSSA autem vel *bona* vel *mala*, vel *propria*, vel *aliena* dicitur. Eo ſenſu et CAVSSAM dicere reum, ex vinculis dicimus. *l. 25. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar.* et Caeſar *de bell. Gall. Lib. I. Cap. 4.* Eodem pertinent formulae: CAVSSA audita, cognita, inaudita, de quibus ſuis locis. ¶. 4. Praeterea CAVSSA conditionem, et ius cuiusque rei ſignificat. *l. 2. §. 1. D. de ſtatulib. l. 18. §. 2. D. de pignorat. act. l. 23. §. 2. D. de ſeruit. ruſtic. praed.* Sic enim *cum* SVA CAVSSA *res transferri*, dicitur, id eſt, cum ſuo onere, vel quo iure, quaque conditione eſt. *l. 67. D. de contrah. emt. l. 12. C. de diſtr. pign. l. vn. C. rem alien. gerent.* Cum SVA CAVSSA bona vindicare: *l. 17. §. 5. D. ad SC. Trebell.* cum SVA CAVSSA, ſuisque vitiis. *l. 13. §. 1. D. de adquir. poſſeſſion. l. 1. §. 31. D. de vi et vi arm.* Eodem modo cum SVA CAVSSA alienatur ſeruus: *l. 36. D. de ſtatulib. l. 24. §. vlt. v. cogetur. D. de fideic. libert.* et, quod in *l. 8. §. 7. D. de fideiuſſor.* dicitur: IN DVRIOREM CAVSSAM, et in *l. 34. D. eod. tit.* IN DETERIOREM CAVSSAM: hoc in eadem *l. 8. §. 8. et l. 49. §. vlt. in fine D. de fideiuſſ.* dicitur: *in duriorem conditionem.* In pari CAVSSA: *l. 128. D. de reg. iur.* melior eſt CAVSSA, id eſt conditio: poſſidentis. *l. 126. D. eod. tit.* Sic et deterior CAVSSA: *l. 87. D. l. 86. l. 133. l. 134. §. 1. D. eod. tit.* durior CAVSSA: *l. 3. D. de ſolution.* eadem CAVSSA eſſe debet emtoris. *l. 156. §. 3. D. de reg. iur.* In eadem CAVSSA ſiſtit ſeruum, qui ad experiundum ius actoris non facit deterius. *l. 7. D. ſi ex noxal. cauſſ.* quique ita ſiſtit, vt perſequutio actori deteriori loco futura non ſit, quamuis forte exactio poſſit eſſe difficilior. *l. 11. D. ſi quis cantion.* Sic in eadem CAVSSA ſiſtere ancillam: *l. 83. §. vlt. D. de verb. obl.* Deiectum ab vſufructu in eamdem CAVSSAM reſtituit Praetor, id eſt, in qua cauſſa futurus fuiſſet, ſi non eſſet deiectus: *l. 9. §. 1. D. de vi et vi arm.* ex qua interpretationem accipit *l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* Ad eamdem CAVSSAM pertinebit. *l. 27. §. 1. D. de fideiuſſor.* Hinc in EA CAVSSA eſſe, vel non, id eſt, in ea conditione eſſe, vel non eſſe. *l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 5. §. vlt. D. de auct. tut. l. 3. §. vlt. D. de ſuſpect. tut. l. 20. D. de nou. op. nunc. l. 5. D. pro derelicto. l. 5. D. de curat. furioſ. l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt. l. 8. §. 11. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 28. §. 4. D. de fideicomm. libert. l. 14. D. de liber. cauſſ. l. 6. D. de nuu. et honor. l. 11. D. ſi a par. quis manumiſſ.* In eadem CAVSSA eſſe: *l. 9. §. 11. D. de poen. l. 3. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. vlt. §. 1. D. de bon. eor. l. 5. §. 5. D. de dol. et met. exc.* In eadem CAVSSA haberi: *l. 4. D. ad leg. Falcid.* in eadem CAVSSA manere: *l. 13. D. ſi quid in fraud. patron.* vel permanere. *l. 10. C. de diſtr. pign.* ¶. 5. CAVSSA pro titulo. *l. 11. §. 4. D. de exc. rei iud.* CAVSSAM dominii praeſtare: *l. 46. D. de adquir. poſſ.* Ex pluribus cauſſis deberi poteſt: dominium non niſi ex vna CAVSSA contingere. *l. 3. §. 4. D. eod. tit. l. 159. D. diuerſ. reg. iur.* CAVSSA poſſeſſionis et vſusfructus: *l. 52. pr. D. de adquir. poſſeſſ.* per CAVSSAM tigni poſſidere, id eſt, mediante tigno immiſſo, ſeruitutem poſſidere. *l. 20. D. de ſeruit. vrban. praed.* ¶. 6. CAVSSA, pro ea, quam efficientem vocant philoſophi. CAVSSAM mortis praebere: *l. 15. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 51. D. ad. leg. Aquill.* CAVSSAM diſcidii praebere: *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* et repudii. *l. 6. D. de diuort.* ¶. 7. Contra magis ad effectum pertinet loquutio: ſeruitutes omnes CAVSSAS habere perpetuas debere. *l. 28. D. de ſeru. vrban. praed.* Nam hunc ſenſum habet, ita conſtitutas eſſe ſeruitutes debere, vt iis continenter vti liceat. Ideoque v. g. perennem eſſe oportere eam aquam, cuius ductus ceditur. *l. 1. §. 5. D. de aqu. quotid. l. vn §. 4. D. de font.* Inſcite enim faciunt, qui illam ſententiam ad vſum ſeruitutum referunt, qui perpetuus eſſe nequit, et intermiſſionem neceſſario deſiderat. ¶. 8. CAVSSA, id eſt, id, quod nos impulit, philoſophis cauſſa impulſiua. Sic adiecta CAVSSA legari vel fideicommitti ſolet. Et tunc CAVSSA, conditio, demonſtratio, verborum conceptione diſtinguuntur. *l. 12. l. 17. §. 2. D. de condit. et demonſtr. l. 2. §. vlt. D. de donat.* Eo etiam referri poſſunt formulae: eius CAVSSA: *l. 40. D. de condict. indeb.* ex magna CAVSSA: *l. 4. D. de iure deliber.* Nihil in CAVSSA eſt, quare. *l. 108. D. de verb. ſignif.* ¶. 9. CAVSSA, pro omni commodo vtilitateque, quae ex re percipi poteſt, accipitur. *tit. de vſur. et fruct. et cauſſ.* Caius in *l. 20. D. de rei vindicat. Nec enim, inquit, ſufficit, corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt, vt et* CAVSSA *rei reſtituatur, id eſt, vt omne habeat petitor, quod habiturus eſſet, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus illi homo fuiſſet.* Paullus *l. 31. D. de reb. credit. Vt poſt iudicium acceptum* CAVSSA *omnis reſtituenda ſit, id eſt omne, quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtandae tempore ſolutus eſſet.* Proinde a fructibus et vſuris CAVSSA ſeparatur, quae et partum, et partus partuum, et foetum ſecundum, et omnes extrinſecus accidentes vtilitates, complectitur. *l. 2. l. 3. §. 6. l. 8. l. 38. §. 7. et §. 10. D. de vſur. l. 9. §. 7. D. ad exhib. l. 1. §. 24. D. depoſ. l. 35. l. vlt. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 12. D. quod met. cauſſ. l. 4. C. vnde vi. §. 3. Inſt. de offic. iud.* Sic ergo intellige formulas: CAVSSA omnis reſtituenda eſt: *l. 5. §. 4. D. ſi vſusfr. pet. l. 31. D. de reb. credit.* cum omni CAVSSA reſtituere: *l. 6. C. de adquir. vel ret. poſſ.* omnis CAVSSA venit in iudicium: *l. 8. §. 6. v. plane, D. de precar.* non ſolum fructus, ſed etiam omnis CAVSSA, praeſtanda. *l. 17. §. 1. D. de rei vindic.* ¶. 10. CAVSSA; id eſt, forma, vel ſpecies et CAVSSAE obligationum. *l. 44. D. de obl. et act.* In exſequutione obligationis quattuor CAVSSAS eſſe, ait Paullus, in *l. 85. D. de verb. obl.* CAVSSA plus petere: *§. 33. Inſt. de action.* ex CAVSSA aeſtimantur priuilegia: *l. 32. D. de rebus auct. iud. poſſ.* in CAVSSA ius eſt poſitum: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* de alterius CAVSSA et facto non ſcire. *l. 3. D. de iur. et fact. ign.* Eodem pertinent formulae: alia CAVSSA eſt:

Digitized by Google

l. 5. §. vlt. D. de cenſib. Muciana, de qua infra Lib. XI. CAVTIO de pretio reſtituendo: l. 25. §. 10. de fam. erciſc. de rato, vel ratam rem habiturum dominum, l. 23. §. vlt. D. de procur. l. 20. et tot. tit. D. rat. rem habit. vel ratihabitionis: l. 1. C. de procurat. rem pupilli ſaluam fore: tot. tit. D. rem pupill. ſalu. de ſeruo, qui in fuga eſt, perſequendo: l. 14. §. 11. D. quod met. cauſſ. de ſoluendo. l. 11. D. de except. Enimuero CAVTIONEM, cuius mentio fit in l. 6. D. de hered. petit. accipio de legatis, euicta hereditate, reddendis, vt adparet ex l. 17. D. eod. tit. eamdemque intelligit Paullus in l. 41. D. ad leg. Falcid. quum ait: Si, iam mota controuerſia hereditatis, legata ſine CAVTIONIBVS det. Vetus Gloſſarium: CAVTIO de euictione eſt praeſtita ſecuritas emtori a venditore, vt, ſi forte per alium res emta euincatur, ideo venditor reſtituat aeſtimationem rei. Fideiuſſoria eſt, quum interuenit fideiuſſor: iuratoria eſt, quum quis iurat ſollenniter, ſe adimpleturum, quod promittit. Pignoratitia vel hypothecaria eſt, quum pignus tradit, aut hypotheca ſupponitur.

¶. 6. Ceterum notandae formulae: CAVTIO ſolita: l. 5. D. de hered. petit. CAVTIONEM accipere: l. 5. D. de conſ. tut. l. 24. D. ad municip. cauere: l. 6. D. rat. rem. habit. dare: l. vlt. D. de fideiuſſor. exponere: l. 43. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. Praeterea CAVTIO deſiderari, exigi, offerri, dari, interponi, praeſtari, remitti, dicitur, itemque CAVTIONIS onus et vinculum: quae omnia vide ſuis locis.

CED.

CEDERE, vt Nonius notat, eſt abire ſuperatum, et locum victori dare. Ita CEDERE et contendere opponuntur, in l. 1. D. de edendo. ¶. 2. CEDERE etiam eſt locum alteri relinquere. Sic CEDERE quis dicitur foro, l. 7. §. 2. D. depoſiti vt et apud Iuuenal. Sat. XI. v. 50. quod vulgo bancam ruptam facere dicunt. Hoc inde fluxit, quod in foro poſitae erant argentariorum et numulariorum ☞ tabernae, vt docui Lib. II. Select. Antiquit. Cap. 12. In actis diurnis, a Reineſio Inſcript. Claſſ. IV. Num. 4. p. 340. editis occurrit elegans exemplum: Q. AVFIDIVS. MENSARIVS. TABERNAE. ARGENTARIAE. AD. SCVTVM. CIMBRICVM. CVM. MAGNA. VI. AERIS. ALIENI. CESSIT. FORO. RETRACTVS. EX. ITINERE. CAVSSAM. DIXIT. APVD. P. FONTEIVM. BALBVM. PRAET. ET. QVVM. LIQVIDVM. FACTVM. ESSET. EVM. NVLLA. FECISSE. DETRIMENTA. ſoluere iuſſus EST. IN. SOLIDVM. AES. TOTVM. Ex quibus ſimul patet, tabernas veterum argentarias, in foro poſitas, ſua habuiſſe paraſema, quibus dinoſcerentur, veluti huius Q. Aufidii ſcuti Cimbrici. HEIN. ¶. 3. CEDERE etiam eſt aliquid per mandatum vel alium titulum transferre. CEDI enim res incorporales et iura dicuntur, eodem modo, quo res corporales tradi. Seru. in III. Aeneid. v. 297. ad haec verba: Iterum ceſſiſſe marito, CESSISSE, ait, verbum de iure eſt. CEDI enim hereditas dicitur. Sic CEDERE actione, eſt actionem mandare, et praeſtare: l. 13. §. 1. D. de legat. II. l. 14. D. quae in fraud. l. 53. §. 3. D. de furt. l. 15. pr. D. ad leg. Aquill. l. 7. D. de condict. cauſſ. dat. l. 21. D. de tutel. et rat. diſtrah. l. 8. pr. D. de legat. III. l. 63. D. de rei vind. CEDERE actionibus: l. 14. §. vlt. D. de ſeru. corrupt. l. 3. §. 5. D. de in rem verſ. l. 27. §. 1. D. de minorib. l. 95. §. 10. ſequ. D. de ſolut. l. 70. pr. D. de legat. II. l. 21. D. de rei vind. l. 43. D. mand. l. 45. pr. l. 12. D. de re iud. CEDERE actum, aquaeductum, iter, viam: l. 15. D. commun. praed. l. 14. D. de ſeru. praed. ruſt. CEDERE aedibus: l. 13. §. 11. D. de damn. infect. CEDERE aquae ſeruitutem: l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. CEDERE auxilium in integrum reſtitutionis, vt procuratorem in rem ſuam faciat: l. 24. pr. D. de min. CEDERE bonis: l. 17. D. de recept. arbitr. l. 11. C. ex quib. cauſſ. infam. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 8. D. de ceſſ. act. et rubr. Cod. qui bon. ex leg. Iul. ced. Sueton. in Nerone Cap. XXXVII. Quamuis ſaepe commeatum petenti, bonisque cedenti. Vtuntur et hoc verbo Ouid. Epiſt. IX. v. 110. et Iuuenal. Sat. XI. v. 50. Vetus Gloſſarium: CEDERE bonis, eſt ab vniuerſitate rerum ſuarum recedere. CEDI autem bonis non tantum in iure, ſed et extra ius poteſt. l. vlt. D. de ceſſion. CEDERE bonis ſuis cognato donationis cauſſa: l. 42. D. de mort. cauſſ. donat. CEDERE fundo; l. 7. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. Cedere hypotheca: l. 5. C. de pact. pign. id eſt, decedere, vt Cic. Lib. XIII. ad famil. Epiſt. 17. CEDERE ire, agere. l. 20. §. 1. de ſeru. praed. vrban. CEDERE iter: l. 5. §. vlt. l. 14. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 15. D. commun. praed. ius eundi agendi: l. 10. D. de euict. ius ei eſſe, aquam immittere: l. 2. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. ius ei eſſe, eundi agendi: l. 11. D. de ſeruit. praed. ruſt. terram iacere: l. 3. D. de ſeru. praed. ruſt. ius eſſe, vt quaerere liceat. l. 10. D. de ſeru. ruſt. praed. CEDERE loco, et fundo: l. 7. D. de aqu. et aqu. pluu. CEDERE parte: l. 8. D. ſi pars her. pet. pignoribus: l. 1. D. de pignor. portione: l. 11. §. 3. D. de legat. III. poſſeſſione: l. 16. D. damn. infect. l. 4. §. 2. D. de alienat. iud. mut. l. 33. §. 3. D. de vſurp. et vſuc. l. 9. C. de transact. Paull. Sent. V, 6, 4. itemque poſſeſſionem: l. 1. §. 20. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ. rebus peculiaribus: l. 9. D. comm. diuid. ſeruitutem: l. 39. D. de ſeru. vrb. praed. tutelam in iure: Vlpian. Fragm. tit. XIX. §. 11. nec non Fragm. tit. XI. §. 17. vſufructu: l. 17. §. vlt. D. de noxal. act. id eſt, derelinquere vſumfructum, vt ait l. 64. D. de vſufr. quod vulgo deguerpir dicimus. ¶. 4. Interdum CEDERE, contineri, vel accedere ſignificat, et tunc vel datiuo iungitur, vel accuſatiuo, interueniente praepoſitione IN vel AD, vel ablatiuo per praepoſitionem PRO. Sic aliquid CEDIT in agri modum: l. 51. D. de action. emt. Chartis CEDIT ſcriptura: l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. dom. §. 33. Inſt. de rer. diuiſ. CEDERE commodo cuius: l. 17. D. de legat. II. CEDERE in fructum: l. 7. §. 12. D. ſol. matrimon. CEDERE inſtrumento: l. 18. §. 11. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. Paull. Sent. III, 6, 36. CEDERE legato: l. 13. l. vlt. D. de ſupell. leg. l. 102. D. de legat. II. l. 48. l. 82. l. 85. D. de legat. I. l. 12. §. 35. l. 17. l. 18. §. 13. l. 20. §. 3. §. 5. D. de inſtr. vel inſtr. legat. l. 6. §. 4. l. 12. D. de pecul. leg. §. 17. §. 19. 20. Inſt. de legat. CEDIT quid loco praedae: l. 22. §. 1. D. de captiu. et poſtlim. loco ſolutionis: l. 27. D. de iureiur. in locum ſolutionis: l. 28. §. 1. D. eod. CEDIT lucro: l. 17. D. de fundo dot. l. 35. D. de rei vind. l. 42. D. de vſuc. l. 74. D. de ſolut. Paull. Sent. II, 28, 1. CEDIT membranae ſcriptura: l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. dom. §. 33. Inſt. de rer. diuiſ. CEDIT in numerum: l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. CEDIT pro pacto: l. 35. §. 1. D. de iureiur. CEDIT peculio: l. 1. C. de caſtr. pecul. CEDIT penui, vel penu continetur, quae pro eodem promiſcue ponuntur: l. 3. §. 1. ſequ. D. de pen. leg. CEDIT pro petitione: l. 2. D. de nautic.

Digitized by Google

CED. CEL.

tic. ſoen. CEDIT picturae tabula: §. 34. Inſt. de rer. diuiſ. CEDIT ſolo aedificium: l. 11. C. de rei vind. l. 5. C. de aediſ. priu. omniaque, quae inaedificantur: l. 7. §. 10. D. de adquir. rer. dom. §. 29. Inſt. de rer. diuiſ. §. 33. Inſt. eod. immo et frumenta, quae ſata ſunt: l. 9. D. de adqu. rer. dom. §. 32. Inſt. eod. Semper quoque ſuperficies ſolo CEDIT: l. 3. §. 7. D. vti poſſid. CEDIT, quid pro ſolutione: l. 95. §. 1. D. de ſolution. CEDIT venditioni horreorum: l. 76. D. de contrah. emt. CEDVNT veſti tapeta. l. 25. §. 3. D. de aur. arg. legat. CEDIT in vicem vſurarum: l. 8. §. 21. D. vt in poſſeſſ. legat. CEDIT vſuris: l. 102. §. 1. D. de ſolut. CESSIT ad vtilitatem pecunia. l. 26. C. de praed. min. ¶. 5. CEDERE etiam dicuntur, quae numerantur et computantur, nec non quae incipiunt deberi. Sic CEDERE, et numerari annus, pro eodem accipitur, in l. 6. D. de calumniat. l. 15. §. 4. D. quod. vi aut clam. l. 27. D. de minor. l. 28. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior. CEDERE diem, ſignificat, incipere deberi pecuniam, aliudque eſt CESSISSE, aliud veniſſe diem. Venit dies, quum peti poteſt: CESSIT, quum obligatio nata eſt, licet exactio in diem differatur. l. 213. D. de verb. ſignif. Sic CEDERE dies fideiuſſoribus: l. 13. D. iudic. ſolu. CEDERE dies legatorum dicitur, ex quo ea debentur, et ad heredem transmittuntur. tit. quando dies legat. ced. l. 25. l. 68. D. de legat. I. Hoc Theophil. in §. 20. Inſt. de legat. ita explicat: προχωρεῖ δὲ τὰ λεγάτα ἐπειδὰν κατενεχθῇ ἐφ' ἡμᾶς καταφορὰ δέ ἐστιν ἡ τῆς ἀγωγῆς ἁρμοσις. Ἁρμόζει δὲ ἐπὶ μὲν τῶν πούρων a morte teſtatorii. ἐπὶ δὲ αἱρετικῶν, μετὰ τὴν ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως. CEDVNT autem legata, quum delata nobis fuerint. Deferri vero eſt, actionem eorum nomine competere. Competit autem actio, in puris quidem legatis a morta teſtatoris, in conditionalibus vero, poſt conditionis euentum. CEDERE dies ſoloendae pecuoiae: l. 27. pr. qui et a quib. CEDERE dies repetendae rei: l. 10. §. 2. D. ad SC. Turpill. CEDERE dies vocationis: l. 4. D. de vacat. et excuſ. mun. CEDERE quinquaginta dies tutoribus: l. 45. D. de excuſat. CEDERE dies vſurarum: l. 58. §. 2. D. ad SC. Trebell. Sic et CEDERE operae incipiunt, poſtquam fuerunt indictae. l. 13. §. 2. l. 34. D. de op. libert. Sic et CEDERE dies operarum. l. 23. §. vlt. D. eod. tit. Quod de operis libertorum intelligendum eſt. Alia enim cauſſa eſt operarum, quas quis ſibi ſtipulatus eſt, quae ex die interpoſitae ſtipulationis cedunt. l. 24. D. eod. tit. Denique eodem ſenſu et CEDERE tempora dicuntur, id eſt, currere, vel computari. l. 2. §. 2. D. quis ord. in poſſeſſ. ſeru. l. 1 D. de iur. et fact. ign. l. 8. D. de his, qui not. inf. l. 1. D. de bon. poſſeſſ. furioſ. l. 10. §. vlt. D. ad SC. Turpill. l. 4. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. D. de libert. vniuerſ. l. 5. C. qui admitt. Tempus, quod poſt mortem CESSIT. l. 1. D. de operib. public.

CEL.

CELARE, id eſt, reticere. Sic CELARE conditionem: l. 10. §. 2. D. de in ius voc. CELARE, deberi ſeruitutes: l. 1. §. 1. D. de act. emt. CELARE aduerſarium: l. 3. §. vlt. D. quod vi aut clam. CELATA veritate: l. vlt. C. Theod. de murileg. ¶. 2. CELARE, id eſt, occultare, vt loquitur l. 4. C. de furt. vel, vt Non. Marcell. tegere et abſcondere. Sic CELARE aliquid, vt verum non adpareat: l. 6. §. vlt. D. ad leg. Corn. de falſ. ancillam: l. 34. D. de furt. ſi ſe arbiter CELARE tentauerit: l. 32. §. 12. D. de recept. arbitr. CELARE fugitiuum: l. 4. D. de fugit. l. 5. D. ad leg. Fab. de plag. ipſe fugitiuus ſe CELAT a domino: l. 17. D. de Aedilit. edict. l. 10. D. de lib. cauſſ. CELARE furem: l. 48. §. 1. et §. 2. D. de furt. hominem ingenuum vel libertinum: l. vlt. §. vlt. D. ad leg. Fab. de plag. l. 9. C. eod. tit. mancipium: l. 25. D. de iniur. meretricem: Paull. Sent. II, 31, 12. CELANDOS natales: l. 10. C. de ingen. manumitt. CELARE res: l. 37. §. 1. D. de act. rer. amot. CELARE ſe: l. 6. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ. CELARE ſeruum: l. 11. §. vlt. D. de ſeru. corrupt. l. 40. §. 2. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſion. CELARE tabulas: l. 3. §. 6. D. de tab. exhib. CELARE teſtamentum: l. 2. D. ad leg. Corn. de falſ. CELANDI animo contrectare rem, vel pignus. l. 45. D. pro ſoc.

CELEBRARE aeſtimationem: l. 35. §. 3. C. de donat. alienationem: l. 1. C. de alien. iudic. mut. certamina, id eſt, edere: l. 21. §. 3. D. de ann. legat. certaminis formam: l. 77. §. vlt. D. de legat. II. collegium: l. 3. D. de colleg. et corp. contractum: l. vlt. C. de fund. rei priu. l. vlt. C. de contrah. emt. creationem tutorum: l. vlt. §. 2. C. de adminiſtr. tut. diuiſionem: l. 1. C. de diuort. fact. l. 8. C. de collat. Paull. Sent. I, 18, 2. donationem: l. 31. §. vlt. D. de donat. l. 1. C. ſi mai. fact. alienat. exactionem: l. 21. §. 1. D. de conſtit. pec. l. 56. C. Theod. de exſequut. et exact. feſtos dies: l. 17. D. ad municipal. Cic. pro Arch. Cap. VI. functiones: l. 4. C. de donat. ludos: Plin. Hiſt. nat. Lib. XVIII. Cap. 3. matrimonium: l. 19. C. de nupt. Claudian. Epigr. IV. memoriam: l. 18. §. vlt. D. de alim. et cibar. leg. nuptias: l. 66. D. de donat. int. vir. et vxor. ſollemnia nuptiarum: Tacit. Ann. XII, 5. ſolita in diſtrahendis pignoribus: l. 4. ſi vendit. pign. ſolutionem: l. 1. C. ſi ſeru. ext. l. 14. C. de reſc. vendit. l. 9. l. 19. C. de ſolut. l. 14. C. de fideiuſſ. ſpectaculum: l. 16. D. de vſu et vſufr. leg. venditionem: l. 61. §. vlt. D. de iur. dot. l. vlt. §. vlt. C. de adminiſtr. tut.

CELEBRIS ciuitas: l. 7. D. de offic. proconſ. vt CELEBRIS vrbs, apud Cicer. pro Arch. Cap. III. CELEBERRIMVS argentarius: l. 50. D. de adminiſtr. et peric. tut. CELEBERRIMI moris eſt. l. 2. C. ſi quis aliqu. teſt.

CELEBRITAS nuptiarum: l. 22. C. de nupt.

CELEBS, CELIBATVS, vid. ſupra CAELEBS, CAELIBATVS.

CELERVM tribunus, equitibus praeerat, et veluti ſecundum locum a Regibus obtinebat. l. 2. §. 15. D. de orig. iur. CELERVM autem nomine equites ſub Romulo regibusque adpellatos, Plin. Lib. III. Cap. XXXII. Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, a Celere, interfectore Remi, qui initio eis praepoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt, in curiis deni. Ideoque omnino trecenti fuere. Seruius quoque in Lib. XI. Aen. v. 603. ad verba: celereique Latini, Romulum equites habuiſſe, ſcribit, quos

Digitized by Google

§. 1. *D. de lib. et poſtum. l. 16. §. 12. D. ad SC. Trebell. l. 8. §. vlt. D. de SC. Silan. l. 90. D. de adquir. vel omitt. hered.* CASTRENSE autem peculium, vt ait Macer, *l. 11. D. de caſtr. pecul.* eſt, *quod a parentibus, vel cognatis, in militia agenti donatum eſt, vel quod ipſe filiusfamilias in militia adquiſiuit, quod, niſi militaret, adquiſiturus non fuiſſet.* Paullus *Sent. III, 4, 3.* CASTRENSE peculium definit, *quod in caſtris adquiritur, vel quod proficiſcenti ad militiam datur.* Similique modo Vlpianus *Fragm. tit. XX. §. 10.* et *l. 3. C. de bon. proſcr.* peculium, *quod in caſtris filiusfam. adquiſiuit, vel ei militaturo pater donauit.* Quod et *filiifamilias militis peculium* vocatur, in *l. 2. §. 2. D. fam. erciſc.* Ceterum, quae CASTRENSI peculio adnumerari debeant, vel in caſtrenſe peculium cedant, vide in *l. 3. l. 7. l. 8. l. 15. l. 16. D. de caſtr. pecul. l. 1. C. eod.* et *l. 4. C. famil. erciſc.* CASTRENSIS peculii ſeruus: *l. 8. D. de ſtipul. ſeru. l. 19. D. de caſtr. pecul. l. 10. §. 1. D. de manumiſſ.* ancilla: *l. 45. §. 1. D. de rit. nupt.* res: *l. 98. §. 1. de ſolut.* ¶. 3. Eſt autem et QVASI CASTRENSE PECVLIVM: *l. 7. §. vlt. D. de donat. l. 3. §. 5. D. de bon. poſſeſſ. l. 1. §. 6. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 15. D. de collat. bon. l. 32. §. 17. D. de donat. int. vir. et vx.* de quo *Libro XV.* in peculii diuiſionibus dicam.

CASTRENSIS *ſacri palatii*, ſub diſpoſitione ſua habebat paedagogia, miniſteriales quoque dominicos, et curam palatiorum, adpellabaturque SPECTABILIS VIR. Eius mentio fit in *l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron. l. 38. C. Theod. de decur. l. 3. C. Theod. de priuileg. eor. qui in ſacra pal. l. 4. C. Theod. ſi. pet. ſoc. ſine hered.*

CASVALIS conditio, quae ab incerto euentu pendet. *l. vlt. C. de neceſſ. ſeru. l. vn. §. 7. C. de caduc. toll.*

CASVS, ait Feſtus *dicimus ea, quae fortuito hominibus accidunt.* CASVM aduerſamque fortunam hominis liberi ſpectare, neque ciuile, neque naturale eſt. *l. 83. §. 5. verſu ſed haec D. de verb. oblig.* Sic CASVS patris, remoti a ſenatu: *l. 7. §. vlt. l. 9. D. de ſenator. l. 34. §. vlt. D. de rit. nupt.* ex quo *§. vlt.* ſumta eſt *l. 9. D. de ſenator.* ita tamen, vt Triboniani manum agnoſcamus, qui in *d. §. vlt. crimen* pro *caſu* de ſuo ſubiecit atque ſuppoſuit. Sic et *caſus* tutoris: *l. 5. §. vlt. D. pro derelicto,* CASVS animalium: *l. 23. D. de reg. iur.* CASVS gregis: *l. 70. D. de vſufr.* et ager CASVM pati dicitur. *l. 12. D. eod. tit.* ¶. 2. CASVVM vero hae in libris noſtris differentiae inueniuntur. CASVS aduerſus: *l. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* captiuitatis: *l. 2. D. de poſtlim. reuerſ.* euictionis: *l. 11. D. de euict.* CASVS incendii: *l. 3. §. vlt. D. de offic. praef. vig. l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* qui *nimium* CASVS *in vrbe frequens* adpellatur, a Martiale *Lib. V. Epigr. 99.* CASVS maior: *l. 7. D. de edend.* CASVS non voluntarii, ſed fortuiti: *l. 4. C. de inſtit. et ſubſtit.* CASVS porro FORTVITI ſunt, quos nullum humanum conſilium prouidere poteſt: *l. 1. §. 7. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* aduerſus quos caueri non potuit. *l. 4. C. de peric. tutor.* quibus humana infirmitas reſiſtere non poteſt: *l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* quibus reſiſti non poteſt: *l. 18. D. commod. l. 28. C. de locat.* qui et CASVS MAIORES dicuntur. *d. l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* et *§. 2. Inſt. quib. mod. re contrah. obl.* FATVM etiam et DAMNVM FATALE, FORTVNAM et VIM MAIOREM adpellant, vt ſuis locis oſtendemus. CASVS autem FORTVITI ſunt incendium, ruina, naufragium: *l. 5. §. 4. D. commodat. l. 22. D. de neg. geſt. l. 1. §. 5. D. de obl. et act. §. 2. Inſt. mod. re contr. obl.* latronum hoſtiumque incurſus: *d. §. 2.* adgreſſura latronum: *l. 6. C. de pignorat. action.* quod ſenectute contigit, vel morbo, vel vi latronum ereptum eſt: *l. 5. §. 4. commod.* Iisdemque caſibus Caius in *l. 18. D. commod.* adſcribit mortes ſeruorum, quae ſine dolo et culpa accidunt, latronum hoſtiumque incurſus, piratarum inſidias, naufragium, incendium, fugas ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent: ſecundum tamen diſtinctionem, quam illic adhibet Vlpianus, in *l. 23. D. de reg. iur.* ad huiusmodi caſus referens animalium caſus, mortes, quaeque ſine culpa accidunt: fugas ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinas, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus praedonum. Quin etiam ſi capras latrones citra fraudem cuſtodis abegerint, caſus hic fortuitis adnumeratur. *l. 9. D. locat.* Sic fortuitis CASIBVS debitores fortunas ſuas amiſiſſe dicuntur, in *l. 37. §. 1. D. de negot. geſt.* Ceterum quae fortuitis caſibus accidunt, nullo bonae fidei iudicio praeſtantur. *l. 5. C. de pignorat. act. l. 23. D. de reg. iur.* Huiusmodi caſus tutoribus vel curatoribus imputari non oportet. *l. 4. C. de peric. tut.* Propter fortuitos caſus dilationem accipi, humanum eſt. *l. 36. D. de negot. geſt.* Sic CASV inuenire theſaurum: *§. 39. Inſt. de rer. diuiſ.* CASV fortuito facere homicidium: *l. 5. C. ad leg. Corn. de ſicar.* CASVS porro et *voluntas* opponuntur: *rubr. Nouell. Theodoſ. de homic. caſu vel vol.* CASV delinquitur, quum in venando telum in feram miſſum hominem interficit. *l. 11. §. 2. D. de poen.* Sic et CASV incendium committere: *l. 9. D. de incend. ruin.* CASV intercedere: *l. 19. D. de vi et vi arm.* repentini CASVS iniquitas: *l. 3. C. de inoffic. teſtam.* CASV mutus aut ſurdus: *l. 6. §. vlt. D. qui teſt. fac.* CASIBVS obnoxium. *l. 11. §. 5. D. de minor.* ¶. 3. CASVS pro quolibet euentu. Sic in primum vel ſecundum CASVM ſubſtituiſſe: *l. 8. C. de inſtit. et ſubſt.*, In vtrumque CASVM, et in vtrumque euentum ſubſtituere: *l. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* nullo CASV reuocari: *l. 27. D. de mort. cauſſa donat.* nonnullos CASVS poſſe exiſtere: *l. 1. §. 2. de tutel. et ration. diſtr.* in CASVM mortis et diuortii ſtipulatus: *l. 29. §. 1. et §. vlt. D. de pact. dot. l. 2. C. de donat. cauſſ. mort.* In omnem CASVM, quo ſolui poſſet matrimonium: *l. 37. §. 4. D. de legat. III.* De his CASIBVS ſolummodo ſit conuentum, qui matrimonium ſequuntur. *l. 6. D. de condict. ſine cauſſ.* Duo CASVS exprimuntur. *l. 7. §. vlt. D. vſusfruct. quemadm. cau.* Ex vno CASV committitur ſtipulatio. *l. 5. §. 2. D. indic. ſolu.* In eum CASVM res deuenit. *l. 16. D ad leg. Aquill.* ¶. 4. CASVS etiam pro iis, quae ex facto contingunt, dicuntur. Sic CASVS omnes, qui quandoque inciderint: *l. 10. D. de legib.* in quibus CASIBVS lex deficit. *l. 64. §. 9. D. ſolut. matr.* CASVS omiſſus SCo. *l. vlt. D. de adſign. libert.* Talis CASVS terminatus eſt: *l. 16. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Duobus CASIBVS: *l. 22. D. de in ius voc.* In omnibus eiusmodi vel ſupradictis CASIBVS: *l. 37. D. de legib.* in his CASIBVS: *l. 17. §. vlt. D. de adopt.* ¶. 5. CASVS pro ſpecie, vel ſpecie facti. *pr. Inſt. de eo cui lib. cauſſ. bon. addic.* Nouus

tus CASVS ſucceſſionis, vbi Theophilus εἶδος *§. 2. Inſt. de act.* Vno CASV. Theophilus: ἐν ἑνὶ μόνῳ θέματι. *De* CASIBVS autem Caius librum ſingularem ſcripſerat, et Herenn. Modeſtinus de CASIBVS ENVCLEATIS librum item ſingularem.

CATABOLENSES, *l. 8. et rubr. C. Theod. de piſtorib. eſt catabolenſ.* Caſſiodor. *Lib. III. Var. Cap. 10. Marmora, quae de domo Pinciana conſtat eſſe depoſita, ad Rauennatem vrbem per* CATABOLENSES, *veſtra ordinatione, dirigantur.* Ideoque apud eumdem auctorem *Lib. IV. Cap. 47: Non veredariis, ſed* CATABOLENSIS, *incurrat*, alias emendandum monui. [De CATABOLENSIBVS accurate egit Iac. Cuiac. *Obſeru. Lib. XVI. Cap. 5.* Ex eo vero, quod in Codice Theodoſiano iunguntur piſtoribus, colligit Iac. Gothofredus, catabolenſes fuiſſe, qui onera fiſcalia Romam veterinis comportarunt, ſiue frumenta, aduecta a nautis Tiberinis, horreis inferenda, ſiue eadem in piſtrina transferenda, ſiue coctus inde panis eſſet ad gradus transportandus. Dicti ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν, *ab onerando*, quod iumenta his rebus onerarent, ſimiles adeo agaſonibus noſtris, quibus ad ferenda in molas frumenta, farinamque referendam vtimur.]

CATADROMVS, *l. pen. D. de action. emt.* funem extentum, ex loco edito in inferiorem demiſſum, ſignificat. Sueton. *in Ner. Cap. XI. Notiſſimus eques Rom. elephanto ſuperſedens, per* CATADROMVM *decurrit.* Quod idem Xiphilinus *Lib. LXI. p. 697.* retulit: Καὶ ἐλέφας ἀνήχθη εἰς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἁψῖδα, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν, ἀναβάτην φέρων. *Et elephas, introductus in theatrum, in ſummum eius fornicem adſcendit, et inde, vehens hominem, in fune decurrit. Demiſſum funem* dixit Virgilius *Aeneid Lib. II. v. 262.* Iuuenalis vero *Sat. XIV. v. 266. rectum funem*, his verſibus:

> *An magis oblectant animum iactata petauro*
> *Corpora, quique ſolent* RECTVM *deſcendere*
> FVNEM?

Ioannes Chryſoſtomus *Homil. IX. in Epiſtol. ad Theſſalon.* Ἐπὶ σχοίνου τεταμένης βαδίζοντας. *Super extento fune ambulantes.* Et *homil. XVI. in Epiſt. ad Hebr.* Διὰ σχοίνου τεταμένης βαδίζειν. *Per funem extentum incedere.* Imperator Manuel Palaeologus *Orat. III.* Ὀρχεῖσθαι ἐπὶ σχοίνου τεταμένης, *ſaltare in fune extento.* Huiusmodi autem homines, qui per catadromum decurrebant, etiam *funambulos* Latini; Graeci σχοινοβάτας vocant. Elephanti quoque funambuli ſpectaculum refertur a Sueton. *in. Galba Cap. VI.* Ad locum Suetonii, de equite Romano per catadromum decurrente, notulam adleuerat Io. Otto Tabor, per catadromum potius intelligendam videri aream, in qua equi decurrant, fortaſſis, quod incredibile illi videretur, elephantum per funem incedere. Sed an dignum narratu erat, equitem per aream elephanto eſſe vectum? Res ſatis certa. Elephanti etiam funambuli ſaepenumero ſpectati ſunt a Romanis. Vid. Io. Brodaeus Miſcell. III, 7. HEIN.

ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ, ſeu ἐπιδημία a Graecis vocabatur; qua parte primum adpellere, ſeu adplicare in prouincia proconſules moris erat. *l. 4. §. 5. D. de offic. proconſ.*

CATENA, Talibus noxii vinciri conſtringique et adligari ſolebant. *l. vlt. C. de abolit.* Sane eos quoque, qui militari cuſtodia attinebantur, CATENIS adligatos fuiſſe, docet Seneca *Epiſt. V.* ex qua et illud diſcimus, eamdem catenam et militem, et cuſtodiam, copulaſſe, vt *Lib. V. Formul. Cap. 199. p. 447.* notauimus. Proinde ἅλυσιν illam, quae militem συνδέτην habebat, μακρὰν fuiſſe, conſequens eſt, vt Athenaeus *Lib. V.* indicat. Ac plane catenas prolixiores reo immitti, non ferreas manicas, oſſibus inhaerentes, conſtituit Conſtantinus M. in *l. 7. C. de cuſtod. reor.* Ritus iſtius, militem et cuſtodiam eadem catena copulandi, meminerunt etiam Ioſephus. *Antiqu. Iud. Lib. XVIII, 8.* quem locum Briſſonius *in Formulis* loco iam laudato obſeruauit, Seneca *de Tranquill. Cap. 10.* Auguſtin. *ad Pſalm CXXVIII.* ceu adductis illis teſtimoniis oſtendit Iuſtus Lipſ. *ad Taciti Annal. VI, 3.* Et eo modo cuſtoditum inuenimus Petrum Apoſtolum, κοιμώμενον μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένον ἁλύσεσι δυσί, *dormientem inter duos milites, vinctum duabus catenis. Actuum Apoſt. Cap. XII, v. 6.* HEIN.

CATHEDRA. Inſtructa domo legata, legato continentur etiam puluini, ſubſellia, CATHEDRAE, menſae. Paull. *recept. Sent. III, 6, 86.* Erant ſellae ſplendidiores, et affabre fictae, quas et Diis, et principibus, et magiſtratibus tribuebant: ceu oſtendit Io. Andr. Schmidius *diſſ. de numis cathedrat.* Denique ad philoſophos et profeſſores tranſiit cathedrae honor, quamuis eo non contenti, Θρόνον ſibi vindicarent, idque dignitatis inſigne nemini, niſi qui artis experimenta dediſſet, concedere ſolerent, ceu patet ex Eunapii *Proaereſio.* Attamen aliquando et princeps illum honorem concedebat etiam indignis. Philoſtrat. *Vit. Sophiſt. Lib. II. Cap. 2.* Καὶ οὐ τοῦτό που λόγου ἄξιον· οὐ γὰρ πάντες οἱ τούτου ἐπιβατεύοντες τοῦ θρόνου τούτου λόγου ἄξιοι. *Neque tamen hoc valde memorabile eſt: non enim omnes, qui* CATHEDRAM *hanc obtinent, memoria digni ſunt.* Erat autem triplex Athenis illa aetate θρόνος, vel *cathedra*, puta πολιτικὸς, φιλοσοφικὸς, σοφιστικός. Vid. Meurſ. *de fortun. Attic. Cap. VIII.* De eius forma diſputat Creſollius *Theatr. rhet. Lib. III. Cap. 3.* HEIN.

CATHEDRATICVM. Iulianus in *Nou. CXXIII. Cap. III.* In vulgata eſt: *pro inthroniſticis ſolidos centum.* In Graeca authentica: ὑπὲρ μὲν ἐνθρονιαστικῶν διδόναι νομ. σʹ. vbi *cathedraticum, inthroniſtica*, vel ἐνθρονιαστικὰ, ſunt certa pecunia, pro inauguratione ab epiſcopo pendenda. HEIN. ¶. 2. At iure canonico CATHEDRATICVM eſt pecunia, quam clerici ſuo epiſcopo quotannis, honoris cathedralis cauſſa, pendunt, id eſt, duo ſolidi *Can. 1. Cauſ. 10. quaeſt. 3.*

CATHETVM. Zeno Imp. *l. 12. §. 5. C. de aedif. priu. Columnas lapideas aut ligneas ita ſolo imponi iubemus, vt non ad* CATHETVM, *ſiue perpendiculum ſtent, ſicuti nec murus.* Caius et Theodoſius, auctores de limitibus *p. 253. edit. Goeſ. Terminos quadratos ſub terra collocauimus, qui a menſoribus Italiae pro hypotenuſa obſeruantur.* CATHETVM *vero in terminum praeſidentem in formam triſinii conlocauimus.* Vitruu. *Lib. III.*

III. Cap. 3. Secundum extremi abaci quadram lineae demittendae, quae CATHETI *dicuntur.* Vocabulum eſt, geometris familiariſſimum, quo lineas ad perpendiculum demiſſas ſignificant. Adde Bernard. Baldi *Lexicon Vitruuian. p. 21.* HEIN.

CATHOLICI Chriſtiani. *l. 1. C. de ſumm. Trinit.* D. Auguſtin. *de confeſſ. Chriſt. Lib. IX. Cap. 10.*

CATHOLICIANI, id eſt, Caeſariani, *l. pen. §. vlt. C. de bon. proſcript.* Caeſarianis quidem ibi iunguntur CATHOLICIANI: ſed proprie ſunt officiales *catholicorum,* quod nomen fuit conſularium, maxime in Africa, ſi ſequimur Gloſſarium vetus: CONSVLARIS, καθολικός. Et ſane Euſebius *Lib. X. Cap. 6.* καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς et *Lib. IV. de vita Conſtantini Cap. 36.* τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν memorat. Attamen Cuiacius *ad l. 5. C. de iure fiſc.* potius *rationales* et fiſci procuratores nomen καθολικῶν tuliſſe, probat: et ita etiam Euſebii locos vertit Henr. Valeſius. Qui ergo his adparebant, CATHOLICIANI adpellati. HEIN.

CATILLVS quid ſit optime explicat Paullus *l. 18. §. 5. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. Eſt autem* META *inferior pars molae;* CATILLVS *ſuperior.* At Paullum, vel potius librarium, erroris coarguit Scaliger ad illa Manil. *Aſtronom. Lib. III. v. 307.*

Laterumque meatus
Turbinis in morem recta vertigine currit.

Vbi de veterum molis quaedam non vulgaria diſſerit, et de earum partibus ita ſcribit *p. 214. Apud veteres enim* inquit, *ſuperior mola κωνοειδὴς fuit, inferior caua, inſtar catini, vnde illi nomen.* META *inſtar turbinis inuerſi conueniebat in* CATILLVM, *vt mas in feminam, qua parte baſis eſt, non qua mucro:* Addit, paucis interiectis: META *Graecis* ἀλέτων *dicitur,* CATILLVS *autem* ὄνος. *Auctor Helladius, apud Photium. Septuaginta interpretibus inferior mola* μύλος, *ſuperior* ἐπιμύλιος, *vti Hebraeis* רכב *quod inequitatiuum ſignificat.* META *igitur,* TVRBO, *et* CONVS *συνώνυμα, et proinde turbo eſt ſuperior mola.* Ceterum haec omnia non ad molas aquatiles, vel pneumaticas, ſed ad verſatiles et truſatiles vel *manuarias* et *iumentarias*, ceu a Iauoleno *l. 26. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum.* vocantur, pertinere, facile intelligitur. HEIN.

CATO libro quinto decimo, citatur in *l. 4. §. 1. D. de verb. obl.* At abſque vllo librorum numero *l. 10. D. de Aedil. edict. l. 44. D. ſolut. matr. l. 98. §. vlt. D. de verb. ſignif. §. vlt. Inſt. de adopt.* Pomponius in *l. 2. §. 38. D. de orig. iur: Deinde* M. CATO, *princeps Porciae familiae, cuius et libri exſtant. Sed plurimi filii eius.* Sane CATO *iurisperitiſſimus* vocatur a Valerio Max. *Lib. VIII. Cap. 7.* Eius egregios de iuris diſciplina libros commendat Gell. *Noct. XVIII, 18.*

CATONIANA regula ita definit: *Quod legatum, ſi teſtamenti facti tempore teſtator deceſſiſſet, inutile foret: id, quandocumque poſtea deceſſerit non conualeſcere. l. 1. D. de reg. Caton. l. 41. §. 1. D. de legat. I.* Adpellatur et CATONIANA *ſententia:* in *l. 86. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* nec non CATONIANA ſimpliciter. *l. 13. D. de option. leg.* Ceterum regulam CATONIANAM non modo ad

legata, ſed et ad alias vltimas voluntates, ipſasque hereditates, pertinere, ſatis expeditum videtur. *l. 210. D. de reg. iur.* Et tamen in *l. 3. D. de reg. Caton.* ſcribit Papinianus: CATONIANA *regula non pertinet ad* HEREDITATES. Magnas hic turbas dant interpretes. Cuiacius *Obſeru. IV, 4.* ſuo more textum emendandum, reſcribendumque cenſet: *pertinet ad* LIBERTATES. Ant. Faber *Coniectur. XII, 9.* tantum abeſt, vt probet hanc aliamue emendationem, vt potius ſuo more defendat θέμα παράδοξον, regulam Catonianam ad hereditates non pertinere, quumque ſibi obſtare animaduertat *l. 4. D. de reg. Caton.* ex ea vocabulum CONDITIONALES eiiciendum, exiſtimat. Sed mihi videntur rem acu tetigiſſe Rad. Forner. *rer. quotidian. III, 7.* et Franc. Marſ. Gordon. *in Praetermiſſ. Cap. VIII.* qui nihil difficultatis ineſſe oſtendunt verbis Papiniani, ſi ſine interpunctione legantur: Regula CATONIANA *non pertinet ad hereditates, neque ad legata, quorum dies non mortis tempore, ſed poſt aditam cedit hereditatem.* Sane ne hereditatum quidem omnium diem a tempore mortis cedere, ante Rad. Fornerium et Gordonum oſtendit Anton. Gouean. *Var. Lib. II. Cap. 29.* HEIN.

CAV.

CAVDICARII, in *l. 1. C. de can. frum. vrb. Rom. l. 2. C. Theod. de piſtor. l. 9. C. Theod. de ſuar. vrb. Rom.* quorum corpus Romae fuiſſe, patronosque habuiſſe, ex illis locis planum fit. Exiſtimo autem, ſic amnicos nauicularios adpellatos, a nauibus Tiberinis, ſeu quae in fluuiis vſui erant, quas CODICARIAS vocabant. Feſtus: CAVDICARIAE *naues, ex tabulis craſſioribus factae.* Non. Marcellus: CODICARIAS *naues etiam nunc conſuetudo vocat, quod in fluminibus ſint vſui. Varro de vita populi Rom: Lib. III. Antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant: a quo in Tiberi naues* CODICARIAS *adpellamus.* Seneca *de breu. vit. Cap. XIII. Plurium tabularum contextus* CAVDEX *apud antiquos vocabatur. Vnde publicae tabulae* CODICES *dicuntur, et naues nunc quoque, quae ex antiqua conſuetudine per Tiberim commeatus ſubuehunt,* CAVDICARIAE *vocantur.* Sed et Gell. *Noct. X, 25.* inter nauium adpellationes CAVDICAS, vel, vt fortaſſis emendatius ſcriberetur, CAVDICARIAS ponit. Auſon. *Eidyll. IX.*

Nauita CAVDICEO *fluitans ſuper aequora lembo.*

Romae vtique amnicos nauicularios Imperatorem Aurelianum conſtituiſſe, Vopiſcus *in vita Cap. XLVII.* teſtatur.

CAVITARIVS, CABITARIVS, item CAVATARIVS, qui gemmas cauandi artificium exercet. Eam vocem in *l. 1. C. de excuſ. artif.* reſtituit Salmaſ. *in Script. hiſt. Aug. p. 458.* quum alii ibi legant CAVIDARII, alii CLAVICARII. Vetus marmor apud Gruter. *p. DCXXII, 1.* CABATORES DE VIA SACRA. Gloſſarium vet: Καβιτάριος, *cauitarius.* Palladius: λιθουργὸς, ὃν λέγουσι καβιδάριον, *gemmarius, quem vocant cauitarium.* Dicti hi artifices etiam σαρδαράριοι. Quae omnia debemus Salmaſio *ibid.* HEIN.

CAVEA, theatri locus, in quo ſpectatores ſedebant. l. 13. §. 7. D. de iniur. l. 2. C. Theod. de venat. ferar. Seruius ad locum Virgilii V. Aeneid. v. 340.

Hic totum CAVEAE *conſeſſum ingentis.*

CAVEAM, ait, *conſeſſum populi.*

CAVERE, eſt ſibi proſpicere et conſulere. l. 3. D. de transact. l. 53. §. 1. ſequ. D. de act. emt. Sic CAVERE heredibus: l. 9. D. de probat. CAVERE alteri paciſcendo, legem dicendo, ſtipulando: l. 73. §. vlt. D. de reg. iur. CAVERE ſibi ſtipulatione: l. 21. D. ad SC. Trebell. Si quis CAVERIT, vt ſilua ſibi pignori eſſet: l. 18. §. 3. D. de pignorat. act. Is, qui deberi ſibi, CAVIT in epiſtola, decem: l. 26. §. vlt. D. depoſ. CAVERE lege in vendendo: l. 19. D. quemadm. ſeru. amitt. Varro Lib. V. de lingu. Lat. A quo CAVERI *poſtea lege coeptum ab his, qui praedia venderent.* Sic venditor CAVET ab emtore: l. 6. D. de ſeru. export. Et contra diligentius ſibi a venditore CAVET emtor. l. 44. §. vlt. D. damn. infect. CAVERI, id eſt pacto effici non poteſt. l. 4. D. comm. praed. Vnde omnes ſtipulationes natura ſua CAVTIONALES eſſe, dixit Vlpianus, quod id agatur interpoſita ſtipulatione, vt quis cautior et ſecurior ſit. l. 1. D. de ſtipul. praetor. ¶. 2. Iuriſconſulti CAVERE dicuntur, quum clientibus ſuis, et his, a quibus conſuluntur, conſilium dant, et remedium monſtrant, ne in aliquos captionum laqueos incidant. Cic. Lib. I. de legib. Cap. 5. *Non enim id quaeris, quemadmodum* CAVEAMVS *in iure, aut quid de quacumque conſultatione reſpondeamus.* Idemque CAVENDI *in iure* verbum Lib. II. de offic. Cap. 19. vſurpat. Sed et Lib. VII. ad famil. Epiſt. 6. cum Trebatio ita iocatur: *Tu, qui ceteris* CAVERE *didiciſti, in Britannia ne ab eſſedario decipiaris, caueto.* Idem pro Muraena Cap. XII. illa elegante iuriſconſulti cum imperatore comparatione: *Tu* CAVES, *ne tui conſultores; ille, ne vrbes et caſtra capiantur.* Idem Lib. III. ad famil. Epiſt. 1. *L. Valerium, iuriſconſultum, valde tibi commendo: ſed ita, etiamſi non eſt iuriſconſultus. Melius enim ei* CAVERE *volo, quam ipſe aliis ſolet.* In eodemque verbo ſcite ludit Ouid. Lib. I. de art. amand. v. 83. quum ait:

Illo ſaepe loco capitur conſultus amore,
Quique aliis CAVIT, *non cauet ille ſibi.*

Huc et Plaut. in Epidic. Act. II. ſcen. 2. v. 107. adlodens: *Hic, ait, poterit* CAVERE *recte, iura qui et leges tenet.* Inde iuriſconſultus CAVTOR *formularum* vocatur ab Antonio apud Ciceron. Lib. I. de Orat. Cap. 55. At ibi meliores editiones non habent CAVTOR, ſed *cantor formularum.* Quamuis enim ipſe Cicero pro Sext. Cap. VII. dicat: CAVTOR *alieni periculi*, et Plaut. in Captiu. Act. II. ſcen. II. v. 6: *ſaepe is* CAVTOR *captus eſt*: neſcio tamen an aeque concinna ſit loquutio: CAVTOR *formularum*, quum non formulas caueat, ſed, formulis inuentis, cauere aliis ſtudeat. HEIN. ¶. 3. CAVERE etiam dicitur debitor creditori. Sic CAVERE pecuniam. l. 3. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. CAVERE chirographum in codice: l. 5. §. 8. D. commod. CAVERE chirographo, apud Suet. in Calig. Cap. XII. Pugillares mihi commodaſti, vt debitor mihi CAVERET: l. 17. §. 3. D. commod. CAVERE inſtrumento, ſe daturum: l. 49. ſol. matrim. Quum Septitius litteris ſuis, praeſtaturum ſe, CAVERIT, pecuniam et vſuras: l. 134. §. 2. D. de verb. oblig. Sic CAVTA dos: rubr. C. de dot. caut. CAVTA quantitas: l. 5. C. de condict. ob turp. cauſſ. CAVTVM honorarium: l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit. CAVTA chirographa: l. 88. D. de ſolut. Vnde CAVTOS *numos*, apud Horat. Lib. II. Epiſt. I. v. 105. vetus interpres intelligit de pecuniis ſub chirographo datis. ¶. 4. Nec debitores tantum, ſed et creditores, CAVERE dicuntur, deberi ſibi, vel ſe accepiſſe, l. 5. §. vlt. l. 89. l. 94. D. de ſolution. Idque *contra* CAVERE dicitur. l. 2. §. 1. D. de collat. ¶. 5. CAVERE interdum repromittere eſt. Ita CAVERE ſtipulatione: l. 11. D. de religioſ. l. 1. §. 5. D. vſufr. quemadm. cau. l. 6. D. de ſeru. export. CAVTVM ſtipulatione: l. 20. D. iudic. ſolu. Sic CAVTVM et *ſatis datum*, et CAVTIO et ſatiſdatio, ſeparantur. l. 1. p. §. 3. 4. 5. D. de reſp. mun. l. pen. D. de hered. petit. l. 57. D. de rei vind. ¶. 6. Alias CAVERE ſatiſdare ſignificat, et id quidem per ſe, ſed cum adiectione. Et ita CAVERE cum ſatiſdatione: l. 11. D. de rei vindic. l. 46. D. de procurat. l. 2. C. de vſur. et fruct. et per ſatiſdationem: l. 4. D. rem pup. ſalu. l. 1. §. 9. D. de collat. bon. per fideioſſores: l. 25. §. vlt. D. de recept. arbitr. reis et pignoribus: l. 1. §. 9. D. de collat. bonor. l. vlt. §. 3. D. quod legat. l. 9. §. 3. D. de pignorat. act. Satiſdato CAVTVM eſſe debet. l. 31. D. ad leg. Falcid. ¶. 7. CAVTVM etiam aliquando intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus. l. 188. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 6. §. 7. D. comm. diuid. Sic veteres praedibus et praediis CAVERE dicebant, teſte Aſconio Paediano in Verr. III. Liu. Lib. XXII. Cap. 60: *Si quibus argentum in praeſentia deeſſet, dandum ex aerario mutuam pecuniam,* PRAEDIBVS*que ac* PRAEDIIS CAVENDVM *populo.* CAVERE damni infecti, ſcilicet nomine. l. 1. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. CAVERE de dolo et culpa: l. 25. D. ſolut. matrim. de euictione: l. 35. §. 2. D. de rei vindic. de indemnitate: l. 31. D. ad SC. Vellcian. l. 16. §. 14. D. ad SC. Trebell. de rato: l. 6. §. 3. D. quod cuiusc. vniu. nom. l. 3. D. rem rat. habit. vel de ratihabitione: l. 4. D. eod. tit. de reficiendo pariete: l. 7. D. ſi ſeru. vind. de ſolido ſoluendo: l. 2. D. de fideic. libert. rem ſaluam fore pupillo: l. 1. et l. 4. D. rem pupill. ſalu. for. de collatione: l. 20. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. Hinc CAVERE idonee: l. 35. §. 3. D. de procur. l. 11. §. 15. D. de legat. III. idonee CAVTVM non eſt: l. 2. C. de magiſtr. conuen. recte CAVERI: l. 1. §. 9. D. de collat. bon. Plane in conſtitutione D. Marci, qua bona addici iubentur ei, qui idonee creditoribus CAVERIT de ſolido cuique ſoluendo, l. 2. D. de fideicomm. libert. et pr. Inſt. de eo, cui libert. cauſſ. idem eſt idonee CAVERE, ac ſatiſdato vel pignoribus datis CAVERE. Sed et, ſi promittenti fides habita ſine ſatiſdatione, idonee CAVTVM videbitur. l. 4. §. 8. D. de fideic. libert. Atque ita et idoneam CAVTIONEM interpretabimur. Porro CAVERE quis dicitur ſimpli, quanti res eſt: l. 36. D. de donat. CAVERE duplam: l. 31. §. 20. D. de Aedilit. edict. l. 49. fam. erciſc. in triennium, et in longum tempus: l. 10. D. de ſtipulat. praetor. CAVERE ſeruo publico: l. 18. D. de adopt. officio iudicis: l. 16. D. de hered. petit. apud officium: l. 17. D. de in ius voc. cautionem. l. 6. D. rat. rem hab. CAVTVM eſſe: l. 4. D. de praetor. ſtipul. CAVTVM habere: l. 53. §. 1. D. de act.

de act. emt. l. 18. §. 5. D. de damn. infect. l. 14. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 21. §. 1. D. de nou. oper. nunc. CAVERI, poſtulare: l. 13. §. 3. D. de damn. infect. promittere. l. 1. l. 2. D. ſi quis caution.

¶. 8. CAVERE, praecipere, ſtatuere, ſancire. Sic CAVETVR aliquid codicillis: l. 14. D. de dote praeleg. l. 12. D. de liberat. leg. l. 36. D. de condit. et demonſtr. l. 69. §. 1. D. de legat. III. CAVERE conſtitutione: l. 67. §. 8. D. de legat. II. l. 15. §. 2. D. ad SC. Turpill. l. 4. §. 14. D. de dol. mal. et met. except. l. 14. §. vlt. D. de mun. et hon. l. 50. D. de indic. l. 4. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul. l. 17. D. de excuſat. l. 11. D. qui et a quib. l. 11. D. de except. l. 3. D. de colluſ. deteg. l. 15. §. 1. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 1. C. diuort. fact. l. 37. D. de iniur. l. 4. §. vlt. l. vlt. §. 4. D. de publican. CAVTVM conſtitutionibus: l. 6. D. de mun. et hon. l. 8. D. ad municipal. l. 5. §. 6. D. de iur. immunit. CAVETVR edicto: l. 1. D. de in ius voc. l. 11. C. de collat. l. 2. D. de cuſtod. et exhibit. reor. epiſtola: l. vlt. §. vlt. D. de abig. forma cenſuali: l. 4. pr. D. de cenſib. CAVERE iudiciis ſupremis: l. 1. C. de collat. CAVERE lege: l. 25. D. ad SC. Silan. l. 16. §. 2. D. qui et a quib. l. 1. D. de lege Rhod. l. 6. §. vlt. D. ad leg. Fab. de plagiar. l. 1. D. ad leg. Pompei. de parricid. l. 3. pr. et §. vlt. D. de accuſat. l. 3. D. de praeuaric. l. 24. D. ad leg. Iul. de adult. l. 8. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. repetund. l. 1. D. ad leg. Iud. pecul. l. 23. D. de rit. nupt. l. 3. C. de ſuis et legit. legibus: l. 2. D. de minor. legis capite: l. 15. §. 1. l. 25. l. 27. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. lege municipali: l. 11. D. de mun. et bonor. lege pagana: Plin. Lib. XXVIII. Cap. 2. Sic lege cauetur aperte: l. 5. D. ad leg. Iul. de adult. nominatim: l. 1. D. de offic. eius, cui mand. CAVTVM legibus: Plin. Lib. XVI. Cap. 5. l. 1. D. de offic. eius, cui mand. iurisd. CAVETVR porro mandatis: l. 17. §. 1. §. vlt. D. de poen. l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul. l. vlt. D. de requir. vel abſent. l. 6. D. de extraord. crim. l. 10. D. de cuſtod. et exhib. reor. mandatis principalibus: l. 35. D. ad leg. Iul. pecul. Mandatis pleniſſime CAVTVM eſt. l. 15. D. de poen. CAVETVR oratione: l. 9. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. ne de ſtatu def. l. 1. D. expil. hered. l. 16. D. de rit. nupt. CAVET praetor: l. 2. D. de coniung. cum emanc. CAVETVR reſcripto: l. 5. §. vlt. D. de iure patron. l. 9. D. de diuerſ. temporal. l. 9. D. de quaeſt. CAVETVR ſenatusconſulto: l. 16. D. de offic. praeſid. l. 1. D. de vſu et vſufr. l. 32. D. de liber. cauſſ. l. 32. §. vlt. D. de incend. ruin. naufr. l. 38. D. de iniur. l. 1. D. de adſign. libert. l. 12. §. 1. D. de religioſ. l. 1. D. de colluſ. deteg. l. 3. §. vlt. D. de accuſat. l. 10. D. ad leg. Corn. de falſ. Vlpian. Fragm. tit. XXIV. §. 27. tit. XXV. §. 16. CAVETVR ſententiis auctorum: l. 4. §. 14. D. de dol. mal. et met. except. CAVERE teſtamento: l. 31. D. de adim. legat. l. 37. §. 6. l. 38. §. 4. D. de legat. III. l. 38. §. vlt. D. de aur. arg. l. 15. §. vlt. D. de alim. et cibar. l. 1. §. 1. D. de reb. cor. l. 5. vlt. l. 60. D. de manum. teſtam. l. 18. D. de fidei. libert. l. 29. D. quando dies legat. l. 39. D. de pignorat. act. l. 18. §. 2. D. famil. erciſc. l. 1. D. vbi pupill. educ. l. 123. D. de legat. I. l. 19. §. 1. l. 21. §. 4. D. de ann. legat. l. 47. §. 4. D. de adminiſtr. et peric. tut. Cicero de Finib. II, 31. *Idque teſtamento* CAVEBITIS, *quaſi vobis oraculum ediderit.* Seneca Lib. III. Controuerſ. CAVIT *teſtamento, vt ab heredibus diuideretur.* Vtitur hoc genere loquendi et Tertullianus in libro de praeſcript. aduerſ. haeret. Cap. XXXVII. CAVERE verbis. l. 67. §. vlt. D. de legat. II.

CAVILLARI verba: l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.

CAVILLATIO, quam Graeci σόφισμα vocant. l. 65. D. de reg. iur. Galenus περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας Lib. II. Ἀναγκαῖον δ᾽ ἐστι τοῦτον ἀδυνατεῖν διαγνῶναί τε καὶ διακρῖναι τοὺς ψευδεῖς ἀπὸ τῶν ἀληθῶν· ἐναργὲς δὲ τοῦτο τεκμήριόν ἐστι, τὰ καλούμενα σοφίσματα, λόγοι τινὲς ὄντες ψευδεῖς εἰς ὁμοιότητα τῶν ἀληθῶν πανουργευμένοι. *Neceſſe autem eſt, eum non poſſe diſcernere et diiudicare falſas veraſque ratiocinationes. Argumento ſunt ita dicta* SOPHISMATA, *quae ſunt ratiocinationes quaedam falſae, in verarum ſimilitudinem callide effictae.* CAVILLATIONEM a veteri CALVOR dictam, putat Caius. l. 233. pr. D. de verb. ſignif. Sed eſt potius ὑποκοριστικὸν vel deminutiuum verbi CAVERE. Hoc proprium erat iuriſconſultorum: qui vero et in minimis rebus cautiones anxie adhibebant, CAVILLARI dicebantur. Tertullian. de coron. milit. Cap. XI. *Omnibus modis* CAVILLANDVM, (id eſt anxie cauendum,) *ne quid aduerſus Deum committatur.* Quum vero ſaepe contingeret, vt captioſae eſſent nimiae iſtae cautiunculae: in vitium vertit hoc verbum, vt CAVILLARI dicerentur, qui alios verborum praeſtigiis circumuenire ſtuderent. Obſeruarunt hoc Scaliger ad Feſtum ſub voca cauillari. p. 39. Menag. Amoen. iur. ciuil. Cap. XXXIX. p. 266. HEIN.

CAVPONES in tit. nautae caupon. ſtabul. accipiuntur, qui cauponam exercent, inſtitoreſque eorum. l. 1. §. 5. D. naut. caupon. ſtab. CAVPONA negotiationis nomen eſt, ait l. 13. D. de inſtruct. et inſtrum. leg. Vnde CAVPONAM exercere: l. 43. §. 9. D. de ritu nuptiar. CAVPONAM autem dictam *a copiis, quod illic et ad victum neceſſaria parentur, diſtrabanturque*, Feſtus Lib. III. tradit. CAVPONAE domina vel miniſtra. l. 1. Cod. Theod. ad leg. Iul. de adult.

CAVPONIVS, A, VM. Sic CAVPONIAE artes: apud Iuſtin. Hiſtor. Lib. I. Cap. 7. CAVPONIVM inſtrumentum: l. 43. princ. l. 15. l. 17. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. Paull. Sent. III, 6, 61. CAVPONIA taberna. l. 13. D. de inſtr. vel inſtrum. legat. Ceterum huiusmodi tabernae cauponiae Romae aeque, ac apud nos, paraſemis ſuis diſtinguebantur. Sic CAVPO AD VRSVM GALEATVM occurrit in actis diurnis apud Reineſ. Inſcript. Claſſ. IV. n. 3. OSPITALIS A GALLO GALLINACIO, apud Sponium. HEIN.

CAVSSA verbum eſt πολύσημον. Primum enim negotium ſignificat, et quamlibet obligationum originem. l. 11. D. de verb. ſignif. l. 9. D. de reb. credit. l. 9. §. 2. D. de auctor. et conſ. tut. l. 18. D. de acceptil. l. 1. D. de oblig. et action. princ. Inſt. de auct. tut. ¶. 2. Immo plerumque CAVSSAM et rem pro iiſdem vſurpant iuriſconſulti, vt in l. 7. §. 4. D. de pact. Et in tit. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſequ. OB CAVSSAM, et ob rem, promiſcue dicitur. Sic et CAVSSAM, non perſonae beneficium tribuitur: l. 29. D. de re iud. ſuccurritur: l. 42. D. de admin. et peric. tut. Priuilegia quaedam CAVSSAE ſunt, quaedam perſonae.

l. 196.

l. 196. D. de reg. iur. ¶. 3. CAVSSA etiam litem ſignificat. Ita CAVSSA cadere, eſt litem perdere: l. 27. D. de pignorib. et vt Iuſtinianus interpretatur, rem amittere. §. 33. Inſt. de action. Paull. Sent. I, 10, 1. Et ſic CADERE cauſſa a debitore dicitur creditor, qui aduerſus eum expertus ſuccubuit. l. 95. §. pen. D. de ſolut. CAVSSAM perdere: l. 63. D. de euiction. CAVSSA iureiurando deciſa: l. 1. C. de reb. cred. CAVSSAE vel lites tranſactione finitae: l. 9. C. de tranſact. Vnde et CAVSSIDICORVM nomen. CAVSSA praeſens. l. 3. §. vlt. D. de his, quae in teſtam. delent. Sic CAVSSA dicitur ad patronum deferri: Cic. pro A. Cluent. Vt haec ad me CAVSSA delata eſt. Patronus vero CAVSSAM ſuſcipere, recipere, agere, defendere, dicere, orare, perorare dicitur. Is vero cuius res eſt, tenere, vel obtinere. Cornelius Fronto de different. verbor. CAVSSA eſt, de qua agitur: patrocinium, quod adcommodatur. CAVSSA autem vel bona vel mala, vel propria, vel aliena dicitur. Eo ſenſu et CAVSSAM dicere reum ex vinculis dicimus. l. 25. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar. et Caeſar de bell. Gall. Lib. I. Cap. 4. Eodem pertinent formulae: CAVSSA audita, cognita, inaudita, de quibus ſuis locis. ¶. 4. Praeterea CAVSSA conditionem, et ius cuiusque rei ſignificat. l. 2. §. 1. D. de ſtatulib. l. 18. §. 2. D. de pignorat. act. l. 23. §. 2. D. de ſeruit. ruſtic. praed. Sic enim cum SVA CAVSSA res transferri, dicitur, id eſt, cum ſuo onere, vel quo iure, quaque conditione eſt. l. 67. D. de contrah. emt. l. 12. C. de diſtr. pign. l. vn. C. rem alien. gerent. Cum SVA CAVSSA bona vindicare: l. 17. §. 5. D. ad SC. Trebell. cum SVA CAVSSA, ſuisque vitiis. l. 13. §. 1. D. de adquir. poſſeſſion. l. 1. §. 31. D. de vi et vi arm. Eodem modo cum SVA CAVSSA alienatur ſeruus: l. 36. D. de ſtatulib. l. 24. §. vlt. v. cogetur. D. de fideic. libert. et, quod in l. 8. §. 7. D. de fideiuſſor. dicitur: IN DVRIOREM CAVSSAM, et in l. 34. D. eod. tit. IN DETERIOREM CAVSSAM: hoc in eadem l. 8. §. 8. et l. 49. §. vlt. in fine D. de fideiuſſ. dicitur: in duriorem conditionem. In pari CAVSSA: l. 128. D. de reg. iur. melior eſt CAVSSA, id eſt conditio: poſſidentis. l. 126. D. eod. tit. Sic et deterior CAVSSA: l. 87. D. l. 86. l. 133. l. 134. §. 1. D. eod. tit. durior CAVSSA: l. 3. D. de ſolution. eadem CAVSSA eſſe debet emtoris. l. 156. §. 3. D. de reg. iur. In eadem CAVSSA ſiſtit ſeruum, qui ad experiundum ius actoris non facit deterius. l. 7. D ſi ex noxal. cauſſ. quique ita ſiſtit, vt perſequutio actori deteriori loco futura non ſit, quamuis forte exactio poſſit eſſe difficilior. l. 11. D. ſi quis cantion. Sic in eadem CAVSSA ſiſtere ancillam: l. 83. §. vlt. D. de verb. obl. Deiectum ab vſufructu in eamdem CAVSSAM reſtituit Praetor, id eſt, in qua cauſſa futurus fuiſſet, ſi non eſſet deiectus: l. 9. §. 1. D. de vi et vi arm. ex qua interpretationem accipit l. 3. §. vlt. D. eod. tit. Ad eamdem CAVSSAM pertinebit. l. 27. §. 1. D. de fideiuſſor. Hinc in EA CAVSSA eſſe, vel non, id eſt, in ea conditione eſſe, vel non eſſe. l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 5. §. vlt. D. de auct. tut. l. 3. §. vlt. D. de ſuſpect. tut. l. 20. D. de non. op. nunc. l. 5. D. pro derelicto. l. 5. D. de curat. furioſ. l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt. l. 8. §. 11. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 28. §. 4. D. de fideicomm. libert. l. 14. D. de liber. cauſſ. l. 6. D. de mun. et honor. l. 1. D. ſi a par. quis manumiſſ. In eadem CAVSSA eſſe: l. 9. §. 11. D. de poen. l. 3. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. vlt. §. 1. D. de bon. eor. l. 5. §. 5. D. de del. et met. exc. In eadem CAVSSA haberi: l. 4. D. ad leg. Falcid. in eadem CAVSSA manere: l. 13. D. ſi quid in fraud. patron. vel permanere. l. 10. C. de diſtr. pign. ¶. 5. CAVSSA pro titulo. l. 11. §. 4. D. de exc. rei iud. CAVSSAM dominii praeſtare: l. 46. D. de adquir. poſſ. Ex pluribus cauſſis deberi poteſt: dominium non niſi ex vna CAVSSA contingere. l. 3. §. 4. D. eod. tit. l. 159. D. diuerſ. reg. iur. CAVSSA poſſeſſionis et vſusfructus: l. 52. pr. D. de adquir. poſſeſſ. per CAVSSAM tigni poſſidere, id eſt, mediante tigno immiſſo, ſeruitutem poſſidere. l. 20. D. de ſeruit. vrban. praed. ¶. 6. CAVSSA, pro ea, quam efficientem vocant philoſophi. CAVSSAM mortis praebere: l. 15. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 51. D. ad. leg. Aquill. CAVSSAM diſcidii praebere: l. 1. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. et repudii. l. 6. D. de diuort. ¶. 7. Contra magis ad effectum pertinet loquutio: ſeruitutes omnes CAVSSAS habere perpetuas debere. l. 28. D. de ſeru. vrban. praed. Nam hunc ſenſum habet, ita conſtitutas eſſe ſeruitutes debere, vt iis continenter vti liceat. Ideoque v. g. perennem eſſe oportere eam aquam, cuius ductus ceditur. l. 1. §. 5. D. de aqu. quotid. l. vn §. 4. D. de font. Inſcite enim faciunt, qui illam ſententiam ad vſum ſeruitutum referunt, qui perpetuus eſſe nequit, et intermiſſionem neceſſario deſiderat. ¶. 8. CAVSSA, id eſt, id, quod nos impulit, philoſophis cauſſa impulſiua. Sic adiecta CAVSSA legari vel fideicommitti ſolet. Et tunc CAVSSA, conditio, demonſtratio, verborum conceptione diſtinguuntur. l. 12. l. 17. §. 2. D. de condit. et demonſtr. l. 2. §. vlt. D. de donat. Eo etiam referri poſſunt formulae: eius CAVSSA: l. 40. D. de condict. indeb. ex magna CAVSSA. l. 4. D. de iure deliber. Nihil in CAVSSA eſt, quare. l. 108. D. de verb. ſignif. ¶. 9. CAVSSA, pro omni commodo vtilitateque, quae ex re percipi poteſt, accipitur. tit. de vſur. et fruct. et cauſſ. Caius in l. 20. D. de rei vindicat. Nec enim, inquit, ſufficit, corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt, vt et CAVSSA rei reſtituatur, id eſt, vt omne habeat petitor, quod habiturus eſſet, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus illi homo fuiſſet. Paullus l. 31. D. de reb. credit. Vt poſt iudicium acceptum CAVSSA omnis reſtituenda ſit, id eſt omne, quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtandae tempore ſolutus eſſet. Proinde a fructibus et vſuris CAVSSA ſeparatur, quae et partum, et partus partuum, et foetum ſecundum, et omnes extrinſecus accidentes vtilitates, complectitur. l. 2. l. 3. §. 6. l. 8. l. 38. §. 7. et §. 10. D. de vſur. l. 9. §. 7. D. ad exhib. l. 1. §. 24. D. depoſ. l. 35. l. vlt. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 12. D. quod met. cauſſ. l. 4. C. vnde vi. §. 3. Inſt. de offic. iud. Sic ergo intellige formulas: CAVSSA omnis reſtituenda eſt: l. 5. §. 4. D. ſi vſusfr. pet. l. 31. D. de reb. credit. cum omni CAVSSA reſtituere: l. 6. C. de adquir. vel ret. poſſ. omnis CAVSSA venit in iudicium: l. 8. §. 6. v. plane D. de precar. non ſolum fructus, ſed etiam omnis CAVSSA, praeſtanda. l. 17. §. 1. D. de rei vindic. ¶. 10. CAVSSA; id eſt, forma, vel ſpecies et CAVSSAE obligationum. l. 44. D. de obl. et act. In exſequutione obligationis quatuor CAVSSAS eſſe, ait Paullus, in l. 85. D. de verb. obl. CAVSSA plus petere: §. 33. Inſt. de action. ex CAVSSA aeſtimantur priuilegia: l. 32. D. de rebus auct. iud. poſſ. in CAVSSA ius eſt poſitum: l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill. de alterius CAVSSA et facto non ſcire. l. 3. D. de iur. et fact. ign. Eodem pertinent formulae: alia CAVSSA eſt:

Digitized by Google

eſt: *l. 12. D. de ſolut. l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 29. l. 47. D. de adquir. poſſ. l. vlt. ſol. matr. l. 29. D. de nouat. l. 5. D. de reg. iur.* diuerſa CAVSSA eſt. *l. 8. C. de his, quae vt ind.* CAVSSA, Vti in Rhetorum praeceptis accipienda ſit, vid. apud Quinctilian. *Lib. III. Cap. 1.* Quas poſtea *controuerſias* rhetores adpellarunt, eas Ciceronis temporibus CAVSSAS vocatas eſſe, tradit M. Seneca *in praefat. Lib. I. controuerſ.* ¶. 11. Interdum CAVSSAE nomen vacat, et nudae elegantiae cauſſa aliis vocibus adiungitur. Sic CAVSSAM *bonorum, dotis, emtionis, facti, pignoris, poſſeſſionis*, pro ipſis bonis, pro ipſa dote, emtione, facto, pignore, poſſeſſione, iuris auctores dicunt. Ita CAVSSA bonorum accipienda eſt in *l. 68. D. de legat. II. l. 52. §. vlt. D. de verb. oblig.* vbi tamen CAVSSA bonorum vtilitatem ſignificat, id eſt, vt habere liceat. Sic CAVSSA condictionis: *l. 96. §. vlt. D. de ſolut.* CAVSSA dotis: *l. 1. D. de ſolut. matr.* CAVSSA edicti: *l. 6. D. vnde lib. l. 2. C. quomod. et quand. iud.* CAVSSA emtionis: *l. 3. §. 3. v. et ideo D. de SC. Macedon.* CAVSSA facti: *l. 12. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 10. D. de tut. dat.* CAVSSA fideicommiſſi: *l. 3. §. 2. D. de vſur. l. 12. D. de iniuſt. rupt. l. 19. D. de teſt. milit. l. 41. §. 3. D. de legat. III. l. 59. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* CAVSSA fundi: *l. 30. §. 3. D. de legat. III.* CAVSSA hereditaria: *l. 5. §. 5. D. vt in poſſeſſ. legat.* CAVSSA iudicati: *l. 5. D. quando ex fact.* CAVSSA iudicii: *l. 8. D. de alien. iud. mut.* CAVSSA iuris ac voluntatis: *l. 77. §. 11. D. de legat. II.* iuris honorarii: *l. 95. §. 3. D. de ſolut.* legati: *l. 91. §. 2. D. de legat. I.* naturalium obligationum: *l. 40. D. ad SC. Trebell.* nouationis: *l. 4. in fine D. de vſur.* obligationis: *l. 20. D. de don. int. vir. et vx. l. 40. D. ad SC. Trebell. l. 28. D. de reg. iur.* ordinis: *l. 23. §. vlt. D. de adpell.* pecuniae: *l. 26. §. vlt. D. depoſ.* pignoris: *l. 65. D. de euict. l. 4. C. eod. tit. l. 5. C. qui pot. in pign. l. 4. §. vlt. D. in quib. cauſſ. pign. vel hypoth. l. 6. l. 13. D. qui pot. in pign. l. 4. D. de ſeparat.* poſſeſſionis: *l. 1. C. per quas perſon.* proprietatis: *l. 30. §. 2. D. de adquir. rer. dominio.* redhibitionis: *l. 61. §. 1. D. de furt.* ſeminis: *l. 12. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* ſolutionis: *l. 21. D. de rei vindic. l. 6. C. de donat. int. vir. et vx.* teſtamenti: *l. 2. §. 1. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 30. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. rubr. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* vſusfructus. *l. 10. D. vſufr. quemadm. cau.* ¶. 12. CAVSSA, pro caſu, vel euentu. Sic in omnem CAVSSAM acceptus fideiuſſor: *l. 56. §. 2. D. de fideiuſſ.* in omnem cauſſam conductionis ſe obligare: *l. 54. D. locat.* in totam CAVSSAM ſpondere: *l. 91. §. 4. D. de verb. oblig.* in omnem CAVSSAM emti fidem adſtringere: *l. 5. C. de pact. int. emt.* vel vt alibi in omnem conditionem. *l. 68. D. de fideiuſſor.* ¶. 13. Magis reconditam huius vocabuli notionem oſtendimus *in Commentar. ad leg. Iul. et Pap. Lib. III. Cap. V. p. 398.* Nimirum aliquando veteres illud accipiunt pro *quaſi*. Sic codicilli *ad* CAVSSAM *teſtamenti pertinere*, dicuntur. *l. 1. §. 2. D. de tab. exhib.* id eſt quaſi teſtamenta eſſe videntur. Legatarios *pignoris* CAVSSAM, id eſt, quaſi pignus, vel pignus tacitum *habere*, dicit Papinianus. *l. 4. §. 1. D. de ſeparat.* Sed praecipue eo ſenſu accipitur CAVSSA CADVCI, id eſt, *quaſi caducum. l. vn. §. 4. C. de caduc. toll.* Vere enim caduca erant, quae poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas deficiebant. Si vero viuo teſtatore, poſt teſtamentum conditum heres legatariusue decederet, vel conditio deficeret, relictum in CAVSSA CADVCI erat, et populo QVASI CADVCVM deferebatur. *l. vn. §. 2. et 4. C. de caduc. toll.* HEIN.

CAVSSARI, cauſſam praetendere, ſeu adlegatione cauſſae ſe excuſare. *l. 3. D. depoſiti. l. 11. §. 8. D. de legat. III. l. 1. §. 12. D. de ſeparat. l. 34. §. 1. D. de ſtatutib. l. 13. D. ad SC. Trebell. l. 50. §. 1. D. de legat. I. l. 24. §. 14. D. de fideicomm. libert.* CAVSSARI tempeſtatem, vel vim fluminis: *l. 21. §. 8. D. ſi quis caution.* Sic CAVSSATVS *aues*, apud Tibull. *Lib. I. Eleg. 3. v. 17.* Plane Non. Marcellus CAVSSARI, *cauſſam dicere vel defendere* interpretatur.

CAVSSARIVS, A. VM. vt CAVSSARIA miſſio, quae propter valetudinem laboribus militiae ſoluit, *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam. l. 4. l. 26. D. de teſt. milit. l. 1. C. de excuſ. veteran.* vel, vt Macer definit, CAVSSARIA *miſſio eſt, quum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiae renunciatur. l. 13. §. 3. D. de re milit.* Vnde CAVSSARII *milites* apud Liu. *Lib. VI. Cap. 6.* et apud Spartianum *in Hadr. Cap. X.* valetudinis ſcilicet cauſſa miſſi, aut, vt veteres loquebantur, *quibus morbus* CAVSSA *eſt.* vt apud Ciceron. *Lib. II. ad Herenn.* et apud Liuium ſaepe. In hoc verbo mendum eſt, apud Apuleium *Lib. IV. de aſin. aur. p. 144.* Nam vbi paſſim: *Exanimatum ac debilem mereri* CAVSSAE *remiſſionem*, emendo: CAVSSARIAM *miſſionem.* Sic CAVSSARIA miſſi milites. *l. 6. l. 8. C. de re milit.*

CAVSSATIO, *l. 12. C. Theod. de ſuſcept. praepoſ. et arc. l. 2. C. Theod. de ſponſ. l. 24. C. Theod. de nauicul. l. 2. C. Theod. de naufrag. Nouell. Theodoſ. et Valentin. de praeſcr. trig. ann. Nouell. vnde epiſc. iud. et Nou. vnica de ſuar.*

CAVSSIDICVS, *l. 6. C. de poſtul. Nou. Valent. et Marciani de confirmand. his, quae adminiſtr.* cauſſarum actorem, ſeu aduocatum ſignificat, ſeu, *qui cauſſas in foro dicit*, vt loquitur Caius in *l. 1. D. de orig. iur. Auctor libri de cauſſ. corr. eloqu. Horum autem temporum diſerti*, ait, CAVSSIDICI, *et aduocati, et patroni, et quiduis potius, quam oratores vocantur.* Quod vocabulum iam Ciceronis aetate in vſu fuiſſe, ex eius *oratore. Cap. IX.* patet. Eodem vtuntur Seneca in *ἀποκολοκυντώσει p. 677.* et Iuuenal. *Sat. VII. v. 185.* Apulei. *Apolog. p. 305. Qui ſcis facta in iudicium vocari, eoque etiam patronos litigatorum* CAVSSIDICOS *adpellari, quod, cur quaeque facta ſint, cauſſas expediant.*

CAVSSIDICINA, id eſt, ars cauſſidicorum, in *l. 30. C. Theod. de cohortal. princ. corn.* et apud Ammian. Marcell. *Lib. XXX. Cap. 16.* et Symmach. *Lib. V. Epiſt. 73.*

CAVTERIVM *l. 17. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* inter pictorum inſtrumenta numeratur. Sunt vero CAVTERIA, quibus in encauſtica pictura, ad colores ceris inurendos, vtebantur. Plin. *Lib. XXXV. Cap. XI. Ceris pingere, ac picturam inurere quis primus excogitauerit, non conſtat. Quidam Ariſtidis inuentum putant, poſtea conſummatum a Praxitele. Sed aliquanto vetuſtiores encauſticae picturae exſtitere.* Scite luſit Martial. *Lib. IV. Epigr. 47.* de Phaetonte, hoc genere encauſtices picto, quem hoc modo ἔμπυρον factum, ait. Epigramma tale eſt;

Encau-

CAV.

Encauſtus Phaeton tabula depictus in hac eſt:
Quid tibi vis, dipyron qui Phaetonta facis:

Senſus eſt, iam δίπυρον vel *bis vſtum* dici poſſe Phaetonta, qoi primum fulmine ictus in Padum praeceps actus, et rurſum cauterio cerae inuſtus ſit. HEIN.

CAVTELA, pro cautione, legitur in *l. 15. §. vlt. D. depoſ. l. 1. §. vlt. D. de procurat. l. 21. D. de iudic. l. 6. D. de pign. act. l. 25. C. de admin. tut. vel cur.* Quod tamen verbum Triboniani magis, quam iurisconſultorum phraſin ſapit, et vereor, ne ab illo ſecundum ius poteſtatis ſuae, eae, quibus id verbum comprehenditur, clauſulae ſint inſertae. Sic enim ille loqui ſolet, vt adparet ex *§. 4. Inſt. de ſatisdat.* CAVTELAM exponere: *l. vlt. §. 1. C. de adminiſtr. tut. l. 2. C. de conuen. fiſc. debit. §. 1. Inſt. de ſatisdat. l. vlt. C. de legat.* Ita quidem Briſſonius noſter, ſed, qui eum locupletare ſtuduerunt, iam obſeruarunt, ea voce non modo vſos Leonem et Anthemium, *l. 33. §. 3. C. de Epiſc. et cler.* itemque Arcadium et Honorium: *l. 3. C. de inſtrum. et Codicill.* verum etiam Caſſiodorum: *Variar. Lib. III. Cap. 48.* et Ammian. Marcellin. *Lib. XIV.* immo his antiquiorem, Apuleium *Metamorph. Lib. I. p. 117. et Lib. V. p. 260.* docent. Priſcianum porro de hoc vocabulo tamquam ſatis Latino differere, *Lib. IV. p. 622.* nec repugnare analogiam, quum et *tutela*, *clientela*, aliaque eius generis vocabula, et apud puriſſimae Latinitatis ſcriptores reperiantur. Ex quo recte colligunt, vt alias ſaepe, ita et hic, praeter ſuum meritum vapulare miſerum Tribonianum. HEIN.

CAVTES, petra, pro lapidibus et marmoribus accipitur in *l. 14. C. Theod. de metall.* vbi CAVTIVM *nobilitas.*

CAVTIO, eſt prudentia, quae in cauendis damnis elucet, ipſaque ſecuritas, de qua ſibi quis proſpicit. Sic *plus* CAVTIONIS *eſſe in re, quam in perſona*, dicitur *l. 25. D. de reg. iur.* Et haec ipſa eſt ſententia, quam inculcat Plaut. in *Aſinar. Act. I. Scen. III. v. 51.*

Semper oculatae noſtrae ſunt manus: credunt, quod vident.

Vetus eſt: Nihili eſt COTIO.

Veriſſimum enim eſt, quod coniecit Muret. *Var. Lect. IX, 11.* COTIO idem eſſe, ac *cautio*, vti idem *ploſtrum*, ac *plauſtrum*, *olla* ac *aula*, adeoque ſenſum eſſe, nullius momenti eſſe cautiones, ſeu chirographa: plus eſſe ſecuritatis in re ipſa, ac proinde manus merito eſſe oculatas. Ipſae ſane leges noſtrae mentionem faciunt *fragilitatis* CAVTIONVM: *l. 66. §. 1. D. ad SC. Trebell.* itemque *incerti* CAVTIONIS. *l. 6. D. quod falſ. tut. auct.* HEIN. ¶. 2. CAVTIO generaliter omnis ſcriptura adpellatur, qua cui proſpicitur, ſiue obligationis, ſiue liberationis probandae cauſſa, emittatur. Sic CAVTIONE data creditori cauet debitor. *l. 40. D. de reb. cred.* Sed et epiſtolam emiſſam CAVTIONEM adpellari, videmus in *l. 24. D. de conſtit. pecun.* Vſurpatur in hac ſignificatione hoc vocabulum a B. Ambroſio *Lib. I. de ſacram. Cap. XI.* et *Lib. de Nabtohe Ieſraelita Cap. XIII* B. Auguſtino de *Serm. Domini. Serm. XXXI.* Sic CAVTIO deleta, apud eumdem *Serm. XLVIII.* et *Homil. XL.* Sed et quodlibet aliud inſtrumentum CAVTIONEM iurisconſulti vocant. Ita CAVTIONES ex quocumque contractu: *l. 47. §. vlt. D. de pact.* quibus inſeri ſolet conuentio: *l. 15. §. 1. D. de pign.* CAVTIO creditae pecuniae: *l. 40. D. de minor. l. 29. D. de oblig. et act.* CAVTIONES debitorum: *l. 12. §. 23. D. inſtr. vel inſtr. leg. l. 64. D. de legat. III. l. 7. C. de hered. vel act. vend.* et apud Paull. *Sentent. III, 6, 59.* CAVTIO depoſitionis: *l. vlt. §. 1. D. vt legat. et fideic. cauſſ. cau.* dotalis: *l. vlt. §. 5. D. de legat. II.* foeneratitia: *l. 11. C. de pact. dot. l. 35. C. de adminiſtr. tut.* CAVTIONES hereditariae: *l. 5. D. famil. erciſc.* pollicitationis: *l. 9. §. 3. D. quod met. cauſſ.* priuatorum: *l. 15. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. vlt. D. de ſuis et legit. hered.* CAVTIONEM quaſi creditae pecuniae facere: *l. 40. D. de minor.* CAVTIONEM, id eſt, chirographum, exponere: *l. 25. §. vlt. D. de probat. l. 8. C. de non num. pecun.* et CAVTIONEM interponere, eodem ſenſu. *l. 2. C. eod. tit.* Emiſſa CAVTIO: *l. 1. C. eod. tit.* Per CAVTIONEM conferre pecuniam dotalem ſub titulo depoſiti: *l. 27. D. depoſ.* in CAVTIONEM deducere debitum: *l. 25. §. vlt. D. de probat. l. 2. C. de commun. rer. alien.* in CAVTIONE deductum: *l. 95. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* CAVTIONEM pignori dare: *l. 20. D. de pignor.* CAVTIONEM reddere debitori: *l. 2. D. de pact.* CAVTIO corrupta, intercepta, ſurrepta: *l. 10. §. vlt. D. de edend.* extorta: *l. 6. D. de offic. proconſ.* CAVTIO porro pro apocha accipitur. Sic CAVTIO exſoluti fideicommiſſi: *l. 15. D. de probat.* pecuniae ſolutae: *l. 2. C. de his, qui accuſ. poſſ.* vectigalis ſoluti, *l. 32. §. 1. D. de admin. et peric. tut.* ¶. 3. CAVTIONIS quoque adpellatione nuda repromiſſio ſignificatur. *l. 3. C. de verb. ſignific.* Sic nuda CAVTIO aduerſa ſit ſatisdationi: *l. 2. §. 6. v. ſed vtrum. D. de iudic.* et CAVTIONEM nudam repromiſſionem interpretatur *l. 63. §. 4. D. pro ſoc.* Cui ſi iuriſiurandi religio acceſſerit, *iuratoria* CAVTIO adpellatur, *l. vn. C. vt omn. iud. l. pen. C. de dignit.* vel *adiuratoria* CAVTIO, in *l. vlt. C. de princ. agent. in reb. l. vlt. C. de priuil. ſcholar. l. pen. C. de teſtib. l. 12. C. de proxim. ſacr. ſcrin.* id eſt, *promiſſio cum iureiurando*, vti vocatur *§. 2. Inſt. de ſatisdat.* Graece ἐξωμοσία et διωμοσία, in *Nouell. LIII. Cap. 4.* Conſtant. Harmenop. *Lib. I. tit. 5.* τὴν μεθ' ὅρκου παραίτησιν vocat. ¶. 4. CAVTIO *idonea*, pro ſatisdatione. *l. 50. §. 1. D. de manumiſſ. teſt. l. 4. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. l. 1. §. pen. D. quod legator. l. 3. C. de magiſtr. conuen.* Proinde ſi mandato adiectum ſit, vt *idonea* CAVTIO a debitore exigatur, non videbitur conditioni paritum, ſi neque fideiuſſor, neque pignora, accepta ſint. *l. 59. §. vlt. D. mandat.* Sed et CAVTIO, quae propter Falcidiam interponitur, fideiuſſorum habet praeſtationem. *l. 3. §. 1. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* Praetoriae quoque ſtipulationes perſonas deſiderant pro ſe interuenientium. *l. 7. D. de ſtipulat. praetor.* ¶. 5. Memorantur in iure noſtro CAVTIO damni infecti: *l. 1. §. 13. D. de cloac.* depoſitionis: *l. 1. §. vlt. vt legat.* de dolo: *l. 5. §. 1. D. de verb. obl.* duplae: *l. 72. D. de contr. emt.* indemnitatis: *l. 32. §. 1. D. de negot. geſt.* iudicii ſiſtendi cauſſa: *l. 38. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* iudicatum ſolui: *rubr. tit. D. iudicat. ſolui.* legatorum ſeruandorum cauſſa: *tit. D. vt legator. ſeu fideic. ſeru. cauſſ. cau.* moratoria:

 l. 5.

by Google

CAV. CED.

l. 5. §. vlt. D. de cenſib. Muciana, de qua infra *Lib. XI.* CAVTIO de pretio reſtituendo: *l. 25. §. 10. de fam. erciſc.* de rato, vel ratam rem habiturum dominum, *l. 23. §. vlt. D. de procur. l. 20. et tot. tit. D. rat. rem habit.* vel ratihabitionis: *l. 1. C. de procurat.* rem pupilli ſaluam fore: *tot. tit. D. rem pupill. ſalu.* de ſeruo, qui in fuga eſt, perſequendo: *l. 14. §. 11. D. quod met. cauſſ.* de ſoluendo. *l. 11. D. de except.* Enimuero CAVTIONEM, cuius mentio fit in *l. 6. D. de hered. petit.* accipio de legatis, euicta hereditate, reddendis, vt adparet ex *l. 17. D. eod. tit.* eamdemque intelligit Paullos in *l. 41. D. ad leg. Falcid.* quum ait: *Si, iam mota controuerſia hereditatis, legata ſine* CAVTIONIBVS *det.* Vetus Gloſſarium: CAVTIO *de euictione eſt praeſtita ſecuritas emtori a venditore, vt, ſi forte per alium res emta euincatur, ideo venditor reſtituat aeſtimationem rei. Fideiuſſoria eſt, quum interuenit fideiuſſor: iuratoria eſt, quum quis iurat ſollemniter, ſe adimpleturum, quod promittit. Pignoratitia vel hypothecaria eſt, quum pignus tradit, aut hypotheca ſupponitur.*

¶. 6. Ceterum notandae formulae: CAVTIO ſolita: *l. 5. D. de hered. petit.* CAVTIONEM accipere: *l. 5. D. de conf. tut. l. 24. D. ad municip.* cauere: *l. 6. D. rat. rem. habit.* dare: *l. vlt. D. de fideiuſſor.* exponere: *l. 43. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Praeterea CAVTIO *deſiderari, exigi, offerri, dari, interponi, praeſtari, remitti,* dicitur, itemque CAVTIONIS *onus et vinculum*: quae omnia vide ſuis locis.

CED.

CEDERE, vt Nonius notat, eſt abire ſuperatum, et locum victori dare. Ita CEDERE et *contendere* opponuntur, in *l. 1. D. de edendo.* ¶. 2. CEDERE etiam eſt locum alteri relinquere. Sic CEDERE quis dicitur foro, *l. 7. §. 2. D. depoſiti* vt et apud Iuuenal. *Sat. XI. v. 50.* quod vulgo *bancam ruptam facere* dicunt. Hoc inde fluxit, quod in foro poſitae erant argentariorum et numulariorum ☞ tabernae, vt docui *Lib. II. Select. Antiquit. Cap. 12.* In actis diurnis, a Reineſio *Inſcript. Claſſ. IV. Num. 4. p. 340.* editis occurrit elegans exemplum: Q. AVFIDIVS. MENSARIVS. TABERNAE. ARGENTARIAE. AD. SCVTVM. CIMBRICVM. CVM. MAGNA. VI. AERIS. ALIENI. CESSIT. FORO. RETRACTVS. EX. ITINERE. CAVSSAM. DIXIT. APVD. P. FONTEIVM. BALBVM. PRAET. ET QVVM. LIQVIDVM. FACTVM. ESSET. EVM. NVLLA. FECISSE. DETRIMENTA. *ſoluere iuſſus* EST. IN. SOLIDVM. AES. TOTVM. Ex quibus ſimul patet, tabernas veterum argentarias, in foro poſitas, ſua habuiſſe paraſema, quibus dinoſcerentur, veluti huius Q. Aufidii *ſcuti Cimbrici.* HEIN. ¶. 3. CEDERE etiam eſt aliquid per mandatum vel alium titulum transferre. CEDI enim res incorporales et iura dicuntur, eodem modo, quo res corporales tradi. Seru. *in III. Aeneid. v. 297.* ad haec verba: *Iterum ceſſiſſe marito,* CESSISSE, ait, *verbum de iure eſt.* CEDI *enim hereditas dicitur.* Sic CEDERE actione, eſt actionem mandare, et praeſtare: *l. 13. §. 1. D. de legat. II. l. 14. D. quae in fraud. l. 53. §. 3. D. de furt. l. 15. pr. D. ad leg. Aquill. l. 7. D. de condict. cauſſ. dat. l. 21. D. de tutel. et rat. diſtrah. l. 8. pr. D. de legat. III. l. 63. D. de rei vind.* CEDERE actionibus: *l. 14. §. vlt. D. de ſeru. corrupt. l. 3. §. 5. D. de in rem verſ. l. 27. §. 1. D. de minorib. l. 95. §. 10. ſequ. D. de ſolut. l. 70. pr. D. de legat. II. l. 21. D. de rei vind. l. 43. D. mand l. 45. pr. l. 12. D. de re iud.* CEDERE actum, aquaeductum, iter, viam: *l. 15. D. commun. praed. l. 14. D. de ſeru. praed. ruſt.* CEDERE aedibus: *l. 13. §. 11. D. de damn. infect.* CEDERE aquae ſeruitutem: *l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* CEDERE auxilium in integrum reſtitutionis, vt procuratorem in rem ſuam faciat: *l. 24. pr. D. de min.* CEDERE bonis: *l. 17. D. de recept. arbitr. l. 11. C. ex quib. cauſſ. infam. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 8. D. de ceſſ. act. et rubr. Cod. qui bon. ex leg. Iul. ced.* Sueton. *in Nerone Cap. XXXVII. Quamuis ſaepe commeatum petenti, bonisque cedenti.* Vtuntur et hoc verbo Ouid. *Epiſt. IX. v. 110.* et Iuuenal. *Sat. XI. v. 50.* Vetus Gloſſarium: CEDERE *bonis, eſt ab vniuerſitate rerum ſuarum recedere.* CEDI autem bonis non tantum in iure, ſed et extra ius poteſt. *l. vlt. D. de ceſſion.* CEDERE bonis ſuis cognato donationis cauſſa: *l. 42. D. de mort. cauſſ. donat.* CEDERE fundo; *l. 7. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* Cedere hypotheca: *l. 5. C. de pact. pign.* id eſt, decedere, vt Cic. *Lib. XIII. ad famil. Epiſt. 17.* CEDERE ire, agere. *l. 20. §. 1. de ſeru. praed. vrban.* CEDERE iter: *l. 5. §. vlt. l. 14. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 15. D. commun. praed.* ius eundi agendi: *l. 10. D. de euict.* ius ei eſſe, aquam immittere: *l. 2. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu.* ius ei eſſe, eundi agendis. *l. 11. D. de ſeruit. praed. ruſt.* terram iacere: *l. 3. D. de ſeru. praed. ruſt.* ius eſſe, vt quaerere liceat. *l. 10. D. de ſeru. ruſt. praed.* CEDERE loco, et fundo: *l. 7. D. de aqu. et aqu. pluu.* CEDERE parte: *l. 8. D. ſi pars her. pet.* pignoribus: *l. 1. D. de pignor.* portione: *l. 11. §. 3. D. de legat. III.* poſſeſſione: *l. 16. D. damn. infect. l. 4. §. 2. D. de alienat. iud. mut. l. 33. §. 3. D. de vſurp. et vſuc. l. 9. C. de transact.* Paull. *Sent. V, 6, 4.* itemque poſſeſſionem: *l. 1. §. 20. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* rebus peculiaribus: *l. 9. D. comm. diuid.* ſeruitutem: *l. 39. D. de ſeru. vrb. praed.* tutelam in iure: Vlpian. Fragm. *tit. XIX. §. 11.* nec non *Fragm. tit. XI. §. 17.* vſufructu: *l. 17. §. vlt. D. de noxal. act.* id eſt, *derelinquere vſumfructum,* vt ait *l. 64. D. de vſufr.* quod vulgo *deguerpir* dicimus. ¶. 4. Interdum CEDERE, contineri, vel accedere ſignificat, et tunc vel datiuo iungitur, vel accuſatiuo, interueniente praepoſitione IN vel AD, vel ablatiuo per praepoſitionem PRO. Sic aliquid CEDIT in agri modum: *l. 51. D. de action. emt.* Chartis CEDIT ſcriptura: *l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. dom. §. 33. Inſt. de rer. diuiſ.* CEDERE commodo cuius: *l. 17. D. de legat. II.* CEDERE in fructum: *l. 7. §. 12. D. ſol. matrimon.* CEDERE inſtrumento: *l. 18. §. 11. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Paull. *Sent. III, 6, 36.* CEDERE legato: *l. 13. l. vlt. D. de ſupell. leg. l. 102. D. de legat. II. l. 48. l. 82. l. 85. D. de legat. I. l. 12. §. 35. l. 17. l. 18. §. 13. l. 20. §. 3. §. 5. D. de inſtr. vel inſtr. legat. l. 6. §. 4. l. 12. D. de pecul. leg. §. 17. §. 19. 20. Inſt. de legat.* CEDIT quid loco praedae: *l. 20. §. 1. D. de captiu. et poſtlim.* loco ſolutionis: *l. 27. D. de iureiur.* in locum ſolutionis: *l. 28. §. 1. D. eod.* CEDIT lucro: *l. 17. D. de fundo dot. l. 35. D. de rei vind. l. 42. D. de vſuc. l. 74. D. de ſolut.* Paull. *Sent. II, 22, 1.* CEDIT membranae ſcriptura: *l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. dom. §. 33. Inſt. de rer. diuiſ.* CEDIT in numerum: *l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* CEDIT pro pacto: *l. 35. §. 1. D. de iureiur.* CEDIT peculio: *l. 1. C. de caſtr. pecul.* CEDIT penui, vel penu continetur, quae pro eodem promiſcue ponuntur: *l. 3. §. 1. ſequ. D. de pen. leg.* CEDIT pro petitione. *l. 2. D. de nautic.*

tic. form. CEDIT picturae tabula: *§. 34. Inſt. de rer. diuiſ.* CEDIT ſolo aedificium: *l. 11. C. de rei vind. l. 5. C. de aediſ. priu.* omniaque, quae inaedificantur: *l. 7. §. 10. D. de adquir. rer. dom. §. 29. Inſt. de rer. diuiſ. §. 33. Inſt. eod.* immo et frumenta, quae ſata ſunt: *l. 9. D. de adqu. rer. dom. §. 32. Inſt. eod.* Semper quoque ſuperficies ſolo CEDIT: *l. 3. §. 7. D. vti poſſid.* CEDIT, quid pro ſolutione: *l. 95. §. 1. D. de ſolution.* CEDIT venditioni horreorum: *l. 76. D. de contrah. emt.* CEDVNT veſti tapeta. *l. 25. §. 3. D. de aur. arg. legat.* CEDIT in vicem vſurarum: *l. 8. §. 21. D. vt in poſſeſſ. legat.* CEDIT vſuris: *l. 102. §. 1. D. de ſolut.* CESSIT ad vtilitatem pecunia. *l. 26. C. de praed. min.* ¶. 5. CEDERE etiam dicuntur, quae numerantur et computantur, nec non quae incipiunt deberi. Sic CEDERE, et *numerari* annus, pro eodem accipitur, in *l. 6. D. de calumniat. l. 15. §. 4. D. quod. vi aut clam. l. 27. D. de minor. l. 28. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior.* CEDERE diem, ſignificat, incipere deberi pecuniam, aliudque eſt CESSISSE, aliud *veniſſe* diem. *Venit* dies, quum peti poteſt: CESSIT, quum obligatio nata eſt, licet exactio in diem differatur. *l. 213. D. de verb. ſignif.* Sic CEDERE dies fideiuſſoribus: *l. 13. D. iudic. ſolu.* CEDERE dies legatorum dicitur, ex quo ea debentur, et ad heredem transmittuntur. *tit. quando dies legat. ced. l. 25. l. 68. D. de legat. I.* Hoc Theophil. *in §. 20. Inſt. de legat.* ita explicat: *προχωρεῖ δὲ τὰ λεγάτα ἐπειδὰν κατενεχθῇ ἐφ' ἡμᾶς καταφορὰ δέ ἐστι ἡ τῆς ἀγωγῆς ἁρμοσις. Ἁρμόζει δὲ ἐπὶ μὲν τῶν πούρων a morte teſtatoris. ἐπὶ δὲ διρετιαλῶν, μετὰ τὴν ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως.* CEDVNT *autem legata, quum delata nobis fuerint. Deferri vero eſt, actionem eorum nomine competere. Competit autem actio, in puris quidem legatis a morte teſtatoris, in conditionalibus vero, poſt conditionis euentum.* CEDERE dies ſoluendae pecuniae: *l. 27. pr. qui et a quib.* CEDERE dies repetendae rei: *l. 10. §. 2. D. ad SC. Turpill.* CEDERE dies vocationis: *l. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* CEDERE quinquaginta dies tutoribus: *l. 45. D. de excuſat.* CEDERE dies vſurarum: *l. 58. §. 2. D. ad SC. Trebell.* Sic et CEDERE operae incipiunt, poſtquam fuerunt indictae. *l. 13. §. 2. l. 34. D. de op. libert.* Sic et CEDERE dies operarum. *l. 23. §. vlt. D. eod. tit.* Quod de operis libertorum intelligendum eſt. Alia enim cauſſa eſt operarum, quas quis ſibi ſtipulatus eſt, quae ex die interpoſitae ſtipulationis cedunt. *l. 24. D. eod. tit.* Denique eodem ſenſu et CEDERE tempora dicuntur, id eſt, currere, vel computari. *l. 2. §. 2. D. quis ord. in poſſeſſ. ſeru. l. 1. D. de iur. et fact. ign. l. 8. D. de his, qui not. inf. l. 1. D. de bon. poſſeſſ. furioſ. l. 10. §. vlt. D. ad SC. Turpill. l. 4. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. D. de libert. vniuerſ. l. 5. C. qui admitt.* Tempus, quod poſt mortem CESSIT. *l. 1. D. de operib. public.*

CEL.

CELARE, id eſt, reticere. Sic CELARE conditionem: *l. 10. §. 2. D. de in ius voc.* CELARE, deberi ſeruitutes: *l. 1. §. 1. D. de act. emt.* CELARE aduerſarium: *l. 3. §. vlt. D. quod vi aut clam.* CELATA veritate: *l. vlt. C. Theod. de murileg.* ¶. 2. CELARE, id eſt, occultare, vt loquitur *l. 4. C. de furt.* vel, vt Non. Marcell. *tegere et abſcondere.* Sic CELARE aliquid, vt verum non adpareat: *l. 6. §. vlt. D. ad leg. Corn. de falſ.* ancillam: *l. 34. D. de furt.* ſi ſe arbiter CELARE tentauerit: *l. 32. §. 12. D. de recept. arbitr.* CELARE fugitiuum: *l. 4. D. de fugit. l. 5. D. ad leg. Fab. de plag.* ipſe fugitiuus ſe CELAT a domino: *l. 17. D. de Aedilit. edict. l. 10. D. de lib. cauſſ.* CELARE furem: *l. 48. §. 1. et §. 2. D. de furt.* hominem ingenuum vel libertinum: *l. vlt. §. vlt. D. ad leg. Fab. de plag. l. 9. C. eod. tit.* mancipium: *l. 25. D. de iniur.* meretricem: Paull. *Sent. II, 31, 12.* CELANDOS natales: *l. 10. C. de ingen. manumitt.* CELARE res: *l. 37. §. 1. D. de act. rer. amot.* CELARE ſe: *l. 6. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* CELARE ſeruum: *l. 11. §. vlt. D. de ſeru. corrupt. l. 40. §. 2. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſion.* CELARE tabulas: *l. 3. §. 6. D. de tab. exhib.* CELARE teſtamentum: *l. 2. D. ad leg. Corn. de falſ.* CELANDI animo contrectare rem, vel pignus. *l. 45. D. pro ſoc.*

CELEBRARE aeſtimationem: *l. 35. §. 3. C. de donat.* alienationem: *l. 1. C. de alien. iudic. mut.* certamina, id eſt, edere: *l. 21. §. 3. D. de ann. legat.* certaminis formam: *l. 77. §. vlt. D. de legat. II.* collegium: *l. 3. D. de colleg. et corp.* contractum: *l. vlt. C. de fund. rei priu. l. vlt. C. de contrah. emt.* creationem tutorum: *l. vlt. §. 2. C. de adminiſtr. tut.* diuiſionem: *l. 1. C. de diuort. fact. l. 8. C. de collat.* Paull. *Sent. I, 18, 2.* donationem: *l. 31. §. vlt. D. de donat. l. 1. C. ſi mai. fact. alienat.* exactionem: *l. 21. §. 1. D. de conſtit. pec. l. 56. C. Theod. de exſequut. et exact.* feſtos dies: *l. 17. D. ad municipal.* Cic. *pro Arch. Cap. VI.* functiones: *l. 4. C. de donat.* ludos: Plin. *Hiſt. nat. Lib. XVIII. Cap. 3.* matrimonium: *l. 19. C. de nupt.* Claudian. *Epigr. IV.* memoriam: *l. 18. §. vlt. D. de alim. et cibar. leg.* nuptias: *l. 66. D. de donat. int. vir. et vxor.* ſollemnia nuptiarum: Tacit. *Ann. XII, 5.* ſolita in diſtrahendis pignoribus: *l. 4. ſi vendit. pign.* ſolutionem: *l. 1. C. ſi ſeru. ext. l. 14. C. de reſc. vendit. l. 9. l. 19. C. de ſolut. l. 14. C. de fideiuſſ.* ſpectaculum: *l. 16. D. de vſu et vſufr. leg.* venditionem: *l. 61. §. vlt. D. de iur. dot. l. vlt. §. vlt. C. de adminiſtr. tut.*

CELEBRIS ciuitas: *l. 7. D. de offic. proconſ.* vt CELEBRIS vrbs, apud Cicer. *pro Arch. Cap. III.* CELEBERRIMVS argentarius: *l. 50. D. de adminiſtr. et peric. tut.* CELEBERRIMI moris eſt. *l. 2. C. ſi quis aliqu. teſt.*

CELEBRITAS nuptiarum: *l. 22. C. de nupt.*

CELEBS, CELIBATVS, vid. ſupra CAELEBS, CAELIBATVS.

CELERVM *tribunus*, equitibus praeerat, et veluti ſecundum locum a Regibus obtinebat. *l. 2. §. 15. D. de orig. iur.* CELERVM autem nomine equites ſub Romulo regibusque adpellatos, Plin. *Lib. III. Cap. XXXII. Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, a Celere, interfectore Remi, qui initio eis praepoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt, in curiis deni. Ideoque omnino trecenti fuere.* Seruius quoque in *Lib. XI. Aen. v. 603.* ad verba: *celeresque Latini*, Romulum equites habuiſſe, ſcribit,

quos

quos *celeres* adpellarit, vel a celeritate, vel a duce Celere, qui dicatur Remum occidiſſe, cuius gratiae vice a Romulo fieri Tribunus equitum meruerit, et *Tribunus Celerum* adpellatus ſit, qua de re alias ſe dixiſſe, Seruius ibidem ſcribit, nimirum ad ea *Libro IX. v. 370.* verba: *Tercentum ſcutati omnes*, vbi, Romanos equites ter centum primum fuiſſe, notat, de ſingulis enim curiis deni dabantur, quas XXX. fuiſſe conſtat. Liu. *Lib. I. Cap. 15. Trecentosque armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres adpellauit, non in bello ſolum, ſed etiam in pace habuit.* Similiterque etiam Dionyſ. Halicarn. *Lib. II. p. 86.* Romulum φυλακῆς ἕνεκα τοῦ σώματος, *ad cuſtodiam corporis* ſibi robuſtiſſimos iuuenes trecentos legiſſe, narrat, ex quaque curia, quam φρατρίαν vocat, denos, quos circa ſe ſemper habuerit, quibusque *Celerum* nomen inditum, ἐπὶ τῆς ὀξύτητος τῶν ὑπηρεσιῶν, *a celeritate miniſteriorum*, propterea, quod Romani τοὺς ἑτοίμους καὶ ταχεῖς ἐπὶ τὰ ἔργα, *paratos et promtos ad res gerendas*, CELERES adpellent. Plutarch. *in Romulo. p. 23.* de Celere, Romuli percuſſore: Καὶ ἀπὸ ἐκείνου, ait, τοὺς ταχεῖς Ῥωμαῖοι, καὶ ὀξεῖς Κελέρας ὀνομάζουσι. *Et ab eo Romani promtos et agiles* CELERES *adpellitant.* ¶. 2. CELER, agilis. CELERIS redhibitio: *l. 4. C. Theod. vnde vi.* CELERIS reformatio: *l. 14. C. de agric. et cenſit. l. vn. C. Theod. vtrum vi.* id eſt, poſſeſſionis per vim vel alio modo ablatae interuerſaeue, reſtitutio: quae *poſſeſſionis reformatio* vocatur in *l. vn. C. ſi de moment. poſſeſſ.* CELERI exſequutione reuocari. *l. vn. C. Theod. de inquilin. et colon.*

CELERITATEM deſiderat res damni infecti. *l. 1. D. de damn. inf.* CELERITATE coniungendarum inter ſe actionum: *l. 3. §. 12. D. de donat. inter vir. et vxor.*

CELERITER, id eſt, praecipiti feſtinatione, ſolutos. *l. 10. D. de cuſtod. et exhibit. reor.*

CELLA in inſulis et horreis. *l. 3. §. 2. D. de offic. praef. vigil.* in ea CELLA libertus habitauit, cui commune et promiſcuum cellarum iter eſt. *l. 17. §. 15. D. de aedilit. edict.* ¶. 2. CELLA etiam, et CELLARIVM, a reponendis *celandisque* rebus eſculentis et potulentis dicitur, vt Donat. *in Terent. Adelph. Act. IV. ſc. 2. v. 13.* ſic tradit. Sic CELLA olei et vini: *l. 4. §. 1. D. de penu. leg.* Haec *vinaria*; illa *olearia* dicitur. Vtriusque coniunctim fit mentio *l. 10. §. vlt. D. de vſu. et habitat.* et apud Ciceron. *in Topic. Cap. III. Vinariae* vero ſpecialiter *l. 1. §. 21. D. de adquir. poſſeſſ. l. 3. §. vlt. D. de trit. vin. ol.* ad eamque pertinet, quod de *doliis, in* CELLA *defixis*, ſcriptum eſt in *l. 93. §. 4. D. de legat. III.* Eſt et CELLA *penuaria*, in qua frumentum et legumina habita, proponit *l. 3. §. 8. D. de pen. leg.* quae ab aliis, et quidem, ſi Capro fides habenda eſt, rectius atque emendatius *penaria* dicitur. Vnde Siciliam, CELLAM penariam reipublicae Romanae a veteribus adpellatam, Cicero *in Verr. III, 5.* tradit. Has omnes, et alias praeterea CELLARVM ſpecies Cicero *de Senect. Cap. XVI.* complectitur his verbis: *Semper enim boni adſiduique domini referta* CELLA *vinaria, olearia, mellaria, et penaria.* CELLAM etiam *promam* dixit Tertullian. *de reſurr. carn. Cap. XXVII.* et promtuariam, Plaut. *in Amphitr. Act. I. ſcen. I.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. vbi quid condi-*

tum eſſe volebant, a celando CELLAM *appellarunt. Penariam, vbi penus.* Feſtus Pompeius: CELLA, *quod ea celentur, quae volumus eſſe occulta.* De CELLA *vinaria* videndus etiam Pallad. *Lib. I. tit. 18.*

CELLARIVS *ſeruus*, in *l. 24. D. de manum. teſtam.* apud Plaut. *Milit. glorioſ. Act. III. ſcen. 2.* qui cellae praepoſitus eſt. CELLARIVM tamen Vlpianus *l. 12. §. 9. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* interpretatur ſeruum, ideo praepoſitum, vt rationes ſaluae ſint. CELLARARIOS Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 72.* in vrbanis miniſteriis numerat. A CELLARIIS vbique cibum et potum familiae praebitum eſſe, oſtendit Columella *Lib. II. Cap. 1.* Non. Marcellus: *Promos et condos adpellari voluerunt* CELLARIOS, *eo, quod inde promant, et eo rurſus condant.* Plautus *Pſeudol. Act. II. ſcen. 2. v. 14. Ego ſum promus condus, procurator peni.* Fit et CELLARIORVM mentio in *l. 10. §. 1. v. item ſcrinii C. de diuerſ. offic.* vt et CELLARARIORVM, apud Caſſiodor. *Variar. Lib. X. Epiſt. 28.*

CELLARIVM, ſubſtantiue, pro cella. CELLARIVM iunctum diaetae. *l. 41. §. 1. D. de legat. III.* Seru. *in I. Aeneid. v. 407.* ad haec verba: *cura penum ſtruere: Inter penum, ait, et* CELLARIVM *hoc intereſt, quod* CELLARIVM *eſt paucorum dierum. Vnde et in* CELLAM *importatum dicitur frumentum. Penus vero longi temporis.* D. Auguſtinus *Confeſſ. Lib. IX. Cap. 8. Quum autem ad maritos veneritis, factae dominae apothecarum et* CELLARIORVM, *aqua ſordebit.* Sic vinum ad CELLARII vſum miniſtrari ſolet. *l. 6. C. Theod. de annon. et tribut.* CELLARIIS reliqua concedunt Imperatores. *l. 9. C. Theod. de indulgent. debit.* ¶. 2. CELLARIA, pro potulentis accepta, adiunguntur annonis. *l. vlt. C. Theod. de offic. omn. iudic.* Sulpic. Seuer. *Lib. II. Hiſt. ſacr. Cap. 41. Quadringenti et aliquanto amplius occidentales Epiſcopi Ariminum conuenere, quibus omnibus annonas et* CELLARIA *dari Imperator praecepit.* Vnde CELLARIENSES ſpecies. *l. pen. C. Th. de indulg. debit. l. 32. C. Theod. de erog. milit. annon.*

CELSVS, A. VM. CELSIORES viri: *l. 2. C. de offic. diuerſ. iud.* Hic CELSITVDINIS titulus tribuitur comiti ſacrarum largitionum, *l. 18. C. Theod. de proxim. Com diſp.* nec non praefecto praetorio. *l. 23. C. Theod. de curſu publ. l. 5. C. Th. de accuſat. et inſcript.*

CELSVS, pater. *l. 39. D. mand.* CELSVS filius, *l. 29. D. de euict. l. 6. D. de contrah. emt. l. 1. D. de reſcind. vendit.* quae omnes leges Pomponii nomen praeſcriptum habent. CELSVS, adoleſcens vocatur a Paullo, in *l. 91. §. 3. D. de verbor. oblig.* CELSO autem patri ſucceſſit CELSVS filius, qui patris induſtriam non aequauit ſolum, ſed et longe ſuperauit. Proceſſit enim honoribus longius, et ſcriptis ſuis ſuum patrisque nomen immortalitati adſeruit: quod probare adgrediar, et confuſam vtriusque CELSI memoriam, ac prope nominum concurſu intermortuam, in integrum reſtituere enitar. Et primum CELSVM filium, non item patrem, conſulem fuiſſe, et quidem iterum, adfirmo, idque a Pomponio accepi in *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* cui conſequens eſt, eum P. IVVENTIVM CELSVM adpellatum. His enim nominibus ornatur CELSVS, conſul, in *l. 20. §. 6. D. de heredit. petit.* ex qua adparet, auctorem

eum cum collegis fuiſſe SCi de petitione hereditatis, quod, (vt in tranſcurſu moneam,) acceſſit orationi D. Hadriani, vt oſtendit *l. 22. D. eod. tit.* Sed et ipſe CELSVS nomen ſuum in obſcuro latere non patitur. Etenim in *l. 30. D. de legat. II.* de ſe ipſo loquens: IVVENTIVS, ait, CELSVS *reſpondit.* Praeterea hunc CELSVM, filium, *libros nouem et triginta* DIGESTORVM ſcripſiſſe, adſeuero, auctoremque habeo Vlpianum, in *l. 5. §. 15. D. commod.* in qua ita eſt: CELSVS *filius ſcripſit libro ſexto Digeſtorum.* Et ita eſſe, docent *l. 20. l. 29. D. de legat. II.* quae ſumtae ſont ex CELSI *libris Digeſtorum*, In quibus patrem ſoum laudat: priore quidem in hunc modum: *Et Proculo*, ait, *placebat, et a patre ſic accepi:* poſteriore vero bis verbis: *Pater meus referebat, quum eſſet in conſilio Ducennii Veri Conſulis.* Praeter DIGESTORVM libros vero idem CELSVS etiam QVAESTIONVM *nouendecim*, COMMENTARIORVM *ſeptem*, EPISTOLARVM *vndecim*, aut eo plus, ſcripſerat: vnde complora in pandectis capita ſumta ſunt. Eumdem vero DIGESTORVM, et COMMENTARIORVM auctorem fuiſſe, argumento eſt, quod Vlpianus in *l. 19. §. 6. D. de aur. arg. leg.* ait: CELSVS *libro nono decimo* DIGESTORVM, COMMENTARIORVM *ſeptimo.* Supplenda hic quaedam, a Briſſonio noſtro praetermiſſa. CELSVS, filius, cum Nerua, poſtea Imperatore, aduerſus Domitianum coniurauerat. Sed eo periculo callide ſe expediuit, teſte Dione Caſſ. *Libro LXVII. p. 765.* Add. Philoſtrat. *in vita Apollon. Tyan. Lib. VII. Cap. 3.* Praeturam geſſit anno ab V. C. DCCCLIV, ceu colligi poteſt ex Plin. *Lib. VI Epiſt. 5.* Prioris conſulatus tempus ignoramus: poſterior, in quo Marcellum collegam habuit, incidit in annum DCCCLXXXI. Noriſ. *de Epoch. Syro-Maced. p. 498.* Fuiſſe eumdem inter Hadriani conſiliarios, ex Spartian. *Hadrian. Cap. XVIII.* diſcimus, extremis eius temporibus, vel Antonini Pii Imperat. temporibus, vti veroſimile eſt, defunctus. Hinc ad eius filium referendum videtur marmor, in quo libello libertini, anno ab V. C. DCCCCVII. Antio et Opimiano Coſſ. ſubſcripſiſſe animaduertimus P. quemdam Iuuentium, Promagiſtrum. Gruter. *Inſcr. p. DLVII.* quod monimentum ad iuriſconſultum noſtrum perperam referre videntur Guil. Grot. *de vit. iuriſc. Lib. II. Cap. 3.* et Aegid. Menag. *Amoenit. iur. Cap. XX. p. 98.* Iuriſprudentiam a patre didicerat, *l. 20. D. de legat. III.* adeoque nullum eſt dubium, quin a Proculi partibus ſteterit. Cuiac. *Obſ. VIII, 35. XXVII, 12.* Aliquando tamen a Labeone ac Nerua diſſentit: *l. 25. pr. D. de furt. l. 29. D. de euict. l. 3. §. 6. D. de condict. cauſſ. dat.* et Sabino ac Caſſio, aduerſae partis iuriſconſultis, ſuffragari non dubitat. *l. 65. §. 3. D. de legat. III. l. 6. D. de condict. ob turp. cauſſ.* HEIN.

CEM.

CEMENTITIVS, CEMENTVM vid. in CAEMENTITIVS, CAEMENTVM.

CEN.

CENOTAPHIVM, monimentum eſt memoriae cauſſa factum, in quod corporis reliquiarumque nihil illatum eſt. *l. 6. in fin. l. 42. D. de religioſ. l. 6. §. vlt. D. de rer. diuiſ.* Hygin. *in Fabulis Cap. CCLXXIII: Fecit in Ilio Priamus* CENOTAPHIVM *Paridi.* Lamprid. *in Alex. Cap. LXIII.* CENOTAPHIVM *in Gallia; Romae ſepulcrum ampliſſimum meruit.* Vopiſcus *in Floriano Cap. II. Horum ſtatuae fuerunt Interamnae duae, pedum tricenum, ex marmore, quod illic eorum* CENOTAPHIA *conſtituta ſunt. Inanem tumulum* vocat Virgil. *Aeneid III. v. 304.* ipſo Seruio interprete. *Honorarium tumulum*, Sueton. *in Claud. Cap. I.* Nam quod ille ait, exercitum Druſo *honorarium tumulum excitaſſe:* hoc ipſum Dio Caſſ. *Lib. LV. p. 549.* κενοτάφιον πρὸς αὐτῷ τῷ ῥήνῳ, *cenotaphium ad ipſum Rhenum* vocat Pauſanias *Lib. IV. Cap. 32. p. 359.* de Ariſtomenis ſepulcro agens, κενὸν μνῆμα, *vacuum monimentum*, adpellat. Sane in Gloſſis, quae Palaemonis nomen praeferunt: *Funus imaginarium, tumulus* eſſe dicitur, *ſine cadauere.* Suidas: Κενοτάφια, ait, τινὰ ἦσαν ἑλισσόμενα, ὡς τόπος νεκροῦ, μὴ ἔχοντα νεκρόν. *monimenta in ſpeciem tantum inſtructa, quae nullum mortui cadauer habent.* Vbi tamen pro ἑλισσόμενα πλασσόμενα legunt Bochart. *Hieroz. Part. I. Lib. II. Cap. 51.* et Kuſter. *ad Suid. Tom. II. p. 295.* HEIN. Xenophon. *Lib. VI. Exped. Cyri Cap. IV. §. 6.* οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον ἐποίησαν αὐτοῖς μέγα. *Quos reperire non poterant, iis magnum ſtatuebant* CENOTAPHIVM. Hinc illa apud Sopatrum *in Hermagorae commentar.* quaeſtio an τυμβωρυχίας reus agi poſſit ὁ κενοτάφιον διορύξας; *an violati ſepulcri reus ſit, qui cenotaphium diruerit?* Quidquid de cenotaphiis eorumque iure dici poterat, id omne dixit Iac. Gothofred. *Diſſ. de cenotaph.* recuſa *in Theſauro iur. ciu. Tomo III.* Varia quoque CENOTAPHIORVM exempla, quae vel a veteribus memorantur, vel adhuc exſtant, et quorum vnum, Piſanum, Caii et Lucii Caeſarum ſingularem Emin. Cardinalis, Henr. Noriſii commentarium meruit, recenſet Vignolius *de columna Antonini Cap. IV. p. 66.* HEIN.

CENSERE, eſt conſtituere et praecipere. *Vnde* etiam *dicere ſolemus:* CENSEO, *hoc facias*, et, *ſemel aliquid* CENSVISSE. Inde CENSORIS nomen videtur eſſe tractum, inquit Iauolenus in *l. 111. D. de verb. ſignif.* Ad etymon quod attinet, aliter Feſtus Pompeius: GENSERE *nunc ſignificat putare, nunc ſuadere, nunc decernere.* Et mox: CENSVS, *aeſtimatio, vnde cenſores.* Sequitur apud eumdem: CENSORES *dicti, quod rem ſuam quisque tanti aeſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerunt.* Qua in re Varronem ſequitur, qui *Lib. IV. de lingua Lat.* CENSOR, ait, *ad cuius cenſionem, id eſt, arbitrium cenſeretur populus.* Nec ab eorum ſententia recedit Pomponius in *l. 2. §. 17. D. de orig. iur.* *Deinde*, inquiens, *quum cenſus iam maiori tempore agendus eſſet, et conſules non ſufficerent, huic quoque officio cenſores conſtituti ſunt.* Nonius Marcell. hunc et Varronis *Lib. XX. de republica* locum citat, *quod verbum* CENSEO *et arbitror idem poterat, et valebat.* Idem ex eiusdem auctoris *Libro II.* verba haec: *Itaque, quod hos arbitros inſtituerunt populi,* CENSORES *adpellarunt.* Suidas *Tomo II. p. 308.* Κήνσωρ τιμητὴς παρὰ Ῥωμαίοις ὀνομαζόμενος, ἐξεταστής τις τῶν πολιτικῶν διαιτημάτων πρὸς τὸ σῶφρον καὶ ἀρχαιότερον ἑκάστου τῶν πολιτῶν ἐπιστρέφων τὸν βίον. CENSOR *apud Romanos, qui inquirebat in ciuium vitam, et mores, eosque ad modeſtiam et antiquam virtutem reuocabat.* In Gloſſis veteris Teſtamenti CENSORES definiun-

finiuntur, *probatores morum vel aeſtimatores.* Et certe *magiſtros morum* a veteribus dictos, conſtat. At in *l. 8. C. Theod. de cenſ. ſiue adſcript.* CENSORES ſunt CENSITORES. Pluraque his Briſſonius ad verbum CENSERE admiſcuit, quae potius ad CENSORES pertinent. Hinc et quaedam de CENSORIBVS hic addiderunt, qui auctariis ſuis locupletarunt hoc volumen: ſed ea fere vulgaria ſunt, et quae multo rectius petas ex Lipſii aliorumque libellis. Solus notatu dignus eſt locus Trebellii Pollionis *in Valeriano Cap. II.* vbi ita cenſoris vel Praefecti morum deſcribitur officium: *Felicem te, Valeriane, totius ſenatus ſententia, immo animis atque pectoribus. Totius orbis humani ſuſcipe cenſuram, quam tibi detulit Romana reſpublica, quam ſolus mereris, iudicaturus de moribus noſtris. Tu aeſtimabis, qui manere in curia debeant: tu equeſtrem ordinem in antiquum ſtatum rediges: tu cenſibus modum pones: tu vectigalia firmabis; diuides ſtatum: reſpublicas recenſebis: tibi legum ſcribendarum auctoritas dabitur, tibi de ordinibus militum iudicandum eſt: tu arma reſpicies: tu de noſtro palatio, tu de iudicibus, tu de praefectis eminentiſſimis iudicabis, excepto denique praefecto vrbis Romae, exceptis Conſulibus ordinariis et ſacrorum rege, ac maxima virgine Veſtalium, (ſi tamen incorrupta permanebit,) de omnibus ſententiam feres. Laborabunt autem etiam illi, vt tibi placeant, de quibus non potes iudicare.* Eſt enim hoc cenſurae veteris vltimum et longo interuallo repetitum exemplum, quum iam a Veſpaſiani temporibus et cenſus, et cenſura, ab vſu receſſiſſet, teſte Cenſorino *de die nat. Cap. XVIII.* et multo poſt Theodoſii conatus, vetus illud inſtitutum in vſum reuocare conantis, fruſtraneum eſſet. Symmach. *Lib. V. Epiſt. 9.* HEIN. ¶. 2. CENSERE Senatus dicebatur, id eſt, decernere et ſtatuere. Inde *ſenatus* CENSVIT: *l. 3. D. de edendo. l. 35. D. de mort. cauſſ. donat. l. 13. in fin. D. de manumiſſ. vind. l. 41. D. de legat. I. l. 52. D. de contrah. empt. l. 41. §. 1. D. de offic. procoſ. l. 1. D. de vſufr. ear. rer. l. 10. D. de probat. l. 14. D. de accuſat. l. 15. D. de iur. fiſc. l. 17. D. ad SC. Trebell. l. vn. D. de libert. vniu. l. 14. l. 17. D. de leg. Corn. de falſ. l. 11. D. qui et a quib. l. 64. D. de rit. nupt. l. 30. §. 1. D. de fideic. lib. l. 76. l. 83. §. 1. D. de hered. inſtit. §. 2. Inſt. de vſufr.* Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 20.* Sueton. *in Claud. Cap. VI.* Ampliſſimus ordo CENSVIT: *l. 5. C. de excuſ. tut.* De qua re ita CENSVERVNT. *l. 20. §. 6. D. de hered. pet.* ¶. 3. CENSERI iure manumiſſoris: *l. 8. D. de adſign. libert.* CENSERI iuris peritia: *l. 1. §. 3. D. de iuſt. et iur.* et *§. 1. Inſt. de iur. nat. gent.* id eſt, *ἀπογράφεσθαι*; vt ibi Theophilus. CENSERI legum auctoritate: *l. vlt. D. de ſuis et legit.* CENSERI nulla auctoritate: *l. 8. D. de tranſact.* non nudi pacti nomine: *l. vlt. C. de rer. permutat.* priuilegio. *l. 1. §. 2. D. ad municipal.* Sic *in parte ciuium* CENSERI. Liu. *Lib. VII. Cap. 18. Sanguine longo* CENSERI. Iuuenal. *ſat. VIII. v. 1. ſequ. Moribus et pudore* CENSERI. Minuc. Fel. *in Octau. Cap. XXXVII.* ¶. 4. CENSERI dicebantur, qui cenſum profitebantur. Sic in *l. 1. C. in quib. cauſſ. pign.* Vniuerſa bona eorum, qui CENSENTVR. et *l. 3. C. de alluuion.* ea, quae per alluuionem adquiruntur, ſeparatim CENSERI. Et in *l. 3. D. de cenſib.* Aetatem in CENSENDO ſignificare neceſſe eſt. Et mox: Aetas ſpectatur CENSENDI tempore. Hinc hominum capita, ſtipendio cenſa, dixit Tertullianus *Apologet. Cap. XIII.* Ἀπογράφεσθαι dixit D. Lucas *Euang. II, 1.* quum ait: ἐξῆλθε δόγμα παρὰ καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. *Editum eſt edictum Caeſaris Auguſti, vt totus orbis Romanus* CENSERETVR. Cuius cenſus acti ſub Auguſto meminit Caſſiodor. *Variar. Lib. III. Cap. 52.* his verbis: *Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romanus agris diuiſus, cenſuque deſcriptus eſt, vt poſſeſſio ſua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum ſuſceperat quantitate ſoluenda.*

CENSITI, *rubr. C. de agric. cenſ. et C. de colon. et cenſ. et C. in quib. cauſſ. colon. cenſ.* id eſt, cenſibus adſcripti. *l. 20. C. de epiſc. et cleric. l. 18. C. de colon. et cenſ. l. 10. C. de re mil.* adnotati: *l. 16. C. de epiſc. et cler.* vel obnoxii: *l. 1. C. de tiron.* CENSITI, qui in ſuis deſcripti locis cenſualibus detinentur. *l. 4. C. de agric. cenſit.* qui iis, quibus annuis functionibus et debito conditionis obnoxii ſunt, paene eſt, vt quadam debiti ſeruitute videantur adſtricti. *l. 2. C. in quib. cauſſ. colon. cenſ.*

CENSITIO. Hinc pro cenſu vel cenſione, apud Spartian. *in Peſcenn. Nigro Cap. VII.* CENSITIONE *leuari.*

CENSITOR, qui cenſum agit: *l. 4. §. 1. D. de cenſ.* et CENSITORES, qui eodem munere funguntur, *rubr. C. de cenſ. et cenſitor.* vel qui peraequatoribus ſociantur. *l. 1. C. de immunit. nem. concoced. rubr. C. Theod. de cenſitor. peraequat. l. 2. l. 3. C. Theod. de praed. ſenat.* Sic CENSITORES *prouinciae Siciliae*, apud Caſſiod. *Lib. IX. Var. Cap. XI.* Vnde eleganter Pomponius in *l. 30. §. 3. D. de adqu. rer. dom. flumina* CENSITORVM *vice fungi*, ſcribit, *vt ex priuato in publicum addicant, et ex publico in priuatum.*

CENSOR, vid. CENSERE.

CENSORIVS, A. VM. CENSORIA lex. *l. 203. D. de verb. ſignif.* et apud Varron. *Lib. II. de re ruſt. Cap. 2.* Ciceron. *ad Q. Fratr. Lib. I. Epiſt. I.* id eſt lex, in publicorum locationibus dicta. ¶. 2. Alio tamen ſenſu *legem* CENSORIAM accipit Plinius *Hiſt. Nat. Lib. VIII. Cap. 57. Sorices et ipſos hieme condi, auctor eſt Nigidius, ſicut glires, quos* CENSORIAE *leges, princepsque M. Scaurus, non alio modo coenis ademere, quam conchylia, et ex alio orbe conuectas aues.* Et *Lib. VIII. Cap. 50. Hinc* CENSORIARVM *legum paginae interdictaque coenis abdomina, glandia, teſticuli, vuluae, ſincipitia verrina.* Denique *Lib. XXXVI. Cap. 1. Exſtant* CENSORIAE *leges, glandia in caenis gliresque et alia dictu minora, adponi vetantes.* Add. *Lib. XIII. Cap. 13. Lib. XIV. Cap. XIV.* Quibus omnibus locis CENSORIA lex eſt edictum, quod cenſores de moribus proponebant, cuiusque meminit Cornel. Nep. *in vita Caton. Cap. 1.* HEIN. ¶. 3. Eſt etiam vbi CENSORIA *lex* eſt lex *rogata* dicta, et rogantibus vel auctoribus cenſoribus, populi ſuffragiis lata, qualis Metella, de qua Plin. *Lib. XXXV. Cap. 17. Neque enim pigebit, hanc quoque partem attingere, quum lex Metella exſtet fullonibus dicta, quam C. Flaminius, L. Aemilius, Cenſores dedere ad populum ferendam*, quamuis, quum ea lex non horum cenſorum, ſed Metelli nomen ferat. non a cenſoribus ipſis, ſed, auctoribus cenſoribus perlata videatur. HEIN.

Digitized by Google

CENSVALES, *l. 1. C. Theod. de decur. vrb. Rom. l. vn. C. Theod. de priuil. dom. auguſt. l. 5. l. 9. l. 13. C. Theod. de praet. et quaeſt. l. vlt. C. Theod. de princip. agent. in reb. rubr. C. de tabular. ſcrib. et logograph. ſunt*, quibus CENSVALE negotium mandatur. *l. 5. C. de his quae adminiſtr. vel offic. publ.* CENSVALES, quibus onerosa glebae adſirmatur exactio: *l. 6. C. Theod. Lib. II. tit. 6.* Acta autem ſenatus a CENSVALIBVS confecta, conſcriptaque, docet *l. 2. C. Theod. de princip. agent. in reb.* his verbis: *Actus ceteros, qui a ſacratiſſimo coetu Senatus tractari conſueuerunt*, CENSVALIVM *ſollicitudine celebrari.* Iul. Capitolin. *in Gordian. Cap. XII. SC. tacitum fieret, ita, vt non ſcribae, non ſerui publici, non* CENSVALES, *illis actibus intereſſent; Senatores exciperent: Senatores omnium officia* CENSVALIVM *ſcribarumque complerent.* ¶. 2. CENSVALIS, E. adiectiue. Sic CENSVALIS adparatio: *l. 23. C. de teſtam.* CENSVALIS forma: *l. 4. C. de cenſ.* CENSVALES functiones: *l. 12. C. Theod. de indulg. debit.* CENSVALES libri: *l. 4. C. de agric. et cenſ. l. 14. C. Theod. de annon. et tribut.* CENSVALE miniſterium: *l. 2. l. 4. C. de tabul. logogr. et cenſ.* CENSVALIA munera: *l. 2. C. de priu. cor. qui in ſacr. palat.* CENSVALE negotium: *leg. omnes C. de iis quae adminiſtr.* CENSVALE officium: *l. 1. C. Theod. de ſtud. lib. vrb. Rom. l. 18. C. de teſtament.* ex qua adparet, apud hoc officium CENSVALE teſtamenta publicari conſueniſſe. CENSVALES paginae: *l. vlt. C. Theod. ſine cenſ. et reliqu.* CENSVALIS profeſſio, vel profeſſiones CENSVALES: *l. 7. C. de donat. l. 3. C. Theod. ſine cenſ. et reliqu. l. vlt. §. 16. D. de mun. et honor. l. 3. C. Theod. de priuil. cor. qui in ſacr. palat.* de quibus profeſſionibus dixi *Lib. I. Select. Antiqu. Cap. 5.* CENSVALIS ſors: *l. 1. C. Theod. de protoſtaſ.* CENSVALIA volumina. *l. 3. C. Theod. de priuil. cor. qui in ſacr. palat.*

CENSVARII. *l. 7. C. de bon. proſcript.* In Codice vero Theodoſiano *l. 7. eod. tit.* vnde illa lex deſumta eſt, CASARII ſcriptum eſt.

CENSVRA armata: *l. 1. C. Theod. de offic. rect. prou.* CENSVRA publica: *l. 3. C. de condict. ob turp. cauſſ.* CENSVRA ſenatusconſulti. *l. 23. C. ad leg. Iul. de adult.*

CENSVS, perſonarum et bonorum deſcriptionem ſignificat. *l. 2. §. 17. D. de orig. iur. l. 10. D. de probat.* Theophil. in *§. vlt. Inſtit. de libertin.* Κένσος, ait, ἦν σανὶς, ἤτοι χάρτης, ἔνθα Ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τὰς οἰκείας περιουσίας, ἐπὶ τῷ ἐν καιρῷ πολέμου κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἕκαστον εἰσφέρειν. CENSVS *ſignificat tabulam aut chartam, in qua Romani facultates ſuas profitebantur, vt belli tempore pro modo patrimonii ſui vnusquisque conferret.* Suidas etiam ita patria Romanorum lingua adpellari ſcribit τὴν ἐξέτασιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πλήθους. *Luſtralem* CENSVM Vlpian. *tit. I. Fragm. §. 8.* adpellat propterea, quod quintoquoque anno vrbs cenſebatur, luſtrabaturque, vt Seru. in *Lib. III. Aen. v. 279. notat.* Interdum autem cenſus inchoabatur, nec perficiebatur. At, cenſu perfecto, luſtrum condebatur a cenſoribus, eo ritu, quem Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* refert. Ideo autem luſtrum condi dicebatur, quia is cenſendo finis fieret, vt Liuius *Lib. I. Cap. 44.* Sane nonnunquam eueniebat, vt absque luſtro cenſus ageretur. Cuius rei exemplum idem Liuius *Lib. III. Cap. 22.* ſuppeditat. Vnde illa ex iure ciuili orta contentio, quam Cicero *Lib. I. de Orat. Cap. 40.* proponit, quum quaerebatur, is, qui domini voluntate cenſus eſſet, ſi non eſſet conditum luſtrum, eſſet, necne, liber? Et eo pertinet inſignis locus ex *fragmento regularum veteris iuriſconſulti* a Pithoeo et Schultingio *p. 808.* edito, vbi *§. 17. Magna tamen diſſenſio inter prudentes, vtrum eo tempore vires accipiant omnia, in quo cenſus, an eo, in quo luſtrum conditur? Exiſtimaut enim, cenſum deſcendere ad diem luſtri, non luſtrum ad diem cenſus. Propterea quaeſitum eſt, quia omnia cenſu aguntur, luſtro confirmantur.* Quem locum et Graece paullo pleniorem exhibet Claud. Salmaſ. *de mod. vſur. Cap. XIX.* HEIN. CENSVM autem, vt Liu. *Lib. I. Cap. 42. ſequ.* refert, Romae Seruius Tullius inſtituit. Is enim, quemadmodum Dionyſ. Halicarnaſſ. *Lib. IV. p. 221.* ſcribit, ἐκέλευσεν ἅπαντας Ῥωμαίους ἀπογράφεσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι τὰς οὐσίας πρὸς ἀργύριον, ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον ἦ μὴν τἀληθῆ καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου τετιμῆσθαι, πατέρων τε ὧν εἰσι γράφοντας, καὶ ἡλικίαν ἣν ἔχουσι δηλοῦντας, γυναῖκάς τε καὶ παῖδας ὀνομάζοντας, καὶ ἐν τίνι κατοικοῦσιν ἕκαστοι τῆς πόλεως τόπῳ, ἢ πάγῳ; *Iuſſit deinde omnes ciues dare nomina, ſuaque bona cenſere, addito iureiurando legitimo, ſe vere illa et bona fide aeſtimaſſe: adſcriptis etiam aetatis annis, et parentum nominibus, atque adeo coniugum etiam et liberorum, adhaec, quam quisque vrbis regionem, quemque agri Romani pagum incoleret.* Quae verba ideo ſubieci, quod tutam formam cenſualem exhibeant. Eam vero, quae poſtea recepta fuit, quaeque ſuis temporibus obſeruabatur, deſcribit Vlpianus in *l. 3. et l. 4. D. de cenſib.* Cenſebantur ergo olim ciuium Romanorum capita et bona, in eoque cenſu villas omnes, *aedes* dictas, Varro tradit *Lib. IV. de lingu. Lat.* Hinc CENSVI CENSENDO *praedia* apud Ciceronem *pro Flacco Cap. XXXII.* id eſt, vt ipſemet Cicero ibidem et Feſtus Pompeius docent, quae emi et venire, et iure ciuili ſubſignari apud aerarium et cenſorem, poterant: quae mancipi erant, et a domino in cenſum deducta. ¶. 2. Dicebatur autem CENSVS agi: *l. 2. §. 17. D. de orig. iur.* et apud Liu. *Lib. IV. Cap. 8.* legatio ad CENSVS accipiendos: *l. 1. D. de mun. et honor.* Tacit. *Annal. Lib. I. Cap. 47. Interea Germanico, per Gallias* CENSVS *accipienti, exceſſiſſe Auguſtum, adſertur.* CENSVS crimen, *l. 55. D. de iudic.* quod alias fraudati CENSVS adpellatur. *l. 1. C. de quaeſtion.* in CENSVM deduci: *l. 64. D. de adqu. rer. dom.* in CENSVM deferri: apud Gell. *Lib. XVI. Cap. 10.* Tertull. *de praeſcr. adu. haeret. Cap. XXXII. Hoc enim modo eccleſiae* CENSVS *ſuos deferunt.* CENSVS haberi: apud Ciceron. *in Verr. II, 26.* CENSVM profiteri: Vlpian. *Fragm. tit. I. §. 8.* et profeſſiones CENSVVM: *l. 2. D. de cenſ.* in CENSVM referri: *l. 4. D. eod. tit.* ¶. 3. CENSV manumitti, vt ait Vlpian. *Fragm. tit. I. §. 8.* dicebantur ſerui, *qui luſtrali* CENSV *Romae, iuſſu dominorum, inter ciues Romanos cenſum profitebantur*, ſeu, vt Cicero *Lib. I. de Orat. Cap. XL.* loquitur, *qui voluntate domini cenſi erant.* CENSVS enim, vt idem *pro Archia poeta Cap. V.* adgnoſcit, iudicabat, *eum, qui* CENSVS *eſſet, ſe iam tum geſſiſſe pro ciue.* Cenſu autem iuſtam libertatem contigiſſe docet idem Cicero. *Topic. Cap. II.* his verbis: *Si neque* CENSV, *neque vindicta, nec teſtamento liber factus eſt, non eſt liber.* Idem *pro Caecina Cap. XXXIV. Quum in cenſum vendit, hoc indicat,*

dicat, quum ii, qui in ſeruitute iuſta fuerint, CENSV *liberentur, eum, qui, quum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abindicaſſe* ¶. 4. CENSVS, vt Suidas tradit, etiam ἐτήσιον τέλος ſignificat. Ita Κῆνσον dixerunt D. Matth. *Euangel. Cap. XXII. v. 17.* D. Marcus *Cap. XII. v. 14.* quem D. Lucas *Cap. XX. v. 22.* Φόρον vocat. ¶. 5. CENSVS non perſonarum, ſed agrorum eſt. *Nouell. Theodoſ. et Valentin. neque dom. diuin.* CENSVS fundorum ſuorum iugorum: *l. 1. C. Theod. ne conlat. tranſlat. poſtul.* CENSIBVS adſcripta mancipia: *l. 2. C. Theod. ſine cenſ. et reliqu.* CENSVS vetus, vel nouus: *l. vlt. C. ne rei domin.* CENSVS vel CENSVVM magiſter. *l. 23. C. de teſtam. l. vlt. C. de iure emphyteut.* ¶. 6. CENSVS nomen etiam pro facultatibus vſurpat Iuſtinianus. Ita CENSVS hereditatis: *l. vlt. §. 14. C. de iure delib.* Nihil in ſuo CENSV habent, qui ſunt in poteſtate parentum. *l. 7. C. qui bon. ced.* Sic Iuuenal. *Sat. XVI. v. 53.* peculium caſtrenſe *non eſſe in corpore* CENSVS, qui paterni iuris eſt. ¶. 7. CENSVS pro libro cenſuali. *l. 10. D. de probat. l. 11. D. fin. regund.*

CENTENA, *l. 1. C. de offic. magiſtr. offic.* id eſt, CENTENA *dignitas*, vt *l. 3. C. Theod. de cohort. prinс. l. 2. C. Theod. de murilegul. l. 5. C. Theod. de decurion.* Gradus promotionis et dignitatis fuit, in ſcholis agentium in rebus, et eorum, qui in ſacro palatio militabant: quem ſupradictis conſtitutionibus Imperatores primipilaribus dari concedunt. *Caeſarianis*, quamdiu in actu ſunt, vt et *Decurionibus*, antequam cuncta patriae ſuae munera impleuerint, tribui vetant: *monetariis* vero in totum denegant.

CENTENARII, ad hanc dignitatem ſeu gradum qui promouebantur. *l. 1. C. de exact. trib. l. 1. C. de priuil. ſcholar. l. 3. l. 4. C. de agent. in reb. l. 1. C. de lucr. aduoc. l. 162. C. Theod. de decurion.* et in *notitia*, quae ſubiecta eſt *l. 2. C. de offic. praef. praet. Afric.* ¶. 2. Sed et, qui CENTVRIONES a veteribus dicebantur, eos ſuis temporibus CENTENARIOS adpellatos, Veget. *Lib. II. Cap. 13.* ſcribit. In Modeſti autem *Epitome* CENTVRIOS vocari, mendoſe legitur. ¶. 3. CENTENARII liberti, in lege Papia Poppaea dicebantur, qui centum millium ſeſtertiorum rem habebant. *l. 16. D. de iure patr.* Quod ad ſuorum temporum rationem accommodans Iuſtinianus, ſic eam ſummam interpretatus eſt, vt *minores* CENTENARIIS intelligerentur, *qui minus centum aureis haberent ſubſtantiam. §. 2. et 3. Inſt. de ſucceſſ. libert.* At apud Liuium *Lib. I. Cap. 41.* CENTENARII in claſſium conſtitutione dicuntur, qui centum millibus aeris cenſi erant.

CENTENARIVM. CENTENARIIS auri exceptis. *l. 12. C. de curſ. publ.* Adſcripſit hic nonnemo: *Hic* CENTENARIA *auri ornamenta veredorum auectis adplicita interpretatur Cuiacius, eumque more ſuo ſequutus Dionyſ. Gothofredus pater, in not. litt. g. Sed ſomniaſſe, quum id ſcriberet, Cuiacium, parcens nomini parentis, arguit maior patre ſuo, adeoque digniſſimus filius Iacobus, qui monetae quoddam genus eo loco intelligit, et in vniuerſum de voce* CENTENARII *multa praeclare differit Commentar. ad l. 2. C. Theodoſ. ſi quis pecun. conflau. Lib. IX. tit. 23.* HEIN.

CENTESIMA vſura eſt, quae centum menſibus ſortem aequat, ſeu cuius menſtrua quantitas centeſima ſortis principalis pars eſt. *l. 4. §. 10. D. de nautic. foen. l. 26. §. 1. v. in traiectitiis D. de vſur. l. 8. C. ſi cert. pet. l. 1. l. 2. C. de vſur. rei iud. l. 4. C. de aedific. priuat.* et apud Paull. *Sent. II. 14. 4.* Plin. *Lib. I. Epiſt. 28.* B. Ambroſ. *Lib. I. de Iacobo Cap. 5.* Eam et LEGITIMAM, GRAVISSIMAM, MAXIMAM vſuram adpellatam, et alias in *Select. Antiqu. Lib. III. Cap. 1.* docui, et horum librorum poſtremo, vbi ad VSVRARVM explicationem ventum erit, confirmabo. Ἑκατοστὴν, Latini ſermonis imitatione vocat Plutarch. *in Lucullo p. 504.* Sic CENTESIMAE dimidia: *l. 26. §. 1. C. de vſur. l. 2. C. de vſur. rei iudic.* CENTESIMAE tertia: *l. 17. §. vlt. D. de vſur. l. 26. §. 1. C. de vſur. l. 6. §. 1. C. de ſecund. nupt.* ¶. 2. CENTESIMAE calendae: *l. 46. D. de verb. oblig. l. 21. D. quand. dies legat.* CENTESIMVS dies: *l. 24. D. rat. rem hab. l. 1. §. 9. D. de ſucceſſ. edict. l. 3. D. vnde cogn.* CENTESIMVS lapis: *l. 21. §. 2. et §. 3. D. de excuſat. §. 16. Inſt. eod. tit.* id eſt CENTESIMVM milliarium. *l. 1. §. 4. D. de offic. praef. vrb. l. 42. D. de excuſat.* vbi in Florentinis legitur CENTESIVM, manifeſto librarii errore.

CENTIES (vel, vt Florentiae ſcriptum plerumque reperitur, CENTIENS, Ant. Auguſtin. *Lib. II. Emend. Cap. 6.* HEIN.) aureorum, in *l. 97. in fin. D. de legat. III.* et *l. 88. D. de verb. ſignif.* centies centena millia ſignificat: vt MILLIES, in *l. 4. §. 1. D. de ſtatutib.* millies centena millia, quemadmodum Ant. Auguſtin. *Lib. II. Emend. Cap. 6.* notauit. Sic quod Martial. *Lib. III. Epigr. 22.* ait de Apicio: *Quum bis trecenties ventri dediſſet*, et ſupereſſe ſibi *centies* duntaxat, cogitaret, venenum bibiſſe, hoc idem Dio, *Lib. LVII. p. 616.* referens, ait διακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας ei ſupereſſe fuiſſe. Nam viginti quinque myriades valent decies, quas ſi decies multiplicaueris, habebis CCL myriadas, pro eo, quod Latini *centies* vocant Seneca in Conſolat. *ad Helu. Cap. X.* abligurriſſe illum ait *ſeſtertium millies*. Sic et *decies* in *l. 77. D. de condit. et demonſtr.* id eſt, decies centena millia, ſiue, vt vulgo loquimur, millio, vt et in *l. 6. D. de vſur.* et apud Plutarch. *in M. Anton. p. 917.*

CENTO. CENTONES in *l. 12. §. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* numerantur in iis, quae incendii arcendi exſtinguendique cauſſa in aedibus habentur. Eademque cauſſa crediderim, puppes olim aceto madefactis centonibus intectas, vt indicat Siſennae locus ex *Lib. IV. Hiſtor.* adductus a Nonio Marcello in haec verba: *Puppes aceto madefactis* CENTONIBVS *integuntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtenduntur.* Caeſar *Lib. II. de bello ciu. Cap. 10.* muſculos deſcribens: *coria autem, ne rurſus igni ac lapidibus corrumpantur*, CENTONIBVS *conteguntur.* Veget. *Lib. IV. Cap. 15.* de machina, ex qua vineae ſtruuntur, agens: *Extrinſecus autem, ait, ne immiſſo concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis vel* CENTONIBVS *operitur.*

CENTONARII, et *dendrophori*, iunguntur in *rubr. et l. 1. et l. 2. C. Theod. de centonar. et dendrophor.* Eorum corpus Romae fuiſſe, etiam ex antiquis inſcriptionibus patet.

CENTVM annos finem eſſe vitae longaeui

gaeui hominis, ait Caius in *l. 55. D. de vſufr.* CENTVM aureos in funus conſumere: *l. 202. D. de verb. ſignif.* CENTVM ſolidorum quantitas: *l. 27. C. de adminiſtr. tut.* CENTVM libri et volumina. *l. 52. §. 1. D. de legat. III.*

CENTVMVIRI, *l. 17. D. de inoffic. teſt. l. vlt. C. de lib. praet.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 16. §. 2.* Feſtus Pompei: *Lib. II. Quum eſſent Romae triginta et quinque tribus, quae et curiae dictae ſunt, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, qui* CENTVMVIRI *adpellati ſunt. Et licet quinque amplius, quam centum fuerint, tamen, quo facilius nominarentur,* CENTVMVIRI *ſunt dicti.* In quatuor autem tribunalia, ſeu conſilia, CENTVMVIROS diſtributos fuiſſe, eorumque quatuor iudicia ad centumuirales cauſſas diiudicandas cogi conſueuiſſe, docent Quinctilian. *Lib. XII. Cap. 3.* Plin. *Lib. VI. Epiſt. 33.* Vnde CENTVMVIRALE iudicium quadruplex vocatur a Plinio *Lib. IV. Epiſt. 24.* Et quod a Quinctiliano *Lib. XI. Cap. 1.* ſcriptum eſt: *Duplicibus centumuiralibus partem victam,* ſic accipe, duobus centumuiralibus iudiciis, ſeu duabus partibus. Alioquin enim quadruplicia, non duplicia ea iudicia fuiſſe, ſatis conſtat. Atque huc pertinet, quod Valerius Max. *Lib. VII. Cap. 7. omnibus conſiliis ſuperiorem diſceſſiſſe,* ait, militem, qui de bonis paternis apud centumuiros contenderat. Eodemque etiam referendum eſt, quod Papinianus *filium, diuiſis tribunalibus, actionem inofficioſi teſtamenti pertuliſſe, atque ita varias, ſententias iudicum exſtitiſſe,* proponit in *l. 76. D. de legat. II.* Apud CENTVMVIROS autem actas fuiſſe cauſſas, de inofficioſo teſtamento; petitionis hereditatis, ruptorum reſciſſorumque teſtamentorum, ex Valer. Max. *Lib. VII. Cap. 7.* Quinctilian. *Lib. IV. Cap. 7.* Plinio *Lib. IV. Epiſt. 8.* liquet. Vnde querela inofficioſi teſtamenti, item actio petitionis hereditatis, CENTVMVIRALE *iudicium* adpellantur. *l. 13. D. de inoffic. teſtam. l. 30. D. de liberat. legat. l. vlt. C. de petit. hered.* Cicero *pro Caecin. Cap. XVIII. L. Craſſus* CENTVMVIRALI *iudicio hanc ſententiam detulit.* Idem *in Bruto Cap. LIII. Scaeuolam ex vno ſcalmo captionis* CENTVMVIRALE *iudicium hereditatis effeciſſe.* Plinius *Lib. VI. Epiſt. 4. Ita, vt in priuati iudicii formam* CENTVMVIRALE *verteretur.* Idemque ſuo tempore tirones queritur a centumuiralibus cauſſis auſpicari, B. Hieronym. *in Epiſt. ad Domnionem: Et hereditariae, vel* CENTVMVIRALES *cauſſae de barathro erutae.* Feſtus Pompeius: CENTVMVIRALIA *iudicia, quae* CENTVMVIRI *iudicabant* CENTVMVIRALES autem cauſſae quae fuerint, Cicero *Lib. I. de Orat. Cap. 38.* docet his verbis: *Iactare ſe in cauſſis* CENTVMVIRALIBVS, *in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, adgnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium iura verſantur.* Adnotauit hic Tabor, non iudicaſſe ſemper omnes, ſiue totum Senatum de hereditatibus, ſed ſeptemuiros ex his electos, vnde etiam frequentem fieri SEPTEMVIRALIS IVDICII mentionem, maxime in inſcriptionibus, ceu iam obſeruaſſe ait Cuiacium *ad l. 1. D. de inofſic. teſt.* Enimvero primo non adeo frequenter horum iudiciorum fit mentio, ſed ter tantum, in inſcriptione *l. 7. l. 28. et l. 31. D. de inoff. teſtam.* quae leges omnes ex Paulli *libro ſingulari de ſeptemuira-*

libus iudiciis deſumtae ſunt. Deinde omnibus iurisconſultis in eo conuenit, quod minus genuina ſit illa libri inſcriptio, et pro *ſeptemuiralibus* legendum ſit *centumuiralibus.* HEIN.

CENTVRIA, *l. 6. §. vlt. D. de re milit.* Feſt. Pompei. CENTVRIA *in agris quidem ducenta iugera; in re vero militari centum homines ſignificat.* Nam, vt belle Varro *de lingua Lat. Lib. IV.* tradit, CENTVRIA in agris primo a centum iugeribus dicta: poſtea duplicata, antiquum retinuit nomen, vt tribus multiplicatae idem ſemper tenuere nomen. Fontem vero, vnde haec adpellatio manauit, aperit Siculus Flaccus *de condit. agr.* Antiquos enim Romanorum agrum, ex hoſte captum, victori populo per bina iugera partitos ſcribit, centenisque hominibus ducenta iugera data, et, hoc facto CENTVRIAM iuſte adpellatam. A quo non abhorret, quod Feſtus Pompeius ait, CENTVRIATVS ager in ducena iugera definitus, quia Romulus centenis ciuibus ducena iugera tribuit. Et ita CENTVRIARVM nomen accipe in *l. 10. C. Theod. de annon. et tribut.* Idemque valet vox *Κεντυρίων Nouell. CXIII.* non procul ab initio.

CENTVRIO, qui centuriae ſiue centum hominibus praepoſitus eſt. *l. 13. §. 4. D. de re milit. l. 26. §. 3. D. de pact. dotal. l. 15. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 2. D. de his, qui not. infam. l. 40. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 9. C. de inoffic. teſt. rubr. C. Theod. de centurion.* Ἑκατοντάρχης Graecis vocatur, et *praefectus centuriae* dicitur, in *l. 6. §. vlt. D. de re milit.* centurio cohortis. *l. 1. C. de reſtit.* Non. Marcellus: CENTVRIONES *et decuriones a numero, cui in militia praeſunt, dictos,* notat.

CER.

CERAE pictoris inſtrumento adnumerantur, in *l. 17. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Vnde CERAE *pictorum* apud Varron. *Lib. III. de re ruſt. Cap. 17.* quarum etiam meminere Vitruu. *Lib. IV. Cap. 11.* Seneca *Epiſt. 122.* Plin. *Lib. XXXV. Cap. 7.* et Iul. Pollux *Lib. VII. Cap. 8.* ¶. 2. CERAE, pro tabulis ceratis. Marcianus in *l. 1. §. 4. D. de leg. Cornel. de falſ. Qui in rationibus, tabulis,* CERISVE *falſum fecerint.* Vlpianus *Fragm. tit. XX. §. 9.* Haec, vti in his tabulis CERISVE ſcripta ſunt. Plaut. *in Aſinar. Act. IV. ſcen. I. Nec vlla ſit* CERA, *vbi facere poſſit litteras.* In citata *l. 1. §. 4. D. de leg. Corn. de falſ.* editiones quaedam habent CEREISVE. Sed quis quaeſo ita loqueretur: *in tabulis cereisue,* puta tabulis? Contra ſollemne erat Romanis tabulas cerasque iungere. Nam CERAE, pro tabulis foederis cum populo Albano, leguntur apud Liuium *Lib. I. Cap. 24. Vt illa palam prima poſtrema ex illis tabulis* CERAVE *recitata ſunt ſine dolo malo.* Add. Corn. van Bynkerſh. *Obſeru. Lib. III. Cap. 21.* HEIN. ¶. 2. CERAE, pro tabulis teſtamenti, quippe quae ceratis tabulis inſcribebantur. Pro iis vſurpauit Iuuenal. *Sat. I. v. 63.* quum ait:

Nonne libet medio CERAS *implere capaces*
Quadriuio?

Hinc *prima* et *ima* CERA *teſtamentorum.* Horat. *Lib. II. Sat. 5.*

Sic tamen, vt limis rapias, quid prima ſecunda
CERA *velit verſu: ſolus, multisne coheres.*

Sueton. *in Nerone Cap. XVII. Cautum, vt in teſtamentis primae duae cerae, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuae ſignaturis oſtenderentur.* Idem *in Iulio Cap. LXXXIII. Pedium ex quadrante heredem inſtituit: reliquos in ima* CERA: id eſt, in extrema parte teſtamenti. Hinc et *vltimas ceras*, pro ſupremis tabulis, dixit Martial. *Lib. IV. Epigr. 26.* his verbis:

> *Nihil Aniano praeter aridam veſtem*
> *Moriens reliquit vltimis pater* CERIS.

Sed et *codicis extremam* CERAM dixit Cicero *in Verrem I. Cap. 36.*

ΚΕΡΑΤΙΟΝ, CERATIVM in *Nouell. Iuſtin. LIX. Cap. 5. Nou. XXXIV. Cap. I.* et Leon. *Conſtit. LXXXIII.* nummi genus, quod duodecim obolos ſeu folles valebat. Conſtantin. Harmenopul. *in legib. agrariis. tit. II. §. 1.* Παρεχέτω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡμερήσιον κεράτιον ἓν, ἤγουν φόλλεις δώδεκα. *Exhibeat eius nomine diurnum ceratium, hoc eſt duodecim folles.* Vocabatur id genus monetae SILIQVA, viceſimaque quarta erat pars ſolidi, ceu docent Priſcian. *in libello de ponderibus.* Beda *de natur. rer. Cap. IV.* et Iſidor. *Etymol. XVI, 24.* Non vero ſynonyma ſunt δώδεκα φόλεις, et *duodecim oboli.* Solidus enim in quaternos obolos; obolus in ſex ſiliquas, teſte eodem Priſciano, diuiditur. Tantum ergo abeſt, vt ſiliqua ſit duodecim obolorum, vt non niſi ſextam oboli partem valeat. Accurate rem expoſuit V. C. Fridr. Homberg. *ad Nouell. XXXIV. Cap. I. p. 379. ſequ.* HEIN. ¶. 2. In ponderibus CERATES oboli pars media eſt, habens ſiliquam et ſemis, auctore Iſidoro *Lib. XXI. Cap. 24.* Et plane in *d. Nouella LIX.* Iulianus Patritius κεράτιον ſiliquam *vertit.*

CERATVS, A, VM. CERATI codicilli. *l. 52. D. de legat. III.* CERATA *tabula:* apud Plaut. *in Aſinar. Act. IV. ſcen. I.* CERATA *tabella* apud Ciceron. *Diuinat. in Verr. Cap. VII.*

CERAVNIVM, in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* gemmae genus, ab eo nomen habens, quod non alibi, quam in loco, ictui fulminis proximo, inueniatur, de qua Plin. *Lib. XXXVII. Cap. 9. et 10.* Iſidor. *Etymolog. Lib. XVI. Cap. 13.* Ita CERAVNIA *coruſcare* dixit Tertullian. *de habitu mulier. Cap. I.* Lamprid. *in Elagab. Cap. XXXIII. Parauerat et in* CERAVNIIS, *et in hyacinthis, et in ſmaragdis venena, quibus ſe interimeret.*

CERCINA, inſula in mari Africo, quo ſeceſſiſſe Gallum Aquillium, Pomponius in *l. 2. §. 43. D. de orig. iur.* ſcribit. Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 53. Igitur amotus Cercinam, Africi maris inſulam, quatuordecim annis exſilium tolerauit.* Strabo *Lib. II. p. 185. edit. nou.* de Africo mari agens: Πρόκεινται δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ στόματος νῆσοι Μῆνιγξ τε καὶ Κέρκινα. *Ante fauces Syrtium vtrimque ſunt inſulae, Meninx et Cercina.* Fit huius inſulae mentio et apud Hirtium *de bello Afric. Cap. VIII.* et Liu. *Lib. XXII. Cap. 31. Lib. XXXIII. Cap. XLVIII.* Apud Pomponium quidem legitur Cercina inſula: ſed quum ea et remotior ſit, et aeſtu procul dubio per omne anni tempus ferbuerit: Zaſio *Sicyonem*; Mureto, Coraſio et Ruperto *Caecinam* ſubſtituere placuit. Saltim parum veroſimile eſt, Gallum inſulam hanc Africanam praetuliſſe amoenioribus Campaniae et Hetruriae oppidis, in quibus clariſſimi viri ſeceſſum quaerere ſolebant. HEIN.

CERDO, ſerui nomen. *l. 42. D. de oper. libert.*

CEREALES Aediles duos, qui frumento praeeſſent, C. Iulius Caeſar conſtituit, quibus a Cerere nomen inditum eſt. *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* Dio Caſſ. *Lib. XLIII, extremo.*

CEREVISIA vid. infra CERVESIA.

CEREVS. In domeſticum vſum parati CEREI. *l. 3. §. 9. D. de penu legat.*

CERNERE hereditatem. *l. 1. C. Greg. de patr. poteſt.*, et Cic. *Lib. XI. ad Attic. Epiſt. 2.* Liu. *Lib. XL. Cap. 8.* Quinctilian. *Declam. CCLXI.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 79.* Vetus Gloſſarium: CERNERE, προσέρχεσθαι τῇ κληρονομίᾳ. Varro *Lib. VII. de lingua Lat. Heres quum conſtituit, ſe heredem eſſe, dicitur* CERNERE, *et, quum hoc fecerit* CREVISSE. Idem *Lib. V:* Verbum: CERNITO, quod in teſtamentis adſcribi ſolebat, ſic interpretatur: *facito videant, te heredem eſſe.* Vlpianus vero *Fragm. tit. XXII. §. 28.* CERNERE ait eſſe *verba cretionis dicere*, quae illic adſcribit. In quo verbo lepidus ex ambiguo iocus apud Auctorem ad Herenn. *Lib. IV. Cap. 53.* refertur, in eum, qui multas hereditates adierat: *Proſpice tu, qui plurimum* CERNIS. Eodem genere loquendi Prudent. *in hymno de Epiphania v. 87. adire regnum, et* CERNERE, dixit. Hunc Prudentii locum ita interpretatus eſt Eraſmus: *Et* CERNERE *opinor, dictum pro decernere. Deuincendus enim erat tyrannus Satanas.* Quare Cuiacius *Obſ. IV, 15.* ſcribit, ignoraſſe Eraſmum, quid ſit hereditatem cernere. Et ſane videtur Eraſmus *decernere* ſumſiſſe pro certare, vel armis decernere: quo ſenſu non poteſt dici *cerni hereditas.* Alioquin ſi *decernere* accipias pro ſtatuere, vel conſtituere, veriſſimum eſt, CERNERE *hereditatem* vel *regnum*, idem eſſe ac decernere, hereditatem adire, vel imperium ſuſcipere. Interceſſit noſtra memoria de hoc verbo lis inter viros doctiſſimos Ludolphum Kuſterum et Iac. Perizonium. Sed hic idem eſſe CERNERE ac DECERNERE, tam luculenter demonſtrauit in *Notis ad Sanctii Mineru. Lib. IV. Cap. 15.* et *in Reſponſione ad Lud. Kuſteri Diatriben de verbo* CERNO, vt cauſſam peroraſſe videatur. Ceterum de CRETIONIS ritibus plura dicemus infra ad articulum CRETIO. HEIN.

CERTAMEN Circenſe: *l. 3. C. de ſpectac.* Chryſanthianum: *l. 24. D. de ann. legat.* publicum. *l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquill.* ſacrum. *l. 4. D. de his, qui not. infam.* Hinc phraſes: CERTAMINA celebrari ſub nomine teſtatoris: *l. 21. §. 3. D. de ann. legat.* in CERTAMINA deſcendere: *l. 2. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* CERTAMINIS editio: *l. 10. D. de pollicitation.* CERTAMINVM praemia. *l. 10. D. eod. tit.*

CERTARE, contendere. *l. 24. C. de leg.* CERTARE praeiudicio: *l. 5. §. 18. D. de agnoſc. et alend. lib.* CERTATVM eſt apud veteres. *l. 3. C. de poſtum. hered.*

CERTATIO, actus certandi. *l. 4. §. vlt. D. de his, qui not. infam.*

CERTIORARE, certum reddere. CERTIO-

TIORARE emtorem: *l. 1. §. 1. D. de act. emt.* id eſt certiorem facere, vti loquuntur Aediles. *l. 1. D. de Aedilit. edict.* Idem verbum occurrit *l. 22. §. 11. D. de heredit. petit. l. 1. §. vlt. D. de eo, qui pro tut. l. 1. §. 33. D. depoſ. l. 5. §. 1. D. de condict. cauſſ. dat. l. 36. D. de pignorat. act. l. vlt. D. quis ordo in poſſeſſ.* Ita et CERTIORARI, *l. 21. §. 2. D. qui teſtam. fac.* et CERTIORATVS. *l. 3. §. 6. D. de hom. lib. exhib. l. 1. §. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* Videtur hoc vocabulum proprium eſſe iuriſconſultorum veterum, maxime Vlpiani et Marciani. Vix enim eſt, vt illud apud alium quem reperiri dicamus. Neque tamen exiſtimandum illico eſt, Tribonianum illud vbique textui adleuiſſe, quam ſententiam merito refellit V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 393.* HEIN.

CERTVM, quod ad CERTI condictionem attinet, eſt, cuius ſpecies vel quantitas, quae in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quae nominis vice fungitur, qualis quantaque ſit, oſtenditur. *l. 6. l. 9. D. de reb. cred.* In actione ergo, ſi CERTVM petatur, CERTVM pro certa pecunia numerata accipitur. Ad eam enim haec actio comparata eſt. *l. 1. D. de condict. trit. l. 1. D. de interr. in iur. fac.* Vnde et *pecuniae creditae actio* vocitur, *l. 12. §. 1. D. de diſtr. pignor.* et *actio* CERTAE *pecuniae*, apud Senec. *de Benef. IV, 7.* Ita CERTAM *pecuniam creditam* dixit Quinctilian. *Lib. IV. Cap. 2. et Lib. VIII. Cap. 4.* et CERTA pecunia in *l. vlt. §. 4. D. de condict. indeb. l. 7. §. vlt. D. de contr. emt. l. 8. §. 4. D. de legat. II. l. 31. §. 1. l. 32. D. de fideic. libert. l. vlt. §. 11. D. de mun. et hon.* et apud Cicer. *pro Roſcio comoedo Cap. IV.* CERTA quantitas: *l. 3. §. vlt. D. de ann. leg. l. 18. §. 4. D. de inſtr. vel inſtr. leg. l. 45. D. de fideic. libert. l. vlt. §. 2. D. de dol. mal. exc. l. 44. §. vlt. D. de ſolut.* CERTI nummi, puta, qui in arca ſunt, vel quos in arca habet: *l. 37. D. de verb. obl. l. 51. D. de legat. I.* CERTA ſumma. *l. 28. D. de recept. arb. l. 8. §. vlt. rat. rem hab. l. 1. §. 6. D. de tutel. et rat. diſtr.* ¶. 2. In diuiſione vero ſtipulationum quarum aliae CERTAE eſſe dicuntur, aliae INCERTAE, *certum* accipitur, quod ex ipſa pronunciatione, quid, quale, quantumque ſit, adparet, veluti aurei decem, fundus Tuſculanus. *l. 74. D. de verbor. oblig.* Itaque hae ſtipulationes, in quas huiusmodi res deductae ſunt, CERTAE adpellantur. Contra, vbi non adparet, quale quantumque eſt in ſtipulatione, INCERTA eſt ſtipulatio. *l. 75. D. eod. tit.* Denique CERTA eſt ſtipulatio, in quam certa quantitas deducitur, ſiue principaliter, ſiue poenae nomine. At vbi in ſtipulationem id, quod intereſt, venit, INCERTA. Proinde ſi poenam ſtipulatus fuero, ſi mihi pecuniam non credidiſſes, CERTA eſt ſtipulatio. Quod ſi ita ſtipulatus fuero: Pecuniam te mihi crediturum, ſpondes? INCERTA ſtipulatio eſt, quia id venit in ſtipulationem, quod mea intereſt. *l. 68. D. de verb. obl.* Si decem mihi, aut Titio, vtrum ego velim, ſtipulatus ſum, ex eo, quod mihi dandum eſt, CERTI eſt ſtipulatio, ex eo, quod illi ſoluendum, INCERTI. *l. 118. §. vlt. D. de verb. obl.* ¶. 3. CERTVM corpus generaliter eſt, quod ſpecie certa continetur. *l. 30. D. de aur. et arg. leg. l. 68. D. ad SC. Trebell. l. 26. D. de legat. I.* CERTVM ergo CORPVS numbrum eſt, vt puta centum, quae in arca habet. *l. 37. D. de verb. obl.* CERTVM corpus et pecunia opponuntur: *l. 10. D. de acceptil.* CERTVM corpus frumenti: *l. 47. §. 1. D. de legat. I.* CERTVM corpus, et contra INCERTVM, vt vina mea, veſtem meam. *l. 85. D. de legat. III.* Hoc modo ergo et numerata pecunia, et reliquae res, quae numero, menſura, et pondere conſtant, INCERTA ſunt corpora, niſi certo loci ambitu concludantur. Nam ſi quis vinum ſimpliciter, vel pondus argenti, nummosue generaliter legauerit, INCERTAM rem legat, quoniam non in certo aliquo corpore, ſed quantitate, haec conſiſtunt, quae nullis certis finibus circumſcribitur. At ſi vinum, quod in illa apotheca eſt, decem, quae in arca ſunt, quis legat, vel promittit, tunc CERTVM corpus intelligitur legatum, vel promiſſum. *l. 34. §. 3. l. 47. §. 1. l. 51. l. 108. §. 10. D. de legat. I. l. 37. D. de verb. oblig.* ¶ 4. CERTVM porro eſt, quod in oculos cadit, et demonſtrari cernique poteſt. Sic CERTVS locus, qui pro diuiſo poſſidetur. *l. 1. D. de euiction. l. 6. D. de ſeruit. l. 4. D. pro emtor. l. 8. D. de rei vindic.* Et ita CERTA pars, et pro *indiuiſo* opponuntur. *l. 1. l. 25. D. quib. mod. vſusfr. l. 39. D. de ſeruit. vrban. praed.* Pars enim pro indiuiſo incerta eſt, cum oculis demonſtrari non poſſit, intellectuque et animo, non diuiſione corporum, ſecernatur. *l. 5. D. de ſtipul. ſeru. l. 66. §. 1. D. de legat. II. l. 5. §. 15. D. commod.* At in eo, quod dicitur, incertam partem poſſideri non poſſe, *l. 3. §. 2. l. 26. D. de adquir. poſſeſſ. l. 32. §. vlt. D. de vſucap.* aliter CERTAM et INCERTAM partem accipimus. Nam INCERTA eſt, quae, quanta ſit, ignoratur, v. g. quidquid Titius poſſidet. Itaque et pro indiuiſo pars CERTA dicetur, ſi de modo eius conſtet. *l. 26. l. 76. §. 1. D. de rei vind. l. 11. §. 3. D. de interrog. in iur. fac.* ¶. 5. CERTVM, de quo argumentis, quae nobis certa videntur, perſuaſi ſumus. Hinc CERTVS quis eſſe dicitur: *l. 18. §. 3. D. de iniur. l. 16. §. 4. D. de teſtam. tutel.* CERTVM eſt: *l. 7. §. vlt. D. de diſtr. pign. l. 13. pr. §. 1. D. de liber. cauſſ.* CERTVM ſpecialiter dicere: *l. 7. pr. D. de iniur.* pro CERTO: *l. 3. §. 4. D. de hom. lib. exhib. l. 16. D. de minorib. l. 2. §. 43. D. de orig. iur.* CERTO certius eſt: *l. 38. §. 5. D. de verb. oblig. l. 10. §. 14. D. quae in fraud. credit.* CERTIVS eſt et modeſtius: *l. 14. §. 1. D. de rit. nupt.* CERTA omnia ſunt in rerum natura, quum futura vtique fierent. *l. 28. §. vlt. D. de iudic.* Sic CERTVS quis dicitur excuſationis: *l. 14. D. de bon. poſſeſſ.* CERTA mater: *l. 5. D. de in ius voc.* vbi mater ſemper certa eſſe dicitur. CERTVS pater. Cicero *pro Sex. Roſc. Cap. XVI. Si tibi natura non dedit, vt* CERTO *patre naſcerere.* CERTVS percuſſor: *l. 6. D. ad SC. Silan.* CERTI ſtatus eſſe. *l. 2. §. 3. D. vnde legitim.* ¶. 6. CERTVM, firmum, non fluctuans. CERTVM eſſe debet conſilium teſtantis: Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 4.* CERTA vel CERTIOR confeſſio: *l. 1. §. 27. D. de quaeſt.* CERTO iudicio liberi a parentum ſucceſſione remouendi ſunt: *l. 18. D. de bon. poſſeſſ. contra tab.* CERTO iudicio debet quis pro tutela poſteritati ſuae cauere. *§. 27. Inſt. de legat.* CERTVM dicere in edicto de iniuriis, quid ſit, vide *l. 7. §. 1. D. de iniur. Collat. leg. Moſaic. et Rom. tit. II. §. 6.* CERTVM ius et finitum, quod deſcriptum eſt, et legibus continetur, vel longo vſu in mores perductum. *l. 2. pr. et §. 2. D. de orig. iur. l. 2. D. de iur. et facti ignor.* Sic dicimus: CERTVM ius eſt: *l. 13. fin. C. de legit. hered. l. 1. C. qui manumitt. non poſſ. l. 2.*

C. de

Digitized by Google

C. de ſolut. CERTI iuris eſt: *l. 3. D. de peric. et commod. rei vend. l. 37. D. de minor. l. 10. C. de lib. cauſſ.* Ius CERTISSIMVM eſt: *l. 2. C. de in ius voc.* CERTISSIMI iuris eſt: *l. vlt. D. de condict. furt. l. 18. C. de excuſ. tut. l. 17. C. ad leg. Falcid. l. 2. C. vnde vi.* CERTO iure vtimur. *l. 49. D. de legat. I. l. 10. D. ſi quis caut. in iud. ſiſt. l. 1. §. vlt. D. de liberis exhib.* ¶. 7. CERTAE et ſollemnes actiones, certis formulis comprehenſae, et adſtrictae. *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* Sic CERTA verba, apud Vlpian. *Fragm. tit. IX. §. 1. tit. XIX. §. 3.* id eſt, vt ita dicam, formalia, vel, vt Theophilus vertit, τυπικά, in *§. 1. Inſt. de his, per quos ag.* Cic. *Lib. II. de leg. Cap. 7. Sunt* CERTA *legum verba.* Ex de *Natur. Deor. Lib. II. Cap. 3. Quidam Imperatores etiam ſeipſos Diis immortalibus capite velato, verbis* CERTIS, *pro republica deuouerunt.* Nam, quae Cicero *verba* CERTA, ea Seneca *Epiſt. LXVIII.* et Auctor *libelli de viris illuſtribus Cap. XXVII.* ſollemnia dixerunt. Idem Cicero *Lib. I. de Orat. Cap. 40. Si iudicaretur,* CERTIS *quibusdam verbis, non nouis nuptiis, fieri cum ſuperiore diuortium.* Et *Lib. II. de inuent. Cap. 45. Cur in* CERTA *verba iurant iudices?* Varro *Lib. V. de lingu. Lat. Hinc faſti dies, quibus* CERTA *verba legitima, ſine piaculo praetoribus licet fari.* Sic et CERTA forma. Plin. *Lib. X. Epiſt. 98. Neque enim in vniuerſum aliquid, quod quaſi* CERTAM *formam habeat, conſtitui poteſt.* CERTA forma erogationis. *l. 10. §. 1. D. de ann. legat.* ¶. 8. CERTVM, quidquid determinatum, vt CERTA aetas: *l. 23. §. 3. D. de fideic. libert.* CERTI anni: *l. 28. C. de pact. l. 5. C. de vſur.* CERTA cauſſa eſt: *l. 3. C. de excuſ. tut.* CERTIS ex cauſſis: *l. 1. §. 4. D. de poſtul. l. 53. D. de iudic.* ad CERTAM cauſſam agendam: *l. vlt. §. 13. D. de muner. et honor.* CERTA ciuitas: Vlpian. *Fragm. tit. XX. §. 14.* conditio: *l. 2. D. de iur. immunit.* CERTVS contractus incerto opponitur. *l. 9. D. de reb. cred. l. 1. §. 6. D. de conſt. pecun. l. 18. D. de acceptilat.* CERTA familia, veluti vrbana, aut ruſtica: *l. 65. D. de legat. II.* CERTA fundi pars: *l. 6. D. de ſeruitut.* CERTVM genus argenti: *l. 1. §. vlt. D. de aur. arg.* agrorum: *l. 13. D. de ſeru. praed. ruſt.* CERTA hereditatis pars: *l. 8. §. vlt. D. de legat. II.* CERTVS homo, veluti Stichus, Dama, Pamphilus, ad differentiam hominis in genere promiſſi legatiue, qui *incertus* dicitur. *l. 3. ad SC. Trebell. l. 17. D. de liberal. cauſſ. l. 63. D. de condict. indeb. l. 13. l. 47. §. vlt. D. de legat. I. l. 39. D. famil. erciſc.* Sic CERTVM hominem debere: *l. 23. D. de verb. oblig.* vel emere: *l. 61. §. 5. D. de furt.* CERTA lege donare: *l. 22. C. de donat.* CERTAM legem accepiſſe mandatum: *l. 12. C. mand.* CERTAM legem dicere ei, quod ſoluimus: *l. 1. C. de ſolut.* CERTVS libertus: *l. 28. D. de alim. et cibar. leg.* CERTO loco: *l. 19. §. 1. D. de iudic. et tit. D. de eo, quod cert. loc.* CERTO loco, vel tempore: *l. 5. D. commod. l. 16. §. 1. de pec. conſtit.* CERTAE merces: *l. 20. §. vlt. de manumiſſ.* et apud Sueton. *in Neron. Cap. XVII.* CERTI modi conſtituti ſunt: *l. 44. §. 1. D. de obl. et act. l. 8. D. de his qui ſui vel alien.* CERTAE nundinae: *l. 138. D. de verb. obl.* CERTIS oneribus deſtinatum patrimonium: *l. 50. §. 1. D. de iudic.* CERTO ordine teneri: *l. 4. C. in quib. cauſſ.* CERTVM penus: *l. 3. D. de pen. leg.* CERTA perſona: *l. 4. D. de reb. dub.* CERTVM pondus auri vel argenti: *l. 1. §. vlt. l. 9. D. de aur. arg. leg.* olei: *l. 4. D. de trit. vin. ol. l. 60. D. de verb. obl.* CERTA poſſeſſio: *l. 14. D. de ſeruit.* CERTO pretio: *l. 31. §. vlt. D. de fideic. libert.* CERTVS is, qui datus procurator: *l. 2. D. de procurat.* CERTA ratione: *l. 22. C. de liber. cauſſ.* CERTAE regiones fundi: *l. 8. D. de vi et vi armat.* CERTA ſententia: *l. 19. D. de recept. arbitr.* CERTA ſpecies: *l. 34. §. 5. D. de legat. I.* CERTA vaſa: *l. 2. D. de penu leg.* CERTAE vſurae: *l. 62. D. ad SC. Trebell.* CERTA vxor. *l. 28. §. 2. D. de lib. et poſtum.*

CERVESIA, (ita Florentiae legitur, pro CEREVISIA,) vini adpellatione non continetur, niſi forte paterfamilias aliud ſenſerit, et vini numero eiusmodi potum habuerit. *l. 9. pr. D. de trit. vin. ol.* Quo loco, vt et apud Plin. *Lib. XXII. Cap. 25.* a *Zytho* ſeparatur, quod in quibusdam prouinciis, vel ex tritico, vel ex hordeo, confici, ibidem Vlpianus ait. Verum nominis magis ſono, quam re, differunt. Alterum enim Graecum aut Aegyptium; alterum Gallicum nomen eſt.

CERVICAL, veſtis nomine contineri, ait Vlpianus, in *l. 25. §. 1. D. de aur. arg.* Solent enim ceruicalia ceruici ſupponi, et in ea inflexa recumbit ceruix. Meminit Iuuenal. *Sat. VI. v. 353.* Plin. *Lib. XX. Cap. 20.* Martial. *Lib. XIV. Epigr. 146.*

CERVIX, praeter propriam ſignificationem, modo contumaciae, modo negligentiae deſcriptioni adhibetur. Sic CERVICEM *aduerſus patronum erigere* dicitur inofficioſus et irreuerens libertus. *l. 2. C. de libert. et eor. bon.* CERVICE ſupina iudicem tantum titulum gerere, aiunt Imperatores eum, qui in munere ſuo obeundo negligens eſt, et deſes. *l. 6. C. Theod. de cuſtod. reor.* CERVICES autem tantum numero plurali veteres dixiſſe, primumque Hortenſium in poemate CERVICEM numero ſingulari poſuiſſe, auctor eſt Varro *Lib. VII. et Lib. IX. de lingu. Lat.* Nec vero obſeruauit Conſtantinus in *d. l. 2.* ſubtilem illam Seruii differentiam, qui *in II. Aenid. v. 707.* CERVIX, ait, *quum numero ſingulari dicitur, collum ſignificat: ſi plurali numero vtamur, ſuperbiam oſtendimus.*

CERYCIA, κηρύκεια, quae legati Graecorum ferunt. *l. 8. §. 1. D. de rer. diuiſ.* Vnde Pollux *Lib. VIII. ſegm. 138.* Φόρημα τῶν πρέσβεων, *geſtamen legatorum,* vocat. Eius formam et figuram explicat interpres Thucydidis *in Lib. I.* his verbis: Κηρύκειον, ἐςι ξύλον ὀρθὸν, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπλεγμένους καὶ ἀντιπροσώπους πρὸς ἀλλήλοις κειμένους, ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν. Καὶ ἐκ ἐξῆν αὐτὲς ἀδικεῖν, παρ' ἓς ἀπέρχονται. Σύμβολον δὲ ἦν, τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τῦ ὀρθῦ λόγε· τὰ δὲ παρ' ἑκάτερον εἴδος τῶν ὄφεων τὰ ἀντιτασσόμενα ςρατόπεδα. CERYCIVM, *eſt lignum rectum, cui vtrimque duo ſerpentes ita implicantur, vt capita ſibi inuicem obuertant, et quod caduceatores ſecum ferre ſolent. Neque enim tunc fas eſt iis, ad quos veniunt, vllo modo illos adficere iniuria. Rectitudo vero ligni eſt ſymbolum rectae et verae, quam ferunt, orationis: ſerpentes vero ſibi inuicem obuerſi caſtrorum ſeu acierum oppoſitarum.* Quorum verborum bonam partem ex eo Suidas transſcripſit. Plin. *Lib. XXIX. Cap. 3. Hic tamen complexus anguium et efferatorum concordiae cauſſa videtur eſſe. Quare exterae gentes caduceum in pacis argumentis, circumdata effigie anguium, ferunt. Neque enim criſtatos eſſe in caduceo, mos eſt.* D. Ioannes Chryſoſt. *in oratione* περὶ νόμε. Τὸν γῦν παρὰ τῶν

τῶν ἐχθίστων κήρυκα περιπεμπόμενον, οὗτός ἐστιν ὁ σώζων καὶ διαφυλάττων παντὸς θώρακος, καὶ πάσης ἀσπίδος ἰσχυρότερον αὐτῷ δὴς ὅπλον, τὸ κηρύκειον. *Miſſum et ab inimiciſſimis caduceatorem ſecurum praeſtat, quod ei dat omni thorace ac clypeo firmius praeſidium*, CERYCIVM, *vel caduceum.*

CES.

CESPES, vel CAESPES potius, quia *a caedendo* eſt. CAESPITEM vellere de buſtis. *l. 6. C. Theod. de ſepulcr. violat.* Tumulis enim terrae CAESPES adgerebatur, vt Tacitus *Lib. I. Annal. Cap.* 62. indicat. CAESPES autem eſt *terra, cum propria herba euulſa*, vt Seruius *in I. Eclog. v. 69.* tradit, vel, vt Feſtus Pompeius, *terra, cum herba, in modum lateris caeſa.*

CESSARE, moram facere ſignificat, *l. 35. D. de negot. geſt.* CESSARE in adminiſtratione: *l. 60. §. 2. D. de ritu nupt.* CESSARE in bonorum poſſeſſione petenda: *l. 2. §. 9. D. ad SC. Tertull.* CESSARE circa refectionem: *l. 32. D. de damn. inf.* CESSARE in diſtractione rerum: *l. 7. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* in exactione pecuniae: *l. vlt. §. 2. D. ad municipal.* in exigenda ſatisdatione: *l. 53. D. de adminiſtr. et peric. tut.* in exſolutione totius: *l. 41. §. 1. D. de vſur.* in officio muneris: *l. 1. C. de peric. tut.* in petendis tutoribus: *l. 1. C. qui pet. tut.* in petitione: *l. 18. §. 1. D. de liber. leg.* in probatione: *l. 2 C. de probat.* in ſatisdatione: *l. 5. §. vlt. D. de Carbon. edict.* in ſolutione: *l. 38. D. de minor. l. 1. C. de iure domin. l. 38. D. mand.* in ſuſcipienda pecunia: *l. 15. D. de aliment. vel cibar. leg.* in vlciſcenda morte: *l. 15. §. vlt. D. de SC. Silan.* Vlpianus, in interpretatione reſcripti Imp. Antonini, quo in propria quoque heredis bona legatarii mitti iubentur, ſi poſt ſex menſes, quam praetor aditus eſt, in ſolutione ceſſatum fuerit, CESSATUM non videri, ait, ſi pupillus tutorem non habet, nec curatorem furioſus, vel adoleſcens, quum fruſtratio his perſonis indefenſis nocere non debeat. *l. 5. §. 16. et §. 20. D. vt in poſſeſſ. leg.* Ita et CESSARE dicitur tutor, qui tutelam non gerit, neque adminiſtrat: *l. 1. §. 1. l. 17. D. de adminiſtr. et per. tut. l. 4. §. 1. D. rem pup. ſalu.* CESSARE eodem ſenſu dicitur adminiſtratio: *l. 32. D. de minor.* CESSANTIBVS curatoribus: *l. 3. C. de in lit. iur.* CESSANTE emtore: *l. vlt. D. qui et a quib. manum. l. 4. §. 1. D. de adpell.* CESSANTE eo, ad quem ea res pertinet: *l. 6. D. de ſepulcr. viol.* CESSANTE patre, id eſt, non agente: *l. 17. §. 20. D. de iniur.* CESSANTE procuratore, id eſt, non reſpondente: *l. vlt. D. an per al. cauſſ. adpell.* CESSANTE pupillo, id eſt, moram faciente: *l. 41. D. de fideiuſſ.* CESSANTE ſocio: *l. 2. C. pro ſoc.* CESSANTE vno: *l. 21. D. de bon. libert. l. 1. §. 1. D. iudic. ſolui.* Sic et CESSARE dicuntur, qui citati non adſunt: *l. 2. §. 3. D. de iur. fiſc.* et CESSANTES officii admoneri: *l. 1. D. de feriis.* ‖. 2. CESSAT etiam, cuius effectus vel differtur, vel plane nullus eſt. Hinc CESSARE, et *locum habere*, ſeu *locus eſſe*, aduerſantur. *l. 1. §. 1. D. ſi quadrup. pauper. l. 10. §. 1. D quae in fraud. credit. l. 3. D. de donat.* CESSARE ergo eſt deficere, ſeu locum non habere. Sic CESSARE dicitur actio: *l. 10. D. de adſign. lib. l. 40. D. de noxal. act. l. 1. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 17. §. 1. D. de iniur. l. 17. l. 25. D. de act. rer. amot. l. 1. §. 1. D. ſi is, qui teſtam. l. 3. D. ſi famil. furt. fec. l. 1. §. 1. D. ſi quadrup.* addictio: *l. 4. §. 20. D. de fideic. libert.* adquiſitio: *l. 67. §. vlt. D. de vſu et vſufr.* aeſtimatio: *l. 73. §. vlt. D. de legat. I.* arbitrium iudicis: *l. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* bonorum poſſeſſio: *l. 12. D. de bon. poſſ.* CESSANTE cauſſa, id eſt, deficiente: *l. 2. C. quom. et quand.* CESSAT cautio: *l. 39. §. 4. D. de procurat. l. 17. D. de hered. petit.* clauſula: *l. 30. D. de legat. I.* collatio: *l. 1. §. 5. l. vlt. D. de collat. bon. l. 9. C. eod. tit.* commiſſum: *l. vlt. D. de publican.* condictio: *l. vlt. D. de condict. ſin. cauſſ. l. 4. §. 1. l. 14. D. de reb. cred.* conſtitutio: *l. 4. l. 24. §. vlt. D. de fideic. libert.* Cornelia: *l. 12. D. de leg. Corn. de falſ.* crimen: *l. 22. C. ad leg. Iul. de adult.* delatio: *l. 1. C. de delator.* demonſtratio: *l. 97. D. de ſolut.* dolus: *l. 3. D. ne quis eum.* dominium: *l. 80. D. de furt.* edictum: *l. 1. §. 1. D. de nou. op. nunc. l. 6. §. 1. D. quae in fraud. cred. l. 25. D. quod met. cauſſ. l. 2. D. de cap. min. l. 1. D. quod quisqu. iur.* edicti pars: *l. 4. §. 6. D. de damn. infect.* edicti poena: *l. 3. l. 5. D. ne quis eum. l. 77. §. 25. D. de legat. II.* exceptio: *l. 19. D. de nouat. l. 36. D. de iureiur.* Fauiana: *l. 1. §. 6. D. ſi quid in fraud. patron.* ignominia: *l. 30. D. de oblig. et act.* interceſſio: *l. 1. C. ad SC. Vellei.* interdictum: *l. 20. §. 1. D. de nou. op. nunc. l. 3. §. 1. D. de lib. hom. exhib. l. 1. §. 1. D. de migr. l. 1. §. 1. D. de riu. l. 9. D. quod met. cauſſ. l. 1. D. vt in flum. publ. l. 5. D. de vi et vi arm.* iudicium: *l. 4. §. vlt. D. de alien. iud. mut. l. 1. D. comm. diuid. l. 4. C. de ord. cognit.* CESSAT ius: *l. 19. §. vlt. D. de manumiſſ. l. 1. §. 3. D. de vſufr. adcreſc. l. 7. C. ad leg. Falcid.* legatum: *l. 1. D. de dot. praeleg.* lex: *l. 1. D. de fund. dot. l. 1. D. ad leg. Iul. amb. l. 33. D. ad leg. Falcid. l. 10. C. de teſtam. milit.* libertas: *l. 4. §. 1. D. de manumiſſ.* Macedonianum: *l. 47. §. vlt. D. de ſolut.* mandatum: *l. 4. C. ſi cert. petat.* matrimonium: *l. 1. §. vlt. D. pro dot. l. 17. D. de act. rer. amot.* miſſio: *l. 15. §. 28. D. de damn. inf.* nouatio: *l. 28. D. de nouat.* obligatio: *l. 35. l. 37. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 98. §. vlt. D. de ſolut.* oratio: *l. 8. D. de tranſact. l. 6. D. de reb. eor.* pars orationis: *d. l. 6. eod. tit.* CESSANT partes iudicum: *l. 5. §. 1. D. de adminiſtr. et per. tut.* partes praetoris: *l. 16. D. de noxal. act.* CESSAT petitio: *l. 9. C. de donat. int. vir. et vxor.* pignoratitia: *l. 11. §. 3. D. de pignor. act.* poena: *l. 1. §. 8. D. de leg. Corn. de falſ.* praeſtatio libertatis: *l. 24. §. 7. D. de fideic. libert.* priuilegium: *l. 24. D. de reb. auct. iud. poſſ. l. 2. C. de priuil. fiſci l. 17. D. de ſtipulat. ſeru. l. 6. §. vlt. D. de decur.* CESSANTE probatione: *l. 4. C. de vſucap.* CESSAT quaeſtio: *l. vlt. D. ne de ſtat. def. l. vlt. C. de ord. iud.* querela: *l. 8. §. 4. D. de inoff. teſt.* ratio: *l. 4. C. de vſur.* repetitio: *l. 4. l. 8. D. de condict. ob turp. cauſſ. l. vlt. §. vlt. D. de iur. et fact. ign. l. 3. D. de donat.* reſtitutio: *l. 3. §. 1. l. 37. D. de minor. l. 23. D. ex quib. cauſſ. l. 9. §. vlt. D. de minor.* reuocatio: *l. 10. §. 1. D. quae in fraud. cred.* ſatisdatio: *l. 8. D. de curat. furioſ.* ſcriptura: *l. 30. D. de legat. I.* ſenatusconſultum: *l. 2. D. de leg. Fab. de plagiar. l. 12. D. ad SC. Turpill. l. 1. §. 1. l. 3. D. de SC. Macedon.* ſenatusconſulti mens: *l. 3. D. de SC. Maced.* CESSAT ſtipulatio, cuius effectus aliquo interuallo differtur et intermittitur. *l. 1. §. 6. et §. 18. D. vt legat. cauſſ.* CESSARE et *valere* ſtipulationem opponuntur: *l. 83. D. de verb. obl.* CESSAT ſubſtitutio: *l. 57. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 41. D. de bon. libert.* ſucceſſio: *l. 1. C. quando non pet.*

CES. CET.

CESSANTIBVS tormentis: *l. 14. D. de quaeſt.* CESSANT verba: *l. 7. D. de iuriſd. l. 67. §. vlt. D. de legat. II.* vindicatio: *l. 7. §. 1. D. de don. inter vir. et vxor.* voluntas: *l. 7. §. vlt. D. de donat.* vſucapio. *l. 1. §. vlt. D. pro donat. l. 1. §. vlt. D. pro dot. l. 2. §. 2. D. pro emt.* ¶. 3. CESSARE etiam pars dicitur, quae caduca eſt, et quae deficit. *l. 41. D. de legat. II.* Vnde CESSANTIVM partes, id eſt, deficientium. *l. 7. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* CESSASSE pecunia, in *l. 14. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* dicitur, quaeocioſa fuit, aut pupillo vacauit, vt loquitur *l. 12. §. vlt. D. eod. tit.*

CESSATIO, mora. *l. 17. D. de vſur. l. 1. D. de op. publ.* CESSATIO ab vel in adminiſtratione: *l. 37. §. vlt. D. de excuſ. l. vlt. D. vbi pupill. educ.* CESSATIO aliena: *l. 1. l. 2. C. de diu. tut.* collationum: *l. 2. C. ſi propt. publ. vtil.* curatorum. *l. 53. D. de adminiſtr. et peric.* legati: *l. 2. §. 2. D. de legation.* officii: *l. 5. C. qui dare tutor.* tributorum: *l. 1. l. vlt. C. ſi propt. publ.* tutorum. *l. 2. C. de vſur. pupill. l. 2. C. arbitr. tutel.* CESSATIONIS periculum ſuſtinere: *l. 31. D. de excuſat.* eius rationem reddere: *l. 2. C. de hered. tut.* CESSATIONVM ſolitae vices. *l. 35. §. vlt. D. de legat. III.*

CESSIM, id eſt, retro ire: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Iuſtin. *Lib. II. Cap. 12. Vos commiſſo* ☞ *praelio ite* CESSIM, *inhibite remos.* In *l. 43. princ. D. de Aedil. edict.* in Florentinis legitur: *mulas, quae* CESSVM *dant:* Haloander ibi edidit: *quae ceſſim eunt:* vulgo ſcriptum reperitur: *quae peſſum dant.* Saltim non adeo vſitatum eſt *ceſſum* pro ceſſim, quamuis ex analogia phraſeos: *peſſum dare* defendi quodammodo poſſit. Ducker. *de Latinit. vet. iurisc. p. 432. ſequ.* HEIN.

CESSIO actionum: *l. 76. D. de ſolut.* aquae: *l. 9. l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu.* bonorum: *rubr. D. et C. de ceſſ. bon.* CESSIO in iure: Cic. *Topic. Cap. V.* Vlpian. *Fragm. tit. XIX. §. 9. In iure quoque* CESSIO, ait, *communis alienatio eſt, et mancipi rerum, et nec mancipi: quae fit per tres perſonas, in iure cedentes, vindicantes et addicentes.* Quod plenius Boeth. *in Topica Cic.* explicans CESSIONIS ſollemnitatem ex Caio refert, quam nos *Lib. V. form. Cap. 20.* deſcripſimus.

CESSICIA tutela olim dicta, quae erat in iure ceſſa: vt. CESSICVS, vel fortaſſis CESSICIVS tutor, is cui ea tutela in iure ceſſa erat, vt Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 7.*

CET.

CETERI, et reliqui, ſunt omnes non excepti: veluti ſi cui optio legata ſit, CETERI, Sempronio illo non optante, omnes ad Sempronium pertinent. *l. 160. D. de verb. ſignif. l. 17. D. de opt. legat.* Sic CETERA venditionis: *l. 5. §. 7. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* CETERAM partem: *l. 2. D. de his, quae in teſt. del.* in CETERA parte: *l. 34. D. de bon. libert. l. 19. D. de lib. et poſtum.* de CETERA parte: *l. 34. D. de bon. libert.* de CETERO pecore: *l. 38. §. 5. D. de Aedil. edict.* De CETERO, *l. 5. C. de ingen. manum.* aliquando idem, ac in poſterum: *l. 10. D. de cuſtod.* Et CETERA: *l. 29. §. 2. 12. et 14. D. de lib. et poſtum.* ¶. 2. Inter CETEROS, et nominatim exheredati, opponuntur apud Vlpian. *Fragm. XXII, 11.* et *l. 4. §. 1. C. de liber. praet. et exher. §. 1. Inſt. de exhered. liber.* Vetus Gloſſarium *inter* CETEROS interpretatur *ἀορίστως, indefinite.* Inter CETEROS curator conſtitutus: *l. 21. D. ad municipal.* inter CETEROS ſuffragium ferre. *l. 6. §. 1. D. de decur.*

CETEROQVIN, alioquin. *l. 35. §. 3. D. de hered. inſt. l. 29. D. de iur. lib.*

CETERVM. Haec vox plerumque abſurdi nota eſt, et ſignificat alioquin. *l. 7. princ. §. 8. l. 9. §. vlt. D. de min. l. 10. §. vlt. D. de vſurp. et vſuc. l. 15. §. 7. D. de re iud. l. 5. §. 4. D. de Carbon. edict. l. 15. §. 33. D. de damn. inf. l. 12. §. 1. in fin. D. de pact. dot. l. 15. §. 1. D. quod vi aut clam. l. 17. §. 7. D. de iniur. l. 61. §. 7. D. de furt. l. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ. l. 3. §. 3. D. de lib. exhib. l. 32. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. l. 49. D. famil. erciſc. l. 5. §. 10. D. de nou. op. nunc.* Sic apud Tertull. in *Lib. II. aduerſ. Marcion. Cap. 9.* illo loco: CETERVM *non eſſet anima, ſed ſpiritus.* Et *Lib. II. ad vxor. Cap. 2. Sanctificatur enim infidelis vir a fideli vxore, et infidelis vxor a fideli viro:* CETERVM *immundi eſſent filii veſtri.* Hoc, ne leue videatur, Accurſium valde torſit in interpretatione *l. 5. D. iudic. ſolut.* quae huius vocis vi perſpecta, non obſcurum ſenſum habet. Contra etiam ALIOQVIN pro *ceterum* ponitur in *l. 91. D. de legat. III. l. 42. D. de adquir. hered. l. 1. C. de pact. conuent.* Quod et Chariſius Soſipater notat.

CHA.

CHALDAEI in *l. 5. C. de malef. et mathem.* ſunt harioli, qui de futuris hominum fatis ex thematibus eorum genethliacis iudicabant, ſecundum B. Hieronymi in Daniel. *Cap. II.* interpretationem γενεθλιαλόγοι, qui futura ex natiuitatibus praedicant. Gell. *Noct. Attic. Lib. XIV. Cap. 1. Aduerſus iſtos, qui ſe* CHALDAEOS, *ſeu* genethliacos, *adpellant, ac de motu deque poſitu ſtellarum dicere poſſe, quae futura ſint, profitentur.* Spartian. *in Seuer. Cap. IV. Quaſi de imperio vates* CHALDAEOS *conſuluiſſet, reus factus eſt.* D. Ambroſius *in Pſalmum I. Dauidis:* CHALDAEI *ſunt, qui ſiderum curſus vanae ſtudio ſuperſtitionis explorant, et impiae ſerunt gentilitatis errores.*

ΧΑΜΑΙΔΙΚΑΣΤΑΣ apud Iuſtinianum in *Nouella LX. Cap. 2.* accipe pedaneos iudices, qui nulli tribunali praeerant, nec pro tribunali ſedentes, ſed de plano cognoſcebant, ac iudicabant.

ΧΑΜΟΘΕΝ apud Modeſtin. in *l. 13. §. 10. D. de excuſ. tut.* accipe *de plano,* opponitur enim ei, quod prius dixerat: πρὸ βήματος, id eſt, *pro tribunali.*

ΧΑΡΑΚΤΗΡΑ habere dicitur anulus, qui formam aliquam gemmae inſculptam habet: *l. 22. §. 5. D. qui teſtam. fac. poſſ.* Auctor Etymologici: χαρακτὴρ, ἡ σφραγίς. Id ipſum ἀποσφράγισμα vocat Plin. *Lib. X. Epiſt. 16.*

CHARISTICVM nonnulli legendum putant in *l. 6 D. de bon. damn.* ſed Florentinus habet CHARTIATICVM, quod vide infra: ſuo loco. HEIN.

CHARONIAEVS, vel, vt Theophilus *ad §. 2. Inſt. de ſing. reb. per fideic. relict.* χαρωνιακὸς vocabatur libertus *orcinus,* id eſt a teſtatore directe manumiſſus, de quo infra in ORCINVS. HEIN.

CHAR-

Digitized by Google

CHARRVCA, vide CARRVCA.

CHARTIS legatis quid contineatur, docent *l. 52. §. 4. et §. 6. et l. 76. D. de legat. III.* CHARTAE autem ſeparantur a membranis: *l. 9. §. 1. D. de adqu. rer. dom.* et *§. 33. Inſt. de rer. diuiſ.* Ac plane, CHARTAS ſupprimente Ptolemaeo, membranas Pergami repertas, Plinius ex Varrone tradit *Lib. XIII. Cap. 11.* Ideoque inſcite faciunt, qui chartarum adpellatione membranas comprehenſas, ſcriptis ſuis prodiderunt. Nam longe alia CHARTARVM, longe alia membranarum materia fuit. *Membranae* ex pellibus corioue animalium, Pergami primum paratae, hodieque originis ſuae nomen tenent. At CHARTAS, quarum vſu olim maxime humanitas vitae conſtabat et memoria, ex papyro (fruticis id in Aegypto genus,) confectas fuiſſe, docet Vlpianus, in *d. l. 52. §. 6. D. de legat. III.* Apertius vero hoc ipſum declarat Plinius, illo, quod modo citauimus, capite, his verbis: *Praeparantur ex eo,* (de papyro loquitur,) *chartae, diuiſae acu in praetenues, ſed quam latiſſimas, philuras.* Et capitis inſequentis initio: *principatus medio, atque inde ſciſſurae ordine.* Sic enim ille Plinii locus, miſere diuulſus ac diſcerptus in vnum iungendus eſt. Confecturam porro chartarum, eiusque rationem idem Plinius *eiusdem libri Cap. XII.* exponit his verbis: *Texuntur omnes tabulae madentes Nili aqua: turbidus liquor vim glutini praebet: quum primo ſupina tabula ſcheda adlinitur, longitudine papyri, quae potuit eſſe, ſegminibus vtrinque amputatis, transuerſa poſtea crates peragitur. Premuntur deinde praelis, et ſiccantur ſole, atque inter ſe plagulae iunguntur: a proximarum ſemper bonitatis deminutione ad deterrimas: numquam plures ſcapo quam vicenae.* Vopiſcus *in Firmo Cap. III. Tantum habuiſſe de chartis, vt publice ſaepe diceret, exercitum ſe alere poſſe papyro et glutino.* CHARTAM etiam Caſſiodor. *Var. XI, 38.* hoc verborum ambitu deſcribit: *Iunctura ſine rimis, continuitas de minutiis, viſcera niuea virentium herbarum, ſcripturabilis facies, quae nigredinem ſuſcipit ad decorem, vbi apicibus eleuatis faecundiſſima verborum plantatrix ſeges fructum mentibus toties ſuauiſſimum reddit, quoties deſiderium lectoris inuenerit.* Auctor *Etymologici*: χάρτης, χαρτικὸς τῶν ἐγγραφομένων. CHARTAE porro vel *purae* erant, *d. l. 52. §. 4. D. de legat. III.* vel *ſcriptae. d. l. 76. eod. tit.* CHARTAE autem adpellatio et ad *nouam* chartam referebatur, et ad *deletitiam. l. 4. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul.* Varias autem chartarum ſpecies ſeu differentias exſequitur Plinius *Lib. XIII. Cap. 12.* et poſt eum Iſidor. *Lib. VI. Orig. Cap. 10.* Varium quoque chartarum vſum ex libris noſtris notare licet. CHARTAS enim *epiſtolares*, et CHARTAS, *ad ratiunculam* vel *logarium paratas*, memorat *l. 3. §. 10. D. de pen. legat.* et CHARTAS, in quibus rationes conſcriptae ſunt, *l. vlt. §. 1. D. de liberat. leg.* De CHARTIS epiſtolaribus exſtat Martialis Diſtichon *Lib. XIV. Epigr. 11.*

CHARTACEVS, adiectiuum. CHARTACEI codices. *l. 52. D. de legat. III.* Pro eo CHARTEVS dixit Auſon. *Epiſt. X.*

Nam tota ſupellex
Vatum piorum CHARTEA *eſt.*

CHARTIATICVM. Eius fit mentio, in *l. 6. D. de bon. damnat.* vbi Calliſtratus: Hanc rationem, (loquitur de redacta ex pannicularii pecunia,) *non compendio ſuo debent praeſides vertere, ſed nec pati optiones, ſiue commentarienſes, ea pecunia abuti, ſed debent ad ea ſeruari, quae iure praeſidum ſolent erogari, vt puta* CHARTIATICVM *quibusdam officialibus inde ſubſcribere.* Ita legitur Florentiae, et fruſtra ſunt, qui pro *chartiaticum* reſcribunt *chariſticum.* Nam vocabulo hoc vſus etiam eſt Nicephor. *Tom. II. p. 223.* Ἀπαιτεῖσθαι δὲ ὑπὲρ χαρτιατικοῦ ἐπὶ τῷ νομίσματι δύο κεράτας. *Pro* CHARTIATICO *in ſingulos ſolidos duas ſiliquas conſtituit.* Eſt ergo CHARTIATICVM, quod quaſi pro chartis datur officialibus, ſicut *cerarium*, quod pro cera, apud Ciceron. *in Verr. V, 78. puluraticum*, quod pro labore in puluere agrimenſoribus dabatur. Ita rem eleganter et ſolide explicauit Cuiac. *Obſeru. Lib. IV. Cap. 18.* Miniſtris vero magiſtratuum chartas praebitas fuiſſe, ex Frontin. *Lib. II. de Aquaeduct.* ipſe notauerat Briſſonius. HEIN.

CHARTOPHYLAX, chartarum vel tabularum cuſtos, vnde χαρτοφυλάκιον, ſcrinium, vbi chartae reponuntur. *c. 1. X. de probat.* HEIN.

CHARTOPRATAE, *in rubr. C. de collegiat. et chartoprat.* ſunt chartarum venditores.

CHARTVLA, ὑποκοριστικὸν a *charta.* CHARTVLAE confiſcatae. *l. 5. C. de conuen. fiſci debit.*

CHARTVLARII, qui chartas tractant. *rubr. C. de numerar. actuar. chartular.* Quorum variae ſpecies in Imperatorum conſtitutionibus recenſentur, prout ea officia erant, quibus adiungebantur ac deſeruiebant. Quidam enim de cohortalibus officiis largitionales titulos retractabant, *l. 3. C. de canon. largit.* Quidam numerariis operam praebebant. *l. 10. C. de numerar. actuar.* et in Notitia *Nouellae VIII.* ſubiecta. CHARTVLARII etiam magiſtri equitum et peditum memorantur in *l. 5. C. Theod. de diuerſ. offic. et adparit.* Iuſtinianus quoque d. *Nouella VIII.* CHARTVLARIOS tres τῷ θείῳ κυβικλίῳ τοῖς συμβόλοις ὑπηρετουμένους ponit. Atque huiusmodi munus, *chartularum miniſterium* dicitur, in *l. 8. C. Theod. de fil. milit. adpar. et veter.* Zonaras porro *Tomo III.* poſterioribus temporibus CHARTVLARIVM adpellatum τὸν τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατοῦντα, *eum, qui imperatoris ſtabulo praefectus adfuit*, ſcribit. CHARTVLARIOS etiam ſua aetate adpellatos, qui olim *commentarienſes* dicebantur, auctor *Etymologici* tradit, in voce κομενταρήσιοι.

CHASMA, vaſtum hiatum, qui terra dehiſcente contingit, ſignificat. Cuiusmodi caſu agri nonnumquam abſorbentur. *l. 47. §. vlt. D. de legat. I. l. 4. §. 1. D. de cenſ. l. 10. D. de peric. et commod. rei vend. l. 11. §. 5. D. de minorib.* Seneca *Lib. VI. nat. quaeſt. Cap. 9. Tunc* CHASMATA, *tunc hiatus vaſti aperiuntur.* Terrae quoque motus συνιζήσεις ποιοῦντας εἰς τὰ κοῖλα, χασματίας vocari, auctor eſt Ariſtoteles *libro de mundo.* Nec terrae modo, ſed et caeli ipſius, hiatus CHASMATIS nomen obtinet, vt Plin. *Lib. II. Cap. 26.* tradit. Seneca quoque *Nat. quaeſt. Lib. I. Cap. 14.* CHASMA vocat, quum aliquod caeli ſpacium deſedit, et flammam, dehiſcens, velut in abdito oſtentat. Seru. in *Lib. IX. Aeneid. princ.* ad haec ver-

CHE. CHI.

ba: *Diſcindere caelum: χάσμα, inquit, diſactum, id eſt, ſubitam aeris diruptionem, et quemdam receſſum; per quod vult videri in* CHASMA *ſe Irim recepiſſe.* Et mox: *Sane* CHASMA *eſt, vt Plinius vocat, diruptio, et quidam caeli receſſus.* Quibus verbis illum Plinianum locum, quem attigimus, deſignat.

CHE.

ΧΕΙΡΕΜΒΟΛΟΝ, *l. 1. §. 3. D. naut. caupon. ſtabul.* Plura non addidit, cui hic articulus debetur, Tabor. Eſt ex vocabulis ἅπαξ λεγομένοις, quod tamen familiare nautis fuiſſe, ex loco Vlpiani paullo ante adſcripto patet. Significari illo actum res naui inſerendi, cum vocabuli origo, tum ipſa legis verba innuunt, qualis vero fuerit, ignorare ſe fatetur, qui alioquin horum nihil ignorare ſolet, Corn. van Bynkersh. *Obſeru. II, 14.* Si tamen diuinare licet, χειρέμβολον dixerim modum illum onerandi exonerandique naues, quo homines, aequis diſpoſiti ſtationibus, res alii aliis in manus immittunt. Tale enim quid fieri ipſe vidi, et patitur ea notionem vocabuli etymon. HEIN.

CHELYNIAE, in *l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectig.* quid ſignificet, obſcurum eſt, niſi *cheloniam*, gemmam, intelligamus, quam oculum eſſe Indicae teſtudinis, Plin. *Lib. XXXVII. Cap. 10.* tradit. Ita fere et Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 110. Tom. II. Iuriſpr. Rom. et Attic. p. 1223.* In vulgatis legitur *cylindrus*, quam gemmam viridem ipſam quoque in India naſci, eiusque ſummam commendationem in longitudine eſſe, ſcribit Plin. *Lib. XXXVII. Cap. 5. et 8.* CHELONIA tamen magis placet: et ſcripturae Florentinae propius eſt id vocabulum, quam *cylindrus.* Meminit huius gemmae et Arrian. *in Peripl. mar. Erythr. p. 144.* vbi de Ptolemaide vrbe, quae et Theron: Ἔχει δὲ τὸ ἐμπόριον χελώνην ἀληθινὴν, καὶ χερσαίαν ὀλίγην, καὶ λευκὴν μικροτέραν τοῖς ὀστράκοις. *Habet emporium illud* CHELONIAM *veram, et cherſeam exiguam, et candidam, minoribus teſtis praeditam.* HEIN.

CHI.

CHILIARCHAE et centenarii. qui ſibi plebis diſtributionem vſurpare dicuntur. *l. 20. C. Theod. de pagan. et ſacrif.* Alias CHILIARCHAE, ait Iſidor. *Etymol. Lib. IX. Cap. 3. ſunt, qui mille praeſunt militibus, quos nos Millenarios adpellamus.* Nos, inquit Iſidorus, id eſt, Gothi. Hinc *lex Wiſigothica Lib. II. tit. I. §. 26. Ideo Dux, Comes, vicarius, pacis adſertor, tyuphadus, millenarius, quingentenarius, centenarius, decanus, defenſor, numerarius, — iudicis nomine cenſeantur ex lege.* Et ſub regibus Oſtrogothorum MILLENARII *prouinciae Piceni et Samnii* meminit Caſſiodor, *Lib. V. Variar. Cap. 26.* HEIN.

CHILO, vid. infra CILO.

CHIROGRAPHARII creditores, qui ſolo chirographo debitoris nituntur. *l. 38. §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſ. l. 4. l. 6. C. eod. tit. l. 10. C. qui pot. in pign.* Paull. Sentent. *Lib. V. tit. 26. §. 4.* CHIROGRAPHARIVS autem creditor ad differentiam *hypothecarii*, de quo in *l. 1. §. 5. D. de ſeparat.* Sic et CHIROGRAPHARIVS debitor, in *l. 7. C. de nouat.* ſolo chirographo obligatus. Et CHIROGRAPHARIA pecunia: *rubr. C. etiam ob chirograph. pec. pign.* CHIROGRAPHARIVM debitum. *l. 1. C. eod. tit.* CHIROGRAPHARIA inſtrumenta. *l. vlt. C. ſi cert. pet.*

CHIROGRAPHVM, priuatam ſcripturam, ſeu cautionem, manu cuiusque ſubſcriptam ſubnotatamque, ſignificat, et, vt Heſychius interpretatur, συμβόλαιον γραμματεῖον, *ſcripturam ſuper contractu*: cuius formula proponitur in *l. 41. §. vlt. D. de vſur. l. 47. §. vlt. D. de pact.* Io. Chryſoſtom. *in Epiſt. ad Philippenſ. Homil. VI.* χειρόγραφόν ἐστιν ὅταν τις ὀφλημάτων ὑπεύθυνος κατέχεται, CHIROGRAPHVM *eſt, quo quis ad debitum aliquod obligatur.* Hoc et ἰδιόχειρον adpellatur, in *l. 11. C. qui pot. in pign.* Sed et Artemidor. *Lib. I. de Somn. Cap. 44.* χειρόγραφα ait χεῖρας; *manus* dici. Inter CHIROGRAPHA autem, et *ſyngraphas*, quid intereſſet; explicat Aſcon. *in Verr. III.* ¶. 2. CHIROGRAPHVM pro ſcriptura, propria pueri manu facta, dixit et Seneca *Epiſt. XIV.* ¶. 3. Hinc loquutiones: CHIROGRAPHVM acceptae mutuae pecuniae: *l. 14. C. de ſolut.* CHIROGRAPHVM ambiguum: *l. 9. C. de litigioſ.* CHIROGRAPHVM magnae pecuniae: *l. 6. D. de bon. damnat.* CHIROGRAPHVM Titii, ante multos annos conſcriptum, per quod adparuit, fundum alteri obligatum eſſe: *l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudic.* CHIROGRAPHVM manu ſua perſcribere: *l. 26. §. 1. D. pignor.* Seneca *de Benef. Lib. II. Cap. 23. Quidam nolunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores aduocari, nec* CHIROGRAPHVM *dare.* Gellius *Lib. XIV. Cap. 2. probari pecuniam datam conſuetis modis, veluti* CHIROGRAPHI *exhibitione*, ſcribit. CHIROGRAPHO proprio adnotare: *l. 30. D. qui teſt. fac. poſſ.* Domeſtica cautione, et CHIROGRAPHO obligare ſe ad praeſtandum: *l. 3. pr. D. de iur. fiſc.* Sic: profeſſatur CHIROGRAPHVM, quo ſe cauiſſet reſtituturum. *d. l. 3. §. 1. D. de iur. fiſc.* Ita et: In CHIROGRAPHVM redigi dicitur quantitas: *l. 5. C. de non num. pec.* CHIROGRAPHVM inane factum per ſolutionem: *l. 18. D. ad exhib.* inductum et cancellatum: *l. 22. C. de ſolut.* debitori redditum: *l. 22. C. eod.* CHIROGRAPHA debitorum: *l. 57. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 11. §. 1. D. de ſeru. corrupt. l. 18. §. 2. D. de mort. cauſſ. donat.* heredibus teſtamenta paene CHIROGRAPHA ſunt: *l. 42. D. ad Leg. Aquil.* CHIROGRAPHA etiam tributorum retro ſolutorum, dixit Scaeuola, in *l. 52. D. de act. emt. vend.* ¶. 4. Si CHIROGRAPHA legentur, vel veneant: non ipſae tabulae, ſiue corpus, ſed debitum et nomen actionesue, quarum probatio tabulis continetur, legari intelliguntur: *l. 44. §. 5. D. de legat. I. l. 59. D. de legat. III.* ¶. 5. CHIROGRAPHA porro in tabulis et in codicibus fieri ſolebant. Sic in *l. 27. D. de furt.* Si CHIROGRAPHA aureorum decem, tabulae erant. Iuuenal. *Sat. vlt.*

Vana ſupernacui dicens CHIROGRAPHA *ligni:*

Vlpianus in *l. 5. §. §. 8. v. denique D. commod. Si tibi codicem commendauero, et in eo* CHIROGRAPHVM *debitorem tuum cauere feceris.* Quinctilian. *Lib. VI. Cap. 3.* In tabulis eſt CHIROGRAPHVS.

CHL.

CHLAMYS, inter puerilia veſtimenta numeratur: *l. 23. §. 1. D. de aur. arg. leg.* Et ita

Aſcanio,

Aſcanio, Aeneae filio, CHLAMYDA ferri, Virgil. *Lib. III. Aen. v. 484.* fingit. At in *l. 1. C. Theod. de habitu, quo vti oport. intr. vrb.* CHLAMYS militaris eſt habitus.

CHO.

CHOMATA, aggeres, qui aquam Niloticam continent. *l. pen. in fine D. de extraord. crimin.* et apud Ioſeph. *Lib. II. Antiqu. Iud. Cap. 5.* CHOMATVM logographi. *l. 6. C. Theod. de patr. vicor.*

CHORVS pluribus eiusdem generis ſeruis conſtabat, vt docet *l. 34. D. de aedil. edict. l. 79. D. de legat. III.* Hoc nomine autem proprie *coaeuorum cantum et ſaltationem adpellari*, Seruius in *I. Georg. v. 346.* tradit. Seneca *Epiſt. LXXXIV. Non vides. quam multorum vocibus chorus conſtet? Vnus tamen ex omnibus ſonus redditur, aliqua illis acuta eſt, aliqua grauis, aliqua media: accedunt viris feminae, interponuntur tibiae, ſingulorum illic latent voces; omnium adparent.*

CHR.

[ΧΡΗΣΙΣ vſum ſignificat; non etiam vſumfructum comprehendit. *l. 10. D. de vſu et habitat.*] Ita Tabor. At χρῆσις proprie vſusfructus eſt, ceu patet ex Cic. *Lib. VII. ad familiar. Epiſt. 29.* et Ariſtot. *Ethicor. ad Nicomach. Lib. IV. Cap. 1.* Harmenopul. *Lib. V. tit. 2. §. 12.* Ουσούφρουκτος γὰρ κατὰ Ῥωμαίους ἡ χρῆσις λέγεται. *Vſusfructus Romanis vocatur, quod nobis χρῆσις.* In *d. l. 10. §. 1. D. de vſ. et habit.* non negatur, χρῆσιν ſignificare vſumfructum, ſed id tantum traditur, legata χρήσει, habitationis ſolum vſum contineri: non quod vocabulum hunc ſenſum flagitet, (ſic enim ne dubitari quidem de teſtatoris ſententia potuiſſet,) ſed quod contradictionem inuoluere videretur loquutio: *vſusfructus habitationis. l. 10. pr. et l. 32. D. de vſufr.* Vid. Perrenon. *Animadu. Lib. II. Cap. 3.* HEIN.

CHRISTIANITAS, in *l. 112. l. 123. C. Theodoſ. de decurion. l. vlt. C. Theod. de ſpectac. l. 7. C. Theod. de apoſtat. l. 19. C. Theod. de Iudaeis, caelic. et Samaritan.* et apud Ambroſ. *Serm. X.* ¶. 2. Aliquando hoc cognomen κατ᾽ ἐξοχὴν clericis tribuitur. *d. l. 123. C. Theod. de decur. l. 11. C. Theod. de piſtor. l. 16. C. de Epiſc. et cler.*

CHRISTIANI omnes, qui Chriſti nomen profitentur. Hinc CHRISTIANI alii ſunt, alii eſſe dicuntur. *l. 6. C. de pagan.* CHRISTIANI catholici. *l. 1. et. l. 2. §. 1. C. de ſumma trinit.* ¶. 2. At id quoque vocabulum aliquando proprium Epiſcopis, clericis, et voto obſtrictis. *l. 2. C. Theod. de poſtlim. l. 11. C. de epiſc. audient. l. 50. l. 53. C. Theod. de decur. l. 5. C. Theodoſ. de luſtr. collat. et ibi* Iac. Gothofred. *in not. Tom. vlt. p. 9.* HEIN.

ΧΡΥΣΑΜΜΟΣ. Valentinianus et Valens *l. 1. C. de metallar. et metall. Ballucа, quae Graece* χρυσάμμος *adpellatur.* Vid. ſupra BALLVCA.

CHRYSANTHIANVM certamen, in *l. 24. D. de ann. legat.* de quodam certamine Sardiano a Chryſanthio, ſophiſta, in patria inſtituto interpretantur Cuiac. *Obſeru. XXIII, 7.* et Guido Pancir. *Var. Lect. II, 83.* Enimuero quum eius certaminis iam mentio fiat ſub Seuero et Antonino Caracalla, Chryſanthius vero ille multo poſt ſub Iuliano, τῷ παραβάτῃ, floruerit, nihil ei coniecturae ſolidi ineſſe, facile patet. Origo certaminis incerta: certius, quinquennale illud et Sardianorum proprium fuiſſe, quod tum ex lege noſtra, tum ex numis Caracallae et Tranquillinae, apud Spon. *in Itinerar. p. 445.* probat V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. II, 7. p. 132.* Plures vero huiusmodi numos Caracallae, Alexandri, Tranquillnae, et Otaciliae Seuerae protulit Io. Vaillant. *in Numiſm. Imperatorum a populo Rom. dition. Graece loquentibus percuſſis p. 109. 139. 160. et 165.* in quibos haec certamina modo ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ, modo ΧΡΥΣΑΝΘΕΙΝΑ, ounquam *Chryſanthiana*, vel χρυσανθινὰ vocantur. Quumque in his plerisque numis corona e floribus nexa conſpiciatur: dubitare nefas fuerit, quin a corona illa, floribus aureis ornata, tamquam athletarum praemio, nomen illi certamini inditum ſit. HEIN.

CHRYSIPPVS, notus ac celeberrimus Stoicae ſcholae philoſophus, tamquam *ſummus ſapientiae Stoicae*, laudatur a Marciano *l. 2. D. de legib.* vbi eius liber περὶ νόμου citatur, praetermiſſus a Laertio, qui tamen Cleanthis librum περὶ νόμων laudat *Lib. VII. ſegm. 175.* HEIN.

CHRYSOLITHI, in *l. 21. §. pen. D. de aur. arg. leg.* fit mentio. Auro ſimilis gemma eſt, cum marino colore adfinitatem quamdam habens, quam Aethiopia gignit. Auctores ſunt Plin. *Lib. vlt. Cap. 9.* Iſidor. *Orig. Lib. XVI. Cap. 14.*

CIB.

CIBARIA. Iis relictis, neque habitatio, neque veſtiarium, neque calcearium, debetur, quoniam de cibo tantum teſtator ſenſit. *l. 21. D. de alim. vel cibar. leg.* Itaque CIBARIA et *veſtiaria* ſeparantur. *l. 4. princ. et §. vlt. l. 9. §. vlt. l. 12. l. 13. l. 15. §. vlt. l. vlt. D. eod. tit.* CIBARIA enim victus magis, quam colendi cauſſa, comparantur. *l. 12. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* vbi frumenti et vini ad CIBARIA parati fit meotio. Hinc CIBARIORVM impendia: *l. 45. D. de vſufr.* Extra CIBARIA ſumtus facere: *l. 10. D. de rei vindic.* CIBARIA familiae: *l. 5. D. de hered. pet. l. 31. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* mancipiorum: *l. 58. D. eod. tit.* nautarum: *l. 6. D. qui potior. in pign.* ſeruis vel libertis data, praeſtita ad miniſterium. *l. 4. D. de ventre in poſſeſſ. mitt. l. 1. §. 6. D. de tutel. et rat. diſtr.* CIBARIAS etiam, feminino genere, dixit Modeſtinus, ſi recte ſe habet eius locus apud Auctorem *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. X. §. 2.* HEIN. ¶. 2. Sed et animalium pabula CIBARIA adpellantur. Ita CIBARIA iumentorum: *l. 3. §. 6. D. de penu leg. l. 31. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* CIBARIA pecudum: *l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill.*

CIC.

CICATRICES. *l. 1. §. vlt. D. de fugitiu.* Earum aut deformitatum nulla fit aeſtimatio, *l. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.*

CICERO, citatur in *l. 39. D. de poen.* defendit Q. Ligarium oratione pulcherrima. *l. 2. §. 46. D. de orig. iur.* Definiuit, quid ſit latitare, nimis ſpecialiter. *l. 7. §. 4. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.*

CIC. CIL.

CICVTA, in venenis numeratur. *l. 3. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Plin. *Lib. XXV. Cap. 13.* CICVTA *quoque venenum eſt, publica Athenienſium poena inuiſa.* Vetus Perſii *interpres ad Sat. V.* CICVTA *calorem in nobis frigoris ſui vi exſtinguit.* Seru. in *IV. Aen. v. 486. Idem* CICVTAE *ſecundum Lucretium hominibus ſunt veneno, quum pingues reddant capellas.*

CIL.

CILICIA, prouincia, cuius ſit mentio. *l. 3. D. de teſtib. l. 1. §. vlt. D. de cenſib.* CILICIAS vtrasque dicit Iuſtinianus *l. vlt. C. de tempor. et reparat.* Strabo *Lib. XIV. p. 985.* Ciliciam duplicem facit, his verbis: τῆς δὲ Κιλικίας τῆς ἔξω τοῦ Ταύρου, ἡ μὲν λέγεται τραχεῖα, ἡ δὲ πεδιάς. *Ciliciae quae extra Taurum eſt, pars aſpera, pars campeſtris dicitur.*

CILICIVM, in *l. 17. §. 4. D. de act. emt. vend.* et apud Ciceron. *in Verr. III. Cap. XXXVIII.* Sueton. *Aug. Cap. LXXV.* Aſconius Paedianus ita dici ait *texta de pilis, in caſtrorum vſum atque nautarum.* Quam interpretationem Virgilius *Lib. III. Georg. v. 311.* probat:

> *Nec minus interea barbas, incanaque menta*
> *Cinyphii tondent hirci, ſetasque comantes,*
> *Vſum in caſtrorum, et miſeris velamina nautis.*

Vbi Seruius: *Vſum in caſtrorum ideo dixit, quia de* CILICIIS *et poliuntur loricae, et teguntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis poſſit adhaerere.* Additque ex Celſo, Varronem retuliſſe, inde adpellata CILICIA, quod vſus eorum in Cilicia ortus eſſet. Sidon. Apollin. *Lib. XI. Epiſt. 9. Sic tamen, vt ſuperiectis* CILICVM *velis patentia interualla virgarum immiſſae excluſa tenebrarentur.* Idem *Lib. IV. Epiſt. ad Turnum:* CILICVM *vela foribus adpenſa.* Euſeb. Emiſen. *Homil. de S. Ioanne Baptiſta: Ille pilis camelorum, et cum* CILICIO *veſtitus inceſſit.* Caſſiodor. *in Pſalm. XXXIV.* CILICIVM *fit ex hoedis, aſperum ſetigerumque tegumentum.* Vetus Gloſſarium: CILICIA *dicuntur veſtimenta, pilis caprarum contexta, ex quibus Arabes ſibi tentoria faciunt.* Procop. *Lib. II. de bello Perſico:* Ἐξ αἰγείων τριχῶν, τῶν λεγομένων κιλικίων. *Ex caprinis pilis confecta, quae vocantur* CILICIA, quem locum ſuppreſſo auctoris nomine citat Suidas *in dictione* ἔγερα. Sed et quod *Exodi Cap. XXVI, 7.* ſcriptum eſt δέρρεις τριχίνας, hoc vetus interpres *ſaga* CILICINA vertit. CILICIIS etiam protegi pluteos, dixit Veget. *Lib. IV. Cap. 15.*

CILONIS, vel CHILONIS FABII, Praefecti vrbi, aliquoties ſit mentio in pandectis, puta in *l. 1. pr. D. de offic. praef. vrb. l. vlt. D. de offic. praef. vigil. l. 8. §. 5. D. de poen.* [Scribendum autem eſſe CILO, non CHILO, contendit Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXI. p. 138.* Add. Cuiac. *Lib. X. Obſ. Cap. 26.* et quae ipſe Briſſonius de hoc Cilone ☞ adnotauit infra ſub FABIVS.] Diuerſa ſunt *Cilonis* et *Chilonis* cognomina, quorum hoc *labium;* illud *caput* ſignificat. Prius vero huic Menagius putat tribuendum auctoritate marmorum, codicis Florentini, et MSS. Spartiani, in quibus Salmaſio teſte, *Cilo,* non *Chilo* legitur. Sed et Inſcriptiones et codices MSS. variant. CILO legitur in Gruterianis *p. CCCLXXXVI, 1. p. CCCXLVII. 13. p. CCCCVI, 9.* At eadem *pag. CCCCVI, 10.* legimus: ΦΛΑΒΙΟΝ ΧΕΙΛΩΝΑ, ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΕΠΑΡΧΟΝ

CIM. CIN.

ΡΩΜΗΣ ΥΠΑΤΟΝ ΤΟ Β. *Fabium Chilonem, virum ſplendidiſſimum, Praefectum vrbi Rom. et II. Conſulem.* Et ex Gudianis aliam protulit Petrus Relandus *in Faſt. conſ. p. 105.* in qua dicitur M. FABIVS CHILO. Et codices Caſſiodori, Idacii, Proſperi, habent *Chilo,* Chronici Alexandrini Χίλωνος καὶ Λίβωνος. Mallem CHILO, quia hoc et aliorum Fabiorum cognomen fuit. Et ita quoque laudatus Relandus *ibid.* HEIN.

CIM.

CIMELIARCHIVM ſanctae eccleſiae. *l. vlt. §. 1. C. de bon. auct. iud. poſſid.* et CIMELIARCHVS *ibidem et l. 20. §. vlt. C. de agricol. et cenſit.* vbi Imperator: *Deponantur in aede ſacra, id eſt in* CIMELIARCHIO *ciuitatis, ſub qua poſſeſſio ſita eſt.* Idem Iuſtinianus *Nouell. LXXIV. Cap. IV. §. 2.* Ἐν τοῖς τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Ἀρχείοις, τουτέστιν ἐν τῷ εὐαγεῖ κειμηλιοφυλακίῳ. *In ſanctiſſimae eccleſiae archiuis, hoc eſt in* CIMELIOPHYLACIO, vbi nimirum vaſa ſacra reponebantur.

CIN.

CINCIA lex, de donis et muneribus a M. Cincio lata, vt Cicero *Lib. II. de Orat. Cap. 71.* ſcribit, ſuadente Fabio Maximo, quemadmodum Cato teſtatur apud eumdem Ciceronem *in Catone mai. Cap. IV.* Ea cauebatur, ne quis ob cauſſam orandam donum munusue acciperet. Vnde et *lex* MVNERALIS adpellatur, auctore Feſto *Lib. XI.* Ad eam Paullus librum ſingularem ſcripſerat, vt Index Piſanus teſtatur, ex eoque ſumta eſt *l. 28. D. de legib.* Meminit eius Tacitus *Lib. XI. Annal. Cap. 5. et 7.* et alibi paſſim. Sed notum eſt, ea, quae de hac ☞ lege dici poterant, omnia dixiſſe Fridr. Brummerum, *cuius libellus de lege Cincia* primum *Pariſ. 1668. 4.* prodiit, ac poſtea Ge. Beyeri cura cum reliquis eius auctoris opuſculis recuſus eſt, *Lipſ. 1712. 8.* HEIN.

CINCTVS eſt in alia militia. *l. 38. §. 1. D. de teſtam. milit. Omnes enim,* vt ait Seruius in *Lib. VIII. Aen. v. 724. qui militant,* CINCTI *ſunt,* vt et alias in *Selectis Antiquit. Lib. II. Cap. 6. et 7.* adnotaui. Sic CINCTVS tribunus legionis. *l. 25. D. de teſtam. milit.* Hinc et *tergemini* CINCTI ſe- ☞ natores, Horatii, in *l. 3. D. ſi pars hered. pet.* ſunt armati, et in hoſtem ituri, vt carere poſſimus emendationibus Menagii *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXI.* et Deſid. Heraldi *Obſ. et Emend. Cap. XXXIX.* quorum ille *Quinctos;* hic *pictos* Horatios, veris ſubſtituit. Vid. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. III. Cap. 8.* HEIN.

CINERES eorum, qui exurendi damnati ſunt, collectos ſepulturae tradere, *l. 1. D. de cadauer. punit.* vbi oſſa et cineres coniunguntur, vt et apud Ciceron. *in Verr. I, 44. Cum hunc dolorem* CINERI *atque oſſibus eius inuſſiſti?* Et rurſus *in Verrem. V. Cap. 49. Sed ex tua calamitate* CINERI *atque oſſibus filii ſui ſolatium vult reportare.* Idem *Philipp. XIII. Cap. 10. Dediſſe poenas ſceleratum Trebonium* CINERI *atque oſſibus clariſſimi viri.* Virgil. *Aeneid. V. v. 55.*

> *Nunc vltro ad* CINERES *ipſius, et oſſa parentis*
> *Adſumus*

CINGERE arbores, id eſt, deglabrare. *l. 5. l. 7. §. 4. D. arb. furt. caeſ.* Ita et ſiluam CINGERE, accipio, in *l. 29. D. locat.* ¶. 2. Alio

ſenſu

CIN. CIR.

Senſu CINGI dicitur miles. *l. 43. D. de teſtam. milit.*

CINGVLVM militiae. *l. 18. C. Theod. de palat. ſacr. larg. l. vlt. C. Theod. de poſtul.* et apud Ambroſ. *Serm. VII.* ¶. 2. CINGVLVM, pro dignitate. Hinc CINGVLI honor: *l. 14. C. Theod. de priuil. eor.* CINGVLI ſacramenta: *l. 2. C. Theod. quid prob. deb.* CINGVLVM amittere: *l. 2. C. vt nem. lic. in coemt. ſpecter.* depoſitum CINGVLVM: *l. 2. C. vbi de ratiocin.* CINGVLI exuti: *l. 1. C. ne rei dom.* CINGVLO ſpoliandus. *l. 3. C. de domeſt. et protect.* CINGVLVM autem Graeci ζώνην vocant. Zonar. *in Comment. Nic. Synodi*: Περὶ ϛρατευομένων, ait, ὁ κανὼν διαλέγεται, καὶ ἀποῤῥιψάντων μὲν τὰς ζώνας, ἤγουν τὰ τῆς ϛρατείας παράσημα. *De militantibus diſſerit canon, et cingulum, vel dignitatis ſuae inſignia, deponentibus.* Vnde Suidas ζώνην interpretatur ἀξίωμα, *dignitatem.* Et quod apud Baſilium *in Orat. de martyre Gord.* ſcribitur: ῥίψας τὴν ζώνην, nihil aliud ſonat, quam quod Tertull. *de praeſcript. adu. haereticos* ait: CINGVLO *abiecto et depoſito.* Illud ſciendum eſt, in dignitatum gradibus definiendis, quosdam fuiſſe, qui praeſentes in comitatu illuſtris dignitatis cingulum merebant: quibusdam vero abſentibus cingulum illuſtris mittebatur dignitatis. Quidam praeſentes a principibus ſine cingulo codicillos tantum honorariae dignitatis adipiſcebantur. Quibusdam ſimiliter ſine cingulo mittebantur illuſtris inſignia dignitatis. *l. 2. C. vt. dignit. ord. ſeru.*

CINNA iurisconſultus, ex Seruii Sulpicii auditoribus vnus. *l. 2. §. 44. D. de orig. iur.* Citatur in *l. 6. D. de rit. nupt. l. 4. D. de condit. et demonſtr.*

CINNAMOMVM, in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* naſcitur in Indiae et Aethiopiae regionibus, frutice breui, duorum tantum cubitorum, colore ſubnigro vel cinereo, tenuiſſimis virgulis, cortice in modum cannae rotundo et gracili, vt Dioſcorid. *Lib. I.* Plin. *Lib. XII. Cap. 19.* et Iſidor. *Lib. XVII. Cap. 7.* ſcribunt.

CIR.

CIRCA plerumque aduerbium loci eſt, vt, CIRCA lacum pedes decem: *l. 69. de contrah. emt.* CIRCA latus principis agere: *l. 30. D. de excuſat.* CIRCA principem occupati: *l. 11. §. 2. D. de min.* CIRCA patrem eſſe: *l. 14. §. 7. D. de bon. libert.* familia, quae CIRCA patremfamilias eſt: *l. 3. pr. et §. 6. D. de pen. leg.* CIRCA ſe et CIRCA ſuos habere familiam. *l. 3. §. 6. D. de penu. leg.* ¶. 2. Porro dictio haec et locis, et perſonis, et rebus, eleganter aptatur. Sic CIRCA portam et muros diſpoſita familia: *l. 1. D. de offic. praef. vigil.* CIRCA coenam traiici ſolent trullae: *l. 13. pr. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* res CIRCA adiudicationes et condemnationes expediri non poteſt: *l. 42. §. 6. D. de procur.* CIRCA aduocatos patientem eſſe oportet: *l. 9. §. 2. D. de offic. procoſ.* CIRCA arbores fieri, et CIRCA arborum fructum: *l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam.* CIRCA cauſſam diſſentire: *l. 36. D. de adquir. rer. domin.* CIRCA commodatum aliud eſt exiſtimandum: *l. 61. §. 6. D. de furt.* CIRCA compromiſſum datus iudex: *l. 23. D. de adpellat.* CIRCA dationem: *l. 57. D. de condit. et demonſtr.* CIRCA donum, munus, operas, etiam vxorum perſonas inſerere licet: *l. vlt. D. de lib. cauſſ.* CIRCA edendum patrimonium quantitatem minuiſſe: *l. 1. §. 7. D. de offic. praef. vrb.* CIRCA emtores: *l. 20. D. de fideic. libert.* CIRCA eum, qui ſe ingenuum dicat: *l. 14. D. de probat.* CIRCA filiumfamilias tractata quaeſtio: *l. 36. D. de adminiſtr. et peric. tut.* CIRCA fugitiuum: *l. 13. §. 1. D. de act. emt.* CIRCA furti actionem: *l. 32. D. ad leg. Aquill.* circa iniuriarum actionem: *l. 5. §. 1. D. ad leg. Aquill.* CIRCA inſcriptionem errare: *l. 35. D. ad leg. Iul. de adult.* CIRCA interpretationem doli: *l. 61. §. 6. D. de furt.* CIRCA iurisdictionem partes ſpectandae: *l. 11. D. de iurisd.* CIRCA legem Falcidiam hoc obſeruandum eſt, vel ratio habetur: *l. 36. D. ad leg. Falcid. l. 18. D. de reb. dub.* CIRCA matrimonium: *l. vlt. D. de rit. nupt.* CIRCA negotium ſuum ſe probe gerere: *l. 1. §. 9. D. de offic. praef. vrb.* circa nepotes facultas eligendi data: *l. 57. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* CIRCA operam ſeruorum: *l. 40. D. de adqu. rer. dom.* CIRCA patronum, *l. 2. C. de libert. et eor. lib.* CIRCA peculium: *l. 5. §. 1. D. de liberat. leg.* CIRCA petendum ac defendendum: *l. 156. §. 3. D. de reg. iur.* CIRCA pupillum reſcripſit: *l. 11. D. de adminiſtr. et peric. tut.* CIRCA rem ruſticam occupati: *l. 1. D. de ser.* CIRCA ſepulturam ineptae voluntates: *l. 114. §. 1. D. de legat. I.* CIRCA ſtipulationem et ex teſtamento actionem: *l. 77. D. de ſolut.* CIRCA vxorem, pro in vxore: *l. 51. D. de donat. inter vir. et vxor.* CIRCA vxorem hoc videtur probaſſe. *l. 51. D. eod. tit.* Sic *nouo* CIRCA *principem exemplo*, dixit Sueton. *in Claud. Cap. XIV.* CIRCA *parem quaerere.* Quinctilian. *Lib. VII. Cap. 2.* CIRCA *lites*, idem *ibid.*

CIRCENSE certamen. *l. 2. C. de ſpectac. l. 7. C. Theod. de ſcen.* CIRCENSES equi: *l. 1. D. de mun. et honor.* CIRCENSES ludi, *l. 122. D. de legat. I. l. 8. C. de repud.* qui et abſolute CIRCENSES dicuntur. *l. 12. §. 4. D. de vſu et habit.*

CIRCITORES, quibus veſtiarii vel lintearii dant veſtem circumferendam, et diſtrahendam *l. 5. D. de inſtit. act.* ¶. 2. Veget. *Lib. III. Cap. 8.* CIRCITORES in re militari adpellatos ſcribit, qui vigilias circumibant, renunciabantque, ſi qua emerſiſſet culpa. De vtriusque generis CIRCITORIBVS accurate diſſerit Reineſ. *ad Inſcr. p. 995.* vbi in marmore: LOCVS OPORTVNI CIRCITORIS ET CONIVGIS EIVS, HEIN.

CIRCVLATOR, qui ſerpentes circumfert, et proponit. *l. vlt. D. de extraord. crim.* Vtuntur hoc verbo Seneca *Lib. VI. de Benefic. Cap. 11.* Aſin. Pollio apud Cicer. *ad famil. Lib. X. Epiſt. 32.* et Plin. *Lib. IV. Epiſt. 7.* Eos vetus Gloſſarium vertit ὀχλαγωγοὺς καὶ ἀγύρτας. Vetus Iuuenalis interpres *ad Sat. VI. v. 590.* *Quod* CIRCVLATORES, ait, *hoc conſueuerint adhibere, vt delectis ſibi locis duobus, eos luſtrent, id eſt, circumeant, deinde per eos ſortes, id eſt, taxillos iactitent: quo exinde, quod ſuae geneſeos ſignum ſe accommodauerit, inſpiciatur, numquid vinet, et quando. Et paucis ex verbis ibidem conſcriptis ſortes educant ſuas.*

CIRCVLVS. *In* CIRCVLO *manumittere*, apud Caium *Inſt. Lib. I. tit. 2. §. 3.* quid ſit? vid infra in MANVMITTERE.

CIRCVM ſe habere ſeruos cultus ſui cauſſa. *l. 60. §. 1. D. de legat. III.*

CIRCVMAMBVLARE. *l. 3. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*

CIRCVM-

Digitized by Google

CIRCVMCELLIONES, *l. 52. C. Theod. de haeret. genus hominum*, vt Auguſtinus *libro de haereſ. Cap. LXIX.* ait, *agreſte fuit, et famoſiſſimae audaciae, nonſolum in alios immania facinora perpetrando, ſed nec ſibi eadem inſania ac eritate parcendo. Nam per mortes varias, maxime praecipitiorum, et aquarum, et ignium, ſe ipſos necare conſueuerunt: et in ipſum furorem alios ſeducunt, vt ſeipſos occidant, quod ſi facere alii contemnunt, mortem illis minantur, dicentes, hoc modo illos martyres fieri.* Iſidorus *Orig. Lib. VIII. Cap. 4.* CIRCVMCELLIONES *dicti eo, quod agreſtes ſunt, quos* CATOPITAS (immo CAMPITAS, quia vrbes et vicos vitabant, et per *campos* oberrabant, vti recte vidit Io. Alb. Fabric. ad Philaſtr. p. 163. HEIN.) *vocant, ſupra dictae haereſis habentes doctrinam. Hi amore martyrii ſemetipſos perimunt, et violenter de hac vita diſcedentes martyres nominantur.* Hos Philaſtrius CIRCVITORES vocat, in *Haereſ. Catalogo Cap. LXXXV.* de quibus talia ſcribit: *In Africa ſunt, qui* CIRCVITORES *dicuntur. Hi circumeunt terras, et, quos inueniunt in via, cogunt eos, vt interficiantur ab illis: dicentes, ſe deſiderare pati martyrium, et ſub hac cauſſa multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex illis veluti biothanati moriuntur, ſeſe dantes ad praecipitium, diuerſumque ſubeunt calamitatis interitum: qui quum ſine cauſſa ita perire properant, honeſtae mortis ſuſtinent detrimenta, et iudicio Dei futuro ſe potius implicant, quam ſoluunt.* CIRCVMCELLIONES Donatiſtarum fuiſſe propaginem nouimus, ſed in fanaticiſmum prolapſam. *Collat. Carthag. III. c. 174. et 182.* Vagabantur enim per prouinciam, et aureum ſaeculum reducturi, ſeruos, reos, obaeratos, ad libertatem vocabant. Demum eadem perciti inſania, qua olim Hegeſiam πειϑιϑάνατον laboraſſe ſcribunt veteres, ſibi ipſis violentas manus inferre, inſigne pietatis argumentum, et ſimile martyrio meritum, exiſtimabant, Principum in ſe ſeueritatem eo furore maximam prouocantes. Vid. Ittigii *Hiſtor. Donatiſtar. §. LXXXII.* Similem Patricianorum furorem referunt *Auctor Praedeſtinati Cap. LXI.* et Philaſtr. *Cap. LXII.* HEIN.

CIRCVMCIDERE, id eſt, praeputium excidere, et exſecare. Sic CIRCVMCIDERE filios ſuos: *l. 11. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* CIRCVMCIDI ritu Iudaico, apud Paull. *Sent. V, 22, 3.* CIRCVMSECTVM, pro circumciſo, dixit Sueton. *in Domitian. Cap. XII.* Strabo *Lib. XVII. p. 1180.* de Aegyptiis: Καὶ τὸ περιτέμνειν, καὶ τὰ ϑήλεα ἐκτέμνειν, ὅπερ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμιμον. *Circumcidunt etiam mares, et feminas excidunt, quod Iudaeis eſt legitimum.* Non ſolos enim Iudaeos, ſed et Aegyptios, et aliquot alias praeterea gentes, circumciſione vſas, D. Ambroſ. *Epiſt. LXXVII.* tradit his verbis: *Denique Aegyptii, qui et geometriae, et colligendis ſiderum curſibus operam intendunt ſuam, impium iudicant ſacerdotem, qui nequaquam habeat* CIRCVMCISIONIS *inſigne. Nam neque magici carminis ſapientiam, nec geometriam, aut aſtronomiam, iudicant viam ſuam obtinere ſine* CIRCVMCISIONIS *ſignaculo. Et ideo vt impetrandi vim operationis adhibeant ſuae, purgationem quamdam vatum ſuorum* CIRCVMCISIONIS *arcano celebrandam, exiſtimant. Reperimus autem in hiſtoria veterum, non ſolos Aegyptios, ſed etiam Aethiopum et Arabum, et Phoenicum aliquos* CIRCVMCISIONE *erga ſuos vſos. Et hanc putant ſe adhuc probandae viam ſeruare rationi, eo, quod ſui corporis primitiis et ſanguinis initiati, inſidias daemonum, quas illi generi noſtro moliuntur, exiguae partis arbitrentur conſecrationibus deſtruendas.* Idem *de Abrah. patriarcha Lib. II. Cap. 11. Denique Aegyptii quartodecimo anno circumcidunt mares, et feminae apud eos et eodem anno circumcidi feruntur, quod ab eo ſcilicet anno incipiat flagrare paſſio virilis, et feminarum menſtruae ſumant exordia.* Poterant haec rectius ex Herodoto, Diodoro Siculo, aliisque vetuſtis ſcriptoribus probari, quam ex Ambroſio. Ceterum praeter Aegyptios, Aethiopes, Arabas, et Phoenices etiam Colchis circumciſionem fuiſſe in vſu docent Herodot. *Lib. II. Cap. 104.* et Diodor. Sic. *Lib. II. p. 35.* et aliunde conſtat, et Syros ab ea conſuetudine non fuiſſe alienos. Vtrum Iudaei ab Aegyptiis, an hi ab illis hunc ritum acceperint, diſquirunt Io. Marsham *in Can. Chronol. ſaec. V. p. 73. equ.* Spencerus *de legib. Moſaic. Lib. I. Cap. 4. ſect. 4. p. 47.* Sed in priorem ſententiam procliuiores; et, qui poſteriorem acriter defendit Io. Franc. Budd. *Hiſt. eccl. vet. Teſt. Period. I. Sect. III. §. 4. p. 276. ſequ.* HEIN. ‖ 2. CIRCVMCIDI etiam dicuntur rami, id eſt, circumputari: *l. 1. §. vlt. D. de arb. caed.* vti et *arbores*, apud Plin. *Lib. XVI. Cap. 40.* nec non *cortex*, apud Columell. *Lib. III.*

CIRCVMCOLENTES, id eſt, accolae. *l. 1. D. de flum. publ.*

CIRCVMDVCI, id eſt, cancellari, obliterari, aboleri. Sic CIRCVMDVCI acta: *l. 45. D. de re iud.* cauſſa: *l. 6. C. quom. et quando iud.* cognitio: *l. 22. D. de adpellat. l. 27. §. 1. D. de lib. cauſſ.* edictum: *l. 73. §. 1. D. de iudic.* ‖ 2. Alias CIRCVMDVCI et circumueniri ſignificat. Et ita CIRCVMDVCTAM *religionem iudicis*, dixit Paull. *Sent. Lib. V. tit. 5. §. 10.*

CIRCVMFLVIT amnis agrum. *l. 30 §. 1. D. adqu. rer. dom.*

CIRCVMIRE aedes ſacras, et opera publica: *l. 7. §. 1. D. de offic. proconſ.* vigilias. *l. 12. §. vlt. D. de milit.*

CIRCVMLVVIVM, ait Feſtus, *eſt ius praediorum.* CIRCVMLVVIONES dixit Cicero *de Orat. Lib. I. Cap. 38.*

CIRCVMSCRIBERE, circumuenire et decipere ſignificat. Ita CIRCVMSCRIBERE adoleſcentulos, Cicero *Philipp. XIII. Cap. 9.* ignorantiam: *l. 11. C. de diſtract. pign.* pupillos: Iuuenal. *Sat. X. v. 222.*

Quot CIRCVMSCRIPSERIT *Hirrus*
Pupillos.

Sic et CIRCVMSCRIBERE *vectigalia*, id eſt, fraudare. Quinctilian. *Declam. CCCXL.* CIRCVMSCRIBI porro dicitur lex. *l. 18. §. 4. D. de dol. mal.* M. Seneca *Lib. VI. Controuerſ. 3.* CIRCVMSCRIPTIO *ſemper crimen ſub ſpecie legis inuoluit: quod adparet in illa, legitimum eſt: quod latet, inſidioſum. Semper* CIRCVMSCRIPTIO *per ius ad iniuriam venit.* Sic CIRCVMSCRIBENDI cauſſa. *l. 7. §. 9. D. de pact. l. 2. D. ſi ventr. nom. l. 3. C. de repud.*

CIRCVMSCRIPTIO, pro deceptione. *l. 4. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 9. C. de bonis auct. iud.* poſ-

poſſeſſ. Vnde CIRCVMSCRIPTIONES *adoleſcentium,* apud Ciceron. *Lib. III. de offic. Cap.* 15.

CIRCVMSCRIPTOR, deceptor, apud Ciceron. *in Catilin. II,* 4. Iuuenal. *Sat. XV. v.* 135.

Pupillum in iura vocantem
CIRCVMSCRIPTOREM.

Seneca *Lib. VI. Controu.* 3. CIRCVMSCRIPTORES *vocari ſolent, qui aliquid abſtulerunt.*

CIRCVMSCRIPTVS, circumuentus. CIRCVMSCRIPTVS actor: *l.* 16. *D. de dolo.* iudex, cuius religio circumuenta eſt: *l.* 33. *D. de re iudic.* CIRCVMSCRIPTA mater: *l.* 6. *C. ſol. matrim.* minor, qui aetatis infirmitate captus deceptusque eſt: *l.* 39. *§.* 6. *D. de procurat. l.* 7. *D. de dol. mal. l.* 16. *D. de min. l.* 7. *§. vlt. D. de except. l.* 32. *D. ad SC. Vellei. l.* 9. *§.* 4. *D. de iureiur. l.* 98. *D. de ſolut. l.* 19. *D. de nouat. l.* 2. *C. ſi aduerſ. libertat.* CIRCVMSCRIPTVS tamen non eſſe videtur minor, qui iure ſit vſus communi: *l. vlt. C. de in int. reſt.* CIRCVMSCRIPTVS pupillus: *l.* 5. *D. de dol. mal.* CIRCVMSCRIPTVS ponderibus minoribus. *l.* 32. *D. de action. emt. vend.*

CIRCVMSPECTIO. *l.* 7. *§. D. de minor.*

CIRCVMSPECTIVS. *l.* 1. *§.* 18. *D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.*

CIRCVMVENIRE proprie circumire, vt in *l.* 2. *§.* 8. *D. ſi quis caut. in iud. ſiſt. cauſſ. fact.* accipitur. ¶. 2. CIRCVMVENIRE etiam eſt decipere et circumſcribere. *l.* 1. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l.* 1. *§.* 1. *D. de dol. mal. l.* 16. *§.* 4. *D. de min. l.* 13. *§.* 27. *D. de act. emt. vend.* CIRCVMVENIRE ignorantiam: *l.* 29. *§.* 2. *D. mand. l. vlt. D. de crim. ſtellionat.* CIRCVMVENIRE iudicis religionem: *l.* 33. *D. de re iud. l.* 1. *C. ſi tut. vel curat. falſ. allegat. l.* 5. *C. de praed. et al. reb. min.* CIRCVMVENIRE leges dicitur, qui in earum fraudem aliquid facit: *l.* 123. *§. vlt. D. de legat. I.* interpretationem legis: *l.* 40. *pr. D. de iur. fiſci.* legis ſententiam: *l.* 29. *D. de legib.* CIRCVMVENIRE matrem: *l.* 9. *C. de pact.* CIRCVMVENITVR oratio: *l.* 8. *§.* 20. *D. de transact.* voluntas defuncti: *l.* 4. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* voluntas teſtantis. *l.* 91. *D. de condit. et demonſtr.*

CIRCVMVENTIO. *l.* 49. *D. de reg. iur. l.* 17. *D. de minor.*

CIRCVMVENTVS, deceptus: *l.* 81. *C. de transact.* CIRCVMVENTVS non ſine calliditate: *l.* 3. *§. D. de hom. lib. exhib.* crudelitate: *l.* 11. *C. de oblig.* CIRCVMVENTI minores: *l.* 40. *D. de fideiuſſ. l.* 2. *C. ſi tut. vel curat. interu.* CIRCVMVENTVS a latronibus: *l.* 6. *§. vlt. D. de re milit.* CIRCVMVENTA ſoror: *l.* 1. *C. ſi aduerſ. dotem.* Elegans tmeſis obſeruatur in *l.* 12. *§.* 1. *D. de iure dotium:* CIRCVM *in hoc* VENTA *eſt mulier.*

CIRCVS, in *l.* 3. *D. de op. publ.* locum, curriculis equorum conſtitutum ſignificat, ἱππόδρομον Graeci vertunt, et in his Dionyſ. Halicarnaſſ. *Lib. VII. Cap.* 66. de cuius verbi origine parum inter auctores conuenit. Seruius quidem *in Lib. VIII. Aen. v.* 636. ad haec verba: *Magnis circenſibus actis.* CIRCENSES, *ſine ludorum adiectione, dicti vel a circuitu, vel, quod, vbi nunc metae ſunt, olim gladii ponebantur, quos circumibant. Hi in honorem Conſi, Dei conſiliorum, celebrantur.* Caſſiodor. *Var. Lib. III. Cap.* 4. CIRCVS *a circuitu dicitur:* CIRCENSES, *quaſi circuenſes, propterea, quod apud antiquitatem rudem, quae nec dum ſpectacula deduxerat in ornatum fabricarum, inter enſes et flumina, locis virentibus agerentur.* At aliam huiusce adpellationis notationem adfert Tertullian. in *libro de ſpectac. Cap. VIII.* CIRCVS *Soli principaliter conſecratur: cuius aedes media ſpacia, et effigies de faſtigio aedis emicat, quod non putauerunt ſub tecto conſecrandum, quem in aperto habent. Quod ſpectaculum primum a Circe habent, Soli patri ſuo editum adfirmant, ab ea et* CIRCI *adpellationem argumentantur.* Prioribus vero conſentiens Iſidor. *Lib. XV. Cap.* 2. CIRCVM, inquit, *Romani dictum putant a circuitu equorum, eo quod ibi circum metam equi currant.* Ac plane omnem ambitum et gyrum CIRCVM dici, Non. Marcellus ſcribit. CIRCI autem Romani deſcriptio exſtat apud Dionyſ. Halicarnaſſ. *ibid.* Hinc ſollemnes CIRCI ludos, Ouid. *Lib. V. Faſt. v.* 189. Curricula autem ludorum Circenſium ſollemnia ſeptem fuiſſe, tradit Gell. *Lib. III. Cap.* 10.

CIRTENSIVM reſpublica, *l.* 9. *§.* 5. *D. de iur. et fact. ignor.* CIRTENSES autem a Cirta, oppido Numidiae, quod Strabo *Lib. XVII. p.* 1188. Κίρταν vocat, Ptolemaeus vero Κίρτα, Ἰουλίαν adpellat Pompon. Mela *Lib. I. Cap.* 6. *Vrbium, quas habet,* (Numidiam deſcribit,) *maximae ſunt Cirta, procul mari Sittianorum, quondam regia domus Iubae et Syphacis, quum foret opulentiſſima.* Eam etiam poſterioribus temporibus Conſtantinam dictam, Aurelius Victor ſcribit.

CIS.

CIS *et vltis Tiberim,* id eſt citra et vltra. *l.* 2. *§.* 31. *D. de orig. iur.*

CISIARIVS, id eſt, carrucarius vel plauſtrarius, *l.* 13. *D. locat. cond.* a CISIO, vehiculi genere. Aliud tamen CISIVM, quod rotis duabus prouoluebatur, quoque viri vehebantur, qui iter facere cupiebant velocius, de quo Scheffer. *de re vehiculari vet. Lib. II. Cap.* 18. *p* 237. alia *carruca,* rhedae genus, quatuor inſtructum rotis, quo Senatores, aliique honeſtiores, vehebantur. Scheffer. *ibid. Cap.* 27. *p.* 329. Adde ſupra articulum CARRVCA. HEIN.

CISTA, in *l.* 1. *§.* 41. *D. depoſiti,* ex qua adparet, veſtes eiusmodi arcula includi conſueuiſſe. Et ita certe Pollux *Lib. VII. Cap.* 19. εἰς ἃ κατετίθεντο τὰς ἐσθῆτας, *in quibus veſtes recondebant,* κίςας dictas, tradit. Heſychius: Κίςη, ἀγγεῖον πλεκτὸν, εἰς ὃ βρῶμα ἐνετίθετο, καὶ ἱμάτια. CISTA *eſt arca, in qua cibaria, et veſtes reponuntur.*

CISTERNAE ſunt, quae imbribus concipiuntur, nec viuam aquam habent. *l.* 1. *§.* 4. *D. de fonte. l.* 14. *in fine D. de alim. vel cibar. leg.* Tacit. *Hiſtor. Lib. V. Cap.* 12. *Piſcinae* CISTERNAE*que ſeruandis imbribus.* De harum ſtructura videndus Pallad. *Lib. I. tit.* 16. *et* 17. Philoſtratus *Lib. II. de vit. Sophiſtar. Cap. I. §.* 3. *p.* 548. vocat ὀμβρίους

CIS. CIT.

ὑδάτων θήκας, *aquarum pluuiarum receptacula*. Vetus Gloſſarium: CISTERNA, δεξαμένη. Ioſeph. *Antiqu. Iud. Lib. V. Cap. 13.* Δεξάμεναί τε πρὸς τὰς ὑδάτων ὑποδοχάς. *Ciſternae ad aquarum receptionem factae.* Et *Lib. VII. Cap. 21.* πολλὰς δὲ καὶ δεξαμένας εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος, καὶ χορηγίαν ἄφθονον ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῶν τόπων κατεσκεύασεν. id eſt, vt Rufinus vertit: *Multas vero* CISTERNAS *recipiendis aquis abundeque ſuppeditandis locos maxime idoneos fecit.* Δεξαμένας plane Heſychius ὑδάτων δοχεῖα, *aquarum receptacula*, interpretatur. CISTERNAM autem inde dictam, Feſtus Pompeius tradit, quod CIS *ineſt infra* TERRAM. B. Hieronymus *in vita Paulli Eremitae*. CISTERNAM *cubam* Syro ſermone, dici tradit. Porro CISTERNA, vt aquae, ita et *vini*, dicitur. *l. 21. §. 5. D. de furt.* pro loco effoſſo, ad vini cuſtodiam.

☞ CISTIBERES pro Quinqueuiris cis et vltra Tiberim dixit Pomponius. *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* *Et tamen hi, quos* CISTIBERES *diximus, poſtea Aediles SCo creabantur.* Sed locus perobſcurus eſt, de quo conſulendi interpretes, et in his praecipue V. A. Corn. van Bynkersh. *in Praetermiſſ. p. 55. ſequ.* HEIN.

CIT.

CITARE, vt quidam bene admonuere, eſt per praeconem, ſeu voce praeconis, vocare. *l. 7. D. in int. reſtit. l. 73. D. de iudic. l. 10. D. de publ. iudic. l. 20. D. de teſt.* Cicero *pro Flacco. Cap. XV.* CITAT *praeco voce maxima legatos Aemonenſes.* Liuius *Lib. I. Cap. 47.* *Patres in curiam per praeconem ad Tarquinium* CITARI *iuſſit.* Idem *Lib. III. Cap. 38.* CITARI *iubent in curiam patris.* Et mox: *Poſtquam audita vox in foro eſt praeconis, patres in curiam ad decemuiros vocantis.* Valer. Max. *Lib. II. Cap. 4.* *Praeco, lecto nomine Salinatoris,* CITANDVM *id ſibi eſſet, nec ne, haeſitauit.* Quinctilian. *Lib. VI. Cap. 5:* *In publicis certe iudiciis vox illa praeconis praeter patronos, ipſum, qui egerit,* CITAT. Sueton. *in Tiber. Cap. XI.* CITATVM *pro tribunali voce praeconis conuiciatorem rapi iuſſit.* Q. Curtius *Lib. X. Cap. 6.* *Quum praeco, exceptis, qui nominatim* CITARENTVR, *adire prohiberet.* Vnde apud Martial. *Lib. IV. Epigr. 5.* praeconium facere, eſt *pauidos triſti voce* CITARE *reos.* B. Auguſtinus *in libro de grammatica:* A clamo fit clamito, a cieu CITO, quod ſignificat frequenter vocito. Vnde dicimus, aliquos voce praeconis CITATOS, id eſt, frequenter vocatos. Hoc et comprobat Plutarchus, qui, quod Latini CITARE, hoc ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι *turba conuocare* dixit, *in vita Gracchi p. 836.* Sed tamen et Edicto CITVS quis dicitur. *l. 15. §. 2. D. de iur. fiſc. l. 1. C. de adſert. toll.* Iuſtinianus *Nouella CXII. Cap. 3. princ.* Κελεύομεν γὰρ τοὺς ὀρδιναρίους δικαστὰς, ἤγουν τοὺς ἐμβαδίμους, μὴ μόνον ταῖς τῶν κηρύκων φωναῖς, ἀλλ᾽ ἔτι μὴν καὶ ἐδίκτων προτιθεμένων ὁιονδήποτε τῶν δικαζομένων μέρος ἀπολιμπανόμενον καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. *Iubemus enim ordinarios iudices non ſolum praeconum vocibus, ſed etiam edictis propoſitis, quamcumque litigatorum partem abſentem in iudicium vocare.* Sed et CITARE *libello* legimus apud Plaut. *in Curcul. Act. I. ſcen. 3.* CITARE in teſtimonium: *l. 30. D. de teſtib.* CITARE teſtes: Cicero *de Offic. Lib. I. Cap. 22.* et *in Verr. IV. Cap. 59.*

CIT.

Reus etiam *lege* CITARI dicitur apud eumdem Ciceron. *in Verr. II, 40.* Ter CITATVS reus. *l. 10. D. de public. iud. l. 8. C. quomod. et quando iud.* [Litigatores non CITATI ſed requiſiti. *l. 15. C. de iudic.*]

CITATIOR aqua, id eſt, rapidior. *l. 1. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.*

CITERIORE die. *l. 4. D. de pecun. conſt. l. 15. D. de pact. dot. l. vlt. §. 5. D. de verb. oblig.*

CITHAROEDICA veſtis: *l. 127. D. de verb. ſignif.* vti CITHAROEDICVS habitus, apud Sueton. *in Nerone Cap. XXV.* Addit Suetonius, ☜ Neronem ea nota etiam numum percuſſiſſe. Et exſtant ſane tales non pauci. Vnum aereum iam Laeuinus Torrentius ad illum Suetonii locum protulit editionis Burmannianae *Tomo II. p. 56.* alios ipſe Burmannus in numis Suetonio ſuo additis, *Tab. XXIV. n. 2.* itemque Patinus *in Numiſm. Imp. p. 92.* in quibus omnibus habitum illum citharoedicum conſpicimus, ad Apollinis habitum conformatum. HEIN.

CITRA, pro abſque vel ſine. Sic CITRA abolitionem. *l. 1. §. 7. D. ad SC. Turpill.* CITRA adpellationem. *l. 16. D. de adpell. l. 1. D. de fer.* CITRA auctoritatem: *l. 4. D. de admin. rer. ad ciu.* CITRA auxilium reſtitutionis: *l. 16. D. de minor.* CITRA bellum: *l. 19. D. de captiu.* CITRA beneficium: *l. 24. C. de rei vind.* CITRA bonorum poſſeſſionem: *l. 3. C. ad SC. Orphit.* CITRA cauſſae cognitionem: *l. 8. §. 17. D. de tranſact.* CITRA conſcientiam: *l. 46. D. de adquir. vel omitt. hered.* CITRA conſilium: *l. 67. D. ad SC. Trebell.* CITRA conuentionem: *l. 1. §. 1. D. de pignorib.* CITRA corporis donationem: *l. 19. D. de donat.* CITRA decretum: *l. 14. C. de praed. minor.* CITRA delegationem: *l. vlt. D. de in diem addict.* CITRA diſceptationem: *l. 17. C. de euict.* CITRA diſtinctionem: *l. 18. D. de his, quae vt indign.* CITRA Falcidiae rationem: *l. 41. §. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* CITRA falſi accuſationem: *l. 18. C. de tranſact.* CITRA fraudem geſtum: *l. 1. C. de iure fiſci.* CITRA indignationem: *l. 2. princ. D. de his, qui not. infam.* CITRA inquiſitionem: *l. 5. D. de confirm. tut.* CITRA interuentum: *l. 68. D. de ſolut.* CITRA mandatum: *l. 19. l. 21. C. de procur. l. 20. C. de negot. geſt.* CITRA metum Senatusconſulti: *l. 45. D. de donat. int. vir. et vxor.* CITRA ordinem. *l. 14. C. de pact.* CITRA pactum: *l. 11. C. de act. emt.* CITRA periculum: *l. vlt. D. de publ. iud.* CITRA poenam: *l. 34. D. de iur. fiſci.* CITRA praeſcriptionem: *l. 13. D. de fideiuſſ.* CITRA praetorem: *l. 8. §. vlt. D. de tranſact. l. 28. D. qui et a quib. manum.* CITRA praetoris auctoritatem: *l. 7. §. vlt. l. 8. §. 6. §. 21. et §. 23. D. de tranſact.* CITRA prouocationem: *l. 1. §. 1. D. quae ſent. ſine adpell.* CITRA querelam: *l. 15. D. de inoffic. teſt.* CITRA ſocietatem: *l. 31. D. pro ſoc.* CITRA temporis finem: *l. 15. D. de re milit.* CITRA teſtationem: *l. 5. §. vlt. D. de teſt.* CITRA veniam: *l. 6. §. 3. D. de decur.* CITRA verbera: *l. 8. C. quib. ex cauſſ. infam.* CITRA voluntatem. *l. 22. §. 1. D. ſol. matrim. l. 2. C. de vſuc. pro dote. l. 1. C. ſi alien. res. l. 6. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 7. C. de reb. cred. l. 7. C. commun. vtr. iudic.* ¶. 2. {CITRA aliquando ſumitur pro vltra, vt in *l. vlt. D. de calumniat.* vbi Gloſſa, et Cuiacius, laudans locum Ciceronis *in Orat. ad Brut.*

CIT. CIV.

Brut, Cap. XVIII. Natura in omni verbo poſuit acutam vocem, nec vna plus, nec a poſtrema ſyllaba CITRA *tertiam.*

CITREVS, A, VM, ex citro, arbore, factum. Sic CITREAE menſae: *l. 21. §. 2. D. de act. emt. vend.* et apud Ciceron. *in Verr. VI. Cap. 17.* Plin. *Lib. XIII. Cap. 15.* et Petron. Arbitr. *Satyr. Cap. CXIX.*

> *Ecce Afris eruta terris*
> *Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum,*
> CITREA *menſa.*

☞ Addit Tabor CITREAE menſae meminiſſe etiam Martialem *Lib. XIV. Epigr. 89.* Nos de inſigni earum pretio addimus locum Senecae *de Benefic. Lib. VII. Cap. 9. Video iſtic menſas, et aeſtimatam lignum cenſu ſenatoris, eo pretioſius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torſit.* Nec non alterum teſtimonium Tertull. *de pallio. Cap. V. Adigocauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Aſinius Gallus pro menſa eiusdem Mauritaniae numerat. Hem quantis facultatibus aeſtimauerunt ligneas maculas?* Conſ. Io. Meurſ. *de luxu Rom. Cap. IX. p. 24.* Cuiac. *Obſ. II, 5.* HEIN.

CITRO. Vid. infra VLTRO *citroque. l. 19. D. de verb. ſignif.*

CIV.

CIVICVS, A, VM. Sic CIVICVM munus, pro ciuili. *l. 4. C. de fabric.* Vbi tamen vulgo *nulli ſe ciui commanere obnoxium*, pro *nulli ſe ciuico muneri obnoxium*, legitur. Quod mendum praeter ſcriptos codices ſatis prodit *l. 6. C. Theod. de fabricenſ.* Sic et ciuilia iura Horatius CIVICA vocat, *Lib. I. Epiſt. 3. v. 23.* vt Ouid. *Lib. I. Faſt. v. 22.* artes ciuiles et forenſes CIVICA *arma.*

CIVILIS, E. CIVILE aliquando praetorio vel honorario opponitur. *l. 17. D. de caſtr. pecul. l. 1. §. vlt. l. 3. §. 1. D. de conſtit. pecun. l. 23. D. qui teſtam. fac. l. 14. D. de teſt. l. 7. D. de leg. Corn. de falſ. l. 5. C. de pact.* Ideoque CIVILES actiones adpellantur legitimae, ſeu quae ex legitimis et ciuilibus cauſſis deſcendunt, vt loquitur Iuſtinianus, *§. 3. Inſt. de action.* ad differentiam earum, quas praetor ex ſua iurisdictione comparatas habet. *§. 4. Inſt. eod. tit.* Ita CIVILES actiones *honorariis* opponuntur, *l. 25. §. vlt. D. de oblig. et action. l. 3. §. 1. D. naut. caup. ſtabul.* eoque ſenſu CIVILIS actio accipienda, in *l. 1. §. 1. D. de ſuperfic. l. 7. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 3. §. vlt. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 14. §. 11. D. de furt.* id eſt IVRIS CIVILIS *actio*, vti ait *l. 14. D. de precar.* Ita CIVILIS incerti actio, id eſt, praeſcriptis verbis. *l. 7. D. de pact. l. 15. D. de praeſcript. verb.* CIVILE negotium eodem ſenſu geſtum dicitur, ex quo ciuilis obligatio naſcitur. *l. 1. D. de aeſtimator.* vbi CIVILES obligationes a *praetoriis* et *honorariis* ſeparantur. CIVILES autem dicuntur, quae aut legibus inſtitutae, aut certe iure ciuili comprobatae ſunt: praetoriae vero ſeu honorariae, quas praetor ex ſua iurisdictione conſtituit. *§. 1. Inſt. de obligat.* Ita CIVILIS obligatio accipitur in *l. 7. D. de pact.* ¶. 2. CIVILE aliquando eſt, quod non *criminale* eſt. *rubr. C. quand. act. ciu. crimin. praeiud.* Sic negotium CIVILE, criminali opponitur: *l. 2. D. de adpellat. recip.* CIVILIS diſceptatio: *l. 1.*

CIV.

C. ſi quis aliqu. teſt. CIVILIS petitio: *l. 17. C. de his qui accuſ. non poſſ.* CIVILE iudicium: *l. vlt. C. de noxal. act.* χρηματικὰς ὑποθέσεις et ἐγκληματικάς, vocat Harmenopol. *Lib. I. tit. 2. §. 39.* ¶. 3. CIVILE etiam naturali opponitur, vt in *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.* Neque CIVILE neque *naturale* eſt. Ita CIVILIS adpellatio bonorum: *l. 49. D. de verb. ſign.* CIVILIS cognatio naturali aduerſatur: *l. 4. §. 2. D. de grad. et adfin.* Quo ſenſu et matrem CIVILEM dixit Paullus *Sent. IV, 10, 2.* CIVILIS poſſeſſio, iuſta et legitima, quam quis animo rei, vt ſuae, poſſidendae, abſque vitio nactus eſt, quae in iure conſiſtit, et ad vſucapionem proficit. *l. 2. §. 1. D. pro hered. l. 24. D. de adqu. poſſeſſ. l. 3. §. vlt. D. ad exhib. l. 1. §. 9. D. de vi et vi arm.* CIVILIS ratio et naturalis ſeparantur. *pr. Inſt. de nupt. l. 8. D. de cap. minut.* ¶. 4. CIVILE pro aequo, iuſto, legitimo, ordinario. *l. 78. §. D. de iur. dot.* CIVILE non eſt, caſum aduerſamque fortunam ſpectari hominis liberi: *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.* CIVILE eſt, quod aduerſarius tuus a te exegit, vt rei, quam apud te fatearis fuiſſe, exhibeas venditorem: *l. 5. D. de furt.* Huic aduerſatur INCIVILE, cuius exempla *Libro IX.* proferuntur. ¶. 5. CIVILES quaeſtiones apud Rhetores quaenam dicantur, exponit Cur. Fortunat. *Libr. III. Rhetor.* ¶. 6. CIVILE, quod ad ciuitatem vel ciues pertinet. Ita CIVILIA *bella*, quae ciues cum ciuibus gerunt: *l. 9. §. 1. D. de legat. III. l. vn. C. de caduc. toll.* quas et CIVILES *diſſenſiones* vocat Vlpianus. *l. 21. §. vlt. D. de capt. et poſtlim.* Bella autem ciuilia octies geſta, ait. Seruius ad haec *Lib. VI. Aen. v. 833. Adſueſcite bello.* Nimirum *ter a Caeſare: contra Pompeium in Theſſalia: item contra eius filium Magnum in Hiſpania: item contra Iubam et Catonem in Africa. Mortuo Caeſare, ab Auguſto, contra Caſſium et Brutum, in Philippis, ciuitate Theſſaliae: contra Lucium Antonium in Peruſia, Tuſciae ciuitate: contra Sex. Pompeium in Sicilia, et contra M. Antonium et Cleopatram in Epiro.* At Seruius hoc loco non dicit, octies, ſed ſepties geſta eſſe bella ciuilia, nec plura, quam ſeptem enumerat: omiſſis omnino bellis quam plurimis aliis, inter Marium et Sullam, itemque cum Sertorio, M. Lepido, Catilina, geſtis, quae Florus *Lib. III. Cap. 21. ſequ.* et *Lib. IV. Cap. I.* ciuilibus recte adnumerat. Ita non octo, ſed vndecim ſaltim bella ciuilia ad Auguſti tempora habemus. HEIN. Ceterum in *l. 1. D. de cenſ.* bellum CIVILE accipe, quod contra Seuerum Peſcennius Niger in Africa mouit.

¶. 7. CIVILE ius eſt ius proprium cuiusque ciuitatis, *l. 6. l. 9. D. de iuſt. et iur. l. vlt. D. de ſuperfic.* et, vt Paullus ait, quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt. *l. pen. D. de iuſt. et iur.* vel vt Cicero *in Topic. Cap. II. aequitas, conſtituta iis, qui eiusdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas.* Paullo plenius id definit Vlpianus in *l. 6. D. de iuſt. et iur.* ſecundum quae ius id, quod Romana ciuitas ex legibus, plebiſcitis, ſenatusconſultis, Principum conſtitutionibus, praetorum aediliumque edictis, et prudentum reſponſis vſa eſt, CIVILE adpellatur, *l. 7. l. 9. D. eod. tit. §. 2. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* quaſi proprium Romanae ciuitatis. *l. 1. D. de adquir. rer. dom.* Cicero *de legib. Lib. I. Cap. 5.* ¶. 8. Hoc tamen commune IVRIS CIVILIS nomen ſuum fecit ac proprium ea pars iuris, quae ſine ſcripto in ſola prudentium interpretatione

conſiſtit.

Digitized by Google

conſiſtit. *l. 2. §. 8. et §. 12. D. de orig. iur. §. 74. D. de hered. inſtit.* ¶. 9. Librum etiam Papirii, quo leges regias in vnum compoſuit, adpellatum *ius* CIVILE *Papirianum*; librum aeque Cn. Flauii, qui actiones continebat, *ius* CIVILE *Flauianum*, tradit Pomponius *d. l. 2. §. 2. et §. 7. D. de orig. iur. l. 144. D. de verb. ſignif.* et Macrob. *Saturn. Lib. III. Cap. II.* ¶. 10. Interdum iuris CIVILIS adpellatione lex XII. Tabularum demonſtratur, vt in *l. 1. D. de tutel. l. 7. D. de bon. damnat.* coniuncta *l. 220. D. de verb. ſignif. l. 6. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. contra tab. l. 1. l. 2. D. vnde cogn. l. 10. C. de iure delib. et princ. Inſt. de vſucap.* ¶. 11. Plerumque tamen *ius* CIVILE *praetorio* opponitur. *l. 17. D. de caſtr. pecul. l. 1. §. vlt. l. 3. §. 5. D. de conſtit. pec.* et alibi paſſim. ¶. 12. IVS CIVILE, pro arte vel ſcientia iuris, quam Cicero CIVILES *artes et forenſes* vna cum eloquentia adpellat *in Bruto Cap. XLII.* Sic CIVILIA *iura noſſe*: Iuuenal. *Sat. II.* Iure CIVILI res facti infirmari non poteſt: *l. 1. §. 4. D. de adquir. poſſeſſ.* Iure CIVILI ſeruus non poſſidet: *l. 38. §. 7. D. de verb. oblig.* Quod attinet ad ius CIVILE, ſerui pro nullis habentur: *l. 32. D. de reg. iur.* Iure CIVILI receptum eſt, quoties per eum, cuius intereſt, conditionem impleri, fit, quo minus impleatur, vt perinde habeatur, ac ſi impleta conditio fuiſſet: *l. 24. D. de condit. et demonſtr.* Iure CIVILI creditoribus hereditariis neceſſarii heredes tenentur: *l. 57. D. de adquir. vel omitt. hered.* IVRE CIVILI conſtitutum teſtamentum: *l. 38. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Iure CIVILI ad ſucceſſionem admitti non poſſunt cognati. *l. 1. l. 2. D. vnde cognati.* Iure CIVILI conſtitutum: *pr. Inſt. de vſuc.* At hunc locum paullo ante Briſſonius retulerat ad ſignificationem, qua *ius* CIVILE duodecim tabulas ſignificare, obſeruarat. Sed et multa alia hic accumulantur teſtimonia, in quibus ius CIVILE non pro iuris arte, ſed pro iure, quod vel honorario opponitur, vel ex prudentum reſponſis et interpretationibus promanauit, accipitur. HEIN. CIVILIS conſtitutio eſt, poenalibus actionibus heredes non teneri, ne ceteros quidem ſucceſſores. *l. 1. D. de priuat. delict.* Contra iuris CIVILIS regulas pacta conuenta rata non habentur. *l. 2. D. de pact.* Exheredati iure CIVILI teſtamenta parentum non turbant. *l. 8. D. de bon. poſſeſſ. contra tab.* Iure CIVILI capere. Vlpian. *Fragm. tit. XVII. §. 1.* ¶. 13. Addit hic Tabor, videri etiam ius CIVILE pro theoria et interpretatione iuris ſumi, in *l. 2. §. 46. D. de orig. iur.* vbi de Tuberone dicatur, *eum a cauſſis agendis ad ius* CIVILE *tranſiiſſe.* Sed et hic fallitur opinione ſua vir bonus. Cauſſas enim agere, erat oratorum, ius ciuile excolere, iuriſconſultorum: adeoque ſenſus verborum Pomponii eſt, Tuberonem ab exercitatione dicendi ad facultatem de iure reſpondendi ſe tranſtuliſſe. HEIN. ¶. 14. CIVILE munus: *l. 1. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 2. §. 1. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 1. C. de muner. patrimon. l. 3. C. ne vx. pro marit. l. 2. C. ne fil. pro patre. l. 8. C. de his, quae vi. l. 1. C. quod cum eo. l. 8. l. 13. C. de excuſ. tut. l. 7. C. de adpell.* et paſſim. quod et CIVICVM *in l. 4. C. de fabricenſ.* adpellari, diximus. ¶. 15. CIVILE negotium gerere. Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 27.* ¶. 16. CIVILIA officia: *l. 2. D. de reg. iur. l. 13. D. de vacat. et excuſat. l. 15. §. 5. D. ad SC. Turpillian* Iuuenal. *Sat. VII.*

Dic igitur, quid cauſſidicis CIVILIA *praeſtent* OFFICIA.

Quinctilian. *Declam. CCLXVIII: Illi nihil* CIVILIBVS *officiis perículoſius credunt.* Idem *Declam. CCLXXXIII: Sed non neceſſe habeo, iudices, commendare vobis officia* CIVILIA, *in quibus iam diu ſatisfeci.* Plin. *Lib. IV. Epiſt. 24. Illum officiis* CIVILIBVS *principis amicitia exemit.* Ea quaenam ſint, explicat Vlpianus in *l. 2. D. de reg. iur. Feminae ab omnibus officiis* CIVILIBVS *vel publicis remotae ſunt, et ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores exiſtere.* ¶. 17. Ita et CIVILIA *onera*, id eſt, munera: *l. 6. D. de curat. furioſ.* CIVILIS *ſapientia*, pro iuris ciuilis ſcientia. *l. 1. §. 1. D. de extraord. cognit.* ¶. 18. CIVILIA *verba*, quae et legitima, et directa, et imperatiua adpellantur. *l. 7. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Vlpian. *Fragm. tit. XXV. §. 1: Fideicommiſſum eſt, quod non* CIVILIBVS *verbis, ſed precatiuis, relinquitur*, id eſt, non directis et imperatiuis, ſed precariis et inflexis verbis.

CIVILITER, interdum eſt ciuili iure: vt quum dicimus CIVILITER obligari: *l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 14. D. de obl. et act. l. vlt. D. rem pupill. ſalu. for. l. 7. D. de caſtr. pecul. l. 1. D. de contrar. tutel. act. l. 8. §. vlt. D. de acceptilation.* CIVILITER poſſidere: *l. 3. §. vlt. et l. 7. D. de exhib. l. 24. D. de adquir. poſſeſſ.* id eſt CIVILI iure, vt loquitur *l. 38. §. 7. D. de verb. oblig.* CIVILITER ergo et *naturaliter* opponuntur. Ita CIVILITER reſolui dicitur obligatio, veluti acceptilatione, et confuſione: NATVRALITER vero ſolutione aut interitu rei promiſſae. *l. 107. D. de ſolut.* Similiterque in *l. 53. D. de adqu. rer. domin.* CIVILITER adquiri dicuntur, quae iuris miniſterio verbis, ſine aliquo corporali facto, adquiruntur, veluti ſtipulatione: NATVRALITER vero ſeu corporaliter, veluti poſſeſſio. Hinc et CIVILITER, *et quaſi more ciuitatis. l. 42. D. de verb. ſignif.* vbi CIVILITER, et *natura* turpia, opponuntur. ¶. 2. CIVILITER, id eſt, legitime et ſecundum iuris ciuilis regulas, vel ciuili modo. Sic CIVILITER nupta: *l. 28. §. 3. D. de lib. et poſtum.* liberum hominem CIVILITER in poteſtate non habemus: *l. 23. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* CIVILITER annum non ad momenta temporum, ſed ad dies, numeramus. *l. 134. D. de verb. ſignif.* ¶. 3. CIVILITER etiam, et *iure praetorio* opponuntur. *l. 17. D. de caſtr. pecul.* ¶. 4. Sed et ad ciuile iudicium, et pecuniariam perſequutionem refertur hoc aduerbium. Proinde CIVILITER agere, et *criminaliter* opponuntur. *l. vlt. D. de furt. rubr. C. Theod. victum ciuiliter et criminalit. ag. poſſe.* Sic CIVILITER dicuntur exerceri incendia: *l. 28. §. 12. D. de poen.* moueri actiones: *l. 37. D. de iniur.* et diſceptationes. *l. 3. C. de ord. iudic.* ¶. 5. CIVILITER, id eſt, cum aliquo temperamento, vel non immodice. Celſus: *Per quamlibet fundi partem ire, agere, licebit,* CIVILITER *modo. l. 9. D. de ſeruitut.*

CIVES Romani. *l. 32. D. de iure fiſc. pr. Inſt. de nupt.* et apud Vlpian. *Fragm. tit. 1. §. 5.* Eorum differentias et genera vide *in l. 4. D. de his, qui ſui vel al. iur.* CIVES Romani vti fierent, qui manumitterentur, vide *§. 3. Inſt. de libertin.* et Vlpian. *Fragm. tit. II.* Ius poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt CIVIVM Romanorum: *§. 2.*

Inſt.

CIV.

Inſt. de patr. pot. CIVES Romanos alia, quam per portas, egredi non licet: *l. vlt. D. de rer. diuiſ.* Mancipatio locum habet inter CIVES Romanos: Vlpian. *Fragm. tit. XIX. §. 4.* In caput CIVIS Romani iniuſſu populi animaduerti non poterat. *l. 2. §. 16. D. de orig. iur.* CIVEM Romanorum parit: *l. 18. D. de ſtatu. hom.* CIVIS Romana: *l. 2. C. de ſeru. reip. manum.* In orbe Romano qui ſunt, CIVES Romani effecti ſunt, ex conſtitutione Imp. Antonini. *l. 17. D. de ſtat. hom.* Addidit hic vir quidam doctus, de huius conſtitutionis intellectu varie diſputare Io. Sauaronem, et Iac. Sirmondum *ad Sidon. Apollin. Lib. X. Epiſt. 6.* Iuretum *ad Symmachum Lib. VIII. Epiſt. 92.* ſe tamen pro indubitato habere, Antoninum non Pium, ſed Caracallam, hic eſſe intelligendum, eiusque rei teſtem ſibi eſſe certiſſimum Dionem, *in Excerptis Valeſ. p. 745.* vbi et Valeſius addiderit in notis, Vlpianum, quoties Antoninum dicat, Caracallam intelligere; Antoninum Pium autem *D. Pii* nomine ſignare. Conferri etiam iubet Seldenum *Lib. II. de Synedr. Cap. III. §. 3.* Recte haec omnia vir doctus. Sed hodie res certa, poſtquam hanc *l. 17.* eruditiſſimo commentario *de Orbe Romano* illuſtrauit Ez. Spanhemius, qui omnibus, ea de re poſt ſe aliquid dicturis, ocium feciſſe videtur. HEIN. ¶. 2. CIVES etiam vocantur, qui in municipio quodam vel colonia, ius ciuitatis impetrarunt. Tales CIVES origo, manumiſſio, adlectio vel adoptio facit. *l. 7. C. de incol.* Suae cuiusque ciuitatis CIVES. *l. 1. D. ad municipal.*

CIVITAS. Cic. *Lib. I. de Republ.* apud Non. Marcellum: *Eiusmodi coniunctionem tectorum oppidum, vel vrbem adpellamus, delubris diſtinctam ſpatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui eſt talis coetus multitudinis, qualem expoſui, CIVITAS, omnisque CIVITAS eſt conſtitutio populi.* Seru. *ad illud Aen. II. v. 265. Inuadunt vrbem.* notat: *Vrbs muros ſignificat*, CIVITAS *vero eius habitatores.* Non. Marcellus: *Inter vrbem et* CIVITATEM *hoc intereſt: vrbs eſt aedificia*, CIVITAS *incolae.* Ita vero proprie vocantur respublicae αὐτονόμοι: et κατ' ἐξοχὴν Romana. Notauerat hic Io. Otto Tabor, CIVITATEM in iure vix ſumi κατ' ἐξοχὴν pro Romana, quum *vrbs* frequentiſſime Romam ſignificet; eamque in rem laudat Bachou. *in Not. ad Weſenbecii Paratitla tit. ad leg. Iul. pecul. n. 5.* Sed hanc quoque loquutionem non inuſitatam eſſe, patet ex *l. 2. §. 4. 7. 8. 28. D. de orig. iur.* idque ibi notauit V. A. Corn. van Bynkersh. *in Praetermiſſ. p. 15.* HEIN. ¶. 2. Saepe tamen et municipium, vel colonia, CIVITATIS nomine venit: vt CIVITAS Antiochenſium: *l. 37. D. de reb. auct. iud. poſſ.* Berytiorum: *l. 1. C. qui aet. vel profeſſ.* Emiſenorum: *l. vlt. D. de cenſ.* Rhodiorum: *l. 6. C. de offic. rect. prou.* Sebaſtenorum: *l. 21. §. 3. D. de ann. legat.* Tyriorum. *l. vlt. D. de cenſib.* Hinc CIVITAS mutui datione obligari poteſt: *l. 27. D. de rebus credit.* CIVITATI relicti vici: *l. 77. §. vlt. D. de legat. II.* CIVITATIBVS legari poteſt etiam, quod ad honorem ornatumque CIVITATIS pertinet: *l. 122. D. de legat. I.* Quod ad certam ſpeciem CIVITATIS relinquitur: *l. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pertin.* CIVITATES priuatorum loco habentur: *l. 16. D. de verb. ſignificat.* Ad CIVITATES pertinentes res: *rubr. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.* CIVITATES per eos, qui res earum adminiſtrant, non defendantur. *l. 8. D. quod cuiusc. vniu. nom.* CIVITATIVM ſerui; et ſi qua ſunt CIVITATIVM velut bona. *l. 17. D. de verb. ſign.* CIVITATIS, ad quam decuriones pertinent, ſedes: *l. 1. D. de decurion.* Cuiusque CIVITATIS ciues, et in CIVITATE recepti. *l. 1. D. ad municipal. et de inc.* ¶. 3. CIVITAS et *prouincia* opponuntur. *l. vlt. C. de praeſcr. long. temp.*

CLA.

CLABVLA vel talea olim dicta, quae de tenero ramo ex vtraque parte praecidebatur aequabiliter: idque Varro *Lib. I. de re ruſt. Cap. 40.* tradit. Quem locum Non. Marcell. *in voce taleas* ſciſſiones lignorum vel praeſegmina interpretatur. Sed nihil haec ad *clabularem* vel vehicularem curſum faciunt, de quo ſtatim. Immo aliquantulum faciunt. Curſus enim hic nomen habet a *clabulari vehiculo.* CLABVLARE autem a CLABVLIS, quod capſam clabulis, id eſt bacillis et viminibus contextam haberet. Io. Scheffer. *de re vehic. vet. Lib. II. Cap. 29. p. 335. ſequ.* HEIN.

CLABVLARIS curſus, *l. 2. l. 5. C. Theod. de curioſ.* vehicularis curſus genus quoddam fuit, ad cuius procurationem electi viri idonei, qui et euectiones commeantium exactiſſima cura inſpicerent, et alimenta, quae fiſcus ſuggerebat, miniſtrarent. Praecipiunt hoc Imperatores, in *l. 23. C. Th. de curſ. publ. et l. 2. C. Theod. de curioſ.* ne quis amplius poſtulet, quam conceſſit euectio, adduntque, vt habens vnius copiam rhedae, flagitet mulas duas, aut rhedam vſurpet, cui birotum, vel veredum poſtulare, vel CLABVLARE, permiſſum erat. Proinde in *l. pen. C. de curſ. publ.* vbi vulgo *curſum ambularem* legitur, reponendum eſſe, *curſum* CLABVLAREM, auctoritate MSSC. codicum, pridem monui. De cuius lectionis veritate ac fiue tum dubitanti mihi in mentem venit, hoc idem vocabulum Ammianum Marcellinum vſurpaſſe. Verba eius *Lib. XX. Cap. 7.* ſunt haec: *Iulianus, contemplans rationabiles querelas, cum familiis eos ad orientem proficiſci permiſit,* CLABVLARIS *curſus poteſtate permiſſa.* [Adnotauit hic Tabor: *Sunt, qui* CABALLAREM *legere in illo loco malunt, eamque lectionem etiam probat Perez in d. t. Codicis n. 3. vbi tamen fruſtra auctoritatem Briſſonii pro eadem adlegat.*]

CLAM, id eſt, latenter et furtiue *l. 54. D. de adm. et peric. tut.* CLAM et palam aduerſantur. *l. vlt. D. de ritu nupt.* CLAM in libertate morari. *l. 12. §. 1. D. de liber. cauſſ.* Hinc, ¶. 2. CLAM poſſidere eum dicimus, qui furtiue ingreſſus eſt poſſeſſionem, ignorante eo, quem ſibi controuerſiam facturum, ſuſpicabatur, et, ne faceret, timebat. *l. 6. D. de adquir. poſſeſſ.* CLAM nanciſcitur poſſeſſionem, qui futuram controuerſiam metuens, ignorante eo, quem metuit, furtiue in poſſeſſionem ingreditur. *d. l. 6.* Heres quoque eius, qui precariam poſſeſſionem tenebat, ſi in ea manſerit, CLAM poſſidere videtur, auctore Paullo, *Sentent. V. 6, 12.* Ita CLAM ab aliquo poſſidere, accipimus in interdicto vti poſſidetis. *l. 1. D. vti poſſidet. l. 4. D. pro ſuo. l. 10. D. ſi ſeru. vindic.* ¶. 3. Eodem modo dicitur quis CLAM ab aliquo aquam ducere, in interdicto *de aqua quotidiana.* Et CLAM vtitur, vt Vlpianus definit, qui ipſe prohibitus vtitur, vel qui, prohibente eo, cui id ius vtendo conſeruabat, vtitur.

tur. *l. 3. pr. §. 1. D. de itin. actuqu. priu.* ¶. 4. In interdicto *quod vi, aut clam*, CLAM videtur facere, qui celauit aduerſarium, neque ei denunciauit, ſi modo timuit eius controuerſiam, aut debuit timere. *l. 3. §. vlt. D. quod vi aut clam.* CLAM etenim facit, qui exiſtimare debet, ſibi controuerſiam futuram. *l. 4. D. eod. tit.* ..Alias Vlpianus definit: CLAM factum videri, quod quis, quum controuerſiam haberet, habiturumue ſe putaret, fecit. *l. 73. §. 2. D. de regul. iur.*

☞ CLAMOR. Propter illum aliquando parcebatur ſeruo, qui cum hero domi occiſo ſub eodem tecto fuerat, vt locus non eſſet rigori SC. Silaniani. Vlpian. *l. 1. §. 34. ſequ. D. ad SC. Silan. Excuſantur autem ſerui, qui auxilium tulerunt ſine dolo malo. Tuliſſe autem auxilium is quoque videtur, qui, quidquid potuit, fecit, tametſi dominus interfectus eſt: veluti ſi quis* CLAMAVERIT, *vt ad auxilium conueniretur, aut terruerit adgreſſores. Non tamen ſemper, qui* CLAMORE *vſus eſt, auxilium tuliſſe videtur. Quid enim, ſi poſſet manu depellere a domino periculum, ille* CLAMOREM *inanem elegit? Plectendus vtique erit.* Sic et lex XII. Tabularum furem nocturnum occidere permittit, *vt tamen id ipſum cum* CLAMORE *teſtificetur*: interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat, *vt tamen aeque cum* CLAMORE *teſtificetur.* Caius *l. 4. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Vocabant veteres talem CLAMOREM *quiritationem.* Liu. *Lib. XXXIII. Cap. 27.* vel *quiritatum*, Plin. *Lib. VI. Epiſt. 20.* Valer. Max. *Lib. IX. Cap. 2. exc. 1.* quemadmodum clamore aliorum auxilium implorare, iis erat *quiritare*, vel *quiritari*, id eſt, *Quiritium fidem inuocare*, vt loquitur Petron. *in Satyr. Cap. XXI.* Vtebantur enim formula: PORRO QVIRITES, de qua Turneb. *Aduerſ. XIII, 32.* et Theodor. Canter. *Var. lect. I, 3.* HEIN.

CLANDESTINVS, A. VM. CLANDESTINA damna: *l. 2. §. 9. D. de vi bon. rapt.* CLANDESTINAE inſidiae: *l. 9. C. de his, quae vt indign.* CLANDESTINA poſſeſſio. *l. 4. §. vlt. D. de adqu. poſſeſſ. l. 7. §. 4. et §. 5. D. commun. diuid.*

☞ [CLARERE, pro conſtare. *l. 2. C. de fund. rei priu. l. 2. C. de apoch. publ.*] Ita et Tacit. *Hiſt. Lib. IV. Cap. 73. Quo euentu Germaniae bella tractauimus*, ſatis CLARET. Lucret. *Lib. VI. v. 935.*

Repetam, quam raro corpore ſint res,
Commemorare, quod in primo quoque carmine
CLARET. HEIN.

CLARISSIMATVS dignitas. *l. 9. C. Theod. de domeſt. l. 16. C. Th. de prox. comit. diſpoſ. l. 74. l. 180. C. Theod. de decur. l. 8. l. 10. C. Theod. de domeſt. et protect. Nouell. Theodoſ. et Valent. de tributis fiſcal.* id eſt, *clariſſimorum dignitas*, vt loquitur. *l. 6. C. Theod. de prox. Comit. diſpoſ.* ſeu eorum, qui clariſſimorum nomine decorantur. *l. 8. C. Theod. de domeſt.* Ammian. Marcell. *Lib. XXI. Cap. 31. Nec ſub eo dux quidam cum* CLARISSIMATV *prouectus eſt.*

CLARISSIMI viri: *l. 18. D. de iure fiſc. l. 52. §. 1. D. de iudic. l. 35. D. de legat. III. l. 16. §. 1. D. de his, quae vt indign. l. 12. D. de publ. iud.* CLARISSIMAE perſonae. *l. 100. D. de verb. ſignif.* ¶. 2. CLARISSIMARVM autem perſonarum adpellatione feminae etiam, nuptae clariſſimis perſonis, continentur, non item filiae ſenatorum, niſi quae viros clariſſimos ſortitae ſunt. *l. 8. D. de ſenator.* Ita CLARISSIMA perſona per maritum facta: *l. 22. §. 1. D. ad municipal.* CLARISSIMAE feminae nomen adepta, ob matrimonium contractum. *l. 10. C. de nupt.* ¶. 3. Sane Praetor vrbanus; *vir* CLARISSIMVS dicitur, in oratione Seueri. *l. 1. D. de reb. eor.* Proconſules etiam viri CLARISSIMI adpellantur. *l. 1. C. ſi ex falſ. l. 3. C. ſi adu. rem iudic.* et alibi, vt *Lib. III. de form. Cap. 26.* monui. Sed in principalibus conſtitutionibus, vt ibidem notaui, et praeſides prouinciarum CLARISSIMORVM virorum titulo honorantur: *l. 1. C. ſi adu. libert. l. 1. C. ſi adu. fiſc. l. 2. C. de delator. l. vlt. C. de off. iud. l. 34. §. vlt. l. 41. C. de epiſc. et clericis.* itemque magiſtri cenſus: *l. vlt. C. de iure emphyt.* nec non principes agentium in rebus: *l. vlt. C. de decurion.* ſilentiarii ſacri palatii. *l. vlt. C. de excuſ. tut.* Aduocatos etiam, depoſito aduocationis officio, CLARISSIMI ordinis comitum dignitate frui conſtituit Anaſtaſius. *l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* ¶. 4. CLARISSIMVS ἁπλῶς idem, ac Senator, *l. 52. C. Theod. haeret. de l. 23. C. Theod. de adpellat.* vti CLARISSIMA, Senatoris vxor, vel filia. Paullin. *in vita Ambroſii: Per idem tempus trans Tiberim, apud quamdam* CLARISSIMAM *inuitatus.* Sic et *ordo* CLARISSIMVS, pro ſenatu. Prudent. *adu. Symmach. Lib. I. v. 490.* CLARISSIMORVM *auctoritas*, pro SCo. Vopiſc. *in Aureliano Cap. XVIII.* vbi tamen Salmaſ. *in Not. p. 360.* legi iubet: CLARISSIMI *ordinis auctoritas*, ſimulque ſugillat obſeruationem Iſ. Caſauboni, *qui in Not. ad Hiſt. Aug. p. 144. et 229.* CLARISSIMVM ἁπλῶς ſenatorem ſignificare, ſcripſerat. HEIN.

CLARITAS generis: *l. 14. C. de dignitat.* CLARITAS perſonarum. Plin. *Lib. II. Cap. 58.*

CLARVS, A. VM. CLARA dignitas, *l. vlt. D. quod met. cauſſ. l. vn. C. de his, qui potent. nom.* eadem, ac CLARISSIMA dignitas: *l. 8. D. de Senator.* itemque CLARITAS vocatur, *l. 10. C. de nupt.* CLARA perſona, ſenatoris puta, vel vxoris eius. *l. 5. D. de curat. furioſ.* ¶. 2. CLARVM, perſpicuum, indubitatum. CLARI et aperti iuris eſt. *l. 14. C. de fideicomm.*

[CLASSICI teſtes vocabantur, qui adhibebantur ſignandis teſtamentis. Feſt. *Lib. III. de verb. ſignific.* inde dicti, quod quinque claſſes praecipuas, in quas Pop. Roman. erat deſcriptus, repraeſentabant. Late Hillig. *in Donell. enucl. Lib. VI. Cap. 7. lit. F.*] ¶. 2. [CLASSICI etiam adpellantur milites, deſtinati claſſibus amnicis, fluminum piratis purgandorum, aliarumque neceſſitatum gratia. Vid. Iac. Cuiac et Iac. Gothofr. *ad tit. C. Inſt. et Theodoſ. de claſſ.*]

CLASSIS Seleucena. *l. vn. C. de claſſ.* at *l. vn. C. Theod. eod. tit.*

CLAVDERE, veteribus CLVDERE. Vnde CLVSVS, pro clauſus paſſim in pandectis ſcribitur. Corn. van Bynkersh. *Obſ. VIII, 5.* Vid. infra CLVSVS. HEIN.

CLAVDIA aquae fit mentio. *l. 2. §. 36. D. de orig. iur. l. vlt. C. Theod. de aqua educt.* et Caſſiodor. *Var. Lib. VII. Cap. 6.* Ea, vt Pomponius tradit, ab Appio Claudio Centumano, qui eam in vrbem induxit, hoc CLAVDIAE nomen inuenit.

Appius

CLA.

Appius enim Claudius Caecus in cenſura, quam cum C. Plautio primum, dein ſolus, quum ſe magiſtratu collega abdicaſſet, geſſit, non modo viam muniuit, et vſque Brunduſium lapide ſtrauit, quae inde Appiae adpellationem traxit, verum etiam aquam Anienem in vrbem induxit, quemadmodum Liu. *Lib. IX. Cap. 29.* Auctor *libri de viris illuſtr. Cap. XXXIV.* et Caſſiodorus *in Chronica* auctores ſunt. Pomponio vtique in hac CLAVDIAE aquae adpellatione adſtipulatur Eutrop. *Lib. II. Cap. 4.* his verbis: *Eo tempore Appius Claudius, Cenſor, aquam* CLAVDIAM *induxit, et viam Appiam ſtrauit.* Verum contradicere videtur Iulius Frontinus, qui ab Appio Claudio ductam aquam aeque, atque ab eo munitam viam, Appiam adpellatam ſcribit: CLAVDIAE vero Aquae alios, vt ita dicam, ſeu parentes, ſeu natales, adſignat. Cuius idcirco verba ſubiicere, e re cenſui. Ea in *libro I. de Aquaeduct.* de Appia aqua ſunt haec: APPIA, *Valerio Maximo, P. Decio Mure Coſſ. anno XX. poſt initium Samnitici belli inducta eſt ab Appio Claudio Craſſo, Cenſore, cui poſtea Caeco fuit cognomen, qui et viam Appiam a porta Capena vſque ad vrbem Capuam muniendam curauit. Collegam habuit C. Fabium* (Plautium Liuius adpellat,) *cui ob inquiſitas eius aquae venas Venocis cognomen datum eſt. Sed is, quia intra annum et ſex menſes, deceptus a collega, tamquam idem factura, abdicauit ſe cenſura, nomen aquae ad Appii tantum honorem pertinuit, qui multis tergiuerſationibus extraxiſſe cenſuram traditur, donec et viam, et huius aquaeductum, conſummaret.* CLAVDIAE vero aquae originem idem auctor *eodem libro* edit huiuſmodi: *Poſt hos Caius Caeſar, qui Tiberio ſucceſſit, quum patri et publicis vſibus, et priuatis voluptatibus, ſeptem ductus aquarum ſufficere viderentur, altero imperii ſui anno, M. Aquilio Iuliano et P. Nonio Aſprenate Coſſ. anno vrbis conditae* DCCXC. *duos ductus inchoauit, quod opus Claudius magnificentiſſime conſummauit, dedicauitque, Sulla et Iuliano Coſſ. anno poſt V. C.* DCCC. *ſexto Calend. Auguſtarum. Alteri nomen, quod ex fontibus Cerulo et Curtio perducebatur,* CLAVDIAE *datum: haec bonitate proxima Martiae. Altera, quoniam duae Anienis aquae in vrbem fluere coeperant, vt facilius adpellationibus dignoſcerentur, Anio nouus vocari coepit, et quod illos omnes praeceſſerat prior Anio, cognomen ei veteris eſt adiectum.* Plinius quoque ab Appio inductam aquam APPIAM vocat. *Lib. XXXVI. Cap. 15.* quo loco et de *aqua* CLAVDIA haec ſcribit: *Vicit omnes antecedentes aquarum ductus nouiſſimum impendium operis, inchoati a C. Caeſare, et peracti a Claudio: quippe a lapide quadrageſimo ad eam excelſitatem, vt in omnes vrbis montes leuarentur: influxere Curtius atque Caeruleus fontes. Erogata in id opus ſeſtertia quingenta* L. V. M. Frontino vero in Claudiae aquae adpellatione adſentitur. Aurel. Victor. *in Epitome Cap. IV.* Etenim de Claudii principatu agens: *Aqua,* inquit, CLAVDIA *Romae inducta.* Locupletior teſtis Sueton. *in Claud. Cap. XX.* CLAVDIA *aqua gelidos et vberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio nomen eſt, ſimulque riuum Anienis noui, lapideo opere in vrbem perduxit, diuiſitque in plurimos et ornatiſſimos lacus.* Cuius diſcordiae ſedandae cauſſa, neceſſe eſt, duplicem aquam CLAVDIAM faciamus, vnam ab Appio Claudio; alteram ab Imperatore Claudio inductam.

CLA.

CLAVDIA lex, ad legitimas feminarum tutelas pertinebat, auctore Vlpiano *tit. XI. §. 8.* Eius verba ita ſe habent: *Quantum ad agnatos pertinet, hodie* CESSITIA *tutela non procedit: quoniam permiſſum erat in iure cedere tutela feminarum tantum, non etiam maſculorum: Feminarum autem legitimas tutelas* LEX CLAVDIA *ſuſtinet: excepta tutela patronorum.* Quae verba nihil aliud volunt, quam legem CLAVDIAM conſeruaſſe tutelam agnatorum femininam, quumque antea iſta in iure cedi poſſet, prohibuiſſe, ne in poſterum illi ceſſioni locus eſſet, praeterquam in tutela legitima patronorum. Vid. Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 597.* Non ergo ad hoc, ſed aliud huius legis CLAVDIAE caput, pertinent, quae porro addidit Briſſonius: HEIN. Quam legem Conſtantini conſtitutione ſublatam, ait Zeno Imp. in *l. 3. C. de legit. tutor.* Exſtat vero ea Conſtantiniana conſtitutio in *l. 2. C. Theod. de tut. et curat.*

CLAVDIANVM Senatusconſultum de mulieribus, quae ſe ſeruis iunxerant, fit mentio apud Vlpian. *Fragm. XI, 27.* Paull. *Sent. IV, 10, 2. l. 4. C. Theod. ad SC. Claud. l. 10. C. Theod. de murileg. l. 179. C. Theod. de decurion.* Sublatum id a Iuſtiniano, *l. vn. C. de SC. Claudian.* vt ipſe teſtatur *§. vlt. Inſtit. de ſucceſſ. ſublat.* ¶. 2. CLAVDIANVM idem SC. de nuptiis, quas maior ſexagenario cum ea, quae quinquagenaria minor erat, contraxiſſet. Vlpian. *Fragm. tit. XVI. §. 3.* ¶. 3. Silaniano etiam SCo CLAVDIANVM adiungitur *rubr. D. de ſenatusconſ. Silan. et Claudiano.*
¶. 4. Sunt et alia SC. CLAVDIANA, veluti de re nautica, cuius capita quaedam ſparſim memorantur, vt *l. 3. §. 8. D. de incend. ruin. naufrag. l. 3. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 5. §. 3. D. de iur. immunitat.* apud Vlpian. *Fragm. tit. III. §. 1. et 6.* et Sueton. *in Claud. Cap. XVIII. et XIX.* Edicti CLAVDIANI, ad legem Corneliam de falſis facti, mentio fit *l. 14. §. 2. et l. 15. D. de lege Corn. de falſ.* Late de SCis CLAVDIANIS Petrus Faber *Semeſtr. Lib. I. Cap. 25. p. 143.* vbi non omnia SCa CLAVDIANA Claudio Imp. tribuenda eſſe oſtendit. HEIN.

CLAVDIVS Imperator DIVVS adpellatur. *l. 2. §. 32. D. de orig. iur. l. 15. D. de lege Corn. de falſ.* Eutrop. *Lib. VII. Cap. 8.* de Claudio: *Poſt mortem conſecratus eſt, diuusque adpellatus.* Conſtitutio CLAVDII. *l. 3. §. 4. D. de minorib.* Edictum D. CLAVDII *l. 14. §. 2. D. de leg. Corn. de falſ. l. 2. D. qui ſine manumiſſion.* et apud Vlpian. *Fragm. tit. III, §. 6.* Diuus CLAVDIVS conſtituit. *l. 1. C. ne lic. potent.* ¶. 2. CLAVDIANIS temporibus. *l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. naufrag. §. vlt. Inſt. de adſign. libert.*

CLAVDIVS TRYPHONINVS, iurisconſultus, NOTAS *ad Scaeuolae Digeſta* ſcripſerat, vt oſtendit *l. 58. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ex quibus Tribonianus deſcripſit integra capita in *l. 36. D. de legat. III. l. 17. D. de fideicomm. libert. l. vlt. D. de his, quae vt indign.* extra quos tres locos notae iſtae, nudo CLAVDII nomine praefixo, Scaeuolae fragmentis ſparſim inſertae, citantur in *l. 38. D. de legat. II. l. 37. l. 41. D. de legat. III. l. 32. §. 1. D. de vſu et vſufr. leg. l. 15. l. 16. D. de alim. vel cibar. leg. l. 28. D. de liberat. legat. l. 77. §. vlt. l. 78. D. ad SC. Trebell. l. 59. §. 1. D. de manum. teſtam.*

Vnde

Vnde adparet, CLAVDIANAS iſtas notas Scaeuolae reſponſis ſumma breuitate ſubiectas fuiſſe. Idem TRYPHONINVS DISPVTATIONVM *libros vnum et viginti* ſcripſerat, ex quibus complura Pandectarum capita ſumta. Fit huius TRYPHONINI mentio in *l. vlt. D. de iure fiſci* et apud Lamprid. *in Alex. Cap. LXVIII.* vbi male TRYPHONIVS legitur. Hunc Imperatorum Seueri ac Antonini temporibus vixiſſe colligitur ex eo, quod *l. 39. D. de poen.* ait: *Ab Imperatoribus noſtris reſcriptum eſt.*

CLAVDIVS VENVLEIVS SATVRNINVS, iuriſconſultus, ſcripſit STIPVLATIONVM *libros XIX.* de ACTIONIBVS *libros X.* DISPVTATIONVM *libros VII*, de INTERDICTIS *libros VI*, de OFFICIO PROCOS. *libros IV*, PVBLICORVM, ſeu *de publicis iudiciis libros III.* de POENIS PAGANORVM *librum ſingularem*, ex quibus plura Pandectarum capita ſumta ſunt. CLAVDII SATVRNINI, Praetoris, meminit *l. 6. §. vlt. D. mandat.* Eum Antonini Pii temporibus vixiſſe, argumento eſt, quod Marcianus *l. 1. §. 2. D. quae res pign.* ait: *D. Pius* CLAVDIO SATVRNINO *reſcripſit.* Errant vtique, qui ab hoc VENVLEIO *Claudium Saturninum* diuellunt.

CLAVES arcae: *l. 1. C. de crim. expil. hered.* cellae: *l. 1. §. 21. D. de adquir. poſſ.* horrei: *l. 2. C. de peric. et commod. rei vend.* portarum: *l. 12. §. vlt. D. de re milit.* CLAVES magis domus portio, quam inſtrumentum ſunt. *l. 22. §. 24. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* CLAVIBVS traditis, ita mercium in horreis conditarum poſſeſſio tradita videtur, ſi CLAVES apud horrea traditae ſint. *l. 74. D. de contrah. emt.*

CLAVICARIVS, in *l. 1. C. de excuſat. artif.* id eſt, clauium artifex. ¶. 2. Sed et commentarienſium miniſtri, ſeu carcerum cuſtodes, his non diſſimiles, quos vulgo *Guichetiers* vocamus, CLAVICVLARII vocantur a Iulio Firmico *Lib. III. Matheſ. Cap. 6.*

CLAVSTRITIMVS pro carceris cuſtode, eadem forma dicitur, ac *aeditimus* pro eo, qui aedes tuetur. Gell. *Noct. Attic. Lib. II. Cap. 10.* Idem et CLAVSTARIVS. Gloſſae Cyrilli: CLOSTRARIVS, δεσμοφύλαξ. HEIN.

CLAVSTRVM. CLAVSTRA aedium, etſi aedibus non adfixa ſint: *l. 17. D. de act. emt. vend.* CLAVSTRA armariorum: *l. 52. §. vlt. D. de legat. III.* [CLAVSTRA carceris: *l. 2. C. de cuſtod. reor. l. 6. C. Theod. eod. tit.* CLAVSTRA carceralia: *l. 24. C. de poen. l. 23. C. Theod. eod. tit.* CLAVSTRA diſſoluimus: *l. 3. C. Theod. de indulg. crim.* Adhuc Reineſ. *Inſcr. Claſſ. I. 3. p. 13.*]

CLAVSVLAE nomen de cuiuslibet orationis parte, capite, ſcriptura, vſurpatur. Sic CLAVSVLA de bonorum poſſeſſione contra tabulas: *l. 1. §. 2. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* CLAVSVLA compromiſſi, qua de die proferendo cauetur. *l. 25. §. 1. D. de recept. arbitr.* CLAVSVLA de dolo malo: *l. 13. §. 5. D. de acceptilat. l. 19. D. rem rat. hab. l. 6. D. iudic. ſolu.* alias DOLI clauſula: *l. 22. l. 119. D. de verb. oblig. l. 4. §. 15. et 16. D. de dol. except. l. 17. l. 19. D. iudic. ſolu. l. 22. in fin. D. de re iud. l. 3. C. de recept. arb.* Sic autem iuriſconſulti adpellant eam ſtipulationis partem, qua, dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe, comprehendebatur. *l. 4. l. 121. D. de verb. oblig. l. 18. D. iudic. ſolu. l. 31. D. de recept. qui arbitr. l. 69. D. de verb. ſignif.* CLAVSVLA de *defendenda re:* in *l. 6. D. de procur.* alias: *ob rem non defenſam*, qua in iudicatum ſolui ſtipulatione, re non defenſa, quanti ea res erit, promittitur. *l. 3. §. vlt. l. 13. l. 17. D. iudic. ſolu. l. 15. D. de procur.* CLAVSVLA edicti: *l. 23. §. 3. l. 26. §. 9. D. quib. ex cauſſ. maior. l. 3. D. quod met. cauſſ. l. 9. pr. D. de edend. l. 5. §. 1. D. de legit. tut.* et apud Ciceron. *in Verr. III. Cap. 14.* CLAVSVLA generalis edicti: *l. 26. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* noua edicti CLAVSVLA, id eſt, nouum caput a Iuliano introductum: *l. 3. D. de coniung. cum emanc. lib.* CLAVSVLA de re iudicata, vel rei iudicatae, itemque ob rem iudicatam: *l. 6. l. 7. l. vlt. D. iud. ſolu. l. 20. D. de acceptil.* CLAVSVLA SCi: *l. 23. D. de hered. pet.* CLAVSVLA ſtipulationis: *l. 17. l. 19. D. iudic. ſolu.* CLAVSVLA de ſuſpectis tutoribus: *l. 1. D. de ſuſp. tut.* CLAVSVLA teſtamenti: *l. 13. D. de aur. arg. legat. l. 30. l. 31. D. de legat. I.* vbi etiam ſcriptura et adiectio adpellatur. CLAVSVLA de ventre in poſſeſſionem mittendo: *l. 6. D. de inoff. teſtam.* [Praetor per hanc CLAVSVLAM non interuenit. *l. 9. pr. D. de edendo.*]

CLAVSVRAS vel CLVSVRAS in *l. 2. §. 3. C. de offic. praef. praet. Afric. l. 4. C. de offic. magiſtr. offic l. vlt. C. de offic. magiſtr. milit.* Suida interprete, accipe ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων, vel, vt ex ore Curtii *Lib. III. Cap. 4.* loquar, *anguſtias, aditum quae regionum aperiunt.* [Haec vox quantum Iac. Cuiacio debeat, ex eius *Lib. III. Obſeru. Cap. 24.* liquet, cui nos quoque ſpicilegio aliquo opem feremus. Exſtat apud Caſſiodor. *Lib. II. Variarum.* Epiſtola Theodorici Regis *ad vniuerſos Gothos et Romanos, et eos, qui portubus et* CLVSVRIS *praeſunt.* Imp. Leo *in libro de bellico adpar. Cap. IX.* prout a Io. Chaeco Latine redditus eſt: *Praemitte ex tuis, qui aditus anguſtos, et minus patentes, quos* CLAVSVRAS *nominant, anticipent.* Nicetas *in Annalibus Lib. VI. p. 90.* προκαταλαμβάνει τὰς δυσχωρίας, αἳ κλεισοῦραι τοῦ Ζυβρίτζη κατονομάζονται. *In anguſtiis, quae* CLVSVRA *Zybritzae adpellantur, ſuas phalanges abdit.* Has et CLVSAS poſterioribus ſaeculis vulgus adpellauit. Luitprandus *Lib. I. Cap. 2. Quibusdam namque difficillimis ſeparata a nobis erat interpoſitionibus, quas* CLVSAS *nominat vulgus.* Et *Lib. V. Cap. 8. Praeceperat enim Rex* CLVSARVM *cuſtodibus, ne quempiam tranſire permitterent, niſi prius, quis eſſet, diligenti inueſtigatione inquirerent.* Sed et in *Annalibus Regum Francorum*, Pipini, Caroli, Ludouici, haec verba leguntur: *Reſiſtentibus Langobardis et* CLAVSTRA *Italiae tenentibus, ad ipſas montium anguſtias, quas* CLVSAS *vocant, acerrime pugnatum eſt.* Et alibi: *Coniunxerat autem ſe vterque exercitus ad* CLVSAS. Rurſusque alio loco: *Hoc ſentiens Deſiderius, ſtatim* CLVSAS *reliquit.* CLAVSVRAS tamen Chronicorum eiusdem temporis auctor dixit illo loco: *Haiſtulfo rex Langobardorum ſupra dictam ruſtitiam contradicendo, Thermopylas, id eſt,* CLVSVRAS *Longobardorum petit.*] Sed talia, ex medii aeui ſcriptoribus depromta, multo pleniore manu ſeuerunt Voſſius *de vit. ſermonis* et Car. du Freſne *in Gloſſar. med. et inf. Latin.* qui ab iis, qui talia plura quaerunt, omnino ſunt adeundi. HEIN.

CLAVVS. CLAVI aurei et purpurei, pars veſtimentorum, *l. 10. §. 3. D. de aur. arg.* vbi ex Pomponio adiicit Vlpianus: *Etſi non ſunt*

CLA.

CLAVI *veſtimentis conſuti: tamen veſte legata contineri.* Idem Vlpianus *l.* 23. §. *1. D. eod. tit.* CLAVI, *qui veſtibus inſuuntur.* CLAVI ergo, alii ex *auro*, alii ex *purpura*, veſtibus inſuebantur. Quinctilian. *Lib. VIII. Cap. 5. Vt adfert lumen* CLAVVS *purpurae, loco inſutus.* Soſipater *Lib. I. Inſtit. grammatic.* CLAVVM exponit *impurpuratam veſtem*, ἐμπόρφυρον ἐσθῆτα, καὶ ἔνηλον. Et inde COCCO CLAVATA *mantilia*, dixit Lamprid. *in Alexandr. Cap. XXXVII.* Et *auro* CLAVATAM *tunicam.* Vopiſc. *in Bonoſo. Cap. XV.* ¶. 2. CLAVORVM porro alii LATI erant, alii ANGVSTI. Varro *Lib. VIII. de lingua Lat. Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuat, vt altera plagula ſit* ANGVSTIS CLAVIS, *altera* LATIS, *vtraque pars in ſuo genere caret analogia.* Sueton. *in Auguſto Cap. XXIII. Togis neque reſtrictis, neque fuſis*: id eſt, CLAVO nec LATO, nec ANGVSTO. CLAVO autem LATO ſenatores; ANGVSTO equites vtebantur. Inde eſt, quod ait Lamprid. *in Alexandro Cap. XXVII. Tum ſatis eſſe conſtituit, vt equites Romani a Senatoribus* CLAVI *qualitate diſcernerentur.* Proinde Ouidius, in equeſtri ſe ordine manſiſſe ſignificans, *Lib. IV. Triſt. eleg. 9.*

Curia, ait, *reſtabat, CLAVI menſura coacta eſt.* Hinc LATO CLAVO ab Imperatore honorari, apud Vlpian. *Fragm. VII. §. 1.* eſt, Senatorii ordinis inſignibus honorari, quo genere loquendi: LATVM CLAVVM *a Caeſare* impetrare, dixit Plin. *Lib. II. Epiſt. 9.* LATVM autem CLAVVM *latiorem* Plinius *Hiſt. nat. Lib. IX. Cap. 39.* et *maiorem*, Statius *Libro III. Silu.* 2. *purpuram latiorem* Iuuenal *Sat. II.* Herodianus vero *Lib. III. Cap. 11.* vbi de Plautiani honoribus agit, πλατύσημον ἐσθῆτα adpellat. Hinc LATICLAVII, qui latum clauum geſtabant, apud Sueton. *Aug. Cap. XXXVIII.* et *in Neron. Cap. XX.* Addimus, de CLAVO, tunicisque *laticlauiis*, et *anguſticlauiis*, ex inſtituto egiſſe Claud. Salmaſium *ad Script. Hiſtor. Aug. p. 510.* et Octau. Ferrar. *de re veſtiar. Rom. Part. I. Lib. III. Cap. 12. p. 206.* vbi et Scaliger, et Cuiacius, notantur, qui clauos veſtibus non conſutos, ſed humeris inditos in pectus vsque demiſſos fuiſſe exiſtimant. Eos ſane vel Vlpianus *l. 23. §. 1. D. de aur. arg.* in viam reuocare potuiſſet, qui expreſſe CLAVORVM, *veſtimento inſutorum*, meminit. Sunt ergo *lati*, et *anguſti* CLAVI purpurae vel auri ſegmenta, variae figurae, quae tamquam emblemata veſtibus, ornatus cauſſa, inſuebantur. HEIN. ¶. 2. CLAVVS etiam gubernaculum eſt. CLAVOS ex naufragio auferre. *l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. naufr.* Recte autem Vlpianus, vel potius SC. Claudianum plurium CLAVORVM, vel vnius ex his, meminit. Veterum enim naues plures habuiſſe clauos, plura gubernacula, infra ad vocem GVBERNACVLVM, notabimus. HEIN. ¶. 3. CLAVVS et morbis adnumeratur. *l. 12. D. de Aedilit. edict.* Sic autem a medicis adpellatur calloſum tuberculum album, rotundum, capiti clauorum non abſimile, quod toto quidem corpore, praecipue tamen pedum plantis, digitisque innaſcitur, doloremque gradum mouentibus gignit. Cornel. Celſus *Lib. V. Cap. 28.* CLAVVS *autem non nunquam etiam alibi, ſed in pedibus tamen maxime naſcitur, praecipue tamen ex contuſo: quamuis interdum aliter: doloremque, etiamſi non alias, tamen ingredientibus mouet.* Ἧλον *Graeci eadem ratione et loquendi figura dicunt.* Plinius *Lib. XXI. Cap. 29.* de lilii radicibus: *Propter* CLAVOS *pedum in vino decoquuntur.* CLAVIS pedum remedia demonſtrat idem auctor *Lib. XX. Cap. 3. Lib. XXI. Cap. 20. Lib. XXIV. Cap. 6. Lib. XXVIII. Cap. 16. Lib. XXXI. Cap. 9.* Huius doloris impatientia Silium Italicum vitam inedia finiſſe, Plinius *Lib. III. Epiſt.* 7. ita ſcribit: *Erat illi natura inſanabilis* CLAVVS, *cuius taedio ad mortem, irreuocabili conſtantia, decucurrit, vsque ad ſupremum diem beatus.*

CLE.

CLEMENTIA mea. *l. 1. C. Th. de temp. curſ. l. 3. l. 5. C. Theod. de indulg. deb.* CLEMENTIA noſtra: *l. 1 C. de ſumm. trinit.* CLEMENTIA principalis. *l. 1. C. de iis, qui ven. aetat.*

[CLERICATVS, collegium clericorum *l. 16. C. de epiſc. et cler.*]

CLERICOS interpretantur Imperatores eos, qui diuino cultui miniſteria religionis impendunt. *l. 2. C. Theod. de epiſc. et cler.* Quo nomine comprehendi omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt, veluti *oſtiarios, pſalmiſtas, lectores, exorciſtas, acoluthos, ſubdiaconos, diaconos, preſbyteros*, Iſidor. *Lib. VII. Orig. Cap. 12.* tradit, Iuſtinianus etiam *Nouell. CXXIII. Cap. 19.* τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἀναγνώστας, καὶ ψάλτας, οὓς πάντας κληρικοὺς καλοῦμεν. *Preſbyteros, et diaconos, et ſubdiaconos, et lectores, et pſalmiſtas, quos omnes* CLERICOS *adpellamus.* Quorum eccleſiaſticorum ordinum fit mentio *l. 6. C. de epiſc. et cleric.* [CLERICI nihil commune cum publicis actibus, vel ad curiam pertinentibus, habeant. *l. 42. pr. C. Theod. de epiſc. et cleric.*]

CLERVS. Ita Suidas dici ait σύστημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων, *ordinem diaconorum et preſbyterorum.* Sed paullo latius, pro omnibus clericis, accipi id vocabulum videtur, in *l. 13. C. de ſacroſ. eccleſ.* HEIN.

CLI.

CLIBANARII, in *l. 9. C. Theod. de annon. ciu.* et apud Eutrop. *Lib. VI. Cap.* 7. ſunt equites cataphracti. Et ita verbum hoc accipiendum in *Notitia Imperii Rom.* in qua quum Magiſtri militum praeſentalis diſpoſitio recenſetur, inter vexillationes *Equites clibanarii*, Parthi et Perſae, numerantur. Ex quarum nationum lingua in Latium, verbum CLIBANARIORVM inuectum, exiſtimo, adductus loco Lampridii *in Alexandro Cap. LV. Centum et viginti Equitum millia fudimus, cataphractarios, quos illi* CLIBANARIOS *vocant, decem millia in eo bello interemimus.* CLIBANARIORVM autem equitum deſcriptionem habemus apud Ammianum Marcellin. *Lib. XVI. Cap. 16.* et Suidam *in voce* Θώραξ. Reperitur hoc verbum et apud Veget. *Lib. III. Cap. 6.* vbi ita eſt: *Et bini cataphracti equi iungebantur ad currum, quibus inſidentes* CLIBANARII *ſariſſas, hoc eſt, longiſſimos contos, in elephantos dirigebant.* CLIBANARIOS autem περιφραστικῶς Claudianus ita deſcribit *Lib. VI. de conſulatu Honorii.*

Vt chalybe indutos equite, et in aere latentes
Vidit cornipedes, quanam de gente, rogabat,
Ferrati venere viri? Quae terra metallo
Naſcentes informat equos? Nunc Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro.

Recte Briſſonius noſter ex aliqua gentium orientali-

um lingua in Latium inuectum eſſe hoc vocabulum, ſuſpicatur. Id enim praeter Lampridium, et Ammiann. Marcellin. *Lib. XVI. Cap. 16.* confirmat, his verbis: *Sparſique cataphracti equites*, *quos* CLIBANARIOS *dictitant Perſae.* Et ſane Bochartus *in Phaleg Lib. III. Cap. 13. p. 191. Tomo I. Op.* oſtendit, equitem cataphractum Chaldaeis fuiſſe גלבנר *gilbanar*, a גלבא, *ferri ſquama*, ſeu *lamina.* Squamata enim fuiſſe illa equitum et equorum tegumenta, praeter Ammian. Marcellinum ibid. docet Heliodor. *in Aethiop. Lib. IX. Cap. 25. p. 443.* HEIN.

CLIBANVS, thoracem, quo pectus tegitur, ſignificat, vt ex Latina interpretatione *libri* Imp. Leonis *de bellico adparatu Cap. VI.* patet. Auctor etiam libelli *de rebus bellicis*, qui *Notitiae Imp. Rom.* ſubiicitur, de thoracomacho agens: *Hoc enim*, ait, *veſtimenti genus*, *quod de coactili ad menſuram et tutelam pectoris humani timoris ſollicitudo*, *ſollertia magiſtra*, *compoſuit*, *vt hoc inducta primum lorica*, *vel* CLIBANVS, (ſic enim emendandum eſt,) *aut his ſimilia fragilitatem corporis ponderis aſperitate non laederet.* CLIBANVM autem ferreum fuiſſe pectoris tegumen, oſtendit Macarius *Homil. XVII.*

CLIENS. Ita liberi homines dicebantur, qui ſe ad potentiorem aliquem adplicabant, vt eius patrocinio defenderentur, protegerenturque, de quorum origine vid. Dionyſ. Halicarn. *Lib. II. p. 84.* Plutarch. *in Romulo p. 24.* qui patronos προςάτας, clientes πελάτας vertit. Fit horum mentio in *l. 3. D. de vſu. et habit. l. 5. §. 1. D. de his*, *qui effud. vel deiec. l. 3. §. 6. D. de pen. leg. l. 89. D. de furt. l. 7. §. 2. D. de capt. et poſtl. l. 3. C. de nouat.* Gell. *Lib. V. Cap. 13.* *Conſtabat ex moribus populi Romani*, *primum iuxta parentem tenere pupillos debere*, *fidei tutelaeque noſtrae creditos: ſecundum eos proximum locum* CLIENTES *habere*, *qui ſe itidem in fidem patrociniumque noſtrum dederunt.* ¶. 2. CLIENTES etiam dicuntur, quorum cauſſam patrocinio noſtro tuendam ſuſcipimus. *l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Ouid. *Lib. I. Amor. v. 88.*

Qui modo patronus, *iam cupit eſſe* CLIENS.

Idem *Lib. III. de arte amandi v. 532.*

Facundus cauſſam ſaepe CLIENTIS *agit.*

Symmach. *Lib. V. Epiſt. 178. Nunc illa* CLIENTVM *turba omnis fortuito inſultet errori.* Seru. *ad Virg. Aen. VI. verſum 609. Aut fraus innexa* CLIENTI, eos *ſuo tempore* SVSCEPTOS *vocatos eſſe*, *obſeruat.* B. Auguſtin. *Epiſt. LIX. Antiſtites*, *velut aduocati*, SVSCEPTOS *ſuos per manus impoſitionem miſericordiſſimae offerunt poteſtati.* Saluian. *Lib. V. de gubernat. Dei: Quaerunt auxilia*, *et patrocinia maiorum. Nihil* SVSCEPTIS, *ſed ſibi.*

CLIENTELA. In CLIENTELAM quem ſuſcipere. *l. 1. C. vt nemo ad ſuum patroc. ſuſcip.*

CLIVOSVS. CLIVOSA via. *l. 2. §. 32. D. ne quid in loc. publ.*

CLIVVS Capitolinus. *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquil.* et apud Ciceron. *Philipp. II, 7.* et *Lib. II. ad Attic. Epiſt. 16.* Aſconius *in Milon. Cap. XXIV.* Cn. Manlius, Tribunus plebis quum per tumultum ageret, et CLIVVM Capitolinum obſideret. Ἄνοδον τὴν εἰς τὸ Καπιτώλιον φέρουσαν. *adſcenſum*, *quo in Capitolium itur*, vocat Dionyſ. Halicarnaſſ. *Lib. VI. p. 341.* ¶. 2. Ceterum crebro in libris noſtris haec conditio in formulo occurrit: SI IN CAPITOLIVM ADSCENDERIT, quae Capitolium excelſo et edito loco ſitum fuiſſe, ſatis indicat. Vnde *alta* CAPITOLIA Lucan. *Lib. IX. v. 73.* et Silius Ital. *Lib. XII. bell. Pun.* vocant. nec non et CAPITOLIVM *ſcandere* inuenies. Plin. *in Panegyric. Cap. V. Tibi adſcendenti de more Capitolium.* Lamprid. *in Alex. Cap. XLIII. Capitolium ſeptimo die*, *quum in vrbe eſſet*, *adſcendit.* ¶. 3. CLIVOS facere. *l. 20. §. 1. D. de ſeruit. vrb. praed.*

CLO.

CLOACA, locus concauus, per quem colluuies defluit. *l. 1. D. de cloac.* Vetus Gloſſarium: CLOACA *eſt locus*, *in quo defluunt ſordes.* Victorinus *de Orthographia: Non eſt* CLOACA, *vt putatis*, *ſed* CLVACA, *quaſi conluaca.* Dionyſ. Halic. *Lib. III. p. 200.* cloacas ὑπονόμους vocat, interpretaturque τάφρους, δι' ὧν ἐπὶ τὸν τίβεριν ὀχέτευται πᾶν τὸ συῤῥέον ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ. *Foſſas*, *quibus in Tiberim deriuatur*, *quidquid ex viis confluit.* De CLOACIS autem vrbis Romae vide Liuium. *Lib. V. Cap. 55.* Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 15.* Caſſiodor. *Lib. III. Var. Cap. 30.* Eas primum fecit Tarquinius Priſcus, vt cum Liuio *Lib. I. Cap. 38.* auctor eſt Eutrop. *Lib. I. Cap. V.* ¶. 3. CLOACAM ducere et immittere iuriſconſulti dicunt. *l. 1. §. 8. D. de cloac. l. 2. §. 26. D. ne quid in loco publ. l. 7. D. de ſeruit.* Liu. *Lib. V. Cap. 55. Ea cauſſa eſt*, *vt veteres* CLOACAE, *primum per publicum ductae*, *nunc priuata ſubeant tecta.* Idem *Lib. I. Cap. 38. Aquas* CLOACIS *e faſtigio in Tiberim ductis*, *ſiccat.* CLOACAE immittendi ius: *l. 7. D. de ſeruit.* In CLOACAM demitti ſolitus ſeruus. *l. 54. §. 1. D. de act. emt. vend.*

CLOACARIVM tributum, quod cloacarum purgandarum cauſſa infertur. *l. 27. §. 3. D. de vſufr. l. 39. §. 5. D. de legat. I.* Ad CLOACARVM autem purgationem olim his, qui diu poena functi erant, vſos, Traiani epiſtola ad Plin. *Lib. X.* oſtendit.

CLV.

CLVSOS, pro CLAVSIS. CLVSA arca: *l. 26. D. depoſ.* CLVSIS horreis: *l. 1. §. 21. D. depoſ.* CLVSIS tabulis: *l. 3. C. de iur. delib. l. 25. §. 6. D. de adquir. vel omitt. hered.* CLVSVM templum: *l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul.* CLVSOS in SC. Silaniani tractatu quomodo accipere debeamus, vide in *l. 3. §. 6. D. ad SC. Silan.*

CLY.

CLYPEI verbo, in *l. 5. §. 12. D. qui effud. vel deiecerint.* imago ſignificatur. Illic enim pictor in pergula CLYPEVM, vel tabulam, expoſitam habuiſſe proponitur. Quae vocis huius ſignificatio a Cornelio Frontone et a Soſipatro adnotata eſt. Fontes vero, ex quibus huiusce ſignificationis origo manauit, Plinius aperit *Lib. XXXV. Cap. 3.* his verbis: *Scutis enim*, *qualibus apud Troiam pugnatum eſt*, *continebantur imagines. Vnde et nomen habuere* CLYPEORVM: *non*, *vt peruerſa grammaticorum voluit ſubtilitas*, *a* CLVENDO. *Origo plena virtu-*

tis

tu faciem reddi cuiusque in ſcuto, qui vſus illo fuerit. Liu. *Lib. XXXXI. extr.* *Et duodecim* CLYPEA *aerata ab Aedilibus Curulibus, P. Claudio et Ser. Sulpicio ſunt poſita* Sueton. *in Domit. Cap. vlt.* *Scalas etiam inferri,* CLYPEOS*que et imagines eius coram detrahi.* Trebellius Pollio *in Claud. Cap. III.* *Illi* CLYPEVS *aureus, vel, vt grammatici loquuntur,* CLYPEVM *aureum, ſenatus totius iudicio, in Romana curia collocatum eſt.* Vetuſtae gloſſae: CLYPEVM, *vbi imagines proponuntur.* Beda *de orthographia:* CLYPEVS, *maſculino genere in ſignificatione ſcuti ponitur. Neutrali autem, imaginem ſignificat. Sed auctoritas variat.*

CLYSTERE medicamentum alicui infuſum, proponit *l. 9. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Quo loco CLYSTER eſt inſtrumentum, quo medicamentum iniicitur: quod Galeni temporibus fuiſſe veſicam, cui cornea vel alterius materiae fiſtula recta, et fracta ad finem adnexa erat, ex multis eius auctoris locis colligi, ferunt. Eius certe vſum homines ab Ibi, Aegyptia volucre, didiciſſe, idem Galenus *in Introductor.* et Plin. *Lib. VIII. Cap. 27.* tradunt.

COA.

COACERVARE ſummas maiores et minores: *l. 36. D. de mand.*

COACERVATIO ſummarum. *l. 11. D. de iuriſdict.*

COACESCERE. Sic COACVISSE dicitur vinum. *l. 85. D. de legat. III.*

COACTILIA, de quibus in *l. 25. §. 1. D. de aur. arg. leg.* noſtris pheltris fuiſſe non abſimilia, putarat. Et erant ſane ex lanis per ſe coactis facta veſtimenta et tegumenta, aut, vt Caeſar *Lib. III. de bello ciuili Cap. 44.* loquitur, *ex ſubcoactis.* Auctor *libelli de rebus bellic. ad Theodoſium,* quum de thoracomacho agit: *Hoc enim* inquit, *veſtimenti genus, quod de* COACTILE *ad menſuram et tutelam pectoris humani conficitur de mollibus lanis, timoris ſollicitudo, ſolertia magiſtra, compoſuit.* Hinc

COACTILITIA, vel, vt quaedam editiones habent, COACTILIARIA *taberna*, quam in Liguria patrem Heluii Pertinacis exercuiſſe, legimus, apud Iul. Capitolin *in Pertinace Cap. III.* ☞ Plura de COACTILIBVS habet Cuiac. *Obſeru. V, 11.* At fruſtra Briſſonius noſter ad COACTILIA referre videtur tabernam COACTILITIAM, vel COACTILIARIAM. Legendum enim potius COCTILITIAM, vt oſtendit V. C. Claud. Salmaſius. Ea enim taberna non *coactilibus*, ſed *coctilibus lignis* inſtructa fuit, id eſt, lignis *ἀκάπνοις* ita praeparatis, vt fumum non darent. Argumento eſt, quod ipſe Iulius Capitolin. *in Pertinace Cap. I.* Pertinacis patrem *lignariam negotiationem* exercuiſſe, ſcribit. De lignis COCTILIBVS, vel *ἀκάπνοις* videndi Iſ. Caſaub. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 104.* Claud. Salmaſ. *ad eosdem p. 125. et 517.* Barth. Barrient. *Adnot. Silu. Cap. XVI.* HEIN.

COACTOR argentarius: *l. 40. §. 8. D. de ſtatulib.* et apud Horat. *Lib. I. Sat. 6. v. 88.* ad quem locum vetus interpres: COACTORES, ait, *mercenarii erant eorum, qui habebant argentariam.* COACTORES *etiam dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogunt, qui et* COLLECTARII *nominantur.* Hinc et COACTIONES *argentarias factitare*, dixit Sueton. *in Veſpaſ. Cap. I.*

COACTVS, nota ſignificatione. COACTVS metu: *l. 10. §. 1. D. quod met. cauſſ. l. 21. §. vlt. D. eod.* COACTVS per vim: *l. 1. C. de reſc. vendit.* COACTVS volui: *l. 21. §. 5. D. eod.* ¶. 2. COACTVM, collectum, vel congregatum. COACTIS hominibus: *l. 195. §. vlt. D. de verb. ſign.* COACTI fructus: *l. 27. §. 1. D. de inſtruct. et inſtrum. leg.* COACTIS vindemiis: *l. 7. §. 1. D. ſolut. matrim.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* *Vt quum quid eſſet* COACTVM *in publicum, ſi erat auerſum.*

COADVNARE. Sic COADVNATAE ſummae in vnum. *l. 9. §. vlt D. de pact.* Sic et: licitis honeſtisque lucris aliquid COADVNARE: *l. 7. C. de adſeſſ.* publice turbis COADVNATIS: *l. 4. C. de ſumm. Trinit* omnibus in vnum COADVNATIS. *l. 8. C. qui bon. ced. poſſ.* HEIN.

COAESTIMARE, ſimul aeſtimare. Celſus *l. 67. §. 1. D. de furt.* *Furti actione hoc quoque* COAESTIMABITVR. HEIN.

COALESCERE dicitur planta, arbor, cruſtaue agri, quae in fundum radices immittit, et quaſi vnitatem cum terra facit. *l. 5. §. pen. D. de rei vind. l. 8. l. 26. §. 1. D. de adqu. rer. dom. l. 9. §. 2. D. de damn. inf.* Concha etiam COALESCERE dicitur. *l. 19. §. pen. D. de aur. arg.* COALESCERE vitis in fundo. *l. 21. §. vlt. D. quod vi aut clam.* ¶. 2. COALESCERE *μεταφορικῶς* pro gliſcere, incrementum capere. Non ſinant crimina impunita COALESCERE. *l. 6. C. de defenſ. ciuit.* HEIN.

COANGVSTARI dicitur aqua: *l. 1. §. 15. D. de flum.* lex interpretatione COANGVSTATVR. *l. 122. D. de verb. ſignif.*

COARCTARE, vel, vti in Florentinis plerumque ſcriptum COARTARE. *l. 2. D. de oper. libert.* COARTABITVR tua pars: *l. 35. D. mand.* [Ad ſolutionem debiti quem COARTARE: *l. vn. in fine princ. C. de ſuffrag.* COARCTARE iuueniles calores. *l. 8. §. 5. verſ. filiis autem C. de bon. quae lib.*

COARCTATA via. *l. 2. D. ne quid in loc. public.*

COC.

COCCVM, in *l. 70. §. pen. et vlt. l. 78. §. 3. D. de legat. III. l. 18. §. 1. D. de Aedil. edict.* Plin. *Lib. IX. Cap. 41.* COCCVM *Galatiae rubens granum, vt dicimus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniae, in maxima laude eſt.* Idem *Lib. XXII. Cap. 2.* *Atque vt ſileamus Galatiae, Africae, Luſitaniae granis,* COCCVM *imperatoriis dicatum paludamentis, Tranſalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit.* Vid. plura *Lib. XVI. Cap. 8.* Meminit et Strabo *Lib. XVII. p. 1179. edit. nou.* Eſt et apud Dioſcoridem *lib IV.* caput *περὶ κόκκυ βαφικῆς*, vbi quod de Siculis mulieribus ſcribit, *τῷ ςόματι ἀναλέγυσαι*, non ſic accipiendum eſt, quaſi ore coccum *legant*, ſed *ori*, ſeu *oris gratia*, eius nimirum fucandi oblinendiue cauſſa.

☞ COCHLEARIA, vaſis argenteis legatis adnumerantur a Paullo, *Sentent. III, 11, 86.* HEIN.

COCINATORIVM inſtrumentum, pro coquinario. *l. 19. §. 12. D. de aur. arg. leg.* Eodem ſenſu

COCITATORIA vaſa. *l. 6. D. de penu* ☞ *leg.* Hoc poſterius analogiae magis conuenire putant, quam prius *cocinatoria.* A verbo enim *coquo* eſt frequentatiuum *coquito*, vel *cocito*: quo Plautum vſum eſſe, docet Feſtus *in* COQVITARE. Ab huius ſupino *cocitatum* fit COCITATORIVS. Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. VII. Cap. 8.* At veteres etiam vſi ſunt COQVINARE pro *coquere*, veluti Plaut. *in Pſeudol. Act. III. ſcen. 2. v. 64.* *An tu* COQVINATVM *te ire quoquam poſtulas!* Ab huius vero verbi ſupino aeque ἀναλογικῶς dici potuit vas COQVINATORIVM. *Vaſa* tamen COQVINARIA maluit Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 11.* HEIN.

COCTILIA ligna, id eſt, ita cocta et igne exſiccata, vt ſint ἀκάπνα et fumum non emittant, Vlpiano *l. 55. §. 7. D. de legat. III. ligna* COCTA, *vt fumum non faciant.* Vid. ſupra COACTILITIA.

COD.

CODEX Ita vt Varro *Lib. III. de vita populi Romani* apud Nonium ſcribit, antiquitus *plures tabulas coniunctas* dicebant. A quo in Tiberi naues CODICARIAS adpellabant. vid. ſupra in CAVDICARIVS. Seneca quoque *in libro de breu. vitae Cap. XIII. plurium tabularum contextum* CODICEM apud veteres dictum, ſcribit, et inde publicas tabulas CODICES dici. Sic TABVLAE in pluribus CODICIBVS ſcriptae. *l. 3. §. 1. D. de tab. exhib.* [in duobus CODICIBVS ſimul ſignatis alios atque alios ſcribere heredes. *l. 1.* ☞ *§. 6. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul.*] CODICES erant quadrata, vel quadrangula forma, vt docet Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 377.* vbi etiam obſeruat, codicis triangularis meminiſſe Euſthat. *ad Dionyſ. Perieget. p. 36.* Et hinc dubitatum, an, libris legatis, et CODICES deberentur? Libri enim ſtricte ſumti erant *volumina*, quae in ſe conuoluebantur. Sed quia vulgari loquendi vſu omnia, quibus quid inſcribebatur, quacumque forma eſſent, *libri* et βιβλία dici ſolebant: obtinuit, vt et codices *librorum* numero comprehenderentur. *l. 52. pr. D. de legat. III.* Paull. *Sent. III, 4, 87.* HEIN. ¶. 2. Hinc CODICES argentariorum: *l. 9. §. pen. D. de edendo l. 88. D. de ſolut. l. 45. D. de iudic.* CODICES chartacei, eborei, membranei, vel alterius materiae: *l. 52. D. de legat. III.* CODICES numulariorum: *l. 9. §. 2. D. de edend.* Iuuenal. *Sat. VII. v. 110.*

Qui venit ad dubium grandi cum CODICE *nomen.*

CODICES rationum: *l. 10. §. 1. D. eod. tit.* In CODICE ſcriptum chirographum. *l. 5. §. 8. D. commodat.* ¶. 3. Proprie volumina conſtitutionum Imperialium CODICES adpellarunt, quorum tres ante Iuſtinianeum fuiſſe, GREGORIANVM, HERMOGENIANVM et THEODOSIANVM, docet *l. vn. de Iuſtin. Cod. confirm.* et *Epiſtola de nouo Cod. fac.* Iſidor. *Orig. Lib. V.*

CODICILLI, a codicibus ὑποκοριστικῶς ducti ſunt. Itaque CODICILLOS et pugillares pro eodem ponit Catullus *in Epigr. XLIII. v. 5. et 11.*

Eos ſemper pluratiuo numero proferri, ait Caius in *l. 188. D. de verb. ſignif.* CODICILLVM tamen et numero ſingulari dicunt Imperatores. *l. 7. C. Theod. de bon. matern.* et *l. 40. C. Theod. de haeret.* Accipiuntur vero CODICILLI cum pro omnibus ſcriptionibus, tum et pro epiſtulis. Cic. *Lib. IV. ad famil. Epiſt. 12.* et *Lib. VI. Epiſt. 18.* Sueton. *Calig. Cap. LV.* Maxime vero eo nomine veniebant litterae, quae a praeſentibus ad praeſentes mittebantur. Hinc Seneca *Epiſt. LV. Video te, mi Lucili, cum maxime audio: adeo tecum ſum, vt dubitem, an incipiam non* EPISTOLAS, *ſed* CODICILLOS, *tibi ſcribere.* Quae eſt elegans obſeruatio Lipſii *Inſtit. Epiſtol. Cap. II.* HEIN. Hinc ¶. 2. et CODICILLOS vocabant eam ſcripturam, qua quis vltimam ſuam voluntatem mandabat, non tantam ſollemnitatem deſiderantem, quantam teſtamentum. Quae et *a teſtato*, et *ab inteſtato* confici poteſt. Theophilus ſic definit: Κωδίκελλός ἐστιν ἐλλιπὴς ἐν διαθήκῃ γνώμης τεστάτωρος ἀναπλήρωσις. CODICILLI *ſunt relictum a teſtatore, voluntatis, teſtamento expreſſae, ſupplementum* Moſchopulus vero, Latinae linguae non admodum peritus, *in libro περὶ σχεδῶν κωδίκελλον, διόρθωσιν τῆς διαθήκης*, CODICILLOS, *teſtamenti emendationem*, explicat. Vetus Gloſſarium: CODICILLI *ſunt codices parui, in quibus, qui teſtamentum facere nolunt, aliqua neceſſitate impediti, vltima voluntate de rebus ſuis diſponunt.* ¶. 3. Hinc CODICILLI cerati: *l. 52. D. de legat. III.* CODICILLI confirmati: *l. 31. D. de legat. I. l. 39. l. 41. §. 2. D. de legat. III.* Vlpian. *Fragm. tit. XXV. §. 11.* id eſt, teſtamento confirmati, vt *l. 43. D. de manumiſſ. teſtam. l. 18. D. de ann. legat. l. 18. in fin. D. de milit. teſt.* Vlpian. *Fragm. tit. II. §. 12. et tit. XXIV. §. 19.* Plin. *Lib. II. Epiſt. 16.* quod fiebat in hunc modum: CODICILLOS, QVOS POSTEA FECERO, VALERE VOLO: *l. 6. §. 2. l. 8. §. vlt. D. de iure codicill.* vel aliis verborum figuris, quas *Lib. VII. de formul. Cap. 149. p. 639.* expoſui. CODICILLI facti, *l. 27. pr. §. 1. D. de legat. III.* ab herede: *l. 77. D. de legat. II.* ad omnes heredes ſcripti: *l. 33. §. vlt. D. de legat. II.* ad filium: *l. 14. D. de iure codicill.* ab inteſtato: *l. 16. D. de iur. codicill.* ad certam perſonam ſcripti: *l. 37. §. 2. D. de legat. III.* CODICILLOS ad teſtamentum factos, teſtamento ſuperadditos interpretor, vel, vt *l. 1. C. de codicill.* loquitur, ad teſtamentum pertinentes. *l. 36. D. de teſtam. milit. l. 8. §. 2. D. de transact. l. 5. §. 14. D. de his, quae vt indign. l. 16. D. de iur. codicill.* CODICILLIS ſcriptis. *l. 18. D. de condit. inſtitut.* ¶. 4. CODICILLI etiam accipiuntur pro diplomatis et litteris, quibus honores mandantur. *l. 41. D. de excuſat. l. 1. C. vt omnes iudic. l. 12. C. de dignit. §. 4. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu.* Sueton. *in Claud. Cap. XXIX.* Auctor *dialogi de cauſſ. corr. eloqu. Cap. VII. Quod ſi non in alio oritur, nec in* CODICILLIS *datur.* Arrian. *Epictet. Diſſ. Lib. III. Cap. 7.* Ἀλλὰ καὶ κριτής εἰμι τῶν ἑλλήνων· εἶδας κρίνειν; τίς σε ἐποίησεν εἰδέναι; Καῖσάρ μοι κωδίκελλον ἔγραψε. *At ſum ego Graecorum iudex. Scisne iudicare? Quis, quaeſo, te eam ſcientiam docuit? Caeſar mihi* CODICILLOS *ſcripſit.* Macar. *homil. XXXIX.* Ὥσπερ βασιλεὺς, γράψας ἐπιστολὰς οἷς βούλεται Κωδίκελλους καὶ δωρεὰς ἰδίας χαρίσασθαι, σημαίνει πᾶσιν· ὅτι ταχέως σπουδάσατε ἐλθεῖν. *Quemadmodum Caeſar, ſcribens epiſtolas, iis, quibus* CODICILLOS *vel munera daturus eſt, omnibus ſignificat, vt quam celerrime*

COD. COE.

rime ad ſe venire feſtinent. Sidonius Apollinar. *Lib. I. Epiſt. vlt. Ad Gallias adminiſtrandas, faſcibus prius, quam* CODICILLIS, *auſus accingi.* Gregor. Turonenſ. *Lib. II. Cap. 9. Quum autem Aſterius* CODICILLIS: *imperialibus patriciatum ſortitus eſſet.* ¶. 5. Sic CODICILLORVM adeptio: *l. 1. Cod. Theod. de praeſ. praetor.* CODICILLORVM inſignia: *l. 1. C. Theod. ad leg. Iul. repet.* CODICILLI clariſſimatus: *l. 80. C. Theod. de decur.* conſulares: *l. 23. C. Th. de praet. et quaeſt.* honoratii: *l. 4. C. Th. de primicer. l. 1. l. 4. C. Theod. de codicill. honor. l. 16. C. Theod. de metat. l. 1. C. Theod. de oblat. eqnor. l. 41. l. 74. C. Theodoſ. de decnrion.* imaginarii: *l. 8. C. Theod. de honor.* nauiculariorum: *l. 15. C. Theod. de nauicul.* perfectiſſimatus: *l. 5. C. Theod. de perfectiſſ. dignit.* praetorii: *l. 23. C. Theod. de praetor. et quaeſtor.* proconſulares: *l. 5. l. 7. l. 8. C. de honorar.* ſenatorii. *l. 74. C. Th. de decur.*

COE.

COELEBS, vide ſupra: CAELEBS.

COELVM vide ſupra, in CAELVM.

COEMTIO, ſullennis matrimoniorum contrahendorum ritus erat, cuius Cicero *de Orat. Lib. I. Cap. 56.* pro Flacco *Cap. XXXIV. pro Muraena Cap. XII.* meminit, itemque Seru. *in I. Georg. v. 31.* et *in VII. Aen. v. 424.* Iſidor. *Orig. Lib. V. Cap. 34.* Boeth. *in Topica Ci. Cap. III.* COEMTIO, ait, *certis ſollemnitatibus peragebatur, et ſeſe* COEMENDO, (ſic enim lego,) *inuicem interrogabant. Vir ita: An ſibi mulier materfamilias eſſe vellet? Illa reſpondebat: velle. Itaque mulier viri conueniebat in manum, et vocabantur hae nuptiae per* COEMTIONEM. *Et erat mulier materfamilias viro loco filiae.* Quamobrem et ſuorum heredum loco habebantur vxores coemtae, vt Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 14.* tradit, et in ios, manum poteſtatemque viri cum capite fortunas ſuas transferebant, vt Cicero *Topic. Cap. III.* oſtendit.

COEMTOR apud Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 5.* dicitur fiduciarius pater, quoniam cum patre naturali vna emit. Immo, qui a patre emit filium mancipatumque accipit, is eſt PATER FIDVCIARIVS: pater naturalis, qui eumdem, interpoſita fiducia, remancipatum accipit, COEMTOR eſt Vlpiano, ceu recte *ad eum §.* notauit Cuiacius. Et hanc interpretationem ipſa verba Vlpiani flagitant. Ait enim: *Qui liberum caput, mancipatum ſibi vel a* PARENTE, (en patrem fiduciarium, cui filius a parente mancipatur,) *vel a* COEMTORE, (en patrem naturalem, cui filius a patre fiduciario remancipatur) *manumiſit: per ſimilitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius adpellatur.* HEIN.

COENA, abſque diphtongo in Pandectis Florentinis ſcribitur in *l. 18. D. commod.* vbi: *ad* CENAM *inuitare amicum.* Contra cum diphtoogo COENA in *l. 26. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* eademque figura interdum CENACVLVM, interdum COENACVLVM, in iisdem pandectis ſcribitur. Manut. *in Orthogr. p. 13.* CENA, inquit, *ſine diphthongo ex antiquiſſimo Bemb. Terentio, aliiſque libris, praeterque ex antiquis lapidibus.* Sed lapides variant. Apud Spon. *p. CCXCII.* legitur CAENACVLVM per AE, quae orthographia et Feſto placet. At Dausqueius profert lapidem ad Clitumnum repertum, in quo occurrunt verba: IN PVBLICO COENARENT. Quamuis ergo multa ſibi hic indulſerint veteres: rectius tamen omnino per diphthongum OE ſcribitur. COENA enim, ceu recte obſeruatum eſt a veteribus, dicitur, quaſi κοινὴ, *communis*, quia plures communibus epulis fruuntur. Plutarch. *Lib. VIII. Sympoſ. probl. 6.* Iſidor. *Lib. XX. Orig. Cap. 2.* HEIN.

COENACVLVM, *l. vlt. D. de ſeruit. vrb. praed.* pars ſuperior aedium. Donat. *in Adelph. Act. III. ſcen. 3. Veteres*, ait, *ganeum meretricum tabernam dixerunt*, ἀπὸ τῆς γᾶς, τοῦτ᾽ ἔςι γῆς, quod ipſa *ſit in terra, non vt* COENACVLVM, *ſuperius.* Veteres Gloſſae: COENACVLVM, *ſuperiora.* Cuius adpellationis originem indicat Varro *Lib. IV. de lingua Lat.* bis verbis: Vbi *cubabant*, CVBICVLVM; *vbi coenabant*, COENACVLVM *adpellabant.* Et mox: *Vt etiam nunc Lanuuii, apud aedem, poſteaquam in ſuperiore parte* COENITARE *coeperunt, ſuperioris domus vniuerſa* COENACVLA *dicta.* Cuius grauiſſimi teſtis fidem numquam eleuabit Iſidorus, qui aliud huius vocabuli etymon *Lib. V. Cap. 3.* comminiſcitur. Walafridus Strabo *de reb. eccleſ. Cap. VII. Poteſt enim fieri, vt aedes ad edendum in iis, ſicut* CAENACVLA *ad coenandum, primo ſint factae, et poſtea longo vſu in aliud verterentur.* Feſtus Pompeius: COENACVLA *dicuntur, ad quae ſcalis adſcenditur.* Liuius *Lib. XXXIX. Cap. 14.* COENACVLVM *ſuper aedes datum eſt, ſcalis, ferentibus in publicum, obſeratis.* Apuleius *Metamorph. Lib. IX. p. 236. Meque per ſcalas, complicitis pedibus, in ſuperius* COENACVLVM *attracto.* Proinde quum Martialis *Lib. I. Epigr. 118. v. 7.* ait:

Et ſcalis habito tribus, ſed altis:

ſe in COENACVLO, ad quod totidem ſcalis adſcendebatur, habitare, innuit. Et, quod apud D. Lucam *Act. Apoſt. Cap. XX. v. 9.* ſcriptum eſt: ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριςέγου. hoc vetus *Interpres* reddidit: *Cecidit de tertio* COENACVLO. Cauſſam vero tantae coenaculorum altitudinis aperit Vitruu. *Lib. II. Cap. 8.* cuius verba ſubieci: *In ea maieſtate vrbis, in infinita ciuium frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo quum recipere non poſſet area plana tantam multitudinem ad habitandum in vrbe: ad auxilium altitudinis res ipſa coegit deuenire. Itaque pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus caementitiis, et altitudines exſtructae, contignationibus crebris coaſſatae, et* CAENACVLORVM *ſummas vtilitates perficiunt, et deſpectationes.* Vnde ſcite Tertullianus aduerſus *Valentin. Cap. VII. Primus omnium Ennius, poeta Romanus,* CAENACVLA *maxima coeli ſimpliciter pronunciauit, elati ſitus nomine: vel quia Iouem, illic epulantem, legerat apud Homerum. Etiam creatori noſtro Enniana* COENACVLA *in aedicularum diſpoſita ſunt formas: aliis atque aliis pergulis ſuperſtructis, et vnicuique Deo per totidem ſcalas diſtributis, quot haereſes fuerint.* Vetus Gloſſarium: COENACVLVM ὑπερῷον ἐςὶ, τὸ ἄνωθεν κατασκευασθὲν τοῦ μισθωθέντος ἐδάφους οἴκημα. *Coenaculum eſt ſuperior pars aedium, eius, qui inferiora locat, habitatio.* ¶. 2. Hine: COENACVLVM ſupra aedes, in quo alius, tamquam dominus moretur: *l. 3. §. 6. D. vti poſſid.* Singula COENACVLA inſulae: *l. 30. D. locat.* Per COENACVLA diuidere domum: *l. 13. §. vlt. D. de vſuf*[…]*, qu*[…] Inſula, in qua COENACVLVM fuit, quod leg[…]

rat: *l. 7. D. de iuſtr. vel inſtrum. leg* Habitare in COENACVLO, illoque vti: *l. 7. D. de donat.* COENACVLVM conducere: *l. 11. §. 5. D. de pign. act.* COENACVLVM conductum habere: *l. 1. §. 7. D. de his qui effud. vel deiec.* Si plores in eodem COENACVLO habitant: *l. 5. §. 1. D eod. tit.* Si plures diuiſo inter ſe COENACVLO habitant: *l. 1. pr. D. eod. tit.* COENACVLI lumina: *l. 25. §. 1. D. locat.* Partem COENACVLI aperire, et paullo minus commode aliqua parte COENACVLI vti: *l. 27. pr. D. eod. tit.* Si COENACVLVM ex publico aditum habeat: *l. 3. §. 7. D. uti poſſid.* In COENACVLO aquam vt habeat vnusqoisque inquilinus, admonetur: *l. 3. §. vlt. D. de offic. praeſ. vigil.* Qui in aliena COENACVLA ſe dirigunt, ſurandi cauſſa. *l. 7. D. de extraord. crimin.*

COENACVLARIVS, in *l. 11. §. 5. D. de pignorat. act.* qui coenaculum conduxit. COENACVLARIAM exercere, in *l. 5. §. 1. D. de his, qui effud.* ☞ dicuntur, qui COENACVLA locare ſolent. Sed ii potiſſimum aedium conductores COENACVLARIAM dicebantur *exercere*, qui ſingula coenacula ſublocabant quaeſtus cauſſa. Torrent. *ad Horat. Lib. I. Epiſt. I. v. 91.* COENACVLARII vero plerique erant homines ex vltima plebe, queis res anguſta domi. Prudent. *aduerſus Symmach. Lib. II. v. 582.*

Omnis qui celſa ſcandit COENACVLA, *vulgus*
Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram,
Et quem panis alit, gradibus diſperſus ab altis.

Horat. *Lib. I. Epiſt. I.*

Quid pauper? ride: coenacula mutat.

Adde, quae de COENACVLARIIS diſſerunt Turneb. *Aduerſ. Lib. XIII. Cap. 11.* et Weizius. *ad Prudent. p. 746.* HEIN.

[COENATICA, in *l. 3. C. de erog. milit. annon.* genus exactionis, quod milites exigebant a prouincialibus, quaſi pro coena.]

☞ COENATORIA, veſtis muliebris, qua Senatorem quemdam vſum, ſcribit Q. Mucius. *l. 33. D. de aur. arg. veſt. leg.* Martial. *Lib. X. Epigr. 87.*

Pugnorum reus, ebriae qui noctis
COENATORIA *mittit aduocato.*

HEIN.

☞ COENOBITAE, *l. 6. C. Theod. de poen.* Iſidor. *Lib. VII. Cap. 13.* plura eſſe genera monachorum, COENOBITAS, *anachoretas*, et *eremitas*, ſcribit, additque: COENOBITAE, *quos nos in commune viuentes poſſumus adpellare.* COENOBIVM *enim plurimorum eſt.* Vide eumdem *de offic. eccleſ. Lib. II. Cap. 15.*

☞ COENOBIVM κοινόβιον, iam in Pythagorae ſchola notum vocabulum. Eius enim diſcipuli, quia omnia ſua in commune conferebant, teſte Diog. Laertio *Lib. VIII. ſeg. 10.* Porphyr. *vit. Pythag. ſegm. 20.* dicti ſunt κοινόβιοι. Iamblich. *de vit. Pythag. Cap. V.* ὥστε ἱστορεῖται ἑξακοσίους αὐτὸν ἀνθρώπους ἐσχηκέναι οὐ μόνον ὑπ᾽ αὐτοῦ κεκινημένους εἰς τὴν φιλοσοφίαν, ἧς μετεδίδου, ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον ΚΟΙΝΟΒΙΟΥΣ, καθὼς προσέταξε, γενομένους. *Sunt, qui tradant, ſexcentos fuiſſe, quos non tantum ad capeſſendam philoſophiam ſuam oratione mouerit, verum etiam, qui mandato eius inita bonorum vitaeque communione inter ſe victitabant,* COENOBITAE *inde nominati.* HEIN. ☞ ¶. 2. Poſtea id nomen monachorum monialiumque habitationibus inditum. *Monaſterium* enim et vnius eſſe poteſt: COENOBIVM non niſi plurium. Iſidor. *de offic. eccleſ. Lib. I. Cap. 15. Nouell. CXXIII. Cap. 36. In omnibus autem monaſteriis, quae* COENOBIA *dicuntur, iubemus ſecundum canones monachos in vno habitaculo omnes dormire.* cetera. vbi de monaſtica diſciplina plura. HEIN.

COEPIT, COEPISSE. COEPISSE opus dicitur, qui fundamenta iecit, vel locum purgauit. *l. 1. §. 3. D. de pollicitat.* COEPIT abeſſe: *l. 1. D. de offic. eius cui mand. iurisd.* COEPIT auctius eſſe aerarium: *l. 2. §. 22. D. de orig. iur.* COEPIT eſſe ſui iuris: *l. 21. §. 3. D. de pact.* COEPIT furere: *l. 17. D. de adqu. vel omitt. hered. l. 31. §. 3. et §. 4. D. de vſurp. et vſucap.* COEPIT ſenatus ſe interponere: *l. 2. §. 9. D. de orig. iur.* COEPIT vindicare: *l. 7. D. de action. emt. vend. l. 12. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* COEPIT cauſſa agi. *l. 1. §. 12. D. de agnoſc. et al. lib.*

COEPPE. ἀρχαϊκῶς pro quippe. *l. 3. §. 5. D. de adquir. poſſeſſ.*

COEPTVS, inchoatus. COEPTVS annus pleno et impleto opponitur: *l. 8. D. de mun. et honor. l. 5. C. quando dies legat.* COEPTA controuerſia: *l. 6. §. vlt. D. de inoffic. teſt. l. 20. C. de procurat.* COEPTA iniuria: *l. 1. D. quod quisque iur.* COEPTVM iudicium: *l. 1. C. de iudic.* COEPTVM criminaliter iudicium: *l. 9. C. ad leg. Cornel. de falſ.* COEPTA lis: *l. 12. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 49. D. de iudic.* COEPTVS magiſtratus: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* COEPTVM opus. *l. 9. D. de pollicitat.*

COERCERE. Hoc verbum generale eſt. Nam et pecuniaria mulcta, et corporali animaduerſione, et pignoribus captis, et vinculis, COERCERE, Latini auctores dicunt. Cicero *de Offic. Lib. III. Cap. 5. Eos morte, exſilio, vinculis* COERCENT. Et *Lib. III. de Legib. Cap. 3. Ciuem noxium, et nec obedientem, magiſtratus mulcta, vinculis, verberibus,* COERCENTO. Sic et in SC. quod a Frontino *de Aquaeduct. Lib. I.* refertur: *Mulcta, pignoribus, cogito,* COERCETO. Et ita accipe, quod Vlpianus in *l. 2. D. de in ius voc.* ait: *Qui* COERCERE *aliquem poteſt, et iubere in carcerem duci.* Sic et Pomponius, *l. 2. §. 16. D. de orig. iur.* COERCERE *poſſent, et in vincula publica duci iubere.* Ita: *publica vtilitas* COERCENDA, *l. 1. §. 4. D. depoſit.* per ſyllepſin, pro iuuanda coercitione perfidorum, per quos publica vtilitas laeditur. *l. 6. §. 8. D. quae in fraud.* ¶. 2. Hinc COERCERE eum, qui praetorem decepit: *l. 17. D. de his, qui not. inf.* COERCERE dolum: *l. 6. §. 8. D. quae in fraud. cred. l. 1. pr. D. de eo, per quem fact.* fraudem: *l. 12. §. vlt. D. de re milit.* licentiam: *l. 4. C. de obſequ. patron.* maleficia: *l. 1. C. qui accuſ. poſſ.* miniſteria deprenſa: *l. 6. §. 3. D. de offic. praeſ.* receptatores. *l. 13. D. de offic. proconſ.* Sic et: COERCERE aeſtimationibus variis: *l. 41. D. de poen.* animaduerſione: *l. 1. C. de accuſ.* conſtitutione vel conſtitutionibus: *l. 1. D. de his, qui ſui vel alien. iur. l. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom.* exſilio: *l. vlt. D. de iniur.* interdictione rei certae. *d. l. vlt.* mulctis: *l. 1. §. 3. D. de inſp. ventr.* pignoribus captis: *l. 4. §. 1. D. de damn. infect. §. 3. Inſt. de ſatisdat. tut.* Cic. *de Orat. III. Cap. I. Pignoribus captis incipit Craſſum.* COERCERE poena: *l. 7. C. ad leg. Corn. de ſicar. l. 20. l. 21. D. de lege Corn. de falſ. l. 4. C. de decur. l. vlt. D. de leg. Fab. l. 6. D. ad leg. Iul. pecul. l. 7. C. de furt. l. 51. §. 1. D. de manumiſſ. teſtam.*

ſtam. poena metalli: Paull. *Sent. II, 19, 9.* publice: *l. 11. §. vlt. D. de euict.* verberibus: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XIII. §. 3.* vinculis. *l. 14. D. de offic. Praeſ.* ¶. 3. COERCERE aquam, in interdicto de ſonte, eſt eam continere, ne defluat, vel delabatur, dummodo nouae venae non aperiantur. *l. 1. §. pen. D. de font.* Cic. *in Top. Cap. IX. Genus eſt aqua pluuia nocens, eius generis forma, loci vitio et manu nocens, quarum altera iubetur ab arbitro* COERCERI. ¶. 4. COERCERE arbores et ramos, ſtringere eſt. *l. 1. §. vlt. D. de arbor. caed.* ¶. 5. COERCERI cuſtodia ferae beſtiae et volucres dicuntur, id eſt, contineri. *l. 3. D. de adquir. rer. dom.*

COERCITIO capitalis: *l. 200. D. de verb. ſign.* corporis: *l. 6. §. vlt. D. de poen.* in corpus: *l. 2. D. de public. iudic.* delictorum: *l. 131. D. de verb. ſignif. l. 1. D. de legib.* extraordinaria: *l. 1. §. vlt. D. de poen. l. 2. D. ſtellionat.* leuis: *l. 7. §. 2. l. 11. §. 7. D. de iniur.* modica: *l. vlt. D. de offic. eius, cui mand. eſt iurisd.* morum: *l. 15. §. 1. D. ſolut. matrim.* pecuniaria: *l. 2. D. de publ. iud.* publica: *l. 5. D. de pact. dot.* Paull. *Sent. I, 9. 1.* ſeruorum. *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 2.*

COERRARE calceatum oportet praefectum vigilum. *l. 3. D. de offic. praeſ. vigil.*

COETVS, *concurſus,* (al. *conuerſus*) *l. 5. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Ad explicationem horum verborum pertinent, quae Seneca *Lib. III. Controu. 8.* ſcribit: *Non, quoties conuenerunt in aliquem locum plures,* CONCVRSVS eſt, *ſed quoties conuocati, quoties parati, quaſi ad ducem ſuum concurrerunt: non, ſi vna vicinia coit, aut, ſi transeuntium paucorum numerus adfluxit, ſed vbi totus, aut ex parte magna populus: vbi diuiſa eſt in partes ciuitas.* COETVS *multitudinis magnae nomen eſt coeuntis ex conſenſu quodam.*

COG.

COGERE, interdum congregare ſignificat, vt cogere homines: *l. 2. §. 2. D. de vi bon. rapt.* iudices: *l. 30. D. de lib. cauſſ.* numerum: *l. 2. D. de decret. ab ord. fac.* turbam. *l. 4. §. 6. D. de vi bon rapt.* Sic et COGI duo in eumdem ſemiſſem. *l. 142. D. de verb. ſign.* ¶. 2. COGERE etiam colligere eſt. Sic COGI dicitur aqua, id eſt, colligi: *l. 1. D. vt in flum.* COGI fructus: *l. 36. §. vlt. de heredit. pet. l. 34. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 3. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 50. D. de vſufruct. l. 32. §. 5. D. de vſu et vſufr. leg. l. 27. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Paull. *Sent. III, 4. 36.* COACTIS vindemiis. *l. 7. §. 1. D. ſol. matr.* ¶. 3. COGI ad fiſcum bona dicuntur, quae fiſco vindicantur. *l. 45. §. 2. D. de iur. fiſci.* et COGI in fiſcum: *l. 31. D. eod. tit. l. vlt. D. de bon. cor. l. vlt. D. de requirend.* a fiſco cogitur pars. *l. 24. D. de lege Corn. de falſ.* Sic et COGI in publicum. Varro *de lingua Lat. Lib. IV. Vt quum quid* COACTVM *eſſet in publicum, ſi erat auerſum.* COGERE ex mercedibus ſuis. *l. 3. §. 8. D. de ſtatulib.* ¶. 4. COGERE, ἀναγκάζειν, ſiue iuſta ſit vis, ſiue iniuſta. Sic COGIT praetor arbitrum, officio ſuo perfungi: *l. 3. §. vlt. l. 11. D. de recept. arbitr.* COGITVR quis per praetorem: *l. 57. D. de fideic. libert.* per proconſ. et praeſides: *l. 19. D. de rit. nupt.* [COGI a praetore, et COGI iudicio, opponuntur. *l. 9. pr. D. de edend.* Praetor pollicetur, ſe coacturum. *l. 1. §. 2. D. vbi pupill. mor. vel educ. deb.* COGI adfectione: *l. 3. §. 9. D. de negot. geſt.* COGENTE pietate. *l. 34. D. eod.*] COGI metu. *l. 12. §. 1. D. quod met. cauſſ.*

COGITATIO defunctae: *l. 13. §. vlt. D. de alim. et cib. leg.* COGITATIONE mortalitatis donare. *l. 21. D. de mort. cauſſ. don.* COGITATIONIS poenam nemo patitur: *l. 18. D. de poen.* nec ſola COGITATIO furti faciendi furem facit. *l. 1. D. de furt.* [Seruum ad improbe COGITANDVM perſuadendo impellere. *l. 1. §. 3. D. de ſeru. corr.*

COGNATIONIS nomen a Graeca voce dictum videri, tradit Paullus. Συγγενεῖς enim et illi vocant, quos nos COGNATOS adpellamus. *l. vlt. §. 1. D. de gradib.* COGNATIONES autem quaedam IVRE CIVILI, quaedam IVRE NATVRALI dicuntur. Nonnumquam etiam vtroque iure concurrente copulatur COGNATIO. Et quidem NATVRALIS COGNATIO, per ſe, ſine CIVILI COGNATIONE intelligitur, quae per feminam deſcendit, quae vulgo liberos peperit. CIVILIS autem per ſe, quae etiam LEGITIMA dicitur, ſine iure naturali, conſiſtit per adoptionem. Vtroque iure conſiſtit COGNATIO, quum iuſtis nuptiis contractis copulatur. Sed naturalis quidem hoc ipſo nomine adpellatur: CIVILIS autem COGNATIO proprie AGNATIO vocatur, videlicet, quae per mares contingit. *l. 4. §. 1. D. de gradib.* ¶. 2. COGNATIONEM ergo facit etiam adoptio. Etenim, quibus fiet adgnatus hic, qui adoptatus eſt, iisdem etiam COGNATVS fiet. Sed eorum tantum COGNATIONEM in adoptiua familia nanciſcetur, quibus fit agnatus. *l. 1. §. 4. D. vnde cogn.* Cognatus ergo ei, qui adoptatur, nemo fit ex ea familia, in quam per adoptionem venit, praeter patrem, eosue, quibus adgnaſcitur. *l. 4. §. 10. D. de grad.* Eae enim demum COGNATIONES contrahuntur in adoptionibus, quae legitimae eſſent, id eſt, quae agnatorum ius haberent. *l. 12. §. vlt. D. de rit. nupt.* Et ita in *l. 19. D. de reb. dub.* COGNATVS factus dicitur per adrogationem. NATVRALIS ergo COGNATIO ad differentiam dicitur: *l. 17. §. 1. D. de adoption.* Largius vero Florentinus in *l. 3. D. de iuſtit. et iur.* inter nos COGNATIONEM quamdam naturam conſtituiſſe, ait. Hinc COGNATIONIS ius et iura. *l. 1. §. 1. D. de legat. praeſt. §. 6. Inſt. de capit. demin. l. 1. §. vlt. de legat. praeſt. l. 20. D. qui et a quib. manum l. vlt. D. de ſent. paſſ.* ¶. 3. COGNATIO pro ipſis cognatis. Hinc ſi quis COGNATIONI leget, idem eſt, ac ſi cognatis legaſſet. *l. 19. § 1. D. de reb. dub.* Ex tota COGNATIONE, *i. e.* omnibus cognatis. *l. 57. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* ¶. 4. Nec liberorum modo hominum, ſed et ſeruiles COGNATIONES dicuntur. *l. 14. §. 1. D. de rit. nupt. tit. Inſt. de ſeruil. cognat.*

COGNATI, inquit Iuſtinianus, ſunt, qui per feminini ſexus perſonas cognatione iunguntur. *§. 1. Inſt. de legit. agnat. tut.* Paulus *l. vlt. §. 1. D. de grad. et adfin.* COGNATI ſunt, et quos adgnatos lex XII. Tab. adpellat. Sed hi ſunt per patrem COGNATI, ex eadem familia. Qui autem per feminas coniunguntur, COGNATI tantum adpellantur. Inter *adgnatos* ergo, et COGNATOS, hoc intereſt, quod inter genus et ſpeciem Nam qui eſt

agnatus,

COG.

agnatus, et COGNATVS eſt, non vtique autem, qui COGNATVS, et *adgnatus* eſt. Alterum enim ciuile alterum naturale nomen eſt. At Vlpianus apud *Auctor. Collat. leg. Moſaic. et Rom. tit. XVI. §. 2.* COGNATI, inquit, ſunt, qui nos per patrem aut matrem contingunt. COGNATI autem, vt idem Vlpian. in *l. 1. §. 1. D. vnde cognati.* ſcribit, adpellati ſunt, *quaſi ex vno nati*, aut, vt Labeo ait, *quaſi commune naſcendi initium habuerint.* Modeſtinus in *l. 4. §. 1. D. de grad.* COGNATI *ab eo dici putantur, quod quaſi vna communiter ue nati, vel ab eodem orti progenitiue ſint.*

COGNITIO cauſſae hoc ſignificat, re cognita, et vtraque parte audita, et vocatis his, quorum intereſt, ſeu adhibitis his, qui contradicerent, decernere, vt loquitur *l. 39. D. de adoption.* Nam CAVSSAE COGNITIO tunc interuenit, quum de negotio, praeſente vtraque parte, et audita vocataue, diſceptatur. *l. 13. §. 1. D. de minor. l. 5. §. 1. D. de his, quae vt indign. l. vn. C. ſi adu. dot. l. 3. C. de quaeſt. l. 1. C. de ord. cogn.* Itaque in *l. vlt. C. de temp. et reparat. quum cognitionaliter audiiſſet*, id eſt, vtraque parte praeſente, et adhibita cauſſae cognitione. *Vbicumque autem cauſſae* COGNITIO *interuenit, ibi Praetor plerumque, et tribunal deſideratur. l. 2. §. 1. D. quis ordo in bon. poſſeſſ.* Nam, vt Imperatores aiunt, COGNITIO CAVSSAE *non interpellatione planaria, ſed conſidente magis iudice, legitime colligitur. l. 4. C. de dilat.* Sueton. *in Claud. Cap. vlt.* Proinde in his, quae cauſſa cognita fiunt, fere ſemper Praetoris interuentus fit mentio. *l. 8. §. 8. D. de transact. l. 3. D. de reſtit. in integr. l. 13. §. 1. l. 44. l. 45. D. de minor. l. 22. in fine D. de re iudic. l. 2. §. 6. l. 28. §. 4. D. de iudic. l. 9. §. vlt. D. de recept. arbitr. l. 15. D. de bonis auct. iud. poſſid. l. 27. pr. D. de procur.* Immo ne per libellum quidem poſſunt expediri, quae cauſſae COGNITIONEM deſiderant. *l. 9. §. 1. D. de offic. proconſ. l. 71. D. de regul. iur.* Hinc aliquid dicitur in CAVSSAE COGNITIONE verſari: *l. 13. l. 16. D. de min.* CAVSSAE COGNITIONE opus eſſe: *l. 2. C. de abolit.* COGNITIONIS dies: *l. 73. §. 1. D. de iudic.* COGNITIONIS ſacrae examen: *l. 3. C. Theod. de reparat. adpell.* COGNITIONEM impetrare: *l. 3. §. 9. D. de minor. l. 39. D. de donat.* praebere: *l. 3. C. de ord. cogn. l. 4. C. ſi ſeru. export.* recipere: Ambroſ. *Lib. V. Epiſt. 24. Recepi* COGNITIONEM, *ita tamen, vt compoſitionis eſſem arbiter.* Vid. et Plin. *Lib. IV. Epiſt. 22.* COGNITIONEM ſuſcipere. *l. 9. D. de offic. praeſid. l. pen. D. de iuriſd. l. vlt. D. de her. inſt. l. 10. D. de publ. iud.* Valer. Max. *Lib. V. Cap. 8.* COGNITIONE ſuſcepta, domi conſedit. COGNITIONI praeiudicium fit: *l. 3. §. 7. D. de lib. hom. exhib.* COGNITIO etiam dari: *l. 8. pr. D. de lib. cauſſ.* immo et differri, *l. 39. D. de minor.* nec non circumduci, finiri, induci, ſolui, dicitur, vt ſuo loco oſtendemus. Hinc ergo COGNITIO adpellationis: *l. 9. D. de iur. fiſc.* cuſtodiarum: *l. 6. D. de offic. proconſ.* falſi: *l. 17. §. 2. D. de dol. mal. et met. exc.* de liberali cauſſa: *l. 8. D. de lib. cauſſ.* mutandi procuratoris: *l. 27. D. de procur.* ſuſpecti tutoris, vel de ſuſpectis tutoribus: *l. 4. D. de offic. et. cui mand. iuriſd. l. 10. D. de ſuſp. tutor.* Sic COGNITIO centurionum de milite. Iuuenal. *Satyr. vlt.* COGNITIO iudicis. *l. 135. §. 2. D. de verb. obl. l. vlt. D. de curat. furioſ.* COGNITIO Praeſidis: *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. l. 39. D. de minor. l. 3. D. de ſtellion.* COGNITIO praetoria: *l. 13. §. vlt. l. 24. §. vlt. l. 38. D. de minor. l. 29. D. de euict. l. 27. D. de procur. l. 3. §. 4. D. de lib. exhib. l. 1. §. 1. D. de rei vind.* Ad principem remiſſa COGNITIO: *l. 22. D. de adpell.* COGNITIO ſenatus. Plin. *Lib. II. Epiſt. 11.* ¶. 2. COGNITIONES, in *l. 1. D. de offic. adſeſſ.* Earum tria genera recenſet *l. 5. D. de extraord. cogn.* Imperialium ſententiarum in COGNITIONIBVS prolatarum *libros ſex* Paullus ſcripſerat. ¶. 3. Extraordinariae COGNITIONES: *rubr. D. de extraord. cognit.* vbi ſcilicet magiſtratus ipſe cognitionem ſuſcipit. Proinde quod eſt apud Sueton. *in Claud. Cap. XVI. Alium interpellatum ab aduerſario de propria lite, negantemque* COGNITIONIS *rem, ſed ordinarii iuris eſſe, agere cauſſam confeſtim apud ſe coegit:* ſic accipe, id eſt, negantem, ad principis cognitionem rem pertinere, nec cognoſcere ipſum, ſed iudicem dare debuiſſe. COGNITIONIBVS *occupatus praeſes. l. 2. §. 2. D. quis ordo in poſſeſſ.*

[COGNITIONALES ſententiae. *l. vn. C. de ſent. praeſ. praet. l. 13. C. de ſent. et interloqut.*]

COGNITIONALITER. *Quum* COGNITIONALITER *audiſſet*, id eſt, vtraque parte praeſente, et adhibita cauſſae cognitione. *l. vlt. C. de temp. et reparat.*

COGNITOR, pro quaeſitore. *l. 1. § 3. D. ad SC. Turpill.* Prudent. *in Romano v. 793. Hic tum* COGNITOR *pronunciat, claudatur infans in carcere.* COGNITOR annonarius: *l. 38. C. Theod. de nauicular.* COGNITOR ordinarius: *l. 12. C. Th. de leg. l. 1. C. Th. de religioſ.* priuatarum litium: *l. 5. C. Th. ad leg. Iul. repet.* ſacer: *l. 9. C. Theod. de reparat.* Sacri auditorii COGNITOR: Symmach. *Lib. IX. Epiſt. 39.* id eſt, qui in ſacro auditorio cognoſcit. *l. 4. C. Theod. de reparat.* ¶. 2. Hoc eodem nomine olim, vt Aſcon. *in Verr. III.* auctor eſt, adpellabatur, *qui praeſentis cauſſam, vt ſuam, tuebatur*, vel, vt Feſtus *Lib. III.* ſcribit, *qui alterius litem, coram ab eo datus, ſuſcipiebat*. Quod et Anianus in interpretatione *tituli C. Th. de cognitor. et procur.* bene ſenſit. Et ita COGNITOREM a procuratore ſeparat Paull. Sent. *Lib. I. tit. II.* qui totus eſt de COGNITORIBVS, et *Lib. V. tit. 25. §. 8.* Quinctilian. *Declamat. CCCLVI.* Et *Inſt. orat. Lib. III. Cap. 6. Si* COGNITOR *fieri non potuiſti.* Videtur vir doctiſſimus exiſtimaſſe, COGNITOREM ſemper, praeſente domino, cauſſam egiſſe: et ita quidem ex Aſconii loco colligere quis poſſet. Sed rectius, qui ex Feſto colligunt, COGNITOREM, ſemel a praeſente litigatore datum, poſtea et abſentis cauſſam perſequi potuiſſe. Quid enim clarius teſtimonio Horatii, *Lib. I. Serm. Sat. 5. v. 38.*

Ire domum, atque
Pelliculam curare iube, ſi COGNITOR *ipſe.*

Quid manifeſtius exemplo apud Ciceron *pro Roſc. Com. Cap. II.* Ceterum cur Tribonianus cum ſociis horum COGNITORVM in vniuerſo iuris corpore nec volam nec veſtigium exſtare paſſus ſit, cauſſam idoneam me vix reperire, fateor. Add. Cuiac. et Schulting. *ad Paull. Sent. p. 221. ſequ.* HEIN.

COGNITVS, A, VM. COGNITA legibus cauſſa: *l. 1. D. de his, qui ſui vel alien. iur.* COGNITA rei veritate: *l. 10. D. de iudic. l. 11. D. de except.* COGNITO, quod. *l. 15. D. de probat. l. 1. §. vlt. D. de eo, qui pro tut.* ¶. 2. COGNITAM ſtupro dicunt Papinianus, *l. 14. D. de his, quae vt indign.* et Imperatores, in *l. 22. C. ad leg. Iul. de adult.* cum qua ſtuprum factum eſt. Lamprid.

in

ized by Goo

COG.

in Elagabal. Cap. II. Antonino autem Caracallae ſtupro COGNITA, *ita, vt Varius, vel Elagabalus, vulgo conceptus putaretur.* Ouid. *Lib. II. Amor. eleg. 7.*

Et mihi iucunda non ruſtica COGNITA *furto.*

Vtitur et eodem genere loquendi Tacit. *Hiſt. IV, 45.* Catullus quoque *vnis ſenibus* COGNITAS *feminas* vocat, quae vnum expertae virum fuerant. Eſt loquutio origine Hebraica, ceu patet ex *Gen. IV, 1.* ידע את־חוה אשתו COGNOVIT *Heuam, vxorem ſuam*, et alias paſſim. Ita et poſtea loquori ſunt Graeci, non modo ſacri ſcriptores, veluti Matthaeus *in Euang. Cap. I. v. 25.* καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, *non* COGNOVIT *illam*, verum etiam profani. Plutarch. *in Romulo p. 20.* Οὗτος ἔγνω Λαρεντίαν. *Hic Larentiam* COGNOVIT. Pluribus exemplis hanc verbi γινώσκειν notionem oſtendit Xylander *ad h. l.* V. C. Elſner. *Obſeru. ſacr. in libr. Hiſt. N. T. p. 4.* Pſochen. *de lingu. Graec. N. T. purit. §. XXXVI.* Bynaeus *de natal. Ieſ. Chriſti p. 122. ſequ.* nec non Iſ. Caſaub. et Grot. *in Notis ad Matth. I, 25.* Denique de vſu eiusdem εὐφημισμοῦ apud Latinos dubitare nos non patiuntur tot adlata a Briſſonio exempla, quibus addu, pro COGNOSCERE, *feminae notitiam habere*, eleganter dixiſſe Caeſarem *de bello Gall. Lib. VI. Cap. 21.* HEIN.

COGNOMEN id quod nomini additur. *l. 1. C. de liber. cauſſ.* Et ita COGNOMEN a *nomine*, et *praenomine* ſeparatur, in *l. 1. D. de lib. et poſtum.* Regulariter PRAENOMEN erat διακριτικὸν perſonae, vt *Publius*: NOMEN, gentis, ex qua quis prodierat, e. g. *Cornelius*, COGNOMEN, familiae iſtius gentis, e. g. *Scipio.* Accedebat aliquando et AGNOMEN ſiue a rebus geſtis, ſiue a patria, ſiue aliquo euentu deſumtum, e. g. *Africanus.* Quidam tamen duo praenomina habebant, e. g. M. SER. SVLPICIVS. vbi *Marcus* erat praenomen ſpeciale; *Seruius* totius familiae commune. Quidam *cognomen* nullum ferebant, vt *C. Marius.* Tales obſeruationes Car. *Sigonius*, aliique, qui *de nominibus Rom.* ſcripſerunt ex inſtituto, plena manu ferunt. HEIN.

COGNOMINATVS, A, VM. COGNOMINATA donatio. *l. 25. C. de donat.*

COGNOSCERE abſolute, eſt *rem cauſſamque* cognoſcere, vt loquitur Cicero *ad famil. Lib. III. Ep. 2.* Quod vel a magiſtratibus et principibus pro tribunali, vel a iudicibus datis de plano fiebat. Sic in *l. 8.* et *l. 9. D. de offic. praeſid.* ſcribitur, aeſtimare debere praeſidem, vtrum ipſe COGNOSCERE, an iudicem dare debeat. Vlpian. *l. 1. D. de conſtitut.* et Iuſtinian. *§. 6. Inſt. de iur. nat. gent. Quod Imperator* COGNOSCENS *decreuit.* Sueton. *Claud. Cap. XXXIII.* COGNOSCENS *quondam in Auguſti foro, victusque (ictusque,) nidore prandii, quod in maxima aede Martis Saliis adparabatur, deſerto tribunali, adſcendit ad ſacerdotes.* Plin. *Lib. X. ad Traian. Epiſt. 85. Poſtulauitque, vt* COGNOSCEREM *pro tribunali.* Et mox: *Quum ſediſſem,* COGNITVRVS. Quae vt ad magiſtratuum Imperatorumque COGNITIONES: ita, quae ſequuntur, exempla ad iudiciorum datorum notionem pertinent. Iudex, qui ex hac actione COGNOSCIT: *l. 4. §. 1. D. de eo, quod cert. loc.* officio iudicis familiae erciſcundae COGNOSCENTIS: *l. 35. D. de hered. inſtit.* Qui tutelae COGNOSCIT: *l. 2. D. vbi pupill. educ.* iudex, qui de dote COGNOSCIT: *l. 27. §. vlt. D. de rei vind.* iudex, qui de damno dato

COG. COH.

COGNOSCIT: *l. 17. §. vlt. D. de damn. infect.* qui COGNOSCIT: *l. 1. D. vt legat. ſeu fideic.* qui de care COGNITVRVS eſt: *l. 69. §. vlt. D. de legat. III.* qui de inofficioſo COGNITVRVS eſt. *l. 3. §. 5. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* qui ſemel COGNOVIT. *l. 13. §. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun.* Hinc phraſes: Ex actione COGNOSCERE: *l. 4. §. 1. D. de eo, quod cert. loc.* de adpellatione: *l. 6. C. de adpell.* COGNOSCERE cauſſam: *l. 1. C. vbi de poſſeſſ. l. 3. C. ſi non comp. iud.* cauſſam de falſo: *l. 1. C. de offic. rect. prouinc.* ſuper cauſſa: *l. 1. C. de ord. iud. l. 2. C. ſi adu. rem iud.* ex interdicto: *l. 2. C. de interd.* ſuper aliquo negotio, vel re: *l. 26. D. de probat. l. 13. D. de rit. nupt. l. 5. D. de agnoſc. vel al. lib. l. 7. §. 5. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 15. §. 1. D. de teſt. mil. l. 1. C. de condict. ob turp. cauſſ. l. 2. C. de non num. pec. l. 6. C. de adpellat.* COGNOSCERE de ſuſpecto: *l. 1. §. 3. D. de ſuſpect. tut.* de ſuſpectis tutoribus. *l. 4. D. de offic. ei, cui mand. iurisdict.* ¶. 2. COGNOSCERE pro adgnoſcere, vel, vt hodie in foro loquuntur, recognoſcere: vt COGNOSCERE inſtrumenta. *l. 56. D. de verb. ſignif.* iungenda cum *l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſ.* ceu ex inſcriptione paret.

COH.

COHAERENTIA aedificia: *l. 23. D. de vſurpat.* rei cohaerentia munera. *l. 11. D. de vacat. et exc. mun.*

COHAERERE dicitur actus: *l. 37. D. de adminiſtr. et peric. tut.* COHAERERE perſonae conditio: *l. 95. D. de condit. et demonſtr. l. 24. D. de adimend. legat. l. 6. §. vlt. D. de ſtatulib.* COHAERERE matrimonio dos: *l. 16. D. de caſtrenſi pecul.* imperium iurisdictioni: *l. 1. §. 1. D. de offic. eius, cui mand. eſt iurisdictio.* inſula alueo fluminis: *l. 65. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* id, quod legatur, vel legatum: *l. 8. §. 3. D. de liberat. leg. l. 9. D. quando dies leg.* locus monimento: *l. 7. C. de religioſ.* obligatio: *l. 4. D. de nouat.* ſolo ſuperficies: *l. 44. §. 1. D. de oblig. et act.* itemque ſolo fructus. *l. 61. §. 8. D. de furt.*

COHERES dicitur, qui vna cum alio heres exſiſtit. COHEREDEM dare, id eſt, adſcribere: *l. 16. D. de his, quae vt indign. l. 39. D. de condit. et demonſtr. l. 2. §. vlt. D. de lib. et poſtum. l. 28. D. de excuſ. l. 70. §. vlt. D. de legat. II.* Sic: COHERES datus. *l. 41. D. de reb. cred.*

COHORS magiſtratuum: *l. 1. D. de lege Iul. repetund.* COHORTES praetoriae: *l. 9. D. de excuſat.* COHORTES vigilum: *l. 3. princ. de offic. praef. vig.* vrbanae. *l. 13. §. 3. D. de re milit.* Statius *Lib. I. Silu. 4. v. 9.*

Quae ſigna colunt vrbana, COHORTES.

Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* COHORS, *quod vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum, ſic haec ex manipulis pluribus copulatur* COHORS. Sic et COHORTIS praefectus. *l. 2. D. de his, qui not. infam.*

COHORTALES, *l. 3. C. de hered. decur. l. 3. C. de offic. rect. prou. l. 4. C. Th. de veteran. l. 14. C. Theod. de haeretic. l. 11. C. de cohortal. princ.* id eſt, cohortibus adſcripti, ſeu *cohorti obnoxii*, vt loquitur *l. 12. C. de cohortal. princ.* et *l. vlt. C. Theod. eod. tit.* Ταξεώτας Iuſtinianus vocat. Vnde COHORTALIVM corpus. *l. 2. C. de*

defenſ. eiuit. COHORTALIS conditio: *l. 2. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* COHORTALIS militia: *l. 48. C. Theod. de haeret. l. 1. C. Theod. de cohortal. princ.* COHORTALE officium: *l. 13. C. de cohortal. princ.* COHORTALIA officia. *l. 3. C. de canon. largitional.* COHORTALIVM autem nomine accipere debemus adparitores, et officia rectorum prouinciarum, vt loquitur *l. 4. C. de cohort. princ.* COHORTALINA: *l. 65. C. Theodoſ. de haeret.* COHORTALINI. *l. 12. C. de haeret. l. 26. l. 28. C. Theod. de cohortal. princ.* COHORTALINORVM militia: *l. 14. C. Th. de priuil. eor. qui in ſacr. pal.* COHORTALINVS, ait Gloſſarium, *εὐτελὴς θυρωρὸς τῦ πραιτωρίε, vilioris conditionis ianitor praetorii.*

KOI.

KOINOBION, vid. ſupra COENOBIVM.

KOINON, vniuerſitatem ſignificat. Sic in *l. 27. D. de iudic.* et *l. 5. D. ad leg. Iul. de vi public.* Diui Hadrianus et Pius *τῷ κοινῷ τῶν θεσσάλων* Graece reſcripſiſſe dicuntur. Refertur et in *l. 1. §. 1. D. adpellat.* reſcriptum D. Pii, *πρὸς τὸ κοινὸν τῶν θρᾳκῶν*: vt et in *l. 6. §. 1. D. de excuſat.* aliud eiusdem D. Pii reſcriptum *τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας*, ſimiliterque in *l. 25. D. de adpellat.* reſcriptum D. Alexandri *τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων.* *Κοινὸν* proprie eſt vniuerſitas plurium ciuitatum, foedere, communibus ſacris, ſacrificiisque conſociatarum, et id, quod ad communem vtilitatem pertinebat, communi conſilio agentium. Vnde in nomis et apud Strab. *Lib. VIII. p. 385.* vocatur KOINOBOTΛΙΟΝ. Spanhem. *Orb. Rom. Diſſ. II. Cap. 16.* alibi CONCILIVM *commune*: Liu. *Lib. XXXVIII. Cap. 34. Lib. XLII. Cap. 43. Lib. XLV. Cap. 18. Lib. XXXIX. Cap. 25.* KOINON *συνέδριον.* Ariſtid. *de Smyrn. p. 468. Serm. ſacr. IV. p. 614.* ΣΥΣΤΗΜΑ. Strab. *Lib. XIV. p. 604.* ΣΥΛΛΟΓΟΣ. Plutarch. *in Agi et Cleom. p. 812.* ΣΥΝΟΔΟΣ. Polyb. *Lib. II. Cap. 54.* ΔΙΑΒΟΥΛΙΟΝ. Idem *Lib. IV. Cap. 39.* ΒΟΥΛΗ. Idem *Excerpt. Legat. LXXIV.* Plerumque etiam a ſua quaeuis gente nomen adſumebant haec concilia vel *κοινὰ*, dicta e. g. PANIONIVM, PANAETOLIVM, cetera. HEIN.

KOINOΠΡΑΞΙΑΝ ſeu *κοινοπραγίαν* Graeci ſpecialiter adpellant totorum bonorum ſocietatem, Theophil. *in pr. Inſt. de ſociet.* quam *κοινωνίαν* vocat Conſtant. Harmenopul. *Lib. III. Cap. 10. et 11.*

COIRE, in vnum conuenire ſignificat. *l. 1. D. de quib. reb. ad eund. iudic.* Sic COIRE religionis cauſſa: *l. 1. D. de colleg.* COIRE collegium vel corpus: *l. 1. l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* Corpus, cui licet COIRE: *l. 20. D. de reb. dub.* collegiis, vel corporibus, quibus ius COEVNDI lege permiſſum: *l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* collegiis, quibus COEVNDI ius eſt: *l. 1. D. de manumiſſ. quae ſeru. ad vniu. pertin. impon.* ¶. 2. COIRE, etiam eſt in matrimonium conuenire. *l. 24. D. de donat. int. vir. et vxor. §. pen. Inſt. de nupt.* COIRE inter ſe: Vlpian. *Fragm. tit. XVI. §. 1.* matrimonium COIRE: *l. 21. D. de condit. et demonſtr. l. 134. D. de verb. oblig.* matrimonio COITVRI: *l. 27. D. de donat. inter vir. et vxor.* COITO matrimonio. *l. 8. D. de condict. cauſſ. dat.* ¶. 3. COIRE ſocietatem, id eſt, contrahere. *l. 1. l. 6. l. 8. l. 71. l. 73. D. pro ſoc. l. 1. D. quar. rer. act. non dat.* et apud *Auctor. collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VIII. §. 7.* COIRE ſocietatem ad obligationem innocentium: *l. 1. §. 1. D. de leg. Corn. de falſ.* ad occiſionem innocentium: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VIII. §. 7.* quo annona carior fiat. *l. 2. D. ad leg. Iul. de annon.* Sic et COIRI ſocietas, id eſt, contrahi: *l. 3. §. 1. l. 5. pr. et §. 1. l. 7. l. 30. l. 57. l. 58. D. pro ſoc. l. 70. §. vlt. D de fideiuſſor.* COIRE negotiationem: *l. 52. §. 4. D. pro ſoc.* COIRE cum furibus: *l. 1. D. naut. caupon.* COIRE in accuſationem innocentium. *l. vlt. D. de concuſſ.* COIRE in alienam litem dicuntur, qui de emolumento alienae litis communicando paciſcuntur, vt, quidquid ex condemnatione in rem vnius redactum fuerit, inter eos communicetur. *l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Plin. *Lib. V. Epiſt. 14. Queſtus eſt, venire aduocationes, venire etiam praeuaricationes, in lites* COIRI.

COITVS, pro coniunctione, ſeu concubitu. *§. pen. Inſt. de nupt.*

COL.

COLERE, agros: *l. 5. §. 21. D. vt in poſſeſſ. leg.* COLENDI agri cauſſa: *l. 25. D. de vſu et hab. l. 203. D. de verb. ſignif.* COLERE fundos: *l. 30. §. vlt. D. de vſu et vſufr. l. 5. C. an ſeru. l. 1. §. 1. D. loc.* COLENDORVM praediorum cauſſa emta parataque: *l. 16. §. vlt. D. de legat. III.* COLERE fide dominica: *l. 18. §. 4.* et *l. 20. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* COLERE mercede: *l. 20. §. 1. eod. tit.* COLERE numis. *l. 26. D. de furt.* COLI autem dicebatur terra, vt parens, honore hinc ſumto, quod olim laureato vomere triumphali aratore et ipſorum imperatorum manibus colerentur agri, vt ſcribit Plin. *Lib. X. Cap. 3.* Sed et lepidus fertur in filium, qui patris monimentum exarauerat, iocus: *hoc eſſe vere patrem* COLERE. ¶. 2. COLERE concordiam: *l. 20. C. de inoff. teſt.* Iuſtitiam namque COLIMVS, *l. 1. §. 1. D. de inſt. et iure.* puta, tamquam iuſtitiae ſacerdotes, quorum proprium eſt Deos colere. HEIN.

COLLACTANEVS, qui ſimul mammam ſuxit: *l. 13. D. de manum. vindict. §. 5. Inſt. quib. ex cauſſ. manum.* Caper in libro de Orthographia: COLLACTANEVS *eſt eisdem mammis educatus.* Sic et COLLACTANEA, *l. 30. §. 1. D. de aliment. legat.* vbi Scaeuola *σύντροφον* vocat, vt et Theophilus in *d. §. 2. Inſt. qui et ex quib. cauſſ.* Idem etiam vocatur COLLACTEVS, apud Reineſ. *Inſcr. IX, 16.* et Gruter. *p. 675, 8.* COLLACTIVS, Ibidem *p. 637, 8. p. 661, 2. 3. 5. p. 662, 8.* Iuuenal. *Sat. VI. v. 306.* ΣΥΝΤΡΟΦΟΣ. Gruter. *p. 660, 10.* ΠΑΡΑΤΡΕΦΑΜΕΝΟΣ, apud Diodor. Sic *Lib. XIX.* et *ὁμογάλακτος*, apud Philoxen. in Gloſſ. CONLACTANEVS, *σύντροφος, ὁμογάλακτος.* Sed et ΟΜΟΤΡΟΦΕΙΣ eſt apud Reineſ. *Inſcr. IX, 16.* Ex quibus lapidibus ſimul intelligimus, non minimum adfectionis gradum viſum eſſe illum communem lactis vſum. HEIN.

COLLAPSA villa: *l. 7. §. vlt. D. ſol. matrimon.* COLLAPSVM balneum. *l. 5. C. de aedific. priuat.*

COLLATERALES, vel a latere venientes, cognati in linea obliquo. *l. 9. pr. et §. 1. C. de natural. lib.* HEIN.

COLLA-

COLLATIO, eſt inter fratres ſororesque facta ſucceſſionis cauſſa bonorum contributio. *tit. D. et C. de collation.* et *tit. D. de collat. dot. l. 20. §. 1. D. de bon poſſeſſ. contr. tab. l. 6. D. ſi tab. teſtam. exſtab. l. 39. §. 1. D. famil. erciſc. l. 6. C. de inoffic. teſt.* ¶ 2. COLLATIO quoque fieri dicitur a vectoribus, iactu facto nauis leuandae cauſſa. *l. 2. §. 7. l. 4. §. 2. l. 5. D. de leg. Rhod. de iact.* quae et CONTRIBVTIO dicitur. *l. 1. l. 3. D. eod. tit.* Immo et COLLATIONEM *intributionis* eleganter vocat Paullus *Sentent. II, 7, 5.* HEIN. ¶ 3. Sed et COLLATIO tributorum, vectigalium, aliarumque functionum dicitur. *l. vlt. §. 25. D. de muner. et honor. l. 8. §. 3. l. 11. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 27. §. 3. D. de vſufr.* Sueton. *in Neron. Cap. XXXVIII.* COLLATIONIBVS*que non receptis modo, verum et efflagitatis, prouincias priuatorumque cenſus paene exhauſit.* COLLATIO praediorum: *l. 11. D. de vacat. mun. l. 14. §. 1. D. de mun. et honor.* ¶ 4. COLLATIO viarum, ὁδοςρωσία, numi, exacti a poſſeſſoribus, ad vias ſternendas. *l. 27. §. 3. D. de vſufr. l. 13. §. 6. D. de act. emt. l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. publ. l. 6. C. de pign. et hypoth. l. 1. C. de collat. fund.* De eo munere patrimoniali prolixius diſſerit V. C. Eu. Otto *de tutel. viar. Part. III. Cap. 8. p. 527. ſequ.* ipſeque Briſſonius noſter *Antiqu. Sel. Lib. III. Cap. 11.* HEIN. ¶ 5. COLLATIO, pro comparatione. Sic accipitur in inſcriptione libelli: *Moſaicarum et Romanarum legum,* COLLATIO, quamuis hunc titulum in Codicibus MSSC. non reperiri iam alii obſeruarint. Vid. Schulting. *iuriſpr. vet. anteiuſtinian. p. 727.* ¶ 6. COLLATIONES etiam parum Latine vocantur partes collectionis Nouellarum Iuſtiniani, quaſi συλλογαί vel *collectiones,* συμφορήματα HEIN.

COLLATORES, de quibus *Nou. CXXVIII. in rubrica et Cap. 4. 5. 10. et 15.* et *Nouell. CXXX. Cap. 1. ſequ. et Cap. 7.* ſunt, qui tributa conferunt: Graece συντελεσαί. HEIN.

COLLECTARIVS, in *l. 16. C. ſi cert. pet* Suidas: Κολλεκτάριος, ἀργυραμοιβὸς, ἤτοι κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, τραπεζίτης, ὁ ἀργυροπράτης. COLLECTARIVS, *collybiſta, qui monetam minorem argento permutat, trapezita, argenti venditor.* Ruſus in voce ἀργυραμοιβὸς haec ſynonyma facit. Vetus Horatii Interpres *ad Lib. I. Satyr. VI.* coactores argentarios COLLECTARIOS nominari, tradit. Denique, quod eſt apud Euſebium *Lib. V. Hiſt eccl. Cap. vlt.* Οὗτος ἠπατήθη ποτὲ ὑπὸ Ἀσκληπιοδότου καὶ ἑτέρου Θεοδότου τινὸς τραπεζίτου. Rufinus ita vertit: *Hic deceptus aliquando ab Aſclepiodoto quodam, et Theodoto,* COLLECTARIIS. In Palaemonis gloſſis numularius exponitur COLLECTARIVS. Fuiſſe autem Romae COLLECTARIORVM corpus, vendendis ſolidis, quos plerumque publicus vſus depoſcebat, obnoxium, quibus arca vinaria ſtatutum pretium ſubminiſtrabat, Symmach. *Lib. X Epiſt. 42.* docet. Quod pertinet ad *Nouellam Theodoſii et Valentiniani de pretio ſolidi,* in qua ita eſt: *Quo praecepto etiam illud in perpetuum volumus contineri, ne vmquam infra ſeptem millia numorum ſolidus diſtrahatur, emtus a* COLLECTARIO *ſeptem millibus ducentis.*

COLLECTIO, praeter notam ſignificationem, qualis eſt in *l. 27. §. 25. D. ad leg. Aquill.* in illo COLLECTIO *fructuum:* accipitur etiam pro argumento, vel, vt dialectici vocant, illatione. *l. 14. pr. D. de iure codicill. Sabini et Caſſii* COLLECTIO, *quam et ipſi reddunt, illa eſt.* Ita et Seneca *Epiſt. XLV. Quod tu illis ſubtiliſſima* COLLECTIONE *perſuaſiſti.* Conf. *Epiſt. XLVIII. et LXXXV.* HEIN.

COLLECTVS, A, VM. COLLECTI teſtes: *l. 21. §. 2. D. qui teſtam fac. poſſ.* COLLECTVS humor: *l. 14. §. 4. D. de Aedilit. edict.* COLLECTI fructus: *l. 71. D. de rei vind.* COLLECTAE vſurae. *l. 1. D. de hered. petit.*

COLLEGA. Ea adpellatione hi continentur, qui ſunt eiuſdem poteſtatis: *l. 173. D. de verb. ſignif. l. 11. D. ad municipal.* ab eo, quod vna lecti ſint, vt Varro *Lib V. de Lat. lingu.* ſcribit. COLLEGAM σύναρχον vocat Appian. *Lib. II. bell. ciuil.* COLLEGA praetoris: *l. 18. §. vlt. D. de manum. vindict.* COLLEGA magiſtratus municipalis: *l. 19. §. vlt. D. de tutor. et curat. dat.* COLLEGAE praeſidum: *l. 7. D. de cuſtod. et exhib. reor.* duo magiſtratus, COLLEGAE. *l. 45. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶ 2. Sed et contutores concuratoresue COLLEGAE adpellantur. *l. 2. l. 14. D. de adminiſtr. et per. tut. l. 5. D. de ſuſpect. tut. l. 7. D. rem pupill. ſalu. for. l. pen. D. de tutor. et curat. dat. l. 3. C. de probat. l. 4. C. de magiſtr. conuen.* ¶ 3. Et qui eadem legatione funguntur, COLLEGAE vocantur. *l. 2. C. de legat.* ¶ 4. Quin et coheredes COLLEGAE dicuntur. *l. 101. D. de ſolut.* ¶ 5. Praecipue tamen, et veluti κυρίως, qui eiuſdem collegii ſunt. *l. 41. §. 1. et §. vlt. l. 42. et l. vlt. D. de excuſat.*

COLLEGATARII ſunt, quibus coniunctim legatum eſt. *l. 6. l. 10. D. de vſufruct. adcreſc. l. 34. § 11. D. de legat. I. §. 8. Inſt. de legat.*

COLLEGIATVS, in *Nou. Valentin. vn. de Epiſcop. iudic.* et in *Nouella Leonis et Maioriani de curialibus.* COLLEGIATVM proprium corpus adſtringit. *l. 16. C. Theod. de palat. ſacr. largit.* ¶ 2. COLLEGIATI: *l. pen. C. de commerc. l. 9. C. de SS. eccleſ. l. vn. C. de collegiat. l. vn. C. Theod. ne oper. a conlat. exig. l. 1. l. 2. C. Theod. de colleg. l. 41. C. Theod. de oper. publ. l. 1. l. 2. l. vlt. C. Theod. de his, qui condit. propr. reliqu. l. 31. C. Th. de SS. eccleſ.* Municipes COLLEGIATI et corporati vrbium: *l. 5. C. Theod. de locat. fund. iur. emphyt.* Hoc autem COLLEGIATORVM nomine adpellabantur certi homines, ex diuerſis ciuitatum corporibus, publici miniſterii cauſſa conſcripti, quos operas proſequutionibus equorum praebuiſſe, eoque proſequutionum onere adſtrictos fuiſſe, indicat *l. 1. C. Theod. ne oper. a collat. exig.* In deſcriptione etiam vrbis Conſtantinopolitanae, cuius incertus eſt auctor, ſingulis regionibus COLLEGIATI attribuuntur, qui a diuerſis corporibus ordinati, incendiorum caſibus ſubuenire conſueuerant. Nugas itaque agit Iſidorus, qui *Lib. IX. Etymolog. Cap. 4.* COLLEGIATOS *idcirco dictos,* ait, *quod eorum collegio cuſtodiisque deputarentur, qui facinus aliquod commiſerant, fuiſſeque hoc ſordidiſſimum genus hominum, patre incerto progenitum.* Immo nugas non agit Iſidorus. Eo enim demum res redierat, vt et ex faece hominum ſumerentur COLLEGIATI, et viliſſimis adhiberentur miniſteriis, quin et facinoroſi homines in illam colluuiem, tamquam in ergaſtulum, damnarentur. *Edictum* Theodorici, *Regis Go-*

um lingua in Latium inuectum eſſe hoc vocabulum, ſuſpicatur. Id enim praeter Lampridium, et Ammiani. Marcellin. *Lib. XVI. Cap. 16.* confirmat, his verbis: *Sparſique cataphracti equites, quos* CLIBANARIOS *dictitant Perſae.* Et ſane Bochartus *in Phaleg Lib. III. Cap. 13. p. 191. Tomo I. Op.* oſtendit, equitem cataphractum Chaldaeis fuiſſe גלבנר *gilbanar*, a גלבא, *ferri ſquama*, ſeu *lamina*. Squamata enim fuiſſe illa equitum et equorum tegumenta, praeter Ammian. Marcellinum ibid. docet Heliodor. *in Aethiop. Lib. IX. Cap. 25. p. 443.* HEIN.

CLIBANVS, thoracem, quo pectus tegitur, ſignificat, vt ex Latina interpretatione *libri* Imp. Leonis *de bellico adparatu Cap. VI.* patet. Auctor etiam libelli *de rebus bellicis*, qui *Notitiae Imp. Rom.* ſubiicitur, de thoracomacho agens: *Hoc enim*, ait, *veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram et tutelam pectoris humani timoris ſollicitudo, ſollertia magiſtra, compoſuit, vt hoc inducta primum lorica,* vel CLIBANVS, (ſic enim emendandum eſt,) *aut his ſimilia fragilitatem corporis ponderis aſperitate non laederet.* CLIBANVM autem ferreum fuiſſe pectoris tegumen, oſtendit Macarius *Homil. XVII.*

CLIENS. Ita liberi homines dicebantur, qui ſe ad potentiorem aliquem adplicabant, vt eius patrocinio defenderentur, protegerenturque, de quorum origine vid. Dionyſ. Halicarn. *Lib. II. p. 84.* Plutarch. *in Romulo p. 24.* qui patronos προςάτας, clientes πελάτας vertit. Fit horum mentio in *l. 3. D. de vſu. et habit. l. 5. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec. l. 3. §. 6. D. de pen. leg. l. 89. D. de furt. l. 7. §. 1. D. de capt. et poſtl. l. 3. C. de nouat.* Gell. *Lib. V. Cap. 13.* *Conſtabat ex moribus populi Romani, primum iuxta parentem tenere pupillos debere, fidei tutelaeque noſtrae creditos: ſecundum eos proximum locum* CLIENTES *habere, qui ſe itidem in fidem patrociniumque noſtrum dederunt.* ¶. 2. CLIENTES etiam dicuntur, quorum cauſſam patrocinio noſtro tuendam ſuſcipimus. *l. 1. C. de aduoc. diuerſ. indic.* Ouid. *Lib. I. Amor. v. 88.*

Qui modo patronus, iam cupit eſſe CLIENS.

Idem *Lib. III. de arte amandi v. 532.*

Facundus cauſſam ſaepè CLIENTIS *agit.*

Symmach. *Lib. V. Epiſt. 78. Nunc illa* CLIENTVM *turba omnis fortuito inſidtet errori.* Seru. *ad Virg. Aen. VI. verſum 609. Aut fraus innexa* CLIENTI, eos *ſuo tempore* SVSCEPTOS *vocatos eſſe, obſeruat.* B. Auguſtin. *Epiſt. LIX. Antiſtites, velut aduocati,* SVSCEPTOS *ſuos per manus impoſitionem miſericordiſſimae offerunt poteſtati.* Saluian. *Lib. V. de gubernat. Dei: Quaerunt auxilia, et patrocinia maiorum. Nihil* SVSCEPTIS, *ſed ſibi.*

CLIENTELA. In CLIENTELAM quem ſuſcipere. *l. 1. C. vt nemo ad ſuum patroc. ſuſcip.*

CLIVOSVS. CLIVOSA via. *l. 2. §. 32. D. ne quid in loc. publ.*

CLIVVS Capitolinus. *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquil.* et apud Ciceron. *Philipp. II, 7.* et *Lib. II. ad Attic. Epiſt. 16.* Aſconius *in Milon. Cap. XXIV.* Cn. Manlius, Tribunus plebis quum per tumultum ageret, et CLIVVM Capitolinum obſideret. Ἄνοδον τὴν εἰς τὸ Καπιτώλιον φέρουσαν. *adſcenſum, quo in Capitolium itur*, vocat Dionyſ. Halicarnaſſ. *Lib. VI. p. 341.* ¶. 2. Ceterum crebro in libris noſtris haec conditio in formula occurrit: SI IN CAPITOLIVM ADSCENDERIT, quae Capitolium excelſo et edito loco ſitum fuiſſe, ſatis indicat. Vnde *alta* CAPITOLIA Lucan. *Lib. IX. v. 73.* et Silius Ital. *Lib. XII. bell. Pun.* vocant. nec non et CAPITOLIVM *ſcandere* inuenies. Plin. *in Panegyric. Cap. V. Tibi adſcendenti de more Capitolium.* Lamprid. *in Alex. Cap. XLIII. Capitolium ſeptimo die, quum in vrbe eſſet, adſcendit.* ¶. 3. CLIVOS facere. *l. 20. §. 1. D. de ſeruit. vrb. praed.*

CLO.

CLOACA, locus concauus, per quem colluuies defluit. *l. 1. D. de cloac.* Vetus Gloſſarium: CLOACA *eſt locus, in quo defluunt ſordes.* Victorinus *de Orthographia: Non eſt* CLOACA, *vt putatis, ſed* CLVACA, *quaſi colluaca.* Dionyſ. Halic. *Lib. III. p. 200.* cloacas ὑπονόμους vocat, interpretaturque τάφρους, δι' ὧν ἐπὶ τὸν Τίβεριν ὀχέτευται πᾶν τὸ συῤῥέον ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ. *Foſſas, quibus in Tiberim deriuatur, quidquid ex viis confluit.* De CLOACIS autem vrbis Romae vide Liuium. *Lib. V. Cap. 55.* Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 15.* Caſſiodor. *Lib. III. Var. Cap. 30.* Eas primum fecit Tarquinius Priſcus, vt cum Liuio *Lib. I. Cap. 38.* auctor eſt Eutrop. *Lib. I. Cap. V.* ¶. 3. CLOACAM ducere et immittere iuriſconſulti dicunt. *l. 1. §. 8. D. de cloac. l. 2. §. 26. D. ne quid in loco publ. l. 7. D. de ſeruit.* Liu. *Lib. V. Cap. 55. Ea cauſſa eſt, vt veteres* CLOACAE, *primum per publicum ductae, nunc priuata ſubeant tecta.* Idem *Lib. I. Cap. 38. Aquas* CLOACIS *e faſtigio in Tiberim ductis, ſiccat.* CLOACAE immittendi ius: *l. 7. D. de ſeruit.* In CLOACAM demitti ſolitus ſeruus. *l. 54. §. 1. D. de act. emt. vend.*

CLOACARIVM tributum, quod cloacarum purgandarum cauſſa infertur. *l. 27. §. 3. D. de vſufr. l. 39. §. 5. D. de legat. I.* Ad CLOACARVM autem purgationem olim his, qui diu poena functi erant, vſos, Traiani epiſtola ad Plin. *Lib. X.* oſtendit.

CLV.

CLVSOS, pro CLAVSIS. CLVSA arca: *l. 26. D. depoſ.* CLVSIS horreis: *l. 1. §. 21. D. depoſ.* CLVSIS tabulis: *l. 3. C. de iur. delib. l. 25. §. 6. D. de adquir. vel omitt. hered.* CLVSVM templum: *l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. peccul.* CLVSOS in SC. Silaniani tractatu quomodo accipere debeamus, vide in *l. 3. §. 6. D. ad SC. Silan.*

CLY.

CLYPEI verbo, in *l. 5. §. 12. D. qui effud. vel deiecerint.* imago ſignificatur. Illic enim pictor in pergula CLYPEVM, vel tabulam, expoſitam habuiſſe proponitur. Quae vocis huius ſignificatio a Cornelio Frontone et a Soſipatro adnutata eſt. Fontes vero, ex quibus huiusce ſignificationis origo manauit, Plinius aperit *Lib. XXXV. Cap. 3.* his verbis: *Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines. Vnde et nomen habuere* CLYPEORVM: *non, vt peruerſa grammaticorum voluit ſubtilitas, a* CLVENDO. *Origo plena virtu-*

tu-

CLY. COA.

tu faciem reddi cuiusque in ſcuto, qui vſus ille fuerit. Liu. *Lib. XXXXI. extr. Et duodecim* CLYPEA *aerata ab Aedilibus Curulibus, P. Claudio et Ser. Sulpicio ſunt poſita* Sueton. *in Domit. Cap. vlt. Scalas etiam inferri,* CLYPEOSque *et imagines eius coram detrahi.* Trebellius Pollio *in Claud. Cap. III. Illi* CLYPEVS *aureus, vel, vt grammatici loquuntur,* CLYPEVM *aureum, ſenatus totius iudicio, in Romana curia collocatum eſt.* Vetuſtae gloſſae: CLYPEVM, *vbi imagines proponuntur.* Beda *de orthographia:* CLYPEVS, *maſculino genere in ſignificatione ſcuti ponitur. Neutrali autem, imaginem ſignificat. Sed auctoritas variat.*

CLYSTERE medicamentum alicui infuſum, proponit *l. 9. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Quo loco CLYSTER eſt inſtrumentum, quo medicamentum iniicitur: quod Galeni temporibus fuiſſe veſicam, cui cornea vel alterius materiae fiſtula recta, et fracta ad finem adnexa erat, ex multis eius auctoris locis colligi, ferunt. Eius certe vſum homines ab Ibi, Aegyptia volucre, didiciſſe, idem Galenus *in Introductor.* et Plin. *Lib. VIII. Cap. 27.* tradunt.

COA.

COACERVARE ſummas maiores et minores: *l. 36. D. de mand.*

COACERVATIO ſummarum. *l. 11. D. de iuriſdict.*

COACESCERE. Sic COACVISSE dicitur vinum. *l. 85. D. de legat. III.*

COACTILIA, de quibus in *l. 25. §. 1. D. de aur. arg. leg.* noſtris pheltris fuiſſe non abſimilia, putanat. Et erant ſane ex lanis per ſe coactis facta veſtimenta et tegumenta, aut, vt Caeſar *Lib. III. de bello ciuili Cap. 44.* loquitur, *ex ſubcoactis.* Auctor *libelli de rebus bellic. ad Theodoſium,* quum de thoracomacho agit: *Hoc enim* inquit, *veſtimenti genus, quod de* COACTILE *ad menſuram et tutelam pectoris humani conficitur de mollibus lanis, timoris ſollicitudo; ſolertia magiſtra, compoſuit.* Hinc

COACTILITIA, vel, vt quaedam editiones habent, COACTILIARIA *taberna,* quam in Liguria patrem Heluii Pertinacis exercuiſſe, legimus, apud Iul. Capitolin *in Pertinace Cap. III.* ☞ Plura de COACTILIBVS habet Cuiac. *Obſeru. V, 11.* At fruſtra Briſſonius noſter ad COACTILIA referre videtur tabernam COACTILITIAM, vel COACTILIARIAM. Legendum enim potius COCTILITIAM, vt oſtendit V. C. Claud. Salmaſius. Ea enim taberna non *coactilibus,* ſed *coctilibus lignis* inſtructa fuit, id eſt, lignis ἀκάπνοις ita praeparatis, vt fumum non darent. Argumento eſt, quod ipſe Iulius Capitolin. *in Pertinace Cap. I.* Pertinacis patrem *lignariam negotiationem* exercuiſſe, ſcribit. De lignis COCTILIBVS, vel ἀκάπνοις videndi Iſ. Caſaub. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 104.* Claud. Salmaſ. *ad eosdem p. 125. et 517.* Barth. Barrient. *Adnot. Sylu. Cap. XVI.* HEIN.

COACTOR argentarius: *l. 40. §. 8. D. de ſtatulib.* et apud Horat. *Lib. I. Sat. 6. v. 88.* ad quem locum vetus interpres: COACTORES, ait, *mercenarii erant eorum, qui habebant argentariam.* COACTORES *etiam dicuntur argentarii in*

COA.

auctionibus, quia pecunias cogunt, qui et COLLECTARII *nominantur.* Hinc et COACTIONES *argentarias factitare,* dixit Sueton. *in Veſpaſ. Cap. I.*

COACTVS, nota ſignificatione. COACTVS metu: *l. 10. §. 1. D. quod met. cauſ. l. 21. §. vlt. D. eod.* COACTVS per vim: *l. 1. C. de reſc. vendit.* COACTVS volui: *l. 21. §. 5. D. eod.* ¶. 2. COACTVM, collectum, vel congregatum. COACTIS hominibus: *l. 195. §. vlt. D. de verb. ſign.* COACTI fructus: *l. 27. §. 1. D. de inſtruct. et inſtrum. leg.* COACTIS vindemiis: *l. 7. §. 1. D. ſolut. matrim.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. Vt quum quid eſſet* COACTVM *in publicum, ſi erat auerſum.*

COADVNARE. Sic COADVNATAE ſummae in vnum. *l. 9. §. vlt. D. de pact.* Sic et: licitis honeſtisque lucris aliquid COADVNARE: *l. 7. C. de adſeſſ.* publice turbis COADVNATIS: *l. 4. C. de ſumm. Trinit.* omnibus in vnum COADVNATIS. *l. 8. C. qui bon. ced. poſſ.* HEIN.

COAESTIMARE, ſimul aeſtimare. Celſus *l. 67. §. 1. D. de furt. Furti actione hoc quoque* COAESTIMABITVR. HEIN.

COALESCERE dicitur planta, arbor, cruſtaue agri, quae in fundum radices immittit, et quaſi vnitatem cum terra facit. *l. 5. §. pen. D. de rei vind. l. 8. l. 26. §. 1. D. de adqu. rer. dom. l. 9. §. 2. D. de damn. inf.* Concha etiam COALESCERE dicitur. *l. 19. §. pen. D. de aur. arg.* COALESCERE vitis in fundo. *l. 21. §. vlt. D. quod vi aut clam.* ¶. 2. COALESCERE μεταφορικῶς pro gliſcere, incrementum capere. Non ſinant crimina impunita COALESCERE. *l. 6. C. de defenſ. ciuit.* HEIN.

COANGVSTARI dicitur aqua: *l. 1. §. 15. D. de flum.* lex interpretatione COANGVSTATVR. *l. 122. D. de verb. ſignif.*

COARCTARE, vel, vti in Florentinis plerumque ſcriptum COARTARE. *l. 2. D. de oper. libert.* COARTABITVR tua pars: *l. 35. D. mand.* [Ad ſolutionem debiti quem COARTARE: *l. vn. in fine princ. C. de ſuffrag.* COARCTARE iuueniles calores. *l. 8. §. 5. verſ. filiis autem C. de bon. quae lib.*

COARCTATA via. *l. 2. D. ne quid in loc. public.*

COC.

COCCVM, in *l. 70. §. pen. et vlt. l. 78. §. 3. D. de legat. III. l. 18. §. 1. D. de Aedil. edict.* Plin. *Lib. IX. Cap. 41.* COCCVM *Galatiae rubens granum, vt dicimus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniae, in maximis laude eſt.* Idem *Lib. XXII. Cap. 2. Atque vt ſileamus Galatiae, Africae, Luſitaniae granis,* COCCVM *imperatoriis dicatum paludamentis, Transalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit.* Vid. plura *Lib. XVI. Cap. 8.* Meminit et Strabo *Lib. XVII. p. 1179. edit. nou* Eſt et apud Dioſcoridem *lib IV.* caput περὶ κόκκου βαφικῆς, vbi quod de Siculis mulieribus ſcribit, τῷ ςόματι ἀναλέγεσθαι, non ſic accipiendum eſt, quaſi ore coccum *legant,* ſed *ori,* ſeu *oris gratia,* eius nimirum fucandi oblinendiue cauſſa.

COC. COD.

☞ **COCHLEARIA**, vaſis argenteis legatis adnumerantur a Paullo, *Sentent. III, 11, 86.* HEIN.

COCINATORIVM inſtrumentum, pro coquinario. *l. 19. §. 12. D. de aur. arg. leg.* Eodem ſenſu

COCITATORIA vaſa. *l. 6. D. de penu* ☞ *leg.* Hoc poſterius analogiae magis conuenire putant, quam prius *cocinatoria.* A verbo enim *coquo* eſt frequentatiuum *coquito*, vel *cocito:* quo Plautum vſum eſſe, docet Feſtus in COQVITARE. Ab huius ſupino *cocitatum* fit COCITATORIVS. Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. VII. Cap. 8.* At veteres etiam vſi ſunt COQVINARE pro *coquere*, veluti Plaut. *in Pſeudol. Act. III. ſcen. 2. v. 64. An tu* COQVINATVM *te ire quoquam poſtulas!* Ab huius vero verbi ſupino aeque ἀναλογικῶς dici potuit vas COQVINATORIVM. *Vaſa* tamen COQVINARIA maluit Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 11.* HEIN.

COCTILIA ligna, id eſt, ita cocta et igne exſiccata, vt ſint ἀκάπνα et ſumum non emittant, Vlpiano *l. 55. §. 7. D. de legat. III. ligna* COCTA, *vt fumum non faciant.* Vid. ſupra COACTILITIA.

COD.

CODEX Ita vt Varro *Lib. III. de vita populi Romani* apud Nonium ſcribit, antiquitus *plures tabulas coniunctas* dicebant. A quo in Tiberi naues CODICARIAS adpellabant. vid. ſupra in CAVDICARIVS. Seneca quoque *in libro de breu. vitae Cap. XIII. plurium tabularum contextum* CODICEM apud veteres dictum, ſcribit, et inde publicas tabulas CODICES dici. Sic TABVLAE in pluribus CODICIBVS ſcriptae. *l. 3. §. 1. D. de tab. exhib.* [in duobus CODICIBVS ſimul ſignatis alios atque alios ſcribere heredes. *l. 1.* ☞ *§. 6. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul.*] CODICES erant quadrata, vel quadrangula forma, vt docet Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 377.* vbi etiam obſeruat, codicis triangularis meminiſſe Euſthat. *ad Dionyſ. Perieget. p. 36.* Et hinc dubitatum, an, libris legatis, et CODICES deberentur? Libri enim ſtricte ſumti erant *volumina*, quae in ſe conuoluebantur. Sed quia vulgari loquendi vſu omnia, quibus quid inſcribebatur, quacumque forma eſſent, *libri* et βιβλία dici ſolebant: obtinuit, vt et codices *librorum* numero comprehenderentur. *l. 52. pr. D. de legat. III.* Paull. *Sent. III, 4, 87.* HEIN. ¶. 2. Hinc CODICES argentariorum: *l. 9. §. pen. D. de edendo l. 88. D. de ſolut. l. 45. D. de iudic.* CODICES chartacei, eborei, membranei, vel alterius materiae: *l. 52. D. de legat. III.* CODICES numulariorum: *l. 9. §. 2. D. de edend.* Iuuenal. *Sat. VII. v. 110.*

Qui venit ad dubium grandi cum CODICE *nomen.*

CODICES rationum: *l. 10. §. 1. D. eod. tit.* In CODICE ſcriptum chirographum. *l. 5. §. 8. D. commodat.* ¶. 3. Proprie volumina conſtitutionum Imperialium CODICES adpellarunt, quorum tres ante Iuſtinianeum fuiſſe, GREGORIANVM, HERMOGENIANVM et THEODOSIANVM, docet *l. vn. de Iuſtin. Cod. confirm.* et *Epiſtola de nouo Cod. fac.* Iſidor. *Orig. Lib. V.*

CODICILLI, a codicibus ὑποκοριστικῶς ducti ſunt. Itaque CODICILLOS et pugillares pro eodem ponit Catullus *in Epigr. XLIII. v. 5. et 11.* Eos ſemper pluratiuo numero proferri, ait Caius in *l. 188. D. de verb. ſignif.* CODICILLVM tamen et numero ſingulari dicunt Imperatores. *l. 7. C. Theod. de bon. matern.* et *l. 40. C. Theod. de haeret.* Accipiuntur vero CODICILLI cum pro omnibus ſcriptionibus, tum et pro epiſtolis. Cic. *Lib. IV. ad famil. Epiſt. 12.* et *Lib. VI. Epiſt. 18.* Sueton. *Calig. Cap. LV.* Maxime vero eo nomine veniebant litterae, quae a praeſentibus ad praeſentes mittebantur. Hinc Seneca *Epiſt. LV. Video te, mi Lucilli, cum maxime audio: adeo tecum ſum, vt dubitem, an incipiam non* EPISTOLAS, *ſed* CODICILLOS, *tibi ſcribere.* Quae eſt elegans obſeruatio Lipſii *Inſtit. Epiſtol. Cap. II.* HEIN. Hinc ¶. 2. et CODICILLOS vocabant eam ſcripturam, qua quis vltimam ſuam voluntatem mandabat, non tantam ſollemnitatem deſiderantem, quantam teſtamentum. Quae et *a teſtato*, et *ab inteſtato* confici poteſt. Theophilus ſic definit: Κωδίκελλός ἐστιν ἐλλιπὴς ἐν διαθήκῃ γνώμης τεστάτωρος ἀναπλήρωσις. CODICILLI *ſunt relictum a teſtatore, voluntatis, teſtamento expreſſae, ſupplementum* Moſchopulus vero, Latinae linguae non admodum peritus, *in libro περὶ σχεδῶν κωδίκελλον, διόρθωσιν τῆς διαθήκης*, CODICILLOS, *teſtamenti emendationem*, explicat. Vetus Gloſſarium: CODICILLI *ſunt codices parui, in quibus, qui teſtamentum facere nolunt, aliqua neceſſitate impediti, vltima voluntate de rebus ſuis diſponunt.* ¶. 3. Hinc CODICILLI cerati: *l. 52. D. de legat. III.* CODICILLI confirmati: *l. 31. D. de legat. I. l. 39. l. 41. §. 2. D. de legat. III.* Vlpian. *Fragm. tit. XXV. §. 11.* id eſt, teſtamento confirmati, vt *l. 43. D. de manumiſſ. teſtam l. 18. D. de ann. legat. l. 18. in fin. D. de milit. teſt.* Vlpian. *Fragm. tit. II. §. 12. et tit. XXIV. §. 19.* Plin. *Lib. II. Epiſt. 16.* quod fiebat in hunc modum: CODICILLOS, QVOS POSTEA FECERO, VALERE VOLO: *l. 6. §. 2. l. 8. §. vlt. D. de iure codicill.* vel aliis verborum figuris, quas *Lib. VII. de formul. Cap. 149. p. 639.* expoſui. CODICILLI facti, *l. 27. pr. §. 1. D. de legat. III.* ab herede: *l. 77. D. de legat. II.* ad omnes heredes ſcripti: *l. 33. §. vlt. D. de legat. II.* ad filium: *l. 14. D. de iure codicill.* ab inteſtato: *l. 16. D. de iur. codicill.* ad certam perſonam ſcripti. *l. 37. §. 2. D. de legat. III.* CODICILLOS ad teſtamentum factos, teſtamento ſuperadditos interpretor, vel, vt *l. 1. C. de codicill.* loquitur, ad teſtamentum pertinentes. *l. 36. D. de teſtam milit. l. 8. §. 2. D. de transact. l. 5. §. 14. D. de his, quae vt indign. l. 16. D. de iur. codicill.* CODICILLIS ſcriptis. *l. 18. D. de condit. inſtitut.* ¶. 4. CODICILLI etiam accipiuntur pro diplomatis et litteris, quibus honores mandantur. *l. 41. D. de excuſat. l. 1. C. vt omnes iudic. l. 12. C. de dignit. §. 4. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu.* Sueton. *in Claud. Cap. XXIX.* Auctor *dialogi de cauſſ. corr. eloqu. Cap. VII. Quod ſi non in alio oritur, nec in* CODICILLIS *datur.* Arrian. *Epictet. Diſſ. Lib. III. Cap. 7.* Ἀλλὰ καὶ κριτής εἰμι τῶν ἑλλήνων· οἶδας κρίνειν; τίς σε ἐποίησεν εἰδέναι; Καῖσάρ μοι κωδίκελλον ἔγραψε. *At ſum ego Graecorum iudex. Scisne iudicare? Quis, quaeſo, te eam ſcientiam docuit? Caeſar mihi* CODICILLOS *ſcripſit.* Macar. *homil. XXXIX.* Ὥσπερ βασιλεὺς, γράψας ἐπιστολὰς οἷς βούλεται Κωδικέλλους καὶ δωρεὰς ἰδίας χαρίσασθαι, σημαίνει πᾶσιν ὅτι ταχέως σπουδάσατε ἐλθεῖν. *Quemadmodum Caeſar, ſcribens epiſtolas, iis, quibus* CODICILLOS *vel munera daturus eſt, omnibus ſignificat, vt quam celerrime*

rime ad ſe venire feſtinent. Sidonius Apollinar. *Lib. I. Epiſt. vlt. Ad Gallias adminiſtrandas, faſcibus prius, quam* CODICILLIS, *auſus accingi.* Gregor. Turonenſ. *Lib. II. Cap. 9. Quum autem Aſterius* CODICILLIS: *imperialibus patriciatum ſortitus eſſet.* ¶. 5. Sic CODICILLORVM adeptio: *l. 1. Cod. Theod. de praef. praetor.* CODICILLORVM inſignia: *l. 1. C. Theod. ad leg. Iul. repet.* CODICILLI clariſſimatus: *l. 80. C. Theod. de decur.* conſulares: *l. 23. C. Th. de praet. et quaeſt.* honorarii: *l. 4. C. Th. de primicer. l. 1. l. 4. C. Theod. de codicill. honor. l. 16. C. Theod. de metat. l. 1. C. Theod. de oblat. equor. l. 41. l. 74. C. Theodoſ. de decurion.* imaginarii: *l. 8. C. Theod. de honor.* nauiculariorum: *l. 15. C. Theod. de nauicul.* perfectiſſimatus: *l. 5. C. Theod. de perfectiſſ. dignit.* praetorii: *l. 23. C. Theod. de praetor. et quaeſtor.* proconſulares: *l. 5. l. 7. l. 8. C. de honorar.* ſenatorii. *l. 74. C. Th. de decur.*

COE.

COELEBS, vide ſupra: CAELEBS.

COELVM vide ſupra, in CAELVM.

COEMTIO, ſollemnis matrimoniorum contrahendorum ritus erat, cuius Cicero *de Orat. Lib. I. Cap. 56.* pro Flacco *Cap. XXXIV. pro Muraena Cap. XII.* meminit, itemque Seru. *in I. Georg. v. 31.* et *in VII. Aen. v. 424.* Iſidor. *Orig. Lib. V. Cap. 34.* Boeth. *in Topica Cic. Cap. III.* COEMTIO, ait, *certis ſollemnitatibus peragebatur, et ſeſe* COEMENDO, (ſic enim lego,) *inuicem interrogabant. Vir ita: An ſibi mulier materfamilias eſſe vellet? Illa reſpondebat: velle. Itaque mulier viri conueniebat in manum, et vocabantur hae nuptiae per* COEMTIONEM. *Et erat mulier materfamilias viro loco filiae.* Quamobrem et ſuorum heredum loco habebantur vxores coemtae, vt Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 14.* tradit, et in ius, manum poteſtatemque viri cum capite fortunas ſuas transferebant, vt Cicero *Topic. Cap. III.* oſtendit.

COEMTOR apud Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 5.* dicitur fiduciarius pater, quoniam cum patre naturali vna emit. Immo, qui a patre emit filium mancipatumque accipit, is eſt PATER FIDVCIARIVS: pater naturalis, qui eumdem, interpoſita fiducia, remancipatum accipit, COEMTOR eſt Vlpiano, ceu recte *ad eum §.* mutauit Cuiacius. Et hanc interpretationem ipſa verba Vlpiani flagitant. Ait enim: *Qui liberum capus, mancipatum ſibi vel a* PARENTE, (en patrem ſiduciarium, cui filius a parente mancipatur,) *vel a* COEMTORE, (en patrem naturalem, cui filius a patre ſiduciario remancipatur) *manumiſit: per ſimilitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius adpellatur.* HEIN.

COENA, abſque diphtongo in Pandectis Florentinis ſcribitur in *l. 18. D. commod.* vbi: *ad* CENAM *inuitare amicum.* Contra cum diphtongo COENA in *l. 26. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* eademque figura interdum CENACVLVM, interdum COENACVLVM, in iisdem pandectis ſcribitur. Manut. *in Orthogr. p. 13.* CENA, inquit, *ſine diphthongo ex antiquiſſimo Bembi Terentio, aliisque libris, praeterque ex antiquis lapidibus.* Sed lapides variant. Apud Spon. *p. CCXCII.* legitur CAENACVLVM per AE., quae orthographia et Feſto placet. At Dauſqueius profert lapidem ad Clitumnum repertum, in quo occurrunt verba: IN PVBLICO COENARENT. Quamuis ergo multa ſibi hic indulſerint veteres: rectius tamen omnino per diphthongum OE ſcribitur. COENA enim, ceu recte obſeruatum eſt a veteribus, dicitur, quaſi κοινὴ, *communis*, quia plures communibus epulis fruuntur. Plutarch. *Lib. VIII. Sympoſ. probl. 6.* Iſidor. *Lib. XX. Orig. Cap. 2.* HEIN.

COENACVLVM, *l. vlt. D. de ſeruit. vrb. praed.* pars ſuperior aedium. Donat. *in Adelph. Act. III. ſcen. 3. Veteres, ait, ganeum meretricium tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γᾶς, τοῦτ᾽ ἐςὶ γῆς,* quod ipſa *ſit in terra, non vt* COENACVLVM, *ſuperius.* Veteres Gloſſae: COENACVLVM, *ſuperiora.* Cuius adpellationis originem indicat Varro *Lib. IV. de lingua Lat.* his verbis: Vbi *cubabant,* CVBICVLVM; *vbi coenabant,* COENACVLVM *adpellabant.* Et mox: *Vt etiam nunc Lanuuii, apud aedem, poſteaquam in ſuperiore parte* COENITARE *coeperunt, ſuperioris domus vniuerſa* COENACVLA *dicta.* Cuius grauiſſimi teſtis fidem numquam eleuabit Iſidorus, qui aliud huius vocabuli etymon *Lib. V. Cap. 3.* comminiſcitur. Walafridus Strabo *de reb. eccleſ. Cap. VII. Poteſt enim fieri, vt aedes ad edendum in iis, ſicut* CAENACVLA *ad coenandum, primo ſint factae, et poſtea longo vſu in aliud verterentur.* Feſtus Pompeius: COENACVLA *dicuntur, ad quae ſcalis adſcenditur.* Liuius *Lib. XXXIX. Cap. 14.* COENACVLVM *ſuper aedes datum eſt, ſcalis, ferentibus in publicum, obſeratis.* Apuleius *Metamorph. Lib. IX. p. 236. Meque per ſcalas, complicitis pedibus, in ſuperius* COENACVLVM *attracto.* Proinde quum Martialis *Lib. I. Epigr. 118. v. 7.* ait:

Et ſcalis habito tribus, ſed altis:

ſe in COENACVLO, ad quod totidem ſcalis adſcendebatur, habitare, innuit. Et, quod apud D. Lucam *Act. Apoſt. Cap. XX. v. 9.* ſcriptum eſt: *ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριςέγου.* hoc vetus Interpres reddidit: *Cecidit de tertio* COENACVLO. Cauſſam vero tantae coenaculorum altitudinis aperit Vitruu. *Lib II. Cap. 8.* cuius verba ſubieci: *In ea maieſtate vrbis, in infinita ciuium frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo quum recipere non poſſet area plana tantam multitudinem ad habitandum in vrbe: ad auxilium altitudinis res ipſa coegit deuenire. Itaque pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus caementitiis, et altitudines exſtructae, contignationibus crebris coaſſatae, et* CAENACVLORVM *ſummas vtilitates perficiunt, et deſpectationes.* Vnde ſcite Tertullianus aduerſus *Valentin. Cap. VII. Primus omnium Ennius, poeta Romanus,* CAENACVLA *maxima coeli ſimpliciter pronunciauit, elati ſitus nomine: vel quia Iouem, illic epulantem, legerat apud Homerum. Etiam creatori noſtro Enniana* COENACVLA in *aedicularum diſpoſita ſunt formas: aliis atque aliis pergulis ſuperſtructis, et vnicuique Deo per totidem ſcalas diſtributis, quot haereſes fuerint.* Vetus Gloſſarium: COENACVLVM *ὑπερῷόν ἐςὶ, τὸ ἄνωθεν κατασκευασθὲν τοῦ μισθωθέντος ἐδάφους οἴκημα. Coenaculum eſt ſuperior pars aedium, eius, qui inferiora locat, habitatio.* ¶. 2. Hinc: COENACVLVM ſupra aedes, in quo alius, tamquam dominus moretur: *l. 3. §. 6. D. vti poſſid.* Singula COENACVLA inſulae: *l. 30. D. locat.* Per COENACVLA diuidere domum: *l. 13. §. vlt. D. de vſufruct.* Inſula, in qua COENACVLVM fuit, quod legatum erat.

COE.

rat: *l.* 7. *D. de inſtr. vel inſtrum. leg* Habitare in COENACVLO, illoque vti: *l.* 7. *D. de donat.* COENACVLVM conducere: *l.* 11. *§.* 5. *D. de pign. act.* COENACVLVM conductum habere: *l.* 1. *§.* 7. *D. de his qui effud. vel deiec.* Si plures in eodem COENACVLO habitant: *l.* 5. *§.* 1. *D. eod. tit.* Si plures diuiſo inter ſe COENACVLO habitant: *l.* 1. *pr. D. eod. tit.* COENACVLI lumina: *l.* 25. *§.* 1. *D. locat.* Partem COENACVLI aperire, et paullo minus commode aliqua parte COENACVLI vti: *l.* 27. *pr. D. eod. tit.* Si COENACVLVM ex publico aditum habeat: *l.* 3. *§.* 7. *D. vti poſſid.* In COENACVLO aquam vt habeat vnusqoisque inquilinus, admonetur: *l.* 3. *§. vlt. D. de offic. praef. vigil.* Qui in aliena COENACVLA ſe dirigunt, ſurandi cauſſa. *l.* 7. *D. de extraord. crimin.*

COENACVLARIVS, in *l.* 11. *§.* 5. *D. de pignorat. act.* qui coenaculum conduxit. COENACVLARIAM exercere, in *l.* 5. *§.* 1. *D. de his, qui effud.* ☞ dicuntur, qui COENACVLA locare ſolent. Sed ii potiſſimum aedium conductores COENACVLARIAM dicebantur *exercere*, qui ſingula coenacula ſublocabant quaeſtus cauſſa. Torrent. *ad Horat. Lib. I. Epiſt. I. v.* 91. COENACVLARII vero plerique erant homines ex vltima plebe, queis res anguſta domi. Prudent. *aduerſus Symmach. Lib. II. v.* 582.

Omnis qui celſa ſcandit COENACVLA, *vulgus*
Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram,
Et quem panis alit, gradibus diſperſus ab altis.

Horat. *Lib. I. Epiſt. I.*

Quid pauper? ride: coenacula mutat.

Adde, quae de COENACVLARIIS diſſerunt Turneb. *Aduerſ. Lib. XIII. Cap.* 11. et Weizius. *ad Prudent. p.* 746. HEIN.

[COENATICA, in *l.* 3. *C. de erog. milit. annon.* genus exactionis, quod milites exigebant a prouincialibus, quaſi pro coena.]

☞ COENATORIA, veſtis muliebris, qua Senatorem quemdam vſum, ſcribit Q. Mucius. *l.* 33. *D. de aur. arg. veſt. leg.* Martial. *Lib. X. Epigr.* 87.

Pugnorum reus, ebriae qui noctis
COENATORIA *mittit aduocato.*

HEIN.

☞ COENOBITAE, *l.* 6. *C. Theod. de poen.* Iſidor. *Lib. VII. Cap.* 13. plura eſſe genera monachorum, COENOBITAS, *anachoretas*, et *eremitas*, ſcribit, additque: COENOBITAE, *quos nos in commune viuentes poſſumus adpellare.* COENOBIVM *enim plurimorum eſt.* Vide eomdem *de offic. eccleſ. Lib. II. Cap.* 15.

☞ COENOBIVM κοινόβιον, iam in Pythagorae ſchola notum vocabulum. Eius enim diſcipuli, quia omnia ſua in commune conferebant, teſte Diog. Laertio *Lib. VIII. ſeg.* 10. Porphyr. *vit. Pythag. ſegm.* 20. dicti ſunt κοινόβιοι. Iamblich. *de vit. Pythag. Cap. V.* ὥστε ἱστορεῖται ἑξακοσίους αὐτὸν ἀνθρώπους ὁρχηκέναι οὐ μόνον ὑπ᾽ αὐτοῦ κεκινημένους εἰς τὴν φιλοσοφίαν, ἧς μετεδίδου, ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον ΚΟΙΝΟΒΙΟΥΣ, καθὼς προσέταξε, γενομένους. *Sunt, qui tradant, ſexcentos fuiſſe, quos non tantum ad capeſſendam philoſophiam ſuam oratione mouerit, verum etiam, qui mandato eius inita bonorum vitaeque communione inter ſe victitabant,* COENOBITAE *inde nominati.* HEIN. ¶. 2. Poſtea id nomen mona☞chorum monialiumque habitationibus inditum. *Monaſterium* enim et vnius eſſe poteſt: COENOBIVM non niſi plurium. Iſidor. *de offic. eccleſ. Lib. I. Cap.* 15. *Nouell. CXXIII. Cap.* 36. *In omnibus autem monaſteriis, quae* COENOBIA *dicuntur, iubemus ſecundum canones monachos in vno habitaculo omnes dormire.* cetera. vbi de monaſtica diſciplina plura. HEIN.

COEPIT, COEPISSE. COEPISSE opus dicitur, qui fundamenta iecit, vel locum purgauit. *l.* 1. §. 3. *D. de pollicitat.* COEPIT abeſſe: *l.* 1. *D. de offic. eius cui mand. iurisd.* COEPIT auctius eſſe aerarium: *l.* 2. *§.* 22. *D. de orig. iur.* COEPIT eſſe ſui iuris: *l.* 21. *§.* 3. *D. de pact.* COEPIT furere: *l.* 17. *D. de adqu. vel omitt. hered. l.* 31. *§.* 3. *et §.* 4. *D. de vſurp. et vſucap.* COEPIT ſenatus ſe interponere: *l.* 2. §. 9. *D. de orig. iur.* COEPIT vindicare: *l.* 7. *D. de action. emt. vend. l.* 12. *§. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* COEPIT cauſſa agi. *l.* 1. §. 12. *D. de agnoſc. et al. lib.*

COEPIE. ἀρχαϊκῶς pro quippe. *l.* 3. *§.* 5. *D. de adquir. poſſeſſ.*

COEPTVS, inchoatus. COEPTVS annus pleno et impleto opponitur: *l.* 8. *D. de mun. et honor. l.* 5. *C. quando dies legat.* COEPTA controuerſia: *l.* 6. *§. vlt. D. de inoffic. teſt. l.* 20. *C. de procurat.* COEPTA iniuria: *l.* 1. *D. quod quisque iur.* COEPTVM iudicium: *l.* 1. *C. de iudic.* COEPTVM criminaliter iudicium: *l.* 9. *C. ad leg. Cornel. de falſ.* COEPTA lis: *l.* 12. *D. ex quib. cauſſ. maior. l.* 49. *D. de iudic.* COEPTVS magiſtratus: *l.* 1. *§.* 5. *D. de poſtul.* COEPTVM opus. *l.* 9. *D. de pollicitat.*

COERCERE. Hoc verbum generale eſt. Nam et pecuniaria mulcta, et corporali animaduerſione, et pignoribus captis, et vinculis, COERCERE, Latini auctores dicunt. Cicero *de Offic. Lib. III. Cap.* 5. *Eos morte, exſilio, vinculis* COERCENT. Et *Lib. III. de Legib. Cap.* 3. *Ciuem noxium, et nec obedientem, magiſtratus mulcta, vinculis, verberibus,* COERCENTO. Sic et in SC. quod a Frontino *de Aquaeduct. Lib. I.* refertur: *Mulcta, pignoribus, cogito,* COERCETO. Et ita accipe, quod Vlpianus in *l.* 2. *D. de in ius voc.* ait: *Qui* COERCERE *aliquem poteſt, et iubere in carcerem duci.* Sic et Pomponius, *l.* 2. §. 16. *D. de orig. iur.* COERCERE *poſſent, et in vincula publica duci iubere.* Ita: *publica vtilitas* COERCENDA, *l.* 1. *§.* 4. *D. depoſit.* per ſyllepſin, pro iuuanda coercitione perfidorum, per quos poblica vtilitas laeditur. *l.* 6. *§.* 8. *D. quae in fraud.* ¶. 2. Hinc COERCERE eum, qui praetorem decepit: *l.* 17. *D. de his, qui not. inf.* COERCERE dolum: *l.* 6. *§.* 8. *D. quae in fraud. cred. l.* 1. *pr. D. de eo, per quem fact.* fraudem: *l.* 12. *§. vlt. D. de re milit.* licentiam: *l.* 4. *C. de obſequ. patron.* maleficia: *l.* 1. *C. qui accuſ. poſſ.* miniſteria deprenſa: *l.* 6. *§.* 3. *D. de offic. praeſ.* receptatores. *l.* 13. *D. de offic. proconſ.* Sic et: COERCERE aeſtimationibus variis: *l.* 41. *D. de poen.* animaduerſione: *l.* 1. *C. de accuſ.* conſtitutione vel conſtitutionibus: *l.* 1. *D. de his, qui ſui vel alien. iur. l.* 1. *D. quod cuiusc. vniu. nom.* exſilio: *l. vlt. D. de iniur.* interdictione rei certae. *d. l. vlt.* mulctis: *l.* 1. *§.* 3. *D. de inſp. ventr.* pignoribus captis: *l.* 4. §. 1. *D. de damn. infect. §.* 3. *Inſt. de ſatisdat. tut.* Cic. *de Orat. III. Cap. I.* *Pignoribus captis incipit Craſſum.* COERCERE poena: *l.* 7. *C. ad leg. Corn. de ſicar. l.* 20. *l.* 21. *D. de lege Corn. de falſ. l.* 4. *C. de decur. l. vlt. D. de leg. Fab. l.* 6. *D. ad leg. Iul. pecul. l.* 7. *C. de furt. l.* 51. *§.* 1. *D. de manumiſſ. teſtam.*

ſtum. poena metalli: Paull. *Sent. II, 19, 9.* publice: *l. 11. §. vlt. D. de euict.* verberibus: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XIII. §. 3.* vinculis. *l. 14. D. de offic. Praeſ.* ¶. 3. COERCERE aquam, in interdicto de fonte, eſt eam continere, ne defluat, vel delabatur, dummodo ooprae venae non aperiantur. *l. 1. §. pen. D. de font.* Cic. *in Top. Cap. IX. Genus eſt aqua pluuia nocens, eius generis forma, loci vitio et manu nocens, quarum altera iubetur ab arbitro* COERCERI. ¶. 4. COERCERE arbores et ramos, ſtringere eſt. *l. 1. §. vlt. D. de arbor. caed.* ¶. 5. COERCERI cuſtodia ferae beſtiae et volucres dicuntur, id eſt, contineri. *l. 3. D. de adquir. rer. dom.*

COERCITIO capitalis: *l. 200. D. de verb. ſign.* corporis: *l. 6. §. vlt. D. de poen.* in corpus: *l. 2. D. de public. iudic.* delictorum: *l. 131. D. de verb. ſignif. l. 1. D. de legib.* extraordinaria: *l. 1. §. vlt. D. de poen. l. 2. D. ſtellionat.* leuis: *l. 7. §. 2. l. 11. §. 7. D. de iniur.* modica: *l. vlt. D. de offic. eius, cui mand. eſt iurisd.* morum: *l. 15. §. 1. D. ſolut. matrim.* pecuniaria: *l. 2. D. de publ. iud.* publica: *l. 5. D. de pact. dot.* Paull. *Sent. I, 9. 1.* ſeruorum. *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 2.*

COERRARE calceatum oportet praefectum vigilum. *l. 3. D. de offic. praeſ. vigil.*

COETVS, *concurſus,* (al. *conuerſus*) *l. 5. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Ad explicationem horum verborum pertinent, quae Seneca *Lib. III. Contron. 8.* ſcribit: *Non, quoties conuenerunt in aliquem locum plures,* CONCVRSVS eſt, *ſed quoties conuocati, quoties parati, quaſi ad ducem ſuum concurrerent: non, ſi vna vicinia coit, aut, ſi transeuntium paucorum numerus adfluxit, ſed vbi totus, aut ex parte magna populus: vbi diuiſa eſt in partes ciuitas.* COETVS *multitudinis magnae nomen eſt coeuntis ex conſenſu quodam.*

COG.

COGERE, interdum congregare ſignificat, vt cogere homines: *l. 2. §. 2. D. de vi bon. rapt.* iudices: *l. 30. D. de lib. cauſſ.* numerum: *l. 2. D. de decret. ab ord. fac.* turbam. *l. 4. §. 6. D. de vi bon. rapt.* Sic et COGI duo in eumdem ſemiſſem. *l. 142. D. de verb. ſign.* ¶. 2. COGERE etiam colligere eſt. Sic COGI dicitur aqua, id eſt, colligi: *l. 1. D. vt in flum.* COGI fructus: *l. 36. §. vlt. de heredit. pet. l. 34. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 3. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 50. D. de vſufruct. l. 32. §. 5. D. de vſu et vſufr. leg. l. 27. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Paull. *Sent. III, 4. 36.* COACTIS vindemiis. *l. 7. §. 1. D. ſol. matr.* ¶. 3. COGI ad fiſcum bona dicuntur, quae fiſco vindicantur. *l. 45. §. 2. D. de iur. fiſci.* et COGI in fiſcum: *l. 31. D. eod. tit. l. vlt. D. de bon. cor. l. vlt. D. de requirend.* a fiſco cogitur pars. *l. 24. D. de leg. Corn. de falſ.* Sic et COGI in publicum. Varro *de lingua Lat. Lib. IV. Vt quum quid* COACTVM *eſſet in publicum, ſi erat auerſum.* COGERE ex mercedibus ſuis. *l. 3. §. 8. D. de ſtatulib.* ¶. 4. COGERE, ἀναγκάζειν, ſiue iuſta ſit vis, ſiue iniuſta. Sic COGIT praetor arbitrum, officio ſuo perfungi: *l. 3. §. vlt. l. 11. D. de recept. arbitr.* COGITVR quis per praetorem: *l. 37. D. de fideic. libert.* per procoſſ. et praeſides: *l. 19. D. de rit. nupt.* [COGI a praetore, et COGI iudicio, opponuntur. *l. 9. pr. D. de edend.* Praetor pollicetur, ſe coacturum. *l. 1. §. 2. D. vbi pupill. mor. vel educ. deb.* COGI adfectione: *l. 3. §. 9. D. de negot. geſt.* COGENTE pietate. *l. 34. D. eod.*] COGI metu. *l. 12. §. 1. D. quod met. cauſſ.*

COGITATIO defunctae: *l. 13. §. vlt. D. de alim. et cib. leg.* COGITATIONE mortalitatis donare. *l. 21. D. de mort. cauſſ. don.* COGITATIONIS poenam nemo patitur: *l. 18. D. de poen.* nec ſola COGITATIO furti faciendi furem facit. *l. 1. D. de furt.* [Seruum ad improbe COGITANDVM perſuadendo impellere. *l. 1. §. 3. D. de ſeru. corr.*

COGNATIONIS nomen a Graeca voce dictum videri, tradit Paullus. Συγγενεῖς enim et illi vocant, quos nos COGNATOS adpellamus. *l. vlt. §. 1. D. de gradib.* COGNATIONES autem quaedam IVRE CIVILI, quaedam IVRE NATVRALI dicuntur. Nonnumquam etiam vtroque iure concurrente copulatur COGNATIO. Et quidem NATVRALIS COGNATIO, per ſe, ſine CIVILI COGNATIONE intelligitur, quae per feminam deſcendit, quae vulgo liberos peperit. CIVILIS autem per ſe, quae etiam LEGITIMA dicitur, ſine iure naturali, conſiſtit per adoptionem. Vtroque iure conſiſtit COGNATIO, quum iuſtis nuptiis contractis copulatur. Sed naturalis quidem hoc ipſo nomine adpellatur: CIVILIS autem COGNATIO proprie AGNATIO vocatur, videlicet, quae per mares contingit. *l. 4. §. 1. D. de gradib.* ¶. 2. COGNATIONEM ergo facit etiam adoptio. Etenim, quibus fiet adgnatus hic, qui adoptatus eſt, iiſdem etiam COGNATVS fiet. Sed eorum tantum COGNATIONEM in adoptiua familia nanciſcetur, quibus ſit agnatus. *l. 1. §. 4. D. vnde cogn.* Cognatus ergo ei, qui adoptatur, nemo fit ex ea familia, in quam per adoptionem venit, praeter patrem, eosue, quibus adgnaſcitur. *l. 4. §. 10. D. de grad.* Eae enim demum COGNATIONES contrahuntur in adoptionibus, quae legitimae eſſent, id eſt, quae agnatorum ius haberent. *l. 12. §. vlt. D. de rit. nupt.* Et ita in *l. 19. D. de reb. dub.* COGNATVS factus dicitur per adrogationem. NATVRALIS ergo COGNATIO ad differentiam dicitur: *l. 17. §. 1. D. de adoption.* Largius vero Florentinus in *l. 3. D. de iuſtit. et iur.* inter nos COGNATIONEM quamdam naturam conſtituiſſe, ait. Hinc COGNATIONIS ius et iura. *l. 1. §. 1. D. de legat. praeſt. §. 6. Inſt. de capit. demin. l. 1. §. vlt. de legat. praeſt. l. 20. D. qui et a quib. manum. l. vlt. D. de ſent. paſſ.* ¶. 3. COGNATIO pro ipſis cognatis. Hinc ſi quis COGNATIONI leget, idem eſt, ac ſi cognatis legaſſet. *l. 19. §. 1. D. de reb. dub.* Ex tota COGNATIONE, i. e. omnibus cognatis. *l. 57. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* ¶. 4. Nec liberorum modo hominum, ſed et ſeruiles COGNATIONES dicuntur. *l. 14. §. 1. D. de rit. nupt. tit. Inſt. de ſeruil. cognat.*

COGNATI, inquit Iuſtinianus, ſunt, qui per feminini ſexus perſonas cognatione iunguntur. *§. 1. Inſt. de legit. agnat. tut.* Paullus *l. vlt. §. 1. D. de grad. et adfin.* COGNATI ſunt, et quos adgnatos lex XII. Tab. adpellat. Sed hi ſunt per patrem COGNATI, ex eadem familia. Qui autem per feminas coniunguntur, COGNATI tantum adpellantur. Inter *adgnatos* ergo, et COGNATOS, hoc intereſt, quod inter genus et ſpeciem. Nam qui eſt *agnatus,*

agnatus, et COGNATVS eſt, non vtique autem, qui COGNATVS, et *adgnatus* eſt. Alterum enim ciuile alterum naturale nomen eſt. At Vlpianus apud *Auctor. Collat. leg. Moſaic. et Rom. tit. XVI. §. 2.* COGNATI, inquit, ſunt, qui nos per patrem aut matrem contingunt. COGNATI autem, vt idem Vlpian. in *l. 1. §. 1. D. vnde cognati.* ſcribit, adpellati ſunt, *quaſi ex vno nati*, aut, vt Labeo ait, *quaſi commune naſcendi initium habuerint.* Modeſtinus in *l. 4. §. 1. D. de grad.* COGNATI *ab eo dici putantur, quod quaſi vna communiterue nati, vel ab eodem orti progenitiue ſint.*

COGNITIO cauſſae hoc ſignificat, re cognita, et vtraque parte audita, et vocatis his, quorum intereſt, ſeu adhibitis his, qui contradicerent, decernere, vt loquitur *l. 39. D. de adoption.* Nam CAVSSAE COGNITIO tunc interuenit, quum de negotio, praeſente vtraque parte, et audita vocataue, diſceptatur. *l. 13. §. 1. D. de minor. l. 5. §. 1. D. de his, quae vt indign. l. vn. C. ſi adu. dot. l. 3. C. de quaeſt. l. 1. C. de ord. cogn.* Itaque in *l. vlt. C. de temp. et reparat. quum cognitionaliter audiſſet*, id eſt, vtraque parte praeſente, et adhibita cauſſae cognitione. *Vbicumque* autem *cauſſae* COGNITIO *interuenit, ibi Praetor plerumque, et tribunal deſideratur. l. 2. §. 1. D. quis ordo in bon. poſſeſſ.* Nam, vt Imperatores aiunt, COGNITIO CAVSSAE *non interpellatione planaria, ſed conſidente magis iudice, legitime colligitur. l. 4. C. de dilat.* Sueton. *in Claud. Cap. vlt.* Proinde in his, quae cauſſa cognita fiunt, fere ſemper Praetoris interuentus fit mentio. *l. 8. §. 8. D. de transact. l. 3. D. de reſtit. in integr. l. 13. §. 1. l. 44. l. 45. D. de minor. l. 22. in fine D. de re iudic. l. 2. §. 6. l. 28. §. 4. D. de iudic. l. 9. §. vlt. D. de recept. arbitr. l. 15. D. de bonis auct. iud. poſſid. l. 27. pr. D. de procur.* Immo ne per libellum quidem poſſunt expediri, quae cauſſae COGNITIONEM deſiderant. *l. 9. §. 1. D. de offic. proconſ. l. 71. D. de regul. iur.* Hinc aliquid dicitur in CAVSSAE COGNITIONE verſari: *l. 13. l. 16. D. de min.* CAVSSAE COGNITIONE opus eſſe: *l. 2. C. de abolit.* COGNITIONIS dies: *l. 73. §. 1. D. de iudic.* COGNITIONIS ſacrae examen: *l. 3. C. Theod. de reparat. adpell.* COGNITIONEM impetrare: *l. 3. §. 9. D. de minor. l. 39. D. de donat.* praebere: *l. 3. C. de ord. cogn. l. 4. C. ſi ſeru. export.* recipere: Ambroſ. *Lib. V. Epiſt. 24. Recepi* COGNITIONEM, *ita tamen, vt compoſitionis eſſem arbiter.* Vid. et Plin. *Lib. IV. Epiſt. 22.* COGNITIONEM ſuſcipere. *l. 9. D. de offic. praeſid. l. pen. D. de iurisd. l. vlt. D. de her. inſt. l. 10. D. de publ. iud.* Valer. Max. *Lib. V. Cap. 8.* COGNITIONE ſuſcepta, domi conſedit. COGNITIONI praeiudicium fit: *l. 3. §. 7. D. de lib. hom. exhib.* COGNITIO etiam dari: *l. 8. pr. D. de lib. cauſſ.* immo et differri, *l. 39. D. de minor.* nec non circumduci, finiri, induci, ſolui, dicitur, vt ſuo loco oſtendemus. Hinc ergo COGNITIO adpellationis: *l. 9. D. de iur. fiſc.* cuſtodiarum: *l. 6. D. de offic. proconſ.* falſi: *l. 17. §. 2. D. de dol. mal. et met. exc.* de liberali cauſſa: *l. 8. D. de lib. cauſſ.* mutandi procuratoris: *l. 27. D. de procur.* ſuſpecti tutoris, vel de ſuſpectis tutoribus: *l. 4. D. de offic. ei. cui mand. iurisd. l. 10. D. de ſuſp. tutor.* Sic COGNITIO centurionum de milite Iuuenal. *Satyr. vlt.* COGNITIO iudicis. *l. 135. §. 2. D. de verb. obl. l. vlt. D. de curat. furioſ.* COGNITIO Praeſidis: *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. l. 39. D. de minor. l. 3. D. de ſtellion.* COGNITIO praetoria: *l. 13. §. vlt. l. 24. §. vlt. l. 38. D. de minor. l. 29. D. de euict. l. 27. D. de procur. l. 3. §. 4. D. de lib. exhib. l. 1. §. 1. D. de rei vind.* Ad principem remiſſa COGNITIO: *l. 22. D. de adpell.* COGNITIO ſenatus. Plin. *Lib. II. Epiſt. 11.* ¶. 2. COGNITIONES, in *l. 1. D. de offic. adſeſſ.* Earum tria genera recenſet *l. 5. D. de extraord. cogn.* Imperialium ſententiarum in COGNITIONIBVS prolatarum *libros ſex* Paullus ſcripſerat. ¶. 3. Extraordinariae COGNITIONES: *rubr. D. de extraord. cognit.* vbi ſcilicet magiſtratus ipſe cognitionem ſuſcipit. Proinde quod eſt apud Sueton. *in Claud. Cap. XVI. Alium interpellatum ab aduerſario de propria lite, negantemque* COGNITIONIS *rem, ſed ordinarii iuris eſſe, agere cauſſam confeſtim apud ſe coegit:* ſic accipe, id eſt, negantem, ad principis cognitionem rem pertinere, nec cognoſcere ipſum, ſed iudicem dare debuiſſe. COGNITIONIBVS *occupatus praeſes. l. 2. §. 2. D. quis ordo in poſſeſſ.*

[COGNITIONALES ſententiae. *l. vn. C. de ſent. praeſ. praet. l. 13. C. de ſent. et interloqunt.*]

COGNITIONALITER. *Quum* COGNITIONALITER *audiſſet*, id eſt, vtraque parte praeſente, et adhibita cauſſae cognitione. *l. vlt. C. de temp. et reparat.*

COGNITOR, pro quaeſitore. *l. 1. § 3. D. ad SC. Turpill.* Prudent. *in Romano v. 793. Hic tum* COGNITOR *pronunciat, claudatur infans in carcere.* COGNITOR annonarius: *l. 38. C. Theod. de navicular.* COGNITOR ordinarius: *l. 12. C. Th. de leg. l. 1. C. Th. de religioſ.* priuatarum litium: *l. 5 C. Th. ad leg. Iul. repet.* ſacer: *l. 9. C. Theod. de reparat.* Sacri auditorii COGNITOR: Symmach. *Lib. IX. Epiſt. 39.* id eſt, qui in ſacro auditorio cognoſcit. *l. 4. C. Theod. de reparat.* ¶. 2. Hoc eodem nomine olim, vt Aſcon. *in Verr. III.* auctor eſt, adpellabatur, *qui praeſentis cauſſam, vt ſuam, tuebatur*, vel, vt Feſtus *Lib. III.* ſcribit, *qui alterius litem, coram ab eo datus, ſuſcipiebat*. Quod et Anianus in interpretatione *tituli C. Th. de cognitor. et procur.* bene ſenſit. Et ita COGNITOREM a procuratore ſeparat Paull. Sent. *Lib. I. tit. II.* qui totus eſt de COGNITORIBVS, et *Lib. V. tit. 25. §. 8.* Quinctilian. *Declamat. CCCLVI.* Et *Inſt. orat. Lib. III. Cap. 6. Si* COGNITOR *fieri non potuiſti.* Videtur vir doctiſſimus exiſtimaſſe, COGNITOREM ſemper, praeſente domino, cauſſam egiſſe: et ita quidem ex Aſconii loco colligere quis poſſet. Sed rectius, qui ex Feſto colligunt, COGNITOREM, ſemel a praeſente litigatore datum, poſtea et abſentis cauſſam perſequi potuiſſe. Quid enim clarius teſtimonio Horatii, *Lib. I. Serm. Sat. 5. v. 38.*

Ire domum, atque
Pelliculam curare iube, ſi COGNITOR *ipſe.*

Quid manifeſtius exemplo apud Ciceron *pro Roſc. Com. Cap. II.* Ceterum cur Tribonianus cum ſociis horum COGNITORVM in vniuerſo iuris corpore nec volam nec veſtigium exſtare paſſus ſit, cauſſam idoneam me vix reperire, fateor. Add. Cuiac. et Schulting. *ad Paull. Sent. p. 221. ſequ.* HEIN.

COGNITVS, A, VM. COGNITA legibus cauſſa: *l. 1. D. de his, qui ſui vel alien. iur.* COGNITA rei veritate: *l. 10. D. de iudic. l. 11. D. de except.* COGNITO, quod. *l. 15. D. de probat. l. 1. §. vlt. D. de eo, qui pro tut.* ¶. 2. COGNITAM ſtupro dicunt Papinianus, *l. 14. D. de his, quae vt indign.* et Imperatores, in *l. 22. C. ad leg. Iul. de adult.* cum qua ſtuprum factum eſt. Lamprid.

Digitized by Google

COG.

in Elagabal. Cap. II. Antonino autem Caracallae ſtupro COGNITA, *ita, vt Varius, vel Elagabalus, vulgo conceptus putaretur.* Ouid. *Lib. II. Amor. eleg.* 7.

Et mihi iucundo non ruſtica COGNITA *furto.*

Vtitur et eodem genere loquendi Tacit. *Hiſt. IV*, 45. Catullus quoque *vnis ſenibus* COGNITAS *feminas* vocat, quae vnum expertae virum fuerunt. Eſt loquutio origine Hebraica, ceu patet ex *Gen. IV*, 1. ידע את־חוה אשתו COGNOVIT *Heuam, vxorem ſuam*, et alias paſſim. Ita et poſtea loquuti ſunt Graeci, non modo ſacri ſcriptores, veluti Matthaeus *in Euang. Cap. I. v.* 25. καὶ ἐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, *non* COGNOVIT *illam*, verum etiam profani. Plutarch. *in Romulo p.* 20. Οὗτος ἔγνω Λαρεντίαν. *Hic Larentiam* COGNOVIT. Pluribus exemplis hanc verbi γινώσκειν notionem oſtendit Xylander *ad h. l.* V. C. Elſner. *Obſeru. ſacr. in libr. Hiſt. N. T. p.* 4. Pſochen. *de lingu. Graec. N. T. purit.* §. *XXXVI.* Bynaeus *de natal. Ieſ. Chriſti p.* 122. *ſequ.* nec non Iſ. Caſaub. et Grot. *in Notis ad Matth. I*, 25. Denique de vſu eiusdem εὐφημισμȣ̃ apud Latinos dubitare oos oon patiuntur tot adlata a Briſſonio exempla, quibus addo, pro COGNOSCERE, *feminae notitiam habere*, eleganter dixiſſe Caeſarem *de bello Gall. Lib. VI. Cap.* 21. HEIN.

COGNOMEN id quod nomini additur. *l.* 1. *C. de liber. cauſſ.* Et ita COGNOMEN a *nomine*, et *praenomine* ſeparatur, in *l.* 1. *D. de lib. et poſtum.* Regulariter PRAENOMEN erat διακριτικὸν perſonae, vt *Publius*: NOMEN, gentis, ex qua quis prodierat, e. g. *Cornelius*, COGNOMEN, familiae iſtius gentis, e. g. *Scipio.* Accedebat aliquando et AGNOMEN ſiue a rebus geſtis, ſiue a patria, ſiue aliquo euentu deſumtum, e. g. *Africanus.* Quidam tamen duo praenomina habebant, e. g. M. SER. SVLPICIVS. vbi *Marcus* erat praeoomen ſpeciale; *Seruius* totius familiae commune. Quidam *cognomen* nullum ferebant, vt *C. Marius.* Tales obſeruationes Car. Sigonius, aliique, qui *de nominibus Rom.* ſcripſerunt ex inſtituto, plena manu ferunt. HEIN.

COGNOMINATVS, A, VM. COGNOMINATA donatio. *l.* 25. *C. de donat.*

COGNOSCERE abſulute, eſt *rem cauſſamque* cognoſcere, vt loquitur Cicero *ad famil. Lib. III. Ep.* 2. Quod vel a magiſtratibus et principibus pro tribunali, vel a iudicibus datis de plano fiebat. Sic in *l.* 8. et *l.* 9. *D. de offic. praeſid.* ſcribitur, aeſtimare debere praeſidem, vtrum ipſe COGNOSCERE, an iudicem dare debeat. Vlpian. *l.* 1. *D. de conſtitut.* et Iuſtinian. §. 6. *Inſt. de iur. nat. gent. Quod Imperator* COGNOSCENS *decreuit.* Sueton. *Claud. Cap. XXXIII.* COGNOSCENS *quondam in Augnſti foro, victusque (ictusque,) nidore prandii, quod in maxima aede Martis Saliis adparabatur, deſerto tribunali, adſcendit ad ſacerdotes.* Plin. *Lib. X. ad Traian. Epiſt.* 85. *Poſtulauitque, vt* COGNOSCEREM *pro tribunali.* Et mox: *Quum ſediſſem*, COGNITVRVS. Quae vt ad magiſtratuum Imperatorumque COGNITIONES: ita, quae ſequuntur, exempla ad iudiciorum datorum notionem pertinent. Iudex, qui ex hac actione COGNOSCIT: *l.* 4. §. 1. *D. de eo, quod cert. loc.* officio iudicis familiae erciſcundae COGNOSCENTIS: *l.* 35. *D. de hered. inſtit.* Qui tutelae COGNOSCIT: *l.* 2. *D. vbi pupill. educ.* iudex, qui de dote COGNOSCIT: *l.* 27. §. *vlt. D. de rei vind.* iudex, qui de damno dato

COG. COH.

COGNOSCIT: *l.* 17. §. *vlt. D. de damn. infect.* qui COGNOSCIT: *l.* 1. *D. vt legat. ſeu fideic.* qui de ea re COGNITVRVS eſt: *l.* 69. §. *vlt. D. de legat. III.* qui de inofficioſo COGNITVRVS eſt. *l.* 3. §. 5. *D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* qui ſemel COGNOVIT. *l.* 13. §. *vlt. D. de vacat. et excuſ. mun.* Hinc phraſes: Ex actione COGNOSCERE: *l.* 4. §. 1. *D. de eo, quod cert. loc.* de adpellatione: *l.* 6. *C. de adpell.* COGNOSCERE cauſſam: *l.* 1. *C. vbi de poſſeſſ. l.* 3. *C. ſi non comp. iud.* cauſſam de falſu: *l.* 1. *C. de offic. rect. prouinc.* ſuper cauſſa: *l.* 1. *C. de ord. iud. l.* 2. *C. ſi adu. rem iud.* ex interdictu: *l.* 2. *C. de interd* ſuper aliquo negotio, vel re: *l.* 26. *D. de probat. l.* 13. *D. de rit. nupt. l.* 5. *D. de agnoſc. vel al. lib. l.* 7. §. 5. *D. de donat. int. vir. et vxor. l.* 15. §. 1. *D. de teſt. mil. l.* 1. *C. de condict. ob turp. cauſſ. l.* 2. *C. de non num. pec l.* 6. *C. de adpellat.* COGNOSCERE de ſuſpecto: *l.* 1. §. 3. *D. de ſuſpect. tut.* de ſuſpectis tutoribus. *l.* 4. *D. de offic. ei. cui mand. iurisdict.* ❡. 2. COGNOSCERE pro adgnoſcere, vel, vt hodie in foro loquuntur, recognoſcere: vt COGNOSCERE inſtrumenta. *l.* 56. *D. de verb. ſignif.* iungenda cum *l.* 15. *D. de reb. auct. iud. poſſ.* ceu ex inſcriptiune patet.

COH.

COHAERENTIA aedificia: *l.* 23. *D. de vſurpat.* rei cohaerentia munera. *l.* 11. *D. de vacat. et exc. mun.*

COHAERERE dicitur actus: *l.* 37. *D. de adminiſtr. et peric. tut.* COHAERERE perſonae conditio: *l.* 95. *D. de condit. et demonſtr. l.* 24. *D. de adimend. legat. l.* 6. §. *vlt. D. de ſtatulib.* COHAERERE matrimonio dos: *l.* 16. *D. de caſtrenſi pecul.* imperium iurisdictioni: *l.* 1. §. 1. *D. de offic. eius, cui mand. eſt iurisdictio.* inſula alueo fluminis: *l.* 65. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* id, quod legatur, vel legatum: *l.* 8. §. 3. *D. de liberat. leg. l.* 9. *D. quando dies leg.* locus monimento: *l.* 7. *C. de religioſ.* obligatio: *l.* 4. *D. de nouat.* ſolo ſuperficies: *l.* 44. §. 1. *D. de oblig. et act.* itemque ſolo fructus. *l.* 61. §. 8. *D. de furt.*

COHERES dicitur, qui vna cum alio heres exſiſtit. COHEREDEM dare, id eſt, adſcribere: *l.* 16. *D. de his, quae vt indign. l.* 39. *D. de condit. et demonſtr. l.* 2. §. *vlt. D. de lib. et poſtum. l.* 28. *D. de excuſ. l.* 70. §. *vlt. D. de legat. II.* Sic: COHERES datus. *l.* 41. *D. de reb. cred.*

COHORS magiſtratuum: *l.* 1. *D. de lege Iul. repetund.* COHORTES praetoriae: *l.* 9. *D. de excuſat.* COHORTES vigilum: *l.* 3. *princ. de offic. praef. vig.* vrbanae. *l.* 13. §. 3. *D. de re milit.* Statius *Lib. I. Silu.* 4. *v.* 9.

Quae ſigna colunt vrbana, COHORTES.

Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* COHORS, *quod vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum, ſic haec ex manipulis pluribus copulatur* COHORS. Sic et COHORTIS praefectus. *l.* 2. *D. de his, qui not. infam.*

COHORTALES, *l.* 3. *C. de hered. decur. l.* 3. *C. de offic. rect. prou. l.* 4. *C. Th. de veteran. l.* 14. *C. Theod. de haeretic. l.* 11. *C. de cohortal. princ.* id eſt, cohortibus adſcripti, ſeu *cohorti obnoxii*, vt loquitur *l.* 12. *C. de cohortal. princ.* et *l. vlt. C. Theod. eod. tit.* Ταξεώτας Iuſtinianus vocat. Vnde COHORTALIVM corpus. *l.* 2. *C. de defenſ.*

Digitized by Google

defenſ. ciuit. COHORTALIS conditio: *l. 2. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* COHORTALIS militia: *l. 48. C. Theod. de haeret. l. 1. C. Theod. de cohortal. priuc.* COHORTALE officium: *l. 13. C. de cohortal. princ.* COHORTALIA officia. *l. 3. C. de canon. largitional.* COHORTALIVM autem nomine accipere debemus adparitores, et officia rectorum prouinciarum, vt loquitur *l. 4. C. de cohort. princ.* COHORTALINA: *l. 65. C. Theodoſ. de haeret.* COHORTALINI. *l. 12. C. de haeret. l. 26. l. 28. C. Theod. de cohortal. princ.* COHORTALINORVM militia: *l. 14. C. Th. de priuil. eor. qui in ſacr. pal.* COHORTALINVS, ait Gloſſarium, *εὐτελὴς θυρωρὸς τοῦ πραιτωρίου, vilioris conditionis ianitor praetorii.*

KOI.

KOINOBION, vid. ſopra COENOBIVM.

KOINON, vniuerſitatem ſignificat. Sic in *l. 27. D. de iudic.* et *l. 5. D. ad leg. Iul. de vi public.* Diui Hadrianus et Pius *τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν* Graece reſcripſiſſe dicuntur. Refertur et in *l. 1. §. 1. D. adpellat.* reſcriptum D. Pii, *πρὸς τὸ κοινὸν τῶν θρακῶν*: vt et in *l. 6. §. 1. D. de excuſat.* aliud eiusdem D. Pii reſcriptum *τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας*, ſimiliterque in *l. 25. D. de adpellat.* reſcriptum D. Alexandri *τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων.* Κοινὸν proprie eſt vniuerſitas plurium ciuitatum, foedere, communibus ſacris, ſacrificiisque conſociatarum, et id, quod ad communem vtilitatem pertinebat, communi conſilio agentium. Vnde in numis et apud Strab. *Lib. VIII. p. 385.* vocatur KOINOBOΥΛΙΟΝ. Spanhem. *Orb. Rom. Diſſ. II. Cap. 16.* alibi CONCILIVM *commune*: Liu. *Lib. XXXVIII. Cap. 34. Lib. XLII. Cap. 43. Lib. XLV. Cap. 18. Lib. XXXIX. Cap. 25.* KOINON *συνέδριον.* Ariſtid. *de Smyrn. p. 468. Serm. ſacr. IV. p. 614.* ΣΥΣΤΗΜΑ. Strab. *Lib. XIV. p. 604.* ΣΥΛΛΟΓΟΣ. Plutarch. *in Agi et Cleom. p. 812.* ΣΥΝΟΔΟΣ. Polyb. *Lib. II. Cap. 54.* ΔΙΑΒΟΥΛΙΟΝ. Idem *Lib. IV. Cap. 39.* ΒΟΥΛΗ. Idem *Excerpt. Legat. LXXIV.* Plerumque etiam a ſua quaeuis gente nomen adſumebant haec concilia vel *κοινὰ*, dicta e. g. PANIONIVM, PANAETOLIVM, cetera. HEIN.

KOINOΠΡΑΞΙΑΝ ſeu *κοινοπραγίαν* Graeci ſpecialiter adpellant totorum bonorum ſocietatem, Theophil. *in pr. Inſt. de ſociet.* quam *κοινωνίαν* vocat Conſtant. Harmenopul. *Lib. III. Cap. 10. et 11.*

COIRE, in vnum conuenire ſignificat. *l. 1. D. de quib. reb. ad eumd. iudic.* Sic COIRE religionis cauſſa: *l. 1. D. de colleg.* COIRE collegium vel corpus: *l. 1. l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* Corpus, cui licet COIRE: *l. 20. D. de reb. dub.* collegiis, vel corporibus, quibus ius COEVNDI lege permiſſum: *l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* collegiis, qoibus COEVNDI ius eſt: *l. 1. D. de manumiſſ. quae ſeru. ad vniu. pertin. impon.* ¶. 2. COIRE, etiam eſt in matrimonium conuenire. *l. 24. D. de donat. int. vir. et vxor. §. pen. Inſt. de nupt.* COIRE inter ſe: Vlpian. *Fragm. tit. XVI. §. 1.* matrimonium COIRE: *l. 21. D. de condit. et demonſtr. l. 134. D. de verb. oblig.* matrimonio COITVRI: *l. 27. D. de donat. inter vir. et vxor.* COITO matrimonio. *l. 8. D. de condict. cauſſ. dat.* ¶. 3. COIRE ſocietatem, id eſt, contrahere. *l. 1. l. 6. l. 8. l. 71. l. 73. D. pro ſoc. l. 1. D. quar. rer. act. non dat.* et apud *Auctor. collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VIII. §. 7.* COIRE ſocietatem ad obligationem innocentium: *l. 1. §. 1. D. de leg. Corn. de falſ.* ad occiſionem innocentium: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VIII. §. 7.* quo annona carior fiat. *l. 2. D. ad leg. Iul. de annon.* Sic et COIRI ſocietas, id eſt, contrahi: *l. 3. §. 1. l. 5. pr. et §. 1. l. 7. l. 30. l. 57. l. 58. D. pro ſoc. l. 70. §. vlt. D de fideiuſſor.* COIRE negotiationem: *l. 52. §. 4. D. pro ſoc.* COIRE cum furibus: *l. 1. D. naut. caupon.* COIRE in accuſationem innocentium. *l. vlt. D. de concuſſ.* COIRE in alienam litem dicuntur, qui de emolumento alienae litis communicando paciſcuntur, vt, quidquid ex condemnatione in rem vnius redactum fuerit, inter eos communicetur. *l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Plin. *Lib. V. Epiſt. 14. Queſtus eſt, venire aduocationes, venire etiam praeuaricationes, in lites* COIRI.

COITVS, pro coniunctione, ſeu concubitu. *§. pen. Inſt. de nupt.*

COL.

COLERE, agros: *l. 5. §. 21. D. vt in poſſeſſ. leg.* COLENDI agri cauſſa: *l. 25. D. de vſu et hab. l. 203. D. de verb. ſignif.* COLERE fundos: *l. 30. §. vlt. D. de vſu et vſufr. l. 5. C. an ſeru. l. 1. §. 1. D. loc.* COLENDORVM praediorum cauſſa emta parataque: *l. 16. §. vlt. D. de legat. III.* COLERE fide domioica: *l. 18. §. 4.* et *l. 20. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* COLERE mereede: *l. 20. §. 1. eod. tit.* COLERE numis. *l. 26. D. de furt.* COLI autem dicebatur terra, vt parens, honore hinc ſomto, quod olim laureato vomere triumphali ararore et ipſorum imperatorum manibus colerentur agri, vt ſcribit Plin. *Lib. X. Cap. 3.* Sed et lepidus fertur in filium, qui patris monimentum exarauerat, iocus: *hoc eſſe vere patrem* COLERE. ¶. 2. COLERE concordiam: *l. 20. C. de inoff. teſt.* Iuſtitiam namque COLIMVS, *l. 1. §. 1. D. de iuſt. et iure.* puta, tamquam iuſtitiae ſacerdotes, quorum proprium eſt Deos colere. HEIN.

COLLACTANEVS, qui ſimul mammam ſuxit: *l. 13. D. de manum. vindict. §. 5. Inſt. quib. ex cauſſ. manum.* Caper in libro de Orthographia: COLLACTANEVS *eſt eisdem mammis educatus.* Sic et COLLACTANEA, *l. 30. §. 1. D. de aliment. legat.* vbi Scaeuola *σύντροφον* vocat, vt et Theophilus in *d. §. 2. Inſt. qui et ex quib. cauſſ.* Idem etiam vocatur COLLACTEVS, apud Reineſ. *Inſcr. IX, 16.* et Gruter. *p. 675, 8.* COLLACTIVS, Ibidem *p. 637, 8. p. 661, 2. 3. 5. p. 662, 8.* Iuuenal. *Sat. VI. v. 306.* ΣΥΝΤΡΟΦΟΣ. Gruter. *p. 660, 10.* ΠΑΡΑΤΡΕΦΑΜΕΝΟΣ, apud Diodor. Sic *Lib. XIX.* et *ὁμογάλακτος*, apud Philoxen. in Gloſſ. CONLACTANEVS, *σύντροφος, ὁμογάλακτος.* Sed et ΟΜΟΤΡΟΦΕΙΣ eſt apud Reineſ. *Inſcr. IX, 16.* Ex quibus lapidibus ſimul intelligimus, non minimum adfectionis gradum viſum eſſe illum communem lactis vſum. HEIN.

COLLAPSA villa: *l. 7. §. vlt. D. ſol. matrimon.* COLLAPSVM balneum. *l. 5. C. de aediſic. priuat.*

COLLATERALES, vel a latere venientes, cognati in linea obliqua. *l. 9. pr. et §. 1. C. de natural. lib.* HEIN.

Digitized by Google

COLLATIO, eſt inter fratres ſororesque facta ſucceſſionis cauſſa bonorum contributio. *tit. D. et C. de collation.* et *tit. D. de collat. dot. l. 20. §. 1. D. de bon poſſeſſ. contr. tab. l. 6. D. ſi tab. teſtam. exſtab. l. 39. §. 1. D. famil. erciſc. l. 6. C. de inoffic. teſt.* ¶. 2. COLLATIO quoque fieri dicitur a vectoribus, iactu facto nauis leuandae cauſſa. *l. 2. §. 7. l. 4. §. 2. l. 5. D. de leg. Rhod. de iact.* quae et CONTRIBVTIO dicitur. *l. 1. l. 3. D. eod. tit.* Immo et COLLATIONEM *intributionis* eleganter vocat Paullus *Sentent. II, 7, 5.* HEIN. ¶. 3. Sed et COLLATIO tributorum, vectigalium, aliarumque functionum dicitur. *l. vlt. §. 25. D. de muner. et honor. l. 8. §. 3. l. 11. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 27. §. 3. D. de vſufr.* Sueton. *in Neron. Cap. XXXVIII.* COLLATIONIBVSque *non receptis modo, verum et efflagitatis, prouincias priuatorumque cenſus paene exhauſit.* COLLATIO praediorum: *l. 11. D. de vacat. mun. l. 14. §. 1. D. de mun. et honor.* ¶. 4. COLLATIO viarum, ὁδοστρωσία, nummi, exacti a poſſeſſoribus, ad vias ſternendas. *l. 27. §. 3. D. de vſufr. l. 13. §. 6. D. de act. emt. l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. publ. l. 6. C. de pign. et hypoth. l. 1. C. de collat. fund.* De eo munere patrimoniali prolixius diſſerit V. C. Eu. Otto *de tutel. viar. Part. III. Cap. 8. p. 527. ſequ.* ipſeque Briſſonius noſter *Antiqu. Sel. Lib. III. Cap. 11.* HEIN. ¶. 5. COLLATIO, pro comparatione. Sic accipitur in inſcriptione libelli: *Moſaicarum et Romanarum legum,* COLLATIO, quamuis hunc titulum in Codicibus MSSC. non reperiri iam alii obſeruarint. Vid. Schulting. *iuriſpr. vet. anteiuſtinian. p. 727.* ¶. 6. COLLATIONES etiam parum Latine vocantur partes collectionis Nouellarum Iuſtiniani, quaſi συλλογαί vel *collectiones*, συμφορήματα. HEIN.

COLLATORES, de quibus *Nou. CXXVIII. in rubrica et Cap. 4. 5. 10. et 15.* et *Nouell. CXXX. Cap. 1. ſequ. et Cap. 7.* ſunt, qui tributa conferunt: Graece συντελεσαί. HEIN.

COLLECTARIVS, in *l. 16. C. ſi cert. pet.* Suidas: Κολλεκτάριος, ἀργυραμοιβὸς, ἤτοι κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, τραπεζίτης, ὁ ἀργυροπράτης. COLLECTARIVS, *collybiſta, qui monetam minorem argento permutat, trapezita, argenti venditor.* Rurſus in voce ἀργυραμοιβὸς haec ſynonyma facit. Vetus Horatii Interpres *ad Lib. I. Satyr. VI.* coactores argentarios COLLECTARIOS nominari, tradit. Denique, quod eſt apud Euſebium *Lib. V Hiſt eccl. Cap. vlt.* Οὗτος ἠπατήθη ποτὲ ὑπὸ Ἀσκληπιοδότου καὶ ἑτέρου Θεοδότου τινὸς τραπεζίτου. Rufinus ita vertit: *Hic deceptus aliquando ab Aſclepiodoto quodam, et Theodoto,* COLLECTARIIS. In Palaemonis gloſſis numularius exponitur COLLECTARIVS. Fuiſſe autem Romae COLLECTARIORVM corpus, vendendis ſolidis, quos plerumque publicus vſus depoſcebat, obnoxium, quibus area vinaria ſtatutum pretium ſubminiſtrabat, Symmach. *Lib. X. Epiſt. 42.* docet. Quod pertinet ad *Nouellam Theodoſii et Valentiniani de pretio ſolidi*, in qua ita eſt: *Quo praecepto etiam illud in perpetuum volumus contineri, ne vmquam infra ſeptem millia nummorum ſolidus diſtrahatur, emtus a* COLLECTARIO *ſeptem millibus ducentis.*

COLLECTIO, praeter notam ſignificationem, qualis eſt in *l. 27. §. 25. D. ad leg. Aquil.* in illo COLLECTIO *fructuum:* accipitur etiam pro argumento, vel, vt dialectici vocant, illatione. *l. 14. pr. D. de iure codicill. Sabini et Caſſii* COLLECTIO, *quam et ipſi reddunt, illa eſt.* Ita et Seneca *Epiſt. XLV. Quod tu illis ſubtiliſſima* COLLECTIONE *perſuaſiſti.* Conf. *Epiſt. XLVIII. et LXXXV.* HEIN.

COLLECTVS, A, VM. COLLECTI teſtes: *l. 21. §. 2. D. qui teſtam. fac. poſſ.* COLLECTVS humor: *l. 14. §. 4. D. de Aedilit. edict.* COLLECTI fructus: *l. 71. D. de rei vind.* COLLECTAE vſurae. *l. 1. D. de hered. petit.*

COLLEGA. Ea adpellatione hi continentur, qui ſunt eiusdem poteſtatis: *l. 173. D. de verb ſignif. l. 11. D. ad municipal.* ab eo, quod vna lecti ſint, vt Varro *Lib V. de Lat. lingu.* ſcribit. COLLEGAM σύναρχον vocat Appian. *Lib. II. bell. ciuil.* COLLEGA praetoris: *l. 18. §. vlt. D. de manum. vindict.* COLLEGA magiſtratus municipalis: *l. 19. § vlt. D. de tutor. et curat. dat.* COLLEGAE praeſidum: *l. 7. D. de cuſtod. et exhib. reor.* duo magiſtratus, COLLEGAE. *l. 45. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 2. Sed et contutores concuratoresue COLLEGAE adpellantur. *l. 2. l. 14. D. de adminiſtr. et per. tut. l. 5. D. de ſuſpect. tut. l. 7. D. rem pupill. ſalu. for. l. pen. D. de tutor. et curat. dat. l. 3. C. de probat. l. 4. C. de magiſtr. conuen.* ¶. 3. Et qui eadem legatione funguntur, COLLEGAE vocantur. *l. 2 C. de legat.* ¶. 4. Quin et coheredes COLLEGAE dicuntur. *l. 101. D. de ſolut.* ¶. 5. Praecipue tamen, et veluti κυρίως, qui eiusdem collegii ſunt. *l. 41. §. 1. et §. vlt. l. 42. et l. vlt. D. de excuſat.*

COLLEGATARII ſunt, quibus coniunctim legatum eſt. *l. 6. l. 10. D. de vſufruct. adcreſc. l. 34. §. 11. D. de legat. I. §. 8. Inſt. de legat.*

COLLEGIATVS, in *Nou. Valentin. vu. de Epiſcop. iudic.* et in *Nouella Leonis et Maioriani de curialibus.* COLLEGIATVM proprium corpus adſtringit. *l. 16. C. Theod. de palat. ſacr. largit.* ¶. 2. COLLEGIATI: *l. pen. C. de commerc. l. 9. C. de SS. eccleſ. l. vn. C. de collegiat. l. vn. C. Theod. ne oper. a conlat. exig. l. 1. l. 2. C. Theod. de colleg. l. 41. C. Theod. de oper. publ. l. 1. l. 2. l. vlt. C. Theod. de his, qui condit. propr. reliqu. l. 31. C. Th. de SS. eccleſ.* Municipes COLLEGIATI et corporati vrbium: *l. 5. C. Theod. de locat. fund. iur. emphyt.* Hoc autem COLLEGIATORVM nomine adpellabantur certi homines, ex diuerſis ciuitatum corporibus, publici miniſterii cauſſa conſcripti, quos operas proſequutionibus equorum praebuiſſe, eoque proſequutionum onere adſtrictos fuiſſe, indicat *l. 1. C. Theod. ne oper. a collat. exig.* In deſcriptione etiam vrbis Conſtantinopolitanae, cuius incertus eſt auctor, ſingulis regionibus COLLEGIATI attribuuntur. qui a diuerſis corporibus ordinati, incendiorum caſibus ſubuenire conſueuerant. Nugas itaque agit Iſidorus, qui *Lib. IX. Etymolog. Cap. 4.* COLLEGIATOS *idcirco dictos*, ait, *quod eorum collegio cuſtodiisque deputarentur, qui facinus aliquod commiſerant, fuiſſeque hoc ſordidiſſimum genus hominum, patre incerto progenitum.* Immo nugas non agit Iſidorus. Eo enim demum res redierat, vt et ex faece hominum ſumerentur COLLEGIATI, et viliſſimis adhiberentur miniſteriis, quin et facinoroſi homines in illam colluuiem, tamquam in ergaſtulum, damnarentur. *Edictum* Theodorici, *Regis Go-*

thor. Cap. LXIV. Si hoc implere non potuerit: caeſus diſtrictiſſimis fuſtibus, vicinae ciuitatis COLLEGIO *deputetur.* Confluxiſſe eosdem ex viliſſimo hominum genere, patet ex eodem *Edicto Cap. LXIX.* ex quo illos adſcriptitiae conditionis fuiſſe, diſcimus. Hinc eos, quos fuga aliquo abſtulerat, ſaepe aſperrimas poenas ſubiiſſe, oſtendunt Iac. Gothofred. *ad tit. C. Theod. de collegiat.* et Car. du Freſne *Gloſſar. med. et inf. Latin. Tom. I. p. 1056.* HEIN.

COLLEGIVM. Dio *Lib. XXXVIII. p. 66.* Τὰ ἑταιρικὰ ἐπιχώρια, a Romanis κολλήγια vocari, ſcribit. Tale COLLEGIVM tres faciunt. *l. 85. D. de verb. ſignif.* COLLEGIA Romae certa ſunt, quorum corpus ſenatusconſultis atque conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt, veluti piſtorum, et quorumdam aliorum, et nauiculariorum, qui et in prouinciis ſunt. *l. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom.* COLLEGIA ergo alia *licita* ſunt, alia *illicita. l. 1. §. 1. l. 2. et l. 3. D. de colleg. l. 1. §. vlt. D. de offic. praef. vrb.* LICITA ſunt, quibus coeundi ius lege permiſſum eſt, *l. 1. D. de manumiſſ. quae ſeru. ad vniu. l. 5. §. 12. D. de iur. immun.* quae vel legibus, vel SCis, vel principalibus conſtitutionibus confirmata comprobataue ſunt. ILLICITA contra, quae ſunt absque legum, SCorum, principumue auctoritate conſtituta. Qua de re memini me dicere *Select. Antiqu. Lib. I. Cap. 14.* ¶. 2. Sic memorantur COLLEGIA decurionum: *l. 6. §. vlt. D. de decurion.* fabrorum: *l. 93. §. 4. D. de legat. III.* nauiculariorum: *d. l. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom.* ordinum: *l. 94. C. Theod. de decurion.* piſtorum: *l. 1. l. vlt. D. de excuſat.* Senatorum: *l. 92. C. Theod. de decurion.* templi cuiusdam: *l. 38. §. 6. D. de legat. III.* COLLEGIA ſingularum vrbium. *l. 79. C. Theod. de decurion.* Ceterum praeter collegia artificum inſuper COLLEGIA in vrbe memorantur augurum: Cic. *de Sent. Cap. 18.* et *ad familiar. Lib. III. Epiſt. 9.* Valer. Max. *Lib. I. Cap. I.* Pontificum: Cic. *de haruſp. reſp.* Liu. *Lib. XXX. Cap. 2.* Macrob. *Saturn. Lib. I. Cap. 16.* Quaeſtorum: Sueton. *in Claud. Cap. 23.* Tribunorum plebis: Valer. Max. *Lib. VI. Cap. 3.* Liu. *Lib. XLII. Cap. 32.* Viatorum: Gell. *Noct. Attic. Lib. XII. Cap. 3.* At multo plura etiam non artificum COLLEGIA in marmoribus paſſim occurrunt, veluti Agrippianum, apud Reineſ. *Inſcr. Claſſe X, 11.* Antipolitanum: Gruter. *p. CLXXV, 2.* augurum: Gruter. *p. CVX, 2. p. CXCVIII, 1. p. MLXXVI, 5.* Fratrum Arualium: Reineſ. *Inſcr. Claſſ. I, 157.* Gruter. *p. CXVIII.* et *p. MLXXXVIII, 1.* Germanorum: Reineſ. *Claſſ. IX, 73. ſequ.* Iſidis: Reineſ. *Claſſ. XIV, 171.* Gruter. *p. LXXIII, 14.* magnum: Gruter. *p. LXV, 2. p. DCXXVII, 10.* peregrinorum: Reineſ. *Claſſ. I, 18.* pontificum: Grut. *p. XIII, 11. p. CXXXII, 4. p. CC, 2.* procuratorum: Reineſ. *Claſſ. X, 8.* XVVIRORVM ſacris faciundis: Gruter. *p. CCCVII. 1.* Serapidis: Reineſ. *Claſſ. XIV, 171.* VIIVIRORVM epulonum. Grut. *p. CCXXVII, 1.* VIVIRVM ſociorum: Gruter. *p. CCLXXII, 7.* Siluani Gemini: Gruter. *p. CCXVIII, 11.* VICIMAGISTRORVM. Grut. *p. CCCCLXXXI, 9.* virtutis. Grut. *p. CCCCLXXXVII, 1. p. CVI, 6.* Sane ex tot exemplis patet, et ſacerdotes, et magiſtratus minores aeque ac maiores, et eiusdem originis ac inſtituti homines, in talia COLLEGIA coiiſſe. HEIN. ¶. 3. Eiusdem COLLEGII eſſe: *l. vlt. D. de colleg.* COLLEGII ſeruus. *l. 25. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* Denique COLLEGIVM *celebrare, vſurpare, in* COLLEGIO *recipi*, a COLLEGIO *recedere*, et COLLEGIVM *diſſolui*, iurisconſulti dicunt.

COLLIBERTVS, vel CONLIBERTVS, *l. 77. §. 13. D. de legat. II. l. vlt. D. vt legat. ſeu fideicomm. l. 11. §. 7. D. de iniur. l. 9. D. de aliment. et cibar. leg.* Arnob. *in Pſalm. CXVIII: Rogans te doceri a domino, quid doceas* COLLIBERTVM *dicere.* Duo COLLIBERTI, *l. 71. §. vlt. D. pro ſoc. l. 38. §. 1. D. de legat. III.* CONLIBERTI porro dicuntur, qui ex iuſta ſeruitute ab eodem manumiſſi ſunt, ſeu, qui eumdem patronum habent. COLLIBERTOS autem patrem et filium, notare licet in *l. vlt. D. vt legat. ſeu fideicommiſſ. cauſſ. caueat.* item matrem et filiam, in *l. 1. D. de obſequ. parent. et patr.*

COLLIGARE, conuincire, vt arbores, quae aggeres Nili colligant: *l. vlt. D. de extraord. crim.* COLLIGARE machinam: *l. 5. §. 7. D. commod.* COLLIGATVM aliquid verbis, id eſt, contractum: *l. 8. §. 3. D. de acceptilat.* Naturale eſt, eo genere quidque diſſolui, quo colligatum eſt. *l. 35. D. de reg. iur.*

COLLIGERE, congregare. Ita colligitur aqua in foſſa: *l. 1. §. 4. D. ne quid in flum.* COLLIGERE naufragia: *l. 7. l. vlt. D. de inc. ruin. naufr.* pecuniam ex bonis: *l. 15. C. de donat. int. vir. et vx.* ex computatione: *l. 47. §. 2. D. de fideic. libert.* plebem: *Cod. Theod. de his, qui pleb. aud.* reditus publicos: *l. vlt. §. 1. D. de mun. et honorib.* COLLIGERE in vnum locum: *l. 1. §. 1. D. de pact.* ¶. 2. COLLIGERE hereditatem: *l. 25. §. 7. D. de adqu. vel omitt. hered.* id eſt adire, ſubire, amplecti. ¶. 3. COLLIGERE, ratiocinando aliquid inferre. COLLIGI ex reſcripto: *l. 8. D. de pact.* ex ſenatusconſulto: *l. 27. §. 2. D. de rei vind.* per quod colligi: *l. 12. §. 4. D. de vſufr.*

COLLISVS, A, VM. COLLISI ſcyphi. *l. 24. D. de verb. ſign.*

COLLOCARE, ponere. Sic dicuntur COLLOCARI inſtrumenta. *l. 5. C. commun. vtriusqu. iudic.* COLLOCARI conditiones in perſona: *l. 60. D. de condit. et demonſtr.* COLLOCARE apud aliquem bona: *l. 67. pr. D. de ritu nupt.* in incertam perſonam COLLOCARE voluntatem. *l. 9. §. 7. D. de adqu. rer. dom.* ¶. 2. COLLOCARE, mutuum dare. Sic COLLOCARE foenore: Sueton. in Auguſto Cap. XXXVIII. *Quod pecunias, leuioribus vſuris mutuati, grauiore foenore* COLLOCASSENT. COLLOCARE foenus publicum: *l. vlt. C. quo quisque ord.* COLLOCARE in nomina decem millia nummum: *l. 58. §. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut.* COLLOCARE pecuniam. *l. 6. C. de rei vind. l. 15. D. de adm. et peric.* Paull. *Sent. Lib. I. tit. 4. §. 3.* in diem: *l. 43. D. mand.* Cic. *de offic. Lib. II. Cap. 25. Sed de toto hoc genere* COLLOCANDARVM *pecuniarum.* Plin. *Lib. X Epiſt. 62. Vt quantitas vſurarum minuatur, quo facilius pecuniae publicae* COLLOCENTVR. Sic exactae pecuniae, et rurſus COLLOCATAE: *l. 64. D. de legat. III.* Bene COLLOCATA pecunia: *l. 33. D. de vſur. l. 33. §. vlt. D. de adm. et peric.* Cicero *pro Caecin. Cap. V. Quum pecunia ex partitione deberetur, nuſquam eam poſſe* melius COLLOCARI. COLLOCARE pecuniam idoneis nominibus: *l. 89. D. ad. leg. Falcid.* penes aliquem: *l. 26. §. 1. D. quand. dies legat.* COLLOCARE nominibus

Digitized by Google

COL.

bus numos. *l. 83. D. de legat. III.* COLLOCARE ſortem: *l. 24. D. de vſu et vſufr. leg.* ¶. 3. COLLOCARE, pro elocare. COLLOCARE in matrimonium filiam: *l. 19. l. 36. l. 67. D. de rit. nupt. l. 27. D. depoſ.* in matrimonio: *l. 77. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 4. l. 7. C. de interd. matrim.* Vlpian. *Fragm. tit. XXIV, 17. 18.* COLLOCARE nuptui: *l. 1. C. de interd. matrim. l. 3. C. de pact. conu.* et apud Columell. *Lib. IV. Cap. 3.* COLLOCARE nuptum: *l. 15. D. de his, qui not. inf. l. 88. D. de ſolut.* et Caeſ. *de bell. Gall. Lib. I. Cap. 18.* COLLOCARE ſe nuptiis. *l. 11. D. de his qui not. infam.* Immo et ſimpliciter COLLOCARE, veluti COLLOCATA ab auia: *l. 57. D. de rit. nupt.* ¶ 4. COLLOCARE, impendere. COLLOCARE pecuniam in emtionem praediorum: *l. 2. §. vlt. D. mandat.* vel in praediis: Cic. *pro Caecin. Cap. V.* COLLOCARE in mercem: *l. 43. §. 3. D. de furt.* COLLOCANDI meriti ſpe. *l. 11. §. 8. D. de legat. III.*

COLLOCATA ciuitas, id eſt, ſita. *l. 1. D. de cenſib.*

COLLOCATIO filiae. Cic. *pro Cluent. Cap. LVI. extr.*

COLLOQVIVM eorum, qui in domum aliquam conuenire ſoliti ſunt ad tractandum de adulterio. *l. 9. D. ad. leg. Iul. de adult.* Varro *Lib. V. de Latin. lingu. Hinc* COLLOQVIVM, *quum conueniunt in vnum locum, loquendi cauſſa.*

☞ COLLVCARE, ſi Feſto in voce *ſublucare* credimus, differt a *ſublucare.* Hoc enim, ait, eſt, ramos arborum ſupputare, et velut ſubtus lucem mittere. Illud, ſuccisis arboribus, locum implere luce. At in verbo *conlucare:* verbum CONLVCARE idem illi eſt, ac interluccare, vel ramos lumini officientes decidere. Quam contradictionem manifeſtam iam notarunt Salmaſ. *ad Solin. p. 585.* et Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 462.* Certe quod in *l. 1. et l. 2. D. de arb. caed.* dicitur *adimere arborem,* id Paullo *in Sentent. Lib. V. tit. 6. §. 13.* eſt *ſublucare:* quod vero Praetori *ibidem* eſt *coercere,* Feſto COLLVCARE, id Paullus eleganter exprimit *luxuriem ramorum compeſcere.* Sane apud Caton. *de re ruſt. Cap. CXXXIX.* COLLVCARE *lucum,* non eſt exſcindere, ſed ligna ſuperflua demere: et ita procul dubio eadem phraſis accipienda apud Columell. *de re ruſt. Lib. II. Cap. 22.* vbi COLLVCARE *arborem.* HEIN.

COLLVCTATIO, *l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Columella *Lib. VI. Cap. 2.*

COLLVDERE, *l. 3. §. 10. D. de hom. lib. exhib.* id eſt, luſorie agere, vt loquitur. *l. 50. §. 1. D. de legation.* COLLVDERE cum aduerſario: *l. 5. C. de pignor.* COLLVDERE cum reo, et translatitie munere accuſandi defungi: *l. 1. §. 6. D. ad SC. Turpill.* COLLVDERE magis cum reo, quam ex animo accuſare. *l. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* COLLVSISSE porro dicitur procurator, qui paſſus eſt vincere aduerſarium, vt abſolueretur. *l. 7. §. 9. D. de dol. mal.* ¶. 3. Sed et extra iudicium COLLVDERE dicimus, veluti ſi emtor cum procuratore colluſit, et eum praemio corrupit, quo vilius mercaretur. *l. 7. §. 6. D. pro emtor.* Si quis, COLLVDENTE procuratore meo, ab eo emerit: *l. 13. §. 27. D. de act. emt.* Si COLLVSI cum tutore: *l. 19. D. locat.* Si COLLVDENTE tutore auctore circumſcriptus ſit pupillus: *l. 5. D. de dol. mal.* Si coheres COLLVSIT cum patrono: *l. 6. §. 8. ſi quis*

COL.

omiſſ. cauſſ. teſtam. COLLVDENTIBVS heredibus. *l. 12. C. de manumiſſ. teſtam.*

COLLVDIVM *in l. 1. C. publ. laetit. vel conſul.* pro colluſione. *l. vlt. C. de vend. reb. ciuit. Sine vlla fraude, ſeu nundinatione, vel* COLLVDIO, *ſeu conniuentia, huiusmodi venditiones procedant.*

COLLVERE: COLLVENDO et *adluendo:* in *l. 30. §. 2. D. de adquir. rer. dom.*

COLLVM. Si quid in COLLVM iniecerit, vt torqueatur. *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi publ.* [Erat hoc *collare,* quod et *canem* vocabant veteres, de quo videndus Cuiac. *Obſ. XI, 22.*] ¶. 2. COLLO et dorſo domantur quadrupedes. Vlpian. *Fragm. tit. XIX. §. 1.*

COLLVSIO, *rubr. D. de colluſ. deteg. l. 9. D. de liber. cauſſ.* et apud Ciceron. *in Verr. V, 13.* Si ſuſpecta ſit COLLVSIO: *l. 29. D. de inoffic. teſtam.* COLLVSIONIS ſuſpicio: *l. 6. §. 3. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* COLLVSIONE facta: *l. 36. D. de munerib. et honor.* Si COLLVSIO non interceſſit in diſtractione: *l. 49. D. de minor.* per COLLVSIONEM agitur: *l. 30. §. 3. D. de iureiur. l. 1. D. de colluſ. deteg.* abſoluitur quis: *l. 8. §. 1. D. mandat.* ceditur lite: *l. 19. D. ſi ſeru. vind.* conſtituitur cum aduerſario: *l. 19. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* comparatur quid: *l. vlt. C. ſi vend. pign.* COLLVSIO detegitur: *l. 8. §. 1. D. de in ius voc.* fit: *l. 36. D. de mun. et honor.* interceſſit: *l. 49. D. de minor.* Per COLLVSIONEM pronunciatus ingenuus: *l. 4. D. de colluſ. deteg.* COLLVSIONE vendita praedia. *l. vlt. C. ſi adu. fiſc.*

COLLVSOR, in *l. vlt. C. de colluſ. deteg.* dicitur, qui colluſorie egit. ¶. 2. At in *l. 1. §. 1. D. de aleat.* COLLVSORES accipiendi, qui ſimul, ſeu inuicem, vel inter ſe, ludunt. Cic. *Philipp. II. Cap. 23 Licinium Denticulum, de alea condemnatum,* COLLVSOREM *ſuum, reſtituit.* Idem *Philipp. II, Cap. 39. Cum* COLLVSORIBVS *et compranſoribus tuis.* Seneca *Lib. II. de benef. Cap. 17. Neceſſe eſt autem, luſor bonus aliter illam* COLLVSORI *longo: aliter breui mittat.* Sueton. *in Calig. Cap. XL. Et quondam proximo* COLLVSORI *demandata vita ſua.* Sic et COLLVSORES pueri, apud Spartian. *in Seuero Cap. IV.*

COLLVSORIE de hereditate litigare. *l. 50. §. 2. D. de legat. I.*

COLLVVIES. *l. 1. D. de cloac.*

COLLYRIVM ex medicamentis factum. *l. 7. §. 7. D. de adqu. rer. dom. §. 25. Inſt. de rer. diuiſ.* ¶. 2. COLLYRIA in inſtrumento medici eſſe, ait *l. 18. §. 12. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* quae vox originem ſuam in Latio non ſeruat. Nam ab ea, vnde prodiit, gente κολλύρια dicta, Suidas teſtis eſt, qui ἰατρικὰ φάρμακα ita adpellari ſcribit. Praeualuit tamen COLLYRIORVM adpellatio, quorum varias ſpecies vid. apud Cornel. Celſ. *Lib. VI. Cap. 6.* Ac plane non vnius generis COLLYRIA antiquitus fuiſſe, nec oculis ſolum, ſed et aliis corporis partibus adhibita, ex medicorum libris intelligere licet. Nec dubitabis, Gorraeo duce atque auſpice, adfirmare, hoc medicamenti genus figura tereti compoſitum fuiſſe. Certam namque habuiſſe formam, ex eo colligitur, quod pleraque medicamenta COLLYRII forma fingenda eſſe, veteres rei medicae auctores praecipiunt. Atque adeo Oribaſ. *Collect.*

medic. Lib. X. Cap. 23. COLLYRIIS tribuit figuram caudae muris ſimilem. Vnde coniectura capi poteſt, hoc medicamenti genus oblongum et rotundum fuiſſe, indeque nomen traxiſſe, ac κολλύριον ἀπὸ κολοβῆς οὐρᾶς adpellatum: quod eſſet inſtar mutilatae caudae, vel a κολουραία, quod interdum στρόγγυλον ſignificat. Vtcumque ſit, compoſita fuiſſe COLLYRIA ex liquoribus, ſuccis, ſeminibus, fructibus ſtirpium, et animalium particulis, aromatibus, metallicis, ideoque variis morbis adplicita, conſtat. Eius reiergo condi reponique ad varios vſus ſolebant, et vbi res exigebat, ea vel integra, ſicuti condita erant, adhibebantur in vſum, vel ſoluebantur in puluerem, qui aut ſiccus, aut humore aliquo dilutus, adſectae parti vel oblinebatur, vel linamento exceptus indebatur, vel ſuffitionibus aut alio modo inſeruiebat.

COLOBA, in *l. 1. C. Theod. quo quemque hab. in vrb. eſſ. oport.* veſtimenti genus, de quo et cuius forma aliud nihil proferre poſſum, praeter id, quod Iſidor. *Lib. XIX. Etymol. Cap. 22.* ſcribit: COLOBVM *dictum, quod longum eſſet, et ſine manicis.* COLOBIORVM etiam Seru. *in Lib. IX. Aen. v. 616.* meminit. [Copioſa de his COLOBIIS eſt adnotatio Iac. Gothofred. in *l. 1. C. Theod. de titulo*, et Car. ☞ du Freſne *Gloſſar. Lat. hac voce.*] At multo accuratius de COLOBIIS agit Oct. Ferrarius. *de re veſtiar. Part. I. Lib. III. Cap. 8. p. 197. ſequ.* vbi oſtendit, tunicas tales regulariter habuiſſe Romanos, non longas, vti Iſidorus ſcripſit, ſed quales apud nos ſubuculae. Addit, non ideo dici, manicis caruiſſe, quod Romani totis brachiis nudatis inceſſerint; ſed quod manicae cubitos tantum attigerint. Denique colubia, initio ingenuorum propria, poſtea et a ſeruis vſurpari coepiſſe. HEIN.

☞ COLONA, femina, cui ager locatus. *l. 54. §. vlt. locat.* vbi coloniam aliqui intelligendam eſſe, fruſtra contendunt. HEIN.

☞ COLONARIVS, A, VM. Sic: COLONARIA conditio: *l. 3. C. de infant. expoſ.* COLONARIVM ius. *Nouell. VII. praefat. §. 1.* Gregor. M. *Lib. III. Epiſt. 21.* HEIN.

COLONATVS perpetuus. *l. vn. C. de mendicant. valid. l. 33. C. Theod. de decur.* COLONATVS quaeſtio. *l. 2. C. Theod. de colon. originar.*

COLONIA, praedium dicitur, quod ſub colono poſſidetur. *l 24. §. 4. D. locat. cond. l. 12. §. 3. l. 20. §. 3. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Vulgo *firmam*, vel *mediatariam* adpellamus. Et ita accipe COLONIAM apud Columellam *Lib. XI. Cap. 1.* quum de villico loquens ait: *Non vrbem, non vllas nundinas, niſi vendendae aut emendae rei neceſſariae cauſſa, frequentauerit, neque enim* COLONIAE *ſuae terminos egredi debet.* ¶. 2. COLONIA pro villa, in qua quis colendi cauſſa diuerſatur. *l. 27. §. 1. D. ad municipal.* ¶. 3. COLONIA etiam vrbs, in quam noui coloni fuerant deducti. *l 27. §. 1. D. ad municipal.* Sic COLONIA Beneuentanorum: *l. 57. D. ad SC. Trebell.* Grauiſcanorum: *l. 30. D. de legat. II.* et apud Liu. *Lib. XL. Cap. 29.* Leptitanorum: *l. 30, D. de vulg. et pupill. ſubſtitut.* Philippenſium: *l. 32. D. ad SC. Trebell.* ¶. 4. COLONIAE ergo proprie colonorum deductione fiebant. Quibusdam tamen ciuitatibus, licet in eas nulli coloni deducti eſſent, COLONIAE ius Imperatores dabant. Idque non vno modo. Quaedam enim nihil praeter nudum coloniae nomen accipiebant: vt de Ptolemaenſium colonia Vlpianus tradit in *l. 1. D. de cenſib.* Aliis *ius Italicum* dabatur, iurisque Italici eos Imperatores faciebant, vt de Tyriorum colonia, de Berytenſi, de Auguſtana, de Heliopolitana, de Emiſena, Palmyrena, et aliis traditur in *d. l. 1. et l. vlt. D. de cenſib.* in qua *l. vlt.* quosdam colonos factos, non adiecto eo, vt iuris Italici eſſent, Paullus refert. COLONARIOS autem *Latinos*, apud Vlpian. *tit. XXX. §. 4.* intelligere debemus eos, qui in Latinas colonias deducti erant, et ea lege deducti, vt Latinitatem ſolam, ſeu Latii ius, non item ciuitatis Romanae, haberent, ad differentiam eorum colonorum, qui ciues Romani dicebantur. Eaque eſt *Latinitas antiqua*, quam in colonias miſſam, ait Iuſtinianus *l. vn. pr. C. de Lat. libert. toll.* Sciendum eſt enim, non vnam coloniarum conditionem fuiſſe, ſed alias Latinas. alias ciuium Romanorum conſtitutas. Liu. *Lib. XXXIX. Cap. LV. Illud agitabant, vti* COLONIA *Aquileiam deduceretur: nec ſatis conſtabat, vtrum Latinam, an ciuium Romanorum, deduci placeret. Poſtremo Latinam potius deducendam, patres cenſuerunt.* Et mox *eodem capite: Eodem anno Mutina et Parma,* COLONIAE *Romanorum ciuium, ſunt deductae.* Idem *Lib. XXXIV. Cap. 45.* COLONIAE Rom. *ciuium eo anno deductae ſunt Puteolos*, cetera. Et paucis interiectis: *Salernum Buxentumque* COLONIAE *ciuium Romanorum deductae ſunt.* LATINAM etiam COLONIAM Carteiam deductam, idem *Lib. XLIII. Cap. 3.* narrat. Sane *Latinae* COLONIAE quum ſolo iure Latii fruerentur: ſuffragiorum quidem ius, non item, quae iuris Quiritium erant, conſequebantur. Etenim vel ipſos ciues Romanos, ſi in colonias Latinas proficiſcerentur, Romanam ciuitatem amiſiſſe, Cicero *pro Caecina Cap. XXXIII.* docet. Mediam quoque capitis deminutionem contigiſſe deductione in colonias Latinas, eosque, qui in eiusmodi colonias deducebantur, mediam capitis deminutionem paſſos, Boeth. *in Topic. Lib. II.* ſcribit. Ac per hoc neque connubii, neque teſtamenti, neque mancipii aut nexus, aut patriae poteſtatis ius, quod erat proprium ius ciuium Romanorum, habuiſſe. Hac de cauſſa, vt idem Cicero *pro domo ſua Cap. LXXIX.* ſcribit, qui ciues Romani in Latinas colonias proficiſcerentur, fieri non potuere Latini, niſi auctores facti eſſent, nomenque dediſſent, propterea, quod, vt exiſtimo, iure a maioribus prodito, ciuitatem nemo inuitus amittere poterat. Porro COLONVM a *municipe*, COLONIAM a *municipio*, ſeparari, notandum eſt, in *l. 17. §. 10. l. 27. §. 2. D. ad municipal.* apud Paullum *Sentent. IV, 6.* a. et in legis Mamiliae et Peduceae fragmentis, nec non apud Ciceron. *de lege agrar. I. Cap. 5.* et *Philipp. II, 40.* Ac plane ſeparatam *municipiorum* et COLONIARVM cauſſam fuiſſe, tradit Gellius *Lib. X. Noct. Attic. Cap. 13.* his verbis: MVNICIPES, *ciues Romani ex municipiis, ſuo iure et legibus ſuis vtentes: muneris tantum honorarii cum populo Rom. participes, a quo munere capeſſendo adpellari videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque vlla populi Rom. lege adſtricti, quum in quam populus eorum fundus factus eſſet.* Et mox: *Sed* COLONIARVM *alia neceſſitudo eſt: non enim veniunt extrinſecus in ciuitatem: nec ſuis radicibus nituntur, ſed ex ciuitate quaſi propagatae ſunt,*

Digitized by Google

ſunt, et iura inſtitutaque populi, non ſua, habere. Similiterque Siculus Flaccus *libro de condit. agror. p. 1. ſequ.* ciuitatum alias COLONIAS, alias *municipia*, quasdam *praefecturas* dici, habereque vocabulorum differentiam dicit, ſubiicitque: MVNICIPIA *quidam putant a munitionibus dicta: alii a munificentia, eo quod munificae eſſent ciuitates.* COLONIAE *autem inde dictae ſunt, quod populus Rom. in ea municipia miſerit colonos, vel ad ipſos priores municipiorum populos coercendos, vel ad hoſtium incurſus repellendos.* Sane Varrro *Lib. IV. de lingua Lat.* COLONIAS eodem modo, quo vrbes, conditas fuiſſe, ita ſcribit: *Quare et oppida, quae prius erant circumducta aratro, ab orbe et vrbo vrbes: et ideo COLONIAE noſtrae omnes in litteris antiquis ſcribuntur vrbes: quod item conditae, vt Roma: et ideo COLONIAE, vt vrbes, conduntur, quod intra pomoerium ponuntur.* Hyginus *libro de limitib. conſtit. p. 159: Finitis ergo ampliorum bellorum operibus, augendae reipublicae cauſſa, illuſtres Romanorum viri vrbes conſtituerunt, quas aut victoribus Pop. Rom. ciuibus, aut emeritis militibus, adſignauerunt, et ab agrorum nouae dedicatione culturae* COLONIAS *adpellauerunt.* Addit hic non nemo: municipiorum ac COLONIARVM differentiam variasque ſignificationes, ex ipſis iuris textibus, ſi quemquam alium, diligenter explicaſſe virum omnis iuris conſultiſſimum, Iac. Gothofredum *in Paratitl. Cod. Theodoſ. tit. de fugit. colon.* Sed nos praeterea legendos hac de re, ſuademus Iac. Cuiac. *Obſeru. X, 35.* Ezech. Spanhem. *in Orbe Rom. II. Cap. 19.* Guil. Goeſ. *in Antiquitatibus agrariis Cap. II. ſequ.* et Chriſt. Gottl. Schwarz. *Diſſert. de iure Italico Cap. II.* HEIN.

COLONICVS, A, VM, modo de praediis conductis dicitur, vt COLONICA, *lex* apud Varron. *Lib. I. de re ruſt. Cap. 2.* quae colunis, quibus praedia colenda dabantur, dici conſueuerat: modo ¶. 2. eadem vox ad COLONIAS, de quibus proxime actum pertinet, vt COLONICI *decuriones*, apud Sueton. *in Auguſt. Cap. XLVI.* id eſt, COLONIARVM *decuriones*, vt idem Sueton. *ibid. Cap. C.* nimirum qui conſcripti erant publici conſilii cauſſa. COLONICA *lex* apud Frontin. *libr. de limit. agror. p. 43.* i. e. lex, qua colonia deducta erat. Einsdem COLONICAE legis, praeter Frontinum, meminerunt Siculus Flacc. *de condit. agror. p. 19.* Aggen. Vrbic. *Comment. in Frontin. p. 49.* Hygin. *de condit. agror. p. 266. ſequ.* et fragmenta Magonis et Vegoiae *p. 257.* HEIN.

COLONVS eſt, qui fundum colit: *l. 30. §. vlt. D. de vſu et vſufruct. legat.* vt et Columella indicat, *Lib. I. Cap. 7.* ¶. 2. COLONI autem nomine interdum ſeruum proprium accipimus, per quem praedia coluntur: interdum generalius extraneum quemlibet, qui fundum colendum fruendumque conduxit. Ideoque vt praedii vrbani conductor *inquilinus*; ita ruſtici COLONVS dicitur. Vnde COLONVS et *inquilinus* ſeparantur, *l. 24. §. 2. l. 25. §. 1. D. locati. l. 13. §. 30. D. de action. emt. vend. l. vlt. D. de vi et vi armat. l. 31. §. 1. D. de vſurpat. l. 14. §. 1. D. de religioſ. l. 4. §. 8. D. de cenſib.* Quorum nominum differentiam Martianus in *l. 37. D. de adquir. poſſeſſ.* explicat his verbis: *pro* COLONO *in agra: in aedibus autem pro inquilino ſit.* Vetus Gloſſarium Lat. COLONVS *eſt, qui agri colendi cauſſa praedium habet.* Gloſſarium Graecum: COLONVS, δυλοπάροικος. COLONI autem, ſi ſerui proprii erant, fundum vel *fide dominica* colebant, vel *mercede*, vt coloni extranei ſolebant. *l. 18. §. 4. l. 20. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* COLONVS item vel *ad pecuniam numeratam* conducebat, vel *partiarius* erat, id eſt, damnum et lucrum cum domino fundi partiebatur. *l. 25. §. 6. D. locat.* Qui *ad pecuniam numeratam* conduxerat, is alias *mercede colere* dicitur: vt in *d. l. 20. §. 1.* alias *numis*, vt in *l. 26. D. de furt.* vel *penſionis certae quantitate: d. l. 18. §. 4.* vel *certa penſione*, vt in *l. 22. D. de pact. dotal.* Plinius duplicem hanc COLONORVM differentiam expreſſit *Lib. IX. Epiſt. XXXVII. Non numis, ſed partibus, locem.* Praeterea COLONVS et *locator* opponuntur, *l. 12. D. de vi et vi armat.* immo et COLONI *colonus* memoratur, in *l. vlt. D. eod.* ¶. 3. COLONI etiam conductores praediorum, ad fiſcum pertinentium, accipiuntur: *l. 8. C. de excuſ. tut.* qui et COLONI Caeſaris: *l. vlt. D. de offic. procur. Caeſ. l. pen. §. 11. D. de iur. immunit.* et COLONI praediorum fiſci: *l. vlt. §. 1. D. ad municip.* COLONI vel conductores rei priuatae: *l. 3. C. Theod. de actorib. procur. et cond. rei priu.* COLONI originales: *l. 1. C. Theod. de inquilin. et colon.* priuati et patrimoniales. *l. 2. C. Theod. de fugit. colon. orig.* ¶. 4. COLONI etiam adpellabantur, qui in colonias deducti erant. *l. 17. §. 10. D. ad municipal.* Sic COLONI Antiochenſes: *l. vlt. D. de cenſib.* Caeſarienſes: *l. ead.* id eſt, quibus ius coloniae dederunt Imperatores, vt loquitur Vlpianus. *l. 1. D. eod. tit.*

COLOR natiuus: *l. 70. §. 12. D. de legat. III.* vbi purpuram et coccum natiui coloris non eſſe traditur. COLORES pictorum: *l. 17. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* COLORVM temperandorum vaſa: Paull. *Sent. III, 6, 63.* ¶. 2. COLOR, pro praetextu. *l. 4. D. ad SC. Trebell.* COLOR quaeſitus: *l. 79. D. de donat. int. vir. l. 7. pr. D. de SC. Macedon.* COLORE honeſtatis velari: *l. 14. C. de contr. emt.* Hoc COLORE agitur: *l. 2. D. de inoffic. teſtam.* Res illo COLORE defenditur: *l. 5. §. 1. D. eod. tit.* Eadem verba vſurpantur *in princ. Inſt. eod. tit.* [Sub COLORE adipiſcendae poſſeſſionis: *l. 3. C. qui lege perſon. ſtand.* COLOR abigeatus quaeſitus: *l. 1. §. 4. D. de abigeat.*] Porro vox haec e rhetorum ſcholis in forum deducta eſt, vt ex Senecae et Quinctiliani *Declamationibus* liquet: a Graecis χρῶμα vocatur, de cuius vi ac poteſtate alias dabitur dicendi locus. [Ian. Langlaeus *Semeſtr. Lib. VIII. Cap. 1.* tum dici COLOREM *quaeſitum.* ait, quando id, quod quis vere agit, ſimulatione aliqua obtegit, ſiue fraudandae legis cauſſa, ſiue alia ex cauſſa id fiat. Addidit alius vir doctus: COLORVM libros ſcripſiſſe Othonem Iunium, vt ex Senec. *Lib. I. Controu. 3. in fine* conſtet. Videndum de hac voce eſſe N. Fabrum ad Senec. *Lib. Contr. 1. n. 30.*]

COLORIA veſtis: *l. 32. §. 7. D. de aur. arg. leg.*

COLVM niuarium, ad praeparationem bibendi comparatum, ac proinde argento potorio ineſſe, ait *l. 21. D. de aur. arg. leg.* Eo nix ad niuatas potiones percolabatur. Ideoque et celebratur a Martiale *Lib. Apophoret. Epigr. CIII.* Conſtat enim, veteres voluptatis cauſſa niuem adſeruaſſe,

qua

qua in ſummis aeſtiuis caloribus vina diluerent. Seneca, luxuriam ſui ſaeculi carpens, *Lib. IV. Natural. Quaeſt. Cap. 13. Quoniam*, inquit, *non contenti, vina diffundere veterana, et per ſapores, aetatesque diſponere, inuenimus, quomodo ſtiparemus niuem, vt ea aeſtatem euinceret, et contra anni feruorem defenderetur loci frigore.* Et paullo poſt de ſtomacho agens: *Vbi*, inquit, *quotidianis cruditatibus non temporis aeſtus, ſed ſuos, ſentit: vbi ebrietas continua viſceribus inſedit, et praecordia bile, in quam vertitur, torret, aliquid neceſſario quaeritur, quo aeſtus ille frangatur, qui ipſis incaleſcit remediis, incitat vitium. Itaque non aeſtate tantum, ſed et media hieme, niuem hac cauſſa bibunt.* Et mox ait: *quosdam non ſorbere ſolum niuem, ſed etiam eſſe, et fruſta eius in ſcyphos ſuos deiicere, ne inter ipſam bibendi moram tepeſcant.* Idem *Epiſt. LXXVIII. O infelicem*, ait, *aegrum! Quare? qnia non vino niuem diluit.* Plin. *Lib. XIX. Cap. 4. Hi niues, illi glaciem potant, poenasque mentium in voluptatem gulae vertunt. Seruatur algor aeſtibus, excogitaturque, vt alienis menſibus nix algeat.* Praeter hos de niuis potione videndus Athenaeus *Lib. III. Cap. 38. p. 124.*

COLVMBAE, quae de columbario emitti ſolent. *l. 8. D. famil. erciſc.* COLVMBARVM autem feram eſſe naturam, licet et conſuetudine auolare et reuolare ſoleant, definiunt *l. 5. §. 5. D. de adqu. rer. dom.* et *§. 15. Inſt. de rer. diuiſ.*

COLVMBARIVM, in *l. 8. §. 1. D. famil. erciſc.* Qua voce et Varro *Lib. III. de re ruſt. Cap. 7.* et Columella *Lib. II. Cap. 15.* vſi ſunt. Turrim vocat Ouid. *Lib. I. Triſt. eleg. 9. v. 8.* his verbis:

Adſpicis, vt veniant ad candida tecta columbae:
Accipiat nullas ſordida TVRRIS *aues:*

Sane Varro COLVMBARIA et περιστερεῶνας videtur adpellare *latibula columbarum, in quibus nidificant*, vt loquitur Iſidor. *Lib. X. Orig. Cap. 2.* COLVMBARIA enim vocat eos ordines, qui ſingulis paribus columbarum fiebant rotundi, a terra vsque ad cameram, et os habebant, quo introire et exire poſſent. ¶. 2. Alio tamen ſenſu in marmoribus COLVMBARIVM dicitur locus ſepulcri, variis foraminibus diſtinctus, in quo ollae ſeu vrnae, cineribus plenae reponi ſolebant, de quibus COLVMBARIIS accuratiſſime egit, forma etiam eorum exhibita, Fabrett. *Inſcript. Cap. I. p. 9. ſequ.* Id vel ideo notandum duximus, quod haec vocabuli notio et viros eruditiſſimos fugit, et in his Reineſium, qui quum incidiſſet in marmor, in quo T. CLAVDIO PRIMIGENIO COLVMBARIA N. IIII. EMANCIPASSE dicitur T. FLAVIVS CORINTHVS, id de illo columbarum habitaculo perperam interpretatus eſt. *Claſſ. VII. Inſcr. 21. p. 490.* HEIN.

COLVMNAE aedium: *l. 21. D. de legat. III.* COLVMNAE aedibus detractae, ſubductae, ab aedibus ſeparatae. *l. 41. §. 1.* et *§. 9. D. de legat. I.* COLVMNA tolli, transportari, reponi, frangi: *l. 25. §. 7. D. locat.* COLVMNAM reſtituere quae onus vicinarum aedium ferebat: *l. 33. D. de ſeruit. praed. vrban.* COLVMNAS ſtructiles ſuper parietem imponere, quae tectum porticus ſuſtineant. *l. 8. §. 1. D. ſi ſeruit. vindic.* Feſtus: COLVMNAE *dictae, quod columina ſuſtineant. Latitare circa* COLVMNAS dicebantur, qui pone columnas, quibus forum Romanum circumdatum erat, ſeſe occultabant, vt aduerſariorum occurſum vitarent. *l. 36. D. de reb. auctor. iud. poſſid. l. 7. §. 13. D. quibus ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.* Rem variis Sidonii Apollinaris, Luciani, Ambroſii, teſtimoniis illuſtrat Iac. Cuiac. *Obſ. Lib. I. Cap. 13.* et *Lib. XI. Cap. 8.* HEIN.

COM

COMMAGENA, in *l. 21. §. 1. D. de aur. arg. leg.* eſt vnguenti genus, quod, quale ſit, ex Plinii verbis, a me ſubiectis, facile intelligi poteſt. Sic autem ille *Lib. X. Cap. 23.* de anſeribus tractans, ſcribit: *Aliud reperit Syriae pars, quae* COMMAGENE *vocatur: adipem eorum in vaſe aereo cum cinnamo, niue multa obrutum, ac gelido rigore maceratum, ad vſum praeclari medicaminis, quod ex gente dicitur* COMMAGENVM. Idem *Lib. XXIX. Cap. 3. Fit ex adipe anſerum, alioquin celeberrimi vſus eſt ad hoc, in Comagene Syriae parte, cum cinnamo, caſſia, pipere albo, herba, quae* COMMAGENE *vocatur, obrutis niue vaſis, odore iucundiſſimo, vtiliſſimum ad perfractiones, conuulſiones, caecos ac ſubitos dolores, vnguentumque pariter, ac medicamentum eſt.* Cum de vniuerſis veterum vnguentis, tum de COMMAGENA ſpeciatim, plura dixit Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 97.* vbi totum *§. 1. d. l. 21. de aur. arg. leg.* erudite illuſtrat. HEIN.

COMATAE puellae, quas ſibi mulieres exornant. *l. 40. D. de legat. III.* (de eo loco vid paullo inferius ſub COMES. ¶. 1.) Martial. *Lib. XII. Epigr. 98.*

Rumpis, Baſſe, latus, ſed in COMATIS.

Interpres Horat. *in Epod. XI.* ad verba: *Aut teretis pueri, longam renodantis comam, id eſt, in nodum colligentis, ſeſe ornantis, id eſt, pueri* COMATI. *Antea enim pueri formoſuli ſuam comam vitta nectebant, vt compoſiti ſuis amatoribus magis placerent.* Erat ergo hic ornatus laſciuorum atque impudicorum. Vnde Hieronymus *Epiſt. X. ad Furiam*: COMATVLOS, *comtos, atque laſciuos domus tuae tecta non videant.* Tales etiam ſeruilis conditionis pueri COMATI, CRINITI, CAPILLATI, παῖδες κομῆται, quos vocat Lucianus, qui in primis etiam pocula porrigebant dominis coenantibus. Seneca *Epiſt. CXIX. Nam ſi pertinere ad te iudicas, quam CRINITVS puer, quam perlucidum tibi poculum porrigat, non ſitis.* Plura de hac comata familia, quam pretioſiſſimam fuiſſe, docet Martial. *Lib. XII. Epigr. 71.* diſſeruit Laurent. Pignor. *de ſeruis p. 28.* HEIN.

COMBVSTA domus: *l. 57. D. de contrah. emt.* COMBVSTA inſula. *l. vlt. D. de pign. l. 22. D. de legat. I.*

COMES, [pro paedagogo, pediſſequo, qui puerum puellamue cuſtodiendae pudicitiae cauſſa comitabatur. *l. 15. §. 16. D. de iniur.*] Sic COMES matronae *l. 1. §. 2. l. 9. D. de iniur.* COMES pueri *l. 1. §. vlt. D. de extraord. crim.* Paull. *Sentent. Lib. V. tit. 4. §. 14.* De comitibus his plura Caſaubon. ad illa *Perſii Sat. V. v. 30. ſequ.*

Quum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaque ſnbeinctis laribus donata pependit,

Quam

Quum blandi comites, tutaque impune ſuburra,
Permiſit ſparſiſſe ocellos iam candidus vmbo.

ex quo alioque loco Propertii *Lib. III. Eleg. 15. v. 3.*

Vt mihi praetextae pudor eſt velatus amicus
Et data libertas, noſcere amoris iter.

comites, poſita praetexta, non amplius habuiſſe adoleſcentes, colligit Schulting. *ad Paull. p. 443.* Quibus ego addo locum notiſſimum Horatii *de arte poet. v. 161.*

Imberbis iuuenis, tandem CVSTODE *remoto,*
Gaudet equis, canibusque, et aprico gramine campi.

Cuſtodem enim vocat Horatius, quem alii *comitem.* COMITES matronarum vtriusque ſexus memorantur. *l. 15. §. 16. D. de iniur.* Tales inter ancillas erant et anteambulatrices, et pediſſequae, de quibus Pignor. *de ſeru. p. 206. ſequ.* Hinc V. C. Corn. van Bynkersh. *Obſ. V, 19.* in *l. 49. pr. D. de legat. III.* vbi vulgo legitur, *Puellae fortaſſis, quas ſibi comatas mulieres exornant*, reſcribendum putat: *quas ſibi* COMITES *exornant.* HEIN. ¶. 2. COMITES in *l. 5. D. ad leg. Iul. repet. et l. 1. §. 8. D. de extraord. cognit.* accipere debemus eos, qui proconſules, praeſides, legatos, procuratoresue Caeſaris, in prouincias proficiſcentes, comitabantur, adſectabantur, iisque in officio erant. Hinc COMITES eorum, qui prouincias regunt: *l. 16. D. de offic. praeſid.* eorum, qui reip. cauſſa abſunt: *l. 41. §. 1. D. de excuſat.* COMITES legati Caeſaris: *l. 4. D. de offic. adſeſſ.* quod Papiniani reſponſum citatur ab Vlpiano in *l. 19. §. vlt. D. locat.* Ita et COMITES legatorum: *l. 32. D. quib. ex cauſſ. maior.* COMITES praeſidum, proconſulum, procuratorumue Caeſaris: *l. 12. §. vlt. D. de vacat. et excuſat. mun.* COMITES Proconſulis, vel legati ſui: *l. 6. §. 1. D. de poen.* Plin. *Lib. VII. Epiſt. 27.* Cic. *Lib. V. ad Attic. Epiſt. 10. Adhuc ſumtus publice aut priuatim, nec in me, nec in quemquam* COMITVM, *factus.* Seneca *Lib. II. Controu. deci. 9. Syriacus contra Maximum Stertinium, a quo premabatur, quum* COMES *eius fuiſſet, dixit: Per annos quindecim in officio tuo fui.* Plin. *Lib. IX. Cap. 30. Non ſunt praeterennda et L. Lucullo, proconſuli Baeticae comperta de polypis, quae Trebius Niger, e* COMITIBVS *eius, prodidit.* Sueton. *in Iul. Cap. XLII. Sanxit, ne quis ſenatoris filius, niſi contubernalis, aut* COMES, *magiſtratus peregre proficiſceretur.* Plin. *Lib. V. Epiſt. 22. Brutianus, quum Montanum Aticinum* COMITEM *ſuum in multis flagitiis deprebendiſſet.* In COMITIBVS porro Cicero *Orat. II. in Verr. Cap. 10. praefectos, ſcribas, medicos, accenſos, aruſpices, praecones* numerat: eaque eſt *cohors* COMITVM apud Iuuenal. *Sat. VIII. v. 127.* quae *cohors praetoria* Ciceroni *ad Q. Fratr. Lib. I. Ep. I.* et Auſonio *in Profeſſ. Burdegal. Cap. V.* Ac plane quod eſt apud Ciceron. *in Verr. I. Cap. 14. cohors praetoria,* Aſconius interpretatur *de comitibus conſularibus.* Quo referri poſſunt haec verba *l. 1. D. ad leg. Iul. repetund. vel quum ex coborte cuius eorum eſt.* ¶. 3. COMES, nomen dignitatis. Epiphan. *Lib. I. haereſ. XXX. Cap. 5. p. 129.* ὃς καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἀξιώματος Κομήτων ἔτυχε. *qui et a Caeſare* COMITIS *dignitatem acceperat.* Et mox: Καὶ εἰ μὴ ὅτι Κόμης ἦν, καὶ τὸ τοῦ Κόμητος ἀξίωμα ἐκώλυεν ἀπ' αὐτοῦ τὸν τῶν Ἀρειανῶν διωγμόν. *Quod niſi* COMITIS *dignitate fuiſſet praeditus, vt hic eum ab Arianorum violentia tueretur.* Rurſusque, *Cap. XI. p. 135.* Γέρας αὐτῷ δίδωσιν, ὡς ἤδη προεῖπον, ἀξιώματος ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ. Κόμητα γὰρ αὐτὸν κατέστησε. *Hoc illi dignitatis praemium, quod paullo ante retulimus, contulit in imperio ſuo,* CO-MITEM*que fecit.* Suidas: Κόμης, ὁ λαοῦ ἄρχων, καὶ κλίνεται Κόμητος. *Comes, populi magiſtratus: declinatur comitis.* Auguſtin. *de ciuit. Dei Lib. V. Cap. 6. Quum ille in officio* COMITIS *militat.* COMITVM autem in principalibus conſtitutionibus variae pro adminiſtrationum varietate adpellationes et ſpecies exſtant. Summa tamen eorum diuiſio in duo genera diduci poteſt. Quidam enim in palatio militabant, circa latus principis agentes, et circa ipſum Imp. occupati. Alii per prouincias conſtituti erant. ¶. 4. Circa latus principis agebant COMITES AERARII, *l. 1. C. de quaeſt. l. 32. C. Theod. de ſuſcept. praep. et arc. l. 39. C. Th. de adpellat.* qui et *ſacri et priuati aerarii* COMITES: *l. 1. C. Theod. qui a praebit. tiron.* COMITES *vtriusque aerarii. Nouell. I. Theod.* et Valent. de palatin. Hi *illuſtres viri* vocantur in *d. l. 32. C. Th. de ſuſcept. praep. et arc.* ¶. 5. COMITES ARCHIATRORVM, *l. vn. C. Theod. qui a praeb. tiron.* de quorum dignitate videndus eſt Caſſiodor. *Lib. VI.* in formula comitiuae archiatrorum. ¶. 6. COMES COMMERCIORVM. *l. 1. C. de annon. et cap. l. 2. C. quae res ven. non poſſ. l. vlt. C. de commerc.* ¶. 7. COMITES conſiſtorii principis, *l. 1. C. Th. de palat. ſacr. priu. l. vn. C. Th. de comit. conſiſtor.* qui et COMITES ſacri conſiſtorii. in §. 1. *Conſt. de nou. cod. fac. l. 4. C. de adnic. diuerſ. iud.* Vnde COMITES conſiſtoriani: *l. 13. C. de excuſ. mun. rubr. C. de comit. conſiſt. l. vlt. C. de diſcuſſor. l. vn. C. Theod. qui cond. rei priu. fid. l. 15. l. 18. C. Th. qui a praebit. tiron. et equ. l. vlt. C. Theod. de honor. Nouell. Valent. I. de tiron. et occ. deſert.* ¶. 8. COMITES DISPOSITIONVM. *l. 8. C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. vn. C. qui a praebit. tir. et equ. l. 12. l. 18. C. de prox. com. diſpoſ.* Quatuor erant ſcrinia: *epiſtolarum, memoriae, libellorum, et diſpoſitionum.* Primi quique et principes in ſingulis ſcriniis, dicebantur PROXIMI, vt *proximus ab epiſtolis, proximus a libellis, proximus a memoria.* In ſcrinio vero diſpoſitionum non dicebatur *proximus diſpoſitionum,* ſed COMES. Vid. Claud. Salmaſ. *ad ſcript. hiſt. Aug. p. 207. ſequ. et p. 293.* HEIN. ¶. 9. COMES DOMORVM principis: *l. vlt. C. vbi cauſſ. fiſc. l. vn. C. vt omn. iud. l. 5. C. ad leg. Iul. repet. l. 3. C. de palat. ſacr. largit. l. vlt. C. de diuerſ. offic.* ¶. 10. COMES DOMESTICORVM, vir *illuſtris*: *l. 6. C. de aduoc. diu. iudic. l. 64. C. de decurion. l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron. l. 42. C. Theod. de haeret. l. 2. l. 3. l. 5. C. Theod. de domeſt. et protect. l. 1. C. Theod. de decurion.* Mentio etiam fit eorum [*l. 10. C. de metat. et epidem*] apud Ammian. Marcell. *Lib. XIV. Cap. 10. Lib. XXXI. Cap. 12.* et alibi paſſim, vt et apud B. Auguſtin. *Epiſt. LX.* Cyrill. *in imperialibus litteris, quae illi adſcribuntur,* et Gregor. Turon. *Lib. II. Cap. 8. ſequ.* COMITES autem DOMESTICORVM duos Notitia ponit, *equitum*, et *peditum.* His ſuberant domeſtici equites ac pedites, et deputati eorum. ¶. 11. COMES EXCVBITORVM, apud Zonar. *in Iuſtino Curopalata Tomo III. p. 58.* (vbi κόμης τῶν ἐξκουβίτων vocatur,) et in Epiſt. Vigilii Papae, quae *Tomo II. Conciliorum refertur.* ¶. 12. COMES

COM.

MES FOEDERATORVM, (κόμης τῶν Φοιδεράτων) apud Zonar. *in Tiberio Tom. III. p. 60.* ¶. 13. COMES HORREORVM: *l. vlt. C. de piſtorib.* ¶. 14. COMES LARGITIONVM *priuatarum*, ſiue *ſacrarum*, in partibus tam orientis, quam occidentis, habebantur. Hoc nomen apud Cyrill. *in Epiſtolis Imperat.* ab interpretibus male explicatum eſt, qui *Ioannem Comitem ſacrarum largitionum*, modo *Comitem ſacrenſem*, modo *Comitem ſacrorum*, vertunt: Auguſtin. *Lib. VI. Confeſſ. Cap. 10. Romae adſidebat* COMITI *largitionum Italicarum.* Meminit eorum Iuſtinianus *in §. 1. Epiſt. de nouo cod. confirm. l. 1. C. de quaeſtor. l. 3. C. de palat. ſacr. largition. l. vn. C. de auri publ. penſ.* Sub horum autem diſpoſitione erant COMITES *largitionum, per prouincias conſtituti:* item COMITES *commerciorum, metallorum, veſtiariorum:* COMITES *quoque et rationales ſummarum, per prouincias ſparſi:* nec non *procuratores baphiorum, gynaeceorum, monetarum, liniſiciorum, baſtagarum: praepoſitique theſaurorum, et argentariorum.* Hic *vir illuſtris* adpellatur *l. 3. C. Theod. de incorporat.* ¶. 15. [COMES PROTECTORVM. *l. 10. C. de metat.*] De his optime viri docti ad Ammian. *Lib. XIV. Cap. 7.* Praeter ſcholares, erant in palatio dignioris ordinis milites alii, qui maiora quoque ſtipendia merebant, vtpote qui maiore pretio eam dignitatem adſequerentur. Ii *domeſtici*, ac PROTECTORES dicebantur, vt Procopius ſcribit *in Anecdotis.* PROTECTORES autem dicti ſunt ex eo, quod principis latus protegerent, vt docet *l. 9. C. Theod. de protector.* In *Gloſſis Graecis* ὑπασπισαὶ et ὑπερασπισαὶ dicuntur. Hegeſippus *Lib. I. Cap. 44. Hic erat* PROTECTOR *meus, cui credebam corporis ſenilis cuſtodiam*: quae conuerſa ſunt ex his Ioſephi: ὁ ὑπερασπιςὴς ὁ ἐμὸς, ὁ σωματοφύλαξ. Horum alii in comitatu manebant, alii in prouincias cum comitibus et magiſtris militum mittebantur, vt ex variis Marcellini locis colligitur: idque diſerte teſtatur Procopius *loco citato.* Quidam etiam ad cuſtodiam limitis ex ea ſchola erant deputati. Menander Protector *Lib. VIII. Hiſtor.* ὁ δέ γε τῶν μεθορίων λεγόμενος προτίκτωρ (δηλοῖ δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν ἐς τῦτο καταλεγόμενον ἀξίας τὸν βασίλειον προσκεπαςήν.) Id eſt: *Protector autem limitis, (quo nomine adpellant Romani eum, qui principis latus protegit.)* Addit Menander, PROTECTORVM limitis iam inde ab antiquiſſimis temporibus id officium fuiſſe, vt tabernacula adpararent, in quibus legati Romanorum ac Perſarum congrederentur. Meminit PROTECTORVM etiam Ael. Spartian. in Anton. *Caracall. Cap. VII.* Haec aliaque de protectoribus viri docti ad Ammianum. HEIN. ¶. 16. COMITES SACRARVM REMVNERATIONVM: *l. 41. D. de adpellat.* COMES ſacrarum et priuatarum remunerationum: *l. 2. C. de commeatu*, ſeu largitionum: *l. 121. C. Th. de decurion.* COMES rerum priuatarum: *l. 3. C. de bon. vacant. l. vlt. C. de petit. bonor. l. 64. C. de decurion. l. vlt. C. de adſeſſor. l. 6. C. vbi cauſſ. fiſc. l. 1. C. de adu. diuerſ. iudic. Nouell. Valent. VII.* Hic patrimonium principis et res eius priuatas curabat, vacantiaque bona occupabat, et, vt Caſſiodorus in formula rerum priuatarum ſcribit, *per rationalium curam priuatam principum gubernabat ſubſtantiam.* COMES priuatorum vocatur a D. Gregorio *Lib. XI. Epiſt. 24.* Sub huius enim diſpoſitione erant *rationales, procuratores, et praepoſiti rerum priuatarum*, per prouincias conſtituti, item *baſtaga priuata et praepoſiti quoque gregum ſtabulorum et ſaltuum.* Decorabatur autem titulo *illuſtris viri.* Theodorit. *Lib. III. Hiſt. Eccleſ. Cap. 11.* τῶν ἰδίων τῦ βασιλέως χρημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιςευμένον, ait, COMITEM rerum priuatarum dictum. Vetus Gloſſarium: COMES *priuatarum rerum eſt, qui priuati commodi, et rerum fiſcalium, habet adminiſtrationem, vt eas conſeruet, et negotiorum.* COMES *ſacrarum largitionum eſt, per quem Imperator ſuam liberalitatem et munificentiam ſuam exercet.* COMES *ſacri patrimonii eſt, qui procurat patrimonium Imperatoris.* VIR ILLVSTRIS vocatur in *l. 7. C. Th. de locat. fund. iur. emphyteut. l. 12. C. Theod. de extraord. ſiue ſord. mun. l. 1. C. Th. de equor. cural. l. 27. l. 32. C. Th. de petit. et vlt. dat. l. 24. C. Theod. de palat. ſacr. largit. l. 14. C. Theod. de tiron. Nouell. VII. Theodoſ. et Valent. de loc. reip.* et aliis locis. ¶. 17. COMES SACRAE VESTIS: *l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron.* qui COMES *veſtiarii*, in Notit. adpellatur. ¶. 18. COMES SCHULARVM. *l. 3. C. de offic. magiſtr. offic. l. 1. C. de priuileg. ſcholar. rubr. C. de comit. trib. ſcholar.* ¶. 19. COMES STABVLI ſacri: *l. vn. C. de comit. et tribun. ſchol. l. 29. C. Theod. de annon. et tribut. l. 3. C. Theod. de equor. conlat. l. 1. C. Theod. qui a praebit. tiron.* Aimon. Monachus *de geſt. Franc. Lib. III. Cap. 43. Theſaurarius Chladouaei, a Cupanio,* STABVLI COMITE, *de Biturico retractus.* Vnde *conneſtabilem* noſtrum originem duxiſſe, credibile eſt. Sic enim idem auctor eiusdem *libri III. Cap. 70. Landigiſilus, regalium praepoſitus equorum, quem, vulgo* CONSTABVLVM *vocant.* Regino Monach. *Lib. II. Annal. ad ann.* DCCCVII. *Eodem anno Burchardum* COMITEM STABVLI *ſui, (quod corrupte* CONSTABVLVM *adpellamus,) cum claſſe miſit in Corſicam.* Fuiſſe autem eam dignitatem in pretio, Ammianus Marcellinus exiſtimandi copiam praebet, qui Valentinianum Imp. in hoc dignitatis gradu fratrem, Valentem, locaſſe, refert. Sic enim *Lib. XXVI. Cap. 4.* de eo loquens, ſcribit: *Nicomediam itineribus citis ingreſſus, Kal. Martiis Valentem, fratrem, ſtabulo ſuo, cum tribunatus dignitate praefecit.* ¶. 20. COMES THESAVRORVM, *l. vlt. C. vt dignit. ord. ſeru. l. 2. C. de palat. ſacr. largit.* Meminit et Saliae, COMITIS THESAVRORVM *per Thraciam* Ammianus Marcellinus *Lib. XXIX. Cap. 1.* Theſaurus idem, ac veſtiarium. Lamprid. *in Alexandro Cap. XL. In* THESAVRIS *veſtem numquam, niſi annum, eſſe paſſus eſt.* Hinc *praepoſiti theſaurorum*, *l. 14. C. de murileg.* qui et COMITES THESAVRORVM. Suberant diſpoſitioni comitis ſacrarum largitionum, et ſub ſe habebant officiales, qui *theſaurenſes* dicti. *l. 11. C. de palat. ſacr. largit.* Vid. Claud. Salmaſ. *ad ſcript. hiſt. Aug. p. 220.* HEIN. ¶. 21. Legimus et in Notitia: COMITES auri, COMITES *formarum*, COMITES RIPARVM et ALVEI *Tiberis*, COMITES PORTVVM, quorum et apud Caſſiod. *Lib. VII. Var. Cap. IX.* fit mentio. ¶. 22. Quidam etiam erant COMITES PROVINCIARVM: *l. 1. C. Theod. de offic. rect.* qui et per prouincias conſtituti, dicebantur. *l. 3. C. de offic. praef.* et COMITES, qui prouincias regunt: *rubr. C. de comit. qui prouinc. reg.* Caſſiodor. *Lib. VII. Var. Cap. 24.* COMITI *quidem prouinciarum poteſtas data eſt.* COMITES autem prouinciarum gladio bellico, etiam pacatis rebus, accinctos fuiſſe, docet Caſſiodorus *Variar. Lib. VII. Cap. I.* ¶. 23. Huiusmodi erant COMITES Aegypti: *l. 1. C. de comit. tribun. l.*

11.

11. C. Theod. de pag. ſacr. et templ. l. 3. C. Theod. de patron. vic. l. 8. C. Theod. de princ. agent. in reb. l. vn. C. Theod. de comit. et tribun. ſchol. COMITES Aegyptiaci limitis: *l. 51 C. Theod. de curſ. publ.* COMES Africae: *l. 13. C. Theod. de diuerſ. offic. l. 56. C. Theod. de haeret.* et apud Auguſtin. *Epiſt. XL.* et in *Notitia occidentis.* Hic *vir clariſſimus* dicitur in *l. 13. C. Theod. de petit. et vltro dat.* ſub cuius diſpoſitione erant *praepoſiti limitum orae Africanae.* COMES Aſianae dioeceſeos: *l. 1. C. Theod. fin. reg.* COMES Hiſpaniarum: *l. 5. C. Theod. de donat. l. 3. C. Theod. de matern. bon. l. 1. C. Theod. de accuſ. et inſcript.* COMES Macedoniae: *l. 2. C. Theod. ſine cenſu et reliqu.* COMES Orientis, qui V. C. et ſpectabilis vocatur: *l. 3. C. de aduoc. diuerſ. iudicum. l. 3. C. de can. largit. titul. l. vn. C. de claſſic. l. 29. l. 32. C. de adpellat. l. 2. in fin. C. de adu. diuerſ. iudicior. l. vlt. C. de modo mulct. l. 15. l. 16. C. Theodoſ. de poen. l. 8. C. Theod. de princ. agent. in reb. l. 7. C. Th. de iurisd. l. 21. C. de diuerſ. offic.* Cui ſuberant Palaeſtina vtraque, Syria vtraque, Phoenicia, Cilicia vtraque, Cyprus, Oſrhoena, Meſopotamia, Iſauria, Arabia. Zoſimus *Lib. V. Cap. 2.* Ὁ δὲ Κόμητα τῆς ἑώας πεποίηκεν· αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ βούλεται τὸν περιβεβλημένον αὐτῆς, ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τὰς ἑώας ἐπαρχίας ἰθύνουσι, καὶ ἐπὶ τῆς οὐ κατὰ δέον πραττομένοις εὐθύνειν. *Is vero* COMITEM *orientis fecit: cuius magiſtratus ea poteſtas eſt, vt, qui eum gerit, omnibus prouincias orientis adminiſtrantibus praeſit, et quaecumque non aguntur, vti par eſt, corrigat.* COMES Rheni: *l. 9. C. Theod. de re milit.* COMITES Ponticae dioeceſeos: *l. 1. C. de comit. et trib. ſcholar.* COMITES Pacatianae, Phrygiae, Galatiae, et Iſauriae, qui COMITES *Iuſtinianei* dicti: *Nouell. VIII. XXIV. et XXVII.* Idem Iuſtinianus COMITEM Armeniae ſuſtulit. *l. vlt. C. de offic. magiſtr. mil.* Memorantur praeterea in Notitia COMITES *Phoenices, Syriae Auguſtae, Euphratenſis, Arabiae, Thebaidos, Pentapoleos, vtriusque Armeniae, vtriusque Ponti, Scythiae, Myſiae primae et ſecundae, Daciae, Pannoniae, Pamphyliae, Iſauriae, Lycaoniae, et Piſidiae.*

¶. 24. COMITIS etiam nomine atque honore plerumque Imperatores dignitatis augendae et amplificandae cauſſa ornabant eos, quos ad palatina officia aut munera publica vocabant. Hinc *l. 14. C. Theod. de extraord. et ſord. mun. eos, qui cum honore* COMITVM *nomine magiſtrorum, memoriae praefuerint, vel epiſtolis, vel libellis,* memorat. Itaque et magiſter equitum et peditum COMES adpellatur: *l. 5. C. Theod. de ſent. ex peric. recit. l. 2. C. Theod. de re milit. l. 113. C. Theod. de decurion.* vt et magiſtro militum COMITIS nomen tribuitur. *l. 8. C. Theod. de re milit. l. 5. C. Theod. de paſc. l. 18. C. Theod. de tiron. l. 16. C. Theod. de deſert. vel accuſ. eor. l. 7. C. Th. ad leg. Iul. repetund. l. 8. C. Theod. de metat. l. 1. C. Th. ne comit. et trib. lau.* Similiterque magiſtro vtriusque militiae COMITIS nomen praeponitur, in *l. 128. C. Th. de decurion. l. 13. C. Theod. de re milit. l. 18. C. Theod. de erog. milit. annon. l. 1. C. Theod. de exc. et transl. l. 3. C. Theod. de paſc. l. 13. C. Theod. de veteran. l. 12. C. Th. de fil. milit. l. 1. C. Theod. de calumniat. l. 14. C. Theod. de patroc. vicor.* Sic et magiſter officiorum COMITIS nomine ornatur. *l. 8. C. Th. de curſ. publ. l. vn. C. Th. de decan. l. 15. C. Th. de metat. l. 11. C. Th. de indulg. crim.* COMES et praepoſitus ſacri cubiculi: *Nouella Valent. et Marcell. vnica de indulg. reliqu.* COMES et procurator diuinae domus: *l. 16. C. Th. de bon. proſcript.* COMES et patricius: *l. 14. C. Th. de infirm. his.* COMES perfectiſſimus, et amicus: *l. 2. C. Th. de bon. vacant.* COMES ſpectabilis, et caſtrenſis ſacri palatii: *l. 1. et l. 2. C. Th. de caſtrenſian. l. 12. C. Theod. de palatin. ſacr. largit.*

¶. 25. Praeterea et COMITES militum erant, *l. 1. C. de offic. vicar.* et apud Caſſiodor. *Var. Lib. VII. Cap. 28.* qui et COMITES militares adpellantur, *l. 6. C. de adſeſſor. l. 1. C. ne rei milit. comit.* nec non COMITES rei militaris: *rubr. C. de comit. rei milit. l. 17. C. Th. de prox. com. diſpoſ.* itemque COMITES, quibus regendae militiae cura commiſſa eſt: *l. vlt. C. Th. de re milit.* veluti COMITES Italicianorum et Gallicianorum: *l. 1. C. Th. de conſul.* COMES rei militaris per Africam. *l. 3. C. Theod. de erogat. milit. ann.* COMITES autem rei militaris in partibus orientis duo erant, per Aegyptum vnus, per Iſauriam alter, vt Notitia docet.

¶. 26. COMITVM porro varii gradus et ordines erant. Nam et *primi, ſecundi, tertii ordinis* COMITES legere eſt. Euſeb. *Lib. IV. de vit. Conſtant. Cap. I.* Κομήτων δὲ οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, οἱ δὲ δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου. COMITVM *vero aliqui primi ordinis honore ornabantur, alii ſecundi, alii tertii.* Exempla horum ordinum ſuppetunt in *l. vn. C. de comit. qui pron. reg. l. 14. l. 15. l. 16. C. Theod. de cenſit. peraequ. et inſp. l. 18. C. Theod. de medic. et profeſſ. Nouella Theodoſ. et Valent. de tiron. et occaſ. deſert.* COMITES minores: *l. 1. C. Theod. ne comit. et tribun. lanacr.* COMITES inferiores: *l. 2. C. Th. eod.* COMITES autem vice ſacra iudicaſſe, oſtendit *l. 1. C. Theod. de his, qui per met. iudic.* De his diuerſis COMITVM gradibus et ordinibus inprimis videnda, quae ex inſtituto diſſeruit Claud. Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 307. et ſequ.* HEIN.

COMESOR, pro edace, vel edone dixit Caius in *l. 18. pr. D. de aedilit. edicto*, quamuis Haloander ibi COMMESSOR, Budaeus COMESSATOR legere malint. Sed non omni auctoritate deſtituitur vocabulum COMESOR, quo vſos eſſe Tertullianum *aduerſ. Marcion. I, 1.* et Iſidor. *Orig. Lib. X.* oſtendit V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 409.* vbi etiam Gloſſam veterem, in qua COMESOR explicatur καταφαγάς, laudat. HEIN.

COMINVS, vel COMMINVS, pro in praeſenti. *l. 3. D. de pignorat. act.* Sic COMMINVS reſpondere, id eſt, coram: *l. 137. D. de verb. oblig.* COMMINVS partibus conſtitutis. *l. 3. C. de fruct. et lit. impenſ.*

COMITATENSES milites, *l. 4. C. Th. de veteran. l. 7. C. Th. de priuil. eor. qui in ſacr. pal. mil. l. vlt. §. pro limitaneis C. de offic. praef. praet. Afric.* id eſt, milites, qui comitatui conceſſi ſunt, vt loquitur *l. 13. C. de re milit.* Sic COMITATENSES legiones: *l. 7. C. de palat. ſacr. larg. l. 18. C. Theod. de re iudic. l. 7. C. Th. de tiron. l. vlt. C. Theod. de re milit. l. 1. C. Th. de bon. milit.* alias CASTRENSES numeri, *l. 12. C. de re milit. l. 7. C. Theod. de tiron.* COMITATENSES vexillationes: *l. 22. C. Theod. de erogat. milit. annon. l. 1. C. Th. de bon. milit.* COMITATENSE munus: *l. 38. C. Theod. de decurion.* Legiones autem COMITATENSES ſub diſpoſitione magiſtrorum militum ponit *Notitia imperii.* De his militibus et legionibus comitatenſibus, et pſeudocomitatenſibus, plura ex inſtituto Cuiac. *Obſeru. I, 25.* de

 eorum

eorum vero differentia a militibus *limitaneis* vel *ripenſibus*, Salmaſ. *Not. ad Script. Hiſt. Aug. p.* 433. HEIN.

COMITATVS, pro aula. Sic COMITATVS principum: *l.* 43. *D. de teſtam. milit.* qui et COMITATVS ſacer. *l.* 13. *§.* 3. *D. de re milit. l.* 1. *C. de his, qui per met. l.* 47. *l.* 66. *C. Theod. de adpellat. l.* 5. *C. Th. de legat. et decret.* In COMITATV meo, vel Caeſaris, ait Conſtantin. in *l.* 6. *C. de maleſ. et mathem.* Poſidonius *in vita Auguſtini: Apud Mediolanum, vbi tunc temporis Imp. Valentiniani iunioris* COMITATVS *erat.* Epiphan. *Lib. I haereſ.* 30. *Cap.* 11. ἄνεισι δὲ ἐπὶ τὸ κομητάτον, καὶ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ φιλοῦται. *Profectus ad comitatum principis, a Conſtantino M. diligebatur.* Auſonius *Symmacho*: *Expertus es fidem meae mentis atque dictorum, quum in* COMITATV *degimus ambo.* Et mox: *In* COMITATV, *inquam, qui frontes hominum aperit, mentes tegit.* Caſſiodor. *Lib. III. Variar. Cap.* 22. *Congruit* COMITATVM *noſtrum viris nos decorare nobilibus.* Idem *Lib. V. Cap.* 32. *Ad* COMITATVM *noſtrum occurrere.*

COMITER, eſt *hilare et lubenter*, vt Varro *de lingu. Lat. Lib. VI.* exponit. ¶. 2. COMITER conſeruare maieſtatem: *l.* 7. *§.* 1. *D. de captiu.* et apud Ciceron. *pro Cornelio Balbo Cap. XVI.* id eſt, ſine dolo malo, et fraude, et ἀδόλως, vt Pulybius vertit ἐν ἐκλογαῖς *Cap.* 28. Ita quidem Polybius, ſed qui non ſatis accurate calluiſſe videtur linguam Latinam. Rectius Cicero *pro L. Corn. Balbo Cap. XVI. Maieſtatem populi Romani* COMITER CONSERVANTO, *id habet hanc vim, vt ſit ille in foedere inferior.* Et mox, refellens ſententiam accuſatoris, cui COMITER idem videbatur, ac *communiter*: *In quo*, inquit, *erat accuſatoris interpretatio, indigna reſponſione, qui ita dicebat:* COMITER *eſſe communiter, quaſi vero priſcum aliquod aut inſolitum verbum interpretaretur.* COMES, *benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur. Qui erranti* COMITER *monſtrat viam, benigne, non grauate.* Polybianum ergo ἀδόλως verbo huic non magis conuenit, quam accuſatoris illius *communiter*. Ceterum de foederibus iſtis inaequalibus, ex quorum legibus vnus populus alterius maieſtatem COMITER CONSERVARE tenebatur, pluribus egerunt Briſſon. *de form. Lib. IV. Cap. XLIX.* Grot. *de iure belli et pac. Lib. I. Cap.* 3. *§.* 21. Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc. II. Cap. X. p.* 210. HEIN.

COMITIA, quorum ſit mentio *pr. Inſt. de teſtam. ordin.* ſignificant populi conuentum, magiſtratuum creandorum cauſſa. Vnde et Graecis ἀρχαιρεσίαι adpellantur. Ac maiores quidem magiſtratus CENTVRIATIS comitiis; minores TRIBVTIS et CVRIATA lege fiebant, vt Gell. *Noct. Lib. XIII. Cap.* 14. COMITIORVM autem haec genera recenſentur, CALATA, CENTVRIATA, TRIBVTA, CVRIATA. Haec per lictorem curiatim calari, id eſt, conuocari conſueuerant, et in his ex generibus omnium ſuffragium ferebatur. At CENTVRIATA per cornicinem conuocabantur, et in his ex cenſu et aetate, vt TRIBVTIS ex regionibus et locis, ſuffragia ferebantur. Auctor idem Gell. *Lib. XV. Cap.* 27. ex quo praeterea diſcimus, eum, qui non vniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe iubebat, non *comitia*, ſed *concilium* edicere debuiſſe. Plane COMITIA centuriata per cornicinem conuocata, etiam Varro *Libro V. de lingu. Lat. circa finem* ſatis aperte oſtendit. Verum idem clarius *Lib. IV. Liticines*, ait, *a lituo, et claſſicos a claſſe, qui item cornu canunt, vt tum, quum claſſes comitiis comitiatum aduocant.* CENTVRIATA vtique in campo Martio habita, ex ratione, quam Gellius adfert, conſtat. CVRIATA vero in comitio habita, declarat Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* his verbis: COMITIVM, *ab eo, quod coibant comitiis calatis et litium cauſſa.* Multa hic ſupplenda emendandaque erant, niſi in manibus lectorum eſſent Car. Sigonii et Nic. Grucchii *de comitiis* doctiſſima opera. Id vnum non poſſum, quin moneam, iuſto arctioribus limitibus comitiorum Rom. vſum finire Briſſonium, dum ea magiſtratuum creandorum cauſſa coiiſſe, ſcribit. In iisdem enim populus Romanus leges ſciſcebat, vel antea rogatas antiquabat, iisdemue obrogari, ſurrogari, derogari patiebatur. In iisdem ſuffragia ferebat de bello et pace, de foederibus ſimilibusque, quae ad remp. pertinebant, negotiis. In iisdem denique et de capite ciuium Rom. iudicari, teſtamenta condi, adrogari ſolebat. Sed haec alii plenius. Vnde iis non immoramur. HEIN.

COMITIALEM morbum habere: *l.* 53. *D. de Aedilit. edict.* COMITIALI morbo occupatus: *l.* 1. *§.* 1. *D. de auct. et conſenſ.* Cornel. Celſ. *Lib. III. Cap.* 24. *Inter notiſſimos morbos eſt etiam is, qui* COMITIALIS, *vel* MAIOR, *nominatur. Homo ſubito concidit, ex ore ſpumae mouentur, deinde interpoſito tempore ad ſe redit, et per ſeipſum conſurgit. Id genus ſaepius viros, quam feminas, occupat.* Quod autem Celſus *concidere*, Plinius *Lib. XXVIII. Cap.* 6. *corruere*, dixit, his verbis: *In quo loco primum caput defixerit corruens morbo* COMITIALI. Morbum autem hunc COMITIALE *vitium* idem Plin. *Lib. XX. Cap.* 17. adpellat. Quod quidem nomen ab eo inditum conſtat, quod cuilibet e populo morbus huiusmodi ſuperueniens comitia dirimeret, vt Sereni verſus docent, quos ego emendatiores, quam vti in vulgatis codicibus habentur, ſubiiciam. Sic autem habent:

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat.
Saepe etenim, membris acri languore caducis,
Concilium populi labes horrenda diremit.

Graeci ἐπιληψίαν vocant, et ἱερὰν νόσον, id eſt, vel ipſo Galeno teſte, morbum *magnum* potius, quam *ſacrum*, aut diuinum, ſeu diuinitus immiſſum, quia, quod *magnum* eſt, ſaepe ἱερὸν vocatur. Qua ratione et Ἡράκλεια νόσος, id eſt, *Herculeus morbus* ab Hippocrate et veteribus adpellatur: non quod Hercules eo morbo correptus fuerit, ſed vt eo nomine ipſius vim et magnitudinem deſignarent. Verba Galeni de hac re *in Hippocrat. Lib. VI. de morb. vulg. Comment.* 6. ſunt haec: Τὴν ἐπιληψίαν οἱ παλαιοὶ καὶ μεγάλην νόσον ἐκάλουν, καὶ πάθος παιδίων, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων, καὶ τόπων· ἐπειδὴ κατὰ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν πλεονάζει· τινὲς δὲ Ἡρακλείαν αὐτὴν ἐκάλεσαν, οὐχ ὡς ἐπιλήπτου τοῦ Ἡρακλέους ὄντος, ἀλλ᾽ εἰώθασιν οὕτω ἐπονομάζειν ἐλλογίμοις ὀνόμασιν αὐτὴν, ὡσαύτως γε γνόντες ἐνδεικτικὸν μεγέθους ὄνομα πεποιῆσθαι τὴν Ἡρακλείαν· ἱερὰν δὲ νόσον ἔνιοι, κατὰ ψευδῆ δόξαν, ὠνόμασαν, ὡς κἀν τῷ περὶ τῆς ἱερῆς νόσου συγγράμματι δεδήλωται. *Epilepſiam veteres et magnum morbum adpellabant, et paſſionem puerorum, ceu ipſe Hippocrates in libro de aquis,*

aere

Digitized by Google

COM.

aere et locis teſtatur, quia cum aetate in pueris incrementum capit. Quidam et Herculeum eum vocarunt, non quaſi epilepticus fuerit Hercules, ſed quod eo adiectiuo vti ſolerent ad rei magnitudinem indicandam. Sacrum vero morbum aliqui per errorem dixerunt, ceu iam ſingulari libro de ſacro morbo oſtenſum eſt. Quo loquendi genere elephantiaſin quoque Ἡράκλειον adpellatum, ὅτι τοῦδε μεῖζον οὐδὲν, οὐδ' ἀλκιμώτερον, *quod eo nihil maius, grauiusque eſſet*, Aretaeus *Lib. II.* περὶ χρον. παθ. *Cap. XIII.* tradit. Quamquam Ariſtot. *Probl. ſect. XXX.* Herculem reuera comitiali morbo laboraſſe ſcribit. In hoc vtique morbo apertos oculos nihil cernere, animo caligante, Plin. *Lib. XI. Cap. 37.* auctor eſt. Idem, fortaſſis Ariſtotelis *in Problematibus* auctoritate fretus, hunc morbum ſolas animalium coturnices, praeter hominem, ſentire, *Lib. X. Cap. 23.* adſerit. Verum Hippocrates et Plutarchus refragantur. Hoc autem morbo laborantes Graeci ἐπιλήπτους, Latini etiam *caducos* vocant. Firm. *Lib. III. Cap. 6. Ex humorum ſtatiua perſeueratione, qui circa caput collecti fuerint, facient* CADVCOS *et* LVNATICOS, *aut adſidua interceptione deficientes.* Iſidor. *Lib. X. Orig. p. 1672.* CADVCVS, *a cadendo dictus: id eſt, lunaticus, eo quod certo lunae tempore patiatur.* Hos et COMITIALES adpellat Plin. *Lib. XX. Cap. 5. et Cap. 13. 14. 22. Lib. XXI. Cap. 21. Lib. XXII. Cap. 8.* Verum, ne, me in poſſeſſiones ſuas irruere, medici querantur, cautio eſt.

COMITIVA, *l. vlt. C. de diſcuſſor. l. 47. C. de decur. l. 2. C. Th. de quaeſtor. et magiſtr. offic. l. 4. C. Theod. ad leg. Iul. ambit.* et apud Caſſiodor. *Lib. I. Var. Cap. 2.* idem, ac COMITVM dignitas, vt loquitur *l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* ſeu COMITVM honor, vt *l. 14. C. Theod. de extraord. ſiue ſordid. mun.* Sic COMITIVA conſiſtoriana: *l. 25. C. de procur. l. 8. C. de aduoc. diu. iudic.* COMITIVA diſpoſitionum: *lib. VI. Cod. Theod. tit. II. leg. 12.* COMITIVA honoraria: *l. 150. C. Theod. de decurion.* COMITIVA in diſcuſſionibus: *l. 4. C. Theod. ad leg. Iul. amb.* COMITIVA primi diſpoſitionum: *l. 14. C. Th. de proxim. comit.* COMITIVA priuatarum: *l. 49. C. Theod. de adpellat.* proximatus: *l. 11. C. Theod. de prox. comit. diſpoſ.* COMITIVAE honor: *l. 12. C. Theod. de medic. et profeſſ.* Quod vocabulum in Caſſiodori libris Variarum crebro vſurpatur. Ibi enim inuenies COMITIVAM archiatrorum: *Lib. VI. Cap. 23.* ciuitatis: *Lib. VII. Cap. 26. 27.* domeſticorum: *Lib. II. Cap. 15.* formarum vrbis: *Lib. VII. Cap. 6.* Gothorum per ſingulas prouincias: *Lib. VII. Cap. 3.* Neapolitanam: *Lib. VII. Cap. 23. 25.* ſeu Neapolitanae ciuitatis: *Libr. eod. Cap. 24.* patrimonii: *Lib. VI. Cap. 9.* portus vrbis Romae: *Lib. VII. Cap. 9.* principis militum: *Lib. VI. Cap. 25.* priuatarum: *Lib. VI. Cap. 8.* prouinciae: *Lib. VII. Cap. 7.* Rauennae: *Lib. VII. Cap. 13.* Syracuſanae ciuitatis. *Lib. VII. Cap. 22.* ¶ 2. Erant autem diuerſi COMITIVARVM gradus. Nam et *primi ordinis*, et *ſecundi*, et *tertii* COMITIVAS inuenio. COMITIVA PRIMI ORDINIS, *l. vlt. C. de profeſſ. et medic. l. 6. C. de princip. agent. in reb. l. 1. C. de tribun. et comit. ſcholar. l. 1. l. 2. C. de comit. rei milit. l. vlt. C. de numerar. l. 9. C. de ſuar. vrb. Rom. et trib. ſchol. l. 1. l. 2. l. 3. C. Theod. de comit. rei milit. l. vn. C. Theod. de comit. qui in luſtr. ag. adſ. l. vn. C. Theod. de comit. et arch. ſacr. palat. l. vn. C. Theod. de com. vac. l. 1. C. Th. de com. ord. prim. art. diu. l. vn. C. Th. de profeſſ. qui vrb. l. 189. C. Theod. de decurion. l. 54. C. Theod. de haeret. l. 16. l. 17. l. 19. C. Theod. de med. et profeſſ.* et apud Caſſiodor. *Lib. VI. Var. Cap. 12. et 13.* Ex quo mendum eluam, quod Vegetii impreſſos omnes codices occupauit, in quibus *Lib. II. Cap. 9.* ita paſſim ſcriptum eſt: *Proprius autem iudex erat praefectus legionis, habens communem primi ordinis dignitatem*, quum tamen legendum ſit *comitiuam primi ordinis*, vt ſcripti codices et Modeſti *epitome* docent. SECVNDI ORDINIS COMITIVA, *l. 2. C. Theod. de comit. rei mil. l. 17. l. 18. C. Th. de prox. comit. diſp.* et apud Caſſiodor. *Lib. VII. Cap. 26.* TERTII ORDINIS: *l. 9. l. 10. C. Theod. de ſuar. recept. et ſuſcept. l. 127. C. Theod. de decur.* COMITIVA tertia. *l. 17. C. Th. de prox. com. diſpoſ.* COMITIVA etiam, *vacans honore et dignitate* conceditur apud Caſſiodor. *Lib. II. Var. Cap. 16.* COMITIVAE vtique honorem vicinum fuiſſe illuſtribus, quos proximitate contingebat, ſpectabileſque anteibat, docet Caſſiod. *Lib. VI. Cap. 12.*

COMMACVLARE ſe aliquorum conſortiis. *l. 6. in fin. C. de inceſt. et inut. nupt.* HEIN.

COMMANERE, pro habitare, degere. In eadem prouincia COMMANERE. *l. 36. §. 2. C. de inoffic. teſtam.* HEIN.

COMMEARE vias: *l. 27. §. vlt. D. de lege Corn. de falſ.* et per viam: *l. 3. §. vlt. D. de itin. actuq. priu.* COMMEARI per itinera: *l. 1. princ. D. de his, qui effud. vel deiec.* Ad COMMEANDVM viuum viae corrumpi. Vlpianus interpretatur *ad eundum et agendum. l. 2. §. 14. D. ne quid in loco publ.* Feſtus: REMEARE, *redire, vt* COMMEARE *vltro citro ire.* Sic COMMEANTES accipe, apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6. §. 2.* Vnde

COMMEATVS pro itu, reditu. Sic COMMEATVS viae publicae: *l. 2. §. 25. D. ne quid. in loc. pub.* COMMEATVS et remeatus. *l. 4. D. de poen.* ¶ 2. COMMEATVM dare, *l. 12. §. 1. D. de re milit.* COMMEATVS *dari dicitur*, ait Feſtus in voce remeare, *id eſt, tempus, quo ire et redire commode poſſit.* Quo nomine plerumque facultas, militibus ad tempus recedendi conceſſa atque indulta, ſignificatur, id eſt, ἐξαίτησις τοῦ ἀφεθῆναι, vt interpretatur Suidas *in voce* κομίατον. Sic COMMEATV abeſſe miles: *l. 35. §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior.* Miles, COMMEATV accepto, ſi domo ſua eſt: *l. 34. D. eod. tit.* Datis COMMEATIBVS abeſſe, et dimitti milites: *l. 16. C. de erogat. milit. annon.* Qui vltra COMMEATVM abeſt, vel vltra formam, COMMEATVI datam; *l. 2. §. vlt. D. ad municipal.* COMMEATVM diſcedendi dare: *l. 1. C. de commeat.* et apud Liu. *Lib. III. Cap. 46.* et paſſim alibi. Hoc ſenſu autem COMMEATVM *petere*, et *accipere*, legimus, id eſt, abeundi licentiam ſpaciumque ad commeatum et remeatum. Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap. 11. Vt quum* COMMEATV *petito, Romam veniſſet conſul fieret.* Sueton. *in Claud. Cap. XVI. Quod ſe inſcio, ac ſine* COMMEATV *Italia exceſſit.* Idem *in Tiber. Cap. X. Tunc autem bonorum ſatietatem praetendens*, COMMEATVM *petiit.* Sic: *ſumto temporario* COMMEATV. *l. 21. C. Theod. de praetor. et quaeſt.* Ex illis autem hic adductis locis adparet, milites ſignis caſtriſue diſcedere,

dere, non niſi COMMEATV accepto, potuiſſe. Quibos autem commeatus dabatur, his certum temporis ſpacium, intra quod adeſſent, praeſtituebatur. Ad quem illis praefinitum diem occurrere neceſſe habebant. Alioquin haud impune id ferebant, niſi iuſtas excuſationis cauſſas, et propter quas vadimunium deferi poſſet, adferrent. Hinc illa: Ad diem COMMEATVS non venire: *l. 3. §. 7. D de re milit.* COMMEATVS ſpacium excedere: *l. 14. D. eod. tit.* Cic. *Lib. I. rhetoric. ad Herenn. Cap. 14. Vt ille, qui ad* COMMEATVS *non venit, quod eum aquae interclusiſſent.* Quinctil. *Inſt. orat. Lib. VII. Cap. 4. Vt quum miles ad* COMMEATVS *diem non adfuit.* Quemadmodum vero nefas erat militi, vltra diem commeatus abeſſe: ita non minus probroſum doci, ſi lucri cauſſa milites, dato commeatu, a ſignis dimitteret, vt interim eorum ſtipendiis frueretur: qoos *milites* COMMEATALES videmus vocari *l. 2. §. 9. C. de offic. praef. praet. Afr. l. 26. §. 2. et 3. C. de erog. milit. ann.* vbi modus huic tribunorum auaritiae ponitur. De hoc COMMEATALI *milite* plura Salmaſ. *ad Script. hiſt. Aug. p. 25. et p. 146.* HEIN. ¶. 3. Sed nec magiſtratibus vrbe Roma excedere, aut cerre longius excurrere, et peregre pruficiſci, niſi COMMEATV indulto, licebat. Cuiusmodi COMMEATVS, a ſenatu peti ſolitos, beneficii ſui fecit Claudius, vt Sueton. *in eius vita Cap. XXII.* refert. Inde eſt quod Plin. *Lib. X. Epiſt. 24.* a Traiano commeatum triginta dierum petit, vt in municipium, in quo principum ſtatuas ponere deſtinabat, excurrere ei liceret. Quod ei Traianus *Epiſt. XXV.* indulget. Atque is eſt COMMEATVS, quem ſe, vt Praefectum aerarii accepiſſe, *Lib. III. Epiſt. 4.* narrat. Sic liberum COMMEATVM et ſenatores (municipales,) id eſt, vbi velint, morandi arbitrium, impetraſſe, ait Paullus in *l. 22. §. 6. D. ad municipal.* COMMEATVS aotem quatuor menſium Fauſtu, viro illuſtri, conceſſi formula proponitur, apud Caſſiodor. *Lib. III. Variar. Cap. 21.*

COMMEMORATIO in chirographo pecuniarum: *l. vlt. D. de probat.* neceſſitudinis: *l. 34. C. ad leg. Iul. de adulter.* reſidui. *l. 2. C. de hered. inſt.*

COMMENDARE id eſt, laudare, Titium, *l. 66. §. 4. D. de furt.* Si petieris a me, vt te alicui COMMENDAREM: *l. 65. D. de adquir. rer. dom.* Quod venditor, vt COMMENDET, dicit: *l. 37. D. de dol. mal.* Ea quae COMMENDANDI cauſſa in venditionibus dicuntur. *l. 43. D. de contrab. emt.* Medicos tibi COMMENDO: *l. 41. §. 6. D. de fideic. libert.* Ex verbo tamen, COMMENDO, teſtamento vel codicillis fideicommiſſa libertas relicta non videtur. *l. 12. C. de fideic. libert.* Sic COMMENDARE candidatum honoris: *l. vlt. C. de offic. mag. mil.* COMMENDARE iudici aequitatem petitionis ſuae: *l. 4. C. de obſequ. patron.* Ad COMMENDANDAM patris voluntatem. *l. 16. C. de fideic.* COMMENDARI ſibi ciuitatem: *l. 7. D. de offic. proconſ.* ¶. 2. Interdum COMMENDARE nihil aliod eſſe, quam deponere, Papinianus *Libro IX. Quaeſt.* et Vlpianus *Lib. XXX. ad Edictum* interpretantur, *l. 24. D. depoſ. l. 186. D. de verb. ſignific.* Et ita accipe in *l. 26. D. depoſ.* et *l. 6. C. eod.* ¶ 3. COMMENDARE corpus, eſt, temporis cauſſa deponere, donec iuſtae ſepulturae tradatur, et quaſi aeternae ſedi detur. *l. 14. §. 4. D. de religioſ. et ſumt. fun.* coniuncta *l. 4. D. eod. tit.* Sic in Inſcriptione antiqua apud Gruter. *Inſcr. p. DCVII.* OPPRESSVS NECESSITATE CORPORA EORVM FICTILI SARCOPHAGO COMMENDAVERIM, DONEC IS LOCVS, QVEM EMERAM, AEDIFICARETVR. Vnde COMMENDATVR *corpus*, dixit Paull. *Sentent. Lib. I. tit. 21. §. 4.* De hac notione verbi COMMENDARE quaedam etiam notauit Cuiacius, cum ad Paull. *l. c.* tum *Lib. II. Obſ. Cap. 17.* HEIN. ¶. 4. [COMMENDARE κατ' ἀτίφρασιν, pro notare, reprehendere. *l. 31. §. 1. D. de reb. auctor. iud. poſſid.* Vid. infra ELOGIVM, quod ſimili ſenſu non raro vſurpatur.] Adleuerat haec Io. Otto Tabor. Sed veroſimilius eſt, in *d. l. 31. §. 1.* non legendum eſſe COMMENDET, ſed CONDEMNET. Nam et in Baſilicor. *Lib. IX. tit. 7. leg. 30.* eſt: κελεύεται ὁ ἐπίτροπος, ceu obſeruauit V. A. Corn. van. Bynkersh. *Obſ. Lib. I. Cap. 25.* HEIN.

COMMENDATITIAE litterae, *l. pen. D. de adquir. rer. dom.* Macrob. *Lib. XI. Saturn. Cap. 4.* de Auguſto: *Nomenclatori ſuo, de cuius obliuione querebatur, dicenti: numquid ad forum mandas? Accipe, inquit,* COMMENDATITIAS, *quia illic neminem noſti.* Apulei. *Lib. VII. Metamorph. p. 188. Qui proximis diebus* COMMENDATITIIS *fictis litteris Miloni ſeſe virum commentitus bonum, arctius conciliauerat.* B. Auguſtin. *Serm. CCVII. Et* COMMENDATITIAS *litteras ad Iſraelitarum regem depoſcit.* B. Hieronym. *in Epiſt. ad Saturniam: Virginii, Epiſcopi tui,* COMMENDATITIAS *ad ceteros Epiſcopos epiſtolas legens.* Συςατικαὶ dicuntur *in Can. Apoſtol. XXXIII.* Dabantur litterae hae *ſyſtaticae*, vel *commendatitiae* ab Epiſcopis primo peregrinaturis quibuscumque, ſiue clericis, ſiue laicis, vt iis, tamquam hoſpitalitatis teſſera, muniti a Chriſtianis vbique benigne exciperentur hoſpitio; deinde clericis, ad eorum ordinatiunem adprobandam: denique ignotis hominibus ac ſuſpectis, vt eos ſceleris poros eſſe oſtenderent. De his litteris ex inſtituto egit Franc. Bernardin. Ferrar. *de antiquo epiſtol. eccleſ. genere Lib. I. Cap. 9.* Addo, antiquiſſimum eſſe hoc inſtitutum, quippe cuius iam mentionem facere videtur Paullus Apoſtolus *II. Cor. III, 1. 2.* nec non D. Ioannes *Epiſt. III. v. 9.* Immo totam ad Philemonem Epiſtolam eſſe συςατικὴν tertii generis, res ipſa docet. HEIN.

COMMENDATIO ſui: *l. 4. §. 3. D. de offic. procoſ.* COMMENDATIONE non eget. *l. 1. D. de in integr. reſtit.*

COMMENDATVM habeas amicum. *l. 12. §. 12. D. mand.* Peto, vti Decembrem et Seuerum COMMENDATOS habeas. *l. 41. §. 15. D. de fideic. libert.*

COMMENTARIENSIS, in *l. 6. D. de bon. damnat. l. 4.* et *l. vlt. C. de cuſtod. reor. l. 5. C. Th. de poen.* et apud Iul. Firmic. *Lib. III. Matheſ. Cap. 6.* eſt carcerum cuſto, vt loquuntur Imperatores in *l. vlt. C. Theod. de cuſtod. reor.* ſeu carceri praepoſitus, vt Paullus *in l. 8. D. eod. tit.* Cuius nominis ea, vt quidem exiſtimo, ratio adferri poteſt, quod in commentarios nomina eorum, qui carcere continebantur, referrent. [Vnde et ὑπομνηματόγραφοι Straboni dicuntur *Lib. VII.* Vid. Mornac. *ad l. 1. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* Reineſ. *ad Inſcript. Claſſ. I. n. 3. p. 12.*] Hinc: qui COMMENTARIENSIS nomine exoſa miſeris clauſtra cuſtodiunt: *l. 5. C. Th. de iis, quae adminiſtr. vel offic. publ.* Ad COMMENTARIENSES receptarum perſonarum cuſtodia obſeruatioque. *l. 4. C. de cuſtod. reor.* ¶. 2. COM-

MEN-

MENTARIENSES etiam adpellantur, quorum manu acta ſubnotantur, quoties apud fiſcum agitur. *l. 45. §. 7. D. de iur. fiſc.* COMMENTARIENSES tales inter officiales praefecti praetorio Africae ponit Iuſtinianus, in Notitia, quae ſubiicitur *l. 1. C. de offic. praef. praet. Afr.* ¶. 3. Erant olim et in legionibus COMMENTARIENSES, vt ex Notitia Imperii adparet. Hinc: COMMENTARIENSIS gradum repetere, in *l. 1. C. ad leg. Iul. de amb.* Auctor Etymologici: Κομενταρήσιοι, ait, τὰς ἐπὶ τῶν ὑπομνηματογράφων πράττοντας ὁ νόμος καλεῖ, καὶ ὑπηρετοῦντας ταῖς ἐγκληματικαῖς δίκαις, ὑπασπιζόντων αὐτῶν ἀπληκταρίων καὶ κυβικουλαρίων μετὰ πλήθους ῥαβδούχων, σιδηρέων δεσμῶν καὶ ποινάιων ὀργάνων, σαλευόντων τῷ φόβῳ τὸ δικαστήριον εἰσὶ δὲ καὶ οἱ νῦν λεγόμενοι χαρτυλάριοι. COMMENTARIENSES *lex vocat eos, qui actis conficiendis operam nauant, itemque adparitores in iudiciis criminalibus, qui vna cum accenſis, cubiculariis, et turba lictorum excubant, vinculis quippe ferreis et inſtrumentis carnificum iudicium metu concutientibus. Sunt etiam* COMMENTARIENSES, *qui hodie vocantur chartularii.* At Heſychius: Κομενταρήσιος, τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἐγκλημάτων δεχόμενος. COMMENTARIENSIS, *qui inſcriptiones accuſationesque recipit.* Aſcon. Paedian. in *Verr. III. Accenſus nomen eſt ordinis, et promotionis in militia, vt nunc dicitur princeps, vel* COMMENTARIENSIS, *aut cornicularius.*

COMMENTARIVS. In COMMENTARIVM principia relati tribuni militum et Praefecti, et comites legatorum. *l. 32. D. ex quib. cauſſ. maior.* In COMMENTARIOS autem ſuos principes et beneficia ſua referebant, vt adparet ex Plin. *Lib. X. Epiſt. 96. et 106.*

COMMENTIRI, *l. 1. §. 27. D. de quaeſt.* Apulei. *Metamorph. Lib. VII. p. 188. Miloni virum ſeſe* COMMENTITVS *bonum.*

☞ COMMENTITIVM ius. Paullus *l. 20. D. de poen. Si poena alicui irrogatur, receptum eſt* COMMENTITIO IVRE, *ne ad heredes tranſeat.* De commentitio hoc iure multi multa: et acutius tamen hic omnibus viderunt Gloſſae auctores. Ius enim COMMENTITIVM omnino eſt, quod ex prudentum auctoritate obtinuit contra regulas iuris ciuilis, vel, quod non eſt profectum ex iure ciuili, et ſeueris eius regulis, ſed, quod aequitatis ergo finxerunt et commenti ſunt ii, qui diſputationibus ſuis iuris ciuilis rigorem plus ſemel temperarunt, quin et ſubegerunt. Ita rem exponit, ſuoque more ſolide probat V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. V. Cap. 16.* HEIN.

COMMENTVM, pro fraudulenta machinatione callidaque et ſubtili aſtutia, in *l. 11. §. 3. l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Sic COMMENTVM fraudis: *l. 3. C. de except.* fruſtrationis: *l. 20. C. Theod. de adpellat.* callidum COMMENTVM: *l. 20. D. de his, qui not. infam. l. 9. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* turpe inuidioſumque COMMENTVM eius, qui lites principi donat: *l. 22. §. 2. D. de iur. fiſc.* COMMENTA callide adhibita: *l. vlt. C. de vxorib. milit.* COMMENTA deteſtabilia. *l. 1. C. Theod. de piſtor.* ¶. 2. COMMENTVM, pro fictione iuris. Sic COMMENTVM adoptionis: *l. 76. D. de condit. et demonſtr.* COMMENTVM cretionis. *l. 1. C. Theod. de matern. bon.*

COMMERCIVM, eſt *emendi vendendique inuicem ius*, ait Vlpian. *Fragm. XIX, 5.* Theophil. *ad §. 2. Inſt. de inutil. ſtipulat.* Κομμέρτιον, ait, ἐστὶν ἡ τοῦ δύνασθαι πιπράσκειν ἢ ἀγοράζειν ἐξουσία. COMMERCIVM *eſt emendi vendendique poteſtas.* Liu. *Lib. XLIII. Cap. 7. Illa petentibus data, vt militarium equorum iis* COMMERCIVM *eſſet, educendique ex Italia poteſtas fieret.* COMMERCIVM Hermogenianus in *l. 5. D. de iuſtit. et iur.* adpellat mutuam rerum communicationem, quae per contractus negotiationesque explicatur. Hinc COMMERCII iure vendita: *l. 6. D. de captiu.* COMMERCIO redempta: *l. 10. l. 11. l. 12. C. de poſtlim. reuerſ.* COMMERCIO interdici: *l. 24. §. 1. D. de minorib.* Vlpian. *Fragm. XX, 13.* COMMERCIVM ergo earum rerum non eſſe dicitur, quae vſibus hominum dominioque ſubiici, et in obligationem deduci, alienarique, et adquiri non poſſunt. *l. 39. §. vlt. D. de legat. I. l. 6. D. de contrah. emt. l. 83. §. 5. D. de verb. oblig. §. 1. Inſt. de inutil. ſtipul.* Ager ergo, cuius COMMERCIVM non eſt, legari non poteſt. *l. 49. §. 2. D. de legat. II.* Res, cuius aliquis COMMERCIVM non habet: *l. 62. D. de adquir. rer. dom.* Si ſtipuler rem, cuius COMMERCIVM habere non poſſum, id eſt, cuius habendae capax non ſum: *l. 34. D. de verb. oblig. §. 1. Inſt. de inutil. ſtipulat.* Si res aliena, cuius COMMERCIVM legatarius non habet, ei, cui ius poſſidendi eſt, per fideicommiſſum relinquatur. *l. 40. D. de legat. I.*

COMMILITIVM, *l. 19. D. de caſtr. pecul. l. 4. C. eod. tit.* quo verbo vtuntur etiam Iuſtinus, Trogi Epitomator *Lib. V. Cap. 10.* et *Lib. XI. Cap. 5.* et Ammian. Marcellinus *paſſim.* Immo et ☜ alii melioris aetatis auctores. Ouid. *ex Ponto Lib. II. Epiſt. 5. v. 72.*

Et COMMILITII *ſacra tuenda putas.*

Quinctilianus quoque, COMMILITIO *alicuius vti*, dixit. *Lib. V. Cap. 10. extr.* Plura exempla collegit Sauaro *ad Sidon. Apollin. p. 462.* HEIN.

COMMILITO, *l. 10. D. de leg. Corn. de falſ. l. 2. §. 24. D. de orig. iur. l. 9. §. 1. D. de iur. et fact. ignor. l. 2. C. de teſt. milit.* συστρατιώτης, quem et COMMILITEM Caeſar, *Lib. II. de bello ciu. Cap. 29.* vocat. At quum dubia ſit huius loci ☜ lectio, et alii codices habeant: *cum militiisque*, alii *cum milites*, alii aliter: notare praeſtiterit locum Plinii *Lib. XXXVII. Cap. 2.* vbi certior *commilitum* mentio occurrit. HEIN.

COMMINARI dicitur praefectus vrbi, *l. 1. §. 10. D. de offic. praef. vrb.* Seuera interloquutione COMMINARI praefectus vigilum: *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil.* COMMINARI praetor: *l. 3. §. 4. D. vbi pupill. educ.* COMMINARI ſolent praetores: *l. 7. §. 7. D. de adm. et peric. tut.* COMMINARI proconſul: *l. 9. §. 3. D. de offic. proconſ.* COMMINATVR, qui edictum peremtorium dat: *l. 71. D. de iudic.* COMMINARI accuſationem: *l. 7. §. 7. D. de inoff. teſt.* COMMINARI ſe et alios. *l. 1. §. 23. D. de quaeſt.*

COMMINATIO ſeueritatis non defuturae: *l. 1. D. de iure patron.* COMMINATIONES. *l. 1. et tit. C. comminat. epiſt. programm. ſubſcript. auctorit. rei iudic. non hab.*

COMMI-

COMMINISCI, *l. 1. §. 1. D. de eo, per quem fact.* Varro *Lib. V. de lingu. Lat. verbum hoc dictum*, ait *a* CON *et* MENTE, *quum finguntur in mente, quae non ſunt.* [Fraudem COMMENTVS: *l. 1. §. 5. D. de ſeparat.*] et paſſiue COMMENTA fraus. Paull. *Sentent. V, 4, 8.*

COMMISCERE. COMMISCENDAS partes. *l. 1. §. 14. D. ad leg. Falcid.* COMMIXTA cauſſa: *l. 5. §. 2. D. de donat. inter vir. et vxor.* COMMIXTIS mercibus: *l. 11. D. de public.* confuſum atque COMMIXTVM. *l. 3. §. vlt. D. de rei vind.*

COMMISSORIA lex adpellatur pactum, quo venditio committitur, ac reſoluitur, quoties videlicet placuit, vt, ſi intra diem pretium ſolutum non eſſet, res inemta fieret. *l. 1. et tot. tit. D. de lege commiſſor. l. 38. D. de minor. l. 25. D. de hered. petit.* quae etiam COMMISSORIA ſimpliciter adpellatur. *l. 4. §. 2. et 3. D. de leg. commiſſor. l. 13. §. 26. D. de act. emt. vend. l. 11. §. pen. D. quod vi aut clam.* COMMISSORIAM autem index Βασιλικῶν explicat *ἀγοραστιάν καὶ πρᾶσιν ἐπὶ ὅρῳ γενομένην, ἵνα εἰ μὴ ἐντὸς τῆς ὡρισμένης προθεσμίας καταβληθείη τὸ τίμημα ἀναλύηται. emtionem venditionem vsque ad certum terminum factam, vt ſi intra tempus definitum non ſoluatur pretium, reſcindatur.* ¶. 2. COMMISSORIA lex in pignoribus reprobatur. *tit. C. de pact. pign. et de lege commiſſ. in pign. reſcind.*

COMMISSVM adpellatur, quod ob vectigal non ſolutum, vel omiſſam apud publicanos profeſſionem, fiſco vindicatur. ſeu cuius dominium vectigali adquiritur, vt loquitur *l. 14. D. de public.* Sic COMMISSVM fieri: *l. 1. C. de vectigal.* Sueton. *Calig. Cap. XLI. Vectigalibus indictis, neque propoſitis, quum per ignorantiam ſcripturae multa* COMMISSA *fierent.* Ita et: in COMMISSVM cadit ſeruus vel res: *l. vlt. pr. §. 4. et §. 12. D. de public.* In COMMISSVM incidere vectigalis: *l. 9. §. vlt. D. de minor.* in cauſſam COMMISSI incidere: *l. vlt. §. 9. D. de publican. l. 2. C. de vectigal.* COMMISSI poena: *l. 7. §. vlt. l. vlt. §. 3. eod. tit.* COMMISSO tolli onus: *l. 61. §. vlt. D. locat.* COMMISSO vindicari res: *l. 11. §. 4. et l. vlt. §. 8. D. de public.* Quinctilian. *Declam. CCCXLI. Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro* COMMISSO *tenetur:* COMMISSIS mercibus: *l. 11. §. 2. D. de publican.* COMMISSA vectigalium nomine. *l. 14. D. eod. tit.* ¶. 2. COMMISSAE etiam *hypothecae* dicuntur a Cic. *Lib. XIII. ad famil. Epiſt. 56.* quae creditoris factae ob pecuniam, ſua die non ſolutam. Eodemque ſenſu et fiduciam COMMISSAM dixit, in *Orat. pro Flacco. Cap. XXI.*

COMMITTERE, aliquid agere, quo quis vel damnum incurrit, vel lucro ex actu quodam priuatur. Sic COMMITTERE in pro ſocio actione: *l. 65. §. 5. D. pro ſoc.* COMMITTITVR cautio: *l. 114. §. 34. D. de legat. I.* condictio indebiti: *l. 3. D. rat. rem habit.* COMMITTERE edictum dicitur, qui ei locum facit: *l. 3. §. 11. l. 8. §. 11. l. 10. §. 5. l. 11. D. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. 126. D. de legat. I.* COMMISSO edicto: *l. 8. §. vlt. l. 10. §. 15. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. vlt. §. vlt. D. de legat. III.* COMMITTERE in legem: *l. 39. D. ad leg. Iul. de adult. l. 56. §. vlt. D. de fideiuſſ. l. 6. D. de praeuaricat. l. 5. C. de legib. l. 10. D. de leg. Corn. de falſ. l. 24. D. de oblig. et act.* lege: Varro *Lib. II. de re ruſt. Cap. I.* Quinctilian. *Inſt. Orat. Lib. VII. Cap. I.* contra leges: *l. 37. §. vlt. D. de minorib.* COMMITTITVR lex venditionis: *l. 4. §. 2. D. de leg. commiſſor. l. 70. D. ad leg. Falcid.* COMMITTERE in legem venditionis: *l. vlt. §. vlt. D. de lege commiſſ.* COMMITTITVR mulcta: Cic. *pro Cluent. Cap. XXXII.* mulctam teſtamento: *l. 6. D. de condit. et demonſtr.* COMMITTERE in poenam: *l. 23. §. 1. D. de recept. arbitr. l. 47. §. 1. D. de act. emt.* poenam compromiſſi: *l. 37. D. de recept. arbitr. l. 13. D. de negot. geſt. l. 32. §. 11. de recept. arbitr.* poenam edicti: *l. vlt. D. quod quisque iur.* COMMITTERE ſtipulationem, cuius caſus vel conditio exſiſtit: *l. 29. D. de negot. geſt. l. 63. D. de verb. oblig. l. 13. D. ſi quis caut. l. 14. D. de procurat. l. 64. §. 1. D. de iudic. l. 24. l. 67. D. de cond. et demonſtr. l. 3. pr. et §. 9. l. 5. §. 2. et 3. l. 7. l. 9. l. 13. §. 1. l. 20. D. iudic. ſolu. l. 11. D. de damn. inf. l. 1. l. 70. D. ad leg. Falcid. l. 1. D. vt in poſſeſſ. leg. l. 63. l. 81. D. de verb. obl. l. 33. D. de fideiuſſor.* COMMITTITVR ſtipulatio Falcidiae: *l. 2. C. de iur. dot.* ſtipulationis clauſula: *l. 15. D. de procur.* vel in ſolidum: *l. 17. D. iudic. ſolui.* vel in partem: *l. 2. §. vlt. D. de ſtipul. praetor.* COMMITTERE aduerſus teſtamentum dicitur, qui contra teſtatoris voluntatem petit. *l. 8. §. 2. D. de liberat. legata.* ¶. 2. COMMITTERE interdum eſt admittere, et perpetrare. *l. 13. §. 2. D. de vſufr.* Vt, quum dicimus, COMMITTERE crimen: *l. 5. D. ad leg. Iul. de pecul. l. 1. C. vi bon. rapt.* culpam vel dolum: *l. 7. C. ad exhib.* dolo malo: *l. 43. D. ad leg. Iul. de adult.* damnum: *l. 15. D. damn. inf.* furtum vel iniuriam: *l. 25. §. 1. D. de oblig. et act.* noxam: *l. 18. D. de iudic.* ſcelus: *l. 7. D. ad leg. Pomp. de parricid.* ſtuprum adulteriumue: *l. 9. §. 1. l. 37. D. de minor. l. 101. D. de verb. ſignif.* Quod COMMISIT medicus per imperitiam: *l. 6. §. 7. D. de offic. praeſid.* Ita et COMMISSVS dolus in rem: *l. 9. §. pen. D. de dol. mal.* COMMISSVM plagii: *l. 12. C. de ingen. manum.* ſtellionatus: *l. vlt. C. de crim. ſtell.* COMMISSA delicta in legatione. *l. 24. §. 1. D. de iudic.* ¶. 3. Interdum COMMITTERE ſignificat mandare et fidei alicuius credere ac permittere, vt Nonius explicat. Sic COMMITTERE cauſſam alicui: *l. 31. D. de recept. arbitr.* cuſtodiam: *l. 14. D. de cuſtod. et exhib. reor.* nauem minus idoneis hominibus: *l. 16. D. de rei vind.* negotia: *l. 23. D. de minor.* rem minori: *l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* rem, id eſt, eam perferendam dare: *l. 10. §. vlt. D. commod.* COMMITTERE praetor. *l. 13. D. de iudic.* COMMITTERE cuſtodiae inſtrumenta: *l. 5. C. ſi quis alt. vel ſibi.* COMMITTERE ſe iuriſdictioni: *l. 1. §. 6. D. de non. op. nunc.* COMMITTERE fidei heredis: *l. 13. D. de inoffic. teſt.* et in fideicommiſſorum formulis paſſim. COMMITTITVR adminiſtratio: *l. 58. D. de procurat. l. 5. §. 2. D. de Carbon. edict.* exactio: *l. vlt. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert. l. 1. D. de minor.* geſtus: *l. 14. §. 1. D. de ſolut.* poteſtas: *Cai. Lib. I. tit. 3. §. 1.* COMMITTI fideiuſſoribus: *l. 3. D. de cuſtod. et exhib. reor.* COMMISSVM eſt procuratori: *l. 1. §. 1. D. de offic. proc. Caeſ.* COMMISSAE ſibi legionis: *l. 2. D. de his qui not. infam.* COMMITTITVR fiſco homo: *l. 2. C. ſi ſeru. export.* COMMITTITVR in publicum fundus: *l. 17. §. vlt. D. ad SC. Velleian.* praedia. *l. 13. D. de negot. geſt.* ¶. 4. COMMITTI praeterea animalia dicuntur, quae inter ſe confligunt. *l. 1. §. 11. D. ſi quadr. paup. feciſſ.* Frequens haec loquutio: COMMITTERE abſolute, pro *confligere.* Gloſſarium vetus: COMMITTERE, συμβάλλειν

βάλλειν μάχην. Curt. *Lib. IX. Cap. 4.* *Iam admonebat Rex, quum vates monere eum coepit, ne* COMMITTERET, *aut certe differret*: Eadem loquutione vſus Eutrop. *Lib. IV. Cap. 5. Lib. V. Cap. 4. et Lib. IX. Cap. 15.* HEIN.

COMMODARE, gratis vtendam dare rem non fungibilem, vel fungibilem etiam ita, vt eadem ſpecies reddatur, ſiue res commodata ſit mobilis, ſiue immobilis: *l. 1. §. 1. D. commod.* ſiue propria, ſiue aliena: *l. 15. l. 16. D. eod. tit.* HEIN. Inter COMMODATVM tamen et *vtendum datum* Labeo tantum intereſſe credebat, quantum inter genus, et ſpeciem. COMMODARI enim rem mobilem, non etiam ſoli: vtendam dari etiam ſoli. *d. l. 1. §. 1. eod. tit.* Iſidor. *in libris Differentiarum* et Beda *in Orthographia*: COMMODAMVS, aiunt, *amico pro tempore equum, veſtem, ſeruum: hanc ipſam rem, quam dedimus, recepturi. Mutuo damus pecuniam, triticum, vinum, et his ſimilia, quae mutata recipi neceſſe eſt.* Quae illi videntur ſumſiſſe ex Paullo, qui in *l. 2. D. de reb. cred.* MVTVVM, ait, *damus, recepturi non eamdem ſpeciem, quam dedimus, alioquin* COMMODATVM *erit, aut* DEPOSITVM. Iſidor. *Lib. V. Orig. Cap. 25.* COMMODATVM *eſt id, quod noſtri iuris eſt, et ad alios temporaliter translatum eſt, commodo temporis, quamdiu apud eum ſit. Vnde et* COMMODATVM *dictum eſt.* Vetus Gloſſariom: COMMODARE eſt rem vel vſum eius, quamdiu velis, concedere. Aliud Gloſſarium Graecum: COMMODATVM *τὸ εἰς χρῆσιν διδόμενον πρᾶγμα, res vſui data.* COMMODATA autem res tunc proprie intelligitur, ſi, nulla mercede accepta vel conſtituta, res tibi vtenda data eſt. Alioqui, mercede interueniente, locatus tibi vſus videtur. Gratuitum enim debet eſſe commodatum. §. 2. *in fin. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* Interdum autem accipientis duntaxat gratia COMMODATVR res, interdum vtriusque, vt exemplo demonſtratur, in *l. 18. D. commod.* Plerumque vero COMMODATVM ſolam vtilitatem continet eius, cui commodatur: interdum tamen et ſua duntaxat cauſſa quis commodat. *l. 5. §. 2. D. eod. tit.* Sic COMMODARE argentum ad ludos, et ceteras adparationes: *l. 28. D. de aur. arg. leg.* Si cui ideo argentum COMMODAVERIT, quod is amicos ad coenam inuitauerit. Et mox: Si communem amicum ad coenam inuitauerimus, tuque eius rei curam ſuſcepiſſes, et ego tibi argentum COMMODAVERIM. *l. 18. D. commod.* COMMODARE carrucam vel vehiculum. *l. 5. §. 15. D. eod. tit.* codicem: *l. 5. §. 8. D. eod. tit.* equam, quam pullus comitabatur: *l. 5. §. 9. D. eod. tit.* equum, vt ad villam adduceres, vel vt ad bellum adduceres: *l. 5. §. 4. D. eod. tit.* equum, quo vtereris vsque ad certum locum: *l. vlt. D. eod. tit.* iumenta: *l. 4. D. de furt.* pondera. *l. 18. §. 3. D. de dol. mal. l. 52. §. 22. D. de furt.* pugillares: *l. 17. §. 3. D. commod.* ſeruum tectorem, vt in machina operaretur, vel, vt de plano opus faceret: *l. 5. §. 7. D. eod. tit.* tigna ad fulciendam inſulam: *l. 17. §. 3. D. eod. tit.* vaſa vitioſa: *l. 18. D. eod. tit.* COMMODATVS bos. *l. 1. D. commod.* ¶. 2. [COMMODARE tamen aliquando idem, ac mutuum dare, vt in *l. vlt. C. de his, qui ex publ. rat. pecun. mut. acceper. l. 1. C. Theod. quod iuſſu.* Quo ipſo tamen non conficitur, quod cum adſeclis ſuis voluit Claud. Salmaſius *diſquiſit. de mutuo p. 378.* Duo haec verba MVTVARE et COMMODARE inuicem ſignificatione reciprocari. Add. eius confutatio diatribae Wiſſenbachianae *de mutu. Diſp. III. theſ. 10.* Quid enim vſitatius illa vocabulorum permixtione, qua pro iisdem aliquando accipiuntur, etiam quae diuerſiſſimae ſunt manentque notionis? ſicut infinita eius rei exſtant exempla, poſſentque etiam ex iurisconſultorum noſtrorum libris facile depromi, ſi opus in re adeo nota eſſet.] ¶. 3. Interdum COMMODARE accommodare ſignificat. Sic COMMODARE adſenſum: *l. 11. C. de oper. libert.* COMMODARE conſenſum: *l. 1. C. ſi in commun. eademque cauſſ.* COMMODARE fidem amico: *l. 12. in fin. D. ſi quis in fraud. patron.* COMMODARE interceſſum rebus propriis. *l. 3. C. qui morbo excuſ.* COMMODARE notionem. *l. 3. C. de noxal. act.*

COMMODATARIVS, is cui commodaui, vel cui commodata res eſt. *l. 14. §. 8. et §. 10. D. de furt.* qui rem COMMODATAM ſuſcepit, vel qui rem vtendam accepit, vt *l. vlt. C. eod. tit.* vel qui COMMODATVM rogauit et accepit. *l. 5. §. 4. et §. 6. l. 10. l. 13. D. commod.*

COMMODATOR, *l. 7. §. vlt. D. commod. l. 14. §. 14. l. 53. §. 1. D. de furt. l. vlt. C. eod. tit.* id eſt, qui rem commodauit, vt *l. 59. D. eod. tit.*

[COMMODA, in *l. 16. §. 1. D. de alim. et cibar. leg.* nomen proprium teſtatricis. Accurſ. *ibid.* Eam tamen explicationem refutat Pancirol. *Var. Lib. II. Cap. 96.* ſcribens, alimenta dici Commoda, a Commodo Imperatore, quia eo modo erogarit illa teſtatrix, ac Commodus Imp. Sed rectius ſenſit Accurſius.] Immo vtraque de *l. 16. §. 1.* coniectura parum eſt veroſimilis. Solet enim Scaeuola in talibus reſponſis non exprimere teſtatorum nomina, ceu ex *princ.* et *§. 2. d. l. 16.* et aliis eiusdem Scaeuolae fragmentis ſub eodem titulo patet. Panciroli vero ſententiae analogia obſtat. A *Commodo* enim Imp. *Commodiana* haec alimenta dicenda fuiſſent, non *Commoda.* Et quis dixerit alimenta *Commoda*, quae eodem modo erogantur, ac Commodiana? Alimenta ergo COMMODA ſunt, congrua, et conditioni alimentarii concinna. Vt enim vtilitates omnes, quas quis percipit, ſubſtantiue COMMODA vocantur: ita alimenta, quae cuiusuis conditioni congrua ſunt, adiectiue COMMODA poſſunt vocari. Ita Varro *de re ruſt. Lib. II. Cap. 5.* *Paſcuntur armenta* COMMODISSIME *in nemoribus.* HEIN.

COMMODE diuiditur res: *§. 5. Inſt. de offic. iud.* refertur argentum: *l. 5. §. 14. D. commod.* ſatis COMMODE nubere: *l. 63. D. de condit. et demonſtr.* COMMODIVS conficere: *l. 46. D. de negot. geſt.* dicetur: *l. 12. D. de reb. auct. iud. poſſ.* dici puto: *l. 7. D. de adim. legat.* exiſtimare: *l. 7. §. 18. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* Probari COMMODIVS: *l. 3. §. 2. D. de ſeparat.* COMMODISSIME dici: *l. 1. §. 37. D. depoſ.* COMMODISSIME fieri poteſt: *l. 7. §. 18. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* COMMODISSIME illa forma ſeruanda eſt: *l. 46. D. mandat.* COMMODISSIME ſtatuitur. *l. 18. D. de teſt. milit.*

COMMODITATES rei ſuae. *l. 41. §. 1. D. de fideic. libert.*

COMMODVM, emolumentum et beneficium ſignificat. Ita COMMODVM bonorum

 poſſeſſio-

poſſeſſionis: *l. 5. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* quod *beneficium* dicitur, *l. 4. D. eod. tit.* COMMODVM legis Falcidiae: *l. 21. D. ad SC. Trebell. l. 90. D. ad leg. Falcid.* id eſt, *beneficium*, vt *l. 18. l. 47. §. vlt. l. 59. et l. 89. D. eod. tit.* vocatur. COMMODVM SCi. *l. 5. §. 15. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 3. §. 4. D. de adſign. libert.* Tertullianum COMMODVM. *l. 2. D. ad SC. Tertull.* Ita et COMMODVM Carbooiani: *l. 1. §. 2. D. de Carbon. edict.* collationis: *l. 6. D. ſi tab. teſt. exſt. l. 1. §. 2. D. de collat.* COMMODVM commodorum: *l. 2. §. 5. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* dotis: *l. 11 §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* edicti: *l. 10. §. 5. D. de in ius voc.* fideicommiſſi: *l. 5. C. de condit.* hereditatis: *l. 11. D. de legat. I. l. 63. l. 93. §. 1. D. de adquir. vel omitt. her. l. 15. §. vlt. D. de legat. praeſt. l. 9. C. de ſentent. paſſ. l. 15. C. de fideicommiſſ.* partis debitae: *l. 19. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* patronatus: *l. 3. D. de iur. patron.* pignoris: *l. 83. D. ad SC. Trebell.* COMMODO poſſeſſoris fungi et frui: *l. 62. D. de indic. l. 1. §. 3. D. vti poſſid. l. 12. §. 2. D. de lib. cauſſ.* id eſt, ad onera petitoris aduerſarium compellere, vt ait *l. 24. D. de rei vindic.* COMMODVM autem poſſidendi in eo eſt, quod etiamſi eius res non ſit, qui poſſidet, ſi modo actor non poſſit, ſuam eſſe, probare, remanet in ſuo loco poſſeſſio. Propter quam cauſſam quum obſcura ſunt vtriusque iura, contra petitorem iudicari ſolet. *§. 4. Inſt. de interd.* COMMODVM praeſcriptionis: *l. 13. §. 1. D. de re milit.* quartae: *l. 3. §. vlt. l. 4. D. ad SC. Trebell.* repraeſentationis: *l. 1. §. 10. D. ad leg. Falcid. l. 1. pr. et §. 12. D. de dote praeleg.* quod ex repraeſentatione COMMODI ſentit mulier: *l. 2. D. eod. tit.* COMMODVM in repraeſentatione: *l. 10. §. 12. D. quae in fraud. credit.* ſeparationis: *l. 1. §. 10. D. de ſeparat.* temporis: *l. 10. §. 22. D. quae in fraud. credit. l. 32. §. 6. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 73. D. ad ſenatusc. Trebell. l. 24. §. 1. D. ſolut. matrim.* COMMODVM medii temporis: *l. 15. D. de ann. legat. l. 40. D. ad leg. Falcid. l. 3. §. vlt. D. de legat. III.* COMMODVM teſtamenti: *l. 71. D. ad SC. Trebell.* victoriae: *l. 22. §. 1. D. de inoffic. teſtam. l. 7. D. fam. ercîſc.* vſurarum. *l. 1. C. Theod. de vſur.* ¶. 2. COMMODA et incommoda opponuntur. *l. 10. D. de reg. iur.* COMMODA et incommoda hereditaria: *l. 1. D. de bon. poſſeſſ.* et apud Vlpian. *Fragm. tit. XXV. §. 15.* COMMODA ex tribu conſequi: *l. 35. D. de legat. III.* COMMODA militiae: *l. 22. D. de legat. II.* *emeritae militiae:* Sueton. *Calig. Cap. XLIII.* quae et COMMODA *veteranorum*, apud Ciceron. *Lib. XI. ad famil. Epiſt. 2.* et Sueton. *in Nerone Cap. XXXII.* COMMODA praemiorum, quae propter coronas ſacras praeſtantur: *l. 40. D. de re iud.* COMMODA primipili. *l. 23. D. de adm. leg. l. 1. C. de primipil.* COMMODA ſacerdotum: apud Sueton. *in Aug. Cap. XXIX.* COMMODVM ergo hic et alibi paſſim idem, ac ſalarium, ſtipendium, et quidquid quis pro adminiſtratione officii capit. Gloſſae Nomicae: *Κόμοδα, δόσις ἐπὶ τῷ σιτισμῷ.* Ita apud Gruter. *Inſcr. p. CCCCLXXXV, 3.* C. Titio Chreſimo, Aug. liberto, ordo Decurionum, VT OMNIBVS COMMODIS PVBLICIS, AC SI DECVRIO, FRVERETVR, DECREVISSE dicitur. HEIN.

COMMODVS, A, VM. Haec verba: *Quum* COMMODVM *erit dari*, ita interpretabatur Ser. Sulpicius: quum primum ſine turpitudine et infamia fieri poſſit. *l. 79. in fin. D. de iure dot.* Proculus vero ita: Quum ſine incommodo promiſſoris poterit. *l. 125. D. de verb. ſignific.* Latine loquentibus etiam haec verba: *Quum erit* COMMODVM, ſignificant, quum voluerit, vt in *l. 21. pr. D. quando dies leg. vel fideic. ced.* Quum aliquid demum, quod ſcribendo comprehendere ſit COMMODVM, fecerit. Et ita Aſconius *in Verrin.* interpretandum eſſe cenſet illud Terentii *in Adelph. Dabitur argentum, dum erit* COMMODVM. Ex COMMODO, id eſt, ex facili. *l. 4. D. de vacat. et excuſat. mun.* Ex COMMODO patroni: *l. 24. D. de oper. libertor.* COMMODISSIMVM eſt. *l. 80. D. de verb. oblig. l. 22. D. de reb. dub. l. 31. D. de teſt. milit.*

COMMODVS L. Aurelius, Imperator Marci Aurelii filius, ſed indigniſſimus tanto patre, a quo et in conſortium Imperii adſumtus, et ſucceſſor relictus eſt. Hinc ſaepe iunguntur *Marcus et* COMMODVS, Imperatores: veluti *l. 14. D. de offic. praeſid.* [Quum vero idem alibi reſcripſiſſe dicantur Diui fratres, *l. 13. §. vlt. D. eod. tit. et l. pen. D. ad leg. Pomp. de parric.* per COMMODVM etiam in *d. l. 14. D. de offic. praeſ.* intelligendum eſſe Lucium Verum, Marci Aurelii fratrem et collegam imperii, quidam ſunt ſuſpicati. Quem errorem et Petr. Pithoeo *ad Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV.* tribuunt, quum hic vir doctus diſerte ſcribat, intelligendum eſſe Commodum M. F. Falſum tamen eſſe L. Verum Commodi nomen tuliſſe, oſtendit Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXI. p. 176.*]

[COMMONEFACERE, *l. 3. C. de ſumm. trinit.*]

COMMONITORIVM in *l. vn. C. de ſuffrag. l. 2. C. Th. ſi cert. pet. l. 10. C. Theod. de curioſ. l. 7. C. Th. de erog. mil. annon. Nou. CXXVIII. Cap. 17.* et apud D. Auguſtin. *Epiſt. CXXIX. et CLVIII.* Suida interprete, eſt *ἐπιςολὴ προστακτικὴ ἀποςελλομένη εἰς χώρας: epiſtola mandatoria, miſſa in prouincias.* Vetus Gloſſarium: COMMONITORIVM *ἐπιςολὴ ἀποςελλομένη μετὰ προςάξεως.* Vtitur hoc verbo Cyrillus *Epiſt. 1. ad Succeſſum*, Epiſcopum Iſauriae. COMMONITORII quoque formula proponitur apud Caſſiod. *Lib. VII. Variar.* Vincentius Lirinenſis in *libro aduerſus profanas nouationes: Me vero ſubleuandae recordationis, vel potius obliuionis meae gratia* COMMONITORIVM *mihimet paraſſe ſuffecerit.* ¶. 2. COMMONITORIVM modo pro libello accipitur, quem hodie memorialem vocant, vt in *l. vn. §. 3. C. de ſuffrag.* modo pro mandato, quo legati officii admonentur, quo ſenſu hoc vocabulum frequenter in Conciliis vſurpatur: modo pro quouis ſcripto, quo nobis aliisue quid in memoriam reuocamus. Sidon. *Apollin. VIII, 5.*

Dilectae nimis et peculiari
Phoebus COMMONITORIVM *Thaliae.*

Vid. et Ammian. Marcellin. *Lib. XXVIII. Cap. V.* et Symmach. *Lib. V. Epiſt. 21.* HEIN.

COMMORARI in quaque regione: *l. 18. §. 3. D. de inſtr. et inſtr. legat.*

COMMORIENTES, *l. 42. §. 14. D. de donat. int. vir. et vxor.* id eſt, qui ſimul, ſeu pariter, decedunt, quos *pariter mortuos* vocat *l. 16. D. de reb. dub.* Graeci *συναποθνήσκοντας* vocant, quo nomine commo-

COM.

comoediam Graecam laudat Terentius *in prologo Adelph. v. 6.*

COMMOVERE limites et terminos, id eſt, loco mouere. Sic in lege Mamilia: *Qui termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis quem eorum eiicito, neue* COMMOVETO, *dolo malo.* Tertull. *in libro de praeſcript. adu. haeret. Cap. XXXVII. Qua poteſtate, Apelles, limites meos commoues?* ¶. 2. [COMMOVERE aliquando motum et adfectum internum ſignificat. Sic COMMOTA *feritas, in l. 1. §. 4. D. ſi quadr. paup. feciſſ.* opponitur partim inſtigationi hominis, *d. l. 1. §. 6.* partim feritati naturali. *d. l. 1. §. 10. D. eod. tit.*]

COMMVNDARE. Sic COMMVNDATA mulier. *l. 25. §. 10. D. de aur. et arg. legat:* [Ibi EMVNDATA legit, et de lota id vocabulum intelligit Grot. *in flor. ſparſ. ad d. l. 25.* Et videntur omnino praecedentia textus id expoſcere. Sed COMMVNDATA tamen nihilominus tuetur Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 310.*] Et recte tuetur, quum mutationem nulla ſuadeat ratio, oulla neceſſitas: Probum et Latinum eſt non minus COMMVNOARE quam *emundare.* Ipſe Menagius adduxit Gloſſas veteres: COMMVNDAT *καθαίρει.* oec non locum Columellae *de re ruſt. Lib. XII. Cap. 18. Aqua eluenda ſunt,* et COMMVNDANDA. HEIN.

COMMVNE: Vid. ſupra KOINON.

COMMVNICARE cum aliquo adminiſtrationem: *l. 10. D. de adminiſtr. et peric.* emtionem: *l. 41. D. de legat. III.* lucrum et damnum. Paull. *Sentent II, 16, 1.* Vlpian. *Fragm. tit. XXV. §. 15.* pecuniam: *l. 31. D. de minorib.* periculum: *l. 9. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* praedia: *l. 34. D. de ſeru. praed. ruſt.* reliquas partes; Vlpian. *ibid. l. 163. §. 5. D. pro ſoc.* res: *l. 50. pr. et §. 1. D. de rei vind.* vſumfructum: *l. 19. D. de vſu et vſufr. l. 16. §. 1. D. famil. erciſc.* COMMVNICANDI animo. *l. 20. D. de legat. III.* ¶. 2. [COMMVNICARE, compenſandi notione. Non rem ob compenſationem criminis inter vtrosque COMMVNICARE. *l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.*]

COMMVNIO bonorum: *l. 78. §. 8. D. ad SC. Trebell.* pro indiuiſo: *l. 94. D. de ſolut.* iuris: *l. 19. §. 2. D. commun. diuid. l. 32. D. de ſtipul. ſeru.* COMMVNIONIS materia: *l. 77. §. 20. D. de legat. II.* Ad COMMVNIONEM compelli: *l. 26. D. de condict. indeb.* A COMMVNIONE diſcedere. *l. 6. §. 1. D. commun. diuid.*

COMMVNIS res dicitur, quae ad plures pertinet. *l. 46. D. de rit. nupt.* Vt COMMVNIS libertus, qui plurium eſt. *l. 23. D. de in ius voc.* Seruus COMMVNIS ſic omnium eſt, non quaſi ſingulorum totus, ſed pro partibus, vtique indioiſis, vt intellectu magis partes habeant, quam corpore. *l. 5. D. de ſtipul. ſeru.* ¶. 2. Permulta ergo hoc ſenſu in iure dicuntur communia: quae ordine alphabetico, quum in ſuperioribus editionibus confuſiſſime adcumulata ſint, digeremus. HEIN. Sic COMMVNIA acta: *l. 2. C. de edendo.* COMMVNIS actio plurium perſooarum: *l. 11. D. de iurisd.* COMMVNE adminiſtratio: *l. 2. C. de admin. tut.* COMMVNES aedes: *l. 18. §. 5. D. de damn. infect. l. 1. §. 4. D. de arbor. caed. l. 11. D. commun. diuid. l. 40. D. de negot. geſt.* COMMVNE aedificium: *l. 9. §. 4. D. de reb. auct. iud. poſſ.* COMMVNIS ager, meus et tuus: *l. 6. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu.* Alumnus viri et vxoris: *l. 18. §. 1. D. de aur. et arg. leg.* amicus: *l. 18. D. commod. l. 77. D. pro ſocio.* arbor: *l. 83. D. eod.* pro indiuiſo: *l. 83. D. pro ſoc.* arca: *l. 1. D. quod cuiusc. vniu. l. 4. C. de crim. expil. hered.* arca: *l. 16. C. de rei vindic.* COMMVNE auxilium, et *extraordinarium* opponuntur. *l. 16. D. de minor.* ¶. 3. COMMVNIA bona: *l. 4. C. commun. vtriusqu. iudic. l. 3. C. de muner. et honor.* COMMVNIA ex ſucceſſione bona. *l. 8. C. famil. erciſc.* ¶. 4. COMMVNIS cauſſa: *l. 10. §. vlt. D. de adpell. l. 8. §. 2. D. de procurat. l. 1. C. de diuerſ. reſcript.* condemnatio: *l. 39. §. vlt. D. de iur. fiſc.* COMMVNI conſenſu declarare: *l. 7. §. vlt. D. de pact.* COMMVNI conſilio, vel proprio: *l. 15. §. 2. D. quod vi aut clam.* COMMVNES controuerſiae: *l. 21. D. de recept. arbitr.* COMMVNIS culpa ſociorum. *l. 9. D. de duob. reis.* ¶. 5. COMMVNIS debitor: *l. 6. C. de bon. auctorit. iud. poſſid.* COMMVNES debitores: *l. vlt. D. de diſtract. pign.* COMMVNE delictum, id eſt, quod militari opponitur: *l. 1. D. de veteran. ſucceſſ.* COMMVNES dies, id eſt, ſiue feſti, ſiue profeſti: *l. 2. C. de ſtatuis.* ¶ 6. COMMVNES exceptiones, tam in libero homine, quam in ſeruo. *l. 5. D. ſi quis caution.* ¶. 7. COMMVNIS familia: *l. 4. D. ſi fam. furt. fec.* COMMVNIS filia: *l. 11. D. quib. mod. pign. l. 8. C. de ſuis et leg. her.* COMMVNES filii: *l. 3. C. de pact. conu.* COMMVNIS filius: *l. 49. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 78. §. 9. et §. 14. D. ad SC. Trebell. l. 2. D. ad SC. Tertull l. 25. et l. 95. D. ad leg. Falcid. l. 41. D. de legat. III. l. 1. D. de dote praeleg. l. 14. D. de liberat. leg. l. 1. C. ſi contra matrim. l. 8. C. de inſtit. et ſubſtitution.* Vlpian. *Fragm. tit. XV. §. 1.* frater: *l. 34. §. 2. D. de rit. nupt.* COMMVNIS duorum fundus: *l. 28. D. de Salu. interd.* COMMVNIS cum alio fundus: *l. 1. C. de fund. dot.* COMMVNIS ex parte fundus: *l. 47. §. vlt. D. de minor.* ex aequis partibus mihi tecum communis fundus. *l. 8. D. de rei vind.* ¶. 8. COMMVNIS hereditas inter fratres: *l. 35. D. de pact.* cum municipibus. *l. 9. D. quod cuiusc. vniuerſ.* ¶. 9. COMMVNIA inſtrumenta fiſco: *l. 7. C. de edend.* COMMVNIS inſula: *l. 29. D. de adqu. rer. domin.* COMMVNE IVS dupliciter accipitur. Aut enim reſpectu *proprii iuris*, quod quaeque ciuitas ſibi conſtituit, COMMVNE IVS dicitur, eoque nomine ius gentium ſignificatur, quo omnes populi vtuntur, quodque omnibus inter ſe gentibus commune eſt. *l. 1. §. vlt. l. 9. D. de iuſt. et iur.* quod COMMVNE omnium hominum ius dicitur. *§. 1. Inſt. de iur. gent.* Quod et idcirco *κοινὸν νόμιμον* ab Ariſtotele *in Ethicis* adpellatur. Aut COMMVNE IVS reſpectu *iuris ſingularis* dicimus, eoque ius publicum ſignificamus, quo omnes eiusdem ciuitatis ciues reguntur, quodque aeqoabiliter in omnes deſcriptum eſt. *l. 75. l. 78. D. de condit. et demonſtr. l. 12. D. de minor. §. 7. Inſt. de nupt.* quod COMMVNE ius ciuium Romanorum vocatur io *l. 20. D. de teſtam. milit.* Et ita Conſtantinus Harmenop. *Lib. I. tit. 6. κοινὰς νομοθεσίας, τυτέςι τὰς κοινῶς καὶ χρησίμως παντὶ εἰσαχθείσας* interpretatur. Hoc modo COMMVNI *iuri* priuilegium opponitur, in *l. 15. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* et iure COMMVNI et *militari*, ſeu *militiae*, vel *proprio* aduerſa faciunt iurisconſulti, in *l. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 17. §. vlt. D. de caſtr. pecul.*

l. 8. §. 4. de iur. codicill. l. 34. §. 1. l. 36. §. vlt. l. 38. §. vlt. D. de teſtam. milit. l. 3. C. eod. tit. et apud Paoll. *Sent. Lib. III. tit. 4. §. 3.* Hinc facile intelligitur, quid ſit COMMVNE ius priuatorum: *l. 37. D. de iure fiſci.* iure COMMVNI formatum pactum: *l. 10. C. de iur. dot.* COMMVNI iure vſus minor: *l. vlt. C. de in int. reſtit.* COMMVNI iure hypothecam vendere potes: *l. 1. C. de pact. pign.* iure COMMVNI pignora diſtrahere: *l. 7. C. de oblig. et action.* COMMVNI iure et *creditoris iure vendere,*ſeparantur *l. 59. §. 4. D. mandat.* COMMVNI enim *iure vendere* eſt ceterorum creditorum more, qui de euictione tenentur, vendere. *Iure* vero creditoris eſt ſine euictionis praeſtatione promiſſioneque vendere. Iure COMMVNI iniuriarum agi, ad differentiam quaeſtionis publicae. *l. 6. D. de iniur.* ¶. 10. COMMVNIS lapis: *l. 8. D. de adqu. rer. dom.* COMMVNES liberi: *l. 16. pr. D. de caſtr. pecul. l. 67. §. vlt. D. de legat. II.* COMMVNIS libertus: *l. 23. D. de in ius voc.* COMMVNIS locus. *§. 9. Inſt. de rer. diuiſ.* ¶. 11. COMMVNIS maſſa. *l. 83. D. pro ſoc.* ¶. 12. COMMVNES numi. vid. *communis pecunia.* ¶. 13. COMMVNE officium: *l. 3. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pertin.* COMMVNIS opinio: *l. 6. C. ne de ſtatu defunct.* COMMVNE opus *l. 5. C. de aedific. priuat.* ¶. 14. COMMVNIS paries: *l. 35. l. 36. l. 39. D. de damn. infect. l. 11. D. comm. diuid.* COMMVNIS rei pars, pro indiuiſo: *l. 7. §. vlt. D. quib. mod. pign.* COMMVNIS pater: *l. 26. C. de iur. dot. l. 9. l. 12. l. 13. C. de collat.* COMMVNIS pecunia: *l. 3. D. de colleg.* COMMVNE praedium: *l. 7. C. comm. vtriusqu. iud.* COMMVNIA praedia: *l. 8. D. de adquir. rer. dom.* ¶. 15. COMMVNIS ratio: *l. 1. §. vlt. D. de colleg.* COMMVNIS refectio: *l. 18. D. de vſu et habit.* COMMVNIS res cum fratribus: *l. 4. C. fam. erciſc. l. 2. C. de excuſ. tut.* Plane COMMVNIS res in oratione D. Seueri de rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, non alienandis, ita accipi debet, ſi pro indiuiſo communis erit. Ceterum ſi pro diuiſo communis ſit, ceſſante oratione, decreto locus erit. *l. 1. l. 5. §. vlt. D. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur.* COMMVNIS riuus. Paull. *Sentent. Lib. V. tit. 6. §. 9. l. 16. D. quem. ſeru. amitt.* ¶. 16. COMMVNE ſepulcrum: *l. 6. §. 4. D. de rer. diuiſ.* COMMVNIS ſeruitus: *l. 19. D. ſi ſeru. vindic.* COMMVNIS ſeruus: *l. 5. D. de ſtipul. ſeru.* COMMVNIS ſubſtantia. *l. 83. D. pro ſoc.* ¶. 17. COMMVNE veſtimentum, quo promiſcue vtitur vir et mulier. *l. 23. §. 2. D. de aur. arg. leg.* COMMVNES vineae: *l. 2. C. comm. diuid.* COMMVNES vſurae, id eſt, vulgares: *l. 1. C. de naut. foen.* COMMVNIS promiscuique vſus cauſſa paratum: *l. 45. D. de legat. III.* COMMVNIS vtilitas: *l. 51. D. ad leg. Aquill. l. 3. D. de ſer. l. 6. C. de poſtlimin.* Quod ad vtilitates eorum in COMMVNE pertinet. *l. 6. §. 6. D. de offic. praeſ.* ¶. 18. COMMVNIS autem res inter aliquos eſt, vel cum ſocietate, vel ſine ſocietate. Cum ſocietate, veluti inter eos, qui pariter eamdem rem emerunt, ſine ſocietate, veluti inter eos, quibus eadem res teſtamento legata eſt. *l. 2. D. comm. diuid.* COMMVNITER enim agi, ait Vlpianus, in *l. 31. D. pro ſoc.* etiam citra ſocietatem, vt puta, quum non adſectione ſocietatis incidimus in communionem. ¶. 19. Porro COMMVNIA quaedam ſunt *pro diuiſo*, quorum ſecretae et diſtinctae partes ſunt, oculiſque cerni ac demonſtrari poſſunt. Quaedam *pro indiuiſo*, quae, nullis factis partibus, communiter poſſidentur, non diuiſione corporum, ſed iuris intellectu, vt arbor, inſula, lapis, ſubſtantia. *l. 5. §. vlt. D. de reb. eor. qui ſub tut. l. 8. D. de rei vindic. l. 25. §. vlt. D. de verb. ſign. l. 94. D. de ſolut.* ¶. 20. COMMVNE aliquid habere, vel non habere. Nihil COMMVNE habet poſſeſſio cum proprietate: *l. 12. §. 1. D. de adquir. poſſ.* Quid COMMVNE habet delictum cum venia aetatis? *l. 20. D. de minor.* ¶. 21. COMMVNIA omnium iure naturali ſunt haec: aer, aqua profluens, mare, et per hoc littora maris, lapilli, gemmae, et cetera, quae in littore inueniuntur. *l. 2. l. 3. D. de diuiſ. rer. §. 1. Inſt. eod. tit.* Maris COMMVNIS vſus omnibus hominibus, vt aeris. *l. 3. D ne quid in loc. publ.* Fluminum publicorum COMMVNIS eſt vſus, ſicuti viarum publicarum, et littorum. *l. 24. D. de damn. infect.* Ouid. *Lib. I. Metamorph. v. 136.*

> COMMVNEMque *prius, ceu lumina ſolis et aurae,*
> *Cautus humum longo ſignauit limite menſor.*

Idem *Lib. VI. Metam. v. 349.*

> *Quid prohibetis aquas? vſus* COMMVNIS *aquarum eſt.*
> *Nec ſolem proprium natura, nec aera, fecit,*
> *Nec tenues vndas: ad publica munera veni.*

COMMVNIA autem a *publicis* ſeparat Iuſtinianus *pr. et §. 1. Inſt. de rer. diuiſ.* eorumque differentiam ex littorum et riparum comparatione facile quiuis intelliget. COMMVNIVM enim tam vſus, quam proprietas communis eſt, proptereaque in nullius bonis habentur, et occupantis fiunt. *l. 30. §. vlt. l. 50. D. de adquir. rer. dom.* At publicorum licet publicus, communis, promiſcuusque vſus ſit, in dominio tamen ea ſunt alicuius ſeu populi, ſeu ciuitatis. Proinde Neratius in *l. 14. D. de adqu. rer. domin.* *Littora*, ait, *publica non ita ſunt, vt ea, quae in patrimonio ſunt populi: ſed vt ea, quae primum natura prodita ſunt, et in nullius adhuc dominium peruenerunt.* Paullus in *l. 51. D. de contrah. emt.* *Littera*, inquit, *nullius ſunt, ſed iure gentium omnibus vacant.* Verum haec ſubtilis COMMVNIVM *ac publicorum* differentia a remotis a profeſſione noſtra hominibus confunditur. Et ita Ioannes Chryſoſt. *in Homil. XI. in Epiſt. ad Timoth.* λοῦτρα, ἀγορὰς, περιπάτους, πόλεις, κοινὰ, *balnea, fora, ambulacra, ipſaſque vrbes,* COMMVNIA vocat, et alia, ὧν πάντες τὸ ἴσον μετέχομεν, *quorum omnes aequabiliter participes ſumus.* ¶. 22. COMMVNI DIVIDVNDO actio inter eos redditur, inter quos aliquid, nullo tractatu habito, commune eſt. *§. 20. Inſt. de action. l. 31. l. 32. D. pro ſoc.* Ad quam adludens Cic. *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 12: Quod inquit, ſtatuet* COMMVNI DIVIDVNDO, *quum* COMMVNE *nihil eſſe poſſit apud eos, qui omnia voluptate ſua metiuntur?*

COMMVNITER geſtum, a ſocietate differt, quoniam etiam agi COMMVNITER ſine ſocietate poteſt. *l. 31. l. 32. l. 33. l. 65. D. pro ſoc.* COMMVNITER agi: *l. 1. §. 1. D. quod cuiusc. vniuerſ. nom.* COMMVNITER vero, et *ſeparatim* genere opponuntur. *l. 1. C. de transact. l. 14. D. de vſu et vſufr.* COMMVNITER cum alio pecuniam accipere: *l. 2. C. de duob. reis.* COMMVNITER edi operae: *l. 54. §. vlt. D. de verb. oblig.* COMMVNITER rem habere: *l. 84. §. vlt. D. de legat I.* COMMVNITER ſtipulari:

l. 56. D.

l. 56. D. de verb. oblig. ¶. 2. [COMMVNITER pro generaliter. Eadem dicenda ſunt COMMVNITER, et in omnibus bonae fidei iudiciis. *l. 12. §. 1. D. depoſ.*]

COMMVTARE ulcum pro vino: *l. 8. §. 24. D. de tranſact.* COMMVTARE rem in meliorem ſtatum: *l. 23. D. de vſu et habit.* COMMVTATIS partibus. *l. 76. D. de iudic.*

COMMVTATIO, id eſt, permutatio inſtar emtionum obtinet. *Nouell. Valent. de his quae adminiſtr.*

COMPACTVM, ſtructam collato in vnum conſilio machinationem ſignificat. *l. 3. C. de exſequut. rei iudic.* Liu. *Lib. V. Cap. 11. Vt multo veroſimilius ſit*, COMPACTO *eam rem, et communi fraude patriciorum, actam.* Plaut. *Captiu. Act. III. ſcen. I. v. 23. Sciui extemplo, ex* COMPACTO *rem geri.* Et poſt *v. 27; Omnes* COMPACTO *rem agunt, quaſi in Velabro olearii.* Quem priorem locum citat Soſipater. Item illud Afranii: *Facere* COMPACTO *omnia.* Sueton. *in Iulio Cap. XX. Productusque pro roſtris auctores ex* COMPACTO *nominaret.*

COMPARARE, idem, ac emere, et mercari ſignificat. *l. 14. §. 5. D. quod met. cauſſ.* Ita COMPARARE agrum et domum: *l. 13. D. de re milit.* fundum: *l. 3. C. de rei vindic.* merces: *l. 2. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* praedia: *l. 9. D. de re milit.* rem iuſto pretio: *l. 70. D. de rei vind. l. 25. D. de hered. petit.* COMPARATA ancilla: *l. 27. D. de aedilic. edict. l. 3. C. de donat. inter vir.* COMPARATA res numis: *l. 7. D. qui pot. in pign.* COMPARANDI frumenti cura: *l. 3. §. 12. D. de mun. et honor.* COMPARANDAE merces: *l. 16. C. mand.* ¶. 2. COMPARARE alias et conficere, vel colligere ſignificat: et ita; COMPARARE pecuniam: *l. 45. §. 10. D. de iur. fiſc.* COMPARARE exercitum: *l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.* Paull. *Sent. V, 29, 1.* COMPARATVR praeiudicium. *l. 4. C. de iur. et facti ignor.* ¶. 3. Interdum COMPARARE eſt conferre. *l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr.* Sic COMPARATIS perſonis: *l. 30. D. de donat.* COMPARARE rationes: *l. 6 §. 1. D. de edend.* COMPARARE latae culpae: *l. 1. C. de hered. tut.*

COMPARATIO, pro emtione. *l. 52. §. 1. D. de iudic.* et COMPARATIONES pro emtionibus. *l. 31. D. ad municipal.* Sic COMPARATIO ſeruorum: *l. 44. D. de vſurp.* ſpecierum: *l. 1. C. quib. muner. nem. lib. l. 4. C. Theod. de collat. equor.* veneni: *l. 7. D. ad leg. Corn. de ſicar.* COMPARATIONES frumenti et hordei, id eſt, coemtiones. *l. 1. C. vt nem. lic.* ¶. 2. COMPARATIO, collatio. *l. 16. D. de reb. auct. iud. poſſ.* COMPARATIO patrimonii. *l. 5. §. 1. D. pro ſoc.*

COMPARATOREM, pro emtore dixit Paull. *Sent. Lib. II. tit. 17. §. 15.*

COMPARATVM more: *l. 5. D. de iuriſd.* Publiciana non ideo COMPARATA eſt. *l. vlt. D. de Public.*

COMPARERE dicitur, qui adeſt ad iudicium: *l. 6. §. 2. D. ad SC. Silan.* COMPARET corpus, quod exſtat, et adparet: *l. vlt. in fin. D. de his qui not. infam.* Sic COMPARENT ſigna: *l. 7. D. de bon. poſſ. ſecund. tab.* Tabulae non COMPARENT: *l. 10. §. vlt. D. teſtam. quemadmod. aper.* Si res non compareat. *l. 47. §. 4. D. de legat. I.* Seneca *in praefat. Controu.*

COMPASCOR. COMPASCENDI ius: *l. pen. §. 1. D. ſi ſeru. vind.*

COMPASCVVS *ager, relictus ad paſcendum communiter, vicinis*, quemadmodum Feſtus interpretatur. Cicero *in Topicis Cap. III. Si* COMPASCVVS *ager eſt, ius eſt* COMPASCERE, id eſt, vt Boethius ait, *cum vicino ſimul paſcere.* Iſidorus plane *Lib. XI. Etymol. Cap. 13.* ita adpellari *agrum* ſcribit, *qui a diuiſoribus agrorum relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis.* Et ita apud Hygin. *p. 192. et 206.* Frontin. *p. 41.* et alios, qui de limitibus ſcripſerunt, accipe. Vocantur etiam COMMVNIA, et PRO INDIVISO. Frontin. *de limit. agror. p. 41. Eſt et paſcuorum proprietas, pertinens ad fundos, ſed in commune: propter quod ea* COMPASCVA *multis locis in Italia* COMMVNIA *adpellantur, quibusdam prouinciis* PRO INDIVISO. Add. Aggen. Vrbic. *in Frontin. p. 55. ſequ.* Eſt, vbi et COMMVNALIA adpellantur, apud eumdem Aggen. *de contron. agr. p. 66.* Erant hi agri ſubceſiui. *Si enim plus terrae, quam datum fuerat, ſupereſſet: proximus id* circumcirca *poſſeſſoribus dabatur in commune, nomine* COMPASCVORVM. Ita Hygin. *de limit. conſtit. p. 192.* HEIN.

COMPATIOR. COMPATITVR aetas. *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XIII. §. 3.* Recenſetur ibi Reſcriptum Hadriani ad Terentium Gentianum, in quo de poena termini moti et haec habet: *Poſſunt ad tempus, vt cuiusque* CVMPATITVR *aetas, relegari.* Sed manifeſtum eſt, traiecta eſſe vocabula, legendumque: *Poſſunt ad tempus, vt* CVIVSCVMQVE PATITVR *aetas, relegari.* Sane eodem modo verba Hadriani repraeſentat, qui idem reſcriptum ſeruauit, Calliſtratus *l. a. D. de term. mot.* niſi quod ibi *cuiusque* pro *cuiuscumque* legitur. HEIN.

COMPATRONVS, *l. 1. §. 5. D. ſi quid in fraud. patron. l. 3. §. 4. l. 5. §. pen. D. de legit. tut.*

COMPEDES. COMPEDIBVS teneri: *l. 9. D. ex quib. cauſſ. maior.* Horat. *Lib. I. Epiſt. 17.*

COMPEDIBVS *ſaeuo te ſub cuſtode tenebo.*

Cato apud Gell. *Lib. XI. Cap. vlt. Fures priuatorum furtorum in neruo atque in* COMPEDIBVS *aetatem agunt.*

COMPEDITVS ſeruus *l. 7. §. 7. D. de dol. l. 15. §. 44. D. de iniur. §. 7. Inſt. eod. tit.*

COMPELLERE, cogere, COMPELLI, cogi. *l. 13. D. de recept. arb. l. vlt. D. de rei vindic. l. 57. D. de contrah. emt.* Sic COMPELLERE dicitur Praeſes prouinciae: *l. 7. D. de offic. praeſ. l. 12. D. de religioſ.* COMPELLI quis a praetore: *l. 9. D. de edendo.* COMPELLI auctoritate principali vel pontificum: *l. 50. §. vlt. D. de her. petit.* COMPELLERE patrem: *l. 31. D. de adopt.* ſeruum: *l. 21. §. 1. D. de legat. I.* COMPELLI ad adminiſtrationem: *l. 1. C. in quib. cauſſ.* ad cautionem: *l. 1. §. 7. D. vt legator. l. 5. §. 7. D. de iniur. l. 40. §. 3. D. de procur. l. 49. D. famil. erciſc.* ad conducendum: *l. 9. §. 1. D. de publican.* ad curatores ſibi petendos: *l. 7. § 2. D. de minor.* ad editionem: *l. 4. §. vlt. l. 16. §. 1. D. de edend.* ad ferendam ſententiam: *l. 47. D. de recept. arbitr.* in forum: *l. 1. D. de fer.* ad impudicitiam ſeruos,

nos: . 2. *D. de his qui ſui vel al. iur.* ad iudicium accipiendum: *l. 15. D. de procur.* ad maleficia: *l. 13. D. de legat. III.* ad obſequium ſupremae voluntatis: *l. 50. §. vlt. D. hered. petit.* ad onera petitoris: *l. 24. D. de rei vind.* ad praeſtationem: *l. 50. D. de indic. l. 10. C. de oper. libert.* ad reſtitutionem: *l. 10. C. de diſtract. pign.* ad ſatisdationem: *l. 13. C. de admin. tut.* ad ſolutionem: *l. 103. D. de ſolut. l. 2. C. quando fiſc. i. l. C. de fid. inſtrum.* Sic COGITVR quis per actionem: *l. 14. C. famil. erciſc. l. 8. C. de pact* maximo metu: *l. 8. D. quod met. cauſſ.* vi: *l. 3. D. eod. tit.* vi metuue. *l. 16. D. de liber. cauſſ.* ¶. 2. Ita et cum infinito modo COMPELLITVR quis accipere iudicium: *l. 30. D. ad SC. Trebell.* adgnoſcere fidem: *l. 1. C. commod.* adire hereditatem: *l. 2. §. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 50. §. 4. D. de bon. libert.* cauere: *l. 45. D. de procurat.* edere: *l. 9. D. de edendo.* manumittere: *l. 67. D. de indic.* reſtituere: *l. 43. D. de rei vindic.* ſoluere indebitum: *l. vlt. D. quod met cauſſ.* tollere. *l. 1. D. de alienat. iud. mut. cauſſ.*

COMPENDIARIA, longiori itineri opponitur. *l. 4. D. de itin. actuqu. priu.* Varro Σκιομαχίᾳ περὶ τύφε, vt eſt apud Nonium: *Hoc dico,* COMPENDIARIA, *ſine vlla ſollicitudine ac moleſtia dicendi, poſſe perueniri ad eamdem voluptatem.*

COMPENDIOSA ſubſtitutio. *l. 8. C. de impuber. et al. ſubſtit.*

COMPENDIVM pro breui complexu. COMPENDIVM edictorum: *l. 72. D. de indic.* itineris: *l. 16. D. de legation.* orationis: *l. 66. §. 1. D. de legat. II.* temporis. *l. 17. §. vlt. D de caſtr. pecul.* ¶. 2. COMPENDIVM, pro lucro et emolumento: *l. 71. in fin. D. pro ſoc. l. 3. D. de calumniat. l. 32. D. de vſufr. l. 28. §. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l. 3. §. 30. D. de SC. Silan. l. 32. in fin. D. de legat. I. l. 2. D. rat. rem hab. l. 16. C. de fideicomm.* Quod vocabulum a vetere aeris penſandi ritu Varro *Lib. V. de lingu. Lat. ad fin.* et Feſtus *Lib. IV. in voce Diſpenſatores* deriuant. Caſſiodorus *Lib. VII. Var. Cap. 32. Pondus quin etiam conſtitutum denariis praecipimus debere conſeruari, qui olim tam penſo, quam numero vendebantur. Vnde verborum vocabula competenter ab origine trahens,* COMPENDIVM *et* DISPENDIVM *pulcre vocitauit antiquitas.* COMPENDIVM ergo diſpendio opponitur. *l. 65. §. 6. D. pro ſoc.* nec non damno. *l. 29. D. ex quib. cauſſ. maior.* ¶. 3. Hinc loquutiones: COMPENDIVM facere: *l. 32. D. de vſufruct.* COMPENDII quid facere: *d. l. 32.* ad COMPENDIVM cuius hoc pertinet: *l. 16. §. vlt. D. quod. met. cauſſ. l. 42. D. de act. emt.* COMPENDII quid ſentire: *l. 2. D. de calumniat.* COMPENDIO ſuo vertere: *l. 6. D. de bon. damnator.* Ita COMPENDIVM caeſae arundinis, vel pali: *l. 59. §. vlt. D. de vſufr.* COMPENDIVM libertatis: *l. 3. C. de donat. quae ſub. mod.* litis: apud Paull. *Sentent. II, 1, 2.* pecuniarum: *l. 5. C. ad leg. Fab. de plagiar.* praeceptionis: *l. 16. C. de fideicomm.* ſucceſſionis: *l. 2. C. ſi aliqu. teſt. l. 4. C. de poſtlim. reuerſ.* ſumtus. *l. 16. D. de legation.*

COMPENSARE debitum: *l. 6. C. de her. inſtit.* dolum dolo: *l. 57. D.* dolum ex vtraque parte: *l. vlt. §. 3. D. de eo, per quem fact. l. 57. D. de contrah. emt.* fructus vſuris: *l. 65. D. de rei vind. l. 1. §. 3. D. de pign.* lucrum et commodum cum damno: *l. 42. D. de act. emt. l. 23. §. vlt. D. pro ſoc.* pretium: *l. vlt. C. de luit. pign.*

COMPENSATIO eſt debiti et crediti inter ſe contributio. *l. 1. D. de compenſat. l. 21. §. vlt. D. de inoffic. teſt.* Sic COMPENSATIO damni: *l. 57. D de donat. int. vir.* donationis: *l. 7. §. 2. D. eod. tit.* vel ob res donatas: *l. 7. §. 5. et l. 15. §. 1. D. ſol. matr.* eius, quod erogaſſe probaueris: *l. 4. C. de petit. hered.* fructuum: *l. 47. §. vlt. D. de pact.* negligentiae: *l. 10. D. de compenſat.* pretii. *l. 2. C. comm. diuid.* Sic COMPENSATIO dicitur *locum habere, obiici, fieri, denegari, eius ratio haberi*: et res COMPENSATIONEM *pati*: *l. 24. §. 6. ſol. matr.* quae vide ſuis locis. ¶. 2. Notauerat hic Io. Otto Tabor, COMPENSARE aliquando ſignificare imputationem duarum ſummarum, eamque ſignificationem reperiſſe ſibi videbatur in *l. 39. §. 14. D. de adminiſtr. tut.* vbi laudat aduotationem Cuiacii *l. 34. §. 5. D. de legat. I.* (vbi tale nihil lego,) *l. 96. §. 3. in fin. D. de ſolut. l. 85. D. de legat. II. l. 22. §. 3. D. ſolut. matr. l. 6. C. de her. inſt.* Sed ego quidem in his locis nihil me deprehendere fateor, quod a vulgari notione abhorreat. HEIN.

COMPERENDINATA *res*, vt Feſtus *Lib. XVI. in voce res* interpretatur, ſignificat *iudicium in diem tertium conſtitutum.* Vetus Gloſſarium: COMPERENDINATIO, τριήμερος ὑπέρθεσις, *triduana dilatio.* Cicero in *Verr. II, 11. Adimo* COMPERENDINATVM: *hoc enim habet lex in ſe modeſtiſſimum, bis vt cauſſa dicatur.* Plin. *Lib. VI. Epiſt. 2. Nos legibus ipſis iuſtiores, quae tot horas, tot dies, tot* COMPERENDINATIONES *largiuntur.* Vtitur et hoc verbo Gellius *Lib. XIV. Cap. 2.* COMPERENDINOS etiam *dies* adpellatos, *quibus vadimonium licebat dicere*, ſcribit Macrobius *Lib. I. Saturn. Cap. 16.*

COMPERTVS, A, VM. COMPERTA conditione: Paull. *Sent. II, 21, 14.* COMPERTO errore: *l. 39. §. 2. D. de adm et peric. tut.* COMPERTVM furtum: *l. vlt. §. 1. D. de bon. eor.* COMPERTA opinione: Paull. *Sent. V, 6.* ſtuprum: *l. 37. D. de minorib. l. 8. D. quod met. cauſſ. l. 29. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* COMPERTA voluntate defuncti. *l. 2. C. de fideic.* ¶. 2. Hinc elegantes loquutiones: COMPERTVS in his cauſſis: *l. vlt. D. de publican.* Poſtea compertum eſt: *l. 9. §. vlt. D. de transact. l. 14. D. de offic. Praeſ.* COMPERTO, matrem ſuam deceſſiſſe, id eſt, vbi comperiſſet. *l. 86. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. her.* [non inuſitato veteribus loquendi genere, de quo videndus Auſon. Popma *de vſu antiqu. loquut. Lib. II. Cap. 6.*]

COMPESCERE, coercere et reprimere ſignificat. Sic COMPESCERE dicitur Praetor metu poenae: *l. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc.* COMPESCERE audaciam: *l. 12. D. de publican.* contumeliam: *l. 6. C. de iniur.* malos homines: *l. 35. §. 5. D. quib. ex cauſſ. maior.* ramorum luxuriem. Paull. *Sent. Lib. V. tit. 6. §. 13.*

COMPETENS. COMPETENTE actione experiri: *l. 9. C. de donat. inter vir. l. 4. C. ſi vend. pign.* perſequi: *l. 4. C. de crim. expil. hered.* recuperare: *l. 10. C. de negot. geſt.* teneri: *l. 5. C. quod cum eo.* Non COMPETENTIBVS allegationibus: *l. 1. C. ſi tut. vel curat.* COMPETENS cautela: *l. 21. D. de indic.* defenſio: *l. 20. C. de,*

Digitized by Google

de excuſ. tut. l. 12. C. de teſtam. mil. l. 1. C. de acceptilat. COMPETENS iudex, id eſt, ad quem cognitio pertinet, *l. 19. D. de iuriſd. l. 2. §. 10. D. ſi quis in ius voc. l. 28. D. de re iud. l. 18. C. de probat. l. 19. C. de vſur. l. 7. C. de teſtam. tut. l. 1. C. de Aedilit. act. l. 1. C. ne tut. vel curat. l. 1. C. quando dies legat. l. 1. C. rer. amot. l. 9. C. ſolut. matrim. l. 3. C. vectig. nou. inſtit. non poſſe. l. vlt. §. 2. D. quod met. cauſſ.* et aliis innumerabilibus locis. COMPETENS adpellationi iudex: *l. 20. D. iudic. ſolu. et l. 5. D. de adpell. recip.* COMPETENS ius: *l. 13. C. de locat. conduct. l. 21. C. de probat.* COMPETENS pars: *l. 3. C. de fideiuſſor. l. 1. C. de heredit. act.* COMPETENS poena: *l. 3. C. de lucr. aduoc.* COMPETENS portio: *l. 2. C. ad SC. Trebell. l. 1. C. ſi commun. rer. l. 5. C. de leg. l. 4. C. commun. diuid.* COMPETENS priuilegium: *l. 2. C. de his qui ſpont.* COMPETENS retentio: *l. 1. C. quor. legat.* COMPETENTEM ferre ſententiam: *l. 31. §. 1. D. de donat.* COMPETENTI tempore: *l. vlt. C. de his, quae per met.* COMPETENS tribunal: *l. 38. §. 1. D. de procurat.*

COMPETENTER conuenire: *l. 4. C. quando ex fact.* conſulere: *l. 22. §. 6. D. ſolut. matr.* obſeruare: *l. 2. C. offic. praeſ. vrb.* puniri: *l. 16. D. de teſtib.*

COMPETERE dicitur, quidquid ad nos pertinet, nobisque quaeritur, conceditur, indulgetur. Sic COMPETERE dicitur accuſatio: *l. 40. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 11. C. de inoff. teſt.* actio: innumeris paene pandectarum locis: auxilium: *l. 8. §. 1. D. de bon. libert.* beneficium legis: *l. 77. D. ad leg. Falcid.* bonorum poſſeſſio: *l. 1. D. ſi tab. teſt. l. 1. §. 9. D. de Carbon. edict. l. 1. §. 10. D. de ſucceſſ. edict. l. 10. D. de ſuis et legit. her. l. 3. §. 4. et §. 7. D. de bon. poſſeſſ. l. 1. §. 4. et l. 12. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 2. C. qui admitti. l. 1. C. de legit. heredit.* caſtigatio: *l. 23. D. de vſufr.* compenſatio: *l. 2. §. vlt. D. de inoffic. teſt.* condictio: *l. 9. C. de condict. ob cauſſ. dat.* exactio: *l. 40. D. ad leg. Aquill.* exceptio: *l. 12. D. de diuerſ. temp. exc. l. 1. D. de doli except. l. 7. l. 19. D. de except. l. 40. D. de pact. l. 14. l. 71. D. de fideiuſſ. l. 17. C. de fideic. l. 12. C. de non num. pecun.* excuſatio: *l. 31. l. 44. D. de excuſat.* facultas agendi: *l. 1. §. 1. D. ad leg. Falcid.* alienandae ſuae portionis: *l. 3. C. de condict. ob cauſſ. dat.* COMPETIT porro hereditas: *l. 9. §. 14. D. de hered. inſt.* in integrum reſtitutio: *l. 10. C. de reſcind. vend.* interdictum: *l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* iter per vrbem: *l. 35. §. 7. D. quib. ex cauſſ. maior.* iudicium: *l. 31. D. de dol. mal. l. 1. §. 22. D. ſi quid in fraud. l. 1. C. de contr. iudic.* ius: *l. 19. D. de inoff. teſt.* libertas: *l. 20. l. 25. D. de manumiſſ. l. 3. D. de manumiſſ. vind. l. 12. l. 16. l. 32. l. 54. D. de manumiſſ. teſt. l. 1. l. 4. D. qui ſine manumiſſ. l. 19. §. vlt. D. de caſtr. pecul. l. 36. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 11. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 1. D. ſi is, qui teſt. lib. l. 27. D. de reb. dub. l. 65. §. vlt. D. de legat. II. l. 7. D. de hered. pet. l. 11. §. 1. D. de minor.* libertates: *l. 24. §. 11. D. de fideic. libert. l. 6. D. de dot. collat. l. 29. D. de except. rei iud. l. 17. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 8. §. vlt. l. 9. l. 17. §. vlt. D. de inoffic. teſt. l. 54. §. vlt. D. de manumiſſ. teſt. l. 14. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 4. §. 6. D. de manumiſſ. l. 76. D. de legat. II. l. 23. D. quae in fraud. cred. l. 53. D. de condit. et demonſtr.* petitio: *l. 72. §. 1. D. de ſolut. l. 75. D. de vſu et vſufr. l. 21. §. 1. D. de inoff. teſt. l. 12. D. de ann. legat. l. vlt. D. de liberat. leg. l. 24. l. 67. l. 69. et l. vlt. D. de legat. II. l. 4. C. arbitr. tut. l. 17. C. de his, qui accuſ. poſſ. l. 7. C. de neg. geſt. l. vn. C. de err. calc. l. 5. C. de collat.* perſequutio: *l. 9. D. de iur. fiſc. l. 16. D. de donat. inter vir. et vx.* poena: *l. 2. D. de litigioſ.* poſſeſſio: *l. 1. D. pro legat.* priuilegium: *l. 2. C. de his, qui non impl.* querela: *l. 47. D. de hered. petit.* repetitio: *l. 5. D. de condict. indeb. l. 6. C. de pact. conuent. l. 1. C. ſolut. matrim.* reſtitutio: *l. 21. §. 1. D. de inoffic. teſt. l. 3. C. ad SC. Trebell.* retentio: *l. 14. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 59. D. ad SC. Trebell.* ſtillicidii rigor: *l. vlt. §. vlt. D. de ſeru. praed. vrban.* ſtipulatio: *l. D. de damn. inf.* tignorum proiectus. *l. vlt. §. vlt. D. de ſeru. praed. vrb.* vindicatio: *l. 2. C. de in lit. iurand.* vſucapio: *l. 1. D. pro legat. l. 5. C. de vſucap.* vſurae: *l. 31. D. de vſur. l. 59. §. 1. D. de re iud. l. 7. D. de vſur. l. 70. in fin. D. ſi cert. pet. l. 1. C. ſi maior fact. alien. l. 3. C. de ſent. quae ſine cert. quant. prof.* Sic et COMPETIT aliquid iure magiſtratus. *l. 1. D. de offic. ei. cui mandat. eſt iuriſd.*

COMPETITIO, *l. 3. C. Theod. de incorp. act. Lib. X. tit. 9. l. 29. l. 30. l. 32. C. Theod. de petit. et vltr. dat. l. 23. C. Theod. de bon. proſcript. Nouell. Theodoſ. et Valentin. de competit.* COMPETITIONIS facultas: *l. 4. C. Theod. de cenſitor. peraequat.* COMPETITIONVM negotia: *l. 68. C. Th. de adpell.* COMPETITIONVM nebulae: *l. vn. C. Theod. de rei vind.* [COMPETITIONI ſubiacere: *l. 29. C. Theodoſ. de petition.* impetratae COMPETITIONIS auctoritas. *l. 30 C. Theod. eod. tit.*] Eſt vero COMPETITIO querela eius, qui ſe a peraequatore praegrauatum eſſe ait: et ita accipitur in *l. 5. C. Theod. de cenſu* et *l. 4. C. Theod. de cenſitor.* At praeterea competitio erat petitio eorum, qui bona mortuorum, damnatorum, proſcriptorum, vacantia a Principe obtinere ſtudebant. Quod quum fieret importunius: variae leges auiditati iſti oppoſitae ſunt, veluti, ne peterentur bona reorum maieſtatis: *l. 15. C. Theod. de petition.* mortuorum antequam criminis conuincerentur: *l. 30. C. Theod. eod. tit.* multoque minus viuentium, non damnatorum: *l. 27. l. 29. eod. tit.* clericorum, decurionum, ceterorum: ne peterentur ante incorporationem: *l. 2. et 3. C. Theod. de incorpor.* nec intra biennium a proſcriptione: *l. 23. l. 29. C. Th. de petit. l. 17. C. Th. de bon. proſcript.* vt prius huiusmodi petitio apud officium comitis rerum priuatarum inſtrueretur: *l. 14. l. 16. l. 23. l. 26. C. Th. de petit.* et ſi quae erant huiusmodi leges aliae, de quibus fuſe Iac. Gothofred. *Comment. in C. Theod. Tomo III. p. 429.* HEIN.

COMPETITOR, *l. 3. §. 1. D. de decurion.* eſt is, qui cum aliquo decurionatum petit. ¶. 2. Contra in *l. 3. C. Th. de incorporat. l. 29. l. 30. et l. 32. C. Th. de petition. et vltr. dat.* COMPETITORES ſunt, qui bona vacantia vel proſcriptorum, aut alias res fiſci vel reipublicae petunt. Exſtat de COMPETITORIBVS titulus apud Caſſiodorum *Lib. VII. Variar. Cap. XLIV.*

COMPILARE, teſte Feſto, eſt *cogere et in unum condere.* Vnde COMPILARE ſacra publica. *l. 9. D. ad leg. Iul. peculat.*

COM.

COMPINGERE nauem tabulis. *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig. l. 93. §. vlt. D. de ſolut.*

☞ COMPITVM, *l. 12. §. 3. C. de aedific. priu.* idem ac quadriuium, vti pluribus Seruius *ad Vergil. Georg. Lib. II. v. 382.* HEIN.

COMPLANARE locum. *l. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.*

COMPLECTI in libello: *l. 1. D. de edendo.* libello: *l. 20. §. 6. D. de hered. pet.* verbo: *l. 29. D. de ſtatulib.* COMPLECTITVR actio poſſeſſionem: *l. 9. D de rei vind.* COMPLECTITVR praetor. *l. 7. D. de interdict. l. 21. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.*

COMPLERE aetatem puberem: *l. 41. §. 7. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* annos aetatis: *l. 1. §. 3. D. de poſtul. l. 3. §. 2. D. de minor. l. 4. C. de transact.* annum viceſimum: *l. 1. D. de manumiſſ.* diem totum: *l. 6. D. de obl. et act.* electionem: *l. 98. §. 4. D. de ſolution.* poſſeſſionem: *l. 3. D. ex quib. cauſſ. maior.* tempus poenae: *l. 1. C. qui accuſ. non poſſ.* venditionem. *l. 4. C. de act. emt.*

COMPLETVS, A, VM. COMPLETA aetas: *l. 1. C. ne tut. vel cur.* COMPLETVS annus: *l. 16. D. de excuſat.* poſt COMPLETVM aſſem, id eſt, expletum: *l. 41. §. 5. D. de vulg. et pupill.* COMPLETA conditio: *l. 32. §. 1. D. de legat. III.* COMPLETA praeſcriptio: *l. 10. C. de praeſcr. long. temp.* COMPLETVM quinquennium: *l. 33. D. de vſu et vſufr.* COMPLETO tempore: *l. 3. D. de decurion. l. 71. D. ad SC. Trebell.* tempore conductionis: *l. 10. §. vlt. D. de publican.* id eſt, impleto, vt *l. 13. §. 11. D. locat. cond.* tempore deliberationis. *l. 71. D. ad SC. Trebell.*

COMPLEXVS nominum et rei. *l. 142. D. de verb. ſignif.*

COMPLVRES cauſſae. *l. 16. D. de verb. ſign.* COMPLVRES eiusdem generis impenſae: *l. 39. D. de hered. petit.* COMPLVRES liberti: *l. 94. D. de legat. III.* COMPLVRIBVS placuit: *l. 28. §. 15. D. de poen.* COMPLVRA ſunt reſcripta: *l. 2. §. vlt. D. de iur. fiſc.* COMPLVRA ſenatusconſulta. *l. 17. D. de tutel.*

COMPONERE, id eſt, in vnum redigere. Sic COMPONERE actiones: *l. 2. §. 7. et §. 5. D. de orig. iur.* COMPOSITI codicilli: *l. 8. C. ad leg. Corn. de falſ.* decretum COMPOSITVM: *l. vlt. D. de magiſtrat. conuen.* edictum praetoris: *d. l. 2. §. 44. D. eod. tit.* formulam: Valer. Max. *Lib. VI. Cap. 11.* [leges pro roſtris: *l. 2. §. 4. D. de orig. iur.* Vide ☞ Cuiac. *ad b. l.*] et adde Corn. van Bynkersh. *in Praetermiſſ. p. 23.* HEIN. libellos accuſatorios: *l. 74. D. de furt.* Iuuenal. *Sat. VI.* librum: *l. 5. §. 9. D. de iniur.* COMPONENDA ratio: *l. 77. D. ad leg. Falc.* ſtipulationes, id eſt, concipere: *l. 53. D. de verb. oblig.* verba. *l. 6. C. de inſtit. et ſubſt.* ¶. 2. COMPONERE, congerere, veluti foenum in villa: *l. 11. §. vlt. D. locat. cond.* ſarcinulas. *l. 15. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.* ¶. 3. COMPONERE, rem dubiam terminare: COMPONERE ſua iurisdictione: *l. 13. §. 3. D. de vſufr.* COMPONERE transactione. *l. 230. D. de verb. ſignif.* ¶. 4. COMPONERE patrimonium pupilli: *l. 18. D. de adminiſtr. et peric. tut.* COMPONERE moeſtos penates: *l. 2. C. de exhib. et transm.* ¶. 5. COMPONERE, pro comparare et coniungere: COMPOSITA vtraque legata. *l. 18. D. de teſtam. mil.*

COM.

COMPOS mentis. *l. 13. D. de offic. proconſ. l. 4. §. 26. l. 16. D. de doli except. l. 1. D. de bon. poſſeſſ. furioſ. l. 5. C. de codicill. l. 34. §. 1. l. 43. D. de oblig. et act. §. 4. Inſt. de curat.*

COMPOSITIO criminis. *l. 6. D. ad SC. Turpillian.*

COMPRAEDES, ait Feſtus, dicuntur *eiusdem rei populo ſponſores.*

COMPREHENDERE, et COMPREHENDI. Sic COMPREHENDITVR dies: *l. 1. C. de recept. arbitr.* locus: *l. 59. D. de iudic.* COMPREHENSA mentio: *l. 49. §. vlt. D. de recept. arbitr.* perſona: *l. 49. §. vlt. D. de recept. arbitr. l. 137. §. vlt. l. vlt. D. de verb. oblig. l. 22. §. vlt. D. rat. rem hab.* pactum: *l. 15. D. de pact.* poena: *l. 14. C. de pact.* pretium: *l. 11. C. de reſc. vendit.* ſumma. *l. 8. §. vlt. D. rat. rem hab.* COMPREHENDITVR quid addictione: *l. 4. §. 13. D. de fideic. libert.* decreto: *l. 4. §. 10. D. eod. tit. l. vlt. C. ſi mat. indemn.* edicto: *l. 20. D. de tut. et curat.* inſtrumento: *l. 10. C. de pignor. l. 15. D. de pact. l. 2. C. de adqu. poſſeſſ. l. 2. C. de iur. fiſc.* lege et conſtitutionibus: *l. 1. C. de ſeru. reip.* pacto vel ſtipulatione: *l. 3. D. de diuerſ. reg. iur.* in pactis: *l. 12. D. de captiu.* ſcripto: *l. 19. D. de pact.* ſenatusconſulto: *l. 22. §. vlt. D. de fideic. libert.* ſententia: *l. 2. §. 3. D. de iur. fiſc.* ſtipulatione: *l. 14. C. de pact.* in ſtipulatione: *l. 22. §. 7. et §. vlt. D. rat. rem hab.* tabulis: *l. 11. §. vlt. D. de duob. reis.* teſtamento: *l. 2. D. de condit. inſtit. l. 5. D. de adminiſtr. et per. tut. l. 104. D. de legat. I. l. 3. C. de collat. l. vlt. de ſuis et legit. l. 19. D. de teſtam. milit.* verbis. *l. 16. C. de fideicomm. l. 77. D. de reg. iur.*

COMPRIMERE ancillas. *l. 25. C. ad leg. Iul. de adult.*

COMPROBARE, adgnoſcere, quae iunguntur *l. 60. D. de adqu. vel omitt. hered.* Hinc COMPROBARE quae acta ſunt: *l. 1. D. de offic. procur. Caeſ.* factum: *l. 4. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar.* factum praeſidis: *l. 1. §. 3. D. de legat. III.* indicium defuncti: *l. vlt. D. de inoffic. teſtam.* teſtatoris: *l. 7. D. de bon. libert.* litem: *l. 5. D. rat. rem hab.* obligationem: *l. 39. §. vlt. D. de oper. libert.* COMPROBATVM eſt ſecundum reſcriptum: *l. 32. §. 19. D. de donat. int. vir. et vxor.* COMPROBATA ſententia: *l. 1. D. quando adpell.* reſcripto: *l. 2. §. 4. D. de vulg. et pupill.* COMPROBARE totum, vel partem rei geſtae: *l. 17. D. rat. rem hab.* voluntatem. *l. 5. C. de inſtitut.* COMPROBATVM multis argumentis. *l. 34. D. de adquir. rer. domin.*

COMPROMISSARIVS iudex, *l. 4. D. de tutor. l. 41. D. de recept. arbitr. l. pen. C. de pact. l. vlt. C. de teſtib. l. vlt. C. vbi et apud quem.* id eſt, ex compromiſſo ſumtus, vt *l. pen. D. de iudic.* et apud Paull. *Sent. Lib. V. tit. 5. §. 1.* vel, ad quem ex compromiſſo itum eſt, *l. 76. D. pro ſoc.* vel, vt Suidas definit. *ὁ ἐκ συναινέσεως δύο μερῶν μεταξὺ ληφθεὶς διαιτητής. ex electione duarum partium inter eos ſumtus arbiter.* Qui tamen in eo verbo, ignoratione Latinae linguae lapſus, *προκομισσάριον ἀντὶ τοῦ κομπρομισσαρίου* ſcribit. Vetus Gloſſarium Graecum: COMPROMISSARIVS, *δικαστὴς αἱρετὸς, Iudex electus.* COMPROMISSVM, *συνταγὴ, ὅ ἐστι πρόστιμον, inſtrumentum ſuper eo, quod poenae nomine pendendum.*

COM-

COMPROMISSVM ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur, et ad finiendas lites pertinet. *l. 1. D. de recept. arb.* COMPROMISSVM factum in arbitrum, de rebus controuerſiisque. *l. 43. l. 45. D. eod. tit.*

COMPROMITTERE in arbitrum dicuntur, qui arbitri ſententiae ſe ſtaturos, hinc inde ſub poena promittunt, vt *tit. de recept. arbitr.* Hinc COMPROMITTERE cum aliquo: *l. 29. l. 32. §. 8. D. eod. tit.* COMPROMITTERE in iudicem. *l. 13. D. eod. tit. l. 34. §. vlt. D. de minor.*

COMPVLSIO, *l. 4. §. vlt. D. ad SC. Trebell.*

COMPVLSOR, *l. 3. C. Theod. de commiſſ. adu. ſent.* COMPVLSOR cohortalis: *Nouell. Valentin. et Martiani de indulg. reliqu.* COMPVLSOR id accipiat, quod mandauit curia: *l. 7. C. Theod. de exſequ. et exact.* COMPVLSORIS inſtantia. *l. 4. C. Theod. ne cont. tranſl. poſtul.*

COMPVTARE annum: *l. 6. §. vlt. D. quae in fraud.* COMPVTANTVR anni: *l. 13. D. de probat.* COMPVTATVR, quid in bonis: *l. 78. §. 9. D. ad SC. Trebell. l. 22. D. ad leg. Falcid.* ceſſatio: *l. 2. C. de vſur. pupill.* commodum: *l. 40. D. ad leg. Falcid.* dies: *l. 15. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 5. D. quando adpell. l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* Paull. *Sent. V, 33.* Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 32.* COMPVTARI in debiti ſumma: *l. 6. C. de pign.* COMPVTATO toto damno: *l. 18. D. rat. rem habit.* COMPVTARI in Falcidiam: *l. 20. D. ad leg. Falcid.* fructus: *l. 41. §. vlt. D. de her. petit.* fructibus: *l. 10. §. 3. D. de iur. dot.* in fructum: *l. 7. §. 12. D. ſolut. matrim.* COMPVTARI menſes: *l. 29. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* in quartam: *l. 24. §. 1. et l. 30. §. 7. D. ad leg. Falcid.* COMPVTANTVR rationes: *l. 47. §. 1. D. de fideic. libert. l. 37. D. de contrah. emt. l. 47. D. de pact. l. vn. C. de err. calculi* in rationem: *l. 9. §. 1. D. de donat.* ſcientia: *l. 6. D. quod falſ. tut.* in ſeruitutibus: *l. 1. D. de ſeru. ruſt. praed.* in ſortem: *l. 58. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* tempora. *l. 16. D. de excuſat. l. 38. D. ex quib. cauſſ. mai.*

COMPVTATIO facta: *l. 62. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* a tabulariis facta: *l. 2. C. de iur. fiſci.* facienda: *l. 60. l. 67. D. ad leg. Falcid.* in COMPVTATIONEM veniet pecunia: *l. 7. §. 12. D. ſol. matrim.* in COMPVTATIONEM legis Falcidiae cadere vel venire: *l. 30. §. 7. et §. vlt. l. 60. D. ad leg. Falc.* COMPVTATIO Falcidiae initur: *l. 33. D. ad leg. Falc.* COMPVTATIO dierum: *l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* dupli: *l. 10. C. de vſur.* patrimonii: *l. 5. D. de verb. ſignif.* rationum: *l. 23. D. ad leg. Cornel. de falſ.* ſortis: *l. 16. §. 6. D. de pign.* temporis: *l. 6. C. de excuſat. tut.* vſurarum. *l. 57. D. de admin. et peric. tut. l. 16. §. 6. D. de pign.*

CON.

[**CONATVS** quid obeſt, quum iniuria nullum habuit effectum? *l. 1. §. 2. in fin. D. quod quiſqu. iur.*]

CONCAMERARE, fornice claudere. *l. 1. C. de aedific. priu.*

CONCAMERATIO aedium. *l. 31. D. de legat. III.*

CONCEDERE, id eſt, permittere. *l. 36. D. de rei vind.* Hinc CONCEDERE cui aquaeductum: *l. 14. D. de ſeruit. praed. ruſt.* dilationem CONCESSIT oratio: *l. 1. D. de fer.* CONCEDERE interdictum: *l. 40. §. 2. D. de hered. petit.* iter aquae: *l. 21. D. de ſeru. praed. ruſt.* precario: *l. 4. §. vlt. D. de precar.* ſeruitutem. *l. 16. D. de vſufr.* Ceterum ſunt quaedam ſingulares huius verbi conſtructiones, rarius, vel vix, alibi obuiae, ac proinde hic merito notandae. e. g. *non eſt* CONCEDENDVS, *ſic aedificare:* ita enim legendum, pro *credendus*, in *l. 1. §. 16. D. ne quid in loco publ. vel itin.* Ita et Manilius *Aſtronom. Lib. IV. v. 337.*

Quae faſtidito CONCESSA *eſt iure potiri.*

Ita Paullus *l. 60. D. de vſufr. ipſe frui* PERMITTITVR: et *l. vlt. D. de aleat. familia ludere* PERMITTITVR. Adde *l. 26. §. 2. D. de legat. II. l. 1. D. de ſolut. et lib.* Quae omnia debemus Schultingio *Iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 459.* Singularis quoque loquutio Vlpiani in *l. 13. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* *Quod et in concubina dici poteſt, quam vxorem quis poſtea habuit: cuius* CONIVNCTIONI *poſtea pater* CONCESSIT. ideſt, quam conſiſtere permiſit, vel cui poſtea conſenſit, ceu interpretatur Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 174.* HEIN. ¶. 2. CONCEDERE, dare, praeſtare. *l. 41. D. de legat. III.* Sic CONCEDITVR adminiſtratio peculii ſeruo: *l. 28. §. 2. D. de pact.* aquaeductus: *l. 2. §. 1. et §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt.* ductus aquae: *l. 17. D. de adqu. et aqu. pluu. arc.* peculium manumiſſo: *l. 13. §. 8. D. de adqu. poſſeſſ.* CONCESSVM SCo: Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 5.* CONCESSO iure: *l. 2. §. vlt. D. ne quid in loc. publ.* ex CONCESSA cauſſa: *l. vlt. D. qui ſatisd. cog.* CONCESSVM eſt magiſtratibus. *l. 1. D. ſi quis ius dic. non obtemp.* Ita quidem auctor, locisque ab eo notatis Io. Otto Tabor iunxit alia: veluti: *omnia* principi CONCESSA ſunt: *l. 28. §. 3. D. de liberat. leg.* filiifamiliarum CONCEDVNTVR teſtari. *pr. Inſt. de milit. teſt.* Sed omnia haec loca potius ad priorem permittendi notionem pertinere, nemo non intelligit. HEIN. ¶ 3. CONCEDERE, pro remittere, gratiam alicuius facere. Sic CONCEDITVR poena: *l. 2. C. de in ius voc.* CONCESSA, id eſt, remiſſa vectigalia. *l. 6. C. de vectigal.* ¶. 4. Elegantes ſunt loquutiones: CONCEDERE in fatum: id eſt, mortem obire: *l. 3. C. de iure delib.* CONCEDERE naturae. *l. 1. C. ad SC. Tertull.* Fato CONCEDERE, dixit etiam Plin. *panegyr. Cap. XI.* CEDERE vel CONCEDERE naturae, immo CONCEDERE abſolute, pro mori, dixit Tacit. *Annal. Lib. IV. Cap. 5. Vt quandoque* CONCESSERO, *cum laude et recordationibus facta atque famam nominis mei proſequantur.* HEIN.

CONCEPTIO formularum: *l. 47. D. de negot. geſt.* et indice Florent. libror. Paulli. iuriſconſulti *l. 34. §. 5. et §. pen. D. de iureiur.* libellorum: *l. 3. D. de accuſat.* precum: *l. 9. l. 19. C. de liberal. cauſſ.* ſtipulationis: *l. 56. D. ſolut. matrim. l. 1. §. vlt. l. 123. et l. 132. D. de verb. oblig.* verborum: *l. 14. D. de donat. inter vir et vx. l. 5. §. 1. D. de verb. oblig. l. 1. §. 4. D. de ſtipul. ſeru. l. 14. D. ſi quis caution. in ind. ſiſt. l. 19. C. de iur. dot. l. 3. C. de contrah. ſtipul.* [Vna eademque CONCEPTIONE quis ſtipulatur: *§. vlt. Inſt. de verb. oblig.*] ¶. 2. CONCEPTIO infantis in vtero. Sic CONCEPTIO filii: *l. 7. §. vlt. D. de ſenator.* ad CONCEPTIONEM medicamentorum dare: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar.*

Digitized by Google

CONCEPTIONIS tempus. *l. 30. §. 7. D. de adquir. vel omitt. hered.*

CONCEPTVS, A, VM. CONCEPTAE in bonum et aequum actiones, quae ex buna fide deſcendunt. *l. 8. D. de cap. min.* CONCEPTA actio in dolum: *l. 9. §. vlt. D. quod falſo tut. auct.* Paull. *Sent. V*, 7, 4. poenae nomine: *l. 9. §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſid.* CONCEPTAE conditiones in non faciendo: *l. 7. D. de condit. et dem.* in praeteritum: *l. 16. §. 1. D. de iniuſt. rupt. irr.* CONCEPTA ſpecialiter ea de re conuentio: *l. 1. §. 1. D. de pignor.* Male CONCEPTVM inſtrumentum: *l. 8. D. de ſtatu. bom.* CONCEPTA repetitio ad eum modum: *l. 32. D. de legat. I.* CONCEPTA in diem ſolutio: *l. 1. §. 2. D. de edendo.* CONCEPTA ſtipulatio: *§. 13. in fin. Inſt. de inutil. ſtipul. §. 15. Inſt. eod.* in dolum: Paull. *Sent. V*, 7, 4. in diem: *l. 16. §. 5. D. de fideiuſſ.* in factum: *l. 15. D. ad leg. Falcid.* inutiliter: *l. 45. D. ſol. matr.* iure: *l. 4. D. de pact.* in perſonam: *l. 4. D. ſol. matr. l. 45. D. eod. tit.* praepoſtere: *§. 14. Inſt. de inutil. ſtip.* in rem: *l. 5. D. vſufr. quemad. cau. l. 10. D. vt legat. ſeu fideic.* ſeparatim: *l. 1. §. 4. D. de ſtipul.* ſimpliciter: *l. 18. §. 1. D. de ſtipul. ſeru.* ſine vitio: *l. 18. §. 1. D. eod. tit.* ſub conditione: *l. 20 l. 115. D. de verbor. oblig.* CONCEPTIS verbis iurare: Plaut. *Aſinar. Act. IV. ſcen. 2.* et *Bacchid. Act. IV. ſcen. 1.* Tacit. *Hiſtor. Lib. IV. Cap. 31.* vt et CONCEPTIS verbis peierare: Cicero *pro Cluent. Cap. XLVIII.* CONCEPTA verborum obligatio. *§. 12. Inſt. de inutil. ſtipul.* ¶. 2. CONCEPTVS in vtero. Sic CONCEPTVS in adulterio: *l. 1. §. 9. D. de Carbon. edict.* CONCEPTVS ab eo partus: *l. 8. D. de his qui ſui vel al. iur.* ante furorem CONCEPTI, in furore editi: *ibid.* CONCEPTVS partus: *l. 11. §. 2. D. de Public.* CONCEPTVM tueri: *l. 14. D. de Aedilic. edict.* ¶. 3. CONCEPTVM furtum dicebatur, quum apud aliquem, teſtibus praeſentibus, furtiua res quaeſita et inuenta erat. Nam in eum propria actio conſtituebatur furti concepti *§. 4. Inſt. de oblig. quae ex del.* Paull. *Sent. II. 31, 3. Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VII. §. 5.* Vetus Gloſſ. CONCEPTVM *furtum dicitur, quum quis, praeſentibus* ☞ *teſtibus, rem furtiuam inuenit apud aliquem.* CONCIPERE furtum, fuit idem, ac rem furtiuam ſollemni ritu quaeſitam inuenire. Ritus ille in eo conſtitit, quod adhiberentur *lanx* et *licium.* Gell. *Noct. Attic. XVI, 10.* Quamuis vero alii aliter hanc perquiſitionem deſcripſerint, notaeque ſint iuſtae commentationes Marci Tatii Alpini et V. C. Abr. Wielingii, *de furto per lancem et licium concepto:* mihi tamen adhuc veroſimillima videntur, quae de eo ritu diſſerui in *Antiqu. Rom. Lib. IV. Cap. I.* HEIN.

¶. 4. CONCEPTVM, admiſſum. Fraude id ☞ CONCEPTVM eſt: *l. vlt. pr. D. de SC. Vellei.* Ita et Cicero *poſt redit. ad Quir. Cap. I.* CONCIPERE *ſcelus*, dixit. HEIN.

CONCHA apud mare rubrum et creſcit et coaleſcit. *l. 19. §. 18. D. de aur. arg. leg.* Qua de re conſulendus eſt Plinius *Lib. IX. Cap. 15. 16.* ☞ Loquitur autem *d. l. 19.* de conchis, in quibus margaritae naſcuntur, de quibus et hodie ſatis conſtat, in mari iſto, quod veteres *Erythraeum*, vel *rubrum* adpellabant, praeſtantiſſimas reperiri. HEIN.

¶. 2. CONCHAE etiam pictoris inſtrumento cedunt. *l. 7. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* ¶. 3. Quin et ſupellectili adnumerari CONCHAS, ait Paullus *Sent. III, 6, 56.* ¶. 4. Adde, in mundo ☜ etiam muliebri eſſe CONCHAS. Paull. *ibid. §. 83.* nec non in argento potorio. Paull. *ibid. §. 90.* Iuuenal. *Sat. VI. v. 303.* *Quum bibitur* CONCHA. Nimirum CONCHAE, quatenus in ſupellectile et mundo muliebri erant, dicebantur pelues capaciores, in quibus pedes lauabant, ceu explicat vetus Scholiaſtes Iuuenalis *ad Sat. III. v. 277.* Immo CONCHIS etiam vnguenta, quae et ipſa in mundo muliebri ſunt, ſeruabantur. Horat. *Lib. II. Od. 7.* *Funde capacibus vnguenta de* CONCHIS. Quum vero eiusdem formae pateris capacioribus et vinum haurire coepiſſent combibones, inter vaſa etiam potoria nominatae ſunt CONCHAE. HEIN.

CONCHYLIVM, in *l. 6. C. de diuerſ. reſcript. l. 4. C. de veſt. olober.* eſt piſcis genus, ex cuius inciſa concha colligitur ſuccus, tingendis veſtibus olim expetitus. Ex eo enim inficiebatur purpura. Latine *murex* dicitur. Vide Plin. *Lib. IX. Cap. 35.* et Caſſiodor *Lib. I. Var. Epiſt. 2.* Iſidor. *Orig. Lib. XIX. Cap. 28.* Legebantur vero maxime in Tyri, Phoeniciae metropoleos, littore huiusmodi piſces, etiam eſus non ingrati. Vnde Guillelmus, Tyrienſis pontifex, *Lib. XIII. de bello ſacro Cap. I.* de Tyro agens: *Haec*, ait, *et tritici et* CONCHYLII, *et pretioſi muricis inuentrix, egregio purpuram colore primo inſigniuit. Vnde et praecipua inter eas, etiam hodie vrbis trahens nuncupationem, Tyria dicitur.*

CONCHYLILEGVLI, κογχυλευταί, ☜ qui conchylia legunt, alias *murileguli. Nouell. XXXVIII. Cap. 6.* Erant per orientem et occidentem certae familiae huic adſtrictae conditioni, de quibus Cuiac. *ad tit. C. de murilegul.* et Iac. Gothofr. *ad eundem Codicis Theod. titulum* HEIN.

CONCIDERE teſtamentum, id eſt, incidere. *l. 1. §. 3. D. de his quae in teſt. del.* CONCISVM lignum. *l. 55. D. de legat. III.*

CONCILIABVLVM, a municipio, colonia, oppido, praefectura, vico, caſtello, ſeparatur apud Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 6. §. 2.* vt et in lege Mamilia: QVAE COLONIA, HAC LEGE DEDVCTA, QVODVE MVNICIPIVM, PRAEFECTVRA, FORVM, CONCILIABVLVM CONSTITVTVM ERIT. Apud Liuium etiam *fora* et CONCILIABVLA non ſemel disiunguntur, vt *Lib. VII. Cap. 15. et Lib. XXV. Cap. 5.* Frontin. *de limit. agror. p. 41.* *Sed, vt ad hoc reuertamur, hoc* CONCILIABVLVM *fuiſſe fertur, poſtea in municipii ius relatum.* Et Aggen. Vrbicus *p. 60.* *Sunt autem loca publica coloniarum, vbi prius fuere* CONCILIABVLA, *et poſtea ſunt in municipii ius relata.* CONCILIABVLA porro Feſtus *Lib. III.* interpretatur *loca, vbi in concilium conuenitur.* Iſidor. *Lib. XV. Orig. Cap. 2.* *Pagi apta ſunt aedificiis loca inter agros habitantibus.* *Haec et* CONCILIABVLA *adpellata, a conuentu et ſocietate multorum in vnum.* Gell. *Noct. Lib. I. Cap. 7.* orationem Gracchi, *circum* CONCILIABVLA *dictam*, citat. Relinquitur igitur, CONCILIABVLA conuentum hominum in agris eſſe, qui nec *municipii*, nec *coloniae*, nec *praefecturae* iure cenſeatur. Attamen hi vici et iure nundinarum, et ☜ ea praerogatiua gaudebant, vt ibi conuentus iuridici haberentur, ad quos vicinorum vicorum pagorumque incolae confluebant. Rem omnem ſolide expoſuit Car. Sigon. *de iur. Ital. Lib. II. Cap. 15.* HEIN.

CON-

CONCILIATRIX vxor aeque, ac adultera, et venefica, iure repudiatur ex mente Papiani *in Reſponſo tit. XXII.* vbi *l. 1. C. Theod. de diuort.* citat. Quamuis autem CONCILIATRIX, teſte Feſto *Lib. III.* ſit, *quae conciliat viris vxores, et vxoribus viros*; hic tamen intelligitur lena, *ſtupri ſequeſtra*, et *adulterii internuncia*, vti Apulei. *de aſino aur. Lib. IX. p. 224.* adpellat. Quo ſenſu etiam Plautus *Mil. glorioſ. Act. V. ſcen. vlt. v. 16.*

Viduam eſſe cenſui:
Itaque ancillc, CONCILIATRIX *quae erat, dicebat mihi:*

CONCILIATRICVLAM vocat Cicero *pro Seſtio Cap. IX.* HEIN.

CONCILIVM, conuentus iuridicus populi vnius prouinciae. Tale CONCILIVM *Baeticae*, ad quod Hadrianus et Antoninus Pius reſcripſiſſe dicuntur. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 6. et 7. et l. 1. D. de abig.* vbi male legitur CONSILIVM. Has voces ſaepe perperam confuſas eſſe a librariis, Ioann. Fridr. Gronou. *in Not. ad Liu. XLIV. Cap. 2.* et Schulting. *vet. iurispr. anteiuſt. p. 773.* docent. HEIN.

CONCINNATOR. CONCINNATORES cauſſarum, *l. 9. §. 2. D. de offic. proconſ.* [Ita et CONCINNARE *ſibi malum*, dixit Phaedrus *Lib. II. fab. 4.* et CONCINNATORES *criminum*, Sidon. Apollin. *Lib. III. Epiſt. 12.*]

CONCIPERE actiones: *l. 8. D. de cap. min.* edictum: *l. 1. D. commod.* libellos: *l. 9. §. 1. D. de poen. l. 1. §. vlt. D. de adpell.* obligationem in futurum: *l. 35. D. de iudic.* pacta in perſonam vel rem: *l. 17. §. 5. l. 57. §. vlt. D. de pact.* poenam: *l. 71. D. de verb. oblig.* ſtipulationem: *l. 115. princ. D. de verb. oblig. l. 13. §. 2. et §. 3. D. de reb. dub.* teſtamentum: *l. 1. §. 3. D. de his, quae in teſt. del.* Atqui hic non legitur CONCIPERE, ſed CONCIDERE teſtamentum. HEIN. CONCIPERE vadimonium: Cicero *Lib. II. ad Quint. fratr. Epiſt. 15.* verba: *l. 66. D. de hered. inſt.* verbis: *l. 29. §. 1. D. de lib. et poſtum.* ¶. 2. CONCIPERE, impraegnari. CONCIPERE ex iuſtis nuptiis, vel vulgo. *l. 5. l. 18. D. de ſtat. hom.* ¶. 3. CONCEPIT radicem arbor. *l. 3. D. arb. furt. caeſ.*

CONCITARE hoſtem: *l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.* CONCITARE lites. *l. 1. D. eod. tit.*

CONCITATOR populi: *l. 38. §. 1. D. de poen.* Paull. *Sentent. Lib. V. tit. 22. §. 1.* ſeditionum. *l. 16. D. de adpellat.*

CONCLAVE binarum aedium: *l. 47. D. de damn. inf.* ſupra concamerationem aedium: *l. 31. D. de legat. III.* CONCLAVE intrare: *l. 21. §. 7. D. de furt.* In eodem CONCLAVI eſſe: *l. 1. §. 26. et §. 29. D. de SC. Silan.* In quo CONCLAVI mulier paritura eſt: *l. 1. §. 10. D. de inſpic. ventr.* In imo pariete CONCLAVIS: *l. 28. D. de ſeru. praed. vrban.* CONCLAVE carceris. *l. 3. C. Th. de cuſtod. et exhib. reor.*

CONCLVDERE, CONCLVDI. Sic CONCLVDITVR anno actio: *l. 2. C. de aedilic. edict.* plures cauſſae vna quantitate CONCLVDVNTVR: *l. 5. §. 2. D. iudic. ſolu.* CONCLVDI fine: *l. 6. C. de inſtit.* certis finibus: *l. 7. l. 9. C. de ſent. et interloqu.* CONCLVDITVR homo, i. e. captiuus detinetur: *l. 5. princ. D. ad leg. Iul. de vi publ.* CONCLVDITVR hoc iudicium. *l. vlt. D. ſi quis ius dic. non obtemp.*

CONCORDARE, in gratiam redire, tranſigere, conſentire. CONCORDARE cum herede: *l. 32. D. de vſu et vſufr.* CONCORDANTE VXORE: *l. 5. C. de repud.* CONCORDANS matrimonium: *l. 1. §. vlt. D. de lib. exhib.* Bene CONCORDATVM matrimonium. *l. 11. §. 11. D. ad leg. Iul. de adult.*

CONCORDIA, ancillae nomen. *l. 40. D. de fideic. libert.* ¶ 2. CONCORDIA pro animorum conſenſione. CONCORDIA fratrum: *l. 11. C. de transact.* maritalis. *l. 5. C. de inſtitut.*

[**CONCORDIVM**, pro concordia, *ἀρχαϊκῶς* vſurpatur, in *l. 27. D. de pact. dotal.*] Immo non *ἀρχαϊκῶς*, ſed oone. Exemplo enim caret haec loquutio. Et ſane quum praeter Florentinum alii codices habeant venali CONCORDIA, non *concordio*: quid prohibet, quo minus pro librarii vitio habeamus formam illam inſolitam? Vid. Car. Andr. Duck. *de Latinit. vet. iurisc. p. 339.* HEIN.

CONCRATITIVS paries. Ita quidam legunt *l. 52. §. 13. D. pro ſoc.* quamuis in aliis editionibus ſit CRATITIVS, quo vocabulo et Vitruu. *Lib. II. Archit. Cap. 8.* vtitur, vbi de eo parietum genere: CRATITII *vero*, inquit, *velim quidem, ne inuenti eſſent. Quantum enim celeritate et loci laxamento proſunt, tamen maiori et communi ſunt calamitati, quod ad incendia, vti faſces, ſunt parati.* Dicti vero CRATITII ab arrectarum tranſuerſarumque cannarum ſtructura in cratis modum, quamuis et ſi ligna in modum cratis infererentur, et plexe intercurſarent parietem, is CRATITIVS diceretur. Vid. Guil. Philandri *Not. ad Vitruu. ibid. p. 31.* HEIN.

CONCVBINA eſt, quae, quum vxor non ſit, cum aliquo tamen viuit, et ſine nuptiis in domo eſt. *l. 144. D. de verb. ſignif. tit. D. et C. de concubin. l. 56. D. de rit. nupt. l. 31. D. de donat. l. 29. pr. D. de legat. III. l. 13. l. 34. D. ad leg. Iul. de adult. l. 16. §. 1. D. de his, quae vt indign. l. 8. D. de pign. l. vlt. C. commun. de manum.* Vetus Gloſſarium Graecum: *παλλακή ἐστι, ἡ συζῶσα τινὶ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ νομίμως, χωρὶς γάμου.* CONCVBINA *eſt, quae cum aliquo viuit in domo, concedentibus legibus, ſine iuſtis nuptiis.*

CONCVBINATVS, talis coniunctio adpellatur *l. 58. D. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. D. de diuort.* In CONCVBINATV eſſe cum aliquo: *l. 46. D. de oper. libert.* In CONCVBINATV ſe dare, *l. 13. D. ad leg. Iul. de adult.*

CONCVBITVS, pro iuſto coitu. CONCVBITVS nuptias non facit. *l. 30. D. de reg. iur.* ¶. 2. CONCVBITVS, pro concubinatu. In CONCVBITV patroni eſſe. *l. 46. D. de op. libert.*

CONCVMBERE cum vxore. *l. 6. D. de his, qui ſui vel al. iur.*

CONCVRATOR, qui curam ſimul cum alio adminiſtrat. *l. 19. D. de adm. et peric. tut. l. 3. §. 6. D. de ſuſp. tut. §. 1. Inſt. de ſatisdat. tut.* Eademque dicendi figura dicitur CONTVTOR, *l. 5. D. de ſuſp. tut. l. 14. l. 24. §. 1. l. 32. §. vlt. l. 54. D. de adminiſtr. et peric. tut.* CONFIDEIVSSOR, *l. 10. D. de fideiuſſ.* CORREVS, *l. 3. §. 3. D. de liberat. leg.* et CONSOCER, vt ſuo loco comprobabo.

CONCVRRERE tam perſonae, quam res dicuntur. De perſonis exſtant exempla huiusmodi. CONCVRRERE alicui: *l. 2. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* non concurrente altero: *l. 2. D. quib. mod. vſusfr.* CONCVRRVNT cognati: *l. 1. D. de grad. et adfin.* CONCVRRVNT duo: *l. 44. D. ad leg. Aquill.* CONCVRRENTIBVS extraneis: *l. 116. D. de legat. I.* CONCVRRIT fratri: *l. 16. D. de inoffic. teſt.* CONCVRRENTE patre: *l. 1. §. 2. D. de coniung. cum emancip. lib.* in pignus: *l. 7. D. qui pot. in pign.* CONCVRRERE in eundem ſeruum: *l. 84. §. 12. D. de legat. I.* CONCVRRERE in vſu. *l. 3. §. 1. D. de vſu et habitat.* ¶. 2. Ad concurrentes alias ſpecies pertinent exempla, quae ſequuntur: CONCVRRIT actio: *l. 5. §. 1. D. ad leg. Aquill.* CONCVRRVNT actiones: *l. 43. §. vlt. D. de reg. iur.* CONCVRRENTES actiones: *l. 60. D. de obl. et act. §. vlt. Inſt. ſi quadr. paup. fec.* CONCVRRVNT adoptionis et naturalia iura: *§. 2. Inſt. de adopt.* ambo in pignus CONCVRRVNT: *l. 15. §. 18. D. qui pot. in pign.* CONCVRRENTIA delicta: *l. 2. D. de priu. del.* CONCVRRVNT in eiusdem perſonam et emolumentum legati, et obligatio iuris: *l. 17. quando dies leg. ced.* CONCVRRVNT impenſae: *l. 7. D. ſol. matr.* CONCVRRENTE vtroque iure: *l. 4. D. de grad. et adfin.* CONCVRRVNT naturalia et adoptionis iura: *§. 2. Inſt. de adopt.* obligationes: *l. 10. D. de act. emt.* CONCVRRENS pecunia: *l. 58. §. 3. D. ad SC. Trebell.* CONCVRRVNT poſſeſſiones: *l. 19. D. de precar.* priuilegia: *l. 32. D. de bon. auct. iud.* CONCVRRIT quaeſtio ſtatus diſceptationi: *l. 3. C. de iudic.* CONCVRRENTES quantitates: *l. 11. D. de compenſ. l. 4. C. eod. tit.* CONCVRRVNT ſponſalia in id tempus: *l. 13. §. 2. D. de his, qui not. inf.* CONCVRRIT ſumma: *l. 34. §. 5. D. de legat. II.* Quod CONCVRRIT cum ſumma: *l. 53. D. de legat. I.* Vtrobique autem CONCVRRERE, et *excedere* opponuntur. CONCVRRIT cum veritate: *l. 30. §. 3. D. de adqu. vel omitt. hered.* CONCVRRIT in vnum: *l. 68. D. de legat. I.* Quum haec omnia in vnum CONCVRRANT: *l. 57. §. vlt. D. de rit. nupt.* Si omnia vndique in vnam aequalitatem CONCVRRANT: *l. 8. D. de pact.* Haec debent CONCVRRERE. *l. 7. §. 16. D. de Public. in rem act.*

CONCVRSVS. CONCVRSV diuiditur vſusfructus: *l. 3. D. de vſufr. adcreſc.* partes fiunt: *l. 80. D. de legat. III.* partes habere: *l. 15. §. 18. D. damn. inf. l. 1. §. 3. D. de vſufr. adcreſc.* per CONCVRSVM diuiſus vſusfructus: *l. 1. §. vlt. D. de vſufr.* quaſi concurſus non fuerit: *l. 10. D. de dot. praeleg.* CONCVRSV autem partes facere dicuntur legatarii, quibus in ſolidum res eadem legatur. Concurrentes enim, et legatum adgnoſcentes, inuicem ſibi partes auferunt, *d. l. 1. §. 3. D. de vſufr. adcreſc. l. 34. §. 9. D. de leg. I.* ſcinditurque inter eos legatum. *§. 8. Inſt. de legat.* [Sic et CONCVRSVS actionum: *Inſcriptio l. 34. l. pen. D. de obl. et act. l. 88. D. de furt. l. 43. §. 1. l. 130. D. de reg. iur.* creditoris vtriusque: *l. 7. pr. D. qui pot. in pign.* iurisdictionis, proprietatis, et poſſeſſionis. Quamuis enim abſtracte conſiderata poſſeſſio nihil commune habeat cum proprietate: *l. 12. §. 1. D. de adquir. vel amitt. poſſ. l. 1. §. 2. D. vti poſſid.* in concreto tamen proprietas cum poſſeſſione in dominio concurrit.]

CONCVSSIONIS crimen committitur, quoties aliquid terrore poteſtatis illicite extorquetur, et aufertur. *l. 1. D. de concuſſ. l. 3. l. 4. C. de condict. ob turp. cauſſ. l. vn. C. ex delicto def. l. vlt. C. de mod. mulct.*

CONCVTERE, terrore poteſtatis perterrefacere ſignificat. *l. 6. §. 3. D. de offic. praeſ. l. 4. C. ad leg. Iul. repet.* et apud Paull. *Sent. V, 25, 13.* Ferrand. Diac. *in Paraenet. ad reginam*: CONCVTERE ait eſſe, *aperte facere violentiam.* Sed et, quod per euidentem calumniam, ſpecie transactionis, extorquetur, in concuſſionis nomen cadit. *l. 1. §. vlt. D. de calumn.* ¶. 2. CONCVTERE in ſenſu proprio, quaſſando mouere. Sic CONCVSSVS paries: *l. 18. §. 11. D. de damn. infect.* CONCVSSVM terrae motu aedificium. *l. 59. D. locati.*

CONDEMNARE, damnare, modo cum genitiuo caſu vt COMDEMNARI dupli: *l. 2. D. de euict.* pecuniae: *l. 39. D. de oper. libert.* amplioris pecuniae: *l. 16. D. de in rem verſ.* ſponſionis. Cic. *pro A. Caec. Cap. XXXI.* ſummae: *l. 22. D. de re iud.* maioris ſummae: *l. 39. §. vlt. D. de oper. libert. l. 22. D. de re iud.* pluris vel minoris: *l. 55. D. de re iud.* ¶. 2. Modo cum accuſatiuo, et quidem vel ſine praepoſitione, vel cum ea. Sic CONDEMNATVS certam pecuniam: *l. 5. D. quando ex fact. tut.* quantitatem: *l. 45. D. de fideiuſſor.* COMDEMNARI in fructus: *l. 19. D. de vſur.* in partem pretii: *l. 31. §. 5. D. de Aedil. edict.* plures in vnam ſummam: *l. 10. §. vlt. D. de adpellat.* in quadruplum: *l. 9. §. vlt. l. 14. §. 3. D. quod met. cauſſ.* in vnam quantitatem: *l. 3. D. de re iudic.* in vſuras. *l. 7. §. 14. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 3. Modo cum ablatiuo, vt CONDEMNARI aeſtimatione partis: *l. 6. §. 9. D. comm. diuid.* diuerſis ſummis: *l. 38. §. vlt. D. de re iud.* quadruplo: *l. 9. §. 7. D. quod met. cauſſ.* reliquo: *l. 1. D. arb. furt. caeſ.* decem, quinque, quindecim: *l. 27. §. 3. D. de recept. arbitr.* centum: *l. 1. §. 1. D. quae ſent. ſine adpell.* CONDEMNARI certa pecunia: *l. 3. D. ſin. reg.* fructibus: *l. 16. §. 3. D. de pignor.* ¶. 4. CONDEMNARE, pro condemnationem aduerſus aliquem obtinere, et, vt iuriſconſulti loquuntur, iudicatum debitorem facere: *l. 2. D. de admin. et peric. tut. l. 6. §. 5. D. de his, qui not. infam. l. 33. D. de iure dot. l. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* Cicero *pro Caecin. Non ſolum egeris, verum etiam* CONDEMNARIS, *licet.* Idem *pro Roſc. Comoedo Cap. IX. Itaue vero, quem per arbitrum circumuenire non poſſes, cuius de ea re proprium iudicium erat, hunc per iudicem* CONDEMNABIS? Sueton. *in Tiber. Cap. VIII. Fannium Caepionem reum maieſtatis fecit, et* CONDEMNAVIT, id eſt, peregit.

CONDEMNATIO fit: *l. 1. §. 2. D. quae ſentent. ſine adpell. l. 68. D. de rei vind. l. 41. D. de iudic.* facienda: *l. 6. D. de vi et vi arm. l. 37. §. vlt. D. de iniur. l. 2. §. pen. D. ne quid in loc. publ. l. 50. D. de furt.* in tantum fiet, quanti: *l. 8. §. 3. D. de precar.* CONDEMNATIO facta: *l. vlt. §. 1. D. de adpell. l. 4. C. de poſ. l. 6. C. mand. l. 3. C. de ſent. quae ſine.* minoris facta: *l. 15. C. de vſur.* Nullam fieri CONDEMNATIONEM: *l. 5. §. vlt. D. de rei vind.* CONDEMNATIONES factae: *l. 36. D. famil. erciſc.* CONDEMNATIONEM pati: *l. 14. §. 4. D. quod met. cauſſ.* CONDEMNA-

TIONE

TIONE plecti: *l. 14. §. 9. D. eod. tit.* CONDEMNATIO partis: *l. 24. §. vlt. D. ſol. matrim.* pecuniaria: *l. 5. D. ſi ex nox. cauſſ.* pecuniae: *l. 20. D. de tut. et rat. diſtr.* in perſonam: *l. 6. C. de iudic.* ſortis. *l. 59. §. 3. D. de re iud.* ¶. 2. At in *l. 8. C. de pign.* et *l. vn. C. etiam ob chirogr. pecun. pign.* CONDEMNATIONEM facere, eſt eam obtinere.

CONDEMNATOR pro eo, qui reum peregit, apud Tacit. *Annal. Lib. IV. Cap. 66.*

CONDEMNATVS, A, VM. CONDEMNATVS maiore pecunia: *l. 20. D. de tutel. et rat. diſtr.* pluribus ſummis: *l. 10. §. 1. D. de adpellat.* magno: *l. vlt. D. de fideiuſſor.* poſſeſſor de fructibus: *l. 35. D. de rei vind.* iudicio. *l. 58. D. eod. tit.* ¶. 2. In his verbis edicti Praetorii, quod ſub *tit. D. de re iud.* proponitur, CONDEMNATVS, *vt pecuniam ſoluat*, accipiendus eſt is, qui rite condemnatus eſt, vt ſententia valeat. Ceterum ſi qua ratione ſententia nullius momenti ſit, CONDEMNATIONIS nomen non tenet. *l. 4. §. 6. D. de re iudic.* Alias quoque traditur, DAMNATVM quem ita videri, ſi damnatio teneat.

CONDEMNATVS, ſubſtantiuum quartae declinationis, pro condemnatione dicitur, vt *ſtipulatus* pro ſtipulatione: *l. vlt. D. de re iud.*

CONDERE, CONDI. CONDVNTVR ciuitates: *§. 11. Inſt. de rer. diuiſ.* iura: *§. 8. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* Ouid. *Lib. II de remed. amor. v. 465.*

Ac ne forte putes, noua me tibi CONDERE *iura.*

CONDVNTVR leges: *l. 3. l. vlt. C. de legat.* CONDERE et *facere* luſtrum, pro eodem dicta eſſe, Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* docet. CONDITA regna: *l. 5. D. de iuſt. et iur.* CONDITVM teſtamentum. *l. 7. C. de teſtam.* ¶. 2. CONDI, recondi, abſcondi. Sic dicitur CONDI corpus: *l. 14. §. 3. D. de religioſ.* CONDENDI corporis cura: *l. 88. §. 1. D. de legat. II.* CONDITI fructus: *l. 5. §. 9. D. de reb. eor, qui ſub tut.* CONDVNTVR libri: *l. 52. §. 1. D. de legat. III.* CONDITAE merces in horreis: *l. 74. D. de contrah. emt.* In CONDITO habere. *l. 97. D. de legat. III.*

CONDICERE, olim denunciare ſignificabat. *§. 15. Inſt. de action.* CONDICTIO, ait Feſtus *libro III.* eſt in diem certum *eius rei, quae agitur, denunciatio.* Vnde *ſtatum* CONDICTVM*que diem* decemuiri in XII. Tab. adpellarunt iudicii cauſſa conſtitutum, vt ex Cicerone *Lib. I. de offic. Cap. 12.* et Plauto *in Curcul. Act. 1. ſc. 1. v. 5.* liquet. Idem Feſtus CONDICTVM interpretatur *ſimul dictum.* Nam CONDICERE nihil aliud eſt, quam diem locumque commoni conſenſu conſtituere. *l. 66. D. de contr. emtion.* ¶. 2. CONDICERE etiam eſt idem, ac actione perſonali experiri. Sic CONDICERE cautionem: *l. 3. C. de poſtul.* dotem: *l. 17. §. vlt. D. de reb. auct. iud.* liberationem: *l. 6. C. de iur. et fact. ign. l. 8. §. 2. D. ad SC. Vellei.* ſatisdationem. *l. 1. D. vt in poſſeſſ. leg.* ¶. 2. [CONDICERE, pro contradicere, in pandectis Florentinis ſcriptum videtur, in *l. 22. §. 6. D. ſol. matrim.*]

CONDICTIO, omnem in perſonam actionem generaliter adpellari, traditum eſt, quod olim, qui in perſonam agerent, aduerſario denunciare ſolerent, vt certa die iudicio adeſſet, quemadmodum Theophilus in *§. 15. Inſt. de act.* ſcribit. Igitur in perſonam actio CONDICTIO dicitur, *l. 25. D. de obl. et act. l. 1. C. de donat. quae ſub mod.* et CONDICTITIA actio, *l. 7. D. de condict. cauſſ. dat. l. 24. D. de reb. cred. §. 1. Inſt. quib. mod. re contr. obl. l. 3. C. de donat. quae ſub mod.* et CONDICTITIA ſimpliciter. *l. 55. D. de donat. int. vir. §. 24. Inſt. de act.* Vetus Gloſſarium: CONDICTITIA ἀπαιτητικὸς λόγος τοῦ οἰκείου δανείου, ἤ ἐστι ἀπαιτητικὸς λόγος τοῦ κατὰ πλάνην καταβληθέντος χρέους. CONDICTITIA, *eſt petitio mutui, vel repetitio debiti per errorem ſoluti.* Eadem et actio CONDICTIONIS dicitur: *l. 1. C. de condict. indeb. l. 2. C. de condict. ob cauſſ. dat.* Vetus Gloſſarium Graecum: CONDICTIO κονδικτίκιος δανειστικός. Sed et CONDICTITIA, pro condictione furtiua ponitur, in *l. 13. §. 2. D. de iureiur.* ¶. 2. CONDICTIO autem, vel *certi*, vel *incerti.* CERTI condictio ex omni cauſſa competit, ex qua certum petitur. *l. 9. l. 24. D. ſi cert. pet. l. 28. §. 4. D. de iureiur. l. 17. in fin. D. de inſtitor. act. l. 17. §. 2. D. rer. amot. pr. Inſt. quib. mod. re contr. obl. et pr. Inſt. de verb. obl.* quae et CONDICTITIA actio, per quam CERTVM petitum, adpellatur. *l. 24. D. de reb. cred. l. 13. §. 2. D. de iureiur.* ¶. 3. CONDICTIO incerti ex diuerſo ex omni cauſſa datur, ex qua incertum petitur. Cuiusmodi CONDICTIONIBVS et liberationes, et cautiones, et iura praediorum, quorum incerta aeſtimatio eſt, condicuntur. *l. 2. §. 3. D. de donat. l. 3. D. de condict. ſin. cauſſ. l. 5. l. 8. D. de act. emt. l. 46. in fin. pr. D. de iur. dot. l. 12. D. de nouat. l. 22. §. 1. l. 40. §. 1. D. de condict. indeb. l. 35. D. de ſeru. vrb. praed. l. 16. §. 12. D. de min. l. 5. §. 1. D. de vſufr. ear. rer. l. 12. in fin. D. de condict. furt. l. 3. C. de poſtul.* ¶. 4. Praeter illas autem CERTI et INCERTI *condictiones*, de quibus egimus, hae CONDICTIONVM ſpecies in libris noſtris memorantur: *indebiti, cauſſa data, cauſſa non ſequuta, ob turpem cauſſam, ſine cauſſa, furtiua, ex lege, triticiaria. Indebiti* eſt, quae ad repetendum indebitum, ſolutum, vel promiſſum, competit. *Ob cauſſam*, quae ad repetendum id, quod ob rem datum eſt, cauſſa non ſequuta, datur. *Ob turpem cauſſam*, quae ob turpem cauſſam dati repetitionem continet. *Sine cauſſa*, qua, quod ſine cauſſa datum eſt, vel ad aliquem ſine cauſſa peruenit, aut denique ſine cauſſa apud aliquem eſſe incipit, condicitur. *Ex lege*, quae ex lege noua deſcendit, quae proprium actioni, quam dat, nomen non tribuit. *l. 1. D. de cond. ex lege. l. 28. D. ad leg. Iul. de adulter. l. vlt. C. de petit. hered. §. 24. et 25. Inſt. de action.* Sic et CONDICTIO liberationis. *l. 1. C. de error. calc.* ¶. 5. Hinc loquutiones a CONDICTIONE conſequi, ne liberetur: *l. 3. D. de cond. ſine cauſſ.* per CONDICTIONEM agere: *l. 5. §. 1. D. de condict. indeb.* petere: *l. 41. D. ſol. matr. l. 53. D. eod. tit. l. 22. D. rat. rem hab.* repetere: *l. 22. §. 9. D. mand. l. 7. C. de non num. pecun. l. 7. C. de interd. matr. l. 3. §. vlt. de transact.* Per CONDICTIONEM petere: *l. 31. D. de reb. cred.* per CONDICTIONEM reddi: *l. 2. C. de condict. ex lege.* CONDICTITIA experiri: *l. 55. D. de donat. int. vir. et vxor.*

CONDITA, adpellabant ſpecies et copias publicas, in horreis ſeruandi cauſſa repoſitas. *tit. C. de condit. in publ. horr.* Capitolin. *in Gordian. Cap. XXVIII. Cuius viri tanta in republica diſpoſitio fuit, vt nulla eſſet vmquam ciuitas limita-*

nea potior, et quae poſſet exercitum populi Romani ac Principem facere, quae totius anni in aceto, frumento, et larido, atque hordeo, et paleis CONDITA *non haberet.* Symmach. *Lib. I. Epiſt.* 19. *Quum clementia veſtra meminiſſet, carrucae faciendae impendium de ſacro aerario eſſe decretum: cenſuit, vt eius argentum publicis* CONDITIS *redderetur.* Idem *Epiſt. XXXIV.* de frumento et oleo annonario agens: *Cuius rei V. C. praefectus annonae, partium ſuarum diligens exſequutor, praetorianae ampliſſimae praefecturae, (vt ipſe adſerit,) dudum fecit indicium, miſſis de more breuibus, quae anguſtias patefacerent* CONDITORVM. Ammian. Marcellin. *Lib. XXIX. Cap.* 5. *A prouincialibus commeatum exercitui prohibuit dari, merces et* CONDITA *hoſtium virtutis noſtrorum horrea eſſe, virtute memorans ſpecioſa.*

CONDITIO, vel in *praeſens*, vel in *futurum*, vel in *praeteritum* confertur. *l. 16. §. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 10. §. vlt. D. de condit. inſtit. l. 100. D. de verb. oblig. §. 6. Inſt. eod. tit.* Sed eae demum poteſtatem conditionum obtinent, id eſt, in euentum aliquem negotium ſuſpendunt, quae in futurum conferuntur. *l. 37. l. 39. D. de reb. cred.* ¶. 2. CONDITIONES vero, quae in futurum conferuntur aliae in CASVM, et incertum euentum; aliae in ARBITRIVM conferuntur. Illas CASVALES Iuſtinianus adpellat, quod ex fortuito caſu pendeant. *l. vn. §. fin. autem C. de caduc. toll.* iuriſconſulti vocant *in euentum collatas* CONDITIONES: *l. 78. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* et *in caſu conſiſtentes*: vti in *l. 33. §. pen. D. de fideic. libert.* item, *quae non ſunt in poteſtate*: in *l. 31. §. 1. D. ad SC. Trebell.* Alias POTESTATIVAS Iuſtinianus vocat, d. *l. vn. C. de caduc. toll.* Iuriſconſulti CONDITIONES, in arbitrium collatas: *l. 13. D. de adquir. vel omitt. hered.* CONDITIONES, *quae ſunt in arbitrio*: *l. 1. §. 8. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 1. §. 8. D. de ſuis et legit. hered. Quae ſunt in poteſtate* noſtra, in *l. vlt. D. de condit. inſtit. l. 77. D. de condit. et demonſtr. l. 4. D. de hered. inſt.* Videntur etiam adpellari *promiſcuae*, in *l. 11. §. 1. D. de condit. et dem.* ¶. 3 CONDITIONES praeterea vel ſunt in DANDO, vel FACIENDO, *l. 6. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 33. §. 1. D. de fideic. libert. l. 8. D. ſi quis omiſſ.* Illae in DANDO conſiſtunt, *l. 31. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 68. D. de ſolut.* vel, vt in *l. 82. D. de condit. et demonſtr*, Calliſtratus loquitur, *in datione exſiſtunt.* Hae in FACIENDO conſiſtunt, *l. 68. D. de ſolut.* vnde et *facti conditiones* vocantur. *l. 31. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Alias CONDITIONES facti opponuntur CONDITIONIBVS iuris, id eſt, quae ex iure veniunt. *l. 21. D. de condit. et demonſtr.* ¶. 4. CONDITIONES praeterea quaedam POSSIBILES, quaedam IMPOSSIBILES dicuntur, quarum definitiones vide apud Paull *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 1.* Alias CONDITIONVM differentias pete ex *l. 2. l. 11. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* Tales CONDITIONES *adſcribi, dari, poni, praeponi, adponi, adiici, inici, inſeri*, dicuntur. CONDITIONEM porro *pendere, ſuſpendi, euenire, exſiſtere*, et *impleri*, et contra *deficere*, et *exſtingui*, dicimus. *Ex* CONDITIONE, vel *in* CONDITIONEM: *l. 15. §. 4. D. de de teſtam. milit.* et *ſub* CONDITIONE, paſſim. ¶. 5. [CONDITIO tacita, *l. 68. D. de iur. dot.* Quales tamen nos non paſſim comminiſci et inducere debere, niſi ex re ipſa, aut verbis quibusdam, manifeſtum ſit, contrahentes talem conditionem poſuiſſe, monet Cuiac. *Obſeru. Lib. XXV. Cap. 17. et 18.*] ¶. 6. CONDITIO alias et qualitatem et ſtatum perſonarum ſignificat. *l. 32. §. 2. et l. 34. D. de adquir. vel omitt. hered. l. pen. D. qui ad libert. procl.* Vnde CONDITIO mancipiorum: *l. 15. D. de vſufr.* CONDITIONEM matris ſequi: *l. 1. C. de poſtl. reuerſ.* CONDITIONES agrorum, id eſt, qualitates: *l. 1. §. 23. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* De quibus libellum elegantem ſcripſit Siculus Flaccus. [Sic modus poenae ex CONDITIONE perſonae ſumendus: *l. 2. l. 3. D. de term. mot.* vel prout perſonae CONDITIO eſt. *l. 38. §. 9. D. de poen*] CONDITIO *humana*, eleganter pro fragilitate naturae humanae accipitur. Modeſtinus *l. pen. D. de condit. inſt.* Memor humanae CONDITIONIS, ſepulturae tradidit. Valer. Max. *Lib. VI. Cap. 3. Inſepulta cadauera iacuerunt, ſupremusque* HVMANAE CONDITIONIS, (ita legendum pro *concionis*) *honos filiis Gracchi, et nepotibus Africani, defuit.* HEIN. ¶. 7. CONDITIO quoque pro nominibus vſurpatur. Ita non bonam CONDITIONEM eligere. *l. 7. §. 2. D. de admin. et peric. tut.* ¶. 8. CONDITIO, vt Donat. *in Andr. Act. I. ſcen. I.* ait, etiam eſt *pactio, certam legem in ſe continens.* Vnde et Cicero *conditiones pactionesque* paſſim coniungit. CONDITIO, quae initio contractus dicta eſt: *l. 6. §. vlt. D. de contrah. emt.* nulla CONDITIONE emere poſſe domum: *l. 30. §. vlt. D. de legat. III.* Ea CONDITIONE nauem conduxiſti, vt ea merces tuae portarentur: *l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod. poſſe* non hac CONDITIONE deponi: *l. 39. D. mand.* Sub hac CONDITIONE ſtare locationem. *l. 25. D. locat.*
¶. 9. CONDITIO interdum pro matrimonio et coniunctione ſponſaliorum et nuptiarum vſurpatur. *l. 36. D. de rit. nupt. l. vlt. D. de proxenet. l. 65. D. de iudic. l. 19. C. de nupt.* Liu. *Lib. III. Cap.* 45. Sueton. *in Galba Cap. V.* Seneca *libro de ſuperſtitione*, citante Auguſtino: *Quosdam tamen caelibes relinquimus, quaſi* CONDITIO *defecerit.* Hoc ſenſu CONDITIONES *expediri*, ait *l. vlt. D. de ſponſal.* CONDITIONEM quaerere: *l. 36. D. de rit. nupt.* CONDITIONES, *quaeſitas per amicos*, Sueton. *in Auguſto Cap. LXIX.* Arnob. *adu. gent. Lib. I. Atque in coniugalia foedera veniunt,* CONDITIONIBVS *ante quaeſitis.* Sic CONDITIONES *deligere* apud Plin. *Lib. I. Epiſt.* 14. *de* CONDITIONIBVS *tradere*: Sueton. *in Claud. Cap. XXXVI. Faſtidire* CONDITIONES: Seneca *Lib. VII. contr.* 6. *Repudiare* CONDITIONEM: *l. 11. D. de rit. nupt.* CONDITIONEM *nuptiarum inuentam*, idem Seneca *Lib. III. contr.* 1. CONVENTA *conditio*, vt Feſtus ait, etiam dicebatur, *quum primus ſermo de nuptiis, et earum conditione, habebatur.* Itaque et in renunciatione ſponſaliorum haec verba prolata fuiſſe: CONDITIONE TVA NON VTOR, ait Caius. *l. 2. D. de ſponſal.* ¶. 10. CONDITIO etiam pro cauſſa vſurpatur. Ita melior CONDITIO adferri et offerri: *l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. et paſſim D. de addict. in diem. l. 41. D. de rei vind.* In ea CONDITIONE eſt: *l. 1. §. 5. D. vnde cognati. l. 7. D. de admin. et per. tut. l. 45. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 2. D. de incend. ruin. naufr. l. 29. §. vlt. D. de verb. oblig.* In ea CONDITIONE eſt teſtamentum: *l. 11. §. 2. l. 13. §. 3. D. de teſt. milit.* In eadem erunt CONDITIONE. *l. 20. §. 13. D. de hered. petit.* ¶. 11. Interdum CONDITIO optionem vel electionem ſignificat. Sic CONDITIONEM deferre, id eſt, optionem: *l. 2. §. 13. D. ſi quid in fraud. patron. l. 16. D. de adm.* et

et peric. tut. Hirt. de bell. Afric. Cap. XXV. Quibus quum CONDITIONEM *ferrent, vt oppido excederent, idque ſibi vacuum traderent,* CONDITIONEM*que repudiaſſent.* ¶. 12. Ceterum frequentes loquutiones: CONDITIO defertur: *l. 55. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. cau.* CONDITIO deferri debet: *l. 8. §. 12. D. de inoff. teſt.* CONDITIONE delata iurare: *l. 3. pr. D. de iureiur. l. 26. §. vlt. l. 34. §. 7. l. 39. D. eod. tit.* CONDITIO iurisiurandi. *l. 9. C. de reb. cred.*

CONDITIONALIS, E. CONDITIONALES creditores: *l. 54. D. de verb. ſignif.* CONDITIONALIS datio: *l. 9. D. de adim. legat.* debitores: *l. 5. §. 1. D. de liberat. leg.* CONDITIONALIS inſtitutio: *l. 10. D. de condit. inſtit.* CONDITIONALE legatum ſeu fideicommiſſum, *l. 3. D. de legat. I. l. 3. §. vlt. D. de ann. legat. l. 3. §. 5. D. de legat. III.* cui purum opponitur. *l. 41. §. 1. D. de legat. I. l. 4. D. quando dies leg.* CONDITIONALES libertates: *l. 4. §. 5. D. de fideic. libert.* CONDITIONALIS obligatio: *l. 14. D. de nouat.* ſtipulatio: *§. 4. Inſt. de verb. obl.* venditio. *l. 2. D. de in diem addict.* ¶. 2. [CONDITIONALES, quos vulgo *tabularios* adpellant. *l. 11. C. qui pot. in pign.* CONDITIONALES ſerui: *l. 7. C. de iure fiſc. l. 5. C. Theod. eod. tit.* CONDITIONALES annonarii, et actuarii: *l. 3. l. 5. C. Theod. de numerar. et actuar.* numerarii: *l. 7. l. 8. C. Theod. eod. tit.* Sub CONDITIONALIVM oculis et periculis detineri: *l. vlt. C. Th. de ponderat.* CONDITIONALES porro ad cuſtodiam bibliothecae requiri et adponi, iubet Valens Imp. *l. 2. C. Theod. de ſtud. lib. vrb. Rom.* [Quaenam vero huius vocabuli in omnibus illis locis notio? Scio, Briſſonium aliquando ſuſpicatum, CONDITIONALES eos vocari, qui pactiones et, inſtrumenta ſcribebant, eadem prorſus ſignificatione, qua CONDITIO etiam pactionem aliquando, et conuentionem notat, vt ſupra iam obſeruatum eſt. Sed erudita ea coniectura eſt, vera neutiquam. Vtut enim hic vocabuli ſenſus videri poſſit in *l. 11. C. qui pot. in pign.* aliae tamen eum omnino reſpuunt. Quid enim, vt hoc tantum in exemplum adlegemus, bibliothecae cuſtodibus cum inſtrumentis et pactionibus, eorumque conſcriptione commune? Et heic tamen Briſſonius, et in reliquis textibus omnibus Iac. Gothofredus, vnam eamdemque prorſus CONDITIONALIVM notionem eſſe non dubitant adfirmare. Dicemus ergo, donec meliora erimus edocti, cum laudato Gothofredo, CONDITIONALES eſſe, qui conditione perſonae ſuae, hoc eſt, officii, quod ſuſtinent, munerisque, ita ſunt adſtricti, vt et CONDITIONI *cruentae, l. 16. C. de quaeſt.* quae pars eſt *l. 2. C. Theod. eod. tit.* ſeu *tormentorum*, vt explicatur *l. 1. C. de numerar. actuar.* nulla habita vllius priuilegii ratione, ſint obnoxii, adeoque ſubiicii tormentis queant. Vid. et Cuiac. *ad l. 7. C. de iur. fiſc.*] At vix veroſimile eſt, ab hac ſola tormentorum, quibus ſubiacebant, conditione, nomen hoc tuliſſe CONDITIONALES, maxime quum illam cum reliquis ſeruilis ac vilioris conditionibus communem haberent. Mihi videntur ita dicti, qui vel certis tantum conditionibus ſeruiebant, vel ea lege ac conditione manumiſſi fuerant, vt adhuc certas operas ac ſeruitia praeſtarent. Frequenter eorum fit mentio in ſcriptoribus medii aeui, vbi vocantur *alicui* CONDITIONI *obligati*, apud S. Leon. *Epiſt. ad Epiſc. Campan. Cap. 1.* itemque CONDITIONARII. Iuo Carnut. *Epiſt. CXLVII.* Vid. Car. du Freſne *Gloſſ. med. et inf. Lat. ſub voce conditionalis.* HEIN.

CONDITIONALITER ſtipulari. *l. 98. §. 5. D. de ſolut.* Idem aduerbium legitur apud Caium, melioris aetatis iuriſconſultum. *l. 17. §. 3. D. de condit. et demonſtr.* et *§. 31. Inſt. de legat.* Claſſicis ſcriptoribus id vocabulum ignotum eſſe, obſeruarunt Voſſ. *de vit. Serm. Lib. IV. Cap. 31.* et Cellar. *in Antibarbaro.* qui ideo Borrichio *in Cogit. de Lat. lingua p. 27.* iniuria vapulauit. Vid. Car. Andr. Ducker *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 446.* Sed ſunt talia inter vocabula artis noſtrae referenda, non quidem vulgaris vſus, (vnde et in auctoribus fruſtra quaeruntur,) at ideo non minus Latina, quam varia vocabula auguralia, agrimenſoria, militaria, quorum quaedam non magis, quam hoc aduerbium, in auctorum veterum operibus occurrunt. HEIN.

CONDITVRA, *l. 9. pr. D. de trit. vin. ol. Defrutum non continebitur, quod potius* CONDITVRAE *loco fuit.* CONDITVRA vero eſt, quidquid cibum vel potum reddit ſapidiorem, vt palato magis adlubeſcat. HEIN.

CONDONARE, idem, ac donare. *l. 23. §. 1. C. nupt.* Eadem notione Terent. *Phorm Act. V. ſcen. VII. v. 54. Argentum, quod habes,* CONDONAMVS. HEIN.

CONDVCERE proprie ducere in vnum locum: et ita CONDVCI dicitur aqua in vnum locum. *l. 3. §. 3. D. de riu.* et apud Palladium *Lib. I. de re ruſt. tit. 16.* ¶. 2. CONDVCERE, aliquid vtendum, vel operam pro certa mercede accipere Sic CONDVCIMVS armarium: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* balineum praeſtandum: *l. 58. §. vlt. D. locat.* coenaculum: *l. 30. D. eod. tit.* columnam transportandam, vel transportandum dolium: *l. 25. §. 7. D. locat.* domum: *l. 11. §. 5. D. de pign. act.* domum faciendam: *l. 59. D. locat.* fundum: *l. 29. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt. l. 19. D. de adquir. vel amitt. hered.* fundum fruendum: *l. 1. §. vlt. D. ſi ager vectig.* habitationem in annum: *l. 19. §. 6. D. locat.* horreum. *l. 19. §. 2. D. de iudic.* hoſpitium: *l. 29. D. de damn. infect. l. 15. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.* inſulam: *l. 30. D. locat.* mancipia vehenda: *l. vlt. D. de lege Rhod.* merces exuehendas: *l. 5. D. ad exhib.* mulierem vehendam naui: *l. 19. §. 7. D. locat.* nauem, vt de prouincia Cyrenenſi Aquileiam nauigaret: *l. 61. §. 1. eod. tit. l. 1. D. de praeſcr. verb.* officinam: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* onus vehendum: *l. 13. §. 1. D. locat.* operas: *l. 1. D. de aeſtimat. l. 19. §. vlt. locat.* pergulam: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* potiendum quid: *l. 9. §. 5. D. locat.* poſſeſſiones a fiſco: *l. 47. §. vlt. D. de iur. fiſc.* res perferendas: *l. 3. §. 1. D. naut. caup. ſtabul.* riuum faciendum: *l. vlt. D. locat.* ſarciendum quid: *l. 9. §. 5. locat.* ſeruandum aliquid: *l. 19. D. commod.* ſeruum docendum: *l. 13. §. 3. D. locat.* ſeruum mulionem: *l. 60. §. 7. D. eod. tit.* ſuperficiem ad tempus, vel non ad modicum tempus: *l. 1. D. de ſuperf.* tabernam: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* tignum transportandum: *l. 25. §. 7. D. locat.* vehiculum, vt onus tuum portaret: *l. 60. §. 8. D. eod. tit.* vinum, de Campania transportandum: *l. 11. §. 3. D. eod. tit.* vitulos paſcendos. *l. 9. §. 5. D. eod. tit.*

CONDVCTIO fundi: *l. 18. D. locat.*

cat. vectigalis: *l.* 47. *D. de iure fiſc.* In CONDVCTIONE remanere: *l.* 13. *§.* 11. *D. locat.*

CONDVCTOR apothecae: *l.* 5. *§.* 3. *D. de his, qui effud. vel deiec.* domus: *l.* 60. *D. locat.* fundi: *l.* 54. §. 1. *D. locat.* horreorum: *l.* 56. *D. eod.* operis: *l.* 13. *§.* 10. *D. eod. tit.* perficiendi operis: *l.* 2. *§.* 11. *D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.* praediorum: *l.* 40. *§.* 3. *D. de ſtatulib.* vectigalis: *l.* 2. *§. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert. l.* 68. *§.* 1. *D. de fideiuſſor.* villae. *l.* 11. *§. vlt. D. locati* CONDVCTOREM repellere. *l.* 59. *D. de vſufr.*

CONDVCTVM habere coenaculum: *l.* 1. *§.* 7. *D. de his qui effud. vel deiec.* fundum certo pretio, alternis annis: *l.* 35. §. 1. *D. locat.* a municipibus: *l.* 1. *§.* 1. *D. vt in flum. publ.* ad tempus habere CONDVCTVM: *l. vlt. D. ſi ager vectig.* CONDVCTAM habere tabernam vel officinam: *l.* 19. §. 2. *D. de iudic.* CONDVCTA habere vectigalia. *l.* 3. *D. ad SC. Silan. l.* 16. *D. de verb. ſign.* ¶. 2. In CONDVCTO habitare: *l.* 1. *§.* 9. *D. de his, qui effud. l.* 5. §. 2. *D. de iniur.* in CONDVCTO fundo aliquid neceſſario vel vtiliter augere: *l.* 55. *§.* 1. *D. locat.* a me CONDVCTVS vſusfructus. *l.* 29. *D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt.* ¶. 3. Ex CONDVCTO LOCATO actio conductori datur. *l. vlt.* §. 1. *D. de leg. Rhod.* Quibus autem caſibus conductori detur, vide *l.* 15. *D. locat.*

CONFECTIO teſtamenti perfectiſſima: *l.* 27. *C. de teſt.* CONFECTIO teſtamentorum, id eſt, teſtamentifactio. *l.* 29. *C. de teſtam.* HEIN.

CONFERRE, in commune redigere ſignificat. Sic CONFERRE pecuniam et operam: *l.* 1. *C. pro ſoc.* plus operae, induſtriae, pecuniae in ſocietatem: *l.* 6. *D. de collat. bon.* CONFERRE in medium bona: *l.* 2 §. *vlt. D. de collat. bon.* CONFERRE dotem fratribus: *l.* 1. *l.* 3. *C. de collat. l.* 23. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* CONFERRE in medium dotem: *l.* 4. *C. eod. tit.* CONFERRE in commune. *l.* 1. §. 16. *D. de collat. bon.* ¶. 2. Alias CONFERRE, contribuere eſt: *l.* 22. *D. de damn. inf.* Sic CONFERVNTVR agri a vicinis ad viam vicinalem: *l.* 3. *D. de loc. et itin. publ.* CONFERRE in funus: *l.* 16. *l.* 20. *l.* 23. *l.* 27. *l.* 30. *§. vlt. D. de religioſ. l.* 78. *D. de iur. dot.* pecuniam: *l.* 5. *D. de cenſ.* ſumtus ad refectionem aedificii: *l.* 4. *C. de aedific. priu.* Si vinum alius CONTVLERIT, alius mel. *l.* 7. *§.* 8. *D. de adquir. rer. dom.* ¶. 3. CONFERRE, tribuere, elargiri, erogare. Ita CONFERRE beneficium in mulierem: *l.* 50. *D. de rit. nupt.* donationem: *l.* 2. *C. de crim. ſtellion.* donationes: *l.* 5. *C. ad leg. Falc.* donationem in maritum: *l.* 13. *D. de donat. int. vir. et vxor.* in vxorem. *l.* 68. *D. de legat II.* CONFERRE in aliquem iumenta donationis liberalitate: *l.* 10. *l.* 13. *C. de donat. ante nupt.* in filium facultates donationibus: *l.* 87. *§.* 3. *D. de legat. II. l.* 4. *C. de his, qui numero* partem bonorum donationis cauſſa: *l.* 3. *§.* 3. *D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert. l.* 11. *C. de donat.* donationem in patronam: *l.* 50. *D. de legat. II.* portionem in nepotis perſonam. *l.* 76. *§.* 5. *D. de legat. II,* donationem in filium: *l.* 23. §. 2. *D. de fideic. libert.* in vxorem: *l.* 18. *C. de donat. int. vir. et vx. l.* 15. *§.* 5. *D. ad leg. Falcid.* COLLATA inſtitutio in ſeruum: *l.* 48. *§. vlt. D. de hered. inſtit.* pars in exterum: *l.* 67. §. 4. *et §.* 5. *D. de legat. II.* COLLATAE voluntates in ciuitates: *l.* 3. *§. vlt. D. de pollicitat.* COLLATVM ab vxore in maritum: *l.* 40. *D. de donat. int. vir.* COLLATA in ſinus ſerui in fraudem fiſci: *l.* 16. *§.* 3. *D. qui et a quib.* CONFERRE libertatem in aliquem: *l.* 7. *C. de teſt.* CONFERTVR ſupremum iudicium in fratrem: *l.* 40. *§. vlt. D. de pact.* CONFERTVR compendium: *l.* 3. *C. de donat. quae ſub mod.* honor et munus in aliquem. *l.* 1. *§.* 3. *D. quand. adpell. ſit.* ¶ 4. CONFERRE, pro inferre. In perſonam CONFERRE iniuriam: *l.* 18. §. *penult. D. de iniur.* [CONFERRE actionem: *l.* 8. *C. de iudic.*] CONFERRE ſocietati. *l.* 29. *pr. D. pro ſoc.* ¶. 5. CONFERRE, comparare. CONFERRI moduli cum opere. *l.* 8. *§.* 5. *D. de nou. op. nunc.* CONFERENDA erit quantitas. *l.* 20. *D. de manumiſſ. vind.* ¶. 6. CONFERRE *ſe*, id eſt, ire in aliam prouinciam: *l.* 1. *C. vbi cauſſ. ſtat.* in numerum hoſtium. *l.* 5. *§.* 1. *D. de cap. minut.* ¶. 7. CONFERRE, id eſt, referre ad aliquid, vel differre, et ſuſpendere ab aliquo. CONFERRE in arbitrium alterius: *l.* 11. *§.* 13. *D. quod vi aut clam. l.* 1. *D. de legat. II. l.* 46. §. 1. *D. de fideic. libert. l.* 7. *D. de contrah. emt.* in arbitrium: *l.* 13. *D. de adquir. vel omitt. her.* COLLATA conditio in alterius perſona: *l.* 8. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* COLLATA penes ſe emtio: *l.* 35. *D. de minor.* COLLATA in alterius factum inſtitutio: *l.* 23. *§. vlt. D. de hered. inſtit.* CONFERRI in futurum: *l.* 71. *D. de hered. inſtit.* liberationem in perſonam: *l.* 37. *§. vlt. D. de oper. libert.* libertatem in longum tempus: *l.* 4. *§.* 1. *D. de ſtatulib.* obligationem in conditionem, in caſum, in diem. *l.* 5. *C. ſi quis alt. vel ſib. l.* 8. *D. de verb. oblig. l.* 59. *D. de reb. cred.* CONFERTVR poena in praeteritum, vel in futurum: *l.* 12. *D. de condit. et demonſtr.* CONFERRE in tempus mortis: *l.* 46. *§.* 1. *D. de verb. oblig.* COLLATVS in mortis tempore ſermo: *l.* 88. *D. de obl. et act.* COLLATA in tempus donatio: *l.* 32. *§.* 22. *D. de donat. int. vir. et vxor. l.* 12. *D. de iur. dot.* fideicommiſſum: *l.* 114. *§.* 4. *D. de legat. I.* pactum: *l.* 13. *D. de pact. dot.* ſtipulatio: *l.* 10. *D. ſi quis caut. in iud.* COLLATA verba in praeteritum: *l.* 27. *§.* 2. *D. de liber. legat.* COLLATAE in vnum clauſulae. *l.* 6. *D. iudic. ſolu.* ¶. 8. CONFERRE, redigere in ſcripturam. CONFERRE in codicillos ſecreta voluntatis: *l.* 3. *C. de donat. quae ſub mod.* in tabulas: *l.* 35. *D. de teſt. milit.* COLLATA legata in tabulis. *l. vlt. D. de iur. codicill.*

CONFESSIO. Eam Quinctilian. *Declam. CCCXIII.* ait accipiendam *qualemcumque contra ſe pronunciationem.* Vid. *tit. D. de confeſſis.* ¶. 2. CONFESSIONEM, pro cautione, chirographo, ὁμολογίᾳ accipi volunt in his locis: *Magis eſt vt non poſſit ſuae* CONFESSIONI *obuiare. l.* 20. *§.* 1. *D. de donat. Tunc enim ſtare eum oportet ſuae* CONFESSIONI, quae paullo ante ter vocatur *cautio. l.* 25. *§. vlt. D. de probat.* Sed oſtendit V. A. Corn. van Bynkershoek *Obſeru. VII,* 16. CONFESSIONEM vtroque loco nihil aliud notare, quam declarationem voluntatis, quocumque modo expreſſam. Idem vero vir doctiſſimus alium laudauit locum. Cic. *pro P. Sextio ſub finem.* vbi CONFESSIO aperte eſt tabula: *Quod tantum eſt in me ſcelus? Quid tantopere deliqui illo die, quum ad vos iudicia, litteras,* CONFESSIONEM *communis exitii detuli?* HEIN.

Digitized by Google

CONFESSORIA actio, quae adverſus confitentem datur, veluti de damno dato. *l. 23. §. vlt. l. 25. §. 1. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. Sic quoque adpellatur ea actio, quae ex alicuius ad interrogata reſponſione competit. *l. vlt. D. de interrogat. in iure fac.* ¶. 3. CONFESSORIA actio, de ſeruitute competens, qua ſeruitus vindicatur. Datur enim ei, qui ſeruitutem ſibi competere, intendit. *l. 2. l. 4. §. 1. D. ſi ſeru. vindic. l. pen. et l. vlt. ſi vſusfr. pet. §. 2. Inſt. de actionib.* Haec actio fere adfirmatiuis verbis concipitur. Interdum tamen et negatiuis, vt in ſpecie *l. 4. §. vlt. et l. 6. D. ſi ſeru. vind.*

CONFESSVS, *l. 40. §. 1. D. de pact.* in iudicio: *l. 4. D. ad leg. Iul. maieſt.* CONFESSVS reus: *l. vlt. D. de bon. eor.* CONFESSVS in homicidio, et incendio: *l. 6. §. vlt. D. de interd. et releg.* Iul. Capitolin. *in Antonino Pio Cap. VIII. Vt etiam parricida* CONFESSVS *in inſula deſerta poneretur.* Pro CONFESSO haberi: *l. 9. §. 2. D. de minor.* CONFESSI debitores: Paull. *Sent. V, 5, 2.* CONFESSVM nomen, quod non eſt in controuerſia. *l. 15. §. 9. D. de re iud. et eff. ſent.*

CONFESTIM, id eſt, ſtatim. *l. 56. §. 4. D. de verb. oblig. l. 9. l. 37. l. vlt. D. de fideic. libert. l. 43. D. de teſtam. milit.* In SC. autem Tertulliani quaeſtione vt vox haec accipienda ſit, vide in *l. 2. §. 43. D ad SC. Tertull.* Hinc CONFESTIM, et *ex interuallo* opponuntur: *l. 51. D. ad leg. Aquill.* item CONFESTIM, et *interiecto tempore*, vt *l. 52. §. 2. D. de fideiuſſ.* CONFESTIM ac *poſt tempus.* in *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* CONFESTIM agere: *l. 18. D. de fideiuſſor. l. 61. D. de procurat.* petere: *l. 72. D. eod. tit.* proficiſci et diſcedere. *l. 19. D. de iudic.*

CONFICERE, efficere, perficere. CONFECTVM compromiſſum: *l. 14. D. de recept. arbitr.* CONFICERE, quod facturum ſe, promiſerat: *l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* inſtrumenta emtionum ſuo nomine: *l. 58. §. 2. D. de donat. int. vir. et vx.* negotium: *l. 46. D. de negot. geſt.* rationes: *l. 30. D. mand.* ſpecies veſtis: *l. 18. §. vlt. D. de aur. arg. leg.* CONFICI ſtipulatio: *l. 1. D. de verb. oblig.* teſtamentum: *l. 4. C. de curat. furioſ. l. 45. §. 3. D. de excuſ.* CONFICERE ſibi veſtimenta ex lana. *l. 31. D. de donat. int. vir. et vxor.*

[**CONFIDERE** contra obnitentem. *l. 34. D. de legib.*]

CONFIDEIVSSOR, qui ſimul cum alio fideiuſſit. *l. 10. l. 39. l. 48. D. de fideiuſſ. l. 23. l. 27. D. de pact.* Sic CONSPONSOR, apud Ciceronem *Lib. VI. ad famil. Epiſt. 19.*

CONFINIS, E. CONFINEM agrum emere: *l. 1. §. 16. D. de aqu. quotid.* poſſidere: *l. 63. §. 1. D. de contrab. emt.* CONFINIS fons fundo: *l. 20. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt.* CONFINES fundi, id eſt, vicini, et iisdem finibus ſe inuicem attingentes: *l. 54. D. de legat. II.* CONFINES fundi plurium fundorum: *l. 4. §. 8. D. fin. reg.* CONFINIA duo praedia: *l. 29. D. de ſeruit. praed. ruſt.* CONFINIA templa. Ouid. *Lib. I. de arte amandi v. 87.* CONFINIA praedia: *l. 35. §. 1. D. de legat. III. l. 4. §. 10. D. fin. reg.* CONFINEM ſuum in vendendo praedio celauerit. *l. 35. §. 2. D de contrab. emt.* Sic CONFINEM *ſuum*, pro vicino, dixit Martial. *Lib. II. Epigr. 32. v. 3.* Plane in vrbanis praediis CONFINES non dici, ſed magis *vicinos*, ait Paull. in *l. 4. §. 10. D. fin. regund.*

CONFINIVM. In CONFINIO foſſa eſt: *l. 2. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* [in CONFINIO arbores, vel aedificia ponere: *l. 2. D. fin. reg*] Prope CONFINIVM poſita arbor: *l. 7. §. vlt. D. de adqu. rer. dom.* arbor in CONFINIO nata: *l. 83. D. pro ſoc. l. 19. D. commun. diuid.* Varro *Libro IV. de lingua Lat. Queis nonnulla nomina in vtraque lingua habent radices, vt arbores, quae in* CONFINIO *natae, in vtroque agro ſerpunt.* Si in CONFINIO lapis naſcatur: *l. 8. D. de adqu. rer. dom.* In CONFINIO meo: *l. 5. D. fin. reg.* CONFINIVM porro non intelligitur, ſi via publica flumenue interuenerit. *l. 4. §. vlt. D. famil. erciſc.* CONFINIVM etiam in praediis ruſticis duntaxat dici, non in vrbanis, ibidem traditur. ¶. 2. Vt autem CONFINIVM, ita *trifinium* veteres dicebant, quoties in eumdem locum trium poſſeſſionum fines concurrebant, vt in auctoribus *de limitibus*, veluti Sicul. Flacc. *de Condit. agr. p. 6.* legimus. Eidem ſcriptores, vt Innocentius in *Excerpt. p. 227.* meminit *quadrifinii.* Iſidor. *Lib. XV. Orig. Cap. 14:* QVADRIFINIVM *quod quatuor poſſeſſionum fines adſtringit.* Hinc QVADRIFINALIS *arca*, apud Innoc. *ibid.* HEIN.

CONFINGERE in ſe homicidium. *l. 1. §. 27. D. de quaeſt.*

CONFIRMARE, firmius reddere. CONFIRMARE acceptilationem: *l. 72. D. de fideiuſſor.* codicillos. *l. 22. §. 6. D. de leg. Corn. de falſ.* CONFIRMARI vero codicilli dicuntur, quia teſtamento auctoritatem et vim acceperunt. *l. 30. D. de legat. I. l. 35. §. vlt. l. 41. §. 2. D. de legat. III. l. 43. D. de manumiſſ. teſtam. l. 123. D. de verb. ſign.* CONFIRMATVR corpus: *l. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom.* [CONFIRMAT fama rei, de qua quaeritur, fidem: *l. 2. D. de teſtib.*] CONFIRMARE iudicium: *l. 1. C. de codicill.* CONFIRMATVR libertas: *l. 5. C. de donat.* nuptiae: *l. 38. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* obligatio aditione hereditatis: *l. 95. §. 2. D. de ſolut.* pactum: *l. 5. D. de pact.* CONFIRMATIS tabulis, per aditionem hereditatis ex teſtamento: *l. 11. §. 1. D. ad SC. Trebell.* CONFIRMATVR teſtamentum aditione hereditatis. *l. 18. D. de ſtipul. ſeru.* ¶. 2. CONFIRMARE, id eſt, ſublato rei vel negotii vitio, efficere, vt res valeat. Sic CONFIRMATVR adoptio non iure facta: *l. 29. l. 34. D. de adopt.* CONFIRMATVR ſtatus liberorum: *l. 57. §. vlt. D. de rit. nupt.* CONFIRMANTVR teſtamenta lege Velleia: *l. 10. §. 2. D. de teſtam. tutel.* itemque lege Cornelia: *l. 12. D. de lib. et poſtum.* CONFIRMANTVR tutores. *rubr. D. et C. de tut. confirm.* Et hinc Gloſſa in *l. 6. D. de iuriſd.* notat, CONFIRMARE aliquando idem eſſe, ac non infirmare. Quam obſeruationem probat Cuiac. in *Recitat. prior. ad d. l. p. 65.* HEIN.

CONFIRMATIO adoptionis. *l. 34. D. de adopt.*

CONFISCARI bona dicuntur, quae in fiſcum coguntur. *l. vlt. §. pen. D. de bon. eor l. 3. C. de re milit.* Sic CONFISCATAE *hereditates*, dixit Sueton. in *Domitiano Cap. XIII.* [CONFISCATA pecunia: Suet. *in Aug. Cap. vlt.* vbi tamen intelligitur pecunia fiſcis vel loculis recondita.] CONFISCARI ipſe reus, cuius bona publicantur: *l. 9. §. 6. D. de*

CON.

☞ *tutel. et rat. diſtr. l vlt. C. de debit.* ¶. 2. Qoia vero quae in loculis habetur, promtiſſima pecunia eſt: *in* CONFISCATO *habere*, idem eſt, ac in promtu habere. Tertull. *de fuga in perſequ. Cap. XII. Pauperes, qui animam ſolam* IN CONFISCATO *habent.* Sed et CONFISCARE, eſt rem recondere. Idem *de pallio Cap. V. Aeſopus hiſtrio ex auibus eiusdem pretioſitatis, et canoris, et loquacibus quibusque; centum millium patinam* CONFISCAVIT. Addendus de huius verbi ſignificationibus Iuſt. Lipſ. *in Notis ad Tacit. Lib. I. Annal. p. 19.* HEIN.

CONFITERI crimen intelligitur etiam qui paciſcitur. *l. 15. D. de his, qui not. infam.* Alias illa: CONFITERI de intentione aduerſarii: *l. 9. D. de except.* CONFITERI in ſe: *l. 1. §. 27. D. de quaeſt.* CONFITERI voce propria ſcelus: *l. 2. C. quor. adpellat.* propriam verbi ſignificationem ſatis ☞ indicant. Paſſiue illud accepit Vlpianus *l. 15. §. 9. D. de re iud. Nomen, quod* CONFITETVR: id eſt nomen, quod in confeſſo eſt. Sed et ipſe Cicero *Agrar. II, 22.* dixit, *agrum, qui publicus eſſe fateatur.* Et CONFITERI eſſe verbum commune, iam Gell. *Noct. XV, 13.* et Priſcian. *Lib. VIII. p. 794.* obſeruarunt. Vid. Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 358.*

CONFLARE argentum: *l. 7. §. 8. D. de adqu. rer. dom.* CONFLATO aere meo, et argento: *l. 12. §. vlt. D. eod.* auro: *l. 49. §. 5. D. de legat. III.* CONFLARE lancem: *l. 22. D. depoſ.* CONFLATA maſſa: *l. 19. D. comm. diuid.* duabus maſſis: *l. 83. D. pro ſoc.* ſtatua: *l. 5. D. ad leg. Iul. maieſt.* CONFLATVM vas. *l. 7. §. 7. D. de adqu. rer. dom.*

CONFLICTVS criminis: *l. 17. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* [Magno CONFLICTV ſententia decerni ſolet. *l. vlt. C. comminat. epiſt. programm.*]

CONFLVERE in vnius perſonam obligatio. *l. vlt. §. vlt. D. de nouat.*

CONFRINGERE. CONFRACTAE arbores: *l. 24. §. 9. D. de damn. infect.* CONFRINGERE fores aedificii. *l. 27. D. ad leg. Aquill.*

☞ CONFRVMENTALES. Ita vocabulum *σύνσιτοι* vertitur, in verbis Solonis. *l. vlt. D. de colleg. et corpor.* Sed quid obſecro, *confrumentales?* Συσσίτια ſunt *conuiuia*, et hinc *ſodales*, qui communia conuiuia, corrogatis impenſis, Athenis, Lacedaemone, in Creta, et in aliis Graecorum ciuitatibus, celebrabant, *σύσσιτοι*, vel *σύνσιτοι* vocabantur. De his *συσσιτίοις* plura Salmaſ. *in Obſeru. ad ius Attic. p. 105. et ſequ. 147. ſequ. 151.* Herald. *Obſeru. ad ius Att. et Rom. Cap. XLII.*

☞ CONFVGA, qui ad eccleſiam, tamquam ad aſylum, confugit. *l. 6. pr. C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. 22. §. 1. C. de epiſc. et cleric.* Simili forma *refuga*, dixit Macer *l. 13. §. 5. D. de re milit.* et *defuga* Prudent. *Hymn. I. περὶ στεφ. v. 43.* HEIN.

CONFVGERE ad aedem ſacram: *§. 1. Inſt. de his, qui ſui vel al. iur.* ad auxilium commune: *l. 3. §. vlt. D. rat. rem hab.* ad iuſtam defenſionem: *l. 11. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* ad eccleſias: *l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug.* in fidem alicuius: *l. 5. D. de manum.* ad ſtatuas, *l. 1. §. 1. D. de offic. praef. l. 5. D. de extraord. crim. l. 1. C. de his, qui ad ſtat. §. 1. Inſt. de his, qui ſui vel al. iur.*

CON.

CONFVNDERE. CONFVNDI dicitur quod aliis ita commiſcetur, vt deduci et ſeparari non poſſit, aut certe difficilis ſit eius ſeparatio. *l. 3. §. vlt. l. 4. l. 23. §. 5. D. de rei vindic. §. 27. Inſt. de rer. diuiſ.* Sic CONFVNDITVR dos cum bonis: *l. 8. C. de collat.* fructus cum vſu: *l. 14. §. vlt. D. de vſ. et habitat.* fructus, et quarta portio mercedis: *l. 7. §. 1. D. ſol. matrim.* legatorum ratio: *l. 11. §. 7. D. ad leg. Falcid.* partes: *l. 1. §. 14. D. ad leg. Falcid.* ſemiſſes: *l. 78. §. 7. D. ad SC. Trebellian.* et contra non CONFVNDI poena. *l. 34. §. 1. D. de oblig. et act.* ¶. 2. CONFVNDI etiam dicuntur OBLIGATIONES, *l. 29. §. vlt. D. de iur. fiſc.* quoties in eamdem perſonam et debitoris et creditoris ius deuenit, id eſt, quum vel debitor creditori, vel creditor debitori heres exſiſtit. *l. 21. §. 4. l. 50. l. 71. D. de fideiuſſ. l. 6. l. 14. C. ad leg. Falcid. l. vlt. C. de contrar. iud. tut l. 5. C. de hered. act.* Quum quis debitori ſuo heres exſiſtit, CONFVSIONE creditor eſſe deſinit: *l. 2. §. 18. D. de hered. vel act. vend.* Si debitor creditori heres exſiſtat, CONFVSIONE liberatur: *l. 1. §. 18. D. ad leg. Falcid.* Si debitor heres creditori exſtiterit, CONFVSIO hereditatis peremit petitionis actionem: *l. 75. D. de ſolut.* Porro vbi ſucceſſit creditor debitori, veluti ſolutionis iure ſublata obligatione, etiam mandator liberatur: vel quia non poteſt pro eodem apud eumdem quis mandator eſſe. Quod ſi creditor fideiuſſori heres fuerit, vel fideiuſſor creditori: CONFVSIONE obligationis non liberatur reus. *l. 71. D. de fideiuſſ.* Si duo ſint rei promittendi, et alter alterum heredem ſcripſerit: CONFVNDETVR obligatio. *l. 93. D. de ſolut.* ADITIO hereditatis nonnumquam iure confundit obligationem, veluti ſi creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hereditatem: aliquando pro ſolutione credit, ſi forte, qui pupillo ſine tutoris auctoritate numos crediderat, heres ei exſtitit. *l. 95. §. 2. D. de ſolut.* CONFVSIONE perinde exſtinguitur obligatio, ac ſolutione. *l. 21. D. de liberat. leg.* Nam, vt ait Paullus, *l. 41. §. 2. D. de euiction.* quum debitor creditori ſuo heres exſtiterit, ratio quaedam inter heredem et hereditatem ponitur: et intelligitur maior hereditas ad debitorem peruenire, quaſi ſoluta pecunia, quae debebatur hereditati, et per hoc minus in bonis heredis eſſe. Et ex contrario, quum creditor debitori ſuo exſtitit heres, minus in hereditate habere videtur, tamquam ipſa hereditas hereditati ſoluerit.

¶. 3. Eodem ſenſu CONFVSAM actionem accipe: *l. 17. D. de his, quae vt indign. l. 58. D. ad SC. Trebell.* et CONFVSAS actiones: *l. 8. D. de his, quae vt indign. l. 87. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 7. C. de bon. auct. iud. poſſ. l. 6. C. ad leg. Falc. l. 3. C. de fideic.* ob aditam hereditatem actionibus CONFVSIS: *l. 18. §. 1. D. de his, quae vt indign.* CONFVSIONE exſtingui actionem pro portione. *l. vlt. C. de contr. iud. tut.* ¶. 4. Similique modo CONFVNDVNTVR ſeruitutes, quum idem vtriusque praedii, et, quod ſeruit, et cui ſeruitus debetur, dominus ſit. *l. 1. l. 15. C. quemadm. ſeru. amitt. l. 7. D. de fund. dot. l. 38. §. vlt. D. de legat. I. l. 18. D. de ſeruit. l. 18. §. 1. D. de his, quae vt indign.* Si quis aedes, quae ſuis aedibus ſeruirent, quum emiſſet, traditas ſibi accepit, CONFVSA ſublataque ſeruitus eſt. *l. 30. D. de ſeru. praed. vrban.* At ſi partem praedii nactus ſum, quod mihi, aut cui ego ſeruiam, non CONFVNDI ſeruitutem placet, quia pro parte ſeruitus retine-

Digitized by Google

retinetur. *d. l. 30. §. 1. D. eod. tit.* Pari modo ſi fructuarius proprietatem adſequutus ſuerit, deſinit vſusfructus ad eum pertinere, propter CONFVSIONEM: *l. 4. D. vſufructuar. quemadm. cau.* Sed et ſi fructuarium dominus proprietatis heredem ſcripſerit, CONFVSIO fit vſusfructus: *l. 6. D. de manumiſſ. teſt.* Si ſeruus, in quo vſusfructus alienus eſt, noxae dedatur a domino proprietatis vſufructuario: liberabitur, CONFVSA ſeruitute, proprietatis comparatione: *l. 27. D. quib. mod. vſusfr. amitt.* Siue fundus legatus fundo heredis ſeruitutem debuit, ſiue ei fundus heredis: CONFVSIONE dominii ſeruitus exſtinguitur. *l. 116. §. vlt. D. de legat. I.*

CONFVSE conſtitutum pretium, id eſt, per auerſionem, non in ſingula capita, vel in ſingulas ſpecies. *l. 36. D. de Aedilit. edict.* Ita et CONFVSE omnes ſeruos manumittere dicitur, qui non manumitti nominarim. Talem vero manumiſſionem recte fieri, negat Caius *Inſt. I, 2. §. 2.* HEIN.

CONFVSIO bonorum: Paull. *Sent. V, 9, 4.* calculi: *l. 1. §. 14. D. ad leg. Falc.* rei cum pecunia: *l. 26. §. 4. D. de cond. indeb.* CONFVSIONEM facit ferruminatio per eamdem materiam: *l. 23. §. 5. D. de rei vind.* ¶. 2. CONFVSIONIS iure liberatus: *l. 71. D. de fideiuſſor.* ¶. 3. CONFVSIO vſusfructus: *l. 6. D. de manum. teſt.*

CONGERERE ſtercus in aream: *l. 5. §. 3. D. ad exhib.* CONGERI, quae refectioni ſunt neceſſaria: *l. 5. D. de itin. actuque priu.* CONGERERE terram. *l. 57. D. locat.*

CONGESTIO terrae. *d. l. 57. D. locat.*

CONGLVTINATI libri. *l. 52. §. 5. D. de legat. III.* vbi Vlpianus memorat libros *nondum perſcriptos, nondum malleatos, vel ornatos, nondum conglutinatos vel emendatos*, ſed et *membranas nondum conſutas.* HEIN.

CONGREDI, iudicio cum aliquo conſiſtere ſignificat. Ita CONGREDI creditores, ait *l. 1. D. de ſucceſſ. edict.* CONGREDI cum venditore: *l. 2. C. de Aedil. act.* CONGREDI cum aliquo: *l. 5. C. mand.* contra aliquem: *l. 2. C. ſi mat. indemn.* CONGREDI in iudicio. *l. 3. C. quib. res iudic.*

CONGRVERE, id eſt, conuenire. Sic CONGRVIT bono et graui praeſidi: *l. 13. D. de offic. praeſ.* CONGRVIT dicto ſcriptum, id eſt, conſentit: *l. 77. §. 22. D. de legat. II.* CONGRVIT cum his: *l. 67. §. 9. D. de legat. II.* CONGRVIT rationi: *l. 88. D. ad leg. Falcid.* Cui ſententiae CONGRVIT ratio: *l. 3. D. de vſufr. adcreſc.* CONGRVIT voluntas: *l. 104. D. de legat. I.* CONGRVERE mulieris pudicitiae, et patris voto: *l. 22. §. 4. D. ad SC. Trebell.* CONGRVERE ſummis. *l. 1. §. 4. D. de verb. obl.*

CONGRVE reſpondere. Paull. *Sentent. II, 3, 1.*

CONGRVENS. CONGRVENS eſt: *l. 4. §. 3. D. de offic. proconſ.* CONGRVENTES honores: *l. 15. D. de mun. et hon.* CONGRVENS interpretatio: *l. 20. §. 6. D. de hered. petit.* CONGRVENTE moderatione: *l. 1. C. ſi adu. donat.* CONGRVENTIBVS muneribus fungi: *l. 1. D. de decurion.* CONGRVENTE poena coercere: *l. 4. C. de decur.* vel vlciſci: *l. 1. C. ſi ſeruus.* CONGRVENS ſexui pudicitia: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* CONGRVENS reſponſio: *l. 12. D. de oblig. et action.* vel reſponſum: *l. 15. C. de transact.* CONGRVENS iuri ac debitae religioni ſententia. *l. vlt. C. de crim. ſtellion.*

CONGRVENTER reſpondere: *l. 1. §. 6. D. de verb. obl.* CONGRVENTIVS videtur. *l. 4. C. de patr. poteſt.*

CONGRVVS, A, VM. CONGRVVM arbitrio: *l. 4. D. de in lit. iur.* fidei humanae: *l. 1. D. de pact.* humanae naturae: *l. 65. §. 3. D. de legat. III.* cum iuris et aequitatis ratione: *l. vlt. D. de off. praeſ. praet.* rationi: *l. 12. §. 5. D. de captiu.* reuerentiae paternae: *l. 50. D. ad SC. Trebell.* CONGRVA ſententia: *l. 31. §. 1. D. de donat.* CONGRVVM ſollertiae: *l. 1. C. ſi maior. fact.* CONGRVA vltio: *l. 18. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* CONGRVVM voluntati. *l. 25. D. ad SC. Trebell.*

CONIECTIO cauſſae: *l. 1. D. de diuerſ. reg. iur.* Vbi, cur regula iuris quaedam veluti cauſſae coniectio adpelletur, erudite diſquirunt Iac. Cuiacius, Petrus Faber et Iac. Gothofredus in Commentariis. HEIN. ¶. 2. [CONIECTIO pro coniectura: *l. 21. §. 1. D. qui teſt. fac. poſſ.*]

CONIECTVRA, pro diuinatione ex certis ſignis. Sic CONIECTVRAM capere: *l. 8. D. de Public. in rem act.* CONIECTVRA pietatis: *l. 102. D. de condit. et demonſtr.* CONIECTVRA voluntatis: *l. 78. §. 1. D. de legat. II. l. 12. §. 43. D. de inſtr. vel inſtrum.* In eo vero, quod tempore vel facto finitum eſt, nullus eſt CONIECTVRAE locus. *l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* ¶. 2. [CONIECTVRA pro argumento accipi videtur. *l. 30. D. de pact. dot.*]

CONIICERE vina in dolia: *l. 15. §. vlt. D. de trit. vin. ol.* CONIICI in vincula. *l. 3. D. de cuſtod. et exhib. reor.* ¶. 2. CONIICERE cauſſam. Afranius *apud. Non. Marcell. Cauſſam* CONIICERE *hodie ad te volo.* Gell. *Noct. Lib. V. Cap. 10.* Et *quum ad iudices* CONIICIENDAE *conſtituendaeque controuerſiae cauſſa veniſſet.* Id quid fuerit, iam oſteodit Car. Sigon. *de iudic. Lib. I. Cap. 28.* *Quum litigatores*, inquit, *ſeu patroni eorum, iuſſi eſſent dicere, tum vero duobus modis dixerunt, vno paucis, altero pluribus verbis. Breuem expoſitionem vocabant* CAVSSAE CONIECTIONEM, *de qua ſic Aſconius: Quum litigatores ad iudicem veniſſent, antequam cauſſa ad iudicem ageretur, quaſi per indicem rem expoſuerunt, atque id ipſum dictum eſt* CAVSSAE CONIECTIO, *quaſi cauſſae ſuae in breue coactio. Hinc lex XII. Tab. Ante meridiem* CAVSSAM CONICITO. *quum ambo perorant praeſentes.* Erat ergo expoſitio totius cauſſae breuior, eique opponebatur longior, quae deinde fiebat ita, vt de re omni teſtibus, tabulis, argumentisque ex ipſa re, de qua agebatur, depromtis vtrimque certaretur ab oratoribus. HEIN.

CONIVGIVM, pro connubio, vel matrimonio: Illicita inter adoptiuos fratres CONIVGIA. Caii. *Inſt. I, 4, 2.* HEIN.

CONIVNCTE, pro CONIVNCTIM, vt: CONIVNCTE ſtipulari. *l. 137. §. 7. D. de verb. oblig.* Vſus hoc aduerbio et Cic. *Lib. V. ad famil. Epiſt. 12.* CONIVNCTE*ne malles cum ceteris rebus noſtra contexere,*

contexere, an ab hoſtilibus externisque bellis ſeiunge-re. HEIN.

CONIVNCTIM heredes inſtitui, aut CONIVNCTIM legari, hoc eſt; totam hereditatem et tota legata ſingulis data eſſe, partes autem concurſu fieri. *l. 80. D. de legat. III. l. 8. D. vſufruct. quemadm. cau.* Nihil diſtat, vtrum ita legetur: *Titio et Maeuio*, an ita: *Titio cum Maeuio.* Vtrobique enim CONIVNCTIM legatum videtur: *l. 36. §. 2. D. de legat. I.* CONIVNCTIM cum aliquo inſtitutus: *l. 59. §. 3. D. de hered. inſt.* CONIVNCTIM heredes ſcribere. *l. 20. §. 2. D. de bon. libert.* CONIVNCTIM datum legatum: *ibid. §. 3.* CONIVNCTIM legatum: *l. 3. §. 2. D. de legat. praeſt. contr. tab. bon. poſſ. pet.* CONIVNCTIM duobus dare ſemiſſem. *l. 59. §. 5. D. de hered. inſt.* ¶. 2. CONIVNCTIM autem legare, in libris noſtris plerumque eſt re et verbis CONIVNCTIM legare. *l. 16. l. 33. l. 34. §. 9. l. 85. D. de legat. I. l. 1. D. de vſufr. adcreſc.* Nam re coniunctis ſeparatim potius et disiunctim legari dicitur, quam coniunctim. *l. 1. §. 3. D. de vſufr. adcreſc. §. 8. Inſt. de legat. l. 33. D. de legat. I. et l. 63. D. de hered. inſt.* CONIVNCTIM etiam, et partes legare, opponuntur, *l. 20. D. de legat. II.* nec non CONIVNCTIM, et *disiunctim*, vt apud Vlpian. *Fragm. tit. XXIV. §. 13.* CONIVNCTIM et ſeparatim relictus vſusfructus. *l. 1. D. de vſufr. adcreſc. l. vn. §. 7. C. de caduc. toll.*

CONIVNCTIO in legatorum datione triplici modo intelligitur. Aut enim *per ſe* CONIVNCTIO contingit: aut *re et verbis*, aut *verbis* tantum: nec dubium eſt, quin CONIVNCTI ſint, quos et nominum, et rei complexus iungit. *l. 142. D. de verb. ſignif.* CONIVNCTIONIS vero ius ex diuerſis teſtamentis non contingit. *l. 16. D. quib. mod. vſufr.* RE CONIVNCTI videntur, non etiam verbis, quum duobus ſeparatim eadem res legatur, in hunc modum verbi gratia: *Titio fundum lego: eundem fundum Sempronio lego. l. 89. D. de legat. III. l. 3. §. 1. D. quib. mod. vſufr. amitt.* VERBIS coniuncti ſunt, non etiam re, qui eadem oratione, partibus factis, CONIVNGVNTVR, veluti: *Titio et Seio fundum aequis partibus lego. l. 89. D. de legat. III. l. 3. §. 1. D. de quib. mod. vſufr. amitt.* VTROQVE MODO coniuncti ſunt, quibus ita legatur: *Titio et Seio fundum lego: d. l. 142. D. de verb. ſignif. l. 3. §. 1. D. quib. mod. vſufr. vel vſ. amitt.* ¶. 2. CONIVNCTIO interdum propinquitatem perſonarum ſignificat. *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill. l. 14. C. de adpellat.* ¶. 3. CONIVNCTIO, pro matrimoniali coniunctione ponitur. *l. 38. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult.* Ita CONIVNCTIO filiae: *l. 11. D. de ſtat. hom. l. 77. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 7. C. de interd. matrim.* Sic CONIVNCTIO illicita: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* Vnde et nuptias *maris et feminae* CONIVNCTIONEM definit Modeſtinus. *l. 1. D. de ritu. nupt.* Sic et Iuſtinianus *princ. Inſt. de iur. nat. Hinc deſcendit maris atque feminae* CONIVNCTIO, *quam nos matrimonium adpellamus.* Vnde CONIVNCTIONES, pro nuptiis. *l. 42. D. de rit. nupt. l. 197. D. de reg. iur. l. 10. D. de condit. et demonſtr. l. 13. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 4. CONIVNCTIO, pro contubernio ſeruili vſurpatur. *l. 39. D. de iure dot.* ¶. 5. CONIVNCTIO, pro articulo, quo oratio coniungitur. *l. 66. D. de hered. inſtit. l. 33. D. de legat. I:* Et ita CONIVNCTIO et *disiunctio* opponuntur. *l. 28. §. vlt. D. de verb. ſignif.* CONIVNCTIONEM tamen nonnunquam pro *disiunctione* accipi, docet *l. 29. D. eod. tit.*

CONIVNGERE matrimonio: *l. 13. C. de poſtlim. reuerſ. l. 16. C. de nupt.* CONIVNCTA filia ei, cuius matrimonio interdictum eſt. *l. 10. D. de condit. et demonſtr.* ¶. 2. CONIVNGI etiam ſibi dicuntur, qui aliquo cognationis gradu ſibi iunguntur. *§. 3. Inſt. de nupt. §. 1. Inſt. de legit. agn. tut.* Sic CONIVNCTI per virilis ſexus cognationem: *§. 1. Inſt. eod. tit.* CONIVNCTA et *extranea* perſona opponuntur. *l. 2. C. de litig.* CONIVNCTAE per adoptionem perſonae. *l. 1. §. vlt. D. de rit. nupt.* ¶. 3. CONIVNCTI, quibus eadem res legata: CONIVNCTI re et verbis: *l. 142. D. de verb. ſignif.* CONIVNCTI in legato: *l. 94. D. de legat. III. l. 1. D. de vſufr. adcreſc.* Et ita CONIVNCTOS accipe in *l. 34. D. de legat. I.* ¶. 4. CONIVNCTA, et *disiuncta* oratio opponuntur. *l. 28. §. vlt. D. de verb. ſign.* CONIVNCTA tamen ſaepe pro *disiunctis* accipi, ait *l. 53. D. eod. tit.* ¶. 5. CONIVNGI quoque dicuntur iudicia: *l. 23. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* CONIVNCTI notitia: *l. 225. D. de verb. ſignif.* CONIVNCTAE duae tabernae: *l. 1. D. de ſeruit. leg.* CONIVNCTVM in aedificium: *l. 63. D. de donat. int. vir. et vx.* CONIVNCTA fundo littora. *l. 51. D. de contrah. emt.*

CONLVCARE, vid. ſupra COLLVCARE.

CONNEXVM, vel, vt in Pandectis Florentinis ſcribitur, *conexum* dicitur, quod cohaeret coniunctumque eſt. Ita CONNEXA adminiſtratio: *l. 21. C. de negot. geſt. l. 11. C. arbitr. tut.* ratio: *l. 37. D. de admin. et peric. tut.* CONNEXVM aedificiis: *l. 59. D. de rei vind.* iudicio: *l. 5. §. 5. D. de admin. et peric. tut.* Si quid CONNEXVM fuit, vt ſeparari ratio eius, quod in ſeruitute geſtum eſt, ab eo, quod in libertate geſſit, non poſſit: *l. 17. D. de negot. geſt.* CONNEXI inter ſe ſanguine. *l. 1. §. 10. D. de ſuis et legit.*

CONNIVENTIA, patientia, qua quis delictum impune eſſe ſinit. *l. 6. §. 1. C. de poſtul.* HEIN.

CONNIVERE. CONNIVENTIBVS oculis. *l. 4. §. 1. D. de manumiſſ.*

CONNVBIVM, vel, vt in Pandectis Florentinis ſcribitur, CONVBIVM *eſt vxoris iure ducendae facultas*, quemadmodum interpretatur Vlpianus *Fragm. tit. V. §. 3.* qui haec praeterea addit: CONNVBIVM *habent ciues Romani cum ciuibus Romanis: cum Latinis autem et peregrinis ita, ſi conceſſum ſit. Cum ſeruis nullum eſt* CONNVBIVM. *Inter parentes et liberos infinite cuiuscumque gradus* CONNVBIVM *non eſt.* Seru. *in Lib. I. Aeneid. v. 73.* ad illa verba:

CONNVBIO *iungam ſtabili.*

CONNVBIVM, inquit, *eſt ius legitimi matrimonii.* Imperator Conſtantinus *in l. 3. C. de inceſt. nupt. Cum ancillis*, inquit, *non poteſt eſſe* CONNVBIVM. *Nam ex huiusmodi contubernio ſerui naſcuntur.* Sic CONNVBIVM eſſe cum alio: *l. 11. D. de diuort.* CONNVBIVM habere: *l. 45. §. 4. D. de rit. nupt.* CONNVBIVM adimi: *l. 1. D. de concub. l. vlt. §. vlt. D. de diuort.* Sine CONNVBIO matrimonium. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 5.* Nimirum

rum aliud Romanis erat CONNVBIVM, quod et *nuptiarum* vocabulo deſignabant: aliud MATRIMONIVM: aliud CONTVBERNIVM. Primum, vti eleganter obſeruat Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſt. p. 748.* erat vocabulum iuris ciuilis: alterum iuris geotium: poſtremum iuris naturae. Nuptiae vel CONNVBIVM tantum conſiſtebant inter ciues Romanos, *pr. Inſt. de nupt.* cum aliis non niſi ſi conceſſum eſſet, Vlpian. *tit. V, 4.* et tempore quidem liberae reipublicae, a populo, cuius rei exempla ſunt apud Liuium *Lib. XXXVIII. Cap. 36.* et *Lib. XLIII. Cap. 3.* poſtea a principibus, vti docent marmora apud Gruter. *p. DLXXIII, 2. DLXXIV, 5. DLXXV, 1.* Matrimonium et peregrini ſecundum ſuae quique patriae leges contrahebant, ita tamen, vt iuris Romani priuilegiis et effectibus non gauderent hi coniuges, veluti patria poteſtate, priuilegiis dotium, et ſimilibus. Hinc deportata nupta eſſe deſinebat: *l. 56. D. ſolut. matr.* et tamen deportatione matrimonium minime diſſoluitur. *l. 13. §. 1. D. de donat. inter vir. et vx.* Et ciuis, qui peregrinam duxerat, adulterii quidem poſtulabat vxorem, quia lex Iulia ad omnia matrimonia pertinebat, *l. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* non tamen iure mariti, ſed extranei. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 5.* et ibi Schultiogius. De CONTVBERNIO paullo poſt erit dicendi locus. HEIN.

CONNVMERARE. Sic CONNVMERANTVR dies: *l. 1. D. de adgnoſc. et alend.* Non CONNVMERANTVR in eis: *l. 44. §. 5. D. de rit. nupt.* CONNVMERARI inter liberos. *l. 14. D. de ſtat. hom.*

CONQVIESCERE, ceſſare. Ita CONQVIESCIT intentio. *l. 9. C. de poſtlim. reuerſ.*

CONQVIRERE fugitiuos: *l. vlt. D. de offic. praef. vigil.* id eſt, inquirere, et requirere, vti loquitur *l. 1. §. 2. et l. 3. D. de fugitiu.* CONQVIRERE fures et latrones, plagiarios, ſacrilegos: *l. 13. D. de offic. praef. l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul.* Traianus ad Plin. *Lib. X. Epiſt. 98.* de Chriſtianis agens: CONQVIRENDI, inquit, *non ſunt: ſi deferantur et arguantur, puniendi.* CONQVIRERE librum: *l. 6. §. 1. D. ad SC. Turpill.* CONQVISITIS vndique fabris. *l. 137. §. 3. D. de verb. oblig.*

CONSANARE, ſanare. *l. 10. pr. D.* ☞ *de Aedilit. edict.* Ibi Vlpianus: *Si homini digitus ſit abſciſſus, membriue quid laceratum, quamuis* CONSANAVERIT, *ſi tamen ob eam rem eo minus vti poſſit, non videri ſanum eſſe.* Quum vero rarius ſit CONSANAVERIT, at familiariſſimum veteribus CONSANVERIT, quo vſi Cicero *Lib. IV. ad famil. Epiſt. 6.* Columella *de re ruſt. Lib. IV. Cap. 27.* Celſus *de Medicin. Lib. VII. Cap. 12.* legendum pleique ibi putant CONSANVERIT. Immo Haloander ibi habet CONSOLIDAVERIT. Equidem et CONSANARE habet Columella *Lib. IV. Cap. 29. et Lib. IV. Cap. 24.* ſed notione tranſitiua. Eo vero ſenſu, quo vſus eſt Vlpianus, vix vsquam exemplum exſtat, ceu ipſe agnouit vir doctiſſimus, Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 342.* HEIN.

CONSANGVINEVS. CONSANGVINEI fratres dicuntur de vno patre nati, vt Caius *Lib. II. Inſt. tit. 8. §. 3.* definit. Ex eodem Caio in *Collat. leg. Moſaic. et Rom. tit. XVI. §. 2* referuntur haec: *Qui eodem patre nati ſunt, fratres adgnati ſibi ſunt, qui etiam* CONSANGVINEI *vocantur: nec requiritur, an matrem eamdem habuerint. Ibid. §. 3.* ex Paulli *Lib. VII. ſentent.* haec adſcribuntur: CONSANGVINEI *ſunt eodem patre nati, licet diuerſis matribus, qui in poteſtate fuerint mortis tempore:* ADOPTIVVS *quoque frater, ſi non ſit emancipatus, et hi, qui poſt mortem patris nati ſunt, vel cauſſam probauerunt. Soror iure conſanguinitatis tam ad fratris, quam ad ſororis, hereditatem admittitur.* §. 2. Caſſius in *l. 1. §. 10. D. de ſuis et legit. hered.* CONSANGVINEOS definit eos, qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. Sed et Seneca in ἀποκολοκυντώσει: *Nouiſſime fratris filia, ſororis filiae, generi, ſoceri, ſocrus, omnes plane* CONSANGVINEI. Theophilus vero *in §. 1. Inſt. de legit agn. ſucceſſ.* Οἱ ἐκ τῦ αὐτῦ πατρὸς τεχθέντες ἀδελφοὶ Ῥωμαϊςὶ μεν λέγονται CONSANGVINEI ἑλληνιςὶ δὲ ὁμαιμοι. *Ex eodem patre geniti fratres Latine quidem* CONSANGVINEI *Graece* ὁμαιμοι *dicuntur.* Quomodo et vetus Gloſſarium CONSANGVINEOS ὁμαίμους interpretatur. At Socrates *Lib. III. Hiſt. eccl. Cap. I.* CONSANGVINEOS ὁμοπατρίους ἀδελφὲς vocat. Suidas: Ἀμφιπάτορες, οἱ ἀπὸ τῦ αὐτῦ πατρὸς, ἑτέρας δὲ μητρός. Ἀμφιπάτορες *ſunt, qui ex eodem patre, at diuerſa matre ſunt.* Et ita CONSANGVINEOS accipe, in *l. 2. D. de ſuis et legit. l. 1. §. 11. l. 6. §. 1. l. 7. D ad SC. Tertullian.* CONSANGVINEA ſoror: *l. 2. §. 18. et §. 19. D. ad SC. Tertull. l. 4. C. de ſuis et legit.* et apud Vlpian. *Fragm. tit. XXVI. §. 8.* quae a Demoſthene ὁμοπάτρια dicitur *in oratione contra Ariſtogiton.* Huius autem vocis ἔτυμον ſi quis deſideret, conſulat Soran. *Lib. Iſagoges medicin. Cap. XVI.* Dicam de fratribus CONSANGVINEIS plura *Libro VI.*

CONSANGVINITAS, pro fraternitate, quae a patre communi deſcendit. *l. 4. D. vnde cogn. l. 44. D. de adopt. l. 13. C. de probat. l. 1. 2. 3. 6. C. de legit. hered. §. 3. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* Vetus Gloſſarium: CONSANGVINITAS *eſt vinculum duarum perſonarum, ab eadem ſtirpe deſcendentium, carnali propagine contractum.* CONSANGVINITATIS plane iura a patre oriuntur. *l. 4. D. vnde cogn.* Nec refert, ex eadem matre, an ex diuerſis geniti ſint. *l. 3. C. de legit. tut. l. 1. l. 3. l. 6. l. 14. D. de legit. hered. l. 1. C. ad SC. Orphit. l. 5. C. commun. de ſucceſſ.* CONSANGVINITATIS autem iura inter ſe habent etiam poſt mortem vel captiuitatem patris editi: ſed et adoptiui cum naturalibus. *l. vlt. D. vnde legit. l. 1. §. vlt. D. de ſuis et legit. l. 7. D. ad SC. Tertull. §. 1. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* CONSANGVINITATIS titulus: *l. 1. C. de legit. hered.* [CONSANGVINITATIS inter parentes et liberos, meminit *l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript.*]

CONSCIENTIA caedis: *l. 1. §. 30. D. ad SC. Silan.* [criminis: *l. 5. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit.*] delictorum: *l. 15. D. qui et a quib. manum.* fideicommiſſi relicti: *l. 2. C. de fideicommiſſ.* fraudis: *l. 10. §. 4. D. quae in fraud. cred.* Teſtamentum apud CONSCIENTIAM principis tenet: *l. 19. C. de teſtam.* CONSCIENTIA ſceleris. *l. 32. §. 7. D. de donat. int. vir. et vxor.*

CONSCINDERE vela. *l. 6. D. de incend. ruin. naufrag.*

CONSCISCERE ſibi mortem: *l. 45. §. 2. D. de iure fiſc. l. 17. §. 1. D. de aedilic. edict.*

l. 32. §. 6. D. de don. int. vir. et vxor. l. 6. §. 7. D. de re milit. l. vlt. §. vlt. D. de bon. eor.

CONSCIVS et particeps: *l. 4. §. vlt. D. de noxal. act.* Sic: te CONSCIO et fraudem participante: *l. 10. §. 2. D. quae in fraud. credit.* CONSCIVS fraudis: *l. 1. §. 20. D. de quaeſtion.* CONSCIVS, nihil ad ſe pertinere: *l. 25. §. 5. D. de hered. petit.* me non CONSCIO: *l. 14. §. 5. D. quod met. cauſſ.* CONSCIVS ſeruorum fraudis. *l. 5. D. ſi famil. furt. fec. dic.* ¶. 2. [CONSCIVS, id eſt, congruus. CONSCIA honeſtati mercatura. *l. 2. C. de epiſc. et cler.* quamquam ibi legere mallem *conſona.*] De ea vocabuli CONSCIVS notione non conſtat, quamuis et res inanimatae aliquando dicantur CONSCIAE, veluti CONSCIVS *ignis*: apud Stat. Papin. *Lib. VI. Thebaid. v. 547.* Nec extra exemplum eſt, illud iungi datiuo. Nam et Cicero *pro Cluent. Cap. XX.* dixit: *facinori* CONSCIVM. HEIN.

CONSCRIBERE. CONSCRIPTA conditio: *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.* CONSCRIBERE codicillos: *l. 5. C. qui teſt. fac. poſſ.* CONSCRIPTVM inſtrumentum: *l. 17. C. ad SC. Vellei. l. 17. C. depoſ.* CONSCRIBERE legem: *l. 39. D. de pact.* rationes: *l. 3. §. 14. D. ad exhib. l. vlt. §. 1. D. de liberat. leg.* CONSCRIPTO teſtamento. *l. 1. C. de vſur.* ¶. 2. CONSCRIBERE, pro ſubſcribere. CONSCRIBERE curatori. *l. 1. §. 26. D. de ventr. in poſſeſſ.*

CONSECRARE publice: *l. vlt. D. vt in poſſeſſ. leg. ſeru. cauſſ.* nondum CONSECRATAE imagines Caeſaris: *l. 5. D. ad leg. Iul. maieſt.* CONSECRATAE res: *l. 63. §. vlt. D. pro ſoc. l. 6. §. 2. D. de diuiſ. rer.* ſtatuae aut imagines Imperatorum. *l. 6. D. ad leg. Iul. maieſt.*

CONSENSVS, firmum plerumque obligationum fundamentum. Hinc CONSENSV vel ex CONSENSV diuiduntur hereditates: *l. vlt. D. fam. ercisc. l. 1. C. eod. tit.* Et CONSENSVS datur diuiſioni: *l. 2. C. commun. vtriusqu. iudic.* mulier CONSENSV mariti profecta. *l. 21. D. de donat. int. vir. et vxor.* Conſenſu peragitur emtio, et hinc inter abſentes etiam contrahi poteſt, et per nuncium, et per litteras. *l. 1. §. vlt. D. de contr. emt.* In re, hypothecae nomine obligata, ad rem non pertinet, quibus fit verbis, ſicuti et in his obligationibus, quae CONSENSV contrahuntur. *l. 4. D. de fid. inſtrum.* CONSENSV contrahuntur matrimonia: *l. 2. C. de repud. l. 66. D. de don. int. vir et vxor.* CONSENSVS nuptias facit: *l. 30. D. de reg. iur.* id eſt, maritalis adfectio, vt ait *l. 32. §. 13. D. de donat. int. vir. et vxor.* CONSENSV fiunt obligationes in emtionibus, venditionibus: locationibus, conductionibus: ſocietatibus: mandatis. Ideo autem iſtis modis CONSENSV dicimus obligationem contrahi, quia neque verborum, neque ſcripturae vlla proprietas deſideratur, ſed ſufficit, eos, qui negotia gerunt, conſentire, *l. 2. D. de oblig. et act.* vel, vt Iuſtinianus loquitur, quia neque ſcriptura, neque praeſentia omnimodo opus eſt, at nec dari quidquam neceſſe eſt, vt ſubſtantiam capiant obligationes illae, ſed ſufficit, eos, qui negotia gerunt, conſentire. *l. 1. Inſt. de oblig. ex conſenſ.* Sic locatio conductio, quum naturalis ſit, et omnium gentium, non verbis, ſed CONSENSV contrahitur. *l. 1. D. locat. conduct.* Sed et obligatio mandati CONSENSV contrahentium conſiſtit: ideo per nuncium quoque, vel per epiſtolam, mandatum ſuſcipi poteſt. *l. 1. D. mandat.* STIPVLATIO ex vtriusque CONSENSV perficitur. *l. 137. §. 1. D. de verb. oblig.* CONSENSVM dare venditioni: *l. 9. D. quib. mod. pign. l. 11. C. de euiction. l. 4. C. de vſur. pro emtore* CONSENTIENTES in aliquam rem, ex CONSENSV obligari neceſſario ex voluntate noſtra videmur. *l. 52. D. de oblig. et act.* Nihil CONSENSVI tam contrarium, qui bonae fidei iudicia ſuſtinet, quam vis atque metus. *l. 116. D. de reg. iur.* Quid tam contrarium CONSENSVI eſt, quam error, qui imperitiam detegit? *l. 15. D. de iurisdict.*

CONSENTANEVS, A, VM. CONSENTANEVS caſus: *l. 1. §. vlt. C. de Lat. lib. toll.* CONSENTANEVS effectus: *l. 1. §. 8. C. de Lat. libert. toll.* CONSECTANEVM iuri fuit. *l. 8. C. quom. et quand. iud.* [CONSENTANEVM legibus ſacrum oraculum: *l. 5. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* CONSENTANEVS *vita et morte vir*, id eſt, ſibi congruens. Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap. LXIII.* Fruſtra ergo ſunt, qui Latinum eſſe hoc vocabulum, negant.] At ego, quemquam vmquam dubitaſſe, dubito, de Latinitate vocabuli, quo ipſe Cicero, non ſemel aut iterum, ſed ſaepiſſime vſus eſt. Loca ex Nizolio hic non adſcribo. HEIN.

CONSENTIRE dicuntur, quibus idem placet. Sic CONSENTIRE in arbitrum: *l. 17. D. de recept. arb.* in corpore: *l. 21. §. 1. D. de act. emt.* in corpus: *l. 9. §. vlt. l. 11. l. 15. D. de contrah. emt.* ad diuortium: *l. 45. §. 5. D. de rit. nupt.* filiae: *l. 7. §. vlt. D. de ſponſ.* in iudicem. *l. 57. D. de re iud.* CONSENSISSE autem videntur, qui ſciunt, ſe non eſſe ſubiectos iurisdictioni eius, et in eum conſentiunt. Ceterum ſi putent, eius iurisdictionem eſſe, non erit ideo eius iurisdictio. Error enim litigatorum non habet CONSENSVM. *l. 2. D. de iudic.* Non videtur in iudicem CONSENSISSE, qui edi ſibi genus apud eumdem deſiderat actionis: *l. 33. D. de iudic.* nec CONSENTIVNT, qui errant: *l. 15. D. de iurisd.* CONSENTIRE nuptiis: *l. 48. D. de rit. nupt. l. 48. D. de op. libert. l. 12. §. 3. D. de capt. et poſtl.* obligationi: *l. 5. C. ad SC. Vellei.* parentibus: *l. 4. D. de inoff. teſt.* CONSENTIENTIBVS partibus: *l. 9. l. 14. D. de recept. qui arbitr.* patri: *l. 3. §. 5. D. de minor.* CONSENTIRE pignori: *l. 9. §. vlt. D. quib. mod. pign.* in praeſidem: *l. 15. D. de iurisdict.* ad redhibendum: *l. 31. §. 7. D. de Aedil. ed.* transactioni: *l. 8. C. de ingen. manumitt.* venditioni pignoris: *l. 7. D. quib. mod. pign.* viro, praedia in dotem danti: *l. 11. D. eod. tit.* in vnum. *l. 1. D. de pact.* Non vero videtur CONSENTIRE furioſus, qui ſentire non poſſit: *l. 8. §. 2. D. de opt. leg.* et CONSENTIRE poteſt ſurdus: *l. 48. D. de obl. et action.* Animus vtriusque CONSENTIT: *l. 55. D. de obl. et act.* CONSENTIVNT omnes in hanc ſummam: *l. 27. §. 3. D. de recept. arbitr.* omnes auctores de hoc CONSENSERVNT. *l. 1. §. 3. D. de vſufr. adcreſc.* ¶. 2. CONSENSISSE aliquando is demum accipitur, qui nominatim et expreſſis verbis id ipſum teſtatus eſt.

¶. 3. Interdum et is, qui non contradixit: velut in eo, quod dicitur, filiam patri, de dote agenti, CONSENTIRE debere, CONSENTIRE videtur filia, niſi euidenter contradicat. *l. 2. §. 2. D. ſolut. matrim.* In conſtituendis quoque ſponſalibus filiae pater, niſi euidenter diſſentiat, CONSENTIRE intelligitur. *l. 7. pr. D. de ſponſal.* ¶. 4.

CON-

CONSENTIRE, id eſt congruere, et conuenire. Sic CONSENTIRE acceptilatio dicitur cum obligatione. *l. 14. D. de acceptilat.* ¶. 5. [CONSENTIRE, pro contentioſe idem cupere, adeoque in effectu diſſentire, accipitur in *l. 2. §. 2. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt. iuncta l. 34. pr. D. de vſufr.*] Sed CONSENTIRE vtroque loco eſt congruere. Senſus enim eſt, ſi duorum, quibus vſusfructus alternis annis legatus ſit, voluntates in eumdem annum congruant, fieri non poſſe, quin alter alterum impediat. Nulla ergo nos cogit neceſſitas, vt verbo hanc nouam ac inauditam notionem adfingere velimus. HEIN.

CONSEQVENS eſt, hoc ſaepe ſignificat, conueniens, et rationi aequitatique conſentaneum eſt. *l. 7. §. 11. D. de adquir. rer. dom. l. 4. D. de captiu. l. 38. D. de iur. dot. l. 3. §. 12. D. de itin. actuque priu. l. pen. D. qui pot. in pign. l. 4. §. 1. D. de offic. eius, cui mand. iurisd. l. 1. D. de collat. bon. l. 52. §. 26. D. de furt. l. 20. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 24. D. ad municipal. l. 18. l. 30. §. 1. D. de damn. infect. l. 34. D. de reg. iur. l. 1. §. 8. D. de dot. collat. l. 1. §. 1. D. ſi tab. teſt. l. 4. D. de captiu. l. 9. D. de lib. cauſſ. l. 47. D. de damn. infect. l. 7. C. de teſtam. l. 2. C. vbi et apud quem. l. 9. C. de ingen. manum. l. 5. C. de ſent. et interloquut. l. 2. C. de commod.* ¶. 2. CONSEQVENS eſt, dicere. *l. 3. §. 6. l. 15. §. vlt. D. quod vi aut clam. l. 1. §. 1. D. de migrando l. 16. §. 9. D. ad SC. Trebell. l. 1. D. de fer. l. 1. D. de litigioſ. l. 7. §. 3. D. de except. rei iud. l. 13. §. 1. D. de acceptil. l. 30. l. 40. §. 1. D. de damn. infect. l. 19. § 3. D. de donat.* CONSEQVENS fuit: *l. 1. D. ſi pars hered. petat.* ¶. 3. Cui CONSEQVENS videtur: *l. 61. D. de furt. l. 4. C. arbitr. tut.* videri poteſt: *l. 18. §. 5. D. de damn. inf.* His CONSEQVENS erit: *l. 18. §. vlt. D. ad leg. Falc.* Huic ſententiae CONSEQVENS eſt: *l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* CONSEQVENS non eſt ſententiae: *l. 57. D. de manumiſſ. teſt.* CONSEQVENS futurum: *l. 24. D. ratam rem hab.* CONSEQVENS eſt, obſeruari. *l. 18. §. 8. D. de iur. fiſc.*

CONSEQVENTER ait: *l. 24. §. 13. D. de fideic. libert.* dicemus: *l. 38. D. ex quib. cauſſ. maior.* placuit: *l. 13. D. iudic. ſolu.* Proinde CONSEQVENTER erit: *l. 24. §. 13. D. de fideic. libert.* His CONSEQVENTER: *l. 18. D. famil. erciſc.* CONSEQVENTER prioribus: *l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid.* CONSEQVENTER. *l. 3. §. 3. D. de legat. praeſtand.* De Latinitate huius aduerbii dubitarunt nonnulli, quos auctoritate Apuleii *Lib. X. princ.* et *Lib. XI. pr. Metamorph.* et ex analogia refellit Car. Andr. Duckerus *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 419.* HEIN.

CONSEQVENTIA. Per CONSEQVENTIAS. *l. 19. D. de dol. mal. l. 1. l. 7. D. de auct. et conſenſu tut. l. 1. §. 3. D. de iniur. l. 9. D. de poen. l. 7. §. 11. D. de interd. et releg. l. 27. §. 2. D. de rei vind. l. 29. D. de liberat. legat. l. 92. D. de condit. et demonſtr.* [Atque ſic ſemper auctores noſtri loqui ſolent, non *per conſequentiam.* Gellius etiam *Lib. VI. Cap. 1.* dicit: *per ſequelas quasdam* Chryſippus κατὰ παρακολούθησιν. *l. 5. D. de act. emt.* et ibi Cuiacius.] Ad CONSEQVENTIA: *l. 141. D. de reg. iur.* ad conſequentias. *l. 14. D. de legib.* De huius quoque formulae Latinitate quae diſputentur, vide apud laudatiſſimum Duckerum *ibid.* HEIN.

CONSEQVI, interdum ſignificat ſequendo adprehendere. Vt CONSEQVI fugientem. *l. 10. §. 16. D. quae in fraud. cred.* ¶. 2. CONSEQVI, pro ſequi. CONSEQVVTAE nuptiae. *l. 27. D. de donat. int. vir. et vxor.*

¶. 3. CONSEQVI, obtinere, naneiſci, ſeruare. *l. 76. D. de procurat.* CONSEQVI actione: *l. 1. D. de alienat. iudic. mut. l. 2. D. condict. cauſſ. dat. l. 65. D. pro ſoc. l. 29. D. de act. emt. vend. l. 11. §. vlt. D. de ſeru. corrupto l. 4. D. vbi pupill. educ. l. 7. D. ad leg. Aquill. l. 2. C. mandat. l. 11. C. de negot. geſt.* per actionem: *l. 26. D. de ſeru. praed. vrb. l. 5. D. de dol. mal.* agendo: *l. 7. §. vlt. D. de dol. mal. except. l. 1. §. 1. D. de ſuperfic. l. 2. D. de tritic. vin. ol. l. 7. D. commodat.* CONSEQVI aeſtimationem litis: *l. 8. §. vlt. D. quib. mod. pign. l. 3. D. de tab. exhib.* arbitrio iudicis: *l. 29. D. de Aedilit. edict.* condictione: *l. 3. D. de condict. ſine cauſſa. l. 4. C. de cond. ob cauſſ. dat.* [iure conuentionis: *l. 9. C. de diſtr. pign.*] CONSEQVI cura et diligentia: *l. 19. D. commodat.* CONSEQVI debitum: *l. 1. C. eod. tit.* per exceptionem: *l. 25. D. de adminiſtr. et per. tut. l. 57. D. de legat. I. l. 18. §. 5. D. fam. erciſc.* fructuum nomine: *l. 1. §. vlt. D. ſi vſusfr. pet.* per hereditatis petitionem: *l. 7. D. ſi pars her. pet. l. 51. §. vlt. D. fam. erc. l. vlt. D. de poſſeſſor. hered. petit.* iudicio: *l. 47. D. de condict. indeb. l. 57. pr. et §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 3. D. de exercitor. act. l. 52. D. de act. emt. l. 22. D. de negot. geſt. l. 4. l. 49. l. 51. §. vlt. famil. erciſc. l. 4. §. vlt. D. comm. diuid. l. 4. D. vbi pupill. educ. l. 14. D. de Public. in rem act. l. 32. D. de damn. infect. l. 18. §. vlt. D. commodat.* iudicis officio: *l. 11. D. de noxal. act.* impenſas: *l. 38. D. de hered. pet. l. 28. D. de damn. infect.* partem: *l. 60. D. de pact.* partes rerum: *l. 1. §. 2. D. ſi pars hered.* petendo: *l. 54. §. 1. D. de hered. petit.* plus ex pretio: *l. 30. D. de rei vind.* per praetorem: *l. 17. §. vlt. D. de noxal. act.* pretium, pretia rerum, pecuniam: *l. 35. l. 36. D. de hered. petit.* quanto minus: *l. vlt. D. de reb. credit. l. 116. D. de verb. oblig. l. 21. D. de ſolut. l. 15. D. de verb. ſign.* ſententia: *l. 75. §. 1. D. de iudic.* ſumtus: *l. 14. D. de dol. mal. et met. except.* tributum. *l. 1. §. 1. D. de publican.* ¶. 4. CONSEQVI, alias adquirere, et adipiſci ſignificat. CONSEQVI artificium: *l. 52. D. de rei vindic.* dominium: *l. 67. D. de ſolut.* dominii capione, et iure publico: *l. 18. D. de damn. infect.* maximos fructus: *l. 11. §. vlt. D. de public.* hereditatem: *l. 18. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* legata: *l. 23. D. de dol. mal. l. 45. §. 1. D. de fideic. libert.* liberationem: *l. 39. §. 2. D. de legat. I.* libertatem: *l. 10. D. de in ius voc. l. 31. D. de min.* ex teſtamento: *l. 18. D. de fid. libert. l. 20. l. 39. l. 57. l. 59. l. 60. D. de manum. teſt.* licentiam fruendi: *l. 5. §. 1. D. ſi vſusfr. pet.* poſſeſſionem: *l. 18. §. 6. D. famil. erciſc.* ex re, vel operis: *l. 5. §. vlt. D. ſi vſusfr. pet.* ſententiam. *l. 75. D. de re iudic.*

¶. 5. [Ceterum CONSEQVI cum effectu accipitur, veluti capere. *l. 29. §. 3. l. 59. §. 4. D. mandat. l. 33. pr. D. de hered. inſt. l. 12. pr. D. de inoffic. teſtam. l. 66. §. 1. D. ad leg. Falcid.*]

CONSERERE agrum: *l. 9. §. 6. D. de*

CON.

de vſufruct. CONSITA. l. 53. D. de rei vindic. ¶. 2. CONSERERE manum veteres dicebant non modo cum hoſte in praelio, verum etiam cum aduerſario, quando poſſeſſiorem ex iore, id eſt, ex eo loco, in quo Praetor ius dicebat, in rem praeſentem manum CONSERTVM, vocabat. Varro de lingua Lat. Lib. V. CONSERERE manum dicimus cum hoſte. Sic et ex iure manum conſertum vocare. Ennius apud Ciceron. Lib. VII. Epiſt. ad famil. 13.

Non ex iure MANVM CONSERTVM, *ſed mage*
ferro.
Rem repetunt

Idem Cicero Lib. I. de Orat. Cap. X. *Multique praeteſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure* MANVM CONSERTVM *vocarent.* Vtrobique enim non, vt volgo, *manu*, ſed, vt recta loquendi ratio ſuadet, *manum conſertum* legendum. Similique mendo laborat Gell. *Noct. XX, 10.* apud quem ſcriptum eſt: *Ex iure* MANV CONSERTVM, (pro *manum*,) *verba ſunt ex antiquis actionibus, quae, quum lege agitur, et vindiciae contenduntur, dici nunc quoque apud Praetorem ſolent.* Vbi et illos Ennianos verſus citat, ſobiicitque: MANVM CONSERERE *eſt, de qua re diſceptatur, in re praeſente, ſiue ager, ſiue quid aliud eſt, cum aduerſario ſimul manu prehendere, et in ea re ſollemnibus verbis vindicare.* Vindicia, id eſt, *correptu manus in re atque in loco praeſente apud Praetorem ex XII. Tabulis fiebat.* Ac demum: *Ex iure* MANVM CONSERTVM *vocare* ait eſſe, *quum alter alterum ex iure ad conſerendam manum in rem, de qua ageretur, vocat.* Ac proinde harum notarum E. I. M. C. V. quas Valerius Probus albo *notarum iuris* adſcribit, recta interpretatio eſt haec: Ex IVRE MANVM (non autem *manu*) CONSERTVM VOCAVIT. B. Hieronymus *in praefat. Comment. Epiſt. ad Epheſ. Neminem* MANV CONSERTA, *vt noſtra tranſcribat, vel legat, in ius trahere volo.*

CONSERVA. Sic CONSERVABVS, pro contubernalibus, dixit iuriſconſultus. *l. 27. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

CONSERVARE. Ad CONSERVANDAM auctoritatem: *l. 7. D. de ann. legat.* CONSERVARE exiſtimationem: *l. 18. C. ex quib. cauſſ. infam.* CONSERVANDORVM fructuum cauſſa: *l. 36. §. 4. D. de hered. petit.* CONSERVANDI ioris noſtri cauſſa: *l. 1. §. 2. D. de nou. op. nunc.* CONSERVATVS eſt latro: *l. vlt. D. de receptator.* CONSERVARI libertas: *l. 55. D. de fideic. libert. tit. Inſt. de addict. bon. libert. cauſſ.* maieſtatem comiter. *l. 7. §. 1. D. de capt. et poſtl. reuerſ.* Vid ſupra COMITER CONSERVARE, rem vel ius ſuum: *l. vlt. D. de legib.* ſententiam: id eſt, vt vulgo loquimur, confirmare. *l. vlt. D. quod cum eo, qui in alien.*

CONSERVVS. *l. 7. §. vlt. l. 14. §. 2. D. de ſeru. corrupt. l. 9. §. 1. D. de pecul. l. 15. D. de ſtip. ſeru. l. 25. §. 4. D. de Aedilit. edict. l. 14. §. vlt. D. de manumiſſ. vind.* et apud Varron. *Lib. II. de re ruſt. Cap. 10. et 17.* CONSERVI. *l. vlt. §. 1. D. de liberat. leg.*

CONSIDERO. CONSIDERAMVS. *l vlt D. de condit. inſtit.* ¶. 2. [CONSIDERARE pro deſiderare poſitum videtur. *l. 6. §. 2. D. de condict. indeb.*] Eſt ibi: *Neque ratihabitionem* CONSIDERAMVS. Sed non neceſſarium eſt, vt a vulgari verbi notione diſcedamus. Senſus enim optimus eſt, ſufficere ſolutionem ſactam, neque rationem haberi ratihabitionis, id eſt, non expendi, ratane habita ſit, nec ne, ſolutio. HEIN.

CONSIGNARE, obſignare eſt. Ita CONSIGNATO debito atque depoſito: *l. 20. C. de pignor.* CONSIGNATVM deponere: *l. 1. C. de compenſ. l. vlt. C. de pign. act. l. 1. C. de remiſſ. pign.* CONSIGNARE legem: *l. 13. §. 6. D. de act. emt.* CONSIGNATAM pecuniam in publico deponere: id eſt, in ſacculo ſignato, vti loquitur *l. 1. § 36. D. depoſ.* CONSIGNATA quantitate: *l. 9 C. de pign. act.* CONSIGNATAM ſortem in publico deponere: *l. 19. C. de vſur.* CONSIGNARE tabulas, id eſt, annulo impreſſo obſignare: *l. vlt. D. de dote prael. l. pen. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 24. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 23. C. ad SC. Vellei.* Plaut. *in Bacchid. Act. IV. ſcen. 8. v. vlt.*

Aequum eſt, tabulis CONSIGNATIS *credere.*

CONSIGNARE teſtationes: *l. 9. §. 1. D. de poen.* teſtamentum: *l. 24. D. qui teſtam. fac. poſſ.* [Vbi tamen Salmaſius CONSIGNARE, pro *conſcribere* poſitum fuiſſe, arbitratur.] Plaut. *in Curcul. Act. II. ſcen. vlt. v. 86.*

Eamus intro, vt tabulas CONSIGNEMVS.

Idem *in Perſa Act. IV. ſcen. l. v. 12.*

Et iſtas tabellas, quas CONSIGNAVI *tibi:*

Sueton. *in Claud. Cap. XXXVIII. Tabellas dotis ipſe* CONSIGNAVERIT. Sic et CONSIGNARE *epiſtolas*, idem dixit Plaut. *Trinum. Act. III. ſcen. vlt. v. 87.*

CONSIGNATIO tabularum, inſtrumentorumque. *l. 1. §. 1. l. 16. D. de leg. Corn. de falſ.* ¶. 2. CONSIGNATIO aliquando dicitur ipſum inſtrumentum, probationis cauſſa ſcriptum. Teſtimoniis Quinctiliani *Lib. XII. Cap. 8.* et Senecae *IV. Contr. 8.* id probauit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. III, 11.* vbi de loco Maeciani, *l. 1. §. 4. D. de lego Corn. de falſ.* diſputat, legendumne ibi ſit: *ſine* CONSIGNATIONE, an, vt alii veteres codices habeot, ſiue conſignatione? HEIN.

CONSILIARIS, pro conſiliarius, Florentiae ſcriptum, in *l. 5. D. de offic. adſeſſ.* Id mendum quibusdam videtur. Sed quemadmodum veteres iuriſconſulti, imitati Graecos, promiſcue dixerunt *peculiarius*, *l. 4. §. vlt. D. de dol. mal. et met. exc. l. 4. §. pen. D. de pecul.* et *peculiaris*: *pupillarius* apud Cornut *ſchol. in Perſ. ſat. II. v. 19.* et *pupillaris*: *intercalarius*, apud Gell. *XVII, 9.* et *intercalaris*: *articularius*, apud Caton. *de re ruſt. CCLVIII.* et Plin. *praef. Lib. XXIII. Hiſt. nat.* et *articularis*: deoique *vulgarius*, apud Gell. *Noct. XII, 10.* et *vulgaris*: ita et CONSILIARIS defendi poſſe, pro conſiliarius, cenſent V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. I, 25.* et Ducker. *de Lat. vet. iurisc. p. 372.* HEIN.

CONSILIARIVS, qui a conſiliis eſt. *l. 1. C. Theod. de adſeſſ. domeſt.*

CONSILIVM, id eſt, propoſitum. CONSILIVM retinere, habendi ſecum liberos: *l. 8. D. de condit. et demonſtr.* CONSILIVM *teſtantis.* Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 4.* ¶. 2. CONSILIVM, Theophilus *in §. 4. quib ex cauſſ. manum.* ait eſſe

συ-

Digitized by Google

CON.

συνέδριον Φανερῶν ἀνδρῶν κατὰ ῥητὸν τῦ ἐνιαυτῦ χρόνον συνιςάμενον. ἐγίνετο δὲ τῦτο τὸ Κονσίλιον ὐ μόνον ἐν Ρώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. conſeſſum ſpectabilium virorum adſidentium per annuum illud tempus. Tale vero CONSILIVM *non ſolum Romae erat, verum etiam in prouinciis.* Idem ſubiicit, quod et ab Vlpiano *Fragm. tit. I. §. 13.* traditur, in CONSILIVM adhibitos quinque ſenatores, et quinque equites Romanos: in prouinciis vero viginti recuperatores, ciues Romanos, apud quos cauſſam probare minor viginti annis, ſeruum manumittens ex lege Aelia Sentia cogebatur. Sic CONSILIVM Baeticae. *l. 1. D. de abig.* ¶. 2. Nec tantum Praetor et Praeſes, ſed et conſul, et reliqui magiſtratus CONSILIVM *praebere* vel *exercere* dicebantur, quoties CONSILIVM cogebant. *l. 1. D. de offic. conſul. l. 5. D. de manum. vind. l. 2 D. de offic. eius, cui mand. iurisd.* [Cicero *pro Cluent. Cap. XLIII. Praetores vrbani debent optimum quemque in ſelectos iudices referre, qui ſint in* CONSILIO *Praetorum.*] Plin. *Lib. VI. Epiſt. 11. Adhibitus in* CONSILIVM *a praefecto vrbis, audiui ex diuerſo agentes ſummae ſpei, ſummae indolis iuuenes duos, Fuſcum Salinatorem, et Numidium Quadratum.* Sed et Aediles, quoties ex edicto ſuo ius dicebant, in conſilium adhibebant viros iuris prudentes. Iuuenal. *Sat. III. v. 161.*

Quis pauper ſcribitur heres?

Quisque in CONSILIO *eſt Aedilibus?* HEIN.

[Immo et iudex datus alios aduocabat in CONSILIVM, qui *illi adeſſe*, et *in* CONSILIO *eſſe* dicebantur. Cicero *pro P. Quinct. Cap. 11. Quos tibi aduocaſti, viris ſelectiſſimis ciuitatis.* Et *Cap. I. Apud te, et eos, qui tibi adſunt.* Iterum *Cap. II. Te, C. Aquilli, voſque, qui in* CONSILIO *adeſtis, orat.* Vide et *Cap. VI. XXV. et XXX.*] ¶. 3. Hinc loquutiones: Apud CONSILIVM manumittere: *l. 27. D. de manum. teſt. l. 19. l. 24. D. de manumiſſ. vind. l. 1. l. vlt. C. de vind. lib.* CONSILIO adhibito manumittere: *l. 15. §. vlt. D. de manum. vind.* In CONSILIO manumittere: *l. 2. l. 3. C. ſi adu. libert.* CONSILIVM impertire: *l. 79. §. vlt. D. de iudic.* in CONSILIVM aduocare: Seneca *de Clement. Lib. I. Cap. 15. et 16.* In CONSILIVM adſumi: *l. 30. D. de excuſ. tut.* in CONSILIVM euocati: Plin. *Lib. VI. Epiſt. 31.* In CONSILIVM ire: Cic. *pro Cluent. Cap. XX.* Mittere in CONSILIVM: Plin. *Lib. VII. Cap. 43.* CONSILIVM rogare: apud Gell. *Lib. XIV. Cap. 2.* Proferre ad CONSILIVM: Gell. *Noct. XII, 7.* In CONSILIVM adſidere: *l. vlt. D. de offic. adſeſſ.* In CONSILIO eſſe: *l. 29. D. de legat. II.* Iuuenal. *Sat. III. v. 162.* Plin. *Lib. VI. Ep. 22. Recepta cognitio eſt. Fui in* CONSILIO. In CONSILIO cognoſcentis eſſe oportet. *l. 1. C. qui et adu.* CONSILIIS publicis intereſſe: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* CONSILIIS adhiberi. Cic. *Topic. Cap. XVII. Nam et adſunt multum, et adhibentur* CONSILIIS. Spartianus *in Hadriano Cap. XXII. Cauſſas Romae atque in prouinciis frequenter audiuit, adhibitis* CONSILIO *ſuo conſulibus atque praetoribus, et optimis ſenatoribus.* Plin. *Lib. VI. Epiſt. 15.* de Priſco Iauoleno, iuriſconſulto: *Intereſt tamen officiis, adhibetur* CONSILIIS. Quintil. *Lib. IV. Cap. de narratione: Interim propter aliquem in* CONSILIVM *adhibitum, nos repetere illa ſimulemus.* ¶. 4. *De* CONSILII *ſententia* pronunciatum dicebatur, quod ex eorum, qui in conſilium adhibebantur, ſententia ſtatuebatur: vt apud Ciceronem ſaepe, Plin. *Lib. V. Epiſt. 1. et 5. Lib. VI. Epiſt. 31.* Apulei. *Apolog. I.* Quae verba his notis ſcribi ſolita: D. C. S. Valerius Probus auctor eſt. Eodem pertinent notae: C. C. C. id eſt. CVM CONSILIO COLLOQVVTVS. Ita et *Act. Apoſt. XXV, 12. Συλλαλήσας μετὰ τῦ συμβυλίυ. Colloquutus cum conſilio.* Vid. Cuiac. *Obſ. XVIII, 32.* HEIN. ¶. 5. CONSILIVM, quo, quid alteri agendum ſit oſtendimus. CONSILIVM fraudis: *l. 10. D. de alien. iudic. mut. cauſſ.* fraudulentum: *l. 47. D. de reg. iur.* CONSILIVM dare, in furti quaeſtione quid ſit, vid. *l. 58. §. 1. D. de furt.* CONSILIVM dederunt omnes iuriſperiti. *l. 17. §. 1. D. ſi ſeru. vindic.* At in *l. 39. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ex CONSILIO *Labeonis, Ofilii, Caſcellii, Trebatii*, accipe, ex praeceptis et regulis horum iuriſconſultorum, non quod conſilium hi iuriſconſulti dediſſent.

CONSISTERE dicitur, quod valet vtileque eſt, ac efficax. Sic CONSISTERE dicitur actio: *l. 1. C. ſi ſeru. ext.* depoſitum: *l. 45. D. de reg. iur.* donatio: *l. 27. D. de donat. int. vir et vxor.* emtio, venditio: *l. 4. C. de contrah. emt. l. 46. D. de reg. iur.* fideicommiſſum: *l. 76. D. de legat. II. l. 40. D. de legat. III.* inſtitutio: Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 12.* iudicium: *l. 24. D. de iureiur. l. 7. C. de iudic.* inter nos: *l. 11. D. eod. tit.* inter ſeruum et dominum: *l. 1. D. de leg. Iul. de annon.* legatum: *l. 82. pr. §. vlt. D. de legat. II. l. 8. §. vlt. D. de iur. codicill. l. 44. D. de legat. I. l. 49. D. ad leg. Falc. l. 15. D. de his, quae vt indign.* locatio: *l. 46. D. de reg. iur.* mandatum: *l. 35. D. mandat.* matrimonium: *l. 3. D. de iure dot.* nuptiae: *l. 2. D. de rit. nupt. §. 2. Inſt. de nupt.* obligatio: *l. 32. D. mand. l. 6. C. quae res pign. l. 7. C. commun. vtriusqu. iudic. l. 4. C. ad SC. Velleian.* petitio: *l. 7. C. famil. erciſc.* precarium: *l. 6. §. vlt. D. de precar.* ſtipulatio. *l. 9. §. vlt. l. 108. D. de verb. obl.* ¶. 2. CONSISTERE etiam dicitur, quod in aliquo poſitum eſt. Sic res conſiſtit in abuſu: *l. 5. D. de vſufr. ear. rer.* opera CONSISTIT in actu: *l. 1. D. de oper. ſeru.* obligationum ſubſtantia non in eo CONSISTIT: *l. 3. D. de obl. et act.* In facto CONSISTIT ſumma quaeſtionis: *l. 52. §. 8. D. de obl. et act.* vſusfructus ex fruendo CONSISTIT: *l. 1. D. quand. dies legat.* Pleraque notu CONSISTVNT. *l. 52. §. vlt. D. de obl. et act.* CONSISTERE in obligatione: *l. 9. §. 2. D. de ſtatulib.* fructus hominis in operis CONSISTIT: *l. 4. D. de oper. ſeru.* fructus praedii in pecore: *l. 3. D. de ſeru. praed. ruſt.* ſeruitutes aliae in ſolo, aliae in ſuperficie, conſiſtunt. *l. 3. D. de ſeru. l. 20. D. de ſeru. praed. vrban.*
¶. 3. CONSISTERE, interdum iudicio congredi, et in iudicio aduerſus aliquem ſtare ſignificat. Sic CONSISTERE actione. Ciuiliter in rem actione inſtituta, aduerſus aliquem CONSISTERE: *l. 1. C. ad leg. Fab.* CONSISTERE actione aduerſus heredes: *l. 3. C. de hered. tut.* actionibus aduerſus fideiuſſores: *l. 1. C. de magiſtr. conuen.* CONSISTERE aduerſus adoleſcentem: *l. 1. C. qui pet. tut.* cum aduerſario: *l. 1. C. qui legit. perſ.* aduerſus coheredes: *l. 2. C. de euict.* cum debitoribus: *l. 19. D. de hered. petit.* aduerſus dominos: *l. 53. D. de iudic.* cum domino: *l. 5. D. de manumiſſ. l. 7. D. de leg. Corn. de falſ.* aduerſus eum, qui de libertate litigat: *l. 9. D. de lib. cauſſ.* aduerſus fideiuſſores: *l. 1. C. de magiſtr. conu.* CONSISTERE iudicio communi diuidundo: *l. 1. C. commun. diu.* CONSISTERE iudicio ciuiliter aduerſus eos, qui negotia geſſerunt: *l. 8. C. de negot. geſt.* iudicio venditi: *l. 1. C. de act. emt.*

iudicio tutelae aduerſus fratrem propoſita actione: *l. 3. C. de except.* cum matre. Senec. *Lib. II. de ira Cap. 7. Alius iudicia patris accuſat, quae mereri ſatius fuit, alius cum matre* CONSISTIT. Quinctilian. *Declam. CCLII. Vt diceret, qua alia lege cum alio* CONSISTERE *potuerim.* CONSISTERE aduerſus quemlibet poſſeſſorem. *l. 13. §. 3. D. de pignor.*

¶. 4. CONSISTERE, ſtare. CONSISTERE in fundo: *l. 15. D. de ſeruit.* in prouincia. *l. 1. C. vbi in rem act.* ¶. 5. CONSTITIT, pro *conſiſtit*, ſaepe in pandectis vſurpatur. CONSTITIT ademtio: *l. 26. D. de adim. leg.* CONSTITIT in facto conditio: *l. 68. D. de ſolut.* quod datur: *l. 67. D. de legat. II.* in factum haec diſceptatio: *l. 34. D. de negot. geſt.* fructus: *l. 4. D. de op. ſeru.* CONSTITIT iudicium: *l. 1. D. de leg. Iul. de annon.* totum ius: *l. vlt. D. de leg.* Non CONSTITIT ſeruitus: *l. 13. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt.* ſtipulatio: *l. 11. D. de ſtipul. ſeru.* vſusfructus in fundo et aedibus: *l. 3. §. 1. D. de vſufr.* ex vtraque parte: *l. 4. §. vlt. D. de his, qui not. inf. l. 1. D. de praeuar.* CONSTITEREMVS pro conſiſteremus: *l. 72. D. de indic.*

CONSISTORIANI COMITES *rubr. C. de comit. conſiſtorian.* Ammian. Marcellin. *Lib. XV. Cap. 5.* et Ambroſ. *Lib. V. Epiſt. 37.*

CONSISTORIVM, *l. vlt. C. de offic. diuerſ. iud.* locus, in quo iudices conſiſtunt, et, vt Suidas interpretatur, *συνέδριον καὶ τὸ σύστημα, ἔνθα περὶ τῶν ἐπειγόντων βουλεύεται. conſeſſus ſeu conuentus, in quo a congregatis ſenatoribus conſultatur.* Vetus Gloſſarium: CONSISTORIVM, *vel praetorium, vel tribunal, eſt locus, in quo more ius redditur.* ¶. 2. CONSISTORIVM, vt Suidas alibi exponit, *θεῖον συνέδριον*, *ſacer* vel *diuinus conſeſſus.* Similiterque vetus Gloſſarium: *Κονσιστόριον, βασιλικὸν σέκρετον,* CONSISTORIVM, *ſecretarium Imperatoris.* Et ita CONSISTORIVM ſacrum principum: *l. 28. C. Theod. de praet. et quaeſt. l. 2. C. Theod. de primicer. et not. l. 5. C. Theod. eod. tit. l. 5. C. Theod. de prox. com. diſpoſ. l. 8. C. Theod. ad leg. Corn. de ſicar. l. 10. C. Theod. de leg. et dec. legat.* CONSISTORII ſecreta: *l. 7. C. Theod. de priuil. cor.* Auſon. *in Gratiar. act. Cap. XXIX.* adloquens Gratianum Imperatorem: *In illa vero ſede, vt ex more loquimur,* CONSISTORII, *vt ego ſentio, ſacrarii tui.* Et huios demum conſilii participes *comites conſiſtoriani* dicebantur.

CONSOBRINI, CONSOBRINAE, proprie qui [illegible] quaeue ex duabus ſororibus propagantur [illegible] *ſororini. l. 1. §. 6. l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin. §. 4. Inſt. de grad. cognat.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 11. §. 4.* Non. Marcell. *de propr. ſerm. Cap. vlt.* Obtinuit tamen, *patrueles* quoque *fratres*, id eſt, ex fratribus natos, et *amitinos*, id eſt, ex fratre et ſorore genitos, communi CONSOBRINORVM nomine adpellari. *d. l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin. §. 1. Inſt. de legit. adgn. ſucceſſ. l. 1. C. vnd. legit.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 11. §. 4.* CONSOBRINVS, CONSOBRINA, id eſt, *auunculi et materterae filius, filia.* Auſon. in Parental. *Epigr. XXVIII.* de Iulia Idalia, conſobrina:

Quae genita eſt mihi paene ſoror.
Filia nam fuit haec amitae.

Idque a proprietate ſermonis recedere, Theophilus cenſet. *Κυρίως γὰρ*, ait, *κονσοβρῖνοι λέγονται οἱ ἐκ θηλειῶν δύο ἀδελφῶν τεχθέντες· proprie enim* CONSOBRINI *dicuntur, qui ex duabus ſororibus geniti ſunt.* Vetus Gloſſarium: CONSOBRINI *οἱ ἐξάδελφοι, ἐκ δύο θηλειῶν ἀδελφῶν.* Gloſſarium Latinum: CONSOBRINI *ſunt, qui ex ſorore, et fratre, aut duobus fratribus vel ſororibus, ſunt nati.* Et mox: CONSOBRINVS *eſt filius auunculi.* Donatus *in Hecyr. Terent. Act. III. ſcen. 3.* ad ea verba: CONSOBRINVS *noſter. Sobrini*, ait, *ſunt ex duabus ſororibus.* CONSOBRINI *ex fratre et ſorore.* CONSOBRINVS *noſter. Quum de fratre natus eſt alter, alter ex ſorore,* CONSOBRINI.

CONSOCER, *l. 32. §. 20. et 21. D. de donat. inter vir. et vxor.* et CONSOCRVS, apud Sueton. *in Claud. Cap. XXVIII.* et Auſon. *in Parental. Epigr. XXX.*

CONSOLIDARI dicitur vſusfructus, qui ad proprietatem, a qua abſceſſerat, reuertitur, eique coniungitur, commiſcetur, et cum ea confunditur. *l. 3. §. vlt. l. 6. D. de vſufr. adcreſc. l. 78. §. 2. D. de iur. dot. §. 3. Inſt. de vſufr.* vbi et

CONSOLIDATIONEM fieri, ait, quum fructuarius proprietatem adquiſierit.

CONSONANS, id eſt, conſonum. *l. 34. §. 8. D. de iureiur.*

CONSONARE. Contractus bonae fidei CONSONAT: *l. 48. in fin. D. de act. emt. vend.* CONSONAT reſcriptum. *l. 90. D. de cond. et demonſtr.*

CONSORTES fratres dicuntur, non diuiſo patrimonio: *l. 41. §. vlt. D. de excuſat.* id eſt, qui bona communia habent, vt loquitur *l. 78. D. de adquir. vel omitt. hered.* Sic CONSORS *frater*, apud Plin. *Lib. VIII. Epiſt. 18.* accipi debet, nec alioquin ſenſus conſtaret. Quinctilian. in *argumento Declam. CCCXXI. Fratres* CONSORTES *inimici eſſe coeperunt: diuiſerunt.* Varro *Lib. V. de Lat. lingu.* CONSORTES, quibus vna ſors eſt. Feſtus: *Sors et patrimonium ſignificat. Vnde* CONSORTES *dicuntur.* Virgil. *in Ciri v. 15.*

Quattuor antiquis quae heredibus eſt data,
CONSORS.

Quinctilian. *Declam. CCCXX.* CONSORTES *enim poteſt facere caſus. Ceterum quidem, quum duo homines omnes fortunas ſuas contulerunt, omnes caſus miſcuerunt, vnum quiddam factum eſt.* Sic et CONSORS munerum. *l. 2. C. Th. de conlat. tranſl. poſtul.* petitionis: *l. 2. C. Th. ſi petit. ſine her. defec.* CONSORTES litis. *l. 1. C. de conſortib. litis.*

[CONSORTIO, onis. CONSORTIONI ſubiicere. *l. 96. §. 3. D. de ſolut.*] Vſi eodem vocabulo Cic. *Lib. III. de offic. Cap. 6.* et Liu. *Lib. XL. Cap. 8.* HERN.

CONSORTIVM, pro ſocietate et communione. Si inter fratres voluntarium CONSORTIVM initum fuerit: *l. 52. §. 8. D. pro ſoc.* CONSORTIVM collationis: *l. 5. C. de lege Rhod.* obeundorum munerum: *l. 4. C. de caſtr. pecul.* vitae. *l. 1. D. de rit. nupt.* ¶. 2. CONSORTIVM pro coniugio, ſiue licito, vti *l. 5. C. de natur. lib.* et *l. vlt. C. Theod. de nupt.* ſiue illicito, vt *l. 1. C. Theod. de inceſt. nupt.* ¶. 3. CONSORTIVM *curiale*, pro collegio et ordine decurionum. *l. 33. C. Theod. de decur. l. 7. C. Th. de ſuſcept. praepoſ.*

CONSPECTVS. CONSPECTVM aedium

Digitized by Google

CON.

dium auferre: *l. 38. D. de ſeru. praed. vrb.* In CONSPECTV habere aedificia: *l. 39. D. eod. tit.* CONSPECTV deterreri: *l. 28. §. 15. D. de poen.* In CONSPECTV noſtro eſt examen apium: *l. 5. §. 4 D. de adqu. rer. dom.* In CONSPECTV inumbratae quietis: *l. 18. §. 1. D. de adqu. poſſeſſ.* pecuniam, quae in CONSPECTV eſt: *l. 29. D. de verb. obl.* in CONSPECTV *populi Romani*: Cicero *de leg. Agrar. adu. Rull. Cap. III. init.* In CONSPECTV praetoris facta iniuria: *l. 7. §. vlt. D. de iniur.* in CONSPECTV ſeruorum. *l. 1. §. 22. D. de SC. Silan.*

[CONSPICERE, pro inſpicere. *l. 13. §. 2. C. de indic.*]

[CONSPICVIORES honorum luce, comparatiue, pro *conſpicuis*, in *l. 3. C. de commerc.* legendum cenſet Salmaſ. *de mod. vſur. Cap. X*[illegible] *p. 533.*]

CONSPIRATIO. Conſpiratione aduerſariorum, teſtibus pecunia corruptis, religionem iudicis circumuenire. *l. 33. D. de re iudic.* HEIN.

CONSTANS. CONSTANTISSIMVS homo: *l. 6. D. quod met. cauſſ.* CONTANS iudex: *l. 19. D. de offic. praeſ.* CONSTANS voluntas. *l. 1. D. de iuſt. et iur.*

CONSTANTER dicemus: *l. 1. §. 1. D. de legat. III.* CONSTANTIVS defendendum. *l. 1. §. 13. D. de SC. Silan.*

CONSTANTIA debiti: *l. 11. §. 13. D. de legat. III.* [CONSTANTIA pro inconſtantia: *l. 27. D. de procur.*] Senſus ibi talem notionem poſtulat. Sed quum ſine exemplo ſit illa vocabuli ſignificatio: neſcio an non potius legendum ſit: *inconſtantia.* Taurellius ſane ita ſe in vetere MSC. ſcriptum reperiſſe, notat. HEIN.

CONSTANTINVS, Imperator, qui veneranda Chriſtianorum fide Romanorum muniuit imperium. *l. 5. C. de natural. lib.* Hic diuae memoriae vocitur: *l. 3. C. de legit. tut.* et inclytae memoriae: *l. 1. C. de frument. vrb. Conſtantinop.* Diuum quoque adpellatum, libro proximo oſtendam. [CONSTANTINVS, maximus, ſanctiſſimae Conſtantinopolitanae ciuitatis conditor. *Nou. LXXVIII. Cap. 5.*] Ceterum Conſtantinum M. quamquam primus principum Romanorum Chriſto nomen dederit publice: aeque tamen, ac ſucceſſores, quaedam veteris ſuperſtitionis reliquias ſeruaſſe, et inter has etiam eſſe pontificatum Maximum, notum eſt ex Zoſimo *Lib. IV. Cap. 35.* In marmoribus ſane, reliquis Conſtantini M. titulis et pontificatus maximus adſcribitur, apod Gruter. *p. CCLXXXIII. l, 3. p. CLIX, 6.* Sed Zoſimi fidem ſuſpectam habet, inſcriptiones vero a paganis, inconſultis Chriſtianis Imperatoribus poſitas eſſe, cenſet Iac. Gothofred. *Diſſ. de interdict. Chriſtianor. cum gentilibus communione p. 34. ſequ.* Addi tamen meretur Io. Andr. Boſii *Diſſertatio de pontificatu maximo Imp. Chriſtianorum,* in *Theſauro Antiquit. Rom.* edita a Io. Georgio Graeoio. HEIN. A CONSTANTINO

CONSTANTINOPOLIS nomen traxit, cuius elogium vid. apud Auſon. *Clarar. vrb. Epigr. I.* Ea *aeterna vrbs* adpellatur: *Nouell. Martiani Imp. III. de praed. ciuit.* alma vrbs: *l. 8. C. de haeret. et Manich. l. 4. C. de temp. in int. reſtit. l. vlt. C. vbi cauſſ. ſtat.* caput omnium ciuitatum: *§. vlt. Inſt. de ſatisdat.* florentiſſima ciuitas: *l. 15. C. de iudic. l. 7. C. de curator. l. 12. fin. C. de praeſcript. long. temp.* florentiſſima vrbs: *l. 13. C. de aedif. priuat.* inclyta vrbs: *l. 22. C. de hered. iuſtit.* maxima vrbs: *l. 7. C. de feriis.* regia vrbs: *l. 25. C. de nupt. §. vlt. Inſt. de ſatisdat.* Roma noua: *l. 4. C. de operib. publ.* vt et apud Socrat. *Lib. V. Hiſt. eccleſ. Cap. 8.* et in Concilio Conſtantinopol. non ſemel. [Vrbs CONSTANTINOPOLITANA, quae Romae veteris praerogatiua laetatur: *l. 6. C. de ſacroſ. eccleſ.* vrbs alma regiaque: *Edict. Iuſtin. XIII. Cap. 6.* vrbs magna: *Edict. Iuſtin. VIII. Cap. I. §. 1. et Cap. III. princ.*] ſacratiſſima vrbs. *l. 7. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 30. C. de donat.* Eius dies natalis celebratus. *l. 10. C. de fer.*

CONSTARE, conſiſtere, valere, manere. CONSTARE ita dicitur adoptio: *§. 2. Inſt. de nupt.* CONSTANTE coniunctione: *l. 39. D. de iur. dot.* CONSTAT iudicium: *l. vlt. C. an ſeru.* CONSTANTE matrimonio: *l. 5. D. de bon. damn. l. vlt. D. de ſeru. corr. l. 21. D. de manumiſſ. l. 26. D. ad leg. Iul. de adult. l. 7. §. 1. D. de rit. nupt. l. 5. D. de diuort. l. 137. D. de verb. obl. l. 11. C. ad SC. Vellei. l. 2. C. de dot. caut. non num. l. 13. C. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. C. ſol. matr. l. 3. C. de iure dot.* CONSTAT modus: *l. 42. D. de act. emt.* CONSTAT obligatio: *l. 3. §. vlt. D. de obl. et act.* officium: *l. 20. D. de rit. nupt.* ratio. *l. 17. §. 1. D. de iniur. l. 15. D. de re milit. l. 1. D. de obſequ. parent. l. 8. §. 8. D. mand.* Elegantiſſima eſt haec loquutio, cui locus eſt, quoties exacte congruunt accepta et expenſa. Ea et μεταφορικῶς vtuntur, quoties res quaedam ita comparata eſt, vt aliter conſiſtere, et durare non poſſit. Tacit. *Annal. I, 6. extr.* Plin. *Lib. I. Epiſt. XX.* Iuſtin. *in praefat. Epit. Trogi Pompeii.* HEIN. CONSTANTE vſufructu: *l. 5. §. 1. D. de vſufr. ear. rer.* Recte haec CONSTANT. *l. 98. D. de verb. obl.* ¶. 2. CONSTARE, certo pretio venire. Quanti CONSTITERIT puer. *l. 73. D. de legat. II.* ¶. 3. CONSTARE, compoſitum eſſe. CONSTARE omnibus ſuis partibus. *l. 1. D. de orig. iur.* ¶. 4. CONSTARE, notum, vel in confeſſo eſſe. [Miror, quare CONSTARE videatur. *l. 9. D. de relig. et ſumt. fun.*] CONSTAT de proprietate: *l. 18. D. de except.* CONSTAT inter omnes: *l. 1. D. de minor. l. 46. D. de furt. l. 5. §. 6. D. de iniur.* [*l. 13. §. 11. D. de her. petit. l. 23. §. 8. D. ad leg. Aquill. l. 3. D. de contr. emt. l. 28. D. de vſurp. et vſuc.* Qua phraſi ſaepe ius ordinarium indicari, notat Iac. Gothofred. *ad l. 59. D. de reg. iur.* Cic. *Lib. VII. Epiſt. ad famil. 16.*] Satis CONSTAT: *l. 22. D. de iur. patron.* CONSTITIT, eodem ſenſu. *l. 56. l. 57. l. 63. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 13. D. de duob. reis. l. 37. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 44. §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 44. §. vlt. D. de condit. et demonſtr. l. 4. D. de ſeru. leg. l. 23. D. de fideic. libert. l. 11. §. vlt. l. 75. l. 76. l. 77. §. 6. D. de legat. II. l. 79. D. de iudic. l. 9. D. de ſeruit. l. 78. D. de hered. inſtit. l. vlt. D. de ſuis et legit. her.* [*l. 2. §. 16. D. pro emt.*]

CONSTITVERE, interdum eſt pecuniam iam ante debitam abſque ſtipulatione promittere, eamque die certa creditori ſoluendam, in ſe recipere. *l. 8. D. de indic. l. 3. §. 2. D. de adminiſtr. rer.* Theophil. *in §. 8. Inſt. de action.* ἀντιφωνεῖν dicit.

CON.

dicit. Vnde pecuniae conſtitutae rei ἀντιφωνηταὶ a Iuſtiniaoo vocantur *Nouella IV. in rubr.* Vetus Gloſſarium: CONSTITVTA PECVNIA *χρημάτων σύστασις κατὰ ἀντιφώνησιν, pecuniae conſtitutio per ἀντιφώνησιν.* Ita CONSTITVTAM PECVNIAM accipimus *toto tit. de conſtituta pecuniae.* Hinc actio CONSTITVTAE pecuniae, vti vocatur *l. 33. D. de donat.* Vetus Gloſſariom: CONSTITVTAE PECVNIAE *actio, ἡ περὶ ἐγγύης καὶ ἀντιφωνήσεως, ἤτοι χρημάτων καταστάσεως: quae de fideiuſſione, vel ſponſione, vel pecunia conſtituta datur:* de qua vide *l. 2. C. de conſtit. pec.* et Theophil. *in §. 8. Inſt. de act.* ☞ De genuina ſignificatione phraſium: CONSTITVERE *pecuniam*, CONSTITVERE *cui*, vel *cum aliquo*, *ad* CONSTITVTVM *venire*, ſimiliumque, accurate egit Io. Fridr. Gronou. *Obſeru. Lib. I. Cap. I. p. 14. ſequ.* HEIN. ¶. 2. CONSTITVERE, ſtatuere, decernere, creare, ius dare. Sic actionem CONSTITVIT praetor: *l. 1. D. ſi ventr. nom. in poſſeſſ. l. vlt. C. quando libell. princ. dat. lit. cont.* CONSTITVTA actio: *l. 59. D. de ſolut. l. vlt. C. vi bon. rapt.* CONSTITVENDA actio: *l. 10. §. vlt. D. de fideic. libert.* CONSTITVERE Aediles: *l. 2. §. 26. D. de orig. iur.* CONSTITVERE aquaeductum: *l. 2. C. de ſeru.* CONSTITVIT Aoguſtus ſeptem cohortes: *l. 3. D. de offic. praeſ. vigil.* CONSTITVERE coheredes: *l. 16. C. de probat.* CONSTITVERE curatorem, vel curatores: *l. 16. D. de excuſat. l. 39. §. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 90. D. de ſolut. l. 21. D. ad municipal. l. 5. D. de curat. furioſ. l. 2. C. de negot. geſt. l. 1. D. de mun. et honor.* CONSTITVTVS curator bonis: *l. 15. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 7. §. 1. D. de tutel. et rat. diſtr.* CONSTITVTVS curator decreto praetoris vel Praeſidis: *l. 30. §. 1. D. de excuſ.* CONSTITVI curatores: *l. 3. C. de confirm. tut.* CONSTITVERE decemuiros: *l. 2. §. 4. D. de orig. iur.* CONSTITVERE heredes: *l. 8. C. de inſtit.* plures heredes: *l. 28. §. 1. D. de fideicommiſſ. libert. l. 17. C. eod. tit.* CONSTITVERE quoque ius dicimus. Sic quod qoisque populus ipſe ſibi ius CONSTITVIT, et quod naturalis ratio inter omnes homines CONSTITVIT: *l. 9. D. de iuſt. et iur.* Neceſſitas IVS CONSTITVIT: *l. 40. D. de legib.* Auctoritas iura CONSTITVENTIVM: *l. 120. D. de verb. ſign.* iuris CONSTITVENDI via: *l. 2. §. 11. D. de orig. iur.* CONSTITVI iura: *l. 3. l. 4. l. 8. D. de legib.* CONSTITVERE vicino ius aliqood pactionibus vel ſtipulationibus: *§. vlt. Inſt. de ſeruit.* CONSTITVERE nuptias et ſponſalia: *l. 13. §. 1. D. de his, qui not. infam. l. 6. D. de ſponſ.* CONSTITVERE obligationem: *l. 7. D. de vſur.* CONSTITVITVR obligatio, id eſt, contrahitur: *l. 3. §. 1. D. de oblig. et act.* in CONSTITVENDA obligatione: *l. 44. §. vlt. D. eod. tit.* CONSTITVI vero obligationem, et *tolli*, opponuntur. *l. 8. §. 1. D. de acceptilat.* CONSTITVITVR precarium: *l. 5. D. de precar.* procurator: *l. 4. C. mand. l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 87. D. de ſolut. l. 8. C. qui pet. tut.* Quaeſtores CONSTITVEBANTVR a populo: *l. 2. §. 23. D. de orig. iur.* CONSTITVERE ſeruitutem in aedificio: *l. 10. D. de ſeru. praed. ruſt.* CONSTITVVNTVR ſeruitutes per traditionem, vel per patientiam, forte ſi quis per domum ſuam paſſus eſt aquaeductum traduci. *l. 11. §. vlt. D. de public. in rem act.* Nam, vt Vlpianus ait, in *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt.* traditio et patientia ſeruitutium inducet officium praetoris. Plane iam impoſitae ſeruitutes CONSTITVTAE dicuntur. *l. 10. D. ſi ſeru. vind. l. 136. §. vlt. D. de verb. obl. l. 12. D. de ann. legat.* et aliis multis locis. Ad CONSTITVENDA ſponſalia nudus ſufficit conſenſus: *l. 4. D. de ſponſ.* in ſponſalibus CONSTITVENDIS parui refert, per ſe, et coram, an per internuncium, vel per epiſtolam, an per alium hoc factum eſt: *l. vlt. D. de ſponſal.* Bina ſponſalia, binasue nuptias eodem tempore CONSTITVTAS habere: *l. 1. in fin. D. de his, qui not. infam.* CONSTITVERE tutores: *l. 1. D. de iurisd.* CONSTITVITVR tutor: *l. 14. D. de adminiſtr. et peric. tut. vel cur. l. 3. §. 8. D. de contr. tutel. et vtili act. l. 5. C. de peric. tut. l. 9. C. qui dar. tut. l. 2. C. de conf. tut. l. 4. C. quando ex fact. tut. l. 4. C. de peric. tut. l. 2. C. qui pet. tut.* Poteſtas tutelas CONSTITVENDI: *l. 120. D. de verb. ſign.* CONSTITVITVR via: *l. 23. D. de ſeru. praed. ruſtic.* CONSTITVITVR vſus et vſusfructus: *l. 1. D. de vſu et habit.* teſtamento, pactionibus et ſtipulationibus: *l. 3. D. de vſufr.* CONSTITVI iure vſusfructus, vel tuitione praetoris. *l. 1. D. quib. mod. vſusfr.* Tunc autem CONSTITVITVR vſusfructus, quum quis frui poteſt. *l. vn. §. 2. D. quando dies vſusfr. leg. ced.* Proinde ante aditam hereditatem, vel antequam dies legati ceſſerit, CONSTITVTVS non intelligitur. *l. 1. D. quib. mod. vſusfruct. vel vſ. amitt.* ¶. 3. CONSTITVERE, obligatum habere. CONSTITVERE ſibi debitorem: *l. 7. C. de probat.* CONSTITVTVS debitor: *l. 51. D. de pact. l. 8. C. de compenſ. l. 1. C. de condict. ex leg.* CONSTITVTI debitores: *l. 2. C. rem alien. gerent.* CONSTITVTI duo rei. *l. 13. D. de duob. reis. l. 40. D. de fideiuſſ.* ¶. 4. CONSTITVERE, conſilium capere. CONSTITVERE apud ſe: *l. 5. §. 1. D. de legat. praeſt.* CONSTITVIT non agere: *l. 23. §. vlt. D. de inoffic. teſt.* CONSTITVERE nolle petere bonorum poſſeſſionem: *l. 4. D. quis ordo in poſſeſſ.* ¶. 5. CONSTITVERE, definire. CONSTITVERE partes ſocietatis: *l. 76. D. pro ſoc.* pretium vel pretia: *l. 39. D. de contr. emt. l. 34. l. 36. D. de Aedil. edict. l. 63. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* CONSTITVERE vectigalia. *l. 10. D. de publican.* ¶. 6. CONSTITVI, redigi in certum ſtatum. CONSTITVITVR ancilla: *l. 34. C. de liber. cauſſ.* CONSTITVTI ingenui: *l. 11. C. de ingen. manum.* CONSTITVTVS liber: *l. 8. C. de condict. ob cauſſ.* CONSTITVTA libera: *l. 36. C. de lib. cauſſ.* libertinae conditionis: *l. vlt. D. de colluſ. deteg.* CONSTITVTI ſerui ſub domino: *l. 14. C. de quaeſt. l. 32. C. de lib. cauſſ.* ſeruus poenae: *l. 17. §. 6. D. ad SC. Trebell.* ¶. 7. CONSTITVTVS, poſitus. CONSTITVTVS in dignitate: *l. 5. D. de ſenatorib.* in diſcrimine: *l. 2. C. ad leg. Corn. de ſicar.* mortis: *l. 5. C. ad SC. Trebell.* vitae, per infirmitatem. *l. 39. §. 1. D. de legat. III.* CONSTITVTI in familia: *l. 12. C. de collat.* in gradu ſecundo: *l. 5. C. commun. de ſucceſſ.* tertio: *l. 6. C. de legit. hered.* quinto: *l. vlt. C. de ſucceſſ. edict.* quocunque gradu heredes. *l. 73. C. de euict.* CONSTITVTIS apud hoſtes: *l. 20. D. de neg. geſt.* CONSTITVTVS in eodem loco: *l. 2. C. de diuid. tut.* CONSTITVTVS in munere. *l. 1. D. de oper. publ.* in poſſeſſione: *l. 1. C. quod legat. l. 1. C. de Carb. edict. l. 14. C. de lib. cauſſ. l. 1. C. etiam ob chirogr. deb. l. 15. C. de probat. l. 9. C. ad leg. Corn. de falſ.* CONSTITVTAE poſſeſſiones: *l. 1. C. de contr. emt.* CONSTITVERE aduerſarium poſſeſſorem. *l. 8. C. quom. et quand.* CONSTITVTVS in poteſtate: *l. 5. D. de agnoſc. et al. lib.* Vlp. *Fragm. tit. XX. §. 6.*

Digitized by Google

§. 6. l. 13. C. de collat. l. 7. C. de impub. et al. ſubſt. l. 17. C. de donat. l. vlt. C. de donat. quae ſub mod. l. 17. C. de collat. CONSTITVTVS Romae: *l. 16. §. 1. D. do fideiuſſ.* CONSTITVTVS in ſacris parentis. *l. vlt. C. de curat. fur.* ‖. 8. CONSTITVERE, res collatas, veluti frumentum, veſtes, ſimiliaque, horreis et titulis inſerre. Non oportet in horreis fiſcalibus, niſi fiſcalia frumenta, CONSTITVI. *l. 6. C. de ſuſcept. praep. et arcar.* Quorum ad CONSTITVENDVM commodior cura eſt. *l. 14. C. eod. tit.* Vbi ſine neceſſitate quosdam reſcribere *conſuendum*, notauit Petr. Perenon. *Animaduerſ. Lib. I. Cap. 2. p. 594. ſequ. Tom. I. Theſaur. iur. ciu.* HEIN. ‖ 9. Ad pleraſque notiones ſuperiores referri poſſunt loca, quae hic veluti per lancem ſaturam adferimus. HEIN. CONSTITVTI horti in aedificiis: *l. 198. D. de verb. ſignif.* mancipia in poſſeſſionibus conſtituta: *l. 10. C. famil. ercisc.* CONSTITVTVS ſuae poteſtatis: *l. 2. C. ad SC. Maced.* CONSTITVTVS ſui iuris: *l. 93. D. de condit. et demonſtr. l. 12. C. de neg. geſt. l. 3. C. mand. l. 5. C. de ſponſal. l. 3. C. de curat. furioſ. l. 114. §. 11. D. de legat. I. l. 5. D. de adgnoſc. et alend. l. 7. C. ſi quis alt. l. 1. C. de actor. vel tut.* CONSTITVTVS aetatis legitimae: *l. 27. D. de neg. geſt.* perfectae: *l. 9. §. 1. D. de tutel. et rat. diſtr.* in minore aetate: *l. 28. C. de iur. dot.* maior. *l. 8. C. de donat. ant. nupt.* minor annis: *l. 4. C. de teſt. mil.* in aetate: *l. 1. C. qui dare tut.* intra annos: *l. 4. C. de legit. hered.* intra aetatem: *l. 20. §. vlt D. de liberat. leg.* aetas, in qua CONSTITVTVS eſt pupillus: *l. 3. §. 1. D. vbi pupill. educ. l. 9. §. 1. D. de tut. et rat. diſtr.* CONSTITVTO pubere: *l. [illegible] §. 12. D. de adminiſtr. et peric. tut.* CONSTITVTA minor annis: *l. 11. C. de ſolut. l. 14. C. de procur. l. 2. C. ſi aduerſ. libert.* minoris aetatis: *l. 48. §. vlt. D. de minor.* CONSTITVTA in pupillari aetate: *l. 16. C. de praed. min.* CONSTITVTA intra aetatem: *l. 12. D. de adminiſtr. et peric.* CONSTITVTA in aetate: *l. 4. C. quando ex fact. l. 2. C. de auct. praeſt.* CONSTITVTA filia impubere: *l. 77. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* CONSTITVTAE intra viceſimum annum: *l. 3. §. 2. D. vbi pup. educ. vel mor.* CONSTITVTA maior: *l. 24. C. de vſur.* CONSTITVTVS actor ſeruus: *l. 99. §. vlt. D. de verb. ſign.* CONSTITVTVS extraneus: *l. 26. C. de iur. dot.* CONSTITVTI in cauſſam pignoris: *l. 2. C. de poſtl. reuerſ.* CONSTITVVNTVR loco heredis: Vlpian. *Fragm. tit. XXVI.* CONSTITVTI in locum aliorum: *l. 3. C. de ſuſp. tut.* CONSTITVITVR infamis: *l. 4. C. de excuſ. tutor.* CONSTITVTI bonae opinionis: *l. 6. C. de ſuſp. tut.* CONSTITVTI filii: *l. 14. C. de probat.* CONSTITVENDI iudices poteſtas: *l. vlt. C. de pedan. iudic.* medicorum conſtituendorum arbitrium: *l. 1. D. de decret. ab ord. fac.* CONSTITVET iudex: *l. 38. D. de rei vind.* CONSTITVERE alimenta: *l. 5. D. de adgnoſc. et al. lib.* CONSTITVVNTVR quaeſtiones apud diuerſos iudices: *l. vlt. D. rem pupill. ſaln.* CONSTITVTVS diſceptator: *l. 7. C. fam. erciſc.* CONSTITVTVS ſocius: *l. 4. C. commun. vtriusqu.* CONSTITVI iudicium: *l. 3. C. de ord. cogn. l. 42. §. 1. D. de mort. cauſſ. donat.* CONSTITVTA ſunt interdicta: *l. vlt. D. de ſeruit.* CONSTITVERE agrum deteriorem: *l. 2. C. de pign. act.* CONSTITVERE domicilium: *l. 4. C. vbi cauſſ. ſtat.* CONSTITVITVR dominus: *l. 15. §. 16. D. de damn inf. l. 11. C. de action.* domina: *l. 1. C. ſi quis alteri vel ſib.* CONSTITVTVM veſtrum fundum: *l. 13. C. de rei vind.* CONSTITVI poena: *l. 20. D. de poen.* CONSTITVTA poena SCo: *l. 52. D. de contr. emt.* CONSTITVTVS dies inter contrahentes: *l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod.* CONSTITVTVM ſalarium: *l. 4. D. do decret. ab ord. fac.* CONSTITVI dos: *l. 10. D. quae in fraud. credit.* CONSTITVTA dos penes aliquem: *l. 18. C. de donat.* CONSTITVTA res extra dotem: *l. 95. D. ad leg. Falc.* In ſuſpenſo CONSTITVTA accuſatio: *l. 5. C. ſi reus vel accuſat.* CONSTITVTVS non ſoluendo: *l. 6. C. de hereditar. act. l. vlt. C. qui manum. non poſſ.* CONSTITVTA obnoxia: *l. 13 C. ad leg. Falcid.* CONSTITVTVS in ſimili conditione: *l. 8. C. qui dare tut.* CONSTITVTVS in ſpe: *l. 1. §. 11. D. de inſpic. ventr.* CONSTITVTA in matrimonio: *l. 19. C. de iure dot.* CONSTITVTI in cauſſis capitalibus. *l. 6. C. de adpellat.* CONSTITVERE ſibi familiaeque ſuae ſepulcra: *l. 5. D. de religioſ.* CONSTITVIT fictio legis: *l. 1. C. de poſtl. reuerſ.* princeps. *l. vlt. §. vlt. D. de bon. damnat.*

CONSTITVTIO ciuilis: *l. 1. D. de priuat. delict.* iuris: *l. 16. D. [illegible] furt. l. 5. C. de repud. l. 10. C. de teſtam. man[illegible]* optimi principis: *l. 11. D. de legib.* CONSTITVTIONES principum: *l. 1. §. 1. l. vlt. D. de leg. Corn. de falſ. l. 1. C. de ſeru. reip.* Alias principales CONSTITVTIONES et ſacrae adpellantur, vt ſuis locis probabitur. CONSTITVTIONES autem principum accipimus, quodcumque Imperatores vel per epiſtolam et ſubſcriptionem *ſtatuerunt*, vel cognoſcentes *decreuerunt*, vel de plano *interloquuti ſunt*, vel edicto *praeceperunt*. *l. 1. D. de conſt. princ. §. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* Nam et reſcripta, et epiſtolae principum, CONSTITVTIONES adpellantur. *l. 5. §. 25. D. vt in poſſeſſ. leg l. 29. D. ad SC. Trebell. l. 5. D. de manumiſſ. iuncta l. 4. D. eod. tit. l. 8. §. 15. D. de inoffic. teſt.* coniuncta *l. 1. §. 21. D. de collat. bon.* CONSTITVTIO in *l. 41. §. vlt. D de donat. cauſſ. mort.* conſtitutio Seueri intelligitur, qua in mortis cauſſa donationibus Falcidia inducta eſt. *l. 2. C. de donat. cauſſ. mort. l. 5. C. ad leg. Falcid.* Beneficio CONSTITVTIONIS, in *l. 41. in fin. D. de re iudic.* ſcilicet D. Pii, vt adparet ex *l. 29. D. de reg. iur.* CONSTITVTIONIBVS continetur: *l. 1. §. 15. D. de collat.* CONSTITVTIONIBVS obſeruatur. *l. 5. D. de public. iudic.* CONSTITVTIONIBVS vero plerumque vetera iura mutabantur, vel, vt vtamur ſtilo Tertulliani *in Apologet. Cap. IV. tota illa vetus ac ſquallens ſilua legum earum ſecuribus runcabatur caedebaturque.* Hinc eſt, quod CONSTITVTIONES nonnumquam opponuntur *iuri*, ſcilicet antiquo et ciuili, vt *l. 33. princ. D. do condit. et demonſtr.* et ſententiis auctorum. *l. 4. §. 14. D. de dol. mal. et met. except.* Vid. Cuiac. *Obſ. VII, 19.* HEIN. ‖. 2. CONSTITVTIO, regula iuris antiqui: *l. 91. §. 3. 4. et vlt. D. de verb. obl.* quam veteres CONSTITVERVNT: *d. l. 91. §. 3. eod. tit.* CONSTITVTIO *ſuſpenſi iuris*, id eſt, poſtliminium. *l. pen. D. de ſuis et legit.*

CONSTITVTOR, vti vetus Gloſſarium exponit, *eſt, qui ſe pro alio ſoluturum promittit, et alterius in ſe transfert obligationem.*

CONSTITVTORIA actio, quae de pecunia conſtituta datur, *l. 20. D. de pecun. conſtit.*

CONSTITVTVM eſt. *l. 29. D. de inoffic. teſt. l. vlt. D. de damn. infect. l. 13. D. ad leg. Falc. l. 15. D. de mort. cauſſ. donat. l. 18. D. de vſucap. l. 53. D. de fideicomm. libert. l. 8. D. de muner. l. 63. D. de* re

re indic. Quod CONSTITVTVM eſt. *l. 9. §. vlt. D. de manumiſſ. teſt. l. 5. C. ne de ſtatu defunct.* CONSTITVTVM autem eſſe quid, dum legis, id vel lege, vel principali conſtitutione cautum, accipe. Et ita CONSTITVTVM eſſe, in *l. 34. D. de negot. geſt.* dicitur, quod ab Antonino reſcriptum eſt. *l. 11. C. de negot. geſt.* CONSTITVTVM quoque *l. 37. D. ad leg. Iul. de adult.* dici, quod ab Hadriano reſcriptum, patet ex *l. 6. §. pen. D. eod. tit.* Sed et CONSTITVTVM, in *l. 7. §. 15. D. de interd. et releg.* dicitur, quod a Claudio Imp. ſtatutum eſſe, ex Sueton. *Claud. Cap. XXIII.* patet. Vid. *Lib. III. Antiqu. Sel. Cap. 6.* Similiter in *l. 4. §. 2. D. ad leg. Corn. de ſicar.* CONSTITVTVM dici, *Lib. II. Antiqu. Cap. 21.* demonſtraui, quod a Domitiano conſtitutum eſt. Sed et in *l. 5. C. ne de ſtatu defunct.* CONSTITVTVM dicitur, quod eſt a Nerua conſtitutum, quemadmodum probat *l. vlt. D. eod. tit.* aut etiam ab Hadriano, vt ait Marcianus in *l. 1. D. eod. tit.* quamquam, hoc ipſum SCo inductum eſſe, docet *l. vlt. C. eod. tit.* CONSTITVTVM ergo ius, quod ex conſtitutionibus principum deſcendit. *l. 1. §. 2. D. quae ſent. ſine adpell. reſc.* ¶. 2. At in *l. 1. D. de act. rer. amot. l. 94. pr. et §. 1. D. de condit. et demonſtr. l. 25. D. de donat. int. vir. et vx. l. 22. C. de vſur.* verba haec: CONSTITVTO *iure*, latius accipienda ſunt. Quinctil. *Declam. CCLIV. Si idem effici iure vetere, et iam olim* CONSTITVTO *poteſt.* Et mox: *Non iure nouo, ſed vetere, atque olim* CONSTITVTO, *reuerſus eſt.* Gell. *Lib. XII. Cap. 13. Si aut de vetere, inquam, iure, aut recepto, aut controuerſo, aut ambiguo, aut nouo, aut* CONSTITVTO, *dicendum eſſet.* Sic CONSTITVTVM vſucapiuni tempus, id eſt, non conſtitutione, ſed lege definitum *l. 4. D. pro ſuo. l. 2. D. de diuerſ. temp. praeſcr.* quod quale olim eſſet, docent. Cicero *Topic. ad Trebat Cap. IV.* et Vlpian. *Fragm. tit. XIX. §. 8. pr. Inſt. de vſucap.* Similiterque in *l. 34. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 6. §. 1. l. 7. l. 10. l. 19. §. 1. D. quemadm. ſeruit. amitt. l. 22. D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 10. D. de vi et vi arm. l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* CONSTITVTVM *tempus*, ſeu CONSTITVTVM *ad amiſſionem ſeruitutis tempus* accipere debemus biennium, quod legibus XII. Tabularum vſucapioni amittendisque non vtendo ſeruitutibus praeſtitutum erat, vt ex Paullo *Lib. I. Sent. tit. 17. §. 1.* liquet. Quomodo *ſtatutum tempus* interpretor, in *l. 32. D. de ſeru. praed. vrb. l. 34. D. de ſeruit. praed. ruſt. l. 2. l. 7. l. 19. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 66. §. pen. D. de contrah. emt. l. 1. l. 3. C. ſi quis ignor. rem min. l. 2. C. ſi maior. fact.* Quod et *tempus* legitimum et ſullemne alias adpellatur. ¶. 3. CONSTITVTVM tempus *l. 95. §. 3. in fin. D. de ſolut.* quod ad reſtitutionem in integrum petendam legibus praeſcriptum eſt, vt in *l. 9. D. de iureiur.* Olim quidem poſt legitimam aetatem impletam annus vtilis; hodie quadriennium continuum. *l. vlt. C de temp. in integr. reſt.* ¶. 4. CONSTITVTVM *tempus aetatis*, in *l. 62. in fin. D. de rit. nupt.* interpretare ex *l. 66. D. eod. tit. l. 7. D. ad leg. Iul. de adult. l. 28. §. 4. D. de lib. et poſtum. l. 6. C. de interd. matr.* ¶. 5. CONSTITVTVM tempus in *l. 8. D. de capt. et poſtlim.* quinquennium accipe, ex *l. 6 D. de diuort.* ¶. 6. CONSTITVTVM tempus in *l. 19. C. de tranſact.* olim annus, hodie biennium, ex *l. vn. C. de dol.*

¶. 7. CONSTITVTVM luendi tempus *l. 63. §. vlt. D. de adquir rer. dom.* CONSTITVTI dies, *l. 7. D. de re iud.* qui iudicatis ex lege XII. Tab. vel conſtitutionibus principum indulgentur. Ita CONSTITVTVM *iudicatis tempus*, intelligo *l. 2. D. de diuerſ. temp.* id eſt, *ſtatutum ſpacium poſt condemnationem*: *l. vlt. C. de exſequ. rei iud.* de quo vid. *l. vlt. §. vlt. C. de vſur. rei iud.* CONSTITVTA tempora: *§. 16. Inſt. de excuſ. tut.* quinquaginta dies intellige, ex Marci conſtitutione praeſtitutos tutoribus datis, ad excuſationum cauſſas conteſtandas. *l. 16. l. 38. D. de excuſat.* CONSTITVTA adpellatoria tempora in *l. 5. in fin. D. de adpell. recip.* interpretare ex *l. 1. §. 5. et §. 6. D. quando adpell. ſit.* ¶. 8. *Ad* CONSTITVTVM, pro ſtato et condicto die veteres dixiſſe, non eſt ignotum. Varro *Lib. II. de re ruſt. Cap. 5. Quum alius eum ſalutaſſet, alius conuiciatus eſſet, qui tam ſero veniſſet ad* CONSTITVTVM. Cicero *pro Caecin. Cap. VII. Qui ad* CONSTITVTVM *iuris experiundi gratia veniſſet.* Sic et CONSTITVTO *experiri*, dicit Cic. *pro Coel. Cap. VIII.* Eodemque adluſit idem auctor *Lib. VII. Epiſt. ad famil. 4.* quum ait: *Si quod habes* CONSTITVTVM *cum podagra, fac in alium diem differas.*

CONSTRINGERE ſe ſponſione *l. vn. pr. C. de ſuffrag.* CONSTRINGI, id eſt, obligari: *l. vlt. C. quod cum eo.* CONSTRINGI laqueis criminum. *l. vn. C. de priuat. carcer.*

CONSTRVERE opus. *l. 4. C. de oper. publ.*

CONSVETVDO, eſt ius non ſcriptum, moribus vtentium comprobatum. Dio Chryſoſt. *Orat. de conſuetud.* ἔςι δὲ ἔθος γνώμη μὲν τῶν χρωμένων κοινὴ, νόμος δὲ ἄγραφος ἔθνυς ἢ πόλεως δίκαιον δὲ ἑκέσιον, καὶ ταῦτα πᾶσιν ἀρεσκον· ἑυρημα δὲ ἀνθρώπων ὐδενὸς, ἀλλὰ βίυ καὶ χρόνυ. *Eſt vero* CONSVETVDO *communis ſententia eorum, qui illa vtuntur: ius non ſcriptum populi, vel ciuitatis: ius ſponte receptum, ac proinde omnibus probatum: inuentum non vnius hominis, ſed ipſius vitae, ac temporis.* Artemidor. *Lib. IV. Cap. 3.* Τῶν νενομισμένων ἃ μὲν συνθέμενοι ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι αὐτοὶ ἑαυτοῖς πράττυσι, καὶ καλεῖται τὸ τοιῦτον ἔθος· ἔςι δὲ, ὡς ἡ Φημὴ λέγει, νόμος ἄγραφος. *Iurium quaedam ſibi inuicem homines faciendo conſtituunt, eaque* CONSVETVDINIS *nomine veniunt. Eſt vero, vt vulgo fertur, ius non ſcriptum.* Hinc diuturna CONSVETVDO, pro iure et lege in his, quae non ex ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet. *l. 33. D. de legib.* Quae longa CONSVETVDINE comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, non minus, quam ea, quae ſcripta ſunt, iura ſeruantur: *l. 35. D. eod. tit.* CONSVETVDO vim legis obtinere debet: *l. 38. D. eod. tit.* optima eſt legum interpres CONSVETVDO: *l. 37. D. eod. tit.* CONSVETVDO ius firmauit: *l. 40. D. eod. tit.* Ne quid contra longam CONSVETVDINEM fiat, ad ſollicitudinem ſuam praeſes prouinciae reuocabit: *l. 1. C. quae ſit long. conſuet.* CONSVETVDINIS vſusue longaeui non vilis auctoritas eſt: *l. 2. C. eod. tit.* Moribus et CONSVETVDINE inductum: *l. 32. D. de legib.* CONSVETVDINE obtentum: *l. 39. D. eod. tit.* CONSVETVDO inueterata et longa: *l. 32. l. 34. l. 35. D. eod. tit.* CONSVETVDO, quae retro obtinuit: *l. 7. D. de offic. proconſ. l. 19. C. de locat.* contra CONSVETVDINEM deſideras: *l. 1. C. de calumniat.* Quae ſunt moris et CONSVETVDINIS: *l. 31. §. 20. D. de Aedil. edict.* Non eſt CONSVETVDINIS, *l. 17. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* ¶. 2. Sic

Digitized by Google

¶. 2. Sic CONSVETVDO domus: *l. 23. §. 1. D. de pecul. leg.* CONSVETVDO fori: *l. 1. §. 10. D. de extraord. cognit.* CONSVETVDINEM habendi poſſideo: *l. 20. D. de ſeru. praed. vrban.* Ex CONSVETVDINE cuiusque loci: *l. 4. D. de fer.* CONSVETVDO loquendi: *l. 132. D. de verb. ſignif.* Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 91.* patrisfamilias: *l. 21. §. 1. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 50. §. vlt. D. de legat. l. 75. D. de legat. III.* plectendi criminis: *l. 1. C. de petit. bon. ſubl.* Ex CONSVETVDINE in prouincia praeſtantur vſurae: *l. 21. D. de ann. leg.* CONSVETVDO regionis: *l. 71. D. de contrah. emt. l. 6. D. de euict. l. 21. §. 1. D. qui teſt. fac. l. 50. §. vlt. D. de legat. l. 75. D. de legat. III.* CONSVETVDINEM *ſermonis vocabo conſenſum eruditorum: ſicut viuendi, conſenſum bonorum*: inquit Quinctilian. *Lib. 1. Cap. 12.* ¶. 3. [In CONSVETVDINE eſſe dicitur verbum, quod in vſu eſt. *l. 8. D. de ſuis et legit. l. 17. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 7. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.*] ¶. 4. Tribuitur CONSVETVDO etiam brutis animantibus, quae CONSVETVDINE abire et redire, auolare et reuolare ſolent. *l. 5. §. 5. D. de adquir. rer. dom. §. 15. Inſt. de rer. diuiſ.*

¶. 5. [Sed et, quod naturaliter ſolet euenire, CONSVETVDO vocatur. Natura magis in homine generandi et CONSVETVDO ſpectanda. *l. 9. pr. D. de lib. et poſtum.*] ¶. 6. CONSVETVDO pro concubinatu interdum vſurpatur. Sic CONSVETVDO liberae mulieris: *l. 24. D. de rit. nupt.* CONSVETVDINIS cauſſa, non matrimonii. *l. 34. D. ad leg. Iul. de adult.* Sunt et alia huiusmodi exempla: ipſe concubinatus vocatur *licita* CONSVETVDO: *l. 5. C. ad SC. Orphit. Ad quam pater* CONSVETVDINEM *habuerat*, id eſt, quacum in concubinatu vixerat, eſt in *§. 13. Inſt. de nupt.* Sed et nuptiae *indiuiduam vitae* CONSVETVDINEM *continent. §. 1. Inſt. de patr. pot.* Pleru mque tamen, immo fore ſemper, pro inhoneſto congreſſu accipiuntur loquutiones: Cum viro CONSVEVISSE. Plaut. *Ciſtellar. Act. I. ſcen. I. v. 88.* Terent. Phorm. *Act. V. ſcen. 6. v. 33. et Hecyr. IV, 1. v. 40.* vbi Donatus: CONSVESSET, *proprie dicitur in ſtupro* Nep. *Alcibiad. Cap. X.* CONSVETVDO ſtupri: *Salluſt. Catilin. Cap. XXIII.* Sueton. *Calig. Cap. XXIV.* Quin et verbo SOLERE eodem modo vſum Plautum *in Ciſtell. Act. I, ſcen. 1. v. 37. Viris cum ſuis praedicant nos* SOLERE, obſeruant viri docti. Vid. Ioſ. Scalig. *ad Catull. Epigr. XLII. de Acme.* HEIN. ¶. 7. [CONSVETVDINEM pro iure gentium vſurpari in *l. 2. §. 3. D. de orig. iuris* adnotauit Eberlin. *ad d. l. Cap. IV. n. 14.*] Immo potius CONSVETVDO ibi diſerte vocatur *incertum ius*, et *latae legi* opponitur: adeoque manifeſto intelliguntur mores patrii, quos τὰς προτέρους ἐθισμοὺς, *priſcas* CONSVETVDINES diſerte vocat Dionyſ. Halicarn. *Antiqu. Rom. Lib. V. p. 278.* HEIN.

CONSVETVM praeſtare: *l. 9. §. 6. D. de publican.*

CONSVL, a conſulendo dictus: *l. 2. §. 3. D. de orig. iur.* Suidas *in κονσοῦλες. Tomo II. p. 347.* αὐτοκράτορας αὐτοὺς οἱ τῶν Ῥωμαίων πολίτας διοικοῦντας ὠνόμασαν, οἷα δὴ προβούλους καὶ προηγόρους τινάς ὡς Ἕλληνες μετὰ ταῦτα διὰ τὴν ὑπεροχὴν τῆς ἐξουσίας ὑπάτους προσηγορεύκασιν. CONSVLES *Romani vocabant eos, penes quos erat reipublicae adminiſtrandae poteſtas, quaſi dicas viros, qui conſilio dando dicendaque ſententia ceteris praeirent. Hos Graeci poſteà ob ſummam, qua praediti erant, poteſtatem ὑπάτους vocarunt.* Cognoſcebant autem de fideicommiſſis et libertatibus, vt ex *l. 3. in fin. D. de alim. leg. l. 50. D. de condit. et demonſtr.* Vlpian. *Fragm. tit. XXV. §. 12.* et Iuſtiniano *princ. Inſt. de fideic. hered.* liquet. Tutores etiam dabant, antequam proprius tutelaris praetor ab Imperatore Marco inſtitutus eſſet, vt Iul. Capitolinus *in eius vita Cap. X.* ſcribit. Conſilium quoque praebebant manumittere volentibus. *l. 1. D. de offic. conſul. l. 20. D. de manum. vind.* Ampliſſimorum titulo ornatos ſupra *Libro I.* demonſtraui: Fit eorum mentio *rubr. C. de conſul. l. 12. C. Theod. de iurisdict. l. 2. C. Theod. de libert. et eor. lib. l. 1. C. Theod. qui bon. ex leg. Iul.* ¶. 2. CONSVL et DIES in temporis deſignatione coniunguntur. *l. 1. §. 2. D. de edend. l. 28. D. de probat. l. 34. §. 1. D pignor.*

¶. 3. CONSVLVM nomen aliquando et municipiorum coloniarumque duumuiris datum eſſe, obſeruauimus infra *Lib. IV.* in voce DVVMVIRI, pluribusque id probauit V. C. Eu. Otto *in Diſſ. de conſulibus, qui extra Rom. Cap. III.* Iam addimus, ipſos Imperatores, ſi quando duumuiratum in honorem municipiorum vel coloniarum ſuſciperent, CONSVLES vocatos. Apud Patinum enim *in Numiſm. Imp. p. 34.* eſt numus, in quo capiti Auguſti adſcriptum: ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΠΛΟΤΣΙΑΣ ΥΠΑΤΟΣ. Erat enim Duumuir *Plotiae*, quae hodie *Piazza.* HEIN.

CONSVLARIS, qui conſulatum geſſit. *l. 11. D. de dol. l. 35. §. 5. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 3. §. vlt. D. de recept. arbitr. l. 52. D. de procur. l. vlt. D. de ſenator. l. 1. C. de conſulib.* CONSVLARIS dignitas: *d. l. vlt. D. de ſenat. et §. 4. Inſt. quib. mod. patr. pot.* CONSVLARES feminas intelligimus, conſularium vxores. *l. 1. D. de ſenat.* CONSVLARES viae, publicae, quae et *praetoriae*, et *βασιλικαὶ* dicuntur. *l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. publ.* ¶. 2. CONSVLARES etiam adpellabantur, qui certas quasdam prouincias et Italiae regiones regebant. *l. vn. C. vt omn. indic. l. vn. C. de offic. com. ſacr. patrim. l. 7. C. Theod. de prox. comit. diſpoſ. l. 3. C. Theod. de accuſat. et inſcript. l. 3. C. Th. de murileg. et gynaec. l. 1. C. Th. ne quis in pal. man. l. 6. C. Th. de agent. in reb.* CONSVLARES autem, vt ex notitia colligitur, in orientis partibus quindecim erant, videlicet per orientis dioeceſin quinque; per Aſianam tres, per Ponticam duo, per Thracias totidem, per Illyricum tres. In occidentis vero partibus viginti duo: nimirum per Italias VIII. per Africam II. per Hiſpanias III. per Gallias VII. in Pannonia II. Huiusmodi erant CONSVLARIS Aemiliae: *l. vn. C. Theod. de vectig. et commiſſ. l. 3. C. Theod. de cenſ. ſine adſcript. l. 4. C. Theod. de denunc. vel edit. reſc.* CONSVLARIS Aquarum: *l. 2. C. Th. de diu. off.* Baeticae: *l. 3. C. Theod. de bon. proſcr.* Bizacenae: *l. 1. C. Theod. de conlat. donat. vel releu. poſſ.* Campaniae: *l. vn. C. vt armor. vſ. l. 71. C. Theod. de decurion. l. 4. C. Theod. de diuerſ. reſcr. l. 4. C. Theod. ad SC. Claud. l. 12. C. Theod. de poen. l. 1. C. Theod. de collegiat. l. vn. C. Theod. quor. vſus interd. l. 24. C. Theod. de curſ. publ.* [*l. 3. C. Theod. de ſuar. pecuar. et ſuſcept. vin.*] apud Caſſiod. *Lib. III. Var. Cap. 23.* Liguriae: *l. 4. C. Th. vnde vi. l. 4. C. Theod. de denunc. vel edit. reſcr.* Numidiae: *l. 8. C. Th. de Epiſc. eccleſ. et cler. l. 27. C. Theod. de luſtr. conlat.* Pannoniae:

Digitized by Google

l. 6. C. Theod. de veteran. Phoenices vel Fenices: *l. 52. C. Theod. de decurion. l. 9. C. Th. de luſtr. conl. l. 9. C. Th. de filiiſ. mil. adp.* Piceni: *l. 71. C. Th. de decur. l. 5. C. Th. de pact. et transact. l. 2. C. Th. de exhib. vel transm. reis. l. 4. C. Th. quib. equ. vſ. conceſſ. aut den. Nouella Maioriani de bon. proſcriptorum.* Siciliae: *l. 29. C. Th. de curſ. publ. angar. et parang.* Syriae: *l. 11. C. Theod. de cohort. princ. cornic.* Syriae Coeles: *l. 6. C. Theod. de iur. fiſc. l. 7. l. 8. C. Theod. de non rec. adpell.* Tuſciae: *l. 72. C. Theod. de decurion. l. 5. C. Theod. de denunc. vel edit. reſcr.* Venetiae: *l. 1. C. Theod. de exſequ. et exact. l. 10. C. Theod. de exact.* Atque hae ſunt *ἀρχαὶ κονσυλαρίαι. Nouell. VIII.* CONSVLARE faſtigium: *Nouell. Theod. et Valent. de honoribus.* CONSVLARIVM inſignia. *l. 5. C. Theod. de honor. codicill.*

☞ ¶. 3. Ex poſtremo loco et tertia huius vocabuli acceptio eruitur. Nam et ii dicti CONSVLARES, qui CONSVLARIA ornamenta vel inſignia, principis codicillis, acceperant, quamuis numquam vel coosulatu vel conſularitate functi eſſent. Suet. *Claud. Cap. V.* HEIN.

CONSVLARITAS. *l. 74. C. Th. de decurion.* Exſtat CONSVLARITATIS formula apud Caſſiodor. *Lib. VI. Var. Cap. 20.* CONSVLARITATIS dignitas: *l. vn. C. Th. de conſ. praeſid. l. 7. C. Th. de honor. cod. l. 10. C. Theod. de agent. in reb.* CONSVLARITATIS faſces: *l. 14. C. Th. ad leg. Iul. amb.* CONSVLARITATIS inſignia: *lib. II. tit. 6. C. Theod.* Conſularibus plane, quemadmodum Caſſiodor. *Var. Lib. VI. Cap. 20.* tradit, ſecures et faſces praeferebantur: vultus etiam regnantium obſequii pompa praemittebat, curuleſque inclytas ornabat: vt non ſolum ſummi iudicis, ſed et dominorum reuerentia cumulati ornarentur. Praeterea in aliquibus prouinciis ornatu pennlae conſularis, et carpenti etiam ſubuectione, decorabantur. Vnde adparebat, eos vices praecelſae gerere dignitatis.

☞ CONSVLATIO. Ita legitur apud Vlpianum *in Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. 1. §. 11.* in editione *Lugd. 1593.* pro CONSVLTATIO, quamuis P. Pithoeus ibi malit: *conſolatio.* Salmaſ. ad Tertull. *de pall. p. 208.* CONSVLATIO *a conſulare, pro conſulere.* Et ſane crebrae ſunt tertiae coniugationis in primam mutationes. Debemus haec V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. II, 5. p. 85.* HEIN.

CONSVLATVS, omnibus faſtigiis dignitatum anteponendus, vt ait *l. vn. C. Theod. de conſ. praef. magiſtr.* [Vnde *portus honorum* dicitur, a Claudiano *Lib. II. in Stilich.* Vid. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. I. Cap. 11.* et Iac. Gothofred. *Comment. ad l. vn. C. Theod. de conſul. praef.*]

CONSVLERE priocipem: *l. 6. §. 2. D. de offic. procoſ. l. 6. D. de oper. publ. l. 14. D. de offic. praeſ.* CONSVLITVR imperator: *l. 2. D. de offic. proc. Caeſ.* CONSVLI principes: *l. 31. D. de poen.* CONSVLTI Imperatores a procuratoribus: *l. 48. D. de iur. fiſc.* CONSVLTO principe: *l. 16. D. ad leg. Corn. de ſicar.* Antoninus CONSVLTVS reſcripſit: *l. 95. D. de legat. III.* Imperator Antoninus, quum a iudice CONSVLERETVR, reſcripſit: *l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr.* CONSVLTI principes reſcripſerunt; *l. 11. D. de decurion. l. 1. D. de inſpic. ventr. l. 48. D. de iur. fiſc.* ¶. 2. Contra CONSVLENTIBVS de iure iudicibus non debebant Praeſides conſilium impertire. *l. 79. §. 1. D. de iudic.* ¶. 3. CONSVLI etiam dicebantur prudentes ab his, a quibus conſilii expetendi cauſſa adibantur. *l. 41. de reb. credit. l. 47. §. vlt. D. de hered. inſtit. l. 52. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 15. D. de public. l. vlt. D. ſi quadr. paup. l. 14. D. de pecul. leg. l. 17. §. vlt. D. ſi ſeru. vindic. l. 6. D. de manum. l. 43. §. vlt. D. de damn. inf. l. 19. D. ad exhib. l. 57. D. de iudic. l. 9. D. de re iudic. l. 21. §. 4. D. de ann. leg.* In quo verbo ſcite ita luſit Cic. *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 3.* CONSVLI *quidem te a Caeſare, ſcribis: ſed ego tibi ab illo* CONSVLI *mallem.* Et *Epiſt. XIII. Puto, te malle a Caeſare* CONSVLI, *quam inaurari.* CONSVLENTIBVS reſpondebant iurisconſulti. *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* Inde haec non raro in libris noſtris: CONSVLTVS reſpondit. *l. 5. D. de adim. legat. l. 7. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 1. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 191. D. de reg. iur. l. 16. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* ¶. 4. CONSVLI olim et populus dicebatur, quum magiſtratu ſenatorio plebeioue interrogante, rogabatur, vellet iuberet, aliquid fieri? Feſtus: *Rogatio eſt, quum populus* CONSVLITVR. Cicero *pro Milone Cap. VII. Nihil de eius morte populus* CONSVLTVS *eſt.* Idem *pro Domo ſua Cap. XX. Si populus de ea re* CONSVLTVS *eſſet.* ¶. 5. SENATVS quoque CONSVLI dicebatur, vt vel vnus Cicero *Lib. X. ad famil. Epiſt. 22.* idoneus teſtis eſt. Vnde ſenatusconſultum dictum. Hinc CONSVLTVM ampliſſimi ordinis, pro ſenatusconſulto. *l. 3. C. ad SC. Velleian. l. 4. C. de excuſ. tut.* Sic Horat. *Lib. I. Epiſt. XVI.*

Vir bonus eſt quis?
Qui CONSVLTA *patrum, qui leges, iuraque ſeruat.*

CONSVLTA diualia: *l. 24. C. de teſtam.* ¶. 6. CONSVLERE proſpicere, CONSVLI proſpici. *l. 17. §. 1. D. de pact.* Sic CONSVLERE ſuo commodo: *l. 5. §. 1. D. de dol. mal. except.* fratri: *l. 77. §. 14. D. de legat. II.* heredi: *l. 33. D. de pact.* heredibus: *l. 40. §. vlt. D. eod. tit. l. 59. §. 1. D. de manumiſſ. teſt.* indemnitati: *l. 7. D. dolo mal.* infirmitati: *l. 21. §. 2. D. de ann. legat. l. 5. C. ad SC. Velleian.* legatario: *l. 12. D. quando dies leg. ced.* libertis: *l. 11. D. de adſign. libert.* vtrique: *l. 21. §. 1. D. de nou. op. nunc.* CONSVLITVR per actionem. *l. 63. D. de leg. II. d. l. 7. D. de dol. mal.* ¶. 7. CONSVLI etiam dicebantur mathematici, harioli, haruſpices, vaticinatores. Paull. *Rec. Sent. Lib. V. tit. 21. §. 3.* Ita CONSVLTVS aſtrologus: *l. 15. §. 13. D. de iniur.*

CONSVLTATIO, quaeſtionem, ſeu facti ſpeciem, iurisperito propoſitam, ſignificat, *l. 28. §. 7. D. de lib. legat. l. 27. D. qui teſt. fac.* CONSVLTATIONI inſerta verba: *l. 34. D. de legat. II.* ſecundum ea, quae in CONSVLTATIONE collata eſſent: *l. 19. §. 1. D. de ann. legat.* Cicero *Lib. I. de Leg. Cap. 5. Non enim id quaeris hoc ſermone, Pomponi, quemadmodum in iure caueamus, aut, quid de quaque* CONSVLTATIONE *reſpondeamus.* Idem *Topic. Cap. XVII. Iurisperiti de conſultationibus ſuis diſputant.* ¶. 2. CONSVLTATIO ſimiliter adpellatur, quum ad Imperatorem quid de iure dubitans magiſtratus refert: ad cuiusmodi CONSVLTATIONES reſpondere et reſcribere dicitur.

Ad

Digitized by Google

Ad CONSVLTATIONES proconſulum reſpondere. *l. 6. §. 2. D. de offic. proconſ.* Arrius Seuerus, quia dubitabat, ad Imperatorem, Seuerum retulit: ad quam CONSVLTATIONEM eius ſucceſſori, Vinidio Quieto, reſcriptum. *l. 11. §. 2. D. de minor.* Si praeſes prouinciae, vel quis alius, CONSVLVERIT, et ad CONSVLTATIONEM eius fuerit reſcriptum. *l. 1. §. 1. D. de adpellat.*

CONSVLTE pro conſulto. CONSVLTE denunciare: *l. 5. D. quod vi aut clam.* CONSVLTE abſtentus. *l. 4. C. arbitr. tutel.*

CONSVLTIVS eſt: *l. 15. l. 16. D. de transact.* CONSVLTIVS eſſe videtur: *l. 3. C. de adqu. et retin. poſſeſſ.* CONSVLTIVS facies: *l. 8. C. ſi quis alteri.* ſecerit: *l. 1. C. in quib. cauſſ. tut. vel curat. l. 12. C. de reſc. vendit. l. 1. C. in quib. caſib.* CONSVLTIVS reſtituet: *l. 1. C. de dol.* CONSVLTISSIME. *l. 8. C. de condit. inſtit.*

CONSVLTO, et *caſu* opponuntur apud auctorem *collat. leg. Moſ. et Rom. tit. I. §. 11.* Item CONSVLTO et *per errorem*: *l. 53. D. de reg. iur.* CONSVLTO, id eſt, data opera, de induſtria, et, vt vulgo loquimur, ex certa ſcientia. *l. 1. §. 7. D. de offic. praeſ. vrb. l. 23. §. vlt. D. de op. libert. l. vlt. §. 4. D. ad municipal. l. vlt. D. de liberat. legat. l. 35. §. vit. D. locat.* [Opponuntur etiam CONSVLTO, et inconſulto. *l. 1. §. 3. D. de his quae in teſt. delent.*

CONSVLTOR dicebatur, qui iuriſperitum conſulebat. Ciceru *pro Muraena Cap. IX. Vigilas tu de nocte, vt* CONSVLTORIBVS *tuis reſpondeas.* Idem *Lib. V. Tuſc. Quaeſt. Cap. 38. Druſi domum* CONSVLTORIBVS *compleri ſolitam, accepimus.* Et *pro Cornelio Balbo Cap. XX. Q. Scaeuola Augur, quum de iure praediatorio conſuleretur, homo iuris peritiſſimus,* CONSVLTORES *ſuos nonnumquam ad Furium et Caſcellium, praediatores, reiiciebat.* Horat. *Lib. I. Sat. I. v. 10.*

Sub Galli cantum CONSVLTOR *vbi oſtia pulſat.*

Ad quem locum vetus Interpres: CONSVLTOR, ait, *qui conſilium rogat.*

CONSVLTVS iuris, Horatio *Lib. I. Serm. I. v. 13.* pro iuriſperito. Et CONSVLTVS abſolute, Ooidio *Lib. I. de art. amandi v. 83.* quum ait:

Illo ſaepe loco capitur CONSVLTVS *amore.*

Et *Libro. amor. XIII. v. 19.*

Atque eadem ſponſum CONSVLTI *ante atria mittit.*

CONSVLTOS etiam, pro iuriſperitis accipe apud Horatium *Lib. II. Epiſt. II. v. 159.*

Quaedam, ſi credis CONSVLTIS, *mancipat vſus.*

Quae vox et augmentum gradus admittit, et ita CONSVLTISSIMVS princeps: *l. 1. C. ne lic. potent. l. 6. C. de teſtam. manumiſſ.* CONSVLTISSIMVS vir: *l. 3. C. de adquir. et amitt. poſſeſſ.* Liu. *Lib. I. Cap. 18. de Numa:* CONSVLTISSIMVS *vir, vt in illa quiſquam aetate eſſe poterat, omnis diuini humanique iuris.*

CONSVMERE, id eſt, impendere. Sic: in funere vel in monimento aureos centum CONSVMERE: *l. 202. D. de verb. ſignif.* CONSVMERE in funus rem legatam; CONSVMETVR pecunia in monimentum: *l. 40. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* CONSVMTVM funeris cauſſa: *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* CONSVMENTIS melior cauſſa: *l. 34. D. de minor.* CONSVMTVRO, id eſt, perdituro pecuniam credere. *l. 24. §. 4. D. eod. tit.* ¶. 2. CONSVMERE, abuti, abſumere. CONSVMERE fructus: *l. 4. §. 1. D. fin. reg.* fructus bona fide CONSVMTI: *l. 1. §. 4. D. de pign.* frumentum CONSVMERE: *l. 30. §. 1. D. ad leg. Aquill.* numos: *l. 30. pr. D. de act. emt. l. 13. l. 18. D. de reb. cred.* Sic CONSVMTI numi, et *exſtantes,* oppouuntur, *l. 9. §. 2. D. de SC. Maced.* CONSVMTI etiam numi videntur, qoi aliis ita permixti ſunt, vt diſcerni non poſſint. *l. 11. §. vlt. l. 12. l. 13. l. 14. l. 18. l. 19. §. vlt. D. de reb. cred. l. 25. §. 1. in fin. D. de vſufr. l. 17. l. 78. l. 94. pr. et §. 2. D. de ſolution.* vbi CONSVMTI nomi, opponuntur *integris. l. 56. §. 2. D. de fideiuſſor. l. 81. D. de iur. dot.* Ipſo enim vſu adſidua permutatione pecunia quodammodo exſtinguitur. *§. 2. Inſt. de vſufr.* CONSVMERE pecuniam: *l. 1. D. de naut. foen. l. 15. D. de reb. dub. l. 12. D. de reb. credit. l. 18. §. vlt. D. de iur. fiſc. l. 9. §. 2. D. de auctorit. vel conſ. tut. vel curat. l. 8. §. 6. D. de transact.* male CONSVMERE pecunias: *l. 32. D. de minor.* [CONSVMTA non eſt pecunia, ſed *exſtat*: *l. 9. §. vlt. in fin. D. de iur. et facti ignor.*] CONSVMTA penus: *l. 2. l. 4. D. de pen. leg.* CONSVMERE vinum. *l. 30. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 83 §. 5. D. de verb obl.* Sic et CONSVMTVM quid dicitur flamma: *l. 45. §. 3. D. ad leg. Aquill.* incendio: Val. Max. *Lib. I. Cap. 8.* veluti domus: *l. 57. D. de contrah. emt.* inſula: *l. 19, §. 6. D. locat.* pars inſulae: *l. 25. D. de verb. obl.* villa et aedes: *l. 1. §. 34. D. de vi et vi arm.* ¶. 3. CONSVMERE, exſtinguere, perimere, perdere. CONSVMERE actionem: *l. 14. §. 13. D. quod met. cauſſ. l. 2. D. de priuat. delict.* CONCVRRENTES actiones alia aliam CONSVMIT: *l. 130. D. de reg. iur. l. 60. D. de oblig. et act.* id eſt *perimit*, vt eſt in *l. 34. §. 1. D. eod. tit.* Proinde CONSVMI dicuntur actiones, quae tolluntur, perimuntur, pereunt, exſtinguuntur. *l. 28. §. 4. l. 30. §. 3. D. de iureiur. l. 7. D. de vſufr. l. 34. pr. D. de obl. et act. l. 14. §. 13. D. quod met. cauſſ.* Qood enim in illis locis CONSVMI, hoc *tolli* dicitur *l. 38. §. vlt. D. pro ſoc.* Ita condictio furtiua CONSVMI per furti actionem: *l. 7. §. 1. D. de condict. furt.* id eſt, tolli, vt *l. 18. D. eod. tit.* Sic CONSVMITVR exiſtimatio: *l. 5. §. 3. D. de extr. cogn.* ius legati: *l. 20. D. de opt. legat.* obligatio: *l. 5. D. de fideiuſſ.* obligationis pars: *l. 17. D. rat. rem hab.* optio: *l. 2. D. de opt. leg.* ferruminatione iunctum ſtatuae brachium vnitate maioris partis: *l. 23. §. 5. D. de rei vind.* ſtipulatio: *l. 66. D. de procurat. l. 18. D. de oblig. et act. l. 133. D. de verb. oblig.* CONSVMTVM tempus: *l. 31. D. ad leg. Iul. de adult.* [CONSVMERE vires. *l. 33. §. vlt. D. de adqu. rer. dom.* ¶. 4. CONSVMI dicuntur, quibus vita adimitur, et CONSVMENDI damnati, quibus capitalis poena irrogata. Val. Max. *Lib. VII. Cap. 2. Ignorauit praecipi herus, vt excellentiſſimum quemque ſeruorum aut exſilio ſubmoueret, aut morte* CONSVMERET. Io *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 7.* haec Vlpiani verba referuntur: *Nam. ad gladium damnati confeſtim* CONSVMVNTVR, *vel certe intra annum debent* CONSVMI. *Hoc enim mandatis continetur. Enimuero qui in ludum, non vtique* CONSVMVNTVR, *ſed etiam et pileum, et rudem accipere poſſunt.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 17. §. 3. Sane qui ad gladium dantur, intra annum* CONSVMENDI *ſunt.* Sic CONSVMENDA damnata. *l. 3. D. de poen.* Graeci eodem modo δαπανᾶσθαι dicunt.

Digitized by Google

dicunt. Libanius περὶ ςάσεως τῶν δὲ ςόμασι θηρίων δαπανηθέντων. *rictu ferarum* CONSVMTORVM.

CONSVMMARE aedificium inchoatum: *l. 61. §. 1. D. de vſuſr. l. 135. D. de verb. ſign.* CONSVMMATO anno: *l. 8. §. 6. D. de tranſact.* CONSVMMATA donatio: *l. 4. D. de donat.* CONSVMMATA iniuria, et *coepta* opponuntur: *l. 1. §. vlt. D. quod quisqu. iur.* CONSVMMARE inſulam: *l. 137. §. 3. D. de verb. obl.* mandatum: *l. 17. §. 3. D. commod.* obligatio CONSVMMATA: *l. 13. D. de duob. reis* opera: *l. 7. D. de off. proconſ. l. 7. §. 1. D. eod.* viam: *l. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt.* ¶. 2. CONSVMMARE, in vnam ſummam redigere. [CONSVMMARE ſortem et vſuras. *l. vlt. C. de vſur. rei iudic. l. 36. D. de aedilit. edict.*]

CONSVMMATIO operis: *l. 8. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* teſtamenti. *l. 1. §. 2. D. de his, quae in teſt. del.*

CONTAGIONIS, quae teſtes terret, timor. *l. 8. C. de teſtam.*

CONTAGIVM potius, quam coniugium. *l. vlt. C. ſi nupt. ex reſcr. pet.*

CONTEMNERE, negligere et adſpernari ſignificat. CONTEMNERE praetorem videtur, qui in iure interrogatus, non reſpondet. *l. 11. §. 4. D. de interrog. in iur. fac.* In ius vocati eſt non CONTEMNERE auctoritatem praetoris: *l. 5. D. de iudic.* qui CONTEMNIT venire: *l. 28. §. 1. D. de fideic. libert.* [Obſeruandum eſt ius dicenti, ne ſe CONTEMNI patiatur. *l. 19. D. de offic. praeſ.*] CONTEMNERE pro ſe introducta: *l. 41. D. de minorib.* CONTEMTVM iudicium: *l. 5. C. de religioſ.* CONTEMNERE matrimonium ſuum: *l. 2. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* CONTEMNITVR nunciatio: *l. 3. §. 6. D. de riuis.* CONTEMNERE voluntatem. *l. 5. §. 9. D. de admin. et per. tut.*

CONTEMTIBILIS. *l. 9. §. 2. D. de offic. proconſ.* Si quid non CONTEMTIBILE venierit. *l. 37. §. 1. D. de euict.*

CONTEMTIO dignitatis. *l. 19. D. de offic. praeſid.* Ita ſaepe et Caeſar, Tacit *Annal. XV, 1. XI, 20.* ipſeque Cicero *de Offic. Lib. I. Cap. 4. Animi magnitudo, rerumque humanarum* CONTEMTIO. HEIN.

CONTEMPLATIO, conſideratio, et, vt vulgo loquuntur, reſpectus, vel intuitus alicuius perſonae vel rei. Hâc CONTEMPLATIONE donatum, vt in quartam habeatur: *l. 22. D. de inoffic. teſt.* Alia CONTEMPLATIONE agnouit legatum: *l. 24. §. 16. D. de fideic. libert,* In CONTEMPLATIONEM venire. *l. 60. D. ad leg. Falcid.* Sic: CONTEMPLATIONE alterius poſſidere: *l. 13. §. 12. D. de hered. pet.* Cuius CONTEMPLATIONE teſtator id fecerit: *l. 11. §. 22. D. de legat. III.* CONTEMPLATIONE domini pecuniam dedi ſeruo: *l. 10. §. 5. D. de in rem verſ.* CONTEMPLATIONE donationis venditionem contrahere: Paull. *Sent. Lib. II. tit. 23. §. 4.* CONTEMPLATIONE dotis ac peculii filiam exheredauit: *l. 65. §. vlt. D. de rei vind.* CONTEMPLATIONE fructuarii aliquid ſeruo relictum, vel donatum: *l. 22. D. de vſuſr.* CONTEMPLATIONE delatae hereditatis re ſua lautius vſus: *l. 25. §. 12. D. de hered. petit.* CONTEMPLATIONE hoſtilis incurſionis: *l. 1. C. commod.* CONTEMPLATIONE mortis facta donatio: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 23. §. 6.* CONTEMPLATIONE perſonarum: *l. 8. §. 10. D. de tranſact.* CONTEMPLATIONE ſalutis aeſtimari non placuit laboris eximii mercedem: *l. 34. §. vlt. D. de donat.* Si CONTEMPLATIONE tui mutuam pecuniam procuratori tuo dedero: *l. 6. §. 1. et §. 6. D. de negot. geſt.* CONTEMPLATIONE venditoris heres inſtitutus ſeruus: *l. 23. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* CONTEMPLATIONE ventris non attigit hereditatem: *l. 1. §. 8. D. ſi mul. ventr. nom.* CONTEMPLATIONE vtilitatis publicae. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 19. §. 2.* Sunt et aliae huius generis formulae in iure noſtro. e. g. Fundum emere CONTEMPLATIONE arborum: *l. 58. D. de contrah. emt.* peculii CONTEMPLATIONE filiam exheredauit pater: *l. 65. §. 1. D. de rei vind.* Latinitatem eius formulae ſunt, qui vocant in dubium. Sed eam auctoritate, Iuſtini *Lib. VII. Cap. 5. Lib. VIII. Cap. 3.* Quinctil. *Declam. III. et V. in fin.* Apulei. *Lib. VIII. Metamorph. in fine* vindicat Ducker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 319.* HEIN.

CONTENDERE, litigare, et iudicio certare, ac diſceptare, ſignificat: vt CONTENDERE de libertate: *l. 2. D. ſi ingen. eſſe dic. l. 24. D. de dol. mal.* de mutua pecunia: *l. 42. D. de iureiur.* CONTENDERE *legato*: id eſt, de legato: *l. 16. D. vt legat. ſeu fideic.* CEDERE, *vel* CONTENDERE vltra. *l. 1. D. de edend.* ¶. 2. CONTENDERE, in iudicio dicere, adlegare, adfirmare. *l. 5. D. de his, quae vt indign. l. 45. fam. erciſc. l. 68. D. de rei vind.* Atque ita CONTENDERE, et *negare* aduerſantur. *l. 2. D. ſi ſeruit. vindic.* Si CONTENDAT: *l. 20. D. de excuſat. l. 28. D. de fideiuſſ. l. 20. §. 1. l. 39. §. 2. D. de noxal. act. l. 1. §. 10. D. de Carbon. Edict. l. 28. §. 7. D. de iureiur.*

CONTENTIO. Propter immenſas CONTENTIONES plerumque res ad diuiſionem peruenit. *l. 26. D. de ſeru. praed. vrban.*

CONTENTIOSA iuriſdictio, *voluntariae* opponitur. *l. 2. D. de offic. proconſ.*

CONTENTVS ero: *l. 51. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Quinctilian. *Declam. XI.* CONTENTVS *ſum dicere*, vtitur idem *Declam. CCLIX.* et Auctor *libri de cauſſ. corrupt. eloqu. Cap. XVIII. Probaſſe* CONTENTVS *ſum.* Sulpic. Seuer. *Hiſt. Lib. II. Cap. 48. Id tantum adnotaſſe* CONTENTVS *ſum.* CONTENTVS quibusdam rebus eſſe iuſſus, non excluditur in ſpeciebus diuerſis: *l. 27. §. 1. D. de legat. III.* CONTENTVS alterutra actione eſſe debebit actor: *l. 28. D. ad leg. Aquill.* CONTENTI eſſe vna actione debemus: *l. 6. §. vlt. D. naut. caupon. ſtabul.* [CONTENTVS ſis centum aureis: *l. 69. D. de legat. II.*] CONTENTA dote: *l. vlt. D. de dot. collat. l. 52. D. de act. emt. l. 3. C. de collat.* CONTENTVS fideiuſſoribus, quos accepit: *l. 10. D. qui ſatisd. cog.* CONTENTA iudicio mariti: *l. 53. D. de legat. III.* iure ciuili: *l. 22. D. de legat. praeſt.* legatio: *l. 18. D. eod. tit.* nomine debitoris: *l. 96. D. de ſolution.* parte ſua: *l. 44. D. de pact.* pignoribus: *l. 15. §. 3. D. de re iud.* poenis legum: *l. 19. D. de verb. oblig.* rebus: *l. 62. §. 1. D. de iur. dot.* tredecim: *l. 47. D. de pact. l. 8. §. 1. D. de legat. II.* Id, quo quis CONTENTVS erat, ei praeſtetur: *l. 5. §. 3. D. de verb. oblig.* CONTENTVS eſſe praetor

tor debet, vt iubeat: *l. 31. D. de reb. auct. iud. poſſid.* CONTENTVS, lucrum ex dote retinere: *l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* CONTENTVS eſſe teſtator, vel alterum facere. *l. 13. §. 1. D. de manumiſſ. teſt.* CONTENTVS *vni legato*, cum datiuo, dixiſſe putant Paullum, *l. 8. §. 1. D. de legat. II.* ſequuti codicem Florentinum, Alii *vno* legunt pro *vni.* Rem expediuiſſe ingenioſiſſime videtur Ioſeph. Nerius in *Analect. Lib. I. Cap. 1.* ex lege geminationis ſcribens: *Hoc caſu duo legata ſunt: ſed vni COntentus eſſe debet*, id eſt, *vnico contentus eſſe debet.* HEIN.

CONTESTARI, ſignificat teſtibus adhibitis aliquid declarare, ac profiteri. *l. 1. D. quod iuſſ. l. 7. §. vlt. D. de decur. l. 3. C. de fid. inſtrum.* Hine CONTESTARI excuſationum cauſſas: *l. 38. D. de excuſ.* CONTESTATVM iudicium: *l. 7. §. 1. D. de hered. petit. l. 19. D. ſol. matr.* CONTESTATA lis ex actione: *l. 37. D. de negot. geſt.* CONTESTARI vero litem dicebant eos, qui iudicium accipiebant, quod eos, qui tum aderant, teſtes aduocabant. Feſtus *Lib. III:* CONTESTARI *dicuntur duo aut plures aduerſarii, quod, ordinato iudicio, vtraque pars dicere ſolet:* TESTES ESTOTE. [Idem *eodem libro:* CONTESTARI *eſt, quum vterque reus dicit:* TESTES ESTOTE.] CONTESTATA autem lis tunc videtur, quum iudex per narrationem negotii cauſſam audire coepiſſet. *l. 1. C. de lit. conteſt.* ¶. 2. Porro CONTESTARI non actiua tantum, ſed et paſſiua ſignificatione, vſurpari inuenio. *l. 1. fin. D. de fer. l. 16. D. de offic. praeſ. l. 3. §. 10. D. de ſepulcr. viol. l. 22. §. 5. D. ſol. matr. l. 3. C. de nouat.* Quemadmodum ergo dicimus: litem CONTESTATVS: *l. 11. D. de iudic.* Ita et CONTESTATVM iudicium: *l. 7. §. 1. D. de hered. petit. l. 19. D. ſol. matr.* et CONTESTATAM litem. *l. 37. D. de negot. geſt.* ¶. 3. Porro lis CONTESTATA etiam in accuſationibus publicorum iudiciorum dicebatur: *l. 20. D. de accuſat.* vel in capitalibus cauſſis litis CONTESTATIO locum habet. *l. 1. C. ex delict. def.* [*l. vlt. C. vt intr. cert. temp. crimin. quaeſt. term.*] ¶. 4. CONTESTARI contrariam voluntatem. *l. 7. §. 1. D. de decurion.*

CONTESTATIO, pro teſtatione. *l. 20. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 19. C. de vſur.* Paull. *Sent. II, 14. 6.* Hinc CONTESTATIONE facta: *l. 8. C. de diſtr. pign.* CONTESTATIO poenitentiae: *l. 12. C. de contrah. emt.* CONTESTATIONE publice propoſita. *l. vlt. C. de his, qui per nat.*

CONTESTATO, aduerbium. *l. 1. §. 12. D. de agnoſc. et alend. lib.*

CONTEXTVM adpellatur, quod in tela eſt, nondum pertextum, vel detextum. *l. 22. D. de aur. arg. mund. leg.* Et ſic CONTEXTA accipe, in *l. 70. §. 12. D. de legat. III.*

CONTEXTVS, coniunctio rerum aeque, ac verborum. CONTEXTV aedificiorum vnita domus: *l. 15. §. 11. D. de damn. infect.* per CONTEXTVM rationum ſcriptum: *l. 111. D. de condit. et demonſtr.* CONTEXTVS teſtamenti: *l. 75. D. de legat. III.* Vno CONTEXTV teſtamentum fieri dicitur, id eſt, nullo alieno actu intermixto: *l. 31. §. vlt. D. qui teſtam. fac.* CONTEXTVS verborum totius ſcripturae. *l. 44. D. de manumiſſ. teſtam.*

CONTIGNATIO. Vna CONTIGNATIONE tectae binae aedes: *l. 36. D. de ſeru. praed. vrb.* CONTIGNATIO transuerſa, quae vtraque parte domus ſuſtinetur: *l. 47. D. de damn. infect.* Liu. *Lib. XXI. Cap. XLII. Et in foro boario bouem in tertiam* CONTIGNATIONEM *ſcandiſſe.* Vtuntur et hac voce Hirtius, ſeu Oppius *de bello Alexandr. Cap. I.* Vitruu. *Lib. II. Cap. 9.* Plin. *Lib. XXXV. Cap. 13.* et Ammian. Marcell. *Lib. XIX. Cap. 9.*

CONTINENTER, et perpetuo ire: *l. 14. D. de ſeruit.*

Ex CONTINENTI, et *in* CONTINENTI, id eſt, confeſtim, nec vllo interiecto tempore, vel interpoſito interuallo. Proinde ex CONTINENTI, et *ex interuallo*, opponuntur: *l. 89. D. de condit. et demonſtr. l. 7. §. 5. D. de pact.* itemque IN CONTINENTI, et *ex interuallo: l. 3. §. 9. D. de vi et vi arm.* necnon IN CONTINENTI, et *poſt interuallum: l. 1. §. 5. D. quar. rer. act. non dat.* Ex CONTINENTI pacta ſubſequuta: *l. 7. §. 5. D. de pact.* id eſt, in ingreſſu contractus facta, vt ibidem Vlpianus loquitur, ad eorum differentiam, quae poſtea interponuntur, vt ibidem ait, ſeu, quae poſtea fiunt, vt loquitur Papinianus in *l. 72. D. de contrah. emt.* In CONTINENTI conuenit: *l. 135. §. 2. D. de verb. obl.* In CONTINENTI decedere: *l. 42. D. de fideic. libert.* In CONTINENTI facta conteſtatio: *l. 12. C. de contrah. emt.* In CONTINENTI iurare aut promittere: *l. vlt. D. de lib. cauſſ.* In CONTINENTI occidere: *l. 23. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* ¶. 2. At in *l. vlt. C. de err. aduoc.* ex CONTINENTI, Imperatores interpretantur, *triduo proximo.* Ex CONTINENTI, acceptis litteris, veni: *l. vlt. §. vlt. D. de oblig. et act.* Ex CONTINENTI arbiter dandus: *l. 37. D. de fideic. libert.* Ex CONTINENTI fecit ſtipulationem: *l. 6. §. vlt. D. de nouat.* id eſt, *mox*, vt ibidem. Quibus locis hoc vocabulum cum aliqua latitudine accipi videtur. Vid. *l. 1. §. 8. D. ad leg. Falc. Quod dixi* IN CONTINENTI, *ita accipiendum: cum aliquo ſpacio.* Gloſſa: *In* CONTINENTI, *ἐν τάχει.* Ceterum ea formula iuriſconſulti vſi ſunt etiam meliore aetate. Nam et in lege Iulia de adulteriis illam lectam eſſe, patet ex *l. 23. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* et *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 2.* Eadem vſus eſt adſuetus maxime formulis iuriſconſultorum, Tertullian. *Apologet. Cap. XXIII.* et *de praeſcr. aduerſ. haeret. Cap. II.* At auctures non niſi recentioris aetatis ita loquuti ſunt, veluti Iuſtinus *Hiſt. Lib. I. Cap. 9. Lib. V. Cap. 3. et 5.* Inde Galli formarunt ſuum *incontenent.* Add. Ducker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 389.*

[CONTINENTIA, ae, contextus, *περιοχὴ*, vt CONTINENTIA venditionis: *l. 29. in fin. C. Theod. de petit. et vltro dat.* CONTINENTIA ſcripturae: *l. 3. C. Theod. de teſtam. et codic.* quae et *ſeries ſcripturae* in eadem lege vocatur. Sed et cauſſae CONTINENTIA eodem vel multum diuerſo ſignificatu dicitur. *l. 10. C. et l. 2. C. Theod. de iudic.*]

CONTINENTIA aedificia: *l. 2. l. 154. D. de verb. ſignif. l. 6. D. de procur. l. 4. §. vlt. D. in quib. cauſſ. pign. vel hypoth.* id eſt, vrbi propinqua, contigua et adiacentia. Quae in CONTINENTIBVS Romae aedificiis fiunt. *l. 139. D. de verb. ſignif.* In CONTINENTIBVS vrbis nati. *l. 45. §. 3. D. de excuſat.* Extra CONTINENTIA vrbis eſſe.

l. 173. *§. vn. l.* 199. *D. de verb. ſign. l.* 1. *§.* 20. *D. de aqu. et aqu. pluu. arc.*

CONTINERE, complecti, et comprehendere ſignificat. Sic Publiciana tempus venditionis CONTINET, et bonam fidem emtoris: *l.* 7. *§.* 14. *D. de Publician. in rem action.* Priſtinam ſpeciem non CONTINET: *l.* 5. §. 1. *D. de rei vind.* CONTINENT rei perſequutionem actiones: *l.* 34. *§. vlt. D. de oblig. et act.* [Actio io factum quaſi ex emto actionem CONTINET: *l.* 8. *§.* 1. *D. de relig. et ſumt. fun.* redbibitio CONTINETVR emti iodicio: *l.* 11. *§.* 3. *D. de act. emt.*] CONTINETVR pondere, numero, menſura res: *l.* 38. *D. de iud. l.* 34. *§.* 6. *D. de legat.* I. *l.* 6. *D. de rei vind.* id eſt, in pondere, numero, menſura conſiſtit, vt loquitur *l.* 2. *§.* 1. *D. de reb. credit.* ſeu conſtat, vt eſt in *l.* 35. *§.* 5. *D. de contr. emt.* Ita CONTINETVR aliquid adpellatione: *l.* 136. *l.* 138. *l.* 145. *l.* 146. *l.* 173. *l.* 201. *D. de verb. ſign. l.* 2. *§.* 2. *l.* 27. *§.* 15. *D. ad leg. Aquill.* arbitratu iudicis: *l.* 10. *D. quod met. cauſſ.* conſtitutionibus principum: *l.* 24. *D. ad municip. l.* 1. §. 1. *D. de pollicit.* inſtrumento: *l.* 35. *D. de pact.* mandatis: *l.* 6. §. *vlt. D. de offic. proconſ.* officio arbitri: *l.* 32. *§.* 20. *D. de recept. arbitr.* officio iudicis: *l.* 17. §. *vlt. D. de noxal. l.* 22. *D. de vſu et habit. l.* 38. *l.* 44. *D. de hered. pet. l.* 76. *D. de rei vind. l.* 69. *§. vlt. D. de legat.* I. *l.* 12. *D. ſi ſeru. vind.* reſcripto: *l.* 7. *D. de excuſat. l.* 11. *D. de minor. l.* 12. *D. de pollicit.* multis reſcriptis: *l.* 7. *§.* 14. *D. de adm. et peric. tut. l.* 1. *§.* 26. *D. de quaeſt.* Senatusconſulto: *l.* 60. *§.* 5. *D. de rit. nupt.* CONTINETVR res ſolo: *l.* 1. *D. de rei vind.* Non CONTINENT ſpeciem: *l.* 5. *D. de rei vind.* CONTINERI terra: *l.* 3. *§.* 1. *D. arb. furt. caeſ.* id eſt, terrae cohaerent: CONTINET ſe terra fructos: *l.* 78. *D. de rei vind.* CONTINETVR verbis edicti: *l.* 7. §. *vlt. D. de iurisd.* CONTINETVR vindicatione: *l.* 3. *D. de rei vind.* CONTINETVR vſu. *l.* 7. *D. de vſufr. ear. rer.* ¶. 2. CONTINERI aliquando cum datiuo cooſtruitur. CONTINETVR hoic actioni: *l.* 57. *D. de Aedil. edict.* CONTINETVR conditioni: *l.* 41. *§.* 11. *D. de fideic. libert.* CONTINETVR ſtipulationi: *l.* 3. *l.* 5. *D. vſufruct. quemadm. cau.* Obſeruarunt hanc *ἀντίπτωσιν* ipſe Briſſon. *in Parerg. n.* 63. vbi praeter has leges adducit etiam *l.* 57. *D. de iur. dot.* promiſſioni CONTINETVR *l.* 2. *D. ex quib. cauſſ. mai.* Ad eos, qui EI continentur *l.* 3. *§.* 9. *D. de pen. leg.* Penori legato CONTINEANTVR. Nec minus talia notauit auctor *de vet. iureconſ. Latiuitate apud* Ducker. *p.* 336. *ſequ.* Fortaſſis pleraque haec in mendo cubant. HEIN. ¶. 3. CONTINENS, *ἤπειρος*, terra, aqua non circumdata, immo et non interrupta: In CONTINENTI agro: *l.* 65. *§.* 1. *D. de adqu. rer. dom.* ¶. 4. At CONTINENTES prouincias accipere debemus, qoae Italiae coniunctae ſunt, vt Galliam et Prouinciam. Sicilia etiam inter CONTINENTES eſt, quum modico freto ab Italia ſeiungatur. *l.* 99. *§.* 1. *D. de verb. ſign.*

CONTINGERE, notiſſima ſignificatione ſignificat accidere. Sic CONTINGIT abſolutio: *l.* 1. *D. de acceptil.* cognitio: *l.* 4. *D. de offic. ei. cui mand.* damnum: *l.* 7. *D. de damn. inf. l.* 24. *D. de min.* caſu: *l.* 7. *D. de damn. inf.* defenſio: *l.* 4. *§. vlt. D. de verb. obl.* CONTINGIT quid dolo: *l.* 50. *D. de rei vind.* CONTINGIT dominium ex vna cauſſa: *l.* 3. *§.* 4. *D. de adquir. vel amit. poſſeſſ.* CONTINGIT incendium culpa: *l.* 59. *D. de legat.* I. CONTINGIT liberatio: *l.* 9 *l.* 12. *§. vlt. l.* 14. *§.* 1. *l.* 34. *§.* 1. *l.* 38. *l.* 73. *l.* 95. *l.* 98. *de ſolut. l.* 3. *§. vlt. D. de duob. reis l.* 11. *§. vlt. l.* 13. *§. vlt. l.* 19. *D. de acceptil. l.* 18. *D. de pecun. conſt. l.* 9. *C. de fideiuſſ.* libertas: *l.* 4. *pr. §. vlt. D. de manumiſſ. vind. l.* 3. *D. de teſtam. manumiſſ.* nouatio: *l.* 14. *l.* 24. *D. de nouat.* reſtitutio: *l.* 4. §. *vlt. D. de verb. oblig.* Quod ſenectute CONTIGIT, vel morbo: *l.* 5. §. 4. *D. commod.* Ex diuerſis teſtamentis ius coniunctionis non CONTINGIT: *l.* 16. *D. quib. mod. vſufr.* Valetudo, quae poſtea CONTIGIT: *l.* 15. *D. de recept. arb.* CONTINGIT vſucapio. *l.* 24. *l.* 25. *D. de vſurp. l.* 17. *§.* 2. *D. de vſufr. l.* 7. §. 4. *D. pro emt.* ¶. 2. Elegans loquutio: Si CONTIGIT aliquid teſtatori. *l.* 6. *§.* 5. *D. de iniuſt. rupt. irrito fact. teſt.* ¶. 3. CONTINGERE, etiam attingere ſignificat. Aedificii pars quae ſolum CONTINGIT: *l.* 2. *C. de rei vind.* fundus, qui viam publicam CONTINGIT: *l.* 1. *§.* 28 *D. ne quid in loc. publ.* CONTINGERE ripam: *l.* 1. *§.* 6. *D. de flumin.* CONTINGERE defunctum adſinitate: *l.* 5. *§.* 5. *D. de his, qui effud. vel deiec.* ſanguine: *l.* 12. *D. de manum. vind.* CONTINGIT ea res ſcriptos heredes: *l.* 12. *§.* 4. *D. de religioſ.* Qoos proxima ſpes ſucceſſionis CONTINGIT: *l.* 1. *§.* 14. *D. de inſp. ventr.* Quos cauſſa CONTINGIT: *l.* 47. *D. de re iudic.* Quos id munus cootingit: *l.* 7. *D. de bon. damn.* CONTINGIT damnum vnumquemque: *l.* 15. *§.* 18. *D. de damn. inf.* CONTINGI damno: *l.* 15. §. 8. *D. eod. tit.* CONTINGERE auctorem iniuria: *l.* 51. *D. de euict.* CONTINGI crimine. *l.* 7. §. 2. *D. de fugitiu.* ¶. 3. CONTINGENS ſibi pars. *l.* 16. *D. de SC. Silan.*

CONTINVARE hooorem: *l.* 13. *D. ad municipal. l.* 14. §. 5. *D. de mun. et honor.* in CONTINVANDIS honoribus: *l.* 18. *D. ad municip.* CONTINVATVR hereditas cum tempore mortis: *l.* 138. *D. de reg. iur.* CONTINVATVR iter. *l.* 137. *§.* 2. *D. de verb. obl. l.* 38. *§. vlt. D. ex quib. cauſſ. mai.*

CONTINVATIO dominii: *l.* 34. *D. de ſtatulib. l.* 11. *D. de lib. et poſtum.* furti. *l.* 67. *§.* 1. *D. de furt.*

CONTINVVM tempus, vulgari ſignificatione dicitur, quod continenter et iunctum numeratur, prout cedit, labitur, et currit. *l.* 7. *D. quemadmod. ſeru. amitt.* Sic CONTINVIS annis noda proprietas: *l.* 2. *D. quib. mod. vſufr.* Quindecim annis CONTINVIS ſeruire: *l.* 1. *C. ſi mancip. ita fuer. alien.* Si tibi ex die mortis meae per annos CONTINVOS quinque menſtruos ſexagenos dederit: *l.* 40. §. 2. *D. de ſtat. lib.* Trecentis ſexagiota quinque diebus anous conſtat. *l.* 4. *§.* 5. *D. eod. tit.* ¶. 2. Alias CONTINVVM tempus *vtili* opponitur, eoque ſignificatur tempus, quod ſolido dierum ac menſium numero computatur, nulla eorum dierum, quibus experiundi poteſtas non fuit, ſubductione facta: et ignorantibus quoque cedit. *l.* 8. *D. de his, qui not. infam. l.* 31. *§.* 1. *D. de vſurpat. l.* 1. *C. de quadr. praeſcript. l. vlt. C. de temp. in integr. reſtit.* CONTINVA tempora numerantur: *l.* 24. *§. vlt. D. ad SC. Velleian.* Hinc biennium CONTINVVM a morte teſtatoris legatus vſosfructus: *l.* 6. *D. de vſu et vſufr. leg.* CONTINVI dies vtilibus et ſeſſionum diebus opponuntur: *l.* 1. §. 9. *D. de adgnoſc. et al. lib. l.* 5. *§.* 19. *D. vt in poſſeſſ. legat.* CONTINVOS dies

Theo-

Theophilus *in §. 17. Inſt. de excuſ. tut.* ἡμέρας ἐφεξῆς τρέχουσας. *dies continuo currentes*, adpellat. Conſtantinus vero Harmenopulus eos dies συναπτὰς καὶ διηνεκεῖς vocat. Sic CONTINVI quinque dies apud Paullum *Sent. Lib. V. tit. 33. §. 1.* CONTINVI quinquaginta dies: *§. 17. Inſt. de excuſ. tut.* CONTINVI quatuor menſes: *l. 38. D. de excuſat.* Reſpublica per quadriennium CONTINVVM ludos non edidit: *l. 17. D. de vſu et vſufr. leg.* poſt quadriennium CONTINVVM: *l. 1. C. de quadr. praeſcr. l. vlt. C. de temp. in integr. reſtit.* Vectigal in quinquennium CONTINVVM conducere: *l. 7. C. locat.* CONTINVVM quinquennium: *l. 29. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult. l. 5. C. eod. tit. l. 2. D. de colluſ. deteg.* id eſt, quinquennium non vtile, ſed CONTINVO numerandum. *l. 35. D. ad leg. Iul. de adult.* Poſt quinque annos CONTINVOS a die admiſſi adulterii: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill.* CONTINVO triennio ſeruiſſet. *l. 38. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* ¶. 3 CONTINVA cretio dicebatur, in qua non adiiciebantur verba haec: QVIBVS SCIERIS, POTERISQVE. Itaque ei, qui ſub huiusmodi cretione inſtitutus erat, etiam illi dies imputabantur, quibus ignorauerat ſe inſtitutum, ſed non potuerat cernere, quemadmodum ait Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 31. ſequ.*

¶. 4. [CONTINVA accuſatio *l. 4. C. de apoſtat.*]

¶. 5. CONTINVVS actus: *l. 137. D. de verb. obl.* id eſt, ſine aliquo longo interuallo, et ſine alio actu, contrario obligationi. CONTINVA tria praedia: id eſt, contigua et vicina, et ſe inuicem contingentia. *l. 31. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 7. in fin. D. commun. praed. ruſt. et vrb.* [Eodem ſenſu et CONTINVA prouincia dicitur. *l. 8. C. Theod. de deſert. et occultat. cor.* CONTINVAE ſterilitates. *l. 63. §. vlt. D. ad leg. Falcid.*

CONTRA, praepoſitio, pro aduerſus. CONTRA conſtitutiones iudicatur, quum de iure conſtitutionis, non de iure litigatoris pronunciatur: *l. 1. §. 2. D. quae ſent. ſine adpell. reſcindant.* Quum prolatis CONSTITVTIONIBVS, contra eas pronunciat iudex, eo quod non exiſtimat cauſſam, de qua iudicat, per eas iuuari: non videtur contra CONſTITVTIONES ſententiam dediſſe: *l. 32. D. de re iudic.* CONTRA edictum praetoris: *l. 25. D. de oblig. et act.* CONTRA edictum facit, qui vetante praetore facit. *l. 103. D. de reg. iur.* CONTRA iudicium teſtatoris facere: *l. 34. D. de excuſat.* Praetor nihil CONTRA ius facit: *l. 1. C. de codicill.* CONTRA legem facit, qui facit, quod lex prohibet: *l. 29. D. de legib.* CONTRA legem nihil fit futurum: *l. 37. D. de condit. et demonſtr.* CONTRA praeſtandam libertatem: *l. 31. D. ad SC. Trebell.* CONTRA placitum facere: *l. 16. D. de transact.* CONTRA ſenatusconſultum mutuatus: *l. 14. D. de reb. cred.* CONTRA teſtamentum non facit, qui plus facit, quam teſtator iuſſerat, ſed qui minus: *l. 22. D. de verb. ſignif.* CONTRA voluntatem defuncti petere: *l. vlt. §. 1. et §. vlt. D. de dol. et met. except.* CONTRA voluntatem teſtatoris deſiderare: *l. 36. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* CONTRA voluntatem domini credere. *l. 11. §. vlt. D. de reb. cred.* ¶. 2. CONTRA, ex oppoſito: *l. 13. D. commun. praed. vrb. et ruſt.* CONTRA ſe venientem nauem: *l. 29. §. 2. D. ad leg. Aquill.* CONTRA liceri. Cic. *de Offic. Lib. III. Cap. 15.*

¶. 3. [CONTRA, pro *in*. Singularis loquutio: CONTRA hominis necem quid facere, id eſt, in necem. *l. 4. pr. D. ad leg. Corn. de ſicar.*]

CONTRA, aduerbium, ſecus, in alia omnia. *l. 14. D. de re iud. l. 23. D. de recept. arbitr. l. 2. D. ſi quadr. paup. fec.* CONTRA cauere: *l. 2. §. 1. D. de collat.* facere: *l. 15. §. 1. D. ad leg. Falcid.* CONTRA reſcripſerunt: *l. 7. D. de diuiſ. rer.* CONTRA reſcriptum eſt: *l. 15. §. 8. D. de re iud.* vel ſcribit: *l. 21. D. ad leg. Aquill.* ſentit: *l. 54. D. de cond. et dem. l. 59. D. de re iud.* id eſt, diſſentit. *l. 36. D. de re iud. l. 23. §. 1. D. de rei vind.* CONTRA ſtatui: *l. 41. D. de vſurpat.* ¶. 2. CONTRA, ex aduerſo, contra ea. *l. 2. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 25. §. 10. D. famil. erciſc. l. 9. §. vlt. D. ſi ſeru. vindic.* [*§. 2. Inſt. de inutil. ſtipul.*]

CONTRACTVS, proprie vltro citroque obligatio, quam Graeci συνάλλαγμα vocant: veluti emtio venditio, locatio conductio, ſocietas: *l. 19. D. de verb. ſignif.* quae ab *acto geſtione*, CONTRACTVM ſeparat, vt in *l. 2. §. 1. D. de cap. minut.* Vetus gloſſarium: CONTRACTVM, τὸ συνάλλαγμα, ἐκ τοῦ σὺν, καὶ τοῦ τράκτω, τὸ ἀλλάττω. CONTRACTVM, *quod Graecis* συνάλλαγμα, a CON *et tracto, vel potius traho, quod idem, ac Graecis* ἀλλάττω. At Moſchopulus ἐν συλλογῇ Ἀττικ. ὀνομάτ. ΣΥΝΑΛΛΑΤΤΕΙΝ ἐπὶ συμφωνίας γάμου, *de conſenſu nuptiali* dici, tradit. Omnis obligatio pro CONTRACTV accipitur, vt vbicumque aliquis obligetur, et CONTRAHI videatur, quamuis non ex crediti cauſſa debeatur. *l. 20. D. de iudic.* CONTRACTVM facere: *l. 23. D. de liberat. leg.* CONTRACTVS factus, ſiue re, ſiue verbis, ſiue coniunctim: *l. 9. §. 3. D. de reb. credit.* [CONTRACTVM facere: *l. 3. C. de in integr. reſt. min.* CONTRACTVS proprii habiti: *l. 21. C. de donat. int. vir. et vx.* CONTRACTVS voluntarius: *l. 4. C. de vſufr.* CONTRACTVS, quo non de mercede, ſed de triſtitia repudianda cogitatur. *l. 17. C. de poſtl. reuerſ.*

CONTRADICERE, et *non conſentire*, diuerſa facit Vlpianus in *l. 5. D. de ſeru. vrban. praed.* CONTRADICERE deſiderio alterius: *l. 1. §. 1. D. de poſtul.* CONTRADICEBATVR ei: *l. 3. §. 2. D. de minor.* Huic CONTRADICI poteſt: *l. 14. §. 13. D. de religioſ.* Exſtitit, qui mihi CONTRADICERET, et CONTRADICI non debuit. *l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* Nec audietur CONTRADICENS legatarius: *l. 5. §. vlt. D. de cenſ.* CONTRADICENTIBVS litigantibus: *l. 33. D. de recept. arbitr.* Euidenter CONTRADICERE; *l. 2. §. 2. D. ſol. matrim.* id eſt, non tantum non conſentire, ſed et verbis contradicere: Non CONTRADICENS conſentit. *l. 7. §. 1. D. de ſponſal. l. 2. pr. D. ad municipal.*

CONTRADICTIO. In modum CONTRADICTIONIS, *l. 3. D. de colluſ. deteg.*

CONTRADICTOR. *l. 27. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* Non iuſti CONTRADICTORES. *l. 3. D. de colluſ. deteg.*

CONTRADICTVM iudicium: *l. 34. D. de legib.* Sed nihili omnino videtur loquutio: *contradicto iudicio.* Neque enim iudicio, ſed conſuetudini in iudicio contradicitur, ac proinde ne dubitandum quidem, quin legi oporteat: *Primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam* CONTRADI-

CON.

TRADICTA *aliquando, iudicio conſuetudo firmata ſit.* HEIN.

CONTRAHERE, proprie conducere, in vnum cogere. *l. vlt. D. de curat. bon. dand.* Sic CONTRAHERE aureos, id eſt, redigere: *l. 96. D. de legat. I.* Ne frumentum CONTRAHATVR: *l. vlt. D. de adpell. recip.* CONTRAHERE populum: Quinctil. *Declam. CCLIV.* CONTRACTA turba, id eſt, conuocata. *l. 4. §. 6. D. vi bon. rapt.* ¶. 2. CONTRAHERE, negotium aliquod, ex quo obligatio oritur, perficere. [Non ergo verba CONTRAXERVNT, *geſſerunt*, ad teſtandi ius pertinent. *l. 20. D. de verb. ſignif.*] At reliqua tamen negotia fere omnia CONTRAHI dicuntur. Sic CONTRAHI dicitur aes alienum: *l. 17. D. de teſt. mil.* CONTRAHI cognationes: *l. 12. §. vlt. D. de rit. nupt.* CONTRAHI crimen: *l. 2. D. de condict. ob turp. cauſſ. l. 20. D. de accuſat. l. 5. D. ad leg. Iul. maieſt. l. 3. §. 4. D. ad SC. Silan.* poſt CONTRACTVM capitale crimen: *l. 15. D. de donat. l. 31. §. vlt. D. eod. tit. l. vlt. D. de accuſ.* CONTRAHERE culpam: *l. 31. §. 2. D. de neg. geſt.* damnum: *l. 57. D. de adm. et peric. tut.* debita: *l. 39. §. 3. D. famil. ercisc.* delictum: *l. 1. D. de leg. l. 52. D. de re iud.* depoſitum: *l. 31. D. depoſ.* emtionem venditionem: *l. 5. D. de pign. et tit. D. et C. de contrab. emt. vend.* fraudem: *l. 8. D. de publican.* furtum: *l. 2. C. de vſuc. pro dot.* hypothecam: *l. 4. D. de pign. tit. quib. mod. pign. vel hypoth. tac. contr.* inceſtum: *l. 38. §. 1. l. 39. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* CONTRAHERE iudicio: *l. 30. §. 11. D. de pecul.* CONTRAHERE labem: *l. 15. C. ex quib. cauſſ. infam.* labem pudoris: *l. 17. C. de excuſ. tut.* locationem: *l. 2. D. locat.* mandatum: *l. 2. D. mandat.* matrimonium: *l. 10. §. vlt. l. 35. D. de rit. nupt. l. 66. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 7. D. de agnoſc. et al. lib. l. 61. §. vlt. D. de iure dot. l. 15. C. ex quib. cauſſ. infam.* In CONTRAHENDIS matrimoniis: *l. 14. §. vlt. D. de rit. nupt.* Si matrimonium inter eosdem poſtea fuerit contractum: *l. 31. D. de donat.* CONTRAHERE negotium: *l. 32. D. de reb. cred. l. 32. D. de condict. indeb.* Antequam negotium CONTRAHERETVR: *l. 70. D. de legat. I.* Negotium CONTRACTVM eſt inter eos: *l. 2. D. de condict. indeb.* negotii CONTRAHENDI tranſigendique cauſſa: *l. 1. §. 1. D. de pact.* In negotiis CONTRAHENDIS: *l. 57. D. de obl. et act. l. 5. D. de reg. iur.* CONTRAHERE nomina: *l. 37. D. de negot. geſt.* CONTRAHERE nuptias: *l. 10. l. 12. §. 1. l. 34. §. 1. l. 38. et l. 50. D. de rit. nupt. l. 73. D. de iur. dot. l. 5. D. de quaeſtion. l. 7. C. de inſtit. l. 4. C. de excuſat. tut.* Vlpian. *Fragm. tit. V. §. 2. l. 31. D. ad municip. l. 17. C. de excuſ. tut. l. 1. C. ſi quacumqu.* CONTRACTIS iure nuptiis: *l. 69. §. 5. D. de iure dot. l. 10. D. de ſponſal. l. 4. §. vlt. D. de vſu et habitat.* CONTRAHERE obligationem: *l. 36. D. de iudic. l. 2. D. de obl. et act. l. 1. §. 4. D. de verb. obligat. tit. Inſt. quib. mod. re contr. obl. l. 4. D. de fid. inſtr.* permutationem: *l. 1. §. vlt. D. de rer. permut.* pignus: *rubr. tit. quib. mod. pign. vel hypoth. tac. contrab.* CONTRAHERE reliqua: *l. 5. C. an ſeru.* CONTRAHERE rem et rationem: Cicero *pro Cluent. Cap. XIV.* CONTRAHENDARVM rerum genera. *l. 5. pr. D. de verb. oblig.* Cicero *Lib. III. de offic. Cap. 15. Tollendum eſt igitur ex rebus* CONTRAHENDIS *omne mendacium.* CONTRAHERE ſocietatem: *l. 5. D. pro ſoc.* ſponſalia: *l. 14. D. de ſponſal.* ſtipulationem: *l. 1. §. 3. D. de verb. obl.* ſtuprum: *l. 16. §. 1. D. de his, quae vt indign.* vim: *l. 1. C. ad leg. Iul. de vi publ.* vitium. *l. 6. C. de re milit.* ¶. 3. Ceterum ſingulare eſt: Si quum eſſem tibi CONTRACTVRVS. *l. 8. §. 14. D. ad SC. Velleian.* ¶. 4. CONTRAHERE aliquando videtur, qui ſoluit: *l. 66. D. de ſolution.* itemque qui adit hereditatem, vel ſe miſcet: *l. 3. §. vlt. l. 4. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.* [Quo loco quis videatur CONTRAXISSE, vid. *l. 21. D. de oblig. et act. l. 3. D. de reb. auct. iud. poſſid.*]

CONTRARIVM, aduerſum, oppoſitum. Niſi CONTRARIVM ſpecialiter ab herede adprobetur. *l. 58. §. vlt. D. de vſufr.* Sic CONTRARIA actio, quae illi, qui ex contractu ipſo non obligatur, datur ad indemnitatem conſequendam. Sic CONTRARIA actio commodati: *l. 17. §. 1. l. 18. §. vlt. l. 22. D. commod.* pignoratitia: *l. 1. §. 1. D. de furt.* tutelae: *l. 1. D. de contr. tut. et vtil. act.* CONTRARIA actio etiam vocatur negatoria: *l. 8. D. ſi ſeru. vind.* Sub CONTRARIA conditione: *l. 10. l. 54. D. de adim. legat. l. 3. D. vt legator. ſeu fid. nom. cau. l. 9. §. 1. D. vt in poſſeſſ. legat. vel fideic. ſeru. cauſſ. l. 68. §. 2. D. de legat. I. l. 8. §. 1. D. de ſtipul. praet. l. 27. D. de legat. II.* CONTRARIO conſenſu diſſolui: *l. 35. D. de reg. iur.* CONTRARIO diſſenſu: *l. 80. D. de ſolut.* CONTRARIA fortuna vſus: *l. 75. D. ad SC. Trebell.* CONTRARIO imperio tollere: *l. 14. D. de re iud.* CONTRARIA iudicia, directis et principalibus opponuntur. *l. 17. §. 1. l. 18. §. 2. D. commod. l. 6. §. vlt. D. de his qui not. infam.* Sic autem adpellantur ea iudicia, quae ei, qui commodatum accepit aduerſus commodatorem, mandatario aduerſus mandantem, depoſitario aduerſus deponentem, creditori, qui pignus accepit, aduerſus debitorem, qui dedit, negotiorum geſtori aduerſus eum, qui geſſit, tutori in pupillum competunt *§. 2. Inſt. de poen. tem. litig. et ibi Theophilus.* Id quod ſignificatur his titulorum verbis: *commodati vel* CONTRA, *Depoſiti vel* CONTRA, *Mandati vel* CONTRA. Sic CONTRARIVM iudicium commodati: *l. 17. §. vlt. l. 18. D. commod.* mandati: *l. 14. §. vlt. D. de Publican.* tutelae: *l. 28. D. de minor. l. 7. §. 1. D. de contrar. tut. l. vlt. D. de eo, qui pro tut. l. 2. C. de in lit. iur.* Cicero *de offic. Lib. III. Cap. 17. In his magni eſſe iudicis, ſtatuere, praeſertim quum in plerisque eſſent iudicia* CONTRARIA, *quid quemque cuique praeſtare oporteat.* CONTRARIIS miniſteriis corrumpere artificium ſerui: *l. 17. §. 1. D. de rei vind.* CONTRARIA ripa: *l. 65. §. 3. D. de adqu. rer. dom.* CONTRARIAM ſententiam *accipere, merere, reportare,* dicuntur, qui iudicio vincuntur, et condemnantur: *l. 29. §. vlt. D. de except. rei iud. l. 4. C. mand. l. 8. C. de his, quae vt indign.* CONTRARIA voluntas. *l. 15. §. 6. D. de vſufr.* ¶. 2. *In* CONTRARIVM, pro *ex contrario. l. 69. D. ad SC. Trebell.* Omnibus *in* CONTRARIVM actis. *l. 153. D. de reg. iur.* ¶. 3. Ita et, *per* CONTRARIVM. *l. 1. §. 6. D. de ventre in poſſ. mitt. l. 8. §. vlt. D. de tranſact. l. 20. §. 2. D. qui teſt. fac. l. 25. D. de procur. l. 6. D. de pact. dotal. l. 8. §. 5. D. ſi ſeru. vindic. l. 22. D. de minor. l. 44. §. vlt. D. de vſu et habit. l. 8. D. de procur. l. 12. §. 1. D. de rit. nupt. l. 9. §. vlt. D. de admin. et peric. tut. l. 1. §. 10. D. de dot. praeleg. l. 6. §. 4. D. de pecul. leg. l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. §. 11. D. de agnoſc. et al. lib. l. 2. D. de his, quae vt indign. l. 17. D. de ſeru.*

Digitized by Google

ſeru. vrb. praed. l. 33. D. ad SC. Trebell. l. 23. D. de aedilit. edict. l. 1. D. de poen. §. 5. Inſt. de hered. quae ab inteſt. ¶. 2. E vel *ex* CONTRARIO eodem ſenſu. *l. 4. D. quib. ad libert. l. 11. §. vlt. D. de duob. reis l. 4. §. vlt. D. de manum. vind. l. 33. §. 1. D. de procurat. l. 21. §. 1. l. 56. D. ad leg. Falcid. l. 76. §. vlt. D. de vſu et vſufr. l. 1. §. 1. D. de ſeparat. l. 3. §. 5. et l. 48. §. 1. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 5. D. ad leg. Falcid. l. 25. D. de liberat. legat. l. 13. §. 3. D. de reb. dub. l. 45. D. de legat. II. l. 7. §. 2. D. de ſolut. matrimon. l. 10. §. vlt. D. eod. tit. l. 15. D. de noui op. nunc. l. 5. §. 2. D. de ſtatu hom. l. 24. §. 1. D. de rit. nupt.*

☞ CONTRAVINDICARE. Caius apud Boeth. *Comment. in Cic. Topic. Lib. III. Deinde poſtquam hic vindicauerit, praetor interrogat eum, qui cedit, an* CONTRAVINDICET? CONTRAVINDICARE autem erat, ei, qui, rem ſuam eſſe, aiebat, contradicere. Sic apud Plaut. *in Rud. Act. III. ſcen. I. Hunc meum eſſe dico.* Cui alter: *Et ego item eſſe aio meum.* Cicero *pro Muraena Cap. XII. Fundus Sabinus meus eſt. Immo meus.* HEIN.

CONTRECTARE, eſt rem loco mouere. *l. 3. D. de act. rer. amot. l. vlt. D. de condict. furt. et in tit. de furtis paſſim.* Atque ita in quaeſtione furti verbum hoc accipiendum, oſtendit *l. 3. §. 18. D. de adquir. poſſ. l. 15. D. ad exhib.* Nec enim aliud eſt CONTRECTARE, quam rem alienam intercipiendi cauſſa amouere, vt loquitur Iuſtinianus in *§. 6. Inſt. de oblig. quae ex delict.* Vt autem CONTRECTATIONE furtum committitur, ita purgatur, ſi res reponatur. *l. 40. D. de ſtatulib. l. 4. §. 7. D. de vſucap.*

CONTRECTATIO fraudulosa rei alienae, in definitione furti. *l. 1. D. de furt.* et *§. 1. Inſt. de oblig. quae ex del.* Vbi Theophilus ψηλάφησιν vertit, et *amotum* ψηλαφώμενον.

CONTRIBVERE. Sic CONTRIBVITVR legatum ceteris: *l. 22. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* CONTRIBVI omnis legata: *l. 18. D. de teſtam. mil.* Vbi ſimul plura CONTRIBVVNTVR: *l. 27. §. 1. D. de adqu. rer. dom.* CONTRIBVTAE actiones: *l. 1. §. 10. D. vi bon. rapt.* CONTRIBVTA bona: id eſt, vnita et confuſa. *l. 1. D. de ſeparat.*

CONTRIBVTIO dodrantis: *l. 6. C. ad leg. Falc.* legatorum: *l. 11. §. 6. D. eod. tit.* pretii: *l. 85. D. de legat. II.* CONTRIBVTIONI locus eſt: *l. 11. §. 5. D. ad leg. Falc.* Si iam CONTRIBVTIO facta ſit: *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Rhod.* CONTRIBVTIONE ſarciri, quod pro omnibus datum eſt: *l. 1. D. ad leg. Rhod.* In CONTRIBVTIONEM venire fructus: *l. 7. §. 3. D. ſol. matr.* legata et fideicommiſſa. *l. 30. §. 8. D. ad leg. Falcid.*

CONTROVERSIA, litem et quaeſtionem ſignificat. Hinc CONTROVERSIAM differre: *l. 1. §. 10. l. 3. D. de Carbon. edict.* diiudicare: Cic. *Libro III. de finib. Cap. 2.* diſtrahere: Sueton. *in Iul. Cap. LXXXV.* In CONTROVERSIA eſt ſeruus: *l. 4. §. vlt. D. de ſtatulib.* CONTROVERSIA eſt: *l. 1. pr. D. de Carbon. edict.* Si ſtatus et hereditatis CONTROVERSIA ſit, item bonorum, vel ſimul de paternis, et de maternis bonis, vel etiam de fratris: *l. 6. pr. et §. 1. D. eod. tit.* Quum CONTROVERSIA eſſet de hereditate inter ſcriptum heredem et patruum: *l. 60. D. mandat.* inter me et te: *l. 15. D. de except. rei iud.* Ex perſona eorum, inter quos CONTROVERSIA erit: *l. 3. §. 4. D. de lib. exhib.* Cum ipſo argentario CONTROVERSIA ſit, an cum alio: *l. 10. D. de edend.* Ne quam cum eis CONTROVERSIAM habeat: *l. 77. §. 20. D. de legat. II.* CONTROVERSIAM facere heredibus: *l. 4. C. ne de ſtat. defunct.* impuberi: *l. 3. §. 1. D. de collat. bon.* pupillo. *l. 6. §. 3. D. de Carbon. edict.* CONTROVERSIAM facere de bonis paternis: *l. 7. §. 7. D. eod. tit.* hereditatis: *l. 6. D. de adquir. vel amitt. poſſ. l. 3. l. 7. D. de Carbon. edict. l. 15. §. vlt. D. de liber. cauſſ. l. 44. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* de hereditate paterna: *l. 7. §. 7. D. de Carb. edict.* de hereditatis parte: *l. 8. D. ſi pars hered. pet.* ingenuitatis: *l. 1. C. de teſtib.* itineris, viae, actus: *l. 4. §. 5. D. ſi ſeru. vind.* libertatis: *l. 1. C. qui dare tut.* de libertate: *l. 7. §. 3. de Carbon. edict.* de pecorum proprietate: *l. 1. §. vlt. D. de abig.* poſſeſſionis: *l. 2. §. 1. D. vti poſſid. l. 3. §. 1. D. eod. tit.* pubertatis: *l. 7. §. 1. D. de Carbon. edict.* ſtatus: *l. 39. §. 5. D. de procurat. l. 27. §. vlt. D de lib. cauſſ. l. 1. §. 3. D. de ventre in poſſeſſ. mitt.* tutelae cauſſa: *l. 26. D. de liberat. leg.* CONTROVERSIA finita, inter legitimum et ſcriptum heredem orta: *l. 14. D. de transact.* CONTROVERSIAM habere: *l. 77. §. 20. D. de legat. II.* CONTROVERSIAM futuram metuens: *l. 6. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* CONTROVERSIAM mouere: *l. 25. D. de adopt. l. 30. §. 1. D. de except. rei iud. l. 4. l. 7. §. 7. D. de Carbon. edict.* CONTROVERSIAM pati: *l. 1. §. 1. l. 3. D. eod. tit.* referre: *l. 7. §. 1. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Sine CONTROVERSIA conſequi legata: *l. 33. §. vlt. D. de vſu et vſufr. leg.* dare, praeſtare: *l. 40. §. 2. D. de ſtatu lib. l. 41. §. 14. D. de fideic. libert.* rem poſſidere: *l 13. D. de reb. auct. iud. poſſid.* reddere: *l. 11. §. 3. D. locat.* ſoluere: *l. 9. C. de legat.* CONTROVERSIAM ſuſtinere. *l. 7. C. de liber. cauſſ.*

¶. 2. Idem CONTROVERSIAE nomen propriam in rhetorum libris ſignificationem habet, quam Seneca *in praefat. Lib. I. Controu. p. 53. edit. Gronou.* exponit his verbis: *Declamabat autem Cicero, non quales nunc* CONTROVERSIAS *dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas theſes vocabant. Hoc enim genus materiae, quo nos exercemur, adeo nouum eſt, vt nomen quoque eius nouum ſit.* CONTROVERSIAS *nos dicimus: Cicero cauſſas vocabat. Hoc vero alterum nomen Graecum quidem eſt, ſed in Latinum ita translatum, vt pro Latino ſit. Scholaſtica* CONTROVERSIA *multo recentius eſt, ſicut ipſa declamatio.* Auctor dialogi *de Oratoribus Cap. XXXV. Nempe enim duo genera materiarum apud Rhetores tractantur,* SVASORIAE, *et* CONTROVERSIAE. *ex his ſuaſoriae quidem, etſi tam quam plane leuiores, et minus prudentiae exigentes, pueris delegantur:* CONTROVERSIAE *robuſtioribus adſignantur.*

¶. 3. Singularis vocabuli notio in illis *l. 24. §. 5. D. de damn. infect. Si* CONTROVERSIA *aquae inſulam ſubuerterit.*

CONTVBERNALES. Quae a ſeruis in contubernio habentur, ſeruae, non *vxores*, aut *coniuges*, ſed CONTVBERNALES adpellantur. Sic colonorum et ſaltuariorum CONTVBERNALES: *l. 20. §. 1. l. 12. §. 33. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Stichus cum CONTVBERNALI ſua liber eſto: *l. 81. D. de condit. et demonſtr. l. 31. D. de ſtatulib.* fundum cum villico et

Digitized by Google

et CONTVBERNALI eius, et filiis eius, dari volo: *l. 41. §. 5. D. de legat. III.* Seuerus, villicus, et Victorina, Seueri CONTVBERNALIS: *l. 41. §. 15. D. de fideic. libert.* Qui Sticho CONTVBERNALEM et liberos legauerat: Stichi CONTVBERNALI et liberis diaria deberi. *l. 20. D. de alim. et cibar. leg.* Columell. *Lib. I. Cap. VIII. Sed qualicumque villico* CONTVBERNALIS *mulier adſignanda eſt, quae contineat eum, et in quibusdam rebus adiuuet.* Et ſic villicae quoque maritum CONTVBERNALEM dixit Columella *de re ruſt. Lib. XII. Cap. 1. et 3.* ¶. 2. Sed et commilitones CONTVBERNALES adpellantur a communibus tabernaculis: *l. 183. l. 184. D. de verb. ſignif. l. 21. §. 1. D. commod. l. 39. §. pen. D. de legat. III. l. vlt. D. de aur. arg. leg. l. 2. C. vbi de ratiocin.* Feſtus: CONTVBERNALES *dicuntur a tabernis, quae fiebant ex tabulis: vnde tabernacula dicta ſunt, licet ex tentoriis et ex pellibus fiant.* ¶. 3. Etiam libertorum, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi fuerant, CONTVBERNALES vocantur. *l. 41. § 2. D. de legat. III.* ¶. 4. Quandoqoc CONTVBERNALIVM adpellatio et ad alios adfectus porrigitur. Et ita Vlpianus CONTVBERNALES *quoque ſeruorum, id eſt, coniuges, et natos. l. 12. §. 33. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

CONTVBERNIVM in re militari manipulum militum ſignificat, vt Vegetius *Lib. II. Cap. 13.* ſcribit, vbi centurias in CONTVBERNIA diuiſas fuiſſe, ait, vt decem militibus ſub vno papilione degentibus, vnus quaſi praeeſſet decanus, qui *caput contubernii* nominabatur. Et ita vox haec accipienda eſt, *l. 5. §. 6. D. de re milit.* et apud Sueton. *in Iulio Cap. XI. et XLII.* rurſusque *in Calig. Cap. X. in Veſpaſ. Cap. III.* ¶. 2. CONTVBERNIVM etiam ſeruilem coniunctionem ſignificat. *l. 23. C. ad leg. Iul. de adult.* Inter ſeruiles enim perſonas non matrimonium, ſed CONTVBERNIVM, contrahi dicitur. Sic pediſſequa, actori ſeruo in CONTVBERNIO tradita, proponitur. *l. 59. D. de manumiſſ. teſt.* Similique loquendi genere, perſonas CONTVBERNIO ſibi coniunctas veniſſe, proponit. *l. 35. D. de Aedilit. edict.* ¶. 3. CONTVBERNII nomine et ea vocatur coniunctio, quae inter liberas et ſeruiles perſonas intercedit. *l. 29. C. de lib. cauſſ. l. 24. C. ad leg. Iul. de adult.* Nam vt Paull. *Lib. II. Sent. tit. 19. §. 6.* ſcribit, *inter ſeruos et liberos matrimonia contrahi non poſſunt:* CONTVBERNIVM poteſt. Ac proinde, quemadmodum Vlpianus *Fragm. tit. I. §. 9.* tradit, *ex libero et ancilla ſeruus naſcitur.* Proinde ſi mulier ingenua ciuisque Romana, vel Latina, alieuo ſe ſeruo coniunxerit, in CONTVBERNIO, non in matrimonio, haberi dicitur, apud Paull. *Sent. II, 21, 1. ſequ.* Si libertae ſuae permittat patronus in CONTVBERNIO alieni ſerui commorari: Vlpian. *Fragm. tit. XI.* §. 27. Eam, quae in CONTVBERNIO patris vel filii fuerit: *l. 14. §. 1. D. de rit. nupt.* Ex CONTVBERNIO ancillarum ſerui naſcuntur: *l. 3. C. de inceſt. et inutil. nupt.* Eum, quem in CONTVBERNIO ancillam tuam ſibi iunxiſſe, memoraſti: *l. 4. C. de dolo.* Si liber homo ancillae CONTVBERNIVM ſequatur: *l. 3. l. 7. C. de liber. cauſſ.* Si tutor ancillam ſuam CONTVBERNIO ſibi coniungit: *l. 3. C. de neceſſ. ſeru.* Sic cum ancilla aliena liberum hominem CONTVBERNIVM habuiſſe, narrat *l. 9. C. commun. de ſucceſſ.* ¶. 4. Sed et liberae mulieris conſuetudo, nuptiis non intercedentibus, CONTVBERNIVM adpellatur. *l. 5. l. 10. l. 11. C. de natur. lib. §. 2. Inſt. de hered. quae ab inteſt.* [Et eo ſenſo, ſi ingenua mulier gynaeciario ſe ſociauerit, id CONTVBERNIVM vocatur. *l. 3. C. Iuſt. et Theod. de murileg. gynaeciar.*] ¶. 5. Sed et quaelibet iniuſta atque illicita coniunctio CONTVBERNII nomen ſortitur. *l. 3. C. Theod. de inceſt. nupt.* Mulierem, quae ſtupro cognita in CONTVBERNIO militis fuit: *l. 14. D. de his, quae vt indign.* militem, qui ſororis filiam in CONTVBERNIO habuit. *l. 11. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 6. [Illa vero rarior eſt huius vocabuli acceptio, quando ipſe ſeruus, cui libera mulier, immemor honeſtatis ſuae, ſe coniunxit, CONTVBERNIVM adpellatur, vt in *l. 1. C. Theod. ad SC. Claudian.*]

CONTVMACIA iuris: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* CONTVMACIA non reſtituentis: *l. 10. D. de act. rer. amot.* CONTVMACIAM litigatoris arbiter punire poterit: *l. 30. D. de recept. arbitr.* CONTVMACIAE poena: *l. 3. §. 14. D. de tabul. exhib.* Per CONTVMACIAM ſuam condemnari: *l. 18. D. de dol. mal. l. 1. C. quor. adpellat.* Per CONTVMACIAM actiones denegantur. *l. 1. §. 10. D. de collat. bonor.* Per CONTVMAGIAM cauere nolle: *l. 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fideic. nom. cau.* non cauere: *l. 1. §. 13. D. de collat. bonor.* ceſſare: *l. 3. C. de accuſat.* differre ſolotionem: *l. 31. D. de accuſat* non exhibere. *l. vlt. §. 1. D. de adpellat.*

CONTVMACITER ſe celare: *l. 7. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* deeſſe: *l. 4. C. quom. et quand.* negligere. *l. 8. C. eod. tit.*

CONTVMAX eſt, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod *peremtorium* adpellatur, euocatus, vel denunciationibus conuentus, praeſentiam ſui facere contemnit, ſi modo ad iurisdictionem eius, ad quem vocatur, pertinet. *l. 53. D. de re iudic.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 5. §. 7. Trinis litteris, vel edictis, vel vno pro omnibus dato, aut trina denunciatione conuentus, niſi ad iudicem, ad quem ſibi denunciatum eſt, aut cuius litteris vel edictis conuentus eſt, venerit, quaſi in contumaci dicta ſententia auctoritatem rerum iudicatarum obtinet.* Et ita CONTVMACEM accipe in *l. 5. D. de poen. l. 7. l. 8. C. quomod. et quand. iud.* Ceterum, qui ad maius auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, CONTVMAX non videtur. ¶. 3. CONTVMAX etiam eſt, qui decreto praetoris non obtemperat, et reſtituere, vel exhibere, vel tutelam adminiſtrare iuſſus, non paret. *l. 1. §. 3. verſ. propter caſum. D. de poſtul. l. 3. §. 14. D. de tabul. exhib. l. 40. l. 49. D. de adminiſtr. et per. tut. l. 19. D. de dol. mal.* ¶. CONTVMAX etiam eſt, qui, in iure interrogatus, omnino non reſpondet. *l. 9. §. 4. D. de interrog. in iur. fac.* ¶. 4. Quaſi CONTVMACES damnantur domini, qui neque abſentem ſeruum defendunt, neque exhibent, aut, qui iurare nolunt, in poteſtate ſua non eſſe. *l. 21. §. 2. D. de nox act.* ¶. 5. Vt CONTVMACES plectuntur, qui clam delinquunt: *l. vlt. D. de rit. nupt.* Tamquam in CONTVMACES ſententia proferenda. *l. vlt. C. vbi de curial.* ¶. 6. Quod eſt CONTVMACIVS. *l. 1. C. vt intr. cert. temp.*

temp. ¶. 7. [CONTVMAX dicitur iudex, qui interpoſitam legitime adpellationem recuſat. *l. 59. C. Theod. de adpell. et conſult.*]

CONTVMELIA, iniuriam ſignificat, a *contemnendo* dicta, quam Graeci ὕβριν vocant. *l. 1. D. et pr. Inſt. de iniur.* Seneca in libro, qui inſcribitur: *in ſapientem non cadere iniuriam Cap. X*: CONTVMELIA *eſt minor iniuria, quam queri, quam exſequi poſſumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putauerunt.* Idem *Cap. ſequ.* CONTVMELIA *a contemtu dicta eſt, quia nemo, niſi quem contemſit, tali iniuria notat.* Notum eſt, quid de huius vocis origine diſputent viri docti. CONTVMELIAM enim plerique non a *contemnendo*, ſed a vetere *contumeo*, dictam cenſent. Vid. Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. XXXIX. p. 272.* HEIN. Hinc falſis CONTVMELIIS matrimonium deformare: *l. 30. C. ad leg. Iul. de adult.* CONTVMELIAM facere: *l. 11. §. 1. D. de recept. arbitr.* CONTVMELIA iudiciorum: *l. 30. C. de adpellat.* Quod ad CONTVMELIAM pertinet: *l. 33. D. de iniur.* In CONTVMELIAM alterius proponere libellos: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 17.* CONTVMELIA ſanguinis. *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.*

CONTVMELIOSE vti. *l. 17. §. 1. D. de vſufr.*

CONTVMELIOSVS exactor: *l. 20. D. de vſur.* CONTVMELIOSVS libertus. *l. 1. §. 10. D. de offic. praef. vrb.*

CONTVRBARE dicitur, qui ſoluendo eſſe deſinit, quique nomina expedire, et aes alienum, quod contraxit, exſoluere non poteſt. *l. 5. §. 9. D. de inſtit. act. l. 16. D. de in rem verſ.* et apud Ciceron. *Lib. IV. ad Attic. Epiſt. 7.* et *pro Plancio Cap. XXVIII.* Vt autem CONTVRBARE rationes, quod φυρᾶν ψῆφους Cicero vocat *Lib. VI. ad Attic. Epiſt. 5.* ita Catullus CONTVRBARE baſia vocat, *in Epigr. ad Lesbiam.* Martial. *Lib. IV. Epigr. 9.*

> CONTVRBABIT *Atlas, et non erit vncia tota,*
> *Decidat tecum qua pater ipſe Deum.*

Inde CONTVRBATOREM *aprum*, feſtiue dixit idem Martial. *Lib. VII. Epigr. 26.*

CONTVNDERE. CONTVSA vaſa. *l. 1. pr. D. de peric. et comm. rei vend.*

CONTVTOR. *l. 7. §. 1. et §. 14. l. 21. l. 24. §. vlt. l. 41. l. 54. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 3. D. de ſuſp. tut. l. vlt. §. 3. D. de liberat. leg. l. 38. §. 20. D. de verb. oblig. l. 1. C. de ſuſp. tut.* CONTVTORES. *l. 1. l. 2. C. de contr. tut. act.*

CONVALESCERE, proprie eſt ad ſanitatem corporis et incolumitatem redire, priſtinamque valetudinem recuperare. Sic CONVALESCERE dicitur donator. *l. 13. D. de mort. cauſſ. donat. l. 19. D. de reb. cred. l. 12. D. de condict. cauſſ. dat. l. 56. D. de donat. int. vir.* ¶. 2. Inde μεταφορικῶς CONVALESCERE dicitur, quod, quum ab initio non valuiſſet, aut in pendenti fuiſſet, ex poſt facto confirmatur, et vires recipit. Sic CONVALESCIT dominium: *l. 33. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* donatio: *l. 33. §. vlt. l. 39. D. eod. tit.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 23. §. 6.* et *Lib. V. tit. 11. §. 3.* iter: *l. 7. D. commun. praed.* legatum: *l. 40. §. 1. D. de legat. I. l. 4. C. de legat.* libertas: *l. 20. §. 1. D. de condit. inſtit.* pignus: *l. 8. §. 11. D. quib. mod. pign. l. 9. §. vlt. D. qui potior. in pign.* [ſententia, quae ob certas cauſſas ſuſpenſa nunc demum vires habere iubetur: *l. 23. C. Theod. de decur.*] ſtipulatio: *l. 27. D. de iure dot.* teſtamentum ruptum. *l. 33. D. de teſtam. milit. l. 6. §. 12. D. de iniuſt. rupt.*

CONVEHI. *l. 1. §. 8. D. de mort. infer.*

CONVELLERE fidem: *l. 8. C. de remiſſ. pign.* formam iuris: *l. 42. D. de pact. l. 5. C. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* iudicium: *l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ.* ſtatum: *l. 1. C. de vectigal. l. 4. C. de adpell.* veritatem: *l. 11. C. de fid. inſtr.* voluntates. *l. 20. C. de teſtam.*

CONVENIRE dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnum colliguntur. *l. 1. §. 1. D. de pact.* Sic CONVENIRE dicuntur in vnum creditores. *l. 7. §. vlt. l. 9. l. 10. D. de pact.* CONVENIRE ſimpliciter eodem ſenſu. *l. 4. §. 9. D. de fideic. libert.* CONVENIRE in domum: *l. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* CONVENIRE aduerſus rempublicam. *l. 1. D. ad leg. Iul. maieſt.* ¶. 2. CONVENIRE, nuptiale verbum. Sic CONVENIRE *in manum* dicebatur materfamilias, quae in matrimonium, certis verbis, ſollemni ritu coibat. Cic. *in Topic. Cap. III. Vxorum duae ſpecies: vna matrumfamiliarum: hae ſunt, quae in manum* CONVENERVNT. Paullus apud Auctorem *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 2. Quae, auctore eo, quum in poteſtate eſſet, viro in manum* CONVENERIT. Vlpian. *Fragm. tit. IX. §. vn. Farre* CONVENITVR *in manum, certis verbis, et teſtibus decem praeſentibus, et ſollemni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* Et *tit. XXII. §. 14.* ſuis heredibus adnumerat *vxorem, quae in manu eſt, et nurum, quae in manu eſt filii, quem in poteſtate habemus.* Sed et *tit. XXIII. §. 3. adgnaſci ſuum heredem, ait, in manum* CONVENIENDO. Denique *tit. XI. §. 13.* CONVENTIONE *in manum ſtatum hominis mutari*, ait Apulei. *Lib. VI. de aſ. aur. p. 183.* Pſyche CONVENIT *in manum Cupidinis.* Idem *Lib. VIII. p. 201. Puella in boni Tlepolemi manum venerat.* Quorum verborum loco, veroſimile eſt, Tribonianum ſubſtituiſſe haec: CONVENIRE *in matrimonium*: *l. 15. D. de rit. nupt. l. 121. D. de verb. oblig.* quamquam hoc eodem loquendi genere vſus eſt Gell. *Lib. XVIII. Noct. Cap. 7.* Sic et CONVENIRE contra mandata. *l. 17. D. rer. amot.* Eſſe haec a Triboniani manu, primus ſuſpicatus eſt Cuiac. *ad Vlpiani Fragm. tit. IX.* Sed vanam hanc eſſe ſuſpicionem, multis argumentis conſtat. Nam primo eadem loquutione et alii melioris aetatis auctores vſi ſunt, quorum e numero Briſſonius noſter laudat Gellium, cui Ant. Schulting. *iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 591.* addit Arnobium *adu. gent. Lib. II. p. 91.* et Seru. *ad Virgil. Aeneid. IV, v. 103.* Deinde ne probabile quidem eſt, auctores noſtros *l. 15. D. de rit. nupt. l. 121. §. 1. D. de verb. obl. l. 17. pr. D. de*

D. de act. rer. amat. vſos eſſe, aut vti ſaltim commode potuiſſe phraſi: CONVENIRE *in manum*, quum ibi loquantur de rebus, quae non propriae vxorum, quae in manum conuenerant, ſed quae omnibus communes erant, ceu recte idem obſeruauit laudatus Schultingius. HEIN. ¶. 3. CONVENIRE etiam dicuntur, *qui ex diuerſis animi motibus in vnam ſententiam decurrunt*, vt eſt, *in l. 1. §. 1. D. de pact.* Hinc CONVENIRE, pro paciſci: *l. 27. §. 29. D. ad leg. Aquill. l. 2. l. 4. l. 5. D. de pact. dot. l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 36. D. de part. l. 33. D. de ſeruit. praed. ruſt.* et alias paſſim. CONVENIRE enim inter aliquos dicitur id, de quo conſentiunt. Sic CONVENIT, abſolute ponitur. *l. 31. l. 53. D. de donat. int. vir. l. 74. §. 2. D. de iudic. l. 11. D. de duob. reis. l. 35. §. 2. D. de vſufr. l. 31. D. de donat. l. 65. §. 1. D. de rei vindic.* Inter omnes CONVENIT: *l. 12. D. qui ſatisd. cog.* Ita CONVENIT cum aduerſario, vt opus faceret. *l. 1. §. 10. D. de nou. op. nunc.* CONVENIT de corpore: *l. 5. D. de rei vind.* CONVENIT iudex inter duos: Quinctilian. *Declam. CCCXLII.* CONVENIT inter litigatores: *l. 1. §. 3. D. vti poſſid. l. 26. D. de re iud.* inter duos litigantes: Quinctilian. *Declam. CCCXXI.* Quo pertinent et haec legis Iuliae iudiciorum verba: *Quo minus inter priuatos* CONVENIAT, quae citantur ab Vlpiano, in *l. 2. §. 1. D. de iudic.* Nec inter eos CONVENIAT. *l. 5. D. fam. ercisc.* Inter CONVENIENTES, id eſt, conſentientes. *l. 27. D. ad municipal.* ¶. 4. CONVENIT, id eſt, decet, ſeu oportet. *l. 28. C. de transact.* Sic CONVENIT iudicare: *l. vn. C. vbi de poſſeſſ. ag. oport.* CONVENIT in primis excutere: *l. 5. §. 9. D. de reb. cor. qui ſub tutel.* CONVENIT arbitrio: *l. 3. §. 3. D. commod.* viri boni arbitrio CONVENIENS eſt: *l. 6. D. pro ſoc.* CONVENIENS eſt: *l. 7. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 7. D. de fideic. libert.* CONVENIENS eſt, dicere: *l. 17. D. famil. erciſc.* His CONVENIENS eſt: *l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* CONVENIT tam viuo, quam mortuo patrono honorem a liberto exhiberi: *l. 4. §. 16. in fin. D. de dol. except.* ¶. 5. CONVENIRE, in ius vocare, et iudicio perſequi. *tit. de iudic. et vbi quisque ag. vel conu. deb.* CONVENIRE actione: Paull. *Lib. II. Sent. tit. XXXI. §. 35. l. 14. C. de pignor. l. 5. C. de pact. conu. l. 14. C. de furt. l. 6. C. de hered. vel act. vend.* iudicio: *l. 55. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 1. C. de ſuſpect. tut. l. 19. C. de excuſat. tut.* notione praeſidis: *l. 20. C. de pign.* [CONVENIRE debet reſpublica filium ex perſona ſua, antequam patrem ex perſona filii. *l. 17. §. 2. D. ad municipal.* CONVENIT iudex dolum aut culpam: *l. 39. §. 7. D. de adminiſtr. et per. tut.* Nomen iudex CONVENIT et exegit. *l. 15. §. 10. D. de re iud.* CONVENIT, libertum per inuidiam, inopia patroni. *l. 41. D. de oper. libert.*] CONVENIRI ergo dicitur is, quo cum agitur. CONVENIRI actione. *l. 59. D. ad SC. Trebell. l. 13. D. de rei vindic.* CONVENTVS actione: *l. 3. §. 11. D. ad exhib.* condictione; *l. 6. C. de pact. conu.* CONVENTVS heres: *l. 25. §. 10. D. fam. erciſc. rubr. C. ex del. defunct. hered. in quant. conuen.* CONVENIRI ex ſtipulatione: *l. 20. §. 2. D. famil. erciſc.* interdicto: *l. 1. §. 16. D. de flumin. l. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ.* Fauiano iudicio: *l. 1. §. 16. D. ſi quid in fraud. patr.* iudicio: *l. 4. C. de hered. vel act. vend. l. 1. C. de ſuſpect. tut.* lege Aquillia *l. 18. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 15. §. 3. D. de vſufr.* pignoratitia: *l. 18. §. vlt. ad leg. Aquill.* CONVENIRI in rem: *l. 36. D. de rei vind.* in vſuras: *l. 20. §. 14. D. de hered. petit.* nomine hereditario. *l. 13. D. de dol. mal.*

¶. 6. CONVENIRE, interpellare, denunciare. CONVENIRE teſtato: *l. 10. §. 3. D. quae in fraud. credit. l. 122. §. 3. D. de verb. oblig.* CONVENIVNTVR denunciationibus debitores: *l. 10. C. de pignor.* CONVENTVS edictis, litteris, trina denunciatione. Paull. *Lib. V. Sent. tit. V. §. 7.* CONVENTVS denunciatione. *l. 7. C. quom. et quand.* ¶. 7. [CONVENIRI etiam dicitur res ipſa, quae petitur. Sic CONVENIVNTVR bona: *l. 1. C. quo quisqu. ord. conu.* dolus: *l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* nomina: *l. 5. §. 9. D. de reb. cor.* poſſeſſio: *l. 4. C. de exſequut. et exact.* praedia: *l. 7. D. de publican.* res, non perſona. *l. 19. D. de iure fiſc.*] ¶. 8. [CONVENIRI, pro condemnari. *l. 1. C. de capit. ciu. cenſ. exim.*] ¶. 9. [Sed et CONVENIRI, et iudicium ſuſcipi, idem videntur, in *l. 20. §. 5. D. de hered. petit. l. 1. §. 2. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut.*]

CONVENTICVLVM, plerumque pro illicito conuentu accipitur. Sic CONVENTICVLVM clam aut aperte haereticis praeberi, vetat *l. 6. §. 1. C. de haeret.* CONVENTICVLA, tam diurna, quam nocturna, non contrahant Apollinariſtae vel Eutychianiſtae. *l. 8. §. 3. C. eod. tit.* Eadem CONVENTICVLA, in *d. l. 8. §. 5.* etiam *circuli*, et honeſtiore alias vocabulo CONVENTVS vocantur, ſed profani. *d. l. 3. §. 1. eod. tit.*]

CONVENTIO. Id nomen eſſe generale, ait Vlpianus, et ad omnia pertinere, de quibus negotii contrahendi tranſigendique cauſſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. *l. 1. D. de pact.* Quaſi CONVENTIONI haec epitheta adiunguntur: *iuſta*, *legitima*, *publica*, quae ſuis quaeque locis require. Sed et CONVENTIO alia *generalis*, alia *ſpecialis* eſt. *l. 17. C. de diſtract. pign.* ¶. 2. CONVENTIO in manum. Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 13.* ¶. 3. CONVENTIO, per actionem. [Sic CONVENTIO perſonae legitimae. *l. vlt. C. qui legit. perſ. ſtandi in iudic.*]

CONVENTIONALES ſtipulationes, quae ex conuentione reorum fiunt: *l. 5. pr. l. 52. D. de verb. obl.* [CONVENTIONALIA pignora et hypothecae. *l. 2. C. de praet. pignor.*]

CONVENTVS, contractam in vnum locum ex compluribus hominum generibus multitudinem ſignificat: aut, quum a magiſtratibus iudicii cauſſa populus colligitur, vt Feſtus auctor eſt. Theophilus vero *in §. 4. Inſt. quib. ex cauſſ. manum. non lic.* definit ῥητὸν χρόνον πρὸς κατάλυσιν δικῶν ἐπινενοημένον, ἐν ᾧ ὅτε δικασταὶ, καὶ οἱ δικαζόμενοι, συνίεσαν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. *certum ſtatumque tempus litium dirimendarum gratia inuentum, in quo et iudices et litigatores in prouinciis conueniebant.* Idem in *pr. Inſt. de ſucceſſ. ſubl.* ἡνίκα τὰ δικαστήρια ὀρδινάρια ἦν, τουτέστιν ἡνίκα ἐκινεῖτο ἐν μόνῳ τῷ καιρῷ τοῦ

κον-

CON.

κονβέντα. *Quando iudicia ordinaria in vſu erant, hoc eſt, quum certo tantum tempore* CONVENTVS *haberentur:* ſubiicitque, de CONVENTV ſe tractaſſe ſuperiore illo, qoem adduximus, loco. Seruius ad illum Virgilii verſum *Lib. V. Aen. v. 758. Indicitque forum.* addit: *id eſt, tempus et locum agendorum negotiorum deſignat, qui* CONVENTVS *vocatur.* Atque ita CONVENTVM agere, vel habere, dicebatur proconſol, quum ſtato anni tempore in celebri aliqua prouinciae, cui praeerat, ciuitate iudiciorum exercendorum cauſſa conſidebat: quo loci prouinciales, de controuerſiis ſuis diſceptaturi, conueniebant. Quod loquendi genus vſurpant Cicero *in Verr. V. Cap. 31. Caeſ. Lib. VI. de bell. Gall. Cap. 44.* Liu. *Lib. XXXVIII. Cap. 30.* Flor. *Lib. vlt. Cap. 2.* Et ita verbum hoc accipiendum eſt apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 66.* ¶. 2. Sed et late patentes prouinciae in quoſdam CONVENTVS diſtribuebantur, quorum caput conſtituebant celeberrimam ciuitatem, cui populos aliquot, qui eo diſceptandi iuriſque obtinendi gratia conuenirent, attribuebant, quod Hiſpaniae exemplo comprobabo. De ea namque Plin. *Lib. III. Cap. III.* agens: *Nunc,* ait, *vniuerſa prouincia diuiditur in* CONVENTVS *ſeptem: Carthaginienſem, Tarraconenſem, Caeſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem, Bracatum.* Et paullo poſt: *Tarracone diſceptant populi LXII. In CONVENTVM Clunienſem Varduli ducunt populos XIV, in eumdem conuentum Carietes et Vennenſes quinque ciuitatibus vadunt. Lucenſis CONVENTVS populorum eſt ſedecim.* Plura de his CONVENTIBVS iuridicis Io. Fridr. Gronou. *Obſeru. Lib. III. Cap. 22.* Graeci dicunt, τὰς ἀγοραίας ἄγειν, ſcilicet ἡμέρας. Strabo *Lib. XIII. p. 932.* Ἐν αἷς τὰς ἀγοραίας ποιοῦνται, καὶ δικαιοδοσίας. *In quibus CONVENTVS agunt, et ius dicunt.* Inde lucem capit locus *Act. Apoſt. XIX. v. 38. Si Demetrius, vel, qui cum illo ſunt, artifices, actionem aduerſus quemquam habent:* ἀγόραιοι ἄγονται, *ſunt CONVENTVS, ſunt Proconſules: in ius vocent ſe inuicem.* Vbi ſolida ſunt, quae adnotauit Eraſm. Schmidius. HEIN.

CONVERSATIO, interdum quotidianae vitae conſuetudinem ſignificat, vti in *l. 19. D. de offic. praeſid.* CONVERSATIO inhoneſta, mala, prodiga, turpis. *l. vlt. C. de ſponſal. l. 23. C. de nupt.* ne ſepulcrum aliae (ita Florentiae) CONVERSATIONIS vſum accipiat. *l. 12. §. 1. D. de religioſ.* [Noua hominum CONVERSATIO, id eſt, viuendi ratio. *§. vlt. Inſt. de noxal. act.*]

CONVERSATVS dolo: *l. pen. §. vlt. D. quae falſ. tut.* CONVERSATVS in fuga: *l. vlt. C. ne de ſtatu defunct.*

CONVERSVS, VS. *Qui coetu,* CONVERSV, *turba, ſeditione, incendium fecerit.* Ita legitur Florentiae *l. 5. pr. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Sed quum hic nihil ſignificare poſſit hoc vocabulum: alii codices habent CONVERSO, alii CONCVRSV reſcribunt. Quod poſtremum maxime placet. Nam et Graeci *Baſilic. Lib. LX. tit. 18. lege 5.* illud *coetu, conuerſu* reddunt ὁ συναγαγὼν τὴν ταραχὴν *conuocans coetum, vel turbam.* HEIN.

CONVERTERE, mutare, redigere.

CON.

CONVERTERE conclaue in vſum aedium: *l. 31. D. de legat. III.* in vſum agri: *l. 9. §. vlt. D. quod vi aut clam.* fructus in dotem: *l. 4. D. de pact. dot.* itemque obligationem: *l. 38. D. de iur. dot. l. 43. §. vlt. D. eod. tit.* pecuniam: *l. vlt. D. de condict. ſine cauſſ. l. 39. D. de iur. dot.* ſolutionem. *l. 71. §. 3. D. de condit. et demonſtr.* CONVERTERE pecuniam in calendarium: *l. 39. §. 8. D. de admin. et peric. tut.* in comparationem praediorum: *l. 4. C. eod. tit.* in emtionem poſſeſſionum: *l. 3. C. de vſur. pupill.* vim teſtamenti in cauſſam fideicommiſſi: *l. 19. D. de teſtam. mil.* domum in hortum: *l. 3. C. de aedific. priu.* vſum alienae rei in ſuum lucrum: *l. 54. §. 1. D. de furt.* viridaria ad alium modum: *l. 13. §. 7. D. de vſufr.* in nomen, quod exactum eſt: *l. 88. D. de legat. II.* in peculium: *l. 5. §. 11. D. de tribut. act.* pecunia ex donatione, in pecuniam creditam, CONVERSA: *l. 57. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vx.* CONVERSA res in pecuniam, aliamue rem: *l. 18. D. quod met. cauſſ.* ſemiſſem ex ſubſtitutione in poſſeſſionem: *l. 43. D. de bon. libert.* CONVERTI in praeſtationes: *l. 17. §. 3. D. commod.* CONVERTERE in rem: *l. 1. l. 3. §. 2. D. de in rem verſ.* pecuniam in ſuam rationem: *l. 31. §. vlt. D. de adm. leg. l. 88. D. de legat. II.* ad vſus proprios: *l. 25. §. vlt. D. depoſ.* ad vſus ſuos: *l. 10. §. 3. mand.* in vſus ſuos: *l. 3. §. 3. D. de contrar. tut. l. 28. §. 3. D. de liberat. leg. l. 1. C. de vſur. pupill. l. 7. C. de furt. l. 1. C. qui pot. in pign.* [*l. 38. D. de negot. geſt. l. 3. C. arbitr. tutel. l. 3. C. depoſ.*] CONVERTERE in alios vſus: *l. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.* in vxoris vſum: *l. 78. §. 6. D. de legat. III.* ¶. 2. CONVERTERE, inuertere. CONVERTERE ordinem: *l. 2. §. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 2. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* CONVERSVM ploſtrum: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* CONVERSO more procreatus. *l. 14. D. de ſtatu hom.*

CONVETERANI. *l. 2. C. de excuſ. veteran.* HEIN.

CONVICIARI, maledicere, ei, a quo adpellat. *l. 8. D. de adpellat.* Quinctilian. *In argum. Declam. CCCLXIV. Pauper ad diuitis domum noctu* CONVICIARI *ſolebat.*

CONVICIVM, iniuriam, verbis factam, ſignificat. *l. 1. §. 1. D. de iniur.* Cicero *pro Caelio Cap. III.* maledictionem, ſi petulantius iactetur CONVICIVM nominari, ait. Nec vero omne maledictum CONVICIVM eſt, ſed id ſolum, quod cum vociferatione dictum eſt, ſiue vnus, ſiue plures dixerint, quod in coetu dictum eſt, CONVICIVM eſt. Quod autem non in coetu, nec vociferatione, dicitur, CONVICIVM proprie non dicitur, ſed infamandi cauſſa dictum. *l. 15. §. 11. ſequ. D. de iniur.* Tractum nomen vel a *concitatione*, vt Labeo exiſtimabat, vel a *conuentu* et *collatione vocum*, quaſi conuocium: *l. 15. §. 4. D. de iniur.* vt et Feſt. *libro III.* ſentit. Nam eo ſaepe verbo ſola vocis contentio deſignatur, vt apud Ciceronem paſſim, et Phaedrum *Lib. I. fab. 7.* Hinc CONVICII acerbitas: *l. vn. C. de ingrat. lib.* CONVICII conſilio aliquid iniurioſum dicere: *l. 5. C. eod.* CONVICIVM dicere: *l. 1. D. de iur. patron.* CONVICIVM facere: *l. 34. D. de iniur.* et apud Quinctil. *Decl. CXLIV.* homicidii CONVICIVM obiicere: *l. 5. C. de iniur.* Cum CONVICIO exheredare

l. 3. D. de lib. et poſtum. CONVICII non impudici dictio: *l. 11. §. 7. D. de iniur.* CONVICIVM purgare: *l. 25. D. de procur.* ¶. 2. CONVICIA *feſta*, pro dictis iocularibus, quae in nouum maritum nouamque, nuptam iaciebantur, dixit Seneca *in Medea* dum *v. 113.* ait:

Feſta dicax fundat CONVICIA *Feſcenninus.*

vbi Gronouius *p. 455.* ſimilem attulit locum Lucani:

Nec more Sabino
Excepit triſtis CONVICIA *feſta maritus.*

Graecis dicta ſunt ῥήματα αἰσχρὰ, καὶ ἀσχημοσύνης γέμοντα. HEIN ¶. 3. Sed et militum, qui Imperatorem ſuum triumphantem ſequebantur, dicteriis ea verba adcommodat Martial. *Lib. VII. Epigr. 3.* ¶. 4. [CONVICIVM facere aedes dicuntur, quoties omnes aedium partes vitioſae ſunt, et ruinam minantur. Cuiac. *Lib. IV. Quaeſt. Paulli ad l. 20. D. de interrog. in iur. fac. p. 998.*] At tunc manifeſto non CONVICIVM ſcribendum, ſed CONVITIVM. Quemadmodum aedes *vitium* faciunt, dum dehiſcunt, vel ſubſidunt, vel ventrem faciunt parietes: *ita etiam*, vt erudite Scaliger *in Catalect. p. 120. quum partes plures in ruinam proclines eſſent*, CONVITIVM *vocabant. Sic legitur in monimento quodam Veronae noſtrae*: CONVITIVM. REFECERVNT. VALVAS. LIMEN. DE. SVA. PECVNIA. LARIBVS. DANT. HEIN.

CONVINCERE alium. *l. 1. D. de leg. Iul. de amb.* ſeruum: *l. 25. D. ad SC. Silanian.* Si poſſit aduerſarius CONVINCERE, rem ab alio poſſideri: *l. vlt. D. de rei vindic.* CONVINCI: *l. vlt. §. 1. D. de bon. eor.* CONVINCI fraus: *l. 2. C. de in lit. iur.* rei alienae ſcientiae: *l. 30. D. de euict.* CONVINCENDI mendacii gratia: *l. 18. §. 3. D. de quaeſt.* CONVINCENTVR, incendium feciſſe: *l. vlt. C. de offic. praefect. vigil.* CONVINCI ſcriptura, aut teſtibus: Paoll. *Sent. Lib. V. tit. 5. §. 3.* Hinc CONVICTVS argumentis: *l. 2. C. quor. adpell.* Debitores CONVICTI: *l. vlt. C. de exſequ. rei iud.* aperte manifeſteque CONVICTI: *l. vlt. C. quor. adpell. non recip.* rei manifeſta probatione CONVICTI: *l. 18. C. de poen.* CONVICTVS tormentis vel interrogationibus: *l. 16. C. de poenis*: iniuriarum: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 20.* in praeuaricatione: *l. 5. D. de praeuaric.* CONVICTI debiti redhibitio: *l. 4. C. quor. adpell. non recip.* facinus quaeſtione CONVICTVM. *l. 19. C. ad leg. Iul. de adult.*

CONVIVIVM. In eo et ſerui ſolebant manumitti, quamuis iuſtam libertatem ea manumiſſione non conſequerentur. Cai. *Inſt. Lib. I. tit. I. §. 2. Latini ſunt, qui aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut* CONVIVII *adhibitione, manumittuntur.* Theophil. *in §. 4. Inſt. de libertin.* PER MENSAM ὅτι συνεδιαιτηθῆναι ἐπὶ ἐλευθερίας δόσει προσέταττον τῷ οἰκέτῃ. *quum libertatis dandae gratia ſeruum conuiuio adhibebant.* Non ergo ſuffeciſſe videtur, ſeruum adhibitum eſſe menſae, ſed praecipue deſiderata domini declaratio, id quod admixtis quibusdam ἀλλοτρίοις, obſeruauit Papian. *Reſponſ. tit. XLIII. Latini aliter intelligi non poſſunt, nec aliter intelligendi ſunt, quam ſi inter amicos*

pronunciante domino, ad CONVIVIVM euocentur, ita vt illis amicis, vbi conueniunt, ſic dominus conteſtetur, eum cauſſa Latinitatis ad ſuum adhiberi CONVIVIVM. *Quod ſi cum eo ſeruus manducauerit, non cauſſa Latinitatis, ſed paupertatis, propter ſolatium, praeiudicium domino heredibusque ex* CONVIVIO *adferri non poterit.* Merillius huc refert locum *Luc. XII, 37.* bene an male, alii viderint. Notarunt alia de hoc ritu Oiſel. *ad Cai. I, 1, 2.* Fabrott. *ad §. 4. Inſt. de libertin.* HEIN.

CONVOCARE ad ſeditionem. *l. 1. D. ad leg. Iul.*

CONVOCATIO, *l. 4. §. 6. D. vi bon. raptor.*

CONVOLARE ad ſecundum legatum: *l. 33. D. de legat. II.* ad ſecundas nuptias: *l. 9. C. de repud. Auth. ex teſtam. C. de ſecund. nupt.* pro tranſitu ad ſecunda vota, vt loquuntur Imperatores, in *l. 4. C. eod. tit.* vel ad ſecunda vota migrare, vt *l. vlt. C. eod. tit.* πρὸς τὸ δεύτερον ἐλθεῖν συνοικέσιον, vt *Nouell. Conſt. XXII. Cap. 15. §. 3.*

COO.

COOPERTORIVM. *Semproniae Piae hoc amplius* COOPERTORIA *Tabiana, et tunicas tres. l. 38. §. 1. D. de aur. arg. legat.* Ea fuiſſe ſtragulas, ex Tabia, Paphlagoniae ciuitate aduectas, ſuſpicatus eſt Guidus Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 100.* addiditque, ea vulgus Italicum et hodie COOPERTORIA adpellare. Cui ſententiae, quamuis alioquin exiſtimet, COOPERTORIA potuiſſe eſſe tegumenta capitis, quae Graeci a ſimili origine καλύπτρας dixerint, ſuffragatur V. A. Corn. van Bynkerſh. *Obſ. Lib. IV. Cap. 24.* HEIN.

COP.

COPIA pro facultate, et poteſtate ponitur. Sic COPIA non eſt iudicis: *l. 1. §. 7. D. quand. adpell.* magiſtratus: *l. 26. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior.* eius, a quo prouocatur, copia non fuerit. *l. 1. §. 7. D. quando adpell.* [COPIA, id eſt, facultas, nulli tribuatur. *l. vn. C. vt armor. vſ.*] Sic et: COPIAM facere deſcribendi: *l. 1. D. de edendo.* inſpiciendorum inſtrumentorum: *l. 5. D. de iure delib.* rationum et actoris: *l. 8. D. famil. erciſc.* COPIAM non facere ſui: *l. 36. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 7. §. 13. et §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 1. §. 7. D. quando adpell. l. 3. §. 14. l. 7. §. 2. et §. vlt. D. de ſuſp. tut. §. 9. Inſt. eod. tit.* id eſt, ſui poteſtatem non facere, vt loquitur Iulianus in *l. 18. D. ſi ſeru. vind.* COPIAM habere eius: *l. 1. §. 7. D. quando adpell.* eorum: *l. 10. D. de bon. poſſeſſ.* iuriſconſulti: *l. 9. §. 3. D. de iur. et fact. ign.* nullius eorum: *l. 1. §. 1. D. de agnoſc. vel al. lib.* praetoris: *l. 2. §. 43. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. de diuerſ. temp.* rei: *l. 47. D. de legat. I.* recuperandi: *l. 22. D. de noxal. act.* ne aduerſarius COPIAM ſui habeat. *l. 2. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſion.* ¶. 2. COPIA pro multitudine, et abundantia, vt, ſi COPIA eſt ciuium: *l. 3. C. quemadm. ciuil.* In his ciuita-

COP.

ſitatibus, quae COPIAM virorum honeſtorum habent: *l. 12. D. de decurion.* vbi COPIA et *paucitas* opponuntur. Pecuniarum COPIA ampliari imperium. *l. 7. §. 3. D. de bon. damnator.* ¶. 3. COPIAS, pro commeatu, annona, alimentis, pabulis, et aliis id genus, quos vulgus munitiones et prooiſiones vocat, vſurpari, pridem docui *Lib. I. de ſolution. tit. de compenſatione.* Et ita vox haec accipienda eſt, in *l. 20. D. de compenſ. l. 5. D. de ſer.* et apud Frontin. *de Strategem. Lib. III. Cap. IV.* Plin. *Lib. I. Epiſt. 4. Lib. VI. Epiſt. 28.* Tacit. *Lib. XV. Ann. Cap. 16. Parthos, inopes* COPIARVM; *et pabulo attrito, relicturos oppugnationem.* Et *Lib. IV Hiſt. Cap. 35. Nihil aeque exercitus noſtros, quam egeſtas* COPIARVM, *fatigabat.* Hinc ¶. 4. [COPIAE fiſcales, id eſt annonae, et condita publicis horreis, *l. 4. C. Theod. de oper. publ.* Sublimitas tua decernat, quibus COPIIS populus animetur. *l. vlt. in fin. C. Theod. de ſuariis.*] ¶. 5. COPIAS, etiam pro materiis ad aedificandum idoneis dixit Vitruu. *Lib. V. Cap. 7.* et *Lib. VI. Cap. vlt.*

COPIATAE, in *l. 15. C. Theod. de epiſc. eccleſ. et cler.* et apud Iuſtinianum, *Nouell. LIX. Cap. 2.* ſunt *νεκροθάπται καὶ περὶ τῶν λειψάνων ἐκφορὰν κάμνοντες, veſpillones, et circa exportandas mortuorum reliquias occupati.* Sic enim vetus Gloſſarium interpretatur. *Libitinarios*, vel *pollinctores*, vel *veſpillones* reddere poſſumus. Epiphan. *Expoſ. fid. Cap. XXI. p. 1104. Tomo I.* in ordinibus eccleſiae ponit *κοπιάτας, τὲς τὰ σώματα περιστέλλοντας τῶν κοιμωμένων*, COPIATAS *qui corpora mortuorum transferunt.* Proinde apud B. Ignatium *Epiſt. VIII. Cap. 12.* qua gradus ordinesque eccleſiaſticos recenſens, poſt *πυλωρὲς, τὲς κοπιῶντας* ponit, (vtrumne *κοπιάτας* emendandum ſit, ſobſiſto.) Mouet dubitationem, quod Ignatii temporibus nondum vox haec in vſu fuiſſe videtur. Imperatores namque Conſtantius et Conſtans *in d. l. 15. Cod. Theod. de Epiſc. eccleſ. et cler. Clerici, vero,* aiunt, *vel hi, quos* COPIATAS *recens vſus inſtituit nuncupari.* Recte hoc dubitationem mouit Briſſonio. ☞ Nam hodie nemo eſt, quin et eo argumento reiiciat hanc Epiſtolam Ignatii. Vide inter ipſos Romanenſes Lud. El. du Pin. *dans la Bibliotheque des auteurs eccleſ. Tom. I. p. 41.* HEIN.

☞ COPVLA, pro nuptiis. *l. 26. C. de nupt.* HEIN.

COPVLARE, pro iungere matrimonio: *l. vlt. C. de interd. matrim.* COPVLARE matrimoniom: *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VI. §. 6.* ☞ COPVLARE connubia. *Ibid. §. 4.* HEIN.

COPVLATI in matrimonio: *l. 32. §. 16. D. de donat. int. vir. et vxor.* COPVLATAE nuptiia: *l. 8. D. de ſenator. Nouell. Martiani de nupt. ſenat.* COPVLATA matrimonia: *l. 3. pr. C. de dot. promiſſ. l. 6. D. de condict. cauſſ. dat.* [vbi matrimonium NON COPVLATVM, pro non ſequuto ponitur.] In COPVLANDIS nuptiis. *l. 8. C. de nupt.*

COQ.

[COQVERE aurum in *l. vn. C. de aur. publ. proſequint.* decoquere, abſumere, interuertere, poſt plures alios interpretatur Cuiacius. Alii mutant lectionem, et pro COQVENDVM, *proſequendum* ſubſtituunt. Dionyſ. Gothofr. *not. ad l. cit. litt. 5.* Sed, ſi omnino corrigendus eſt textus, malim cum Gothofredo filio ad *cit. l. C. Theod.* COGENDVM reponere, eo ſenſu, quo debita, *l. 39. C. Theod. de adpellat.* penſiones, *l. 17. pr. C. Theod. de extraord. ſeu ſordid.* et cunctantes COGI dicuntur. *l. 1. pr. C. Theod. de litt. cauſſ.*] COQVERE calcem: *l. 12. D. de vſufr.* calcis COQVENDAE ius et ſeruitus: *l. 5. l. 6. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt.* [*§. 2. Inſt. de ſeruit.*] ad calcem COQVENDAM *l. 55. §. 3. D. de legat. III.* ad COQVENDOS carbones: *l. 55. §. 7. D. eod. tit.* COQVITVR pulmentarium: *l. 18. §. 3. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* COCTA ligna. *d. l. 55. §. 7. D. de legat. III.* et *l. 167. D. de verb. ſignif.*

COQVINATORIVS, A, VM. vid. ſupra: COCINATORIVS.

COQVITATORIVM. vid. ſupra COCITATORIVM.

COQVI, plerumqoe ſerui. Hinc et COQVI, et placentarii, inter vrbana miniſteria legata continentur. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 72.* Eorum nomina notiſſima *Antrax, Congrio, Macherio.* cetera.

COR.

CORACINVS color, id eſt, niger, ☞ *l. 78. §. 5. D. de legat. III. ἀπὸ τῦ κόρακος*, a *coruo*, a qoo Graeci atrum colorem vocant *κοράκινον*, eoque vocabulo et Vitruuius vſus eſt *Lib. VIII. Archit. Cap. 3.* HEIN.

CORAM, vt Seru. *in Lib. II. Aeneid. v. 538.* ait, ſignificat *in conſpectu*, qood *ἐνώπιον* dicitur. Sic CORAM pluribus. *l. 33. D. de verb. ſignif.* CORAM praetore: *l. 1. §. 36. D. depoſ.* ¶. 2. CORAM aliquo facere iuſſus, non videtur praeſenre eo feciſſe, niſi is intelligat. Itaque ſi furioſus aot infans ſit, aut dormiat, non videtur CORAM eo feciſſe, ſcire autem non velle is debet. Nam et inuito eo, recte fiet, quod iuſſum eſt. *l. 209. D. de verb. ſign.* Sic CORAM Titio adire: *l. 25. §. 10. D. de adquir. vel omitt. hered.* CORAM ſententiam dicere arbiter debet, id eſt, praeſentibus partibus. *l. 27. §. 5. l. 44. D. de recept. arbitr.* CORAM dicere videtur, qui ſapientibus dicit. Ceterum CORAM furioſo vel demente non videtur dici, ſed nec CORAM pupillo, niſi praeſens tutor ſit. *l. 27. §. 5. l. 47. l. 49. D. de recept. arbitr.*

CORBES cogendorum fructuum cauſſa comparabantur. *l. 8. pr. D. de inſtr. vel inſtrum leg.* Paull. *Sent. Lib. III. tit. 4. §. 36.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* CORBES *ab eo, quod ſpicas aliudue corruebant, hinc minores* CORBVLAE *dictae.* Sane ad meſſem in aream deferendam paratas fuiſſe, idem oſtendit Varro *Lib. I. de re ruſt. Cap. 50.* Vnde *meſſoria* CORBIS, non modo apud Ouid. *Metamorph. Lib. XIV. v. 644.*: ſed et apud Valer. Max.

Lib. I. Cap. VIII. et Ciceron. *in Sext. Cap. XXXVIII.* quem locum Seru. *in Lib. I. Georg. v. 165.* citar, CORBEM genere feminino dici, adnotans. ¶. 2. CORBES etiam liquidarum rerum receptacula. Per CORBEM menſuram vini facere. *l. 1. §. vlt. D. de peric. et comm. rei vend.* Huiusmodi CORBIVM mentionem faciunr Cato *de re ruſt. Cap. XI.* Caeſar. de bello ciuili *Lib. I. Cap. 54.* de iisque erudite Turneb. *Lib. VII. Aduerſ. Cap. 23.* HEIN.

CORINTHIA vaſa, *l. 100. §. 3. D. de legat. III.* vbi illa vaſa, ex Proculi ſententia, ne aeris quidem legato contineri, intelligimus. De aeris Corinthii origine ac praeſtantia omnia nota ſunt ex Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 2.* Plutarch. *cur oracula defec. init.* Floro *Lib. II. Cap. 16.* Iſidor. *Lib. XVI. Orig. Cap. 19.* HEIN.

CORIVM bouis mortui. *l. 49. D. de legat. II.*

CORNELIAE leges quatuor praecipue in libris noſtris memorantur. I. lex CORNELIA de ſicariis et veneficis, *tit. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1. D. de publ. iudic. l. 1. D. ad leg. Pompei. de parricid. l. 23. §. 9. D. ad leg. Aquill. l. 17. §. 7. D. de iniur. l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. naufrag. l. 11. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* et apud Paoll. *Lib. V. tit. 23. §. 1.* Significatur ea lex, in *l. 15. D. de poen.* vti adparet ex *l. 7. C. ad leg. Corn. de ſicar.* Tulit autem eam legem Cornelius Sulla, Felix, Dictaror, vt Seneca in *libro*, qui inſcribitur: *Cur bonis mala eueniant p. 188.* ed. Gronou. *et in ludo de morte Claud. p. 633.* *In lege* CORNELIA, *quae de ſicariis lata eſt, quaerebat.* Ea Sulla nominatim illos, qui a ſe proſcriptos occiderant, exceperat, vt Sueton. *in Iul. Cap. XI.* oſtendit ¶. 2. II. CORNELIA de iniuriis, ab eodem Sulla lata, auctore Venuleio, *l. 12. §. vlt. D. de accuſat.* Huius legis mentio fit, in *l. 5. l. 7. §. 1. D. de iniur. l. 22. D. ad leg. Iul de adult. l. 42. §. 1. D. de procurat.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 8.* ¶. 3. III. CORNELIA de falſis: *tot. tit. ad leg. Corn. de falſ.* cuius et Suet. *in Aug. Cap. XXII. et in Nerone Cap. XVII.* meminit, et Imperator in *l. 2. C. de fid. inſtrum.* Ea vero tenetur, qui teſtamentum falſum, ſciens, dolo malo, ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, amouerit, ſuppreſſerit, ſubiecerit, reſignauerit, deleuerit, vt Paullus *Sent. Lib. IV. tit. 7. §. 1. l. 38. §. 7. D. de poen.* et alii in *l. 2. l. 9. §. pen. l. 30. D. de lege Corn. de falſ. l. 9. D. de dol. mal.* ſignificant. Eamque ob cauſſam ea lex CORNELIA *de teſtamentis*, vel *teſtamentaria*, adpellatur, *l. 1. D. de publ. iud. l. 3. §. 6. D. de tab. exhib. l. 2. D. de accuſ. l. vn. C. quando ciu. act. §. 7. Inſt. de publ. iudic.* et apud Ciceronem in *Verr. I. Cap. 42.* et Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 1.* Pertinebat ad hanc legem ſuppoſiti partus crimen: *l. 11. in fin. D. de accuſat. l. 10. C. de leg. Corn. de falſ.* Atque haec lex nudo Corneliae nomine exaudienda eſt in *l. 1. l. 2. l. 4. l. 5. C. de his, qui ſibi adſcr. l. 1. D. quae pro non ſcript. hab.* ¶. 4. IV. Eſt et CORNELIA de captiuis, quae te[illegible] qui apud hoſtes deceſſerint, ante [illegible] confirmat, nec non inteſtatorum [illegible]m, perinde, atque ſi in ciuitate [illegible] *l. 11. §. 1. l. 12. §. 1. l. 22. pr. et §. 1. et 3. D. de captiu. et poſtlim. l. 1. C. eod. tit. l. 4. §. 1. D. de bon. libertor. l. 1. pr. D. de ſuis et legit. l. 18. D. ad leg. Falcid. l. 28. l. 29. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 39. D. de teſt. mil. l. 15. pr. D. de vſurp. et vſucap. l. 8. C. de legit. hered. l. vlt. C. quib. ex cauſſ. maior. l. 14. D. de caſtr. pecul.* Nec vero teſtamenta tantum, ſed et ſecundae tabulae, et ſubſtitutiones, et tutelae, teſtamento apud hoſtes morientium ſcriptae, ea lege confirmantur. *l. 28. l. 29. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Paull. *Sent. III, tit. 3. §. 8.* ¶. 5. Refertur et alia lex CORNELIA in *l. 25. D. de SC. Silan.*

CORNELIANVS fundus: *l. 34. D. de adquir. poſſeſſ. l. 7. in fin. D. de ſtipul. ſeru. l. 28. pr. D. de nouat. l. 40. §. 4. D. de condit. et demonſtr.*

C. CORNELIVS MAXIMVS iuriſconſultus, ſolo auditore Trebatio celebritatem conſequutus. Cic. *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 8. et 17.* et *l. 2. §. 45. D. de orig. iur.* HEIN.

CORNICVLARIVS, *l. vlt. D. de iur. immunit. l. 3. C. de offic. diu. iud. rubr. C. de cohort. princip. cornicul. et primipilar. l. 1. l. vlt. C. de adparitor. praeſ. praet.* [*et tit. de adpar. praeſ. vrb.*] et alias ſaepe in poſtremis Codicis libris. Quo nomine adpellatos conſtat eos, qui corniculo merebant, vnde nomen habent. Sueton. *in libro de clar. grammat. Cap. IX.* de Orbilio: *Deinde in Macedonia* CORNICVLO, *mox equo, meruit.* Auctor libri *de viris illuſtr. Cap. LXXII.* de M. Aemilio Scauro: *Primo in Hiſpania* CORNICVLVM *meruit.* Liu. *Lib. X. Cap. 44.* *Equites omnes, ob inſignem multis locis nauatam operam,* CORNICVLIS *armilliſque argenteis donat.* Vſus eſt CORNICVLARII verbo etiam Valer. Max. *Lib. VI. Cap. I.* Tranquillus *in Domitian. Cap. XVII.* et Aſcon. Paedian. in *Verrin. I. Cap. 28.* Duorum generum erant CORNICVLARII, hic non confundendi. Primo enim conſtituebant honoratiorem equitum ordinem, qui corniculis argenteis aeneisue ob virtutem donati, paraſemum iſtud in galeis honoris cauſſa circumferebant, de quibus Marcell. Donat. *Diluc. ad Liu. X, 44.* Sigon. *de ant. iur. prouinc. II, 2.* Salmaſ. *Exerc. Plin. p. 548.* Alii deinde erant miniſtri, vel adparitores magiſtratuum, a cornibus tribunalis vel ſecretarii, quibus adſtabant, nomen adepti, ex ſententia Reineſii *ad Inſcr. p. 165.* Tales erant CORNICVLARII CONSVLVM, apud Gruter. *Inſcr. p. DXLV, 1.* et Reineſ. *Claſſ. I. inſcr. 127.* et CORNICVLARIVS PROCVRATORIS PROVINCIAE BELGICAE, apud Gruter. *Inſcr. p. DVI, 6.* Add. Guther. *de offic. dom. Aug. II, 15.* HEIN.

CORNV percuſſus a boue: *l. 52. §. 3. D. ad leg. Aquill.* CORNV petere ſolitus bos. *l. 1. §. 4. D. ſi quadrup. paup. fec.*

CORNVARII, in *l. vlt. D. de iur. immun.* qui cornua conficiunt, vel qui cornu canunt, cornicines, quos *aeneatores* a priſcis dictos, Feſt. *Lib. I.* ſcribit. A *tubulariis* autem eos Paternus ſeparat, vt et cornicines a *tubicinibus* Veget. *Lib. XI. Cap. 22.* et Modeſtus *in Epit. eiusd.* Seneca *in ludo de morte Claudii: p. 681. Tibicinum, cornicinum, omniſque generis aeneatorum turba.* Immo CORNVARII

NVARII nec cornicines ſunt, nec qui conficiunt cornua, ſed, vt gloſſae docent, κεραοξόοι, id eſt, qui arcus ex cornibus conficiunt, quos et ab Homero *Iliad. IV. v. 110.* κεραοξόους τέκτονας dici, obſeruauit V. C. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſc. p. 431.* HEIN.

CORONA. Sic CORONAE ſacrae, quae athletis in certaminibus ſacris praeſtantur. *l. 40. D. de re iudic. l. 5. C. quae res pign. obl.* CORONAE menſarum: *l. 19. §. 14. D. de aur. arg. leg.* quas in conuiuiis adhiberi ſolitas, ex antiquorum teſtimoniis tritum eſt. Sed vereor, vt de coronis illis in conuiuiis adhibitis intelligi poſſit Vlpianus *l. 19. §. 14. D. de aur. arg.* Coronae enim illae, quibus conuiuae ornabant capita, erant floreae, de quibus fuſe Athenaeus *Deipnoſ. Lib. XV Cap. 5. ſequ. p. 675. ſequ.* At hae, de quibus Vlpianus, gemmis diſtinctae, easque gemmas ibi coronis, coronas menſis, tamquam acceſſiones cedere, tradit. Quis vero coronas illas menſae acceſſionem dixerit, quum procul dubio non in promtu eſſent, ſed de nouo necterentur, quoties conuiuae eſſent excipiendi? Ego menſarum ipſarum limbos fuiſſe putarim. Ipſam ſacram menſam, quam diuino iuſſu fecit Moſes, ambiebat מסגרת, *miſgereth, clauſura, Exod. XXV, 24.* quam Hieronymus CORONAM *interraſilem*, Epiphanius *labium cum corona* vocat. HEIN. ¶. 2. [CORONA, inſigne clericorum. Vnde CORONATI adpellantur, in *l. 38. C. Theod. de epiſc. eccl. et cleric.*]

CORONARIVM aurum, in *rubr. C. de aur. coron.* et *l. 15. C. Theod. de legat.* Seru. *in Lib. VIII. Aen. v. 721.* ita adpellatum tradit aurum, quod a victis gentibus dabatur, quodque propter conceſſam vitam illis impoſitum erat. Plane ſubactae bello prouinciae iam inde ab antiquis florentis reip. temporibus CORONAS aureas populo Rom. Imperatoribusque offerebant, vt Liu. *Lib. XLIV. Cap. 14.* et *Lib. XLV. Cap. 25.* oſtendit. Tertullian. *in libro de coron. mil. Cap. XII.* coronarum differentias perſequens: *Sunt*, ait, *et prouinciales aureae, imaginum, iam non virorum capita maiora, quaerentes.* Vopiſcus *in Probo Cap. XV.* CORONAS, *quas mihi obtulerunt omnes ciuitates Galliae, aureas veſtrae, patres conſcripti, clementiae dedicaui.* Inde auro CORONARIO nomen. Gell. *Lib. V. Cap. 6. Triumphales* CORONAE *ſunt aureae, quae Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur aurum* CORONARIVM, cuius Cicero *in leg. Agrar. I, Cap. IV.* et *in Piſon. Cap. XXXVI.* meminit. Quod ab Alexandro Seuero Romae remiſſum, a Iuliano prouincialibus quoque indultum, Lampridius *in Alex. Cap. XXXII.* et Ammian. Marcell. *Lib. XXV. Cap. 14.* ſcribunt. [At auri CORONARII tres ſpecies memorat Iac. Gothofredus *in paratitl. Cod. Theod. de auro coronario.* I. Quod neceſſitate aliqua vrgente, vel ob indulgentiarum laetitiam, vel rebus proſpere geſtis, partaque victoria, principi conferebatur. II. Quod ſatrapae regum barbarorum, pro ea, quam Romano imperio debebant, deuotione offerebant. III. Quod patriarchis ſuis olim praeſtare ſolebant Iudaei. Quod tamen inſequutis temporibus ad ſe traxerunt, ſuisque largitionibus inferri iuſſerunt Imperatores, vt oſtendit. *l. 17. C. de Iud. et caelicol.* Dicitur autem CORONARIVM *aurum* eodem modo, quo *aes* CORONARIVM, id, quod in coronas impendebatur. Στεφανίτην φόρον, CORONARIAM *illationem* vocat Antiochus M. in Edicto, quo ſeniores, ſacerdotes, ſcribas templi, et cantores, ab eo onere liberauit. Vid. Ioſeph. *Antiqu. Iud. Lib. XIII. Cap. 3.* et *libr. I. Machab. Cap. X.* ibique Grot. *in Adnotationibus.*]

CORPORALES res ſunt, quae tangi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum; et ſimiles, *l. 95. D. de legat. III. l. 1. pr. et §. 1. D. de rer. diuiſ. l. 8. D. quib. mod. pign. tit. Inſt. de reb. corp. et incorpor.* Caius *Inſt. Lib. II. tit. I. §. 2.* Nam vt Lucretius *Lib. I. v. 336.* ait:

Tangere enim et tangi, niſi corpus, nulla
poteſt res.

Diomed. *Lib. I. Grammatic. Altera ſignificat res* CORPORALES, *quae videri tangique poſſunt, vt homo, arbor: altera* INCORPORALES, *quae intellectu tantummodo percipiuntur, verum quae nec videri, nec tangi poſſunt, vt Deus, pietas, iuſtitia, dignitas.* INCORPORALES ergo res ſunt, quae tangi non poſſunt, quae in iure conſiſtunt, vt hereditas, obligatio, ſeruitus: *l. vlt. C. de praeſcript. long. temp.* Seruitutes enim praediorum, etiamſi corporibus accedunt, INCORPORALES tamen ſunt. *l. 14. pr. D. de ſeru.* ¶. 2. CORPORALE, quidquid vel corpore perficitur, vel corpus adficit, et ad illud potius, quam ad animum, pertinet. Sic [CORPORALIS contumelia, id eſt, quaeſtiones, tormenta: *l. 39. C. Theod. de decurion.*] nihil CORPORALE eſt in hereditate: *l. 3. §. 1. D. de bon. poſſeſſ.* CORPORALIS labor: *l. vlt. D. de muner. et honor.* CORPORALE miniſterium: *l. vlt. §. 26. D. eod. tit.* CORPORALIA munera: *l. 3. §. 3. D. eod. tit. l. 8. §. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* CORPORALIA pignora, ad differentiam nominum et iurium, ea dicuntur, quae corporaliter capiuntur, et in corporibus conſiſtunt. *l. 15. §. 8. D. de re iudic.* CORPORALIS poſſeſſio: *l. 40. §. vlt. D. de pignor. act.* quae corpore detinetur: CORPORALE vitium: *l. 40. §. vlt. D. de adopt.* CORPORALIA vitia: *l. 1. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* Quae CORPORALIA ſunt. *l. 3. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*

CORPORALITER acceptum pignus dixit Iulianus, Patricius, *in Nouellis tit. XX.* CORPORALITER poſſidet, qui incumbit poſſeſſioni: *l. 23. §. 1. v. corporaliter. l. 24. l. 25. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 4. §. 12. D. de vſurpat. et vſuc.* CORPORALITER rei poſſeſſio detinetur: *l. 29. D. de ſolut.* CORPORALITER praeſtitum iusiurandum, *in l. 1. C. ſi adu. vendit. l. 2. l. 3. C. ſi minor. ſe maior.* vetuſtiſſimi quique interpretes tactis ſacris interpretantur. Quod tamen Alexandro auctori *d. l. 1. C. ſi adu. vendit.* numquam in mentem venit, vt mihi veroſimile ſit, Triboniani eſſe hoc, non Alexandri, verbum. Vtitur hac loquendi figura et D. Gregorius *Lib. VII. Epiſt. 13.* Recte, quod vulgarem interpretationem *d. l. 1.* conuenire, negat Briſſonius: neque tamen ideo ſtatim Tribonianum vapulare oportebat. Nam primo et gentiles tacta re ſacra, veluti ſimulacro Dei, [illegible] re, iuraſſe, obſeruauit Merill. *Lib. VIII. Obſ.* [illegible]

Deinde Cuiac. *in Paratitl. C. ſi adu. vendit.* et *Comment. in Nouell. LI.* oſtendit, CORPORALE dictum eſſe iusiurandum, quod manu leuata, vel capiti, oculis, pectori, impoſita, praeſtari conſueuerit, quale *iusiurandum manu leuata factum* memorat Greg. Turon. de *glor. mart. Lib. I. Cap. 20. 33. et 38.* HEIN. CORPORALITER pignori datur: *l. 1. §. 14. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* CORPORALITER tenere. *l. 1. C. commun. de vſucap. l. 24. D. de adqu. uel amitt. poſſeſſ.*

CORPORATI, corporibus ciuitatum adſcripti: *l. vlt. C. de nauiculat. l. vn. C. de priuileg. corpor. vrb. Rom. l. vn. C. de Alex. prim.* Vnde CORPORATORVM *ſubſidia*, dixit D. Ambroſ. *Lib. III. de offic.* et CORPORATOS negotiatores, Symmach. *Lib. X. Epiſt. 34.* qui eos *membra aeternae vrbis* adpellat, eorumque miniſterio vrbis onera ſuſtineri, docet his verbis: *Hic lanati pecoris inuector eſt: ille ad victum populi cogit armentum: hos ſuillae carnis tenet functio: pars vrenda lauacris ligna comportat: ſunt qui fabriles manus Auguſtis operibus accommodant: per alios fortuita arcentur incendia: iam caupones, et obſequia piſtoria, frugis et olei baiulos, multosque id genus patriae ſeruientes, enumerare faſtidium eſt.*

CORPVS trium generum eſt: Vnum, quod vno ſpiritu continetur, quod Graeci *ἡνωμένον καὶ συμφυὲς* vocant, vt *homo, tignum, lapis*: alterum, quod ex pluribus inter ſe cohaerentibus conſtat, quod *συνημμένον* vocatur, vt *aedificium, armarium, nauis*: tertium, quod ex diſtantibus capitibus conſtat, vt corpora plura, non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta, veluti *populus, grex, legio. l. 30. pr. D. de vſurpat. et vſuc. l. 23. §. 5. D. de rei vindic.* Plutarch. *in praecept. connubial. p. 142.* *τῶν σωμάτων φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεστώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον.* CORPORVM *philoſophi alia aiunt ex partibus disiunctis conſtare, vt claſſem, exercitum: alia ex compactis, vt domum et nauim: alia ex vnitis et in vnam naturam concretis, vt animalium ſingulorum.* Seneca quoque *Epiſt. CII.* quaedam CORPORA *continua* eſſe dicit, vt hominem, quaedam *compoſita*, vt nauem, domum, omnia denique, quorum diuerſae partes iunctura in vnum ſunt coactae: quaedam *ex diſtantibus*, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, tamquam exercitus, populus, ſenatus. Illi enim, per quos iſta corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura diducti et ſinguli ſunt. Idem *Lib. II. Nat. Quaeſt. Cap. 2.* CORPORA quaedam eſſe ſcribit *compoſita*, quae conſtant aut nexu, aut aceruatione, vt puta funem, frumentum, nauim. Rurſus *non compoſita*, vt arborem. lapidem, quae etiam *vnita corpora* vocat: non ad numerum referens, ſed ad naturam corporis, nulla ope externa, ſed vnitate ſua, cohaerentis. ¶. 2. Ad primum CORPORVM *ἡνωμένων καὶ συμφυῶν* genus pertinent illa: CORPORE et actu adprehendere et adipiſci poſſeſſionem: *l. 1. §. 21. l. 3. pr. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* liberum CORPVS: *l. vlt. D. de his, qui effud. l. 3. D. ſi quadr. paup. fec.* libera CORPORA: *l. 2. §. 2. D. de leg.*

Rhod. [CORPORA, pro ſeruis: Voſſ. *Inſt. Orat. Lib. IV. Cap. 8. ſect. 5. p. 141.*] CORPORE poſſidere: *l. 1. §. 23. et §. 26. de vi et vi arm.* CORPORE autem poſſidemus non ſolum per nos, ſed et per ſeruos, vel colonos. *l. 3. §. 8. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* CORPORE, et animo poſſidere ſeparantur. *l. 3. l. 44. §. vlt. D. eod. tit.* CORPORE quaeritur poſſeſſio: *l. 3. C. eod. tit.* CORPORE quaeſtum facere: *l. 47. D. de rit. nupt. l. 38. D. de op. libert. l. 5. D. ad SC. Trebell.* Plaut. *Poenul. Act. V. ſcen. 3.* Faceret indignum genere quaeſtum CORPORE. Et *Ciſtell. Act. II. ſcen. 3. v. 21.* Dotem quaerere CORPORE. Eodem loquendi genere CORPVS *in vulgus dare, pecuniamque ex eo quaeſtu merere*, dixit Gell. *Noct. Lib. VI. Cap. 7.* [*publicare vulgo* CORPVS *ſuum*, Plaut. *Bacchid. Act. IV. ſcen. 8. v. 22.*] [In CORPVS ſuum ſaeuire, etiam ſeruis naturaliter licet. *l. 9. §. 7. D. de pecul.* CORPORIS obiectu auxilium ferre: *l. 19. D. de SC. Silan.* CORPORIS praeſentia non ſufficit ad auctoritatem: *l. 1. §. 1. D. de auct. et conſ. tut.* non CORPORIS ſanitas, ſed mentis integritas, exigitur in eo, qui teſtatur. *l. 2. D. qui teſt. fac. poſſ.*] ¶. 3. Ad eamdem ſignificationem pertinent loci, in quibus CORPVS pro cadauere, ſeu corpore exanimi vel exuuiis, accipitur. CORPVS inferre: *l. 40. D. de religioſ.* CORPVS in patriam reportare: *l. 30. §. 2. D. de adim. leg.* CORPVS perferre: *l. 14. §. 4. D. de religioſ.* Conditum CORPVS terra: *l. 39. D. de religioſ.* condendi CORPORIS cura: *l. 88. §. 1. D. de legat. II.* locus, in quo CORPVS impoſitum eſt: *l. 37. §. vlt. D. de relig.* ad CORPVS cuſtodiendum vel commendandum factum. *l. 14. §. 4. D. eod. tit.* vbi tamen veroſimilis eſt eorum coniectura, qui pro *commendandum* legendum putant COMMVNDANDVM. Deberi enim id videbatur oſſibus, et adfuſa aqua lauarentur. Trimalcio apud Petron. Arb. *Satyr. Cap. 77. Interim, Stiche, profer vitalia, in quibus volo me efferri: profer et vnguentum, et ex illa amphora guſtum, ex qua iubeo* LAVARI OSSA *mea.* HEIN. CORPORA mortuorum detineri: *l. 38. D. de religioſ.* extrahere CORPORA: *l. vlt. D. de ſepulcr. viol.* non contacta: *l. 7. D. eod.* tradita ſepulturae. *l. 3. D. eod. tit.* ¶. 4. Sed et inanimata CORPORVM nomine veniunt. Sic CORPVS arborum: *l. 40. D. de act. emt.* CORPORA, quae ſunt in hereditate: *l. 33. D. de aedil. edict.* CORPORA hereditaria: *l. 19. D. de hered. petit. l. 11. D. de diſtr. pign.* CORPORA maternae hereditatis: *l. 77. §. 20. D. de legat. II.* CORPORA in eadem ſpecie manſerunt: *l. 18. D. quod met. cauſſ.* ¶. 5. Ad ſecundum genus CORPORVM *συνημμένων* pertinent illa: CORPVS loci: *l. 4. D. ſi ſeru. vindic.* CORPVS Homeri: *l. 52. §. 2. D. de legat. III.* [vbi apud Heſych. ſub voce Ἰλιάς, Ἰλιὰς τὸ Ὁμήρου σωμάτιον, quamquam de eius loci lectione dubitat Palmerius.] CORPVS iuris: *l. vn. pr. C. de rei vx. act.* CORPVS Papiniani: *l. vn. C. Theod. de reſponſ. prud.* [Sic CORPVS iuris canonici, in *inſcript. c. 2. X. de praebend.*] CORPORA inſtrumentorum: *l. 3. §. 5. D. de tab. exhib. l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſ.* CORPVS rationum. *l. 37. D. de fideic. libert.* ¶. 6. Ad tertium genus CORPORVM *ἐκ διεστώτων* pertinent CORPORA artificum: Lamprid. *in Alex. Cap. XXXIII.*

XXXIII. CORPVS fabrorum: *l. 17. §. 2. D. de excuſ. tut.* menſorum frumenti: *l. 10. §. 1. D. de vacat. atque excuſ. mun.* CORPVS omne mercatorum: Ambroſ. *Epiſt. XXXIII.* [CORPVS negotiatorum; *l. 17. C. Theod. de luſtr. collat.*] Vbique in his legibus CORPORA vſurpantur pro collegiis et vniuerſitatibus, vti et in *l. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom. l. 7. §. 1. D. ad exhib. l. 1. §. 7. D. de quaeſt. l. 9. §. 1. D. quod. met. cauſſ. l. 1. §. 15. D. ad SC. Trebell. l. 21. D. de reb. dub. l. 17. §. 2. l. 41. §. vlt. D. de excuſat. l. 38. §. 5. D. de legat. III.* CORPVS cui licet coire: *l. 20. D. de reb. dub.* CORPVS vel collegium: *l. 10. §. 4. D. de in ius voc. l. 36. §. vlt. D. de fideic. libert. et tot. tit. D. de colleg. et corpor.* CORPORIBVS vel collegiis: *l. 5. §. 12. D. de iur. immun.* CORPVS *ciuitatis* apud Liu. *Lib. XXXVI.* ¶. 7. Eodem ſenſu dicitur CORPVS patrimonii. *l. 20. D. quod. met. cauſſ. l. 25. §. 16. D. de hered. pet. l. 72. D. de legat. II. l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ign. l. 23. l. 25. D. de adim. leg.* Sic Iuuenal. *Sat. vlt. v. 53.*

Placuit, non eſſe in CORPORE *cenſus.*

¶. 8. Sed et numi CORPORVM nomine veniunt. CORPORA numorum: *l. 24. D. depoſ. l. 5. l. 34. §. 2. D. de legat. I. l. 13. §. vlt. D. de reb. cred. l. 29. D. de verb. oblig.* numi interdum vice CORPORIS funguntur: *l. 51. D. de legat. I.* CORPORA pecuniae: *l. 34. §. vlt. D. de pignor.* [Aliquando tamen CORPVS et *pecunia* opponi videntur, vt *l. 5. pr. D. de impenſ. in res dot. fact.*] ¶. 9. CORPVS, et ius ſeparantur: *l. 8. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 2. §. 1. D. de precar.* quemadmodum CORPORIS dominus ab eo, qui ius habet. *l. 13. D. de damn. inf.* Sed et CORPVS et *quantitas* opponuntur: *l. 34. §. 3. D. de legat. I. l. 94. D. de ſolut.* bona in CORPORIBVS vel actionibus: *l. 3. D. de bon. poſſeſſ.* Si peculium ſit in CORPORIBVS, puta fundi vel aedes. *l. 6. D. de pecul. leg.* CORPORVM denique poſſeſſores a *debitoribus hereditariis* ſeparantur. *l. vlt. D. quor. bonor.* In quibus omnibus locis CORPORA pro rebus corporalibus quibusuis accipi, nemo non intelligit. HEIN.

CORRADERE numos: *l. 3. §. 9. D. de ſtatulib.* CORRADI ſumma, id eſt, colligi *l. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut.* CORRASA pecunia: *l. 6. D. de bon. damnat.* CORRADERE picturas. *l. 38. D. de rei vind.*

CORRECTOR, vir clariſſimus: *l. 1. C. de iur. et fact. ignor.* CORRECTORES prouinciarum. *l. 10. l. 20. D. de off. praeſ. l. vn. C. vt omnes iud.* In Italia autem CORRECTORES Notitia ſtatuit his regionibus, *Apuliae, Calabriae, Bruttiorum, Lucaniae.* Vopiſc. *in Aureliano Cap. XXXIX. Tetricum triumphatum* CORRECTOREM *Lucaniae fecit.* CORRECTORIS autem Lucaniae et Bruttiorum mentio habetur *in Inſcriptionibus* et *l. 1. C. Theod. de adpellat. l. 1. C. Th. de relat.* et apud Caſſiodor. *Lib. III. Var. Cap. 47.* Verum Bruttiorum nomen corruptum eſt in inſcriptione *l. 1. C. Theodoſ. ad leg. Cornel. de falſ.* nec non in *l. 1. C. Theod. quib. equor. vſus.* In partibus vero Orientis duo CORRECTORES erant, Auguſtanicae et Paphlagonicae. Ac ſecundum hoc *κορρεκτορίαι ἀρχαὶ* accipiendae ſunt apud Iuſtinian. *Nouell. VIII. Cap. 1.* Attamen et CAMPANIAE CORRECTOR, RVFIVS VOLVSIANVS, memoratur in marmore, apud Reineſ. *Inſc. Adpend. num. XXII. p. 1023.* HEIN.

CORREVS, qui eiusdem obligationis eſt particeps, et ſocius. *l. 3. §. 3. D. de liberat. leg.* iuncta. *l. 16. D. de acceptilat.*

CORRIGERE. CORRIGI dicuntur, quae praua vel dura ſunt, quum in melius emendantur, reformantur, aut benigna interpretatione molliuntur. Graeci *ἐπανορθοῦν* dicunt. Sic CORRIGERE aedificia: *l. 57. D. locat.* CORRIGERE arbitrium, quod ita prauum eſt, vt iniquitas eius adpareat, per iudicium. *l. 79. D. pro ſoc. Inuenimus, qui curua* CORRIGERET. Plin. *Lib. V. Epiſt. 21.* CORRIGERE domum: *l. 3. C. de legat.* CORRIGENDI iuris ciuilis gratia: *l. 7. D. de iuſt. et iur.* laeſum ius CORRIGERE: *l. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* CORRIGERE leges: *l. 2. §. 3. D. de orig. iur.* CORRIGERE ſententiam. *l. 20. D. de recept. arb. l. 55. D. de re iudic. l. vlt. D. a quib. adpell. l. 1. §. 1. D. quae ſentent. ſine adpell. l. vlt. C. a quib. adpell. non lic.* ¶. 2. CORRIGERE pro poenis emendare. CORRIGENDI animo verberare: *l. 15. §. 38. D. de iniur.* CORRIGERE libertum: *l. 1. §. 20. D. de off. praeſ. vrb.* CORRIGENDIS moribus praefici: *l. vlt. §. 1. D. de mun. et hon.* CORRIGI officio iudicis. *l. 1. §. 8. D. de his, qui effud. vel deiec.*

CORRIVALIS, vid. infra RIVALIS.

CORRIVARE. Foſſas non oportet CORRIVANDAE aquae cauſſa fieri: *l. 1. §. 4. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Si aquam CORRIVAT. *l. 3. pr. D. eod. tit.* HEIN.

CORROBORARE. Donatio poſſeſſione CORROBORATA: *l. vlt. C. ſi adu. credit.* Praeſcriptione CORROBORATVM. *l. 1. C. eod. tit.*

CORRVMPI dicitur, quidquid vel plane inutile, vel deterius redditur. Plane quod ad legem Aquilliam attinet, CORRVPISSE videtur, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. *l. 27. §. 13. ſequ. D. de leg. Aquill.* Item ſi frumento arenam, aut aliud quid, admiſcuit, cuius difficilis ſit ſeparatio, quaſi de CORRVPTO agitur. *d. l. 27. §. 20. D. eod. tit.* Sic CORRVMPERE album Praetoris: *l. 7. l. 9. D. de iuriſd.* CORRVMPERE aquam: *l. 1. D. quod vi aut clam.* aquarum ductus: *l. 13. §. 2. D. de vſufr.* artificium ſerui: *l. 17. §. 1. D. de vſufr.* [CORRVMPERE morando indultum beneficium: *l. 3. C. Theod. de commeatu.*] chirographa debitorum: *l. 11. D. de ſeru. corr.* coelum: *l. 13. §. 6. D. de vſufr.* edicta propoſita: *l. 32. D. de lege Corn. de falſ.* feneſtras: *l. 25. §. 2. D. locat.* fructus: *l. 32. §. vlt. D. eod. tit. l. 15. D. de rei vind. l. 23. D. comm. diuid. l. 24. D. de rei vind.* Frumenta niues CORRVPERVNT. *l. 78. §. vlt. D. de contrah. emt.* CORRVPTO itinere:

COR.

l. 3. §. 12. D. de itin. actuque priu. CORRVMPERE ius: *l. 19. D. de damn. infect. l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill.* cui opponitur INCORRVPTVM ius: *l. 9. D. de lib. cauſſ. l. 30. D. de nox. act.* CORRVMPERE legata, id eſt, vitiare: *l. 2. D. de ſeru. leg.* Dum ne quid ex publica lege CORRVMPANT: *l. vlt. D. de colleg.* CORRVMPERE libertates: *l. 30. §. 16. D. de fideic. libert.* matrimonium: *l. 23. C. ad leg. Iul. de adult* menſuras vini, vel frumenti: *l. 32. D. ad leg. Corn. de falſ.* monimentum: *l. 7. D. de ſepulcr. viol.* rationes: *l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſ.* CORRVPTAS res reddere: *l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill.* CORRVMPERE ſtatuas: *l. 5. D. ad leg. Iul. maieſt.* ſtipulationem: *l. 11. D. vſufr. quemadm. cau. l. 72. D. de verb. obl.* tabulas: *l. 25. D. de dolo.* CORRVPISSE autem tabulas et is recte dicitur, qui eas interleuerit. *l. 42. D. ad leg. Aquill. l. 35. D. de dol. l. 31. D. de furt.* CORRVPTA veſtimenta: *l. 1. §. 6. D. de his, qui effud. vel deiec.* viam operE: *l. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ.* CORRVPTA vetuſtate villa. *l. 32. §. 5. D. de vſu et vſufr. leg.* ¶. 2. CORRVMPERE, animum ad vitia pellicere. Sic CORRVMPERE corpus et mores: Paull. *Sent. Lib. I. tit. 13. §. 2.* [CORRVMPERE filium. Plaut. *in Muſtell. Act. I. ſcen. I. v. 25. ſequ.*

Hoccine boni eſſe officium ſerui exiſtumas,
Vt heri ſui CORRVMPAT*rem, et filium?*
Nam ego illum CORRVPTVM *duco, quum his factis ſtudet.*

et *v. 20.*

CORRVMPE *berilem filium, adoleſcentem optimum.*]

CORRVMPERE feritate vel ſaeuitia mancipia. *l. 15. §. 3. D. de vſufr.* CORRVMPERE ſeruum, quod ad titulum *de ſeruo corrupto* attinet, videtur, qui eum deteriorem facit. Quod quomodo accipiendum ſit, exponitur *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* Hinc *ſerui* CORRVPTI actio: *l. 50. D. de pact.* de qua vetus Gloſſar. Graecum ait: *ἡ χείρονα ποιῦσα τὸν ἀλλότριον δῦλον, καὶ ἀπαλείψυσα τὺς ἀγαθὺς αὐτῦ τρόπυς: quae deteriorem fecit alienum ſeruum, bonosque eius mores abſtulit.* De ſeruo CORRVPTO cognoſcere. *l. vlt. D. de offic. praef.* vbi et CORRVPTI actoris ſit mentio.

¶. 3. CORRVMPERE, pro vitium adferre, vel violare. CORRVMPERE viduam: *l. 3. D. de quaeſt.* virginem immaturam: Paull. *Sent. I. tit. 13. §. 6.* virgines. *l. 38. §. 3. D. de poen.* ¶. 4. CORRVMPERE, pecunia peruertere. CORRVMPERE aduerſarium: *l. 1. l. 2. D. de bon. cor.* [*rubr. et l. 1. et l. 2. C. de poen. iud. qui mal. iud.*] arbitrum: *l. 31. D. de recept. arbitr.* carceri praepoſitum: *l. 8. D. de cuſtod. et exhib. reor.* delatorem: *l. 29. D. de iure fiſc.* CORRVPTA fide inquiſitionis: *l. 3. §. 15. D. de ſuſp. tut.* CORRVMPERE iudicem: *l. 1. l. 21. D. de leg. Corn. de falſ. l. 26. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 2. §. vlt. D. de condict. ob turp. cauſſ. l. 21. D. ad leg. Corn. de falſ.* CORRVPTI pecunia iudices: *l. 7. C. quando prouoc. l. 38. §. 10. D. de poen.* teſtes pecunia CORRVPTI. *l. 33. D. de re iud.*

CORRVPTELA. *l. 9. §. 1. D. de ſeru. corrupt.*

COS. COT. CRA.

COS, lapis, ferro ſubigendo neceſſarius. *l. 11. D. de publican.* Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 22.* et *Lib. XXVII. Cap. 3. Cotibus nos ad ferri faciem deterendam vti,* ait.

COSTVM, *l. vlt. §. 7. D. de public.* radix eſt herbae in India, Arabia, et Syria, naſcentis, iucundi odoris, de qua vid Dioſcorid. *Lib. I.* Plin. *Lib. XII. Cap. 12.* et Iſidor. *Lib. XVII. Cap. 9.* Meminit *Achaemenii* COSTI. et Propert. *Lib. IV. eleg. 6.*

COSTVM *molle date, et blandi mihi thuris honores.*
Terque focum circa laneus orbis erit. HEIN.

COT.

COTORIAE, lapicidinae, in quibus cotes fodiuntur. *l. 15. D. de public.*

[COTTA. Quae de alea, ſiue vt vocant, COTTIS, ac de eorum prohibitione a nobis ſancita ſunt. *l. 25. C. de epiſc. audient.*] Fuit vero Graecis *cotta* vel *κόττος, aleae* ſpecies. Hinc *κοττισμὸς, aleae ludus, κοττιστὴς, aleator.* Hinc *Synopſ. Baſil. Lib. III. tit. 3. περὶ κοττιστῶν ἤτοι κυβιστῶν, de aleatoribus: κοττίζειν, alea ludere, ἐν κόττῳ πραθεῖναι, per auerſionem vendere.* Vid. Dionyſ. Gothofr. *nomenclat. Graec. iur. dict. poſt* Harmenopuli *Promtuar. iur. p. 434.* HEIN.

COTTIDIANVS, vide infra in QVOTIDIANVS.

COTTIDIE. Vide infra QVOTIDIE.

CRA.

CRABATTVS, argento inaurato tectus, *l. 20. §. 8. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Graecis *κράβαττος,* lectuli genus, in quo potiſſimum ſomnum meridianum capiebant.

CRASSVS, A, VM, CRASSA negligentia. *l. 6. D. de iur. et facti ignor.*

CRATISTVS, *κράτιστος, honoratus,* ſerui nomen. *l. 54. D. de manumiſſ. teſt.* ¶. 2. Alias *κράτιστος* eſt titulus, qui non ob doctrinam, ſed ob dignitatem et magiſtratus tribuitur, ceu contra Cuiacium oſtendit Aegid. Menag. *Amoen. iur. Cap. XVI.* HEIN.

CRATITIVS. Vid. ſupra: CONCRATITIVS.

CRE.

CREARI dicuntur, qui ad aliquod munus, vel honorem in municipiis ſuffragiis et decreto ordinis vocantur, atque eliguntur. *l. 13. §. vlt. D. de mun. et honor. l. 2. D. de vacat. et excuſ. l. 1. C. ſi propter inimicit.* Sic CREARI curator dicitur, *l. 10. C. qui dare tut.* ſiue minoribus conſtituatur, ſiue bonis detur: *l. 2. §. 3. D. de curat. bon. dand.* curator reipublicae: *l. 3. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciu.* curatores emendi frumenti et olei: *l. vlt. §. 1. D. de mun. et hon.* decurio: *l. 1. §. 1. D.*

Digitized by Google

§. 1. D. de magiſtr. conuen. l. 13. D. de decurion. l. 2. D. ad municipal. l. 4. C. ne fil. pro patr. l. 1. C. quod cum eo. l. 8. C. quando prouoc. duumuiri: *l. vlt. D. ad municipal.* legati: *l. 12. D. de legation.* magiſtratus: *l. 21. §. 1. D. de adpellat. l. 1. C. de peric. nom. l. 1. §. 3. D. quando adpell.* [magiſtratus plebeii, ideſt, tribuni plebis: *l. 2. §. 20. D. de orig. iur.*] ſacerdos: *l. 1. C. de peric. ſucceſſ.* vnus, cui caueatur omnium nomine. *l. 4. §. 9. D. de fideic. libert.*

CREATIO curatoris: *l. 13. §. vlt. D. de munerib. et honor.* magiſtratuum: *l. 1. D. ad leg. Iul. de amb. rubr. C. ſi propter inimicit. creat. facta ſit et rubr. C. ſi poſt creation. quis deceſſerit.* CREATIO tutorum. *l. 28. C. de iure dot.*

CREATOR, id eſt, nominator, [vel, qui ad publicum munus et functiooes alios nominat, ſicut explicatur in *l. vlt. C. Th. de decurion. l. 1. C. Theod. de ſuſcept.*] Horum fit mentio *l. vlt. C. de hered. decurion.*

CREBER. CREBRA indagatio. *l. 2. C. de comm. ſeru. manumiſſ.*

CREDERE, cuicumque rei adſentiri, et fidem habere alicui. ¶. 2. Sed quum et contrahentes alterius fidem ſequantur: CREDERE dicuntur, qui alienam fidem ita ſequontur, vt, ſe mox recepturos, quod dederint, ſperent. Itaque RERVM CREDITARVM adpellatione praetor omnes contractus edicto ſoo complectebatur. ¶. 3. Vtplurimum tamen CREDERE nihil aliud eſt, quam mutuam pecuniam dare, idqoe a reliquis negotinrum figuris ſeparatur. *l. 24. §. 4. l. 27. §. 1. D. de minor. l. 1. l. 3. §. 3. D. de SC. Macedon.* et *al. paſſim.* Quo in verbo elegans eſt iocus Martial. *Lib. XII. Epigr. 25.* in eum, qui ſub pignoribos duntaxat ei numos credebat:

Quum rogo te numos ſine pignore, non habeo, inquis.
Idem, ſi pro me ſpondet agellus, habes.
Quod mihi non CREDIS, *veteri, Theleſine, ſodali:*
CREOIS *colliculis, arboribusque meis.*

Hinc bene et male CREDERE: *l. 12. §. 7. D. mand.* et apud Plaut. *Poenul. Act. III. ſcen. 2.* id eſt, debitori idoneo, vel minus idoneo. Seneca *de benef. Lib. IV. Cap. 39. Pecuniae etiam male* CREDITAE *exactio eſt,* ¶. 4. CREDERE etiam ſignificat committere. Vt CREDERE adminiſtrationem: *l. 32. §. 3. de adminiſtr. et peric. tut.* CREDENDA eſt cuſtodia, id eſt, committenda: *l. 14. D. de cuſt. et exhib. reor.* CREDITVM munus: *l. 21. C. ad leg. Iul. de adult.* CREDITVM onus. *l. 45. D. de religioſ. et ſumt. fun.*

CREDITOR. Ea adpellatione non illi tantum accipiuntur, qui pecuniam mutuam dederunt, ſed et hi, quibus ex quacumque actione, vel perſequutione, vel iure ciuili, vel ordinario, vel extraordinario, pure, vel in diem, vel ſob conditione debetur, modo non perpetua aliqua exceptione ſubmoueri poſſint. *l. 10. l. 11. l. 12. pr. D. de verb. ſignif. l. 4. pr. D. de ſeparat. Nouell. IV. Cap. 3. pr.* Vetus Gloſſar. Graecum: CREDITOR, δανειςής ἐςιν, ὁ ἐξ οἱασῶν αἰτιάς χρεώμενος, Gloſſarium Latinum: CREDITOR *eſt, qui ex quacumque cauſſa fidem ſequitur alienam.* CREDITORES adpellantur, quibus quacumque ex cauſſa actio cum fraudatore competit. *l. 16. §. 2. D. qui et a quib. manum. lib. non fiant.* Quin etiamſi cui ex delicto debeatur, CREDITORIS loco accipietur. Ex populari plane cauſſa, ante litis conteſtationem recte dicitur CREDITORIS loco non eſſe. *l. 12. D. de verb. ſignif.* Maritus ex promiſſione dotis CREDITORIS loco habetur. *l. 25. §. 1. D. qui pot. in pign. l. 41. D. de re iudic. l. 19. D. de oblig. et action.* Et ex diuerſo vxor dotem repetens, in CREDITORIBVS numeratur. *l. 31. D. ſolut. matr.* Is, cui ſub conditione legatum eſt, pendente conditione, CREDITOR non eſt, ſed tunc demum, quum ea exſtiterit: aliter, atque ſi ſub conditione ſtipulatus ſit. Nam et hic, pendente conditione, CREDITOR eſt. *l. 42. D. de oblig. et act. l. 27. D. qui, et a quib. l. 54. D. de verb. ſignif. §. 4. Inſt. de verb. oblig.* Plane, quibus duntaxat natura debetur, CREDITORVM loco non ſunt, quia petitionem non habent. *l. 10. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Similiterque CREDITI adpellatio eam mutuam pecuniam demonſtrat, quae peti poteſt, non etiam eam, quae petitionem quidem non habet, ſolutione autem facta, repeti non poteſt. *l. 94. §. vlt. D. de ſolut.* [CREDITOR curioſus eſſe debet: *l. 3. §. 9. D. de in rem verſ.* CREDITOR improbus eſt, qui vult iterum conſequi, qood accepit: *l. 51. §. 1. D. de re iudic.* CREDITOR prior: *l. 2. D. qui pot. in pign.* CREDITOR poſterior: *l. 5. l. 6. §. 1. D. eod.* ſecundus. *d. l. 2. D. qui pot. in pign.*]

CREDITVM, et *debitum* opponuntur, *l. 1. D. de compenſat.* vt CREDITA et *debita. l. 3. D. famil. erciſc.* Quinctilian. *Declam. CCCLX. Tu, amiſſo viro, quum dotem non petiſti, feciſti* CREDITVM *ex dote.* Sane CREOITI adpellatione quid contineatur, vide *l. 94. D. de ſolut.* Nam CREDITVM conſiſtit et extra res, quae pondere, numero, et menſura continentur: ſicut, ſi eamdem recepturi ſumus, CREDITVM eſt. Sed et ſine re, verbis CREDIMVS, quodam actu ad obligationem comparandam interpoſito, veluti ſtipulatione. *l. 2. §. 3. et §. vlt. D. de reb. cred.* ¶. 2. Verum haec generalis CREDITI adpellatio nonnumquam reſtringitur ad mutuam pecuniam ſignificandam. Vt ecce, quod SC. Macedoniano cautum eſt, filiofamilias CREDI non licere, non ad verba, ſed ad numerationem referendum eſt. Sola enim mutui datio prohibetur: cetera oegotia recte cum filiofamilias contrahuntur. *l. 3. §. 3. l. 4. D. de SC. Maced.* ¶. 3. Hinc intelligendae loquutiones: In CREDITVM abire ex cauſſa emtionis, vel alio ſimili contractu dicitur: *l. 3. §. 3. D. de SC. Macedon.* Proinde in *l. 5. §. 17. D. de tribut. act.* in CREDITVM abire, eſt fidem emtoris ſeqoi, et ei fidem habere de pretio. In CREDITVM accipere et dare; *l. 19. §. vlt. l. 20. D. de reb. cred.* id eſt, credendi cauſſa accipere et dare. Maius CREDITVM conferre in debitores: *l. 34. §. 1. D. de legat. III.* Ex CREDITI cauſſa deberi: *l. 20. D. de iudic. l. 104. §. vlt. D. de legat. I.* in CREDITO eſt argentum, quod in nominibus eſt: *l. 27. §. 5. D. de*

Google

aur. et arg. leg. vetus CREDITVM in pignora accipere: *l. 22. D. quae in fraud. cred.* Quaſi in CREDITVM habere nomen alicuius: *l. 10. §. 10. D. quae in fraud. cred.* in CREDITVM ire, pro credere. *l. 2. D. de reb. cred. l. 19. §. vlt. D. ad SC. Velleian. l. 2. §. 1. C. ſi cert. pet. l. 65. in fin. D. ad SC. Trebellian.* Sed et in CREDITVM iri dicitur, quum rei dominium in accipientem transfertur, vt vel alium eiusdem generis reddat, quod et locatione fieri poteſt. *l. 31. D. locat.* CREDITI ius: *l. 13. D. quod met. cauſſ.* CREDITVM omne: *l. 45. D. de religioſ.* in CREDITVM poſſidere: *l. 15. §. 3. D. de re iud.* id eſt, in CREDITI vicem atque locum poſſidere.

CREDVLITAS. Nimia CREDVLITATE circumuenta es. *l. 11. C. de oblig. et act.* CREDVLITAS creditorum: *l. 3. §. 9. D. de in rem verſ.* [Si quis ob nimiam CREDVLITATEM vxorem delinquere patiatur. *l. 29. §. 4. D. ad leg. Iul. de adulter.*] Vera haec et genuina eſt *legis 29.* lectio. Et tamen in *eclog. Baſilicor. tit. LX. Cap. 28.* haec ita vertuntur: *εἰ δὲ πλημμελεῖν αὐτὴν ἀφεῖται δι' ὠμότητα. Si eam delinquere patiatur ob ſaeuitiam:* vt facile adpareat, Graecos apud Vlpianum legiſſe, non *credulitatem*, ſed CRVDELITATEM. Quam lectionem tamen abſurdam eſſe, nemo non videt. HEIN.

CREDVLVS, A, VM. Eum, qui CREDVLVS fuit, ſibi imputare. *l. 1. §. 2. D. de eo, per quem fact. erit, quo min. quis in iud. ſiſt.*

CREMIALIS arbor. *l. 7. §. 12. D. ſol. matr. l. 55. §. 3. D. de legat. III.* Ita Florentiae legitur, non *gremiales*. Gloſſarium Iſidori: GREMIA, *ſiccamina lignorum.* Vſus etiam eo vocabulo Auctor verſionis vulgatae *Pſalm. CI. Oſſa mea, ſicut* CREMIVM, *aruerunt.* Vid. infra GREMIA. HEIN.

CRETAM fodere: *l. 34. D. de dolo mal.* CRETAE fodiendae cauſſa ſpecum facere: *l. 59. D. de furt.* CRETAE eximendae ſeruitus. *l. 1. D. de ſeru. praed. ruſtic.*

CRETIFODINA, *l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. D. de vſufr. l. 77. D. de verb. ſignif. l. 13. D. de publican. l. 3. §. vlt. D. de reb. eor. l. 7. §. 13. D. ſolut. matrim.*

CRETIO: *l. 17. C. de iur. delib. l. 1. l. 2. C. Th. de bon. matern. et tit. de cretione.* Cicero *Lib. XI. ad Attic. Epiſt. 12. Lib. XIII. Epiſt. 46.* Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 27. ſequ.* CRETIO autem, vt *ibidem* Vlpianus definit, erat certorum dierum ſpacium, quod dabatur a teſtatore heredi inſtituto ad deliberandum, vtrum expediret ei hereditatem adire, nec ne. Iſidor. *Lib. V. Etymol. Cap. 24.* CRETIO *eſt certus numerus dierum, in quo inſtitutus heres aut adit hereditatem, aut, finito tempore* CRETIONIS, *excluditur, nec liberum eſt illi vltra capiendi ius.* CRETIO *adpellatur, quaſi decretio.* CERNERE *enim et decernere ſignificat.* Quid CRETIO ſit, et quomodo differat ab *aditione*, pluribus oſtendit Cuiac. *ad l. 1. D. de iure delib.* et *Obſeru. Lib. VII. Cap. 18.* Idem et, quid CRETIO *libera* ſit, explicauit *Lib. IX. Obſ. Cap. 29.* Dum vero et ipſe, et Merill. *Obſeru. Lib. IV. Cap. 34.* ſignum cretionis fuiſſe cenſent percuſſionem digitorum: non minus viros hos doctos fugit ratio, quam Ant. Dadinum Alteſerram, qui *Tract. III. de fictionib. iur. Cap. 2.* heredem, cernentem hereditatem, ſaltare ſolitum eſſe, exiſtimat. Sed hos iam Henr. Bern. Reinold. *Variar. Cap. XIV. p. 101. ſequ.* Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 643.* Euer. Otto *Iurispr. ſymbol. Exerc. II. Cap. 3. p. 205. ſequ.* notarunt. Certiora et ſolidiora ſunt, quae de ritu illo cretionis nobis ſeruauit Vlpianus *tit. XXII. §. 27. ſequ.* Nimirum heres inſtituebatur vel ſine CRETIONE: e. g. TITIVS HERES MEVS ESTO: vel cum CRETIONE, velut: TITIVS HERES ESTO, CERNITOQVE INTRA DIES CENTVM: NISI ITA CREVERIT, EXHERES ESTO. Sine CRETIONE inſtitutus, ſimul ac conſtituerat, nolle ſe heredem eſſe, ſtatim excludebatur ab hereditate, eamque amplius adire non poterat. Cum CRETIONE vero inſtitutus, vti cernendo fiebat heres, ita non aliter excludebatur, quam ſi intra diem CRETIONIS non CREVISSET. Ideoque etiamſi conſtituerit, nolle ſe heredem eſſe, tamen ſi ſupereſſent dies cretionis, poenitens actus cernendo heres fieri poterat. Porro CRETIO, cum qua quis fuerat inſtitutus, vel *vulgaris* erat, vel *continua*. *Vulgaris*, quando teſtator ſcripſerat: INTRA DIES CENTVM, QVIBVS SCIERIS, POTERISQVE, cui non computabantur dies, quibus heres ignorauerat, ſe heredem eſſe, vel ſciuerat quidem, at non potuerat cernere. *Continua*, quando verba illa non fuerant adiecta, adeoque centum dies continui a tempore mortis connumerabantur. Ipſa CRETIO fiebat, adhibitis teſtibus. Varr. *de lingu. Lat. Lib. VI.* Cic. *Lib. XIII. ad Att. Epiſt. 46.* verbisque cretionis pronunciatis: QVVM ME MAEVIVS HEREDEM INSTITVERIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE. Vlpian. *ibid. §. 28.* HEIN.

CRIBRVM in piſtoris inſtrumento. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 64.* HEIN.

CRIMEN, pro criminatione et accuſatione. [*l. 1. §. 2. D. de ſuſpect. tut. l. 16. D. de dolo mal.*] *l. 21. pr. D. de SC. Silan. l. vlt. D. de concuſſ. l. 109. D. de reg. iur. l. 3. C. de calumniat. et pr. Inſt. de ſuſp. tut.* Vbi, quod Iuſtinianus CRIMEN, id Theophilus *κατηγορίαν, accuſationem* vertit. Eodem ſenſu, *perſeuerare in* CRIMINE, dixit Vlpianus in *l. 7. D. de accuſat.* id eſt, in accuſatione. Et *importare* CRIMEN: in *l. 9. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 14. §. 3. D. de bon. libert.* CRIMEN: quod intendit, perficere: *d. l. 14. §. vlt. de bon. libert.* Intendere CRIMEN, *l. 8. D. de his, qui not. infam.* [CRIMINIS imminentis metu. *l. 3. pr. D. de bon. eor. qui ante ſent.*] Quid hoc ſenſu interſit inter CRIMEN, et *maledictum*, *Cicero in Tuſculanis oſtendit*, inquit Donatus *ad Terent. Andr. prolog. v. 7.* Sed in Tuſculanis ego quidem id non reperio. At in oratione *pro Coelio Cap. III*: *Aliud*, inquit, *eſt* MALEDICERE, *aliud* ACCVSARE. *Accuſatio* CRIMEN *deſiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti, praeter con-*

tu-

tumeliam, quae ſi petulantius iactatur, vitium; ſi facetius, vrbanitas nominatur, HEIN. ¶. 2. [Vt plurimum tamen CRIMEN pro delicto, et quidem publico accipitur, e. g. Ob conſcientiam CRIMINIS mori. *l. 5. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.*]

CRIMINALIS accuſatio. *l. 3. C. ad leg. Aquill.* actio: *rubr. C. quando actio ciuil.* cauſſa: *l. 15. C. de quaeſt.* Conſtantinus Harmenopul. *Lib. I. tit. 2. n. 20. 21.* ita *pecuniarias* et CRIMINALES cauſſas definit: χρηματικαὶ ὑποθέσεις εἰσὶν ὅσαι ζημίαν χρημάτων τοῖς ἔχουσιν αὐτὰς προξενοῦσιν. Ἐγκληματικαὶ δὲ, ὅσαι βαρυτέραν ἔχουσι τιμωρίαν. *Ciuiles vel pecuniariae controuerſiae ſunt, quotquot pecuniariam poenam, ſeu mulctam, iis, qui eas habent, irrogant.* CRIMINALES *vero, quae* ☞ *grauiorem poenam continent.* Sed hae definitiones tantum ad actiones poenales ciuiles, et accuſationes publicas pertinent. Alias enim plures ſunt χρηματικαὶ ὑποθέσεις, ſeu *cauſſae pecuniariae*, rei perſequutoriae, id eſt, quibus non ζημίαν χρημάτων, ſed rem, perſequimur. HEIN.

[CRIMINALITER agere, id eſt, non ad priuatum compendium. *l. vlt. D. de furt.*]

CRIMINARI aliquem: *l. 4. §. 6. D. vi bon. rapt.* CRIMINARI ſubiectum partum: *l. 27. §. vlt. D. de teſtam. tut.* [CRIMINANDI licentia. *l. 11. C. Theod. de accuſat.*]

[CRIMINATIO, id eſt, accuſatio. *l. 5. C. Theod. de accuſat. l. vn. C. Theod. ne ſine iuſſ. princ. l. 5. C. Theod. de apoſtat.*]

CRIMINOSVS. *l. 33. C. de decurion.* [CRIMINOSA et deformia commercia: *l. 4. C. Theod. de cenſitor.* CRIMINOSA religio: *l. 13. C. Theod. de haeret.*] CRIMINOSI ſerui. *l. 41. D. de contrah. emt.*

CRINA, *l. 23. D. de aur. arg. leg.* Plin. *Lib. XXI. Cap. 5. Eſt rubens lilium, quod Graeci κρίνον vocant.* Moſchopul. *in libro* περὶ σχεδῶν. Κρίνον παροξύτονον, εἶδος φυτοῦ εὐώδους· εἰσὶ δὲ κρίνα, τὰ λευκὰ, τὰ δὲ μέλανα ὑάκινθοι λέγονται. *Κρίνον, quod in penultima acuitur, ſpecies floris iucundi odoris. Sunt vero* κρίνα *alba, nam nigra hyacinthi vocantur.*

☞ CRITHOLOGIA, κριθολογία, munus ſuſcipiendi frumentum. *l. 1. C. de frum. Alexandr.* HEIN.

CRO.

CROCVFANTIA, in ornamentis muliebribus numerantur. *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. leg.* Plane in Gloſſario: *Reticulum*, γύργαθος et κροκύφαντος vertitur. Obſeruauit haec etiam Salmaſ. *Obſeru. iur. Rom. et Attic. Cap. V. p. 61.* vbi ſimilem gloſſam adduxit. In *lege* quidem *25. §. 10. D. de aur. arg.* praeceſſerat iam *reticula*, nec credibile eſt, Vlpianum idem bis dicere voluiſſe, ſed in his vocabulis iunctis: *reticula* et *crocuſantia*, poſterius eſſe videtur διακριτικὸν, et ideo additum, vt adpareat, quo de reticulo loquatur. Vid. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. V. Cap. 17.* HEIN.

CRV.

CRVCIATVS, quilibet vehementior dolor. CRVCIATVS carceris: *l. 11. D. de adpellat.* corporis. *l. 1. l. 4. C. de his, quae vi. l. 9. C. de contrah. ſtipul. l. 13. C. de tranſact. l. 8. C. de reſcind. vendit. l. 4. C. de decur.*

[CRVDELIS, pro iniquo. *l. 12. §. 3. C. de reb. cred. l. 33. pr. C. de inoffic. teſt.*]

[CRVDELITAS hominis potentis: *l. 3. D. de mort. cauſſ. donat.* CRVDELITATEM ſuam accuſatoribus vendere: *l. 1. C. Theod. de cuſtod. reor.* Ne perperam in quaeſtionem ſeruorum venientes, ſui animi CRVDELITATEM exerceant. *l. 1. §. 1. C. de iureiur. propt. calumn.*]

CRVDVS. CRVDAE vineae. *l. 27. §. 25. D. ad leg. Aquill.*

CRVOR. CRVORE madens. *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.*

CRVRALES faſciae. *l. 25. §. 1. D. de aur. arg.*

CRVS. Mula CRVS agaſoni fregit: *l. vlt. D. ſi quadrup. paup.* CRVRA equi caſu fracta: *l. vlt. D. ad leg. Aquill.* CRVS fregit ſeruus. *l. 52. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 28. D. commun. diu.*

CRVSTA, ex fundo lapſa: *l. 9. §. 2. D. de damn. infect.* CRVSTAE marmoreae: *l. 17. §. 3. D. de act. emt.* quae ſcilicet parietibus tectorio opere inducebatur. Quinctilian. *Declam. IX. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnae, nec graues* CRVSTAE, *fecerint immemorem fragilitatis.* B. Cyprianus *Lib. II. Epiſt. 2. Iam tibi auro diſtincta laquearea, et pretioſi marmoris* CRVSTIS *veſtita domicilia.* Idem *in libro contra Demetrian. Minus de effoſſis et fatigatis montibus eruuntur marmorum* CRVSTAE. Caſſiod. *Lib. I. Var. Diſcoloria* CRVSTA *marmorum, gratiſſima picturarum varietate taxatur.* Iſidor. *Lib. XIX. Etymol. Cap. 13.* CRVSTAE *tabulae ſunt marmoris. Vnde et marmorati parietes, et* CRVSTATI *dicuntur. Quo loco marmora ſecandi in cruſtas* rationem explicat. Inde INCRVSTATIONES. *l. 13. in fin. D. de ſeru. vrban. l. 79. in fin. D. de verb. ſignif.* CRVSTIS etiam aureis illigata cymbia argentea memorantur, in *l. 32. D. de aur. arg. leg.*

CRVX inter ſumma ſupplicia ponitur apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 17. §. 3.* [Et fuit ſane ſeruile ſupplicium, ſicuti variis conductis teſtimoniis oſtendit Petr. Faber *Semeſtr. Lib. II. Cap. 8. p. 99.*] Hinc CRVCE adfici, apud Paull. *Sent. Lib.*

D. de act. rer. amot. vſos eſſe, aut vti ſaltim commode potuiſſe phraſi: CONVENIRE *in manum*, quum ibi loquantur de rebus, quae non propriae vxorum, quae in manum conuenerant, ſed quae omnibus communes erant, ceu recte idem obſeruauit laudatus Schultingius. HEIN. ¶. 3. CONVENIRE etiam dicuntur, *qui ex diuerſis animi motibus in vnam ſententiam decurrunt*, vt eſt, *in l. 1. §. 1. D. de pact.* Hinc CONVENIRE, pro paciſci: *l. 27. §. 29. D. ad leg. Aquill. l. 2. l. 4. l. 5. D. de pact. dot. l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 36. D. de part. l. 33. D. de ſeruit. praed. ruſt.* et alias paſſim. CONVENIRE enim inter aliquos dicitur id, de quo conſentiunt. Sic CONVENIT, abſolute ponitur. *l. 31. l. 53. D. de donat. int. vir. l. 74. §. 1. D. de iudic. l. 11. D. de duob. reis. l. 35. §. 1. D. de vſufr. l. 31. D. de donat. l. 65. §. 1. D. de rei vindic.* Inter omnes CONVENIT: *l. 12. D. qui ſatisd. cog.* Ita CONVENIT cum aduerſario, vt opus faceret. *L. 1. §. 10. D. de nou. op. nunc.* CONVENIT de corpore: *l. 5. D. de rei vind.* CONVENIT iudex inter duos: Quinctilian. *Declam. CCCXLII.* CONVENIT inter litigatores: *l. 1. §. 3. D. vti poſſid. l. 26. D. de re iud.* inter duos litigantes: Quinctilian. *Declam. CCCXXI.* Quo pertinent et haec legis Iuliae iudiciorum verba: *Quo minus inter priuatos* CONVENIAT, quae citantur ab Vlpiann, in *l. 2. §. 1. D. de iudic.* Nec inter eos CONVENIAT. *l. 5. D. fam. erciſc.* Inter CONVENIENTES, id eſt, conſentientes. *l. 27. D. ad municipal.* ¶. 4. CONVENIT, id eſt, decet, ſeu oportet. *l. 28. C. de transact.* Sic CONVENIT iudicare: *l. vn. C. vbi de poſſeſſ. ag. oport.* CONVENIT in primis excutere: *l. 5. §. 9. D. de reb. cor. qui ſub tutel.* CONVENIT arbitrio: *l. 3. §. 3. D. commod.* viri boni arbitrio CONVENIENS eſt: *l. 6. D. pro ſoc.* CONVENIENS eſt; *l. 7. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 7. D. de fideic. libert.* CONVENIENS eſt, dicere: *l. 17. D. famil. erciſc.* His CONVENIENS eſt: *l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* CONVENIT tam viuo, quam mortuo patrono honorem a liberto exhiberi: *l. 4. §. 16. in fin. D de dol. except.* ¶. 5. CONVENIRE, in ius vocare, et iudicio perſequi. *tit. de iudic. et vbi quisque ag. vel conu. deb.* CONVENIRE actione: Paull. *Lib. II. Sent. tit. XXXI. §. 35. l. 14. C. de pignor. l. 5. C. de pact. conu. l. 14. C. de furt. l. 6. C. de hered. vel act. vend.* iodicio: *l. 55. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 1. C. de ſuſpect. tut. l. 19. C. de excuſat. tut.* notione praeſidis: *l. 20. C. de pign.* [CONVENIRE debet reſpublica filium ex perſona ſua, antequam patrem ex perſona filii. *l. 17. §. 2. D. ad municipal.* CONVENIT iudex dolum aut culpam: *l. 39. §. 7. D. de adminiſtr. et per. tut.* Nomen iudex CONVENIT et exegit. *l. 15. §. 10. D. de re iud.* CONVENIT, libertum per inuidiam, inopia patroni. *l. 41. D. de oper. libert.*] CONVENIRI ergo dicitur is, quocum agitur. CONVENIRI actiooe. *l. 59. D. ad SC. Trebell. l. 13. D. de rei vindic.* CONVENTVS actione: *l. 3. §. 11. D. ad exhib.* condictione; *l. 6. C. de pact. conu.* CONVENTVS heres: *l. 25. §. 10. D. fam. erciſc. rubr. C ex del. defunct. hered. in quant. conuen.* CONVENIRI ex ſtipulatione: *l. 20. §. 2. D. famil. erciſc.* interdicto; *l. 1. §. 16. D. de flumin. l. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ.* Fauiano iudicio: *l. 1. §. 16. D. ſi quid in fraud. patr.* iudicio: *l. 4. C. de hered. vel act. vend. l. 1. C. de ſuſpect. tut.* lege Aquillia *l. 18. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 15. §. 3. D. de vſufr.* pignoratitia: *l. 28. §. vlt. ad leg. Aquill.* CONVENIRI in rem: *l. 36. D. de rei vind.* in vſuras: *l. 20. §. 14. D. de hered. petit.* nomine hereditario. *l. 13. D. de dol. mal.* ¶. 6. CONVENIRE, interpellare, denunciare. CONVENIRE teſtato: *l. 10. §. 3. D. quae in fraud. credit. l. 122. §. 3. D. de verb. oblig.* CONVENIVNTVR denunciationibus debitores: *l. 10. C. de pignor.* CONVENTVS edictis, litteris, trina denunciatione. Paull. *Lib. V. Sent. tit. V. §. 7.* CONVENTVS denunciatione. *l. 7. C. quom. et quand.* ¶. 7. [CONVENIRI etiam dicitur res ipſa, quae petitur. Sic CONVENIVNTVR bona: *l. 1. C. quo quisqu. ord. conu.* dolus: *l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* nomina: *l. 5. §. 9. D. de reb. cor.* poſſeſſio: *l. 4. C. de exſequut. et exact.* praedia: *l. 7. D. de publican.* res, non perſona. *l. 19. D. de iure fiſc.*] ¶. 8. [CONVENIRI, pro condemnari. *l. 1. C. de capit. ciu. cenſ. exim.*] ¶. 9. [Sed et CONVENIRI, et iudicium ſuſcipi, idem videntur, in *l. 20. §. 5. D. de hered. petit. l. 1. §. 2. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut.*]

CONVENTICVLVM, plerumque pro illicito conuentu accipitur. Sic CONVENTICVLVM clam aut aperte haereticis praeberi, vetat *l. 6. §. 1. C. de haeret.* CONVENTICVLA, tam diurna, quam nocturna, non contrahant Apollinariſtae vel Eutychianiſtae. *l. 8. §. 3. C. eod. tit.* Eadem CONVENTICVLA, in *d. l. 8. §. 5.* etiam *circuli*, et honeſtiore alias vocabulo CONVENTVS vocantur, ſed profani. *d. l. 3. §. 1. eod. tit.*]

CONVENTIO. Id nomen eſſe generale, ait Vlpianus, et ad omnia pertinere, de quibus negotii contrahendi tranſigendique cauſſa conſentiunt, qoi inter ſe agunt. *l. 1. D. de pact.* Quaſi CONVENTIONI haec epitheta adiunguntur: *iuſta, legitima, publica*, quae ſuis quaeque locis require. Sed et CONVENTIO alia *generalis*, alia *ſpecialis* eſt. *l. 17. C. de diſtract. pign.* ¶ 2. CONVENTIO in manum. Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 13.* ¶. 3. CONVENTIO, per actionem. [*Sic* CONVENTIO perſonae legitimae. *l. vlt. C. qui legit. perſ. ſtandi in iudic.*]

CONVENTIONALES ſtipolationes, quae ex conuentione reorum fiunt: *l. 5. pr. l. 52. D. de verb. obl.* [CONVENTIONALIA pignora et hypothecae. *l. 2. C. de praet. pignor.*]

CONVENTVS, contractam in vnum locum ex compluribus hominum generibus multitudinem ſignificat: aut, quum a magiſtratibus iudicii cauſſa populus colligitur, vt Feſtus auctor eſt. Theophilus vero *in §. 4. Inſt. quib. ex cauſſ. manum. non lic.* deſinit ῥητὸν χρόνον πρὸς κατάλυσιν δικῶν ἐπινενοημένον, ἐν ᾧ οἵτε δικασταὶ, καὶ οἱ δικαζόμενοι, συνίεσαν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. *certum ſtatumque tempus litium dirimendarum gratia inuentum, in quo et iudices et litigatores in prouinciis conueniebant.* Idem *in pr. Inſt. de ſucceſſ. ſubl.* ἡνίκα τὰ δικαστήρια ὀρδινάρια ἦν, τουτέστιν ἡνίκα ἐκινεῖτο ἐν μόνῳ τῷ καιρῷ τῶν

κριθέντα. *Quando iudicia ordinaria in vſu erant, hoc eſt, quum certo tantum tempore* CONVENTVS *haberentur:* ſubiicitque, de CONVENTV ſe tractaſſe ſuperiore illo, quem adduximus, loco. Seruius ad illum Virgilii verſum *Lib. V. Aen. v. 758. Indicitque forum.* addit: *id eſt, tempus et locum agendorum negotiorum deſignat, qui* CONVENTVS *vocatur.* Atque ita CONVENTVM agere, vel habere, dicebatur proconſul, quum ſtato anni tempore in celebri aliqua prouinciae, cui praeerat, ciuitate iudiciorum exercendorum cauſſa conſidebat: quo loci prouinciales, de controuerſiis ſuis diſceptaturi, conueniebant. Quod loquendi genus vſurpant Cicero *in Verr. V. Cap. 31. Caeſ. Lib. VI. de bell. Gall. Cap. 44.* Liu. *Lib. XXXVIII. Cap. 30.* Flor. *Lib. vlt. Cap. 2.* Et ita verbum hoc accipiendum eſt apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 66.* ¶. 2. Sed et late patentes prouinciae in quosdam CONVENTVS diſtribuebantur, quorum caput conſtituebant celeberrimam ciuitatem, cui populos aliquot, qui eo diſceptandi iuriſque obtinendi gratia conuenirent, attribuebant, quod Hiſpaniae exemplo comprobabo. De ea namque Plin. *Lib. III. Cap. III.* agens: *Nunc,* ait, *vniuerſa prouincia diuiditur in* CONVENTVS *ſeptem: Carthaginienſem, Tarraconenſem, Caeſaraugustanum, Cluinienſem, Aſturum, Lucenſem, Bracatum.* Et paullo poſt: *Tarracone diſceptant populi LXII. In CONVENTVM Cluuienſem Varduli ducunt populos XIV, in eumdem conuentum Carietes et Vennenſes quinque ciuitatibus vadunt. Lucenſis CONVENTVS populorum eſt ſedecim.* Plura de his CONVENTIBVS iuridicis Io. Fridr. Gronou. *Obſeru. Lib. III. Cap. 22.* Graeci dicunt, τὰς ἀγοραίας ἄγειν, ſcilicet ἡμέρας. Strabo *Lib. XIII. p. 932.* Ἐν αἷς τὰς ἀγοραίας ποιοῦνται, καὶ δικοδοσίας. *In quibus CONVENTVS agunt, et ius dicunt.* Inde lucem capit locus *Act. Apoſt. XIX. v. 38. Si Demetrius, vel, qui cum illo ſunt, artifices, actionem aduerſus quemquam habent:* ἀγόραιοι ἄγονται, *ſunt CONVENTVS, ſunt Proconſules: in ius vocent ſe inuicem.* Vbi ſolida ſunt, quae adnotauit Eraſm. Schmidius. HEIN.

CONVERSATIO, interdum quotidianae vitae conſuetudinem ſignificat, vti in *l. 19. D. de offic. praeſid.* CONVERSATIO inhoneſta, mala, prodiga, turpis. *l. vlt. C. de ſponſal. l. 23. C. de nupt.* ne ſepulcrum aliae (ita Florentiae) CONVERSATIONIS vſum accipiat. *l. 12. §. 1. D. de religioſ.* [Noua hominum CONVERSATIO, id eſt, viuendi ratio. *§. vlt. Inſt. de noxal. act.*]

CONVERSATVS dolo: *l. pen: §. vlt. D quae falſ. tut.* CONVERSATVS in fuga: *l. vlt. C. ne de ſtatu defunct.*

CONVERSVS, VS. *Qui coetu,* CONVERSV, *turba, ſeditione, incendium fecerit.* Ita legitur Florentiae *l. 5. pr. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Sed quum hic nihil ſignificare poſſit hoc vocabulum: alii codices habent CONVERSO, alii CONCVRSV reſcribunt. Quod poſtremum maxime placet. Nam et Graeci *Baſilic. Lib. LX. tit. 18. lege 5.* illud *coetu, conuerſu* reddunt ὁ συναγαγὼν τὴν ταραχὴν *conuocans coetum, vel turbam.* HEIN.

CONVERTERE, mutare, redigere. CONVERTERE conclaue in vſum aedium: *l. 31. D. de legat. III.* in vſum agri: *l. 9. §. vlt. D. quod vi aut clam.* fructus in dotem: *l. 4. D. de pact. dot.* itemque obligationem; *l. 38. D. de iur. dot. l. 43. §. vlt. D. eod. tit.* pecuniam: *l. vlt. D. de condict. ſine cauſſ. l. 39. D. de iur. dot.* ſolutionem. *l. 71. §. 3. D. de condit. et demonſtr.* CONVERTERE pecuniam in calendarium: *l. 39. §. 8. D. de admin. et peric. tut.* in comparationem praediorum: *l. 4. C. eod. tit.* in emtionem poſſeſſionum: *l. 3. C. de vſur. pupill.* vim teſtamenti in cauſſam fideicommiſſi: *l. 19. D. de teſtam. mil.* domum in hortum: *l. 3. C. de aedific. priu.* vſum alienae rei in ſuum lucrum: *l. 54. §. 1. D. de furt.* viridaria ad alium modum: *l. 13. §. 7. D. de vſufr.* in nomen, quod exactum eſt: *l. 88. D. de legat. II.* in peculium: *l. 5. §. 11. D. de tribut. act.* pecunia ex donatione, in pecuniam creditam, CONVERSA: *l. 57. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vx.* CONVERSA res in pecuniam, aliamue rem: *l. 18. D. quod met. cauſſ.* ſemiſſem ex ſubſtitutione in poſſeſſionem: *l. 43. D. de bon. libert.* CONVERTI in praeſtationes; *l. 17. §. 3. D. commod.* CONVERTERE in rem: *l. 1. l. 3. §. 1. D. de in rem verſ.* pecuniam in ſuam rationem: *l. 31. §. vlt. D. de adm. leg. l. 88. D. de legat. II.* ad vſus proprios: *l. 25. §. vlt. D. depoſ.* ad vſus ſuos: *l. 10. §. 3. mand.* in vſus ſuos: *l. 3. §. 3. D. de contrar. tut. l. 28. §. 3. D. de liberat. leg. l. 1. C. de vſur. pupill. l. 7. C. de furt. l. 2. C. qui pot. in pign.* [*l. 38. D. de negot. geſt. l. 3. C. arbitr. tutel. l. 3. C. depoſ.*] CONVERTERE in alios vſus: *l. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.* in vxoris vſum: *l. 78. §. 6. D. de legat. III.* ¶. 2. CONVERTERE, inuertere. CONVERTERE ordinem: *l. 2. §. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 2. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* CONVERSVM plottrum: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* CONVERSO more procreatus. *l. 14. D. de ſtatu hom.*

CONVETERANI. *l. 2. C. de excuſ. veteran.* HEIN.

CONVICIARI, maledicere, ei, a quo adpellat. *l. 8. D. de adpellat.* Quinctilian. *in argum. Declam. CCCLXIV. Pauper ad diuitis domum noctu* CONVICIARI *ſolebat.*

CONVICIVM, iniuriam, verbis factam, ſignificat. *l. 1. §. 1. D. de iniur.* Cicero *pro Caelio Cap. III.* maledictionem, ſi petulantius iactetur CONVICIVM nominari, ait. Nec vero omne maledictum CONVICIVM eſt, ſed id ſolum, quod cum vociferatione dictum eſt, ſiue vnus, ſiue plures dixerint, quod in coetu dictum eſt, CONVICIVM eſt. Quod autem non in coetu, nec vociferatione, dicitur, CONVICIVM proprie non dicitur, ſed infamandi cauſſa dictum. *l. 15. §. 11. ſequ. D. de iniur.* Tractum nomen vel a *concitatione,* vt Labeo exiſtimabat, vel a *conuentu* et *collatione vocum,* quaſi conuocium: *l. 15. §. 4. D. de iniur.* vt et Feſt. *libro III.* ſentit. Nam eo ſaepe verbo ſola vocis contentio deſignatur, vt apud Ciceronem paſſim, et Phaedrum *Lib. I. fab. 7.* Hinc CONVICII acerbitas: *l. vn. C. de ingrat. lib.* CONVICII conſilio aliquid iniurioſum dicere: *l. 5. C. eod.* CONVICIVM dicere: *l. 1. D. de iur. patron.* CONVICIVM facere: *l. 34. D. de iniur.* et apud Quinctil. *Decl. CXLIV.* homicidii CONVICIVM obiicere: *l. 5. C. de iniur.* Cum CONVICIO exheredare:

Digitized by Google

CON.

l. 3. D. de lib. et poſtum. CONVICII non impudici dictio: *l. 11. §. 7. D. de iniur.* CONVICIVM purgare: *l. 25. D. de procur.* ¶. 2. CONVICIA *feſta*, pro dictis iocularibus, quae in nouum maritum nouamque, nuptam iaciebantur, dixit Seneca *in*
☞ *Medea* dum *v. 113.* ait:

Feſta dicax fundat CONVIICIA *Feſcenninus.*

vbi Gronouius *p. 455.* ſimilem attulit locum Lucani:

Nec more Sabino
Excepit triſtis CONVICIA *feſta maritus.*

Graecis dicta ſunt *ῥήματα αἰσχρὰ, καὶ ἀσχημοσύνης γέμοντα.* HEIN ¶. 3. Sed et militum, qui Imperatorem ſuum triumphantem ſequebantur, dicteriis ea verba adcommodat Martial. *Lib. VII. Epigr. 3.* ¶. 4. [CONVICIVM facere aedes dicuntur, quoties omnes aedium partes vitioſae ſunt, et ruinam minantur. Cuiac. *Lib. IV. Quaeſt. Paulli ad l. 20. D.*
☞ *de interrog. in iur. fac. p. 998.*] At tunc manifeſto non CONVICIVM ſcribendum, ſed CONVITIVM. Quemadmodum aedes *vitium* faciunt, dum dehiſcunt, vel ſubſidunt, vel ventrem faciunt parietes: *ita etiam*, vt erudite Scaliger *in Catalect. p. 120. quum partes plures in ruinam procliues eſſent,* CONVITIVM *vocabant. Sic legitur in monimento quodam Veronae noſtrae:* CONVITIVM. REFECERVNT. VALVAS. LIMEN. DE. SVA. PECVNIA. LARIBVS. DANT. HEIN.

CONVINCERE alium. *l. 1. D. de leg. Iul. de amb.* ſeruum: *l. 25. D. ad SC. Silanian.* Si poſſit aduerſarius CONVINCERE, rem ab alio poſſideri: *l. vlt. D. de rei vindic.* CONVINCI: *l. vlt. §. 1. D. de bon. eor.* CONVINCI fraus: *l. 2. C. de in lit. iur.* rei alienae ſcientiae: *l. 30. D. de euict.* CONVINCENDI mendacii gratia: *l. 18. §. 3. D. de quaeſt.* CONVINCENTVR, incendium feciſſe: *l. vlt. C. de offic. praefect. vigil.* CONVINCI ſcriptura, aut teſtibus: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 5. §. 3.* Hinc CONVICTVS argumentis: *l. 2. C. quor. adpell.* Debitores CONVICTI: *l. vlt. C. de exſequ. rei iud.* aperte manifeſteque CONVICTI: *l. vlt. C. quor. adpell. non recip.* rei manifeſta probatione CONVICTI: *l. 18. C. de poen.* CONVICTVS tormentis vel interrogationibus: *l. 16. C. de poenis:* iniuriarum: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 20.* in praeuaricatione: *l. 5. D. de praeuaric.* CONVICTI debiti redhibitio: *l. 4. C. quor. adpell. non recip.* facinus quaeſtione CONVICTVM. *l. 19. C. ad leg. Iul. de adult.*

☞ CONVIVIVM. In eo et ſerui ſolebant manumitti, quamuis iuſtam libertatem ea manumiſſione non conſequerentur. Cai. *Inſt. Lib. I. tit. I. §. 2. Latini ſunt, qui aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut* CONVIVII *adhibitione, manumittuntur.* Theophil. *in §. 4. Inſt. de libertin.* PER MENSAM *ὅτι συνεδιαιτᾶσθαι ἐπὶ ἐλευθερίας δόσει προσέταττον τῷ οἰκέτῃ. quum libertatis dandae gratia ſeruum conuiuio adhibebant.* Non ergo ſuffeciſſe videtur, ſeruum adhibitum eſſe menſae, ſed praecipue deſiderata domini declaratio, id quod admixtis quibusdam *ἀλλοτρίοις*, obſeruauit Papian. *Reſponſ. tit. XLIII. Latini aliter intelligi non poſſunt, nec aliter intelligendi ſunt, quam ſi inter amicos*

CON. COG. COP.

pronunciante domino, ad CONVIVIVM *euocentur, ita vt illis amicis, vbi conueniunt, ſic dominus conteſtetur, eum cauſſa Latinitatis ad ſuum adhiberi* CONVIVIVM. *Quod ſi cum eo ſeruus manducauerit, non cauſſa Latinitatis, ſed paupertatis, propter ſolatium, praeiudicium domino heredibusque ex* CONVIVIO *adſerri non poterit.* Merillius huc refert locum *Luc. XII, 37.* bene an male, alii viderint. Notarunt alia de hoc ritu Oiſel. *ad Cai. I, 1, 2.* Fabrott. *ad §. 4. Inſt. de libertin.* HEIN.

CONVOCARE ad ſeditionem. *l. 1. D. ad leg. Iul.*

CONVOCATIO, *l. 4. §. 6. D. vi bon. raptor.*

CONVOLARE ad ſecundum legatum: *l. 33. D. de legat. II.* ad ſecundas nuptias: *l. 9. C. de repud. Auth. ex teſtam. C. de ſecund. nupt.* pro transire ad ſecunda vota, vt loquuntur Imperatores, in *l. 4. C. eod. tit.* vel ad ſecunda vota migrare, vt *l. vlt. C. eod. tit.* *πρὸς τὸ δεύτερον ἐλθεῖν συνοικέσιον*, vt *Nouell. Conſt. XXII. Cap. 15. §. 3.*

COO.

COOPERTORIVM. *Semproniae* ☜ *Piae hoc amplius* COOPERTORIA *Tabiana, et tunicas tres. l. 38. §. 1. D. de aur. arg. legat.* Ea fuiſſe ſtragulas, ex Tabia, Paphlagoniae ciuitate aduectas, ſuſpicatus eſt Guidus Panciroll. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 100.* addiditque, ea vulgus Italicum et hodie COOPERTORIA adpellare. Cui ſententiae, quamuis alioquin exiſtimet, COOPERTORIA potuiſſe eſſe tegumenta capitis, quae Graeci a ſimili origine *καλύπτρας* dixerint, ſuffragatur V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. IV. Cap. 24.* HEIN.

COP.

COPIA pro facultate, et poteſtate ponitur. Sic COPIA non eſt iudicis: *l. 1. §. 7. D. quand. adpell.* magiſtratus: *l. 26. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior.* eius, a quo prouocatur, copia non fuerit. *l. 1. §. 7. D. quando adpell.* [COPIA, id eſt, facultas, nulli tribuatur. *l. vn. C. vt armor. vſ.*] Sic et: COPIAM facere deſcribendi: *l. 1. D. de edendo.* inſpiciendorum inſtrumentorum: *l. 5. D. de iure delib.* rationum et actoris: *l. 8. D. famil. erciſc.* COPIAM non facere ſui: *l. 36. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 7. §. 13. et §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 1. §. 7. D. quando adpell. l. 3. §. 14 l. 7. §. 2. et §. vlt. D. de ſuſp. tut. §. 9. Inſt. eod. tit.* id eſt, ſui poteſtatem non facere, vt loquitur Iulianus in *l. 18. D. ſi ſeru. vind.* COPIAM habere eius: *l. 1. §. 7. D. quando adpell.* eorum: *l. 10. D. de bon. poſſeſſ.* iurisconſulti: *l. 9. §. 3. D. de iur. et fact. ign.* nullius eorum: *l. 1. §. 1. D. de adgnoſc. vel al. lib.* praetoris: *l. 2. §. 43. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. de diuerſ. temp.* rei: *l. 47. D. de legat. I.* recuperandi: *l. 22. D. de noxal. act.* ne aduerſarius COPIAM ſui habeat. *l. 2. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſion.* ¶. 2. COPIA pro multitudine, et abundantia, vt, ſi COPIA eſt ciuium: *l. 3. C. quemadm. ciuil.* In his ciuita-

COP.

uitatibus, quae COPIAM virorum honeſtorum habent: *l. 12. D. de decurion.* vbi COPIA et *paucitas* opponuntur. Pecuniarum COPIA ampliari imperium. *l. 7. §. 3. D. de bon. damnator.* ¶. 3. COPIAS, pro commeatu, annona, alimentis, pabulis, et aliis id genus, quos vulgus munitiones et prouiſiones vocat, vſurpari, pridem docui *Lib. I. de ſolution. tit. de compenſatione.* Et ita vox haec accipienda eſt, in *l. 20. D. de compenſ. l. 5. D. de ſer.* et apud Frontin. *de Strategem. Lib. III. Cap. IV.* Plin. *Lib. I. Epiſt. 4. Lib. VI. Epiſt. 28.* Tacit. *Lib. XV. Ann. Cap. 16. Parthos, inopes* COPIARVM; *et pabulo attrito, relicturos oppugnationem.* Et *Lib. IV Hiſt. Cap. 35. Nihil aeque exercitus noſtros, quam egeſtas* COPIARVM, *fatigabat.* Hinc ¶. 4. [COPIAE fiſcales, id eſt annonae, et condita publicis horreis, *l. 4. C. Theod. de oper. publ.* Sublimitas tua decernat, quibus COPIIS populus animetur. *l. vlt. in fin. C. Theod. de ſuariis.*] ¶. 5. COPIAS, etiam pro materiis ad aedificandum idoneis dixit Vitruu. *Lib. V. Cap. 7.* et *Lib. VI. Cap. vlt.*

COPIATAE, in *l. 15. C. Theod. de epiſc. eccleſ. et cler.* et apud Iuſtinianum, *Nouell. LIX. Cap. 2.* ſunt *νεκροθάπται καὶ περὶ τῶν λειψάνων ἐκφορὰν κάμνοντες*, *veſpillones, et circa exportandas mortuorum reliquias occupati.* Sic enim vetus Gloſſarium interpretatur. *Libitinarios*, vel *pollinctores*, vel *veſpillones* reddere poſſumus. Epiphan. *Expoſ. fid. Cap. XXI. p. 1104. Tomo I.* in ordinibus eccleſiae ponit *κοπιάτας, τοὺς τὰ σώματα περιστέλλοντας τῶν κοιμωμένων*, COPIATAS *qui corpora mortuorum transferunt.* Proinde apud B. Ignatium *Epiſt. VIII. Cap. 12.* qua gradus ordinesque eccleſiaſticos recenſens, poſt *πυλωροὺς, τοὺς κοπιῶντας* ponit, (vtrumne *κοπιάτας* emendandum ſit, ſubſiſto.) Mouet dubitationem, quod Ignatii temporibus nondum vox haec in vſu fuiſſe videtur. Imperatores namque Conſtantius et Conſtans *in d. l. 15. Cod. Theod. de Epiſc. eccleſ. et cler. Clerici, vero,* aiunt, *vel hi, quos* COPIATAS *recens vſus inſtituit nuncupari.* Recte hoc dubitationem mouit Briſſonio. Nam hodie nemo eſt, quin et eo argumento reiiciat hanc Epiſtolam Ignatii. Vide inter ipſos Romanenſes Lud. El. du Pin. *dans la Bibliotheque des auteurs eccleſ. Tom. I. p. 41.* HEIN.

COPVLA, pro nuptiis. *l. 26. C. de nupt.* HEIN.

COPVLARE, pro iungere matrimonio: *l. vlt. C. de interd. matrim.* COPVLARE matrimonium: *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VI. §. 6.* COPVLARE connubia. *Ibid. §. 4.* HEIN.

COPVLATI in matrimonio: *l. 32. §. 16. D. de donat. int. vir. et vxor.* COPVLATAE nuptiis: *l. 8. D. de ſenator. Nouell. Martiani de nupt. ſenat.* COPVLATA matrimonia: *l. 3. pr. C. de dot. promiſſ. l. 6. D. de condict. cauſſ. dat.* [vbi matrimonium NON COPVLATVM, pro non ſequuto ponitur.] In COPVLANDIS nuptiis. *l. 8. C. de nupt.*

COQ.

[COQVERE aurum in *l. vn. C. de aur. publ. proſequut.* decoquere, abſumere, interuertere, poſt plures alios interpretatur Cuiacius. Alii mutant lectionem, et pro COQVENDVM, *proſequendum* ſubſtituunt. Dionyſ. Gothofr. *not. ad l. cit. litt. 5.* Sed, ſi omnino corrigendus eſt textus, malim cum Gothofredo filio ad *cit. l. C. Theod.* COGENDVM reponere, eo ſenſu, quo debita, *l. 39. C. Theod. de adpellat.* penſiones, *l. 17. pr. C. Theod. de extraord. ſeu ſordid.* et cunctantes COGI dicuntur. *l. 1. pr. C. Theod. de litt. cauſſ.*] COQVERE calcem: *l. 12. D. de vſufr.* calcis COQVENDAE ius et ſeruitus: *l. 5. l. 6. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt.* [*§. 2. Inſt. de ſeruit.*] ad calcem COQVENDAM *l. 55. §. 3. D. de legat. III.* ad COQVENDOS carbones: *l. 55. §. 7. D. eod. tit.* COQVITVR pulmentarium: *l. 18. §. 3. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* COCTA ligna. *d. l. 55. §. 7. D. de legat. III.* et *l. 167. D. de verb. ſignif.*

COQVINATORIVS, A, VM, vid. ſupra: COCINATORIVS.

COQVITATORIVM. vid. ſupra COCITATORIVM.

COQVI, plerumque ſerui. Hinc et COQVI, et placentarii, inter vrbana miniſteria legata continentur. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 72.* Eorum nomina notiſſima *Antrax*, *Congrio*, *Macherio.* cetera.

COR.

CORACINVS color, id eſt, niger, *l. 78. §. 5. D. de legat. III. ἀπὸ τοῦ κόρακος*, *a coruo*, a quo Graeci atrum colorem vocant *κοράκινον*, eoque vocabulo et Vitruuius vſus eſt *Lib. VIII. Archit. Cap. 3.* HEIN.

CORAM, vt Seru. *in Lib. II. Aeneid. v. 538.* ait, ſignificat *in conſpectu*, quod *ἐνώπιον* dicitur. Sic CORAM pluribus. *l. 33. D. de verb. ſignif.* CORAM praetore: *l. 1. §. 36. D. depoſ.* ¶. 2. CORAM aliquo facere iuſſus, non videtur praeſente eo feciſſe, niſi is intelligat. Itaque ſi furioſus aut infans ſit, aut dormiat, non videtur CORAM eo feciſſe, ſcire autem non velle is debet. Nam et inuito eo, recte fiet, quod iuſſum eſt. *l. 209. D. de verb. ſign.* Sic CORAM Titio adire: *l. 25. §. 10. D. de adquir. vel omitt. hered.* CORAM ſententiam dicere arbiter debet, id eſt, praeſentibus partibus. *l. 27. §. 5. l. 44. D. de recept. arbitr.* CORAM dicere videtur, qui ſapientibus dicit. Ceterum CORAM furioſo vel demente non videtur dici, ſed nec CORAM pupillo, niſi praeſens tutor ſit. *l. 27. §. 5. l. 47. l. 49. D. de recept. arbitr.*

CORBES cogendorum fructuum cauſſa comparabantur. *l. 8. pr. D. de inſtr. vel inſtrum leg.* Paull. *Sent. Lib. III. tit. 4. §. 36.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* CORBES *ab eo, quod ſpicas aliudue corruebant, hinc minores* CORBVLAE *dictae.* Sane ad meſſem in aream deferendam paratas fuiſſe, idem oſtendit Varro *Lib. I. de re ruſt. Cap. 50.* Vnde *meſſoria* CORBIS, non modo apud Ouid. *Metamorph. Lib. XIV. v. 644.* ſed et apud Valer. Max.

Digitized by Google

Lib. I. Cap. VIII. et Cieeron. *in Sext. Cap. XXXVIII.* quem locum Seru. *in Lib. I. Georg. v. 165.* citat, CORBEM genere feminino dici, adnotans. ¶. 2. CORBES etiam liquidarum rerum receptacula. Per CORBEM menſuram vini facere. *l. 1. §. vlt. D. de peric. et comm. rei vend.* Huiusmodi CORBIVM mentionem faciunt Cato *de re ruſt. Cap. XI.* Caeſar. de bello ciuili *Lib. I. Cap. 54.* de iisque erudite Turneb. *Lib. VII. Aduerſ. Cap. 23.* HEIN.

CORINTHIA vaſa, *l. 100. §. 3. D. de legat. III.* vbi illa vaſa, ex Proculi ſententia, ne aeris quidem legato contineri, intelligimus. De aeris Corinthii origine ac praeſtantia omnia nota ſunt ex Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 2.* Plutarch. *cur oracula defec. init.* Floro *Lib. II. Cap. 16.* Iſidor. *Lib. XVI. Orig. Cap. 19.* HEIN.

CORIVM bouis mortui. *l. 49. D. de legat. II.*

CORNELIAE leges quatuor praecipue in libris noſtris memorantur. I. lex CORNELIA de ſicariis et veneficis, *tit. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1. D. de publ. iudic. l. 1. D. ad leg. Pompei. de parricid. l. 23. §. 9. D. ad leg. Aquill. l. 17. §. 7. D. de iniur. l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. naufrag. l. 11. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* et apud Paull. *Lib. V. tit. 23. §. 1.* Significator ea lex, in *l. 15. D. de poen.* vti adparet ex *l. 7. C. ad leg. Corn. de ſicar.* Tulit autem eam legem Cornelius Sulla, Felix, Dictator, vt Seneca in *libro*, qui inſcribitur: *Cur bouis mala eueniant p. 188.* ed. Gronou. *et in ludo de morte Claud. p. 683. In lege* CORNELIA, *quae de ſicariis lata eſt, quaerebat.* Ea Sulla nominatim illos, qui a ſe proſcriptos occiderant, exceperat, vt Sueton. *in Iul. Cap. XI.* oſtendit ¶. 2. II. CORNELIA de iniuriis, ab eodem Sulla lata, auctore Venuleio, *l. 12. §. vlt. D. de accuſat.* Huius legis mentio ſit, in *l. 5. l. 7. §. 1. D. de iniur. l. 22. D. ad leg. Iul de adult. l. 42. §. 1. D. de procurat.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 8.* ¶. 3. III. CORNELIA de falſis: *tot. tit. ad leg. Corn. de falſ.* cuius et Suet. *in Aug. Cap. XXII. et in Nerone Cap. XVII.* meminit, et Imperator in *l. 2. C. de fid. inſtrum.* Ea vero tenetur, qui teſtamentum falſum, ſciens, dolo malo, ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, amouerit, ſuppreſſerit, ſubiecerit, reſignauerit, deleuerit, vt Paullus *Sent. Lib. IV. tit. 7. §. 1. l. 38. §. 7. D. de poen.* et alii in *l. 2. l. 9. §. pen. l. 32. D. de lege Corn. de falſ. l. 9. D. de dol. mal.* ſignificant. Eam que ob cauſſam ea lex CORNELIA *de teſtamentis*, vel *teſtamentaria*, adpellatur, *l. 1. D. de publ. iud. l. 3. §. 6. D. de tab. exhib. l. 2. D. de accuſ. l. vn. C. quando ciu. act. §. 7. Inſt. de publ. iudic.* et apud Ciceronem in *Verr. I. Cap. 42.* et Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 1.* Pertinebat ad hanc legem ſuppoſiti partus crimen: *l. 11. in fin. D. de accuſat. l. 10. C. de leg. Corn. de falſ.* Atque haec lex nudo Corneliae nomine exaudienda eſt in *l. 1. l. 2. l. 4. l. 5. C. de his, qui ſibi adſcr. l. 1. D. quae pro non ſcript. hab.* ¶. 4. IV. Eſt et CORNELIA de captiuis, quae teſtamenta eorum, qui apud hoſtes deceſſerint, ante captiuitatem facta confirmat, nec non inteſtatorum legitimam hereditatem, perinde, atque ſi in ciuitate deceſſiſſent. *l. 10. §. 1. l. 11. §. 1. l. 12. §. 1. l. 22. pr. et §. 1. et 3. D. de captiu. et poſtlim. l. 1. C. eod. tit. l. 4. §. 1. D. de bon. libertor. l. 1. pr. D. de ſuis et legit. l. 18. D. ad leg. Falcid. l. 28. l. 29. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 39. D. de teſt. mil. l. 15. pr. D. de vſurp. et vſucap. l. 8. C. de legit. hered. l. vlt. C. quib. ex cauſſ. maior. l. 14. D. de caſtr. pecul.* Nec vero teſtamenta tantum, ſed et ſecundae tabulae, et ſubſtitutiones, et tutelae, teſtamento apud hoſtes morientium ſcriptae, ea lege confirmantur. *l. 28. l. 29. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Paull. *Sent. III, tit. 3. §. 8.* ¶. 5. Refertur et alia lex CORNELIA in *l. 25. D. de SC. Silan.*

CORNELIANVS fundus: *l. 34. D. de adquir. poſſeſſ. l. 7. in fin. D. de ſtipul. ſeru. l. 28. pr. D. de nouat. l. 40. §. 4. D. de condit. et demonſtr.*

C. CORNELIVS MAXIMVS iuriſconſultus, ſolo auditore Trebatio celebritatem conſequutus. Cic. *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 8. et 17. et l. 2. §. 45. D. de orig. iur.* HEIN.

CORNICVLARIVS, *l. vlt. D. de iur. immunit. l. 3. C. de offic. diu. ind. rubr. C. de cohort. princip. cornicul. et primipilar. l. 1. l. vlt. C. de adparitor. praef. praet.* [*et tit. de adpar. praef. vrb.*] et alias ſaepe in poſtremis Codicis libris. Quo nomine adpellatos conſtat eos, qui corniculo merebant, vnde nomen habent. Sueton. *in libro de clar. grammat. Cap. IX.* de Orbilio: *Deinde in Macedonia* CORNICVLO, *mox equo, meruit.* Auctor libri *de viris illuſtr. Cap. LXXII.* de M. Aemilio Scauro: *Primo in Hiſpania* CORNICVLVM *meruit.* Liu. *Lib. X. Cap. 44. Equites omnes, ob inſignem multis locis nauatam operam,* CORNICVLIS *armilliſque argenteis donat.* Vſus eſt CORNICVLARII verbo etiam Valer. Max. *Lib. VI. Cap. I.* Tranquillus *in Domitian. Cap. XVII.* et Aſcon. Paedian. *in Verrin. I. Cap. 28.* Duorum generum erant CORNICVLARII, hic non confundendi. Primo enim conſtituebant honoratiorem equitum ordinem, qui corniculis argenteis aeneisue ob virtutem donati, paraſemum iſtud in galeis honoris cauſſa circumferebant, de quibus Marcell. Donat. *Diluc. ad Liu. X, 44.* Sigon. *de ant. iur. prouinc. II, 2.* Salmaſ. *Exerc. Plin. p. 548.* Alii deinde erant miniſtri, vel adparitores magiſtratuum, a cornibus tribunalis vel ſecretarii, quibus adſtabant, nomen adepti, ex ſententia Reineſii *ad Inſcr. p. 165.* Tales erant CORNICVLARII CONSVLVM, apud Gruter. *Inſcr. p. DXLV, 1.* et Reineſ. *Claſſ. I. inſcr. 127.* et CORNICVLARIVS PROCVRATORIS PROVINCIAE BELGICAE, apud Gruter. *Inſcr. p. DVI, 6.* Add. Guther. *de offic. dom. Aug. II, 15.* HEIN.

CORNV percuſſus a boue: *l. 52. §. 3. D. ad leg. Aquill.* CORNV petere ſolitus bos. *l. 1. §. 4. D. ſi quadrup. paup. fec.*

CORNVARII, in *l. vlt. D. de iur. immun.* qui cornua conficiunt, vel qui cornu canunt, cornicines, quos *aeneatores* a priſcis dictos, Feſt. *Lib. I.* ſcribit. A *tubulariis* autem eos Paternus ſeparat, vt et cornicines a *tubicinibus* Veget. *Lib. XI. Cap. 22.* et Modeſtus *in Epit. eiuſd.* Seneca *in ludo de morte Claudii: p. 681. Tibicinum, cornicinum, omnisque generis aeneatorum turba.* Immo COR-

NVARII

NVARII nec cornicines ſunt, nec qui conficiunt cornua, ſed, vt gloſſae docent, κεραοξόοι, id eſt, qui arcus ex cornibus conficiunt, quos et ab Homero *Iliad. IV. v. 110.* κεραοξόους τέκτονας dici, obſeruauit V. C. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſc. p. 431.* HEIN.

CORONA. Sic CORONAE ſacrae, quae athletis in certaminibus ſacris praeſtantur. *l. 40. D. de re indic. l. 5. C. quae res pign. obl.* CORONAE menſarum: *l. 19. §. 14 D de aur. arg. leg.* quas in conuiuiis adhiberi ſolitas, ex antiquorum teſtimoniis tritum eſt. Sed vereor, vt de coronis illis in conuiuiis adhibitis intelligi poſſit Vlpianus *l. 19. §. 14. D. de aur. arg.* Coronae enim illae, quibus conuiuae ornabant capita, erant floreae, de quibus fuſe Athenaeus *Deipnoſ. Lib. XV Cap. 5. ſeqn. p. 675. ſequ.* At hae, de quibus Vlpianus, gemmis diſtinctae, easque gemmas ibi coronis, coronas menſis, tamquam acceſſiones cedere, tradit. Quis vero coronas illas menſae acceſſionem dixerit, quum procul dubio non in promtu eſſent, ſed de nouo necterentur, quoties conuiuae eſſent excipiendi? Ego menſarum ipſarum limbos fuiſſe putarim. Ipſam ſacram menſam, quam diuino iuſſu fecit Moſes, ambiebat מסגרת, *miſgereth, clauſura, Exod. XXV, 24.* quam Hieronymus CORONAM *interraſilem,* Epiphanius *labium cum corona* vocat. HEIN. ¶. 2. [CORONA, inſigne clericorum. Vnde CORONATI adpellantur, in *l. 38. C. Theod. de epiſc. eccl. et cleric.*]

CORONARIVM aurum, in *rubr. C. de aur. coron.* et *l. 15. C. Theod. de legat.* Seru. *in Lib. VIII Aen. v. 721.* ita adpellatum tradit aurum, quod a victis gentibus dabatur, quodque propter conceſſam vitam illis impoſitum erat. Plane ſubactae bello prouinciae iam inde ab antiquis florentis reip. temporibus CORONAS aureas populo Rom. Imperatoribusque offerebant, vt Liu. *Lib. XLIV. Cap. 14.* et *Lib. XLV. Cap. 25.* oſtendit. Tertullian. *in libro de coron. mil. Cap. XII.* coronarum differentias perſequens: *Sunt,* ait, *et prouinciales aureae, imaginum, iam non virorum capita maiora, quaerentes.* Vopiſcus *in Probo Cap. XV.* CORONAS, *quas mihi obtulerunt omnes ciuitates Galliae, aureas veſtrae, patres conſcripti, clementiae dedicaui.* Inde auro CORONARIO nomen. Gell. *Lib. V. Cap. 6. Triumphales* CORONAE *ſunt aureae, quae Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur aurum* CORONARIVM, cuius Cicero *in leg. Agrar. I, Cap. IV.* et *in Piſon. Cap. XXXVI.* meminit. Quod ab Alexandro Seuero Romae remiſſum, a Iuliano prouincialibus quoque indultum, Lampridius *in Alex. Cap. XXXII.* et Ammian. Marcell. *Lib. XXV. Cap. 14.* ſcribunt. [At auri CORONARII tres ſpecies memorat Iac. Gothofredus *in paratitl. Cod. Theod. de auro coronario.* I. Quod neceſſitate aliqua vrgente, vel ob indulgentiarum laetitiam, vel rebus proſpere geſtis, partaque victoria, principi conferebatur. II. Quod ſatrapae regum barbarorum, pro ea, quam Romano imperio debebant, deuotione offerebant. III. Quod patriarchis ſuis olim praeſtare ſolebant Iudaei. Quod tamen inſequutis temporibus ad ſe traxerunt, ſuisque largitionibus inferri iuſſerunt Imperatores, vt oſtendit. *l. 17. C. de Iud. et caelicol.* Dicitur autem CORONARIVM *aurum* eodem modo, quo *aes* CORONARIVM, id, quod in coronas impendebatur. Στεφανίτην φόρον, CORONARIAM *illationem* vocat Antiochus M. in Edicto, quo ſeniores, ſacerdotes, ſcribas templi, et cantores, ab eo onere liberauit. Vid. Ioſeph. *Antiqu. Iud. Lib. XIII. Cap. 3.* et *libr. I. Machab. Cap. X.* ibique Grot. *in Adnotationibus.*]

CORPORALES res ſunt, quae tangi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum; et ſimiles. *l. 95. D. de legat. III. l. 1. pr. et §. 1. D. de rer. diuiſ. l. 8. D. quib. mod. pign. tit. Inſt. de reb. corp. et incorpor.* Caius *Inſt. Lib. II. tit. I. §. 2.* Nam vt Lucretius *Lib. I. v. 336.* ait:

Tangere enim et tangi, niſi corpus, nulla
poteſt res.

Diomed. *Lib. I. Grammatic. Altera ſignificat res* CORPORALES, *quae videri tangique poſſunt, vt homo, arbor: altera* INCORPORALES, *quae intellectu tantummodo percipiuntur, verum quae nec videri, nec tangi poſſunt, vt Deus, pietas, iuſtitia, dignitas.* INCORPORALES ergo res ſunt, quae tangi non poſſunt, quae in iure conſiſtunt, vt hereditas, obligatio, ſeruitus: *l. vlt. C. de praeſcript. long. temp.* Seruitutes enim praediorum, etiamſi corporibus accedunt, INCORPORALES tamen ſunt. *l. 14. pr D. de ſeru.* ¶. 2. CORPORALE, quidquid vel corpore perficitur, vel corpus adficit, et ad illud potius, quam ad animum, pertinet. Sic [CORPORALIS contumelia, id eſt, quaeſtiones, tormenta: *l. 39. C. Theod. de decurion.*] nihil CORPORALE eſt in hereditate: *l. 3. §. 1. D. de bon. poſſeſſ.* CORPORALIS labor: *l. vlt. D. de muner. et honor.* CORPORALE miniſterium: *l. vlt. §. 26. D. eod. tit.* CORPORALIA munera: *l. 3. §. 3. D. eod. tit. l. 8. §. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* CORPORALIA pignora, ad differentiam nominum et iurium, ea dicuntur, quae corporaliter capiuntur, et in corporibus conſiſtunt. *l. 15. §. 8. D. de re iudic.* CORPORALIS poſſeſſio: *l. 40. §. vlt. D. de pignor. act.* quae corpore detinetur: CORPORALE vitium: *l. 40. §. vlt. D. de adopt.* CORPORALIA vitia: *l. 1. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* Quae CORPORALIA ſunt. *l. 3. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*

CORPORALITER acceptum pignus dixit Iulianus, Patricius, *in Nouellis tit. XX.* CORPORALITER poſſidet, qui incumbit poſſeſſioni: *l. 23. §. 1. v. corporaliter. l. 24. l. 25. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 4. § 12. D. de vſurpat. et vſuc.* CORPORALITER rei poſſeſſio detinetur: *l. 29. D. de ſolut.* CORPORALITER praeſtitum iusiurandum, *in l. 1. C. ſi adu. vendit. l. 2. l. 3. C. ſi minor. ſe maior.* vetuſtiſſimi quique interpretes tactis ſacris interpretantur. Quod tamen Alexandro auctori *d. l. 1. C. ſi adu. vendit.* numquam in mentem venit, vt mihi veroſimile ſit, Triboniani eſſe hoc, non Alexandri, verbum. Vtitur hac loquendi figura et D. Gregorius *Lib. VII. Epiſt. 13.* Recte, quod vulgarem interpretationem *d. l. 1.* conuenire, negat Briſſonius: neque tamen ideo ſtatim Tribonianum vapulare oportebat. Nam primo et gentiles tacta re ſacra, veluti ſimulacro Dei, vel ara, iuraſſe, obſeruauit Merill. *Lib. VIII. Obſ. Cap. 40.*

Deinde

Deinde Cuiac. *in Paratitl. C. ſi adu. vendit.* et *Comment. in Nouell. LI.* oſtendit, CORPORALE dictum eſſe iuſiurandum, quod manu leuata, vel ea capiti, oculis, pectori, impoſita, praeſtari conſueuerit, quale *iuſiurandum manu leuata factum* memorat Greg. Turon. de *glor. mart. Lib. I. Cap. 20. 33. et 38.* HEIN. CORPORALITER pignori datur: *l. 1. §. 14. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* CORPORALITER tenere. *l. 1. C. commun. de vſucap. l. 24. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.*

CORPORATI, corporibus ciuitatum adſcripti: *l. vlt. C. de nauicular. l. vn. C. de priuileg. corpor. vrb. Rom. l. vn. C. de Alex. prim.* Vnde CORPORATORVM *ſubſidia*, dixit D. Ambroſ. *Lib. III. de offic.* et CORPORATOS negotiatores, Symmach. *Lib. X. Epiſt. 34.* qui eos *membra aeternae vrbis* adpellat, eorumque miniſterio vrbis onera ſuſtineri, docet his verbis: *Hic lanati pecoris inuector eſt: ille ad victum populi cogit armentum: hos ſuillae carnis tenet functio: pars vrenda lauacris ligna comportat: ſunt qui fabriles manus Auguſtis operibus accommodant: per alios fortuita arcentur incendia: iam caupones, et obſequia piſtoria, frugis et olei baiulos, multosque id genus patriae ſeruientes, enumerare faſtidium eſt.*

CORPVS trium generum eſt: Vnum, quod vno ſpiritu continetur, quod Graeci ἡνωμένον καὶ συμφυὲς vocant, vt *homo*, *tignum*, *lapis*: alterum, quod ex pluribus inter ſe cohaerentibus conſtat, quod συνημμένον vocatur, vt *aedificium*, *armarium*, *nauis*: tertium, quod ex diſtantibus capitibus conſtat, vt corpora plura, non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta, veluti *populus*, *grex*, *legio*. *l. 30. pr. D. de vſurpat. et vſuc. l. 23. §. 5. D. de rei vindic.* Plutarch. *in praecept. connubial. p. 142.* τῶν σωμάτων φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεστώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον. CORPORVM *philoſophi alia aiunt ex partibus diiunctis conſtare, vt claſſem, exercitum: alia ex compactis, vt domum et nauim: alia ex vnitis et in vnam naturam concretis, vt animalium ſingulorum.* Seneca quoque *Epiſt. CII.* quaedam CORPORA *continua* eſſe dicit, vt hominem, quaedam *compoſita*, vt nauem, domum, omnia denique, quorum diuerſae partes iunctura in vnum ſunt coactae: quaedam *ex diſtantibus*, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, tamquam exercitus, populus, ſenatus. Illi enim, per quos iſta corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura diducti et ſinguli ſunt. Idem *Lib. II. Nat. Quaeſt. Cap. 2.* CORPORA quaedam eſſe ſcribit *compoſita*, quae conſtant aut nexu, aut aceruatione, vt puta funem, frumentum, nauim. Rurſus *non compoſita*, vt arborem, lapidem, quae etiam *vnita corpora* vocat: non ad numerum referens, ſed ad naturam corporis, nulla ope externa, ſed vnitate ſua, cohaerentis. ¶. 2. Ad primum CORPORVM ἡνωμένων καὶ συμφυῶν genus pertinent illa: CORPORE et actu adprehendere et adipiſci poſſeſſionem: *l. 1. §. 21. l. 3. pr. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* liberum CORPVS: *l. vlt. D. de his, qui effud. l. 3. D. ſi quadr. paup. fec.* libera CORPORA: *l. 2. §. 2. D. de leg.*

Rhod. [CORPORA, pro ſeruis: Voſſ. *Inſt. Orat. Lib. IV. Cap. 8. ſect. 5. p. 141.*] CORPORE poſſidere: *l. 1. §. 23. et §. 26. de vi et vi arm.* CORPORE autem poſſidemus non ſolum per nos, ſed et per ſeruos, vel colonos. *l. 3. §. 8. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* CORPORE, et animo poſſidere ſeparantur. *l. 3. l. 44. §. vlt. D. eod. tit.* CORPORE quaeritur poſſeſſio: *l. 3. C. eod. tit.* CORPORE quaeſtum facere: *l. 47. D. de rit. nupt. l. 38. D. de op. libert. l. 5. D. ad SC. Trebell.* Plaut. *Poenul. Act. V. ſcen. 3.* Faceret indignum genere quaeſtum CORPORE. Et *Ciſtell. Act. II. ſcen. 3. v. 21.* Dotem quaerere CORPORE. Eodem loquendi genere CORPVS *in vulgus dare, pecuniamque ex eo quaeſtu merere*, dixit Gell. *Noct. Lib. VI. Cap. 7.* [*publicare vulgo* CORPVS *ſuum*, Plaut. *Bacchid. Act. IV. ſcen. 8. v. 22.*] [In CORPVS ſuum ſaeuire, etiam ſeruis naturaliter licet. *l. 9. §. 7. D. de pecul.* CORPORIS obiectu auxilium ferre: *l. 19. D. de SC. Silan.* CORPORIS praeſentia non ſufficit ad auctoritatem: *l. 1. §. 1. D. de auct. et conſ. tut.* non CORPORIS ſanitas, ſed mentis integritas, exigitur in eo, qui teſtatur. *l. 2. D. qui teſt. fac. poſſ.*] ¶. 3. Ad eamdem ſignificationem pertinent loci, in quibus CORPVS pro cadauere, ſeu corpore exanimi vel exuuiis, accipitur. CORPVS inferre: *l. 40. D. de religioſ.* CORPVS in patriam reportare: *l. 30. §. 2. D. de adim. leg.* CORPVS perferre: *l. 14. §. 4. D. de religioſ.* Conditum CORPVS terra: *l. 39. D. de religioſ.* condendi CORPORIS cura: *l. 88. §. 1. D. de legat. II.* locus, in quo CORPVS impoſitum eſt: *l. 37. §. vlt. D. de relig.* ad CORPVS cuſtodiendum vel commendandum factum. *l. 14. §. 4. D. eod. tit.* vbi tamen veroſimilis eſt eorum coniectura, qui pro *commendandum* legendum putant COMMVNDANDVM. Deberi enim id videbatur oſſibus, et adfuſa aqua lauarentur. Trimalcio apud Petron. Arb. *Satyr. Cap. 77. Interim, Stiche, profer vitalia, in quibus volo me efferri: profer et vnguentum, et ex illa amphora guſtum, ex qua iubeo* LAVARI OSSA *mea.* HEIN. CORPORA mortuorum detineri: *l. 38. D. de religioſ.* extrahere CORPORA: *l. vlt. D. de ſepulcr. viol.* non contacta: *l. 7. D. eod.* tradita ſepulturae. *l. 3. D. eod. tit.* ¶. 4. Sed et inanimata CORPORVM nomine veniunt. Sic CORPVS arborum: *l. 40. D. de act. emt.* CORPORA, quae ſunt in hereditate: *l. 33. D. de aedil. edict.* CORPORA hereditaria: *l. 19. D. de hered. petit. l. 11. D. de diſtr. pign.* CORPORA maternae hereditatis: *l. 77. §. 20. D. de legat. II.* CORPORA in eadem ſpecie manſerunt: *l. 18. D. quod met. cauſſ.* ¶. 5. Ad ſecundum genus CORPORVM συνημμένων pertinent illa: CORPVS loci: *l. 4. D. ſi ſeru. vindic.* CORPVS Homeri: *l. 52. §. 2. D. de legat. III.* [vbi apud Heſych. ſub voce Ἰλιάς, ἰλιάς, τὸ Ὁμήρου σωμάτιον, quamquam de eius loci lectione dubitat Palmerius.] CORPVS iuris: *l. vn. pr. C. de rei vx. act.* CORPVS Papiniani: *l. vn. C. Theod. de reſponſ. prud.* [Sic CORPVS iuris canonici, in *inſcript. c. 2. X. de praebend.*] CORPORA inſtrumentorum: *l. 3. §. 5. D. de tab. exhib. l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſ.* CORPVS rationum. *l. 37. D. de fideic. libert.* ¶. 6. Ad tertium genus CORPORVM ἐκ διεστώτων pertinent CORPORA artificum: Lamprid. *in Alex. Cap. XXXIII.*

XXXIII. CORPVS fabrorum: *l. 17. §. 2. D. de excuſ. tut.* menſorum frumenti: *l. 10. §. 1. D. de vacat. atque excuſ. mun.* CORPVS omne mercatorum: Ambroſ. *Epiſt. XXXIII.* [CORPVS negotiatorum; *l. 17. C. Theod. de luſtr. collat.*] Vbique in his legibus CORPORA vſurpantur pro collegiis et vniuerſitatibus, vti et in *l. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom. l. 7. §. 1. D. ad exhib. l. 1. §. 7. D. de quaeſt. l. 9. §. 1. D. quod. met. cauſſ. l. 1. §. 15. D. ad SC. Trebell. l. 21. D. de reb. dub. l. 17. §. 2. l. 41. §. vlt. D. de excuſat. l. 38. §. 5. D. de legat. III.* CORPVS cui licet coire: *l. 20. D. de reb. dub.* CORPVS vel collegium: *l. 10. §. 4. D. de in ius voc. l. 36. §. vlt. D. de fideic. libert. et tot. tit. D. de colleg. et corpor.* CORPORIBVS vel collegiis: *l. 5. §. 12. D. de iur. immun.* CORPVS *ciuitatis* apud Liu. *Lib. XXXVI.* ¶. 7. Eodem ſenſu dicitur CORPVS patrimonii. *l. 20. D. quod. met. cauſſ. l. 25. §. 16. D. de hered. pet. l. 72. D. de legat. II. l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ign. l. 23. l. 25. D. de adim. leg.* Sic Iuuenal. *Sat. vlt. v. 53.*

Placuit, non eſſe in CORPORE *cenſus.*

¶. 8. Sed et numi CORPORVM nomine veniunt. CORPORA numorum: *l. 24. D. depoſ. l. 5. l. 34. §. 2. D. de legat. I. l. 13. §. vlt. D. de reb. cred. l. 29. D. de verb. oblig.* numi interdum vice CORPORIS funguntur: *l. 51. D. de legat. I.* CORPORA pecuniae: *l. 34. §. vlt. D. de pignor.* [Aliquando tamen CORPVS et *pecunia* opponi videntur, vt *l. 5. pr. D. de impenſ. in res dot. fact.*] ¶. 9. CORPVS, et ius ſeparantur: *l. 8. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 2. §. 1. D. de precar.* qoemadmodum CORPORIS dominus ab eo, qui ius habet. *l. 13. D. de damn. inf.* Sed et CORPVS et *quantitas* opponuntur: *l. 34. §. 3. D. de legat. I. l. 94. D. de ſolut.* bona in CORPORIBVS vel actionibus: *l. 3. D. de bon. poſſeſſ.* Si peculium ſit in CORPORIBVS, puta fundi vel aedes. *l. 6. D. de pecul. leg.* CORPORVM denique poſſeſſores a *debitoribus hereditariis* ſeparantur. *l. vlt. D. quor. bonor.* Iu qoibus omnibus locis CORPORA pro rebus corporalibus quibusuis accipi, nemo non intelligit. HEIN.

CORRADERE

CORRADERE numos: *l. 3. §. 9. D. de ſtatulib.* CORRADI ſumma, id eſt, colligi *l. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut.* CORRASA pecunia: *l. 6. D. de bon. damnat.* CORRADERE picturas. *l. 38. D. de rei vind.*

CORRECTOR

CORRECTOR, vir clariſſimus: *l. 1. C. de iur. et fact. ignor.* CORRECTORES prouinciarum. *l. 10. l. 20. D. de off. praeſ. l. vn. C. vt omnes iud.* In Italia autem CORRECTORES Notitia ſtatuit his regionibus, *Apuliae, Calabriae, Bruttiorum, Lucaniae.* Vopiſc. *in Aureliano Cap. XXXIX. Tetricum triumphatum* CORRECTOREM *Lucaniae fecit.* CORRECTORIS autem Lucaniae et Bruttiorum mentio habetur *in Inſcriptionibus* et *l. 1. C. Theod. de adpellat. l. 1. C. Th. de relat.* et apud Caſſiodor. *Lib. III. Var. Cap. 47.* Verum Bruttiorum nomen corruptum eſt in inſcriptioue *l. 1. C. Theodoſ. ad leg. Cornel. de falſ.* nec non in *l. 1. C. Theod. quib. equor. vſus.* In partibus vero Orientis duo CORRECTORES erant, Auguſtanicae et Paphlagonicae. Ac ſecundum hoc κοῤῥεκτορίαι ἀρχαὶ accipiendae ſunt apud Iuſtinian. *Nouell. VIII. Cap. 1.* Attamen et CAMPANIAE CORRECTOR, RVFIVS VOLVSIANVS, memoratur in marmore, apud Reineſ. *Inſc. Adpend. num. XXII. p. 1023.* HEIN.

CORREVS

CORREVS, qui eiusdem obligationis eſt particeps, et ſocius. *l. 3. §. 3. D. de liberat. leg. iuncta. l. 16. D. de acceptilat.*

CORRIGERE

CORRIGERE. CORRIGI dicuntur, quae praua vel dura ſunt, qoum in melius emendantur, reformantur, aut benigna interpretatione molliuntur. Graeci ἐπανορθοῦν dicunt. Sic CORRIGERE aedificia: *l. 57. D. locat.* CORRIGERE arbitrium, quod ita prauum eſt, vt iniquitas eius adpareat, per iudicium. *l. 79. D. pro ſoc. Inuenimus, qui curua* CORRIGERET. Plin. *Lib. V. Epiſt. 21.* CORRIGERE domum: *l. 3. C. de legat.* CORRIGENDI iuris ciuilis gratia: *l. 7. D. de iuſt. et iur.* laeſum ius CORRIGERE: *l. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* CORRIGERE leges: *l. 2. §. 3. D. de orig. iur.* CORRIGERE ſententiam. *l. 20. D. de recept. arb. l. 55. D. de re iudic. l. vlt. D. a quib. adpell. l. 1. §. 1. D. quae ſentent. ſine adpell. l. vlt. C. a quib. adpell. non lic.* ¶. 2. CORRIGERE pro poenis emendare. CORRIGENDI animo verberare: *l. 15. §. 38. D. de iniur.* CORRIGERE libertum: *l. 1. §. 20. D. de off. praeſ. vrb.* CORRIGENDIS moribus praefici: *l. vlt. §. 1. D. de mun. et hon.* CORRIGI officio iudicis. *l. 1. §. 8. D. de his, qui effud. vel deiec.*

CORRIVALIS

CORRIVALIS, vid. infra RIVALIS.

CORRIVARE

CORRIVARE. Foſſas non oportet CORRIVANDAE aquae cauſſa fieri: *l. 1. §. 4. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Si aquam CORRIVAT. *l. 3. pr. D. eod. tit.* HEIN.

CORROBORARE

CORROBORARE. Donatio poſſeſſione CORROBORATA: *l. vlt. C. ſi adu. credit.* Praeſcriptione CORROBORATVM. *l. 1. C. eod. tit.*

CORRVMPI

CORRVMPI dicitur, quidquid vel plane inutile, vel deterius redditur. Plane quod ad legem Aquilliam attinet, CORRVPISSE videtur, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. *l. 27. §. 13. ſequ. D. de leg. Aquill.* Item ſi frumento arenam, aut aliud quid, admiſcuit, cuius difficilis ſit ſeparatio, quaſi de CORRVPTO agitur. *d. l. 27. §. 20. D. eod. tit.* Sic CORRVMPERE album Praetoris: *l. 7. l. 9. D. de iurisd.* CORRVMPERE aquam: *l. 1. D. quod vi aut clam.* aquarum ductus: *l. 13. §. 2. D. de vſufr.* artificium ſerui: *l. 17. §. 1. D. de vſufr.* [CORRVMPERE morando indultum beneficium: *l. 3. C. Theod. de commeatu.*] chirographa debitorum: *l. 11. D. de ſeru. corr.* coelum: *l. 13. §. 6. D. de vſufr.* edicta propoſita: *l. 32. D. de lege Corn. de falſ.* feneſtras: *l. 25. §. 2. D. locat.* fructus: *l. 32. §. vlt. D. eod. tit. l. 15. D. de rei vind. l. 23. D. comm. diuid. l. 24. D. de rei vind.* Frumenta niues CORRVPERVNT. *l. 78. §. vlt. D. de contrab. emt.* CORRVPTO itinere:

COR.

l. 3. §. 12. D. de itin. actuque priu. CORRVMPERE ius: *l. 19. D. de damn. infect. l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill.* cui opponitur INCORRVPTVM ius: *l. 9. D. de lib. cauſſ. l. 30. D. de nox. act.* CORRVMPERE legata, id eſt, vitiare: *l. 2. D. de ſeru. leg.* Dum ne quid ex publica lege CORRVMPANT: *l. vlt. D. de colleg.* CORRVMPERE libertates: *l. 30. §. 16. D. de fideic. libert.* matrimonium: *l. 23. C. ad leg. Iul. de adult.* menſuras vini, vel frumenti: *l. 32. D. ad leg. Corn. de falſ.* monimentum: *l. 7. D. de ſepulcr. viol.* rationes: *l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſ.* CORRVPTAS res reddere: *l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill.* CORRVMPERE ſtatuas: *l. 5. D. ad leg. Iul. maieſt.* ſtipulationem: *l. 11. D. vſufr. quemadm. cau. l. 72. D. de verb. obl.* tabulas: *l. 25. D. de dolo.* CORRVPISSE autem tabulas et is recte dicitur, qui eas interleuerit. *l. 42. D. ad leg. Aquill. l. 35. D. de dol. l. 31. D. de furt.* CORRVPTA veſtimenta: *l. 1. §. 6. D. de his, qui effud. vel deiec.* viam opere: *l. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ.* CORRVPTA vetuſtate villa. *l. 32. §. 5. D. de vſu et vſufr. leg.* ¶. 2. CORRVMPERE, animum ad vitia pellicere. Sic CORRVMPERE corpus et mores: Paull. *Sent. Lib. I. tit. 13. §. 2.* [CORRVMPERE filium. Plaut. *in Moſtell. Act. I. ſcen. I. v. 25. ſequ.*

Hoccine boni eſſe officium ſerui exiſtumas,
Vt heri ſui CORRVMPAT*rem, et filium?*
Nam ego illum CORRVPTVM *duco, quum his factis ſtudet.*

et *v. 20.*

CORRVMPE *herilem filium, adoleſcentem optimum.*]

CORRVMPERE feritate vel ſaeuitia mancipia. *l. 15. §. 3. D. de vſufr.* CORRVMPERE ſeruum, quod ad titulum *de ſeruo corrupto* attinet, videtur, qui eum deteriorem facit. Quod quomodo accipiendum ſit, exponitur *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* Hinc *ſerui* CORRVPTI actio: *l. 50. D. de pact.* de qua vetus Gloſſar. Graecum ait: *ἡ χείρονα ποιῆσα τὸν ἀλλότριον δοῦλον, καὶ ἀπαλείφυσα τὰς ἀγαθὰς αὐτοῦ τρόπους: quae deteriorem fecit alienum ſeruum, bonosque eius mores abſtulit.* De ſeruo CORRVPTO cognoſcere. *l. vlt. D. de offic. praeſ.* vbi et CORRVPTI actoris ſit mentio.

¶. 3. CORRVMPERE, pro vitium adferre, vel violare. CORRVMPERE viduam: *l. 3. D. de quaeſt.* virginem immaturam: Paull. *Sent. I. tit. 13. §. 6.* virgines. *l. 38. §. 3. D. de poen.* ¶. 4. CORRVMPERE, pecunia peruertere. CORRVMPERE aduerſarium: *l. 1. l. 2. D. de bon. eor.* [*rubr. et l. 1. et l. 2. C. de poen. iud. qui mal. iud.*] arbitrum: *l. 31. D. de recept. arbitr.* carceri praepoſitum: *l. 8. D. de cuſtod. et exhib. reor.* delatorem: *l. 29. D. de iure fiſc.* CORRVPTA fide inquiſitionis: *l. 3. §. 15. D. de ſuſp. tut.* CORRVMPERE iudicem: *l. 1. l. 21. D. de leg. Corn. de falſ. l. 26. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 2. §. vlt. D. de condict. ob turp. cauſſ. l. 21. D. ad leg. Corn. de falſ.* CORRVPTI pecunia iudices: *l. 7. C. quando prouoc. l. 38. §. 10. D. de poen.* teſtes pecunia CORRVPTI. *l. 33. D. de re iud.*

CORRVPTELA. *l. 9. §. 1. D. de ſeru. corrupt.*

COS. COT. CRA.

COS, lapis, ferro ſubigendo neceſſarius. *l. 11. D. de publican.* Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 22.* et *Lib. XXVII. Cap. 3. Cotibus nos ad ferri faciem deterendam vti,* ait.

COSTVM, *l. vlt. §. 7. D. de public.* radix eſt herbae in India, Arabia, et Syria, naſcentis, iucundi odoris, de qua vid Dioſcorid. *Lib. I.* Plin. *Lib. XII. Cap. 12.* et Iſidor. *Lib. XVII. Cap. 9.* Meminit *Achaemenii* COSTI. et Propert. *Lib. IV. eleg. 6.*

COSTVM *molle date, et blandi mihi thuris honores.*
Terque focum circa laneus orbis erit. HEIN.

COT.

COTORIAE, lapicidinae, in quibus cotes fodiuntur. *l. 15. D. de public.*

[COTTA. Quae de alea, ſiue vt vocant, COTTIS, ac de eorum prohibitione a nobis ſancita ſunt. *l. 25. C. de epiſc. audient.*] Fuit vero Graecis *cotta* vel *κόττος, aleae* ſpecies. Hinc *κοττισμὸς, aleae ludus, κοττιςής, aleator.* Hinc *Synopſ. Baſil. Lib. III. tit. 3. περὶ κοττιςῶν ἤτοι κυβιςῶν, de aleatoribus: κοττίζειν, alea ludere, ἐν κόττῳ πραθῆναι, per auerſionem vendere.* Vid. Dionyſ. Gothofr. *nomenclat. Graec. iur. dict. poſt* Harmenopuli *Promtuar. iur. p. 434.* HEIN.

COTTIDIANVS, vide infra in QVOTIDIANVS.

COTTIDIE. Vide infra QVOTIDIE.

CRA.

CRABATTVS, argento inaurato tectus, *l. 20. §. 8. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Graecis *κράβαττος*, lectuli genus, in quo potiſſimum ſomnum meridianum capiebant.

CRASSVS, A, VM, CRASSA negligentia. *l. 6. D. de iur. et facti ignor.*

CRATISTVS, *κράτιςος, honoratus,* ſerui nomen. *l. 54. D. de manumiſſ. teſt.* ¶. 2. Alias *κράτιςος* eſt titulus, qui non ob doctrinam, ſed ob dignitatem et magiſtratus tribuitur, ceu contra Cuiacium oſtendit Aegid. Menag. *Amoen. iur. Cap. XVI.* HEIN.

CRATITIVS. Vid. ſupra: CONCRATITIVS.

CRE.

CREARI dicuntur, qui ad aliquod munus, vel honorem in municipiis ſuffragiis et decreto ordinis vocantur, atque eliguntur. *l. 13. §. vlt. D. de mun. et honor. l. 2. D. de vacat. et excuſ. l. 1. C. ſi propter inimicit.* Sic CREARI curator dicitur, *l. 10. C. qui dare tut.* ſiue minoribus conſtituatur, ſiue bonis detur: *l. 2. §. 3. D. de curat. bon. dand.* curator reipublicae: *l. 3. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciu.* curatores emendi frumenti et olei: *l. vlt. §. 1. D. de mun. et hon.* decurio: *l. 1. §. 1. D.*

§. 1. D. de magiſtr. conuen. l. 13. D. de decurion. l. 2. D. ad municipal. l. 4. C. ne fil. pro patr. l. 1. C. quod cum eo. l. 8. C. quando prouoc. duumuiri: *l. vlt. D. ad municipal.* legati: *l. 12. D. de legation.* magiſtratus: *l. 21. §. 1. D. de adpellat. l. 1. C. de peric. nom. l. 1. §. 3. D. quando adpell.* [magiſtratus plebeii, id eſt, tribuni plebis: *l. 2. §. 20. D. de orig. iur.*] ſacerdos: *l. 1. C. de peric. ſucceſſ.* vnus, cui caueatur omnium nomine. *l. 4. §. 9. D. de fideic. libert.*

CREATIO curatoris: *l. 13. §. vlt. D. de munerib. et honor.* magiſtratuum: *l. 1. D. ad leg. Iul. de amb. rubr. C. ſi propter inimicit. creat. facta ſit* et *rubr. C. ſi poſt creation. quis deceſſerit.* CREATIO tutorum. *l. 28. C. de iure dot.*

CREATOR, id eſt, nominator, [vel, qui ad publicum munus et functiones alios nominat, ſicut explicatur in *l. vlt. C. Th. de decurion. l. 1. C. Theod. de ſuſcept.*] Horum fit mentio *l. vlt. C. de hered. decurion.*

CREBER. CREBRA indagatio. *l. 2. C. de comm. ſeru. manumiſſ.*

CREDERE, cuicumque rei adſentiri, et fidem habere alicui. ¶. 2. Sed quum et contrahentes alterius fidem ſequantur: CREDERE dicuntur, qui alienam fidem ita ſequuntur, vt, ſe mox recepturos, quod dederint, ſperent. Itaque RERVM CREDITARVM adpellatione praetor omnes contractus edicto ſuo complectebatur. ¶. 3. Vtplurimum tamen CREDERE nihil aliud eſt, quam mutuam pecuniam dare, idque a reliquis negotiorum figuris ſeparatur. *l. 24. §. 4. l. 27. §. 1. D. de minor. l. 1. l. 3. §. 3. D. de SC. Macedon.* et *al. paſſim.* Quo in verbo elegans eſt iocus Martial. *Lib. XII. Epigr. 25.* in eum, qui ſub pignoribus duntaxat ei numos credebat:

Quum rogo te numos ſine pignore, non habeo, inquis.
Idem, ſi pro me ſpondet agellus, habes.
Quod mihi non CREDIS, *veteri, Theleſine, ſodali:*
CREDIS *colliculis, arboribusque meis.*

Hinc bene et male CREDERE: *l. 12. §. 7. D. mand.* et apud Plaut. *Poenul. Act. III. ſcen. 2.* id eſt, debitori idoneo, vel minus idoneo. Seneca *de benef. Lib. IV. Cap. 39. Pecuniae etiam male* CREDITAE *exactio eſt,* ¶. 4. CREDERE etiam ſignificat committere. Vt CREDERE adminiſtrationem: *l. 32. §. 3. de adminiſtr. et peric. tut.* CREDENDA eſt cuſtodia, id eſt, committenda: *l. 14. D. de cuſt. et exhib. reor.* CREDITVM munus: *l. 21. C. ad leg. Iul. de adult.* CREDITVM onus. *l. 45. D. de religioſ. et ſumt. fun.*

CREDITOR. Ea adpellatione non illi tantum accipiuntur, qui pecuniam mutuam dederunt, ſed et hi, quibus ex quacumque actione, vel perſequutione, vel iure ciuili, vel ordinario, vel extraordinario, pure, vel in diem, vel ſub conditione debetur, modo non perpetua aliqua exceptione ſubmoueri poſſint. *l. 10. l. 11. l. 12. pr. D. de verb. ſignif. l. 4. pr. D. de ſeparat. Nouell. IV. Cap. 3. pr.* Vetus Gloſſar. Graecum: CREDITOR, δανειστής ἐστιν, ὁ ἐξ οἱασοῦν αἰτίας χρεώμενος, Gloſſarium Latinum: CREDITOR *eſt, qui ex quacumque cauſſa fidem ſequitur alienam.* CREDITORES adpellantur, quibus quacumque ex cauſſa actio cum fraudatore competit. *l. 16. §. 2. D. qui et a quib. manum. lib. non fiant.* Quin etiamſi cui ex delicto debeatur, CREDITORIS loco accipietur. Ex populari plane cauſſa, ante litis conteſtationem recte dicitur CREDITORIS loco non eſſe. *l. 12. D. de verb. ſignif.* Maritus ex promiſſione dotis CREDITORIS loco habetur. *l. 25. §. 1. D. qui pot. in pign. l. 41. D. de re iudic. l. 19. D. de oblig. et action.* Et ex diuerſo vxor dotem repetens, in CREDITORIBVS numeratur. *l. 31. D. ſolut. matr.* Is, cui ſub conditione legatum eſt, pendente conditione, CREDITOR non eſt, ſed tunc demum, quum ea exſtiterit: aliter, atque ſi ſub conditione ſtipulatus ſit. Nam et hic, pendente conditione, CREDITOR eſt. *l. 42. D. de oblig. et act. l. 27. D. qui, et a quib. l. 54. D. de verb. ſignif. §. 4. Inſt. de verb. oblig.* Plane, quibus duntaxat natura debetur, CREDITORVM loco non ſunt, quia petitionem non habent. *l. 10. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Similiterque CREDITI adpellatio eam mutuam pecuniam demonſtrat, quae peti poteſt, non etiam eam, quae petitionem quidem non habet, ſolutione autem facta, repeti non poteſt. *l. 94. §. vlt. D. de ſolut.* [CREDITOR curioſus eſſe debet: *l. 3. §. 9. D. de in rem verſ.* CREDITOR improbus eſt, qui vult iterum conſequi, quod accepit: *l. 51. §. 1. D. de re iudic.* CREDITOR prior: *l. 2. D. qui pot. in pign.* CREDITOR poſterior: *l. 5. l. 6. §. 1. D. eod.* ſecundus. *d. l. 2. D. qui pot. in pign.*]

CREDITVM, et *debitum* opponuntur, *l. 1. D. de compenſat.* vt CREDITA et *debita. l. 3. D. famil. erciſc.* Quinctilian. *Declam. CCCLX. Tu, amiſſo viro, quum dotem non petiſti, feciſti* CREDITVM *ex dote.* Sane CREDITI adpellatione quid contineatur, vide *l. 94. D. de ſolut.* Nam CREDITVM conſiſtit et extra res, quae pondere, numero, et menſura continentur: ſicut, ſi eamdem recepturi ſumus, CREDITVM eſt. Sed et ſine re, verbis CREDIMVS, quodam actu ad obligationem comparandam interpoſito, veluti ſtipulatione. *l. 2. §. 3. et §. vlt. D. de reb. cred.* ¶. 2. Verum haec generalis CREDITI adpellatio nonnumquam reſtringitur ad mutuam pecuniam ſignificandam. Vt ecce, quod SC. Macedoniano cautum eſt, filiofamilias CREDI non licere, non ad verba, ſed ad numerationem referendum eſt. Sola enim mutui datio prohibetur: cetera negotia recte cum filiofamilias contrahuntur. *l. 3. §. 3. l. 4. D. de SC. Maced.* ¶. 3. Hinc intelligendae loquutiones: In CREDITVM abire ex cauſſa emtionis, vel alio ſimili contractu dicitur: *l. 3. §. 3. D. de SC. Macedon.* Proinde in *l. 5. §. 17. D. de tribut. act.* in CREDITVM abire, eſt fidem emtoris ſequi, et ei fidem habere de pretio. In CREDITVM accipere et dare: *l. 19. §. vlt. l. 20. D. de reb. cred.* id eſt, credendi cauſſa accipere et dare. Maius CREDITVM conferre in debitores: *l. 34. §. 1. D. de legat. III.* Ex CREDITI cauſſa deberi: *l. 20. D. de iudic. l. 104. §. vlt. D. de legat. I.* in CREDITO eſt argentum, quod in nominibus eſt: *l. 27. §. 5. D. de*

Digitized by Google

aur. et arg. leg. vetus CREDITVM in pignora accipere: *l. 22. D. quae in fraud. cred.* Quaſi in CREDITVM habere nomen alicuius: *l. 10. §. 10. D. quae in fraud. cred.* in CREDITVM ire, pro credere. *l. 2. D. de reb. cred. l. 19. §. vlt. D. ad SC. Velleian. l. 2. §. 1. C. ſi cert. pet. l. 65. in fin. D. ad SC. Trebellian.* Sed et in CREDITVM iri dicitur, quum rei dominium in accipientem transfertur, vt vel aliam eiusdem generis reddat, quod et locatione fieri poteſt. *l. 31. D. locat.* CREDITI ius: *l. 13. D. quod met. cauſ.* CREDITVM omne: *l. 45. D. de religioſ.* in CREDITVM poſſidere: *l. 15. §. 3. D. de re iud.* id eſt, in CREDITI vicem atque locum poſſidere.

CREDVLITAS. Nimia CREDVLITATE circumuenta es. *l. 11. C. de oblig. et act.* CREDVLITAS creditorum: *l. 3. §. 9. D. de in rem verſ.* [Si quis ob nimiam CREDVLITATEM vxorem delinquere patiatur. *l. 29. §. 4. D. ad leg. Iul. de adulter.*] Vera haec et genuina eſt *legis 29.* lectio. Et tamen in *eclog. Baſilicor. tit. LX. Cap. 28.* haec ita vertuntur: *εἰ δὲ πλημμελεῖν αὐτὴν ἀνέχεται δι᾽ ὠμότητα. Si eam delinquere patiatur ob ſaeuitiam*: vt facile adpareat, Graecos apud Vlpianum legiſſe, non *credulitatem*, ſed CRVDELITATEM. Quam lectionem tamen abſurdam eſſe, nemo non videt. HEIN.

CREDVLVS, A, VM. Eum, qui CREDVLVS fuit, ſibi imputare. *l. 1. §. 2. D. de eo, per quem fact. erit, quo min. quis in iud. ſiſt.*

CREMIALIS arbor. *l. 7. §. 12. D. ſol. matr. l. 55. §. 3. D. de legat. III.* Ita Florentiae legitur, non *gremiales.* Gloſſarium Iſidori: GREMIA, *ſiccamina lignorum.* Vſus etiam eo vocabulo Auctor verſionis vulgatae *Pſalm. CI. Oſſa mea, ſicut* CREMIVM, *aruerunt.* Vid. infra GREMIA. HEIN.

CRETAM fodere: *l. 34. D. de dolo mal.* CRETAE fodiendae cauſſa ſpecum facere: *l. 59. D. de furt.* CRETAE eximendae ſeruitus. *l. 1. D. de ſeru. praed. ruſtic.*

CRETIFODINA, *l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. D. de vſufr. l. 77. D. de verb. ſignif. l. 13. D. de publican. l. 3. §. vlt. D. de reb. cor. l. 7. §. 13. D. ſolut. matrim.*

CRETIO: *l. 17. C. de iur. delib. l. 1. l. 2. C. Th. de bon. matern.* et *tit. de cretione.* Cicero *Lib. XI. ad Attic. Epiſt. 12. Lib. XIII. Epiſt. 46.* Vlpian. *Fragm. tit. XXII. §. 27. ſequ.* CRETIO autem, vt *ibidem* Vlpianus definit, erat certorum dierum ſpatium, quod dabatur a teſtatore heredi inſtituto ad deliberandum, vtrum expediret ei hereditatem adire, nec ne. Iſidor. *Lib. V. Etymol. Cap. 24.* CRETIO *eſt certus numerus dierum, in quo inſtitutus heres aut adit hereditatem, aut, finito tempore* CRETIONIS, *excluditur, nec liberum eſt illi vltra capiendi ius.* CRETIO *adpellatur, quaſi decretio.* CERNERE *enim et decernere ſignificat.* Quid CRETIO ſit, et quomodo differat ab *aditione*, pluribus oſtendit Cuiac. *ad l. 1. D. de iure delib.* et *Obſeru. Lib. VII. Cap. 18.* Idem et, quid CRETIO *libera* ſit, explicauit *Lib. IX. Obſ. Cap. 29.* Dum vero et ipſe, et Merill. *Obſeru. Lib. IV. Cap. 34.* ſignum cretionis fuiſſe cenſent percuſſionem digitorum: non minus viros hos doctos fugit ratio, quam Ant. Dadinum Alteſerram, qui *Tract. III. de fictionib. iur. Cap. 2.* heredem, cernentem hereditatem, ſaltare ſolitum eſſe, exiſtimat. Sed hos iam Henr. Bern. Reinold. *Variar. Cap. XIV. p. 101. ſequ.* Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 643.* Euer. Otto *Iurispr. ſymbol. Exerc. II. Cap. 3. p. 205. ſequ.* notarunt. Certiora et ſolidiora ſunt, quae de ritu illo cretionis nobis ſeruauit Vlpianus *tit. XXII. §. 27. ſequ.* Nimirum heres inſtituebatur vel ſine CRETIONE: e. g. TITIVS HERES MEVS ESTO: vel cum CRETIONE, velut: TITIVS HERES ESTO, CERNITOQVE INTRA DIES CENTVM: NISI ITA CREVERIT, EXHERES ESTO. Sine CRETIONE inſtitutus, ſimul ac conſtituerat, nolle ſe heredem eſſe, ſtatim excludebatur ab hereditate, eamque amplius adire non poterat. Cum CRETIONE vero inſtitutus, vti cernendo fiebat heres, ita non aliter excludebatur, quam ſi intra diem CRETIONIS non CREVISSET. Ideoque etiamſi conſtituerit, nolle ſe heredem eſſe, tamen ſi ſupereſſent dies cretionis, poenitens actus cernendo heres fieri poterat. Porro CRETIO, cum qua quis fuerat inſtitutus, vel *vulgaris* erat, vel *continua*. *Vulgaris*, quando teſtator ſcripſerat: INTRA DIES CENTVM, QVIBVS SCIERIS, POTERISQVE, qui non computabantur dies, quibus heres ignorauerat, ſe heredem eſſe, vel ſciuerat quidem, at non potuerat cernere. *Continua*, quando verba illa non fuerant adiecta, adeoque centum dies continui a tempore mortis connumerabantur. Ipſa CRETIO fiebat, adhibitis teſtibus. Varr. *de lingu. Lat. Lib. VI.* Cic. *Lib. XIII. ad Att. Epiſt. 46.* verbisque cretionis pronunciatis: QVVM ME MAEVIVS HEREDEM INSTITVERIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE. Vlpian. *ibid. §. 28.* HEIN.

CRIBRVM in piſtoris inſtrumento. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 64.* HEIN.

CRIMEN, pro criminatione et accuſatione. [*l. 1. §. 2. D. de ſuſpect. tut. l. 16. D. de dolo mal.*] *l. 21. pr. D. de SC. Silan. l. vlt. D. de concuſſ. l. 109. D. de reg. iur. l. 3. C. de calumniat.* et *pr. Inſt. de ſuſp. tut.* Vbi, quod Iuſtinianus CRIMEN, id Theophilus *κατηγορίαν*, *accuſationem* vertit. Eodem ſenſu, *perſeuerare in* CRIMINE, dixit Vlpianus in *l. 7. D. de accuſat.* id eſt, in accuſatione. Et *importare* CRIMEN: in *l. 9. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 14. §. 3. D. de bon. libert.* CRIMEN: quod intendit, perficere: *d. l. 14. §. vlt. de bon. libert.* Intendere CRIMEN, *l. 8. D. de his, qui not. infam.* [CRIMINIS imminentis metu. *l. 3. pr. D. de bon. eor. qui ante ſent.*] Quid hoc ſenſo interſit inter CRIMEN, et *maledictum*, *Cicero in Tuſculanis oſtendit*, inquit Donatus *ad Terent. Andr. prolog. v. 7.* Sed in Tuſculanis ego quidem id non reperio. At in oratione *pro Coelio Cap. III*: *Aliud*, inquit, *eſt* MALEDICERE, *aliud* ACCVSARE. *Accuſatio* CRIMEN *deſiderat*, *rem vt definiat*, *hominem vt notet*, *argumento probet*, *teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti*, *praeter contu-*

tumeliam, quae ſi petulantius iactatur, vitium; ſi facetius, vrbanitas nominatur, HEIN. ❡. 2. [Vt plurimum tamen CRIMEN pro delicto, et quidem publico accipitur, e. g. Ob conſcientiam CRIMINIS mori. *l. 5. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.*]

CRIMINALIS accuſatio. *l. 3. C. ad leg. Aquill.* actio: *rubr. C. quando actio ciuil.* cauſſa: *l. 15. C. de quaeſt.* Cunſtantinus Harmenopul. *Lib. I. tit. 2. n. 20. 21.* ita *pecuniarias* et CRIMINALES cauſſas definit: χρηματικαὶ ὑποθέσεις ἐςὶν. ὅταν ζημίαν χρημάτων τοῖς ἔχουσιν αὐτὰς προξενοῦσιν. Ἐγκληματικαὶ δὲ, ὅταν βαρυτέραν ἔχουσι τιμωρίαν. *Ciuiles vel pecuniariae controuerſiae ſunt, quotquot pecuniariam poenam, ſeu mulctam, iis, qui eas habent, irrogant.* CRIMINALES *vero, quae* ☞ *grauiorem poenam continent.* Sed hae definitiones tantum ad actiones poenales ciuiles, et accuſationes publicas pertinent. Alias enim plures ſunt χρηματικαὶ ὑποθέσεις, ſeu *cauſſae pecuniariae*, rei perſequutoriae, id eſt, quibus non ζημίαν χρημάτων, ſed rem, perſequimur. HEIN.

[CRIMINALITER agere, id eſt, non ad priuatum compendium. *l. vlt. D. de furt.*]

CRIMINARI aliquem: *l. 4. §. 6. D. vi bon. rapt.* CRIMINARI ſubiectum partum: *l. 27. §. vlt. D. de teſtam. tut.* [CRIMINANDI licentia. *l. 11. C. Theod. de accuſat.*]

[CRIMINATIO, id eſt, accuſatio. *l. 5. C. Theod. de accuſat. l. vn. C. Theod. ne ſine iuſſ. princ. l. 5. C. Theod. de apoſtat.*]

CRIMINOSVS. *l. 33. C. de decurion.* [CRIMINOSA et deformia commercia: *l. 4. C. Theod. de cenſitor.* CRIMINOSA religio: *l. 13. C. Theod. de haeret.*] CRIMINOSI ſerui. *l. 41. D. de contrah. emt.*

CRINA, *l. 23. D. de aur. arg. leg.* Plin. *Lib. XXI. Cap. 5. Eſt rubens lilium, quod Graeci* κρίνον *vocant.* Moſchopul. *in libro* περὶ σχεδῶν. Κρίνον παροξύτονον, εἶδος φυτοῦ εὐώδους· εἰσὶ δὲ κρίνα, τὰ λευκά, τὰ δὲ μέλανα ὑάκινθοι λέγονται. *Krinon, quod in penultima acuitur, ſpecies floris iucundi odoris. Sunt vero* κρίνα *alba, nam nigra hyacinthi vocantur.*

☞ CRITHOLOGIA, κριθολογία, munus ſuſcipiendi frumentum. *l. 1. C. de frum. Alexandr.* HEIN.

CRO.

CROCVFANTIA, in ornamentis muliebribus numerantur. *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. leg.* Plane in Gloſſario: *Reticulum*, γύργαθος ☞ et κροκύφαντος vertitur. Obſeruauit haec etiam Salmaſ. *Obſeru. iur. Rom. et Attic. Cap. V. p. 61.* vbi ſimilem gluſſam adduxit. In *lege* quidem *25. §. 10. D. de aur. arg.* praeceſſerat iam *reticula*, nec credibile eſt, Vlpianum idem bis dicere voluiſſe, ſed in his vocabulis iunctis: *reticula* et *crocufantia*, poſterius eſſe videtur διακριτικὸν, et ideo additum, vt adpareat, quo de reticulo loquatur. Vid. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. V. Cap. 17.* HEIN.

CRV.

CRVCIATVS, quilibet vehementior dolor. CRVCIATVS carceris: *l. 11. D. de adpellat.* corporis. *l. 1. l. 4. C. de his, quae vi. l. 9. C. de contrah. ſtipul. l. 13. C. de tranſact. l. 8. C. de reſcind. vendit. l. 4. C. de decur.*

[CRVDELIS, pro iniquo. *l. 12. §. 3. C. de reb. cred. l. 33. pr. C. de inoffic. teſt.*]

[CRVDELITAS hominis potentis: *l. 3. D. de mort. cauſſ. donat.* CRVDELITATEM ſuam accuſatoribus vendere: *l. 1. C. Theod. de cuſtod. reor.* Ne perperam in quaeſtionem ſeruorum venientes, ſui animi CRVDELITATEM exerceant. *l. 1. §. 1. C. de iureiur. propt. calumn.*]

CRVDVS. CRVDAE vineae. *l. 27. §. 25. D. ad leg. Aquill.*

CRVOR. CRVORE madens. *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.*

CRVRALES faſciae. *l. 25. §. 1. D. de aur. arg.*

CRVS. Mula CRVS agaſoni fregit: *l. vlt. D. ſi quadrup. paup.* CRVRA equi caſu fracta: *l. vlt. D. ad leg. Aquill.* CRVS fregit ſeruus. *l. 52. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 28. D. commun. diu.*

CRVSTA, ex fundo lapſa: *l. 9. §. 2. D. de damn. infect.* CRVSTAE marmoreae: *l. 17. §. 3. D. de act. emt.* quae ſcilicet parietibus tectorio opere inducebatur. Quinctilian. *Declam. IX. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnae, nec graues* CRVSTAE, *fecerint immemorem fragilitatis.* B. Cyprianus *Lib. II. Epiſt. 2. Iam tibi auro diſtincta laquearea, et pretioſi marmoris* CRVSTIS *veſtita domicilia.* Idem *in libro contra Demetrian. Minus de effoſſis et fatigatis montibus eruuntur marmorum* CRVSTAE. Caſſiod. *Lib. I. Var. Diſcoloria CRVSTA marmorum, gratiſſima picturarum varietate taxatur.* Iſidor. *Lib. XIX. Etymol. Cap. 13.* CRVSTAE *tabulae ſunt marmoris. Vnde et marmorati parietes, et* CRVSTATI *dicuntur. Quo loco marmora ſecandi in cruſtas* rationem explicat. Inde INCRVSTATIONES. *l. 13. in fin. D. de ſeru. vrban. l. 79. in fin. D. de verb. ſignif.* CRVSTIS etiam aureis illigata cymbia argentea memorantur, in *l. 32. D. de aur. arg. leg.*

CRVX inter ſumma ſupplicia ponitur apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 17. §. 3.* [Et fuit ſane ſeruile ſupplicium, ſicuti variis conductis teſtimoniis oſtendit Petr. Faber *Semeſtr. Lib. II. Cap. 8. p. 99.*] Hinc CRVCE adfici, apud Paull. *Sent. Lib.*

V. tit. 21. §. 4. CRVCI ſuffigi: Idem *V*, 23, 15. In CRVCEM tolli: Idem *Sent. V*, 22, 1. *V*, 23, 1. Abeſt haec vox a pandectis, beneficio Triboniani, qui eam expunxit propter abrogatum abolitumque a Conſtantino M. crucis ſupplicium, [quamuis paſſim Tribonianus eius loco ſubſtituerit *furcae* vocabulum, ceu poſt Cuiacium obſeruauit Petr. Faber *Semeſtr. II*, 7. *p.* 95. Add. Sozomen. *Hiſt. eccleſ. I*, 8. Caſaubon. *Exercit. antibaron. XVI. Cap.* 77. *p.* 538. et quae infra *Lib. XVII.* in voce SVMMVM SVPPLICIVM notauimus.] Quamuis CRVCIS ſupplicium ſuſtuliſſe dicatur Conſtantinus M. idque luculenter probarit Cuiac. *Obſ. XVI*, 1. tamen ne ſexto quidem ſaeculo deſunt exempla tam diri ſupplicii, apud Euagr. *Hiſt. eccleſ. Lib. IV. Cap.* 35. Et ſub Theodoſio, principe Chriſtiano, CRVCIS ſupplicii adhuc meminit Pacat. *in Panegyr. Cap XLIV.* Add. Lipſ. *de Cruce III*, 14. HEIN.

CRYPTA' κρυπτὴ, pars aedium abdita et concamerata, *l.* 3. *§.* 5. *D. vti poſſid.* qua alibi *refugium* vocare videtur Vlpianus *l.* 13. §. 7. *D. de vſufr.* Vide Sueton. *Calig. Cap. LVIII.* et ibi viros doctos. HEIN.

CRYSTALLINA vaſa ſupellectile legata continentur. Paull. *Sent. III*, 6, 67. Plin. *Nat. Hiſt. Lib. XXXIII. Cap. I. Myrrhina et* CRYSTALLINA *ex eodem loco effodimus.* HEIN.

CVB.

[CVBICARE, Graecis κυβεύειν, id eſt, alea, cubis, teſſeris, ludere. *l.* 34. *§.* 3. *C. de epiſcop. audient.*]

CVBICVLARIVS, ſeruus a cubiculo: *l.* 65. *D. de legat. III. l.* 14. *§.* 7. *D. de bon. libert. l.* 203. *in fine D. de verb. ſignif.* et apud Sueton. *in Tiber. Cap. XXI.* ¶. 2. Memorantur et in Conſtitutionibus *Praepoſiti ſacro* CVBICVLO: *l. vlt. C. vbi Senat.* et apud B. Ambroſ. *Lib. V. Epiſt.* 27. et in Inſcriptione *l. vlt. C. vbi cauſſ. fiſcal.* Ex quibus patet, eos de cauſſis dominicorum inquilinorum, colonorumue, vna cum comite domorum, cognouiſſe. *Praepoſitum* CVBICVLO legimus etiam, apud Sueton. *in Domitiano Cap. XVII.* quem Xiphilinus πρόκοιτον vocat.

CVBICVLVM, pars aedium, vbi lectulus patri matrique familias ſternebatur. Hinc Vlpianus *l.* 15. *D. de condit. et demonſtr. Cui fuerit ſub hac conditione legatum*: SI IN FAMILIA NVPSISSET, *videtur impleta conditio, quamuis nondum in* CVBICVLVM *mariti venerit. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit.* ¶. 2. Hinc ſacrum CVBICVLVM principis, *rubr. C. de praepoſ. ſacr. cubic.* vbi legendus Cuiacius *in paratitlis.* HEIN.

CVBITVS Nili, *l.* 1. *C. Theod. de Nili agger.* Incrementa enim exundantis Nili CVBITIS metiri Aegyptii ſolebant, quemadmodum Plinius *Lib. V. Cap.* 9. *Lib. XXXVI. Cap.* 7. et Nicephorus *Lib. VII. Cap.* 46. ſignificant. Philoſtratus *de vit. Sophiſt. Lib. I. Cap. XXII. in vita Dionyſii §.* 4. *Οἱ δὲ καὶ πήχεσι διαμετροῦσι τὴν γλῶτταν, ὥσπερ τὰς τοῦ Νείλου ἀναβάσεις. Alii* CVBITIS *etiam linguam, tamquam Nili incrementa, dimetiuntur.* Eratque adeo Memphi in Serapidis templo menſura, e ſculpto ſaxo conſtructa, inſcriptis per interualla cubitalibus lineis, per quas Nili incrementa indigenis indicabantur, vt Heliodor. *Hiſt. Aethiop. Lib. IX. Cap.* 25. memoriae prodidit. Quam menſuram a paganorum templis ad Chriſtianorum aedem Conſtantinus M. tranſtulit. Poſtea inde demtam Iulianus Serapidi reſtituit, teſte Nicephoro, *Lib. X. Hiſt. eccleſ. Cap.* 4.

CVCVMA, *l.* 1. *§.* 3. *D. ad leg. Cornel. de ſicar.* apud Auct. *Collat. Leg. Moſaic. et Roman. tit.* 1. *§.* 6. [Petron. *Satyric. Cap. CXXXV. Mox, incincta quadrato pallio,* CVCVMAM *ingentem foco adpoſuit.* Et *Capite CXXXVI. Frangitur ergo ceruix* CVCVMAE, *ignemque modo conualeſcentem reſtinguit.* Add. Cuiac. *Lib. X. Obſ. Cap.* 15.] Ex vtroque Petronii loco patet, CVCVMAM fuiſſe ahenum, ad aquam calefaciendum comparatum, a forma cucumeris ita dictum. Arrian. *Diſſert. Epict. Lib. III. Cap.* 25. *Δεῖ αὐτὸν ἔχειν κουκούμιον, ὅπου θερμὸν ποιήσει τῷ παιδίῳ, ἵν' αὐτὸ λούσῃ. Decet illum habere* CVCVMAM, *calefaciendae infanti aquae, qua illum lauet.* Conf. Barth. Barrient. *Adnotat. ſylu. Cap. XIV.* Nec mirum, inter caedis inſtrumenta a iurisconſultis referri CVCVMAM. Saepe enim et illa arma miniſtrabat furor, ſi res ad manus veniret. Immo et aliquando, voluptatis et animi cauſſa, ollas cucumasque paraſiti capiti impingebant. Plaut. *Captiu. Act. I. ſcen.* 1. *v.* 20.

Et hic quidem hercle, niſi qui colaphos perpeti
Potis paraſitus, frangique AVLAS *in caput.*

Curcul. Act. III. v. 25.

Nam quid id refert mea,
An AVLA *quaſſa cum cinere effoſſus fiet?*
(oculus.)

Et hinc Saturio, paraſitus, in Perſa *Act. I. ſcen.* 2. *v.* 8. vbi narrans, patrem, auum, proauum, abauum, atauum, tritauum, paraſitando pauiſſe ventres, et quaſi mures ſemper eſſitaſſe alienum cibum, addit:

His cognomentum erat duris CAPITONIBVS.

quod eleganter de illa mira paraſitorum patientia, qua ollas quaſſas in capita ſibi illiſas, ferebant, interpretatur Iſ. Caſaub. *ad Athen. Lib. I. Cap.* 14. Quid ergo ſi cucuma impacta paraſito tam durum Capitonem non inuenerit? Caedes fiet, de eoque caſu iurisconſulti loqui videntur. HEIN.

CVCVMELLA, *l.* 17. §. 1. *D. ſi ſeru. vind.* deminutiuum a CVCVMA, adeoque vas minus, eiusdem figurae.

[CVCVRNIA. Eorum mentio fit *l. vn. C. nem. lic. in fren. et equeſt. ſell.* Quid autem ſint, nondum conſtat inter eruditos. Plerique mutandam lectionem cenſent. Alciatus fere non audet ſententiam ſuam interponere, in commentario ad illam legem. Interim *gugurniis* ſibi non diſplicere, ait Cuiacius *Lib. XI. Obſ. Cap.* 20. *curcumis.* Iunge Dionyſ.

nyſ. Gothofred. *in notis ad d. l. vn. litt. p.*] Poſtremam lectionem probat etiam Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 344.* vbi *curcumam* fraeni genus fuiſſe, cenſet. HEIN.

CVDERE, vid. infra CVSIO.

CVIVSQVE, pro *cuiuscumque. l. 10. §. 2. D. de adquir. rer. dom. l. 32. §. 2. D. de vſu et vſufr.* [*l. 7. §. 2. D. de liberal. cauſſ.* Eadem dicendi ratione et CVIMODI dicitur apud Gell. *Noct. Lib. XII. Cap. 2.* pro cuiuscumqoe modi, et CVIVSQVEMODI apud eumdem *Lib. XI. Cap. 16.* Et nouum non eſt, apud antiquos ſcriptores, aliquando litteras ſaltim, aliquando integras etiam ſyllabas mox abiici, mox adiici, vel in principio, vel in medio, vel in fine dictionum: cuiusmodi exempla plura, erudito *de vſu antiquae loquutionis* libello diligenter collegit Auſonius Popma.]

CVLCITA, (ita, enim ſcribendum eſſe, non *culcitra*, viri docti ex Varrone et Feſto notant,) ad inſtructae domus legatum pertinet. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 56. l. 3. pr. D. de ſupellect. leg. l. 25. §. 7. D. de aur. arg. leg. l. vn. C. de ſalgam. hoſpit. non praeſt. l. 2. C. Theod. eod. tit.* HEIN.

CVLLEVS, vel CVLEVS, (in ſcriptura enim Pandectae Flor. variant,) ſaccus, vter, quo vel vinum vel triticum contineri ſolebat. *l. 17. §. vlt. D. de ann. legat. l. vlt. §. vlt. D. de pignorat. act. l. 3. §. vlt. D. de tritic. vin. ol.* Feſt. *Lib. III.* CVLLEOLA, dicta a *ſimilitudine* CVLLEORVM, *quibus vinum, ſiue oleum continetur.* Quod et ex Catone *de re ruſt. Cap. CLIV.* adparet. Hinc CVLLEOS inter ea, quae exportandorum fructuum cauſſa parantur, numerat Vlpianus. *l. 12. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* CVLLEVS autem vrnas quadraginta capiebat, auctore Columella *Lib. III. de re ruſt. Cap. 3.* Plinius *Lib. XVIII. Cap. 31. Saepenumero ſeptenos* CVLLEOS *ſingula iugera, hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti, dedere.* Priſcianus *de ponderibus:*

> *Eſt et bis decies, quem conficit amphora noſtra,*
> CVLLEVS, *hac nulla eſt maior menſura liquoris.*

¶. 2. Eſt etiam CVLLEVS, ſaccus, cui inſuti parricidae in mare, vel flumen, vel ſtagnum immittuntur. Hinc CVLLEO inſui; *l. 9. D. de lege Pompei. de parricid. §. 6. Inſt. de publ. iudic. l. 4. C. Theod. quor. adpell. non recip. l. 1. C. Theod. de parricid.* ex qua Tribonianus bonam partem *d. §. 6.* transſcripſit. Seneca *Lib. I. de ira Cap. 16. Et cum parricida inſuam* CVLLEO. Et *Lib. I. de clement. Cap. 23. Pater tuus plures intra quinquennium inſuit* CVLLEO, *quam omnibus ſacculis inſutos accepimus.* M. Seneca *Controu. Lib. VII, 1. Inſui fratrem* CVLLEO *iubes.* Lactant. *Lib. III. Cap. 14. Parricidae ſumus, et inſuendi, te iudice, in* CVLLEVM. CVLLEVM autem Iſidor. *Lib. V. Etymolog. Cap. 37.* definit *vtrem, ex corio factum, in quo parricidae cum ſimia, et gallo, et ſerpente incluſi in mare praecipitantur.* Nam vt Iuſtinianus in *d. §. 6. Inſt. de publ. iud.* tradit, lege Pompeia de parricidiis cauebatur, vt parricida inſutus culleo, cum cane, et gallo gallinaceo, et vipera, et ſimia, vel in vicinum mare, vel in amnem proiiceretur, vbi Theophilus CVLLEVM *ἀσκὸν βόειον vtrem bubulum*, ſeu *ex corio bubulo factum* vertit, Dionyſii Halicarnaſſenſis exemplo. Nam quod Valer. Max. *Lib. I. Cap. 1.* de Tarquinio agens, ait: CVLLEO *inſutum in mari abiici iuſſit, idque iudicii genus multo poſt parricidiis lege irrogatum eſt*: hoc ipſum Dionyſ. Halicarn. *Lib. IV. p. 260.* narrans, *εἰς ἀσκὸν*, inqoit, *ἐῤῥάψας βόειον ἔῤῥιψεν εἰς τὸ πέλαγος in bubulum culleum inſutum proiecit in mare.* In Gloſſis inuenio CVLLEVM definiri *follem bubulum, in quo parricidae mittuntur.* In alio vero libro, CVLLEVM, *tunicam ex ſcorto, in modum crumenae factam, quae liniebatur pice et bitumine, in qua incluſi parricidae cum ſimia, ſerpente, et gallo mittebantur in mare, vt, contendentibus inter ſe animantibus, maioribus poenis adficerentur.* Anianus vtique *ad l. 1. C. Theod. de parricid.* CVLLEVM interpretatur *factum de corio ſaccum.* Ac plane CVLLEVM veteres *corium* qooque vocant. Auctor *Rhetoricor. ad Herenn. Lib. I. Cap. 13.* legem proponit huiusmodi: *Qui parentem necaſſe indicatus erit, is obuolutus, et obligatus* CORIO *deiicitor in profluentem.* Sed et Iuuenal. *Sat. XIII.*

> *Et deducendum* CORIO *bouis in mare, cum quo*
> *Clauditur aduerſis innoxia ſimia fatis.*

Et ita CVLLEVM *et ſerpentes* accipe apud Senecam *Lib. I. de clement. Cap. 23.* Multis nominibus hic Tribonianum traducit Io. Franc. Ramos *in Triboniano, ſiue de erroribus Triboniani de poena parricidii in §. 6. Inſt. de publ. iudic. Lugd. Bat. 1728.* Quamuis enim totum illud parricidarum ſupplicium ſplendido eo opere praeclare illuſtrarit: putat tamen Tribonianum ſupplicium illud cullei, quod Pompeius parricidis tantum proprie ſic dictis irrogarit, male ad omnes cognatorum et adfinium caedes, porrexiſſe, idque in primis *Libro V. p. 175. ſequ.* oſtendere conatur. Sed aliunde ſatis conſtat, Pompeium et ad plures perſonas porrexiſſe parricidii crimen, propoſitumque parricidis CVLLEI ſupplicium, et hanc veterem poenam, quae paene exoleuerat, in vſum reuocaſſe. Paull. *Sent. Lib. V. tit. 24. §. vn.* Conf. V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. I. Obſ. Cap. 4.* HEIN.

[CVLMEN, proprie de aedibus. At CVLMINA maximarum dignitatum memorantur in *l. 12. C. de excuſat. mun.*]

CVLPAM, Caius in *l. 72. D. pro ſoc.* interpretatur negligentiam: [quemadmodum CVLpam *et deſidiam* coniungit Plautus, *in Trinum. Act. III. ſcen. 2. v. 20.*

> *Tu feciſti, vt difficilis foret*
> CVLPA *maxima et adſidua, tuisque ſtultis moribus.*

Sed et Paullus, *l. 226. D. de verb. ſignif.* et Vlpianus, *l. 213. §. vlt. D. eod. tit.* et in *l. 22. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. de magiſtrat. conuen. l. 7. §. 1. D. de ſuſpect. tut.* vt et Imperatores in *l. 5. C. de peric. tut. Nnegligentiam* vocant, et ſegnitiam Imperatores, in *l. 7. C. de pignorat. act.* Vetus Gloſſarium: CVLPA, ἡ ῥᾳθυμία. Itaque a *dolo* et *fraude* ſeparatur: *l. 8. §. 3. l. 9. §. 5. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 7. §. 1.*

CVL.

§. 1. D. de ſuſpect. tutor. l. 30. §. 3. D. ad leg. Aquill. Ei *diligentia* opponitur. *l. 68. D. de contrah. emt.* ¶. 2. CVLPA autem quaedam LATA eſt, quae et *magna*, et *diſſoluta negligentia*, *dolo proxima*, *prope et proxime dolum accedens*; alia LEVIS, cui *diligens cuſtodia* opponitur; quaedam LEVISSIMA, quae exactiſſimam diligentiam deſiderat, de quibus ſingulis ſuo loco, vt ex ordine litterarum occurrent, dicemus. Sic CVLPA eſt, immiſcere ſe rei, ad ſe non pertinenti: *l. 36. D. de reg. iur.* CVLPA eſt, quod quum a diligente prouideri poterat, non eſt prouiſum: *l. 31. D. ad leg. Aquill.* CVLPA etiam *eſt*, vt Donatus *in Hecyr. Act. II. ſcen. I.* obſeruat, *ſi neſcientes deſerimus.* CVLPAE coloni adnumeratur, ſi propter inimicitias eius vicinus arbores exciderit: *l. 25. §. 4. D. locat.* CVLPAE etiam adnumeratur imperitia: *l. 9. §. 5. D. locat.* infirmitas mulionis, per quam imperum mularum retinere non potuit: *l. 8. D. ad leg. Aquill.* CVLPAE adſignatur nimia praecaptoris ſaeuitia: *l. 6. D. ad leg. Aquill.* luſus quoque noxius in CVLPA eſt: *l. 10. D. eod. tit.* CVLPAE cuſtodum, qui furioſis adhibentur, adſcribendum eſt, ſi negligentiores in officio ſuerunt: *l. 14. D. de offic. praeſid.* CVLPAE reus eſt poſſeſſor, qui per loca inſidioſa ſeruum miſit: *l. 36. D. de rei vindic.* CVLPAE reus eſt, qui die ventoſo in ſtipulam ſuam vel ſpinam, comburendae eius cauſſa, ignem immiſit, ſi is vlterius euagatus et progreſſus, alienam ſegetem vel vineam laeſerit: *l. 30. §. 3. D. ad leg. Aquill.* CVLPAE reus intelligitur medicus, qui bene ſecuit, et reliquit curationem: *l. 8. D. ad leg. Aquill.* CVLPA inhabitantium plerumque incendia fiunt. *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil.* Contra ea CVLPA abeſt, ſi omnia facta ſunt, quae diligentiſſimus quisque obſeruaturus fuiſſet: *l. 25. §. 7. D. locat.* CVLPA etiam caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt: *l. 50. D. de reg. iur.* [Qui CVLPA carent: *l. vlt. D. de SC. Silan.* CVLPA penes eum reſidet, qui prior flagello percuſſit: *l. 52. §. 1. D. ad leg. Aquill.* CVLPA negligentiaque ſerui poſt libertatem excuſata eſt: *l. 1. §. 2. D. ſi is, qui teſtam. liber.* CVLPA dolo proxima dolum repraeſentat: *ibid.* Fraudis vel CVLPAE cauſſa condemnari: *l. 39. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut.* CVLPAE nomine condemnari. *l. 39. §. 3. D. eod. tit.* ¶. 3. [CVLPAE vocabulum plerumque *leuem* notat, niſi adpoſitio, vel oppoſitio aliud exigat. *l. 1. §. 35. D. depoſiti.*] ¶. 4. CVLPA etiam tribuitur viro vel mulieri, qui quaeue vel in corpus peccauit, vel cauſſam dedit diuortio. Hinc CVLPA diuertere: *l. 9. §. 2. D. de minor.* CVLPA mariti diuortium factum: *l. 44. §. 1. D. ſolut. matrim.* CVLPA mulieris: *l. 11 §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* CVLPA mulieris diremtum vel diſſolutum matrimonium: *l. 38. D. ſolut. matrim.* Diuortium ſine CVLPA viri factum: *l. 101. §. 3. D. de condit. et demonſtr.* et ſine CVLPA mulieris: *l. 45. D. ſolut. matrim.* CVLPA autem mariti vel mulieris diuortium factum, ſolutumue matrimonium dicitur, quum alteruter diſcidii cauſſam praeſtitit, ob mores improbatos. *l. vlt. C. de repud. l. vn. §. ſileat. C. de rei vxor. act.* et apud Vlpian. *Fragm. tit. VI. §. 12.* Cicero *Topic. Cap. IV. Si viri* CVLPA *factum ſit diuortium.* Terent. *Hecyr. Act. III. ſcen. 5. Neque* CVLPA *hoc eueniſſe diſcidium mea.* D. Hieronymus *in vita Fabiolae*: *Maluit* CVLPAM *ſubire diſcidii.*

CVL. CVM.

Donat. *in Aeneid. IV. v. 142.* ad hunc locum.

Coniugium vocat, hoc praetexit nomine CVLPAM.

Verbo inquit, *iuris vſus eſt, vt diceret,* CVLPAM *eſſe mulieris, quum pudoris in cauſſa peccauerit.* Quod vocabulum alio eiusdem libri loco *v. 19.* vſurpatum eſt, hoc verſu:

Huic vni forſan potui ſuccumbere CVLPAE.

Vbi CVLPAE nomine *amiſſionem pudoris* ſignificari, tradit vetus Horatii interpres Comment. in *Lib. III. Carm. Od. 27. v. 38.* Sic Ouid. *Heroid. Epiſt. IV. v. 138.*

Cognato poterit nomine CVLPA *tegi.*

Ceterum CVLPA vxoris diremtae non videntur nuptiae, ſi furenti nuncium remiſerit, ſi modo furor ferendus non ſit his, qui circa eum ſunt. *l. 22. §. 7. et ſequ. D. ſol. matrim.*

CVLTELLVS tonſoris. *l. 11. pr. D. ad leg. Aquill.*

[CVLTER ferreus, ſica. *§. 5. Inſt. de public. iudic.*]

CVLTOR, *l. 12. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* id eſt, CVLTOR agrorum. *l. 2. D. de nundin.*

CVLTVRA agri: *l. 13. D. de re milit.* fundi: *l. 24. §. 2. D. locat.* CVLTVRA intempeſtiua: *l. 25. §. 3. D. eod. tit.* CVLTVRA praediorum: *l. 4. C. de adquir. poſſeſſ. l. 3. §. 5. D. de iure fiſci* CVLTVRA vinearum: *l. 1. D. de tigno iunct.* Cicero *de fin. Lib. IV. Cap. 14.* et *Lib. V. Cap. 14.* ſtudio CVLTVRAE. *l. 13. D. de iure milit.*

CVLTVS villae. *l. 12. §. 35. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.*

CVM.

CVM, praepoſitio, aliquando copulam ſignificat. *l. 142. D. de verb. ſignif.* Itaque, ſi quis Titio CVM Seio legare ſe, dixerit, vtrique legaſſe intelligitur: ſicuti vtrumque legatur, vbi fundus CVM domo legatur. *l. 112. §. 2. D. de legat I.* Ceterum quum quis Titio CVM Seio legat, ſine altero alter ad legatum admittitur. Nam et quum Praetor dicit: ventrem CVM liberis in poſſeſſionem eſſe iubebo, etſi non ſint liberi, venter in poſſeſſionem mittetur. *l. 121. D. de legat. I. l. 13. in fin. D. de manumiſſ. teſt. l. 31. §. 1. D. de ſtatulib.* ¶. 2. [Eadem praepoſitio aliquando ſignificat acceſſorium, vt in *l. 2. D. de pocul. legat. l. 4 pr. D. de penu legat. l. 5. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.*] ¶. 3. [Aliquando videtur παρέλκειν, vt in *§. 1. Inſt. prooem. Quorum vtramque viam* CVM *ſummis vigiliis perfecimus.*]

CVM; coniunctio, vid. infra QVVM.

[CVMVLARE, prouehere, perficere, amplificare. *l. vn. C. de ſuffrag.* et ibi Cuiacius CVMVLAT poenam contumacia: *l. 4. in fin. D. de poen.* comitiuae tertii ordinis honore CVMVLETVR: *l. 9. C. Theod. de ſuar.* Emendi vendendique compendiis familiaris rei amplitudinem

CVMV-

Digitized by Google

CVM. CVN.

CVMVLARE: *l. 13. C. Theod. de luſtr. collat.* protectoris honore CVMVLAVIT: *l. 14. C. Th. eod. tit.* Emeritae militiae honore CVMVLATI ſunt: *l. 7. C. Theod. eod. tit.* Perfectiſſimatus acceſſione CVMVLATI: *l. 40. C. Theod. de decurion.* vnius gradus adiectione CVMVLARE: *l. 7. C. Theod. de agent. in reb.*] CVMVLARE vitium. *l. 6. C. arbitr. tutel.*

CVMVLVS aeris alieni: *l. 4. D. ad SC. Trebell.* debiti: *l. 8. D. de pact. l. vlt. C. qui bon. ced. l. 1. C. Theod. de curator. calendar.* ad dignitatum CVMVLOS elati: *l. 5. C. Theod. de priuileg. eor. qui in ſacr. palat. milit.* publicorum CVMVLVS horreorum: *l. 16. C. Theod. de indulg. debit.* legati: *l. 2. §. 44. D ad SC. Tertull.* patrimonii. *l. 3. D. vbi pupill. educ. vel mor. deb.*

CVN.

CVNABVLA, initia, prima elementa. CVNABVLIS his initiata auctoritas: *l. 1. D. de offic. praefect. praet.* CVNABVLA iuris: *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.* firma legum CVNABVLA. *§. 3. prooem. Inſtit.*

[CVNCTAMEN, mora. Sine aliquo CVNCTAMINE ſententia conualeſcat. *l. 23. C. de decurion.*]

CVNCTATIO conſulis. *l. 20. D. de manumiſſ. vind.* [CVNCTATIO moratoria: *l. 7. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* cui praeceps feſtinatio opponitur.]

CVNEVS, peditum globus, vt vexillatio, vel equitum turma. Atque ita haec verba diſtinguenda ſunt, in *l. vn. C. Theod. de bon. milit.* Veget. *Lib. III. Cap. 19.* CVNEVS, *dicitur multitudo peditum, quae iuncta cum acie, primo anguſtior, deinde latior procedit, et aduerſariorum ordines rumpit.* Idem *Lib. I. Cap. 26. Tertio praecipiendum eſt, vt quadratam aciem repente conſtituant: quo facto in trigonum, quem* CVNEVM *vocant, acies ipſa mutanda eſt.* Ammian. Marcellin. *Lib. XXXI. Cap. 25. Congregatisque in* CVNEVM, *ſenſim progrediens.* Et mox: *Cap. 31. Veſperaque intendente Gothorum vaſtatoriis* CVNEIS *prope flumen Hebrum ſubito viſi.* Quibus in locis promiſcue *globos* et CVNEOS ab eo auctore adpellari, cernimus. Globos autem etiam *drungos*, (non, vt vulgo legitur, *drunos* vel *grumos*) vocatos, Veget. *Lib. III. Cap. 16.* ſcribit. Qua de re alias plura, ne extra propoſitum ſermo decurrens lectori faſtidium pariat.

CVNICVLVS, canalis, et quidem ſubterraneus. CVNICVLVS, per quem vapor extrahitur in balneariis vaporibus: *l. 3 §. 6. D. de riuis.* CVNICVLVM agere: *l. 11. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* CVNICVLO aquam auocare: *l. 26. D. de damn. inf.* CVNICVLVS *pergens in Vrſi Iulii*, more Graeco dixit Pomponius. *l. 8. §. vlt. D. ſi ſeru. vindic.* CVNICVLIS defoſſis in altum, alienarum aedium fundamenta labefactare. *l. 6. C. de metallar.* CVNICVLVM pro canali, quo aqua auocetur, vſurpauit etiam Seneca *de ira Lib. III.*

CVP. CVR.

Cap. 21. vbi ſine neceſſitate Eraſmus Roterod. *canaliculis*, Lipſius *funiculis* legendum cenſuerunt. Vid. Gronou. *ad illum Senecae locum p. 34.* HEIN.

CVP.

CVPA, vel CVPPA, dolium, vel vas maius et capacius. CVPA cluſum triticum: *l. 31. D. locat.* CVPPAE: *l. 15. §. 6. D. de vſufruct.* CVPPAE ſeu CVPPVLAE. *l. 3. §. 1. D. de tritic. vin. ol.* CVPAE autem inter ea numerantur, quae exportandorum fructuum cauſſa parantur, *l. 12. §. 1. D. de inſtruct. vel inſtr. legat.* Paull. *Sent. III, 6, 34.* et in eorum genere, quae conſeruandi fructus gratia habentur. *l. 8. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.*

CVPITVS, ſerui nomen. *l. 41. §. 10. D. de fideicomm. libert.*

CVPRESSEVS, A, VM. CVPRESSEVM corpus. *l. 26. D. de adquir. rer. domin.*

[CVPRESSVS, arboribus infrugiferis adnumeratur. *l. 16. §. 1. D. quod vi aut clam. l. 45. §. 13. D. de iure fiſci.*] Eam nauigiis aptam arborem fuiſſe, indicat *l. 26. D. de adquir. rer. domin.* Virgil. *Lib. II. Georg. v. 442.*

Dant vtile lignum
Nauigiis pinos, domibus cedrosque CVPRESSOSQUE.

Arrian. *Lib. VII. de reb. geſt. Alex. Cap. 19. p. 300.* naues, caeſis CVPRESSIS, ab Alexandro compactas, memorat. Primam omnium hanc materiam adhibitam eſſe compaginandis nauibus, patet ex *Geneſ. VI, 14.* Arcam enim Noachus fabricare iuſſus eſt ex lignis גפר quae non alia, quam cupreſſos eſſe, materiam aduerſus cariem et tineas firmiſſimam, luculenter demonſtrauit Sam. Bochart. *in Geogr. S. Libro I. Cap. 4. p. 22. Tomo I. Op.* qui inde erudite colligit, arcam illam in Adiabene, vbi celeberrimum cupreſſetum fuiſſe, Arrianus, loco paullo ante laudato, et Strabo teſtantur, a Noa conſtructam fuiſſe. Ceterum naues e cupreſſis fabricatas, praeter Virgilium, (cuius tamen locus non adeo ad rem facit,) et Arrianum, memorant Plutarch. *Sympoſ. Lib. I. probl. 2.* Veget. *Lib. IV. Cap. 34.* Caſſiodor. *Var. Lib. V. Cap. 16.* Diodor. Sicul. *Lib. XIX. p. 714.* quos locos vna cum aliis iam attulit Bochartus *ibid.* HEIN. ‖. 2. CVPRESSVM ex luco Daphnes exſcindi vetant Imperatores, ſoli Alytarchae vrbis Antiochenae vnius cupreſſi exſcindendae facultatem dantes. *l. 12. C. Theod. de iure fiſc.* Pertinet huc *titulus Codicis de cupreſſis ex luco Daphnenſi, vel perſeis per Aegyptum non excidendis et vendendis Lib. XI. tit. 77.* quem ex hiſtoria illuſtrarunt Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 258.* et Caeſar Coſta *in Ambiguitat. Lib. I. Cap. 5.* HEIN.

CVR.

CVRA, in ſenſu vulgari. CVRA corporis neceſſaria: *l. 50. §. vlt. D. de oper. libert.* condendi corporis: *l. 88. §. 1. D. de legat. II.* CVRA funeris: *l. 14. §. 2. D. de religioſ.* CVRA, quando a cultura ſeparatur, vt *§. 35. Inſt. de rer. diuiſion.* ad rem pecuariam videtur pertinere. Nam vt agri *coli*, ita pecora *curari* dicuntur, ceu ſuo loco docebo. Hinc CVRA acta pecorum. *l. 9. §. 5. D. de reb. auct. iud.*

poſſ. Hinc CVRAM agere: *l. 3. §. 1. D. naut. caupon. ſtabul.* CVRAM gerere: *l. 1. §. 6. D. de poſtul. l. 67. §. 3. D. de rit. nupt. l. 22. D. de excuſ. l. 6. C. de hered. act.* CVRAM habere: *l. 1. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 5. C. de condict. ob cauſſ. l. 2. C. de ord. iudic. l. 1. C. vbi cauſſ. ſtat.* Ad CVRAM hoc pertinet alicuius: *l. 1. D. de leg. Iul. ambit. l. 1. §. 11. D. de offic. praef. vrb. l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* Sub CVRA alicuius eſſe. *l. 37. D. ad municipal. l. 35. D. de legat. III. l. 21. D. de manumiſſ. teſtam.* ¶. 2. CVRAE adpellatione interdum curatorum actus, munus, ſeu curatio, ſignificatur. *tit. D. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt.* CVRA adulti, furioſi, muti, ſurdi, prodigi, ventris, ad exhibendum cibum, potum, tectum, et ſimilia: *l. 1. D. de muner. et honor. l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 16. l. 41. D. de excuſat. l. 16. D. de ſuſp. tut. l. vlt. C. ſi tut. vel curat. interu. l. 1. C. qui morb.* CVRA liberorum iniungitur mulieri, quum ita legatur, NE A LIBERIS IMPVBERIBVS NVBAT: *l. 62. §. 2. D. de condit. et demonſtr.* CVRA ventris, bonorumue. *l. 3. §. 2. D. de ſuſpect. tut.* Hinc CVRAM adminiſtrare: *l. 19. D. de iudic. l. 47. §. 1. D. de min. l. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 5. C. de adminiſtr. tut. l. 2. l. vlt. C. de hered. tut. l. vlt. C. de excuſ. veteran.* CVRAE adminiſtratio: *l. 4. C. de transact.* officium et tempus: *l. 46. pr. §. 1. D. de adminiſtr. et peric.* ratio: *l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg.* rationem reddere. *l. 1. §. 9. D. de leg. Cornel. de falſ.* ¶. 3. [CVRA, pro patria poteſtate. *l. 16. C. Theod. de praetor. et quaeſtor. Quum ſe, intelligant, his obſequiis plus debere, quibus ſeſe meminerunt vinculis* CVRAE *exutos.* CVRAM enim et *vinculum* CVRAE patriam poteſtatem et ſollicitudinem ſignificare, poſt Gronouium oſtendit Iac. Gothofredus *in Comment. ad dictam l. 16*] ¶. 4. [CVRA ciuitatum, id eſt, officium curatoris ciuitatum. *l. 20. C. Theod. de decurion. l. 1. C. Theod. de honorar. codicill.*] ¶. 5. CVRA pro adminiſtratione et ſollicitudine curſus publici et littorum, ne quis merces illicitas exportet. *l. 2. l. 4. l. 5. et l. vlt. C. Th. de curioſ. l. vn. C. Th. ne praefectian. exact. vel curioſ.*] ¶. 6. Sic et CVRA operis: *l. vlt. D. de vacat. et exc. mun.* CVRA cuſtodiendi aquaeductus: *l. vlt. §. 1. D. de muner. et honor.* Vocatur etiam CVRARVM ius. *l. 2. C. de adparit. praef. praetor.* Sic enim legendum illic eſſe, olim monui, quum antea perperam CVRIARVM ſcriptum eſſet: quemadmodum etiam CVRIAE, pro CVRAE cum vitio ſcriptum fuiſſe, tum temporis docui in *l. 2. C. de exſequut. et exactor.* At in *l. 1. C. de offic. magiſtr. offic.* recte: *Ad* CVRAS *agendas, et curſum exeant.* vt et in *l. 2. C. de curioſ. In* CVRIS *agendis, et euectionibus publici curſus inſpiciendis.* Sic et CVRARVM ius atque arbitrium. *l. vn. C. Theod. ne praefectian.* ¶. 7. CVRA palatii, dignitatis nomen in aula Conſtantinopolitana. *l. 1. C. de comit. et tribun. ſcholar.* Quod ex Ammiano Marcellino, cum alias, tum *Lib. XXXI. Cap. 12.* facile intelligitur. *Tribunus*, ait, *Equitius, cui tunc erat* CVRA *palatii credita.* Meminit et Gregor. Turonenſ. *Hiſt. Lib. II. Cap. 8.* Zonaras κουροπαλάτην vocat. Sic enim *Annal. Tomo III. p. 57.* in Iuſtino ſcribit: Ἰουστῖνος δὲ τὸ γένος τυγχάνων Ἰλλυριὸς κουροπαλάτην πρὸ τῆς βασιλείας τετίμητο. *Iuſtinus vero, gente Illyrius,* CVROPALATAE *honorem ante imperium geſſit.* Ex *p. 82.* in Leone Iſauro: τὴν θυγατέρα τοῦ Ἀρταβάσδου συνῴκισεν, κουροπαλάτην αὐτὸν ὀνομάσας. *Artabasde filiam deſpondit, et* CVROPALATAE *honorem decreuit.* Denique *in Stauracio p. 101.* ἐπεβούλευε δὲ τῷ κουροπαλάτῃ Μιχαήλ. *Michaeli, Curopalatae, inſidias ſtruxit.* Vnde EXCVRA *palatii*, eadem figura, qua *exconſule* et *excomite* apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXXII. Cap. 3.* legimus. Ceterum quamuis CVROPALATARVM in eo dicatur conſtitiſſe officium, vt curam agerent palatiorum Imperatoris: Caſſiodor. *Var. Lib. VII. Cap. 5.* id tamen tantum de aula Gothica verum fuiſſe videtur. Conſtantinopoli enim ſumma haec et ſplendidiſſima fuit dignitas, et tantum non a principatu proxima. Vnde Corippus *Lib. I.*

Quum magni regeres diuina palatia patris,
Par exſtans curis, ſolo diademate diſpar,
Ordine pro rerum vocitatus CVRA PALATI.

Ex quo loco ſimul diſcimus, non modo officium, ſed et ipſum, qui illo fungebatur, CVRAM *palatii* dictum. De eo praeter Codinum videndus Car. du Freſne *Gloſſar. Lat. voce Curopalates.* HEIN.

CVRAGENDARIVS: *l. 1. C. Theodoſ. de curioſ.* ſunt ii, qui *curas agunt*, *l. 2. l. 4. l. 5. C. Theod. eod. tit.* et quidem praecipue curſus publici.

CVRARE, aegris mederi. *l. 11. §. 1. D. ad exhib. l. 2. in fin. D. de oper. libert.* Sic CVRARE aegrum: *l. 53. §. vlt. D. de furt. l. 7. §. vlt. D. ſolut. matr.* amicos gratis: *l. 27. D. de oper. libert.* familiam: *l. 9. §. 3. D. de reb. auct. iud. poſſid.* CVRANDOS oculos medico committere: *l. 3. D. de extraord. cognit.* CVRARE patronam, et eius familiam: *l. 10. §. vlt. D. de annuis leg.* CVRARE ſeruum: *l. 11. D. ad exhib. l. 30. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* ſeruum aegrum: *l. 10. §. vlt. D. de negot. geſt. l. 10. C. eod. tit.* vulneratum. *l. 9. §. 1. D. de pecul. l. vlt. C. in quibus cauſſ. ceſſat.* ¶. 2. [CVRARE, ſollicitudinem habere. *§. vlt. Inſt. de bon. poſſeſſ. l. 15. §. 10. D. de iniur.*] CVRARE aedes ſacras: *l. vlt. D. ne quid in loc. ſacr.* attendere agros: *l. 68. §. 1. D. de legat. III.* arbores: *l. 3. D. de impenſ. in res dot. fact.* negotia. *l. 14. §. 1. D. comm. diuid. l. 5. C. de magiſtr. conuen.* Inprimis CVRARI dicuntur oues et pecora: *l. 60. §. vlt. D. de legat. III. l. 7. §. 9. D. ſolut. matrim.* Sic et veſtimenta CVRARI dicuntur a fullone: *l. 12. D. de furt. l. 31. D. locat.* Cyprian. *Lib. III. Epiſt. 16. Nemo tunicam ſciſſam accipere et induere poteſt, niſi eam ab artifice perito ſartam viderit, et a fullone* CVRATAM *acceperit.* CVRANDVM locum locare: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Hinc CVRARE et dare operam: *l. 29. D. locat. l. 30. §. 2. D. de adim. legat.* CVRANDVM eſt: *l. 5. §. 23. D. vt in poſſeſſ. legat.* [corrumpere CVRAVIT: *rubr. C. de poen. iud. qui mal. indic.*] CVRARE debet iudex: *l. 5. l. 25. §. 21. D. famil. erciſc. §. 32. Inſt. de action.* CVRENT magiſtratus: *l. 22. D. de teſtib.* CVRABIT praeſes: *l. 5. §. vlt. D. de oper. publ. l. 10. C. de adminiſtr. tut.* praefectus vrbi: *l. 1. §. 9. D. de offic. praef. vrb.* praetor: *l. 9. D. de Carbon. edict.* proconſul: *l. 7. D. de offic. proconſ.* venditor. *l. 21. §. 1. D. locat.* ¶. 3. CVRARE corpora,

pora, verbum militare, frequens apud Liuium et Curtium. Seru. *in libr. IV. Georg. v. 187.* CVRARE *corpus, ſi de hominibus dicamus, et cibo et lauacro intelligimus, aut alterutro.* ¶. 4. [CVRARE, obſeruare, bene exhibere. Si aliquid adoptiuus pater habere voluerit, propter quod a filio poſt emancipationem magis CVRARETVR. *l. 107. D. de verb. obl.*

CVRATIO, vulnerati vel aegri: *l. 3. D. ſi quadrup. pauper. l. 7. pr. l. 8. pr. D. ad leg. Aquill. l. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* CVRATIO ſerui aegri: *l. 13. §. 22. D. de action. emt.* In CVRATIONEM ſerui impendere: *l. 22. D. commodat.* ☞ CVRATIONEM propriam medicorum; *curam* aliorum eſſe, obſeruaoit Donat. *ad Terent. Andr. Act. I. ſcen. 1. v. 3.* At minus ſolidam eſſe hanc obſeruationem, vel ex Cicerone diſcere potuiſſet. Is enim *Lib. VI. ad familiar. Epiſt. 19.* CVRATIONEM *munerum regiorum* dixit, pro cura. Et *lib. I. de nat. Deor. Cap. 1.* prouidentiam vocat CVRATIONEM *et adminiſtrationem rerum.* HEIN. Hinc ¶. 2. CVRATIONES etiam ſunt magiſtratuum. Cic. *de leg. Agrar. II. Cap. 8.* eaque vox ita accipienda eſt in *l. 1. D. ad leg. Iul. repetund.* in qua CVRATIO a magiſtratu poteſtateque ſeparatur. Sic et apud Ciceron. *pro Domo Cap. VI. Aut in iſto genere, omnino quidquam aut* CVRATIONE, *aut poteſtate valuiſſem.* CVRATIO calendarii. *l. vlt. D. de muner. et honor.* ¶. 3. CVRATIO, id eſt, cura, et, vt vulgo loquimur, curatela. *l. 3. D. de poſtul. l. 29. §. 1. D. de minor. l. 1. D. de curat. furioſ.* Vlpian. *Fragm. tit. XII. §. 2. pr. Inſt. de tutel.* Duas CVRATIONES adminiſtrare: *l. 30. §. 1. D. de excuſat.* CVRATIO demandata: *l. 9. D. teſtam. quemadm. oper.* CVRATIO furioſi, aut prodigi: *l. 1. l. 4. l. 13. D. de curat. furioſ. l. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 1. C. qui num. tutel.* CVRATIO hereditatis. *l. 13. D. de negot. geſt.* Hinc CVRATIONIS iudicium, *l. 11. D. de auct. et conſ. tut.* id eſt, actio adminiſtratae curae, vt *l. 4. C. de tranſact.* quae negotiorum geſtorum actio eſt. *l. 4. in fine D. de tut. et rat. diſtrah. l. 1. C. quod cum eo.* Curator enim negotia gerere dicitur, vt tutor tutelam adminiſtrare. *l. 67. D. de rit. nupt.* CVRATIONEM reſtituere, eadem forma, qua et tutelam dixit Paullus. *l. 33. D. de minor.* id eſt, curae adminiſtratae rationes reddere.

CVRATORES, multiplicis generis in iure noſtro memorantur. CVRATOREM enim Praetor dare ſolet adoleſcenti, furioſo, furioſae, fatuo, fatuae, muto, ſurdo, prodigo, et iis qui negotiis ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe non poſſunt. *l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. D. de poſtul. l. 14. §. pen. D. de ſolut. l. 4. §. vlt. D. rem pupill. ſalu. l. 48. D. de adminiſtr. et per. tut.* Ceteros quoque, quibus CVRATORES, quaſi debilibus, vel prodigis, dantur, vel ſurdo, muto, vel fatuo, *l. 19. l. 20. l. 21. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Horat. *Lib. I. Epiſt. 1.*

Nec CVRATORIS *egere,*
A praetore dati.

Feſtus Pompeius: CVRATORES *dicuntur, qui pupillis loco tutorum dantur, ſiue illi, qui rei frumentariae, agris diuidundis, praepoſiti ſunt.* Vetus Gloſſarium: CVRATOR *eſt, qui res adminiſtrat adoleſcentis.* CVRATOR pupilli, adoleſcentis furioſi, prodigi. *l. 1. §. 1. D. de contrar. tut. act. l. 10. §. vlt. D. quae in fraud. credit.* ¶. 2. Sic memorantur CVRATORES, ad cogendas angarias creati. *l. C. quemadm. ciuilia.* ¶. 3. CVRATOR, qui annonam adminiſtrat: *l. 21. §. 2. D. de adpellat.* ¶. 4. CVRATORES bonis dati: *l. 22. §. 10. D. mand.* conſenſu creditorum: *l. 9. D. rat. rem hab. l. 3. D. de curat. fur. tit. D. de curat. bon. dand.* Hi vel *cuſtodiendis*, vel *diſtrahendis* bonis conſtituebantur. Sic ex Carboniano edicto petita poſſeſſione, ſi ſatis non detur, cuſtodiendis bonis CVRATOR datur. *l. 1. §. vlt. D. de mun. et honor.* Et quum in ſatisdatione pupillus et aduerſarius eius ceſſant, CVRATOR conſtituendus eſt, qui bona adminiſtret, et quandoque ei, qui iudicio vicerit, reſtituat. *l. 5. §. vlt. D. de Carbon. edict.* Tales etiam erant CVRATORES, bonis dati eorum, qui ab hoſtibus capti, reuerti ſperabantur, itemque cuſtodiendis ab eo relictis, cui necdum quisquam ciuili, vel honorario iure, ſucceſſit. *l. 1. §. vlt. D. de muner. et honor.* Nomine enim eius, qui hoſtium potitus eſt, CVRATOR, vt plerumque bonis conſtituitur. *l. 15. D. ex quib. cauſſ. maior.* Si bonis CVRATOR datus ſit, vel abſentis, vel ab hoſtibus capti, vel dum deliberant ſcripti heredes de adeunda hereditate. *l. 22. §. vlt. D. de reb. auctorit. iud. poſſid.* Sic et CVRATORIBVS bonorum ventris, ſola CVSTODIA, et earum tantum rerum, quae deteriores futurae ſunt, venditio committitur. *l. 20. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Talis etiam CVRATOR bonorum eius, qoi an heres exſtiturus ſit, incertum eſt: *l. 2. D. de feriis.* itemque CVRATOR bonorum patris conſtitutus, quia filius hereditate paterna abſtinuerat. *l. 9. D. de ſolut.* De altera vero CVRATORVM, bonis datorum, ſpecie haec exſtant exempla. CVRATOR bonis diſtrahendis datus: *l. 9. §. 3. D. de reb. auct. iud. poſſid.* CVRATOR ex SCo conſtituitur diſtrahendorum bonorum gratia, quum clara perſona, veluti Senatoris filius, vel vxor eius, in ea cauſſa ſit, vt eius bona venire debeant. *l. 5. D. de curat. fur.* Vnde in *l. 9. D. eod. tit.* Cuius bonis diſtrahendis CVRATORES facere Senatus permiſit. Et in *l. 3. D. de curat. bon. dand.* Bonis per CVRATOREM ex SCo diſtractis. Similiter in *l. 2. D. de minor.* Per CVRATOREM bonorum, decreto Praetoris ad diſtrahenda bona ſecundum iuris formam conſtitutum. ¶. 5. Bonorum etiam reip. tres CVRATORES conſtituebantur, qui apud Graecos ἐπιμεληταὶ vocati. *l. 46. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 6. Sed et a praegnante interdum CVRATOR bonis petebatur. *l. 2. §. 30. D. ad SC. Tertull.* ¶. 7. CVRATOR Caeſaris, id eſt, procurator. *l. vlt. princ. D. de offic. proc. Caeſ. l. 5. D. de iure fiſci.* Vbi omnino legi merentur, quae de promiſcue vſurpatis procuratoris et CVRATORIS vocabulis diſſeruit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. II. Cap. 20. p. 128.* HEIN. ¶. 7. CVRATOR calendarii: *l. vlt. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. l. 1. C. Theod. de curat. calendar.* Ac plane in Inſcriptione quadam hae notae: CVR. KAL. FRABATENORVM *curatorem calendarii* deſignant. ¶. 8. CVRATOR ciuitatis. *l. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom. l. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. l. 3. l. 8.*

 C. Theod.

C. Theod. de donat. l. 5. C. Theod. de exhib. vel tranſm. reis. l. 3. C. Theod. de ſuperexact. Graece ☞ λογιστής, vt eſt, in *l. 3. C. de mod. mulctar.* Horum CVRATORVM non eadem vbique erat ratio. Alii enim ordinem curiae gubernabant, pretia conſtituebant rebus venalibus, bona reipublicae adminiſtrabant, reddebantque rationes. Caſſiodor. *Var. Lib. VII. Cap. 12.* Vnde et *logiſtae* vel *rationales* vocabantur. *l. 5. C. de mod. mulctar.* Alii et iuri dicundo praeerant. Vnde *tribunal* et *adparitores* tribui videmus CVRATORI ciuitatis Vicentinae, apud Reineſ. *Claſſ. VI. Inſcript. 44.* HEIN.

¶. 9. CVRATORES corporum, id eſt, collegiorum. *l. pen. in fine D. de colleg. et emporib.*

¶. 10. CVRATOR diuinae vel dominicae domus, in *inſcript. l. vlt. C. de quadrag. praeſcript.* et in *Nouell. I.* ¶. 11. CVRATORES frumenti et olei emendi, quos σιτώνας καὶ ἐλαιώνας adpellant. *l. vlt. D. de mun. et honor.* CVRATORES comparando frumento. *l. 21. D. ad municipal.*

¶. 12. CVRATOR *munerum et venationum* memoratur apud Sueton. *in Calig. Cap. XXVII.* ¶. 13. CVRATOR municipum: *l. 5. §. 10. D. quod vi aut clam.* ¶. 14. CVRATORES operum, *l. 7. D. de offic. proconſ. l. 1. l. 2. §. 1. D. de operib. publ. l. 17. §. pen. D. de vſur. l. 2. §. 2. D. ad municipal.* et apud Sueton. *in Auguſt. Cap. XXXVII.* quibus ſcilicet exſtruendorum vel reficiendorum aedificiorum publicorum cura mandabatur. *l. vlt. §. 10. D. de mun. et honor.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 28. Videntur non mediocres pecuniae poſſe reuocari a* CVRATORIBVS *operum, ſi menſurae fideliter agantur.* ¶. 15. CVRATOR portionis. *l. 1. §. 10. et §. 13. D. de collat. bon.* ¶. 16. CVRATOR reipublicae: *l. 37. D. de pact. l. vlt. D. de offic. adſeſſor. l. 2. §. 6. l. 3. §. 1. et §. pen. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert. l. 46. D. de damn. infect. l. 2. C. de ſentent. quae ſine cert. quantit. l. 1. C. ne quis liber. inuit.* CVRATOR reipublicae, cui locorum publicorum procuratio data eſt: *l. 3. §. 4. l. 5. §. 4. D. quod vi aut clam.* VLPIANVS autem librum ſingularem ſcripſerat *de officio* CVRATORIS ☞ *reipublicae.* Ex eo in pandectis decerptae ſunt. *l. 33. D. de vſur. et fruct. l. 4. D. de decret. ab ord. fac. l. 5. D. oper. publ. et l. 1. et l. 15. D. de pollicit.* HEIN. ¶. 17. CVRATOR, ad ſiliginem emendam decreto ordinis conſtitutus. *l. 30. D. de negot. geſt.* ¶. 18. CVRATOR ventri datus. *l. 1. D. de mun. et hon. l. 1. §. 17. et ſequ. l. 5. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 48. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. pen. §. 4. D. de rit. nupt. l. 8. D. de curat. furioſ.* Ventri tutor a magiſtratibus populi Romani dari non poteſt: CVRATOR poteſt: *l. 20. D. de tut. et curat. dat.* Bonorum ventris nomine CVRATOREM dari oportet: *l. 8. D. de curat. furioſ.* Si ventri CVRATOR datus ſit: *l. 24. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Quoties venter in poſſeſſionem mittitur, ſolet mulier CVRATOREM ventri petere, ſolet et bonis: *l. 1. §. 17. D. ventr. in poſſeſſ.* Hoc iure vtimur, vt idem CVRATOR et bonis et ventri detur: *d. l. 1. §. 18. D. eod. tit.* Quum venter in poſſeſſione ſit, aut pupillus heres tutorem non habeat, CVRATOR decerni ſolet. *l. 1. D. de curat. bon. dand.* ¶. 19. CVRATORES viarum. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6. §. 2.* ¶. 20. [CVRATOR pro tutore poni videtur in *l. 5. C. de teſtam. tut.*]

CVRATORICIVS, A, VM

CVRATORICII equi. *l. 29. C. Theod. de annon. et tribut.* CVRATORICIO nomine equi flagitati. *l. 2. C. Theod. de equor. collat.*

CVRIA,

CVRIA, trita ſignificatione, Senatus Romani ampliſſimique ordinis, immo et decurionum in municipiis et coloniis, conſeſſum ſignificat. Prior et *Senatoria* dicitur: *l. 1. C. Theod. de Conſulib.* CVRIA praeclara: *l. 3. C. Theod. de fid. teſt. et inſtrum.* μεγάλη βουλή, magna curia: *Nouell. LXX.* CVRIA Imperatorum. *l. 8. D. de decurion.* Poſterioris fit mentio. *l. 3. D. quod cuiuſc. vniu. nom. l. 38. §. 10. D. de poen. l. 24. D. ad municipal.* Vnde Theophil. in *§. 2. Inſt. de hered. quae ab inteſt.* CVRIAM vocat βουλευτήριον τῆς πόλεως, *conſilium ciuitatis.* Sic CVRIAE datus: *§. vlt. Inſt. de nupt.* CVRIAE tradere: *l. 3. C. de natural. lib.* ſententia pro CVRIA lata. *l. vn. C. de ſent. praeſ. praetor.*

¶. 2. [CVRIA, pro curiali munere. Ad CVRIAM deuocari, in *l. 7. C. Theod. de epiſc. eccleſ. et cleric.* non eſt ad magiſtratum trahi, ſed ad curiale munus nominari et depoſci, vt ex *l. 1. et l. 9. C. Theod. eod. tit.* interpretatur Iac. Gothofredus. Et ſane *ad munera* CVRIALIA *deuocari*, expreſſe habetur in *l. 11. C. Theod. eod. tit.*] ¶. 3. [CVRIA pro curialibus. *l. 4. C. Theod. de ſpectac.*]

¶. 4. CVRIA, pars populi Romani. Nam aucta ad aliquem modum ciuitate, ipſum Romulum traditur populum in triginta partes diuiſiſſe, quas partes CVRIAS adpellauit, propterea, quod tunc reipublicae curam per ſententias partium earum expediebat. *l. 2. §. 2. D. de orig. iur.* De CVRIIS his plura Dionyſ. Halicarn. *Lib. II. p. 82.* qui illas Graece φράτρας vel λόχους adpellat. Feſtus in *curia* Liu. *Lib. I. Cap. 13.* Plutarch. *in Romulo p. 30.* HEIN.

CVRIALES,

CVRIALES, qui curiis adſcripti erant, *l. 30. C. de locat. l. pen. C. de exactor. tribut. l. 12. l. 18. l. 20. C. de epiſc. et cler. l. pen. C. de hered. decur. l. 7. C. de haeret. l. 31. C. de decur. l. 30. C. Theod. eod. tit. l. 31. C. Theod. de ſuſcept. praepoſ.* et alias paſſim, vt et apud Saluian. Maſſil. *de gubern. Dei Lib. III.* Caſſiod. *Var. Lib. II. Cap. 24.* Sic CVRIALES Afri: *l. 21. C. Theod. D. de decur.* Claudiopolis, Pruſiadis, et aliorum oppidorum, ſiue manſionum per Bithyniam: *l. 119. C. Theod. de decurion.* diuerſarum ciuitatum: *l. 19. l. 30. C. Theod. eod. tit.* prouinciae Myſiae: *l. 69. C. Theod. eod. tit.*

¶. 2. Horum quidam decurionatus honore fungebantur: quales CVRIALES decem primi ordinis. *l. 2. C. Theod. de quaeſt.* CVRIALES ordinarii: *l. 16. C. Theod. de nauicul.* et inferiores: *l. 173. C. Theod. de decurion.* quorum paſſim memorantur decreta: *l. 7. C. de profeſſ. et medic.* et officia. *l. 42. C. Theod. de decurion.* ¶. 3. Alii, nondum in curiam adſumti, curiae tamen tamquam glebae adſcripti, et cum omnibus facultatibus ſuis obnoxii erant, de quorum miſera ſatis conditione pluribus egerunt Briſſonius noſter *Lib. IV. Antiqu. ſelect. Cap. 18.* Merill. *Obſeru. Lib. VII. Cap. 26.* Hinc CVRIAE ſeruiebant periculo ſuarum facultatum: *l. 4. C. de natur. lib. l. 50. l. 55. l. 60. l. 64. C. de decu-*

de decurion. Et nec clerici ordinari, *l. 12. l. 27. l. 53. C. de Epiſc. et cler. Nouell. CXXIII. Cap. 14.* nec militiae nomen dare, nec ruri extra municipium viuere poterant: *l. 17. C. de decur. l. vn. C. ſi curial. relict. ciu.* ſed curiae corpori adnexi erant. *l. 17. C. de Epiſc. et cler.* Et tales erant liberi illegitimi CVRIAE dati. *§. vlt. Inſt. de nupt.* HEIN. Huc pertinent CVRIALIA munera: *l. 34. C. Theod. de decur.* vel munia: *l. 15. C. Theod. eod. tit.* CVRIALIS nexus: *l. 56. C. Th. eod.* CVRIALIA onera: *l. 135. C. Theod. eod.* CVRIALIS origo: *l. 48. C. Theod. de haeret.* CVRIALIA vincula. *l. 9. l. 155. C. Theod. de decur.*

CVRIALITAS, curialium conditio. *Nouell. Theod. et Valent. de ſucceſſ. curial.*

CVRIATVS, A, VM. Sic CVRIATAE dicuntur leges regiae: *l. 2. §. 2. D. de orig. iur.* CVRIATA lege etiam adoptiones factas, teſtatur Sueton. *Auguſt. Cap. LXIV.* Appian. *de bell. ciuil. Lib. III. p. 586.* Dio Caſſ. *Lib. XXXIX. p. 97.* et *Lib. XLVI. p. 321. ſeq.* De lege CVRIATA, qua imperium dari ſolebat magiſtratibus, acris, at erudita diſputatio orta eſt inter viros doctiſſimos, Carolum Sigonium, et Nic. Grucchium, quorum ea de re libri cum ſeparatim, tum in viri eximii Io. Georgii Graeuii *Theſaur. Antiqu. Rom. Tom. I. p. 531. p. 709. 731. 753. et p. 841.* exſtant. HEIN.

CVRIOSITAS, ſciendi ſtudium, vt in *l. 6. D. de iur. et fact. ignorant.* ¶. 2. [Aliquando vox haec ad ſignificandam artem magicam et damnabilem aliquam, vſurpatur. Vnde in *l. 4. C. Theod. de malef. et mathem. diuinandi* CVRIOSITATEM Conſtantius adpellat. Idem ſenſus eſt Horat. *Epod. XVII. v. 76.*

An quae mouere cereas imagines
Vt ipſe noſti CVRIOSVS, *et polo*
Deripere lunam vocibus poſſum meis?

Neque aliae ſunt CVRIOSAE viſiones, quam magicae, apud Auguſtin. *Confeſſ. X.* Vid. Iac. Gothofred. in *Comment. ad tit. Cod. Theod. de malef. et math. Lib. IX. tit. XVI.*]

CVRIOSVS, ſciendi cupidus, πολυπράγμων. CVRIOSVS homo: *l. 9. §. 2. D. de iur. et fact. ignor.* CVRIOSVS eſſe debet creditor: *l. 3. §. 9. D. de in rem verſ.* [In impetrandi occaſione CVRIOSVS. *l. 16. C. Theod. de petition.*] ¶. 2. CVRIOSI etiam, qui curis agendis et euectionibus curſus publici inſpiciendis operam dabant. *l. 13. C. de curſ. publ. l. 2. C. de curioſ. l. 1. C. de officio magiſtr. officior.* Ad eos cura vehicularis curſus pertinebat, vt loquitur *l. vlt. D. de mun. et honor.* Hos quoque crimina iudicibus denunciaſſe, indicat *l. 1. C. de curioſ.* Tertullian. *de fug. in perſequ. Cap. XIII: In matricibus beneficiariorum et* CVRIOSORVM. In *paſſione B. Mennae* Heliodori cuiusdam mentio fit, qui CVRIOSI officio fungebatur. Ad hoc verbum pertinent, quae a Suida in verbo *κυρίοσσος p. 258. Tomo II.* referuntur ἐκ τῦ βίυ χρυσοςόμυ. Ea ſunt huiusmodi: Ἑλκόμενος ὑπὸ τῦ κυρώσσυ τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει. *Quum autem traheretur a* CVRIOSO *vrbis per mediam vrbem.* ¶. 3. CVRIOSOS etiam *publicanis* vectigalium redemtoribus iungit Iulius Firmic. *Lib. III.* ¶. 4. Sed et CVRIOSI littorum memorantur *Nouell. vnica Theodoſii et Valentin. de trib. fiſc.* et primi ſcholarum CVRIOSI. *l. 6. C. Theodoſ. de curioſ.*

[CVRRAX ſeruus. *l. 18. pr. D. de Aedil. edict.* Qua voce non tantum vetus Ioſephi interpres, Rufinus *Lib. VIII. Antiqu. Cap. 7.* ſed et Gratius poeta vtitur, obſeruante Strauchio *Diſſert. Aedil. poſter. Cap. I. §. 9.* Videatur Scip. Gentil. *Lib. I. Parerg. Cap. 17.* quem etiam non laudatum exſcribit Dion. Gothofr. *Not. ad d. l. 18. litt. z*] Locum Gratii *in Cyneg. v. 89.* primus obſeruauit Voſſ. *de analog. Lib. II. Cap. 33.* Ceterum de Latinitate huius vocabuli multi diſputant, ſed fruſtra, quum, ſi vel maxime deeſſet auctoritas, analogia tamen ſufficere videretur. Sed, ſi MSC. Pithoeano fides, eo vocabulo vſus etiam eſt Symmach. *Lib. IV. Epiſt. 60.* ceu ibi monuit Fr. Iuretus. Vid. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. I. Cap. 25. p. 69.* HEIN.

CVRRERE in equis: *l. 20. D. de praeſcript. verb.* CVRRIT flumen: *l. vlt. D. de ſeruit. praed. ruſt.* [CVRRERE ad legiones, vel ad diuerſa officia: *l. 43. C. Th. de decurion.*] ad litigandum: *l. 4. C. de obſ. patron.* CVRRIT mancipium per plures emtores: *l. 56. D. de contr. emt.* [CVRRERE ad inane vocabulum militiae: *l. 40. C. Theod. de decurion.*] CVRRIT praeſcriptio: *l. 3. C. quib. non obiic.* [CVRRERE ad prouocationis auxilium, pro recurrere: *l. 10. C. Theod. de adpellat.*] CVRRIT quinquennium: *l. 2. C. de colluſ. deteg.* [CVRRERE ad ſuffragia: *l. 43. C. Theod. de decur.*] CVRRIT tempus: *l. 48 §. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* CVRRVNT tempora: *l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict.* CVRRIT vſucapio: *l. 2. D. pro donat.* CVRRVNT vſurae. *l. 35. D. de vſur. l. 7. §. 7. D. de admin. et peric. tut.*

CVRSOR. *l. 99. §. vlt. D. de legat. III.*

CVRSVALES equi, id eſt, curſui publico deputati: *l. 29. C. de curſ. publ. l. 64. C. Theod. eod. tit.* et apud Caſſiod. *Lib. IV. Var. Epiſt. ad Godiſcalcum, et Lib. V. Epiſt. ad Manillam.* CVRSVALIS ſollicitudo: *l. 7. C. Theod. de curioſ.* CVRSVALE obſequium: *l. 9. C. Theod. de re milit.* [CVRSVALIS rheda. *l. 9. C. Theod. de leg. et decret.*]

CVRSVS aquae: *l. 1. §. 1. D. ne quid in flum. publ. l. 1. §. 12. D. de fluminib.* fluminis: *l. 30. §. 2. D. de adquir. rer. dom. l. 1. C. de alluuion.* nauium: *l. 6. C. Theod. de nauicular.* CVRSVS vſurarum. *l. vlt. C. de vſur. pupillar.* ¶. 2. CVRSVS clabularis, *l. 2. l. 5. C. Theod. de curioſ. l. 62. C. Theod. de curſ. publ.* qui et CVRSVS *publicus*, *l. 4. C. de offic. praeſid. l. 5. C. de mod. mulct. tit. C. de curſ. publ. l. 10. C. de extraord. et ſord. mun.* Sidon. Apollin. *Lib. I. Epiſt. 5.* nec non vehicularis, *l. 1. l. vlt. D. de mun. et honor* et apud Caſſiodor.

Variar. Lib. I. Cap. 29. Imperator autem Iulianus, quemadmodum Socrat. *Lib. III. Hiſt. eccl. Cap. 1. refert*, *περιεῖλε τὸν δημόσιον τῶν χρειῶν δρόμον, οἷον ἡμιόνων, βοῶν καὶ ὄνων· μόνων δὲ τῶν ἵππων ταῖς δημοσίαις χρείαις συνεχώρησεν ὑπουργεῖν. Sed et publicum* CVRSVM, *qui publicis neceſſitatibus inſeruiebat, ſuſtulit, mulorum ſcilicet, boum et aſinorum, ſolum equorum curſum eiuſmodi neceſſitatibus miniſtrare permittens.* Quorum verborum, quae per ſe ſatis plana ſunt, ſenſum, mirum eſt, Caſſiodorum adſequutum non eſſe, qui *Lib. VI. hiſtor. tripartit. Cap. 1.* Iulianum narrat publicum curſum mularum et caballorum abſcidiſſe: quorum alterum verum, alterum falſum eſt: CVRSVM autem publicum priuato vſurpare non licebat, *l. 54. C. Th. de curſ. publ.* neque ſ quoquam ſine euectionis auctoritate moueri poterat. *l. 27. C. Theod. eod. tit.*

CVRVLIS, E. CVRVLE certamen: *l. 1. C. Theod. de equ. curul.* id eſt, ludi circenſes. CVRVLES equi: *l. 5. C. de ſpectac. l. 7. C. de numer. actuar. l. 4. C. de muner. patrim. rubr. Cod. Theod. de equ. curul.* et Symmach. non ſemel.

CVS.

[CVSIO monetalis: *l. 18. C. Theod. de extraord. et ſord. mun.* id eſt, CVDENDAE pecuniae ſtudium. *l. 3. C. Theod. eod. tit.* Super CVDENDO aere facultatem ſibi arripere. *l. vlt. C. Th. eod. tit.*]

CVSTODIA, obſeruatio diligens rei. In CVSTODIA bonorum eſſe: *l. 1. §. 17. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* CVSTODIAE cauſſa clauem et anulum maiori natu filio pater moriens tradit: *l. 77. §. 21. D. de legat. II.* CVSTODIAE cauſſa quid facere: *l. 20. pr. D. de adquir. rer. domin.* CVSTODIAE cauſſa mitti in poſſeſſionem: *l. 3. §. 8. D. vti poſſid.* CVSTODIAE cauſſa poſſidere: *l. 3. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* CVSTODIAE cauſſa rem tenet, qui miſſus in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſſa: *l. 2. D. pro hered. l. 1. §. 9. D. quod legator.* CVSTODIA coercere: *l. 3. D. de adquir. rer. dom.* CVSTODIAE committere: *l. 1. D. naut. carpon.* CVSTODIAM rerum concedere *l. 12. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* CVSTODIA diligens: *l. 5. §. 5. D. commod. l. 1. §. penult. l. 2. D. de fugit. l. vlt. C. Theod. de exhib. vel tranſm. reis.* CVSTODIA domus, indicta liberto: *l. 49. D. de oper. libert.* CVSTODIA fida: *l. 1. C. Theod. de cuſtod. reor.* id eſt, vt vulgo dicimus, *ſub bona et ſecura guarda.* Rerum CVSTODIAM habere. Eae vero res ſeparantur a depoſitis, commodatis, locatis, pignoratis, et quarum vſumfructum, vel vſum habemus. *l. 1. §. 33. D. de vi et vi arm.* CVSTODIA horreorum: *l. vn. C. Theod. ne praeſectian.* CVSTODIA rei ad te pertinet: *l. 48. §. 4. D. de furt.* CVSTODIAM ponere, id eſt deponere, et alii tradere: *l. 51. D. de adquir. poſſeſſ.* CVSTODIAM praeſtare: *l. 2. §. vlt. D. de peric. et commod. l. 1. pr. D. de SC. Silan. l. 32. D. de act. emt. l. 13. §. vlt. D. de pign. act. l. 2. D. vſufr. quemadm. cau. l. 5. §. 4. et §. 9. D. commodat. l. 14. pr. §. 1. 10. 15. D. de furt. l. 35. §. 4. D. de contr. emt. l. 5. §. 4. l. 17. §. 4. D. de praeſcript. verb. l. 52. §. 3. D. pro ſoc. l. 4. C. locat.* et apud

Paull. *Lib. II. Sent. tit. 4. §. 3.* CVSTODIA praeſtanda eſt: *l. 5. §. 6. D. commod.* [CVSTODIAE autem vocabulum, quatenus illa praeſtari dicitur, modo omnem praeſtationem ſignificat, vt in *l. 14. D. de furt. l. 2. §. 1. D. de peric. et commod. rei vend.* modo a ſolo dolo ſeparatur, *l. 10. §. 1. D. commod. §. vlt. Inſt. de obl. quae ex delict.* modo et vi maiori, et dolo et culpae opponitur. *l. 19. C. de pignorib. l. 13. §. 1. D. de pignor. act.* Iac. Gothofr: *ad l. 23. D. de reg. iur. p. 118.*] Plerumque tamen tunc CVSTODIA diligentem rei curam, et qualem bonus et diligentiſſimus paterfamilias in ſuis rebus praeſtare ſolet, diligentiam ſignificat. *l. 35. §. 4. D. de contrah. emt.* Vetus gloſſarium: CVSTODIA, *ἡ ἀκριβεστάτη καὶ ὑπερβάλλουσα παραφυλακή· accuratiſſima et ſuperabundans cuſtodia.* CVSTODIA plena, vt et diligentiam praeſtet: *l. 2. in fin. D. de peric. et commod. rei vend.* CVSTODIA, qualem praeſtare venditorem oportet: *l. 2. §. 1. l. 3. D. de peric. et commod. rei vend.* CVSTODIA aduerſus vim parum proficit: *l. 31. D. de action emt.* CVSTODIA publica: *l. 9. D. ex quib. cauſſ. maior.* publica vel priuata: *Nouell. vnica Valentin. de confirm. his.* CVSTODIA et obſeruatio rerum. *l. 10. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. l. 5. D. vt in poſſeſſ. legat.* In CVSTODIAM retinere: *l. 4. D. de fugitiu.* CVSTODIAM ſerui dominus praeſtat: *l. 1. D. ad SC. Silan.* CVSTODIAE noſtrae ſubiectae aues: *l. 3. §. 14. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* CVSTODIAM ſuſcipere: *l. 3. §. 1. D. de tabul exhib.* CVSTODIA templi: *l. 34. D. de liberal. cauſſ.* ad CVSTODIAM templi relicti ſerui. *l. 17. D. de alim. et cibar. leg.* ¶. 2. CVSTODIAM publicam plerumque intelligimus, qua rei continentur. *l. 224. D. de verb. ſignif. l. 13. §. pen. D. de re milit. l. 9. D. qui teſt. fac. poſſ.* Cicero de Diuinat. *Lib. I. Cap. 25. Eſt apud Platonem Socrates, quum eſſet in* CVSTODIA *publica, dicens Critoni, ſuo familiari, ſibi poſt tertium diem eſſe moriendum.* Apulei. *Lib. VII. Metamorph. p. 188. Seruum per magiſtratus in publicam CVSTODIAM receptum.* Valer. Max. *Lib. IX. Cap. vlt. In publica CVSTODIA ſpiritum poſuit.* Ita CVSTODIAE ſqualorem accipe, in *Nouell. Valentin. de confirm. his.* ¶. 3. CVSTODIA pro cuſtodibus, qui cuſtodias adſeruant. *l. 12. §. vlt. D. de cuſtod. et exhib. reor.* [*l. 13. C. Theod. de poen.*] Tertull. *in Apologet. Cap. XXI. Mole reuoluta, quae obſtruxerat ſepulcrum, et* CVSTODIA *pauore disiecta.* Sic CVSTODIAM fallere dixit Seneca *Epiſt. LXX.* Seruius *in Lib. XI. Aeneid. v. 184.* CVSTODIA *dicitur, quae cuſtodit, vt*

Cernis, CVSTODIA *qualis,*
Veſtibulo ſedeat..

nam vt hi, qui cuſtodiuntur, CVSTODIA *dicantur, vſurpatum eſt. Vnde non male eſt in vſu:* CVSTODIAE *audiuntur.* Quod Latinum vocabulum etiam vſurpatur in Graeco D. Matthaei *Euangelio Cap. XXVII, 65.* Suidas: *κουστωδία· τὸ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπικείμενον στράτευμα· τὸ σύστημα στρατιωτικόν.* CVSTODIA *eſt excubans ante carcerem militia, vel turma militaris.* Moſchopulus *περὶ σχεδῶν. Φυλακὴ τὸ δεσμωτήριον, καὶ οἱ φυλάσσοντες αὐτό, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις κουστωδία λέγεται. Φυλακὴ et carcerem ſignificat, et qui illum cuſtodiunt, quae Romanis* CVSTODIA *dicitur.* ¶. 3. Et ad has duas notiones

Digitized by Google

tiones pertinent loquutiones: CVSTODIA militaris: *l. 4. §. 1. D. ſi quis cantion. l. 2. C. ex quib. cauſſ. maior. l. 2. C. de exactor. tribut.* In militari CVSTODIA haberi, apud Tacit. *Annal. Lib. III. Cap. 22.* et *Hiſtor. Lib. IV. Cap. 11.* Φρουρὰ στρατιωτικὴ dicitur, in *l. 25. D. de adpell.* et apud Ignat. *Epiſt. I.* Militibus enim plerumque rei credebantur et committebantur, niſi graue eſſet crimen, propter quod carcere claudi deberent, vt probant *l. 10. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 1. l. 3. l. 12. D. de cuſtod. reor.* Plin. *Lib. X. Epiſt. ad Traian. 30.* CVSTODIA coerceri: *l. 8. D. ex quib. cauſſ. maior.* In CVSTODIAM conici: Vlpian. *Fragm. tit. I §. 11.* Sueton. *Aug. Cap. XXVI.* Hygin. *Fab. Cap. XXVII.* Sic apud D. Lucam *in Euang. Cap. XXIII, 25.* Ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ στάσιν καὶ φόνον βεβλημένον εἰς τὴν φυλακήν. *Dimiſit illis hominem, ob ſeditionem et caedem in CVSTODIAM coniectum.* Item βάλλειν εἰς φυλακὴν, *conicere in* CVSTODIAM, legimus in *Actibus Apoſt. Cap. XVI, 23.* In CVSTODIAM dari: Cicero *in Verr. II.* In CVSTODIA decedere: *l. 45. §. 1. D. de iure fiſci.* In CVSTODIA defunctus: *l. 9. D. qui teſt. fac.* CVSTODIA detineri. *l. 28. §. 7. D. de poen.* De CVSTODIA vel carcere dimittere: *l. 52. §. 12. D. de furt.* Emitti e CVSTODIA, et leuari vinculis: Cic. *Lib. I. Tuſc. Quaeſt. Cap. 49.* Eripere e CVSTODIA: Brutus *apud* Ciceron. in *Epiſt. ad Brut. VI.* Sub CVSTODIA eſſe: *l. 13. §. 7. D. de re milit.* CVSTODIA euadere: Quinctilian. *Lib. II. Cap. 30.* In CVSTODIA habere: Seneca *Lib. II. de ira.* In CVSTODIA retineri: *l. 6. §. 3. l. 12. C. de adpell.* Paull. *Sent. Lib. I. tit. 6. §. 3.* CVSTODIAE tradi Sueton. *Tiber. Cap. XVI.* ¶. 4. CVSTODIAS etiam ſaepe ipſos, qui ſub cuſtodia tenentur, et adſeruantur, adpellant. *l. 28. §. 13. D. de poen.* Seneca *Epiſt. LXXVII. Vnus ex* CVSTODIARVM *agmine.* Et *Epiſt. LXXVI. Quum adueheretur nuper inter* CVSTODIAS. [Ita in *Act. Apoſtol. Cap. XXVII. v. 1.* Παρεδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας, ἑκατοντάρχῃ. *Et tradi Paullum cum reliquis* CVSTODIIS *centurioni.* Idem, quem dixi, Seneca CVSTODIAM, numero ſingulari, pro reo, qui ea continetur, dixit *Epiſtola V.* vt et Calliſtratus in *l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor.*] Hoc ſenſu: audire CVSTODIAS: *l. 12. D. de publ. iudic. l. 18. §. vlt. D. de quaeſt.* auditionem CVSTODIARVM: Tertull. *in Apologet. Cap. IX.* cognitio CVSTODIARVM: *l. 6. D. de offic. proconſ. l. 9. D. de fer.* iudicandis CVSTODIIS praeſidere: Tertullian. *Apologet. Cap. XLIV.* CVSTODIIS occupatus: *l. 2. §. 2. D. quis ordo in poſſ.* Recognoſcere CVSTODIAS: Sueton. *in Tiber. Cap. LXI.* CVSTODIARVM ſeriem recognoſcere. Idem *in Calig. Cap. XXVII.* ¶. 5. CVSTODIAM etiam adpellant Latini auctores, qua pupilli ſub matribus continentur. Horat. *Lib. I. Epiſt. I.*

Vt piger annus
Pupillis, quos dura premit CVSTODIA *matris.*

Seneca *in conſolat. ad Marciam. Cap. XXIV. Pupillus, relictus ſub tutorum cura, vſque ad decimum quartum annum, ſub matris* CVSTODIA *ſemper.*

CVSTODIRE, curare diligenter, ſeruare, dare operam, vt ſaluum ſit. Et ita aliud eſt CVSTODIRE, aliud *poſſidere. l. 1. §. 9. D. quod legat. Non poſſidet is, qui miſſus eſt in poſſeſſionem legatorum cauſſa, ſed potius* CVSTODIT. Sic CVSTODIRE ſedes per inſularium: *l. 10. §. 1. D. de vſu et habit.* CVSTODIRE aquaeductum: *l. vlt. §. 1. D. de mun. et hon.* CVSTODIENDVM argentum dare: *l. 20. D. commod.* CVSTODIRE athletam: *l. vlt. D. quod met. cauſſ.* CVSTODIENDIS bonis: *l. 1. D. de munerib.* CVSTODIENDVM corpus defuncti: *l. 14. §. 4. D. de religioſ.* CVSTODIRE fructus: *l. 5. §. 22. D. vt in poſſeſſ. legat.* CVSTODIRE fundum per ſaltuarium: *l. 16. §. 1. D. de vſu et habitat.* furioſum: *l. 9. D. de leg. Pomp. de parricid.* CVSTODIRE negligenter: *l. 27. D. quemadm. ſeru. amitt.* CVSTODIRE partum: *l. 2. D. de ventr. inſpic. l. 7. D. de ſtatu hom. l. vlt. C. de Carbon. edict.* ſeruum: *l. 36. §. vlt. D. de act. emt. l. 21. D. de rei vind.* ſiluam: *l. 29. D. locat.* ventrem: *l. 1. §. 11. D. de agnoſc. et al. lib.* veſtimenta: *l. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam.* vinctos. *l. 27. §. vlt. D. de poen.* ¶. 2. CVSTODIRE, id eſt obſeruare. *l. 32. D. de legib. l. 41. D. de excuſat. l. 20. D. de fideicomm. libert. l. 6. D. de extraord. crimin. l. 7. D. quemadm. ſeruit. amitt.* CVSTODIRE debebis: *l. 26. D. de extraord. crimin.* CVSTODIVNT procuratores: *l. 2. C. de ſeruit.* CVSTODIRE in perſons. *l. 4. C. de ſolut.* Sic CVSTODITVR forma: *l. 11. D. de ſeru. praed. vrb.* iudicium: *l. 70. D. de condit. et demonſtr.* ius *§. 1. Inſt. de iure nat.* lex integra: *l. 12. C. mandat.* legum vis: Columella *Lib. XII. Cap. 1.* pactum. *l. 18. D. de pact. dot.*

CVSTOS, qui curam rei ſuſcipit. CVSTOS aedium. *l. vlt. §. 10. D. de mun. et honor.* armorum: *l. 14. §. vlt. D. de re milit.* carceris: *l. 1. D. de effract. l. 7. C. Theod. de cuſtod. reor.* conditorum: *l. 2. C. Th. de condit. in publ. horr.* domus: *l. 1. C. de reb. vel abſt. hered.* ferae beſtiae: Paull. *Sent. Lib. I. tit. XV. §. 2.* horreorum: *l. 4. C. de locat. l. 3. §. 2. D. de offic. praef. vigil.* littorum: *l. 17. C. Th. de naucular.* pedum principis: *l. 2. C. Theod. Lib. IX. tit. 30.* praedii. *l. 15. §. 1. D. de alim. et cibar. legat.* villae. *l. 15. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum leg.* Quemadmodum et apud Catonem *de re ruſt. Cap. LXVI.* CVSTOS pro cuſtode villae accipi videtur.

¶. 2. Hinc et magiſtratibus tribuitur hoc vocabulum. Sic CVSTOS vrbis, apud Iuuenalem *Sat. XIII.* praefectum vrbi ſignificat, cuius cuſtodiae et fidei vrbs Roma commiſſa erat, vt ait *l. 1. D. de offic. praef. vrb.* Pedo Albinouan. *in Eleg. de Mecaenate:*

Num minus vrbis erat CVSTOS, *et Caeſaris hoſpes:*

Quod Mecaenatis munus deſignat Horat. *Lib. III. Od. 29.*

Tu, ciuitatem quis deceat ſtatus,
Curas, et vrbi ſollicitus times.

Proinde apud Plin. *Lib. XIV. Cap. 24.* vbi vulgo ſcribitur: *Piſo, curator vrbis*, facile adducor, vt credam, CVSTOS ſcribendum eſſe. Piſo enim, qui Φύλαξ πόλεως adpellatur a Ioſepho *Antiquit. Lib. XVIII. Cap. 8.* eſt L. Piſo, quem ſub Tiberio fato obiiſſe, praecipuamque ex eo gloriam, quod Praefectus vrbi recens continuam poteſtatem et inſolentia parendi grauiorem mire temperaſſet, conſequutum, ſcribit Tacitus *Annal. Lib. VI. Cap. 10.* Lectionem tamen vulgarem ferri poſſe non ignoro.

¶. 3. CVSTODES pro obſeruatoribus: *l. 3. §. 1. D. de*

CVS. CYC.

D. de adminiſtr. et peric. tut. Hóc ſenſu et CVSTODES accuſatoribus datos, apud Ciceron. *Diuinat. in Verr. Cap. XVI.* et ibi Aſcon. Paedian. legimus. CVSTODEM adpoſitum in obſecrationibus publicis, qui attenderet, ſcribit Plin. *Lib. VI. Cap. 2.* Ita *vota ſub* CVSTODE *nuncupare.* Seneca *Lib. I. de clement. Cap. XIX.* Sic CVSTODEM *Silio et Meſſalinae datum,* ſcribit Tacit. *Annal. Lib. XI. Cap. 35.* ¶. 4. CVSTODES, dati ad mulieres cuſtodiendas. Tibull. *Lib. I. eleg. 6. v. 9.*

Ipſe malus docui, quo pacto ludere poſſet
CVSTODES.

Propert. *Lib. II. Eleg. 6. v. 37.*

Quos igitur tibi GVSTODES, *quae limina ponam?*

Martial. *Lib. III. Epigr. 69.*

CVSTODES *das, Polla, viro, non accipis ipſa.*

[Ouid. *de art. amand. Lib. III. v. 619.*

Scilicet obſtabit CVSTOS, *ne ſcribere poſſis.*

et rurſus: *v. 625.*

Cauerit haec CVSTOS.]

¶. 5. In primis CVSTODES mulieri mittebantur ad ventrem cuſtodiendum: *l. 1. §. 3. §. 6. §. 12. D. de agnoſc. et al. lib.* ad ventrem inſpiciendum, et obſeruandum: Paull. *Sent. Lib. II. tit. 24. §. 5.* CVSTODES adponere mulieri: *l. 1. D. de inſpic. ventr.* CVSTOS ponitur ab herede. *l. 1. §. 25. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* ¶. 6. CVSTODES etiam eos vocabant, qui impuberibus ad eos regendos adponebantur. Horat. *in arte poet. v. 161.*

Imberbis iuuenis, tandem CVSTODE *remoto,*
Gaudet equis canibusque, et aprico gramine campi.

Plaut. *Mercat. Act. I. ſcen. 1. v. 89.*

Seruum vna mittit, qui olim a puero paruulo
Mihi paedagogus fuerat, quaſi vt mihi foret
CVSTOS.

Sic etiam Terent. *Phorm. Act. II. ſc. I. v. 57.* Getam Antiphoni CVSTODEM adpoſitum ait. Hos et *rectores* vocant Tacit. *Annal. Lib. III. Cap. 48.* et Sueton. *in Aug. Cap. XLVIII. monitores,* Symmach. *Lib. III. Epiſt. 13.* HEIN. ¶. 7. Quin et curatores furioſorum CVSTODES vocari videntur. CVSTODES furioſis non ad hoc ſolum adhibentur, ne quid pernicioſius in ſe moliantur, ſed ne aliis quoque exitio ſint. *l. 14. D. de offic. praeſid.*

CYC.

CYCLADES, inſulae in Ionio mari. Eudaemon in *l. 9. D. ad leg. Rhod. de iact.* Ναυφράγιον π[illegible]σαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων, τῶν τὰς κυκλάδας νήσους οἰκούντων. *Naufragium in Italia facientes, direpti ſumus a publicanis, Cycladas inſulas habitantibus.* Sed quomodo naufragium facientes in Italia, diripi potuerunt

CYD. CYL. CYM. CYP. CYR. CYZ.

a publicanis in inſulis Cycladibus? Ipſa ergo neceſſitas pro *Italia* reſcribi iubet *Aethalia*, vti emennauit V. A. Corn van Bynkersh. *ad d. l. 9. D. de leg. Rhod. Cap. IX. p. 292. ſequ.* intelligens Aethaliam, Inſulam prope Samum, cuius meminit Liu. *Lib. XXXVII. Cap. 13.* HEIN.

CYD.

CYDONEVM, in *l. 9. D. de trit. vin. oleo.* id vini genus, quantum coniicio ſignificat, quod Dioſcorides *Lib. V.* κυδωνίτην οἶνον vocat: inde ſcilicet, quod ex malis cotoneis, in muſti metreta maceratis, conficitur.

CYL.

CYLINDRI, *l. 34. §. vlt. D. de aur. arg. leg.* oblongi lapilli fuere, ad ornatum mulierum pertinentes, de quibus vide Plin. *Lib. XXXVII. Cap. 5. et 8.* Tertull. *de cultu feminar. Cap. VI. Latent in cingulis ſmaragdi, et* CYLINDROS *vaginae ſuae ſolus gladius ſub ſinu nouit.* Iuuen. *Sat. VI. v. 264.*

Tu nube, atque tace, donant arcana CYLINDROS

Add. Ferrand. Adduenſ. *Explicat. Lib. I. p. 545. Tomo II. Theſaur. iur. ciuil.* HEIN.

CYM.

CYMBIA, vaſa: *l. 34. §. 1. D. de aur. arg. leg.* quae a Iulio Polluce *Lib. VI. 16.* et Nonio Marcell. inter genera poculorum ponuntur. Meminit et Plin. *Lib. XXXVII. Cap. 8.*

CYP.

CYPROGENIA, nomen proprium, *l. 29. C. de reb. dub.*

CYPRVS, inſula notiſſima. *l. 17. C. Theod. de poen.* ¶. 2. CYPRVS nomen proprium viri. CYPRVS, Afrodienſium ciuitatis epiſcopus. *l. 37. C. Theod. de annon. et tribut.*

CYR.

CYRENENSIS prouincia, Cyrenas, Pentapolin, aliosque adiacentes tractus, inter Africam Carthaginienſem et Aegyptum, complexa. *l. 61. §. 1. D. locat.*

CYZ.

CYZACENI. *Operarii, qui* CYZACENI *dicuntur. l. 7. C. de aquaed.* Sed et vocabuli notio ignota, et ipſa ſcriptio incerta eſt, aliis *Ciziceni,* aliis *Cizerzenii,* aliis *Ticennii* vel *Tiennii* vel *Titennii* legentibus.

Digitized by Google

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER IV.

D Littera variae ſignificationis. In praenominibus eſt DECIMVS, vti Q. *Quintus.* e. g. *D. Iunius Brutus.* ¶. 2. Eadem littera, praepoſita Caeſarum nominibus nota, eſt conſecrationis vel *ἀποθεώσεως*, et DIVVM ſignificat, e. g. O. CLAVDIVS apud Reineſ. *Inſcr. Claſſ. VII, n. p. 476.* quamuis plerumque in veteribus monimentis, ipſoque iure, exſcribi plenis litteris ſoleat. Graeci vtuntur *θεὸς καὶ θεά.* ΘΕΑ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ, Idem *Claſſ. III. Inſcript. 4.* ΘΕΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ, Idem *Claſſ. V, 6.* ΘΕΟΣ ΤΡΑΙΑΝΟΣ. Idem *Claſſ. III. Inſcr. 17.* ¶. 3. In tabellis iudiciariis, et quidem de crimine perduellionis vna tabella L. LIBERATIONEM, altera O. DAMNATIONEM notabat, quum in reliquis iudiciis A eſſet *abſoluo*, C. *condemno*, NL. *non liquet.* Caeſar *de bell. ciu. III, 83.* ¶. 4. D. eſt DATAE vel datum: vti in *fine prooemii inſtitutionum* D. CP. id eſt, *datum Conſtantinopoli.* HEIN.

DAC.

DACIA prouincia, cuius fit mentio, *l. vlt. C. de diuerſ. offic.* duplex fuit, vna *mediterranea*, altera *ripenſis. Nouell. CXXXI. Cap. 3.* Meminit RIPENSIS et Ammianus Marcell. *Lib. XXVI. Cap. 7.* ex eaque oriundum fuiſſe Aurelianum Imperatorem, Eutropius *Lib. IX. Cap. 9.* ſcribit. Daciam autem prouinciam trans Danubium a Traiano conſtitutam, ſublato exercitu, et traductis prouincialibus, reliquit idem Aurelianus, deſperans, eam poſſe retineri, abductosque ex ea populos in Moeſia collocauit, adpellauitque ſuam DACIAM, quae nunc duas Moeſias diuidit, quemadmodum auctor eſt Vopiſcus *in Aureliano. Cap. XXXIX.* Eutrop. *Lib. IX. Cap. 9. Prouinciam* DACIAM, *quam Traianus vltra Danubium fecerat, intermiſit, vaſtato omni Illyrico, et in Moeſia collocauit: et eſt in dextra Danubio in mare fluenti, quum antea fuerit in laeua.*

DACTYLIOTHECA, anulorum cauſſa paratam thecam ſignificat. *l. 52. §. 8. l. 53. D. de legat. III. l. 67. D. de furt.* Plin. *Lib. XXXVII. Cap. I. Gemmas plures, (quod peregrino nomine adpellant* DACTYLIOTHECAM.*) primus omnium habuit priuignus Sullae, Scaurus.* Erant eae ciſtellae elegantioris operis, et plerumque eburnae. Iuuenal. *Sat. XIII.*

Sardonychus, loculis quae cuſtoditur EBVRNIS.

Plura notauit Kirchmann. *de Anulis Cap. XVII. p.*

178. Elegans eſt, quam Gorlaeus ſuae gemmarum veterum collectioni praefixit, DACTYLIOTHECAE inſcriptio. HEIN.

DAE.

DAEMON. DAEMONVM cultus, *l. 34. §. 1. D. de Epiſc. aud.* pro idololatria. Erat enim haec veterum Chriſtianorum conſentiens opinio, daemonas eſſe, quos colant pagani, eosque et ſimulacris ineſſe, et ſacrificiorum nidore delectari, et oracula fundere, et variis prodigiis miſeris illudere. Multa huc pertinentia habet Tertull. *de Spectac. Cap. XIII. Apologet. Cap. XXII.* et reliqui ſcriptores eccleſ. *paſſim.* HEIN.

DAM.

DAMA, vel DAMAS, ſeruile nomen. *l. 105. D. de verb. oblig. l. 2. §. 6. D. pro emtore. l. 162. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 41. §. 1. et §. 11. D. de fideic. libert. l. 40. §. 8. D. de ſtatulib.* Et apud Perſ. *Sat. V. v. 78.*

Momento turbinis exit
Marcus DAMA.

DAMA dicitur etiam *l. 29. §. vlt. D. de legat. III.*

DAMASVS Pontifex Rom. cuius fit mentio *l. 2. C. Theod. de fide cathol.*

DAMNABILIS, poena, vel damnatione dignum, abominabile. DAMNABILIS ars. *l. 2. C. de maleſ. et mathem.* HEIN.

DAMNARE dicitur iudex, contra quem in cauſſis ciuilibus et pecuniariis pronunciat. DAMNARE in aeſtimationem litis: *l. 30. D. depoſit.* in aeſtimationem rei: *l. 3. D. de compenſat.* commodati et depoſiti: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. X. §. 2.* contrario iudicio: *l. 6. §. vlt. D. qui not. infam. l. 2. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* de dolo malo: *l. 1. l. 4. §. vlt. D. de his, qui not. infam. l. 2. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. l. 63. D. de furt.* in duplum: *l. vlt. D. de calumn.* de fraude: *l. 1. l. 4. D. de his, qui not. infam.* furti: *l. 1. l. 4. §. vlt. eod.* iniuriae: *l. 18. C. ex quib. cauſſ. infam.* Quinctil. *argum. Decl. CCCL.* iudicio: *l. 25. §. 17. D. fam. ercisc.* ad noxam vicarium dedere: *l. 19. §. 3. D. de noxal. act.* ex parte: *l. 3. D. de ſtipul. praetor.* tutelae: *l. 42. D. de verb. ſignif.* vi bonorum raptorum. *l. 1. l. 4. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* ¶. 2. DAMNARE in cauſſis criminalibus, veluti adulterii: *l. 29. §. 1. D.*

Digitized by Google

ad leg. Iul. de adult. in adulterio: *l. 13. D. de his, quae vt indign.* Quinctil. *in arg. Decl. CCCIV.* caedis: Idem. in *argum. Declam. CCCV.* et *Declam. CCCXIII.* ob carmen famoſum: *l. 18. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 21. D. de teſtib.* capitali crimine, vel in capitali crimine: *l. 13. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 26. §. vlt. D. de pact. dot.* conſpirationis in patriam: Caeſ. *de bell. Gall. Lib. I. Cap. 4.* DAMNATVS lege Iulia miles: *l. 2. §. 3. D. de his, qui not. inf.* DAMNATA legibus mulier: *l. 3. D. de bon. damnat.* DAMNATVS proditionis. Quinctilian. *Decl. CCCLXVIII.* Ita et DAMNATI ad beſtias, in metallum, in opus publicum: *l. 3. D. de veteran. l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. naufr. l. 8. §. vlt. D. de poen. l. 12. D. de iure fiſci.* Plin. *Lib. II. Epiſt. 11. l. 6. C. ex quib. cauſſ. infam. l. 31. D. de poen.* vltimo ſupplicio. *l. 29. D. de poen. l. 18. D. de ſtat. hom.* ¶. 3. DAMNARE dicitur non ſolum iudex, ſed et accuſator, qui reum peregit, cauſſamque tenuit. Quinctilian. *Declam. CCCXXXI.* et *in arg. Declam. CCCXIII. et Declam. CCCLXI.* ¶. 4. DAMNARE quis dicitur teſtamento. DAMNARE heredem ſuum in teſtamento, id eſt, obſtringere, obligare. *l. 16. D. commun. praed. l. 87. D. ad leg. Falcid.* Si emtor fundi DAMNAVERIT heredem ſuum, vt venditorem liberaret: *l. 26. §. 7. D. de condict. indeb.* Si debitorem ſuum DAMNAVERIT liberare: ſiue te ſolum DAMNAVERO, vt monimentum facias: *l. 7. D. de ann. legat.* Quod quis DAMNATVR dare: *l. 50. D. de oblig. et action.* Si heres DAMNATVS ſit, non petere a debitore: *l. 8. D. de doli except.* Si heres teſtamento vendere quid DAMNATVS ſit: *l. 5. D. de act. emt.* DAMNATVS fundum vendere: *l. 87. D. ad leg. Falcid.* vel vti frui ſinere: *l. 14. D. de vſu et vſufr. leg.* Si duo coheredes DAMNATI ſint, ſtatuam ponere: *l. 44. §. vlt. D. famil. erciſc.* DAMNARI heres poteſt, vt alicui domum exſtruat: Paull. *Sentent. Lib. III. tit. VI. §. 10.* Teſtamento damnatus heres, ne officeret luminibus: *l. 31. D. de ſeru. praed. vrb.* Horatius *Serm. Lib. III. ſat. 2.* de heredibus Staberii.

Ni ſic feciſſet: gladiatorum dare centum
DAMNATI *populo paria, atque epulum.*

¶. 5. DAMNARE etiam eſt improbare, vel infirmare. *Licet quaſi furioſae iudicium eius* DAMNETVR. *l. 19. D. de inoffic. teſtam.*

☞ DAMNAS eſto, vetus formula legislatoria, qua vſus et Aquillius: QVANTI ID IN EO ANNO PLVRIMI FVIT, TANTVM AES DARE DOMINO DAMNAS ESTO. *l. 2. pr. D. ad leg. Aquill.* Lex vetus apud Frontin. *de Aquaeduct. Lib. II.* IS POPVLO ROMANO C MILLIA DAMNAS ESTO. Et rurſus in lege, quae in eodem libro recenſetur: REFICERE, RESTITVERE, AEDIFICARE, PONERE, DEMOLIRI DAMNAS ESTO. Porro in *legis Mamiliae Cap. IV.* QVOTIES CVMQVE FECERIT HS IIII COLONIS MVNICIPIBVSQVE EIS, IN QVORVM AGRO ID FACTVM ERIT, DARE DAMNAS ESTO. Quae formula et *capite V. eiusdem legis Mamiliae*, nec non in alia apud Gell. *Lib. VII. Cap. 3.* occurrit. HEIN. ¶. 2. Eadem formula frequenter vtebantur teſtatores in relinquendis legatis, quae ideo DAMNATIONIS vocabantur: eiusque formulae non ſolum in iuriſconſultorum libris, veluti *l. 82. D. de cond. et demonſtr.* verum etiam apud Quinctilian. *Lib. VII. Cap. penult.* exemplum occurrit. Agraetius *in libro de orthographia: Vnde et in iure* DAMNAS *iſtius, et iſtud eſto legatum dicitur, hoc eſt, ſoluendo eſto, quod ſolui omnibus neceſſe eſt, etſi res aliena legetur.* Illud adiicere non pigebit, verbum DAMNAS etiam numero multitudinis de pluribus heredibus dici, vt in *l. 122. §. 1. D. de legat. I. L. Titius et C. Seius P. Maeuio decem dare* DAMNAS *ſunto.* Sic et in *l. 34. §. 1. D. de legat. III. Viginti dare* DAMNAS *ſunto, ſine dolo malo.*

DAMNATIO, pro condemnatione. *l. 2. §. vlt. l. 29. D. de poen. l. 1. §. 1. D. de bon. damnat. l. 27. D. famil. erciſc. l. 6. D. de quaeſt. l. 42. D. de rei vindic. l. 3. D. de damn. infect.* Sic DAMNATIO beſtiarum: *l. 6. D. ad leg. Iul. pecul.* capitis: *l. 3. C. ſi pendent. adpell.* ad furcam: *l. 28. D. de poen.* paterna: Quinctil. *Declam. CCCLXVII.* DAMNATIO fiet. *l. 4. §. 1. D. fin. regund. l. 16. D. de iniur.* ¶. 2. DAMNATIONIS legatum, quo heres aliquid dare facere damnabatur, praecipue per formulam: HERES DAMNAS ESTO. De eo legato vid. *§. 2. Inſt. de legat.* et ibi Theophilus. Vlpian. *Fragm. tit. XXIV. §. 8.* ſequ. Cai. *Inſtit. Lib. II. tit. 5. §. 2. ſequ.* Paull. *Sent. Lib. III. tit. VI. §. 8. 10.*

[DAMNATVS, in *tit. D. de bon. damn.* eſt, qui vel caput naturale, vel ciuile, per iudicis ſententiam amiſit. *l. 1. D. eo tit.*] ¶. 2. DAMNATVM in Edicto praetoris, quo rei capitalis damnatis bonorum poſſeſſio denegatur, *l. 13. D. de bon. poſſeſſ.* accipimus eum, qui non prouocauit. Ceterum ſi prouocet, nondum DAMNATVS videtur. Eadem cauſſa erit, et ſi ab eo damnatus ſit, qui ius damnandi non habuit. Nam DAMNATVS quis eſt, vbi damnatio tenuit. *l. 2. §. vlt. D. de poen. l. 6. §. 8. D. de iniuſt. rupt. irr. fact. teſtam.* ¶. 3. DAMNATVS dicitur heres, a quo ita legatum eſt: *Heres damnas eſto dare, facere, praeſtare, vendere,* aut aliud quid dare, facere. Cuius formulae exſtant exempla, *l. 4. §. vlt. l. 35. l. 36. §. vlt.* et alias paſſim *D. de legat. I. l. 15. D. de vſu et vſufr. leg.* cum aliis multis, quae cuique in promtu ſunt.

DAMNOSVS, A, VM. noxium, cum damno coniunctum. Vnde DAMNOSA et lucroſa opponuntur. *l. 1. D. de dolo mal.* Sic DAMNOSA abſentia: *l. 140. D. de reg. iur.* DAMNOSAE aedes: *l. 40. §. 3. D. de damn. infect.* (vbi tamen non DAMNOSAE eſſe, ſed *damnoſe imminere aedes* dicuntur in Florentino codice. HEIN.] DAMNOSVS contractus: *l. 9. D. de confirm. tut.* DAMNOSA culpa: *l. 61. §. 5. D. de furt.* DAMNOSVS dolus: *l. 11. §. vlt. D. de dol. except.* DAMNOSVM factum: *l. 25. §. 12. D. famil. erciſc.* DAMNOSA fides: Paull. *Sent. Lib. IV. tit. II. §. 1.* DAMNOSA fiſco poſtulare: *l. 3. C. de prec. Imperat. off.* DAMNOSA fuga: *l. 1. C. de ſeru. fugit.* DAMNOSA hereditas: *l. 57. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 119. D. de verb. ſignific.*

gnific. l. 32. D. mandat. l. 33. D. ſol. matrim. l. 16. C. de iure delib. §. 5. Inſt. de hered. qualit. et different. et apud Vlpian. *Fragm. tit. XXV. ſ. 16.* id eſt, *quae damnum habet*, vt loquitur *l. 3. D. de bon. poſſeſſ.* DAMNOSA inſula: *l. 4. D. de impenſ. iu rem dot. fact.* DAMNOSA mora: *l. 17. D. de peric. et comm. rei vend.* negligentia: *l. 65. D. de euiction.* DAMNOSAM ſibi nouationem facere: *l. 27. §. 2. D. de minor.* DAMNOSVM officium: *l. 7. D. teſtam. quemadm. aper.* Ea res DAMNOSA eſt heredi: *l. 73. D. ad leg. Falc.* DAMNOSA ſimplicitas: *l. 1. D. de dolo mal.* DAMNOSVS ſocius: *l. 14. D. pro ſoc.* DAMNOSA vis maior. *l. 25. ſ. 6. D. locat.*

DAMNVM ab ademtione et deminutione patrimonii dicitur. *l. 3. D. de damn. infect.* Quinctil. *Declam. CCC.* DAMNVM *dicit miſſionem bonorum, quae habuerimus*, ibidemque tradit, damnationem ex eo dictam eſſe, quod plerisque criminibus pecuniaria poena imponeretur. Proinde nemo DAMNVM facit, niſi cui de ſuo aliquid deminuitur, et deperit: aliudque eſt DAMNVM *facere*, aliud *lucro prohiberi. l. 26. D. de damn. infect.* Aliud *lucrum extorqueri*, aliud DAMNVM infligi. *l. 6. ſ. 11. D. quae in fraud. credit.* DAMNVM plane accipere cenſetur is, cuius aedium luminibus officitur. *l. 25. D. de damn. infect.* Non vero DAMNVM pati videtur, qui eo veluti lucro, quo adhuc vtebatur, prohibetur. *l. 26. D. eod. tit.* ¶. 2. Et ita intelligendae loquutiones: DAMNVM accipere: *l. 25. D. de damn. infect.* DAMNVM in bonis adferre: *l. 44. ſ. 6. D. de vſurp. et vſucap.* DAMNO adfici: vid. in ADFICERE. DAMNVM capere: *l. 39. D. ad leg. Aquill.* committere: *l. 17. D. famil. erciſc.* DAMNI culpam dare: *l. 45. §. 4. D. ad leg. Aquill.* DAMNVM dare fiſtulae: *l. 18. D. de ſeru. praed. vrban.* naui: *l. 29. ſ. 2. D. ad leg. Aquill.* in rem viri: *l. 56. D. eod. tit.* in ſeruo hereditario: *l. 66. ſ. 2. D. ad SC. Trebell.* DAMNVM decidere: *l. 46. §. 3. l. 61. §. 1. D. de furt.* DAMNVM facere, aliquando eſt damnum pati, *l. 26. D. de damn. infect.* aliquando dare et inferre: *l. 30. §. 3. D. ad leg. Aquill. l. 151. D. de reg. iur.* DAMNVM infligere: *l. 6. §. 11. D. quae in fraud. cred.* pati: *l. 29. ſ. 1. D. ad leg. Aquill.* DAMNVM petere, eſt in *l. 23. §. 1. in fine D. pro ſoc.* ſed ſine ſenſu. Hinc ingenioſe V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. IV. Cap. 25.* legit: *Abſtine commodo, quod per ſeruum acceſſit, ſi* DAMNVM METVIS. HEIN. DAMNI cauſſam praebere: *l. 13. ſ. 2. D. de damn. inf.* DAMNVM reſpicit ad quem. *l. 6. ſ. 1. D. comm. diuid.* Quod quis ex culpa ſua DAMNVM ſentit, ſentire non intelligitur. *l. 203. D. de regul. iur.* DAMNVM ſubire. *l. 3. D. de vi et vi arm.* ¶. 3. DAMNI vero huius pecuniarii varia ſunt adiuncta. Sunt enim DAMNA, quae caſu contigerunt: *l. 41. ſ. 7. D. de fideic. libert.* DAMNVM fatale: *l. 3. ſ. 1. D. naut. caupon. ſtabul.* non inconſulte accidens, ſed fato: *l. 11. §. 4. D. de minorib.* DAMNA fatalia, quae imprudentibus accidunt: *l. 2. iu fine D. de peric. et commod. rei vendit. l. 52. ſ. 3. D. pro ſoc.* DAMNA futura: *l. 7. D. de rip. mun.* poſtea incidentia: *l. 30. ſ. 2. D. ad leg. Aquill.* DAMNVM infectum, id eſt, nondum factum, quod futurum veremur. *l. 2. D. de damn. infect.* Vetus Gloſſarium Graecum: DAMNI INFECTI, ἀγωγὴ ζημίας μελλούσης, *actio damni futuri.* Aliud Gloſſarium: DAMNI INFECTI, ἡ περὶ ἐπηρτημένης ἤτοι μελλούσης ζημίας. καὶ ἔστιν αὐτὴ ἐπερώτησις πραιτορία, ἔστι ἐνοχῆς τῆς βέρβης, καὶ ἔστι προσωπικὴ, καὶ διαβαίνει κατὰ κληρονόμους, καὶ εἰς κληρονόμους. κινεῖται δὲ ἡνίκα ἡ τοῦ γείτονος οἰκία διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῇ σαθρότητα πτῶσιν ἀπειλεῖ. *id eſt, actio imminentis aut futuri damni. Eſt vero ſtipulatio praetoria, vel obligatio verborum perſonalis, quae et ad heredes tranſmittitur et aduerſus heredes datur. Exigitur vero ob vicini aedes ruinoſas, ſi ex earum caſu damnum immineat.* Hinc DAMNI infecti agere: *l. 40. ſ. 2. D. de damn. infect.* cauere: *l. 13. ſ. 3. D. eod. l. 3. §. 6. D. quod vi aut clam.* DAMNI INFECTI fictio: *l. 33. D. de damn. inf.* DAMNI INFECTI nomine mitti in aedes: *l. 15. ſ. 2. D. ex quib. cauſſ. maior.* in poſſeſſionem vicinarum aedium mitti; *l. 15. ſ. 16. l. 21. l. 44. ſ. 1. D. de damn. infect.* in poſſeſſionem ire DAMNI INFECTI: *l. 18. ſ. 13. D. eod. tit.* in cuiusmodi loquendi figuris ſemper ſubintelligendum eſt: *nomine*, vel *cauſſa*. DAMNI INFECTI promittere. *l. 28. §. 3. D. de iudic. l. 2. ſ. 14. D. de hered. vel act. vend. l. 26. l. 44. D. de damn. infect.* Cic. *iu Topic. Cap. IV. At ſi quis iu pariete communi demoliendo* DAMNI INFECTI *promiſerit.* Dicitur etiam DAMNVM INFECTVM promittere. *l. 9. ſ. 3. D. de reb. auct. iud. poſſ.* Eodemque modo DAMNI INFECTI repromittere: *l. 43. D. de damn. inf.* ſatisdare: *l. 5. ſ. 1. D. vt in poſſeſſ. legat.* et apud Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 2.* id eſt de DAMNO INFECTO. *l. 13. ſ. 1. l. 22. D. de damn. infect.* DAMNI INFECTI ſtipulari: *l. 18. §. vlt. l. 28. l. 42. D. eod. tit.* DAMNI INFECTI ſtipulatio: *l. 23. l. 24. l. 30. l. 32. l. 40. D. eod. tit. l. 18. D. rat. rem hab.* DAMNVM litis. *l. 33. D. de re iud. l. 1. D. de iuterrog. in iur. fac. ſ. 24. Inſt. de act.* ¶. 4. Quod ad interdictum attinet, quo Praetor, *ne quid in loco publico fiat, neue quid in eum locum immittatur, qua ex re quid illi* DAMNI *detur*, interdicit: DAMNVM pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico conſequebatur, quale quale ſit, veluti ſi proſpectus, aut aditus, deterior anguſtiorue fiat. *l. 2. princ. et ſ. 10. D. ne quid in loc. publ.* ¶. 5. Praeterea is quoque DAMNVM dat, qui iubet dari, *l. 169. D. de reg. iur.* itemque qui occaſionem praeſtat. *l. 30. ſ. 3. D. ad leg. Aquill.* ¶. 6. In ſocietate DAMNVM non intelligitur, niſi omni lucro deducto. *l. 30. D. pro ſoc.* ¶. 7. DAMNVM non facit, niſi, qui id facit, quod facere ius non habet, *l. 151. D. de reg. iur.* id eſt, qui DAMNVM *iniuria*, vel *per iniuriam* dat. *l. 19. D. commod. l. 4. C. de leg. Aquill.* DAMNVM vero INIVRIA datum in lege Aquillia accipimus, quod cum damno iniuriam attulerit, *l. 49. §. 1. D. ad leg. Aquill.* vel, vt Iuſtinianus ait, DAMNVM culpa facientis datum. *pr. Inſt. de iniur.* vel DAMNVM culpa datum. *l. 15. ſ. 46. D. de iniur.* [DAMNVM enim *culpa* fit, iniuria ex affectu. *l. 34. pr. D. de obl. et act.*] Hinc DAMNI iniuria actio, *l. 1. ſ. 4. D. de his, qui effud. vel deiec. l. 6. ſ. 1. D. naut. caupon. ſtabul.* Quinctilian. *Declam. CCCLXXIII.* quae et actio DAMNI iniuriae: *l. 31. D. de furt. l. 9. ſ. vlt. D. de tutel. et rat. diſtrah. l. 30. D. ad leg. Falc. l. 18. in fin. D. ſolut. matr. l. 57. in fin. D. locat. l. 10. ſ. vlt. D. de edend. l. 32. D. ad leg. Aquill. l. 37. D. de*

donat. int. vir. et vx. l. 51. D. de furt. l. 11. in fin. D. de edend. l. 6. §. vlt. D. naut. caup. l. 3. §. vlt. D. de reg. iur. l. 3. D. de ſer. §. 1. Inſt. de poen. tem. litig. DAMNI iniuria agere: *l. 7. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 23. D. de furt. l. 28. §. 6. D. de iureiur. l. 21. §. 1. D. ad leg. Aquill.* vel DAMNI iniuriae agere: *l. 15. §. 46. D. de iniur. l. 14. in fin. D. de praeſcr. verb. l. 41. D. ad leg. Aquill. l. 54. D. de adqu. rer. dom. l. 31. de furt.* DAMNI iniuria argui: *l. 24. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* conueniri: *l. 28. §. 6. D. de iureiurand.* teneri. *l. 45. in fin. ad leg. Aquill.* Ceterum DAMNVM iniuriae ab eo, *quod extrinſecus contingit,* ſeparat Vlpianus. *l. 24. §. 3. D. de damn. inf.* ¶. 8. DAMNVM vero non modo *pecuniarium*, *l. 5. §. 4. D. de his, qui effud. vel deiec.* ſed et exiſtimationis: *l. 1. C. ſi contr. matr.* famae: *l. 1. C. de mod. mulct.* infamiae: *l. 6. C. ex quib. cauſſ. infam.* voluntatis: *l. 23. §. 2. D. de fideic. libert.* vbi *citra* DAMNVM *voluntatis* idem eſt, ac citra offenſam voluntatis teſtatoris. ¶. 9. Sine DAMNO, id eſt, ſine deminutione, et, vt Theophilus interpretatur, *δίχα δαπάνης. §. 2. Inſt. quib. al. lic. vel non. l. 25. C. de adminiſtr. tut. l. vlt. §. pen. C. de reb. auct. iud.* ¶. 10. Sic et in *l. vlt. §. 21. D. de mun. et honor.* DAMNIS adminiſtrantis, idem eſt, ac eius impendiis.

DAN.

ΔΑΝΕΙΖΕΣΘΑΙ, mutuam pecuniam accipere ſignificat, *l. 34. §. 1. D. de pignor.* et *l. 88. §. 15. D. de legat. II.*

DAP.

DAPHNE. Eius lucus apud vrbem Antiochiam fuit amoeniſſimus, et cupreſſis maxime opacus, vt Nicephorus *Lib. X. Hiſt. eccl. Cap. XXVIII.* et *Lib. XVI. Cap. 23.* ſcribit. Eius fit mentio *l. 11. C. de cupreſſ. ex luco Daphn.* apud Lamprid. *in Alexandro Cap. LIII.* Eutrop. *Lib. VI. Cap. 11. Lib. II. Macchab. Cap. IV, 33.* Egeſipp. *Lib. III. Cap. 5. Intus dulces aquae vberes:* DAPHNEN *vocant, quod numquam deponat viriditatem.* Idem *Lib. IV. Cap. 1. Iuxta amoeniſſimum illud, ac celebre per Syriam Daphnes nemus, cypariſſis intextum, ſcatens fontibus.* De eo etiam videndus S. Chryſoſtomus *in Orat. de Babyla martyre.* Fuit hic lucus ſuburbanus Antiochiae, et quaſi ſuburbium, adeo omnibus voluptatum illecebris infamis, vt DAPHNEI *mores* in prouerbium irent. Hinc vitio vertitur L. Vero, quod in deliciis apud Antiochiam et Daphnen vixerit. Iul. Capitolin. *in vita M. Antonini Cap. VIII.* Et Auidius Caſſius acriter inuectus eſt in milites, *diffluentes luxuria et daphnicis moribus agentes.* Volcat. Gallic. *in vita Auid. Cap. V.* Denique Marcus propoſuit graue edictum, vt ſi quis cinctus reperiretur apud Daphnen, diſcinctus rediret. Iul. Capit. *in Marco Cap. VI.* Vere ergo in Syria fuit lucus iſte Daphnes, quod Baiae in Italia, quodque Hannibalis militibus Campania; idem Romanorum exercitui Daphne eſſe credebatur. Add. Caſaubon. in Capitolin. *Cap. VI. vitae Marci.* HEIN.

DAR.

DARDANARIVS, annonae, aliarumque mercium acerbiſſimus venditor et vexator. *l. 6. D. de extraord. crim. l. 37. D. de poen.* Vetus Gloſſarium: DARDANARIVS, *παντοπώλης, παντομεταίβολος, σιτοκάπηλος.* Sed omnia non ſatis videntur exprimere huius criminis indolem. Dardanus olim magus fuiſſe credebatur, tam ſtupendae artis, vt frumenta et annonas ex alienis horreis in ſua auertere diceretur. Vnde DARDANIAE *artes,* pro magicis, apud Columell. in *poem. de cult. hort. v. 357.*

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem:
DARDANIAE *veniant* ARTES.

Ab hoc vero mago nomen inditum hominibus nequam, qui praeſtinatam vbique annonam carius vendunt, falſis menſuris ac adulterinis ſtateris in diſtrahendis mercibus vtuntur, adeoque aliorum pecunias nefariis artibus in arcam ſuam auertunt. In quod hominum genus acriter inuehitur B. Ambroſius *Lib. III. de offic. Cap. 6.* De Dardano, et Dardanariis plura vid. apud Turneb. *Aduerſ. Lib. IX. Cap. 17.* et Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX, p. 344.* HEIN.

DARE proprie eſt accipientis facere. *§. 14. Inſt. de action.* Itaque haec ſtipulatio: *Fundum Tuſculanum dari*, hoc continet, vt dominium omnino efficiatur ſtipulatoris, quoquo modo. *l. 75. §. vlt. D. de verb. oblig.* Nec videntur DATA, quae eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt. *l. 128. D. de diuerſ. reg. iur. Seneca de benef. Lib. I. Cap. 10:* DARE, inquit, *aliquid a ſe dimittere eſt, et id, quod tenueris, habendum alteri tradere.* [Hinc DARE, et reddere, ſibi opponuntur, in *l. 3. §. 9. l. 39. §. 2. D. de ſtat. liber.* Nec DATVM intelligitur, quod nauis leuandae cauſſa iactum eſt. *l. 1. D. de leg. Rhod. de iact.*] ¶. 2. DEDISSE etiam intelligendus eſt is, qui compenſauit, vel permutauit. *l. 76. D. de verb. ſignif.* DEDISSE intelligor, ſiquidem mandatu meo datum eſt, vel a procuratore meo omnium rerum, vel ab eo, qui negotium meum geſſit, et ratum habui. *l. 7. D. de calumniat.* In Edicto Aedilium, cuius verba referuntur in *l. 25. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* DARI non id ſolum accipimus, quod numeratur venditori, vt puta pretium et vſurae eius, ſed et, ſi quid emtionis cauſſa erogatum eſt. *l. 27. D. eod. tit.* ¶. 3. DARE ſimpliciter, pro dare, vel ferre ſententiam, vt in *l. 27. in fin. D. de liberal. cauſſ. Contra libertatem* DABIT, id eſt, ſententiam feret. Sed et Tacitus *Lib. IV. Annal. Cap. 43. Ita ſecundum Meſſenios* DATVM: id eſt, pro Meſſeniis pronunciatum. Sueton. *in Claud. Cap. XII. Abſentibus ſecundum praeſentes* DABAT *facillime.* Plin. *Lib. VII. Epiſt. 6. Finem cognitioni quaeſtio impoſuit, quae ſecundum reos* DEDIT. Haec autem loquutio imminuta et conciſa eſt: plene enim ſic enunciatur: *Secundum aliquem litem* DARE, quam loquendi figuram in pronunciationibus vſitatam, ex Valerio Max. *Lib. III. Cap. 3.* et Seneca in *praef. Lib. VII. Declam.* alias docui. Cicero *pro Q. Roſcio Cap. I. Quo minus ſecundum eos lis* DETVR, *non recuſamus.* Lucan. *Lib. VIII. v. 333.*

Secundum
Aemathiam lis tanta DATVR.

Gell. *Lib. V. Cap. 19. Nam ſi contra te lis* DATA *erit, merces mihi ex ſententia debebitur, quia ego vicero.* Apud Liuium quoque *Lib. XXIII. Cap. 5.* legimus: *Et ſecundum eum in lite iudicem (aut iudi-*

ciuum) DARE. De his loquutionibus: DARE *ſecundum aliquem*, et *litem ſecundum vel contra quem* DARE, ex inſtituto egit Cuiac. *Lib. VI. Obſeru, Cap. 27.* HEIN. ¶. 4. Hinc DARI etiam eſt damnari. Sic DARI ad beſtias. *l. 1. D. de veteran. l. 12. D. de poen. l. 8. D. de lege Cornel. de falſ. l. 11. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* in exſilium: *l. 4. D. de interd. et releg. l. 29. D. de excuſ. l. 4. D. de extraord. cogn. l. 3. C. ſi pend. adpellat.* in ludum venatorium: *l. 8. §. vlt. D. de poen.* in metallum: *l. 1. D. de iur. patr. l. 17. l. 23. l. 28. §. 5. D. de poen. l. vlt. D. de effract.* in opus metalli: *l. 3. §. 2. D. de muner. l. 1. C. ſi pend. adpell. l. 8. §. vlt. l. 17. D. de poen.* in opus publicum: *l. 17. l. 28. l. 34. D. de poen. l. 1. §. 1. l. vlt. D. de effract. l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. naufr. l. 7. D. de extraord. crim. l. 18. D. de iur fiſci.* in quaeſtionem. *l. 12. D. de quaeſt.* ¶. 5. Ceterum, quae DARI in iure potiſſimum dicantur, ordine alphabetico enumerare iuuabit. Sic DARI dicitur actio, innumeris pandectarum locis. DARI actor: *l. 6. §. vlt. D. quod cuiuſc. vniu. nom.* DARE ſe quis dicitur in adoptionem: *l. 10. l. 17. D. de bonor. poſſ. contr. tab. l. 19. D. de mort. cauſſ. donat.* ſed et auus, vel pater, nepotem vel filium in adoptionem dat: *l. 8. §. 12. l. 13. §. 1. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 12. D. de caſtr. pecul. l. 5. C. de ſuis et legit. her.* Nec naturalis modo pater, ſed et adoptiuus, in adoptionem DANT: *d. l. 8. §. 12. D. de bon. poſſ. contra tab.* Vnde DATVS in adoptionem: *l. 10. §. 1. ſequ. l. 11. D. de bon. poſſ. contra tab. l. 22. D. de teſtam. mil. l. 22. §. 1. D. de lege Cornel. de falſ. l. 7. §. vlt. D. de op. libert. l. 2. D. quod cum eo, qui in pot.* filia in adoptionem DATA: *l. 2. D. de dot. collat.* Sed et adrogandum ſe quis DARE dicitur: *l. 23. D. de teſtam. milit. l. 2. D. de condit. inſtit. l. 14. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 35. D. de rit. nupt.* DARE ſe in arenam. *l. vlt. D. de fugitiu.* ¶. 6. DARE bonorum poſſeſſionem Praetor dicitur, innumeris locis. ¶. 7. DARE cauſſam delatori: *l. 34. D. de procurat.* DARE cautionem: *l. 5. D. de hered. petit. l. vlt. D. vſufr. quemadm. cau. l. vlt. D. de fidei. et mandat.* DARE ſe in concubinatum: *l. 13. D. ad leg. Iul. de adult.* Eodem loquendi genere tradere ſe in concubinatum, ait *l. 41. D. de rit. nupt.* [DARE cui conditionem: *l. 28. in fine princ. D. de ſtatu. lib.*] Sic DATVR conditiu teſtamento, id eſt adſcribitur: *l. 35. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 3. §. 9. D. de adim. legat.* DATA conditio heredi: *l. 70. §. vlt. D. de adqu. vel omitt. her.* libertati: *l. 11. D. de legat. II.* teſtamento: *l. 36. D. de vſu et vſufr. l. 8. D. ſi tab. teſt. exſt.* DATA conditione, id eſt, adpoſita: *l. 12. D. de vſur. l. 35. §. 1. D. de adqu. vel omitt. her. l. 217. §. vlt. D. de verb. ſignif.* DARE curatores. *l. 1. l. 4. l. 5. et alias paſſim tit. de tutor. et curat. dat.* ¶. 8. DARE diem ſtipulationi, id eſt, praeſtituere: *l. 13. §. vlt. D. de damn. infect.* DIES DATVS eſt, id eſt, praefinitus. *l. 5. D. de operib. publ.* ¶. 9. DARE exceptionem, locis pandectarum quamplurimis. ¶. 10. DARE, facere: *l. vlt. D. comm. praed. l. 71. D. pro ſoc. l. 47. D. de legat. II. l. 27. D. de nouat. l. 18. §. 1. D. de acceptilat. l. 29. §. 1. D. de verb. oblig.* DARE, facere, praeſtare: *l. 13. §. 6. D. de act. emt. l. 37. D. de op. libert.* Haec autem verba: QVOD TE MIHI DARE FACERE OPORTET, licet coniuncta videantur, ſic tamen accipienda ſunt, vt quoduis eorum ſufficiat probare. *l. 53. D. de verb. ſignif.* DARI fideicommiſſum: *l. 126. l. 127. D. de legat. I.* DATVM fideicommiſſum a legatario: *l. 8. D. de legat. III. l. 21. C. de fideicomm.* ab herede: *l. 34. D. de vſu et vſufr.* DATVM fideicommiſſum matri: *l. 15. §. 7. D. ad leg. Falc.* DARI fideiuſſores: *l. 5. D. de contr. emt. et paſſim ſub tit. de fideiuſſ.* DARI fieri: *l. 13. D. de inoffic. teſt. l. 122. §. 1. D. de verb. oblig. l. 11. D. rem pupilli ſalu.* DARI fieriue. *l. 1. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ.* ¶. 11. DARI dicitur hereditas. *l. 10. D. de condit. inſt. l. vlt. D. de legat. II. l. 5. C. de pact. conu.* ¶. 12. DARE iudices litigantibus: *l. 1. D. de iuriſdict. l. 12. §. 1. D. de iudic. l. 1. l. vlt. D. qui et a quo.* DANDORVM iudicum ius habere: *l. 81. D. de iudic.* Cui iuriſdictio DATA: *l. 2. D. de iuriſdict.* DARE iuſiurandum, id eſt, praeſtare: *l. 37. §. 5. D. de legat. III.* et apud Plaut. *Amphitr. Act. III. ſcen. 2. v. 50. et ſcen. 3.* Ter. *Adelph. Act. II. ſcen. I.* DATO iureiurando, id eſt praeſtito. *l. 5. §. 2. D. de iureiur. l. 9. D. eod. tit.* [Aliquando DARE iusiurandum, eſt dicere formulam iuriſiurandi, vt apud Senecam Rhet. *Lib. VII. Controu. in praefat: In quodam iudicio centumuirali quum diceretur iuriſiurandi conditio aliquando facta ab aduerſario: induxit* (Albutius rhetor,) *eiusmodi figuram, qua ille omnia crimina retegeret. Placet, inquit, tibi rem iureiurando tranſigi? Iura: ſed ego* IVSIVRANDVM DABO. *Iura per patris cineres, qui inconditi ſunt. Iura per patris memoriam. Et exſequutus eſt locum: quo perfecto ſurrexit. L. Aruntius ex diuerſo ait: Accipimus conditionem. iurabit. Clamabat Albutius: Non detuli conditionem, ſchema dixi. Aruntius inſtabat. Centumuiri rebus iam vltimis ſe parabant. Albutius clamabat: Iſta ratione ſchemata de rerum natura tolluntur. Aruntius aiebat: Tollantur: poterimus ſine illis viuere. Summa rei haec fuit. centumuiri dixerunt: Dare ipſos ſecundum aduerſarium Albutii, ſi iuraret ille. Iurauit.*] ¶. 13. DARE legare pecuniam: *l. 1. D. ad leg. Falcid.* DARE legatum: *l. 12. §. 1. l. 23. D. de inoffic. teſt. l. 21. D. de opt. leg. l. vlt. §. 6. D. de legat. II. l. 126. l. 127. D. de legat. I.* DATVM legatum: *l. 1. §. 8. D. ad leg. Falcid. l. 64. D. de condit. et demonſtr. l. 17. §. vlt. D. de dol. except.* DARE legem, id eſt dicere. *l. 13. D. commun. praed.* ¶. 14. DARE ſe in matrimonium legitimum: *l. pen. §. vlt. D. ad municip.* DARE ſe militiae: *l. 28. l. 29. D. de lib. cauſſ. l. 4. §. 1. ſequ. D. de re milit.* in militiam. *l. 3. §. vlt. D. de re mil. l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor.* ¶. 15. [DARE neceſſitatem probationis, id eſt, imponere: *l. 5. C. Theodoſ. de fide teſt. et inſtr.*] DARE nomen militiae. *l. 43. D. de oper. libert.* ¶. 16. DATA opera: *l. 9. §. vlt. l. 51. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. 9. D. de cap. minut. l. vlt. §. vlt. D. de incend. ruin. naufr. l. 5. D. ex quib. cauſſ. mai.* DARE operas: *l. vlt. §. vlt. D. de liber. cauſſ. l. 8. l. 22. §. 1. l. 26. §. vlt. l. 30. D. de oper. libert.* id eſt, praeſtare, vt *l. 15. et l. 35. D. eod. tit.* operas in publico, quod vectigalium cauſſa locatum eſt, DARE. *l. 34. D. ex quib. cauſſ. maior.* Sic DANTVR operae, id eſt, eduntur patrono: *l. 16. §. vlt. D. de oper. libert.* per ſingulos dies: *l. 20. §. 5. D. de ſtat. lib.* ei, qui DARI operas ſtipulatus eſt. *l. 37. D. de*

vſufr. l. 38. D. de ſtipul. ſeru. ¶. 17. DATVR perſequutio et petitio, locis pandectarum plurimis. Et nota eſt formula: NE CVI ACTIO, NEVE PETITIO DARETVR. *l. 1. pr. D. ad SC. Maced. l. 2. pr. D. ad SC. Vellei. Actio, petitio,* et *perſequutio* iunguntur *l. 18. §. 1. D. de acceptilat.* HEIN. DARE praeſtare: *l. 40. §. 2. D. de ſtatulib. l. 17. D. de alim. vel cibar. leg. l. 37. §. 3. D. de legat. III.* DARE procuratorem ad adminiſtrandum: *l. 43. D. de procur.* ad agendum: *l. 11. C. eod. tit.* ad defendendum: *l. 8. pr. l. 42. §. 5. D. eod. tit. l. 1. §. 8. D. quar. rer. act. non det. l. 10. D. iudic. ſolu.* ad iniuriarum actionem: *l. 8. pr. D. de procur.* ad legatum petendum: *l. 62. D. de procur.* ad litem ſuſcipiendam: *l. 69 D. eod. tit. l. 8. §. 3. D. eod.* ad res petendas: *l. vlt. §. vlt. l. 56. D. eod.* plures procuratores in ſolidum ſimul: *l. 32. D. eod. tit.* vnius litis plurium perſonarum plures: *l. 31. §. 1. eod. tit.* DARE procuratorem in rem ſuam. *l. 30. D. eod. tit. l. 20. D. de adpellat.* ¶. 18. DARE *reſtituere,* iunguntur. *l. 41. §. 14. D. de fideic. libert.* ¶. 19. DARE ſatis: *l. 5. §. vlt. D. de hered. petit.* DARE ſatisdationem: *l. 7. D. de nou. op. nunc. l. 32. §. 16. D. de recept. arbitr. l. 5. D. de hered. petit.* DARE ſententiam, id eſt, dicere. *l. 5. C. de ingen. manumitt. l. 6. C. quando prouoc.* contra me: *l. 56. §. 1. D. de euiction.* contra iuris rigorem: *l. 19. D. adpell.* contra dominum: *l. vlt. D. quod cum eo.* ſecundum aduerſarium: *l. 14. §. vlt. D. de adpellat.* ſecundum teſtamentum: *l. 10. D. de inoff. teſt.* DARE diuerſas ſententias: *l. 18. D. de re iud.* de parte bonorum: *l. 1. §. 1. D. ſi pend. adpell.* DARE ſeruitutem per patientiam: *l. 19. D. de ſeru. praed. ruſt.* DARE ſtipulationem iudicatum ſolui. *l. 15. pr. D. de procur.* ¶. 20. DARE teſtimonium: *l. 3. D. de teſtib.* id eſt, perhibere. DARE tutores: *l. 1. l. 4. l. 5. tit. D. de tut. et curat. dat.* ius DANDI tutores. *l. 3. D. eod. tit.* ¶. 21. DARE vacuam poſſeſſionem: *l. 32. §. 20. D. de recept. arbitr.* DARE vades: Horat. *Serm. Lib. I. ſat. 1. v. 11.* Liu. *Lib. XXXIX. Cap. 41.* DARE viatorem: *l. vlt. D. de iudic.* vicarios: *l. 4. §. 4. D. de legation. l. 13. D. eod. tit.* DARE vindicias: Liu. *Lib. III. Cap. 46. ſequ.* DARE vſumfructum heres iuſſus, (vt in ſpecie *l. 3. D. quib. mod. vſuſfr. l. 10. §. vlt. l. 32. §. 2. D. de vſu et vſufr. leg.*) tunc DARE intelligitur, ſi legatarium in fundum inducit, eumue patitur vti-frui. *l. 3. D. de vſufr.* DARE vſumfructum. *l. 37. D. de vſufr. l. 30. §. vlt. D. de iureiur.*

DAS.

DASVMIANVM *SCum, l. 36. l. 51. §. 4. D. de fideic. libert.* quo cauebatur de his, qui fideicommiſſariam libertatem praeſtare rogati, iuſta ex cauſſa abeſſent, vt nec libertas impediretur, nec libertas eriperetur his, qui fraude carerent. *l. 39. D. eod. tit.*

DAT.

DATIO bonorum poſſeſſionis: *l. 1. §. 1. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* curatoris: *l. 16. D. de curat. furioſ. l. vlt. C. de magiſtr. conuen.* dotis: *l. 8. l. 23. D. de iur. dot.* fideiuſſoris: *l. 2. D. qui ſatisd. cog.* iudicis: *l. 32. D. de iudic. l. 2. D. quae ſent. ſine adpell.* legati. *l. 19. D. de reb. dub. l. 9. l. 14. §. vlt. D. de adim. leg. l. 14. D. de iure codicill.* Ei opponitur ademtio eiusdem. *l. 14. §. vlt. §. 26. D. de adim. leg. l. 10. D. de reb. dub. l. 14. D. de iure codicill.* libelli: *l. 7. D. de inoff. teſt.* libertatis: *l. 80. D. de verb. ſignif.* mutui: *l. 1. §. 1. D. de obl. et act. l. 2. l. 8. l. 27. D. de reb. cred. l. 7. §. 3. D. ad SC. Maced.* partis: *l. 2. D. de verb. oblig.* pecuniae: *l. 57. D. de condit. et demonſtr.* pignoris: *l. 16. §. 9. D. de pign.* tutoris: *l. vlt. D. de offic. iurid. Alex. ciu. l. 6. §. 1. D. de tutel. l. 77. D. de reg. iur. l. vlt. D. de reg. iur. l. 10. D. de tutor. et cur. dat.* ¶. 2. DATIO idem ac ſolutio. *l. 68. D. de ſolution.* ¶. 3. DATIO aliquando facto opponitur. *l. 82. D. de condit. et demonſtr.*

DATIVVS tutor, dicebatur, auctore Vlpiano *Fragm. tit. XI. §. 14.* qui teſtamento datus erat. DATIVVS ſiue teſtamentarius tutor. *l. 7. D. rem pupill. ſalu.* At DATIVOS et *teſtamentarios* ſeparat Modeſtinus, *d. l. 7. D. rem pupill. ſalu.* quemadmodum DATIVAM tutelam a *teſtamentaria* et legitima Iuſtinianus in *l. 40. C. de Epiſc. et cleric.* DATIVOSque idem Imperator in *l. vlt. C. de legit. tut.* accipit, qui a iudice dantur.

DATV. Hoc ſupino poſteriore pro priore aliquando vſus eſt Vlpianus, *l. 38. §. 21. D. de verb. obl.* ſi recte ſe habent verba in Florentinis: *Stipulatus a Maeuio fuerit, fundum Titio* DATV iri. Sed credo, librarii hoc vitium eſſe. Vid. Ant. Auguſtin. *Emendat. et Obſeru. Lib. II. Cap. 2.* HEIN.

DE.

DE, praeter notas ſignificationes, ſaepe a iuriſconſultis accipitur pro A vel AB. Sic DE domo numerare, pro *a domo*: *l. 40. D. de reb. credit.* DE me petere, pro a me: *l. 5. §. 14. D. commod.* DE quibus, pro a quibus: *l. 11. D. de vacat. et excuſ. mun.* DE Roma abire: *l. 35. §. 2. D. de procurat.* DE te ſtipulatus: *l. 37. D. de vſufr. l. 67. §. vlt. D. de furt.* DE Titio ſtipulatus: *l. 36. §. 1. D. de vſufr.* ¶. 2. DE pro EX. DE fundo, id eſt, ex fundo: *l. 6. §. 1. D. comm. diuid.* DE praediis, pro ex praediis: *l. 8. §. 1. D. de vacat. et excuſ. mun.* [Ita pro verbis: DE *ipſis formis,* quae in *l. 1. C. Theod. de aquaed.* occurrunt, Tribonianus repoſuit: EX *ipſis formis. l. 1. C. de aquaed.* notatus ideo a Iac. Gothofredo, *ad d. l. 1. C. Theod.*] ¶ 3. [Nec praetermittendae hic notae et frequentiſſimae loquutiones: DE cetero, id eſt, in poſterum, deinceps. *l. 14. C. Theod. de aquaed. l. 2. C. Iuſtin. eod. tit. l. 1. C. de agent. in reb. l. 4. C. Theod. eod. tit.* DE futuro: *l. 8 C. Theod. de annon.* DE integro litigare. *l. 19. C. et l. 16. C. Theod. de adpellat.*]

DEA.

DEALBATOR. *l. 1. C. de excuſ. artif.*

DEAMBVLARE. Ius DEAMBVLANDI: *l. 12. §. 1. D. de vſu et habitat.* DEAMBVLATIO in hortis. *l. 13. §. 4. D. de vſufr.*

DEAVRARE. *l. 1. C. Theod. de fabricenſib.*

DEAVRATOR. *l. 1. C. de excuſat. artif.*

DEB.

DEBERE proprie quis id tantum intelligitur, qood peti, et ab inuito exigi poteſt. *l. 108. D. de verb. ſignif.* Vode feſtiuus ille iocus Martialis *Lib. II. Epigr. 3.*

Sexte, nihil DEBES, *nil* DEBES, *Sexte, fatemur;*
DEBET *enim, ſi quis ſoluere, Sexte, poteſt.*

Itaqoe nec ſeruus DEBERE, nec ſeruo DEBERI quidquam intelligitur. *l. 41. D. de pecul.* Ac proinde eos, qui natura tantum obligantur, DEBITORES per aboſionem dicimus, quum DEBITORES hi tantum proprie intelligantur, a quibus inuitis pecunia exigi poteſt. *l. 16. §. 4. D. de fideiuſſ. l. 108. D. de verb. ſignif.* ⁋. 2. Obtinuir tamen, vt etiam *natura* DEBERI dicamus, licet eius petitio nulla ſit, *l. 1. §. vlt. D. de conſtit. pecun. l. 1. §. 17. D. ad leg. Falcid. l. 85. D. de reg. iur. l. 10. D. de obl. et act.* et aliis vulgaris locis, adeo, vt qoi natura tantum obligatus ſoluerit, DEBITVM ſoluiſſe dicatur. *l. 16. §. pen. D. de ſolut.* ⁋. 3. Sic fit, vt DEBERI aliquid vel *natura*, vel *ciuili*, vel *honorario iure* poſſit. *l. 1. §. 6. l. 3. D. de conſtit. pecun. l. 1. D. de nouat. l. 47. D. ad SC. Trebell.* Eaque eſt iuribus DEBITA *pecunia. l. 3. §. 1. D. de conſt. pecun.* ⁋ 4. DEBETVR porro vel *pure*, vel *in diem*, vel *ſub conditione. l. 16. D. de petit. her.* Nam et qood die certa praeſtari oportet, DEBERI dicimus, licet dies eius nondum venerit. *l. 9. D. vt leg. nom. cau.* ⁋. 5. DEBERE quid interdum dicitur res, in qua alteri ius eſt. Sic ſeruitutem DEBENT aedes: *l. 6. D. de ſeru. praed. ruſt.* area: *l. 14. D. eod. tit.* domus: *l. 21. D. eod. tit.* DEBET fundus legatus *l. 13. §. 6. D. de act. emt.* ſeruitutem: *l. 30. D. ſi ſeruit. vind. l. 34. D. de ſeru. ruſt. praed. l. 17. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu.* (Ar ibi ſeruitutem non *fundus*, ſed *vicinus* debere dicitur.) HEIN.

⁋. 6. [DEBET, aliquando pro *poteſt* vſorpatur. *l. 2. §. 31. D. ne quid in loc. publ. l. 1. D. de pen. leg. l. 9. D. de aur. et arg. leg. l. 4. §. vlt. D. de offic. proconſ. l. vlt. D. an per al. cauſſ. adpell. l. 8. §. 3. D. de legat. II. l. 1. pr. D. de hered. inſt. l. 1. C. de furt. l. 3. C. de pign. l. 45. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. de fide inſtr. l. 1. §. 1. D. quando adpell. l. 29. §. pen. D. de leg. III. l. 4. §. 6.* iuncta. *l. 6. §. 1. D. de offic. praeſ.*] ⁋. 7. [Et hinc DEBET aliquando conſilii verbum eſt, vt in §. 5. *Inſt. quod cum eo.* ceu obſeruauit Strauch. *in Lexico particul. iur. ſub hac voce n. 8.*] ⁋. 8. Ceterum verbum DEBET omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria ſit perſequutio. *l. 178. in fine D. de verb. ſignif.* [Et ita excuſari poteſt definitio actionis. *pr. Inſt. de actionib.*] Sic DEBERI dicuntur fideicommiſſa: *l. 19. D. de quaeſt.* iter per fundum: *l. 9. D. ſi ſeru. vind. l. 7. D. comm. praed. l. 15. D. quemadm. ſeru.* iter ſepulcro: *l. 4. D. eod. tit.* legatum: *l. 17. D. vt legat. vel fideic. nom. cau. l. 91. §. 2. D. de legat. I.* libertas ex cauſſa fideicommiſſi: *l. 26. §. 7. D. de fideic. libert.* ex teſtamento: *l. 10. §. 1. et §. vlt. l. 24. §. D. eod. tit.* pecunia, *pure, in diem, ſub conditione, ſub pignoribus, ſub poena, ſub vſuris*: de quibus ſuo loco. poena ex compromiſſo: *l. vlt. D. de recept. arbitr.* ſeruitus fundo: *l. 2. §. 1. D. ſi ſeruit. vindic. l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 27. D. de ſeru. praed. ruſtic. l. 10. C. de ſeruit.* praediis. *l. 25. §. 18. D. famil. ercisc.* praediis et perſonis: *l. 14. §. vlt. D. de ſeruit.* per ſtipulationem: *l. 27. §. 4. D. de vſufr.* Ita etiam DEBETVR ſpecies ex cauſſa lucratiua: *l. 17. D. de obl. et act.* Stichus ex teſtamento: *l. 18. D. de oblig. et act.* via fundo: *l. 25. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* per fundum: *l. 7. D. quemadm. ſeru. amitt.* per vicinum agrum. *l. 6. D. eod. tit.* ⁋. 9. DEBERI etiam parentum hereditas liberis dicitur, propter votum parentum, et naturalem erga liberos caritatem. *l. 7. §. vlt. D. ſi tab. teſt. null. exſt. l. vlt. D. de bon. damnat.* Ar non ſic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hereditas. d. *l. 7. §. vlt. D. eod. tit. l. 17. D. de inoffic. teſt.*

DEBILIS. DEBILES perſonae: *l. 19. fin. D. de reb. auctor. iud. poſſ.* hae oimirum, quae propter infirmitatem er perpetuum aliquem morbum ſuis negotiis ſupereſſe non poſſunr: *l. 4. et l. 5. D. de poſtul. l. 2. D. de curat. furioſ.* DEBILIS ſeruus: *l. 6. D. de oper. ſeru.* [DEBILES vel leues ſolidi. *l. 2. C. Theod. de ponderatorib.*]

DEBILITATVS homo: *l. 13. D. de rei vindic.* mulus: *l. 27. §. 34. D. ad leg. Aquill.* ſeruus. *l. 84. §. 4. D. de legat. I.*

DEBITOR tam ex contractu, quam ex delicto intelligitur. *l. 14. ſequ. D. de hered. petit.* ⁋. 2. In eo, quod dicitur, DEBITORES *rerumpublicarum ab honoribus arceri*, DEBITORES accipimus eos tantum, qui ex adminiſtratione reliquantur, vel, qui ex pollicitatione, quae recuſari non poteſt, obſtricti ſunt. *l. 6. §. 1. D. de mun. et hon.* ⁋. 3. [DEBITORES etiam ſaepe vocantur, qui poblica tributa debent. vt *in rubr. et tit. C. de indulg. debit. l. 1. l. 3. l. 7. C. Theod. de exact. l. 26. C. Th. de erog. mil. ann. l. 15. l. 19. l. 31. l. 34. eod. tit. l. 9. C. Th. de muner. l. 186. C. Th. de decurion. l. 1. de ponderat.* aliisque plurimis. Eadem vocis DEBITORVM ſignificaóo eſt in *l. 2. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* vt fruſtranea omnino ſir, et vana illorum emendatio, qui *tributorum* nomen eo loco reponunr.] ⁋. 4. DEBITOR *in diem*, vel ſub conditiooe: *l. 16. D. de hered. petit.* Deſinir DEBITOR eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab aequitate naturali abhorrentem. *l. 66. D. de reg. iur.* Nouos DEBITORES facere. *l. 34. §. 1. D. de legat. III.*

DEBITRIX mulier: *l. 8. §. 2. l. 24. D. ad SC. Velleian. l. 2. C. eod. tit. l. 33. D. ſolut. matrim.* DEBITRIX domina: *l. 9. C. de pignor.* DEBITRIX fiſci. *l. 4. D. de iur. fiſci.*

DEBITVS, A. VM. DEBITA por-

portio, quae liberis ex ſubſtantia paterna iure ciuili debetur. *l. 8. §. 11. D. de inoffic. teſtam.* Nimirum olim quarta pars ſucceſſionis, quae ab inteſtato obtigiſſet. Adpellatur et DEBITVM *bonorum ſubſidium: l. 2. l. 5. C. de inoffic. donat.* [et DEBITVM ſimpliciter. *Nouell. XVIII. princ.*] ¶. 2. DEBITA etiam pars ſeu portio adpellatur, quae patronis ex lege Papia relinqui debet. *l. 114. §. 1. D. de legat. I. l. 28. §. vlt. §. 6. D. de legat. II. l. 1. §. pen. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc. l. 21. D. de iur. patr. l. 20. D. de donat. l. 60. D. ad SC. Trebell. l. 19. §. 1. D. de condit. et demonſtr. l. 19. l. 20. §. 1. l. 24. l. 25. l. 41. l. 44. l. 45. D. de bon. libert. l. 19. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 3. pr. D. de adſign. libert. §. 2. Inſt. de ſucceſſ. libert.* ¶. 3. DEBITVM dicitur, ad quod pietas impellit, et ſtimulat. Sic DEBITVS patronis honor: *l. 5. D. de oper. libert.* DEBITVM officium: *l. 1. C. de his, quae vt indign.* DEBITA pietas: *l. 19. D. quae in fraud. cred.* Pietas parentibus, etſi inaequalis eſt eorum poteſtas, aequa DEBETVR. *l. 4. D. de curat. furioſ.*

¶. 4. DEBITVM *naturale* et *ciuile*: *l. 46. §. 3. D. de cond. et demonſtr.* [Sed et DEBITVM et *obligatio* ſeparantur. *l. 7. pr. D. de liberat. leg.*]

☞ **DEBITV.** Supinum poſterius, quo pro priore vſus eſt Pomponius. *Quia certum eſt* DEBITV *iri. l. 1. §. 1. D. de cond. et demonſtr.* Simile exemplum vidimus ſupra in DATV. HEIN.

DEC.

DECANICA, *l. 3. C. de haeret. l. 30. C. Th. eod. tit. Nouell. Iuſt. LXXIX.* Καὶ καθειργέθωσαν ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς. Quidam *ſecretarium* interpretantur. [DECANICA ſeu DIACONICA, loca ſunt ab ipſis eccleſiis ſeiuncta, a quibus ſeparantur. *l. 30. C. Theod. de haeretic.* Non ergo eccleſiae proprie erant, neque eccleſiae pars, verum iuncta eccleſiae loca, et eccleſiae proxima, alias *ſecretaria* dicta, vbi vaſa, veſtes, aliaeque vſibus ſacris deſtinatae res, lipſana quoque et fragmina, adſeruabantur, hodie *ſacriſtia* dicta. Iac. Gothofr. *in Comment. ad d. l. 30. C. Th. de haeretic.* Coel. Rhodigin. *Lection. Antiqu. Lib. XXV. Cap. 23. p. 114.*]

DECANVS, DECANOS in vrbe Conſtantinopolitana humandorum corporum curam geſſiſſe, patet ex *Nouella LIX.* quae de ſumtibus funerum tractat, in qua eſt: *οἱ τῇ κλίνῃ ὑπηρετούμενοι δεκανοί.* Argumentum huius rei certiſſimum eſt, quod illic Iuſtinianus eos *δεκανοὺς ἤτοι κοπιάτας* vocat. Κοπιάτας autem ex vetere Gloſſario *νεκροθάπτας ſuperiore libro* interpretati ſumus. Atque ita DECANORVM nomen intelligendum eſt, in *l. 4. et l. 9. C. de ſacroſ. eccleſ.* ¶. 2. In monaſteriis porro DECANOS adpellatos, qui denis monachis praeeſſent, D. Auguſtinus *Lib. I. de morib. monach.* oſtendit. ¶. 3. Vetus Gloſſarium: *Δεκανοί, ἀρχὴ δέκα ὀνομάτων συνηγμένοι.* Et alibi: *Δεκανοί, κολλεγιάτοι, συνηγμένοι.* Sed et D. Ambroſ. *Lib. V. Epiſt. 33.* miſſos de palatio Decanos, narrat. Et ita DECANORVM *corpus* accipe *l. vn. C. Theod. de decan.*

DECAPROTI, *l. 3. §. 10. l. vlt. §. 26. D. de muner. et hon. l. 10. D. de pollicit.* Latine DECEM PRIMI dicuntur a Cicerone *pro Sex. Roſc. Cap. IX. Decretum Decurionum ſtatim fit, vt* DECEMPRIMI *proficiſcantur.* Addatur idem *in Verr. II, 67.* Vſurpat hoc verbum Iul. Firmic. *Lib. III. Math.* et ita in *l. 2. C. Theod. de quaeſtion.* DECEMPRIMI ordinis curiales, et in *l. 35. C. Theod. de Epiſc. et cler.* a DECEMPRIMIS curialibus. Adparet autem ex ſupradictis locis, DECEMPRIMOS tributa exegiſſe, et pro oneribus defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciſſe. Alii ſunt DECEMPRIMI domeſtici. *l. 7. l. 8. l. 9. C. Th. de domeſt. et protect. l. vn. C. Th. de praepoſ. lab.* DECEMPRIMI ſcholarum. *l. 10. C. Th. de domeſt. et protect.* In municipiis, qui, muneribus vniuerſis expletis, ad ſummum gradum peruenerant, vocabantur *decuriones primae curiae*: *l. 188. C. Theod. de decurion. primarii curiarum*: *l. 39. C. Theod. eod. tit. omnibus functi honoribus*: Gruter. *p. LIX, 6.* et a numero modo ΠΕΝΤΕΠΡΩΤΟΙ, *quinque primi*, modo ΔΕΚΑΠΡΩΤΟΙ, DECEMPRIMI, modo ΕΙΚΟΣΙΠΡΩΤΟΙ, *vigintiprimi.* Reineſ. *ad Inſcript. p. 22. et Claſſ. I, 99.* In marmore apud Gruter. *p. XLIX.* laudatur Flauius Antiſtianus V. E. DE DECEM PRIMIS PATER PATRVM. Erant et DECEMPRIMI vicorum: *l. 2. C. vt nem. ad ſuum patr. ſuſc. ruſt.* et DECEMPRIMI COLLEGIORVM. Gruter. *Inſcr. p. CCCII, 2. p. LXXXIX, 4. p. CCCXCVIII, 7.* HEIN.

DECAPROTIA, *l. vlt. §. 26. D. de mun. et honor. l. 8. C. de mun. patrimon.* quae et DECEMPRIMATVS adpellatur, in *l. 1. D. de mun. et honor. l. 7. l. 8. l. 9. C. Theod. de domeſt. et protect.*

[**DECARGYRVS** numus, maioris pecuniae, ſeu maiorianae ſpecies, vt clare oſtendit *l. 2. C. Theod. ſi quis pecun. conflau.* vbi videnda diligens commentatio Iac. Gothofredi.]

DECEDERE, loco cedere, abire. Et hinc DECEDERE et *accedere* opponuntur. *l. 31. D. de legat. III. l. 10. §. 1. D. de iur. dot. l. 33. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Sic DECEDIT dominium ab aliquo, id eſt, abſcedit: *l. 10. §. vlt. D. de condict. furt.* DECEDIT, quod conſumtum eſt: *l. 25. §. 15. D. de hered. petit.* DECESSIT tempus: *l. 2. C. de vend. reb.* Ita DECEDERE prouincia dicebatur proconſul, qui anno finito diſcedens, eam ſucceſſori tradebat. Cic. *ad Famil. Lib. III. Epiſt. 6.* vbi proconſuli ad decedendum triginta dies lege Cornelia conſtitutas fuiſſe, dicit. Ita et DECEDERE quem dicimus poſſeſſione: *l. 1. §. 1. D. ſi ventr. nom. l. 5. §. 1. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 15. §. 35. D. de damn. inf.* DECEDERE de poſſeſſione: *l. 5. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 31. D. de dol.* id eſt *diſcedere de poſſeſſione*, vt loquitur *l. 6. §. vlt. D. vt in poſſeſſ.* et *diſcedere* ſimpliciter, vt. *l. 3. §. 8. D. de adquir. vel amitt. poſſ.* ¶. 2. DECEDERE, minui. Sic aliquid legato dicitur DECEDERE, *l. 72. D. de legat. I.* et pro rata omnibus decedere portio. *l. 72. D. de teſtam. milit.*

¶. 3. DECEDERE, pro diem obire. *l. 26. D. de recept. arbitr. l. 4. D. qui ſatisd. cog.* quod ſexcentis pan-

dectarum locis inuenies. Interdum tamen additur: *vita* DECEDERE, quae loquutio Papiniano familiaris eſt. *l. 42. D. de mort. cauſſ. donat. l. 75. §. vlt. D. de legat. II. l. 10. D. de ann. legat. l. 8. D. de dot. praeleg. l. 77. §. 6. et §. 27. D. de legat. II. l. 57. §. vlt. D. de vſufr. l. 84. l. 86. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ. l. 11. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. l. 17. §. vlt. D. de caſtr. pecul. l. 12. D. de leg. Corn. de falſ. l. 13. D. de inoffic. teſt.* Eodemque loquendi genere vtuntur Imperatores: *l. 1. C. de reſtitut. l. 1. C. ne de ſtatu defunct.* [DECEDERE ſine herede: *l. 32. pr. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 58. D. de magiſtr. conuen.* ſine ſucceſſore. *l. 37. §. 1. D. de vſurp. et vſucap.*] ¶. 4. DECEDERE autem non homines tantum, ſed et equos, et reliqua animalia, Iuriſconſulti dicunt. *l. 1. §. 12. D. ſi quadr. pauper. l. 10. §. vlt. D. quib. mod. vſusfr. l. 65. §. 1. D. de legat. I.* nec non foetus pecorum: *l. 70. §. vlt. D. de vſufr.* et capita gregis. *l. 13. D. de pignor.*

DECEMPRIMATVS, vid. DECAPROTIA.

DECEMPRIMI. vid. DECAPROTI.

DECEMVIRI legum ferendarum, qui XII. Tabulas perſcripſerunt. De iis *l. 2. §. 4. D. de orig. iur. l. 63. D. de donat. int. vir. et vxor.* Sed plenius rem omnem narrant Liu. *Lib. III. Cap. 32. et 33.* et Dionyſ. Halicarn. *Lib. X. p. 680.* De abrogato iis magiſtratu, iam paene in tyrannidem abeunte, videndi idem Liu. *Lib. III. Cap. XXXVI. ſequ. et* Dionyſ. Halic. *Lib. XI.* HEIN.
¶. 2. DECEMVIRI *litibus*, vel antiquis STLITIBVS *iudicandis*, apud Spartian. *in Hadrian. Cap. II.* et in Antiqu. Inſcriptionibus apud Grut. *p. CCCLX, 3. p. DII.* Eorum conſeſſus ordinarium erat Praetoris conſilium, quod ſimul haſtam centumuiralem cogiſſe, ſcribit Pomponius. *l. 2. §. 29. D. de orig. iur.* De iis plura Ger. Noodt. *de Iuriſdict. I, 12. p. 107. Tomo I. Op.* Fuiſſe etiam XVVIROS et XXVIROS STLITIBVS IVDICANDIS, oſtendit Reineſ. *Claſſ. VI. Inſcr. 42. 30. et 131.* HEIN.

DECERNERE, cauſſa cognita aliquid ſtatuere. Sic DECERNERE dicitur praetor: *l. 15. §. 22. D. de damn. infect. l. 17. D. de vſur. l. 3. D. de offic. praet. l. 1. §. 1. D. de iur. dot. l. 15. D. de noxal. act. l. 7. C. arbitr. tut.* DECERNERE etiam principes dicebantur. *l. 28. D. de inoff. teſt. l. 25. §. 16. D. de hered. petit.* Quod princeps cognoſcens DECREVIT: *l. 1. D. de conſt. princ. §. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et civ.* DECREVIT Imperator: *l. 11. §. 2. D. ad leg. Falcid.* Seuerus: *l. 5. §. 10. D. de his, quae vt indign.* DECRETVM eſt a principibus: *l. 1. D. de bon. eor.* Sic DECERNVNTVR actiones, id eſt, dantur: *l. 2. §. 2. et §. 3. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 55. §. 1. D. de fideic. libertat. l. 46. §. 1. D. de adm. et peric. tut. l. 1. §. 4. D. de dol. mal. l. 22. D. de pec. conſtit. l. 5. D. de confirm. tut. l. 1. §. 1. l. 7. §. 8. D. de dol. mal. l. 98. D. de adquir. vel omitt. hered.* alimenta: *l. 7. §. 2. D. de ſuſp. tut. l. 2. l. 3. D. vbi pupill. educ. l. 8. D. de decurion. l. 27. §. 3. D. de inoffic. teſt. l. 38. D. famil. erciſc.* [bellum: *l. 118. D. de verb. ſignif.* vbi Alber. Gentilis.] bonorum poſſeſſio: *l. 1. §. 7. D. de ſucceſſ. edict.* curatio et tutela: *l. 3. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* honor: *l. 1. §. 1. D. de pollicit. l. 13. §. 4. D. de iniur.* repetitio. *l. 1. C. ſi adu. cognit.*
¶. 2. DECERNERE, conſtituere. DECERNIT heres de hereditate, id eſt, conſtituit, an eam ad ſe pertinere velit: *l. 13. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* DECERNVNT municipes. *l. 1. D. de libert. vniuerſ.*

DECEPTVS non videtur minor, iure communi vſus: *l. 51. §. 4. D. de fideiuſſ.* DECEPTVS falſa exiſtimatione: *l. 18. D. de his, qui not. inf.* [DECEPTVS, qui corrumpi ſe paſſus eſt: *l. 19. D. de dol. mal. et met. except.* qui per aetatem lapſus eſt: *l. 9. D. de minor.* DECEPTA mulier, id eſt, callide inducta ad intercedendum: *l. 2. §. 3. D. ad SC. Velleian.* DECEPTAE ignorationis laqueos incidere, dicuntur in *l. 16. C. Theod. de petit.* qui decipiuntur per ignorantiam.]

DECERPERE fructus maturos: *l. 12. §. 5. D. de vſufr. l. 25. §. vlt. D. de furt.* oliuam immaturam: *l. 27. §. 25. D. ad leg. Aquill.* DECERPERE pomum: *l. 45. D. de vſur. l. 8. D. de ſeruit.* Ouid. *Lib. V. metamorph. v. 536.*

Puniceum curua DECERPSERAT *arbore pomum.*

Idem *Lib. III. ex Ponto eleg. 5.*

Et magis adducto pomum DECERPERE *ramo.*

DECERPTVS fructus. *l. 26. §. vlt. de furt.*

DECESSIO, pro deminutione, et detractione. *l. 28. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 178. §. 1. D. de verb. ſignif. l. 51. D. de euict. l. vlt. D. quand. de pecul. l. 6. §. 5. D. commun. diuid.* quibus in locis *acceſſio* et DECESSIO contrarie referuntur, vt et apud Ciceron. *Lib. III. de offic. Cap. 3.* his verbis: *Eorum neque acceſſione vitam meliorem fieri, neque* DECESSIONE *peiorem.*

DECESSOR: *l. 4. §. 4. D. de offic. procons.* quem vulgo praedeceſſorem dicimus. Ita DECESSOR praeſidis: *l. 42. D. de minor. l. 1. C. de ſent. reſcind.* Spartianus *in Peſcennino Cap. IV. Peſcenninum mihi laudas: adgnoſco. Nam et* DECESSOR *tuus manu ſtrenuum, vita grauem dixit.* [Tacit. *in vita Agric. Cap. VII. Is miſſum ad delectus agendos Agricolam, integreque ac ſtrenue verſatum, viceſimae legioni, tarde ad ſacramentum progreſſae, praepoſuit, vbi* DECESSOR *ſeditioſe agere dicebatur.*] Caſſiodor. *Lib. VIII. Var. Cap. 16. Nam quod vobis per* DECESSORES *praedeceſſoreſque noſtros, temporibus domini aui noſtri, longa conſuetudo dedit.* Hinc DECESSORI, quem PRAECESSOREM vocat Iulianus *Nou. CXXV.* ſucceſſor opponitur. *l. 10. D. de offic. proconſ.* Cic. *ad Famil. Lib. III. Epiſt. 2.* vt ἡγύμενος καὶ διάδοχος. *Nouell. XCV.*

DECESSVS, VS. DECESSVS no-

noviſſimi, pro obitu. *l. 34. D. de vſu et vſufr. leg.*

DECIDERE, antepenultima correpta, corruere. *l. 24. §. 1. D. de damn. infect.* Sic DECIDVNT aedes: *l. 7. §. vlt. D. eod. tit. l. 2. §. vlt. D. de pollicit.* arbores, quae cadunt, ſeu per ſe, ſeu vi ventorum confractae, deiectae, et euulſae: *l. 8. D. quib. mod. vſufr. amitt. l. 24. §. 9. D. de damn. inf* amphora: *l. 5. §. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* domus et paries: *l. 18. §. 11. D. de damn. inf.* DECIDIT in foueam: *l. 28. D. ad leg. Aquil.* inſula: *l. 36. D. de vſufr.* Si olea per ſe DECIDERIT. *l. 13. D. quib. mod. vſufr. vel vſ.*

DECIDERE, antepenultima producta, eſt caedere, vel ſuccidere. In DECIDENDIS arboribus damnum datum, id eſt, in ſuccidendis. *l. 6. C. de pignorat. act.* ¶. 2. DECIDERE, verberare. DECIDERE quem verberibus. *l. 2. in fin. D. de term. mot.* ¶. 3. DECIDERE, paciſci, vel tranſigere ſignificat. *l. 46. D. de rei vind.* Paull. *Sent. Lib. I. tit. 19. §. 2.* Sic DECIDERE cum creditoribus: *l. 59. D. de adminiſtr, et peric. tut. l. 44. D. de pact. l. 3. D. ad leg. Falcid.* DECIDERE damnum: *l. 61. §. 1. §. 2. §. 5. D. de furt.* damnum pro fure DECIDERE, de furto paciſci eſt: *l. 9. §. 2. D. de minor. l. 7. D. de condict. furt. l. 46. §. 3. D. de furt.* DECIDERE cum debitore: *l. 4. §. 6. D. de dol. mal. et met. except.* pecunia: *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.* DECIDERE tranſactione. *l. 29. §. 2. D. de inoff. teſt. l. 23. C. de transact.*

¶. 4. Quia vero et iuſiurandum pro tranſactione eſt: DECIDI quid dicitur etiam iureiurando. *l. 22. §. vlt. D. de noxal. act. l. 1. D. de iureiur. l. 1. C. de reb. cred. l. 56. D. de re iudic.* ¶. 5. Denique vel maxime cauſſae dubiae deciduntur per legem, vel iudicis ſententiam. Sic DECIDITVR cauſſa: *l. 5. C. vbi cauſſ. fiſc. l. 3. §. 9. D. de iur. fiſc. l. 5. C. de ord. cogn. l. 3. C. ne de ſtat. def. l. 7. C. de iur. et fact. ignor.* [*l. 15. C. de lib. cauſſ.*] et quidem ſententiis: *l. 3. C. ſi a non compet.* DECIDITVR controuerſia: *l. 42. C. de transact.* DECIDITVR lis ſententia: *l. 6. C. de adpell. l. 33. C. de transact.* DECIDITVR quaeſtio: *l. 3. C. de interd. l. 6. C. de reb. cred. l. 38. D. de iur. fiſc. l. 8. D. de liberat. leg. l. 4. D. de leg. commiſſ. l. 9. C. de ſent. interloqu.* DECIDITVR quaeſtio notione: *l. 13. D. de lib. cauſſ.* conſtitutione aut quaeſtione. *l. 32. D. de furt.*

DECIES. *l. 77. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* DECIES centena, id eſt, decies centena millia: *l. 6. D. de vſur.* et apud Iuuenal. *Sat. X. v. 335.* Vid. Plutarch. *in vit. M. Antonii.*

DECIMA, ſcilicet pars. DECIMAM vir et vxor inter ſe certis caſibus capiunt, ex lege Iulia et Papia. Vlp. *Fragm. tit. XV. §. vn.* DECIMAM bonorum vouere. *l. 2. §. vlt. D. de pollicit.* ☞ Solebat DECIMA facultatum voueri Herculi. Plutarch. *Quaeſt. Rom. XVIII.* Plaut. *Bacchid. IV, 4. v. 15.* et *Trucul. II, 7. v. 10.* Elegans eius rei exemplum exſtat in marmore apud Vignol. *de column. Antonini p. 387.*

CN. FLACCVS. Q. FVL. F. DE
CVMAM. PARTEM. HERCV.
LI. ET. PRO. REDITV. FELI.
CISSIMO EX AFRICA VI.
BI. FRATRIS. ET. PRO. SAL.
PETINAE. MATRIS. SIGNA.
AVREA. FORTVNAE. PRAEN.
ET. FERONIAE. SANCTIS.
SIMAE. DDT. VINIO COS. HEIN.

DECIMAE immunitas. Vlpian. *libro ſingulari de legit. hereditatibus* apud auctorem *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 9.* At quaenam illa DECIMA, cuius de immunitate hic agitur? ☜ Eam Antoninus Caracalla, duplicato onere, pro viceſima hereditatum et manumiſſionum, exigere coeperat. Non tamen diuturnum fuit peſſimi principis inſtitutum. De Opilio enim Macrino, qui ei ſucceſſerat, Dio Caſſius *Lib. LXXVIII. p. 893.* Τὰ περί τε τὰς κλήρους, καὶ περὶ τὰς ἐλευθερίας καταλειφθέντα ὑπὸ τοῦ Καρακάλλου παύσας. *Quae Caracalla circa defunctorum hereditates, et circa manumiſſiones, exegerat, ceſſare iubens.* Hinc poſt eius tempora viceſimae iterum meminerunt iuriſconſulti, non decimae, veluti Paullus *recept. Sentent. Lib. IV. tit. 6.* Vid. Ezech. Spanhem. *in Orb. Rom. Exerc. II. Cap. 4. p. 142.* HEIN. ¶. 2. DECIMA por- ☜ ro parte litis mulctabantur, qui calumnioſam litem intenderant. *§. 1. Inſt. de poen. tem. litig. l. 3. C. Hermog. de calumn.* Obſoleuerat actio illa decimaria eo tempore, quo adornatae Iuſtiniani iuſſu ſunt inſtitutiones. Sed eam in vſum reuocauit ipſe Iuſtinianus *Nou. CXII. Cap. 2.* Vid. Iac. Cuiac. *Lib. VII. Obſ. Cap. 5.* et Hier. Bignon. *Not. ad Marculf. Lib. I. Cap. 20.* HEIN.

[DECIMARE, *l. 2. C. Theod. de veteran.* [eſt, decimum quemque; quem ſors tetigit, ſupplicio adficere. Vnde DECIMATAE legiones, quae per eiuſmodi ſortitionem ſupplicio ſubiectae ſunt. De eo ſupplicii genere videndi Guil. Budaeus *in tit. de his, qui not. infam. p. 93.* Petr. Faber. *Semeſtr. Lib. I. Cap. 18. p. 12.*]

DECISIO pro pactione, ſeu tranſactione. *l. 7. D. de condict. furt. l. 3. D. ad leg. Falcid. l. 13. C. de furt. l. 7. l. 19. l. 14. C. de transact.* Gloſſae veteres: DECISIONES, *pactiones cum debitoribus, quibus debiti portio remittitur*, χρεῶν ἀποκοπαί. Nam plerumque cum creditoribus ita reas tranſigitur, vt certa crediti portione contenti ſint, vt patet exemplis. *l. 44. D. de pact. l. 59. D. de adminiſtr. et peric. tut.*

DECLARARE, veluti, communi conſenſu: *l. 7. §. vlt. D. de poen.* conſtitutionibus: *l. 1. §. 23. D. de quaeſt. l. 3. D. de oper. publ.* edicto: *l. 19. C. ad SC. Vellei.* iudicem per ſententiam: *l. 35. §. 1. D. de rei vindic. l. vlt. D. quis et a quo adpell.* lege: *l. 1. C. ad leg. Iul. de adult.* per menſorem terminos: *l. 8. D. fin. regund.* reſcripto vel reſcriptis: *l. 2. §. vlt. D. de iur. immunit. l. 5. D. de adpellat. recip. l. 6. D. de muner. et hon. l. 1. §. 1. D. de quaeſt. l. 7. D. de cuſtod. et exhib. reor.* ſententia, vel per ſententiam: *l. 35. §. 1. D. de rei vind. l. 8. §. 4. D. ſi ſeru.*

ſi ſeru. vind. DECLARANT ſtatuta principum. *l. 11. D. de iur. et fact. ignor.*

DECLINARE examen ordinariae ſedis: *l. 4. C. de iuriſd.* exceptiones: *l. 8. C. de reſtit. mil. l. 8. C. quib. non obiic. long. temp. praeſcr.* municipalia: *l. 2. C. qui num. lib. ſe excuſ.* ſententiam contrariam: *l. 22. §. 3. C. de furt.* ſocios. *l. 1. in fin. C. vbi quis decur. vel coh.* HEIN.

DECOCTIO, dilapidatio bonorum: *l. 5. C. de fabric. l. 3. C. Theod. ad SC. Claud. Nouella Theodoſii et Valentin. I. de bon. fabric.*

DECOCTOR, qui bona abligurinit, foro ceſſit. DECOCTORVM vitia: *l. 15. C. Theod. de piſtor. et catabol.* DECOCTOR pecuniae publicae: *l. 40. C. de decurion. l. 2. fin. C. de fund. rei priu.* Vetus Gloſſar. Graecum: Ο' χρεοκόπος, ἤγουν ὁ χρεωστῶν τινι, καὶ διά τινὸς μηχανῆς παρασκευάσας ἐκκοπῆναι τὸ χρέος, καὶ μὴ καταβληθῆναι τῷ δανειστῇ. Vſus eo vocabulo ipſe Cicero in *Catilin. II. Cap. 3.* et *Philipp. II. Cap. 18.* et alibi. HEIN.

DECOLLARE. Diomedes *Lib. I.* DECOLLO, *apud veteres, decipio ſignificaſſe*, ait. Quod Plauti et Lucillii teſtimoniis confirmat. [Plaut. *Captiu. Act. III. ſcen. I. v. 36.*

Eſt illic mihi vna ſpes coenatica.
Si ea DECOLLABIT, *redibo huc ad ſenem, ad coenam aſperam.*

Et in Caſinar. *Act. II. ſcen. 5. v. 28. Si ſors autem* DECOLLASSIT.] ‖. 2. At aliter, inquit Diomedes, inuenitur apud Feneſtellam *Lib. II. Epitom. Quêmadmodum Caeſar a piratis captus ſit, vtque eos poſtea ceperit, et* DECOLLAVERIT. *Veteres autem ſecuri caeſos dicebant.* Inuenitur hoc verbum et apud Senecam *Lib. IV. Controu.* Sueton. *in Calig. Cap. XXXII.* D. Auguſtin. *de verbis Domini ſerm. XLV: Quid tibi fecit eccleſia, vt eam velis quodammodo* DECOLLARE, *et tollere omnis eccleſiae caput?* Τραχηλοκοπεῖσθαι dicit Arrian. *Lib. I. Epictet. Diſſert. Cap. I.* et ἀποκεφαλισθῆναι. [Vid. Taubmann. *Comment. ad Captiu. Plaut. act. III. ſcen. I, v. 37.* Coel. Rhodigin. *Lect. antiqu. Lib. IV. Cap. 2.* Ge. Henr. Vrſin. *Obſeru. philol. Cap. IX.* vbi et Gronouii ſingularem ea de re ſententiam refellit.]

[DECOLLATIO, capitis amputatio. Paull. *Sent. Lib. V. tit. 17. §. 3.*]

[DECOLORARE, deformare. DECOLORARI conſortio ſororiae adpellationis: *l. 19. C. Iuſtin. et l. 44. C. Theod. de Epiſc.* Symmach. *Lib. II. Epiſt. 75. Ne innocentiam ſenatorum obnoxia rumoribus ſuſpicio* DECOLORET.]

DECOQVERE, bona ſua turpiter conſumere, effundere, abligurire ſignificat. *l. 12. C. de ſuſcept. praepoſ. et arcar.*

DECORARE. DECORARI illuſtri nobilitate: *l. 32. §. 5. C. de adpell.* DECORATA marmoribus baſilica: *l. 21. C. de oper. publ.* poteſtate et dignitate DECORATI viri: *l. 16. pr. C. de teſtam. l. vn. C. de SC. Claud. toll.* Ex DECORATIS infames conſtituti. *l. 35. C. de locat.* HEIN.

DECORVS, A, VM. DECORA facies ciuitatis: *l. 6. C. de oper. publ.* HEIN.

DECRESCERE, eſt minui, *l. 40. D. de pecul.* vbi *creſcere* et DECRESCERE opponuntur, vti et DECRESCERE et adcreſcere. *l. 4. D. ſi pars hered.* DECRESCERE pro rata: *l. 13. §. 1. D. de hered. inſtit.* DECREVERE bona incendiis et naufragiis. *l. 73. D. ad leg. Falcid.*

DECRETVM, qood cauſſa cognita ſtatuitur, vel pronunciatur. *l. 1. D. de offic. adſeſſor.* DECRETVM enim cauſſae cognitionem deſiderat, vt adparet ex *l. 9. §. 1. D. de offic. proconſ.* a quo paragrapho credibile eſt auulſam eſſe *l. 71. D de reg. iur.* licet inſcriptio in libri, vode deſumta ſit, numero variet. Sane Theophilus *ad §. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* DECRETVM interpretatur ἀπόφασιν βασιλέως, μεταξὺ δύο μερῶν παρ' αὐτῷ δικαζομένων ἐκφερομένην. *Sententiam principis, inter duas partes, quarum ipſe de cauſſa cognouit et iudicauit, pronunciatam.* Et Paullus *tres* DECRETORVM *libros* inſcripſerat, ſeu imperialium ſententiarum, in cogoitionibus prolatarum. Vnde fit vt DECRETVM *pro tribuuali* tantum, non etiam de plano, interponi poſſit, *l. 7. §. 10. D. de confirm. tut. l. 3. §. 8. D. de bon. poſſeſſ.* et quidem a praetoribus Latine tantum, vt definit *l. 48. D. de re iud.* Talia DECRETA conſulum: *l. 3. D. de min.* pontificum: *l. 8. D. de religioſ.* praeſidum: *l. 3. D. de min. l. 16. D. de excuſat. l. 2. C. de curat. furioſ.* praetorum. *l. 75. D. de iudic.* Cuiusmodi ſunt ea, de quibus in *l. 7. §. vlt. D. de pact. l. 2. l. 3. D. de confirm. tut. l. 1. D. de ſeparat. l. 12. D. vt in poſſ. legat. l. 24. l. 39. §. 9. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 16. D. de excuſat. l. 1. C. ſi aduerſ. libert. l. 2. C. qui pot. in pign.* DECRETVM priocipale: *l. 8. D. de offic. adſeſſ.* principis. *l. 7. D. de iuſt. et iur. l. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* Qualia ſunt DECRETA Diui Pii: *l. 3. §. 5. D. de lib. exhib.* et Diui Marci. *l. 13. D. quod met. cauſſ. l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priu. l. 22. D. ad SC. Trebell. l. 3. D. de vſur.* Sic DECRETO praetoris actor conſtituitur, periculo tutoris: *l. 24. D. de adminiſtr. et per. tut.* Bonorum poſſeſſio quaedam DECRETO petitur: *l. 2. §. 11. D. ad SC. Tertull. l. 14. §. vlt. D. de bon. poſſ. contr. tab.* et inde DECRETALIS adpellatur. *l. 1. §. 7. D. de ſucceſſ. edict. l. 2. §. 1. D. quis ordo in poſſ. ſeru.* DECRETO a praetore interpoſito; hereditatem adire: *l. 54. §. vlt. D. de manum. teſt.* vt in ſpecie *l. 7. §. vlt. D. de pact. l. 58. §. 1. D. mand.* DECRETO praetoris in integrum reſtituitur: *l. 47. D. de minor.* DECRETVM in integrum reſtikutionis: *l. 29. §. vlt. D. eod. tit.* DECRETVM interpooitur: *l. 48. D. de re iud. l. 30. pr. D. de fideic. libert. l. 29. §. vlt. D. de min. l. 6. D. de Carbon. edict.* Iuſtis enim DECRETIS res temperanda eſt, quoties aequitatem deſiderii naturalis ratio, vel aliqua iuris dubitatio moratur. *l. 86. in fine D. de reg. iur. l. 84. D. de adquir. vel omitt. her.* DECRETO quoque Praetor in poſſeſſionem mittit. *l. 3. D. ne vis fiat ei.* Et hoc *primum* DE-

DEC. DEC.

CRETVM ab interpretibus adpellatur. Cui ſecundum adiungunt, quo praetor eum, qui miſſus eſt, poſſidere iubet, dominiumque capere per longum tempus permittit. *l. 15. §. 16. D. de damn. inf.* Sed illam diſtinctionem *primi* et *ſecundi* DECRETI ad ſolam miſſionem damni infecti nomine pertinere, iam ſatis conſtat. HEIN. DECRETO ſeparatio impetratur: *l. 1. D. de ſeparat.* DECRETO praetoris tutorem datum, proponit *l. 50. §. vlt. D. de adminiſtr. et per. tut.* ¶. 2. DECRETVM etiam eſt, quod de conſilii ſententia, praeuia deliberatione, ſtatuitur. Talia ſunt DECRETA ambitioſa: *l. 3. D. de offic. proconſ. l. 3. D. de minor. l. 4. D. de decret. ab ord. fac. l. vlt. C. de decret. decurion.* DECRETA ciuitatis: *l. 36. D. ad municipal.* decurionum: *l. 3. C. qui pet. tut. rubric. C. de decret. decur.* [DECRETI gratiam facere, id eſt, indulgere quid contra decretum: *l. 1. §. 27. D. de quaeſtion.*] DECRETVM ordinis: *l. 30. D. de negot. geſt. l. 6. §. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom. tit. D. de decret. ab ord. fac. l. 2. C. de ſeru. reip. l. 2. C. ne quis liber.* DECRETA patrum, pro SCis: *l. 17. D. ad municip. l. 13. l. 19. C. ad SC. Maced. l. 16. C. ad leg. Iul. de adulter.* et apud Horat. *in Carm. Saecul. v. 18.* Sueton. *in Auguſto Cap. XLIV.* quae et DECRETA ſenatus vocantur. *l. 32. §. 24. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 2. C. ad SC. Maced.* Salluſt. *in Catilin. Cap. III.* Eadem *ampliſſimi ordinis conſulta*, et *patrum conſulta* dici, ſupra demonſtraui. Sciendum eſt tamen, inter Senatus DECRETVM, et *conſultum* aliquid diſcriminis interceſſiſſe. Nam, vt Feſtus Pomp. *Lib. XVI.* refert, *Senatus* DECRETVM *a* CONSVLTO *Aelius Gallus ſic diſtinguit, vt id dicat particulam quamdam eſſe ſenatusconſulti, vt quum prouincia alicui* DECERNITVR. *Quod tamen ipſum ſenatusconſulti eſt.*

DECVMBERE, lecto adfixum eſſe propter valetudinem. *l. 1. §. 4. D. ſi quis caut. in iudic. ſiſt. cauſ.* ¶. 2. Aliquando et mori eſt. Cicero *Lib. II. Tuſcul. Cap. 17.* et *Philipp. III. Cap. 14.* HEIN.

DECVRIA, *l. 3. D. de bon. poſſeſſ. l. 22. D. de fideiuſſ. l. 25. §. 1. D. de adquir. vel omitt. her. l. 18. C. Theod. de piſtor. et catabolen. l. 46. C. Theod. de curſ. publ.*

DECVRIALES, *l. 1. l. 3. C. Th. de decur. vrb. Rom. l. 18. C. Theod. de piſtor. et catabol.*

DECVRIONES ex eo dictos quidam aiunt, quod initio, quum coloniae deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, publici conſilii gratia conſcribi ſoleret. *l. 239. §. 5. D. de verbor. ſignif.* In municipiis enim et coloniis DECVRIONES conſilio publico praeerant, et ſuae curiae quaſi ſenatores erant, *l. 32. C. de decurion.* eaque de cauſſa et ſportulas accipiebant. *l. 6. §. 1. D. de decur.* Magnis vero ſimul ſubiiciebantur oneribus, vt docui *Lib. IV. Antiqu. ſelect. Cap. 13.* Et ita DECVRIONES *municipiorum et coloniarum*, apud Suetoo. *Auguſt. Cap. XCIX.* DECVRIONES ciuitatum: *Nouell. Theodoſ. et Valentin. de his, qui ſpont. mun.* DECVRIONVM ordo: *l. 3. C. ex quib. cauſſ. infam.* [DECVRIONES decreuerunt: *l. 6. §. 3. D. quod cuiusc. vniu. nom*] De vocabuli DECVRIO etymo ſubtiliter, ſuo more, diſputat Aegid. Menag. *Amoen. iur. Cap. XXXIX. p. 277.* Dicti etiam ſunt *ſenatores coloniae*, apud Grut. *p. CCCCLXIV, 9.* ΒΟΥΛΕΥΤΑΙ, Petit. *Var. Lect. III. Cap. 6.* quemadmodum ipſum collegium BVLE. Plin. *Lib. X. Epiſt. 113.* Iidem aliquando vocantur *principales*: *l. 189. C. Theod. de decurion. l. 40. C. Theod. de haeret.* Gruter. *p. CCCLXIII, 2.* itemque cenſuales: *l. vn. C. Theod. de priuil. dom. Aug.* quia decuriones non minus, quam ſenatores Rom. pro certo modo cenſus ſeu facultatum allegebantur. Alciat. *ad l. 239. §. 5. D. de verb. ſignif.* Cenſum enim eorum fuiſſe centum millium numum, vel XXV. ſaltim iugerum, oſtendit Noriſ. *in Cenotaph. Piſan. Diſſ. I. Cap. 3. p. 43. ſequ.* quo et ſequente *cap. IV.* permulta de DECVRIONVM numero, conditionibus, cenſu, honoribus, et decretis, erudite obſeruauit. Quemadmodum porro, qui Romae primi a cenſoribus in ſenatum legebantur, *Principes ſenatus*; ita, qui in municipiis et coloniis primum in albo decurionum locum obtinebant, PRINCIPES SVI ORDINIS dicebantur. Plura, quae ad DECVRIONES pertinent, dabunt Scip. Gentil. *de iurisdict. II, 5. et 6. et III, 21.* Guid. Pancirol. *de magiſtr. municipal.* Iac. Gothofred. *in Paratitl. et Comment. ad tit. C. Theodoſ. de decurion.* HEIN. ¶. 2. Erant et *palatii* DECVRIONES. *l. 1. C. Theod. de decurion. et ſilentiar.* Ammian. Marcell. *Lib. XX. Cap. 4. Palatii* DECVRIO, *qui ordo eſt dignitatis.* DECVRIONES autem palatii excubias egiſſe, docet *l. 4. C. Theod. de decur. et ſilent.* ¶. 3. DECVRIONES etiam in re militari adpellatos, qui denis militibus praeerant, Modeſtus *in Epitome* tradit.

DECVRIONATVS. *l. 3. C. ex quib. cauſſ. infam. l. 3. C. Theod. de decurion. l. 2. C. Theod. de fil. milit. l. 1. C. Th. ad leg. Corn. de falſ.* Hinc: ad DECVRIONATVM deuocari: *l. 7. C. de adpellat.* DECVRIONATVS honor: *l. 2. §. vlt. l. 11. l. 13. D. de decurion.* immunitas: *l. 2. C. Theod. de Iudaeis* munera: *l. 3. D. de decurion.* onera. *l. 21. §. 3. D. ad municipal. l. 5. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 5. §. vlt. D. de iure immun.*

DECVRRERE ad actionem: *l. 5. D. ſi menſ. falſ. mod.* DECVRRITVR ad emtionem: *l. 37. D. de aedilit. edict.* DECVRRENS aqua per fundum: *l. 6. D. de aqu. et aqu. pluu.* DECVRRVNT portiones ad heredes: *l. 4. D. de alim. vel cibar.* DECVRRERE ad iusiurandum: *l. 3. D. de iureiur.* DECVRSVM ad nomina: *l. 77. D. de ſtipul. ſeru.* In cuius opinionem DECVRSVM EST: *l. 2. §. 8. pro emt.* in vnam ſententiam: *l. 13. §. 1. D. de lib. et poſtum. l. 1. §. 1. D. de pact.* DECVRRENDVM per omnia veſtigia. *l. 9. C. de quaeſt.* ¶. 2. Ceterum frequentiſſimae ſunt formulae. *Ad hoc*, vel *ad id* DECVRSVM EST, *l. 45. D. ſol. matrim. l. 4. C. de delator. Eo* DECVRSVM eſt, *l. 2. D. de bon. libert. l. 3. D. de iur. fiſc. l. 7. C. de hered. vel act. vend.* Huc DECVRSVM. *l. 2. §. 8. D. pro emt.*

DECVRSVS, A. VM. DECVRSIS

Digitized by Google

ſIS haſtis: *l. 6. C. de fid. et iur. haſt. fiſcal. l. 1. C. Theod. de fiſc. debit.* DECVRSO *iure ſollemni*, id eſt ſollemnitate iuris abſoluta. Paull. *Sent. Lib. II. tit. 21. §. 5.* HEIN

DECVS publicum: *l. 6. C. de aedific. priuat.* DECORA vitae. *l. 6. C. de emendand. propinqu.* HEIN.

DED.

DEDECORATIO ſacerdotii. *l. 34. §. 4. in fin. C. de epiſcop. aud.* HEIN.

DEDERE. DEDI hoſtibus: *l. 4. D. de captiu.* DEDIDERVNT ſe hoſtibus. *l. 27. D. eod. tit.* ¶. 2. DEDERE noxae, eſt corpus, quod nocuit, laeſo tradere, vel animal tradere viuum. *l. 1. §. 14. D. ſi quadr. paup. feciſſ.* Hinc DEDITVS noxae: *l. 110. D. de legat. I.* Ouid. *Lib. I. Faſtor. v. 359.*

Noxae tibi DEDITVS *hoſtis.*

NOXAE dedendae facultas: *l. 1. §. 16. D. ſi quadr. paup.* DEDERE ſeruos, pro noxae dare. *l. 30. D. de hered. petit.* ¶. 3. [DEDITVS, id eſt, rei alicui ſtudens. DEDITVS deſidiae: *l. 25. §. 1. D. de probat.* Singularis vero loquutio eſt: damno DEDITVS, id eſt, obnoxius, ſubiectus. *l. vlt. §. 3. in fin. C. de furt.*

DEDICARE locum: *l. 61. D. de pact.* DEDICARE res: *l. 12. D. de curat. furioſ.* DEDICARE in ſacrum: *l. vlt. D. de litigioſ.* DEDICARE ſe in venerationem Chriſtianae legis ſanctiſſimae: *l. 1. C. Theod. de lenon. Lib. VIII. tit. 9.* DEDICARE togam in funus filii: *l. 19. D. de in rem verſ.* DEDICAT princeps. *l. 9. D. de diuiſ. rer.* Quomodo in monimentis veteribus differant DARE et DEDICARE, docet Iac. Perizon. *Animadu. Hiſt. Cap. VII. p. 307.* DABATVR aliquid ſola animi deſtinatione: DEDICABATVR, ADSTANTE SACERDOTE, vti eſt in marmore apud Gruter. *Inſcr. p. XXXV, 1.* vel ED PRAESIDENTE, vti apud Reineſ. *Inſcript. Claſſ. I, 46.* verbaque magiſtratui praeeunte, vt apud Gruter. *p. XXIII, 12.* Quam ſollemnitatem epulae et ſportulae ſequebantur, de quibus Reineſ. *ad Inſcript. p. 136.* Ceterum DEDICATIO ne pacto quidem poterat impediri. *l. 61. D. de pact. Nemo paciſcendo efficere poteſt, ne ſibi locum ſuum* DEDICARE *liceat, aut ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat, aut ne vicino inuito praedium alienet.* HEIN.

DEDITIO noxae: *l. 5. §. 3. D. de ſeru. corrupt. l. 4. §. vlt. l. 5. l. 10. l. 16. D. de noxal. act. l. 37. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* id eſt, deditio ipſius corporis, quod deliquit. *l. 1. D. de noxal. act.*

DEDITITIVS, libertus, de quo Iuſtinianus *§. 3. Inſt. de libertin. l. vn. C. de Latin. libert. toll. tit. C. de deditit. libert. toll. et Nouell. LXXVIII.* DEDITITIORVM autem numero erant olim, qui poenae cauſſa vincti a domino, quibusue ſtigmata inuſta, quiue propter noxiam torti, nocentesue inuenti aut traditi, vt ferro vel cum beſtiis depugnarent, vel in cuſtodiam coniecti, deinde quoquomodo manumiſſi. Vlpian. *tit. I. §. 11. tit. VII. §. 4. tit. XXII, 2.* Caius *Inſtit. Lib. I. tit. I. pr. et §. 3.* vbi ait: DEDITITII *ſunt, qui poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi, et publice pro criminibus caeſi ſunt, aut in quorum facie vel corpore quaecumque indicia, aut igne, aut ferro impreſſa ſunt, vt deleri non poſſint.* Ita DEDITITIOS accipe apud Tertullian. *in libro de pallio Cap. IV.* Theophilus *ad §. vlt. Inſt. de libert.* ſuperiori interpretationi conſentiens, ita adpellatos ſcribit ad exemplum peregrinorum, qui a Romanis victi, iterum rebellaſſent, quos priſcis temporibus DEDITITIOS vocarint. DEDITITII enim, vt vetus Gloſſarium definit, *οἱ μετὰ τὸ ληφθῆναι τῇ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες, poſt occupationem prouinciae ſe ipſos victorum poteſtati dedentes.*

DEDVCERE, redigere. DEDVCTVS in accuſationem reus: *l. 9. C. de accuſ.* DEDVCI in actionem: *l. 37. D. pro ſoc.* DEDVCITVR in actione damnum: *l. 13. D. de lib. cauſſ.* dolus: *l. 27. §. 2. D. de rei vindicat. l. 7. §. 14. D. de Public. in rem act.* dolus in petitionem hereditatis: *l. 23. §. 1. D. de her. petit.* DEDVCI in aeſtimationem: *l. 81. §. 4. de legat. I.* ¶. 2. DEDVCENDO in eum caſum: *l. 11. D. de ſeruit.* DEDVCITVR hereditas in cauſſam fideicommiſſi: *l. 25. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* itemque fundus: *l. 3. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* et fructus. *l. 15. §. 6. D. ad leg. Falcid.* DEDVCERE in cauſſam pignoris: *l. 17. C. de pignor.* DEDVCTVS in cauſſam ſeruilem: *l. 3. D. de capit. minut.* DEDVCERE partem praedii in cautionem: *l. 2. C. de commun. rer. alienat.* itemque ſortem et vſuras: *l. 24. D. de vſu et vſufr.* DEDVCERE in cenſum, id eſt, deferre: *l. 64. D. de adqu. rer. dom.* DEDVCERE in compenſationem. *l. 8. l. 15. §. vlt. l. 17. D. de compenſ. l. 1. C. ſi maior fact. alienat.* DEDVCERE rem in compromiſſum: *l. 30. D. de recept. arbitr.* DEDVCERE in condemnationem: *l. 3. C. de in lit. iur. l. 3. §. vlt. D. de act. emt. l. vlt. D. de re iud. l. 2. D. de except.* in condemnationis taxationem: *l. 4. C. de act. emt. vend.* DEDVCTA cauſſa in conditione iuriſiurandi: *l. 39. D. de iureiur.* DEDVCTVM in confeſſionem: *l. 6. C. de quaeſt.* DEDVCI in controuerſiam. *l. 17. D. depoſ. l. 1. D. de teſtam. mil.* ¶. 3. DEDVCTA adminiſtratio in diuiſionem: *l. 2. C. de diuid. tutel.* DEDVCI in dubitationem: *l. 67. D. de ſolut.* ¶. 4. DEDVCERE in egeſtatem: *l. 12. §. vlt. D. de tutel. et rat. diſtrah.* DEDVCITVR ad exitum controuerſia. *l. vlt. D. de procurat.* ¶. 5. DEDVCERE in inſidias: *l. 4. D. ad leg. Iul. maieſt. l. 9. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 29. §. 1.* DEDVCTVM in intentionem condemnationemue: *l. 2. D. de except.* DEDVCERE in iudicium vel in iudicio: *l. 51. §. vlt. fam. erc. l. 3. D. de eo per quem fact. l. 11. D. de act. emt. l. 17. §. vlt. D. de negot. geſt. l. 55. D. de iudic.* actionem: *l. 2. §. 8. D. de hered. vel act. vend. l. 37. D. de noxal. act. l. 2. C. de litigioſ. l. 18. D. de obl. et act. l. 5. D. de fidei.* cauſſam: *l. vlt. C. de ord. iud. l. 21. D. de except. rei iud.* dominium: *l. 11. §. 4. D. de exc. rei iud.* fructus fundorum: *l. 91. §. vlt. D. de legat. I.* litem: *l. 11. §. 7. D. de re iudic. l. 31. §. 2. D. de negot. geſt. l. 2. C. de petit. her.* obligationem.

nem. *l. 90. D. de verb. obl.* partum ancillarum: *l. 91. §. vlt. D. de legat. I.* quaeſtionem: *l. 21. D. de exception. l. 28. §. 4. D. de iureiur.* Religioſa loca in iudicio non DEDVCVNTVR: *l. 30. D. famil. erciſc.* DEDVCERE in iudicium vel in iudicio rem: *l. 22. l. 23. D. de adminiſtr. et per. tut. l. 4. D. de except. rei iud. l. 4. §. 3. D. de noxal. act. l. 1. D. de in lit. iur. l. 6. D. de procurat. l. 55. D. de iudic.* Rem vero alienam in iudicium deducunt procurator, tutor, curator, actor municipum: *l. 11. §. 7. D de exc. rei iud. l. 12. D. de pact. l. 17. §. 2. D. de iureiur. l. 22. l. 23. D. de admin. et peric. tut.* vnos duorum reorum ſtipulandi: *l. 31. §. 1. D. de nouat.* non autem coheres totam rem, nomine coheredum: *l. 31. D. de iudic.* nec procurator, cui mandatum non eſt: *l. 27. D. de procurat.* Si vero ad duas res petendas procurator datus, vnam rem petat, exceptione non excluditur, et rem in iudicium deduxit. *l. vlt. §. vlt. D. eod. tit.* Porro res in iudicium DEDVCTA non videtur, ſi tantum poſtulatio ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante iudicium reo cognita. *l. 1. C. de litis conteſt.* Vltra id, quod in iudicium DEDVCTVM eſt, excedere poteſtas iudicis non poteſt. *l. 18. D. comm. diuid.* DEDVCERE in iudicium vſumfructum. *l. 14. §. vlt. D. fam. erciſc.* ¶. 6. DEDVCERE rem ad licitationem: *l. 6. D. fam. erc.* DEDVCERE rem in litem. *l. 31. §. 1. D. de nouat.*

¶. 7. DEDVCERE quid in obligationem: *l. 1. §. 8. D. de oblig. et act. l. 75. pr. §. 1. §. 8. l. 81. §. vlt. D. de verb. obl. l. 30. §. 1. D. de except. rei iud. l. 109. D. de verb. obl.* Sic in obligationem deducuntur, quae natura ſua poſſibilia ſunt, *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.* nec non ſeruus: *l. 95. D. de ſolut. l. 14. de nouat.* non autem viae, itineris, actus, aquaeductus pars in obligationem DEDVCI poteſt. *l. 17. D. de ſeruit.* ¶. 8. DEDVCERE in pacto: *l. 4. C. de inutil. ſtipul.* in peculium: *l. 10. D. de cuſtod. et exhib. reor.* in periculum: *l. 10. D. de inc. ruin. naufr. l. 56. D. de furtis.* DEDVCERE in petitionem fructus: *l. 30. §. 1. D. de legat. I.* ſpecies: *l. 43. D. de recept. arbitr.* ¶. 9. DEDVCERE in quaeſtionem liberum hominem. *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 10. DEDVCI in ſeruitutem, id eſt redigi: *l. 1. §. 4. D. de ſuis et legit. l. 40. D. de hered. inſtit. l. 45. §. vlt. D. de rit. nupt. l. 7. D. de adqu. rer. dom. l. 25. C. de donat. inter. vir.* Qui in eum ſtatum DEDVCITVR: *l. 3. D. de ad leg. Iul. pecul.* DEDVCERE in ſtipulationem, vel in ſtipulatione: *l. 22. §. 4. D. rat. rem habit. l. 4. C. de inutil. ſtipul.* actionem: *l. 4. C. de transact.* dotem: *l. 29. D. de nouat.* fideicommiſſum: *l. 62. D. de condict. ind.* hominem: *l. 10. l. 13. §. 1. D. de acceptil.* legata: *l. 4. D. de transact. l. 8. §. 1. D. de nouat.* operas hominis: *l. 3. D. de vſu et vſufr. leg.* certam operarum ſpeciem: *l. 24. D. de op. libert.* pactum DEDVCERE in ſtipulatione: *l. 11. C. de pact.* poenam: *l. 37. D. de transact.* rem vel res: *l. 3. D. de reſc. vendit. l. 107. D. de ſolut.* res vel pretia: *l. 1. §. 16. D. vt legat. vel fideic.* ſingulas ſpecies: *l. 134. §. vlt. D. de verb. obl.* vſuras: *l. 24. D. de praeſcr. verb.* vtrumque, *l. 32. D. de nouat.* Exſtant alia huius loquutionis exempla in *l. 76. §. 1. l. 89. l. 125. D. de verb. obl. l. 18. §. 7. D. de damn. infect. l. 3. C. de transact. l. 25. C. de euict. l. 37. §. vlt. D. eod. tit.*

Ita et dicimus: DEDVCERE in ſtipulatum actionem: *l. 1. §. 7. D. de dol. mal.* dotem: *l. 6. §. 1. D. de dot. collat.* hominem: *l. 103. D. de verb. obl.* iudicatum, nouationis cauſſa: *l. 17. D. de donat.* plura: *l. 13. §. 5. D. de reb. dub.* res: *l. 136. D. de verb. oblig.* vſuras: *l. 69. D. de iure dot. l. vlt. D. de re iudic. l. 3. C. de non num. pec.* vſuras et vſurarum vſuras: *l. 26. §. 1. D. de condict. indeb.* vſuras dotis. *l. 54. D. de donat. inter vir. et vxor.* Ad exiguam ſummam DEDVCITVR. *l. vlt. D. de ſtipul. praet.* ¶. 11. DEDVCERE, pro ducere, arceſſere. Et maxime DEDVCI homines dicebantur ex prouincia: quemadmodum res *deportari*. Hinc dicimus: DEDVCERE teſtes, *deportare* litteras. Cicero *in Verr. IV. Cap. 42.* et *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 15.* Gronou. *Obſ. Lib. I. Cap. 12. p. 106.* HEIN. [Hinc DEDVCENDVS in *l. 3. C. Theod. de exhib. et transm. reis.* idem eſt, ac e longinquo acciendus, vel arceſſendus, nec commode eam vocem in *reducendis* commutauit Tribonianus *l. 2. C. eod. tit.*] Aliquando tamen ſimpliciter eſt ducere; vt DEDVCERE coloniam: *l. 1. D. de cenſib.* DEDVCERE fures, vel fugitiuos, ad praefectum vigilum, vel praeſidem: *l. 56. §. 1. D. de furt. l. 1. §. vlt. D. de fugit.* ad ſupplicium: *l. 19. D. de poen.* equum in tabernam: *l. 3. D. ſi quadr. pauper.* ad vincula: *l. 2. § 5. D. de iur. fiſci.* ¶. 12. DEDVCI dicitur ſponſa vxorue ad virum: *l. 5. §. 10. D. commod.* DEDVCI domum: *l. 66. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 5. D. de rit. nupt. l. 10. D. de cond. et demonſtr. l. 13. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* DEDVCTA quaſi vxor: *l. 17. §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Et ita DEDVCTAM accipe in *l. 8. D. de iur. dot.* Sic DEDVCI in hortos. *l. 66. D. de donat. inter vir. et vxor.*

¶. 13. DEDVCERE, pro detrahere, ſeu ſubducere *l. 1. D. arb. furt. caeſ.* Sic: DEDVCERE aes alienum. *l. 125. D. de verb. ſignif.* DEDVCI in dote: *l. 66. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vx.* impenſam, vel impenſas: *l. 38. D. de hered. petit. l. 7. D. ſolut. matrim. l. 4. D. de op. ſeru. l. 36. §. vlt. D. de hered. petit.* impenſam funeris: *l. 45. D. de religioſ. l. 30. §. 1. 2. D. de hered. petit.* DEDVCTA parte: *l. 58. D. ad SC. Trebell.* DEDVCI ex peculio: *l. 3. §. 1. et §. vlt. D. de pecul.* DEDVCERE pecuniam ex mercede: *l. 19. §. 3. D. locat.* pretium arborum: *l. 8. D. arbor. furt. caeſ.* DEDVCERE in rationem debiti: *l. 6. D. de pignorat. act.* DEDVCTA ratione: *l. 8. C. de collat.* ratione fructuum: *l. 9. C. de pignor.* ſumtuum: *l. 7. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* DEDVCTIS ſumtibus: *l. 1. C. de fruct. et lit.* DEDVCTO vſufructu dominium praeſtare: *l. 26. D. de vſu et vſufr.* legare. *l. 14. §. vlt. fam. erciſc. l. 14. §. 1. D. de vſu et habit. l. 46. D. de vſufr. l. 1. §. vlt. l. 6. D. de vſufr. adcreſc.* rem condicere: *l. 15. §. vlt. D. de condict. indeb.* in dotem dare: *l. 16. C. de iure dot.* proprietatem reddere: *l. 3. l. 5. D. de vſufr. adcreſc.* partem fundi reſtituere. *l. 31. D. de bon. legat.* ¶. 14. DEDVCERE, diuidere, ſeparare. *l. 3. §. vlt. l. 5. §. 1. D. de rei vind.* DEDVCERE hereditatem in tres partes. *l. 13. §. vlt. D. de bon. poſſ. contr. tab.* ¶. 15. [DEDVCI ignibus, ſeu liqueſcere ferri materies. *l. 1. C. Iuſt. l. 2. C. Theod. de fabricenſ.*]

DEDVCTIO, inductio. DEDVCTIO in domum mariti. *l. 5. D. de rit. nupt.* ¶. 2. DEDVCTIO, detractio. DEDVCTIONES impenſarum: *l. 41. §. 1. D. de legat. II. l. 51. fam. erciſc.* DEDVCTIONEM pati. *l. 38. §. 2. D. de pecul.*

[**DEDVCTIOR** paullo numerus, pro paullo minore, in *l. 11. C. Theod. de medic. et profeſſor.*]

DEE.

DEESSE, in *l. 55. D. de euict. l. 21. l. 27. §. 4. D. de recept. arbitr. l. 2. §. 41. D. ad SC. Tertull. l. 6. C. de accuſat.* ſignificat *ad iudicium non adeſſe*, vt etiam loquuntur noſtri, *l. 52. §. vlt. D. pro ſoc. et d. l. 55. D. de euict.* vel non comparere. *l. 7. D. de in integr. reſt. l. vlt. D. de leg. commiſſor.* Sueton. *in Aug. Cap. LVI.* Inde per contumaciam DEESSE. *l. 13. pr. D. de minor. l. 73. in fin. D. de iudic. l. 5. D. de poen. l. 4. C. quomod. et quand. iudic.* Ita etiam quis dicitur DEESSE cognitioni: *l. 27. §. 1. D. de liber. cauſſ. l. 7. in fine D. de incend. ruin. naufr.* defenſioni. *l. 21. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. maior.* ¶. 2. DEEST animus in furioſo: *l. 2. D. de procurat.* DEEST vſusfructus. *l. 14. D. de vſu et habit.*

DEF.

DEFECTVS, VS. conditionis: *l. 5. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. 38. §. 2. et ſequ. D. de hered. inſtit. l. 27. §. vlt. D. de condit. inſtit. l. 4. C. de inſtit. et ſubſtit.*

DEFECTVS, A, VM. [DEFECTVS aetate: *l. 3. §. 7. D. de SC. Silan.* Ita DEFECTVM *annis* dixit Phaedrus *Lib. I. fab. 21. v. 3.*] conditione. *l. 10. l. 31. l. 81. D. de condit. et demonſtrat. l. 13. pr. D. de ſtatulib.* Dicitur et ipſa conditio DEFECTA, quae deficit. *l. 10. l. 31. l. 81. D. de condit. et demonſtr. l. 38. §. 3. 4. D. de hered. inſtit.* [DEFECTVM *corpus*: Tac. *Annal. Lib. IV. Cap. 29. Sed non eo vsque* DEFECTVM *Germanicum*: Idem *Lib. II. Cap. 70.* DEFECTVM *viae ſpatio*: Apulei. *Metam. Lib. IV. p. 144.* DEFECTA corporis valetudo: *Idem Lib. VIII. p. 210. foenei defectiue*, idoneis debitoribus opponuntur. *l. 3. C. Theod. de indulg. deb. Lib. XI. tit. 28.* DEFECTA domus: *l. 3. C. Theod. de indulg. debit.*] DEFECTA intentione: *l. 20. C. de probat.* DEFECTVS iudicio familiae erciſcundae: *l. 49. D. famil. erciſc.* DEFECTAE ſenectutis homo. *l. 12. §. 3. D. de vſufr.*

DEFENDERE, eſt eamdem vicem, quam reus, ſubire. *l. 51. §. 1. D. de procurat.* Vlpianus ad Edictum praetoris, quod in *l. 35. §. vlt. D. eod. titulo* proponitur: DEFENDERE, ait, *eſt facere, quod dominus in litem faceret, et cauere idonee. l. 35. §. vlt. eod. tit.* Alienae enim litis nemo ſine ſatisdatione idoneus eſt defenſor. *l. 46. §. 2. D. eod. tit.* Vnde et vulgarem iudicatum ſolui ſtipulationis clauſulam, (qua REVM RECTE, *id eſt, boni viri arbitratu*, DEFENDI promittitur, *l. 6. D. iudic. ſolut.*) explicans Vlpianus: DEFENDERE, inquit, *eſt ſatisdare.* Sic enim videtur

DEFENDERE quis, ſi ſatisdet. *l. 5. §. 3. D. iudic. ſolu.* Proinde non intelligitur DEFENDI filius a patre, niſi iudicatum ſolui ſatisdetur. *l. 36. D. de iniur.* Denique qui ſuſcipit alterius defenſionem, etſi locupletiſſimus ſit, aut conſularis, non videtur DEFENDERE, niſi ſatisdare paratus ſit. *l. 51. §. vlt.* cum *l. 52. l. 53. D. de procur.* Praeter ſatisdationem ita DEFENDERE videtur procurator, ſi iudicium accipiat. Plane, ſi in poſſeſſionem patiatur venire eum, qui damni infecti ſatis, vel legatorum nomine, deſideret, vel ex noxali cauſſa duci ſeruum patiatur, DEFENDERE videbitur. *l. 35. §. vlt. l. 36. D. eod. tit.* Quod ſi interrogatus procurator, qua ex parte heres ſit dominus, non reſpondeat: plene DEFENDERE non videtur. *l. 9. §. 4. D. de interr. in iur. fac. l. 39. D. de procurat.* Sufficit certe ad plenam DEFENSIONEM, ſi iudicium accipiatur, nec iurare defenſor compellitur. *l. 34. §. 3. D. de iureiur.* Non auditur autem, qui pro parte DEFENDERE paratus eſt. *l. 38. D. de procur. l. 4. D. ſi ex nox. cauſſ. ag.* Quare, reo latitante poſt litem conteſtatam, ita demum fideiuſſores eum DEFENDERE videbuntur, ſi vel vnus ex his pro ſolido eum defendat, vel omnes, vel qui ex his vnum dederint, in quem iudicium transferatur. *l. 42. §. vlt. D. de procur.* Enimuero ſufficienter DEFENDISSE mariti defenſor videtur, ſi tantum vxori praeſtet, quantum ea dotis iudicio conſequutura fuiſſet, ſi ipſum maritum conueniſſet. *l. 14. pr. D. ſolut. matr.* Vlpianus porro ad haec Edicti verba, quibus praetor in integrum reſtitutionem pollicetur, ſi quis quid vſu ſuum fecerit, actioneue qua ſolutus fuerit, ob id, quod dies eius exiſſet, *quum abſens non* DEFENDERETVR: DEFENDI, ait, non eum videri, cuius ſe defenſor ingerit, ſed, qui requiſitus ab actore, non ſit defen[illegible] defuturus, plenaque defenſio accipietur, ſi et iudicium non detrectetur, et iudicatum ſolui ſatisdetur. *l. 21. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.* Ita enim abſens DEFENDI non videtur, ſi actor vltro interpellat, nec quisquam defenſioni ſe offerat. *l. 22. D. eod. tit.* In eo vero Edicto, quo praetor in eius bona, qui iudicio ſiſtendi cauſſa fideiuſſorem dedit, ſi neque ſui poteſtatem faciat, neque DEFENDATVR, iri iuſſurum pollicetur, DEFENDI videtur, qui propter abſentiam in nullo aduerſarii ſui cauſſam deteriorem facit. *l. 2. pr. et §. pen. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* In alio Edicto, quod ſub eodem titulo proponitur, quo praetor, ſi pupillus in ſuam tutelam venerit, et *recte* DEFENDATVR, poſſeſſione decedere ſe iuſſurum, pollicetur, RECTE DEFENDI, eſt ſui poteſtatem facere, et ad ſuſcipiendum iudicium paratum eſſe, denique vel per ſe, vel per alium, cum ſatisdatione DEFENDI. *l. 5. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* RECTE DEFENDI etiam, vt Vlpianus ad *Lib. XLIX. Edicti* interpretatur, hoc eſt, iudicium accipere, vel per ſe, vel per alium, ſed cum ſatisdatione: nec ille videtur DEFENDI, qui, quod iudicatum eſt, non ſoluit. *l. 63. D. de iudic.* Idem *eodem libro* tradit, quotiescumque non ſit nomine pupilli, quod quiuis paterfamilias idoneus facit, non videri DEFENDI. Siue igitur ſolutionem, ſiue iudicium, ſiue ſtipulationem detrectet, DEFENDI non videri. *l. 10. D. de admin. et peric. tut.* Idem *libro XLIV.*

DEF.

XLIV. ad Edictum: Non DEFENDERE videri eum, ait, non tantum qui latitat, ſed et eum, qui praeſens negat, ſe DEFENDERE, aut non vult ſuſcipere actionem. *l. 52. D. de reg. iur.* ¶. 2. Hinc loquutiones, quas ordine alphabetico colligere iuuabit. DEFENDERE abſentem: *l. 43. §. 6. D. de procur. l. 18. D. de interrogat. l. 19. D. de iudic. l. 16. §. vlt. D. de legat.* omnium actionum nomine: *l. 37. D. de procurat.* in actionibus: *l. 39. D. eod. tit.* aedes. *l. 9. D. de damn. inf.* ¶. 3. DEFENSVS in capitali crimine: *l. 9. D. qui et a quib.* DEFENDERE cauſſam alienam, et propriam: *l. 2. pr. §. vlt. D. quando adpell.* cauſſam communis aquae: *l. 31. §. vlt. D. de negot. geſt.* cauſſam minorum: *l. 1. C. ſi ex plur.* cauſſam pupillae nomine: *l. 11. §. vlt. D. de legat.* reipublicae: *l. 4. C. de delatorib.* DEFENDERE cauſſam integra fide et maiore conſtantia: *l. 1. §. vlt. D. de Carbon. edict.* ex fide: *l. 4. §. 1. D. de adpell.* inſtrumentis et argumentis. *l. 1. C. de teſt.* DEFENDERE ciuitates: *l. 8. D. quod cuiusc. vniu.* res illo colore DEFENDITVR: *l. 5. §. vlt. D. de inoff. teſt.* DEFENDI per curatores. *l. vlt. D. de in int. reſtit.* ¶. 4. DEFENDITVR vir dotis nomine. *l. 42. D. de iudic.* ¶. 5. DEFENDERE euictionis nomine: *l. 49. D. de iudic.* DEFENDI exceptione: *l. 16. D. de doli exc. l. 11. C. de contr. ſtipul. l. 2. C. de pact.* per exceptionem: *l. 17. D. ſol. matr. l. vlt. §. 5. D. de verb. oblig. l. 28. §. 6. et §. 8. D. de iureiur.* DEFENDET eos exceptio. *l. 6. C. Theod. de luſtr. collat. Lib. XIII. tit. I.* ¶. 6. DEFENDERE filium: *l. 18. §. vlt. D. de caſtr. pecul.* fundum priuatum. *l. 45. §. 1. D. de procur.* ¶. 7. DEFENDERE heredem: *l. 8. §. 3. D. de legat. II.* hereditatem. *l. 25. §. 1. D. de hered. petit. l. 26. §. 11. D. de cond. indeb. l. 51. D. de hered. petit.* ¶. 8. DEFENDERE interdictis: *l. 3. §. 1. D. de lib. exhib.* in interdictis et interrogationibus: *l. 39. D. ab procur.* interuallo longi temporis: *l. 3. C. in quib. cauſſ. ceſſ.* in iudicio minorem. *l. 46. D. de minor.* ¶. 9. DEFENDERE litem. *l. vlt. D. de procur.* ¶. 10. DEFENDERE negotium publicum: *l. 8. D. de legationib.* DEFENSA negotia patriae. *l. 9. C. ex quib. cauſſ. maior.* ¶. 11. DEFENDERE oleum, tamquam ſuum. *l. 9. §. 1. D. de dol.* ¶. 12. DEFENDERE partem heteditatis: *l. 8. D. ſi pars hered. pet.* partem ſuam, vel ſocii: *l. 40. D. de negot. geſt.* partem fundi: *l. 20. §. 1. D. de interrog. in iur. fac.* DEFENDERE patrem: *l. 25. §. 19. D. famil. erciſc.* DEFENDI praeſcriptione: *l. 1. l. vlt. C. in quib. cauſſ. ceſſ.* pro altero: *l. 1. §. 8. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* per procuratores: *l. vlt. D. de in int. reſt.* pudicitiam ſuam. *l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 12. DEFENDERE rem, vel res: *l. 43. §. vlt. D. de procurat.* ſi res non DEFENDATVR: *l. 21. §. 2. et §. 4. D. de nou. op. nunc.* res defendi poterit. *l. 14. D. iudic. ſolui.* DEFENDENDARVM ſuarum rerum gratia: *l. 11. §. 1. D. de accuſat.* rerum quarumdam ius. *l. 3. C. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.* ¶. 13. DEFENDERE cum ſatisdatione: *l. 39. D. de noxal. act.* DEFENDERE ſe: *l. 19. §. 1. D. de iudic. l. 13. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr.* ſeruum ex cauſſa noxali: *l. 6. D. de Public. in rem act. l. 3. l. 4. D. ſi ex noxal. cauſſ. l. 9. §. 3. D. de reb. auct. iud. poſſid.* DEFENDERE ſibi res, tamquam donatas: *l. 33. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* DEFENDERE ſibi hereditatem: *l. 7. §. 1. D. de hered. petit.* [DEFENDERE ſibi ius earum rerum, quae prioris coniugis fuerunt: *l. 3. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.*] DEFENDERE ſibi ſeruitutem. *l. 8. §. 4. D. ſi ſeru. vindic.* Elegans eſt haec loquendi ratio, ſed quae alio plane ſenſu apud ICtos, alio apud veteres auctores vſurpatur. Illis enim DEFENDERE *ſibi hereditatem*, eſt ius ſibi in hereditate adſerere. Apud hos vero DEFENDERE *cui quid*, ſignificat, aliquid ab aliquo auertere. Eo ſenſu Virgilius *Eclog. VII. v. 47.*

Solſtitium pecori DEFENDITE.

Vbi ſeruius: DEFENDITE, *id eſt, prohibete, vel excludite* Horat. *Lib. I. Carm. ode 17. v. 2.*

Et igneam
Defendit aeſtatem capellis
Vsque meis, pluuioſque ventos.

Denique Propertius *Eleg. ad Gallum Lib. II. Eleg. 20. v. 11.*

Huic tu nympharum cupidas DEFENDE *rainas.*

Ita enim hunc locum emendandum cenſet Gronou. *Lib. III. Obſ. Cap. 3.* HEIN. DEFENDERE in ſtipulationibus: *l. 39. D. de procurat.* ¶. 14. DEFENDERE per tutores. *l. vlt. D. de in integr. reſtit.* ¶. 15. DEFENDENDA eſt venditio: *l. 139. D. de verb. obl.* DEFENDERE vel in vnam rem: *l. 46. §. 1. D. de procur.* DEFENDERE vniuerſitatem. *l. 1. §. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom.* ¶. 16. DEFENDERE, tueri. DEFENDERE ſe telo. *l. 4. D. ad leg. Aquill. l. 8. D. quod met. cauſſ.* ¶. 17. DEFENDERE, argumentis adductis probabile reddere. Huc pertinent formulae: DEFENDENDVM eſt: *l. 29. D. de bon. libert. l. 45. D. de fideic. libert. l. 2. D. quib. mod. vſusfr.* DEFENDENDVM erit: *l. 9. §. 4. D. de pecul.* Poteſt DEFENDI: *l. 14. D. ſi quis caution. l. 81. §. vlt. D. de verb. obl. l. 25. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. l. 52. §. 1. D. de furt. l. vlt. D. de legat. praeſt. l. 55. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 15. D. de legat. I. l. 88. §. 16. D. de legat. II. l. 102. §. 1. D. de legat. III. l. 2. §. 8. D. de iudic. l. 77. D. de rei vind. l. 23. §. vlt. D. de recept. arbitr. l. 38. §. 20. D. de verb. oblig.* Poteſt quis DEFENDERE: *l. 5. D. de poen.* Benigna interpretatione poteſt DEFENDI: *l. 9. D. de pact. dotal.* Fortiter poteſt DEFENDI: *l. 85. D. de legat. III.* fortius: *l. 2. §. 2. D. famil. erciſc.* Ratione DEFENDI poteſt: *l. 67. D. pro ſoc.* Non ineleganter DEFENDI poterit: *l. 42. D. de hered. inſt.* Exſtat reſcriptum, ex quo videtur poſſe DEFENDI: *l. 2. §. vlt. D. de iur. fiſc.* optima ratione DEFENDITVR: *l. 22. D. de his quae vt indign.* Et contra: Vix DEFENDI poterit: *l. 71. D. de euict.* Non recte DEFENDITVR. *l. 67. D. eod. tit.* ¶. 17. DEFENDERE, pro vlciſci, vel vindicare. Sic: Non DEFENDERE mortem defuncti: *l. 29. §. vlt. D. de iur. fiſc.* id eſt, defuncti vindictam inſuper habere, vt loquitur *l. 17. D. de his, quae vt indign.* Non DEFENDERE mortem libertorum: *l. 2. D. eod. tit.* patris: *l. 14. §. 7. D. de bon. libert.* propinquorum: *l. 11. D. de accuſat.* teſtatoris: *l. 3. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* vxoris: *l. 20. D. de his, quae vt indign.* non DEFENSA morte: *l. 18. §. 1. D. de his, quae vt indign. l. 1. C. vbi cauſſ. fiſc.* id eſt, quod mors ab heredibus non vindicatur, vt ait *l. 1. D. de iur. fiſc.* ſiue ob inultam mortem, vt *l. 39. D. fam*

erciſc

DEF.

erciſc. Seu, ſi necem inultam reliquerit, vt *l. 23. D. de iur. patron.* Atque hoc ſenſu verbum DEFENDERE vſurpauit Tertullian. aduerſ. Marcion. *Lib. I. Cap. 26.* quum ait: *Cur enim non prohibet admitti, quod non* DEFENDIT *admiſſum?* Idem etiam DEFENSORIA pro vindicta poſuit *Lib. II. adu. Marc. Cap. 14.* Eodem modo accipe loquutiones: DEFENDERE necem conſobrini: *l. 7. C. qui accuſ. non poſſ. l. 21. §. 1. D. de SC. Silan.* teſtatoris. *l. 50. §. 2. D. de legat. I.*

[DEFENSACVLVM, defenſio. DEFENSACVLA fiſci merere, id eſt, aduocationem fiſci. *l. 2. C. Theod. de aduoc. fiſci Lib. X. tit. 15.* Vnde fiſci non minus, quam priuatorum, aduocati dicuntur DEFENSORES, *l. 6. C. de dilat. l. 3. C. Theod. eod. tit.* Illi et DEFENSORES domus principis in *l. vlt. C. Theod. de actor. procur. Lib. X. tit. 4.*]

[DEFENSARE. Si quis quocumque modo a clericis fuerit DEFENSATVS: *l. 3. C. Theod. de his, qui ad eccleſ. Lib. IX. tit. 14.* DEFENSANTE rationali: *l. 5. C. Theod. de iuriſd. Lib. II. tit. I.* Quos nulla honorum ſuffragia, non aetatis DEFENSABIT infirmitas: *l. 134. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.* Praeteritae voluntatis priuilegio DEFENSARI: *l. 17. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Nec praerogatiua militari DEFENSETVR, ſi quis adulterii reus factus accuſatoris mariti forum declinare tentauerit. *l. vlt. C. Th. ad leg. Iul. de adult. Lib. IX. tit. 7.*]

DEFENSIO, quidquid aduerſario opponitur, non modo ex parte rei, ſed et actoris. [Nam DEFENSIONES etiam iura actoris ſignificant, *l. 8. C. quom. et quand. iud. ſentent. l. 1. C. quib. res iud. non noc. l. 2. §. 1. D. ſi ex nox. cauſſ. agat. l. 45. §. 1. D. de proc. et defenſ.*] Hinc DEFENSIONEM adquirere: *l. 1. C. ſi quis ignorans.* ei adſiſtere. *l. vn. C. vt cauſſ. poſt pubert.* ei deeſſe: *l. 21. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. mai.* DEFENSIONEM habere: *l. 17. D. de his, quae vt indign.* mandare: *l. 1. C. quib. res iud. non noc.* ad illam ſe offerre: *l. 22. D. eod. tit.* Eam omittere. *l. 34. D. de iure fiſc.* praeſtare: *l. 43. §. 2. D. de procurat,* ſubire: *l. 17. C. eod. l. vlt. C. de adm. tut.* ſuſcipere: *l. 51. §. vlt. D. de procur. l. 6. l. 7. C. eod. tit. l. 9. D. commun. diuid. l. 5. D. iudic. ſolu. l. 33. D. de reb. auct. iud. l. 16. §. vlt. D. de mun. et hon.* Sic DEFENSIO datur in capitalibus iudiciis: *l. 33. §. 2. D. de procur.* id eſt, excuſatio abſentis, vt *l. 13. D. de publ. iud.* ſeu, licet pro abſentibus verba facere, et abſentiam excuſare. DEFENSIO cauſſae: *l. 102. D. de verb. obl. l. 4. §. 1. D. de adpell. l. 4. l. 6. l. 7. C. de procurat.* Ad DEFENSIONEM cauſſae bona fide venire: *l. 34. D. de iur. fiſc.* DEFENSIONIS cautio: *l. 7. D. de dot. prael.* id eſt, cautio, defenſum iri. *l. 1. §. 9. D. de dot. praeleg. l. 11. §. 20. D. de legat. III.* DEFENSIO dabitur domino: *l. 2. §. vlt. D. ſi ex noxal. cauſſ.* Non relinquere DEFENSIONEM heredibus: *l. 2. D. de bon. cor. qui ſub tut.* DEFENSIO libertatis: *l. 1. C. quib. ad libert. l. 1. C. de long. temp. praeſcript.* rei ſuae: *l. 84. D. de rei vind.* DEFENSIONEM reo negari non oportet. *l. 18. §. vlt. D. de quaeſt.* DEFENSIO voluntatis. *l. 65. §. vlt. D. de rei vind.* ¶. 2. DEFENSIO pro exceptione: *l. 43. pr. D. de reg. iur. l. 1. C. de iur. et facti ign. l. 52. pr. D. de iudic. l. 11. C. de except.* Hinc exceptionis DEFENSIO: *l. 56. D. de condict. indeb.* DEFENSIONES nouae: *l. vlt. C. ſi ſaep. in integr.* DEFENSIONIBVS confidere: *l. 5. C. de ingen. manum.* DEFENSIONIBVS vti: *l. 5. D. de except. l. 76. §. vlt. D. de contr. emt. l. 1. C. de rei vind. l. 4 C. ne vx. pro mar.* ¶. 3. [DEFENSIONIS legitimae perſona: pro tutore. *l. vlt. C. ſi propt. publ. penſit. Sin autem minoris forte perſona fuerit inſerta, neceſſe ſit legitimae* DEFENSIONIS *perſonam adeſſe.* Seu, vt habet *l. 2. C. Theod. de diſtr. pign. Lib. XI. tit. 9.* vnde prior interpolata eſt, *quemquam legitimae* DEFENSIONIS *indiguiſſe perſona.*] ¶. 4. DEFENSIO pro obtentu. Sub religionis DEFENSIONE. *l. 27. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2*] ¶. 4. DEFENSIO, vltio, vindicta. DEFENSIO mortis. *l. 5. §. vlt. D. ad SC. Silan.*

DEFENSOR, qui alium in iudicio defendit: *l. 21. §. 2. D. de pact. l. 14. D. ſolut. matrim. l. 46. §. 3. D. de procurat. l. 5. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 18. §. vlt. D. de caſtr. pecul. l. 13. §. 4. D. de pignor. l. 11. §. 7. D. de except. rei iudic. l. 6. D. rat. rem habit. l. 3. §. 11. D. de pecul. l. 9. §. 4. l. 20. D. de interrog. in iur. fac.* Theoph. *in §. 5. Inſt. de ſatisdat.* Εἰ δὲ συμβῇ, αὐτὸν τὸν πρωτότυπον REVM μὴ παρεῖναι δι' οἵαν δήποτε αἰτίαν, ἕτερος δέ τις ἑκὼν ὑποβάλῃ ἑαυτὸν τῇ ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος δεφενσίονι, οὐδεμίας οὔσης διαφορᾶς, πότερον IN REM ἢ περσοναλία κινεῖται κατ' αὐτοῦ, ἀκωλύτως δεχθήσεται ἐν τάξει δεφένσορος. *Quod ſi contingat, vt ipſe principalis reus ob quamlibet cauſſam praeſto non ſit, ſed alius quisquam volens abſentis* DEFENSIONEM *ſubeat, nulla differentia inter actiones in rem, vel in perſonam introducenda, citra impedimentum velut* DEFENSOR *admittendus eſt.* Vetus Gloſſarium: DEFENSOR, ἐκδικητὴς, ὁ διὰ μανδάτου τὴν ὑπέρ τινος δίκην ὑποδεχόμενος. *vindex, interueniente mandato, iudicium alterius ſuſcipiens.* ¶. 2. At ſaepe DEFENSOR a procuratore ſeparatur, *l. 9. §. 6. l. 34. §. 3. D. de iureiur. l. 6. §. 2. D. de his, qui not. infam.* Is, qui quaſi DEFENSOR in rem actione conuenitur. *l. 40. §. 2. D. de procurat.* ¶. 3. Et ad priores has ſignificationes pertinent loquutiones: DEFENSOR abſentis: *l. 1. §. vlt. D. quib. mod. pign. l. 6. D. ad SC. Vellei.* abſentium: *l. 21. §. 2. D. ex quib. cauſſ. maior.* Per DEFENSOREM accipitur iudicium: *l. 74. §. vlt. D. de iudic.* DEFENSOR debitoris: *d. l. 74. §. vlt. D. de iudic.* DEFENSOREM exſiſtere: *l. 51. D. de procurat.* in alicuius nomine DEFENSOREM exſiſtere: *l. 64. D. de procurat.* In ſingulas actiones ſinguli exſiſtant DEFENSORES: *l. 37. D. de procurat.* [Si mulier DEFENSOR exſtiterit. *l. 2. §. fin. D. ad SC. Velleian.*] DEFENSORIS loco liti ſe offerre: *l. 61. D. eod. tit.* DEFENSOR mariti: *l. 23. D. de re iud. l. 51. §. 1. D. de procurat.* DEFENSORIS partes ſuſtinere: *l. 45. §. 2. D. de procurat.* DEFENSOR praeſentis vel abſentis. *l. vlt. D. de iureiur.*

¶. 4. DEFENSORES etiam tutores et curatores.

DEF.

tores. DEFENSORES teſtamentarii, legitimi, *l. 1. C. de tut. vel curat. vir. illuſtr. l. 1. C. vbi pet. tut. l. 3. C. Theod. de tut. et curat.* Et ita apud Modeſtinum in *l. 2. D. qui pet. tutor.* τοὺς ἐκ τῶν νόμων κηδεμόνας, vetus interpres vertit: *eos, qui ex legibus* DEFENSORES *ſunt.* DEFENSORES dati minoribus: *l. 2. in fine C. quando mul. offic. tut. fung.* DEFENSORES pupillorum, ſeu minorum. *l. 21. C. de adminiſtr. tut.* ¶. 5. DEFENSORES ciuitatum: *tit. C. de defenſ. ciuit. l. 2. C. de annal. exc. l. 5. C. de vſur. l. vlt. in fine C. de infant. expoſ. l. vlt. C. de iur. emphyteut. l. 23. C. de teſtam. l. 1. C. ſi quae. praedit. poteſt. §. pen. Inſt. de Atilian. tut. l. 4. C. Theod. de admin. et peric. tut. l. 3. C. Theod. de his, qui propr. condit. l. 6. C. Theod. de fabric. l. 5. C. Th. de exh. et tranſmitt. l. 3. C. Th. de ſuperexact. l. 12. C. Theod. de exact.* DEFENSORES et curiales ſingularum vrbium. *l. 12. l. 13. C. Theod. de pogan. ſacrif. et templ.* ¶. 6. DEFENSOR domus diuinae: *l. 3. C. Theod. de act. proc. et cond.* ¶. 7. DEFENSORES eccleſiarum. *l. 23. C. de teſtam.* Quem Iuſtinianus *Nouell. LXXIV.* vocat ἐκκλησίας ἔκδικον, eum vetus interpres DEFENSOREM vertit. Suidas in Δηφενσίων. Ο' ἔκδικος χάρτης, καὶ δηφένσωρ, ὁ ἔκδικος. Δηφενσίων, *defenſio*, et Δηφένσωρ, *defenſor.* [De his eccleſiarum DEFENSORIBVS plura Caeſ. Raſponus *Lib. III. de baſilic. et patriarchio Lateran. Cap. XVIII. p. 277.*]
¶. 8. DEFENSORES locorum: *l. 30. C. de Epiſcop. l. vlt. C. de iudic. l. 14. §. in prouinciis C. de non. num. pecun.* ¶. 9. DEFENSORES municipum, vel cuiusuis corporis: *l. 34. §. 1. D. de iureiur.* Lamprid. *in Alexandr. Cap. XXXIII. Corpora omnium artificum conſtituit, vinariorum, lupinariorum, caligariorum, et omnino omnium artium, hisque ex ſeſe* DEFENSORES *dedit.*
¶. 10. DEFENSOR plebis. *l. 8. C. Theodoſ. de donation.* ¶. 11. DEFENSORES rerumpublicarum. *l. 1. §. 13. D. quand. adpell. l. 10. §. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 1. C. de offic. ei. qui vic. al. obtin.* DEFENSORES quos Graeci ſyndicos adpellant. *l. vlt. §. 13. D. de mun. et honor.* Perſonalia ciuilia ſunt munera DEFENSIO ciuitatis, id eſt, vt ſyndicus fiat. *l. 1. §. 2. D. eod. tit.* Sic: DEFENSIONEM reipublicae ſuſcipere: *l. 16. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 12. DEFENSOR ſenatus. *l. [illegible] l. 3. C. de praed. ſenat.* ¶. 13. DEFENSOR propriae ſalutis. *l. 3. C. ad leg. Corn. de ſicar.*

☞ DEFENSV ſupinum poſterius pro priore: *Cauere debet,* DEFENSV *iri heredem. l. 1. §. 9. D. de dot. praeleg.* HEIN.

DEFERRE, interdum nihil aliud eſt, quam καταμηνύειν, *indicare, pateſacere,* vt loquitur Conſtitutio Graeca in *l. 7. C. de delatorib.*
¶. 2. Alias DEFERRE eſt poſtulare ſeu accuſare, et reum quem agere. *l. 5. §. 11. D. de lib. adgnoſc. l. 18. D. de iur. fiſci.* Sic autem conciſe dicitur. Plena enim loquutio eſt: DEFERRE nomen: *l. 10. §. vlt. D. de iur. patron.* Plaut. *Aulul. Act. III. ſcen. 2. Ad tresuiros iam ego* DEFERAM *nomen tuum.* Cic. *Lib. II. ad Q. fratrem Ep. 4. Confirmauit, ſe nomen Vatinii* DELATVRVM. Quinctilian. *Declam. CCXLIX. Praeſcribit tamen eadem, id eſt, ne nomen tuum* DEFERAM. Et ita DEFERRI rei nomen, et *accipi* inuenies apud Ciceron. *Lib. II. de inuent. Cap. 19.* ¶. 3. Sic DEFERRE adulterii ream: Quinctilian. *Declam. CCCXXIX.* DEFERRE cauſſam. *l. 18. §. 5. D. de iure fiſc. l. 18. D. eod. tit. l. 13. D. de accuſ. l. 19. D. de re mil. l. 2. §. 3. D. de iur. fiſc.* Proinde in *l. 7. D. ad leg. Iul. mai.* in qua vulgo ſcriptum eſt: *Sed et milites, qui cauſſas alias* DEFENDERE *non poſſunt,* videndum, annon Modeſtinus, qui Marciani veſtigia legens eius verba, quae in *d. l. 13. D. de accuſat.* habentur, imitatus eſt, ſcripſerit: Cauſſas alienas DEFERRE, maxime quum id ipſa Modeſtini verba antecedentia et ſequentia ſuadeant. DEFERRE cauſſam ad aerarium: *l. 13. D. de iur. fiſc.* ad conſules: Cic. *Lib. XVI. ad Attic. Epiſt. 17.* DEFERRE cauſſam fiſco: *l. 21. D. de accuſ. l. 42. §. vlt. D. de iur. fiſc.* DEFERRE cauſſam excuſationis ad iudicem: *l. vlt. C. de excuſ. veteran.* Dicebatur etiam olim cauſſa ad patronos DEFERRI a reis et clientibus, vt ex Ciceron. *de petit. conſulat.* adparet. Apud eumdem *Lib. I. de Orator. Cap. 58.* Antonius: *At ſi,* inquit, *cauſſa aliqua ad nos* DELATA *eſt.* Idem *Orat. pro Cluent. Cap. 13. Vt haec ad nos cauſſa* DELATA *eſt.* Sic et in *Bruto Cap. 22. publicanos,* ait, *cauſſam* DETVLISSE *ad Galbam.* DEFERRE crimen: *l. 27. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult.* querelam: *l. 11. §. 6. D. eod. tit. l. 4. C. de locat.* reum: *l. 3. D. de accuſat. l. 5. C. ad leg. Iul. de vi publ.* Quinctil. *Declam. CCCXXIX. Adulterii ream* DEFERRE. DEFERRE ſe ipſum dicitur, qui ſibi ſeu palam, ſeu tacite relictum, quod capere non poſſit, profitetur, vel qui vltro praefectis aerario nunciat, eam rem, quae ſibi relicta eſt, capere ſibi non licere: *l. 2. l. 3. §. vlt. l. 13. pr. l. 16. D. de iur. fiſc. l. 5. in fin. D. de his, quae vt indign. l. 1. C. de his, qui ſeſe defer.* ſeu, qui id, quod tacite relictum eſt, profitetur, capere non poſſe, vt ait *l. 1. D. de iure fiſc.* DEFERRE ſe ad aerarium, quod capere non potuerit. *l. 15. §. 3. D. de iur. fiſc.*
¶. 2. DEFERRE, conferre, dare, tribuere. Sic DEFERTVR actio: *l. 64. §. 4. D. ſol. matr.* auxilium: *l. 26. §. 9. D. ex quib. cauſſ. maior.* bona inteſtati iure: *l. 42. §. 1. D. de bon. libert.* Vlpianus in *l. 2. D. de caſtr. pecul. Si filius familias miles deceſſerit, ſiquidem inteſtatus, bona eius, non quaſi hereditas, ſed quaſi peculium* DEFERVNTVR. Vlpian. *Fragm. tit. XXVIII. §. 7. Si nemo ſit, ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit, aut ſi quidem, ſed ius ſuum omiſerit, populo bona* DEFERVNTVR *ex lege Iulia caducaria.* Sic DEFERVNTVR fiſco vacantia bona: *l. 6. §. 3. D. ad SC. Trebell.* DELATA ad fiſcum bona: *l. 8. D. ſi cui plus. l. 1. D. de ſucceſſ. edict. l. 45. §. 3. D. de iur. fiſc.* DEFERTVR ius in bonis. *l. 1. D. de libert. vniuerſ.* DEFERT bonorum poſſeſſionem lex: *l. 1. D. vt ex leg. SC.* Praetor: *l. 1. D. de ſucceſſ. edict.* DEFERRI autem dicitur bonorum poſſeſſio, quam adgnoſcendo admittendoque adquirere poſſumus. *l. 2. §. 4. D. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 1. §. 7. D. de ſucceſſ. edict. l. 8. D. de collat. bon. l. 227. D. de verb. ſignif. l. 2. l. 19. D. de bon. libert. l. 1. §. 3. D. de iur. et fact. ign. l. vlt. D. de legat. praeſt. l. vlt. C. de bon. poſſ. ſec. tab. l. vlt. D. quis ordo in poſſ. ſeru. l. 1. §. 6. D. vnde cogn. l. 1. l. 15. C. qui admitti.*

l. vn.

l. vn. C. quand. non pet. l. 5. C. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 2. C. de repud. bon. poſſ. DELATA cognitio reſcripto: l. 1. C. ſi contra iur. conditio iuriſiurandi: l. 9. C. de reb. cred. DELATA conditione iurare: l. 3. D. de iureiur. DEFERRE facultatem accuſandi: l. 1. C. ad leg. Iul. de adult. facultatem iuriſiurandi: l. 4. C. ad exhib. DEFERRI etiam dicitur hereditas, quam adeundo conſequi poſſumus: l. 151. D. de verb. ſignif. l. 9. D. de liberat. leg. l. 3. C. de hered. inſtit. DEFERRI autem hereditas dicitur, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato: l. 2. D. famil. erciſc. l. 130. D. de verb. ſignif. nec ex inſtitutione modo, ſed et ex ſubſtitutione. l. 35. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 9. D. de ſuis et legit. l. 50. D. de bon. libert. l. 5. C. de fideicommiſſ. Et ſic DELATA hereditas accipitur, l. 1. §. 8. D. de ſuis et legit. DEFERRI etiam dicitur hereditas legibus, SCis, conſtitutionibus. Vlpian. in l. 2. D. fam. erciſc. *Siue ex lege XII. Tabularum, ſiue ex aliqua lege* DEFERATVR *hereditas, vel ex SCo, vel etiam conſtitutione.* Et Paullus in l. 7. D. de cap. minut. *Ex nouis legibus hereditates, et tutelae, plerumque ſic* DEFERVNTVR, *vt perſonae naturaliter deſignentur. Vt ecce,* DEFERVNT *hereditatem SCo matri et filio.* Vlpian. Fragm. tit. XXIX. §. 1. *Liberti hereditatem lex XII. Tabularum* DEFERT *patrono.* Sic DELATVS hereditate fundus: l. 37. D. de contrahend. emt. DEFERTVR honor: l. 10. l. 11. l. 14. §. 3. D. de mun. et hon. l. 1. C. de infam. l. 1. C. de decurion. [DEFERRE iuriſdictionem: l. 6. D. de iuriſd.] iusiurandum: l. 7. §. 7. D. de Public. in rem act. l. 1. D. quar. rer. act. non det. l. 3. pr. §. 2. 3. in fin. l. 5. §. 3. l. 6. l. 7. l. 9. §. 3. 4. 5. 6. vlt. l. 11. pr. §. 1. l. 13. pr. l. 16. l. 17. et paſſim tit. D. de iureiur. DELATVM legatum: l. 7. D. de legat. I. DELATVM onus: l. 2. C. de filiisfam. DELATA optio: l. 79. D. ad SC. Trebell. DEFERENDAE precis capax: l. 1. C. de prec. Imp. offer. DEFERTVR quarta ex conſtitutione D. Pii: l. 2. §. 1. D. famil. erciſc. DEFERTVR ſucceſſio. l. 1. §. 11. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. de ſuis et legit. her. l. 5. C. de collat. l. 4. C. de repud. vel abſt. hered. l. 4. C. de legit. hered. Non ſolum autem hereditates, legata, ſucceſſiones, verum etiam tutelae, deferri dicuntur. l. 7. D. de cap. minut. Legitimae tutelae legibus XII. Tabularum adgnatis delatae ſunt, et conſanguineis, item patronis. l. 1. D. de legit. tut. Inteſtato parente mortuo, adgnatis DEFERTVR tutela. l. 6. D. eod. tit. Tutela legitima, quae patronis defertur, e lege XII. Tabularum, non quidem ſpecialiter, vel nominatim, DELATA eſt, ſed per conſequentias. l. 3. D. eod. tit. Ad auunculos nec maſculorum tutelae ex lege XII. Tabularum DEFERVNTVR. l. 1. C. de legit. tutel. Quin etiam ex teſtamento DEFERRI tutela dicitur. l. 31. §. 1. et l. 45. D. de excuſat. Tutela, itemque cura DELATA. l. 41. D. eod. tit. ¶. 3. DEFERRE, ferre, adducere, *referre*. Sic DEFERVNTVR rationes ad aerarium: l. 15. §. vlt. D. de iur. fiſci. DELATI ad aerarium et in commentarium principis: l. 32. D. ex quib. cauſſ. DELATA ratis vi fluminis in agrum alterius: l. 5. §. 4. D. ad exhib. DELATA in agrum materia: l. 9. §. 1. D. eod. tit. DEFERRE poma, olera, et flores in oppidum: l. 12. §. 1. D. de vſu et habit. DELATA naue in portum: l. 3. C. de naut. foen. DEFERRE merces in tabernam. l. 34. D. de pignorib. ¶. 4. DEFERRE in cenſum, id eſt, profiteri. l. 4. §. 6. D. de cenſib. l. 7. l. 8. C. de donat. Sic DEFERVNTVR ſalinae in cenſum: l. 4. §. 7. D. de cenſ. Ita DEFERENDI verbum interpretandum eſt, in l. 4. §. 5. D. eod. et apud Plin. Lib. VII. Cap. 49. Seneca Lib. I. de Benefic. Cap. 3. *Nec illis fraudi eſt, ſi aliquid in cenſum* DETVLERINT. Idem Epiſt. XCVI. *Haec omnia aeſtimationem deſiderant, ſcilicet, quantum cuique in cenſum* DEFERENDVM *ſit.* Valer. Maximus Lib. IV. Cap. 4. *Cuius, vt ſuperſtitis, nullum fuit, quod in cenſum* DEFERRETVR. Proinde apud Gell. Lib. VII. Cap. 10. perperam ſcriptum eſſe: *In cenſum* DEDICAVISTI, pro DETVLISTI, probabile eſt. DEFERRE *cenſus.* Tertullian. de praeſcript. adu. haeret. Cap. XXXII. *Hoc modo eccleſiae Apoſtolicae cenſus ſuos* DEFERVNT. Idem de Monogamia Cap. V. *Etiam in Chriſto nouans, cenſum non poſſit eum ſiue monogamiae profeſſione* DEFERRE.

DEFICERE, id eſt, ceſſare. Sic DEFICIT actio: l. 31. §. 18. D. de Aedilit. edict. l. 1. D. ſi is, qui teſt. liber. l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 21. D. de praeſcript. verb. l. 1. §. 19. D. ſi quid in fraud. patron. l. 5. §. vlt. D. de his, qui effud. l. vlt. D. de crim. expil. hered. aetas: Quinctilian. Declam. CCVI. DEFICIENTE altero: l. 31. D. de ſtatulib. DEFICIT auxilium Senatusconſulti: l. 4. C. ad SC. Vellei. conditio, quae non exſiſtit: l. 20. D. de vſu et vſufr. l. 68. l. 2. D. de legat. I. l. 27. §. vlt. D. de pact. dotal. l. 4. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 21. D. de iure dot. l. vlt. §. 1. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 5. D. de ſuis et legit. [l. vlt. D. de condit. inſtit. conuentio: l. 2. D. qui pot. in pign. DEFICIT exceptio: l. 21. D. de praeſcr. verb. fides veri: l. 4. D. de iur. et fact. ign. gradus: l. 57. §. vlt. D. ad SC. Trebell. interdictum: l. 3. §. 13. D. de itin. actuque priu. iudicium: l. 16. C. famil. erciſc. ius ciuile: l. 6. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. lex. l. 64. §. 9. D. ſolut. matr. DEFICIENTIBVS patronis: l. 4. D. ſi quid in fraud. patr. probationibus. l. 35. D. de iureiur. l. 9. C. de except. ¶. 2. DEFICERE dicuntur, qui hereditatem omittunt, vel ante adgnitam aditamque eam decedunt. l. 5. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 78. D. ad leg. Falcid. Ita DEFICIENTIVM partes interpretare, in l. 8. D. de alim. vel cibar. legat. l. 5. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 53. §. vlt. D. de adqu. vel omitt. hered. ¶. 2. Ita ipſa quoque pars DEFICERE dicitur, l. 55. l. 57. l. 59. D. de legat. II. quae alias *ceſſare* et *vacare* dicitur. DEFICIENS pars: l. 78. D. ad leg. Falcid. DEFECTA pars: l. 31. D. de condit. et demonſtr. DEFICIT, quod relictum eſt. l. 56. l. 60. D. de legat. II. ¶. 3. DEFICERE etiam dicuntur, qui ab his, quorum ſub imperio ſunt, deſiſtunt, et in hoſtium numerum ſe conferunt. l. 5. §. 1. D. de cap. minut. DEFICERE a republica: Cic. Lib. XII. ad famil. Epiſt. 10. Vnde DEFECTIO *Caſſiana*, apud Volcat. Gallic. in vit. Auid. Caſſ. Cap. VIII. ¶. 4. DEFICERE, id eſt, animam agere, exſpirare. l. 3. §. 2. D. de poen. l. 32. §. 14. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 22. C. de adminiſtr. tut. DEFICIENS, id eſt, moriens: l. 3. C. Theod. de teſtam. DEFICIENTIS voluntas: l. 1. C. Theod. ad leg. Corn. de falſ. l. 5. C. Theod. de teſtam. l. vlt. C. Theod. de haeret. Nouella Theod. et Valent.

DEF.

Valent. vnica de teſtam. Martial. *Lib. I. Epigr. 69.* de ſeruo, quem in extremis conſtitutum dominus manumiſerat: *Senſit* DEFICIENS *ſua praemia.* Plerique DEFICIENTIVM. *Nouella Valentin. II. de teſtam.* ¶. 5. DEFICERE porro dicuntur debitores, qui labuntur facultatibus, et efficiuntur non ſoluendo. *l. 3. §. 8. D. de iur. fiſc.* Vnde DEFECTVS facultatibus. *l. 33. D. de iur. dot. l. 1. C. de oper. libert.* Hoc ſenſu et cautio DEFICERE dicitur, *l. 73. D. de cond. et demonſtr.* fideiuſſoribus ad inopiam vergentibus. Et ita DEFECTA nomina accipe, in *l. 11. in fin. D. de vſur.*

DEFIGERE animos ad libidinem, *l. 3. C. Th. de maleſ. et mathem.* id eſt, aliquem obcantare, DEFIGERE, obligare. Paull. *Lib. V. Sent. tit. XXIII.* ☞ *§. 15.* Eſt ergo vocabulum magicum, de quo adductis variis ex Virgilio, Horatio, Ouidio, Cicerone, et Plinio locis egerunt Cuiac. *Lib. XXVII. Obſ. Cap. 17.* Salmaſ. *in Solin. p. 1088.* Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 510.* HEIN.

DEFINIRE, pro regula aliquid ſtatuere. Nihil in perpetuum, neque generaliter DEFINIRE poſſumus: *l. 14. D. de diuerſ. temporal.* Generaliter DEFINIT Scaeuola: *l. 2. §. 3. D. de eo, quod cert. loc.* Generaliter DEFINIEMVS: *l. 3. D. de impenſ. in res dot.* Generaliter DEFINIENDVM eſt: *l. 6. D. de diuort.* Recte Labeo DEFINIT: *l. 9. §. 2. D. de iur. et fact. ignor.* Veteres DEFINIERVNT: *l. 97. D. de ſolut.* DEFINIRI ſolet: *l. 5. §. 8. D. de donat. int. vir. et vx.* Ita DEFINIRI poteſt: *l. 7. §. 1. D. de except. rei iudic.* Sic eſſe DEFINIENDVM, ait: *l. 55. D. de obligat.* In vniuerſum DEFINIRI: *l. 15. D. de impenſ. in res dot.* Regulariter DEFINIENDVM eſt. *l. 9. D. de hered. petit.* ¶. 2. DEFINIRE, determinare. Lege DEFINITI anni: *l. 5. C. de fideic. libert.* DEFINIRE mercedem: *l. 25. §. 2. D. locat.* pubertatem: *l. 14. D. de alim. vel cibar. legat.* quantitatem: *l. 30. D. de legat. II.* DEFINITVM lege tempus. *l. 3. D. de vſurpat. l. 8. C. de non num. pecun.*

DEFINITIO, pro canone et generali regula. *l. 262. D. de reg. iur. l. 32. D. de vſur. l. 10. D. de aur. arg. leg.* DEFINITIO iuris. *l. 4. C. in quib. cauſſ.* [Atque inde colligit Iac. Gothofredus *ad l. 200. D. de reg. iur. p. 781.* DEFINITIONEM in iure noſtro plerumque pro regula iuris accipi, ſe neſcire addens, an vſquam in toto iure pro ☞ definitione logica accipiatur.] Itaque *libri* DEFINITIONVM, quales Papinianus; et ΤΩΝ ΟΡΩΝ, quales Q. Mucius Scaeuola ſcripſit, nihil aliud continuerunt, quam *regulas*, vel axiomata iuris: eiuſdemque argumenti fuerunt *libri* REGVLARVM, quales reliquerunt Ceruidius Scaeuola, Neratius, Pomponius, Caius, Vlpianus, Paullus, Martianus, Modeſtinus, Licinius Rufinus: immo et *libri* OPINIONVM, qualem Vlpianus adornauerat, ſi credimus Iac. Gothofredo in *Comment. ad l. 58. D. de reg. iur.* Quod tamen ego non crediderim. Adde Eu. Otton. *Papinian. Cap. XII. §. 3. p. 244. ſequ.* HEIN.

[DEFINITIVA ſententia. *l. vlt. C. quand. non eſt neceſſ.* In Digeſtis haec vox non occurrit. Vid infra SENTENTIA.]

DEF.

DEFLECTERE aliquo ſuae rei cauſſa. *l. 38. D. ex quib. cauſſ. maior.*

DEFODERE. DEFOSSA dolia: *l. 15. §. 6. D. de vſufr. legat.* DEFOSSI in terra ſtipites: *l. 18. D. de act. emt. vendit.* DEFOSSA vaſa vinaria et torcularia. *l. 17. D. de action. emt. vend.*

DEFORMARE, deforme reddere. DEFORMARE aedificium: *l. 22. C. de adminiſtr. tut.* DEFORMATVR adſpectus publicus: *l. 2. C. de aedific. publ.* DEFORMARE matrimonia falſis contumeliis: *l. 30. C. ad leg. Iul. de adulter.* ſeruum cicatricibus: *l. 18. §. D. de vſufruct.* vrbem ruinis. *l. 2. §. 17. l. vlt. D. ne quid in loc. publ.* Hirt. *de bello Alex. Cap. XXIV. Parceret praeclariſſimae patriae, quae turpiſſimis incendiis et ruinis erat* DEFORMATA. ¶. 2. DEFORMATVM ☜ dicitur, quod iam formatum, ac prope perfectum eſt. Quinctilian. *in praef. Lib. VI. Inſtit.* Paullus in *l. 14. D. de ſtatu hom.* vocat *aliquatenus effectum.* HEIN. [Idem fere ſenſus in illo Plauti *in Pſeudolo Act. II. ſcen. 4. v. 10. et 11.*

Iam inſtituta, ornata, cuncta in ordine animo
vt volueram,
Certa, DEFORMATA *habebam.*

vbi DEFORMARE eſt delineare, deſcribere, ὑποτυπῶσαι. ¶. 3. DEFORMARE per- ☜ ſonam, pro *deſignare*, eſt apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 15.* ſi hoc verbum a Paulli, ac non potius ab Aniani, manu eſt. Vix certe Latinum hoc ſenſu videtur. HEIN.

DEFORMIS vrbs ruinis et incendiis, apud Aurel. Victor. *Epitom. Cap. IX.* Vnde in *l. 11. C. de oper. publ. Ea inſtaurandi, quae iam* DEFORMIBVS *ruinis intercidiſſe dicuntur.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 75. Placuit locus in quo fuit aliquando domus, vt audio, pulcra, nunc* DEFORMIS *ruinis.* Lampridius *in Alexandro Cap. XLIV. Multis ciuitatibus, quae poſt terrae motum* DEFORMES *erant, ad inſtaurationem operum et publicorum, et priuatorum, pecuniam ex vectigalibus dedit.* Et ita: DEFORMEM ruinam ſaxorum, dixit Caſſiodor. *Lib. III. Var. Cap. 9.*

DEFORMITAS. DEFORMITAS aedificiorum: *l. 7. D. de offic. praeſid.* DEFORMITATIS corporis nulla fit aeſtimatio: *l. vlt. D. de his qui effud.* DEFORMITAS loci. *l. 1. D. ne quid in loco ſacr.* DEFORMITATIS perſonarum ratio non habetur. *l. 3. D. ſi quadrap. pauper.*

DEFRAVDARI commodo: *l. 45. D. ſolut. matrim.*

[DEFRVTARIVS, A. VM. *Cella* DEFRVTARIA, apud Columell. *de re ruſt. Lib. I. Cap. 6. Vaſa* DEFRVTARIA, defruto faciendo apta. Idem *Lib. XII. Cap. 19.*]

DEFRVTVM, muſtum decoctum, et deſpumatum, vt Pallad. et Plin. *Lib. XIV. Cap. 9.* ſcribunt. Varro *de vita pop. Rom. Lib. I.* apud Nonium:

nium: *Sapam adpellant, quod de muſto ad mediam partem decoxerant:* DEFRVTVM, *ſi ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferueſaciendo.* Vtriusque meminit *l. 12. §. 10. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* DEFRVTI vero, et *paſſi* meminit *l. 9. pr. D. de trit. vin. ol. leg. l. vlt. §. vlt. D. eod. Paſſum autem*, eodem teſte Varrone, *nominabant veteres, ſi in vindemia vuam diutius coctam legerent, eamque paſſi eſſent in ſole aduri.* Nam et *paſſum*, quo ex ſicciore vua eſt, et DEFRVTVM, quo magis incoctum eſt, eo eſt valentius, teſte Celſo *Lib. II. Medicin. Cap. 17.* Plane Victorinus *in libro de Orthographia:* DEFRVTVM ſcribendum eſſe, docet, propterea quod deferuendo et coquendo tale fiat, quod *defrudetur*, id eſt, fraudetur, vel minuatur coctura. Soſipater *Libro I:* DEFRVTVM ἕψημα Vetus Gloſſarium: DEFRVTVM ἀπόβρεγμα ἕψημα [Columella *de re ruſt. Lib. XII. Cap. 21. Muſtum quam dulciſſimi ſaporis decoquatur ad tertias, et decoctum* DEFRVTVM *vocatur.* Inde DEFRVTO, pro muſtum decoquo, vt DEFRVTVM fiat, apud eumdem *Lib. II. Cap. 22.* DEFRVTARE *vinum licet.*]

DEFVGA curiae, vel collegii. *l. 3. C. Theod. de his, qui cont. propt. relig.*

DEFVGERE dicitur auctor, vel eius heres, qui laudatus et ad rem defendendam conuentus, deeſt, defenſionemque cauſſae detrectat. *l. 85. §. 1. l. 139. §. 1. D. de verb. oblig. l. 39. §. vlt. D. de euiction.* Eodem ſenſu DEFVGERE auctoritatem, dixerunt Plaut. *in Poenul. Act. I. ſcen. I.* Terent. *in Eunuch. Act. II. ſcen. 3. v. 98.* Cicero *pro P. Sulla Cap. XI.* ¶. 2. DEFVGERE inquiſitionem veritatis, id eſt, fugere. *l. 10. C. ad leg. Iul. de adult.* HEIN.

DEFVNCTORIE fieri dicitur, quod non fit bona fide, ſed ſub aliquo obtentu, item quod non fit ea, qua par eſt, diligentia. Mater DEFVNCTORIE tutorem petiit: *l. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull.* Tres tutelae eodem tempore non DEFVNCTORIE ſuſceptae: *l. vn. C. qui num. tutel.* Seneca *Controu. XXXI. extr.* DEFVNCTORIE *cauſſam agere.* HEIN.

[DEFVNCTORIA inquiſitio. *l. 34. §. 4. D. de epiſc. audient.* HEIN.] Ita et Petron. *in Satyr. p. 81. Non ſatiatus* DEFVNCTORIO *ictu, morte me anſeris vindicaui.* DEFVNGI enim interdum dicimur, quum quid facimus leuiter, ac dicis cauſſa, ne nihil feciſſe videamur. Io. Fridr. Gronou. *Obſeru. Lib. IV. Cap. 13. p. 217.* Vnde DEFVNCTORIE, idem, quod obiter, vel in ſpeciem.]

DEFVNDERE. *Vaſa in quibus vinum* DEFVNDITVR. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 61.* vbi quidam malunt *diffunditur.* Sed Paullus loquitur de inſtrumento cauponario, per quod vinum DEFVNDITVR, puta in vrnas, ſextaria, quadrantalia, cetera. De diſcrimine harum loquutionum: *Diffundere* et DEFVNDERE *vinum*, ex inſtituto egerunt Cuiac. *Lib. XXI. Obſ. Cap. 22.* Turneb. *Lib. I. Aduerſ. Cap. I.* Schult. *vet. iuriſpr. anteinſtin. p. 370.* Vid. infra DIFFVNDERE. HEIN.

DEFVNGI litis aeſtimatione: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* vna aeſtimatione: *l. 1. §. D. ſi famil. furt. fec. dic.* DEFVNGI munere: (in Florent. *muneri,*) *l. 1. §. 6. D. ad SC. Turpill.* noxae deditione: *l. 37. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* operula. *l. vlt. D. de proxe netic.* ¶. 2. DEFVNGI, pro fungi vita. *l. 1. C. de reſtit.* et alias paſſim. DEFVNCTVS eſt vita: *l. 40. D. de teſtam. milit.* DEFVNCTA capita gregis. *l. 68. §. vlt. D. de vſufr.*

DEG.

DEGENER, maiorum ſuorum virtutes deſerens. *Nouell. VII.* ¶. 2 DEGENERES, pro filiis naturalibus. *l. 12. in fin. C. de natural. lib.* HEIN.

DEGERE, habitare, commorari. Ibi DEGIT: *l. 1. C. vbi de hered. ag.* DEGERE in ciuitate, in agro, in prouincia: *l. 2. C. vbi in rem act.* in expeditione: *l. 15. C. de teſt. mil.* in eadem prouincia: *l. 35. D. ex quib. cauſſ. mai.* in ſuburbanis. *l. 2. C. vbi ſenat.*

DEGLABRARE arborem, *l. 5. pr. D. arb. furt. caeſar.* id eſt, eam glabram facere, corticem ei demere.

DEGRADARE, *l. 3. C. de offic. magiſtr. offic.* vbi tamen *regradari* legit Haloander. HEIN.

DEGVSTARE vinum, id eſt guſtare. *l. 1. pr. et §. 1. l. pr. D. de peric. et commod. rei vend.* HEIN.

DEHINC, *l. 3. C. ad SC. Turpill.* HEIN.

DEIECTOR, pro eo, qui deiicit. *l. 5. §. 5. D. de his, qui effud. vel deiec.*

DEIERARE, [id eſt, iureiurando decidere. *l. 22. §. vlt. D. de nox. act.*] *l. 21. §. 2. D. eod. tit.*

DEIICERE aggerem: *l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* arbores: *l. 1. D. ſi vſusfruct. pet.* arbores vento, vel vi ventorum, et turbine DEIECTAE: *l. 22. §. 19. D. de vſufr. l. 55. §. 1. D. de legat. III. §. 3. Inſt. de emt. vendit.* DEIICERE arbuſta, oliueta, geſtationes, viridaria: *l. 13. §. 4. et §. 5. D. de vſufr.* DEIECTI boues: *l. 53. D. ad leg. Aquill.* DEIICIT equus equitantem: *l. vlt. D. eod. tit.* DEIICERE onus: *l. 7. §. 7. D. eod. tit.* pilam: *l. 11. D. eod. tit.* ramum ex arbore: *l. 31. D. eod. tit. l. 7. D. ad leg. Corn. de ſicar.* ſe in Tiberim: *l. 17. §. 6. D. de edict. Aedilic.* DEIECTA cum ſtramento ſeges: Liu. *Lib. II. Cap. V.* vbi tamen meliores Liuii editiones non habent DEIECTA, ſed *deſecta.* HEIN. DEIECTA ſpica in meſſe: *l. 30. §. 1. D. de ſignif.* DEIECTAE vento tegulae: *l. 24. §. 4. D. de damn. infect.* DEIICERE terminos: *l. 4. §. 4. D. fin. reg.* Paull *Sent. Lib. I. tit. 16. §. 1.* ¶. 2. DEIICERE, in inter-

interdicto *vnde vi*, eſt quacumque poſſeſſione expellere. DEIICITVR enim, qui poſſidet, ſiue ciuiliter, ſiue naturaliter. Nam et naturalis poſſeſſio ad hoc interdictum pertinet. *l. 1. §. 9. D. vi et vi arm.* DEIICIT autem, tam qui manibus ſuis deiicit, quam is, qui mandauit, vel iuſſit, vt alius deiiceretur, vel ratum habuit. *l. 1. §. 12. D. eod. tit. l. 152. D. de reg. iur.* quam ad illius interdicti quaeſtionem reſeruandam, inſcriptio docet. Sic DEIICI aedificio vel area, vel fundo: *l. 1. §. 3. D. de vi et vi arm.* [DEIICI reddito interdicto: *l. 5. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.*] DEIICERE legatarios: *l. 40. D. de ſolution.* DEIECISSE quoque locatorem colonus videtur, qui emtori poſſeſſionem non tradidit, niſi probabili cauſſa ductus id fecerit: *l. 12. D. de vi et vi arm.* DEIICI poſſeſſione: *l. 15. §. 22. D. de damn. inf.* DEIICI poterit: *l. 5. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* De ſolo DEIICI: *l. 1. §. 3. D. de vi et vi arm.* DEIICI VI: *l. 9. D. de in int. reſtit.* DEIECTVS vſuſructuarius. *l. 60. D. de vſufr.* ¶. 2. DEIICERE, in interdicto *de effuſis et deiectis* eſt ex ſublimiore aedium parte proiicere. *l. 2. D. de his qui effud. vel deiec.* DEIECTVM de coenaculo: *l. 5. §. 4. D. de eod. tit.* ex coenaculo: *l. 5. §. 3. D. de obl. et act. §. 1. Inſt. de obl. quae quaſi ex del. naſc.* vel cubiculo vel exedra: *l. 5. §. 2. D. de effuſ. et deiect.* DEIECTVM vel effuſum: *l. 1. D de his, qui effud.* interdiu vel noctu: *l. 6. D. eod. tit.* de naue: *l. 6. §. vlt. D. eod. tit.* DEIECTA re: *l. 1. §. 9. D. ſi quadr. paup. fec.* Pro DEIECTO autem quid habeatur, exponitur *l. 1. §. 3. D. de his, qui effud. vel deiec.* Quo nomine actio *de effuſis et* DEIECTIS competit. *l. 5. §. 5. D. eod. tit.*

DEINCEPS, id eſt, de cetero. *l. 3. C. de epiſc. aud. l. 12. D. de vſur. l. 11. §. 1. D. de donat.* et alibi paſſim. HEIN.

[DEINDE, plerumque pro minore, aliquando tamen et pro ſatis longo temporis interuallo accipitur. *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* Interdum idem ſignificat, ac *denique*, vt in *l. 1. §. 1. D. ſi tab. teſt. null. exſt.* Vid. Auguſtin. Barboſ. *Diction. LII.*]

DELABI. DELAPSAE terrae. *l. 62. D. de vſufr.*

DELATIO. DELATIONES fiſcales: *l. 25. D. de iur. fiſc.* DELATIONIBVS prohibere: *l. 16. D. eod. tit.* DELATIONES ſuſcipere. *l. 2. D. eod. tit.* ¶. 2. DELATIO mortui, pro elatione. *l. 14. §. 3. D. de religioſ.*

DELATOR eſt, qui neque ſuam, neque ſuorum, iniuriam exſequitur, ſed vel quaeſtus gratia praemiiue conſequendi, vel vindictae publicae ſtudio, nocentium nomina defert, vel fiſco quaeſita bona nunciat. *l. 2. §. 3. l. 4. l. 15. l. 18. §. 1. l. 23. l. 24. l. 29. D. de iur. fiſc. tit. C. de delator.* Conſtantin. Harmenop. *Lib. I. tit. 5. § 1.* DELATOREM *μηνυτὴν* vocat, eumque ita definit: *τὸν ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον γνωρισμοῦ τινὸς ὑποθέσεως, ἢ πράγματος, ἀγνοουμένου μὲν πρότερον, μηνυομένου δὲ ὕστερον παρ᾽ αὐτοῦ.* *auctorem et cauſam rei alicuius cognoſcendae, quae quum antea ignota eſſet, poſtea ab illo indicatur.* DELATORES etiam nunciatores vocant Imperatores in *l. 4. C. de delator.* Cuiusmodi hominum genus Martialis *Lib. I. Epigr. 4.* exagitans:

Turba, ait, grauis paci, placidaeque inimica quieti,
Quae ſemper miſeras ſollicitabat opes.

Plin. *panegyr. Cap. 35. Vidimus* DELATORVM *indicium, quaſi graſſatorum, quaſi latronum: non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum, conſederant. nulla teſtamenta ſecura, nullus ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant.* [Immo in ipſis legibus noſtris peſſime audit id hominum genus. Vid. *l. 4. C. de delat. l. 10. C. Theod. de petit. l. 6. C. de malef. et mathem.* ſeu *l. 7. C. Iuſtin. eod. tit.* vbi *generis humani inimici* adpellantur. Et vero, quid acerbius in eos dici ſtatuique potuiſſet, quam illud in *l. 2. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 16. Comprimatur vnum maximum vitae humanae malum,* DELATORVM *exſecranda pernicies, et inter primos conatus in ipſis faucibus ſtranguletur, et amputata radicitus inuidiae lingua vellatur, ita, vt iudices nec calumniam, nec vocem prorſus* DEFERENTIS *admittant: ſed, qui* DELATOR *exſtiterit, capitali ſententiae ſubiugetur.* Addatur *l. 5. C. eod. tit. l. 3. l. 4. l. 24. C. Theod. eod. tit.* Elogia, quibus Ammianus Marcellinus ſubinde eos adficit, lubens praetereo.] Sed in componenda DELATORVM hiſtoria omnium omnino induſtriam ſuperauit vir ampliſſimus, Henr. Brenkmannus in Comment. de lege Remmia, inſerto *Theſaur. Iur. Tom. III. p. 1561. ſequ.* HEIN. Plane DELATOR non eſt, qui protegendae cauſſae ſuae gratia aliquid ad fiſcum nunciat. *l. 44. D. de iur. fiſc.* Sed nec qui reipublicae cauſſas defendit, DELATORVM criminibus tenetur, quum hi ſoli exſecrabiles ſint NVNCIATORES, qui fiſco deferunt. *l. 4. C. de delator.* DELATOREM ſubornare: *l. 1. D. de iur. patron.* DELATOREM ſubmittere patrono, qui de ſtatu eius faceret quaeſtionem. *l. 5. D. eod. tit.*

DELATORIVS, A, VM. DELATORIA curioſitas: *l. 6. D. de iur. et fact. ignor.* DELATORII libelli. *l. 7. C. Theod. de petit. et vltr. dat.*

DELEGARE, eſt vice ſua alium reum creditori dare, vel cui iuſſerit. *l. 11. D. de nouat. et delegat. l. 26. §. vlt. D. de iureiur.* DELEGARE autem ſcriptura, vel nutu, vbi fari non poteſt, debitorem ſuum quis poteſt. *l. 17. D. de nouat.* DELEGARE debitorem: *l. 45. §. vlt. D. mand. l. 18. D. de fideiuſſ. l. 48. §. vlt. D. de pecul. l. 18. §. 1. D. de mort. cauſſ. don. l. 12. D. de nouat.* Seneca *de Benef. Lib. IV. Cap. II. Debitores nobis* DELEGAT *Deos, precaturque vt illi pro ſe gratiam referant.* Quem imitatus Symmachus *Lib. I. Epiſt. 6. Ago igitur atque habeo gratias, et meam vicem, quia ſoluendo par non ſum, coeleſtibus* DELEGO *virtutibus.* Si te donaturum mihi DELEGAVERO creditori meo: *l. 41. D. de re iudic.* Vt mihi donares, creditori meo, DELEGANTE me, promiſiſti: *l. 21. D. de donat.* Si vſusfructus DEBITOREM tibi DELEGAVERO: *l. 4. D. de nouation.* Si non debiturem, quaſi debitorem, DELEGAVERO

VERO. *l. 13. D. eod. tit.* DELEGATVS emtor: *l. 1. §. 16. D. ſi quid in fraud. patron.* DELEGARE legata: *l. 41. D. de cond. et demonſtr.* DELEGARE negotium: *l. 16. C. de adpellat.* nomen: *l. 1. §. 11. D. de collat. bon. l. 9. D. de praeſcr. verb.* Si creditori patronum ſuum DELEGAVERIT: *l. 37. §. 2. D. de oper. libert.* DELEGARE crediroris penſiones ſibi debitas. *l. 88. §. 15. D. de legat. II.* DELEGARE ſe, in *l. 4. D. de manumiſſ.* eſt alieno creditori vice debitoris ſe obligare. DELEGANTE tutore. *l. 96. D. de ſolut.* Vetus Gloſſarium: DELEGATVS *ἀντιπρόσωπος*.

¶. 2. DELEGARE, etiam mandare ſignificat, et committere. *l. 2. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 32. §. 16. D. de recept. qui arbitr.* Vnde iudex datus adpellatur. *l. 5. l. 11. l. 14. C. de iudic.* DELEGATA iurisdictio: *l. 1. D. de damn. infect.* DELEGATA lege, vel SC. publici iudicii exercitio: *l. 1. D. de offic. ei. cui mand. iurisd.* DELEGATVM alicui munus: *l. 12. §. 4. D. religioſ.* negotium: *l. 16. C. de de adpellat.* DELEGATA in vſum aliquem pecunia. *l. 2. D. ad leg. Iul. peculat. Omnis res ab Imperatore* DELEGATA: Frontin. *de Aquaeduct. Lib. I.* DELEGARE teſtamento tutelam. *l. 3. §. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut.*

DELEGATIO, qua creditori ſuo alium reum vice ſua dat debitor: quae vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem fit. *l. 11. D. de nouat.* Vetus Gloſſarium: DELEGATIO, *ἡ ἐκ προσώπου εἰς πρόσωπον μετατιθεῖσα τὸ χρέος, qua debiti a perſona in perſonam fit translatio.* Sic: DELEGATIO vicem ſolutionis ſuſtinet: *l. 37. §. 4. D. de oper. libert.* nulla DELEGATIO facta: *l. 96. §. 2. D. de ſolutionib.* Non interpoſitis DELEGATIONIBVS: *l. 40. §. 2. D. de pact.* DELEGATIO nominum: *l. 11. C. de donat.* Et ſic DELEGATIONIS nomen accipiendum, in *l. 17. D. de condict. furt.* et apud Senecam *Lib. VI. de benef. Cap. 5.* DELEGATIO vicem ſolutionis continet. *l. 37. §. 4. D. de oper. libert.* ¶. 2. DELEGATIO in poſteriorum Imperatorum reſcriptis deſcriptionem ſignificat, a Principe, vel praefecto praetorio ſingulis prouinciis transmiſſam, qua tributorum annonariumque illationis modus et ratio continetur, et quomodo largitionalium titulorum exactio debeat procedere, deſcribitur ac praecipitur. *l. 23. C. de decurion. Lib. X. l. 2. C. de indiction. l. 7. C. de offic. rect. prouinc. l. 10. C. de excuſ. mun. l. vn. C. ne collat. per logograph. Nouella Valentiniani et Marciani de ſuariis et boar.* Huiusmodi DELEGATIONES Iuſtinianus *Nouell. CXXVIII. Cap. 1.* *διατυπώσεις* vocat, *σημαινούσας τὸ ὁπόσον ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ, ἤτοι πόλει ὑπὲρ ἑκάστου ζυγοῦ ἢ Ἰουλίων ἢ κεντουρίων, ἢ ἄλλων οἵων δήποτε ὀνόματι τοῦτο μὲν ἐν εἴδει, τοῦτο δὲ ἐν χρυσίῳ δημοσίων ἕνεκεν ἐπίκειται. deſcriptiones, declarantes, quantum in vnaquaque prouincia, ſeu ciuitate pro vnoquoque iugo, aut Iuliis, aut centuriis, aut quorumuis aliorum nomine, tam in ſpecie, quam in auro tributorum nomine incumbat.* Sic DELEGATIO miſſa: *l. 3. C. Theod. de indict.* Particulari DELEGATIONVM notitia ante indictionis exordium ſingulis transmiſſa prouinciis. *l. 2. C. de indict. Lib. X.* Quae noſtra clementia decreuit, inferenda, DELEGATIONE ſollemniter ſanciente, vel epiſtolis praecedentibus. *l. 8. C. de exact. mun.* Omnes penſitare debebunt, quae manu noſtra, (ſic enim ex Codice Theodoſiano reponendum videtur,) DELEGATIONIBVS adſcribantur. *l. 4. C. de annon. et tribut.* Si forte DELEGATIO, quae ab ampliſſima praefectura in diuerſas prouincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quo modo eorum exactio debeat procedere. *l. vlt. C. de ean. largit. tit.*

DELEGATORIVS, A. VM. DELEGATORIAE, *l. 22. C. Th. de erogat. mil. ann. l. 16. C. Theod. de exact.* [ſunt Principis vel praefecti praetorio Epiſtolae, vti vocantur in *l. 8. C. Theod. de extraord. l. 8. C. de excuſ. mun.* quibus iubentur prouinciae numeris, ſcholis, ſpecies praebere. Iac. Gothofred. Comm. ad *l. 22. C. Theod. de erogat. mil.*] DELEGATORII iudices, in eadem cauſſa, qui opinatoribus iunguntur in *l. 7. pr. C. de exactor. Lib. XI. tit. 7.*

DELERE. DELETVS ager vi fluminis: *l. 11. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu.* DELETVM chirographum: *l. 40.* et *l. 41. D. ad leg. Aquill.* B. Paull. *Epiſt. ad Coloſſ. II, 14.* Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. DELENS, *quod nobis aduerſum erat, chirographum.* DELERE conſulto, vel inconſulto: *l. 1. D. de his, quae in teſt. del.* DELERE imaginem, librum: *l. 31. D. de furt.* inſtrumentum: *l. 28. D. eod. tit. l. 11. §. 1. D. de ſeru. corrupt.* patriam: *l. 35. D. de religioſ.* tabulas teſtamenti: *l. 35. D. de dol. l. 42. D. ad leg. Aquill.* teſtamentum. *l. 41. D. eod. tit. l. 2. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 1. §. vlt. D. de tab. exhib.*

DELETITIA charta: *l. 4. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* [vbi iunguntur charta noua et DELETITIA. Eſt autem *noua charta*, in qua nondum aut numquam ſcriptum eſt. Dionyſ. Gothofred. *in Notis ad d. l. litt. C.* Contra DELETITIA eſt, cui antea qoid inſcriptum, ſed poſtea eraſum eſt. Quod pluribus probant Cuiac. ad *l. 4. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* et Guid. Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 108.*]

DELIBATIO hereditatis: *l. 116. D. de legat. I.* Ita legatum definitur, quod teſtator ex eo, quod vniuerſum heredis foret, aliquid decerpit, deminuit et ſubducit. Ex diuerſo: *Illibatus quadrans, l. 20. §. 5. D. famil. erciſc.* id eſt, integer, non imminutus.

DELIBERARE, rei rationes ſecum ſubducere. Sic: De hoc DELIBERABIMVS: *l. 1. §. 3. D. de poſtul.* DELIBERARI poteſt: *l. 6. §. 5. D. ad SC. Trebell.* DELIBERANDVM eſt. *l. 28. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* DELIBERARE debet Praetor. *l. 28. D. ex quib. cauſſ. mai.* ¶. 2. DELIBERARE de bonorum poſſeſſione: *l. 1. §. 12. D. de ſucceſſ. edict.* id eſt, vtrum admittat bonorum poſſeſſionem, an non. *l. 2. §. 2. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* ¶. 3. DELIBERAT heres, adire hereditatem: *l. 9. §. 1. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ.* Dum DELIBERANT heredes inſtituti adire: *l. 3. D. de curat. furioſ.* Omnes, qui de heredi-

curat. furioſ. l. 8. §. 1. D. de tut. dat. l. 17. §. 11. D. de iniur. l. vlt. §. 2. C. de adm. tut. Graeci ICti ita diſtinguunt, vt FVRIOSOS *μαινομένους*, DEMENTES *ἀνοήτους* dicant. DEMENTIAM autem, ſeu *inſaniam* et ſtultitiam, Cicero *Lib. III. Tuſc. Quaeſt. Cap. 5.* definit *adfectionem lumine mentis carentem, inconſtantiam, ſanitate vacantem, quum non integra mens eſt, et ſana, tuetur tamen mediocritatem officiorum, et vitae communem cultum atque vſitatum.* FVROREM vero interpretatur *mentis ad omnia coecitatem.* Ibidemque de furioſo agens: *Qui ita ſit adfectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant XII. Tabulae. Itaque non eſt ſcriptum:* SI INSANVS *ſed*, SI FVRIOSVS ESSE INCIPIT. Quae poſtrema verba e gloſſemate in carmen XII. Tabularum, cuius prima duntaxat verba laudauerat Cicero, irrepſiſſe mihi videntur. Verba certe ita concepta fuiſſe, compertum habeo: SI FVRIOSVS EXSISTAT, vt ex Ciceron. *Lib. II. de Inuent. Cap. 50.* et Auct. et Herenn. *Lib. II. Cap. 13.* liquet.
¶. 2. Porro latius plerumque DEMENTIAE nomen porrigitur, vt cum furore DEMENTIA confundatur. Hoc modo Quinctilian. *Declam. CCCXLVIII.* DEMENTIAM, *ablatum rerum omnium intellectum*, definit. Hinc DEMENTIS curator: *l. 18. §. vlt. D. de legat. II.* DEMENTI datus curator. *l. 7. §. 1. D. de curat. furioſ.*

DEMERE feneſtras et oſtia. *l. 59. D. de rei vindic.*

DEMERERE, vel DEMERERI. Vlpianus *l. 11. §. 8. D. de legat. III. Si ita ſit fideicommiſſum relictum:* ILLI SI DEMERVERIT (vbi perperam Florentiae legitur: SI ET MERVERIT,) *omni modo fideicommiſſum debebitur, ſi modo meritum, quaſi apud virum bonum, collocare fideicommiſſarius potuit.* HEIN.

DEMERGERE. DEMERSI in Tiberim lapides. *l. 13. D. de adquir. rer. dom.*

DEMINVERE, id eſt, alienare. *l. 5. §. 3. D. de Carbon. edict.* DEMINVERE de bonis: *l. 1. §. 6. D. ſi quid in fraud. patron.* de facultatibus: *l. 5. §. 16. D. de donat. inter vir.* de hereditate: *l. vlt. D. de admin. et peric. tut.* de pretio: *l. 17. §. vlt. D. de legat. II.* DEMINVERE vetat Praetor. *l. 7. §. 5. D. pro emt.* ¶. 2. His verbis: DEMINVI *bona vetabo*, Praetor non tantum alienationem impedit, verum etiam actiones exercere non patitur. *l. 7. D. de iur. delib.* DEMINVENDI poteſtas non eſt: *l. 26. D. de contrab. emt.* ad DEMINVENDVM auctor ſit pupillo. *l. 1. §. 1. D. de tut. et rat. diſtr.* ¶. 3. DEMINVTAE *res*, in SCo de hereditatis petitione, *l. 20. §. 6. et §. 21. D. de hered. petit.* intelliguntur etiam vſucaptae, et quae ob id de hereditate exierunt. *l. 21. D. eod. tit.* Si quid de bonis DEMINVTVM eſt: *l. 2. C. de reſtit. milit.* Quod medio tempore alienatum, vel DEMINVTVM eſt: *l. 54. D. ad SC. Trebell.* DEMINVTA bona fide. *l. 3. §. 2. D. de vſur.* ¶. 4. DEMINVERE, rem minorem reddere. Vnde illi verbo opponitur excedere. *l. 66. §. vlt. D. de euict.* Sic DEMINVENDI cauſſa tranſigere: *l. 46. §. vlt. D. de euict.* DEMINVERE ius ſuum:

l. 71. D. ad leg. Falcid. legatum: *l. 78. §. 1. D. de legat. III.* lites: *l. 21. D. de reb. cred.* obligationem: *l. 22. D. de ſolut. et liberat.* patrimonium: *l. 6. pr. §. 2. D. quae in fraud. credit.* res corporaliter. *l. 5. D. de impenſ. in res dot. fact.*
¶. 5. DEMINVTVS capite. *l. 3. §. 9. D. de legit. tutor. l. 2. §. 1. D. de cap. min. l. 1. D. vnde legitim.*

DEMINVTIO, alienationem ſignificat. Sic DEMINVTIO facta dotis nomine: *l. 15. §. 4. D. de diverſ. temp. praeſcript.* DEMINVTIO interdicta: *l. 10. D. de curat. furioſ.* DEMINVTIO fit ad ſumtus. *l. 1. §. 20. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* ¶. 2. DEMINVTIO, quaelibet minutio, per quam rei quid decedit. DEMINVTIO ex bonis: *l. 33. D. de reb. auct. iud.* corporis: *l. 3. D. de impenſ. in res dot. fact.* facultatum: *l. 8. D. de conſ. tut.* legatorum: *l. 2. D. de condict. indeb.* patrimonii. *l. 55. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 2. CAPITIS DEMINVTIO. *l. 2. D. de legit. tut. l. 2. §. 1. D. de cap. minut.* Vid. ſupra ſub CAPVT.

DEMITTERE barbam: *l. 15. §. 27. D. de iniur.* DEMITTI in cloacam: *l. 54. §. vlt. D. de action. emt. vend.* DEMISSA res in ius iurandum: *l. 34. §. vlt. D. de iureiur.*

DEMOGRAMMATEVS. Ita nonnulli legendum cenſent in *l. 4. C. de tabular. ſcrib. logograph. Lib. X. tit. 69.* quum in vulgatis ſit *medographeus.* Ita δημογραμματεὺς eſſet *populi vel plebis ſcriba.* Sed incerta omnino eſt loci illius lectio. HEIN.

DEMOLIRE, pro DEMOLIRI. DEMOLIRE aedificium vſque ad ſolum: *l. 7. §. vlt. D. quod vi aut clam.* arborem: *l. 27. D. de vſu et vſufr.* domum: *l. 50. D. ad leg. Aquill.* inſulam: *l. 30. pr. D. locat.* parietem. *l. 12. D. commun. diuid. l. 43. §. 1. de damn. infect.* Quamuis vero DEMOLIO pleriſque parum Latinum videatur, id tamen bonis auctoribus non plane ignotum fuiſſe, oſtenderunt Ger. Io. Voſſ. *de Analog. Lib. III. Cap. 6.* Briſſonius noſter *Parerg. n. 56.* Scip. Gentil. *Parerg. Lib. I. Cap. 18.* Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 328.* Et ſane, quum Valer. Maxim. *Lib. V. Cap. 10. exempl. 2.* ſcripſerit: *Ne quid mali fortuna* MOLIRET: et Lactant. *Lib. IV. Cap. 11. Altaria* DEMOLIERVNT: non video, cur id *σολοικὸν* videri debeat in iuriſconſultorum libris. HEIN.

DEMOLIRI aedificia. *l. 2. C. de aedif. priu.* DEMOLITVS aedificium: *l. 2. D. ſi vſusfr. pet.* DEMOLIRI parietem. *l. 8. D. de ſeru. praed. urbar.* ¶. 2. Sed et paſſiue eo deponente vtuntur iuriſconſulti, vti Vlpianus: *Paries, qui* DEMOLITVS *eſt. l. 37. D. de damn. inf.* HEIN. Ita et: DEMOLITIS aedibus: *l. 10. §. 1. D. quib. mod. vſusfr.* DEMOLITO opere: Paull. *Lib. V. tit. 6. §. 2.* In DEMOLIENDIS ſepulcris deprehenſus. *l. 2. C. de ſepulcr. viol.*

DEMOLITIO operum: *l. 1. §. 12. D.*

DEN. DEN.

¶. 2. Sic et DENEGANTVR alimenta: *l. 1. §. 2. et l. 6. D. de ventr. in poſſ. mitt.* et auxilium. *l. 2. D. de his, qui ſui vel alien. l. 47. D. de minor. l. vlt. §. 1. D. de adpellat.* ¶. 3. DENEGATVR bonorum poſſeſſio. *l. vlt. D. ſi a par. quis manum. l. 5. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 13. §. vlt. D. de bon. poſſ.* ¶. 4. Ita DENEGARI etiam dicuntur DEFENSIO: *l. 1. C. quib. ad lib. prouoc.* exactio: *l. 48. D. de oper. libert,* exceptiones: *l. 23. D. de nox. act. l. 18. D. de except. l. 9. D. et l. 1. C. ad SC. Macedon. l. 19. D. de nouat.* exſequutio operis noui: *l. 19. D. de nou. op. nunc.* facultas adpellandi et prouocandi: *l. 4. §. 1. D. de adpellat. l. 2. C. eod. tit.* poſtulandi: *l. 1. D. de poſtul.* hereditas: *l. 3. §. 1. D. de ſuis et legit.* interdictum: *l. 12. §. 1. l. vlt. D. de adqn. vel amitt. poſſ.* iudicium: *l. 6. D. de iniur.* iuriſdictio: *l. 26. §. 4. et §. 6. D. ex quib. cauſſ. mai.* libertas: *l. 1. l. 2. C. quib. ad libert. l. 2. C. de his, qui a non dom.* operarum praeſtatio: *l. 20. D. de oper. libert.* perſequutio: *l. 27. D. de noxal. act. l. 3. D. ſi ex noxal. cauſſ. l. 4. C. ad SC. Macedon.* petitio legati et fideicommiſſi: *l. 87. D. de legat. I. l. 57. D ad SC. Trebell. l. 9. D. de contrah. et comm. ſtipul.* proclamatio: *l. 33. D. de lib. cauſſ.* reſtitutio: *l. 37. D. de minor.* ſucceſſio. *l. 9. C. de quaeſt. l. vlt. C. ſi aduerſ. delict.*

[DENARISMVS. pro ea parte patrimonii, in quam quisque ſucceſſit ad DENARISMVM ſiue vncias, ſeſe auctoris ſui nomine retinendum. *l 107. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.* DENARISMO vel vnciis habeatur obnoxium. *l. 123. C. Theod. eod. tit.* Vid. Iac. Gothofred. *in Comment. ad d. l. 107.* et Car. du Freſne *in Gloſſar. med. et inf. Latinit. h. voce.*]

DENARIVS, vel DENARIVM. DENARII centeni, ſinguli, menſtrui, treceni: *l. 40. D. de reb. cred.* mille: *l. vlt. D. de inſtit. act.* DENARIOS ſtipulanti: *l. 65. §. vlt. D. de verb. oblig.* DENARIA mille: *l. 21. D. de condict. indeb.* *ἀργυρεὶς δηνάρια μυρία. l. 26. §. 1. D. depoſit.* [DENARIA decem ex reditu coenaculi et horrei: *l. 20. §. 1. D. de ann. legat. et fideic.*]

DENDROPHORI in *l. 20. C. Theod. de pagau. ſacrif. et templ. Lib. XVI. tit. 20. l. 1. C. Theod. de centouar. et dendrophor. Lib. XIV. tit. 8.* et in antiquis inſcriptionibus non ſemel. [Ii quid ſint, tam eſt obſcurum, vt pauci explicare, nemo ferme ſententiam ſuam aperte de iis profiteri, hactenus ſit auſus. Id certum eſt, alios eſſe DENDROPHOROS, de quibus *l. 20. C. Theod. de pagau.* alios, de quibus peculiaris codicis Theodoſiani titulus agit, ſecus, ac exiſtimauit *ὁ πάνυ* Cuiac. *Lib. VII. Obſeru. Cap. 30.* Nempe DENDROPHORORVM nomina, quorum *l. 20.* meminit, fuerunt profeſſionum gentilitiarum, h. e. corpora quaedam et collegia, paganae ſuperſtitionis, quibus qui addicti erant, in honorem alicuius Dei, veluti Bacchi, Siluani, (qui in vetere Inſcriptione ipſe *δενδρόφορος* dicitur; vid. Seru. *ad Virgil. Lib. I. Georg. v. 20.*) Apollinis, Hecates, Cereris, (horum enim omnium honoribus inſtitutas fuiſſe *δενδροφορίας*, ex Strabone oſtendit Reineſius,) arbores, ſtirpitus exciſas, humeris ferebant, ſeu, vt Commodianus loquitur, *ſuccollabant:* de quibus praeter Artemidor. *Lib. II. Cap. 42.* et Ioſ. Scaligeri locus eſt accipiendus, quando epiſt. ad Lindenbrogios fratres *Lib. III. Ep. 205.* DENDROPHORVS, inquit, *a Siluano Dendrophoro, intexto in vexillis illorum corporatorum, dictos, certum eſt.* Addatur locus Arnobii *Lib. V. adu. gent. p. 167.* Illi vero DENDROPHORI, quorum in Inſcriptione *tituli C. Theod. de centonar. et dendroph.* mentio fit, circa domos et aedificia, eaque ſarta tecta habenda occupati, adeoque inter artifices et opifices fuiſſe videntur, *quorum corpora in quibuscumque oppidis fuerint, centonariorum atque fabrorum adnecti* iubet Conſtantinus, addita ratione, *quoniam, frequentia hominum ea multiplicari, expediat.* Fuiſſe autem in plerisque oppidis, et non infrequentes DENDROPHOROS, Inſcriptiones antiquae, vbi toties eorum occurrit mentio, dubitare nos non patiuntur. Vid. Reineſ. *Inſcr. Claſſ. I, 40.* Iac. Gothofred. *Comment. ad Cod. Theod. ibid.* Alciat. *Praetermiſſ. verb. Militia*, et *ad l. 167. D. de verb. ſignif.* Carol. du Freſne *Gloſſar. med. et inf. Latinit. h. v.*]

[DENIQVE, pro certe, vel plane, eleganter ponitur, etſi nihil praecedat. *l. 6. §. 6. D. de poſtul. l. 40. pr. et §. 2. D. de procurat. l. 17. D. de negot. geſt. l. 1. D. comm. diuid. l. 7. §. vlt. D. de curat. furioſ. l. 10. D. de vſu et habitat.* Bachou. *in πρῶτ. ad l. 1. D. de poſtul.* et *Error. Fabrian. XXI. in exam. rational.* Eadem notione haec particula reperitur in *l. 8. D. ad leg. Iul. maieſt.* et apud Tertullian. *ad Nation. Lib. I. Cap. 4.* vbi vid. Iac. Gothofr. *Not. p. 76.* aliisque locis.] ¶. 2. [DENIQVE, idem, quod proinde, in *l. 7. §. vlt. D. de curat. furioſ.* vti explicat Cuiac. *Lib. XIV. Obſ. Cap. 35.* qui tamen videtur legiſſe DEINDE. *l. 3. §. vlt. D. ad exhib. l. vn. pr. D. de offic. quaeſt.* Idem ſignificatus eſt in *l. 87. D. de reg. iur. l. 8. D. de pignor,* vt mirer, Strauchium, ſummum virum, non aliam, praeter iam citatam *l. 8. de pignor.* repeririſſe, vbi hoc ſenſu vſurpetur haec particola, ſicuti fatetur ipſe, *in Lexico partic. h. v.* Vid. Iac. Gothofred. *Comment. ad d. l. 87. D. de reg. iur.*]

DENOMINARE. DENOMINATA *teſtamento* filia, vt tutori nuberet. *l. 7. D. ad leg. Iul. de adult.*

DENOTARE, deſcribere, demonſtrare. DENOTATI ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo. *l. 24. D. de manumiſſ. teſtam.* ¶. 2. DENOTARE, ignominia adficere. *l. 54. D. de legat. I.* Sueton. *Calig. Cap. LVI. Quem ſeniorem* DENOTARE *omni probro conſueuerat Caius.* ¶. 3. DENOTARE etiam damnare, punire, corripere. *l. 2. C. de exact. tribut.* Saepe ita loquutum eſſe Tertullianum, ſaepe et alios eiusdem aetatis ſcriptores vſos eſſe ea verbi notione, oſtendit Salmaſ. ad Tertull. *de pall. Cap. I. p. 93. et Cap. II. p. 173.* Obſeruauit idem hoc V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. I. Obſ. Cap. 2. p. 16.* HEIN.

DENVNCIARE, alterum reddere de re aliqua certiorem: DENVNCIATVM eſt: *l. 20.*

20. §. 6. *D. de hered. petit.* DENVNCIARE coheredi, paratum ſe, accipere partem: *l. 7. D. de condit. et demonſtr* DENVNCIARE aduerſario, *l. 3. §. vlt. D. l. 5. D. quod vi aut clam.* id eſt, DENVNCIARE, ſe opus facturum: *l. 5. §. 1. l. vlt. §. vlt. D. eod. tit.* DENVNCIANT Aediles: *l. 37. D. de Aedilit. edict.* DENVNCIARE auctori, vel heredi eius: *l. 53. §. vlt. D. de euict. l. 8. l. 9. C. eod. tit.* id eſt, auctorem certum facere, vt ait *l. 17. C. de euiction.* vel interpellare venditorem ſeu eius heredes, vt emtori adſiſtant, et cauſſam inſtruant, vt loquitur *l. 21. C. eod. tit.* Si DENVNCIAVI tibi, ne ſeruo a me praepoſito crederes: *l. 17. §. 4. D. de inſtit. act.* DENVNCIATVM crimen: *l. 6. C. de accuſat.* Teſtando DENVNCIARE emtori, vt tollat vinum: *l. 1. §. 3. D. de peric. et commod. rei vend.* DENVNCIANTE matre emtoribus: *l. 47. D. de minor.* DENVNCIARE pro euictione: *l. 51. §. 1. D. de euict.* de facultatibus: *l. 1. §. 2. D. de magiſtr. conu.* fideicommiſſariis, vt veniant ad arbitrum: *l. 1. §. 6. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc.* heredibus eius, qui vendidit: *l. 62. §. 1. D. de euict.* procuratori: *l. 56. §. 4. D. de euict.* Non ipſi, ſed procuratori eius: *l. 20. §. 11. D. de hered. pet.* pupillae: *l. 56. §. 8. D. de euict.* ne ſoluat: *l. 27. D. de pecun. conſt.* ne ſolueretur: *l. 21. D. ad SC. Trebell. l. 106. D. de ſolut.* DENVNCIARE teſtimonium, id eſt, ad teſtimonium dicendum vocare. Cic. *pro Cluent Cap. VIII.* Sic in lege Mamilia: TESTIBVS PVBLICE DVNTAXAT IN RES SINGVLAS DECEM DENVNCIANDI POTESTATEM FACITO. Plin. *Lib. VI. Epiſt. 5. Placeret in futurum ad eam legem adiici, vt, ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibusque* DENVNCIANDI *poteſtas ex ea lege eſſet, ita reis quoque fieret.* Quinctilian. *Lib. V. Cap. 7.* quod eſt de teſtibus: *Duo ſunt genera teſtium: aut voluntariorum, aut eorum, quibus iudex in publicis iudiciis lege* DENVNCIARE *ſolet.* DENVNCIARE teſtimonium: *l. 19. D. de teſt.* Ne inuito DENVNCIETVR, vt teſtimonium litis dicat: *l. 4. D. eod. tit.* Ob DENVNCIANDVM teſtimonium, vel non DENVNCIANDVM: *l. 6. D. de leg. Iul. repetund. l. vlt. D. de concuſſ.* DENVNCIAVIT ex cauſſa venditionis, tradi rem: *l. 14. D. de Public. in rem act.* DENVNCIARE venditori, *l. 55. §. vlt D. de euict.* id eſt, renunciare, vt de ea re agenda adſit, vt eſt in *l. 29. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 2. DENVNCIASSE in lege Iulia de adulteriis accipitur ſimpliciter, vt, etſi quis non denunciet ad iudicem, ſufficiat, ſi quis adulterii ſe acturum, denunciauerit. *l. 17. pr. D. ad leg. Iul. de adult.* Secundum quam interpretationem et *l. 2. et l. 39. §. 6. D. eod. tit.* intelligendae ſunt. ¶. 3. DENVNCIARE domi vel domum: *l. 1. §. 1. ſequ. de adgnoſc. et al. lib. l. 4. §. 5. D. de damn. inf.* Cic. *pro P. Quinct. Cap. XVII. An quum Romae domus eius, vxor, liberi ſint,* DOMVM *potius* DENVNCIEM? Et paullo poſt: *Quaerere, quis procurator* ſit: DOMVM DENVNCIARE. De hac DOMVM DENVNCIATIONE ex inſtituto egit Cuiac. *Lib. VII. Obſeru. Cap. 15.* HEIN. ¶. 4. Singularis eſt ſyntaxis: DENVNCIATVS ſum, pro DENVNCIATVM mihi eſt. Venditor ab emtore DENVNCIATVS, vt eum euictionis nomine defenderet: *l. 49. D. de iudic.* Quum ex cauſſa euictionis intendimus, auctoris heredes in ſolidum DENVNCIANDI ſunt, *l. 85. §. 5. D. de verb. oblig.* id eſt, conueniendi, vt loquitur *l. 139. D. eod. tit.* ſeu ad rem defendendam conueniendi, vt eſt in *l. 74. §. 1. D. de euiction.*

DENVNCIATIO facta: *l. 1. §. vlt. D. depoſ.* data: *l. 38. D. de minor.* interpoſita: *l. 63. D. de euict. l. 4. D. ad SC. Turpill.* miſſa domum: *l. 39. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* per DENVNCIATIONEM admonere: *l. 17. C. de rei vind.* DENVNCIATIONE horam et diem complecti: *l. 3. §. 1. D. quod vi aut clam.* DENVNCIATIO criminis: *l. 19. C. ad leg Iul. de adult. l. 7. D. de inoffic. teſtam.* pro euictione interpoſita: *l. 63. D. de euict.* operis noui: *l. 5. §. 10. D. de nou. op. nunc.* impediendae venditionis cauſſa facta: *l. 1. D. de litigioſ.* DENVNCIATIONIS vigor. *l. 62. §. 1. D. de euict.* ¶. 2. DENVNCIATIONES, in *l. 5. pr. D. de poen. l. 7. l. 9. C. quomod. et quando iud.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 5. §. 7.* accipiendae ſunt interpellationes, quibus ad magiſtratus iudicesue quis per officiales euocatur. Conſtantin. Harmenop. *Lib. I. tit. 4. §. 26.* ὑπομνήσεις vocat. Conuentiones etiam vocant Imperatores *l. vn. C. Theod. de petit. et deſiſtent.* Sic et edicti DENVNCIATIO: *l. 23. §. vlt. D. de adpellat.* DENVNCIATIONE et DENVNCIATIONIBVS conueniri: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 21. §. 13. l. 10. C. de pignor. l. 7. C. quomod. et quand.* Contumaces, qui neque DENVNCIATIONIBVS, neque edictis Praeſidum, obtemperaſſent. *l. 5. pr. D. de poen.*

DENVO, id eſt, iterum. Sic DENVO compromittere: *l. 21. §. 5. D. de recept. arbitr.* conſentire: *l. 16. D. eod. tit.* pignori obligare: *l. 3. D. de diſtract. pign.* [de cauſſa quaerere: *l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* dare praemia. *Nouell. XXII. Cap. 26. §. 1.*]

DEP.

DEPASCERE et DEPASCI.

DEPASCERE, glandem immiſſo pecore. *l. 9. §. 1. D. ad exhibend.* Si quadrupes quid DEPASTA ſit. Paull. *Sent. Lib. I. tit. 15. §. 1.* Sic Virgil. *Aen. Lib. II. v. 215.*

Miſeros morſu DEPASCITVR *artus.* HEIN.

DEPECISCI, apud Terent. *Phorm. Act. I. ſcen. 3. v. 14.* vbi Donatus pactione transigere interpretatur. DEPECTVS vero, Vlpiano interprete, dicitur, qui turpiter pactus eſt. *l. 3. §. 2. D. de calumniat.* Vſus eodem verbo eſt Cicero *pro Sex. Roſc. Cap. XXXVIII. de inuent Lib. II. Cap. 24.* D. Ambroſius *in Pſalm. XXXV.* et Imperatores in *l. 1. C. Theod. de rapt. virg.* Magnam hic dicam Vlpiano ſcripſit Laurent. Valla *Lib. VI. Elegant. Cap. 63.* oſtendens, falſam eſſe Vlpiani interpretationem, et DEPECTVM dici aeque, qui honeſte, ac qui turpiter pactus ſit, quod pluribus firmauit Floridus, refellere autem conati ſunt Alciatus, et defenſor anonymus apud Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 283. et ſequ.* Et res omnino certa eſt, promiſcui vſus apud bonos auctores eſſe hoc verbum,

et

et de honeſto non minus, quum turpi, pacto vſurpari. At ideo non erraſſe dixerim Vlpianum, qui *d. l. 3. §. 2. D. de calumniat.* edictum de calumniatoribus interpretatur, adeoque recte notauit, in illo edicto DEPECTVM dici, qui turpiter pactus ſit. Obſeruauit id praeter illum defenſorem anonymum, et Hotomanum Scip. Gentilis *Parerg. Lib. I. Cap. 32.* et *ad Apulei. Apolog. n. 723.* HEIN.

DEPECTIO, *l. 2. C. de abolit. l. 31. C. Theod. de annon. et tribut.* DEPECTIONES conſceleratae: *l. 1. C. Theod. de poſtnl.* [DEPECTIONEM celebrare. *l. 1. C. Theod. de abolit. Lib. IX. tit. 37.*]

DEPECTOR *litium*, dixit Apulei. *in Apolog. p. 321.* Quem paciſcendi modum *piraticum* eleganter vocat Quinctilian. *Declamation. CCXXXI.* HEIN.

DEPELLERE. DEPELLI ab actione: Paull. *Lib. V. Sent. tit. II. §. 5.* DEPELLERE damnum: *l. 1. §. 16. D. de nou. op. nunc.* DEPELLI ab officio: *l. 12. C. de procurat.* DEPELLERE periculum. *l. 1. §. 16. D. de SC. Silan.*

[DEPENDEO. DEPENDET principis auctoritas a legibus. *l. 4. C. de legib.*]

DEPENDO, numero, ſoluo, erogo. *l. 68. D. de ſolut.* DEPENDERE aureos, viginti: *l. 31. D. de minor.* pro altero: *l. 2. §. 8. D. de admin. rer. ad ciu. pert.* pro collega: *d. l. 2. §. 8. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* pecuniam: *l. 2. D. de diſtr. pign.* poenam: *l. 42. D. de condict. indeb.* pretium: *l. 1. C. de his, qui a non. dom. l. 57. D. de contr. emt.* ſumtus: *l. 3. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* tributa: *l. 2. §. 1. D. de ann. legat. l. 2. §. 16. D. de hered. vel act. vend.* pro vectigalibus: *l. 28. D. de vſu et vſufr.* vſuras. *l. 1. C. de his, quae vt indign. l. 5. C. de vſur. l. 2. C. de vſur. fiſc.*

DEPERDERE. DEPERDITVM in quaeſtione de hereditatis petitione intelligitur, quod in rerum natura eſſe deſiit. *l. 21. D. de hered. petit.* Et ita DEPERDITA et deminuta intellige in *l. 20. §. vlt. D. de hered. petit. l. 2. §. 5. D. de hered. vel act. vend.* ¶. 2. Alias DEPERDITVM dicitur, quidquid vel amiſſum, vel deterius factum eſt. DEPERDITA nomina: *l. 16. D. de admin. et peric. tut.* DEPERDERE rem: *l. 18. D. quod met. cauſſ.* DEPENDERE ſeruitutem non vtendo. *l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt.* ¶. 3. DEPERDITVS homo, diſſolutus. DEPERDITI et nimium ſecuri hominis ignorantia. *l. 3. D. de iur. et fact. ignor.*

DEPERIRE dicuntur actio: *l. 19. D. de pecun. conſt.* aliquid ex ſumma: *l. 108. §. 10. D. de legat. I.* iumenta et mancipia: *l. 41. D. hered. petit. l. 10. §. 4. D. de iur. dot.* negotia: *l. 5. D. de oblig. et act.* pecora: *l. 41. D. de her. pet. l. 10. §. 4. D. de iure dot.* res: *l. 20. §. 6. D. de hered. pet.* ſerui heredi et fideicommiſſario: *l. 34. D. famil. erciſc.* ſeruitutes. *l. 18. D. de ſeru. ruſt. praed. l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 28. D. de ſeru. praed. ruſt.* vſurae. *l. 3. §. 6. D. de contrar. tut. et vtil. act.*

[DEPLORATIO, querela, comploratio. Frequente laeſorum DEPLORATIONE didicimus. *l. vlt. C. Theod. de ſuperexact. Lib. XI. tit. 8.* Omnis poſthac DEPLORATIONVM aditus obſtruatur. *l. 2. in fine C. Theod. de naufrag. Lib. XIII. tit. 9*]

[DEPLORATVS, humilis et miſer. *l. 6. §. 1. D. de edend.*]

DEPONERE, eſt rem alicui coſtodiendum ſeruandamque, nulla mercede interueniente, dare, eamque fidei illius committere, vt patet ex *l. 1. pr. §. 8. §. 9. ſequ. D. depoſ.* ſeu commendare. *l. 24. D. eod. l. 126. D. de verb. ſignif.* Licet autem DEPONERE tam vnus, quam plures poſſint: tamen apud ſequeſtrem non niſi plures deponere poſſunt. Nam tum id fit, quum aliqua res in controuerſiam ducitur. *l. 17. D. depoſ. l. 39. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Sic DEPONERE arcam in aede: *l. 3. §. vlt. D. de donat.* cautiones hereditarias in aede ſacra: *l. 5. D. famil. erciſc.* corpus temporis gratia: *l. 40. D. de religioſ.* epiſtolam in aede ſacra: *l. 77. §. 26. D. de legat. II.* fructus: Paull. *Lib. V. ſent. tit. 36. §. 1.* DEPOSITVS apud ſequeſtrem homo: *l. 7. D. depoſ.* DEPONERE inſcriptionem: *l. 1. C. de his, qui accuſ.* libellos inſcriptionis: *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulr.* numos: *l. 3. D. de in lit. iur.* pecuniam in aedem: *l. 4. D. de ſtatulib. l. 7. §. 2. D. de min.* in aede ſacra: *l. 73. D. de procurat.* in publico loco conſignatam: *l. 64. D. de fideiuſſ.* DEPOSITA pecunia: *l. 3. D. de arb. tutel. l. 4. D. de reb. cred.* DEPONERE poenam; Paull. *Lib. V. ſent. tit. 33. §. 2.* pretium ſerui: *l. 1. §. 18. D. de quaeſt.* DEPONITVR puer praetextatus apud matrem: *l. 3. §. vlt. D. de lib. exhib.* DEPOSITAE apud aliquem rationes: *l. 28. D. de adqu. vel omitt. hered.* DEPONERE in aedem ſacram res priuatorum: *l. 5. D. ad leg. Iul. pecul.* rem ablatam: *l. 16. in fine D. de offic. praeſ.* res apud officium: *l. 7. §. vlt. D. qui ſatisd. cog. l. 11. §. 1. D. ad exhib.* apud ſequeſtres: *l. 21. §. vlt. D. de adpell.* tabulas in aede: *l. 4. D. fam. erc.* in aede ſacra: *l. vlt. D. de tab. exhib.* apud aliqoem: *l. 3. §. 1. D. de tab. exhib.* apud amicum: *l. 5. D. famil. erciſc.* DEPOSITAS apud ſe tabulas teſtamenti. *l. 41. l. 42. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. DEPONERE, etiam ſignificat derelinquere et dimittere. DEPONERE adfectum et animum accuſandi: *l. 6. D. ad SC. Turpill.* animum agendi: *l. 13. D. eod. tit.* beneficium aureorum anulorum: *l. 2. D. de iur. aur. anul.* cingulum: *l. 2. C. vbi de hered.* conſulatum; Valer. Max. *Lib. II. Cap. 7.* honorem: *l. 18. D. ad mnnicip.* imperium: *l. 1. l. vlt. D. de offie proconſ. l. 1. D. de offic. praeſ. Aug.* lugubria: *l. 8. D. de his, qui not. infamia.* officium: *l. 5. §. 2. D. depoſ. l. 38. l. 65. D. de [illegible]t. nupt. l. 6. C. de nupt. l. 3. C. de probat. l. 1. §. 9. D. de leg. Cornel. de falſ. l. 3. §. 6. D. de ſuſp. tut. l. 39. §. 6. D. de admin. et per. tut.* (vbi tamen non legitur: DEPONERE, ſed DETRECTARE officium. HEIN.) *l. 5. D. quando ex fact. tut.* poſſeſſionem: *l. 34. D. de adquir. poſſeſſ.*

ſeſſ. poteſtatem: Val. Max. *Lib. V. Cap. 8.* praefecturam et imperium: *l. 1. l. vlt. D. de offic. proconſ. l. 1. D. de offic. praef. Aug.* prouinciam: Cic. *Lib. V. ad familiar. Epiſt. 2.* ſollicitudinem: *l. 21. C. ad leg. Iul. de adult.* tutelam. *l. 11. §. 2. D. de min. l. 40. l. 41. D. de excuſat. l. 31. §. 3. D. eod. tit.* ¶. 3. DEPONERE, etiam demoliri, deſtruere, ad aream redigere, et ſolo aequare, ſignificat. DEPONERE aedes: *l. 23. D. de vſurpat.* aedificium: *l. 6. D. ſi ſeruit. vindic. l. 17. l. 31. D. de ſeru. praed. vrban. l. 4. §. 3. D. fin. regund. l. 2. C. de aedif. priuat.* arboris ramos: *l. 17. D. de ſeru. praed. vrb.* domum: *l. 2. C. ad leg. Aquill.* parietem: *l. 8. D. ſi ſeruit. vindic.* partes: *l. 18. §. 11. D. de damn. inf.* tigna de aedibus. *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.*
¶. 4. DEPONERE, pro deminuere. DEPONERE de patrimonio ſuo. *l. 5. §. 1. D. de donat. int. vir. et vx.*

DEPOPVLARI. DEPOPVLARI hereditatem. *l. 1. §. 1. D. ſi is qui teſt. lib.* [Actiue etiam dixit Hirt. *de bello Hiſp. Cap. XLII. Pompeius prouinciam veſtro impulſu* DEPOPVLAVIT.]

DEPORTARE in inſulam: *l. 2. §. vlt. D. de bon. eor. l. 5. l. 9. §. vlt. D. de quaeſtion. l. 2. §. 1. l. 4. l. 17. D. de poen. l. 1. C. eod. tit. l. 6. D. de interd. et relegat.* Inde exſul dicitur DEPORTATVS, *l. 1. §. vlt. D. de bon. poſſ. contr. tab.* vel DEPORTATVS in inſulam: *l. 77. §. 4. D. de legat. II. l. 18. §. 1. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 17. §. 5. D. ad SC. Trebell.* Vetus Gloſſarium: DEPORTATVS: *ὁ ἐν νήσῳ περικεκλεισμένος, inſulae incluſus.* Et rurſus: *ὁ διηνεκῶς ἐξόριστος, in perpetuum extorris.* DEPORTATA mulier: *l. 5. D. de bon. damnat.* DEPORTATOS autem eos accipere debemus, quibus princeps inſulas adnotauit, vel de quibus DEPORTANDIS ſcripſit. Ceterum priusquam factum praeſidis princeps comprobet, nondum amiſiſſe ciuitatem videntur. *l. 1. §. 3. D. de legat. III.* ¶. 2. DEPORTARE, portare, transferre. Clam DEPORTARE fructus. *l. 61. §. 8. D. de furt.*

DEPORTATIO, poena fuit relegatione grauior: qua damnati in inſulas deportabantur, et ciuitatis iura amittebant. Ex quo *ἀπόλιδες* effici, et ad peregrinitatem redigi, dicuntur. *l. 17. D. de poen. l. 10. §. 6. D. de in ius voc. l. 1. §. 2. D. de legat. III.* Georg. Pachymer. in *paraphraſi Epiſt. vlt.* B. Dionyſii: *ἐπὶ τὴν νῆσον ἐξορία παρὰ Ῥωμαίοις κεφαλικὴν τιμωρίαν ἐμιμεῖτο, καὶ οὐ δύναται ὁ ἄρχων τὴν νῆσον ὀνομάζειν, εἰ μὴ ὁ βασιλεὺς μόνος. In inſulam deportatio apud Romanos eſt poena, capitali ſimilis, dicta* DEPORTATIO. *Neque inſulam nominare licebat magiſtratui, ſed ſoli Principi.* Subdit, D. Ioannem, euangeliſtam, DEPORTATVM, id eſt, *εἰς νῆσον ἐξόριστον.* Vid. *Apocalypſ. I, 9.* DEPORTATIO ergo in locum aquae et ignis interdictionis ſucceſſit, *l. [illegible] D. ad leg. Iul. pecul. l. 2. §. 1. D. de poen.* vt alias plenius dixi. Immo non in locum aquae et ignis interdictionis ſucceſſit, ſed ei acceſſit. Quum enim antea interdicti vel exſules libere vagarentur, et ſibi, quamcumque liberet, ciuitatem, exſilii locum, eligerent, ea vero res non videretur periculo carere: primus Auguſtus, ſuadente Liuia, eos, quibus aqua et igni interdictum eſſet, catenis vinctos in inſulas iuſſit deportari, ceu rem pluribus refert Dio Caſſ. *Lib. LV. p. 562.* Vid. Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 47. ſequ.* HEIN. [Hinc DEPORTATIO aeterna: *l. 6. §. 1. in fin. C. vnde vi.* exſilium, quod eſt vice DEPORTATIONIS. *l. 14. §. 3. D. de bon. libert.*

DEPOSCERE. DEPOSCIT cauſſa. *l. 11. D. de poen.*

DEPOSITARIVS, *l. 1. §. 36. in fin. D. depoſ. l. 9. C. de vſur.* id eſt, is, penes quem depoſitum eſt, vt eſt in *l. 29. D. depoſ.* ¶. 2. DEPOSITARIVS tamen etiam aliquando pro deponente, vel depoſitore accipitur. *l. 7. §. vlt. D. depoſ. l. 24. D. de reb. auct. iud. poſſid.*

DEPOSITIO, pro depoſito. *l. 1. l. 2. §. 22. l. 5. §. vlt. l. 17. §. vlt. D. depoſ. l. vlt. §. 1. D. vt legator. ſeu fideicommiſſ. l. 2. §. 24. D. vi bon. rapt. l. 9. §. 3. D. de dol. mal.* DEPOSITIO pecuniarum. *l. 5. l. 7. §. 3. §. 7. §. 10. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 1. §. 2. et §. 22. l. 5. §. vlt. D. depoſ.*
¶. 2. DEPOSITIO pro repoſitione. Ita theſaurus eſt vetus DEPOSITIO pecuniae. *l. 31. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* ¶. 3. DEPOSITIO, demolitio, priuatio. DEPOSITIO aedificii: *l. 9. §. 2. D. quod met. cauſſ.* DEPOSITIO dignitatis. *l. 8. D. de poen.* ¶. 4. DEPOSITIONES teſtium, id eſt, atteſtata. *l. 3. C. ſi min. ſe maior.*
¶. 5. [DEPOSITIO patrimonii, in *l. 3. §. 2. D. de ann. legat.* id eſt, quantitas, ſeu conditio patrimonii, vt ex ſequente *§. 3.* patet.] Immo ibi legendum videtur vel POSITIONE, quemadmodum in *§. 3. pro poſitione patrimonii*, vel, vt alii, *diſpoſitione.* Prius tamen ego quidem malim. HEIN.

DEPOSITOR, deponens, vel qui depoſuit. *l. 1. §. 37. D. depoſ.*

DEPOSITVM eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt, ex eo, quod deponitur. Particula enim DE auget poſitum, vt oſtendatur, totum eius fidei commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. *l. 1. D. depoſ.* Hinc in DEPOSITO eſſe dicitur pretium: *l. vlt. D. de requir. et abſ.* [*l. [illegible] §. 5. D. de pecul. leg.*] item ſubſtantia: *l. 78. §. 1. D. ad SC. Trebell.* in DEPOSITI cauſſa eſſe: Paull. *Lib. V. Sent. tit 36. §. 1.* pro DEPOSITO apud aliquem eſſe: *l. 8. §. 5. D. de pecul. legat.* In vel pro DEPOSITO habere pecuniam: *l. 11. §. 13. D. de legat. III.* pretium: *l. 5. §. vlt. D. vt legator. vel fideicomm.* In DEPOSITI cauſſa habere: *l. 2. C. de vſur. l. 5. C. de adminiſtr. tut.* DEPOSITVM abnegare: *l. 1. D. de furt.* denegare: Tertull. *Apologet. Cap. XLVI.* inficiari. *l. 67. D. eod. tit.*

[DEPRAEDARI. *l. 1. §. 1. D. de abig.* De eo verbo vide Langl. *Lib. VIII. Semeſtr. Cap. I. p. 492.*]

DEPRAEDATIO. *l. 1. C. Theod. de re milit.* [Facultatem DEPRAEDATIONIS dare. *l. 9. C. de re milit. Lib. XII. tit. 36.*]

DEPRE-

DEPRECARI, valde precari: *l. 14. C. de pact.* [Catull. *Epigr. LXXXVII.* Plaut. *in Aſinar. Act. V. ſcen. 2. v. 96.*] DEPRECARI iuſte; *l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur.* veniam delicti: *l. 37. D. de minor. l. 3. C. de his qui ſibi adſcrib.* [Aliquando tamen DEPRECARI eſt precari, ne quid fiat, adeoque *precari* et DEPRECARI opponuntur: vt apud Ouid. *Lib. I. ex Ponto epiſtol. 2.*

Saepe precor mortem: mortem quoque DEPRECOR *idem.*]

DEPRECATIO actorum: *l. 6. C. Theod. de accuſ. et inſcript.* [id eſt, deſiderium vel libellus, preces, principi oblatae, pro edendis ſeu exhibendis actis, vti interpretatur Iac. Gothofred. *in Not. ad illam l. 6*] ¶. 2. [Alias DEPRECATIONIS vocabulum non querelam, vel libellum ſupplicem quemuis, ſed veniae vel indulgentiae poſtulationem ſignificat.] Hinc DEPRECATIO delicti: *l. 17. §. 5. D. de Aedilit. edict.* DEPRECATIO poenae. *l. 45. D. de admin. et peric. tut. l. 37. D. de minor.* Huic vocabuli notioni ſoli intentus, Iac. Gothofredus *in Diſſ. de imper. mar. Cap. I. p. 3.* reprehendit interpretem, qui in *l. 9. D. de leg. Rhod. de iact.* Graecum ἀξίωσις verterit DEPRECATIONEM, quum libellus iſte Eudaemonis nullam complectatur veniae precationem. At ſi DEPRECATIO quemuis libellum ſupplicem, ſeu ἀξίωσιν ſignificat, ceu ipſe ad Codicem Theodoſianum *d. l. 6. de accuſat.* notauit: neſcio, cur ferenda illa verſio non ſit in *l. 9. D. de leg. Rhod.* Recte ergo V. A. Corn. van Bynkersh. *ad d. l. 9. Cap. II. p. 275.* verſionem illam huic κρίσει Gothofredi praeferendam, exiſtimat. HEIN.

DEPREHENDERE, inuenire. *l. 1. §. 12. D. ad SC. Tertull.* Hinc DEPREHENDERE dicitur iudex: *l. 7. §. 1. D. de hered. petit.* DEPREHENDITVR, quem proximum locum obtinere: *l. 1. §. 7. D vnde cognati.* DEPREHENDI cauſſa cognita: *l. 44. D. de minor.* Quod alterius apud alterum ſine cauſſa DEPREHENDITVR: *l. 66. D. de condict. indeb.* Nulla DEPREHENDITVR culpa: *l. 55. in fin. D. de fideic. libert.* Si culpa eorum nimia DEPREHENDATVR: *l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor.* DEPREHENDVNTVR multa huiusmodi: *l. 28. D. ad leg. Aquill.* [Omnia, quae ibi DEPREHENDVNTVR: *l. 34. pr. D. de pign.*] DEPREHENDERE pecus alienum in ſuo agro: *l. 39. §. 1. D. ad leg. Aquill.* DEPREHENDI in poteſtate: *l. 21. §. vlt. D. de noxal. act.* DEPREHENDERE rem: *l. 20. D. depoſ.* tempus deprehendi poterit: *l. vlt. D. qui ſine manumiſſ.* Si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum DEPREHENDERIS. *l. 22. D. quod vi aut clam.* ¶. 2. DEPREHENDERE, pro adprehendere. Sic DEPREHENDI dicuntur fugitiui: *l. 4. D. de fugitiu.* DEPREHENSA a domino poſſeſſio: *l. 10. D. de condict. furt.* DEPREHENDI rei: *l. 4. C. de pign. act.* ¶. 3. DEPREHENDERE, in delicto opprimere. Sic DEPREHENDI in adulterio. Terent. *Eunuch. Act. V. ſcen. V. v. 18.* *Quis homo pro moecho vmquam vidit in domo meretricia* DEPREHENDI *quemquam?* Et ita DEPREHENDI intellige apud Horat. *Lib. I. Serm. ſat. II.* Quinctil. *Lib. VIII.* *Qualem exiſtimas eum, qui in adulterio* DEPREHENDITVR? Sic DEPREHENSVS adulter: *l. 30. D. ad leg. Aquill. l. 10. D. de condict. furt.* in adulterio: *l. 4. D. de condict. ob turp. cauſſ. l. 37. D. de minor. l. 2. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* DEPREHENSA ancilla: *l. 1. C. vbi cauſſ. ſtat.* Hinc DEPREHENSI, abſolute, pro in adulterio deprehenſis. *l. 4. C. ad leg. Iul. de adult.* Auſon. *Epigr. XCII.*

Quum dabit vxori molitor tuus, et tibi adulter.
Quantum DEPRENSI *damna pudoris emunt.*

id eſt, quanti ſolent ſe redimere in adulterio deprehenſi. Sic et: DEPREHENDERE in calumnia: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpillian.* in facinore: *l. 96 D. de verb. oblig.* in flagitio: *l. 7. D. quod met. cauſſ.* in furto: *d. l. 7.* DEPREHENSVS fur. *l. 4. D. ad leg. Aquill. l. 10. D. de condict. indeb.*

DEPREHENSIO, *l. 43. D. de rit. nupt.* id eſt, deprehenſio in adulterio. DEPREHENSIO furis. *l. 7. D. de furt.*

DEPRESSVS, A, VM. humilis, humile. DEPRESSIOR aqua: *l. 1. §. 1. D. ne quid in flum. publ.* DEPRESSVS locus. *l. 1. §. 1. D. de riu.*

DEPRETIATVM, in *l. 22. D. ad leg. Aquill.* dicitur, quod pretio minutum, et vilius factum eſt, vt in *l. 27. §. 17. D. ad leg. Aquill.* Vtitur hoc verbo et Tertullian. *Lib. IV. adu. Marcion. Cap. 29. et Lib. de Spectac. Cap. XXII.* Immo et *de fuga in perſequ. Cap. X. de anima Cap. XXIV. ad nation. Cap. X. Apolog. Cap. XLV.* HEIN. Iſidor. *Lib. X. Orig.* DEPRETIATVS *dicitur, quod ſit vilis nec aliquo pretio dignus.* At Gloſſarium: DEPRETIATOS ἐλαττωθέντας vertit. Et hoc interpretatio illa rectior eſt.

DEPRIMERE, humilius reddere, demergere. Hinc opponuntur: DEPRIMERE aedificium, et tollere: *l. 17. D. de ſeruit. vrban. praed.* DEPRIMERE, et adleuare riuum: *l. 11. D. commun. praed.* DEPRESSA in cella vinaria dolia: *l. 3. §. vlt. D. de trit. vin. ol.* DEPRIMERE locum: *l. 1. §. vlt. D. vt in flum. publ.* DEPRESSA nauis: *l. 6. l. 7. D. de leg. Rhod.* Hirt. *de bell. Alexandr. Cap. XVI. Capitur hoc praelio quinqueremis vna, cum defenſoribus ſuis remigibusque, et* DEPRIMVNTVR *tres.* et alias *eodem libro Cap. XX. Pars nauium multitudine hominum atque onere* DEPRESSA *eſt.*

DEPROPERARE, properare, feſtinare. *l. vn. in fine C. de nou. op. nunc. l. 2. §. 18. C. de vet. iur. enucl. l. 31. C. de epiſc. audient.* Vſi eodem verbo Plaut. *in Poenul. Act. I. ſcen. 2. v. 108.* Horat. *Lib. II. Carm. od. 7.* et alii auctores optimi. HEIN.

DEPVGNARE cum beſtiis. *l. 1. §. 6. D. de poſtul.*

DEPVTATI domeſticorum equitum et peditum, in *Notitia Rom. imperii* memorantur. ¶. 2. DEPVTATI *fabricae*, in *Nouell. LXXXV. Cap. I.*

DER.

Cap. I. in qua ita eſt: Ἀλλ' ὐδὲ τοῖς ἐν τοῖς ἀριθμοῖς συγκαταλεγομένοις, οὓς ὁπλοποιὺς καὶ ΔΕΠΟΤΤΑΤΟΥΣ καλῦσι. *Sed nec illis, qui in numeros relati ſunt, quos armorum artifices, et* DEPVTATOS *vocant.* Plane Leo Imperator *in libro de bellico adparatu Cap. III. et Cap. XI* ΔΕΠΟΤΤΑΤΟΥΣ antiquis temporibus adpellatos ait, qui ſuis temporibus σκρίβωνες dicantur, οἵτινες παρακολυθῦντες τῇ παρατάξει τὺς ἐν τῇ μάχῃ τραυματιζομένυς ἀναλαμβάνονται, ὡς ἰατροὶ, καὶ περιποιῦνται. *Qui ſequuti aciem, in praelio vulneratos ſuſcipiunt, tamquam medici, eosque ſeruare ſtudent.* ¶. 3. DEPVTATI ſacrae veſtis: *l. 7. C. de palat. ſacrar. larg.* DEPVTATI in villis. *l. 3. §. 6. D. de pen. leg.*

DER.

DERELICTVM. Pro DERELICTO habet, qui rem omnimodo a ſe reiicit. *l. 36. D. de ſtipul. ſeru.* Vetus Gloſſarium: PRO DERELICTO, τὸ ἀπολελειμμένον πρᾶγμα, ὃ καταλείπει ὁ δεσπότης οἰκείᾳ γνώμῃ. *res veluti abdicata, quam dominus vltro derelinquit.* Sane pro DERELICTO habetur, quod ea mente abiicit dominus, vt illud in numero rerum ſuarum eſſe nolit, quodque ita deſerit, vt eius dominium ad ſe pertinere nolit. *§. pen. Inſt. de diuiſ. rer.* et *tit. D. pro derelict.* Non enim poteſt id videri pro DERELICTO habitum, quod ſalutis cauſſa interim dimiſſum eſt. *l. 21. §. 1. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* Et hinc, qui leuandae nauis gratia res aliquas proiiciunt, non hanc mentem habent, vt eas pro DERELICTO habeant. *l. 2. §. vlt. l. 9. D. ad leg. Rhod. de iact.* Denique an pro DERELICTO habeatur ſeruus, quem dominus in capitali cauſſa reum non defendit, vid. *l. 9. D. de publ. iud.* Sed et DERELICTVM, et *deperditum* differunt. *l. 21. §. 1. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* Sic: pro DERELICTO habere aedes: *l. 7. §. vlt. l. 15. §. 21. D. de damn. infect.* arborem: *l. 2. §. 40. D. ne quid in loc. publ.* opus: *l. 1. D. eod.* res: *l. 46. D. de furt. l. 43. §. 10. D. eod. tit.* ſeruum. *l. 38. D. de noxal. act. l. 21. D. qui ſine manum.* Non eſt in DERELICTO. *l. 21. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Eo genere loquendi vſi ſunt et Cicero *ad Attic. Lib. VIII. Epiſt. I.* et Plaut. *in Truculent. Act. IV. ſcen. vlt. Ne quaſi pro* DERELICTO *ſis habiturus.* Iuſtinianus *Nouell. XXII. Cap. 12.* Καὶ κατὰ τὸν ὡσανεὶ pro DERELICTO τίτλον, ἑαυτῶν, ἀλλ ὐχ' ἑτέρυ ὄντες. *Et quaſi ex titulo pro derelicto ſui, non alieni, exſiſtentes.*

DERECTARIVS: vid. infra DIRECTARIVS.

DERELINQVERE. DERELICTA accuſatio: *l. 26. D. ad leg. Iul. de adult.* DERELINQVERE aedificium: *l. 45. D. de vſurp. l. 15. §. 35. D. de damn. infect.* bona: *l. 2. D. de ſent. paſſ.* curationem: *l. 8. D. ad leg. Aquill.* fundum: *l. 9. D. quod met. cauſſ.* DERELINQVERE hereditatem pro omittere: *l. 57. D. de adquir. vel omitt. hered.* DERELIQVISSE iniuriam cenſetur, qui ſtatim paſſus ad animum non reuocat: *l. 11. §. 1. D. de iniur.* DERELINQVERE litem: *l 8. §. 1. D. de inoffic. teſtam.* negotia: *l. vlt. D. vbi pupill. educ.*

DER. DES.

rem: *l. 10. §. 1. D. de neg. geſt. l. 6. §. 2. D. ſi ſeru. vindic. l. 43. §. 4. D. de furt.* rudera: *l. 7. §. vlt. D de damn. infect.* ſemiſſem: *l. 34. D. de bon. libert.* vſumfructum. *l. 61. §. 1. D. de vſufr.* DERELINQVENTIS animo iactare. *l. 43. §. 11. D. de furt.*

DERIDERE ſententiam. *l. 10. D. de negot. geſt.*

DERIPERE ex naufragio aliquid. *l. 7. D. de incend. ruin. naufr.*

DERISORIVS, A, VM. DERISORIVM legatum. *l. 71. D. de legat. I.*

DERIVARE aquam: *l. 29. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 1. §. 15. §. 22. D. de flum.* aquam de fundo: *l. 19. D. de ſeru. praed. ruſt.* DERIVANDAE aquae cauſſa. *l. 1. §. 1. D. de riu.*

DERIVATIO, proprie aquae. DERIVATIONES fluminum. *l. 1. D. ne quid in flum. publ.* ¶. 2. [DERIVATIO, pro etymologia vocabuli. Magiſtratus per DERIVATIONEM a magiſtris cognominatur. *l. 57. D. de verb. ſignif.* et ibi Cuiac.]

DEROGARE, verbum ad rogationes, quae fiebant in comitiis, pertinens. Hinc: DEROGARE iuri: *l. 77. §. 24. D. de legat. II. l. 1. D. de fer. l. 45. D. de diuerſ. reg. iur. l. 42. D. de op. libert. l. 15. C. famil. erciſc. l. 2. C. ſol. matr. l. 2. C. res inter al. act. l. 13. C. de teſtam. l. 2. C. de his, qui in prior.* Paull. *Sent. Lib. I. tit. I. §. 6. Priuatorum conuentio iuri publico non* DEROGAT. DEROGATVM iuri: *l. 6. C. de contr. emt.* DEROGARE legibus. *l. 1. D. ad leg. Aquill.* DEROGATVR vero legibus, quum pars primae legis tollitur. *l. 102. D. de verb. ſignif.* Vlpian. *Fragm. tit. I. §. 3.* Sic generi DEROGAT ſpecies: *l. 41. D. de poen. l. 80. D. de reg. iur.* DEROGANT, quae poſtea geruntur, prioribus: *l. 6. §. 2. D. de iur. codicill.* DEROGATVR priuilegiis, *l. 12. C. de excuſ. tut.* Vid. ſupra ABROGARE.

DEROGATORIVS, A, VM. DEROGATORIVM edictum. *l. 2. D. de ventr. inſpic.*

DES.

DESCENDERE, proprie, in profundum ſe demittere: vt DESCENDERE in puteum. *l. 3. D. de ſeru. corrupt.* ¶. 2. DESCENDERE etiam dicuntur alicuius ſanguine creti. DESCENDERE a conſulibus: *l. vlt. D. de ſenat.* ex filiis, nepotibus, pronepotibus: *l. 220. D. de verb. ſignif.* Qui non ex maſculis DESCENDVNT: *l. 5. D. de inoffic. teſtam.* DESCENDENTIVM gradus: *l. 61. D. de rit. nupt.* DESCENDENTES ex familia: *l. 2 C. quib. ad libert.* ex virili ſexu: *l. 1. §. 1. D. de Carbon. edict.* per virilem ſexum: *l. 3. D. de iniuſt. rupt. irrit. teſtam.* ex feminino: *l. 56. §. vlt. D. de verb. ſignif.* DESCENDIT per feminas naturalis cognatio. *l. 4. §. 2. D. de grad. et adfin.* ¶. 3. DESCEN-

SCENDERE etiam dicitur vocabulum deriuatiuum a primitiuo. Sic nomen iuris a iuſtitia DESCENDERE dicitur. *l. 1. princ. D. de iuſt. et iur.* ¶. 4. Sed et generatim, quidquid ab alio originem habet, ab eo DESCENDERE dicitur. Sic DESCENDIT actio ex lege: *l. 23. D. de rei vind.* DESCENDVNT ex adfectu cauſſae: *l. 16. D. de manum. vind.* coercitio ex ſententia; *l. 33. D. de poen.* ex iuſtis nuptiis cognatio: *l. 14. D. de rit. nupt.* condictio ex lege: *l. 28. D. ad leg. Iul. de adult.* contractus ex bona fide: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 7.* DESCENDIT crimen ex lege: *l. 29. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* ex ſcriptura legis; *l. 7. §. 1. D. eod. tit.* dolus ex contractu: *l. 7. §. 1. D. depoſ.* exceptio ex SC. Velleiano: *l. 8. C. ad SC. Vellei.* ex voluntate defuncti: *l. 17. C. de fideic.* iudicium ex bona fide: *l. 57. D. de contrah. emt.* ius ex legibus XII. tabularum. Vlpian. *Fragm. tit. XXVII. §. 5.* lucrum ex emtione venditione, locatione conductione: *l. 7. D. pro ſoc.* precarium ex iure gentium: *l. 1. D. de precar.* et ex liberalitate eius, qui precario conceſſit: *l. 8. §. 3. D. eod. tit.* DESCENDIT quaeſtus ex cuius opera: *l. 8. D. pro ſoc.* id eſt venit, vt in *l. 13. D. eod.*

¶. 5. DESCENDERE ad quid, id eſt, procedere, progredi. DESCENDERE ad actiones: *l. 1. D. de praeſcr. verb. l. 6. D. de in integr. reſtit.* DESCENDENDVM erit ad hanc clauſulam: *l. 26. §. 9. D. ex quib. cauſſ. maior.* DESCENDERE ad crimen: *l. 11. C. de accuſat.* ad definitionem: *l. 69. §. vlt. D. de legat. III.* DESCENDIT poena ad heredes: *l. vlt. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* DESCENDERE ad iodicium Seruianum: *l. 2. D. de Salu. interd.* ad SCum: *l. 11. D. de vſufr. ear. rer.*

DESCRIBERE, ſcripto exprimere. Sic: DESCRIPTO aſſe, id eſt, de quo ita ſcriptum, vt exhauſtus ſit: *l. 57. D. de hered. inſt.* DESCRIBERE bona, id eſt, inuentarium facere. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 12.* ¶. 2. DESCRIBERE, id eſt, exemplom ſumere ex authentico: Sic DESCRIBERE corpora inſtrumentorum: *l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſid.* rationes: *l. 8. D. famil. erciſc. l. 6. D. de edendo.* tabulas. *l. 1. D. quemadm. tab. teſt. aper. l. 52. §. 24. D. de furt. l. 4. §. vlt. D. famil. erciſc.* DESCRIPTVM et recognitum facere: *l. 3. D. fam. erciſc. l. 5. D. teſtam. quemadm. aper.* et in antiquis Inſcriptionib. DESCRIPTVM dare: *l. 4. §. vlt. D. de edend.* DESCRIBENDI facere copiam: *l. 1. §. 1. D. eod. tit.* poteſtatem: *l. 45. §. 6. D. de iur. fiſc. l. 10. §. 1. D. de edend.*

DESCRIPTIO: *Nouell. Theodoſ. de reuelat. adaerat. vel donat.*

DESECARE fructus. *l. 12. §. 5. D. de vſufr.* ſegetes. *l. 27. §. 25. D. ad leg. Aquill.*

DESERERE, negligere, derelinquere. DESERERE accuſationem: *l. 4. D. ad SC. Turpill. l. 3. C. vbi cauſſ. fiſc.* DESERTAE accuſationis poena: *l. 2. C. ſi reus vel accuſat.* DESERTA cauſſa adpellationis: *l. 6. C. quom. et quand.* DESERTVS ager: *Rubr. C. de omn. agr. deſ.* DESERERE conſoetudinem: *l. 5. §. 5. D. de adqu. rer. dom.* fundi culturam *l. 24. §. 2. D. de adquir. rer. domin.* ſerui, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per fugam DESERVERVNT. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 5. §. 8.* DESERERE excubias: *l. 10. D. de re milit.* exercitum; *l. 2. D. ad leg. Iul. maieſt.* habitationem: *l. 24. §. 2. D. locat.* imperium exercitumue populi Romani: *l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.* legationem: *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. D. de legat.* litem: *l. 11. D. iudic. ſolu.* litem inchoatam: *l. 54. §. vlt. D. de re iudic.* id eſt, *relinquere*, vt ait *l. 4. §. 8. D. de re milit.* Lis in iudicium deducta, et a reo DESERTA. *l. 31. §. 2. D. de negot. geſt.* DESERERE munus: *l. 9. C. de excuſ. tut.* negotium: *l. 10. D. de iudic. l. 22. §. 11. D. mand. l. vlt. D. vbi pupill. educ.* obſequium: *l. 2. C. qui pet. tutor.* officium: *l. 27. §. 2. D. mand.* poſſeſſionem: *l. 4. C. de adqu. poſſ.* praefectum centuriae, a latronibus circumuentum: *l. 6. §. vlt. D. de re milit.* praepoſitum ſuum: *l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* quaeſtionem iudicii publici: *l. 6. §. 3. D. de decurion.* querelam: *l. 21. D. de inoff. teſt.* DESERTO teſtamento, id eſt, deſtituto: *§. 8. Inſt. de hered. quae ab inteſt.* DESERERE vſumfructum. *l. 3. §. 14. D. de vi et vi arm.* vadimonium. Seneca *Lib. IV. de Benef. Cap. 39.* VADIMONIVM *promittitur, tamen* DESERITVR. *Non in omnem datur actio* DESERENTEM. Plin. *in praef. Hiſt. nat. ad Veſpaſian. Inſcriptiones, propter quas vadimonium* DESERI *poſſit.* Vtitur eodem genere loquendi Quinctilian. *Lib. III.* Et ita DESERERE dixit Paullus, *l. vlt. D. qui ſatisd. cog.* DESERTA promiſſio iudicii ſiſtendi cauſſa facta: *l. 4. §. 4. D. ſi quis caut. iudic. ſiſt. cauſſ. fact.* DESERTIONIS poena: *l. 5. D. eod. tit.* id eſt, quae promiſſioni iudicii ſiſtendi cauſſa adiicitur, committiturque ſi reus ad iudicium non venerit. [Qoid interſit inter DESERTVM *vadimonium* et DESERTAM *litem*, puta, iam conteſtatam, oſtendit Cuiac. *ad Nouell. LXIX.*] ¶. 2. DESERERE abſolute dicitur miles, dum aufugit. *l. 3. §. 9. l. 5. §. 1. D. de re milit.* [*l. 13. §. 5. D. eod. tit.* Sic et Seneca *Lib. II. de ira Cap. 10.* Neceſſaria venia eſt, vbi totus DESERVIT exercitus, qua lectione nullam aliam veriorem eſſe, moltis conductis ſimilibus exemplis oſtendit doctiſſimus Gronouius.]

DESERTIO, *l. 3. §. 6. l. 5. pr. et §. 9. l. 10. D. de re milit.* Deſertionis peccatum ſubit miles, ſi deſiſtat ab excubatione praeſidis, vel cuiusois praepoſiti. *l. 3. §. 6. D. de re milit.* In DESERTIONE eſſe: *l. 5. pr. §. 4. D. eod. tit.* Prima DESERTIO, *l. 5. §. 3. D. eod. tit.* DESERTIONIS poena. *l. 4. §. 13. D. eod. tit.* D. Ambroſ. *Lib. V. Hexaem. Cap. 16. Quis igitur illis poenam* DESERTIONIS *indixit? quis derelictae militiae ſupplicia praeſcripſit?* ¶. 2. [DESERTIO, pro deſerto vadimonio in *l. 5. §. 5. D. ſi quis caut. in iud. ſiſt.* vbi Cuiac. *in Paullo p. 889*] ¶. 3. DESERTIONIS periculum, in *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* eſt poena, in quam incidunt, qui ab accuſatione deſiſtunt, inſtitutumque crimen non peragunt.

DESERTOR in re militari dicitur, qui ſtationem ſuam deſerit, et prolixum tempus vagatur, diuque abeſt. *l. 3. §. 2. l. 4. §. pen. l. 5. D. de re milit. l. 1. C. de deſert. l. vlt. C. quib. ex cauſſ. ſeru. l. vlt. C. quand. lic. ſine iud.* Quinctil. *Lib. VII. Cap. 7.* Donat. *in Adelph. Terent. Act. III. ſcen. 4.*

ad illa verba: *Si tu* DESERIS *primus* DESERIS, ait, *proprie, quaſi patronus. Nam ſi ciuis,* DEFICIT, *parens,* PRODIT, *patronus,* DESERIT. *Plautus: Qui libertos habent, eos* DESERVNT. *Hinc milites, qui defenſores patriae eſſe deberent,* DESERTORES *eſſe dicuntur.* ¶. 2. DESERTOR accuſationis, qui ab accuſatione deſiſtit. *l. 1. §. 11. D. ad SC. Turpill.* DESERTOR ſtudiorum: *§. 2. Inſt. de iuſt. et iur.*

DESERTVS, A, VM. DESERTVS ager: *rubr. C. de omni agro deſert.* DESERTA praedia: *l. vlt. §. 27. D. de muner. et hon. l. 2. C. ſi propt. publ.* DESERTIORES partes prouinciae: *l. 7. §. 9. D. de interd. et releg.*

DESERVIRE. Qui certaminibus ſacris DESERVIVNT. *l. 4. D. de his, qui notantur infam.* Fundum Albanum, qui principalibus vſibus DESERVIT. *l. 39. §. vlt. D. de legat. I.* iumenta, quae vſibus patrisfamilias, et amicorum eius, vel agris DESERVIVNT: *l. 3. §. 7. D. de penu leg.* DESERVIENTIA voluptati praedia: *l. 198. D. de verb. ſignif.* [Hinc defendere poſſes lectionem vulgarem in *l. 1. §. 2. D. de dolo: Qui per diſſimulationem* DESERVIVNT, id eſt, commodant, non nocent.]

[DESES, piger, rerum ſuarum incurioſus. *l. 2. pr. l. 3. in fine C. de annal. praeſcr.*]

DESIDERARE eſt poſtulare et petere, et, vt vulgo in vſu forenſi loquimur, requirere. Hinc DESIDERARE improbe: *l. 32. D. de rei vind.* apud iudicem: *l. 33. D. de iudic.* libello. *l. 41. §. 7. D. de legat. I.* Ita DESIDERANTVR actio: *l. 5. §. 5. D. de his, qui effud. vel deiec.* auxilium: *l. 18. D. ex quib. cauſſ. maior.* cautio: *l. 69. §. vlt. D. de legat. II. l. 7. D. de vſufr. ear. rer. l. 20. D. de damn. inf.* vt caueatur ſibi: *l. 13. §. 11. D. eod. tit.* vt aduerſarius actione cedat: *l. 63. D. de rei vindic.* a principe, conditionem ſibi remitti: *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.* vt decernatur: *l. 34. D. de neg. geſt.* vt diſtrahi ſibi permittatur: *l. 41. §. 7. D. de legat. I.* vt inter ſe et fideiuſſorem diuidatur obligatio: *l. 27. §. vlt. D. de fideiuſſ.* DESIDERATVR editio ab argentario: *l. 6. D. de edend.* DESIDERARE emancipari: *l. 32. D. de adopt.* a liberis exhiberi: *l. 1. §. 1. D. de off. praef. vrb.* interdictum: *l. 40. D. de procurat. l. 1. §. 1. D. de lib. exhib. l. 3. §. 11. D. de lib. hom. exhib.* per interdictum: *l. 1. §. 1. D. de ventr. inſpic.* a praetore, vt liberetur: *l. 15. D. de damn. infect.* mandari ſibi actiones: *l. 1. §. 18. D. de tutel. et rat. diſtrah.* mutuam pecuniam: *l. 4. D. de reb. credit.* a praeſide in poſſeſſionem mitti: *l. 4. §. 9. de damn. infect.* praeiudicium: *l. vlt. D. ſi libert. ingen.* pretium: *l. 22. D. de hered. petit.* promi ſibi rationes: *l. vlt. C. de edend.* rationes: *l. 3. §. 14. D. ad exhib.* reſtitui: *l. 11. §. 2. l. 13. §. vlt. D. de min. l. 2. §. 3. D. de iudic.* reſtitutionem: *l. 3. §. 1. D. de min.* in integrum reſtitutionem. *l. 34. §. vlt. D. de minor.* DESIDERARE ſatis: *l. 35. §. vlt. D. de procurat.* ſibi ex iudicatione ſatisfieri: *l. 30. D. de procurat.* vt arbiter dicat ſententiam: *l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr.* ſumtus: *l. 27. D. de negot. geſt.* tabulas exhiberi: *l. 3. §. 10. D. de tab. exhib.* DESIDERAT pars fundi vſum aquae. *l. 25. D. de ſeru. praed. ruſt.* DESIDERAT hominum natura. *l. 32. D. depoſ.*

DESIDERIVM, pro libello, poſtulatione, precibus, et, vt craſſius et pinguius dicam, *requeſta. l. 4. §. 5. l. 9. §. 4. D. de offic. proconſ. l. 1. §. 2. D. de poſtul. l. 11. D. de offic. praeſid. l. 15. D. de in ius voc. l. 52. §. vlt. D. de pact. l. 3. D. de adpell. recip. l. 22. D. de hered. petit. l. 5. §. 1. 2. D. de adgnoſc. et al. lib. l. 85. l. 86. §. vlt. D. de diuerſ. reg. iur. l. 3. C. de poſtul. l. 2. C. de error. aduoc.* Sueton. *in Auguſt. Cap. LIII. Promiſcuis ſalutationibus admittebat et plebem, tanta comitate adeuntium* DESIDERIA *excipiens, vt quemdam corripuerit, quod ſic libellum porrigeret, quaſi elephanto ſtipem.* Sic idem hoc vocabulo vſus eſt Sueton. *in Aug. Cap. XVII.* In primis vero eo delectati videntur Plinius et Tacitus: quorum ille *in Panegyr. Cap. LXXIX: Videmus, vt prouinciarum* DESIDERIIS, *vt ſingularum etiam ciuitatum precibus occurras.* Hic *Lib. I. Annal. Cap. 26. Tiberium olim* DESIDERIA *legionum fruſtrari ſolitum.* Et *Lib. I. Cap. 19. Non per ſeditionem et turbas* DESIDERIA *militum ad Caeſarem ferenda.* HEIN. Hinc: DESIDERIO carere: *l. vlt. C. vt lit. pend.* DESIDERIO complecti: *l. 3. C. de poſtul.* iuſto DESIDERIO conſuli: *l. 23. D. de excuſ.* iuſtum DESIDERIVM eius, a quo pecunia petitur: *l. 6. C. de edendo.* DESIDERIO mederi: *l. vlt. D. de mort. infer. l. 11. C. de nupt.* DESIDERIVM poſtulantium: *l. 4. D. de duob. reis.* DESIDERIA prouincialia: *l. 11. D. de offic. praeſ.* [DESIDERIA pulſantium. *l. 2. C. de decan. Lib. XII. tit. 23.*] ¶. 2. DESIDERIVM, voluntas. [Sic DESIDERIA morientium. *l. 4. C. de nat. lib.*] ¶. 3. [DESIDERIVM in *l. 1. C. Theod. Lib. XV. tit. 7.* de eo vſurpatur, qui extrema ſuffragia, id eſt, baptiſmum vel euchariſtiam in extremo vitae ſuae termino poſcit. Vnde et DESIDERATA pro ipſo ſacramento accipiuntur, idque ideo, quod Catechumeni, qui toto κατηχήσεως tempore ſacra ſynaxi, ſeu κοινωνίας excludebantur, diem illum τῆς κοινωνίας diem illum multis votis ac deſideriis proſequerentur, quod conductis ex patribus teſtimoniis variis oſtendit Iac. Gothofredus, ὁ πάνυ, *in Not. ad d. l. 1.*]

DESIDIA, id eſt, negligentia. *l. 26. §. vlt. D. de noxal. act.* [Hinc iunguntur *culpa*, ſeu DESIDIA, ac negligentia: *§. 3. Inſt. quib. mod. re contr. oblig. l. 72. D. pro ſoc.* DESIDIA in damnum reuerti: *l. vn. in fine C. ad SC. Claudian.* [DESIDIA derelictum: *l. vlt. C. de oper. publ.* DESIDIA vel dolo prodere, ſuperſedere: *l. vlt. C. de adquir. vel retin. poſſeſſ.* Simplicitate gaudens, et DESIDIAE deditus. *l. 25. §. 1. D. de probat.*] Per hos DESIDIAE *deditos* intelligi clericos et monachos, putat etiam Merill. *Lib. VIII. Obſeru. Cap. 20.* Hi enim *ignauiae ſectatores* adpellantur etiam a Valentiniano et Valente Imperatoribus. *l. 63. C. Theod.* et *l. 26. C. de decurion.* Quamuis ergo a iure non ſit aliena haec interpretatio, nec cauſſa fuerit Merillio et aliis, Triboniano maleuolentiam expro-

exprobrandi: nihil tamen impedit, quo minus hic per *ſimplicitate gaudentes et deſidiae* deditos quosuis rudes, inertes, ac ſomnolentos homines, non ſolos clericos et monachos, intelligamus, ceo obſeruauit V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. VIII. Obſ. Cap. 25. p. 570.* HEIN.

DESIGNARE, indicare, deſcribere, demonſtrare. Vnde iunguntur DESIGNARE, et certum ſpecialiter dicere. *l. 7. D. de iniur.* Hinc DESIGNARE rem ſuo nomine, ſuaque ſpecie: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 32.* §. 22. Perſonae naturaliter DESIGNANTVR: *l. 7. D. de cap. minut.* DESIGNARE ſeruum: *l. 3. §. 7. D. ad exhib.* DESIGNATA quantitate: *l. 3. C. de falſ. cauſſ.* DESIGNANDVS locus: *l. 3. D. de acuſ.* In hac actione DESIGNARI oportet, cuius dolo factum ſit: *l. 15. §. vlt. D. de dol.* quis metum adhibuerit. *l. 14. §. 3. D. quod met. cauſſ.* ¶. 2. DESIGNARE, deſtinare. Pater Seuerinam cognati nuptiis teſtamento DESIGNAVIT. *l. 101. D. de condit. et demonſtr.*

DESIGNATOR, quem Graeci βραβευτὴν adpellant, arbiter certaminum. *l. 4. D. de his, qui not. infam.* Verbo Graeco vſus et Sueton. *in Neron. Cap. LXXXIII.* Donat. *in Adelph. Terent. Act. I. ſcen. 2. v. 7.* DESIGNATORES, ait, *dictos eos, qui ludis funebribus praeerant, ob eam,* vt exiſtimat, *cauſſam, quod multa fierent noua, et ſpectanda ſimul, vt turba retineretur.* Horat. *Lib. I. Epiſt. 7. v. 6.*

DESIGNATOREM *decorat lictoribus atris.*

Vbi vetus Interpres: DESIGNATORES, inquit, *dicuntur, qui ad locum Libitinae funebria praeſtanda conducuntur, vt defuncti cum honore efferantur. Aliter* DESIGNATORES *ſunt funerum mancipes et ordinatores. Nam* DESIGNARE eſt ordinare. Vnde et, qui loca in theatris ſpectatoribus diſtribuebant, DESIGNATORES dicebantur. Seneca *de Beneſ. Lib. VI. Cap. XXXVIII. Et ceteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas habere eadem, quae* DESIGNATORES *et libitinarios vota?* Tertullian. *de Spectac. Cap. X.* DESIGNATOREM *funerum* ARBITRVM, vocat. ☞ Fruſtra dubitatur, an omnes generatim βραβευταὶ recte ab Vlpiano dicti ſint DESIGNATORES, nec ſine temeritate hic iuriſconſulto exprobratur ignorantia ab Alciato *in tit. C. de decur.* et Alexandro ab Alex. *Genial. Dier. Lib. VI. tit. 19.* Quis enim Vlpianum credat mores ſuorum temporum, de quibus ibi loquitur, ignoraſſe? Scholiaſtes ſane Horatii vtriusque generis deſignatores iungit, nec de funebribus DESIGNATORIBVS loquitur Plaut. *in Poenuli prol. v. 18.* dum ait:

Neu lictor verbum. aut virgae mutiant:
Neu DESIGNATOR *praeteriens obambulet.*

Addatur Iac. Nicol. Loenſ *Miſcell. Epiphill. III, 25.* HEIN.

DESINERE, non amplius eſſe, vel aliquid facere, vel pati. Hinc DESINERE eſſe non videtur, quod nec incepit. *l. 96. D. de condit. et demonſt.* DESINERE tamen *pertinere vſumfructum*, quod ad ſtipulationem attinet, qua cauet fructuarius, ſe reſtituturum rem, quum vſusfructus ad eum pertinere DESINET, accipimus, etiamſi nec coeperit pertinere, quum legatus eſſet. *l. 1. princ. l. 3. §. 1. D. vſufr. quemadm. cau.* ¶. 2. Ita DESINIT quis abeſſe: *l. 45. D. de excuſſ. l. 4. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 38. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 1. C. de profeſſ. l. 3. l. 4. C. de reſtitut. l. 1. C. in quib. caſib.* Vlpian. *tit. XVI. §. 1.* DESINIT abeſſe res, quum ſic redit in poteſtatem noſtram, ne amittere eius poſſeſſionem poſſimus, ob hoc, quod furto pridem ſubtracta eſt: *l. 13. in fine D. de verb. ſignif.* DESINVNT eſſe ager: *l. 7. §. 5. D. de adqu. rer.* agere poſſe: *l. 26. §. 5. D. ex quib. cauſſ. mai.* actio competere: *l. 35. D. de neg. geſt.* aequum eſſe: *l. 34. D. de obl. et act.* arbiter, *l. 19. §. vlt. l. 21. D. de recept. arbitr.* adgnatus: *l. 7. D. de capit. min.* facere argentariam. *l. 4. §. 5. D. de edend.* exercere artificium. *l. 22. D. de oper. libert.* ¶. 2. DESINVNT bona caſtrenſia: *l. 90. D. de adquir. vel omitt. hered.* ¶. 4. DESIIT eſſe ciuis: *l. 5. §. vlt. D. de captiu. l. 16. §. 1. l. 23. D. ad municipal.* ciuitas: *l. 21. D. quib. mod. vſusfr.* in ciuitate: *l. 1. l. vlt. §. 2. D. de adſign. libert. l. 3. D. de alim. vel cibar. leg.* res communis: *l. 36. D. commun. diuid.* compos mentis. *l. 24. §. vlt. D. de obl. et act.* ¶. 5. DESINERE debere: *l. 58. D. de pact.* eſſe decurio: *l. 9. §. 11. D. de poen.* DESIIT eſſe dominus: *l. 7. §. 10. D. de adqu. rer. dom. l. 66. §. 1. D. de legat. II. l. 24. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 1. §. 9. D. ſi quadrup. l. 2. D. de noxal. act.* DESINVNT res domini eſſe: *l. 2. D. pro derelict. l. 18. §. vlt. D. de re milit.* eſſe dotalis fundus: *l. 56. §. 3. D. de iur. dot.* DESIIT dubitari: *l. 7. §. vlt. D. quod vi aut clam.* duci aqua: *l. 36. D. de ſeru. praed. ruſtic.* ¶. 6. DESINIT res eius eſſe. *l. 69. D. de vſufr.* ¶. 7. DESINIT facere poſſe: *l. 35. D. de neg. geſt.* fluere: *l. 2. §. 13. D. ne quid in loc. publ.* furere: *l. 10. §. 1. D. de teſtam. tut.* res eſſe furis ſine dolo malo. *l. 14. D. de condict. furtiu.* ¶. 8. DESINIT eſſe grex. *l. 22. D. de legat. I.* ¶. 9. DESINERE habere: *l. 3. §. vlt. D. quae in fraud. l. 1. §. 10. D. de dote praeleg. l. 3. D. de vſu et vſufr. leg. l. 1. D. de diſtr. pign. l. 2. D. de precar.* habere animum: *l. 5. §. 5. D. de adqu. rer. domin.* habere ius: *l. 7. D. de iur. codicill. l. 96. D. de condit. et demonſtr.* DESINIT eſſe heres: *l. 88. D. de hered. inſtit. l. 1. §. 4. D. de ſuis et legit. l. 31. l. 43. §. vlt D. de vulg. et pupillar.* eſſe inter homines: *l. 57. D. de legat. II.* Sic et Tacit. *Annal. Lib. XV. Cap. 74. Nam Deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines* DESIERIT. In humanis rebus eſſe. *l. 8. D. de condict. furt. l. 24. D. famil. erciſc. l. 3. D. de condict. tritic.* ¶. 10. DESINVNT eſſe idonei: *l. 46. D. de legat. I.* DESIIT intereſſe: *l. 12. D. ſi quis caut. l. 8. §. vlt. D. de edend.* eſſe iuris humani. *l. 4. D. commun. praed.* ¶. 11. DESINIT eſſe mater: *l. 2. D. vnde cogn.* militare et militis loco haberi. *l. 20. l. 21. D. de teſt. mil.* ¶. 12. DESINERE eſſe in rerum natura: *l. 6. D. de vſu et vſufr. leg. l. 21. D. de hered. petit. l. vlt. D. de negot. geſt. l. 32. D. de cond. indeb.* DESIIT eſſe nocens: *l. 17. D. de aedil. edict. l. 65. D. de furt.* DESIIT eſſe noſtrum: *l. 3. D. de adqu. rer. dom. l. 44. D. de adqu. vel amitt. poſſ.* DESINVNT res noſtrae eſſe: *l. 1. D. pro derelict.*

Google

lict. eſſe in numeris: *l. 38. §. vlt. D. de teſt. mil.* DESIIT eſſe nupta. *l. 19. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 13. DESIIT eſſe pater: *l. 2. §. 15. D. ad SC. Tertull.* DESIIT tuum eſſe patrimonium: *l. 4 C. de his, qui num.* DESIIT eſſe peculii: *l. 6. D. de legat. I.* DESINIT eſſe pediſſequa: *l. 59. D. de manum. teſtamento.* DESINERE pertinere: *l. 96. D. de cond. et demonſtr.* Vlpian. *Fragm. tit. XXIV. §. 27. l. 1. princ. l. 3. §. 1. l. 4. D. vſufruct. quemadm. cau.* DESIIT pertinere periculum: *l. 8. D. de nouat.* DESIIT ad me peruenire: *l. 21. D. de aqu. et aqu. pluu.* DESINERE poenitere: *l. 32. §. 3. D. de don. int. vir. et vx.* DESINERE poſſidere: *l. 1. §. 12. l. 6. §. 3. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 12. §. 2. D. de captiu. l. 3. D. vſufr. quemadm. cau. 25. §. vlt. D. de lib. cauſſ. l. 3. §. 17. l. 17. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l. 1. D. quor. legat. l. 8. §. 12. D. quib. mod. pign.* DESINERE vi poſſidere: *l. 6. §. 3. D. de precar.* DESINERE dolo poſſidere: *l. 1. C. depoſ. vel contra.* DESINERE poſſidere ſine dolo: *l. 17. D. de except. rei iudic. l. 4. §. 1. D. de alienat. iud. mut. cauſſ. l. vlt. D. ſi vſufr. l. 1. §. 5. D. ad exhib.* DESIIT eſſe in poteſtate: *l. 7. l. 3. §. 4. D. de adſign. libert. l. 50. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. de teſtam. tut. l. 1. §. 1. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 1. §. 5. D. de ſuis et legitim.* DESIIT praeſtare. *l. 88. §. 6. D. de legat. II.* ¶. 14. DESINIT locus religioſus eſſe: *l. 45. D. de religioſ.* DESINERE in reliquis eſſe. *l. vlt. §. 1. D. de liberat. leg.* ¶. 15. DESINIT eſſe locus SCo: *l. 5. §. vlt. D. ad SC. Tertull.* DESINIT eſſe ſoluendo: *l. 49. D. de iur. dot. l. 41. et l. 52. §. 1. D. de fideiuſſ. l. 55. §. vlt. D. de adm. et peric. tut.* DESINVNT eſſe ſtatuliberi. *l. 40. §. 7. D. de ſtatulib.* ¶. 16. DESINIT teneri: *l. 54. D. de euict. l. 72. D. de ſolut.* DESINIT eſſe tutor. *l. 3. §. 7. l. 4. §. D. de ſuſp. tut. l. 1. C. eod. tit. l. 14. D. de tutel. et rat. diſtr. l. 14. §. 1. D. de ſolut. l. 45. D. de excuſat. l. 13. §. vlt. D. de tut. et curat.*

¶. 17. DESINERE valere: *l. 76. D. de teſtam. mil.* valere teſtamentum: *l. 43. D. de vulg. et pup. ſubſt.* DESINERE viuere: *l. 3. §. 5. D. arb. furt. caeſ.* eſſe in vſu: *l. vlt. D. ad leg. Fab. de plagiar.* vſucapere: *l. 5. D. pro donato.* vti: *l. 7. D. de alien. iud. mut. cauſſ.* vtifrui. *l. 36. D. de vſu et vſufr. l. 35. §. 1. D. de vſufruct.*

DESISTERE dicitur accuſator, qui accuſationem non implet, nec in ea vſque ad ſententiam perſeuerat, aut citra abolitionem eam omittit. *l. 15. pr. et §. 4. D. ad SC. Turpill.* DESISTERE ergo ab accuſatione, in *l. 6. §. 1. D. eod. tit.* eſt relinquere accuſationem, vt Cicero *pro Cluent.* loquitur. DESTITISSE autem ab accuſatinne, vt SC. Turpillianu teneatur, accipimus eum, qoi in totum animum agendi depuſuit, non qui diſtulit accuſationem. *l. 13. D. ad SC. Turpill.* Alias, vt ab Vlpiano traditur, DESTITISSE videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renunciauit io torum. *l. 21. D. de minor.* DESISTERE, enim eſt de negotio abſtinere, quod calumniandi animo inſtituerat. Plane, ſi quis, cognita rei veritate, ſuom negotium deſeruerit, nolens in lite improba perſeuerare, quam calomniae cauſa non inſtituerat, is DESTITISSE non videtur. *l. 10. D. de iudic.* Ab accuſatione DESTITISSE iudicatur, qui cum aduerſario ſuo de compoſitione eius criminis, quod intendebat, fuerit loquutus. DESTITISSE etiam videntur, qui animum accuſationis implendae prorſus deſeruerunt. *l. vlt. C. ad SC. Turpill.* Animo DESTITIT ab accuſatione, qui adfectum et animum agendi depoſuit. DESTITISSE quoque videtur, qui intra praefinitum accuſationis tempus reum ſuum noo peregit. *l. 6. §. 1. D. eod. tit.* DESTITISSE et is exiſtimatur, qui poſt intentum crimen adulterii eamdem reduxit vxorem. *l. 40. in fin. D. ad leg. Iul. de adult.* DESISTERE contra non videtur, qui exemtum reum non defert. *l. 10. D. ad SC. Turpill.* ¶. 2. Hinc loquutiones: DESISTERE: *l. 39. §. 6. et l. 40. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* DESISTERE ſine abolitiune: *l. 16. C. eod. tit.* accuſatione: *l. 11. §. 3. D. eod. tit.* poſt accuſationis impletam cauſſam: *l. 2. C quand. prouoc.* DESISTENTE accuſatore, de reis exemtus: *l. 1. §. vlt. D. de accuſat.* Cuius accuſator DESTITERIT: *l. 6. §. 2. D. de mun. et honor.* DESISTERE agere: *l. 2. D. ad SC. Turpill.* DESISTERE ab exſequutione criminis: *l. 1. C. ad SC. Turpillian.* DESISTERE a lite: *l. 22. §. vlt. D. de iur. fiſc.* DESISTERE ante ſententiam. *l. 8. §. 14. D. de inoff. teſt.*

DESOLVERE, pro exſoluere. Si id, quod in peculium verſum eſt, reliqoorum nomine DESOLVTVM eſt. *l. 41. §. 9. D. de fideicomm. libert.* HEIN.

DESPERARE de viri vita. *l. 21. D. de act. rer. amot.*

[DESPRATVS, A, VM. difficillimum. DESPERATVM opus. *§. 2. prooem. Inſt.*] DESPERATA valetudo. *l. 4. C de expoſ. infant.* HEIN.

[DESPICERE, in Florentino codice pro *diſpicere* poſitum eſt, in *l. 27. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.*]

DESPONDERE ſibi aliam vxorem. *l. vlt. §. vlt. D. de diuort. et repud.*

DESTINARE ad certum finem ſeponere, conſtituere quid facere. DESTINARE actionem: *l. 9. §. 5. D. ad exhib.* DESTINATA adoptio: *l. 8. C. de praeſcr. long. temp.* DESTINATVM agro inſtrumentum: *l. 12. §. 14. D. de inſtr. vel inſtr. legat.* DESTINATI agro ſerui: *l. 35. §. 3. D. de her. inſtit.* DESTINATA calendario pecunia: *l. 64. D. de legat. III.* DESTINATI ad cuſtodiam templi: *l. 35. D. de liber. cauſſ.* DESTINATA doti: *l. 7. §. vlt. D. de iur. dot.* DESTINATVM fondo: *l. 24. §. 2. D. de legat. I.* DESTINATA ingenuitate: *l. 26. §. 2. D. de fideic. libert.* DESTINARE iudicem: *l. 18. §. pen. D. de minorib.* DESTINATVS ſepulturae locus: *l. 2. §. 5. D. de religioſ.* In eum locum mortuum inferre, in quem ipſe DESTINAVIT: *l. 4. D. de religioſ.* Ad DESTINATVM locum peruenire: *l. 4. C. de naut. foen.* DESTI-

NARE

NARE matrimonio: Sueton. *in Othone Cap. X.* Plin. *Lib. VI. Epiſt. 26. Fuſco Salinatori filiam tuam* DESTINASTI. Quid vero interſit, inter DESTINARE et DESPONDERE filiam: oſtendit Cuiac. *Lib. XVI. Obſeru. Cap. 33.* HEIN. DESTINARE muneribus: *l. 34. D. ad municip.* DESTINARE nuptiis: *l. 68. D. de iur. dot.* DESTINATVM patrimonium certis oneribus: *l. 50. §. 1. D. de iudic.* DESTINATA parte: *l. 21. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* DESTINATVS poenae: *l. 7. C. ad leg. Iul. de vi publ.* DESTINATI in prouinciam iudicandi cauſſa: *l. 2. §. 3. D. de iudic.* DESTINARE de re: *l. vlt. D. de verb. obl.* DESTINATAE religioni res: *l. 1. C. de ſepulcr. viol.* DESTINARE reum: *l. 41. D. ad leg. Iul. de adulter.* DESTINATVS ſepulturae locus: *l. 2. §. 5. D. de religioſ.* viariculo, quod ad ſumtum ei pater DESTINAVERAT. *l. 18. §. vlt. D. de iudic.* DESTINARE tutores teſtamento dicitur pater, quos declarat velle tutorem gerere: *l. 3. §. 1. D. de admin. tut.* DESTINARE *tutorem futuro poſtumo*: Curt. *Lib. X. Cap. 7.* DESTINARE tutores diuerſis regionibus: *l. vlt. C. de auct. praeſt.* DESTINATVS vſus: *l. 10. §. vlt. D. ne quid in loc. publ.* DESTINATA publicis vſibus: *l. 8. §. 2. D. de religioſ. l. 17. D. de verb. ſignif.* DESTINARE ſibi aliam vxorem: *l. vlt. §. vlt. D. de diuort. et repud.* DESTINATA vxor: *l. 7. §. 1. D. de iure dot. l. 36. l. 66. D. de rit. nupt. l. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* Sueton. *in Iul. Cap. XXVII.* Ouid. *Epiſt. Heroid. XX.* Quinctil. *Declam. CCCXLIII. Ille rapuiſſet puellam, alii* DESTINATAM, *alii pactam, niſi fiducia tui?* Apulei. *Lib. IV. Metam. p. 154. Pacto iugati pridem,* DESTINATVS *conſenſu parentum, tabulis etiam maritus ad nuptias nuncupatus.* Iul. Capitolin. *in Marco Cap. II. Vſus etiam eſt magiſtro Commodo, cuius ei adfinitas fuerat* DESTINATA. Tacit. *Lib. III. Annal. Cap. 75. Caeſari progener* DESTINATVS. ¶. 2. Ita etiam DESTINARE, verbis iungitur. DESTINARE dare aeterna ſede: *l. 40. D. de religioſ.* DESTINARE rem petere: *l. 24. D. de rei vind.* quaeſtionem habere: *l. 23. §. 4. D. ad leg. Aquill.* ſcribere: *l. 9. D. de hered. inſt.* transferre domicilium: *l. 8. §. 9. D. de transact.* DESTINATVM quid habere: *l. 55. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* [Alii DESTINATVM ademtum videtur. *l. 24. §. 3. D. de legat. I.*] ¶. 3. DESTINARE, id eſt, deſignare. Si actor DESTINARE non poſſit, niſi ex praeſentibus. *l. 3. §. 7. D. ad exhib.* ¶. 4. [DESTINARE, pro mittere aliquo. *l. 18. C. de fid. inſtr.* Iudicio DESTINARI, pro ad iudicem mitti: *l. 2. C. vbi quis de curial. vel cohort. l. 2. C. de collat. fund. fiſc. vel rei priu. Lib. XI. tit. 23. l. vlt. C. de rei mil. Lib. XII. tit. 36. l. 2. C. de comit. rei milit. Lib. XII. tit. 12.*] DESTINARE nauigium. *l. 3. C. de naut. foen.*

DESTINATIO, *l. 38. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* DESTINATIO animi: *l. 4. D. de concubin. l. 76. D. de reg. iur. l. 6. C. de iur. delib. l. 18. C. ad leg. Iul. de adult.* DESTINATIO paternae voluntatis: *l. 11. C. de donat.* DESTINATIONE noſtra fundorum nomina et domus conſtituuntur. *l. 24. §. 2. D. de legat. I.*

DESTITVERE. DESTITVI auxilio curatoris: *l. 6. C. quom. et quand.* DESTITVITVR annonae praebitio: *l. vlt. D. de nund.* ſuſceptam libertatis cauſſam, nulla cogente neceſſitate, deſtituere. Paull. *recept. Sent. Lib. V. tit. I. §. 5.* DESTITVTA res: *l. 4. C. ad SC. Turpill.* DESTITVTA viribus respublica: *l. 3. §. 15. D. de mun. et hon.* DESTITVITVR teſtamentum iure ciuili: *l. 38. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* DESTITVTO teſtamento. *l. 72. D. ad leg. Falcid. §. 7. Inſt. de hered. quae ab inteſt. defer.* ¶. 2. Singularis ſenſus eſt in illis: *Labeo refert, P. Caecum, Nonii Aſprenatis patrem, auerſa ſella a Bruto* DESTITVTVM, *quum vellet poſtulare. l. 1. §. 5. D. de poſtul.* Senſus enim eſt, Brutum, inuerſa ſella, faciem auertiſſe a Nonio Caeco, nec eum poſtulantem audire voluiſſe, ſiue quod inſignia magiſtratus non vidiſſet, nec pro eo, ac docet, ea eſſet reueritus, ſiue quod, vt eleganter ſuſpicatus eſt Vlr. Huberus *in Praelect. ad Lib. III. Pand. tit. I. §. 2.* veteres caeci occurſum abominarentur. HEIN.

DESTRICTE, abſciſſe, vel, vt vulgo loquuntur, praeciſe. DESTRICTE deneganda: *l. 13. D. de procur.* DESTRICTE edicit Praetor: *l. 16. D. de recept. qui arbitr.* DESTRICTE probandum eſt. *l. 7. §. 8. D. de minor.* DESTRICTE quaeſtio non habetur. *l. 1. §. 26. D. de quaeſt.* Vſus eodem aduerbio Tertullianus *Lib. I. adu. Marcion. Cap. 3.* HEIN.

DESTRINGERE, diſtrahere. DESTRINGI neceſſario aliis locis: *l. 1. D. de eo quod cert. loc.* DESTRICTI variis praeſidum occupationibus, vel etiam ciuilium officiorum neceſſitatibus. *l. 15. §. 5. D. ad SC. Turpill.* Et ita quibusdam legendum videtur in *l. 3. pr. D. de alim. et cibar. leg. Ne a ſingulis heredibus minutatim alimenta petentes* DESTRINGANTVR. (quum Florentiae ibi legatur DISTRIBVANTVR.) HEIN. Non eſſe DESTRINGENDVM, ſed in vnum dandum actionem. *l. 12. D. rem pupill. ſalu. for.* DESTRINGI in plures aduerſarios, id eſt, diſtrahi: *l. 27. §. vlt. D. de pecul.* ex qua delibata eſt *l. 2. D. de exercit. action.* vt ex vtriusque inſcriptione patet. DESTRINGI iudicio: *l. 20. D. iudic. ſolu.* iudicio publico priuatoue: *l. 20. D. de proc.* multitudine rerum. *l. 25. D. ex quib. cauſſ. maior.* ¶. 2. Mediae infimaeque Latinitatis auctores eo verbo vtuntur pro *coercere*, vel *caſtigare*. Et hinc, quum apud Caium *Inſtit. Lib. I. tit. 3. §. 1.* legamus: *Ius* DESTRINGENDI (vel DISTRINGENDI) *in ſeruos dominis pro ſua poteſtate permittitur*: id ab Aniani manu, eſſe obſeruant viri docti. Et recte quidem, quia in *l. 1. D. de his, qui ſui vel al. iur.* vbi genuina Caii verba habentur, id verbum non occurrit. Nec minus bene obſeruant, verbi huius notionem inferioris praecipue aetatis ſcriptoribus maxime eſſe familiarem, ex quibus locum Caſſiodori *Lib. II. Var. Cap. 14.* adduxit Schulting. *ver. iurispr. anteiuſtin. p. 29.* Neſcio tamen an non et meliore aeuo ita aliquando loquuti ſint. Sane eo referendus videtur locus Senecae *Epiſt. XCV*: *Torti* DESTRICTIque. HEIN.

DES.

DESTRVERE aedificia: *l. 9. C. de locat.* quod aedificatum eſt: *l. 21. §. 2. D. de nou. op. nunc.* domum: *l. 2. C. de pign. act.* DESTRVCTA domus: *l. 65. D. de legat. II.* DESTRVERE opus. *l. 20. l. 22. D. de nou. op. nunc,*

DESVETVDO. In DESVETVDINEM abierunt actiones: *l. 1. §. vlt. D. de interrog. in iur. fac.* capitulum legis: *l. 27. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Leges per DESVETVDINEM abrogantur. *l. 32. D. de legib.*

DESVLTOR, in *l. 20. D. de praeſcr. verb.* ab eo dictus, auctore Iſidoro *Lib. XVIII. Cap. 39.* quod quum ad finem curſus venerat, deſiliebat, et de equo in equum transſiliebat. Hunc ſcite Manilius tribus verſibus depingit *Lib. V. Aſtron. v. 85.*

Nec non (ait,) *alterno* DESVLTOR *ſidere dorſo*
Quadrupedum, et ſtabilis poterit defigere plantas,
Per quos vadit equos: ludet per terga volantum.

[Vid. Cael. Rhodigin. *Lect. antiqu. Lib. XXI. Cap. 30.*] Merentur prae ceteris legi, quae de his DESVLTORIBVS notauit. Ioſ. Scalig. *ad Manil. p. 353.* DESVLTOR, inquit, a vetere magiſtro redditur ζεύξιππος, μεταβάτης, hoc eſt, combinator. DESVLTORES in circo praemittebantur miſſuum nunciandorum cauſſa. Caſſiodorus: *Equi deſultatorii, per quos circenſium miniſtri miſſus denunciant exituros, Luciferi praecurſorias velocitates imitantur.* Hyginus in Mythologico: *Vnde etiam Romani ſumunt inſtitutum, quum* DESVLTOREM *mittunt. Vnus duos equos habet, pileum in capite, ex equo in equum tranſſilit.* Recte ergo *combinatores* ſunt DESVLTORES. Gloſſae: COMBINARE ζευγνύειν. Iuncti enim erant equi: ab equorum alterutro in alterum corpus transmittebant. Praemiſſio illa combinatorum ſeu DESVLTORVM dicebatur προίππια τῶν ζευξίππων, vel τὰ προϊππικά. Sed an ἅμιπποι iunctis equis vterentur, dubito. Aelianus quidem ſcribit, τὰς περὶ Ἴστρον βαρβάρους μεταβαίνειν ἀπὸ ἵππων εἰς ἄλλους ἵππους, *barbaros iuxta Iſtrum ex vno equo in alium tranſſilire:* ſed illi equi poſſunt etiam non eſſe iuncti. Firmicus, hunc locum transferens in ſuum librum, vt ſolet, *quadrupedum* interpretatur *quadrigarum. Aut,* inquit, *qui ſaltu quadrigas transeat.* Quodſi verum erat, accipiendum fuerit de genere aurigarum, qui dicebantur VERTVMNI. Propertius

Eſt etiam aurigae ſpecies VERTVMNVS, *et eius,*
Traiicit alterno qui leue pondus equo.

Atqui Vertumnum non intelligit Manilius, ſed potius ſimplicem DESVLTOREM equorum, cui opponit equitem *ſingulatorem.* Haec Scaliger, cuius et ſequentia ſunt lectu digniſſima, vbi ex Homeri *Iliad ό* obſeruat, veteres et per equos conquaternatos deſultaſſe. HEIN.

DET.

DETEGERE falſam adfirmationem: *l. 14. C. de probat.* calumniam: *l. 65. D. de condict. indeb.* colluſionem: *rubr. tit. de colluſ. deteg* coniurationem: *l. 8. D. ad leg. Iul. maieſt.* Sueton. *in Iul. Cap. XIV.* conſilium fraudis: *l. 2. C. de ſeru. pign. dat.* conſpirationem: *l. 13. D. de cuſtod. et exhib. reor.* DETECTI in crimine: *l. 1. D. ad leg. Fab. de plagiar.* DETEGITVR culpa: *l. vlt. D. rem pupill. ſalu.* DETECTO dolo: Paull. *Sent. Lib. II. tit. 30. §. 1.* DETEGERE fideicommiſſa tacita: *l. 3. §. 1. D. de iur. fiſc.* fidem contractus: *l. 53. in fine D. de iudiciis.* fraudem: *l. vlt. D. de ſuſpect. tut.* fraudes: *l. 23. §. 4. D. ad leg. Aquill.* fraudis conſilium: *l. 2. C. de ſeru. pign. dat.* Imperitiam: *l. 15. D. de iurisd.* iniquitatem ſententiae: *l. 1. §. vlt. ſi pend. adpell.* inſidias: *l. 15. §. 1. D. de manum. vindict.* motum animi: *l. 19. D. de offic. praeſ.* necem domini: *l. 19. D. de hered. inſt. l. 16. D. de SC. Silan. l. 23. D. de iure patr. l. 4. D. de bon. libert. l. 5. D. qui ſine manumiſſ.* praeuaricationem: *l. 10. D. de diuerſ. temp. praeſcr.* DETECTA quaeſtionibus habitis: *l. 19. C. ad SC. Turpill.* DETECTVS eſt, retinuiſſe vxorem: *l. 2. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* DETECTA temeritas. *l. 1. C. ad SC. Turpill.*

DETENTATIO, detentio. DETENTATIO bonae fidei poſſeſſionis: *l. 15. §. 3. D. ex quib. cauſſ. maior.* DETENTATIO rerum. *l. 5. D. de impenſ. in res dot.*

DETENTATOR, detentor. DETENTATORES extranei: *l. 7. pr. C. vnde vi.* DETENTATOR iniuſtus: *l. 8. §. 1. C. de praeſcr. trig. vel quadr. ann.* poſſeſſionis alienae: *l. 10. C. vn. de vi.* rerum ad maritum pertinentium. *l. 29. C. de iure dot.* ¶. 2. [Tamen et iuſti poſſeſſores, veluti domini, et qui dominorum loco ſunt, DETENTATORES adpellantur. *l. 5. in fine C. de diuerſ. praed. vrb. et ruſt. Lib. XI. tit. 29.*]

DETENTIO ſeruitutis. *l. 1. D. de remiſſ.* Sed quid DETENTIO ſeruitutis, quam nemo tertius tamquam ſeruitutem poſſidere poteſt? Quia ibi agitur de ſeruitute per noui operis nunciationem tuenda ſeruanda: pro *detentio* ibi *petitio* legi iubet Cuiac. *Obſ. Lib. I. Cap. 16.* ſed minore tumultu Vlpiano opem fert Muretus *Obſeru. Iur. Cap. XIV.* reſcribi iubens *defenſio.* Qua coniectura nec elegantius quidquam, nec verius eſt. Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. V. Cap. 25.* HEIN.

DETERIOR, VS, quod ſit peius, vel minoris pretii. DETERIVS facere aquagium: *l. 15. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 3. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* DETERIOR calculus, pro contraria ſententia: *l. 10. C. de adpell.* DETERIOREM facere cauſſam: *l. 29. D. de nouat.* cauſſam aedium: *l. 19. §. 4. D. locat.* domini: *l. 27. §. 1. D. ad SC. Vellei.* dotis: *l. 1. D. de dot praeleg. l. 1. D. de al. ind. mut.* DETERIORIS facti agri cauſſa: *l. 66. §. vlt. D. de euiction.* cauſſam pignoris: Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 12. §. 6.* patronorum: *l. 24. D. ad leg. Iul. de adult.* poſſeſſionis: Hoc quid ſit, patet ex *l. 9. pr. et §. 5. D. de reb. auct. iud. poſſid.* proprietatis: *l. 13. §. 4. D. de vſufr.* ſuam: *l. 14. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* viri: *l. 55. D. de donat. inter vir et vxor.* vſuarii; *l. vlt. D. de vſu et habit.* vſusfructus.

l. 1

l. 1. §. 3. D. vſufruct. quemadm. cau. DETERIOREM facere conditionem, et meliorem opponuntur: *l. 1. §. vlt. D. ne de ſtat. defunct. l. 86. l. 133. D. de reg. iur.* DETERIORIS conditionis eſſe; *l. 17. §. 9. D. de iniur.* in deteriorem conditionem redactus: *l. 1. D. de poen.* DETERIONEM facere, conditionem aduerſarii: *l. vlt. D. de religioſ.* creditoris: *l. 15. §. 5. D. de re iudic.* domini: *l. 1. §. 15. D. de vi et vi armat. l. 49. D. de procurat.* dotis per pactum, vel pactione: *l. 27. §. 2. D. de pact. l. 48. §. vlt. D. de minor.* conditiunem eius, qoi reip. cauſſa afuit: *l. 6. D. de ſepulcr. viol.* eorum quibus ſubiecti ſunt: *l. 24. D. de iureiur.* DETERIOR eſt conditio feminarum, quam virorum: *l. 17. D. de ſtat. hom.* DETERIOREM facere conditionem fructuarii: *l. 15. §. 6. l. 16. l. 71. D. de vſufr.* legatarii: *l. 26. §. 1. D. de legat. I.* liberorum: *l. 4. §. vlt. D. de dol. except.* meam: *l. 2. D. quod vi aut clam.* patris: *l. 25. §. 11. D. de adqu. vel omitt. hered.* proprietatis: *l. 17. §. 1. D. de vſufr.* ſepulcri: *l. 7. D. de ſepulc. viol.* ſerui: *l. 15. D. de fideic. libert.* DETERIOR fit fondus: *l. 38. D. de rei vind.* DETERIVS facere ius: *l. 3. D. depoſ. l. 1. C. debit. vend. pign.* actoris: *l. 8. D. ſi quis caution.* praedii: *l. 6. l. 7. D. de fund. dot.* DETERIORE loco eſſe vel non: *l. 11. D. ſi quis caution. l. 2. D. ne quis eum, qui in ius voc.* DETERIOR militia: *l. 4. §. 11. D. de re milit. l. 12. D. de cuſtod. et et exh. reor.* DETERIVS factum nomen: *l. 35. D. de reb. cred. l. vlt. §. 9. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.* DETERIOR parens; Vlpian. *Fragm. tit. V. §. 8.* id eſt, deterioris ſtatus, ſeu conditionis. DETERIOREM facere parietem; *l. 6. §. vlt. D. ſi ſeru. vind.* perſeqoutionem: *l. 46. D. de pact.* DETERIORA facta praedia: *l. 9. §. 5. de reb. auct. iud. poſſ.* ſuo ſuorumque facto: *l. 65. §. vlt. D. de vſufr.* vetuſtate. *l. 65. §. vlt. D. eod. tit.* DETERIOR res fieri dicitur, quae depretiatur. *l. 9. D. de in integr. reſtit. l. 13. D. de rei vindic. l. 22. D. de hered. petit.* veluti dando: *l. 8. §. 1. D. de condict. furt.* per moram: *l. 3. D. de cond. tritic. l. 7. §. 2. D. de ſuſp. tut. l. 8. D. ſi quis caut.* tractu temporis: *l. 5. §. vlt. D. de iure delib. l. 1. §. vlt. D. de coniung. cum emanc. lib.* DETERIOREM ſeruum communem facere: *l. 10. D. de noxal. act.* DETERIOREM autem ſeruum facit, qui fugam ſuaſerit, et qui furtum, et qui mores eius corruperit. Paull. *Sent. Lib. I. tit. 13. §. 5.* Is quoque, vt Vlpianus in Edicti de ſeruo corrupto interpretatione tradit, DETERIOREM facit, qui ſeruo perſuadet, vt iniuriam faceret, vel non furtum, vel fugeret, vel alienum ſeruum vt ſollicitaret, vel, vt peculium intricaret, aut amator exſiſteret, vel malis artibus eſſet deditus, vel in ſpectaculis nimius, vel ſeditiuſus, vel ſi actori ſuaſit verbis ſiue pretio, vt rationes dominicas intercideret, adulteraret, vel etiam, vt rationem ſibi commiſſam turbaret. *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* vel qui luxurioſum, vel contumacem fecit, quiue vt ſtuprum pateretur, perſuaſit. *l. 2. D. eod. tit.* In Aedilitio edicto hoc: QVOD DETERIOR FACTVS EST SERVVS, non ſolum ad corpus, ſed etiam ad animi vitia referendum eſt. *l. 25. §. 4. D. de Aedil. edict.* Si DETERIVS mancipium, ſiue animo, ſiue corpore, ab emtore factum, vt puta, ſi ſtupratum ſit, aut ſaeuitia emtoris fugitiuum eſſe coeperit, vel ex quacumque cauſſa DETERIVS factum ſit. *l. 22. D. eod. tit.* Sic DETERIORES facti ſerui: *l. 3. C. ad leg. Iul. de adult.* DETERIOREM ſeruum pretio facere: *l. 27. §. 17. D. ad leg. Aquill.* DETERIOREM facere ſeruum torquendo. *l. 68. D. de vſufr.* DETERIOR in interdicto de fluminibus, fieri dicitur ſtatio, nauigationisque iter, ſi vſus eius corrumpatur, vt quoqoo modo corrumpatur, impediatur, difficiliorque, aut minor, aut rapacior curſus fiat, aut in totum auferatur. *l. 1. pr. §. 15. D. de flumin.* DETERIOREM viam facere: *l. 1. §. 2. D. de via publ. et itin. publ. l. 28. D. de damn. inf.* DETERIOREM vero viam fieri, in Interdicto, *de via publica* accipimus, ſi vſus eius ad commeandum, id eſt, ad eundum, agendum, corrumpatur, *l. 2. §. 20. et §. 31. D. ne quid in loc. publ.* DETERIOREM facere iuris ſui vſumfructum. *l. 2. D. ſi vſusfr. pet.*

DETERIATVM, deterius redditum: *l. 2. D. de peric. et commod. rei vend.*

DETERMINARE, definire. *l. 11. in fin. D. de iuſt. et iur.* DETERMINANDVM eſt. *l. 26. §. 1. D. de fideic. libert.* DETERMINARE cauſſam omnem: *l. 6. C. de adpell.* fundos: *l. 60. D. de verb. ſignif.* iter: *l. 29. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 13. §. 1. D. eod. tit.* tempus vel tempora: *l. 15. §. 7. D. de damn. inf. l. 15. §. vlt. D. de teſtam. mil.* viam. *l. 29. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt.*

DETERMINATIO. DETERMINATIO actus. *l. 13. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt.* Generalis eſt iſta DETERMINATIO. *l. 15. §. vlt. D. de fideic. libert.*

DETERRERE. Ad DETERRENDA maleficia: *l. 31. D. de depoſ.* DETERRERI ab iisdem facinoribus conſpectu furcarum. *l. 28. §. 15. D. de poen.*

DETESTABILE, abominandum. Raptus DETESTABILE crimeo. *l. vn. pr. v. ſin autem C. de rapt. virg.* HEIN.

DETESTARI, abſenti denunciare. *l. 39. §. pen. D. de verb. ſignif.*

DETESTATIO, denunciatio, facta cum teſtatione, vt eſt in *l. 40. D. eod. tit.* DETESTATIO etiam, auctore Feſto, *Lib. XIII.* dicebatur, quum Deus teſtis in deteriorem partem vocabatur. DETESTATIO ſacrorum apud Gell. *Lib. XV. Cap. 27.* Idem *Libro VI. Cap. 12.* meminit libri, a Ser. Sulpicio, iuriscunſulto ſcripti *de ſacris deteſtandis.* Sacra nimirum priuata, quae ius pontificium perpetua eſſe iuſſerat, variis poſtea artibus perimebantur, in primis mancipatione per aes et libram, itemque venditione, quae vocabatur coemtio adhibitis ſenibus coemtionalibus, de qua Cicero *pro Muraena Cap. XII.* Denique in comitiis calatis, auctoritate pontificum populiqoe ſoffragiis, quae ipſa erat *ſacrorum* DETESTATIO, de qua Gell. *Lib. XV. Cap. 12.* HEIN.

DETEXERE. Hinc DETEXTA veſtis:

DET.

veſtis: *l. 22. D. de aur. arg. veſt. legat.* Neque DETEXTA, neque contexta. *l. 70. §. 12. D. de legat. III.*

DETINERE, habere, poſſidere: DETINERE fines publicos: *l. 5. §. vlt. D. de oper. publ.* inſtrumenta: *l. 1. C. vt cauſſ.* pecuniam: *l. vlt. §. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* ¶. 2. DETINERI, altero inuito retineri. DETENTVS caſibus quibusdam: *l. 3. §. 7. D. de re milit.* DETENTVS in communione: *l. 4. §. vlt. D. comm. diuid.* in conductione: *l. 7. C. de locat. cond.* DETENTVM corpus defuncti: *l. 1. §. 6. D. de iniur.* DETENTVS cuſtodia: *l. 28. §. 7. D. de poen.* homo liber: *l. 15. D. de cap. minut.* per iniuriam: *l. 19. D. de captiu. et poſtlim.* a latronibus: *l. 190. in fin. D. de verb. ſign.* a potentioribus: *d. l. 28. §. 7. D. de poen.* DETENTI ſerui ob penſionem, id eſt, pignoris nomine retenti: *l. 9. D. in quib. cauſſ. pign.* DETINERI in ſeruitute: *l. 15. D. de cap. minut.* in tutela: *l. 31. §. 1. D. de excuſat. tut.* DETENTVS in quarta tutela: *l. 31. §. 4. D. de excuſ. tut.* DETINERI quoque dicitur fundus vſu vel via. *l. 6. verſu: ſed ſi is fundus D. quemadm. ſeru. amitt.*

DETORQVERE crimen in alium: *l. 3. §. 14. D. de ſenatuſc. Silan.* DETORQVERE petitione. *l. 20. C. de negot. geſt.*

DETRACTIO fundi: *l. 9. §. 13. D. de her. inſtit.* impenſarum: *l. 1. §. 5. D. de dot. coll.* ex legatis: *l. 76. §. vlt. D. de rei vind.* Sine vlla DETRACTIONE legata ſoluta. *l. 15. §. 2. D. ad leg. Falcid.*

DETRAHERE, deminuere quid ex re. Hinc DETRAHERE aliquid et *adiicere* opponuntur. *l. 1. § 3. D. de verb. obl. l. vlt. D. de adim. leg.* itemque DETRAHERE et *addere*: *l. 2. C. de teſtam. manum.* Hinc DETRAHERE aedibus: *l. 43. §. 1. D. de legat. III.* de aedificio: *l. 63. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* ex aedibus. *l. 41. §. 5. l. 43. §. 1. D. de legat. I. l. 46. D. de donat. inter vir. et vx.* DETRACTO arbitrio: *l. 69. §. 4. D. de iur. dot.* DETRACTA conditio: *l. 3. §. 9. D. de adim. leg.* coniunctio: *l. 46. D. de legat. III.* DETRAHIT lax cum alio connubium: *l. vlt. D. de dinort.* DETRAHERE elenchos inauribus: *l. 32. §. 8. D. de aur. arg. leg.* DETRAHI fides: *l. 1. §. 23. D. de quaeſtion.* aliquid ex fundo: *l. 24. §. 2. D. de legat. I.* DETRAHITVR ius: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 3.* DETRAHERE lapides: *l. 43. D. de rei vind.* partem legatis: *l. 73. D. ad leg. Falcid.* DETRACTO altero loco: *l. 2. D. de eo, quod cert. loc.* DETRAHERE marmora: *l. 2. C. de aedif. prin.* DETRACTA eſt mentio: *l. 1. D. quod met. cauſſ.* DETRACTA noxae deditione: *l. 4. §. 3. et l. 5. D. de noxal. act. l. 4. C. eod. tit.* DETRAHERE aliquid obligationi: *l. 23. C. de pact. l. 1. §. 3. D. de verb. obl.* DETRACTA perſona: *l. 14. D. de ſtipul. ſeru.* DETRAHERE partem legatis: *l. 73. D. ad leg. Falc.* ex praedio: *l. 7. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* portionem ex legatis: *l. 32. §. 3. D. ad leg. Falcid.* DETRACTO pretio: *l. 27. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* DETRAHVNTVR ſtatuae: *l. 24. D. de poen.* tegulae: *l. 18. D. de act. emt.* DETRACTO verbo mediu: *l. 9. §. 14. D. de hered. inſtit.* DETRACTO vſuſructu fundum ſtipulari: *l. 56. §. 7. D. de verb. obl. l. 36. §. 1. D. de vſufr.* fundum legare: *l. 4. D. ſi vſuſr. pet.* tradere: *l. 54. D. de vſuſr.* proprietatem legare. *l. 17. D. quib. mod. vſuſr. l. 66. §. 7. D. de legat. II.*

DET. DEV.

DETRECTARE, adminiſtrare tutelam: *l. 19. D. de iur. patron.* alere: *l. 5. §. 10. D. de agnoſc. et al. lib.* fungi munere: *l. 9. D. de muner.* iudicatum facere: *l. 5. C. de adminiſtr. tut.* iudicium: *l. 21. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.* mandatum tutelae officium: *l. 39. §. 6. D. de admin. et per. tut.* munus militiae: *l. 4. §. 9. D. de re milit.* onera ciuilia: *l. 6. D. de curat. furioſ.* placita: *l. 20. §. 3. D. fam. ercisc.* ſacramentum: Sueton. *Aug. Cap. LIV.* ſolutionem. *l. 9. C. de diſtract. pign.*

DETRIMENTVM ait Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. a detritu, quod ea, quae trita, minoris pretii.* Hinc loquutiones: DETRIMENTVM infamiae: *l. 1. C. ex quib. cauſſ. infam.* poſſeſſionis euictae: *l. 14. C. fam. erciſc.* DETRIMENTO muneris obligatus: *l. vlt. C. de filiiſ. et quemadm.* DETRIMENTVM ad heredem pertinet: *l. 32. D. locat.* Tuum, non meum DETRIMENTVM erit: *l. 20. D. commod.* Tuum fore id DETRIMENTVM: *l. 5. D. de reb. cred.* commune fieri DETRIMENTVM: *l. 2. princ. D. de leg. Rhod.* DETRIMENTVM praeſtari iudicio: *l. 29. D. comm. diuid.* DETRIMENTVM pati: *l. 12. D. de religioſ.* cum alterius detrimento fieri locupletiorem: *l. 14. D. de condict. indeb.* cum DETRIMENTO rei perire: *l. 12. §. vlt. D. depoſ.* DETRIMENTO cui eſſe ignorantiam: *l. 9. §. 3. D. de iur. et fact. ignor.* Sine DETRIMENTO rei: *l. 39. D. de hered. petit.* Ex DETRIMENTO: *l. 24. D. ad municipal.* DETRIMENTA fatalia: *l. 4. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* [Pecuniae, quae ex DETRIMENTO ſoluitur, vſurae non praeſtantur: *l. 24. D. ad municipal.* Minimo DETRIMENTO res eſt: *l. 1. §. 3. D. de peric. et comm. rei vend.*

DETRVDERE in carcerem: *l. 22. D. quod met. cauſſ.* in ſeruilem conditionem: *l. 2. C. de poſtlim. reuerſ.* epiſcopali loco et nomine, id eſt, exauctoratus: *l. 14. C. de epiſc. et cler.* DETRVDI de via, id eſt, deiici. *l. 4. §. 27. D. de vſurp. et vſuc.*

DEV.

DEVEHERE merces: *l. 2. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend. l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod. de iact.*

DEVENIRE dicitur ad aliquem hereditas: *l. vlt. D. quib. mod. pign.* in eamdem perſonam ius: *l. 117. D. de ſolut.* iura: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* DEVENIRE in cuius fidem: *l. 3. D. de obſequ. parent.*

DEVERSORIVM, pro *diuerſorium*, legitur in Codice Florentino *l. 13. §. vlt. D. de vſufr. l. 3.*

l. 3. D. in quib. cauſſ. pign. Vid. infra DIVERSORIVM.

DEVERTERE, pro *diuertere*, gratis. *l. 6. D. naut. caup. ſtabul.* Vid. DIVERTERE.

DEVERTICVLVM, pro *diuerticulum.* [DEVERTICVLA delicioſa ſectari: *l. 4. C. Theod. de offic. rect. prouinc. Lib. I. tit. 7.*] DEVERTICVLVM fluminis. *l. 45. D. de vſurpat. l. 7. D. de diuerſ. temp. praeſcr.* et apud Frontin. *Lib. I. de Aquaeduct.*

[DEVIARE, a catholicae religionis dogmate: *l. 13. pr. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* DEVIARE ſide: *l. vlt. C. Theod. de apoſtat. Lib. XVI. tit. 7.* a iudicio catholicae religionis et tramite: *l. 28. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* ab itinere ſolito; *l. 25. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. 3.* a tramite verae religionis. *l. 2. §. 1. C. de haeret. l. 4. C. de apoſt.*]

DEVIRGINARE, vitium inferre virgini. DEVIRGINATA ancilla: *l. vlt. D. de offic. praeſid.* Petr. Arbitr. *Satyr. Cap. XXV. Cur non* DEVIRGINATVR *Panichidis noſtra?* Hieronym. *de Monogam. Cap. 25. In Aegypto primum deuirginata eſt, et ibi fractae ſunt mammae eius.* Non. Marcell. *in voce Virgines: Nam et quicumque ex ephebis exceſſerant,* DEVIRGINARI *dicebantur.* Inuenitur hoc verbum et apud Hyginum *Fab. XXIII.* Eademque figura Graeci διακορῆσαι et διαπαρθενεύεσθαι dicunt, vt a Iulio Polluce *Lib. III. Onomaſt. ſegm. 42.* notatur. Lucian. *in Dial. meretr. p. 543. Tomo II. Op.* τὴν ἐκ Πειραιῶς, τὴν ἄρτι διακεκορευμένην. *Illam ex Piraeo, quae nuper* DEVIRGINATA *fuit.* [Latinitatem huius verbi defenderunt Alb. Gentil. *Diſſ. de Latinitate veteris bibliorum verſionis male accuſata p. 94.* Io. a Wouwern *Animadu. ad Petron. p. 401.* et Symbol. Ge. Erhardi *ad eumdem p. 584.*] Addi praeterea poſſunt Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. I. Cap. 25.* et Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 324.* H. Stephan. *de Latin. falſ. ſuſp. p. 190.* HEIN.

DEVNX, *l. 50. D. de hered. inſtit.* eſt pars aſſis, quam Voluſ. Maecian. *in libello de aſſe* explicans, *in* DEVNCE *vncias eſſe vndecim,* ſcribit.

DEVOCARE in irritum: *l. 41. C. de liber. cauſſ.* in iudicium quaeſtionem: *l. 1. C. de ord. iudic.* ad munus: *l. vlt. C. de filiiſ. et quemadmod.* ad munera: *l. 3. C. quemadm. ciuil.* ad obſequium. *l. 1. C. ne ruſtican.*

DEVOLVI. DEVOLVTVS in Tiberim anulus: *l. 23. D. de praeſcr. verb.* DEVOLVTA bona ad ſiſcum: *l. 20. l. 45. §. 11. D. de iur. fiſc. l. 2. D. de alim. vel cibar. leg. l. 15. C. de fideiuſſ. l. 5. C. de bon. proſcript. l. 16. D. de act. rer. amot.* ad fratrem legitimum: *l. 32. D. de leg. III.* DEVOLVTO ad aliquem dominio: *l. 13. §. 5. D. quod vi aut clam.* DEVOLVTI in ſummam egeſtatem: *l. 7. D. de bon. damn.* DEVOLVITVR geſtus in tutelae actionem: *l. 1. §. 5. D. de eo, qui pro tut.* DEVOLVTA hereditas ad matrem: *l. 9. D. de iur. fiſc.* ad gradum: *l. 1. §. 7. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Quamuis ad eum hereditas fuerit DEVOLVTA: *l. 51. D. de iudic.* ad eum hereditate poſtea DEVOLVTA: *l. 96. §. vlt. D. de ſolut.* Vt ad alium nepotem, eumdemque coheredem, DEVOLVATVR: *l. 4. C. ad SC. Trebell.* [DEVOLVITVR in tutela iudicium: *l. 9. §. 1. D. de admin. et peric. tut.* DEVOLVITVR iudicium tutelae in negotiorum geſtorum actionem: *l. 13. D. de tutel. et rat. diſtrah.* DEVOLVITVR lumen in aedes: *l. 17. §. 2. D. de ſeru vrban. praed.* Ad te DEVOLVTA eſt pars matris meae: *l. 75. D. ad SC. Trebell.* poſſeſſione ad duos eiusdem gradus iure ſucceſſionis DEVOLVTA: *l. 77. §. 29. D. de legat. II.* DEVOLVTVS in hunc orbem poſtumus: *l. 3. C. de poſtum. hered.* DEVOLVTA res ad filios; *tit. C. de bon. matern.* Ad ſequentem gradum DEVOLVTA ſucceſſio. *l. 1. §. vlt. D. de legat. III.*

[DEVOTIO, pro obſequio et cultu, qui ſupremo imperio debetur. DEVOTIO, quae Romano debetur imperio. *l. vlt. C. Theod. de auro coron. Lib. XII. tit. 13.*] ¶. 2. [DEVOTIO, pro obſequio in praeſtandis tributis. Sic: DEVOTIO publica: *rubr. C. quand. lic. vnicuiqu. ſine iud.* In fraudem DEVOTIONIS publicae: *l. 20. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. I. l. 7. Theod. de diuerſ. reſcript. Lib. I. tit. 2.* DEVOTIO Africae: *l. 6. C. Theod. de indulg. debit.* DEVOTIONEM aurariae functionis agnoſcere. *l. 19. C. Theod. de Inſtral. collat.* ¶. 3. Omnium quoque officialium, ac militum in primis, quin et ciuium fides DEVOTIONIS nomine venit. *l. 10. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. I.* Hinc: fida obſequii DEVOTIO: *l. 6. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13.* Prouocatur priuilegio DEVOTIO eorum, qui militaturi ſunt: *l. 7. C. Theod. eod. tit.* DEVOTIO fidei: *l. 23. C. Theod. de Iudaeis. Lib. XVI. tit. 8.* DEVOTIO prona: *l. vlt. C. Theod. de Epiſc.* DEVOTIO congrua: *l. 3. C. Theod. de collat. donat.* Multorum munerum teſtimoniis comprobata DEVOTIO: *l. 6. C. Theod. de quaeſtion. Lib. IX. tit. 35.* DEVOTIO tua. *l. 1. C. Theod. de veteran. Lib. VII. tit. 20.* ¶. 4. DEVOTIO pro cultu diuino. Dies feriati et DEVOTIONVM. *l. vlt. C. Theod. de nauicul.*]

DEVOTVS, A, VM. Principales DEVOTI: *l. 126. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* DEVOTISSIMI domeſtici: *l. 6. l. 8. C. Theod. de domeſt. et protect. Lib. VI. tit. 24.* fortiſſimi ac DEVOTISSIMI milites: *l. 17. C. Theod. de erog. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.* DEVOTI in ſoluendis tributis: *l. 4. C. Theod. de naufrag. Lib. XIII. tit. 9.* DEVOTVS poſſeſſor. *l. 10. C. Theod. de metat. Lib. VII. tit. 8.*]

DEVRERE. DEVSTAE aedes: *l. 1. §. 9. D. de obl. et act.* DEVSTA armamenta: *l. 6. D. de leg. Rhod. de iact.* DEVSTA inſula. *l. 36. D. de vſufr. l. 8. D. de pign. act.*

DEV. DEX. DIA.

DEVS numero ſingulari aliquoties a iuriſconſultis nuncupatur. *l. 32. §. 4. D. de recept. arbitr. l. 5. §. 12. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 2. D. de inſt. et iur. l. 5. D. ad leg. Falcid.* Sic: Donatum DEO immortali: *l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul.* Si ego detuli, vt per DEVM iurares: *l. 3. §. vlt. D. de iureiur.* Per DEVM iurare: *l. 33. D. eod. tit.* Per DEVM rogo: *l. 3. D. de iur. fiſc.* Signum DEI: *l. 38. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* [Lex, DEI munus. *l. 2. D. de legib.*] Inepte ergo ſuſpicaces ſunt, qui plerisque his locis ſingularem ſuum numerum in Pandectis a Triboniani manu eſſe, ariolantur. Quaſi non et pagani vnum ſummum Deum agnouiſſent, nec vmquam de diuinitate aliter, quam numero plurali, loquuti eſſent. Merito horum hominum acumen mireris, quos numquam vel Ciceronis, vel Senecae, vel aliorum veterum opera, vel per transennam inſpexiſſe oportet. Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. VI. Cap. 2.* HEIN.

DEX.

DEXTANS, *§. 5. Inſt. de hered. inſtit. l. 50. §. 2. D. eod. tit.* interprete Varrone *de Lingu. Lat. Lib. IV. As, demto ſextante*, id eſt, decem vnciae, vel, vti Theophilus in *§. 5. Inſt. de hered. inſt.* definit: DEXTANS, *δίμοιρον ἕκτον, ὃ ποιεῖ δέκα οὐγκίας. duae partes e tribus cum ſexta, id eſt, vnciae decem.* HEIN.

DEXTRA manus. DEXTRA et ſiniſtra adire. *l. 11. D. commun. praed.*

DIA.

[**DIABATHRARII**, *l. 1. C. de excuſ. artif.* ſi modo recte ſe habet haec lectio, iidem cum coriariis. Nam DIABATHRA Graecanicarum ſolearum genus eſt. Hinc DIABATHRARII, qui eas faciunt et vendunt. Plaut. *in Aulul. Act. III. ſcen. 5. v. 39. Sedentarii, ſutores, diabathrarii.*]
¶. 2. [DIABATHRA, etiam gradus pcoſilis ſeu ſcala, *ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν*, quod eſt transire. Hinc *anabathra*, apud Iuuenal. *Sat. VII. v. 46.*

Et quae conducto pendent ANABATHRA *tigillo.*]

DIACONES medio aeuo dicebant pro *diaconis.* Papian. *Reſponſ. tit. III. Presbyteris cum* DIACONIBVS *ſubſcriptis.* Plura exempla vid. apud Carol. du Freſne *in Gloſſ. med. et inf. Lat. Tom. I. ſub hac voce.* HEIN.

DIACONISSAE, *Nou. III. princ.* anus, quibus in carcere vinctorum, pauperum, aegrotantium cura, aliaque pietatis officia demandabantur. Eaedem et baptiſmo tingendis feminis inſeruiebant, et puellas ad pietatem inſtituebant, ceu ex antiquitatibus ſacris erudite oſtendit Caſp. Zieglerus *ſingulari commentario de Diaconis et Diaconiſſis vet. eccleſiae.* Earum aetas quinquaginta circiter annorum definitur *Nouella VI. Cap. 6.* quinquaginta abſciſſe. *l. 9. C. de epiſc. et cler.* At quadraginta annos ſufficere, credidit Iuſtinianus *Nouell. CXXIII. Cap. 13.* HEIN.

DIACOPI, qui in aggeribus fiunt. *l. 10. D. de extraord. crimin.* [Sciſſuras ea voce intelligi, notat Alciat. *Lib. I. Praetermiſſ. verb. Chomata.*]

DIA. DIC.

DIAETA, habitationem, in hortis amoenitatis et voluptatis cauſſa exſtructam, ſignificat. *l. 43. §. 1. D. de legat. I. l. 13. §. vlt. D. de vſufr. l. pen. §. vlt. D. de don. int. vir. et vx.* Lamprid. *in Elagab. Cap. XXX. et XXXI.* ZAETAS adpellat more Graecorum, qui *δια* ſaepe in *ζα* commutant, vt *Zabulus* pro *diabolus* apud eccleſiaſticos ſcriptores, veluti apud Cyprian. *Sermon. de eleemoſyn.* et *Serm. de Zelo et amore* non ſemel, et apud Paullinum crebro. Add. Marcell. Donat. *ad Lamprid. p. 957.* Hadr. Turneb. *Aduerſ. XXIV, 4.* et quae nos infra notamus in ZETA. HEIN. ¶. 2. Sic et DIAETAE in aedibus, pro coenaculis. *l. 13. §. 7. D. de vſufr. l. 32. D. de donat. l. 13. §. 2. D. de acceptil. l. 1. §. 27. D. de SC. Silan. l. 41. §. 1. D. de legat. III. l. 34. D. de vſu et vſufr. legat.* DIAETAE hypocauſtae. *l. 55. §. 3. D. de legat. III.*

DIAETARIVS, ſeruus, [qui diaetarum purgandarum curam habet, teſte Guid. Pancirolo *Var. Lect. Lib. I. Cap. 56.*] Eius ſit mentio apud Paullum *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 58.* [quio et ibi non DIAETARIVS, ſed *Zetarius*, ſcribitur. HEIN.] *l. 12. §. 42. D. de inſtruct. vel inſtr. leg. l. 1. §. 3. D. de naut. caupon. ſtabul.* ¶. 2. Referuntur DIAETARII etiam inter eos, qui cuſtodiae cauſſa nauibus praeponuntur, iunguntur que *ναυφύλαξιν*, in *l. 1. §. 3. D. naut. caup. ſtabul.*

DIARIA, diurnum victum, ſeu diurna cibaria ſignificant, quorum legato neque habitationem, neque veſtiarium, neque calcearium, deberi, traditur; quoniam de cibo tantum teſtator ſenſit. *l. 21. D. de alim. et cibar. legat.* Petron. *Satyr. Cap. XXIV. Hodie poſt aſellum* DIARIA *non ſumo.* DIVRNVM etiam pro ſumtu victus vnius diei dixit Scaeuola *l. 47. §. 1. D. de admin. et peric. tut.* et Seneca *Epiſt. LXXXI. al. LXXX.* ¶. 2. [DIARIA aliquando etiam erogationes denotant, vt in *Nouell. LVII.* aliquando calendarium.]

DIATRETVS calix. *l. 27. §. 29. D. ad leg. Aquill.* De eo ſupra ſub CALIX.

DIATRETARIVS in *l. 1. C. de excuſ. artif.* qui vitra cauat et perforat, dictus *ἀπὸ τοῦ διατρῆσαι*, quod eſt *cauare* vel *perforare.* Salmaſ. *ad Hiſt. Aug. Script. p. 458.* Sunt tamen, qui in *d. l. 1.* legendum cenſent *diabathrarii*, de quibus ſupra in DIABATHRARIVS. HEIN.

DIC.

DICARE religioni: *l. 5. §. 8. D. de donat. int. vir. et vxor.* [DICATVS inſulis. *l. 22. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. I.*

DICATIO, *l. 1. C. Theod. de veteran. l. 2. C. Theod. de famoſ. libell.* [vbi DICATIONEM *publicam*, pro deuotione vel collatione, quae publice debetur, praeſtaturque, interpretatur Iac. Gothofred. *in Comment.*]

DICERE, generatim pro declarare, verba facere. Hinc formulae: DIXIT Auguſtus: *l. 1. C. de ſentent. paſſ.* Caeſar: *l. 13. D. quod met. cauſſ. l. 2. C. de excuſ. mun. Lib. X.* DICENDVM eſt. *l. 2. D.*

l. 2. D. ad SC. Trebell. l. 82. pr. D. de legat. II. DICET aliquis: l. 2. §. 23. D. vi bon. rapt. l. 87. §. 7. D. ad leg. Falcid. DIXERIT aliquis: l. 1. §. 4. D. de ſuperfic. DICEMVS: l. 3. D. de legat. praeſtand. DICI poteſt: l. 21. §. 1. D. de conſtit. pecun. l. 8. §. 4. D. de inoffic. teſtam. Inde DICTVM eſt: l. 52. D. de condit. et demonſtr. l. 14. D. ad leg. Aquill. DICENDVM: l. 3. §. 5. D. de legat praeſtand. Quod DICIMVS: l. 1. §. vlt. D. de Inceſſ. edict. Hoc eſt, quod DICIMVS: l. 4. D. de contr. tab. bon. poſſ. Quod DICI ſolet: l. 32. D. de ſeruit. praed. ruſt. l. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. conuent. Quod DICITVR: l. 1. §. 13. D. de ſeparat. l. 12. D. de lib. et poſtum. l. 38. §. vlt. D. de minor. l. 56. §. 3. D. de iur. dot. l. 1. §. vlt. D. quand. adpell. l. 1. D. quis et a quo l. 15. D. de pignor.

¶. 2. DICERE, pro adfirmare, adſeuerare. l. 16. §. vlt. D. de lib. cauſſ. l. 3. §. vlt. D. de negot. geſt. l. 9. D. de dol. mal. l. 3. §. 6. D. de minor. l. 14. §. 1. D. de ſolut. DICO audiendum: l. 10. D. de fideiuſſor. DICEBAM: l. 40. D. de reb. credit. l. 9. D. de caſtr. pecul. l. 13. D. iudic. ſolu. DIXI: l. 44. D. de adquir. poſſeſſ. l. 39. D. de furt. l. 36. D. de ſeru. praed. vrban. l. 23. §. vlt. D. de bon. libert. Ceterum in venditione DICTVM et promiſſum ſeparantur. Et quidem DICTVM accipitur, quod verbotenus pronunciatum eſt, nudoque ſermone finitur. Promiſſum et ad nudam pollicitationem et ad ſponſionem pertinet. l. 1. §. 1. l. 19. §. 1. D. Aedilit. edict. DICERE enim, adfirmare eſt. l. 18. D. eod. tit. Ceterum quod venditor, vt commendet, dicit, ſic habendum eſt, quod ad praeſtationem attinet, quaſi neque DICTVM, neque promiſſum ſit. l. 37. D. de dol. mal. Cicero de offic. Lib. III. Cap. 13. Sin autem DICTVM non omne praeſtandum eſt: quod DICTVM non eſt, id praeſtandum putas. Hinc DICERE in venditione: l. 6. §. 4. D. commun. praed. DICIT venditor: l. 21. §. 1. D. de action. emt. DICERE, in venditione acceſſura: l. 27. l. 38. D. eod. tit. ¶. 3. [DICERE, reſpondere. l. 28. D. de pact. dotal.

¶. 4. DICTVM, id eſt, conuentum. l. 22. D. de reb. credit. DICTA latitudo. l. 13. §. 2. D. de ſeru. praed. ruſtic. ¶. 5. Sed inprimis notandae phraſes, quae ex verbi huius compoſitione cum aliis naſcuntur. Sic dicimus: DICERE cauſſam: l. 3. D. de adpell. Ex vinculis cauſſam DICERE: l. 25. §. 1 D. ad SC. Silan. Caeſar. de bell. Gall. Lib I. Cap. 4. Sueton. in Claud. Cap. XXXVIII. Cauſſam adulterii dicere. Valer. Max. Lib. VIII. Cap. 11. DICERE cauſſam poſſeſſionis: l. 13. §. 1. D. de hered. petit. conditio initio contractus DICTA: l. 6. §. 1. et §. vlt. D. de contrah. emt. DICTVS debitor: l. 5. D. de hered. vel act. vend. DICERE dotem, eſt certis verbis, nulla interrogatione praecedente, promittere. Cuiusmodi DICTIONE has duntaxat perſonas, mulierem, debitoremque eius, parentem item virilis ſexus, obligari olim potuiſſe, Vlpianus, Fragm. tit. VI. §. 2. et Caius Inſt. Lib. II. tit. 9. §. 3. ſcribunt Quibus etiam ſolis DOTIS DICTIONEM tribui, animaduertere eſt, vt in l. vlt. C. Theod. de inceſt. nupt. et apud Terent. Heautont. Act. V. ſcen. 2. v. 69. Afran. in fratriis, referente Nonio, Ciceron. pro Flacco Cap. XXXV. Plin. Lib. II. Epiſt. 4. Sex. Aurel. Victor in Nerone Cap. V. Apulei. in Apolog. p. 338. Qua de cauſſa DOTIS dictio a promiſſione et ſtipulatione ſeparatur, l. vlt. C. Theod. de dotib. et apud Vlpian. Fragm. tit. VI. §. 1. et tit. XI. §. 20. DICERE falſum teſtamentum: l. 1. §. 3. D. de tabul. exhib. l. 5. §. 4. l. 7. D. de his, quae vt indign. l. 19. D. de bon. libert. id eſt, accuſare, vt loquitur l. vlt. §. 2. D. de doli except. DICTVM falſum teſtamentum: l. 6. §. 1. D. de bon. libert. DICERE falſas tabulas: l. 6. C. ad leg. Corn. de falſ. de falſo teſtamento: l. 18. D. de accuſ. falſos codicillos. l. 15. D. de his, quae vt indign. inofficioſum teſtamentum, id eſt arguere, et accuſare: l. 5. §. 7. D. de his, quae vt indign. l. 6. D. de inoff. teſtam. l. 21. C. eod. tit. ſeu adlegare, quare exheredari vel praeteriri non debuerit, interprete Marcello. l. 3. D. de inoffic. teſtam. DICERE de inofficioſo teſtamento: l. 9. §. 1. D. de dol. mal. l. 2. l. 10. §. pen. D. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. 1. l. 6. C. de inoffic. teſtam. id eſt; agere, vt l. 135. §. vlt. D. de verb. obl. l. 9. §. 1. D. de dol. mal. DICERE irritum teſtamentum: l. 8. §. 12. D. de inoff. teſtam. DICERE ius inter aliquos, id eſt, reddere: l. 1. §. vlt. D. quod quisqu. iur. inter peregrinos: l. 2. §. 28. D. de orig. iur. de capite: d. l. 2. §. 23. D. eod. tit. de fideicommiſſo: l. 2. C. qui potior. DICERE legem: l. 40. D. de contr. emt. l. 5. D. de lege commiſſor. l. vlt. D. de reſc. vendit. contractu: l. 12. D. de verb. ſign. l. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. conuent. legem emtionis. l. 6. §. 1. et §. vlt. D. de contrah. emt. Horat. Lib. II. Epiſt. 2. v. 18.

Prudens emiſti vitioſum: DICTA tibi eſt lex.

Legem teſtamento dicere: l. 14. D. qui teſt. fac. l. 114. §. 14. D. de legat. I. l. 22. D. de legat. III. DICERE ſe liberum ex teſtamento: l. 7. §. vlt. D. de hered. petit. DICERE falſum modum, id eſt renunciare: Rubr. D. ſi menſ. falſ. mod. DICERE mulctam, pro infligere et irrogare, ſtatuere. l. 2. §. vlt. D. de iudic. l. 10. D. de cuſt. reor. l. 2. D. quis et a quo adpell. l. 131. D. de verb. ſignif. l. 2. C. de mod. mulct. Varro Lib. II. de re ruſt. Cap. 2. DICERE poenam ſententia: l. 15. C. de poen. DICERE ſententiam, primum eſt eorum, qui ſunt in conſilio publico. Hinc DICERE ſententiam in ſenatu: l. 2. §. 36. D. de orig. iur. l. vlt. D. de ſenator. ſententiae in ſenatu dicendae primordium: l. 1. D. de offic. Quaeſt. DICENDARVM ſententiarum ordo. l. 2. D. de decurion. Deinde et iudicantes, cauſſas definientes, DICVNT ſententiam, id eſt, proferunt, vel pronunciant. l. 7. D. de incend. ruin. naufr. l. 9. §. 11. D. de poen. l. 3. C. de patr. poteſt. l. 4. C. de accuſ. l. 1. §. 7. D. quand. adpell. DICTA ſententia: l. 57. D. de re iud. l. 36. D. de recept. arbitr. l. 1. C. famil. erciſc. l. 5. D. de adpell. l. 5. D. de pignor. l. 10. §. 1. D. de poen. l. 22. §. 1. l. 88. D. de legat. III. l. 19. D. de iurisdict. l. 1. C. famil. erciſc. DICTA pro ingenuitate ſententia: l. vlt. C. de colluſ. deteg. Sic ſententiam DICIT arbiter, l. 52. D. de recept. arbitr. l. vlt. D. famil. erciſc. quando nimirum ea mente pronunciat, vt ſecundum id litigatores a tota controuerſia recedere velint: l. 9. §. 1. D. de recept. arbitr. iudex: l. 55. D. de re iudic. l. 7. D. de hered. petit. praeſes: l. 9. D. de poſtul. praetor: l. 1. D. de feriis DICERE de ſtatu defuncti: l. 1. §. 1. D. ne de ſtat. defunct. DICERE teſtimonium: l. 3. §. 5. l. 4. l. 5. l. 8. l. 16. l. 18. l. vlt. D. de teſtib. l. 10. D. de ſenator. Collat.

Leg. Moſ. et Rom. tit. l. §. 2. *l.* 26. *D. qui teſt. fac. poſſ.* teſtimonia: Paull. *Sent. Lib. V. tit.* 15. §. 5. falſum teſtimonium: *l.* 29. §. *vlt. D. ad leg. Corn. de falſ.* DICENDA teſtimonia: *l.* 9. §. 1. *D. de lege Corn de falſ.* DICERE titulum poſſeſſionis: *l.* 11. *C. de hered. petit.* DICERE vindicias, id eſt, adiudicare. *l.* 2. §. 24. *D. de orig. iur.* Liu. *Lib. III. Cap.* 36. *Inuidiae proximus, quod in vrbe fuerat, quum iniuſtae vindiciae dicerentur.*

DICIS cauſſa, hoc eſt, perfunctorie et ſimulate, et ad ſpeciem, non vere, nec ex animo. *l.* 1. §. 34. *D. ad SC. Silan.* Sic DICIS cauſſa numerationis loco intercedere dicuntur numi: *l.* 4. *D. commodat.* vt fit in imaginariis venditionibus, in quibus numus vnus, aut item alter interuenit. Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* DICIS cauſſa fiebant quaedam, neque item dicta, neque facta ſemper. [Vtuntur eo verbo Cicero *Verrin. VI. Cap.* 24. Plin. *Lib. XXVIII. Cap.* 2. Arnob. *Lib. IV. adu. gent. in prooem* vt a Franc. Duareno notatum eſt.] Gloſſarium vetus: DICIS *cauſſa* et DICIS *gratia*, νόμου χάριν, λόγου χάριν, ὡς παρὰ Γαΐῳ τῷ νομικῷ. *Legis cauſſa*, (vt ii nimirum ſaltim in ſpeciem ſatisfiat,) *vel verbi gratia, quemadmodum eſt apud Caium iuriſconſultum.* Huius verbi vim ſic Dio *Lib. LVIII. p.* 634. expreſſit: τῆς ἀρχαίας ὁσίας ἕνεκα, ὥστε ἐν εἰκόνι δοκεῖν γίγνεσθαι. *pro more vetere, ſeu dicis cauſſa, ſicuti nunc etiam, vt imago quaedam priſcorum exhiberi videatur.* Huic ſimile eſt, quod Gell. *Lib. IV. Cap.* 18. dicit. *ſeruandae conſuetudinis gratia*, et in noſtro idiotiſmo: *pro forma.* Conſuli de eadem formula poſſunt Cuiac. *Lib. V. Obſ. Cap.* 33. Petr. Victor. *Var. lect. Lib. VIII. Cap.* 24. Andr. Schott. *Obſeru. Philoſ. Lib. V. Cap.* 33. et Petr. Pith. *Aduerſ. Lib. II. Cap* 8. Ceterum quum Graeco: ὁσίας ἕνεκα, vſus ſit Modeſtinus: *l.* 2. §. 1. *D. qui pet. tut. vel curat.* facile patet, quam male Latinus interpres id reddiderit: *pietatis cauſſa*, quum *dicis cauſſa* vertere debuiſſet. HEIN.

DICTARE actionem et iudicium, pro inſtituere et inferre, dicunt iuriſconſulti. *l.* 1. §. 1. *D. de edend. l.* 50. §. 1. *D. de pecul. l. vlt. D. pro dot. l.* 22. §. *vlt. D. de noxal. act. l. vlt. D. de ſeparat. l.* 3. §. *vlt. D. iud. ſolu. l.* 3. §. 1. *D. de minor. l.* 32. §. 9. *D. de recept. arbitr.* ¶. 2. DICTARE etiam teſtator dicitur, qui, teſtamentario excipiente, ſuprema iura ordinat. *l.* 93. *D. de legat. III. l.* 9. §. 1. *D. de hered. inſt.* Sic DICTANTE teſtatore legatum ſcribi, dicitur in *l.* 15. §. 2. *D. de leg. Corn. de falſ. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. de his, qui ſib. adſcr.* Sic et *l.* 40. *D. de milit. teſt.* et apud Iuuenal. *Sat. VI.* DICTABITVR *heres.* ¶ 3. DICTARE, exigere, poſtulare. DICTANTIBVS ipſis rebus. *l.* 2. §. 11. *D. de orig. iur.*

DICTATOR, in re trepida proditus eſt, a quo nec prouocandi ius fuit, et cui etiam capitis animaduerſio data eſt. Hunc magiſtratum, quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas, vltra ſextum menſem retinere. *l.* 2. §. 18. *D. de orig. iur.* DICTATORIBVS ergo ad tempus ſumma poteſtas credebatur. *l.* 1. *D. de offic. praef. praetor.* His dictatoribus magiſtri equitum iungebantur, qui adſociati participales curiae ſecundam poſt eos poteſtatem gererent, vt vtrobique traditur. ¶. 2. [DICTATOR, figurate, qui rei cuidam pro imperio intercedit, eique obſiſtit et obloquitur. *l.* 1. *C. Theod. de leg. et decret.* et ibi Iac. Gothofred. *in Commentar. Lib. XII. tit* 12.]

DIE.

DIES, more Rom. a media nocte incipit, et ſequente nocte finitur. *l.* 8. *D. de feriis* Macrob. *Lib. I. Saturn. Cap.* 3. Diei autem horas ab ortu ſolis dinumerabant: duodecim diei, totidemque nocti tribuentes. Atque ita primam, ſextam, ſeptimam horam, quoties in libris noſtris occurrit, accipe. *l.* 14. *D. qui teſt. fac. poſſ. l.* 1. *D. de manumiſſ. l.* 7. *D. de vſurp. et vſucap. l.* 5. §. *vlt. D. de ſeruit. l.* 25. §. 1. *D. de lib. et poſtum. l. vlt. C. de transact. l.* 2. *D. de ann. legat.* Cuiusque autem DIEI *maior pars* eſt horarum diei ſeptem, primarum vtique, non ſupremarum. *l.* 2. §. *vlt. D. de verb. ſignif.* Virgilius etiam *Aen. IX. v.* 156. *meliorem partem* DIEI dixit eam, quae meridiem antecedit. Immo Seruio interprete, et *melior* DIEI *pars* non differt a *maiore*, adeoque itidem eſt horarum ſeptem, non a media nocte, ſed ſolis ortu dinumerandarum. Nam hae ſolae ſeptem horae, ac ne eae quidem, negotiis impendebantur a Romanis, quorum occupationes ſingulis horis vbi deſcribit Martialis *Lib. IV. Epigr.* 8. ita finit:

In quintam varios extendit Roma labores:
Sexta quies laſſis; ſeptima finis erit.

HEIN. ¶. 2. [DIES, pro quouis tempore, vt in *tit. de in diem addict.*] ¶. 3.) Hinc variae loquutiones v. g. DIES actionis exire dicitur, quum finitur tempus, quo actio durat: *l.* 4. *pr. D. ne quis eum, qui in ius voc. l.* 1. §. 1. *l.* 21. *pr. D. ex quib. cauſſ. maior. l.* 28. §. 4. *D. de iudic. l.* 3. *D. de fer. l.* 49. *pr. D. ad SC. Trebellian. l.* 16. *in fine D. de recept. arbitr.* Annua, bima, trima DIE dare, eſt tribus penſionibus per triennium dare, *l.* 3. §. *pen. D. de ann. legat.* vt ſupra *Lib. I. ſub voce* ANNVVS docuimus. DIES cedere dicitur, quando incipit deberi pecunia: *l.* 213. *D. de verb. ſign.* DIES *certus*, qui, quando exſtiturus ſit, praeſcitur, a quo differt incertus, qui, quando, an exſtiturus ſit neſcitur, conditionis vim obtinet. *l.* 30. *D. de legat. I. l.* 11. *in fin. D. de legat. II.* DIES citerior vid. ſuo loco. DIES compromiſſi exitura? *l.* 13. §. 3. *D. de recept. arbitr.* [DIES et conſul addi debet in rationibus argentariorum: *l.* 4. *D. de edend.* itemque in priuilegiis: *l.* 4. *C. de diuerſ. reſcript.* non vero in deſcribendo teſtamento: *l.* 2. §. 6. *D. teſt. quemadm. aper.* nec ad ſubſtantiam inſtrumenti pertinet, *l.* 34. §. 1. *D. de pignor.* adeoque nec edi debet, quum eduntur inſtrumenta. *l.* 1. §. 2. *D. de edend.*] DIES continui: vid. ſupra ſuo loco. DIES fauſtus: *l.* 1. *C. Theod. de exſequ. et exact. l.* 10. *C. Theod. de exact.* DIES feriati: *l.* 38. *C. Theod. de nauicul.* DIEM fungi. *l.* 4. *D. de offic. adſeſſ. l.* 39. §. 10. *D. de adm. et peric. tut. l.* 19. §. *vlt. D. locat.* DIES et hora: *l.* 3. *D. de accuſat.* DIEM et horam denunciatione complecti: *l.* 5. §. 2. *D. quod vi aut clam.* DIES incertus, vid. paullo ante *certus.* DIES iuridici: *l.* 2. *C. Theod. de feriis* largitionum: *l.* 38. *C. Th. de nauicular.* DIES natalis: *l.* 6. *C. Theod. de curioſ.* natalitii vrbium maximarum: *l.* 2. *C. Theod. de fer.*

DIE.

de fer. DIEM ſuum obire: *l. 1. §. 1. D. ſi a par. quis manumiſſ. l. 1. §. 6. de bon. poſſeſſ. l. 7. §. vlt. D. de condict. indeb. l. 2. §. 47. v. Huic ſucceſſit. D. de orig. iur. l. 26. D. de leg. Corn. de falſ.* DIES omnes: *l. 1. §. 4. D. de nou. op. nunc.* DIES paſchae: *l. 2. C. Th. de fer. l. 4. C. Theod. de indulg. crim.* paſchalis laetitiae: *l. 6. C. Theod. de iud. crim.* DIEM proferre, id eſt, prorogare, vel producere. *l. 27. l. 33. D. de recept. arbitr.* DIES repetita, id eſt, vt vulgo dicimus, antidata. *l. 2. D. de fid. inſtr.* Vid. quae infra in verbo REFETERE diximus. DIES ſabbathi: *l. 6. C. Theod. de exſequ. et exact.* DIES ſeiſionum: vid. infra ſuo loco: DIES ſolis, ſeu dominicus *l. 1. l. 3. C. Theod. de exſequ. et exact. l. 13. C. Theod. de exact. l. 2. l. vlt. C. Theod. de ſpectacul.* DIES temporalis: *l. 63. D. de adpell. l. 9. C. Theod. de reparat. adpellat.* Habetur eadem loquutio *l. 32. C. de adpell.* et vbique accipitur pro diebus peremtoriis, quos hodie fatalia adpellationis vocant. Cuiac. *Lib. XII. Obſ. Cap. 4.* HEIN. Veniſſe DIEM dicimus, ſi adeſt tempus, quo peti poſſit. *l. 213. D. de verb. ſignif.* DIES vtilis, de quo infra in VTILIS.

¶. 4. Differunt haec: EX DIE, et IN DIEM. *l. 1. §. pen. D. quand. dies leg. vſusfr. l. 9. §. vlt. l. 34. D. de hered. inſt. l. 4. D. de ſeruit. l. 9. §. 2. D. vſusfr. quem. cau. l. 14. D. vt legat. ſeu fideic. ſeru. cauſſ. l. 5. §. 1. D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. vlt. in fine D. de adſign. lib.* De quibus dixi, dicamque ſigillatim ſuis locis.

DIF.

DIFFAMARE, famam alicui differre, vt loquitur Plaut. *Trinum. Act. III. ſcen. 2. v. 65. l. 5. C. de ingen. manumitt.* In deteriorem partem eo verbo vſi ſunt Tacit. *Lib. XV. Annal. Cap. 49.* Ouid. *Metamorph. Lib. IV. v. 236.* et Apulei. *Lib. I. Metam. p. 108.* HEIN.

DIFFARREATIO, modus ſollemnis diuortiorum, ſollemniſſimus, et vetuſtiſſimus Romanorum, quo vxor, quae per ſacrificium, in quo et panis farreus adhibebatur, in manum conuenerat, contrario, et admodum triſti ritu a marito diuellebatur. Feſtus *Lib. IV. voce* DIFFARREATIO: DIFFARREATIO, *genus ſacrificii, quo inter virum et mulierem fiebat diſſolutio. Dicta* DIFFARREATIO, *quia fiebat farreo libo adhibito.* Hinc Plutarch. *Quaeſt. Rom. p. 276.* vbi de diuortio Flaminis et Flaminicae agit, (hos autem coniuges confarreatos eſſe oportebat,) ritumque in eo adhibitum deſcribit: Οἱ δὲ ἱερεῖς, inquit, παρεγένοντο τῇ τοῦ γάμου διαλύσει, πολλὰ φρικώδη καὶ ἀλλόκοτα καὶ σκυθρωπὰ δρῶντες. *At ſacerdotes, qui interfuerunt, quum eiusmodi matrimonium diſſolueretur, multa horrenda, inaudita, et triſtia fecerunt.* HEIN.

DIFFERENTIARVM *libros nouem* ſcripſerat Modeſtinus, vnde aliquot in Pandectis capita transſcripta ſunt. Sumitur vero vocabulum hoc regulariter pro diſcrimine. DIFFERENTIAE argumentum: *l. 8. D. de eo, quod cert. loc.* DIFFERENTIAM facit: *l. 2. §. 1. D. de nox. act.* Non habita DIFFERENTIA: *l. 1. §. 2. D. ad leg. Corn. de ſicar.* DIFFERENTIA eſt in eo. *l. 38. D. de heredit. petit.*

DIF.

DIFFERE, pro diſcrepare. DIFFERT ab actione: *l. 16. D. de condict. indeb.* Nihilum differt ab extraneo: *l. 55. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. DIFFERRE, in aliud tempus reiicere. Sic DIFFERRI dicuntur accuſatio: *l. 38. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* arbitria: *l. 32. §. 16. D. de recept. arbitr.* cauſa: *l. 1. §. vlt. D. de iur. fiſc. l. 27. D. de liberal. cauſſ.* cetera cognitionis: *l. 39. D. de minor.* controuerſia: *l. 7. §. vlt. D. de ventr. in poſſeſſ. mittend.* iudicium: *l. 1. D. de Carbon. edict. l. 7. D. de hered. petit.* poena: *l. 1. §. vlt. D. nihil innouar. l. 3. D. de poen.* quaeſtio in tempus pubertatis. *l. 1. D. de Carbon. edict.*

[**DIFFICILE**, pro difficulter, *l. 13. D. de offic. praeſid.* et apud Vellei. *Lib. II. Cap. 63. Sibi* DIFFICILE *conſentiens.* [Adde *l. 5. D. de contrah. emt. l. vlt. C. Theod. de aliment. quae inop. Lib. XI. tit. 27.* vbi *Aegre ac* DIFFICILE] DIFFICILE impetrabitur: *l. 1. §. 9. D. de poſtul.* DIFFICILE plebs conuenire coepit. *l. 2. §. 9. D. de orig. iur.* ¶. 2. [DIFFICILE, id eſt, raro. *l. 13. §. 1. D. de ann. legat.*] ¶. 3. DIFFICILIVS, Papinianus dixit pro nullo modo, vel plane non. *l. 1. D. de pign. l. 8. D. de collat. l. 95. §. 3. D. de ſolut.* Eodem modo loquuti ſunt Iulianus, *l. 22. §. 7. D. rat. rem hab.* et Vlpianus. *l. 23. pr. D. pro ſoc.* HEIN.

DIFFICILIS, E. Tam DIFFICILIS diuiſio, vt paene impoſſibilis videatur: *l. 56. D. famil. erciſc.* DIFFICILIS ſeparatio: *l. 27. §. 20. D. ad leg. Aquill.* DIFFICILE eſt, vt audiatur: *l. 1. §. vlt. D. quand. adpell.* DIFFICILE eſt, minutatim ſingulos conuenire: *l. 8. §. 9. D. de transact.* DIFFICILE eſt, dicere: *l. 95. §. 3. D. de ſolution.* DIFFICILE eſt, vt vnus homo duorum vicem ſuſtineat. *l. 9. D. de pact.* ¶. 2. Singularis eſt loquutio: *In* DIFFICILI *eſſe. l. 29. §. 15. D. de lib. et poſtum.* Hanc quidam adeo non potuerunt concoquere, vt legerent: *caſus* IN-DIFFICILIS, quorum κρίσιν refellit Alciat. *in fine Libri IV. de verb. ſignif.* Dionyſ. vero Gothofredus in *d. l. 29. §. 15.* reſcribendum putat: *Ille caſus* IN DISSIMILI *eſt.* Sed nec textui quadrat illa emendatio, nec eſt neceſſaria. Luculenter enim oſtendit V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 390.* eodem modo Liuium *Lib. III. Cap. 8.* dixiſſe: *Exitus haud* IN FACILI *eſt.* et *Lib. III. Cap. 65. Moderatio tuendae libertatis* IN DIFFICILI *eſt.* et Celſum *Lib. V. Medicin. Cap. 26.* IN DIFFICILI *rem eſſe.* Nec ignotae ſunt ſimiles loquutiones: IN PROCLIVI, IN EXPEDITO, E FACILI, E DIFFICILI, quarum exempla peti iubet ex Io. Fridr. Gronou. *Not. ad Liu. III, 8.* et Nic. Heinſ. *ad Ouid. de art. am. III. v. 476.* Haec cui non ſatisfaciunt, ei nihil omnino ſatisfecerit. HEIN.

DIFFICVLTAS. Nulla DIFFICVLTAS erat: *l. 83. §. 1. D. de hered. inſt.* cauſſa DIFFICVLTATIS: *l. 237. §. 4. D. de verbor. oblig.* DIFFICVLTAS praeſtationis. *l. 2. §. 2. D. eod. tit.*

DIFFICVLTER. Non DIFFICVLTER. *l. 24. D. de teſt. milit.*

Digitized by Google

[DIFFIDENTIA. Cum magno labore, ſaepe etiam cum DIFFIDENTIA, quae plerumque iuuenes auertit, ſerius ad id perducemus, ad quod leuiore via ductus, ſine magno labore et DIFFIDENTIA maturius perduci potuiſſet. *§. 2. Inſt. de iuſt. et iur.*]

DIFFINDI dies, ex XII. Tab. iubebatur, quum iudex, vel alter ex litigantibus, morbo ſontico impediebatur. *l. 2. §. 3. D. ſi quis caution.* DIFFINDI autem, erat in alium diem reiici. Vnde DIFFISIONES apud Gellium *Noct. Att. Lib.* ☞ *XIV. Cap. 4.* Quum in plerisque et Pandectarum et Gellii editionibus ſine ſenſu legeretur *diem* DIFFVNDI: veram et genuinam ſcripturam ex Florentino codice primus reſtituit Ang. Politian. *Obſeru. et Emend. Syllog. I. Cap. 41.* Ipſam vero veterem loquutionem expoſuerunt Cuiac. *Lib. XII. Obſ. Cap. 18.* et Iac. Gothofred. *ad leg. XII. Tab. II.* HEIN.

DIFFVNDERE, proprie de vino dicebatur. Hinc DIFFVNDERE vina: *l. 60. §. 2. D. de legat. III.* DIFFVNDERE *vinum in doliis, aut ſeriis.* Columella *de re ruſt. Lib. XII. Cap. 28.* DIFFVSA vina: *l. 15. D. de trit. vin. ol.* DIFFVSA in vinalibus: *l. vlt. D. eod. tit.* DIFFVNDI autem vinum dicebatur ex doliis in amphoras et cados. *l. 6. l. 15. D. eod. tit.* et apud Catonem *de re ruſt.* ☞ *Cap. CXIII.* Aliud ergo eſt DEFVNDERE *vinum,* apud Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 61.* Id enim cauponum eſſe, iam ſupra monuimus in DEFVNDERE. HEIN. ¶. 2. DIFFVSVM, id eſt, amplum. DIFFVSVM patrimonium: *l. 11. C. de excuſat.* DIFFVSA ſeruitus. *l. 13. §. 1. D. de ſeru. praed. ruſt.*

DIG.

DIGESTA. Hunc titulum Iuſtinianus a veteribus iuriſconſultis mutuatus eſt. Scripſerat enim Alfenus DIGESTORVM *Libros XL.* Iulianus *Libros XC.* Celſus *Libros XXXIX.* Marcellus *totidem,* Pomponius *V.* Scaeuola XL. Marcianus VII. Harmenop. *Lib. I. Cap. I. §. 6.* Ἰουστινιανὸς τὰς πολλὰς ἐκθέσεις τῶν νόμων ἐν πεντήκοντα βιβλίοις διὰ σοφῶν ἀνδρῶν σπουδαίως συνήγαγε. Ἃ καὶ ΔΙΓΕΣΤΑ, ἤτοι ΠΑΝΔΕΚΤΗΝ, ὡς πάντων δεκτικὰ τῶν νόμων ἐκάλεσεν. *Iuſtinianus plurima paeneque immenſa a veteribus illis iuriſconſultis edita volumina in quinquaginta libros contulit, ſtudio atque opera prudentum, atque in ea re exercitatorum hominum. Quae etiam* DIGESTA *aut* PANDECTAS, *quod omnis generis leges complecterentur nominauit.* Vetus Gloſſarium: ΔΙΓΕΣΤΩΝ, φανερῶν διατυπωμάτων. [Rationem vtriusque nominis reddidit ipſe Imperator *l. 3. §. 1. C. de vet. iur. enucl.*]

DIGITVS. DIGITO oſtendi: *l. 6. D. de reb. cred.* Si DIGITO caelum attigero: *§. 5. Inſt. de inutil. ſtipul.* Δάκτυλον ὕδατος, inuenies in *l. 37 D. de ſeru. praed. ruſtic.* ☞ Qui ſe DIGITO truncabant, vt militiam ſubterfugerent, curiis addicebantur *l. 1. C. Theod. de fil. milit. app. l. 4. C. Theod. de tiron.* Dicebantur etiam *murci*: de quo vocabulo plura Cuiac. *Lib. XV. Obſeru. Cap. 40.* Iac. Gothofred. *in l. 4. C. Th. de fil. mil.* Menag *Amoenit iur. Cap. III. p. 12.* HEIN

[DIGMA in *l. 9. C. Theod. de ſuar. Lib. XIV. tit. 4.* idem, quod ſpecimen, indicium, probatio, vel proba, vti vocatur in *l. vn. C. Theod. de ſtrator.* DIGMA clandeſtinum mittere, in eadem *l. 9.* eſt, ſpecimen aliquod clam mittere, vt facta collatione adparere poſſit, ſit ne fraus aliqua commiſſa, nec ne. Inde eſt, quod et ipſe locus, vbi mercium ſuarum ſpecimen, ſeu δεῖγμα producere conſueuerunt mercatores, hoc nomine apud Graecos adpellatur. Vide Iac. Gothofred. *Commentar. in d. l. 9*]

[DIGNATIO noſtra, in *l. vlt. Cod. Theod. de priuileg. eor. qui in ſacr. pal. mil. Lib. VI. tit. 35.* et ibi Iac. Gothofredus.]

DIGNE exhiberi. *l. 31. D. de poen.*

DIGNITAS, honor. Cuiusuis DIGNITATIS ſit. *l. 1. §. vlt. D. de SC. Maced.* [DIGNITATEM impedire: *l. 6. pr. D. de decurion.* DIGNITATIS contemtio: *l. 19. pr. D. de offic. praeſid.* DIGNITATEM retinere: *l. 20. D. de ſtat. hom.* DIGNITATEM amittere. *l. 7. §. 2. D. de ſenator.* DIGNITAS nulli excuſationem tribuit: *l. 15. §. 2. D. de excuſ.* DIGNITATIS ſtatus: *l. 1. D. de var. et extr. mun.* Ex DIGNITATE eius, qui funeratus eſt: *l. 14. §. 6. D. de religioſ.* Hinc loquutiones: DIGNITATIS adumbrata: *l. 24. et l. 41. C. Theod. de decur.* Cuiuscumque DIGNITATIS arbitrum: *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* DIGNITAS clara: *l. 23. D. quod met. cauſſ.* clariſſima: *l. 1. C. Theod. de accuſ. et inſcript.* conſularis: *l. fin. pr. D. de ſenator.* emendicata: *l. 35. C. Theod. de teſtim. exhib.* ementita: *l. 2. C. Theod. de exhib. vel transmitt. reis* excellens: *l. 9. §. vlt. D. de dolo.* DIGNITAS et fama domus: *l. 14. §. 1. D. de ſeru. corrupt.* DIGNITAS honoraria: *l. 2. C. Theod. ad leg. Iul. repetund.* illuſtris: *l. 15. C. Theod. de metat.* illuſtris palatii: *l. 1. D. ad leg. Iul. de ambit.* imagines DIGNITATVM: *l. 74. C. Theod. de decurion.* DIGNITAS legitima: *l. 2. C. Theod. ad leg. Iul. de amb.* maior et minor: *l. 9. D. de curat. furioſ.* municipalis: *l. 22. §. 5. D. ad municip.* nuptiarum: *l. 13. C. de poſtlim. reuerſ.* protectoris: *l. 2. C. de veteran.* ſenatoria: *l. 6. D. de ſenat. l. 13. D. ad municipal.* vera. *l. 2. C. Theod. de exhib. vel transmitt. reis.* ¶ 2. [Aliquando DIGNITAS idem, ac conditio, etiam viliſſima. Sic mancipium veſtiendum dicitur, pro ſua DIGNITATE. *l. 15. §. 2. D. de vſufr.* ordinum DIGNITAS familiarumque. *l. 1. §. 13. D. de inſpic. ventr.*] ¶. 3. [DIGNITATES, militiae opponuntur in *l. 13. C. de offic. rect. prouinc. l. 8. C. de pagan. l. vlt. C. de iurisd. omn. iud.*]

DIGNVS quisque videtur eo, quod meretur. DIGNVS emancipatione: *§. 2. Inſt. de adopt.* DIGNVS venia. *l. 3. §. 7. D. de re milit. l. 11. §. 10. D. de interrog. in iur. fac.* ¶. 2. DIGNVM eſſe, pro tanti pretii eſſe. Sic DIGNVS fundus, vel ſeruus, tot aureis dicitur, qui tot aureos valet: *l. 28. §. 3. l. 31. §. 3. D. de donat. inter vir. et vxor.* DIGNVS fundus centum: *l. 54.*

D. de legat. II. centum aureis: *l. 88. D. ad leg. Falc.* decem: *l. 19. D. ad leg. Falcid. l. 46. D. de euict.* quinquaginta: *l. 65. D. ad leg. Falc.* Quanti DIGNVS eſt fundus. *l. 12. D. de in rem verſ.*

¶. 3. DIGNVM, id eſt, conueniens. DIGNVM eſt: *l. 2. §. vlt. D. quis ord. in bon. poſſ. ſeru l. 17. §. 3. D. de adopt. et emancip.* DIGNVM ſuae perſonae. *l. 18. §. 9. D. de iur. fiſc.* Eſt hic Graeciſmus, quo vſi etiam Plaut. *Poenul. Act. II. v. 10. Trinum. Act. V. ſcen. 2. v. 29.* Virgil. *Aen. XII. v. 649.*

Magnorum haud vmquam indignus auorum. HEIN.

DII.

DIIVDICARE inter ſe dicuntur, qui de re dubia conueniunt. *Vt pretium ſeruaret, donec inter vos* DIIVDICARETVR, (in Flor. DEIVDICARETVR) *cuius oleum eſſet. l. 9. §. 3. D. de dol. mal.* HEIN.

DIL.

DILABI. DILAPSO aedificio. *l. 6. D. de diuiſ. rer.*

DILACERARE bona, et diſſipare. *l. 1. D. de curat. furioſ.*

DILACERATIO publica. *l. 3. C. Theod. ad leg. Iul. de ambit.*

DILANIARE corpus poenis publicis. *l. 1. C. de emend. ſeru.* HEIN.

DILAPIDARE, id eſt, conſumere et perdere: *l. 25. §. 11. D. de hered. petit. l. 11. §. 6. D. de minor.* DILAPIDARE bona. *l. 11. C. mand. l. 1. §. 1. D. de legit. tut.*

DILATARE actum et iter: *l. 3. §. 13. D. de itin. actuqu. priu.* aquam: *l. 1. §. D. de flumin.* riuum. *l. 1. §. vlt. D. de riu.*

DILATIO. DILATIONEM accipere: *l. 36. D. de iudic.* capere: *l. 73. D. de verb. obl.* DILATIO, damnum adlatura. *l. 7. §. 11. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ.* DILATIO in hoc datur. *l. 45. D. de iudic.* Eam impetrare: *l. 11. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* inſtrumentorum gratia data: *l. vlt. §. 1. D. de adpell. l. 7. D. de fer. l. 1. C. de dilat.* DILATIO iudicis: *l. 26. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior.* non modica; *l. 7. D. de adminiſtr. et peric. tut.* nouiſſima. *l. 6. D. de Carbon. edict.* [DILATIONEM pati: *l. 24. §. 2. D. ſol. matr.* praeſtare. *l. 4. C. de prec. imp. offer.*] DILATIONEM non recipit res: *l. vlt. D. de adpellat.* DILATIO transmarina. *l. 4. C. Theod. de dilation.*

DILATORIA exceptio. *l. 19. C. de probat.* Quae exceptiones quales ſint, vide *l. 3. D. de except. §. 9. Inſt. eod. tit.*

DILECTVS. Ita in pandectis Florentinis ſcribitur, eamque ſcriptionem in vetuſtiſſimis Plauti aliorumque bonorum auctorum libris conſtanter reperiri, teſtantur Rittershuſ. *ad Paull. Sent. Lib. II. tit. 20. §. 1.* et Muret. *ad Ciceron. Philipp. VI. Cap. 2.* HEIN. Ad DILECTVM, id eſt, *delectum* non reſpondere. *l. 4. §. 10. D. de re milit. l. 20. D. comm. diuid.* Sed poſteriore hoc loco in Flor. non DILECTVM, ſed DELICTVM, perperam legitur. Nihili enim eſſe phraſin; *ad delictum non reſpondere*, nemo non animaduertit. HEIN.

DILIGENS. Et perſonae, et rei tribuitur hoc epitheton, Sic DILIGENS iuris ciuilis. *l. 17. D. de iure patron.* Quinctilian. *Declam. CCLXII. Sed miror ſi in hac ciuitate,* DILIGENTISSIMA *iuris, vlla lex contra alteram ſcripta eſt.* Eodem modo Vellei. Paterc. *Lib. I. Cap. 6. Eius aetatis,* ait, *clariſſimus Graii nominis, Lycurgus, Lacedaemonius, vir regii generis fuit, ſeueriſſimarum iuſtiſſimarumque legum auctor, et diſciplinae continentiſſimae vir, cuius quamdiu Sparta* DILIGENS *fuit, excelſiſſime floruit.* Cornel. Nepos *in Epamin. Cap. III. Adeo veritatis* DILIGENS, *vt ne ioco quidem mentiretur.* Rutil. Lupus *lib. de figur. ſentent. Pro confidente fortem, pro illiberali* DILIGENTEM *rei familiaris, pro maleuolo ſeuerum.* Sueton. *de clar. Grammat. Cap. XXIII. Quamquam ex ſchola quadragena annua caperet, ac non minus de re familiari, cuius* DILIGENTISSIMVS *erat.* Sic et Seneca *Epiſt. CII. Hic homo ſummae frugalitatis non minus patrimonii, quam corporis* DILIGENS. ¶. 2. Sic et rei tribuitur, veluti, quum dicitur DILIGENS cuſtodia, id eſt exactior, quam ſuis rebus quis adhiberet. *l. 5. §. 5. D. commod.* Quae *cuſtodia* in *l. 13. §. vlt. D. de pign. act.*

DILIGENTER rem inquirere: *l. 9. §. 2. D. de iur. et fact. ignor.* Ita data ſeruo libertate: *ſi* DILIGENTER *rationes tractaſſe* videbitur: diligentia conſideranda eſt, quae domino, non quae ſeruo erit vtilis, coniuncta bonae fidei, et in reliquis quoque reddendis. *l. 8. D. de manumiſſ. teſt.* DILIGENTIVS habiturus ſeruom. *l. 5. §. 3. D. de condict. cauſſ. dat.*

DILIGENTIA culpae opponitur, vt liquet ex *l. 63. D. de contrah. emt.* vbi DILIGENTIAM praeſtare Proculus interpretatur, *vt culpa abſit.* Verum ex adiuncto verbo augetur et intenditur, vel minuitur DILIGENTIA. Interdum enim EXACTA, interdum ea, quam diligens paterfamilias, interdum ea, quam ſuis quis rebus adhibet, deſideratur, vt in *l. 24. §. 5. D. ſolut. matrim.* et *l. 17. pr. D. de iur. dot. Maritus eam diligentiam praeſtabit, quam in ſuis rebus exhibet.* Et in *l. 25. §. 16. D. fam. erciſc. Non tamen* DILIGENTIAM *praeſtare debet, qualem diligens paterfamilias. Talem igitur praeſtabit, qualem in ſuis rebus.* Item in *l. 1. D. de tutel. et rat. diſtr. Talem* DILIGENTIAM *praeſtando, qualem in ſuis rebus.* At in *l. 3. D. de peric. et comm. rei vend.* venditor praeſtare EXACTIOREM DILIGENTIAM iubetur, quam ſuis rebus adhiberet. Sed is, qui vtendum accepit, EXACTISSIMAM DILIGENTIAM cuſtodiendae rei praeſtare compellitur: nec ſufficit, ei eamdem diligentiam adhibere, quam ſuis rebus adhibet, ſi alius diligentior cuſtodire potuerit. *l. 1. §. 4. D. de obl. et act. §. 2. Inſt. quib. mod. re contr. oblig.* In rebus quo-

Digitized by Google

quoque commodandis DILIGENTIA praeſtanda eſt, qualem diligentiſſimus paterfamilias ſuis rebus adhibet. *l. 28. pr. D. commodat. l. 1. §. 4. D. de obl. et act. §. 2. Inſt. quib. mod. re contr. obligat.* Similiter, qui aliena negotia gerit, EXACTAM DILIGENTIAM rebus eius, pro quo interuenit, praeſtare debet. Paull. *Lib. I. Sent. tit. 4. §. 1.* Quae omnia qui praeſtat, OMNEM DILIGENTIAM praeſtare dicitur. *l. 24. C. de vſur.* Magiſtratus reip. non dolum ſolummodo, ſed et latam negligentiam, et hoc amplius, etiam DILIGENTIAM debent. *l. 6. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* Qui ex pluribus tutoribus, teſtamento datis, oblata ſatisdatione, ſolus adminiſtrationem ſuſcepit, DILIGENTIAM praeſtare debet. *l. 53. §. 3. D. de furt.* DILIGENTIA praeſtanda eſt ab eo, qui commodatum accepit: *l. 5. §. D. commodat.* DILIGENTIA quoque ab herede exigenda eſt: *l. 47. §. 1. D. de legat. I.* Cuſtodiam venditor talem praeſtare debet, quam praeſtant hi, quibus res commodata eſt, vt DILIGENTIAM praeſtet EXACTIOREM, quam in ſuis rebus adhiberet. *l. 3. D. eod. tit.* ¶. 2. [DILIGENTIA *non ambitioſa*: *l. 33. pr. D. de vſur.* cui opponitur *inſolentia curioſa* in *ead. leg.* DILIGENTIAM debere: *l. 6. D. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* fidem et DILIGENTIAM exhibere: *l. 2. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend.* exigere: *l. 3. §. 5. D. de iur. fiſc.* DILIGENTIAM inſtruere iudicantis: *l. 34. D. de adminiſtr. et per.* Nimia et miſera DILIGENTIA: *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* Perquam nimia DILIGENTIA: *l. 6. D. de bon. damnat.* DILIGENTIAM praeſtare. *l. 2. §. vlt. de peric. et commod. rei vend.* id eſt, curam diligentem rei, vt eſt *in l. 32. D. depoſ.* DILIGENTIAE pars eſt, cauere damni infecti earum aedium nomine, quarum cuſtodia debetur. *l. 36. D. de act. act. emt.*

☞ DILVCIDE, aperte, clare, diſerte. *l. 13. C. de non num. pecun.*

DILVCIDVS, A, VM. DILVCIDA interualla furioſi. *l. 9. C. cui teſtam. fac. poſſ.* HEIN.

DIM.

DIMIDIVS, A, VM. DIMIDIA pars bonorum: *l. 38. §. 8. D. de poen. l. 1. §. vlt. D. de bon. damn. l. 43. D. de vſufr.* crediti: *l. 28. §. vlt. D. de iudic.* debiti: *l. 89. §. 3. D. de legat. II.* fundi: *l. 112. D. de condit. et demonſtr.* gregis: *l. 2. D. de rei vind.* hereditatis: *l. 25. §. 15. D. de hered. petit. l. 30. D. de exc. rei iud. l. 9. D ſi pars hered. l. 1. §. 20. D. ad SC. Trebell. l. 87. l. 92. D. ad leg. Falcid.* legati: *l. 89. §. 2. D. de legat. II.* obligationis: *l. 26. §. 13. D. de condict. indeb.* DIMIDIAE partes poſſeſſionis: *l. 1. §. vlt. D. de Salu. interd.* Ex parte DIMIDIA ſcripti heredes. *l. vlt. §. 2. D. de doli except. l. 3. §. vlt. l. 9. D. ſi pars her. pet.*

DIMIDIATVS, A, VM. DIMI-
☞ DIATIS noctibus. *l. 8. D. de fer.* Sic et Cicero *Tuſc. Lib. II. Cap. 16. Lib. V. Cap. 13.* Plin. *Lib. XVI.*

Cap. 39. et alii boni ſcriptores, loquuti ſunt, vti ipſa Lexica docent. HEIN.

DIMINVERE. Vid. ſupra DEMINVERE.

DIMISSORIVS, A, VM, DIMISSORIAE litterae, vel DIMISSORII libelli dicuntur, vulgo *apoſtoli*, ab eo, quod cauſſa ad eum, qui adpellatus eſt, dimittitur. *l. 106. D. de verb. ſignif. l. vn. D. de libell. dimiſſor.*

DIMITTERE, abire pati. DIMITTERE adulterum: *l. 29. D. ad leg. Iul. de adult.* cuſtodiam: *l. 10. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 31. §. 1.* damnatos. *l. 31. D. de poen.* eum, qui in ius vocatus eſt: *l. 22. D. de in ius voc.* ab exercitu: *l. 1. §. 1. D. de his, qui not. infam.* a ſemet filium: *l. 8. D. de cond. et demonſtr.* innoxios: *l. 12. D. de publ. iud.* milites: *l. 8. C. de quaeſtion.* poſſeſſionem: *l. 18. §. 1. l. 38. D. de adquir. poſſeſſ.* de poteſtate: *l. 28. D. de adopt.* Vlpian. *Fragm. tit. X. §. 2.* de prouincia: *l. 10. D. de offic. proconſ.* de tutela. *l. 19. C. de excuſat.* ¶. 2. DIMITTERE vxorem, id eſt, repudiare. *l. 37. §. vlt. D. de minor. l. 44. §. 1. D. qui et a quib.* ¶. 3. DIMITTI creditores dicuntur, quum iis pecunia exſoluitur. *l. 15. §. 5. D. de re iud. l. 16. D. qui pot. in pign. l. 38. pr. D. de legat. III. l. 3. in fine D. de ſeparat. l. 10. §. 1. l. 15. l. 16. D. quae in fraud. credit. l. 28. D. de pact. dot. l. 1. D. de diſtr. pign. l. 3. C. de his, qui in prior. credit.* DIMITTERE creditores ex pecunia: *l. 70. l. 72. D. de legat. II. l. 38. pr. D. de legat. III.* Paull. *Sent. Lib. II. tit. 13. §. 8.* DIMISSO creditore. *l. 26. §. 2. D. de fideic. libert. l. 25. l. 27. D. qui et a quib.* ¶. 4. DIMITTI etiam debitor dicitur, quando liberatur. *l. 4. pr. D. de decret. ab ord. fac.* DIMITTI debito: *l. 19. D. de dol.* DIMISSVS obligatione: *l. 41. D. de oper. libert.* DIMISSIS legatis, id eſt, ſolutis. *l. 6. pr. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.*

DIN.

DINOSCITVR liber a ſeruo. *l. 5. D. de contrab. emt.*

DINVMERARE paſſus. *l. 1. D. ſi quis caution.*

DINVMERATIO dierum: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 33. §. 1.* itineris: *l. 1. D. ſi quis caution.* paſſuum: *l. 3. D. de verb. ſignific.* temporis. *l. 39. D. ex quib. cauſſ. mai.*

DIO.

DIOECESES adpellabantur adminiſtrationes multarum prouinciarum, quae in vnum coactae per Praefectos praetorio et eorum vicarios regebantur. *l. vn. C. vt omnes iud. l. 3. C. Theod. de collat. equor. l. 34. C. Theod. de nauicular.* Veluti ſub praefectura praetoriana *Orientis* quinque erant DIOECESES, *Oriens, Aegyptus, Aſiana, Pontica, Thracica*: quemadmodum ex *l. vn. C. vt nem. ad ſuum patroc. l. 5. C. de temp et reparat. adpell. l. 2.*

C. de

C. de milit. veſt. Lib. XII. l. 1. C. de comit. l. 10. C. de numerar. l. 6. C. de fund. patrim. l. 97. C. Theodoſ. de decurion. et ex *Notit. Imp. Rom.* liquet. Quarum DIOECESEON vnaquaeque plures prouincias complectebatur. *Orientis* certe DIOECESEOS quindecim erant prouinciae, *Aegyptiacae* ſex, *Aſianae* decem, *Ponticae* totidem, *Thracicae* ſex. Praefecturae vero praetorianae *Illyrici* DIOECESES duae ſuberant, *Macedonia* et *Dacia*: quarum illa prouincias ſex; haec quinque capiebat. [*Aegyptiacae* quoque DIOECESEOS mentio fit *l. 8. C. de haeret.*] Hanc orbis Romani deſcriptionem in certas DIOECESES nemo accuratius ac luculentius deſcripſit Philippo Berterio *in libris πιθανῶν*, inſertis *Tomo IV. Theſauri iur. ciu. p. 889. ſequ.* Totus orbis Rom. in ORIENTALE et OCCIDENTALE imperia diuidebatur. Claudian. *de bell. Gildon. v. 3.*

Conſpirant GEMINI *fraenis communibus* ORBES.

Corippus *Lib. I.*

Omnia vectantes GEMINI *commercia* MVNDI.

ORIENTALIS imperii quinque erant DIOECESES, quibus praefectus praetorio orientis; duae, quibus praefectus praetorio Illyrici vice ſacra praeerat. Priores ſunt *Orient*, *Aegyptus*, *Aſiana*, *Pontica*, *Thracia*: *l. 2. C. de milit. veſt. l. 1. C. vt nem. ad patrocin.* poſteriores *Macedonia* et *Dacia*. Dioeceſes ORIENTIS metropolin habebat *Antiochiam*, quam Zoſimus *Lib. I. Cap. 27.* τῆς ἑῴας πάσης μητρόπολιν, *totius orientis metropolin* vocat: AEGYPTVS *Alexandriam*, τὴν πάσης Ἀιγύπτυ μητέρα: Paeanius *metaphr. Eutrop. Lib. II. Cap. 3.* ASIANA *Epheſum*, iam Paulli Apoſtoli aetate Aſiae metropolin: PONTICA *Caeſaream*, Cappodociae vrbem: THRACIA, olim *Heracleam*, poſtea *Conſtantinopolin*: MACEDONIA *Theſſalonicam*, μητέρα πάσης Μακεδονίης, *matrem totius Macedoniae*, vti vocatur *Antholog. Lib. I. Cap. 26. epigr. 4.* DACIA vel eamdem *Theſſalonicam*, vel *Vlpiam Traianam*, ſeu *Zarmithegethuſam*, vel *Sardicam*. OCCIDENTIS DIOECESES erant ſex, ITALIA, cuius metropolis *Mediolanum*, ILLYRICVM, cuius metropolis *Sirmium*, AFRICA, cuius metropolis *Carthago*: GALLIAE, quarum caput *Auguſta Treuerorum*, HISPANIAE, quarum vrbs prima *Emerita*, denique BRITANNIA, in qua *Eboracum* eminebat. Ex his *Italiam*, *Illyricum et Africam*, antequam ſingularis praefectus praetorio Africae a Iuſtiniano conſtitueretur, Praefectus Praetorio Italiae; *Gallias*, *Hiſpanias* et *Britannias* praefectus praet. Galliarum adminiſtrabat. Singulas dioeceſes ſub ſe plures prouincias habuiſſe, iam Briſſonius notauit. ORIENTI recte tribuit quindecim: earum quinque fuiſſe conſtat conſulares, *Syriam*, *Palaeſtinam*, *Phoenicen*, *Ciliciam* et *Cyprum*, decem praeſidales: *Palaeſtinam ſecundam*, *Phoenicen Libani*, *Euphratenſem*, *Syriam Salutarem*, *Meſopotamiam*, *Oſrhoenam*, *Ciliciam ſecundam*, *Arabiam et Iſauriam*. Sex AEGYPTI prouinciae hae enumerantur, *Aegyptus*, *Thebais*, *Libya ſuperior*, *Libya inferior*, ſeu *Pentapolis*, *Arcadia*, quae omnes a Praeſidibus regebantur, et *Auguſtamnica*, quae a Correctore. ASIANAE DIOECESEOS non decem, ſed vndecim fuerunt prouinciae, vna proconſularis *Aſia*: tres conſulares, *Pamphylia*, *Helleſpontus* et *Lydia*, ſeptem praeſidales, *Lycaonia*, *Piſidia*, *Phrygia prima* ſeu *Pacatiana*, *Phrygia ſecunda*, ſeu *Salutaris*, *Lycia*, *Caria*, et *Inſulae*. DIOECESEOS PONTICAE duae prouinciae parebant conſularibus, *Galatia* et *Bithynia*, vna Correctori, *Paphlagonia*: octo Praeſidibus, puta *Honorias*, *Cappadocia prima*, *Cappadocia ſecunda*, *Hellenopontus*, *Pontus Polemoniacus*, *Armenia prima* ſeu *maior*, *Armenia ſecunda*, ſeu *minor*, *Galatia Salutaris* vel *ſecunda*: vt adeo et huius DIOECESEOS non decem, ſed vndecim fuerint prouinciae. THRACICAE DIOECESEOS ſex prouinciae fuerunt, duae conſulares, *Europa* et *Thracia*, quatuor praeſidales, *Haemimontum*, *Rhodope*, *Moeſia ſecunda*, et *Scythia*. Sex MACEDONIAE DIOECESEOS prouinciarum vna erat proconſularis, *Achaia*, duae conſulares, *Macedonia* et *Creta*, tres praeſidales, *Theſſalia*, *Epirus vetus*, *Epirus noua* cum parte *Macedoniae Salutaris* vel *ſecundae*. Quinque DIOECESEOS DACIAE prouinciae ſunt *Dacia mediterranea* conſularis, *Dacia Ripenſis*, *Moeſia prima*, *Dardania*, *Praeualitana* cum parte *Macedoniae Salutaris*, praeſidales. OCCIDENTIS DIOECESEON primae, ITALIAE, ſeptemdecim fuere prouinciae, octo conſulares, *Campania*, *Tuſcia cum Vmbria*, *Picenum ſuburbicarium*, *Flaminium*, *cum Piceno annonario*, *Aemilia*, *Venetia*, *Liguria*, et *Sicilia*: duae correctoriae *Apulia* cum *Calabria*, et *Lucania* cum *Bruttiis*: ſeptem praeſidales: *Samnium*, *Valeria*, *Sardinia*, *Corſica*, *Raetia prima*, *Raetia ſecunda* et *Alpes Cottiae*. DIOECESEOS ILLYRIAE ſex referuntur prouinciae. Nam Conſulari paruit *Pannonia ſecunda*, Correctori *Sauia*, Praeſidibus *Dalmatia*, *Pannonia prima*, *Noricum mediterraneum*, et *Noricum Ripenſe*, quibus tamen ſeptimam prouinciam *Valeriam* addendam putat laudatus Berterius *ibid. Diatrib. I. Cap. V. p. 821.* Ad AFRICAM pertinuere prouinciae ſex, *Carthaginienſis* ſeu *Zeugitana*, proconſularis, (hunc enim vnicum in occidente proconſulem reperimus,) *Byſacium* et *Numidia*, conſulares: *Tripolis*, *Mauritania Caeſarienſis*, et *Sitifenſis*, praeſidales. GALLIARVM ſeptemdecim numerabantur prouinciae, et in his ſex conſulares, vti *Viennenſis*, *Lugdunenſis prima*, *Germania prima*, *Germania ſecunda*, *Belgica prima*, et *Belgica ſecunda*, vndecim praeſidales *Aquitania prima*, *Secunda*, *Tertia* ſeu *Nouempopulania*, *Lugdunenſis Secunda*, *Tertia*, *Quarta*, quae et *Senonia* adpellata, *Maxima Sequanorum*, *Narbonenſis prima*, *Narbonenſis Secunda*, *Alpes maritimae*, *Alpes Poeninae* cum *Graiis*. HISPANIARVM DIOECESIS, e ſeptem conflata prouinciis, tres habuit conſulares, *Luſitaniam*, *Baeticam*, *Callaeciam*: et quatuor praeſidales: *Tarraconenſem*, *Carthaginienſem*, *Tingitanam*, et *inſulas Baleares*. Denique BRITANNIAE DIOECESIS in quinque prouincias deſcripta fuit, conſulares duas, Maximam Caeſarienſem et Valentiam, et tres praeſidales, *Britanniam primam*, *Britanniam ſecundam*, et *Flaniam Caeſarienſem*. Haec omnia accuratiſſime expoſuit Berterius, qui et *Diatriba II.* hanc diſtributionem orbis Romani orientalis et occidentalis in ſuas dioeceſes et prouincias in diſtributione dioeceſeon eccleſiaſticarum obſeruatam fuiſſe, ſolide ac erudite demonſtrauit. Haec, quia ad intelligendum ius noſtrum mirifice proſunt, ea, qua fieri potuit breuitate, hic explicare viſum eſt. HEIN.

☞ DIOECETAE, praefecti, curatores alicuius rei Sic DIOECETAE piarum actionum: *l. 46. §. 1. C. de epiſc. et cleric.* DIOECETAE ergaſticorum: *l. 5. C. de epiſc. audient.* Vſus eodem vocabulo eſt Cicero *pro Rabir. Cap. VIII. et IX.* HEIN.

ΔΙΩΚΟΝΤΕΣ pro actoribus. *l. 48. D. de iudic.*

[DIOMEDES. Eius et Glauci permu- ☞ tatio] in prouerbium abiit, de qua Homerus *Iliad. Z. v. 236.*

> Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων.
> *Aurea aeneis, centena nouenariis* permutauit.

Huic permutationi ſuam in perpurganda iurisprudentia operam comparat Iuſtinianus, ſeque pro aeneis aurea poſteris reddidiſſe ait. *Conſt. Omnem reipubl. §. vlt. ad Anteceſſor.* HEIN.

DIP.

DIPHILVS ſerui nomen. *l. vlt. D. de fideic. libert. l. 50. D. de admin. et peric. tut.*

DIPLOMA, vid. infra DVPLOMA.

DIR.

DIRECTARIVS, (vel rectius DERECTARIVS) adpellabatur, qui ſe furandi animo in aliena coenacula dirigebat. *l. 7. D. de extraord. crim.* Paull. *Rec. Sent. Lib. V. tit. 4. §. 8.* Vetus Gloſſarium: DIRECTARIVS, ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἕνεκεν τοῦ κλέψαι εἰσερχόμενος οἰκίας, καὶ θυρεπανοίκτης. *qui in alienas aedes furandi cauſſa ingreditur: ianuarum effractor.* [Legi merentur, quae de etymo et notione huius vocabuli adnotauit Ge. Henr. Vrſinus *Obſeruat. philologic. Cap. VII.* Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXIX. p. 277.*]

DIRECTO, id eſt, recto iure, vt in *§. 1. Inſt. de fideic. hered.* ſeu directo iure, vt *l. 9. C. de teſtam. manumiſſ.* Sic DIRECTO agere et *praetoria actione* opponuntur. *l. 26. §. 12. D. de noxal. act.* itemque DIRECTO agere et *de peculio*: *l. 3. §. 4. D. commod l. vlt. D. pro ſoc. §. vlt. Inſt. quod cum eo, qui in al. poteſt.* nec non DIRECTO agere et *noxaliter*: *§. 5. Inſt. de noxal. act.* deniqoe DIRECTO agere, et *vtili actione* experiri: *l. 45. D. ſol. matr.* ¶. 2. Aduerſa quoque ſunt DIRECTO et *per fideicommiſſum. l. 16. D. de fideic. libert. l. 2. C. quand. et quib. quart. pars Lib. X. §. 1. Inſt. de codicill.* DIRECTO et *per fideicommiſſum* DARE libertates: item: ex DIRECTO et *ex fideicommiſſo* ad libertatem peruenire. *l. 56. D. de manumiſſ. teſtam. l. 12. §. vlt. D. de fideic. libert.* DIRECTO data libertas: *l. 55. D. de fideic. libert.* DIRECTO autem libertas tunc dari intelligitur, quum non ab alio ſeruum manumitti rogat teſtator, ſed veluti ex ſuo teſtamento competere vult libertatem. *§. 2. Inſt. de ſing. reb. per fideic. relict.* Eodem ſenſu DIRECTO ſubſtituere quis dicitur, id eſt, non per fideicommiſſum. *l. 15. D. de* ☞ *vulg. et pupill. ſubſt.* ¶. 3. DIRECTO aliquando ἀμέσως, ſine medio, non interueniente

alio. Et hoc ſenſu Scaeuola DIRECTO opponit *per ſucceſſionem. Non* DIRECTO, *ſed per ſucceſſionem ad filium hereditas patris peruenit*: id eſt, non ἀμέσως a patre, ſed mediate ab extraneo, quem pater exheredato filio ſubſtituerat, quique filium illum a patre exheredatum poſtea ſcripſerat heredem. *l. 103. pr. D. de legat. III.* HEIN.

DIRECTORIAE: *l. 3. C. Theod. de can. frum. vrb. Rom.*

DIRECTVS, A, VM. Hoc epitheton, iurisconſultis frequentiſſimum et actionibus, et donationibus, et inſtitutionibus, et iudiciis, et libertatibus datis, et ſubſtitutionibus, et generatim verbis tribuitur. DIRECTA *actio* non vno ſenſu accipitur. Interdom enim *vtili*, interdum *contrariae*, interdum *praetoriae* opponitur. Primo ſignificatu DIRECTAE dicuntur actiones, quae recta ex verbis legis, vel edicti deſcendunt: quum *vtiles* ex aequo et bono ad propoſitum negotium accommodentur per interpretationem. *l. 47. D. de negot. geſt. l. 37. D. de oblig. et action. l. 3. D. de ſentent. paſſ. l. 27. §. 10. in fine D. de procurat. l. 13. §. 10. D. de hered. petit. l. 26. §. 3. D. de pact. dotal. l. 12. D. ad leg. Aquill. l. 18. §. vlt. D. de iur. fiſc. §. vlt. Inſt. de leg. Aquill.* Et ita RECTAM *vindicationem* et *vtilem* in rem actionem aduerſa facit Caius *l. 9. §. 2. D. de adqu. rer. domin.* ¶. 2. Interdum DIRECTA ſeu *recta* iudicia opponuntur *contrariis*, *l. 18. §. 2. D. commodat.* et DIRECTA actio *contrariae. l. 20. D. de neg. geſt.* DIRECTAE vero actiones tunc intelliguntur, quae ex negotio geſto principaliter competunt: vnde et principales adpellantur. *l. 17. §. 1. D. commodat.* ¶. 3. Aliquando DIRECTA actio legitimam, ſeu legibus proditam, ſignificat. Et ita DIRECTA in rem actio eſt iure ciuili prodita, *§. 3. Inſt. de action.* ad differentiam Publicianae, quae a Praetore inuenta introductaque eſt. Sic: DIRECTA in rem actione dominium vindicando: *l. 6. C. quib. non obiic.* Sic et in *l. 24. C. de rei vind.* DIRECTA vindicatio vocatur, quae adminiculo reſciſſoriae actionis non indiget. DIRECTA actio etiam dicitur hereditatis peritio, quippe quae heredi datur ex legibus XII. Tabularum. *l. 3. §. vlt. C. de Carbon. edict.* ¶. 4. DIRECTVM iudicium et DIRECTA actio in *l. 3. l. 5. §. 13. et l. 17. D. ad exhib.* ratione praeparatoriae actionis dicitor, et principale iudicium ſignificat, cuius praeparandi caoſſa aliud praemittitur, veluti rei vindicationem, ad quam via ſternitur per actionem ad exhibendum. ¶. 5. DIRECTA actio et ea eſt, quae in ſolidum competit, ad differentiam noxalis. *§. 5. Inſt. de noxal. act. l. 26. §. 4. D. eod. tit.* ¶. 6. DIRECTA donatio ad differentiam eius, quae mortis cauſſa conſtituta. *l. 25. C. de donat.* ¶. 7. DIRECTA inſtitutio *precariae* ſeu fideicommiſſariae opponitur. *l. 19. D. de teſtam. milit.* ¶ 8. DIRECTAE libertates, quae directo ſeu verbis directis datae ſunt. *l. 12. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. l. 11. §. vlt. l. 24. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 59. D. de manumiſſ. teſt. l. 35. l. 39. l. 40. D. de fideic. libert. l. 40. D. de manumiſſ. teſt. l. 9. l. 14. C. eod. tit. l. 2. §. 1. D. de iur. codicill. l. vn. §. pen. D. ſi mul.*

mul. ventr. nom. l. 13. D. de oper. libert. l. 13. C. de inoff. teſt. l. 3. C. de iur. dot. l. 1. C. qui manum. non poſſ. l. vn. C. de leg. Fuſ. Canin. toll. l. 4. C. de teſtam. manumiſſ. Hinc DIRECTAE, et *fideicommiſſariae* libertates, ſaepe opponuntur. *l. 11. l. 28. §. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l. 26. D. de fideic. libert. l. 16. §. 13. D. ad SC. Trebell.* ¶. 9. DIRECTAE ſubſtitutiones, ſeparantur a fideicommiſſariis. *l. 5. C. de impub. et al. ſubſt. l. 26. C. de inoff. teſtam.* ¶. 10. DIRECTA verba, id eſt, ciuilia, legitima, imperatiua, quibus recta hereditas vel legatum, vel libertas relinquitur, qualia ſunt haec; HERES ESTO, HEREDEM FACIO, INSTITVO, DO LEGO, PRAECIPITO, TIBI HABETO, SVMITO, VINDICATO, HERES DAMNAS ESTO DARE, SINITO EVM HABERE, RELINQVO, LIBER ESTO. *l. 2. C. commun. de legat. l. 15. C. de teſtam.* Quibus aduerſantur verba fideicommiſſi, ſeu precaria, quae inflexa ſunt, et oblique precatiueque, non imperatiue, concipiuntur. Sic DIRECTIS verbis adimitur hereditas; *l. 4. C. de his, quib. vt indign.* datur libertas: *l. 16. C. de teſtam. manumiſſ.* libertas relinquitur: *l. 4. C. de liberis praeterit.* relinquitur hereditas: *l. 14. C. de fideicommiſſ.* ſtipulatio componitur: *l. 10. C. de contrab. ſtipul.* ſubſtituitur. *l. 7. C. de impub. et al. ſubſtit.*

DIRIGERE, ad certum finem referre. DIRIGERE actionem: *l. 12. D. de procurat. l. 1. C. de exſequut. rei. iud. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 2. C. de except. l. vlt. C. de adminiſtr. rer public. Lib. XI. l. 71. D. de hered. inſt. l. 2. C. de nouation. l. vlt. C. vt in poſſeſſ. legat.* deſtinationem in aliquem: *l. 77. §. 10. D. de legat. II.* intentionem: *l. 77. §. 26. D. de legat. II.* pactum: *l. 40. D. de pact.* petitionem aduerſus aliquem: *l. 20. §. 8. D. famil. erciſ.* petitiones: *l. 1. C. de in lit. iur.* DIRECTVM ad ſpeciem: *l. 28. D. de reg. iur.* verba ſtipulationis. *l. 5. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. cau.* ¶. 2. DIRIGERE, regere, definire. DIRIGERE fines. *l. 2. D. fin. regund.* viam. *l. 9. D. de ſeruit.* ¶. 3. DIRIGERE, ſequioris aeui ſcriptoribus eſt mittere. Quam ſignificationem verbi ſaepe in Pandectis, ſaepius in Codice, deprehendimus. DIRIGAT acta cum refutatoriis partium ſuisque litteris ad nos. *l. 19. C. de adpellat. et conſult.* Archigerontes et dioecetae DIRIGANTVR: *l. 5. C. de epiſc. aud.* Quidquid exactum fuerit, DIRIGATVR: *l. vlt. C. de collat. fund. patr. et emphyt. Lib. XI. tit. 64.* Iudices ad aliud iudicium DIRIGVNTVR: *l. 4. C. de pedan. iudic.* DIRIGERE litteras: *l. 65. D. de procurat.* nauigium: *l. 3. C. de naut. foen.* Officium ſuum DIRIGERE: *l. 7. §. 10. D. commun. diuid.* DIRIGERE reos ad iudicium: *l. 7. l. 9. pr. C. de defenſ. ciuit.* reſcriptum. *l. 1 C. de diuerſ. reſcript.*

DIRIMERE, diuellere, reſcindere. DIRIMERE adfinitatem: *l. 43. §. vlt. D. de procurat.* Valer. Max. *Lib. VIII Cap. 1.* cauſſam: *l. 7. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. cau. l. vlt. C. de ſeruitut. l. vn. C. de nou. op. nunciat.* coitum: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VI. §. 5.* controuerſiam, vel controuerſias: *l. 2. §. 1. D. fin. reg. l. 1. §. 10. D. de nou. oper. nunc.* cunctationem: *l. 20. D. de manumiſſ.* diſceptationem: *l. 5. C. de aedific. priuat. l. 3. C. de ord. iudicior.* fines: *l. 2. §. 1. D. fin. regund.* aliquid iudicio: *l. 6. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* iura: *l. 9. D. de diu. reg. iur.* litem: *l. 3. §. 2. D. de iudic.* matrimonium: *l. 13. C. de inſtit. et ſubſt. l. 1. C. de diuort. l. vlt. §. 1. et §. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l. 45. D. de ſolut. l. 12. D. de fund. dot.* nuptias: *Collat. Leg. Moſ. et Roman. tit. VI. §. 5.* ordinem quaeſtionis: *l. 26. C. ad leg. Iul. de adult.* officio iudicis: *l. 74. D. de procurat.* quaeſtionem: *l. 8. §. vlt. D. fin. regund. l. 41. D. de verb. obl. l. 1. §. 16. D. ad SC. Trebell.* ſocietatem: *l. 27. D. pro ſoc.* varietatem. *l. 13. §. vlt. D. de ann. leg.*

DIRIPERE aliquid ex naufragio: *l. 4. §. 1. D de incend. ruin. naufrag.* funus: *l. 5. C. ad leg. Iul. de vi publ.* DIREPTVM habere: *l. 34. D. de pign. act.* DIREPTORVM negotiorum audientia: *l. vlt. C. de ord. cognit.* DIREPTAE res: *l. 7. D. de incend. ruin. naufr.* DIREPTVM ſtillicidium: *l. 20. §. 5. D. de ſeru. praed. vrban.* DIREPTVM vi. *l. 26. D. locat.*

DIRVERE aedes: *l. 11. §. 6. D. de Public. in rem act. l. 73. D. de contrab. emt.* aedificium vel aedificia: *l. 24. §. 10. D. de damn. infect. l. 1. D. de tign. iunct. l. 5. l. 13. l. 14. C. de oper. publ. l. 45. D. de vſurpat. et vſucap. l. 7. §. 10. D. de adquir. rer. domin.* aquaeductum: *l. 27. §. 32. D. ad leg. Aquill.* ſepulcrum: *l. 2. D. de ſepulcr. violat.* villam. *l. 2. D. quib. mod. vſusfruct. fin.*

DIS.

DISCEDERE ab accuſatione: *l. 6. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* ab actu: *l. 6. C. de petit. hered.* cum bona gratia, id eſt, diuertere: *l. 32. §. 10. D. de donat. int. vir. et vx.* de bonis: *l. 18. D. ſi ſeru. vindic.* DISCEDERE a cauſſa adpellandi: *l. 3. §. vlt. D. de adpell.* a cauſſa teſtamenti: *l. 35. D. de fideic. libert.* a communione: *l. 1. l. 6. l. 16. §. 1. D. famil. erciſc. l. 7. D. ſi pars. hered. pet. l. 6. D. commun. diuid.* a conditione: *l. 40. l. 42. D. de iureiur.* ab omni conditiune: *l. vlt. D. de iureiur.* ab omni contentione: *l. 43. D. de condict. indeb.* a toto contractu: *l. 47. D. de minor.* a controuerſia: *l. 35. D. de rei vind. l. 19. §. 1. D. de recept. arbitr. l. 2. D. quar. rer. act. non dat.* ab omni controuerſia: *l. 40. D. de iureiur.* a tota controuerſia: *l. 19. §. 1. D. de recept. arbitr.* ab emtione: *l. 21. §. 4. D. quod met. cauſſ. l. 1. §. 13. ſi quid in fraud. patr. l. 2. l. 17. l. 18. D. de in diem addict.* ab hypotheca: *l. 12. §. 4. D. qui potior. in pign. l. 5. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* DISCEDIT indemnis: *l. 67. D. de Aedilit. edict.* DISCESSVM a iure: *l. vlt. D. rem pupill. vel adoleſc. ſalu.* DISCEDERE a lite: *l. 1. D. de condict. cauſſ. dat. l. 65. D. de condict. indeb.* a locatione: *l. 21. §. 4. D. quot. met. cauſſ.* DISCEDERE, id eſt diuertere: *l. 191. D. de verb. ſignif. l. 17. §. 1. D. de act. rer. amod.* a marito: *l. 5. D. de bon. damnat.* de medio: *l. 8. D. de cond. et demonſtr.* ab obligatione: *l. 30. D. de nouat. l. 5. C. de oblig. et act.* a patrono: *l. 10. D. de diuort.* a poſſeſſione: *l. 17. D. vt legat. ſeu fideic. l. 40. D. de ſolut. l. 18. §. 6. D. famil. erciſc.* de poſſeſſione: *l. 33.*

l. 35. D. de reb. auct. iud. poſſ. a re, pretio recepto: *l. 1. §. 12. D. ſi quid in fraud. patron.* a relicto: *l. 3. C. de his, qui ſibi adſcrib. in teſt.* ſignis: *l. 45. D. ex quib. cauſſ. maior.* a ſocietate: *l. 3. C. comm. diuid.* a ſtipulatione: *l. 10. D. de ſtipul. praetor.* a transactionibus, bona fide interpoſitis: *l. 10. C. de transact.* a venditione: *l. 10. D. quib. mod. pign. l. 2. l. 7. l. 8. D. de reſcind. vend.* a voluntate: *l. 90. D. ad leg. Falcid.* DISCEDERE voluntate patrum. *l. 35. D. ſolut. matrim.* ¶. 2. Non modo perſona a re, ſed et res a perſona, DISCEDERE eleganter dicitur. Sic DISCEDIT dominium: *l. 10. §. vlt. D. de condict. furt.* id eſt, abit, vt eſt in *l. 56. D. de rei vind. l. vlt. C. ſi adu. donat. l. 16. C. de praed. min.* DISCEDIT res a venditore: *l. 11. §. vlt. D. de condict. ob turp. cauſſ.* vſusfructus a perſona: *l. 51. D. de vſufr. l. 15. D. famil. erciſc.* a proprietate. *l. 31. D. de rei vind.*

DISCEPTARE dicitur arbiter inter litigatores: *l. 11. D. de recept. arbitr.* itemque de exceptionibus quibusdam omnino ipſe debet DISCEPTARE, qui ad exhibendum actione iudicat. *l. 3. §. 13. D. ad exhib.* ¶. 2. Sed et litigatores DISCEPTARE dicuntur. Sic: DISCEPTARE ciuilibus actionibus de cauſſa: *l. 2. C. ſi non comp. iud.* de dominio: *l. 5. C. ſi pend. adpell.* iudicio: *l. 1. D. de vſur.* [ſuper negotio: *l. 2. C. de errar. aduoc.* apud praetorem. *l. 3. §. 3. D. de lib. exhib.*

DISCEPTATIO pro re, ſeu lite. *l. 70. D. de iudic.* Hinc DISCEPTATIO bonorum: *l. 3. C. eod. tit.* ciuilis: *l. 3. C. de ord. iudic.* dominii: *l. 3. C. de interd.* forenſis: *l. 23. C. de teſt.* hereditatis: *l. 16. C. de excuſat tut.* iudicis: *l. 17. C. de euict.* legis: *l. 4. C. ad leg. Fab. de plagiar.* pecuniaria: *l. 4. C. de patr. pot.* principalis: *l. 16. C. ad leg. Corn. de falſ. l. 6. C. de calumniat.* de rebus aduerſus patronum: *l. 4. C. de obſ. patr.* [DISCEPTATIONIS locum det iudex: *l. 5. C. de comminat. epiſt. programm.* DISCEPTATIO terminetur. *l. 3. C. de iudic*]

DISCEPTATOR, pro iudice ſeu arbitro. *l. 3. §. 1. l. 17. D. de recept. arbitr. l. 7. D. fam. erciſc.* Et hunc ſenſum huic vocabulo tribuit et Cicero *in Partit. orat. Cap. III.* Hinc DISCEPTATOR *et reconciliator pacis* apud Liu. *Lib. XXXV. Cap. 44.* et Valer. Max. *Lib. II. Cap. 10. ex. 4.* HEIN.

DISCERE artificium: *l. 31. D. de rei vindic. l. 1. C. de infant. expoſ.* DISCENDI cupiditate. *l. 20. D. de fideic. libert.* ¶. 2. Nota formula iurisconſultorum: DIDICI: *l. 1. §. 25. D. de vi et vi arm.* vel *Ego* DIDICI: *l. 19. §. vlt. D. de hered. petit. l. 5. D. de oper. ſeru. l. 15. D. de negot. geſt. l. 50. D. de minor. l. 27. §. 1. D. de pact.* qua vtuntur, quando ſententiam ſuam aliorum auctoritati opponunt.

DISCERNERE, diſtinguere, diuidere, ſeparare. DISCERNITVR adminiſtratio: *l. 44. D. de iudic.* DISCRETIS actionibus: *§. 14. Inſt. de action.* DISCRETI emolumento portionum: *l. 24. D. de iudic.* DISCRETAE gentes: *l. 5. D. de iuſt. et iur.* DISCRETA iura: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* DISCRETAE portiones: *l. 41. §. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* DISCRETA ſorte res. *l. 14. D. de iudic.*

DISCESSIO fieri dicebatur, quum in diuerſas ſententias ibant ſenatores. Exempla huius locutionis habemus apud Ciceron. *Lib. I. ad famil. Epiſt. I ad Attic. Lib. XII. Epiſt. 21.* Plin. *Lib. II. Epiſt. 11. Lib. VIII. Epiſt. 14.* Sueton. *Tiber. Cap. XXXI.* Tacit. *Lib. III. Annal. Cap. 69.* et *Lib. XIV. Cap. 49.* Gell. *Lib. III. Cap. 18.* et *Lib. XIV. Cap. 7.*

DISCIDIVM, pro diuortio et repudio: *l. 8. D. de captiu. et poſtlim.* Martial. *Lib. X. Epigr. 41. v. 8.*

DISCIDIVM *non eſt hoc, Proculeia, lucrum eſt.* Sueton. *in Domitiano Cap. III. Eamdem, Paridis hiſtrionis amore deperditam, repudiauit, intraque breue tempus, impatiens* DISCIDII, *quaſi efflagitante populo, reduxit.* DISCIDII cauſſam praebere: *l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* Culpam ſubire DISCIDII, apud Hieronym. *Epiſt. ad Fabiol.* ¶. 2. [DISCIDIVM, pro ſchiſmate, haereſi, διχοστασίᾳ. *l. 2. C. Theodoſ. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

DISCIPLINAE nomen in quodlibet artificium cadit. Hinc in DISCIPLINAM ſe dare: Gell. *Lib. V. Cap. 10.* DISCIPLINIS vel arte inſtituere: *l. 27. §. 2. D. de vſufr.* In DISCIPLINAM traditus praeceptori: *l. 17. §. 1. D. de Aedil. edict. l. 20. §. 6. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Suet. *Claud. Cap VIII.* DISCIPLINAE traditus ſeruus. *l. 78. D. de legat. III.* ¶. 2. [DISCIPLINA, ſpeciatim pro clericatu. DISCIPLINAM ſaeculo probabilem eligere: *l. 19. C. de Epiſc. et cler.* Vid. Iac. Gothofred. *Adnot. et Comment. ad l. 44. C. Theod. eod. tit.*] ¶. 3. Accuratus etiam ordo, domi ac militiae ſeruatus, DISCIPLINAE nomine venit. Hinc [aduerſus publicam DISCIPLINAM plebem ſuſcipere, et defendere, idem eſt, ac ſeditionem concitare: *rubr. et l. vn. C. Theod. de his, qui pleb. aud. contra diſcipl. publ. collig. Lib. IX. tit. 33.* DISCIPLINAM illaeſam inoffenſamque ſeruare, de liberis dicitur *in l. 1. C. Theod. de inoffic. teſt. Lib. II. tit. 19.*] Sic occurrunt DISCIPLINA Auguſti: *l. 12. §. 1. D. de re milit.* caſtrorum: *l. 19. §. 7. D. de capt. et poſtlim.* ciuilis. Spartian. *in Hadrian. Cap. XXII.* DISCIPLINAM *ciuilem non aliter tenuit, quam militarem.* DISCIPLINA iuris: *l. 8. C. de condict. ob cauſſ. dat. l. 22. C. de vſur.* iuris veteris: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VI. §. 4.* legum: *l. 12. C. de nupt.* DISCIPLINA militaris: *l. 50. D. locat. l. 9. D. de fer. l. 1. C. ad leg. Corn. de ſicar. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. I. §. 8.* quae et abſolute DISCIPLINA vocatur. *l. 4. §. vlt. l. 12. l. 13. D. de re milit.* DISCIPLINA publici officii: *l. 2. C. Theod. de quaeſtion. Lib. IX. tit. 35.* DISCIPLINA publica: *l. 1. pr. D. de off. praef. praet.* eius emendatio: *l. 1. C. de ſedit. l. 8. C. vbi cauſſ. fiſc. l. 10. C. de accuſ. l. 1. C. ad leg. Iul. de ambit.* ei praefici: *l. vlt. §. 7. D. de munerib.* eius vigor: *l. 9. §. 5. D. de publican.* DISCIPLINA reipublicae: *l. 16. C. de op. publ.* ſpectacu-

ſtaculorum: *l. 1. §. 12. D. de offic. praef. vrb.* temporum noſtrorum: *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VI. §. 4. l. 2. C. de condict. ob turp.* [vetus. *l. 19. C. Theodoſ. de curioſ. Lib. VI. tit. 29. l. 59. C. Theod. de adpell. et conſult. Lib. XI. tit. 30.*]

DISCIPVLVS, non modo liberalium ſtudiorum, ſed et cuiusuis artis vocatur. *l. 1. C. de ſtud. liberal. Lib. XI. l. 5. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* DISCIPVLI eorum, qui officinis et tabernis praeſunt: Paull. *Sent. Lib. II. tit. 8. §. 3.* DISCIPVLI fullonis. *l. 5. §. 10. D. de inſtitor.*

DISCRETIO, ſeparatio, DISCRETIO animalium. *l. 62. D. de vſufr. l. 17. §. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. fin. pr. C. de ſacroſ. eccleſ.*

DISCRIMEN, periculum. DISCRIMEN capitis et fortunarum: *l. 1. C. quae res ven.* in DISCRIMEN capitis arceſſi: *l. 17. C. de accuſat.* cum DISCRIMINE alienae exiſtimationis: *l. 7. D. de iniur.* DISCRIMEN litis: *l. vlt. C. de poen. iud.* periculi poenae: *l. 2. C. de fid. inſtrum.* ſalutis; *l. 6. C. vbi cauſſ. fiſc.* [DISCRIMEN ſuum curia nouit: Formula interloquutionis in *l. 71. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.*] In DISCRIMINE vitae conſtitutus. *l. 39. §. 1. D. de legat. III. l. 2. C. ad leg. Corn. de ſicar. l. 5. C. ad SC. Trebell.*

[DISCVRSVS, de nauibus iudiciariis vſurpatur. *l. vn. in fin. C. Theod. de luſor. Danub. Lib. VII. tit. 17.* quae quid fuerint, infra ſuo loco dicemus.]

DISCVS, *l. 19. §. 1. D. de furt.* DISCI duo: *l. 21. l. 26. §. vlt. D. depoſ.* [Eſt autem DISCVS hic orbis, in quo cibos in menſa tractamus et concidimus. Alias vocabuli notiones expoſuit Cael. Rhodigin. *Lib. XXIV. Var. lect. Cap. XII.*]

DISCVSSIO, *l. 4. C. Theod. ad leg. Iul. de amb. l. 1. C. Theod. de diſcuſſor. l. 14. C. Theod. de iur. fiſc.* [honorum et munerum ciuilium omnium DISCVSSIONE perfunctus. *l. 5. C. Theodoſ. de decurion. Lib. XII. tit. I.* Id vero quid ſit, non adeo facile fuerit diuinare. Iac. Gothofredus, feliciſſimus Codicis Theodoſiani interpres, DISCVSSIONEM *honorum* de eo dici, ait, *qui, ſi diſcutiatur, omnibus honoribus functus reperiatur*: quae explicatio vtut coacta paullulum videri queat, dubito tamen; an meliorem dederit adhuc quisquam alius. Poſſet equidem facile reddi legis ſenſus, atque planiſſimus, ſi leui correctione pro DISCVSSIONE legatur DECVRSIONE: ſed id violentum nimis eſt remedium, adeoque abſtinendum ab eo, vbi supereſt aliud adhuc qualecumque.] Agnoſcimus viri docti, quisquis haec adnotauit modeſtiam. Ceterum hac emendatione nihil eſt et magis neceſſarium, et minus violentum: nihil illa verius. HEIN. DISCVSSIO iugorum: *l. 3. C. de diſcuſſor.* [DISCVSSIO pecuniae: *l. 14. C. Theod. de iur. fiſc. Lib. X. tit. I.* id eſt, per quam accepti expenſi ratio clareſcat, vt explicatur in hac ipſa lege.] DISCVSSIO, vel ratiocinium. *l. 1. C. de ratioc. oper. l. 6. C. de aduoc. diu. iudic.* ¶. 2. DISCVSSIONES, apud Iul. Firmic. *Lib. IV. Mathem. Cap. 13.* ¶. 3. DISCVSSIONES Iuſtinianus *Nouell. CXLVII. Cap. 2.* vocat, quae *δικαίαν εἴσπραξιν κατ' ἐκείνων ἐπάγουσι τῶν οὐ προσηκόντως ἐκ τοῦ δημοσίου λαβόντων. quae iuſtam illorum exactionem inducunt, qui non conuenienter a fiſco acceperunt.*

DISCVSSOR, in *l. pen. C. quor. adpell. non recip. l. 21. l. 29. C. Theod. eod. tit. l. 26. C. de adpellat. l. 30. l. 45. C. Theod. eod. tit. l. 1. C. de ratiocin. op. public. rubr. C. vtriusque de diſcuſſ. l. 10. C. Theod. de Iud.* [*l. 9. C. Iuſt. eod. tit.*] In vetuſtis Gloſſariis DISCVSSOR redditur *πράκτωρ, στρατιώτης*, alias *λογοθέτης*. Et rationes certe fiſcales et publicas diſpunxiſſe DISCVSSORES, non dubium eſt. Meminit et Caſſiodorus *Lib. IV. Variar. Cap. 38.* errorque eſt in hoc verbo apud eumdem auctorem *Lib. IX. Variar. Cap. 10.* in qua DISCVRSORIBVS pro DISCVSSORIBVS legitur. De DISCVSSORIBVS prae caeteris legi meretur Car. Labbaeus *in Conſtitutionibus nouis X. Imperat. Graeco-Lat. p. 46.* HEIN.

DISCVTERE, diſſoluere. DISCVTERE litem: *l. 13. §. 2. D. de recept. arbitr. l. 8. C. de exſequut. rei iud.* matrimonia: *l. 2. D. de donat. int. vir. et vx.* periculum: *l. 4. D. de naut. foen.* ſponſalia: *l. 2. D. de diuort.* Non DISCVSSO. *l. 40. D. de pact.*

DISERTVS, vel DISERTISSIMVS, epitheton et elogium iurisconſultorum forenſium et aduocatorum. *l. 5. C. de bon. quae lib. l. vlt. C. de inſtit. et ſubſtit.* Lamprid. *in Alex. Seuer. Cap. XVI.* Rationem reddidit Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. VII. Cap. 6.* Quum enim antea diſtincta eſſent iurisconſultorum et oratorum officia: poſtquam ſeruiente iam republica paullo minus pretii ſtatui coepit eloquentiae, iurisconſulti ipſi cauſſas orare, atque adeo aduocati et oratoris officia coniungere coeperunt. Eodem pertinet *glorioſae vocis numen*, in *l. 14. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.* nec non elogium: DISERTISSIMI *legum oratores*, et *oratores maximi*, et *ῥήτορες*, in *Conſt. ad Anteceſſ. §. 2. 6.* et in *Conſt. Graeca de conſ. pand. §. 9.* HEIN.

DISIVNCTI in iure ciuili adpellantur, qui re, non etiam verbis, coniuncti ſunt, et DISIVNCTIM relictum, quod duobus ſeparatim, et diuerſis orationibus relictum eſt, in hunc modum: TITIO HOMINEM STICHVM DO LEGO: SEIO STICHVM DO LEGO. *§. 8. Inſt. de legat.* DISIVNCTI ab ipſo teſtatore aperte ſunt ſermone diſcreti. *l. vn. C. de caduc. toll.* DISIVNCTA, et *coniuncta* aduerſantur. *l. 53. D. de verb. ſignif.*

DISIVNCTIM, et *coniunctim* aduerſantur. *l. vn. §. 10. v. in his itaque C. caduc. toll.* DISIVNCTIM autem ſignificat ſeparatim, vt loquitur *l. 89. D. de legat. III.* ¶. 2. Alias DISIVNCTIM eſt ſub disiunctione, ſeu ſub alternatione: vt: Sub diuerſis conditionibus, DISIVNCTIM poſitis. *l. 51. D. de condit. et demonſtrat.*

Digitized by Google

DISIVNCTIVE, idem, quod diſiunctim. DISIVNCTIVE commixti. *l. 34. D. de legat. I.*

DISIVNCTIVVS, A, VM. DISIVNCTIVVM eſt, veluti quum dicimus: aut dies, aut nox eſt: quorum poſito altero, neceſſe eſt alterum tolli, item ſublato altero, poni alterum. *l. 124. D. de verb. ſignif.* Hinc DISIVNCTIVO modo comprehenſa plurium rerum dinumeratio plura legata non facit. *l. 35. D. quando dies legat. ced.* DISIVNCTIVO modo conditiones adſcriptae. *l. 18. D. de condit. et demonſtr.*

DISPAR, impar, diſſimile. Non DISPAR adminiſtratio: *l. 6. D. de fideiuſſor.* DISPAR beneficium; *l. 3. C. de bon. matern.* DISPAR cauſſa: *l. 1. C. quib. ad libertat.* Paull. *Sent. Lib. II. tit. 5. §. 3.* DISPARES cauſſae: *l. 16. D. de except.* DISPARI gradu: *l. 67. §. 1. D. de legat. II.* DISPARI vel non DISPARI numero; *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VI. §. 4. l. 24. D. de manumiſſ.* Ex DISPARIBVS partibus ſcripti coheredes: *l. 7. §. vlt. D. de reb. dub.* inſtituti heredes: *l. 12. D. de hered. inſtit. l. 32. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 3. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 67. §. vlt. l. 114. §. 15. D. de legat. I. l. 1. C. de impub. et al. ſubſtit.* ex DISPARIBVS partibus ſeruum habere. *l. 13. §. vlt. D. de inſtit. act.*

DISPENDIVM, et *compendium* opponuntur. *l. 65. §. 6. D. pro ſoc. l. vlt. C. de crim. ſtellion.* Item DISPENDIVM et locrum. *l. 31. D. de act. emt.* Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* DISPENDIVM *ideo, quod in diſpendendo ſolet minus fieri.* DISPENDIVM cauſſae ac fortunarum; *l. 30. C. de adpellat.* ſine DISPENDIO creditoris: *l. 38. D. de euict.* ſine DISPENDIO domini: *l. 37. D. de rei vind.* DISPENDIVM exiſtimationis: *l. vlt. C. de poen. iud.* facultatum: *l. 1. C. de his, qui latron.* Ad idem DISPENDIVM deduceris. *l. 36. §. 1. D. mandat.* Ad pupillum DISPENDIVM ſpectat. *l. 3. C. de peric. tut.*

DISPENSARE. DISPENSANTVR incrementa Nili. *l. 10. D. de extraord. crim.*

DISPENSATOR, adpellatur ſeruus, qui familiae rationes diſpenſat, peculiique adminiſtrationem habet. *l. 51. l. 62. D. de ſolut. l. 24. D. de manumiſſ. teſt. l. 10. l. 16. D. de ſeru. corr. l. 1. in fine pr. D. de aur. arg. leg. l. 166. l. 203. D. de verb. ſignif.* [*l. vlt. §. 4. D. de verb. oblig.*] et apud Martial. *Lib. V. Epigr. 43. v. 5.* DISPENSATOREM *fallax ſpoliabit amica.* M. Tullius *in Hortenſio*, referente Nonio in verbo *aera. Quid tu, inquam ſoles, quum rationem a* DISPENSATORE *accipis*, (ſic enim legendum cenſeo,) *ſi aera ſingula probaſti, ſummam, quae ex his confecta ſit, non probares?* Quinctil. *Lib. VI. Cap. 4.* DISPENSATORI, *qui quum ad reliqua non reſponderet.* Idem, ſeu quis alius eſt, *Declam. CCCLIII.* DISPENSATOREM *ſupra rationes poſitum eſſe*, ait. Sueton. *in Veſpaſ. Cap. XXII.* Admonente DISPENSATORE, *quemadmodum ſummam rationibus vellet inferri.* Per DISPENSATORES vtique olim nomina faciebant, vt adparet ex *l. vlt. §. 4. D. de verb. oblig.* Quinctil. *Decl. CCCXLV.* *Satis ſit vobis, o diuites, hoc veſtras praeſtare fortunas, quod per* DISPENSATORES *foeneratis.* Vnde Theophil. *in §. 10. Inſt. mandat.* DISPENSATOREM definit οἰκέτην, ὃς εἴωθεν ἐκδανείζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα. *ſeruum, qui ſolet foenori dare pecunias dominicas.* DISPENSATORES vero, vt et vetuſta Gloſſaria deſcribunt, dictos, quibus pecuniarum adminiſtratio crederetur, ipſa nominis notatio arguit, quam ab antiquo pecuniam adpendendi more, non numerandi, Varro *Lib. IV. de Lingu. Lat. ad finem*, Sex. Pompeius, et Iſidorus deducunt. Sane quem ſeptuaginta Interpretes *Geneſ. XLIII, 16. et XLIV, 4.* τὸν ἐπὶ τȣ̃ οἴκȣ, vel τὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας, item, quem οἰκονόμον *I. Reg. XVIII, 3.* et *Lib. III. Eſdr. Cap. IV.* vertunt, eum vetus Interpres reddit DISPENSATOREM, vt et D. Lucae *Cap. XII. v. 42.* Vetus Gloſſarium: DISPENSATOR διοικητὴς, οἰκονόμος. ¶. 2. Sed et qui principum pecunias curant, theſaurorumque adminiſtrationem gerunt, in conſtitutionibus DISPENSATORVM nomen habent. *l. 1. C. ſi aduerſ. fiſc. l. 4. C. de fide inſtrum. tit. C. Theod. de his, qui cum diſpenſ. contr.* Qua in re ſeruorum miniſterio primum vſus Imperatores, conſtat Suetonius ſane *in Aug. Cap. LXVI.* Diomedem, DISPENSATOREM, ſeruum Auguſti, memorat. De Caeſare etiam ſic Macrob. *Saturn. Lib. II. Cap. 3. Sequuto omnium riſu*, DISPENSATOREM *Caeſar vocauit, et centum ſeſtertia Graeculo numerare iuſſit.* Plinius quoque *Lib. VII. Cap. 39.* Armeniaci belli ſub Nerone DISPENSATOREM iuſtam ſeruitutem ſeruiſſe indicat, manumiſſum, et quidem immenſo pretio, narrans. Sed et Claudii ſeruum, DISPENSATOREM, quingenariam lancem habuiſſe, idem Plinius *Lib. XXXIII. Cap. 11.* refert.

DISPERGERE, id eſt, diſſoluere. Iuſtinianus *l. 28. in fine C. de nupt. Melius eſt, legis Papiae ſeueritatem in vtroque caſu compeſcere, quam eam ſequendo hominum matrimonia* DISPERGERE. HEIN.

DISPERIRE, interire. DISPERIRE negotia. *l. 5. D. de oblig. et act.*

DISPERTIRE, diuiſionem facere. *l. 71. D. de vſufruct.*

DISPICERE, diſquirere, diiudicare. Hinc formulae: DISPICIAMVS: *l. vlt. D. de ſeru. praed. ruſtic. l. 1. D. de his, qui ſui vel al. iur. pr. Inſt. de obl. quae quaſi ex contr.* DISPICIET iudex: *l. 2. C. arbitr. tutel. l. 1. C. de praed. min. l. 19. C. de vſur.* DISPICIENDA erunt a iudice: *l. 25. §. 1. D. de pignor. act.* DISPICERE de conditione inſtitoris: *l. 1. D. de inſtit. act.* DISPICITE patres. *l. 22. D. de hered. petit.*

DISPLICERE, non placere. DISPLICET conditio iuriſiurandi: *l. 34. §. 7. D. de iureiur.* emtio: *l. 65. §. 4. D. pro ſoc.* lex commiſſoria: *l. 38. D. de minor.* praedium: *l. 11. §. 13. D. quod vi aut clam.* pretium vel menſura: *l. 71. D. de contrah. emt.* res: *l. 3. D. eod. tit. l. 2. §. 5. D. pro emtore.* Si DISPLICET ſententia, adpellare debuiſti. *l. 1. C. ſi saep.*

ſi ſaep. in integr. reſtit. DISPLICEBAT merito: *l. 20. §. 7. D. famil. erciſc.* DISPLICEBAT Proculo: *l. 32. D. depoſ.* DISPLICEBAT heredibus. *l. 41. §. 1. D. de fideic. hered.*

DISPOLIARE. *l. 31. §. 7. D. de donat. int. vir. et vxor.*

DISPOLIATIO. *l. 6. C. Theod. de ſepulcr. violat.*

DISPONERE, in ordinem redigere, ſtatuere. Sic hoc DISPONENDVM eſt: *l. 14. §. 10. D. quod met. cauſſ.* Ita dicitur quis DISPONERE familiam: *l. 7. D. de opt. vel elect. leg. l. 1. D. de offic. praef. vigil.* milites: *l. 1. §. 12. D. de offic. praef. vrb.* quaeſtionem: Pauli. *Sent. Lib. III. tit. 5. §. 11.* rationes: *l. 1. C. de bon. proſcript.* res. *l. 35. §. 3. D. de hered. inſtit.* Et ita DISPONIT arbiter: *l. 19. D. commun. diuid.* praetor: *l. 3. §. 4. D. de liber. exhibend.* teſtator. *l. 114. §. 11. D. de legat. I.*

DISPOSITIO defuncti: *l. vlt. C. famil. erciſc.* extrema: *l. 2. C. commun. de manumiſſ.* vltima. *l. 28. C. de teſtam. l. 1. C. de comm. ſeru. manumiſſ.* ¶. 2. DISPOSITIONES praecipue ſunt Principis. Hinc DISPOSITIONVM comes: *l. 8. C. de proxim. ſacr. ſcrin. Lib. XII. rubr. C. Theod. de prox. comit. diſpoſit.* comitiua DISPOSITIONVM: *l. 4. C. eod. tit.* DISPOSITIO epiſtolarum et libellorum: *l. 1. C. Theod. de prox. comit. diſp.* DISPOSITIONES principales: *l. vlt. C. de fruct. et lit. expenſ.* DISPOSITIONVM ſcrinium. *l. 3. l. 4. l. 11. C. de prox. ſacr. ſcrin. Lib. XII.*

DISPVNCTIO. *l. 15. §. vlt. D. de reb. auctor. iud. poſſid.*

DISPVNGERE eſt conferre accepta et data. *l. 56. D. de verb. ſignif.* quod caput ad *l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſid.* pertinet, vt ex ipſis inſcriptionibus facile intelligitur. Hinc DISPVNGERE rationes: *l. 6. §. vlt. D. de ſtatulib.* Seneca *Lib. IV. de Benef. Cap. 31. Apud me iſtae acceptorum expenſorumque rationes* DISPVNGENTVR.

DISPVTARE de apicibus iuris: *l. 29. §. 4. D. mandat.* de inofficioſo, id eſt, dicere. *l. 1. D. de inoff. teſt.* [Notando et DISPVTANDO bene et optima ratione decreuit. *l. 18. §. 26. D. de mun. et honor.* Scaeuola reſpondit, et in DISPVTANDO adiiciebat. *l. 19. D. de lib. et poſtum.* ¶. 2. DISPVTARE barbare pro *diſtinguere* vſurpari videmus apud Caium *Inſt. Lib. II. tit. 8. §. 3. Nec* DISPVTARI *poteſt, ſi de diuerſis matribus naſcantur.* Sed ſi conferas Auctorem *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 2.* vbi idem Caii teſtimonium occurrit, illico patet, verba iſta non a Caii, ſed Aniani, vel alios compilatoris, manu eſſe. HEIN.

DISPVTATIO de vna re, id eſt, controuerſia ſeu diſceptatio. *l. 21. §. 6. D. de recept. arbitr.* DISPVTATIO per breues mutationes ad ea, quae euidenter falſa ſunt, perducitur. *l. 65. D. de reg. iur.* DISPVTATIO fori. *l. 2. §. 5. D. de orig. iur.* ¶. 2. DISPVTATIO pro diſſertatione vel tractatione. Ne verboſa ſit DISPVTATIO. *pr. Inſt. quod cum eo, qui in al. poteſt. eſt.* ¶. 3. DISPVTATIONVM libros permultos ſcripſerunt veteres iuriſconſulti. Earum *libros decem*, ab Vlpiano ſcriptos, memorat Index Pandectis Florentinis praepoſitus, id eſt, publicarum DISCEPTATIONVM, vt patet ex *l. 11. C. de quaeſt.* DISPVTATIONVM quoque *libros ſeptem* Venuleius Saturninus: *vnum et viginti* Claudius Tryphoninus ſcripſerant, vti ex eodem Indice Pand. Florent. adparet. At *librorum VII.* DISPVTATIONVM Q. Venuleii Saturnini non meminit Index Florentinus. Solius *l. 18. D. iudic. ſolui.* inſcriptio praefert VENVLEIVS *libro ſeptimo Diſputationum.* Sed iam pridem obſeruauit Labittus *de vſu Indic. Pandect. Cap. VI. §. 5.* in mendo cubare hanc inſcriptionem, legendumque eſſe, *Libro VII. Stipulationum.* Horum enim libros XIX eum reliquiſſe, et ex laudato indice, et ex tribus et viginti, quae ex his libris in pandectas migrarunt, fragmentis ſatis conſtat. HEIN. ¶. 4 DISPVTATIO pro exceptione dixit Caius *Lib. II. Inſt. tit. 9. §. 11. Neque poteſt ei, cui pro noſtro debito cauet, de cauto et non numerato, ſicut fieri ſolet, aliquid* DISPVTATIONIS *adferre*, id eſt, non poteſt ei hoc dare exceptionem non numeratae pecuniae. Sed quis ſpoponderit, haec a Caii manu eſſe? HEIN.

DISQVIRERE, *l. 8. C. de petit. her. l. 5. C. ad SC. Maced.*

DISQVISITIO huius rei iudicis eſt. *l. 3. D. ex quib. cauſſ. mai.*

DISSENSIO. DISSENSIONES ciuiles. *l. 21. §. vlt. D. de capt. et poſtlim.* DISSENSIONES inter iuriſconſultos, quas a Labeone et Capitone inchoatas Sabinus et Nerua auxerunt. *l. 2. §. 47. v. hi duo. de orig. iur.*

DISSENSV contrario diſſoluitur emtio venditio, vel locatio conductio: *l. 80. D. de ſolut.* immo omnis nudi conſenſus obligatio: *l. 35. D. de reg. iur.* adeoque et ſocietas. *l. 65. §. 3. D. pro ſoc.*

DISSENTIRE in adſumendo tertio: *l. 17. §. 5. D. de recept. arbitr.* DISSENTIENTES auctorum ſententiae: *l. 3. C. de adquir. poſſeſſ.* DISSENTIRE in cauſſis: *l. 36. D. de adquir. rer. dom.* in emtione: *l. 9. D. de contrah. emt.* Naturalis hominum ad DISSENTIENDVM facilitas: *l. 17. §. 6. D. de recept. arbitr.* DISSENTIRE in nomine vel in pretio: *l. 9. D. de contrah. emt.* de qualitate. *l. 21. §. 2. D. de act. emt. vend.*

DISSERERE breuiter. *l. 4. §. 3. D. de grad. et adfin.*

DISSIMILIS. E. Sed hoc DISSIMILE eſt: *l. 60. D. de condict. indeb.* Longe ei DISSIMILE eſt: *l. 32. D. mandat.* Sed haec DISSIMILIA ſunt: *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.* DISSIMILIS cauſſa. *l. 2. §. 1. D. de leg. Rhod. de iact.*

DISSIMILITER atque. *l. 16. D. de contrah. emt.*

DISSI-

DISSIMVLARE. *l. 4. §. 2. D. de re milit. l. 40. D. de poen. l. 13. §. 5. D. de iur. fiſc. l. 19. §. vlt. D. de nouat. l. 9. §. 2. D. de offic. proconſ. l. 2. C. ſi alien. res pign.* DISSIMVLANTE actore: *l. 30. D. de rei vind.* DISSIMVLARE de conditione ſua: *l. 4. D. quib. ad libert. procl.* DISSIMVLATA conditio: *l. 1. C. eod.* DISSIMVLATA donatio: *l. vlt. C. mand.* DISSIMVLARE ignorantia: *l. 2. C. ſi alien. res pign.* DISSIMVLATA obligatio: *l. 3. §. 1. D. de ſtellion.* DISSIMVLARE obſcure: *l. 43. §. vlt. D. de contrah. emt.* de modo poenae: *l. 14. D. de offic. praeſ.* proprias probationes: *l. 1. §. 6. D. ad SC. Turpill.* Non DISSIMVLATO. *l. 15. D. de in ius voc.*

DISSIMVLATIO. Ea aboletur actio iniuriarum: *l. 11. §. 1. D. de iniur. §. vlt. Inſt. eod. tit.* [DISSIMVLATIO conſtitutionis: *l. pen. C. de conſtit. princ.*] DISSIMVLATIONE praeteritum crimen: *l. 3. C. quib. ex cauſſ. ſer.* DISSIMVLATIO culpabilis: *l. vlt. C. de nupt.* DISSIMVLATIO falſa ficti diuortii: *l. 30. C. de iur. dot.* DISSIMVLATIO iuris: *l. 6. C. quae res pign.* DISSIMVLATIONE renunciatum inofficioſi querelae: *l. 1. C. de in integr. reſtit. maior.* Per DISSIMVLATIONEM reuerſa: *l. 27. D. de pact. dotal.* per DISSIMVLATIONEM ſua ſeruare. *l. 1. §. 1. D. de dol. mal.*

DISSIPARE aedificium: pro diſturbare, et demoliri. *l. 3. §. pen. D. de incend. ruin. naufrag.* ¶. 2. DISSIPARE, id eſt, dilapidare: vt DISSIPARE bona: *l. 38. D. mand.* Vlpian. *Fragm. tit. XII. §. 3. l. 3. C. de poſtl. reuerſ.* DISSIPARE quid dolo: *l. 1. §. 1. D. ſi is, qui teſt. lib.* dotem: *l. 22. §. 8. D. ſolut. matr.* pecuniam: *l. 27. §. 1. D. de curat. furioſ.* ſubſtantiam ſuam. *l. vlt. vt legat. vel fideic. cauſſ. cau.*

DISSOCIARI, e ſocietate diſcedere. *l. 4. D. pro ſoc.* DISSOCIATVM matrimonium, id eſt, diſſolutum. *l. 14. C. de nupt. l. 23. C. ad leg. Iul. de adult.*

DISSOLVERE opponitur ei, quod colligatum eſt. *l. 35. D. de reg. iur.* Et ſic DISSOLVI dicuntur adoptio: *l. 55. D. de rit. nupt. §. 1. Inſt. de nupt.* aedificium: *l. 23. §. vlt. D. de rei vind.* aggeres: *l. 10. D. de extraord. crim.* DISSOLVTA omni cauſſa: *l. 7. D. de transact.* DISSOLVVNTVR collegia: *l. 3. D. de colleg. l. 38. §. 6. D. de legat. III.* debitum: *l. 39. D. de hered. pet.* delictum: *l. 34. D. ſol. matrim.* donatio: *l. 11. §. 10. D. de donat. int. vir. et vxor.* emtio: *l. 3. §. vlt. D. de reſcind. vend.* iudicium: *l. 42. §. vlt. D. ſol. matr.* legatum: *l. 49. §. 5. D. de legat. III.* mandatum: *l. vlt. D. de ſolutionib.* matrimonium: *l. 6. l. 7. D. de diuort. l. 5. D. de bon. damn. l. 62. D. de donat. int. vir. et vx. l. 45. §. vlt. D. de rit. nupt. l. 1. D. de lib. exhib. l. 28. D. ſolut. matrim. l. 1. C. eod. tit. l. 3. C. de nupt. l. 21. C. de iure dot. l. 6. C. de repud.* nauis, quum tabulae refringuntur et reſoluuntur: *l. 88. D. de legat. III. l. 83. §. 5. D. de verb. oblig. l. 98. §. vlt. D. de ſolut. l. 6. D. de incend. ruin. naufrag. l. 10. §. 7. D. quib. mod. vſusfr.* obligatio: *l. 21. §. vlt. D. de pact. l. 69. l. 89. D. de ſolution. l. 35. D. de reg. iur. l. 2. l. 10. C. de remiſſ. pign.* ornamentum: *l. 10. D. quib. mod. vſusfr.* pactum: Paull. *Sent. Lib. I. tit. I. §. 2.* ſpes nuptiarum: *l. 6. D. de ſponſal.* ſponſalia: *l. 10. D. eod. tit.* venditio: Paull. *Lib. II. tit. 15. §. 3.* vinculum. *l. 95. §. 4. D. de ſolution. l. 2. C. de poſtl. reuerſ. l. 19. D. de condict. indeb.*

DISSOLVTIO: *l. 6. D. de aur. arg. leg.*

DISSOLVTOR ſepulcrorum: *l. 8. §. 1. C. de repud.*

DISSOLVTRIX. *l. 8. §. 2. C. eod. tit.*

DISSOLVTVS, A, VM. DISSOLVTA negligentia, id eſt, craſſa et ſupina, *l. 29. D. mand.* Auctor *ad Herenn. Lib. III. Cap. 3. Quam ille modeſtiam eſſe, eam nos inertiam et* DISSOLVTAM *negligentiam dicemus.*

DISSONARE. DISSONANTES ſententiae *l. 24. D. de manumiſſ.*

DISSONVS, A, VM. DISSONAE ſententiae: *l. 38. D. de re iud.* voluntates. *l. 3. C. de codicill.*

DISTANTIA, pro differentia. Caſ. *Inſt. Lib. II. tit. 7. §. 8. Inter fideicommiſſa et legata ſunt quaedam* DISTANTIAE.

DISTARE, differre, diſcrepare. DISTAT aliquid: *l. 4. §. 33. D. de dol. mal. et met. except.* DISTANT hae actiones inter ſe: *l. 8. §. 1. D. ſi ſeru. vindic.* [inter libertatem et hoc legatum nihil DISTAT. *l. 39. D. de ſtatulib.*] DISTAT ſolutio a fabrica: *l. 2. §. 7. D. de eo, quod cert. loc.* Is, cui res commodatur, ab eo, qui mutuum accepit, longe DISTAT. *§. 2. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* ¶. 2. DISTARE, abeſſe, remotum vel ſeparatum eſſe. DISTANT aedes: *l. 38. D. de ſeru. praed. vrban.* DISTANTIA corpora. *l. 23. §. 5. D. de rei vindic.*

DISTERMINARE. DISTERMINANTVR vicini in vrbanis praediis communibus parietibus. *l. 4. §. 10. D. fin. regund.*

DISTINCTIO adhibetur. *l. 8. D. de poſtul. l. 1. C. quib. ad libert. prouoc. l. 4. §. vlt. D. de lege Rhod.* DISTINCTIONEM haec recipiunt. *l. 30. §. 5. D. ad leg. Falcid.* DISTINCTIO ſeruabitur: *l. 15. §. 2. D. de caſtr. pecul.* Sine DISTINCTIONE. *l. 25. D. de iudic.*

DISTINGVERE, diſcernere. Non DISTINGVERE. *l. 32. D. de recept. arbitr.* Maleficia voluntas et propoſitum delinquentis DISTINGVIT: *l. 53. D. de furt.* [DISTINGVERE cauſſas adpellationis: *l. 30. C. Theod. de adpell. et conſult. Lib. XI. tit. 30.*] pretium a pretio. *l. 1. D. de reb. dub.*

DISTRACTIO, id eſt, venditio. *l. 49. D. de minor. l. 120. §. 1. D. de legat. I. l. 5. §. 9. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* DISTRACTIO

DIS.

fundi: *l. 8. §. 15. D. de tranſact.* mercium: *l. 5. §. 11. D. de inſtitor. act.* pignoris vel pignorum. *l. 51. §. D. de fideiuſſor. l. 1. D. de negot. geſt. rubric. D. et C. et l. 8. C. de diſtract. pign.* Paull. *Lib. I. Sent. tit. 9. §. 8.* rei. *l. 15. §. 5. D. de re iud. l. 7. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric.*

DISTRACTOR argenti, *l. 27. C. de pignor. l. 2. §. vlt. C. de conſtit. pecun.* id eſt, argentarius. Sed de argentariis ſupra *Libro I.*

DISTRACTVS, VS. et *contractus* aduerſantur. §. *1. Inſt. quib. mod. re contr. oblig.*

DISTRAHERE, vendere, alienare. *l. 16. C. de adminiſtr. tut.* Sic DISTRAHERE aliqua ex hereditate: *l. 5. D. de heredit. petit.* [donationis cauſſa: *l. 12. D. de iur. dot.*] fundum; *l. 8. §. 15. D. de tranſact. l. 39. D. de rei vind.* frumentum: *l. 3. C. quae res vend.* hereditatem: *l. 23. pr. D. de hered. inſtit. l. 24. §. 2. D. de minor.* merces: *l. 16. D. de inſtit. act.* pignora: *l. 5. §. 1. D. de hered. petit. l. 7. D. de iur. delib. l. 1. C. de exſequut. rei iudic. l. 9. D. de minor. l. 2. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* praedia: *l. 39. §. vlt. D. famil. erciſc. l. 1. l. 12. l. 13. l. 17. C. de praed. minor. l. 36. D. de ſeru. praed. ruſtic. l. 1. C. ſi maior. fact.* res hereditarias: *l. 58. §. 6. D. ad SC. Trebell.* res numero, menſura et pondere conſtantes: *l. 42. D. de iure dot.* res: *l. 25. D. de contrah. emt.* ſeruos: *l. 29. D. de contrah. emt.* mandatum DISTRAHENDORVM ſeruorum. *l. 57. D. mandat.* ¶. 2. DISTRAHERE, diſſoluere, ſeu dirimere. Sic DISTRAHERE aes alienum: *l. 5. §. 10. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* coniunctionem: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* controuerſias: apud Sueton. *in Iul. Cap. 78.* Cicero *pro Caecina Cap. II. Omnia* iudicia aut DISTRAHENDARVM *controuerſiarum, aut maleficiorum puniendorum cauſſa, reperta* eſſe, ait. emtionem: *l. 11. §. 6. D. de act. emt.* matrimonium: *l. 2. D. de diuort. l. 7. C. de donat. ant. nupt. l. 33. D. ſolut. matrim.* Proinde *contrahere*, et DISTRAHERE matrimonium, opponuntur *l. 14. C. de nupt.* Ita et DISTRAHERE negotium, et *contrahere*, inter ſe pugnant. *§. 6. Inſt. de obl. quae quaſ. ex contr.* DISTRAHERE negotium, communione diſcedere: *l. 51. §. vlt. D. famil. erciſc.* Magis DISTRAHENDAE obligationis animo quam contrahendae dare: *l. 5. §. 3. D. de oblig. et act.* DISTRAHI quoque ſocietas dicitur, quae voluntate, renunciatione, vel alia qualibet ratione, dirimitur. *l. 27. l. 63. §. vlt. l. 64. l. 65. D. pro ſoc.* Seneca *Epiſt. LXVI. Quum viſum fuerit*, DISTRAHAM *cum illo ſocietatem: nunc tamen, dum haeremus, non erimus aequis partibus ſocii.* ¶. 3. DISTRAHERE, idem ac *diripere.* Quae duo verba iunguntur. *l. 5. pr. D. ad leg. Iul. de vi publ. Qui fecerit, quo magis ſumus* DIRIPIATVR, DISTRAHATVR. ¶. 4. DISTRAHI, auocari, impediri. *l. 31. §. 1. D. depoſ.* Vt non DISTRAHATVR *ab vllius perſonae iuſtiore repetitione.* ¶. 5. [DISTRAHERE rationes, pro conturbare, retcindere rationes in *tit. de tut. et rat. diſtrah.* et ibi Weſenbec. *in Paratitl. n. 6.* et Dionyſ. Gothored. *in not. lit. t.*] Aliter hanc phraſin interpretatur. V. A. Cornel. van Byukersh. *Obſ. VI, 8.* RATIONES enim illi ſunt *patrimonium* pupilli, quod et Paullus *rationem pupillarem* vocat. *l. 43. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* DISTRAHERE vero accipit pro *diſſipare*, adeoque *rationes* DISTRAHERE eſt intercipere pecuniam pupillarem, vti explicat Vlpianus *l. 1. §. 22. D. de tutel. et rat. diſtrah.* vel rem ex bonis pupilli auferre, vt loquitur Paullus *l. 2. D. eod. tit.* Sed fateor, me non animaduertere, cur, admiſſo hoc ſenſu phraſeos, haec actio de *diſtrahendis*, ac non potius, de DISTRACTIS rationibus dicta ſit. HEIN.

DIS. DIT. DIV.

DISTRIBVERE. DISTRIBVITVR adminiſtratio inter tutores: *l. 3. §. vlt. D. de admin. et peric. tut.* DISTRIBVERE amicis ſuis hoſpitiola: *l. 6. D. de his qui deiec.* legata; *l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* onera inter filios heredes: *l. 30. D. famil. erciſc.* pecuniam: *l. 55. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 96. §. 3. D. de legat. I.* res hereditarias: *l. 1. D. famil. erciſc.* ſummam. *l. 2. §. 2. D. ad leg. Rhod. de iact.*

DISTRIBVTIO aſſis: *l. 13. §. 1. D. de hered. inſtit.* In DISTRIBVTIONEM relinqui: *l. 117. D. de legat. I.* id eſt, ad diuiſionem ſingulorum ciuium, vt eſt in *l. 122. D. eod. tit.*

DISTRICTE edicere. *l. 15. D. de recept. arbitr.*

[DISTRICTIO, et DISTRINGERE, *l. 16. §. 1. eod. tit.* vbi vid. Cuiac. *in Paull. p. 189.*]

[DISTRICTA ferro iudicum ſeueritas. *l. 3. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.* DISTRICTISSIMI defenſores, id eſt ſeueriſſimi. *l. vlt. C. Theod. de defenſ. ciuit.*] Sed de his omnibus vocabulis, quantum ſatis eſt, diximus ſupra, in DESTRICTE, DESTRINGERE, et ceteris. HEIN.

DIT.

DITARE, ditiorem reddere, vt eſt in *l. 2. C. de alluu.* DITARI alieno ſcelere. *l. 1. C. ex delicto def. hered.*

DITIO Romana: *l. vlt. C. de infant. expoſ.* Romani nominis. *l. 2. C. de inceſt. et inutil.* In DITIONEM venerant prouinciae: *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* DITIO vrbium municipumque. *l. vlt. C. de vectigal.* ¶. 2. DITIO, pro poteſtate dominica. *l. 2. C. de libert. et eor. lib.*

DIV.

DIV, Vlpianus interpretatur, non minus decennio. *l. 16. §. 3. D. qui et a quib. man.* Sed non vbique id obſeruatur. DIV non adparentibus conductoribus, id eſt, biennii ſpacio, aut eo plus: *l. 56. D. locat.* arbitris: *l. 32. §. 12. D. de recept. arbitr.* Quod DIV aequum viſum eſt: *l. 2. D. de conſtit. princ.* DIV iacent bona: *l. 1. §. 12. D. de ſucceſſ. edict.* DIV et fere ſemper incerta dominia: *l. 1. D. de vſurp. et vſuc.* [DIV incertum, heres ſit exſtiturus, nec ne: *l. 8. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* DIV in libertate morari: *l. 3. §. 10. D.*

de adqu. vel am. poſſ. l. 1. C. de long. temp. praeſcr. DIVTISSIME fuit cum marito: *l. 5. C. de vxor. eor. qui reip.* DIV paſſus: *l. 3. C. de patr. poteſt.* DIV in poſſeſſione ſuit: *l. 2. C. de adqu. poſſ.* DIV poſſidere hereditatem: *l. 6. §. 1. D. de adqu. vel omitt. hered.* id eſt, per longum tempus: *l. 10. D. de pet hered.* DIVTIVS poſſidendo: *l. 20. D. de vſurpat.* Si DIV in ſolutione reus ceſſabit. *l. 38. D. mandat.* DIV ſubhaſtatae res: *l. 3. C. de exſequ. rei iud.* DIV tractum negotium: *l. vlt. D. de re iudic.* DIV vagatus: *l. 3. §. 2. D. de re milit.* DIV vſus ſeruitute. *l. 5. §. 3. D. de itin. actuqu. priu. l. 1. §. 23. D. de aqu. et aqu. pluu.*

DIVALIS, E. de omnibus, quae ad Imperatores pertinebant, vel ab iis proficiſcebantur, dicitur. Sic DIVALE beneficium; *l. 17. C. Theod. de prox'm. com. diſpoſ.* conſtitutio: *l. 10. C. de ſecund. nupt. l. 17. C. Theod. de extraord. et ſordid. l. 74. C. Theodoſ. de decurion. l. 2. C. Theod. de ſanct. baptiſm. Nouell. Theodoſ. et Valent. de Cod. Theod. auct. l. vlt. C. quando mul. tut. offic.* DIVALIA conſulta: *l. 23. C. de teſtam.* DIVALIS iuſſio: *l. 1. §. vlt. C. de adſert. toll.* DIVALIS lex: *l. 2. C. quando et quib. Lib. X.* [*l. 74. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I. l. 1. l. 2. C. Theod. ne ſanct. bapt. iter. Lib. XVI. tit. 6.* DIVALE praeceptum: *l. 6. C. Theod. de domeſt. Lib. VI. tit. 24.*] *l. 12. C. Th. de piſtor. et catabol. l. 6. C. Theod. de ſuar. et ſuſcept.* reſcriptum; *l. 25. C. Theod. de petit. et vltr. dat.* reſponſum: *l. 1. C. Theod. de caſtrenſian.* DIVALIS ſanctio: *l. 28. C. Theod. de petit. et vltr. dat.* DIVALE ſcitum; *l. 30. C. Theod. de erog. milit.* DIVALIA ſtatuta. *l. 5. C. Theod. de numer. Lib. VIII. tit. I. l. 1. C. de collat. donat.*

[DIVERSARI. *Probe in actu reip.* DIVERSATVS, id eſt, verſatus, exercitatusque. *l. 4. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.*]

DIVERSITAS conditionum: *l. 44. D. de excuſat.* mentium; *l. 2. D. de diuort.* non nulla: *l. 2. §. 2. D. pro emt.* DIVERSITATIS ratio: *l. 16. §. vlt. D. de iure patron l. 3. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. vlt. D. de rit. nupt.* DIVERSITAS rerum; *l. 40. D. de iur. fiſc.* rerum, vel perſonarum: *l. 34. §. 8. D. de iureiur.* reſponſionis: *l. 1. §. 3. D. de verb. oblig.* DIVERSITAS ſeruatur. *l. 4. D. de offic. adſeſſor.*

[DIVERSORIVM, pro ſeceſſu amoeno. *l. 4. C. Theod. de offic. rect. prouinc. Lib. I. tit. 7.* quo ſignificatu et Symmachus hac voce vſus eſt *Lib. I. Epiſt. I. Non quod eius* DIVERSORII *ſatietas ceperit nos, quod, quum diutius viſitur, plus amatur.*]

DIVERSVS, A, VM. Aliqoando id, quod ab altero ſeparatum, aliquando quod contrarium eſt. Sic: DIVERSVM dicemus: *l. 26. §. 4. D. de noxal. act. l. 31. D. de inoffic. teſtam.* DIVERSVM nulla ratione dicetur: *l. 39. D. de manumiſſ. teſt.* DIVERSVM eſt; *l. 14. §. 1. D. comm. diuid. l. 43. D. de condit. et demonſtr. l. 35. §. vlt. D. de negot. geſt. l. 41. D. ad leg. Aquill.* DIVERSVM probare: *l. 80. D. de furt. l. 11. D. de iure aur. annul.* DIVERSVM ſeruatur. *l. 4. D. de offic. adſeſſ.* ¶. 2. Hinc DIVERSA cauſſa eſt: *l. 29. D. comm. diuid. l. 41. D. de oper. libert. l. 15. §. 1. D. qui ſatisd. cog. l. 38. D. de negot. geſt. l. 94. D. de condit. et demonſtr. l. 6. D. de legation. l. 8. D. de alim. vel cibar. legat.* Longe DIVERSA cauſſa: *l. 1. C. de pecul.* DIVERSIS aliis ciuitatibus, vel locis: *l. vlt. C. quae res export.* DIVERSA conditio eſt: *l. 37. §. 2. et §. 5. D. de adquir. rer. domin.* DIVERSAM conditiooem cuiusque facere: *l. 2. §. 1. D. de ſtipul. praetor.* DIVERSA corpora: *l. 16. D. de except.* ¶. 3. DIVERSVS, id eſt, contrarius exitus: *l. 12. D. de negot. geſt.* ¶. 4. DIVERSVM genus actionis: *l. 5. D. de except. rei iud.* ¶. 5. DIVERSI iuris heredes; *l. 24. D. de inoffic. teſt.* DIVERSO iure praedia habentur. *l. 4. C. famil. ercisc.* ¶. 6. In DIVERSIS littoribus. *l. 3. C. quae res vend. non poſſ.* ¶. 7. DIVERSI motus. *l. 1. D. de pact.* ¶. 8. DIVERSA ſunt opinione. *l. 38. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ¶. 9. DIVERSA pars, pro aduerſario. *l. 71. D. de iudic.* Et ſic DIVERSAM partem accipe in *l. 12. C. de pact. l. 4. l. 6. C. ad exhib. l. 1. C. de praed. minor. l. 4. C. de vſucap. pro emt. l. 3. C. de exſequut. l. 5. C. comminat. epiſt. l. 3. C. ſi ex falſ. l. vlt. C. ſi tut. vel curat. l. 1. C. ſi mai. re iud. fact. alienat. l. 5. C. de ſeruit. l. 16. C. de euict. l. 3. C. de poſtlim. reuerſ. l. 6. l. 9. l. 14. C. de transact. l. 5. C. de ingen. manumitt. l. 2. C. de lib. cauſſ. l. 4. C. quum. et quand.* Quinctil. *Lib. IV. Cap. 2. Actori ſatis eſt, dixiſſe: certam creditam pecuniam peto, ex ſtipulatione: legatum peto ex teſtamento.* DIVERSAE *partis expoſitio eſt, cur ea* non *debeatur.* Idem DIVERSAM partem dixit *Lib. V. Cap. 6.* vt et eiusdem nominis auctor *Declam. CCLXX. et CCXXXVIII.* et Tertull. *aduerſ. Marcion. Lib. III. Cap. 15.* Ouid. *Lib. I. de remed. amor. v. 50.*

DIVERSIS *partibus arma damus.*

[Seneca *Lib. II. de ira Cap. 23. Fecit hoc et C. Caeſar ille, qui victoria ciuili clementiſſime vſus eſt. Quum ſcrinia deprehendiſſet epiſtolarum ad Pompeium miſſarum ab iis, qui videbantur aut in* DIVERSIS, *aut in neutris fuiſſe partibus, combuſſit.* Vbi vid. *Adnot.* Io. Fridr. Gronouii *n. 7.*] Ita DIVERSAE partis aduocatus. *l. 31. D. de recept. arbitr.* Sueton. *de clar. Grammat. Cap. IX. Siquidem ignotus adhuc, quum iudicio frequenti teſtimonium diceret, interrogatus a Varrone,* DIVERSAE *partis aduocato, quidnam ageret:* Sic DIVERSAM factionem dixit Sueton. *in Tiber. Cap. II.* In DIVERSAS partes ire: *l. 191. D. de verb. ſignif.* At in *l. 21. §. 1. D. ad leg. Falcid* ex DIVERSIS partibus, id eſt, diſparibus: DIVERSAE perſonae: *l. 60. D. de condict. indeb.* DIVERSA praedia. *l. 20. §. 1. D. ſi ſeru. vindic.* ¶. 10. DIVERSA ratio eſt: *l. 51. §. vlt. D. de hered. petit.* DIVERSIS rationibus ſuccedere. *l. 2. C. de ſolut.* ¶. 11. DIVERSA ſchola: *l. 138. D. de verb. obl. §. 2. Inſt. de emt. vendit.* DIVERSAE ſcripturae: *l. 14. C. de fid. inſtrum.* DIVERSA ſententia: *l. 8. D. de collat. bonor. l. 40. §. vlt. D. de reb. cred.* DIVERSAS ſententias dicere: *l. 27. §. 3. D. de recept. arbitr.* DIVERSAE ſententiae prolatae: *l. 24. D. de inoff. teſt.* DIVERSAS iudicum

iudicum ſententiam tulit: *l. 15. §. 2. D. de inoff. teſt.* DIVERSI ſexus filii. *l. 34. §. 1. D. de legat. II.* ¶. 12. DIVERSIS temporibus: *l. 7. l. vlt. D. commun. praedior.* DIVERSA inter ſe teſtimonia. *l. 27. D. ad leg. Corn. de falſ.* ¶. 13. DIVERSVM vocabulum. *l. 7. C. de codicill.* ¶. 14. Ex DIVERSO. *l. 73. D. ad leg. Falcid. l. 60. D. de fideiuſſor. l. 2. §. vlt. D. mandat. l. 107. D. de condit. et demonſtr. l. 15. D. de except. rei iudic. l. 47. D. de oblig. et act. l. 27. §. 1. D. de minor. l. vlt. D. commun. praed. l. 35. D. de rei vind.* Ex DIVERSO adlegatum: *l. 26. D. de probat.* Ex DIVERSO dictum eſt: *l. 53. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Ex DIVERSO reſpondebatur. *l. 41. D. famil. erciſc.*

DIVERTERE dicitur vxor, quae a viro, cui nupta eſt, diſcedit. *l. 42. D. de iudic. l. 5. §. 5. D. de dol. et met. exc. l. 27. §. 30. D. ad leg. Aquill.* Sponſa enim DIVORTISSE non recte dicitur. *l. 191. D. de verb. ſignif.* Quin et vxor, breui reuerſa, quae per calorem repudium miſerat, nec DIVERTISSE videtur: *l. 3. D. de diuort.* ex qua excerpta eſt *l. 49. D de reg. iur.* Emancipata idcirco DIVERTERAT, vt maritum lucro dotis adficeret, patrem fraudaret: *l. 5. D. de diuort. et repud.* DIVERTERE culpa: *l. 9. §. 1. §. 3. D. de minor.* a furioſo: *l. 45. §. 5. D. de rit. nupt.* ab inuito: *l. 62. §. vlt. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 1. §. 1. D. vnde vir et vxor.* a marito: *l. 78. §. 8. D. ad SC. Trebell. l. 5. C. de donat. int. vir. et vxor. l. 2. C. de condit. l. 7. C. de inſt. et ſubſt.* a viro. *l. 8. D. de vſu et habitat. l. 14. D. ad leg. Falcid. l. 65. D. de ſolut.*

DIVES patrimonio. *l. 3. C. de commerc. et mercat.*

DIVIDERE, in partes ſecare. Vnde DIVIDI quaedam res ſine interitu non poſſunt. *l. 35. §. vlt. D. de rei vind.* Sic DIVIDI non poteſt ſeruitus: *l. 1. §. 21. D. ſi quid in fraud. patron.* ſtipulationes viae, itineris, actus, aquaeductus, ceterarumque ſeruitutium. *l. 72. D. de verb. oblig.* Et tunc ea, quae in partes DIVIDI non poſſunt, ſingula ſingulis heredibus debentur. *l. 92. D. de reg. iur.* Contra recte DIVIDVNTVR actiones: *l. 11. D. de duob. reis. l. 1. C. de fideiuſſ. tut. l. 51. §. 2. D. de fideiuſſ. l. 10. §. 1. D. eod. tit. l. 1. §. 11. D. de tutel. et rat. diſtrah. l. vlt. D. rem pupill. ſalu. l. 7. D. de fideiuſſ. et nominat.* DIVISIS actionibus: *l. 11. C. de duob. reis.* DIVIDERE inter ſe adminiſtrationem: *l. 26. D. de negot. geſt.* DIVIDERE aequa lance agrum: *l. 23. §. vlt. C. de legat.* DIVIDERE alimenta, quae teſtator certis libertis dare iuſſerat. *l. 41. D. famil. erciſc.* DIVIDERE aquam: *l. 5. D. de aqua quotid. et aeſt. l. 17. D. de ſeru. praed. ruſt.* aquarum iter menſura aut temporibus: *l. 19. §. vlt. D. commun. diuid.* DIVIDIT pater inter filios bona: *l. 20. §. 3. D. famil. erciſc.* DIVDIITVR conditio: *l. 6. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 2. C. locat.* DIVIDERE fundum regionibus: *l. 31. D. de vſu et vſufr. l. 13. §. 17. D. de act. emt. l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt.* DIVISIS partibus fundum locare: *l. 87. D. de legat. II.* DIVIDIT teſtator hereditatem in certas vncias: Paull. *Sent. Lib. III. tit. 4. §. 6.* DIVIDVNT inter ſe hereditatem fratres: *l. 122. §. vlt. D. de verb. oblig. l. vlt. D. famil. erciſc.* heredes aequa lance: *l. 23. §. vlt. C. de legat.* DIVIDERE libertos: *l. 41. D. famil. erciſc.* obligationem: *l. 26. l. 27. §. vlt. D. de fideiuſſ. et nomin. l. 25. §. 10. D. famil. erciſc.* DIVISIS partibus: *l. 87. D. de legat. II.* DIVISVM patrimonium: *l. 25. D. famil. erciſc.* DIVIDITVR penſio inter heredes: *l. 58. D. de vſufr.* periculum: *l. 20. §. vlt. D. de iure fiſc.* periculum adminiſtrationis per prouincias: *l. vlt. C. ſi ex plur. tut.* de periculo DIVIDENDO: *l. vlt. C. de conſtit. pecun.* DIVISA prouincia: *l. 3. D. de offic. adſeſſ.* DIVIDI regionibus: *l. 29. D. de adqu. rer. dom.* DIVIDERE res: *l. 41. D. famil. erciſc.* ſocietatem: *l. 16. D. comm. diuid.* DIVISA ſumma et *iuncta* opponuntur. *l. 8. §. vlt. D. de legat. I.* Si velint tutores inter ſe DIVIDI tutelam. *l. 3. §. 4 D. de admin. et peric. tutor.* ¶. 2. *Pro* DIVISO, et *pro indiuiſo* opponuntur. *l. 43. D. de adquir. poſſeſſ.* quemadmodum et *pro* DIVISO, et *pro indiuiſo* communia aduerſantur. *l. 5. §. C. de reb. cor.* Hinc: pro DIVISO poſſidere: *l. 8. D. de rei vind,* pro DIVISO poſſideri nequit res mobilis. *d. l. 8. eod. tit.*

DIVIDVITAS, pro diuiſione. *l. 80. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* De ea voce, quae aliorum Latinorum auctorum auctoritate deſtituitur, vid. Duker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 417.* HEIN.

DIVINARE. Si non DIVINAVIT: *l. 29. §. 2. D. mandat.* Quum DIVINARE non potuerit: *l. 31. D. ad leg. Aquill.* Vnde DIVINAT is, qui cum tutore contrahit. *l. 4. §. 23. D. de doli mal. et met. except.*

DIVINATIO. DIVINATIONEM illicitam polliceri. *l. 15. §. 13. D. de iniur.* ¶. 2. Sed et, ſi de conſtituendo accuſatore quaerebatur iudiciumque ſuper ea re reddebatur, cuinam potiſſimum ex duobus pluribusue accuſatio ſubſcriptione in reum permitteretur, ea res atque iudicum cognitio DIVINATIO olim adpellabatur, quemadmodum Quinctil. *Lib. III. Cap. 10.* et *Lib. VII. Cap. 4.* Gell. *Lib. II. Cap. 4.* et Aſcon. Paedian. *in Ciceron. Diuinat.* docent. Cuiusmodi adpellationis varias iidem auctores cauſſas adferunt. Vnde et illam Ciceronis orationem, quae vulgo DIVINATIO inſcribitur, idem Gellius citat hoc titulo: M. Tullius, *oratione de accuſatore conſtituendo.*

DIVINITAS. DIVINITATIS auxilio: id eſt, DEI. *Conſultat. vet. iuriconſ. Cap. VI.*

DIVINVS, A, VM, quod DEI eſt vel ad DEVM pertinet. Sic DIVINVM *ius*, quod ad cultum deorum pertinet. Tacit. *Lib. VI. Annal. Cap. 26. Cocceius Nerua, DIVINI humanique iuris ſciens.* Sic et nuptias DIVINI iuris communicationem definit Modeſtinus *l. 1. D. de rit. nupt.* propterea, quod eorumdem ſacrorum vir et vxor participes eſſent. Qua ratione et vxor *rei humanae ac* DIVINAE *ſocia* dicitur, in *l. 4. C. de crim. expil. hered.* Et iuriſprudentia DIVINARVM *rerum ſcientia* eſt, quod alias docui, placandorum Deorum ritus, ſullemneſque caerimonias et ſepulcro-

Digitized by Google

DIV.

rum iura ad hanc ſcientiam pertinuiſſe. Immo res DIVINAE, vti in definitione vetere philoſophiae, ſunt omnes res creatae, humanae omnes actiones, inſtitutaque humana, ſenſusque eſt, iurisprudentiam tum in iuribus perſonarum et rerum, tum in iis, quae circa omnia negotia humana iuſta ſint, verſari. HEIN. Sic et [DIVINAE liturgiae: *l. 43. l. 44. pr. D. de Epiſc. et cler.*] DIVINVM Numen: *l. 8. D. de condit. inſtit.* DIVINI iuris res, quales eſſe dicuntur res ſacrae, religioſae, et ſanctae: *l. 1. D. de diuiſ. rer.* quemadmodum *res* DIVINAS et Vlpianus interpretatur. *l. 1. D. de interd.* Quae definitio a Gothis interpolata eſt apud Cai. *Inſt. Lib. II. tit. 1. §. 1.* DIVINI vero iuris cauſſa competunt interdicta, veluti: *ne quid in loco ſacro fiat, de mortuo inferendo*, et ſimilia. *l. 2. §. 1. D. de interdict.* Sic denique DIVINA *vis. l. 24. §. 4. D. de damn. inf.* quae alias vis maior et θεοῦ βία vocatur.

¶ 2. DIVINVM, quod ad Imp. pertinet, vel ab Imperatoribus proficiſcitur. DIVINA adnotatio: *l. 2. C. de quib. mun. vel praeſtat.* DIVINI apices: *l. 43. pr. C. de ſumm. trinit.* DIVINA Auguſta: *l. vlt. fin. C. de quadrag. praeſcr.* DIVINAE aures: *l. vlt. C. de adqu. poſſeſſ.* DIVINVM beneficium: *l. 7. C. de interdict. matr.* compendium: *l. 7. pr. C. de ſumm. trinit.* DIVINA conſtitutio: *l. vlt. C. de legit. hered.* DIVINA diſpoſitio: *l. 43. §. 2. C. de epiſc. et cler.* domus: *l. 12. D. ad SC. Turpill. l. 4. C. de priuil. dom. Aug. l. 8. D. de exact. tribut. l. vlt. C. de quadrag. praeſcript. rubr. C. vbi cauſſ. fiſcal. vel diu. dom.* DIVINVM edictum: *l. 7. pr. C. de ſumm. trinit.* DIVINA indulgentia: *l. 3. D. de conſt. princ.* iuſſio: *l. 7. C. de natural. lib. l. 1. §. vlt. C. de adſert. toll.* DIVINA lex: *l. 42. §. 8. C. de epiſc. et cler.* legis poſitio: *l. 44. §. pen. eod. tit.* DIVINVM numen: *l. 2. C. de offic. magiſtr. offic.* oraculum: *l. vlt. C. de iur. dom.* os: *l. 1. §. 6. C. de vet. iur. enucl.* reſcriptum: *l. 19. C. de oper. publ.* DIVINA ſanctio: *l. 4. C. de temp. reparat. l. 2. C. de quadrag. praeſcr.* DIVINA ſerenitas: *l. 2. §. pen. C. de offic. praet. Afr.* DIVINVM verbum: *l. 2. C. de mand. princ.* DIVINA VOX: *l. vn. pr. C. vt omn. iud.* [DIVINI vultus. *l. 6. C. Th. de indulg. crim.* vbi DIVINORVM *vultuum adpetitor* dicitur, falſae monetae reus, cui voltus Principis imprimitur.]

DIVISIO pro partitione, vel ſecatione in partes. DIVISIONIS iudicium: *l. 77. D. de legat. II.* pactum: *l. 7. C. comm. vtr. iudic.* placitum. *l. 45. D. de pact.* DIVISIO adminiſtrationis: *l. 2. C. de diu. tut.* aequa: *l. 8. C. de bon. proſcript.* aeris alieni: *l. 40. §. 2. D. de pact.* anni: *l. 7. D. ſol. matrim.* annonae: *l. 1. D. de mun. et honor.* aquae: *l. 25. D. de ſeru. praed. ruſt.* bonorum: *l. 40. §. 2. D. de pact. l. 8. C. de collat. l. 30. §. 3. D. de alim. legat. l. 77. §. 8. D. de legat. II.* tam difficilis, vt paene impoſſibilis videatur: *l. 55. D. famil. erciſc.* per fraudem, vel perperam facta: *l. 3. C. comm. vtr. iud.* hereditatis: *l. 28. D. de auct. et conſ. tut.* ſupremi iudicii: *l. 20. §. 3. D. famil. erciſc.* liberorum inter parentes: *l. 1. C. diuort. fact.* praediorum, quae vicem emtionis obtinet: *l. 1. C. comm. vtr. iud.* recte facta: *l. 9. C. de fid. inſtrum.* rerum commonium: *l. 1. D. comm. diuid. l. 8. C. comm. vtr. iudic.* Ad DIVISIONEM res peruenit: *l. 26. D. de ſeru. praed. vrb.* per DIVISIONEM obtingunt nomina. *l. 77. §. 4. D. de legat. II.*

¶ 2. Quaedam res DIVISIONEM non *admittunt*, vel *recipiunt*, id eſt, *diuidi non poſſunt*, vti eſt in *l. 85. D. de verb. obl.* Talia ſunt actus, aquaeductus, iter, via, *l. 2. et l. 2. D. de verb. oblig. l. 80. §. 1. D. ad leg. Falcid.* ſiue legatae hae ſeruitutes, ſiue in ſtipulationem deductae ſint. *d. l. 80. l. 25. §. 9 D. fam. erciſc.* Et hinc heredes promiſſoris in ſolidum tenentur. *l. 2. §. 2. D. de verb. obl.* Nec DIVISIONEM recipiunt ea, quae in nominibus ſunt, quum ipſo iure diuiſa ſint: *l. 6. C. fam. erciſc.* noxae deditio ſerui: *l. 27. §. 2. D. ad leg. Aquill.* operis effectus: *l. 85. §. 2. D. de verb. obl.* partus ancillae: *l. 31. §. 6. D. de Aedil. edict.* reſtitutio ſeruitutis: *l. 4. §. 3. D. ſi ſeru. vindic.* ſeruitus: *l. 13. §. 1. D. de acceptil. l. 4. §. 3. D. ſi ſeru. vindic.* ſtatuae: *l. 11. §. 24. D. de legat. III.* Plane DIVISIONEM recipit legatum vſusfructus: *l. 80. D. ad leg. Falcid.* et cautio, amplius non agi. *l. 4. §. 1. D. de verb. obl.*

¶. 3. DIVISIONES, pro erogationibus et diſtributionibus, quae ſingulis decurionibus et ciuibus fiebant. *l. 23. D. de ann. legat. l. 122. pr D. de legat. I.* Hanc vocabuli notionem, quae maxime ad conuiuia et congiaria pertinebat, illuſtrat Io. Fridr. Gronou. *in Papin. Stat. Cap. 13. p. 73.* HEIN.

DIVORTIVM inter virum et vxorem fieri dicitur: REPVDIVM ſponſae remitti videtur, quod et in vxoris perſonam non abſurde cadit. *l. 101. §. 1. D. de verb. ſignif.* Inter DIVORTIVM enim et *repudium* hoc intereſt, quod *repudiari* etiam futurum matrimonium poteſt: non recte autem ſponſa DIVORTISSE dicitur, quod DIVORTIVM ex eo dictum eſt, quod in diuerſas partes eant, qui diſcedunt. *l. 191. D. eod. tit.* Ac proinde DIVORTIVM vel a diuerſitate mentium dictum fuiſſe exiſtimant, vel quia in diuerſas partes eant, qui diſtrahant matrimonia. *d. l. 191. et l. 2. D. de diuort.*

¶. 2. Hinc: DIVORTIVM *facere* dicitur vir aeque, Cic. *Lib. XII. ad familiar. Epiſt. 50.* et *Lib. XIII. ad Attic. Epiſt. 7.* ac vxor: *l. 64. D. de donat. inter vir. et vxor.* [Non minus enim freqoenter vxores a maritis, quam hi ab illis diuertebant. Iuuenal. *Sat. VI.* Martial. *Lib. VI. Epigr. 7.* et Seneca loco notiſſimo *Lib. III. de benefic. Cap. 16.*] Sic DIVORTIVM Titia a Seio fecit: *l. 34. D. ſol. matr.* inter Lucium maritum et Seiam: *l. 45. D. ſol. matr.* DIVORTIVM factum: *l. 46. D. famil. erciſc.* non ſecundum legis obſeruationem: *l. 3. D. de donat. int. vir. et uxor.* DIVORTIO facto: *l. 20. D. de verb. oblig. l. 41. §. 4. D. de legat. III. l. 7. §. 1. l. 40. l. 43. D. ſol. matr. l. 55. D. de negot. geſt. l. 82. D. de ſolution. l. 62. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor. rubr. C. diuort. fact.* Paull. *Sent. Lib. II. tit. 24. §. 5.* Sic et intercedere dicitur DIVORTIVM: *l. 62. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 1. §. 2. D. pro donat.* itemque ſequi. *l. 1. §. 1. D. vnde vir et vx.* Nec ignotae loquutiones: DIVORTII conſilium: *l. 17. §. 1. l. 25. D. de act. rer. amot.* DIVORTII cauſſa res amouere: *l. 2. C. l. 17. D. rer. amot.* auferrre: *l. vlt. C. eod. tit.* facere donationes: *l. 11. §. vlt. l. 64. D. de don. inter vir. et vxor.* DIVORTIVM fictum: *l. 30. in fin. C. de iur. dot.* futurum: *l. 12. D. de donat. int. vir. et vx.* DIVORTIO ſeparata: *l. 22. D. ad SC. Trebell.* DIVORTIVM ſimulatum: *l. 64. D. de donat. int. vir. et vxor.* verum, quod fit animo perpetuam

am diſſenſionem conſtituendi. *l. 3. D. de diuort.* De DIVORTIO bona malaqoe gratia facto dictum eſt ſupra *Lib. II.*

DIVRNVS, A, VM. quod fit vel ſingulis diebus, vel interdiu. DIVRNVM quiddam praeſtare: *l. 10. C. de oper. libert.* DIVRNA aqua: *l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* DIVRNI effractores: *l. vlt. D. de effractor.* id eſt, qui interdiu effracturae crimen admittunt. DIVRNVS fur: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VII. §. 2. 3. 4.* apud Ciceron. *pro Milone Cap. III.* Auguſtin. *Lib. II. Quaeſt. ſuper Exod.* id eſt, interdiu deprehenſus, vt loquitur Caius *l. 4. D. ad leg. Aquill. l. 54. §. 2. D. de furt.* DIVRNAE horae: *l. 2. D. de aqu. quot. et aeſtiu. l. 25. D. ad leg. Iul. de adult.* DIVRNA merces: *l. 23. D. de fideic. libert.* et apud Horat. *Lib. II. ſerm. ſat. 7.* DIVRNVM officium: *l. 1. l. 3. D. oper. libert.* DIVRNAE operae: *l. 2. D. de ann. legat.* DIVRNVS vſus. *l. 10. in fine D. de ſeru. praed. vrban.*

DIVTINVS, id eſt, diuturnus. DIVTINA poſſeſſio: *l. 9. D. de diuerſ. tempor.* DIVTINA poſſeſſione capere: *l. 18. D. de vſurpat. l. 43. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* DIVTINAM poſſeſſionem implere: *l. 7. l. 13. D. pro emtore.* DIVTINO tempore in reatu eſſe. *l. 25. D. de poen.*

DIVTVRNITAS poſſeſſionis: *l. 7. C. de praeſcript. long. temp.* temporis: *l. 57. D. de rit. nupt.* longi temporis. *l. 2. C. quib. non obiic. l. 10. C. de non num. pecun.*

DIVTVRNVS, A, VM. DIVTVRNA conſuetudo: *l. 32. D. de legib.* in DIVTVRNA cuſtodia manere: *l. 5. C. de cuſtod. reor.* DIVTVRNA incubatio: *l. vlt. C. ne rei dom. vel templor.* DIVTVRNVM et longum ſilentium: id eſt, quinquennii: *l. vlt. C. ſi maior fact. alienat. fact. ſine decret. rat. hab.* DIVTVRNVM ſilentium: *l. 1. C. de commun. rer. alienat.* DIVTVRNO vſu ius aquae ducendae nactus. *l. 10. D. ſi ſeru. vindic.*

DIVVLGARE. DIVVLGANTVR iudicia ſecreta. *l. 1. §. 38. D. de depoſiti.*

DIVVS, A, VM. DIVI adpellabantur Imperatores, qui poſt exceſſum conſecrati, et inter Deos relati erant, eo ſollemni ritu, quem Herodian. *Lib. IV. Cap. 2.* deſcribit. Poſt cuiusmodi ἀποθέωσιν arae, templaque iis conſtitui, ſacerdotes ac ſodales creari, et ludi fieri, omnesque diuini honores decerni ſolebant, vt ex Tacito, Tranquillo, Spartiano, Iulio Capitolino, et aliis id genus auctoribus, liquet. Quod Proſper Aquitan. *Lib. de promiſſ. et praedict. Cap. VII.* ita exagitat: *Aeterna quum dicitur, quae temporalis eſt, vtique nomen eſt blaſphemiae: quum mortales, licet reges, in ea dicantur* DIVI, *eisque ſupplices dicunt: Numini veſtro,* (ſic enim lego,) *altaribus veſtris, perennitati veſtrae, et cetera, quae vanitas, non veritas, tradidit, atque exſecrabilia ſunt.* Sed et Carolus Magnus, aut alius, qui Caroli nomine eum librum ſcripſit, in opere *contra Synodum Graecorum Nicenam II. Lib. I. Cap. 3. Priſcae,* ait, *gentilitatis obſoletus error, Chriſti aduentu repulſus, quoddam cernitur in his reliquiſſe veſtigium, qui ſe fidei et religionis Chriſtianae iactant retinere faſtigium, qui et intra eccleſiam nouas et ineptas conſtitutiones audacter ſtatuere adſectant, et ſe* DIVOS, *ſuaque geſta* DIVALIA *gentiliter nuncupare non formidant.* Et paullo poſt: *Sceptra Imperialia retinentes poſt mortem in Deos credebantur transferri, et* DIVI *vocabantur, et ſimulacra illorum Dii nuncupabantur. Quae nomina, adſpernato vero Deo, contemta humilitate, daemoniaca vel humana arrogantia ſibi vſurpauit. Quae ita Chriſtianus odiſſe debet, ſicut odit auctorem.* Non minus grauiter in hunc gentilium furorem inuehitur Minucius Felix *in Octau. p. 26.* HEIN.

¶. 2. Et tamen non paganis modo et gentilibus Imperatoribus, verum etiam Chriſtianis, DIVORVM adpellationem tribui, ſciendum eſt. Conſtantinus namque DIVVS vocatur. *l. 5. C. de natural. lib.* vt et Leo, *l. 49. C. de inoffic. teſtam. l. 25. C. de teſtam. l. 32. C. de donat.* Imperatorem quoque quemlibet DIVVM nominat Iuſtinianus, in *l. 26. C. de donat. inter vir. et vxor.* Sane paſſim Chriſtiani Principes DIVAE *memoriae* a ſucceſſoribus nuncupantur, vt *l. vlt. C. mandat. l. 3. l. 9. C. de repud. l. 3. C. de quadrag. praeſcript. l. 17. C. Theod. de praetor. l. 19. C. de collat. l. 10. C. de pact. conuent. l. vlt. C. de quadrag. praeſcript.* DIVINAE *memoriae*: *l. 18. C. Theod. de praetor. l. vlt. C. mandat.* DIVINAE *recordationis*, vt in *l. 7. C. de natural. lib.* Sed multo magis huc pertinet numus Conſtantini M, in quo τῆς ἀποθεώσεως veſtigia expreſſiſſima adparent, ceu oſtendunt Ez. Spanhem. *in Adnot. ad Iuliani Orat. I.* Et Menken. *Diſſ. de conſecrat. Auguſtor. et Auguſtarum in num. §. III.* Quod merito opponas ſententiae Iac. Gothofredi, omnem communionis huiusmodi et κακοζηλίας labem a Chriſtianis Imperatoribus abſtergere conati, in *Diſſert. de interdicta Chriſtianor. cum gentilibus communione ad Andream Riuetum. Geneu. 1654.* HEIN.

¶. 3. Atque hi ſunt, quorum toties meminerunt libri noſtri, DIVI PRINCIPES. *l. 3. D. de requirend. vel abſent. damn. l. 38. D. de neg. geſt. l. 1. l. 3. C. de donat. quae ſub mod. l. 16. C. ad leg. Iul. de adult. l. 3. C. de his, qui ſibi adſcrib. l. 7. C. quando prouoc. l. 1. C. ſi pign. l. 1. C. de debit. ciu.* Quos et DIVOS *parentes ſuos* adpellant Imperatores. *l. 6. C. ad leg. Iul. de adult. l. 5. C. de his, qui in num. liber. l. 1. C. in quib. cauſſ. in integr. reſtit. l. 1. C. de diuort. fact. l. 6. C. de teſtam. milit. l. vlt. C. qui non poſſ. ad libert. l. 6. C. de ſeru. pign. dat. l. 4. C. Theod. de reparat. adpell.* Plane in *l. vlt. D. de reb. eor.* DIVORVM *Principum* nomine Seuerus et Antoninus exaudiendi ſunt. Inuenio autem, in libris noſtris DIVOS adpellari *Auguſtum, Claudium, Veſpaſianum, Titum, Neruam, Traianum, Hadrianum, Antoninum Pium, Verum, Marcum, Commodum, Pertinacem, Seuerum, Antoninum Caracallam, Claudium et Aurelianum,* quos etiam conſecratos et in DIVORVM numerum relatos fuiſſe Eutropius *Lib. VII.* et *Lib. VIII.* memoriae prodidit. Addo hic duo, notatu non indigna; primum, diſputare viros doctos, an et viuis adhuc Imperatoribus diuinos hos honores habuerint? alterum, an ſolis Imperatoribus? Prius adfirmat Men-

DIV.

ken. *Diſſ. de conſecr. Aug. ex num. §. VI.* Negat contra Vignol. *de column. Antonini Cap. V. p. 74. ſequ.* Sane negandum non eſt, Romanorum tantam fuiſſe inſaniam, vt et viuis principibus numinum et deorum nomen tribuerent, templa, arasque dedicarent, eorum imagines adorarent, per eos, eorumque ſalutem, vel genium iurarent. At viuos ex SC. conſecratos eſſe, nec Menkenius dixit, et diſerte negauit Tacit. *Annal. Lib. XV. Cap. extr.* Ad alterum quod attinet, non modu Auguſtos et Auguſtas, ſed et eorum propinquos in Deorum numerum referri conſueuiſſe, iam probauit Ez. Spanhem. *de vſu et praeſt. numiſm. Diſſ. XI. p. 328. Tomo II.* Quin et, quos flagitioſo amore deperibant principes, ceu numi *Antinoi* innumeri, veterumque de eo puero hiſtoriae nominem dubitare patiuntur. Ceterum, quum Briſſonius ſibi operae pretium facere viſus ſit, ſi hos DIVOS principes ordine chronologico recenſeret: eorum indiculum ſubiicere et hic iuuabit. HEIN. ¶. 4. DIVVS AVGVSTVS, *l. 1. D. ad leg. Iul. de adult. l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. l. 1. D. de offic. praef. vigil. l. 1. §. 8. D. de quaeſtion.* Eutrop. *Lib. VII. Cap. 5. Moriens DIVVS adpellatus eſt.* ¶. 5. DIVVS CLAVDIVS. *l. 14. §. 2. l. 15. pr. D. de leg. Corn. de falſ. l. 2. §. 32. D. de orig. iur. l. 2. D. qui ſine manumiſſ.* Vlpian. *Fragm. tit. III. §. 6. l. 1. C. qui non poſſ. ad libert.* Eutrop. *Lib. VII. Cap. 8. Poſt mortem conſecratus eſt,* DIVVSque *adpellatus.* ¶. 6. DIVVS VESPASIANVS. *l. 4. §. vlt. D. de legationib.* Eutrop. *Lib. VII. Cap. 13. Inter* DIVOS *relatus eſt.* ¶. 7. DIVVS TITVS, *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* Eutrop. *Lib. VII. Cap. 14. Inter DIVOS relatus eſt.* ¶. 8. DIVVS NERVA, *l. 2. §. 32. D. de orig. iur. l. vlt. D. de term. mot. l. vlt. D. ne de ſtatu defunct.* Eutrop. *Lib. VIII. Cap. I.* ¶. 9. DIVVS TRAIANVS. *l. vlt. §. vlt. D. de abig. l. 6. §. vlt. D. de extraord. crim. l. 4. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul. l. 10. §. vlt. D. ad SC. Turpill. l. 13. l. 15. §. 3. l. 16. D. de iure fiſc. l. vlt. D. de requir. et abſ. l. 1. §. 11. et §. 21. D. de quaeſt. l. 5. D. de poen. l. 5. C. de magiſtr. conuen. §. vlt. Inſt. de ſucceſſ. libert.* Eutrop. *Lib. VIII. Cap. 2.* ¶. 8. DIVVS HADRIANVS. *l. 2. D. de term. mot. l. 1. D. de abig. l. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 3. §. 5. D. de ſepulcr. viol. l. 6. §. vlt. D. de extraord. crim. l. 27. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. 3. et 4. l. 6. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 9. D. de leg. Pompei. l. 4. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul. l. 7. l. 14. D. ad SC. Turpill. l. 1. l. 21. D. de quaeſt. l. 2. D. ſi ingen. l. 5. §. 5. D. de iur. immun. l. 15. l. 28. §. 6. et §. 13. D. de poen. l. 83. §. 1. D. de hered. inſtit. l. 4. §. 5. D. de legation. l. 26. l. 27. §. 1. D. de fideiuſſor. rubr. C.* ☞ *de edicto D. Hadrian. toll.* Eutrop. *Lib. VIII. Cap. 3. Senatus ei tribuere voluit diuinos honores: tamen quum ſucceſſor ipſius, T. Aurelius Fuluius Antoninus, hoc vehementer exigeret. et vniuerſi Senatores palam reſiſterent, tandem obtinuit.* Add. Spartian. *in Hadr. Cap. XXVII.* HEIN. ¶. 9. DIVVS PIVS. *l. 7. §. 1. §. vlt. D. de accuſat. l. 6. D. de cuſt. et exhib. reor. l. 14. l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult. l. 5. §. 1. l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 6. D. ad leg. Iul. de vi priu. l. 1. §. vlt. l. 11. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 15. §. 3. D. de leg. Corn. de falſ. l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul. l. vlt. §. vlt. D. de bon. damn. l. 9. §. vlt. D. l. 22. D. de poen. l. 9. §. vlt. l. 10. D. de quaeſt. l. 52. D. de adquir. vel omitt. her. l. 11. D. de mun. et honor. l. 5. §. 1. D. de iur. immunit. l. 4. D. de legat.* DIVVS PIVS ANTONINVS. *l. 34. D. de negot. geſt. l. 18. D. quod met. cauſſ. l. 12. D. de teſtam. manum.* DIVVS ANTONINVS PIVS. *l. 4. C. de locat.* DIVVS ANTONINVS. *l. 7. D. de integr. reſt.* Eutrop. *Lib. VIII. Cap. 4. Atque inter* DIVOS *relatus eſt, et merito conſecratus.* ¶. 10. DIVVS MARCVS, *l. 1. §. 1. D. de effract. l. 1. D. expil. hered. l. 3. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 17. D. de quaeſt. l. 2. D. de colluſ. deteg. l. 8. pr. D. de transact. l. 1. D. de fer. l. 4. C. de re milit. l. 2. C. de impub. et al. ſubſt.* Sex. Aurel. Victor in *Epit. Caeſ. Cap. XVI. Et quod de Romulo aegre creditum eſt, omnes pari ſenſu praeſumſerunt, Marcum caelo receptum eſſe. Ob cuius honorem templa, columnae multaque alia decreta ſunt.* ¶. 11. DIVI FRATRES, *l. 13. §. vlt. D. de offic. praeſid. l. 1. D. de effract. l. 1. §. vlt. D. de colleg. l. 9. §. vlt. D. de leg. Pomp. l. 11. D. de leg. Corn. de falſ. l. 8. §. 1. l. 26. l. 27. D. de poen. l. 1. §. vlt. D. de bon. damnat. l. 6. §. 1. l. 7. D. de rer. diuiſ. l. 6. D. de mun. et honorib. l. 4. §. 1. D. de legation. l. 8. D. ad municipal.* Hi ſunt M. Antoninus vulgo Philoſophus et L. Aelius Commodus Verus, primumque hi duo Auguſti adpellati, et faſtis conſularibus ſic adſcripti ſunt, auctore Spartiano *in Ael. Vero Cap. VII.* Eutrop. *Lib. VIII. Cap. 5. Poſt hunc imperauit M. Antoninus Verus, haud dubie nobiliſſimus, quippe quum eius origo paterna a Numa Pompilio, materna a Salentino rege penderet. Cum eo L. Annius Antoninus Verus. tumque primum Rom. reſpublica, duobus aequo iure imperium adminiſtrantibus paruit, quum vſque ad eum ſingulos ſemper habuiſſet Auguſtos.* Hi et aliis nominibus in libris noſtris nuncupantur. Veluti DIVVS MARCVS et LVCIVS Imperatores: *l. 57. §. 1. D. de rit. nupt.* IMPERATORES VERVS et MARCVS, vt in *l. 30. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 4. D. de curat. bon. dand.* DIVI MARCVS et VERVS, *l. 24. D. de tut. et curat. dat.* DIVVS MARCVS et VERVS, *l. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* IMPERATORES ANTONINVS et VERVS AVGG. *l. 14. D. de ſeru. praed. vrban. l. 17. D. de ſeruit. praed. ruſtic. l. 29. D. de probat. l. vlt. D. ad leg. Iul. de annon. l. vlt. D. ad SC. Turpill.* Iidem et FRATRES IMPERATORES adpellantur. *l. 33. D. de poen. l. 38. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* Eodem ſenſu et DIVVS MARCVS cum FRATRE SVO. *l. 31. D. de leg. Corn. de falſ.* ¶. 12. DIVI MARCVS et COMMODVS. *l. 1. D. de leg. Corn. de falſ.* DIVVS MARCVS cum filio ſuo reſcripſit. *l. 3. D. qui ſine manumiſſ.* DIVVS MARCVS et DIVVS COMMODVS. *l. 7. C. vt in poſſeſſ. legat.* ¶. 13. DIVVS COMMODVS. *l. vlt. D. de in lit. iur. l. 26. D. de probat. l. 31. D. de iur. fiſc. l. 102. D. de legat. I.* ¶. 14. DIVVS ELVIVS PERTINAX: *l. 5. §. 2. D. de iur. immunit.* DIVVS PERTINAX, *d. l. 5. §. vlt. l. 1. C. de bon. libert.* Sex. Aurel. Victor de Heluio Pertinace *Cap. XX. Heluium Seuerus SC. inter DIVOS refert.* ¶. 15. DIVVS SEVERVS. *l. 7. D. de mun. et hon. l. 1. D. de colleg. l. 7. §. 4. et §. 7. D. de ſepulcr. viol. l. 2. §. 5. et l. 13. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. 1. D. de leg. Corn. de falſ. l. 1. §. 17. l. 9. D. de quaeſt. l. 1. C. de peric. cor. l. 8. §. 5. D. de poen.*

l. 9.

l. 9. C. de praed. min. Et hoc modo accipienda ſunt verba haec: DIVI PATRIS EIVS, *l. 3. D. de reb. eor. l. 13. D. eod. tit.* ¶. 16. DIVVS SEVERVS et ANTONINVS: *l. 13. l. 20. D. de accuſat. l. 4. D. de extraord. crim. l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul. l. 3. §. vlt. D. de leg. Fab. de plagiar. l. 1. D. de requir. vel abſ. l. 31. D. de poen.* Et ita ſemper loqui Marcianum, obſeruaui. DIVI SEVERVS et ANTONINVS. *l. 1. §. 9. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 5. D. ad leg. Iul. pecul. l. vlt. D. de requir. vel abſ. damn. l. 30. D. de inoffic. teſt. l. 27. D. de pignor. action. l. 4. D. de legat. I. l. 89. D. ad leg. Falcid. l. 6. D. de iur. codicill.* DIVVS SEVERVS ET IMP. ANTONINVS. *l. 18. D. de minor.*

¶. 17. DIVVS ANTONINVS, puta Baſſianus Caracalla. *l. 3. §. 2. D. de offic. praef. vigil. l. 1. §. 5. D. de quaeſt. l. 6. C. vt in poſſeſſ. legat. l. vlt. C. de edend. l. 4. C. ad SC. Treb.* DIVVS MAGNVS ANTONINVS. *l. 11. §. 3. et 4. D. de muner.*

¶. 18. DIVVS CLAVDIVS. *l. 1. C. qui non poſſ. ad libert. l. 1. C. ne lic. potent.* Eodemque DIVI nomine Claudius hic a Trebellio Pollione *in eius vitae inſcript.* et a Vopiſco *in Aurelian. Cap. II.* ornatur. ¶. 19. DIVVS AVRELIANVS. *l. 1. C. de omn. agro deſert.* Nam et hunc inter Deos relatum, cique DIVINOS honores decretos, teſtatur Vopiſcus *in eius vita Cap. XLI.*

DOC.

DOCERE, in arte quadam inſtruere. DOCERE pictorem aut librarium. *l. 28. D. de rei vindic.* ¶. 2. DOCERE, oſtendere, ſeu apud iudicem probare. *l. 14. §. 3. D. quod. met. cauſſ. l. 5. D. de inoffic. teſt. l. 23. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 9. §. 4. D. de iureiur. l. 2. §. 1. D. de dol. mal. et met. except.* DOCE, id eſt, proba: *l. 9. C. de rei vindic. l. 1. C. rer. amot.* Si DOCVERIT, id eſt, probauerit; *l. 1. §. 44. D. de aqu. quot. et aeſtiu.* DOCETVR Praetor: *l. 1. C. ſi adu. credit.* DOCERI rationibus: *l. 5. C. famil. erciſc.* DOCERE, ſe circumuentum: *l. 7. §. 3. D. de minor.* DOCERE de crimine: *l. 2. C. ſi ex falſ. inſtr. l. 10. D. ſi ſeru. vindic.* DOCERE, dolum admiſſum: *l. 18. §. 1. D. de probat.* DOCERE de periurio: *l. 18. D. de iureiur.*

DOCILIS, E. DOCILIORA ſunt mancipia rudia. *l. 37. D. de Aedil. edict.*

DOCTORES. *l. 2. C. de profeſſ. Lib. X.*

DOCTRINAE alicuius ſtudioſus: *l. 19. D. ad exhib.* DOCTRINA artificum: *l. 3. D. de ſolut.* DOCTRINAE fiducia: *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* In DOCTRINAM impendere: *l. 28. §. 1. D. de donat. inter vir. et vxor.* DOCTRINA puerorum. *l. 39. D. de verb. ſign. l. 28. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.*

DOCVMENTVM, quo aliquid docetur, vel probatur. Sic [DOCVMENTA apertiſſima: *l. vlt. C. de probat.*] idonea: *l. 29. C. de donat.* [DOCVMENTVM libelli: *l. 40. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* DOCVMENTA fidelis obſequii: *l. 8. C. Theod. de priuil. eor.*

qui in ſacr. palat. mil. Lib. VI. tit. 35. Ipſa rerum DOCVMENTA: *l. 31. C. de teſtam. l. 3. C. de iur. domin. impetr.* DOCVMENTA veriſſima. *l. 2. C. vbi de ratiocin.*

DOD.

DODRANS, aſſis pars: *l. 29. D. de vſufr. l. 1. D. ad leg. Falcid. l. 13. §. vlt. D. de hered. inſtit. §. 5. Inſt. eod. tit.* DODRANS bonorum, id eſt, nouem vnciae: *l. 35. D. de hered. inſt.* Ex DODRANTE fecit heredem: *l. 9. D. de iur. fiſc.* Ex DODRANTE reſtituere. *l. 17. §. 2. D. de dol. et met. except.*

DOG.

[**DOGMATIS** haeretici infamia: *l. 1. C. Theod. de fid. Cath. Lib. XVI. tit. 1.* ſcaenum DOGMA haereticorum: *l. 19. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* DOGMA religionis catholicae. *l. 13. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.*]

DOL.

DOLABRA, in inſtrumento lanionis numeratur. *l. 18. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* ¶. 2. Eſt etiam inſtrumentum fabrile. Hinc praefectus vigilum cum hamis et dolabris coerrare debebat. *l. 3. §. 3. D. de offic. praef. vigil.*

DOLARE tigna. *l. 235. §. vlt. D. de verb. ſignif.*

DOLIARIS, E. a dolio. DOLIARE vinum, *l. 1. §. vlt. D. de peric. et comm. rei vend. quod in doliis eſt*, vt loquitur et Cato *de re ruſt. Cap. CXLVIII.* ad differentiam *amphorarii.*

DOLIARIVM, (vel vt Florentiae ſcriptum, DOLEARIVM,) Si ex DOLIARIO pars vini venierit. *l. 35. §. pen. D. de contrah. emt.*

DOLIVM, vas maius, et capacius: qualia DOLIA vinaria frumentariaue dicebantur. Ea in cellis et horreis plerumque defodiebantur, *l. 76. D. de contrah. emt. l. 93. §. pen. D. de legat. III. l. 3. §. 1. D. de trit. vin. ol. leg. l. 206. D. de verb. ſignif. l. pen. in fin. D. de act. emt.* Plin. *Lib. IV. Cap. 21. Imbecilla vina, demiſſis in terram* DOLIIS, *ſeruanda.* In DOLIIS vtique vina condebantur, et inde poſtea in amphoras, cados et metretas diffundebantur. *l. 15. D. de trit. vin. ol. l. 38. D. de iudic. l. 8. §. 2. D. de legat. II. l. 27. §. 3. D. de inſtruct. vel inſtr. leg. In* DOLIA, ait Proculus, *vina ea mente coniicimus, vt ex his poſtea vel in amphoras et cados diffundamus, vel ſine ipſis doliis veneat. l. 15. D. de trit. vin. ol.* ¶. 2. Hinc loquutiones: Ex illo DOLIO amphoras vini: *l. 38. D. de iudic.* DOLIA in cella defixa: *l. 93. §. 4. D. de legat. III.* defoſſa: *l. 8. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* in horreis defoſſa: *l. 76. D. de contrah. emt. Humi demerſa*, dixit Columella *Lib. XII. Cap. 6.* DOLIA *fictilia*, vel *plumbea, quibus terra adgeſta eſt, et in his viridaria poſita*, eaque gratia in aedibus ita interdum illigabantur, vt ibi perpetuo eſſent poſita. *l. 26. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Sane apud Plin. *Lib.*

Digitized by Google

DOL.

Lib. XIV. Cap. I. vbi vulgo *foliis incluſae* legitur, in vno ex MSSC. meis DOLIIS *incluſae*, in altero vero DOLIIS *fictilibus incluſae* ſcriptum eſt. DOLIA, quae in fundo ſunt: *l. 26. D. de act. emt. vend.* infoſſa in fundo: *l. 54. §. vlt. D. eod. tit.* integra et quaſſa: *l. 27. D. eod. tit.* vinaria: qualia tamdiu cenſentur, vt Iulianus tradit, quamdiu vinum habent: ſine vino deſinentia eſſe in eo numero, quoniam ad alium vſum transferri poſſunt, veluti ſi frumentum his indatur. *l. 206. D. de verb. ſignif.*

DOLON, in *l. 53. §. 1. D. ad leg. Aquill.* et apud Soeton. *in Claud. Cap. XIII.* flagellum ſignificat, interprete Seruio *in Aeneid. VII. v. 664.* intra cuius virgam pugio latebat, a fallendo Graece dictum eſt, id eſt, *ἀπὸ τοῦ δόλου*, quod ligni ſpeciem praeferat, interius gladium habens. Plutarch. *in Tiber. et Caio Gracch. p. 829. Tom. I.* ξιφίδιον λῃστρικόν, ὃ δόλωνα καλοῦσι. *pugionem latrocinalem, quem* DOLONEM *vocant.* Heſychius: Δόλωνες, ait, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα, DOLONES *pugiones, intra ligna latitantes.* Artemidor. *Lib. II. de ſomn. Cap. 14.* Ὁρμιαὶ δὲ καὶ ἄγκιστρα, καὶ καθετῆρες, καὶ οἱ λεγόμενοι δόλωνες, δόλους ἢ ἐνέδρας σημαίνουσι. *Funiculi piſcatorii, hami, catheteres, et* DOLONES, *quos vocant, dolum atque inſidias ſignificant.* In libro quodam MSC. qui *Famina Heſperica* inſcribitur: *Huic quidam robuſtus ferali* DOLONE *tyrannus hirta craſſi latera terebrauit apri.* Et alias: *Truces reciproco libramine penetrant* DOLONES. Gloſſae: DOLONES, *tela abſcondita.* Iſidor. *Lib. XVIII. Etymol. Cap. I.* DOLONES *ſunt vaginae ligneae, intra quas latet pugio ſub baculi ſpecie.*

DOLOR. DOLORE concitatus equus: *l. 2. §. 7. D. ſi quadr. pauper. fec.* DOLORIS impatiens: *l. 2. C. qui teſt. fac.* DOLORIS impatientia: *l. 38. §. vlt. D. de poen. l. 3. §. 4. D. de bon. eor. qui ante ſent. l. 34. D. de teſt. mil.* DOLOR inconſultus: *l. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* DOLOR atrocis iniuriae: *l. vn. C. de ingrat. libert.* DOLOR iuſtus: *l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult. l. 3. §. 3. D. de SC. Silan.* fidem DOLORIS adferre: *l. 7. C. de calumn.* [*l. 9. C. Theod. de accuſat. et inſcr. Lib. IX. tit. I.* vbi tamen *fidem* DOLORIS *adſerere* legitur.] DOLOR maritalis: *l. 15. D. ad leg. Iul. de adult.* Ad DOLOREM noſtrum porrigitur: *l. 2. D. de liberal. cauſſ.* DOLORIS ſanitatem polliceri: *l. 1. §. 3. D. de extraord. cognit.* DOLOR verus. *l. 30. C. ad leg. Iul. de adult.*

DOLOSE facere: *l. 3. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 9. §. 2. D. ad exhib. l. 2. §. 5. D. de dol. et met. except.* DOLOSE verſatus. *l. 3. §. 1. D. de min. l. 25. §. 5. D. de hered. petit.*

DOLOSVS, A, VM. DOLOSIS artibus. *l. 6. C. ſolut. matrim.*

DOLVS, alius BONVS, alius MALVS eſt. DOLVM *bonum* veteres pro ſollertia dicebant, maxime ſi aduerſus hoſtem, vel latronem quis machinaretur. *l. 1. §. 3. D. de dol. mal.* D. Auguſtinus *Epiſt. XXIX.* *Quamquam et apud illos Romanae linguae diſertiſſimus dixerit: Neque tamen illi* DOLVS *ad cauendum, aut aſtutia decrant: aſtutiam ponens in bono.* Eodem modo et Baſilius *in Prouerbia* quamdam etiam eſſe καλὴν καὶ ἐπαινετὴν πανουργίαν, *bonum et laudabilem dolum* tradit. ¶. 2. DOLI *mali* vocabulum a XII. Tabulis manaſſe, docet Donatus in Terent *Eunuch Act. III. ſcen. 3.* his verbis: *Quod autem addidit* DOLO MALO, *aut* ἀρχαϊσμός *eſt, quia ſic in XII. Tabulis a veteribus ſcriptum eſt, aut* ἐπίθετον DOLI *eſt perpetuum, aut diaſtole eſt, quia eſt et bonus, quo a medentibus falli aegros, non tantum decipi, Lucretius poeta teſtatur.* ¶ 3. DOLVM *malum* C. Aquillius Gallus, vti Cic. *de Offic. Lib. III. Cap. 14.* et *Topic. Cap. IX.* ſcribit, definiebat, *quum aliud agitur, aliud ſimulatur.* B. Auguſtinus *Serm. XXII. de Iacobo et Eſau*: DOLVS *ergo quid eſt? Quando aliud agitur, aliud ſimulatur. Quando itaque aliud eſt in intentione, aliud in factis,* DOLVS *dicitur.* Quam DOLI definitionem Seruio Sulpicio, Sex. Pedio, et Iulio Paullo placuiſſe, inuenio, vt adparet ex *l. 1. §. 2. D. de dolo mal.* Paull. *Lib. I. Sent. tit. 8. §. 1. l. 7. §. 10. D. de pact*, in qua Vlpianus: DOLVS MALVS, ait, *fit calliditate et fallacia, et, vt ait* PEDIVS, DOLO MALO *pactum fit, quoties circumſcribendi alterius cauſſa aliud agitur, et aliud agi ſimulatur. Ineſt autem* DOLO *et fraus.* Verum Aquilliana illa DOLI definitio in Labeonis reprehenſionem incurrit, quem, philoſophiae ſtudio, et ingenio ſuo fretum, traditionibus veterum non adquieuiſſe, Pomponius ſcribit. Ille ergo DOLVM MALVM definiebat, eſſe *omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.* Baſilius Magnus ἐν ἀσκητικοῖς. ΔΟΛΟΝ, ait eſſe τὸ πρὸς ἐπιβουλὴν περίεργον, ὅταν ἀγαθόν τι σχηματισάμενος, τοῦτο ὥσπερ δέλεαρ τινὶ προθεὶς δι' αὐτοῦ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς κατεργάσηται. DOLVM eſſe *diligentiam in inſidiando adhibitam, quando quis bonum quid prae ſe ferens, illud alteri tamquam eſcam obiiciat, et interea circumuenire illum laboret.* Vnde DOLVS MALVS, FALLACIA, FRAVS et CALLIDITAS, coniungi ſolent. *l. 47. l. 51. D. pro ſoc. l. 1. D. de reg. iur. l. 1. D. de his, qui not. infam.* Et DOLVS *callidum conſilium* dicitur in *l. 7. §. 11. D. de Publician. in rem act. et machinatio. l. 36. D. de verb. oblig. l. 15. D. de dol. mal. l. vlt. D. ſi ventr. nom.* ¶. 4. In Edicto *de ſeruo corrupto*, DOLO MALO adiecto, calliditatem notat Praetor eius, qui perſuadet. Ceterum ſi quis ſine dolo malo deteriorem fecerit, vt ſi luſus gratia fecerit, non tenetur. *l. 3. D. de ſeru. corrupt.* ¶. 5. Hac Edicti *de peculio* parte, qua Praetor id peculio imputat, quod DOLO MALO domini factum eſt, quo minus in peculio eſſet, DOLVM MALVM accipere debemus, ſi ei ademit peculium, vel ſi eum intricare peculium in necem creditorum paſſus eſt. Sed et ſi quis, quum ſuſpicaretur, alium ſecum acturum, alio peculium auertat, DOLO non caret. *l. 21. pr. D. de pecul.* ¶. 6. DOLI MALI et in Edicto *de albo corrupto* fit mentio, quia ſi per imperitiam, vel ruſticitatem, vel caſu, aliquis fecerit, non tenetur. *l. 5. D. de iurisdict.* ¶. 7. In Edicto *de eo, per quem factum erit, quo minus quis iudicio ſiſtat*, Praetor coercet

Digitized by Google

DOL.

coercet DOLVM eius, qui impedit aliquem iudicio ſiſti. *Feciſſe* DOLO MALO non tantum is putatur, qui ſuis manibus, vel per ſuos, retinuerit, verum etiam qui alios quoque rogauerit, vt eum detinerent, vel abducerent, ne iudicio ſiſtat, ſiue ſcientes, ſiue ignorantes, quid eſſet, quod comminiſceretur. DOLVM quoque malum ſic accipimus, ſi quis venienti ad iudicium aliquid renunciauerit triſte, propter quod is neceſſe habuerit, ad iudicium non venire. *l. 1. pr. §. 1. et §. 2. D. de eo per quem fact. erit.*

¶. 8. [Aliquando DOLI vox in genere et culpam, puta latam, continet. *l. 11. D. depoſ.*] Hinc illud: Magna negligentia DOLVS eſt: *l. 226. D. de verb. ſignif.* itemque: DOLO proxima culpa: *l. 8. D. de precar. l. 8. D. de edend.* DOLO proximum factum. *l. 7. D. depoſ.*

¶. 9. Nun autem DOLVS cadit in impuberem: *l. 22. D. ad leg. Corn. de falſ.* DOLI capax non eſt impubes et pupillus: *l. 3. D. de iniur. l. 1. §. 6. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.* DOLI non capaces, vt admodum impubes: *l. 3. §. 1. D. de ſepulcr. viol.* Iam DOLI capax impubes vel pupillus: *l. 23. D. de furt. l. 1. §. 15. D. depoſ.* nimirum ſi proximus ſit pubertati. *l. 13. §. vlt. D. de dol. mal. l. 111. D. de reg. iur. §. 20. Inſt. de oblig. quae ex del. naſc.*

¶. 10. Ex his facile intelligitur, quid ſit SINE DOLO MALO. e. g. Sine DOLo malo ad iudicium prouocare: *l. 63. D. de reg. iur.* Sine vllo DOLO malo meo: *l. vlt. §. vlt. D. de eo, per quem fact.* Sine DOLO malo deſinere poſſidere: *l. 17. D. de exc. rei iudic.* Sine DOLO malo perierit res: *l. 1. §. 25. D. depoſ.* Si ſine DOLO malo ſtipulantis factum eſt. *l. 31. D. de recept. arbitr.*

¶. 11. Innumerae vero ſunt compoſitae cum hoc vocabulo loquendi formulae, quas, ordine alphabetico diſpoſitas, dare iuuabit. De DOLO agere: *l. 27. §. 3. D. de pact.* Per DOLVM aliquid adlegare: *l. 75. D. de iudic.* Si quis per DOLVM pluris aeſtimatum fundum in ſolutum dederit: *l. 46. D. de ſolut.* DOLVS actoris: *l. 5. §. 3. D. de doli mal. et met. except.* DOLI auctor. *l. 9. §. vlt. D. de tributor. act.*

¶. 12. DOLVS bonae fidei contrarius eſt: *l. 5. C. de reſcind. vend.* quemadmodum fides bona contraria eſt fraudi et DOLO: *l. 3. §. 3. D. pro ſoc.* DOLVM ſemper abeſſe oportet a iudicio bunae fidei: *l. 6. §. vlt. D. de act. emt.* Et hinc ſi conuenerit, ne DOLVS praeſtetur, hoc bonae fidei iudicio contrarium eſt. *l. 23. D. de regul. iur.*

¶. 13. DOLO carere. Non poteſt DOLO carere, qui imperio magiſtratus non paruit: *l. 199. D. de reg. iur.* DOLO carere non videtur, ſi iam mota quis controuerſia hereditatis, legata ſine cautionibus det: *l. 41. D. ad leg. Falcid.* Nun caret DOLO pater, qui honore proprio omiſſo, propter compendium alienam inſtitutionem maluit. *l. 26. D. ſi quis omiſſ. cauſ.* Is qui neſcit, apud ſe eſſe hominem liberum, DOLO caret: ſed vbi certioratus retinet, DOLO malo non caret: *l. 3. §. 6. D. de lib. hom. exhib.* Re comperta, ſi non tribuat, DOLO nunc non caret: *l. 7. §. 2. D. de tributor.* DOLI *clauſula* adpellatur pars illa ſtipulationis, qua DOLVM abeſſe, abſuturum eſſe, comprehendimus. *l. 22. l. 53. l. 119. l. 121. l. 135. §. vlt. D. de verb. obligat. l. 4. §. 16. D. de dol. mal. et met. except. l. 22. in fin. D. de re iudic. l. 22. §. 7. D. rat. rem hab. l. 1. pr. l. 3. pr. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. l. 19. D. iudic. ſolu. l. 45. D. de hered. petit. l. 31. D. de recept. arbitr.* Quae et *clauſula de* DOLO *malo* vocatur in *l. 13. §. 5. D. de acceptilat. l. 21. §. 3. D. de nou. aper. nunc. l. 19. D. rem rat. hab. l. 6. D. iudic. ſolu.* et DOLI *ſtipulatio*, de qua paullo poſt. Ceterum in *l. 30. D. de pecul.* DOLI *clauſula* adpellatur adiectio illa, quae actioni de peculio additur: ET SI QVID DOLO MALO DOMINI CAPTVS FRAVDATVSVE ACTOR eſt. *l. 36. in fine D. eod. tit.* DOLO corrumpere album: *l. 7. D. de iurisd.* vel curare, vt ab alio corrumperetur. *l. 8. D. eod. tit.*

¶. 14. DOLO malo plus demonſtrare: *l. 18. §. vlt. D. de contr. emt.* Qui DOLO plus dicit factum, licet in exceptione, docere DOLVM admiſſum debet: *l. 18. §. 1. D. de probat.* Ex iudiciis vero, vel, vt alii legunt, *ex inſidiis*, perſpicuis eum probari, conuenit. *l. 6. C. de reſcind. vend.*

¶. 15. DOLO malo non edidit, qui malitioſe edidit, et, qui in totum non edidit: *l. 8. D. de edend.* DOLVS eſt, ſi quis nolit perſequi, quod perſequi poteſt, aut, ſi quis non exegerit, quod exigere poteſt: *l. 44. D. mandat.* DOLVS emtoris, qualitate facti, non quantitate pretii, aeſtimatur. *l. 10. C. de reſcind. vendit.* DOLI mali exceptio, praeter ea, quae traduntur. *tit. D. de dol. mal. et met. except.* locum habet, in ſpecie *l. 11. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. l. 22. D. de adim. legat. l. 4. l. 23. D. ſol. matrim. l. 154. D. de reg. iur. l. 29. D. de iur. dot.* Non autem ſolet exceptio DOLI nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur: *l. 19. §. vlt. D. de de reg. iur.* DOLO malo non exhibere: *l. 8. D. de exhib.* Non videtur DOLO exſequi, qui ignorat cauſſam, cur non debeat petere. *l. 177. §. 1. D. de reg. iur.*

¶. 16. DOLVM facere: *l. 17. §. 4. D. de inſtit. act. l. 18. D. ſolut. matrim.* DOLVM malum facere in ſubiectione: *l. 19. §. 3. D. de negot. geſt.* DOLO facere: *l. 8 §. 5. D. de precar.* DOLO aliquid facere: *l. 6. D. de tutel. et rat. diſtrah.* DOLO facere dicitur mulier: *l. 2. D. ſi ventr. nom.* tutor: *l. 7. D. de admin. et peric. tut. l. 49. D. de oblig. et act.* Non videbitur DOLO feciſſe, qui rem apud teſtatorem depoſitam vel commodatam diſtraxit, ignarus, depoſitam vel commodatam: *l. 1. §. 47. D. depoſ.* nec qui fraudem excluſerit: *l. 77. §. 31. D. de legat. II.* Si quis inficiatus ſit, non aduerſus dominum, ſed quod eum, qui rem depoſitam petebat, verum procuratorem non putaret, aut eius, qui depoſuiſſet, heredem: nihil DOLO MALO fecit. Poſtea autem ſi cognouit, cum eo agi poterit; quia nunc incipit DOLO MALO facere, ſi reddere eam non vult. *l. 13. D. depoſ.* Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur DOLO MALO facere, qui parere neceſſe habet: *l. 167. §. vlt. D. de reg. iur.* Nullus videtur DOLO facere, qui iure ſuo vtitur: *l. 55. D. eod. tit.* nec qui iure perpetuo vtitur. *l. 42. D. de act. emt. vend.* DOLO facit, qui ex aliena iactura lucrum quaerit: *l. 17. §. D. de inſtit. act.* DOLO facere, ne in poteſtate habeat: *l. 16. D. de noxal. act.* DOLO facit, qui paſſus eſt aedificare, et non reddit impenſas: *l. 5. §. 2. D. de dol. et met. except.* DOLO malo facit, qui contra transactionem petit: *l. 23. §. 3. D. de condict. indeb.* et qui petit, quod redditurus eſt: *l. 8. D. de dol. et met. exc.* Si quis ſine cauſſa ab aliquo fuerit ſtipulatus, deinde ex ea ſtipulatione experiatur, licet eo tempore, quo ſtipulabatur, nihil DOLO malo admiſerit,

tamen dicendum eſt, eum, quum litem conteſtatur, DOLO facere, qui perſeueret ex ſtipulatione petere: *l. 2. §. 3. D. de dol. mal. et met. except.* DOLO facere, QVO MINVS facere poſſit: *l. 63. §. 7. D. pro ſoc.* quo minus quis in poteſtate habeat: *l. 12. l. 26. §. 1. D. de noxal. act.* quo minus haberet: *l. 2. D. ne quid in loc. publ.* vnde ſumta eſt *l. 150. D. de regul. iur.* Semper enim, qui DOLO fecit, quo minus haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet: *l. 157. §. 1. D. de reg. iur.* quo minus res in cauſſa hereditaria maneant: *l. vlt. D. vt in poſſeſſ.* quo minus perueniat: *l. 2. §. 5. D. de hered. vel act. vend.* quo minus poſſideret: *l. 16. D. ad exhib. l. 25. §. 8. D. de hered. petit. l. 4. §. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 63. D. de legat. II. l. 25. D. de rei vind. l. 2. D. ne quid in loc. ſacr.* quo minus ſint in poteſtate: *l. 18. D. de interrog.* quo minus poſſit reſtituere: *l. 68. D. de rei vindic.* [*l. 25. §. 1. D. ſolut. matrim. l. 16. §. 3. D. de pign. et hypoth. l. 15. §. 10. D. quod vi aut clam.*] quo minus quis in iudicio ſiſtat: *l. vlt. D. de eo per quem fact. erit.* quo minus ſoluendo eſſet: *l. 18. §. vlt. D. ſol. matr.* Nihil DOLO creditor facit, qui ſuum recipit: *l. 129. D. de reg. iur.* DOLO malo facit, qui depoſitum repoſcenti non reddit: *l. 1. §. 22. et §. vlt. l. 13. D. depoſit.* qui id, quod poteſt reſtituere, non reſtituit: *l. 8. §. vlt. D. mandat.* Abſurde dicitur, DOLO eum videri facere, qui non ipſi, quem conuenit, ſed alii, reſtituturus petit. Si quis eum, quem ab hoſte redemit, retineat, DOLO malo non facit: *l. 3. §. 3. D. de lib. hom. exhib.* Qui enim iuſtam cauſſam habet, hominis liberi apud ſe retinendi, non videtur DOLO malo facere: *l. 3. §. 4. D. eod. tit.* nec, ſi quis volentem retinuit, niſi a ſe calliditate circumuentum, vel ſeductum, vel ſollicitatum: *l. 3. §. 5. eod. tit.* DOLO fecit, qui ſe patrem familias ſimulauit: *l. 6. D. de SC. Macedon.* DOLO fecit, qui ſciens vendidit: *l. 13. §. 14. D. de act. emt. vend.* DOLO malo facere VT minus caueatur: *l. 7. D. de magiſtr. conuen.* vt lis periret: *l. 18. §. 4. D. de dol. mal.* vt vir ſeminaue in adulterio deprehenſa pecunia ſe redimerent: *l. 14. pr. D. ad leg. Iul. de adult.* vt rem pluris venderet: *l. 13. §. 4. D. de act. emt. vend.* DOLO falſum ſcribere, ſignare, recitare. *l. 2 D. de leg. Corn. de falſ.* ¶. 17. DOLO malo non videtur habere, qui iure ſuo vtitur: *l. 3. §. 2. D. de lib. hom. exhib.* Res in ſe dolum habet. *l. 36. D. de verb. oblig.* ¶. 18. DOLO inductus: *l. 48. D. de fideiuſſ.* DOLO mariti res interiit. *l. 18. §. 1. D. ſolut. matrim.* DOLVS intercedit: *l. 3. §. 4. D. de lib. hom. exhib.* DOLO malo iudex in fraudem legis ſententiam dicere videtur, ſi euidens arguatur eius vel gratia, vel ſordes: *l. 15. §. vlt. D. de iudic.* Sine DOLO malo ad iudicium prouocare. *l. 63. D. de reg. iur.* ¶. 19. Quoties quis iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ſine calliditate tamen, putauit ſe liberum, vel in libertate moratus eſt, dicendum eſt, hunc in ea cauſſa eſſe, vt ſine DOLO malo in libertate fuerit: *l. 12. §. 2. D. liber. cauſſ.* ¶. 20. DOLO obligatus: *l. 36. D. de verb. oblig.* DOLVS obiicitur. *l. 30. §. 6. D. de pecul.* ¶. 21. DOLI participes: *l. 1. §. 14. D. de tutel. et rat.* Sine DOLO malo res periit: *l. 1. §. 25. D. depoſ.* DOLO poſſidere deſinere: *l. 27. §. 2. l. 52. D. de rei vind. l. 26. §. 2. D. de noxal. action. l. 36. §. 3. D. de hered. petit.* [*l. 16. §. 3. D. de pign. et hypothec.*] vel ſine DOLO: *l. 17. D. de except. rei iud.* Qui DOLO poſſidere deſiit, pro poſſeſſore damnatur, quia DOLVS pro poſſeſſione eſt: *l. 131. D. de regul. iur.* DOLO deſiit poſſidere, id eſt, deſiit facultatem habere reſtituendi, vt interpretatur ipſe iuriſconſultus: *l. 1. §. D. quod legat.* DOLVM praeſtare: *l. 8. D. de precar. l. 108. §. 12. D. de legat. I. l. 9. D. ſolut. matrim.* DOLI praeſtatio: *l. 152. §. vlt. D. de reg. iur.* DOLO praetermittere quid in iudicando: *l. 40. §. vlt. D. de iud.* DOLO promittere: *l. 32. D. de noxal. act.* DOLVS punitur: *l. 21. §. 1. D. ad SC. Silan.* DOLVS purgatur. *l. 13. §. 15. et 16. D. de act. emt. vend.* ¶. 22. Contractus quidam DOLVM malum tantum recipiunt, vt depoſitum et precarium: *l. 23. D. de regul. iur.* De DOLO replicandum: *l. 4. §. 13. l. 5. §. 2. D. de dol. et met. except.* De DOLO repromittere. *l. 15. D. de pign. act.* ¶. 23. DOLO malo, aut fraudandi cauſſa, coita ſocietas: *l. 3. §. vlt. D. pro ſoc.* DOLI ſtipulatio: *l. 121. in fine D. de verb. obl. l. 3. D. de tribut. act.* de qua vide, quae dixi *Lib. VI. de Formul.* §. *CLXXX.* ¶. 24. DOLO tabulae eſſe deſierunt apud pupillum: *l. 4. D. de tab. exhib.* Si ignorans in merce ſeruum habere, minus tribuit, non videtur DOLO minus tribuiſſe. Sed re comperta, ſi non tribuat, DOLO nunc non caret. *l. 7. §. 2. D. de tribut. act.* ¶. 25. DOLVS venditoris; *l. 7. §. 11. D. de Public. in rem act.* DOLVS duntaxat in actione depoſiti venit: *l. 1. §. 47. D. depoſ.* Interdum in negotiorum geſtorum actione DOLVS ſolummodo verſatur: *l. 3. §. 9. D. de neg. geſt.* DOLO malo violare ſepulcrum. *l. 3. §. 1. D. de ſepulcr. viol.*

DOMARE. DOMITI boues: *l. 8. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* DOMARE equitium: *l. 12. §. 4. D. de vſ. et habitat.* DOMITVM pecus. *l. vlt. D. de abig.*

DOMESTICVS, A, VM. DOMESTICA adfectio: *l. 1. C. de negot. geſt.* cautio, pro priuata, ſeu chirographo: *l. 3. D. de iur. fiſc. l. 113. D. de legat. I.* DOMESTICVM et familiare funus: *l. 4. §. 2. D. ſi quis caut. in iud. ſiſt. l. 2. D. de in ius voc.* DOMESTICA furta, quae ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii iis, apud quos degunt, faciunt: *l. 11. §. 1. D. de poen.* DOMESTICA inſtrumenta: *l. 5. C. de probation.* DOMESTICA interrogatio ſeruorum ac libertorum: *l. 6. C. de quaeſt.* DOMESTICAE perſonae, pater et filius: *l. 6. D. quod cuiusc. vniu. nom.* item ſeruus, colonus, adſcriptitius, familiaris, libertus. *l. vlt. §. vlt. C. de his, qui ad eccleſ. confug.* DOMESTICI teſtes: Vlpian. *Fragm. tit. XX. §. 3.* Sic et DOMESTICVM teſtimonium: *l. 2. C. de teſtib.* DOMESTICVM vtique teſtimonium in teſtamentis non ex cognatione, ſed ex vnione coniunctioneque, quae per patriam poteſtatem contingit, aeſtimandum eſt: *§. 8. Inſt. de teſtam. ordin.* et ibi Theophilus. DOMESTICAE vexationes. *l. 5. §. 3. D. de iur. immunit.* ¶. 2. DOMESTICI tam Equites, quam pedites, in *Notit. Imperii* ponuntur, et *in l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. vlt. C. de domeſt. et protect.* Caſſiodor. *Lib. I. Var.* DOMESTICAE

par-

DOM.

partis Equitum et peditum, qui noſtrae aulae videntur ingiter excubare. Suidas *Tom. I. p. 615.* Δομέστικοι, οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς, οἱ κατὰ Ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. *Equites vel milites apud Romanos, qui vulgo domeſtici vocantur.* DOMESTICI et protectores: *l. 1. §. 2. C. de domeſt. et protect. l. 27. C. Theod. de erogat. milit. annon. l. 16. C. Theod. de mun. ſord. et extraord.* DOMESTICVS *protector.* apud Marcellin. *Lib. XIV. Cap. 10.* Socrat. *Lib. I. Hiſt. eccl. Cap. 13.* τῶν δορυφόρων τις, οὓς οἰκείους καλεῖ ὁ βασιλεύς. *Ex haſtatis quidam, quos Imperator domeſticos vocare ſolet.* Et *Lib. III. Cap. 21.* ὁ ἐν τοῖς οἰκείοις τοῦ βασιλέως στρατευόμενος. *qui inter* DOMESTICOS *Imperatoris militabat.* Quorum verborum ſenſum non adſequutus Interpres, male ita vertit: qoi ioter neceſſarios principis militabat. Imperite quoque Caſſiod. *Lib. I. Hiſt. Tripart. Cap. 47. Inter familiares Imperatoris* vertit. Idem Socrat. *Lib. IV. Cap. I.* Οὐάλης δὲ ἐν τοῖς οἰκείοις τοῦ βασιλέως ἐστράτευε. *Valens inter* DOMESTICOS *Imperatoris militabat.* De his DOMESTICIS plura Car. du Freſne *in Gloſſar. med. et inf. Latin. Tom. I. p. 142. ſequ.* Nos addimus, eorum alios in praeſenti, ſeu in comitatu principis, fuiſſe, qui vocantur *Praeſentiales: l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 4. C. de domeſt.* aliis certis officiis deputatos publicas exſequutos eſſe iuſſiooes. *l. 1. et l. 5. C. Theod. de protector.* De iis videri meretur Hadrian. Valeſ. *ad Ammian. Marcellin. ibid. p. 37.* HEIN. ¶. 3. DOMESTICORVM ſchola, in *l. 3. C. vbi ſenator. l. vn. C. Theod. de praepoſ. lab.* Cui proprium comitem praefuiſſe docuimus ſupra *Lib. III.* Ammian. Marcell. *Lib. XXVI. Cap. 5. Sociatusque Valenti* DOMESTICORVM *praefuit ſcholae.* Idem *Lib. XXI. Cap. 8. Mamertino largitiones curandas dedit, et Dugalaiphum praefecit* DOMESTICIS. Flau. Vopiſc. *in Numeriano Cap. XIII. Diocletianum omnes diuino conſenſu, cui multa iam ſigna facta dicebantur imperii, Auguſtum adpellauerunt,* DOMESTICOS *tunc regentem.* DOMESTICORVM conſortium: *l. 38. C. Theod. de decurion.* DOMESTICOS etiam ſcholarum legimus apud Nicephorum *Lib. VII. Hiſt. eccleſ. Cap. 18.* et Zonaram *Tom. III. Annal.* non ſemel. Eaque eſt DOMESTICATVS militia, apud Gregor. Turon. *Lib. II. Cap. 8.* qua voce vtuntur qooque Theodoſius et Valentinianus Imperatores *Nouell. vn. de ſcholar. comitib.* ¶. 4. Erat et in aula Conſtantinopolitana quidam, qui δομέστικος μέγας vocabatur, vt ex *Notit. Graeca* liquet. Guilelmus Tyrius *Lib. II. belli ſacri Cap. V. Hic a Domino Nicephoro, qui tunc in ſceptris agens principabatur, plurimum honoratus, vt* MEGADOMESTICI *dignitatis, (quem nos maiorem ſeneſchallum adpellare conſueuimus,) fungeretur officio.* Luitpr. *de reb. per Europ. geſt. Lib. III. Cap. VI. Phocam vero,* ait, DOMESTICVM *maiorem, hoc eſt terreſtris ducem exercitus fecit.* ¶. 5. Alio ſenſu DOMESTICI accipiendi ſunt *rubr. vtriusque Cod. de adſeſſor. domeſtic. et cancellar.* Vetus Gloſſarium: DOMESTICI *ſunt, ex quibus pro magna parte conſilium pendet, et hi dicuntur Adſeſſores.* [At opponuntur iisdem *adſeſſores l. vn. C. ſi rect. prou.* Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. II. Cap. 15. p. 347.*]

DOMICILIVM ſeu *domus* aliud; aliud *origo.* DOMICILIVM in eo loco ſingulos habere non ambigitur, vbi quis Larem, rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, vnde rurſus ooo ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet. Vnde quum profectus eſt, *peregrinari* videtur. *l. 7. C. de incol. Lib. X.* Et ita DOMICILIVM accipe in *l. 19. §. 1. l. 50. in fine D. de iudic. l. 1. D. de tut. et curat. dat. l. 39. in fine de condit. et demonſtr.* DOMICILIVM autem vbi quis habere intelligatur, tractat Vlpianus *l. 27. D. ad municipal.* Plane ſola domus poſſeſſio, quae in aliena ciuitate comparatur, DOMICILIVM non facit. *l. 17. §. 13. D. eod. tit.* Sed nec DOMICILIVM ibi qois habere intelligitur, vbi ſtudiorum cauſſa habitat, niſi, decem annis transactis, eo loco ſibi ſedes conſtituerit. *l. 5. §. 2. D. de iniur. l. 2. C. de incol. Lib. X.* ¶. 2. Miles ibi DOMICILIVM habere cenſetur, vbi meret, ſi nihil in patria poſſideat. *l. 23. in fine D. ad municipal.* ¶. 3. Senatores, etiamſi vbicumque morandi poteſtatem impetrauerint, DOMICILIVM tamen in vrbe retinent. *l. 22. §. 6. D. eod. tit. l. 8. C. de incol. Lib. X.* ¶. 4. Mulier in DOMICILIVM mariti per conditionem matrimonii redit: *l. 65. D. de iudic.* E numero, quae deſponſa eſt, ante contractas nuptias ſuum non mutat domicilium: *l. 32. D. ad municipal.* Vidua amiſſi mariti DOMICILIVM, quoad aliis ſe nuptiis non iunxerit, ſeqoitur. *l. 22. §. 1. D. eod. tit.* ¶. 5. Liberti eorumque filii paoroni manumiſſoris DOMICILIVM ſequuntur. *l. 6. in fine l. 22. pr. D. eod. tit.* ¶. 6. Relegatus in eo loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium DOMICILIVM habet: *l. 22. §. 3. D. eod. tit.* Habere tamen et eo loci, vnde arcetur, poteſt. *l. 27. in fine D. ad municipal.* ¶. 7. Si quis inſtructus ſit duobus his locis aequaliter, et vtrobique ſit deſtinato animo, vtrobique DOMICILIVM habere intelligitur. *l. 6. §. pen. l. 27. §. 2. D. eod. tit.* ¶. 8. Filiusfamilias non vtique ibi DOMICILIVM habet, vbi pater, (originem enim eius, non vtique DOMICILIVM, ſequitur,) ſed vbicumque DOMICILIVM collocarit. *l. 4. l. 6. §. 1. D. eod. tit.* ¶. 9. DOMICILIVM autem ooo in propria tantum domo, ſed in aliena quoque et conducta, habere poſſumus *l. 5. §. 2. D. de iniur.* ¶. 10. Hinc variae loquutiones: DOMICILII iure alicubi cogitere: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* DOMICILIVM ſuum in aliquam regiunculam conferre: *l. 239. §. 2. D. de verb. ſignif.* DOMICILIVM aliquo terre: *l. 22. §. 2. ad municipal.* DOMICILIVM habere: *l. 2. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 28. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 19. §. 1. l. 50. §. vlt. D. de iudic. l. 8. §. 9. D. de transact. l. 1. C. vbi de heredit.* veluti in ciuitate; *l. 71. §. 2. D de condit. et demonſtr.* in Italia, vel alia prouincia: *l. 15. §. vlt. D. de manum. vind.* in municipio: *l. 3. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* in prouincia: *l. 28. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 29. §. vlt. D. de iudic. l. 1. D. de tutor. dat.* Romae: *l. 5. §. vlt. D. vt leg. ſeu fideic. nom. cau. l. 30. §. 1. D. de excuſat.* DOMICILIVM matrimonii; *l. 5. D. de rit. nupt.* DOMICILIVM ſequi: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* transferre. *l. 8. §. 9. D. de transact. l. 1. C. de incol. Lib. X.* Transfertur autem re et facto, oon nuda conteſtatione. *l. 20. D. ad municipal.*

DOMINA, (vt notiſſimas vocabuli ſigni-

gnificationes hic praetermittamus,) erat elogium, quo viri vxores ornabant. Sic: DOMINA mea: *l. vlt. §. vlt. D. de aur. arg. leg.* DOMINA ſanctiſſima: *l. 19. §. 1. D. de ann. legat.* DOMINA vxor. *l. 41. D. de legat. III.* [Vid. Voſſ. *Lib. IV. Inſt. orat. Cap. 12. p. 119.* Guil. Foroer. *Selection. Lib. I. Cap. II.* eas hoc nomine adpellatas ſcribit, quae in manum mariti conueniſſent. Quae etiam eſt ſententia Iac. Raeuardi *Comment. ad l. 30. D. de reg. iur. p. 222.*] At falſa eſt haec Fornerii et Raeuardi ſententia. Ea enim adpellatio tum vel maxime innotuit, quum raro vxores in manum conuenirent. Elegans eſt obſeruatio Epicteti *Enchirid. Cap. LXII.* generatim vxores a viris dominas vocari conſueuiſſe, *ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν, a quartodecimo anno.* Minor enim annis duodecim domum ducta, exacto demum apud maritum anno duodecimo, legitima vxor habebatur. *l. 9. D. de ſponſal.* Quumque ante annum quartum decimum fieri vix poſſet, vt prole augeret familiam: ab eo demum tempore DOMINA ſalutabatur, non modo a maritis, veluti in marmoribus apud Gruter. *p. DCCCVI, 4.* et apud Reineſ. *Claſſ. XIV. Inſcr. 193.* ſed et ab extraneis, vti apud Caſſiodor. *Lib. X. Variar. Cap. 2.* et Reineſ. *Claſſ. XIV. Inſcript. 191.* Obſeruauit hoc etiam Coiac. *Lib. III. Cap. 18.* qui tamen perperam huc retulit *l. 38. §. 4. D. de legat. III.* quum ibi Iulia non DOMINA, ſed DOMNA, nomine proprio vocetur, quippe vxor Seueri Imp. notiſſima. Similem errorem Merillii *Lib. I. Obſ. Cap. 36.* notauit Aegid. Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. XXV. p. 140. ſequ.*

DOMINATIO, imperium. Sic Decemuiris *nimiam atque aſperam* DOMINATIONEM tribuit Pomponius. *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* ¶. 2. DOMINATIO, pro dominica poteſtate in ſeruos. *l. 64. D. de condict. indeb.* ¶. 3. At in *l. 78. in fine D. de adquir. vel omitt. hered.* dominium ſignificat. Et ſic DOMINATIONES ſcribi oportet pro *donationes*, in *l. vlt. C. de cenſit. et peraequat. Lib. XI.* Quod vitium ſcripti Codices, cum Theodoſiano conſentientes, arguunt. Porro in eadem lege Tribonianus quatuor menſes ad duos ab Honorio et Theodoſio tributos addidit.

DOMINICVS, A, VM, quidquid ad dominum pertinet, vel domini eſt. DOMINICVM aes alienum. *l. 4. §. 5. D. de pecul.* DOMINICA cauſſa: *l. 19. D. de fideiuſſor.* DOMINICVS creditor: *l. 3. §. 1. D. de in rem verſ.* DOMINICVS debitor: *l. 11. D. de pecul.* DOMINICA domus: *l. 3. §. 4. D. de in rem verſ.* DOMINICA fides: *l. 18. §. 4. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* DOMINICVM horreum: *l. 3. §. 6. D. de in rem verſ.* DOMINICA merx: *l. 11. §. 7. D. de inſtit. act. l. 38. D. de adminiſtr. et per. tut.* DOMINICA pars: *§. vlt. Inſt. per quas perſon. cuiqu. adquir. l. 67. D. de adquir. vel omitt. hered.* Pro DOMINICIS partibus: *l. 40. §. 1. D. de damn. infect. l. 1. D. de vſufr. adcreſc. l. 13. §. 2. D. de inſtit. act. §. vlt. Inſt. per quas perſ. nob. obl. adqu.* id eſt, pro ea parte, quam quisque in rei vel ſerui dominio obtinet. *d. l. 13. §. 2. D. de inſtit. act.* DOMINICA pecunia: *l. 29. D. de pact.* pro DOMINICA portione: *l. 37. D. de ſtipulat. ſeru.* DOMINICA poſſeſſio: *Theodoſii et Valentiniani Nouella vn. de reſcindend. vendit.* DOMINICA poteſtas: *l. 17. D. de alim. vel cibar. leg.* DOMINICA ratio: *l. 3. §. 5. D. de in rem verſ. l. 5. §. vlt. l. 23. §. 1. D. de pecul. leg. l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* DOMINICAE res: *l. 10. C. quod cum eo, qui in al. poteſt. l. 11. §. 1. D. de minor.* DOMINICVS vſus. *l. 3. D. de pecul. legat. l. 13. §. vlt. l. 17. §. vlt. D. de vſufr.* ¶. 2. DOMINICVM etiam *κατ' ἐξοχὴν* dicitur, quod Chriſti eſt, vel ad cultum Chriſtianum pertinet. Sic: DOMINICVS totius ſeptimanae primus dies. *l. 5. C. Theod. de ſpectacul.* Templa etiam Chriſtianis erant DOMINICA. Rufin. *Hiſtor. Eccl. Lib. IX. Cap. 9.* Plura loca collegit du Freſne *Gloſſar. Lat. ſub voce dominicum. Tom. I. p. 155.* quemadmodum Graecis *κυριακὴ ἡμέρα* eſt *dies ſolis*, Apoc. *I, 17.* *κυριακὰ, templa. Concil. Ancyran. Can. XIV. Laodicen. Can. XXVIII. Neocaeſarienſ. Can. V. et XIII.* itemque *κυριακοὶ οἶκοι*, apud *auctorem vitae S. Nili Iun. p. 164.* HEIN. ¶. 3. DOMINICVM etiam dicitur, quod Imperatorum eſt, vel principum. [Hinc DOMINICVS actor, pro actore rei priuatae Principis. *l. 11. C. Theod. de iurisd. Lib. II. tit. I. l. vlt. C. Theod. de conlat. fund. patrim. Lib. XI. tit. 19.*] DOMINICVS colonus, pro colono Caeſaris: *l. 7. C. vbi cauſſ. fiſc.* DOMINICAE poſſeſſiones: *l. 8. C. Theod. de luſtral. collat. Lib. XIII. tit. I.* DOMINICAE res, id eſt, res principis priuatae: *l. 2. C. Theod. de his, qui cond. propr. reliqu. Lib. XII. tit. vlt. l. vlt. C. Theod. de iur. fiſci Lib. X. tit. I. l. 10. C. quod cum eo. tit. C. ne rei domin. vel templor.* [Villa DOMINICA. *l. 21. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

DOMINIVM rerum ex naturali poſſeſſione coepiſſe, Nerua filius aiebat. *l. 1. pr.* DOMINIA diſtincta ſunt iure gentium: *l. 1. D. de inſtit. et iur.* Traditionibus et vſucapionibus DOMINIA rerum transferuntur, non nudis pactis: *l. 20. C. de pact.* Legatum ita DOMINIVM rei legatarii facit, vt hereditas heredis res ſingulas: *l. 80. D. de legat. II.* Si procurator meus vel tutor pupilli rem ſuam, quaſi meam, vel pupilli, alii tradiderint, non receſſit ab iis DOMINIVM: *l. 35. D. de adquir. rer. domin.* Si rem Caeſaris procurator eius, quaſi rem propriam tradat, non puto eum DOMINIVM transferre: *l. 1. §. 1. D. de offic. proc. Caeſar.* Curator furioſi rem quidem ſuam, quaſi furioſi, tradere poterit, et dominium transferre. Si vero rem furioſi, quaſi ſuam, tradat, dicendum, vt non transferat DOMINIVM: *l. 10. §. 1. D. de curat. furioſ.* In omnibus rebus, quae DOMINIVM transferunt, concurrat oportet adfectus ex vtraque parte contrahentium: *l. 55. D. de oblig. et action.* DOMINIVM non poteſt niſi ex vna cauſſa contingere: *l. 3. §. 4. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* DOMINIVM nihilominus eius manet, qui dominus eſſe non vult. *l. 17. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* ¶. 2. DOMINIVM duplex olim fuit, auctore Theophilo, *in §. 4. Inſt. de libertin.* NATVRALE, quod *in bonis* adpellatur, et CIVILE vel LEGITIMVM, quod *ex iure Quiritium* dicebatur. IN BONIS habebat, quemadmodum Vlpianus

zed by Google

mus Fragm. tit. I. §. 16. exponit, *cui res tradita erat, neque tamen mancipata, vel in iure ceſſa, vel tempore ad vſucapionem neceſſario poſſeſſa erat.* EX IVRE vero QVIRITIVM dominus quis fiebat mancipatione, in iure ceſſione, vſucapione. Quas verborum differentias Iuſtinianus ſuſtulit, *l. vn. C. de nudo iure Quirit.* et *l. vn. C. de vſucap. transfer.* Et hinc dotalis fundi dominium penes maritum eſſe dicitur, quum verius ſit, dotem in bonis eſſe mariti, *l. 75. D. de iur. dot.* vxorem vero dominam eſſe. *l. penult. C. de iur. dot. l. 21. §. 2. D. ad municipal.* vt et Boeth. *in Topic.* ſcribit. ◀|. 3. DOMINIVM non *proprietatis* tantum, *l. 17. D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 12. D. ad leg. Aquill. l. 16. §. 1. D. de vſu et habit. l. 7. §. 4. l. 19. §. 1. D. de dol. mal.* ſed et *vſusfructus* et *ſeruitutis* dicitur. *l. 3. D. ſi vſusfr. petat. l. 15. §. 8. D. quod vi aut clam.* Item *poſſeſſionis* DOMINIVM dicitur: *l. 1. Cod. Gregor. ſi ſub alter. nom. rei emt. l. 2. C. Theod. de bon. matern.* ◀|: 4. Ceterum et loquutiones notandae: DOMINIVM capere poſſidendo: *l. 18. §. 15. D. de damn. infect.* DOMINII noſtri ſunt res: *l. 181. D. de verb. ſignif.* DOMINII noſtri non ſunt ſepulcra: *l. 1. D. ſi ſeru. vindic.* DOMINII tui fecero: *l. 13. D. de ſeru. export.* DOMINII ius impetrare creditor dicitur, quum a principe impetrat, vt pignus ſibi addictum ea quantitate, quae ſibi debetur, pro domino poſſidere ſibi liceat. *tit. C. de iur. dom. impetr. l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 24. D. de pign. act. l. vlt. C. ſi in cauſſ. iud. pign.* DOMINII iure bona detinere: *l. 4. C. qui bon. ced.* habere: *l. 188. D. de verb. ſignif.* poſſidere: *l. 13. D. de pign. l. vlt. C. ſi in cauſſ. iudic. l. 59. D. ad SC. Trebell.* In DOMINIO debitoris manere: *l. 12. D. de diſtract. pign.* In DOMINIO remanet ſeruus. *l. 2. pr. D. de condit. inſtit.*

[DOMINVLVS, in *l. 41. §. 4. D. de legat. III.* ab vxore per blanditias et ὑποκοριστικῶς vocatur maritus. Guil. Forner. *Lib. I. Select. Cap. 11.*] ☞ Sed nulla ibi mentio mariti: multoque veroſimilius eſt, *P. Maeuium dominulum* eſſe filium familias, quem *ſuum* DOMINVM vocat Seneca *Controu. II, 9. herum minorem* Plaut. *in Captiu. Act. III. ſcen. 5. v. 50. Bacchid. Act. IV. ſcen. 4. v. 3.* et alias ſaepe, νεώτερον δεσπότην Iul. Pollux *Onomaſt. Lib. III. Cap. 8.* Ita et filia familias DOMINA *minor* adpellatur ab Auguſtino *Confeſſ. Lib. IX. Cap. 8.* et DOMNVLA a Saluiano *Epiſt. ad Hypat. et Quiet.* Vide Em. Merill. *Lib. I. Obſeru. Cap. 36.* HEIN.

DOMINVS primum dictus is, cuius in proprietate res fuerunt, vt DOMINI aedificiorum: *l. 59. D. de rei vind.* aedium: *l. 1. §. 4. l. 5. §. 5. D. de his qui effud.* plures earumdem aedium domini: *l. 26. D. de damn. infect.* [bona fide dominus: *l. 12. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* equi: *l. vlt. D. ad leg. Aquil.* horreorum: *l. 55. D. locat.* membrorum ſuorum: *l. 13. D. ad leg. Aquill.* mercis: *l. 11. §. 4. D. de inſtit. act. l. 2. D. de leg. Rhod.* mulae: *l. vlt. D. ſi quadrup. paup.* nauis: *l. vlt. D. de exercitor. act.* nauium: *l. 17. §. 6. D. de excuſat. tut. l. 11. §. 2. D. de publican. et vectig.* parietis: *l. 45. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* pignoris: *l. 42. §. 4. D. de procurat.* praedii: *l. 12. D. fin. regund.* proprietatis: *l. 9. D. vſufr. quemadm. cau. l. 17. §. vlt. l. 19. §. 1. D. de noxal. act. l. 72. D. de vſufr. l. 10. D. de vſufr. adcreſ. l. 12. D. ad leg. Aquill. l. 20. D. de damn. infect. l. 39. D. de ſtipul. ſeru. l. 15. D. de vſufr. l. 33. D. de rei vindic.* qui vſufructuario opponitur. *l. 37. D. de pecul.* Hinc DOMINVS proprietatis vicini fundi: *l. 4. §. 9. D. fin. reg.* DOMINVS pueri: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* quadrupedis: *l. 7. §. 6. D. de dolo.* ſeruuli. *l. 52. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* ◀|. 2. Aliquando et iis tribuitur DOMINIVM, quibus aliud ius competit, immo et perſonis fictis. Tunc dicitur quis DOMINI *loco eſſe*, DOMINI *locum obtinere*, DOMINI *loco haberi*, *quodammodo* DOMINI *eſſe*, pro DOMINIS, *vel vt* DOMINI *agere.* En exempla. Defenſor, quum ſatisdedit, DOMINI loco accipiendus eſt: *l. 76. D. de procurat.* Bonae fidei emtor, quod ad fructus attinet, loco DOMINI paene eſt: *l. 48. D. de adquir. rer. domin.* DOMINI adpellatione fructuarius quoque continetur: *l. 8. D. de reb. auctor. iud. poſſid.* Sui heredes viuo patre quodammodo DOMINI exiſtimantur: *l. 11. D. de lib. et poſtum.* Ipſa hereditas, quamdiu heres non adit, DOMINAE locum obtinet: *l. 13. §. 5. D. quod vi aut clam.* in multis partibus iuris pro DOMINO habetur: *l. 61. D. de adquir. rer. domin.* DOMINVS habetur: *l. 13. §. 2. D. ad leg. Aquill.* DOMINI loco habetur: *l. 15. D. de interrogat. in iure fac.* Sed et legatarius, agnito legato, retro dominus fuiſſe intelligitur. *l. 13. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Poſſeſſor porro hereditatis, qui petitori ſatisdedit, interim DOMINI loco habetur: *l. 15. §. vlt. D. de quaeſt.* Tutor DOMINI loco habetur: *l. 56. §. 4. D. de furt.* tunc nimirum, quum tutelam adminiſtrat, non quum pupillum ſpoliat: *l. 7. §. 3. D. pro emtor.* vice domini eſt: *l. 157. D. de reg. iur.* quantum ad prouidentiam pupillorum DOMINI loco haberi debet. *l. 27. D. de admin. et peric. tut.* Societas vitae quodammodo vxorem DOMINAM facit. *l. 1. D. de act. rer. amot.* Sic et: *pro* DOMINO omnia agere: *l. 5. D. vt in poſſeſſ. legat.* facere et adminiſtrare: *l. 22. D. de adquir. vel omitt. hered.* vendere: *l. 16. §. vlt. D. de pact.* Omnia *vt* DOMINVM agere. *l. 2. C. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* ◀|. 3. DOMINVS interdum dicitur, relatione facta ad procuratorem, quem conſtituit. *l. 1. l. 8. §. vlt. l. 11. l. 15. et paſſim alias D. de procurat. l. 10. C. eod. tit. l. 66. §. vlt. D. de euict.* Et tamen, quum, qui procuratorem conſtituit, proprie DOMINVS litis fit: *l. 30. l. 31. D. de procur. l. 14. D. ſi quis cantion. l. 1. C. de ſent. et interloquut. l. 1. C. de err. aduoc.* ipſe procurator, lite conteſtata, DOMINVS litis efficitur. *l. 22. C. de procurat. l. 23. C. eod. tit. l. 4. §. vlt. D. de adpellat. Litis enim conteſtatione res procuratoris fit, eamque ſuo quodammodo nomine exſequitur. l. 11. D. de dol. except.* ◀|. 4. [DOMINVS in relatione ad ſeruum, vt in §. 2. *Inſt. de his qui ſui vel al. iur.* et alias locis innumeris]
◀|. 5. DOMINVS contemplatione totius familiae. Nam paterfamilias in domo DOMINIVM habet. *l. 195. §. 2. D. de verb. ſignific.* ◀|. 6. [DOMINVS pro marito, in *l. 15. D. de vſu et vſufr. leg. l. 57. D. de donat. inter vir. et vxor.* et in antiqua inſcriptione: DOMINVS VXORI SVAE OPTIMAE TVMVLVM FECIT. Vid. Cuiac. *ad l. 15. D. de vſ. et vſufr. leg.* Sic et vxor maritum, a quo

DOM.

heres ſcripta fuerat DOMINVM adpellat, *l. 88. §. 2. D. de legat. II.* Vxor, emancipato filio, communi conſentiente DOMINO, donauit. *l. 8. §. 1. C. de inoffic. donat.* Sed et pertinere huc creditur illud Virgilii *Lib. IV. Aen. v. 213. ſequ.*

Connubia noſtra
Reppulit, ac DOMINVM *Aeneam in regna recepit.*]

¶. 7. Porro et Principes DOMINI dici coeperunt. Id nomen apud Romanos primum ſibi vindicaſſe Caium Caligulam, diademate capiti impoſito, a Sex. Aurelio Victore *Cap. III.* traditum eſt. Auguſtus certe ſemper hoc nomen, vt inſolens, reiecit, teſte Tertulliano *Apologet. Cap. XXXIV.* aliter atque Domitianus, cui hoc titulo Martialis ſaepe blanditur. [Poſtea is titulus fere ordinarius fuit. Quemadmodum enim iam Virgil. *Lib. I. Aeneid. v. 286.* eleganter dixerat *Romanos rerum* DOMINOS, *gentemque togatam*: ita poſtea Imperatores κατ᾽ ἐξοχὴν dicti ſunt DOMINI, *l. 8. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38. l. 2. C. Theod. ne praeter crim. maieſt. Lib. IX. tit. 6.* Plura exempla conduxit Iuret. ad Symmach. *Lib. X. p. 280.*] ¶. 8. [DOMINVS dicitur, cuius negotia geruntur, ſiue a negotiorum geſtore: *§. 1. Inſt. de obl. quae quaſi ex contr.* ſiue ab eo qui pro aliis conſtituit: *l. 27. D. de conſtit. pecun.* ſiue ab inſtitore. *l. 19. §. 1. D. de inſtit. act.*] ¶. 9. [DOMINE, vox officioſe ſalutantis. *l. 22. D. ad leg. Falc. l. 26. D. de conſtit. pecun.* Obuios enim omnes, ſi nomen non ſuccurreret DOMINOS ſalutabant. Senec. *Epiſt. CIV.* Voſſ. *Lib. IV. Inſt. orat. Cap. 12*] ¶. 10. [DOMINVS, nomen proprium, in *inſcriptione l. 13. C. de furt.* Hinc dum DOMINVM *ex primiceriis l. 19. C. Theod. de palatin. Lib. VI. tit. 30.* πρωτονοτάριον ſeu principem notariorum totius officii, primumque inter ceteros primicerios, interpretatur Iac. Guther. *de off. dom. Aug. Lib. III. Cap. 9. p. 580. et Cap. 24. p. 758.* aegri ſomnium id videtur Iac. Gothofredo *in Comment. ad d. l.* quum DOMINI vox ibi nomen proprium, non adpellatiuum ſit, vt ſaepe alias. Aegid. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXV. p. 141.*]

DOMITIVS LABEO Iouentium Celſum conſulit, *l. 27. D. qui teſt. fac.* Sunt, qui hunc ideo pro iuriſconſulto habent, ſequuti Bernard. Rutil. *in Vit. iuriſc. Cap. LX.* Quaſi illico iuriſconſultus ſit, qui conſulit iuriſconſultum, vel is eo nomine dignus poſſit videri, cuius *valide ſtulta erat*, Celſo iudice, *conſultatio. Plus* enim *quam ridiculum* ſuiſſet, *dubitare* non dicam iuriſconſultum, ſed dupondium, *an aliquis teſtis iure adhibitus ſit, quoniam idem et tabulas teſtamenti ſcripſerit.* Quare recte id Rutilii ſomnium reiicit Guil. Grot. *de vit. iuriſc. Lib. II. Cap. 4. §. 8. ſequ.* HEIN.

DOMITIVS VLPIANVS. Eius meminit aequalis Iulius Paullus in *l. 43. D. de act. emt.* Suam ipſemet originem ita prodit: Vt eſt in Syriaphoenice ſplendidiſſima Tyriorum colonia, vnde mihi origo eſt. *l. 1. D. de cenſib.* De huius ſtudioſis inueſtigationibus haec Athenaeus *Lib. I. Deipn.* narrat. Οὐλπιανὸς, ὁ Τύριος, ὃς διὰ τὰς συνεχεῖς ζητήσεις, ἃς ἀνὰ πᾶσαν ὥραν ποιεῖται ἐν ταῖς ἀγυιαῖς, περιπάτοις, βιβλιοπωλείοις, βαλανείοις, ἔσχεν ὄνομα τοῦ κυρίου διασημότερον Κειτούκειτος. *Vlpianus Tyrius ob adſiduas quaeſtiones, quas numquam non in viis, ambulacris, librariorum tabernis, balneis, proponebat, illuſtrius, quam ſuum proprium, nomen adeptus eſt* Κειτούκειτος. Id vero non refert Athenaeus *Lib. I.* ſed incertus auctor ὑποθέσεως, vel *argumenti huius libri p. 1.* qui et rationem huius cognominis reddit, quod in more illi fuerit, adpoſitorum nihil comedere, niſi prius de adpellatione interrogaſſet: Κεῖται; ἢ οὐ κεῖται, καὶ ποῦ κεῖται; *exſtetne alicubi haec adpellatio, an non, et vbi exſtet?* Ita enim hunc locum legendum interpretandumque cenſet Caſaubon. *in Animadu. ad Athen. Lib. I. Cap. 1. p. 3.* ſed quamuis hunc Athenaei locum praeter Briſſonium noſtrum et alii viri doctiſſimi, veluti Guiac. *Lib. XXIV. Obſ. Cap. 39.* et Iac. Gothofredus *Animadu. iur. ciu. Cap. VIII.* de Vlpiano iuriſconſulto accipiant: tamen nec tempora, quibus vixiſſe dicitur hic Vlpianus Κειτούκειτος, conueniunt, et grauioribus ſtudiis animum adplicuerat Vlpianus iuriſconſultus, quam vt ei otium eſſet, per vias, ambulacra, balnea diſcurrendi quaerendique homines, quos ſuo illo ποῦ κεῖται; fatigaret. Immo nec tam caſte vbique et ad optimorum auctorum exemplum compoſita eſt eius oratio, vt eum circa ſingulas dictiones haeſiſſe, et diſquiſiuiſſe credamus: κεῖται, ἢ οὐ κεῖται, καὶ ποῦ κεῖται. Vid. et Io. Alb. Fabric. *Bibl. Graec. Lib. IV. Cap. 20. p. 632.* HEIN. Spartianus *in Peſcenn. Nigro Cap. VII. Paullum et Vlpianum in conſilio Papiniano fuiſſe, et vtrumque praefectum factum eſſe*, refert. Lamprid. *in Elagab. Cap. XVI. Remouit et* VLPIANVM *iuriſconſultum, bonum virum.* Idem Lamprid. *in Alex. Cap. XV. Negotia et cauſſas prius a ſcriniorum principibus et doctiſſimis iuriſperitis, et ſibi fidelibus, quorum primus tunc* VLPIANVS *fuit, tractari ordinarique, atque ita ad ſe referri, praecepit.* Et mox *Cap. XXVI. Paullum et* VLPIANVM *magno honore habuit, quos praefectos ab Elagabalo alii dicunt factos, alii ab ipſo. Nam et conſiliarius Alexandri et Magiſter ſcrinii* VLPIANVS *fuiſſe perhibetur, qui tamen ambo adſeſſores Papiniani fuiſſe dicuntur.* Rurſusque alibi *Cap. XXXI. Poſt epiſtolas omnes amicos ſimul admiſit: cum omnibus pariter eſt loquutus, neque vmquam ſolum quemquam, niſi praefectum ſuum, vidit, et quidem* VLPIANVM, *ex adſeſſore ſemper ſuo, cauſſa iuſtitiae ſingularis. Quum autem alterum adhibuit, et Vlpianum rogari iuſſit.* Idem *ibidem Cap. LI.* VLPIANVM *pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente: quem ſaepe a militum ira obiectu purpurae ſummae defendit. Atque ideo ſummus Imperator fuit, quod eius conſiliis praecipue rempublicam rexit.* Denique *Cap. LXVII. Iam illud inſigne, quod ſolum intra palatium, praeter Praefectum, et* VLPIANVM *quidem, neminem vidit.* Eutropius *Lib. VIII. Cap. 23. Adſeſſorem habuit vel ſcrinii magiſtrum* VLPIANVM, *iuris conditorem.* Exſtant ipſius Alexandri Imp. de Vlpiano verba in *l. 4. C. de contrah. ſtipul. Secundum reſponſum* DOMITII VLPIANI, *Praefecti annonae, iuriſconſulti, amici mei.* Idem in *l. 4. C. de locat.* DOMITIVM VLPIANVM *Praefectum Praetorio, et parentem ſuum,* adpellat. Diocletianus etiam in *l. 11. C. de quaeſtion. Vir*, ait, *prudentiſſimus*,

DOMI-

Digitized by Google

DOM.

DOMITIVS VLPIANVS, *in publicarum diſputationum libris.* eodemque elogio ornatur a Iuſtiniano in *l. 1. §. 3. C. de emendat. Codic.* Eumdem *virum diſertiſſimum* vocat idem Iuſtinianus in *l. vlt. C. de inſtit. et ſubſtit.* Non omittenda erant elogia Zoſimi *Lib. I. Hiſt. Cap. 11.* qoi eum *νομοθέτην ἄριστον, καὶ τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι, καὶ τὸ μέλλον εὐστόχως συνιδεῖν δύνατον, iuriſconſultum praeſtantiſſimum, qui et rebus praeſentibus recte vti, et futura callide proſpicere poſſet*, itemque *ἐπιγνώμονα, καὶ ὥσπερ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, inſpectorem, et quaſi participem imperii*, vocat. Mortem quoque illius, in ipſo paene Imperatoris gremio a militibus praetorianis, ſeueritatem eios peroſis, interemti, refert idem Zoſimus *ibidem* et Xiphilin. *Lib. LXXX.* HEIN. ¶. 2. Atque hic iuriſconſultus vt *φιλομαθὴς*, ita et *πολυμαθὴς* fuit, omniumque iuriſconſultorum, (ſi Paullum exceperis,) *πολυγραφώτατος*, quemadmodum ex indice Pandectis Florentinis praefixo palam fit. Scripſerat enim AD EDICTVM *libros LXXXIII.* quos Ioſtinianus in *l. 4. C. de lib. praeter.* citat, his verbis: *Ex libris* VLPIANI, *quos ad Edictum praetoris fecit.* Ad SABINVM *libros XLI.* quos laudat Iuſtinianus in *l. vlt. C. de her. inſtit. l. vlt. C. de indict. viduit.* vbi *libri Sabiniani* vocantur, quorum etiam ſecuudam editionem, ſeu repetitam praelectionem memorat, in *Conſt. cordi nobis §. 3. de emend. codic.* Lamprid. *in Elagab. Cap. XVI. Sabinum, conſularem virum, ad quem libros* VLPIANVS *ſcripſit, iuſſit occidi.* Quamquam Sabinus ille, ad qoem notas Vlpianus ſcripſerat, non Elagabali, ſed Tiberii potius temporibus vixit. Sed in Lampridio *ἀνιστορησίαν* eiusmodi non ſemel deprehendere licet. Notarunt hunc Lampridii errorem et Cuiac. *Obſ. Lib. VII. Cap. 4.* et If. Caſaub. *ad Hiſt. Aug. Script. p. 177.* Et ſaue falſum eſt, Sabini cuiusdam, ſibi *συγχρόνου*, libros commentariis illuſtraſſe Vlpianum. Libros enim illos potius ad *Maſurium Sabinum* pertinere, patet ex *l. vlt. C. de hered. inſt.* Sed ſatendum tamen eſt, et alium ſenſum admittere verba Lampridii, pota, VLPIANVM Libros quosdam ſuos Fabio Sabino, inſigni viro, inſcripſiſſe vel nuncupaſſe, quemadmodum Iulium Paullum *receptarum ſententiarum libros ad filium*, et Ser. Sulpiciom *de Edictis ad Brutum, Ofilium ad Atticum* ſcripſiſſe, oouimus. HEIN. Reliquit porro VLPIANVS ad LEGES, ſeu *ad legem Iuliam et Papiam libros XX.* DISPVTATIONVM *libros X.* PROTRIBVNALIVM, ſeu *de omnibus tribunalibus libros totidem:* DE OFFICIO PROCONSVLIS aeque *libros X.* quos Herennius Modeſtinos citat in *l. 6. §. 5. D. de excuſat.* et Vetus Gloſſarium *voce atrienſis.* PANDECTARVM *libros X.* REGVLARVM *libros VII.* FIDEICOMMISSORVM *libros VI.* qui citantur in *l. 1. C. de comm. ſeru. manum.* OPINIONVM *libros VI.* DIGESTORVM *libros XLVIII.* DE ADVLTERIIS ſeu *ad legem Iuliam de adulteriis libros V.* DE ADPELLATIONIBVS *libros IV.* DE OFFICIO COS. *libros III.* INSTITVTIONVM *libros II.* DE CENSIBVS *libros VI.* RESPONSORVM *libros II.* AD EDICTVM AEDILIVM CVRVLIVM *libros II.* AD LEGEM AELIAM SENTIAM *libros IV.* DE OFFICIO QVAESTORIS *libros II.* Scripſerat et *μονόβιβλα*, ſeu *libros ſingulares* DE SPONSALIBVS, DE OFFICIO PRAEFECTI VRBI, DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM, DE OFFICIO CVRATORIS REIP. DE OFFICIO PRAETORIS TVTELARIS, quem Modeſtinus citat in *l. 6. §. 13. D. de excuſ.* DE OFFICIO CONSVLARIVM, PANDECTARVM, REGVLARVM, EXCVSATIONVM, ſeu *de excuſationibus*, quem citat Modeſtinos in *l. 15. §. 16. D. eod. tit.* Item NOTAS *ad Ariſtonem, ad Marcellum, ad Papinianum*, quae citantur in *l. 3. C. de ſentent. poſſ.* Eas reiiciunt et explodunt Theodoſ. et Valentinianus, in *l. vn. C. Theod. de reſp. prud.* ſicut et prius conſtitutum fuiſſe, teſtantur. Tribonianus tamen quaedam ex his inſeruit in *l. 31. §. 2. D. de negot. geſt. l. 3. D. de adminiſtr. rer. ad ciuitat. pertin.* Citatur VLPIANVS ab Aemilio Macro, in *l. 6. D. de vacat. et excuſ. mun.* Sane Herenninm Modeſtinum *ſtudioſum ſuum* Vlpianus vocat, in *l. 52. §. 20. D. de furt.* inquiens: *Quod et Herennio Madeſtino*, STVDIOSO MEO, *de Dalmatia conſulenti reſcripſi.* Ceterum non eſt hic praetermittendum, ex *libro ſingulari* REGVLARVM, quem inter reliqua *μονόβιβλα* recenſet Briſſonius, decerpta eſſe, fragmenta iſta quae Tilius, Cuiacius, et nouiſſime Ant. Schultingius ediderunt. Quamuis enim in codice MSC. Tiliano non aliam inſcriptionem praeferant, quam TITVLI EX CORPORE VLPIANI: vere tamen illa eſſe ex libro Regularum deſumta, patet ex *l. 17. D. de teſt.* iuncto *Fragm. tit. XX. §. 3.* et *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. 17. §. 2.* ioncto *Fragm. tit. V. §. 6.* et *Collat. tit. XVI. 4.* iuncto *Fragm. tit. XXVI. §. 1.* Vid. Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſt. p. 560.* Obſeruauit hoc iam Briſſonius noſter, qui haec VLPIANI fragmeuta fere ſemper vocat *librum Regularum.* HEIN.

DOMVNCVLA. *l. 3. §. 1. D. de ſepulcr. viol.*

DOMVS ea vniuscuiusque noſtrum debet exiſtimari, vbi qoisque ſedes, et tabulas habet, ſuarumque rerum fecit conſtitutionem. *l. 203. D. de verb. ſignif.* ¶. 2. Ex lege Cornelia de iniuriis, ſi quis agat ob eam rem, quod DOMVM *ſuam vi introitam eſſe dicat:* DOMVM accipere debemus non proprietatem domus, ſed domicilium. Quare ſiue in propria DOMV quis habitauerit, ſioe in conducto, vel gratis, ſiue hoſpitio receptus, haec actio locum habebit. *l. 5. pr. et §. 2. D. de iniur.* [Quum vero domus cuiqoe ſua tutiſſimum debeat eſſe refugium: *l. 18. D. de in ius voc. l. 1. C. de praet. et honor. praet.* ſequitur vt qui alterius domum vi introit, non modo de iniuriis, ſed et de vi teneatur. *l. 23. D. de iniur.*]. ¶. 3. In lege Iulia *de adulteriis*, qua coercetur, *qui* DOMVM *ſuam, vt ſtuprum adulteriumue fieret, ſciens praebuerit:* adpellatione DOMVS habitationem qooque ſignificari, palam eſt. *l. 8. D. ad leg. Iul. de adulter.* Eadem lege ius occidendi patri conceditur DOMI *ſuae*, licet ibi filia non habitet: vel in DOMO generi. Sed DOMVS et pro domicilio accipienda eſt, vt in lege Cornelia de iniuriis. *l. 22. §. 2. D. ad leg. Iul. de adulter.* Sed et in Edicto *de aleatoribus*, quando *furtum* DOMI *factum* dicitur, DOMVM pro habitatione et domicilio nos accipere debere, certum eſt. *l. 1. §. 2. D. de aleator.* ¶. 4. In SC. *de liberis agnoſcendis*, qoo DOMVM DENVNCIARI permittitur, DOMVM accipimus hoſpi-

hoſpitium, ſi in ciuitate maneat; ſin in villa vel municipio, illic vbi Larem (in) matrimonio collocarant. *l. 1. §. 2. D. de adgnoſc. et aland. lib.* Eodem modo et in Edicto *de damno infecto* DOMVM DENVNCIARE ſic accipimus, vt, etſi in aliena domo habitet, ei denuncietur. *l. 4. §. 5. D. de damn. infect.* ¶. 5. [DOMVS ab aedificiis ſeparatur, in *l. 3. C. Theod. de conlat. donat. Lib. XI. tit. 20.* ſiquidem haec et πάρεργα aedium continent.] ¶. 6. DOMVS pro familia et adgnatione vſurpatur. *l. 195. §. 2. D. de verb. ſignif. l. 17. D. de teſtib. l. pen. §. vlt. D. de contra tabul. bon. poſſeſſ.* [Sic apud Virgil. *Aen. V. v. 121.* DOMVS *Sergia*, apud Florum *Lib. III. Cap. 8.* DOMVS *Metelli Macedonici*, et apud Terent. *Adelph. Act. IV. ſcen. 7. v. 42.* DOMVS *ſumtuoſa* dicitur.] ¶. 7. Huic vocabulo paſſim in libris noſtris varia accedunt epitheta, veluti DOMVS bene aedificata: *l. 44. D. de contrab. emt.* [aeterna, pro ſepulcro: Iac. Gothofred. ad *l. 4. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.* aeternabilis, pro domo principis: *l. 5. C. Theod. de loc. fund. iur. emphyt.*] Auguſta: *l. 2. C. de cond. et bon. dom. aug. l. 1. C. de priuil. dom. Aug.* Auguſtae et nobiliſſimarum ſororum: *l. 21. C. Theod. de luſtr. conlat.* Auguſtiſſima: *l. 1. C. de cond. et bon. dom. Aug.* DOMVS deſecta: *l. 3. C. Theod. de indulg. debit.* defunctorum, id eſt, ſepulcrum: *l. 4. C. Theod. de ſepulcr. viol.* DOMVS diuina, id eſt, principis: *l. 64. l. 114. C. Theod. de decur. l. 2. C. Th. de frum. vrb. Conſtantinop. l. 9. l. 16. C. Th. de indulg. deb. l. 64. D. de adpellat. Nouella Theodoſ. Valentin. et Marciani de reſcind. vendit. l. C. Theod. de itin. mun. l. 21. C. Theod. de luſtr. conl.* DOMVS diuiſa: *l. 15. §. 13. D. de damn. infect.* dominica, id eſt, principis: *Nouella Valentiniani et Marciani de indulg. reliqu.* clariſſimae memoriae Euſebii: *l. 1. C. Theod. de ann. et trib.* iudiciaria: *l. 8. C. Theod. de oper. public.* DOMVS legata: quo legato quid contineatur, petendum eſt ex *l. 91. §. pen. et vlt. D. de legat. III.* DOMVS noſtra, id eſt, principis: *l. 11. C. Theod. de iur. fiſc.* ad rem priuatam pertinens: *l. 1. C. Theod. domus ad rem Princ. pert.* ad ſacrum patrimonium: *l. 2. C. Theod. eod. tit.* DOMVS ſacri patrimonii, vel emphyteotici iuris, vel priuatorum: *l. 2. C. Theodoſ. de indulg. deb.* DOMVS regia: *Nouell. Theodoſii et Valentin. vnica neque dom. diuin.* ſacra: *l. 9. C. Theodoſ. de indulg. deb.* vrbana. *l. 56. C. Theod. de haeret.* ¶. 8. Nec praemittendae ſunt loquutiones elegantes; DOMO quem expellere: *l. 11. D. de act. rer. amot.* De DOMO extrahi: *l. 103. D. de reg. iur.* DOMI pecuniam habere: *l. 37. D. de vſur. l. 137. §. 4. D. de verb. oblig.* non habere: *l. 38. D. mandat.* Tam DOMI quam militiae: *l. 35. §. 4. D. de mort. cauſſ. donat.* DOMI parata: *l. 3. D. de pen. leg.* DOMVS tutiſſimum cuique receptaculum. *l. 18. D. de in ius voc.* ¶. 9. De declinatione notandum, occurrere DOMI pro domus: *l. 28. D. locat.* DOMV pro domo: *l. 36. D. de euiction. l. 5. §. 2. D. de in iur.* [vti apud Plaut. *Mil. glorioſ. Act. II. ſcen. 1. v. 48*] DOMVS pro domos: *l. 6. D. de ſeru. leg.* [denique DOMO pro domi. *l. 39. §. 1. D. de aur. arg. legat.*]

DONARE, nullo iure cogente dare. *l. 83. D. de reg. iur.* adeoque non DONAT, qui neceſſariis oneribus ſuccurrit: *l. 21. D. de donat. int. vir. et vxor.* DONARI non poteſt, niſi quod eius ſit, cui DONATVR: *l. 9. §. vlt. D. de donat.* cui ius DONANDI, eidem et vendendi et concedendi ius eſt: *l. 163. D. de reg. iur.* Cui vero DONARE non conceditur, nec ſi donationis cauſſa conſenſerit, rata eius voluntas habenda erit: *l. 165. D. eod. tit.* [DONARE aliquando prodigere eſt, et perdere: *l. 7. pr. D. de donation.* Scip. Gentil. *Parerg. Lib. I. Cap. 2.* aliquando differre dicuntur DONARE et *perdere. l. 1. §. 16. 17. D. ſi quid in fraud. patron.* Et ita aliquid DONANDI cauſſa traditur: *l. 36. D. de adquir. rer. domin.* DONATVR libertas: *l. 4. C. de manumiſſ.* [*l. 1. pr. §. 2. 3. l. 2. C. de comm. ſeru. manum. l. 1. §. 3. C. de Lat. libert. toll. l. 2. l. 3. l. vlt. C. pro quib. cauſſ. ſeru. pro praem. libert. accip. l. 2. C. commun. de manumiſſ. l. 2. C. de his, qui in eccleſ. manumitt. §. vn. Inſt. de leg. Fuſ. Canin. toll. l. 3. D. ad leg. Falcid.*] ¶. 2. Hinc titulus poſſeſſionis pro DONATO. Vetus Gloſſarium: PRO DONATO *ἀπὸ δωρεᾶς.* ¶. 3. DONARE, remittere. DONARE iniurias. *l. 17. §. 12. D. de iniur.* Eodem modo veteres dixerunt DONARE *iras, moram, poenam.* Exemplis quam plurimis id probauit Io. Fridr. Gronou. *Lib. III. Obſ. Cap. 23. p. 650.* HEIN. ¶. 4. DONARE, pro prodere. Sic praeuaricatores ſunt, qui cauſſam aduerſariis ſuis DONANT. *l. 212. D. de verb. ſignif.* Plura et huius notionis exempla dedit Gronou. *ibid. p. 653.* HEIN.

DONARIVM, pro dono, maxime Deo dedicato. *l. 21. C. de ſacroſ. eccleſ.* DONARIVM etiam pro loco, vbi haec donaria reponuntur, accipi, obſeruat Seru. ad Virgil. *II. Aen. v. 269. et III. Georg. v. 531.* Quod quum reprehenderit Laur. Valla *Elegant. Lib. I. Cap. 6.* eam notionem auctor anonymus apud Duker. *de Lat. vet. iuriſc. p. 317.* et ab Apuleio *Lib. IX. metamorph. p. 221.* et libro *Florid. p. 350.* vſurpatam eſſe, oſtendit. HEIN.

DONATARIVS, cui donatur. Vocabulum artis, paſſim occurrens in libris noſtris, eadem forma, ac *commodatarius, depoſitarius, ceſſionarius, mandatarius.* Vnde fruſtra talia ex veterum auctoritate aeſtimantur. Vid. Duker. *de Latin. iuriſc. p. 446.* HEIN.

DONATIO, dicta a dono, quaſi dono datum, rapta a Graeco. Nam et hi dicunt *δῶρον καὶ δωρεῖσθαι. l. 35. §. 1. D. de mort. cauſſ. donat.* Vitruu. *Archit. Lib. II. Cap. 3. Δῶρον autem Graeci adpellant palmum: quod munerum datio Graece δῶρον adpellatur. Id autem ſemper geritur per manus palmum.* Plin. *Lib. XXXV. Cap. 14. Graeci enim antiqui δῶρον palmum vocabant, et ideo δῶρα munera, quia manu darentur.* [Sed vide de hoc etymo Aeg. Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXIX. p. 280.*] DONATIONIS vero verbum ſimpliciter loquendo omnem DONATIONEM comprehendit, ſiue mortis cauſſa, ſiue non mortis cauſſa fuerit. *l. 67. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Proprie tamen ita adpellatur, quum quis dat aliquid ea mente, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti, et propter nullam aliam cauſſam, quam vt liberalitatem et munificentiam exerceat. *l. 1. D. de donat.*

donat. ¶. 2. DONATIO ergo vel INTER VIVOS, vel MORTIS CAVSSA. *l. 25. D. de inoffic. teſt.* *Mortis* cauſſa DONATIO eſt, quum quis habere ſe vult, quam eum, cui donat, magisque eum, cui donat, quam heredem ſuum. *l. 1. l. 35. §. 1. D. de mort. cauſſ. donat.* Eius tres ſpecies recenſentur *l. 2. et l. 3. D. eod. tit.* *Inter viuos*, quae fit ſine reſpectu ad caſum mortis. Vetus Gloſſarium: DONATIO *inter viuos* ἡ ἐν τῇ ζωῇ δωρεά, ἡ χάρις δηλαδὴ ὑπονοίας θάνατε, *eſt donatio in vita facta, vel liberalitas ſine cogitatione mortis.* ¶. 3. DONATIO PROPTER NVPTIAS, et olim ante nuptias. De ea *tit. C. de donat. ante nupt. l. 29. C. de inoffic. teſtam.* DONATIO maritatis pudicitiae praemio cedit. *l. 1. C. Theod. de bon. proſcript.* ¶. 4. [DONATIO aliquando et ipſa res donata vocatur. *l. 4. D. pro donat.*] ¶. 5. Denique non omittendae ſunt loquutiones: DONATIONIS titulo conferre: *l. 11. C. de donat.* [DONATIONEM geſtis allegare: *l. 31. C. de donat.* inſinuare. *d. l. 31.* et *l. 30. C. eod. tit.* Vid. infra *Lib. IX.* ſub verbo INSINVARE.]

DONATISTARVM fit mentio *l. 37. l. 39. l. 40. l. 41. l. 43. l. 44. l. 46. C. Theod. de haeret.* De iis quidquid ex genuinis fontibus dici poterat, dixit Thom. Ittig. *Diſſ. de. hiſt. Donatiſtar.* poſt Librum *de Haereſ. ſaec. Apoſtol.* HEIN.

DONATIVVM, largitio, quae ab Imperatoribus in milites conferebatur. *l. 10. D. de re milit. l. 1. C. eod. tit. Lib. X.* Verbum in Tacito, Iulio Capitolino, Lampridio, et aliis id genus auctoribus non infrequens.

DONATOR, *l. 49. D. de re iud. l. 18. §. vlt. et l. 19. §. 3. l. 33. §. 1. D. de donat. l. 19. l. 23. l. 24. D. de mort. cauſſ. donat.*

DONATRIX, *l. 4. C. de contrah. emt. l. 5. C. de his, quae a non. dom. l. 20. C. de donat. l. 2. C. vi bon. rapt. l. 5. C. Theod. de ſponſal.*

DONEC, id eſt, quousque. *l. 83. D. de iur. dot.* Sic: DONEC domini facto DOMINIVM recedat: *l. 10. §. 2. D. de condict. furt.* DONEC nubat: *l. 17. D. de ann. legat.* DONEC plebeii nuptiis ſint copulatae: *l. 8. D. de ſenator.* DONEC Titius conſul fiat. *l. 56. D. de condict. indeb.* ¶. 2. DONEC, id eſt, quamdiu. DONEC tu extollis: *l. 5. D. ſi ſeru. vind.* DONEC in eadem cauſſa fuerit. *l. 31. §. 3. D. de vſurp. et vſucap.* ¶. 3. Aliquando DONEC pro in perpetuum accipi in ſacris litteris, obſeruauit Iſidor. Peluſiota *in Epiſt. ad Hermin. Comit.* Τὸ ΕΩΣ πολλάκις καὶ ἐπὶ τῦ διηνεκῶς ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ εὑρίσκομεν κείμενον. DONEC *ſaepe pro in perpetuum in ſcriptura ſacra poſitum reperimus.* Nimirum aliquando haec particula omne tempus, adeoque et futurum, excludit: vt *Matth. I. verſ. 25.* Plura ex ipſis ſacris litteris exempla conduxerunt Glaſſ. *in philolog. ſacra p. 457.* Nold. *in Concord. partic. not. 1707.* Scip. Gentil. *de aliment. Cap. XI. p. 41.* Caſp. Suicer. *Theſaur. Tom. I. p. 762. et p. 1295.* et *Tomo II. p. 306.* Sed ne in profanis quidem ſcriptoribus deeſſe huius notionis exempla, oſtendit V. R. Iac. Elſner *Obſeru. ſacr. in libr. hiſt. N. T. Tom. I. p. 4.* HEIN.

DONVM, *munus. l. 6. D. ad leg. Iul. peculat.* DONVM, *munus*, *operas* frequenter iuriſconſulti translatitie ex praetoris edicto, aut ex lege Papia, ſine articulo dicunt. *l. vlt. D. de liberal. cauſſ. l. 53. D. de verb. ſignif. l. 37. D. de oper. libert.* Quo pertinet illud Quinctiliani *Declam. vlt.* *Huic debeo munus, operas, teſtamentum.* Inter DONVM vero et MVNVS hoc intereſt, quod inter genus et ſpeciem. Nam genus eſſe DONVM, Labeo ait, a donando dictum: MVNVS ſpeciem. Nam MVNVS eſſe donum cum cauſſa, vt puta natalitium, nuptiarum. *l. 194. D. de verb. ſignif.* DONA ergo ſunt propric, quae nulla neceſſitate iuris et officii, ſed, ſponte praeſtantur, quae, ſi non praeſtentur, nulla reprehenſio eſt, et, ſi praeſtentur, plerumque laus ineſt. Sed in ſumma in hoc ventum eſt, vt non quodcumque MVNVS, id et DONVM accipiatur, at quod DONVM fuerit, id MVNVS recte dicatur. *l. 214. D. eod. tit.* ¶. 2. Sic DONO accipere: *l. 14. §. 5. D. quod met cauſſ.* DONO dare: *l. 2. D. de donat. quae ſub mod.* DONA Dei: *l. 6. D. ad leg. Iul. pecul.* DONA deorum: Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 3. §. 2.* pro donariis diis oblatis.

DOR.

DORMIRE in cubiculis: *l. 33. D. de legat. III.* DORMIENTI aliquid in manu ponere: *l. 1. §. 3. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Per DORMIENTES quoque retinetur poſſeſſio, et vſucapio procedit. *l. 31. §. 3. D. de vſurpat. et vſucap.*

DORMITORIVS, A, VM. DORMITORIA carrucha: *l. 13. D. de auro et arg. legat.*

DOS.

DOS eſt, quod ab vxore vel alio quocumque eius nomine, marito, pro ſuſtinendis matrimonii oneribus datur promittiturue. Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* DOS *erit pecunia, ſi nuptiarum cauſſa data.* Vetus Horatii Interpres in *Lib. III. Od. 24.* DOS *eſt donum puellarum nubentium.* DOTIS autem adpellatio non refertur ad ea matrimonia, quae conſiſtere non poſſunt. Neque enim DOS ſine matrimonio eſſe poteſt. Vbicumque ergo matrimonii nomen non eſt, nec DOS eſt. *l. 3. D. de iur. dot.* DOS, matrimonio cohaerens, oneribus eius ac liberis communibus confertur. *l. 16 D. de caſtr. pecul.* Ibi ergo DOS eſſe debet, vbi onera matrimonii ſunt. *l. 56. §. vlt. D. pro ſoc. l. 46. D. famil. ercisc.* Niſi oneribus matrimonii ſeruiat, DOS nulla eſt. *l. 76. D. de iure dot.* DOTIS cauſſa data accipere debemus ea, quae in DOTEM dantur. *l. 9. §. 2. D. de iur. dot.* ¶. 2. DOTIS autem ſpecies hae memorantur. 1. PROFECTITIA, ADVENTITIA et RECEPTITIA, vt Vlpian. *Regul. tit. VI. §. 3.* tradit. PROFECTITIA adpellatur, quae a patre, vel parente virilis ſexus profecta eſt de bonis, vel facto eius. *l. 5. l. 81. D. de iur. dot. l. 6. C. de pact. conuent. l. vn. C. de rei vxor. act. l. 4. C. de collation.* Quae et DOS a patre profecta dicitur. *l. 2. §. 1. l. 10.*

DOS.

D. ſol. matr. l. 4. C. eod. tit. l. 6. D. de iure dot. et DOS communis patris et filiae: *l. 3. l. 22. §. 1. D. ſolut. matrim.* ADVENTITIAE vero nomine ea DOS ſignificatur, qoze a quouis alio, vel ex ipſis mulieris bonis data eſt. *l. 5. §. 11. D. de iure dot.* De RECEPTITIA dicam infra *Libro XVI.* II. Dos alia DATA, alia DICTA, alia PROMISSA. *l. 3. C. Theod. de inceſt. nupt.* DATVR et ante nuptias et poſt illas. *§. pen. Inſt. de donat. l. vlt. C. de donat.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. XXI. B. §. 1.* et quidem ab omnibus. DICERE poterat molier, nuptura, vel eius iuſſu debiror mulieris, vel pareos mulieris virilis ſexus, etiam cognatione tantum coniunctus. PROMITTERE itidem omnes potervot. Vlpiaous *Reg. tit. VI. §. 1. et 2.* Cai. *Inſtit. Lib. II. tit. 9. §. 3.* DATA videtur DOS, quae apud auſpices depoſita: DICTA, quae verbis ſollemnibus, ſed ſine ſtipulatione conſtituta, qualia videntur illa apud Terent. *Andr. Act. V. ſcen. 4. v. 46.*

CH. *DOS, Pamphile, eſt*
Talenta quindecim. PA. *Accipio.*

PROMISSA, quae intercedente ſtipulatione conſtituebatur. Exemplum habes apud Plaut. *in Trinum. Act. V. ſcen. 2. v. 39.* Plura hac de re diſſerunt M. Aurel. Galuan. *de vſufr. Cap. XV. §. 4. ſequ.* Iac. Gothofred. *Comment. in Cod. Theodoſ. ad l. vlt. C. Theod. de dot.* Schult. *Iuriſpr. vet. p. 154. ſequ. p. 581.* HEIN.

¶. 3. Hinc DOTIS actio: *l. 9. §. 3. l. 48. §. vlt. l. 78. §. 2. D. de iure dot. l. 8. D. de cap. minut. l. 26. §. vlt. D. de iur. dot. l. 19. D. de obl. et act.* De DOTE actio: *l. 21. D. de verb. obl. l. 15. D. quae in fraud. cred. l. 46. D. famil. erciſc. l. 36. D. de pecul. l. 4. D. de pact. dot. l. 41. D. ſol. matrim. l. 44. §. vlt. D. de iur. dot.* Vetus Gloſſarium: DE DOTE ACTIO ἐςὶ περὶ προικὸς ἀγωγὴ, δυσὶ μεριζομένη ταῖς ἀγωγαῖς, καὶ ἡ μὲν ἀπαιτοῦσα ταύτην ἐξ ἀρχῆς ἐξ ςιπυλάτυ ἐλέγετο καὶ ἐκ τῆς καθόλυ ἐπερωτήσεως κατάγεται, καὶ ςρίκτα ἦν ὁμοίως καὶ τῇ βέρβοις ἦν· ἡ δὲ τὴν ἀνάληψιν ταύτης ποιεμένη REI VXORIAE ἐλέγετο, ὅτιπερ καὶ ἐκ τῆς γυναικὸς ἐκινεῖτο ἐπιζητούσης ἀναλαβέσθαι τὴν ἰδίαν προῖκα. *Eſt actio de dote, quae in duas actiones alias diſpeſcitur. Altera, qua dos petitur antiquitus* EX STIPVLATV *vocatur, quod ex ſtipulatione agitur, et hinc ſtricti iuris, et ex contractu verbali nata intelligitur. Altera repetendae dotis cauſſa inſtituta* REI VXORIAE *dicitur, quia a muliere, dotem ſuam repetere cupiente, mouetur.* De DOTE agere: *l. 21. D. ſolut. matrim.* [DOTEM conſtituere: *l. 10. §. 14. D. quae in fraud. credit. l. 5. §. 2. et §. 12. l. 36. l. 41. §. 2. l. 43. pr. §. 1. l. 58. §. 1. l. 61. §. vlt. in fin. l. 63. l. 69. §. 4. et §. 5. l. 78. §. 1. D. de iure dot.* DOTEM de communi conſtituere: *l. 81. D. pro ſoc.* DOS data vel conſtituta: *l. 4. C. de collat.* DOTIS conſtitutae dies: *l. 5. D. ſol. matrim.* DOTEM dare: *l. 4. l. 5. §. 4. et §. 9. l. 6. §. 1. l. 7. §. 2. et §. vlt. l. 14. l. 16. l. 34. l. 39. pr. l. 42. l. 51. l. 52. l. 59. §. vlt.* (vbi legitur IN DOTE dediſti) *l. 61. §. 1. l. 62. l. 72. l. 76. l. 77. l. 78. §. 4. l. 81. §. 2. l. 83. l. 84. D. de iur. dot.* [DOTI dare: *l. 82. D. de ſolution.*] DOTIS cauſſa dare: *l. 78. pr. D. eod. tit.* DOTIS nomine dare: *l. 78. §. 3. D. eod. tit.* DOTIS datio: *l. 47. §. vlt. D. de pecul.* DOTIS exactio: *l. 24. D. ſolut. matrim. l. 3. C. de iur. dot. l. 6. C. de dot. promiſſ.* DOTIS cauſſa expromittere: *l. 55. D. de iur. dot.* DOTEM facere: *l. 49. D. eod. tit.* DOTIS iudicium: *l. 17. §. vlt. D. ſolut. matr.* Iudicia de DOTE: *l. 18. l. 19. D. ſolut. matrim. l. 44. §. vlt. D. de iur. dot.* DOTIS perſequutionem habere: *l. 1. §. 9. D. de dot. praeleg.* DOTIS promiſſio: *l. 3. C. Theod. de inceſt. nupt.* DOTEM promittere: *l. 5. §. 6. §. 7. §. 10. §. vlt. l. 29. l. 31. l. 35. l. 36. l. 41. pr. §. 3. et §. vlt. l. 44. pr. et §. vlt. l. 45. §. 1. l. 46. pr. §. 1. §. 6. l. 71. l. 80. l. 84. D. de iur. dot.* DOTI promittere: *l. 61. pr. l. 79. §. 1. D. eod. tit.* In DOTEM promittere: *l. 69. pr. D. eod. tit.* DOTIS nomine tradere: *l. 67. D. eod. tit.* In DOTEM tradere. *l. 69. §. 8. D. eod. tit.*

¶. DOTES praediorum, quas Graeci ἐνθήκας dicunt. *l. 2. §. vlt. l. 20. §. 1. et §. 3. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. l. 34. §. 1. D. de legat. II. l. 52. §. 2. D. de fideiuſſor. l. 67. §. vlt. D. de legat. III.* Columella *Lib. III. Cap. 3. Tum etiam* DOTEM, *id eſt, inſtrumentum, raro vineis comparant. Et poſtea Vineasque cum ſua* DOTE, *id eſt cum pedamentis et viminibus. binis millibus in ſingula iugera poſita duco.* Idem *Lib. IV. Cap. 30. Pedamina, iuga et vimina, quaſi quasdam* DOTES *vineis praeparandas*, monet. Eoque adludens Plinius *Lib. I. Epiſt. vlt. Praedium*, ait, *quod bis* DOTIBVS *commendatur.* Graeco autem ENTHECAE et ENTHECARVM verbo vtuntur Imperatores *l. 7. C. Theod. de piſtor. l. 7. C. Theod. de bon. proſcript.* Quamquam in *l. 7. C. Iuſtin. eod. tit.* APOTHECIS legitur. Vid. infra *Lib. 5.* ſub ENTHECA. Solida haec ſunt, et meliora iis, quae plerique de praediorum, ſeu, vt Symmachus *Lib. VI. Epiſt. II.* vocat, *agrorum* DOTIBVS differunt. Nimirum non ſolum qualitates praediorum eo nomine veniunt, ſed et omne inſtrumentum, quo ad fructos quaerendos opus eſt, veluti in vineis pedamenta et vimina, in agris aratrum, occa, et ſimilia, ceu recte obſeruarunt Iac. Cuiac. *ad Papinian. l. 2. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum.* Guid. Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 68.* et V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. 6. Obſ. Cap. 9.* Nihil ergo hic vidit Iac. Duaren. *Lib. V. de ſacr. eccleſ. miniſt. Cap. 4.* dum DOTES interpretatur reditus praediorum. HEIN.

DOTALIS, E. quod ad dotem pertinet. DOTALIS ancilla: *l. 9. C. de rei vind. l. 28. §. 1. D. de donat. int. vir et vx. l. 66. §. 3. D. ſolut. matrim. l. 69. §. vlt. D. de iure dot.* DOTALIS cautio: *l. vlt. §. 5. D. de legat. II.* DOTALIS fundus, *l. 62. D. de adqu. rer. dom. princ. Inſt. quib. alien. lic. vel non.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 22. §. 1. rubr. D. et C. de fund. dot. l. 2. §. vlt. D. de dot. praeleg.* id eſt, in dotem datus. DOTALIS autem fundus intelligitur, ſiue eum mulieris nomine quis viro dederit, ſiue eum, a viro ſibi debitum, ipſa mulier doti promiſerit, vel legatum ſibi dotis cauſſa repudiauerit; *l. 12. §. 1. et §. vlt. D. de fund. dot.* DOTALE inſtrumentum: *l. 48. D. ſolut. matrim. l. 65. D. de iudic. l. vlt. D. de dot. praeleg. l. 2. §. vlt. D. de iur. dot. l. 5. C. de pact. conuent. l. 1. et l. vlt. C. de dot. caut. l. 3. C. de collat. § vlt. Inſt. de nupt.* DOTALIA mancipia: *l. 55. D. de impenſ. in rem dot. fact. l. 3. C. de iur. dot.* Marcian. Capella *de nupt. philolog. Lib. II. Tertull. de reſurr. carn. Cap. LXIII. Anima habet* DOTALE *mancipium ſuum carnem.* DOTALIS obligatio: *l. 10. D. de fund. dot.* DOTALE pactum: *l. 3. l. 4. C. de pact. conuent tit. D. de pact. dotal.* DOTALIS pars: *l. 78. §. 4. D. de iur. dot.* DOTALIA pecora: *l. 10. §. 3. D. de*

Digitized by Google

de iur. dot. DOTALIS pecunia: *l. 54. D. de iur. dot. l. 12. C. eod. tit. l. 1. §. 9. D. de dot. praeleg.* DOTALE praedium: *l. 77. §. 5. D. de legat. II.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 22. B. §. 2.* quod conſtituitur, tradita eius poſſeſſione: *l. 42. D. vſurp. et vſucap.* In legis etiam Iuliae de fundo dotali quaeſtione DOTALE praedium accipimus, cuius dominium marito quaeſitum eſt, vt tunc demum eius alienatio impediatur. *l. 13. §. 2. D. de fund. dot.* DOTALES res: *l. 3. C. de repud. l. 72. §. 1. D. de iur. dot. l. 18. D. ſol. matrim.* DOTALES autem res ſunt, quae vel in DOTEM datae ſunt, vel ex dote comparatae: *l. 22. §. vlt. D. ſolut. matr.* Nam, quae ex DOTALI pecunia comparatae ſont, DOTALES eſſe videntur: *l. 54. D. de iure dot.* DOTALIS ſeruus, id eſt, in dotem datus, vt loqoitur *l. 21. §. 2. D. rer. amotar. l. 21. D. de manumiſſ. l. 45. D. de adqu. vel omitt. hered. l. 14. §. vlt. D. de leg. Cornel. de falſ.* DOTALES ſerui. *l. 25. §. 3. l. 26. l. 31. §. vlt. l. 58.* et *l. 61. D. ſolut. matrim. l. 3. C. de iure dot.*

DOTARE filiam: *l. 1. §. 10. D. ſi quid in fraud. patron. l. 12. C. ad SC. Vellei.* DOTATAM eſſe: *l. 1. §. 7. D. de dot. collat.* DOTATA autem, et *indotata* mulier, opponuntur. *l. 78. §. 2. D. de iure dot.*

DRO.

DROMO, nauigii genus, cuius fit mentio in *l. vlt. C. de offic. praeſ. praet. Afr.* Iſidor. *Lib. XIX. Etymol. Cap. I. Longae naues ſunt, quas* DROMONES *vocamus: dictae eo, quod longiores ſint ceteris, cuius contrarius Muſculus, curtum nauigium.* Procopius quoque nauigia longa ab eo, quod celerrime excurrant, DROMONES adpellari, ſua aetate ſcribit. Curſum enim δρόμον Graeci dicunt. Caſſiodor. *Lib. V. Var. Cap. 16. Decreuimus mille interim* DROMONES *fabricandos adſumere, qui et frumenta publica poſſint conuehere, et diuerſis nauibus, ſi neceſſe fuerit, obuiare.* Marcellinus *in Chronico: Ruſticus, Comes ſcholae, cum centum ornatis nauibus, totidemque* DROMONIBVS *centum millia ſecum ferens.* Zonaras *Tomo III. Annal. in Mauricio p. 64.* Ὁ δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει στασιαζόντων ὑπεξῆλθε τῶν ἀνακτόρων καὶ δρόμωνι ἐμβεβηκὼς μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἀπέδρα. *Orto etiam in vrbe tumultu, ex regia ſe ſubduxit, et,* DROMONE *cum vxore et liberis conſcenſo, aufugit.* Et *in Iuſtiniano Rhinotmeto p. 79.* στέλλει τριήρεις καὶ δρόμωνας καὶ νῆας ἑτέρας τῶν φορτικῶν. *Triremes,* DROMONES, *et naues onerarias miſit.* Huiusmodi vero nauium exercitores DROMONARII vocantur. Et ita apud Caſſiodor. *Lib. IV. Var. Cap. XV.* et in Inſcriptioone *Capitis 31. Lib. II. Var.* emendandum eſſe hoc verbum, pridem monui.

DVB.

DVBIE: Non DVBIE. *l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 72. §. 7. D. de legat. II. l. 13. §. vlt. D. de tutor. et curat. dat. l. 2. D. de termin. mot. l. 34. D. mandat. l. 52. §. 26. D. de furt. l. 28. §. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 48. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. vlt. C. de alim. pupill.*

DVB.

[DVBIETAS: *l. 86. C. Theodoſ. de decurion. Lib. XII. tit. I. Nullius* DVBIETATIS *exſtet ambiguum.*]

DVBITARE. Eo pertinent loquutiones: DVBITATVR: *l. 1. D. de contrah. emt. l. 13. §. 1. D. de reb. dub.* non immerito DVBITATVR: *l. 64. D. de verb. obl.* DVBITARI poteſt: *l. 34. D. de adquir. vel amit. poſſeſſ. l. 20. §. vlt. D. de donat. l. 25. D. de obl. et act.* De vno DVBITARI poteſt: *l. 66. §. 1. D. de rit. nupt.* Non DVBITABITVR: *l. 5. D. ad leg. Aquill.* DVBITARI non debet. *l. vlt. D. de nouat.* DVBITARI non oportet: *l. 16. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum. l. 30. D. de pact. l. 5. D. de inſtit. act. l. 44. D. de rei vindic. l. 5. §. vlt. D. naut. caupon. ſtabular.* Minime DVBITARI debet: *l. 14. §. vlt. D. de bon. poſſ. contr. tab.* Iam non DVBITATVR: *l. 3. D. ſi quadrup. paup. fec. dic.* Iam DVBITARI non poteſt: *l. 86. D. de hered. inſtit.* DVBITANDVM oon eſt: *l. 39. §. 1. D. de procurat.* non erit: *l. 108. §. 7. D. de legat. I.* Nequaquam DVBITANDVM eſt: *l. 8. D. de his, qui ſui vel alien. iur.* Nemo DVBITAT: *l. 58. D. de hered. inſtit. l. 5. §. 8. D. de reb. cor. qui ſub tut. vel cur.* Neminem puto DVBITATVRVM: *l. 35. D. de indic.* Nemo vmquam DVBITABIT: *l. 25. D. de vſuris.* Neque Pomponius DVBITAT, nec nos DVBITAMVS: *l. 3. D. de tributor. act.* Quis DVBITAT? *l. 24. D. de damn. inf.* DVBITARE de conditione ſua: *l. 34. D. de adquir. vel omitt. her.* de decreto: *l. 6. §. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom.* de iure: *l. 79. §. vlt. D. de iudic.* de ſtatu ſuo: *l. 15. D. qui teſtam. fac. poſſ.* Qui DVBITAT, an liceat ſibi teſtari: *l. 1. §. 1. D. de legat. III.* vtrum filiusfamilias, an paterfamilias morte patris factus ſit: *l. 6. §. 4. D. de adqu. vel omitt. her.* Si DVBITET creditor: *l. 10. D. de fideiuſſ.* Si quis DVBITET, viuat teſtator, nec non. *l. 13. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.*

DVBITATIO, DVBITATIONEM auget: *l. 2. D. de cuſtod. et exhib.* Cauſſa DVBITATIONIS: *l. 7. §. 11. D. de adqu. rer. dom.* In eo DVBITATIO eſſe videtur: *l. 70 §. 1. D. de ſolut.* DVBITATIONIS eſt: *l. 46. D. de rit. nupt. l. 91. §. vlt. D. de verb. oblig.* Magna DVBITATIO fuit: *l. 75. §. 1. D. ad leg. Falcid.* DVBITATIONEM ea res nec habet, nec vmquam habuit: *l. 3. D. de natal. reſtit.* Nullam habet DVBITATIONEM: *l. 25. D. de minor. l. 13. D. de manum. teſt. l. 203. D. de verb. ſignif.* DVBITATIO iuris: *l. 7. C. qui dar. tut. l. 85. §. vlt. D. de reg. iur.* DVBITATIONEM mouet: *l. 3. §. 4. D. de minor.* DVBITATIO orta: *l. 1. C. vbi pupill.* DVBITATIONEM recipit: *l. 75. §. 4. D. de verb. obl.* non recipit: *l. 3. §. 3. D. quib. mod. vſusfr.* Aliqua DVBITATIO remanebit: *l. 73. D. ad SC. Trebell.* DVBITATIONIS tollendae cauſſa: *l. 1. §. 7. D. de Aedil. edict. l. 56. pr. D. mand.* ex qua lege delibata eſt *l. 81. D. de reg. iur. l. 13. D. de manumiſſ.* Nulla DVBITATIO eſt: *l. 1. in fin. D. de offic. conſul. l. 2. D. de legit. tut. l. 2.* et *l. 8. D. de reb. cor. l. 1. §. 3. D. de eo qui pro tut. l. 3. §. 6.* et *§. 7. D. de bon. poſſeſſ. l. 4. D. de manum. teſt. l. 3. §. vlt. D. de dot. praeleg. l. 3. §. 1. D. de donation.* Sine vlla DVBITATIONE. *l. 18. D. commodat.*

DVBIVS, A, VM. DVBIVM non eſt: *l. vlt. D. de vſufr. l. 54. §. 1. D. de hered. petit. l. 58. D. de pact. l. 3. D. de transact. l. 21. D. de interrog. in iur. fac. l. 11. D. de cuſt. et exh. reor. l. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* In DVBIO hoc: *l. 8. D. de negot. geſt.* In DVBIIS non habetur: *l. 9. C. de teſt. milit.* In DVBIIS: *l. 56. D. de reg. iur.* In DVBIVM non venit: *l. 8. C. de pignor. act. l. 3. C. de tutor. vel curat. l. 3. C. de impub. et al. ſubſtit. l. 3. C. de codicill.* In DVBIVM reuocari: *l. 1. C. de teſt. manumiſſ. l. 3. C. ſi reus vel accuſ.* Quid DVBIVM eſt? *l. 3. C. de fideic. libert.* DVBIO procul: *l. 30. D. qui et a quib. man. l. 22. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 5. D. de flumin. l. 31. §. 2. D. de hered. pet.* procul DVBIO: *l. 10. §. 2. D. quib. mod. vſufr. l. 40. D. de recept. arb.* Procul DVBIO eſt: *l. 19. l. 22. D. commod.* Sine DVBIO: *l. 5. §. 2. l. 10. §. 2. D. quibus mod. vſufr. l. 5. §. vlt. D. de inſtitor. act. l. 7. l. 8. D. de his qui ſui vel alien. iur. l. 1. D. de vſufr. adcreſc. l. 55. §. vlt. D. de rit. nupt. l. 21. D. de donat. int. vir. et vx. l. 1. §. 1. D. naut. caup. ſtab. l. 27. §. 6. D. ad leg. Aquill. l. 42. D. de adquir. vel omitt. her. l. 23. D. de minor. l. 1. D. de iur. delib. l. 13. D. de iur. codicill. l. 18. D. rat. rem habit. l. 19. D. de except. rei iud. l. 43. D. de furt.* ¶. 2. Sic DVBIVS euentus: *l. 23. D. famil. erciſc.* DVBIA *iudicii fortuna*, apud Quinctilian. *Declam. CCCLIV.* DVBIA interpretatio: *l. 20. D. de reg. iur.* DVBII iuris non eſt: *l. 13. C. de filiisfam. l. 13. C. de transact.* DVBIA libertas: *l. 11. D. de legat. II. l. 24. §. vlt. D. de liberal. cauſſ.* De DVBIA lite transactio: *l. 6. C. de ſolution.* In DVBIIS quaeſtionibus: *l. 10. D. de iur. fiſc.* DVBIA res, et lis incerta: *l. 1. D. de transact.* In re DVBIA. *l. 1. §. 20. D. de exercit. act. l. 3. D. de his, quae in teſt. del. l. 192. D de reg. iur.*

DVC.

DVCATOR, *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Vetus Gloſſarium: DVCATORES, ἀ-γοὶ, ἡγεμόνες, προηγούμενοι. Alii legendum cenſent DVCTOR. Sed DVCATOR dixit etiam Tertullian. *adu. Iud. Cap. XIII.* DVCATRIX, Apulei. *Lib. II. de doctrin. Platon. p. 14.* Nec analogiam refragari, erudite, ſuo more, docuit Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib IV. Cap. 17. p. 413. ſequ.* HEIN.

DVCATVS, *l. 28. C. Theod. de praet. l. 11. C. Theod. de domeſt. et protect. l. 13. C. Theod. de prox. Com. diſpoſ.*

DVCENA, vti centena, gradus dignitatis promotionisue in ſchola Agentium in rebus. *l. vlt. C. de agent. in reb. l. 5. C. de princip. agent. in reb. l. 1. C. Theod. de murileg. l. 1. C. Theod. de Caeſarian. l. 5. C. Th. de decurionib.* Hinc DVCENAE dignitas: *l. 3. C. Theod. de cohort. princ. cornicul. l. 1. C. Th. de Caeſarian. l. 1. C. Th. de murileg. et gynaec. l. 5. C. Theod. de decur.* DVCENAE principatus: *Lib. XV. tit. 2. Cod. Theod. l. 20. C. Th. de ag. in reb.* Quibus auctoritatibus adductus quondam exiſtimaui, mendum eſſe in hoc verbo in *l. 1. C. de officio magiſtr. offic.* et pro DVCENARIA, vt illic vulgo legitur DVCENA emendaui. Ac ne nunc quidem muto ſententiam, a qua me Apuleius non abducit, apud quem DVCENARIA *perfunctum Procuratorem principis* legimus *Lib. VII. Metamorph. p. 190.* Nam vt Apuleio licuerit ita loqui, fas certe non cenſuerim, idcirco a recepta loquendi conſuetudine recedere, conſtanterque ac perpetuo ab Imperatoribus vſurpatum vocabulum commutare, eoque modo, vt non minus ſibi ipſi, quam aliis, non conſentiat Conſtantinus, effici.

DVCENRII, qui ducenam gerunt, et ducentis ſcholaribus praeſunt. *l. 2. §. vlt. C. de offic. praef. praet. Afric. l. 3. C. de agent. in reb. l. 1. C. de lucr. aduoc. l. 1. C. de exact. trib. l. 1. l. 9. C. Th. de exact. l. 8. C. Th. de agent. in reb. l. 7. l. 8. C. Th. de palat. ſacr. largit. l. 1. C. Theod. de concuſſ. aduoc. Nouell. Theodoſii et Valentini de ſcholar. comitib.* D. Cyprian. *Lib. I. Epiſt. 4. Neque vt ille ſuperbierit, ſublatusque fuerit mundanis dignitatibus:* DVCENARIVS *potius, quam Epiſcopus, vocari volens.* Meminit et huius muneris Nicephorus, *Lib. VI. Hiſt. eccleſ. Cap. 30.* In Notitia quoque crebro in officio rectorum prouinciarum *principem de ſchola agentium in rebus* DVCENARIVM recenſeri inuenias. Vetus Gloſſarium: DVCENA *eſt dignitas ducenariorum.* Et mox: DVCENARII *ſunt magiſtri ducentorum militum.* Sed et in re militari DVCENARIVS, interprete Vegetio, *Lib. II. Cap. 8.* dicebatur, qui duas centurias, id eſt ducentos milites, ducebat in acie ſecunda. [Vid. Reineſ. *Lib. III. Var. lect. Cap. 16. p. 617.*] ¶. 2. Erant et eiusdem nominis iudices. Auguſtus enim *ad tres iudicum decurias quartam adiecerat, ex inferiore cenſu, quae* DVCENARIORVM *vocabatur, iudicabatque de leuioribus ſummis.* Sueton. *Aug. Cap. XXXII.* A reliquis ergo iudicibus cenſu differebant. Quum enim iudices ex ordine equeſtri quadragena ſeſtertium millia in profeſſionem cenſualem deferre deberent: his ducenis dumtaxat opus erat. Turneb. *Aduerſ. Lib. XXIX. Cap. 16.* Perizon. *de lege Vocon. p. 171. ſequ.* Monimentum horum DVCENARIORVM inſigne in vetere Auguſti numo reperiſſe ſibi viſus eſt V. C. Io. Car. Schott. *in Epiſt. ad Leibnitium, Gallice ſcripta, de explicatione numi cuiusdam aenigmatici Auguſti. Berol. 1711. in 4.* In eo enim baſis columnae conſpicitur, cum litteris CC. AVGVSTI, id eſt, DVCENARIVS AVG. Epigraphe vero eſt: L. CANINIVS GALLVS III. VIR. HEIN.

DVCERE, mouere aliquid ad locum, occaſionem illi motui dare, iuuare. Sic: Via DVCIT in agrum: *l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. publ.* DVCERE aquam: *l. 3. §. 3. D. de riu.* ex caſtello, vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico: *l. 1. §. 41. D. de aqu. quot. et aeſt.* per fiſtulas: *l. 17. D. de ſeru. praed. ruſtic. l. 47. D. de contrah. emt.* per riuum: *l. 16. D. quemadm. ſeru. amitt.* per fundum: *l. 2. C. de ſeruit.* per viam publicam: *l. 14. §. 2. D. de ſeruit.* DVCENDAE aquae ius: *l. 16. D. quemadm. ſeru.* DVCERE aquaeductum: *l. 2. D. de ſeru. praed. ruſt.* DVCITVR canis: *l. 1. §. 5. D. ſi quadr. paup. fec.* DVCERE cloacam: *l. 1. §. 8. D. de cloac.* colaphum: Quinctil. *Lib. VI. Cap. 4.* equum ad bellum: *l. 5. §. 7. D. commod.* euerriculum:

l. 13.

DVC.

l. 13. *§.* 7. *D. de iniur.* funus, id eſt, facere: *l.* 2. *in fin. D. de in ius voc. l.* 14. *§.* 2. *l.* 38. *D. de religioſ.* Et hoc verbum in hac ſignificatione proprietatem ſuam habere Seruius notat, in *Lib. IV. Georg. v.* 256. ad hunc verſum:

Et triſtia funera DVCVNT.

DVCVNT, *cum exſequiali ſcilicet pompa*, et DVCERE proprie funerum eſt. Vnde Perſius *Sat. II. v.* 14.

Nerio iam tertia DVCITVR *vxor.*

☞ Vbi tamen aliae bonae editiones habent: *Iam tertia* CONDITVR *vxor.* HEIN. DVCERE incile: *l.* 1. *§.* 5. *ne quid in flum. publ.* iumentum: *l.* 7. *D. de ſeru. praed. ruſt.* DVCERE liberos: *l.* 40. *D. de procur.* maceriam: *l.* 17. *D. de commun. praed.* et apud Vitruu. *Lib. V. Cap. vlt.* plauſtrum: *l.* 7. *D. de ſeru. praed. ruſt. l.* 52. *§.* 2. *D. ad leg. Aquill.* pugnum ſeruo: *l.* 4. *D. de iniur.* riuum: *l.* 9. *D. de ſeruit.* ſeruum ex cauſſa noxali: *l.* 6. *D. de Publicin.* vehiculum: *l.* 12. *D. de ſeru. praed. ruſt.* vxorem in domum: *l.* 2. *D. de his, quae vt indign.* id eſt, deducere, vt in *l.* 5. *D. de rit. nupt.* DVCERE autem vxorem, vt Donat *in Phorm. Terent. Act. I. ſc.* 2. *v.* 70. notat, *proprie dicitur paterfamilias. At filius familias non tam* DVCIT *vxorem, quam a patre accipit, quippe quum patri committatur puella in huiusmodi conditionibus potius, quam filio.*

¶. 2. DVCI etiam dicuntur criminis rei. DVCI in carcerem: *l.* 2. *D. de in ius voc. l.* 2. *D. de bon. damn.* Sed et DVCI ἁπλῶς, pro in carcerem duci: *l.* 13. *§.* 2. *D. de iniur.* DVCI in ius: Liu. *Lib. II. Cap.* 27. eoque ſenſu accipiendum eſt hoc verbum in titulo Edicti, *qui neque ſequantur, neque* DVCANTVR, cuius fit mentio in inſcriptione *l.* 48. *D. de verb. ſignif.* DVCERE in lautumias vel in vincula: *l.* 1. *§. vlt. D. de aleat. l.* 23. *D. ex quib. cauſſ. maior.* Liu. *Lib. III. Cap.* 56. Sueton. *in Iul. Cap. LXXIX.* Symmach. *Lib. I. Epiſt.* 20. Valer. Max. *Lib. IV. Cap.* 1. *in ſeruitutem*: Paull. *Lib. V. Sent. tit.* 35. *§.* 1. ἄγεσθαι εἰς δουλείαν. apud Aeſchinem κατὰ Τιμάρχου. DVCITVR ſeruus ab eo qui vicit: *l.* 30. *D. de lib. cauſſ.* DVCTVS ſeruus indefenſus: *l.* 32. *l.* 39. *§.* 3. *D. de noxal. act.* DVCI in vincula publica. *l.* 23. *D. ex quib. cauſſ. mai. l.* 2. *§.* 16. *D. de orig. iur.*

¶. 3. DVCI *et ferri*, ſeparantur in *l. vn. §.* 1. *D. ſi quis ius dic. non obtemper. l.* 87. *D. de euict.* Hoc enim ad ea, quae anima carent; illud ad ſe mouentia pertinet.

¶. 4. DVCI, moueri, quod ad animum. DVCTVS aequitate: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §.* 8. amicitia: *l.* 44. *D. de negot. geſt.* calore: *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §.* 3. errore: *l.* 7. *D. de teſtament. milit.* iuſto errore DVCTVS: *l.* 11. *§.* 10. *D. de interrog. in iur. fac.* DVCENTE fortuna: *l. vlt. C. Theod. de theſaur.* humanitate: *l.* 5. *D. de ſeru. corrupt.* leuitate iuuenili: *l.* 24. *D. de minorib.* libidine: *l.* 6. *C. Theod. de decurion.* mente: *l.* 1. *§.* 1. *D. ad SC. Turpill.* iuſto metu: *l.* 49. *D. ad leg. Aquill.* miſericordia: *l.* 7. *§.* 7. *D. de dol. mal.* officio: *l.* 47. *D. de donat. int. vir. et vxor.* pietate: *l.* 1. *§.* 7. *D. de ſuſp. tut.* iuſta ratione: *l.* 30. *§.* 3. *D. de adquir. vel omitt. hered.* iuſtis rationibus: *l.* 1. *§. vlt. D. de abig.* ſcriptura. *l.* 11. *§.* 8. *D. de interrog. in iur. fac.*

DVCTVS, VS. DVCTVS aquae. *l.* 3. *§.* 4. *D. de aqu. quot. et aeſtiu. l.* 20. *D. de ſeru. praed. ruſt.* Per plures DVCTVS aqua ducitur. *l.* 3. *§.* 3. *D. de riuis.*

DVCIANI, Ducum officiales ſeu milites; *l.* 2. *C. de offic. praef. Afr. l.* 3. *C. Theod. de littor. et itin.* DVCIANVM iudicium. *l.* 36. *C. de adpellat.*

DVD.

[DVDVM, eſt ἐκ τῶν πρός τι, incertumque limitem habet, ac proinde vel paucos retro annos denotat, vel plures. *l.* 3. *C. Theod. de inceſt. nupt. l.* 4. *C. Th. de matern. bon. l.* 1. *C. Theod. de superexact. l.* 163. *C. Th. de decur. l.* 6. *C. Th. de domeſt. et protect. l.* 7. *in fine C. Theod. de ſenator.* Iac. Gothofred. *Comment. in l.* 6. *C. Theod. de contr. emt.* Vnde repetit Strauch. *in Lexic. partic. hac voce.* De biennio effertur, in *l.* 9. iuncta. *l.* 5. *C. Theod. de ſenator.*]

DVL.

DVLCEDO vſurarum. *l.* 10. *§.* 10. *D. quae in fraud. credit.* Immo hic non ſcribitur DVLCEDO, ſed DVLCITVDO. Quod vocabulum probum eſſe, iam Nonius ex Cicerone probauit. Exſtat huius locus *Lib. III. de Orat. Cap.* 25. Add. Duker. *de Latin. iuriſc. p.* 370. HEIN.

DVLCIS, E. DVLCIVM nomine haec continentur: mulſum, paſſum, defrutum, et ſimiles potiones: item vuae, caricae, ficus, palmae: *l. vlt. §.* 1. *D. de tritic. vin. ol. leg.* Paull. *Rec. Sent. Lib. III. tit.* 6. *§.* 77. Murrhina etiam, id eſt, vinum myrrhae odore conditum, vt Plin. *Lib. XIV. Cap.* 13. confirmat auctoritate Plauti *in Pſeudol. Act. II. ſcen. vlt.* vbi Pſeudolus Charinum ita interrogat: *Quid ſi opus ſit,* vt DVLCE *promat indidem, ecquid habet?* Cui reſpondet Charinus: *Murrhinam, paſſum, defrutum, mellinam, mel et huiusmodi.* Hinc DVLCIARII apud Lamprid. *in Elagab. Cap. I.* Iul. Firm. *Mathem. Libro VIII. Matheſ. Cap.* 11. D. Auguſtin. *Lib. II. de morib. Manich.*

¶. 2. DVLCIA etiam, quaecumque animo noſtro grata ſunt. DVLCISSIMA filia mea: *l.* 32. *§.* 4. *D. de aur. arg. leg* DVLCISSIMI filii: *l.* 88. *§.* 2. *D. de legat. II.* fratres: *l.* 77. *§.* 20. *D. de legat. II.* DVLCISSIMVS infans: *l.* 41. *§. vlt. D. de legat. III.* vt Curt. *Lib. V. Cap.* 2. *Olympiadi*, DVLCISSIMAE *matri.* DVLCIORE nomine quam filii, nepotes noſtros adpellare non poſſumus. *l.* 220. *§. vlt. D. de verb. ſignif.* Ita DVLCES *nati*, apud Virgil. *Lib. III. Georg. v* 178. DVLCES *liberi*, apud Horat. *Epod. II.* Idem *Lib. III. Carm. od.* 23. *Aut* DVLCIS *alumni.* Ad quem locum vetus interpres: *Alumni, id eſt, nati, quos nutritionis adfectio commendat, et* DVLCES *facit: vt Iuuenalis: Interea* DVLCES *pendent circa oſcula nati.* Valer. Max. *Lib. V. Cap.* 5. *Cara vxor,* DVLCES *liberi, iucundi amici.* Ac plane nihil dulcius naturam nobis liberis noſtris reliquiſſe, ſcite ac eleganter dixit Cicero *ad Quirit. poſt redit. Cap. I.* Sic et Iuuenal. *Sat. VI. v.* 39. DVLCEM *heredem*, pro filio poſuit, dum ait:

Tollere DVLCEM
Cogitat heredem. HEIN.

DVLCI officio fungi. *l. 1. C. de his, qui ſibi adſcrib.* Cuiac. *in African. Tract. III. in l. 6. D. ad leg. Corn. de falſ.* verba ſollicitat, legendumque cenſet: *lucis officio fungi:* eumque poſtea et alii ſunt ſequuti. At non opus eſſe emendatione, et *dulci officio* ſibi *fungi* videri parentes, dum heredes ſcribunt liberos, eleganter oſtendit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. I. Cap. 19.* HEIN. DVLCIS patria: *l. 101. D. de legat. III.* Γλυκυτάτῃ μου θυγατρί. DVLCISSIMAE *filiae meae. l. 34. §. 1. D. de legat. II.* HEIN.

DVM.

[DVM, imitationis vel reſtrictionis nota, pro *dummodo. l. 30. D. de iure dot. l. 22. §. 5. D. qui teſt. fac.*] ¶. 2. DVM, pro quamdiu. DVM vxor mea cum filio erit, heres meus ei tantum dato: *l. 8. D. de condit. et demonſtrat.* vbi Pomponius hanc particulam non omne momentum exigere, monet. Ita et intelligenda verba: DVM NVPTA ERIT. *l. 89. §. 1. D. de verb. ſignif.* ¶. 3. [DVM in *l. 18. §. 1. D. de minor.* videtur eſſe exceptio, et poni pro niſi: DVM *ea, quae pro cauſſa dicta ſunt, non allegat.*] Atqui et inſudita eſt haec particulae notio, et interpretatio illa minus neceſſaria. Non ibi eſt exceptio, ſed modus, quo quis captum ſe ait, deſcribitur. Minor *captum ſe dicit,* DVM *ea, quae pro cauſſa dicta ſunt, non allegat.* Nihil clarius. HEIN.

DVMTAXAT, excluſiue plerumque accipitur, pro *tantum,* vel *ſolum. l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 5. §. 1. D. de praeſcr. verb. et alias paſſim.*] Multa hic neſcio quis notauit de vſu huius particulae in *l. 202. D. de verb. ſignif.* verbis: *Quum in teſtamento ſcriptum eſſet, vt heres in funere, aut in monimento* DVMTAXAT, *aureos centum conſumeret: non licet minus conſumere. Si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra teſtamentum facere videtur.* Hic neminem non videre, ait, idem hic eſſe DVMTAXAT, ac *ad minimum.* Ego vero non tam acutum video, vt id videam. Alfenus enim eo loco ponit exempla bina, alterum, quo teſtator voluerit, vt in funere ſuo centum conſumerentur, alterum, quo in monimentum DVMTAXAT, id eſt, in id ſolum, centum impendi iuſſerit: docetque, neutro caſu minus erogari poſſe, quamuis plus poſſit. Eamdem ſignificationem in *l. 29. §. 11. D. de lib. et poſtum* reperiſſe ſibi viſus fuerat Io. Otto Tabor. Sed eum ipſe huius additionis auctor refellit. *Particula enim,* DVMTAXAT, inquit, *in eo loco non referenda eſt ad verba:* EX ALIQVA PARTE, *ſed ad ea, quae immediate ſequuntur:* QVI EST IN POTESTATE, *vt hic euadat ſenſus: filium ex aliqua parte heredem inſtituendum eſſe, ſed id in eo* DVMTAXAT *eſſe neceſſarium, qui ſit in poteſtate: aliud vero eſſe dicendum de eo, qui apud hoſtes ſit, ſi ibi decedat.* HEIN. ¶. 2. [Rarius cum negatione hoc vocabulum legitur: at legitur tamen in *l. 12. §. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut. Tutor non rebus* DVMTAXAT, *ſed etiam moribus pupilli praeponitur.*] ¶. 3. [DVMTAXAT, pro ſcilicet poni, in *l. 13. C. Theod. de praet. et quaeſt. Lib. VI. tit. 4.* et *l. 109. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. I.* cenſet Iac. Gothofredus *in Not. ad d. l. 13.*]

DVO.

DVO, familiam non faciunt: *l. 40. l. vlt. D. de verb. ſignif.* Nec DVO turba dicentur: *l. 4. §. 3. D. vi bon. rapt.* Alias DVORVM numero contenta eſt pluralis eloquutio: *l. 12. D. de teſtib.* DVO eiusdem nominis: *l. 10. D. de reb. dub. l. 16. D. vt legator. l. 4. §. 1. D. ſi cui plus.* DVORVM ſeruorum perſonam ſeruus communis ſuſtinet: *l. 1. §. 4. D. de ſtipul. ſeru.* Communis enim ſeruus quaſi DVO ſerui ſunt: *l. 81. §. 1. D. de legat. I.* DVO rei debendi, promittendi, ſtipulandi: vid. *ſuis locis.* DVO ſunt Titii: *l. 30. D. de teſtam. tutel.* DVORVM vicem ſuſtinere: *l. 9. D. de pact.* DVORVM alterum: *l. 73. D. ad leg. Falcid.* DVVM vel trium: *l. 1. §. 17. D. de vi et vi arm.* [DVO millium amphorarum nauis: *l. vlt. §. 2. D. de lege Rhod. de iact.* Ex DVABVS milleſimis partibus ſocius. *l. 80. D. pro ſoc.*] ¶. 2. DVO, accuſatiuus pro *duos. l. 16. D. de ſtat. hom. Areſcuſa primum* DVO *pepererat.* Ita veteres et optimi ſcriptores, ceu ex inſtituto oſtenderunt Io. Ge. Graeu. *ad Sueton. Claud. Cap. XIV.* et Gronou. *ad Liu. Lib. XXXV. Cap. 21.* HEIN.

DVOVIRALES adpellantur, qui duumuiratu functi ſunt. *l. 1. D. de alb. ſcrib. l. 2. C. Theod. quemadm. mun. ciuil.* Sic in Inſcriptione Neapolitana: HOC OPVS OMNE FACITO ARBITRATV DVOVIR. ET DVOVIRALIVM, QVI IN CONSILIO ESSE SOLENT PVTEOLIS; licet quidam male DVOVIRATIVM exſcripſerint. Pro DVVMVIRALI tamen DVVMVIRALITIVM dixit B. Auguſtinus *in Breuiculo.*

DVP.

DVPLARE, id eſt, duplicare. *l. 18. iuncta l. 20. D. de liber. cauſſ. l. 27. D. de furt.* Sic dicuntur DVPLARI actiones: Paull. *Sentent. Lib. I. tit. 19. §. 1. §. 2.* damnum: *l. 16. D. de ſeru. corrupt.* id quod damni datum eſt: *l. 14. §. 5. D. de ſeru. corrupt.* dos: *l. 8. §. vlt. D. de nouat.* perſonae: *l. 3. §. 2. D. de grad. et adfinit.* Non id, quod intereſt, ſed verum rei pretium. *l. 59. D. de furt.*

DVPLATIO, pro duplicatione. *l. 31. D. de noxal. act.*

DVPLEX adpellatio: *l. 17. D. de adpell.* cautela: *l. 15. D. de procurat.* condemnatio: *l. 45. D. de Aedil. edict.* crimen: *l. 5. D. de quaeſt.* DVPLEX damnum trahere: *l. 57. D. de rei vind.* DVPLICI damno onerari: *l. 4. §. 2. D. de leg. Rhod. de iact.* DVPLEX fideicommiſſum: *l. 11. §. 3. D. de legat. III.* inſtitutio: *l. 2. D. de hered. inſtit.* DVPLICI intellectu accipere: *l. vlt. §. 16. D. de grad. et adfin.* DVPLICIA interdicta, veluti *vti poſſidetis* et *vtrubi*: *l. 2. pr. D. de interd. l. 3. §. 1. D. vti poſſ. l. 1. §. 26. D. de aqu. et aqu. quotid. l. 1. §. 2. D. de ſuperfic.* Eodem ſenſu et DVPLICIA quaedam iudicia vocantur, quoniam, vti in interdictis DVPLICIBVS, par vtriusque litigato-

ris

ris in his conditio eſt, nec quisquam praecipue reus vel actor intelligitur, ſed vnusquisque tam rei, quam actoris partes ſuſtinet. *§. 7. Inſt. de interdict.* ita ex eadem ratione *familiae erciſcundae*, *communi diuidundo* et *finium regundorum* iudicia DVPLICIA adpellantur, *l. 2. §. vlt. D. comm. diuid.* ex qua, decurtato vno verbo, deſumta eſt *l. 13. D. de iudic.* nimirum quoniam et in his vterque actor eſt, *l. 37. §. vlt. D. de obl. et act.* et in his ſingulae perſonae DVPLEX ius habent, agentis, et eius, quocum agitur. *l. 10. D. fin. regund.* DVPLEX ius ſuſtinere: *l. 15. §. 3. D. de caſtr. pecul.* DVPLICI iure defertur ſucceſſio: *l. 91. D. de reg. iur.* DVPLICI modo intelligi: *l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin.* DVPLICI praeſtatione dotis filium onerare: *l. 34. §. 5. D. de legat. II. l. 16. D. de aur. arg. leg.* DVPLEX ſententia: *l. 17. D. de adpellat.* DVPLEX ſubſtitutio et ſimplex opponuntur, *l. 1. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* DVPLEX autem eſt, quae in vtrumque caſum, vulgarem ſcilicet, et pupillarem, concipitur. *l. 4. l. 45. D. eod. tit.* in hunc modum: FILIVS MEVS HERES ESTO; SI HERES NON ERIT, VEL INTRA PVBERTATEM DECESSERIT; TVNC CAIVS HERES ESTO. *l. 1. C. eod. tit.* DVPLEX teſtamentum, quod ſibi et filio pater facit; dum ei ſubſtituit pupillariter, vel teſtamentum, quod ſecundas tabulas habet, vti eſt in *l. 1. D ſi cui plus, quam per leg. Falcid. l. 71. l. 79. D. ad leg. Falcid.* DVPLEX via: *l. 1. §. 4. D. vti poſſ. l. 21. §. 5. D. quod met. cauſſ.* DVPLICEM vſum praeſtare. *l. 16. D. de aur. arg. leg.*

DVPLICARE, idem, quod alibi duplare. *l. 18. D. de lib. cauſſ. l. 27. D. de furt.* Sic DVPLICANTVR dominium: *l. 7. C. de contrab. emt.* et legatum. *l. 12. D. de probat. l. 1. §. 11. D. vt legat. vel fideic.* DVPLICARI autem legata dicuntur, quae repetita ſunt. *l. 1. d. §. 11. D. eod. tit. l. 11. §. 18. D. de legat. III.* DVPLICANTVR nepos: *l. vlt. §. 16. D. de grad. et adfin.* officia: Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 9. §. 4.* quod in *ampliari membrorum humanorum officia* mutauit Tribonianus *l. 14. D. de ſtatu hom.* HEIN. DVPLICANTVR pretium: *l. 1. §. 20. D. de tutel. et rat. diſtrab.* tempora: *l. 8. §. 7. D. de poen.* titulus poſſeſſionis: *l. 4. C. de contrab. emt.* DVPLICATA quinquaginta vſuris. *l. 19. D. de donat. int. vir. et vxor.*

DVPLICATIO, qua quid duplicatur. DVPLICATIO temporis. *l. 8. §. 7. D. de poen.* ¶. 2. DVPLICATIO etiam dicitur, adlegatio, quae contra replicationem ſolet dari. *l. 2. §. 1. D. de except.* Interdum enim euenit, vt replicatio, quae prima facie iuſta eſt, inique noceat. Quod quum accidit, alia adlegatione opus eſt, adiuuandi rei gratia, quae DVPLICATIO vocatur. *§. 1. Inſt. de replicat.*

DVPLICITER, id eſt, duplici modo. Sic DVPLICITER accipi: *l. 2. §. 21. D. ne quid in loc. publ. l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin.* intelligi: *l. vlt. d. §. 13. ibid.* DVPLICITER interponere cautiones: *l. 21. §. 2. D. de aedilit. edict.* DVPLICITER onerari: *l. 16. §. 1. D. ad SC. Trebell.* DVPLICITER ſpectatur perſona. *l. 16. §. 3. D. de poen.*

DVPLOMA, vel DIPLOMA. Ita dicuntur a principe emiſſae litterae. *l. 27. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ.* In primis vero, quae ad vſurpationem curſus publici concedebantur, et ſine quibus nemini ille patebat. Plutarch. *in Galba p. 1056*: Τῶν δὲ ὑπάτων, ait, οἰκέτας δημοσίως προχειρισαμένων τὰ δόγματα κομίζοντας τῷ αὐτοκράτορι, καὶ τὰ καλούμενα διπλώματα σεσημασμένα δόντων, ἃ γνωρίζοντες οἱ κατὰ πόλιν ἄρχοντες ἐν ταῖς τῶν ὀχημάτων ἀμοιβαῖς ἐπιταχύνουσι τὰς προπομπὰς τῶν γραμματοφόρων. *Vbi iam ſeruos publicos deſtinarant conſules ad deferendum Imperatori SC. et conſignata dederant* DVPLOMATA, *quorum ſigno cuiusque oppidi magiſtratus per diſpoſitos currus tabellariorum curſum accelerant.* Idem *in Othone p. 1061.* Κλαύδιος δὲ Ῥοῦφος φησὶ κομισθῆναι εἰς Ἰβηρίαν διπλώματα, οἷς ἐκπέμπουσι γραμματοφόρους. *Immo Claudius Rufus in Hiſpaniam tradit portata* DIPLOMATA, *quibus tabellarios dimittunt.* Sic Tacit. *Lib. II. Hiſt. Cap. 54.* poſt Bebriacenſem pugnam narrans, Cenum libertum Neronis mentitum fuiſſe, ſuperuentu decimae quartae legionis Vitellianos caeſos: *Cauſſa*, ait, *fingendi fuit, vt* DIPLOMATA *Othonis, quae negligebantur, laetiore nuncio reualeſcerent: eumque huiusmodi mendacio rapidum in vrbem vectum fuiſſe.* Capitolinus *in Pertinace Cap. I. Dein praefectus cohortis in Syriam profectus, T. Aurelio imperatore, a praeſide Syriae, quod ſine* DIPLOMATIBVS *curſum vſurpauerat, pedibus ab Antiochia ad legionem ſuam iter facere coactus eſt.* Itaque Plinius *Lib. X. Epiſt. pen.* Traiano ſe excuſat, quod vxori ſuae, ad adiuuandam itineris celeritatem, DIPLOMATA officio ſuo data commodaſſet. Meminit DIPLOMATVM (vel potius κατασεσημασμένων γραμμάτων ἐκ πυκτοῖς πίναξι, *obſignatarum duplicibus tabellis litterarum*) et Herodian. *Lib. VII. Cap. 6.* Tertullian. *in Apologet. Cap. XXV: O nuncios tardos, et ſomniculoſa* DIPLOMATA! Symmach. *Lib. V. Epiſt. 35. Ad huius celebritatem voto alacri cucurriſſem, niſi* DIPLOMATIS *ſacri tarda perlatio arctaſſet interuallum dierum.* Ex quibus patent illa verba Vlpiani in *l. 137. §. 2. D. de verb. obl.* *Quod ſi* DVPLOMATE *vſus, vel felici nauigatione, maturius, quam quisque peruenerit Epheſum.* Ioannes Sarisber. *in carm. Euchetico Polycratico praemiſſo v. 143.*

Accelera greſſus, tanto DIPLOMATE *pergens;*

Rich. de Buri, Epiſcopus Dunelmenſis *in Philobiblo: Quarum facultatum itinera diſpendioſo compendio damnoſoque* DIPLOMATE *transmeantes, in ſacrum Moſem manus iniiciunt violentas.* Dicta autem creduntur DIPLOMATA a duplicatis tabellis. Eoque adluſiſſe dicitur Ouidius *Amor I, 12. v. 27.* quum ait;

Tunc ego vos duplices rebus pro nomine ſenſi.

DVPLICES etiam tabellas dixit Sueton. *in Aug. Cap. XXVI.* et *bipatens pugillar*, Auſonius *Epigr. CXLVI.* Vocabantur haec DIPLOMATA etiam SIGILLA. Lactant. *de mort. perſequ. Cap. XXIV.* itemque συνθήματα. Teſſeras fuiſſe, certo ſigno

vel

DVP.

vel ſigillo notatas, coniicit Schefferus *de re vehic. Cap. XVIII. p. 264.* Praeerant huic rei liberti Auguſtorum, qualis AVRELIVS SVMPHORVS, AVG. LIB. A DIPLOMATIBVS, apud Reineſ. *Inſcr. Claſſ. VI, 13.* HEIN.

DVPLOTENVS. Paull. *Sent. Lib. II. tit. 17. §. 3. Res emta, mancipatione, et traditione perfecta, ſi euincatur: auctoritatis venditor* DVPLOTENVS *obligatur.* Vbi male Cuiacius *Lib. XXI. Obſ. Cap. 15.* reſcribit *nullatenus*, quamuis ſuffragante illi codice Veſuntino. Vid. Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 291. ſequ.* HEIN.

DVPLVS, A, VM. Inprimis vero frequentia ſunt DVPLA et DVPLVM. ¶. 2. DVPLA ſimplae opponitur. *l. 56. D. de euict. l. 17. D. de inſtitor. act.* et apud Varron. *de re ruſt. Lib. Lib. II. Cap. 10.* DVPLA enim nihil aliud eſt, quam duplum pretii, in *l. 5. D. de aedilit. edict. l. 48. D. de euict. l. 48. D. ad leg. Falcid.* id eſt, pretium quo res veniit, et alterum tantum, et, vt Harmenopul. *Lib. I. tit. 9.* ait, τίμημα εἰς τὸ διπλοῦν. Hinc DVPLAE actio: *l. 47. D. de Aedil. edict. l. 17. D. de inſtitor. act.* DVPLAM cauere: *l. 31. §. 20. D. de Aedil. edict. l. 49. D. famil. erciſc.* DVPLAE cautio: *l. 72. D. de contrah. emt. l. 49. D. fam. erciſc.* DVPLAM ex cauſſa ſtipulationis conſequi: *l. 17. D. de euict.* DVPLA emere ſeruum: *l. 58. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* DVPLAM euictionis nomine exigere: *l. 7. §. vlt. D. de pecul.* DVPLAM promittere: *l. 4. l. 11. §. 14. D. de act. emt. l. 22. §. vlt. D. de pignor. act. l. 39. §. 1. l. 41. l. 56. D. de euiction.* DVPLA vero promitti dicebatur, quum euictionis nomine DVPLVM pretii venditor promittebat. Quo caſu in duplum actio emtori, re euicta, dabatur. *l. 20. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* DVPLAM ſtipulari: *l. 2. §. 15. D. de hered. vel act. vend. l. 2. §. vlt. l. 3. D. de dol. except. l. 16. §. 2. l. 24. l. 39. D. euict.* DVPLAE ſtipulatio: *l. 31. §. 20. D. de Aedil. edict. l. 11. l. 16. l. 34. §. vlt. D. de euict. l. 7. D. de iur. dot. l. 11. §. 14. D. de act. emt. vend. l. vlt. §. vlt. C. commun. de legat.* DVPLAE ſtipulator. *l. 29. §. 1. D. de euict.* ¶. 2. DVPLVM quoque res, cum altero tanto. Hinc DVPLVM et *ſimplum* aduerſantur. *l. 23. §. 9. D. ad leg. Aquill. l. 45. D. de Aedilit. edict. l. 48. D. ad leg. Falcid. §. 21. Inſt. de action.* Quomodo vero DVPLVM accipiatur in actione furti, vid. *l. 27. l. 50. l. 74. D. de furt.* quomodo in actione de ſeruo corrupto? *l. 10. D. de ſeru. corrupt.* quomodo in actione quae aduerſus publicanos proponitur? *l. 5. D. de publican. et vectig.* quomodo denique in actione arborum furtim caeſarum? *l. 7. D. arb. furt. caeſ.* Sic: DVPLVM acceſſionis: *l. 45. D. de Aedil. edict.* DVPLO plus accipere: *l. 81. D. de hered. inſt.* In DVPLVM actio: ex *lege XII. Tabularum. l. 1. D. de tign. iunct. l. 23. §. 6. D. de rei vind. l. 6. D. ad exhib. §. 29. Inſt. de rer. diuiſ.* Aliae in DVPLVM actiones memorantur, *l. 1. l. 5. §. 2. D. de ſeru. corrupt. l. 23. §. 10. D. ad leg. Aquill. l. 2. C. eod. tit. l. 18. D. de lib. cauſſ. l. 5. D. de publican. l. 7. §. vlt. D. arb. furt. caeſ. l. 52. D de contrah. emt. §. 21. Inſt. de action.* DVPLO, quanti eius intereſt, aeſtimari: *l. 74. D. de furt.* In DVPLVM condemnari: *l. 45. D. de Aedil. edict.* et DVPLI. *l. 2. D. de euiction.* DVPLVM praeſtare: *l. 9. D. de nox. act. l. 7. §. 10. D. de adquir. rer. dom.* DVPLVM pretii: *l. 18. l. 20.*

DVP. DVR.

§. vlt. l. 21. D. de lib. cauſſ. l. 45. D. de Aedil. edict. DVPLI teneri. *l. 9. §. 1. D. de minor.* ¶. 4. Adiectiue quoque ſaepius vſurpatur: vt DVPLI fructus: Paull. Sent. *Lib. V. tit. 9. §. 1.* [DVPLVM genus: *l. vlt. C. de praetor. pign.*] DVPLVM pretium: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* id eſt, quanti ſeruus aeſtimabitur, et alterum tantum. *l. 29. D. eod. tit.*

DVPONDIVM, vel DVPONDIVS. Eius fit mentio in *l. 17. §. vlt. l. 18. D. de hered. inſt. §. 8. Inſt. eod. tit.* Voluſ. Maecianus *de aſſe: Nam ſedecim ſeſcunciae* DVPONDIVM *efficiunt.* Et poſtea: DVPONDIVS *hac nota S. vocantur quinque libellae, quae ſunt quinque decimae.* Varro *Lib. VIII. de lingu. Lat.* inde ait dictum, *quod duos aſſes pendebat.* As autem libralis primum erat, vt Plinius auctor eſt. Libra autem et pondo idem ſignificant. *l. 34. §. vlt. D. de aur. arg. leg.* ¶. 2. DVPONDIOS iuris auditores primo anno vocatos, Iuſtinianus in *Conſtit. Omnem reipublicae §. 2. ad Anteceſſ.* pandectis praepoſita, ſcribit. Id quod proculdubio a contemtu quodam nouitiorum originem habuit. Res enim leuioris pretii, *dupondii* eſſe dicebant. Hieronym. *adu. Heluid. Quis te, oro,* DVPONDII *ſupputabat?* Vid. Cuiac. *Lib. XII. Obſeru. Cap. 40.* HEIN.

DVR.

DVRACINAE vuae. *l. 205. D. de verb. ſignif.* Sueton. *Aug. Cap. LXXVI. a duro acino* dictae, vt videtur Plinio *Lib. XIV. Cap. 1.* qui *Lib. XV. Cap. 12.* et DVRACINA perſica memorat. HEIN.

DVRARE, manere, perſeuerare. Vnde DVRARE et *mutare* opponuntur: *l. 67. D. de legat. II.* itemque *prima ratione fuiſſe* et DVRARE. *l. 23. D. de hered. petit.* Sic DVRANT actio: *l. 8. D. de cap. minut. l. 55. §. vlt. l. 63. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 66. §. 4. D. de legat. II. l. 11. D. de aur. et arg. leg. l. 56. D. de obl. et act.* adminiſtratio: *l. 3. C. de adminiſtr. tut.* adoptio: *l. 10. §. 7. D. de in ius voc.* adſignatio: *l. 5. D. de adſign. libert.* bonitas. *l. 15. D. de peric. et comm. rei vend.* cauſſa: *l. 3. C. ne de ſtat. def.* cauſſa eadem: *l. 31. §. 4. D. de vſurp. et vſuc.* cauſſa euictionis: *l. vlt. C. de euict.* fideiuſſionis: *l. 21. §. 2. D. de fideiuſſor.* poſſeſſionis: *l. 2. §. 14. D. pro emt.* codicilli: *l. 1. §. 5. D. de legat. III.* condictio: *l. vlt. D. de condict. furtiu. l. 80. §. 5. D. de furt.* ſemel vtiliter conſtituta: *l. 85. §. 1. D. de reg. iur.* defenſio: *l. 2. in fin. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* donatio: *l. 32. §. 11. D. de donat. int. vir. et vxor.* electio: *l. 77. D. de legat. I. l. 61. D. de legat. II.* fideicommiſſum: *l. 6. D. de aur. arg. leg.* inſtitutio: *l. 68. D. de legat. I.* iudices: *l. 49. §. vlt. D. de iudic.* ius: *l. 37. D. de reb. auct. iud. poſſ.* ius poteſtatis: *l. 32. §. 19. D. de don. int. vir. et vxor.* ius priſtinum: *l. 18. D. ad leg. Falcid.* lapis meus: *l. 6. D. de donat.* legatum: *l. 6. D. de aur. et arg. leg. l. 24. D. quando dies leg. l. 4. D. de pecul. legat. l. vlt. D. de duob. reis.* matrimonium: *l. 45. §. vlt. D. de rit. nupt. l. 1. D. vnd. vir et vx. l. 7. D. de diuort. l. 2. C. de dot. caut. l. 5. C. de donat. int. vir. l. 8. C. de iure dot. l. 11. §. 10. l. 13. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* nuptiae: *l. 32. §. 13. D. de*

don.

Digitized by Google

don. int. vir. et vxor. obligatio: l. 68. D. de iur. dot. l. 49. l. 58. §. vlt. D. de fideiuſſ. l. 7. §. 7. D. de don. int. vir. et vxor. l. 46. D. de ſolut. officium: l. 1. §. 3. D. de contr. et vtil. tut. act. l. 14. C. de adminiſtr. tut. officium arbitri: l. 2. D. fam. erciſc. pacta: l. 22. § 8. D. ſol. matrim. patronus: l. vlt. D. de diuort. permiſſa: l. 6. §. 2. D. quod cuiusc. vniu. nom. in perpetuum: l. 4. D. de iur. immunit. pignus: l. 8. §. 15. D. quib. mod. pign. poena: l. 5. D. de publican. poſſeſſio: l. 2. pro emt. precarium: l. 8. §. 2. D. de precar. res: l. 11. §. 13. D. de legat. III. ſeruitutes: l. 23. §. 2. D. de ſeru. praed. ruſt. ſocietas: l. 5. C. pro ſoc. ſpes vſusfructus: l. 9. D. vſusfruct. quemadm. cau. ſponſalia: l. 9. D. de ſponſal. teſtamentum: l. 9. D. de teſtam. mil. teſtes: l. 20. §. vlt. D. quib. teſt. fac. tutor: l. 2. l. 39. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 3. D. de ſuſp. tut. tutela: l. 32. §. vlt. D. de adm. tut. verſum: l. 10. §. 6. D. de in rem verſ. vincula: l. 2. C. de luit. pign. voluntas: l. 1. §. 1. D. de legat. I. l. 4. D. de manum. vind. l. 1. §. 1. D. de legat. III. l. 30. D. de adim. leg. l. 32. §. 11. D. de don. int. vir. et vxor. l. 8. D. de confirm. tut. vſucapio: l. 21. l. 33. §. vlt. D. de vſurp. et vſuc. ¶. 2. Conſtruitur etiam cum quibusdam praepoſitionibus. E. g. DVRARE vſque ad ſententiam: l. 16. §. 3. D. de bon. libert. DVRARE in adminiſtratione: Paull. Sent. I, tit. 4. §. 2. in cauſſa legati. l. vlt. §. vlt. D. de liberat. leg. in eadem cauſſa: l. 68. D. de legat. I. l. 9. C. de hered. petit. l. vlt. C. de pignor. act. l. 18. C. de poſtl. reuerſ. in conditione priore: l. 1. §. 2. D. de poen. in familia: l. 12. C. de collat. in tutela: l. 3. D. de tutel. in eadem voluntate. l. 1. §. 5. D. de legat. III. ¶. 3. DVRARI, paſſiue, pro perſeuerare. Si forte DVRETVR, non caueri. l. 4. §. 1. D. de damn. infect. ¶. 4. DVRARE, id eſt, animum obfirmare. DVRARE animum et corpus in tormenta. l. 18. §. 1. D. de quaeſt. Elegans haec loquutio, et veteribus familiariſſima. Tacit. Annal. Lib. I. Cap. 6. Ceterum in nullius umquam ſuorum necem DVRAVIT. Petron. Satyr. Cap. LXV. Cuius tam crudelis manus in hoc ſupplicium DVRAVISSET? Quinctilian. Declam. CCLXXXIX. Non omnium animos maritorum DVRARE ad ſanguinem. Vbi ſemper DVRARE idem eſt, ac obfirmare animum ad audendum quid, a quo alioquin natura abhorret. HEIN.

DVRE conſtitui: l. 54. D. ad leg. Falcid. DVRIVS conſtitui: l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. naufr. damnari: Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 7. DVRIVS habiti: l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur. DVRIVS Pomponius, puta, ſtatuit: l. 19. §. 2. D. comm. diuid. DVRIVS puniri: l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. repet. DVRIVS vero opponitur ei, quod fit remiſſius, vt in l. 11. D. de poen. DVRISSIME puniri. l. 1. D. de abig. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 7.

DVRITIA dominorum: l. 1. §. 8. D. de offic. praef. vrb. legum: l. 9. C. de legib. tormentorum: l. 1. §. 23. D. de quaeſt. Poenae irrogatae indignatio ſolam DVRITIAM continet. l. 7. D. de ſeru. export.

DVRVS, A, VM. DVRIVS, DVRISSIMVM. DVRVM eſt: l. 35. D. de procurat. l. 40. D. de hered. petit. l. 23. §. vlt. D. de op. libert. l. 65. D. de ſeru. perquam DVRVM eſt, ſed ita lex ſcripta: l. 2. D. qui et a quib. manum. DVRVM erat: §. 4. Inſt. de act. DVRVM erit: l. 55. §. 2. ad SC. Trebell. DVRVM eſſe videtur: l. 38. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult. l. 7. D. ad leg. Iul. repetund. Plin. Lib. X. Epiſt. 74. DVRVM eſt, dicere: l. 3. §. 4. D. de SC. Silan. l. 21. §. 5. D. de furt. DVRVM eſſe videbatur: l. 77. §. 29. D. de legat. II. l. 22. §. 2. D. de iure fiſc. DVRVM et auarum eſt: l. 32. §. 2. D. de donat. int. vir. et vx. DVRVM et iniquum: l. 13. D. de probat. DVRISSIMVM eſt: l. 19. §. 2. D. de iudic. Quod DVRVM videbatur temperandum. l. 14. §. 9. D. quod met. cauſſ. Hinc DVRIOR animaduerſio: l. 12. D. de publ. iudic. [DVRIORES caſus et triſtiorem fortunam Imperatoria humanitate mollire: l. 17. C. Theod. de bon. proſcript. Lib IX. tit. 42.] DVRIOR cauſſa petitionis: l. 33. D. de reg. iur. in DVRIOREM cauſſam accipere fideiuſſorem: l. 8. §. 7. et §. 8. l. 49. §. vlt. D. de fideiuſſ. acceptum ferre: l. 3. D. de ſolut. id eſt, in grauiorem, vt eſt in l. 5. D. eod. tit. DVRA conditio: l. 3. D. de publican. DVRIS conditionibus: l. 25. D. de ſtatu lib. DVRIOR conditio: l. 35. l. 63. D. de condit. et demonſtr. l. 16. §. 1. D. de fideiuſſ. l. 24. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 3. §. 1. D. de alienat. iudic. mut. l. vlt. D. de litigioſ. DVRIOR exitus: l. 1. D. de alien. iud. mut. cauſſ. interpretatio: l. 25. D. de legib. DVRIORA fieri iura: l. 32. D. de ſtat. lib. In DVRIORE loco eſſe: l. 1. D. ſi ex nox. cauſſ. DVRIOR poena: l. 12. §. vlt. D. de accuſat. l. 15. D. ad municipal. DVRISSIMIS poenis adfici: l. 1. C. de rapt. virg. DVRISSIMAS res exigere: l. 1. D. de bon. libert. DVRIOR ſententia: l. 13. §. 7. D. de his, qui not. infam. pro DVRIORIBVS humanam ſequi ſententiam: l. vlt. in fine C. de commun. ſeru. manumiſſ. DVRISSIMA eſt ſententia exiſtimantium: l. 87. D. de legat. I. DVRA ſeparatio. l. 12. §. 6. D. de inſtr. vel inſtr. leg.

DVV.

DVVMVIRI, magiſtratus municipales adpellabantur, quod eorum duo eſſent. l. 6. §. 1. D. quod cuiusqu. vniu. nom. l. vn. D. ſi quis. ius dic. non obtemp. l. 3. §. vlt. D. de pecul. l. 1. §. 9. D. de magiſtr. conuen. l. 13. §. 5. D. de iniur. l. 35. D. de oblig. et act. l. vlt. D. ad municipal. l. 52. §. 11. D. de furt. l. vlt. C. qui admitti. l. pen. C. quo quisq. ord. conu. l. 1. C. Theod. quemadm. mun. ciuil. Vellei. Paterc. Lib. II. Cap. 19. de Mario: Iniecto in collum loro in Minturnenſium carcerem iuſſu DVVMVIRI perductus eſt. Hi DVVMVIRI variis nominibus vſi ſunt. Ordinarie dicti DVVMVIRI I. D. id eſt, iuri dicundo. Neapoli et in aliis Graecae originis ciuitatibus ἄρχοντες, Gruter. p. MXXVIII, 5. et Reineſ. Inſcript. p. 21. in Africa, in primis Carthagine, Thememae et Timiligae, SVFFETES, id eſt, שופטים, iudices, vocabantur. Reineſ. Claſſ. VII. Inſcript. 17. Quin et Coſſ. vel Praetorum nomen eosdem aliquando adfectaſſe, obſeruarunt viri doctiſſimi, Ez. Spanhem. in Orbe Rom. Lib. II. Cap. 20. Godfr. Olear. ad Philoſtrat. Herod. p. 546. et Eu. Otto Diſſert. de Conſulibus extra Rom. Cap. I. Alibi non DVVMVIRI, ſed IIIIVIRI

iuri dicundo praeerant, ob ambitionem et multitudinem candidatorum, vt putat Henr. Noriſ. *de Cenotaph. Piſan. Diſſ. I. Cap. 3. p. 31.* Exempla ſunt apud Ciceron. *Lib. X. ad Attic. Epiſt. 13. Lib. XIII. ad familiar. Epiſt. vlt.* et in Inſcriptionibus apud Gruter. *p. CCCCXXVI. 3.* Praeterea quidam duumviri annui erant: *l. 1. C. Theod. quemadm. munic. civ. ind.* quidam QVINQVENNALES. Reineſ. *Inſcript. p. 22.* Alii Roma in municipia mittebantur, alii ab ipſo ordine decurionum cooptabantur, quorum illi IIVIRI EX AC. hi EX D. D. id eſt, *ex decreto Decurionum* dicebantur. Idem *ad Claſſ. VI. Inſcr. 6.* Denique DVVMVIRORVM erat, curiae praeeſſe, referre ad decurionum ordinem, ius dicere, animaduertere in ſeruos, aliosque vilioris conditionis homines, vt mirum non ſit, iis lictores, non quidem cum faſcibus, ſed cum bacillis, biſellium, immo et aliquando tribunal tribui. Vid. Noriſ. *Cenot. Piſ. ib. p. 32.* HEIN. ¶. 2. Erant et DVVMVIRI inter minores Rom. magiſtratus, qui *viarum extra vrbem* curam gerebant, quemadmodum et intra illam IIIIVIRI *viarum curandarum* ſolebant creari. *l. 2. §. 30. D. de orig. iur.* Eum tamen magiſtratum ſuppreſſum eſſe, quum numerus minurum magiſtratuum, quorum olim XXVI erant ad vicenarium ab Auguſto reduceretur, obſeruat Dio Caſſ. *Lib. LIV. p. 540.* HEIN.

DVVMVIRATVS, ipſum illud DVVMVIRORVM munus et officium. *l. 1. D. de alb. ſcribend. l. 1. C. de temp. adpell. l. 3. C. quand. prov. non eſt neceſſ. l. 7. l. 18. C. de decur. l. 1. C. Theod. de honor. codicill. l. 16. l. 77. C. Theod. de decurion.* Plin. *Lib. IV. Ep. 22.* Sic et DVVMVIRILITAS, in *l. 1. C. de natur. lib.*

DVX.

DVX adpellatur, qui exercitui praeeſt. *l. 2. D. de his, qui not. inf.* DVX mille hominum: *l. 1. §. vlt. D. de teſt. milit.* ad DVCEM ſuum deſertor mittitur: *l. 2. D. de re milit.* aduerſus DVCEM contumacia: *l. 6. §. 1. D. eod. tit.* DVCES belli quaedam inter ſe paciſcuntur: *l. 5. §. 1. D. de pact.* DVCES, Sulla et Cotta: *l. 4. D. de re milit.* DVCIBVS relictis: *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* DVCES factionum. *l. 16. D. de adpell.* ¶. 2. In poſteriorum Imperatorum conſtitutionibus DVCES adpellantur, tam qui limitibus, quam qui prouinciis, foederatisque praeerant. *l. 7. C. vbi cauſſ. fiſcal. l. 1. C. ad leg. Iul. repetund. l. 3. C. Theod. eod. tit.* Vetus Gloſſarium: DVX ἀνθύπατες ὁσήμερον. Hinc DVX limitis: *l. 1. C. Theod. de luſor. Danub.* DVX limitum: *l. 5. C. Theod. de fil. app. milit. l. 2. C. Th. de venat. fer.* DVCES militum, in limitibus conſtituti: *l. vn. C. de venat. fer. l. vlt. C. de offic. mil. iud. l. vlt. C. de offic. praef. praet.* DVCES militum: *l. 13. C. Theod. de veteran. Nouell. Theod. et Valentin. de amb. et loc. limit.* Ita et DVCES prouinciarum: *l. 1. C. Theod. de comit. rei milit. l. 1. C. Theod. de comit. et archiatr. ſacr. palat. Nouell. Theod. et Valentin. de tribut. fiſcalib.* Tales vtique DVCES per orientem ſex, per Aegyptum duos, per Ponticam vnum, per Thracias duos, per Illyricum totidem; per occidentem quam plurimos Auctor Notitiae prodidit, qui *ſpectabiles* nominantur, *l. 27. C. Theod. de cohort. princ. cornicul. l. 9. C. Theod. de re milit.* et *viri clariſſimi*, in *l. 113. C. Theod. de decur. l. 2. C. Theod. de venat. ferar.* ¶. 3. In libris noſtris memorantur DVCES Aegypti: *l. 43. C. Theod. de adpellat.* Aegyptiaci limitis: *l. 13. C. de adu. diu. iudicior.* Armeniae: *l. 57. C. Theod. de curſu publ. l. 15. C. Theod. de re milit.* Bizacenae prouinciae: *l. vlt. C. de offic. praef. praet. Afr.* limitis Euphratenſis: *l. 1. C. Theod. de Comit. et tribun.* Libyae: *l. 16. C. Theod. de numer. act. ſcrin.* Mauritaniae: *l. vlt. C. de praef. praet. Afr.* Meſopotamiae: in *inſcript. l. 2. C. quae res vend. non poſſ. l. 1. C. de eunuch l. 6. C. Theod. de fil. adparit.* Numidiae: *l. vlt. C. de offic. praef. praet. Afr.* limitis orientalis: Vopiſc. *in Aurelian. Cap. XIII.* Oſdroenae: *l. 8. C. Theod. de pagan. ſacr. et templ.* Raetici limitis: Vopiſc. *in Bonoſo Cap. XIV.* Rheni: *l. 9. C. Theod. de re mil.* Sardiniae: *l. 3. C. Theod. ad leg. Iul. repet.* limitis Scythici, Illyriciani, Thracici: Vopiſc. *in Aurelian. Cap. XIII.* DVX et Corrector limitis Tripolitani: *l. 133. C. Theod. de decurion.* Tripolitanae prouinciae. *l. vlt. C. de offic. praet. Afr.* ¶. 4. DVCVM domeſticus, manipularis, miniſter: *l. 1. C. ad leg. Iul. repetund.* patrocinia. *l. 1. C. Theod. de patrocin. vicor.*

DYR.

DYRRHACHIVM. Huius vrbis fit mentio in *l. 1. §. 12. D. de exercit. act. l. 7. D. de cenſib.* Hinc DYRRHACHENI, in prouincia Macedonia. *l. vlt. D. de cenſib.*

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER V.

E.

E, praepoſitio eadem ac EX. Aliquando tamen pro DE accipitur: Si quid E pecoribus noſtris a beſtiis ereptum ſit. *l. 8. §. vlt. D. famil. erciſc.*

EA.

☞ EAPROPTER, *ideo, propterea. l. 3. C. de iure delib.* HEIN.

EAT.

EATENVS, et QVATENVS, relatiua. *l. 2. D. de dot. prael. l. 7. D. de inſtit. act. l. 11. §. 1. D. de iureiur.*

EBO.

EBORARIVS, *l. 1. C. de excuſ. artif. l. 2. C. Theod. eod. tit.* qui ex ebore opus aliquod ☞ facit. Baſilica ἐλεφαντουργὺς vertunt. Tales M. ANTONIVS, M. LIBERTVS, EBORARIVS DE LVCO SEMELES, apud Reineſ. *Claſſ. XI. Inſcr. 94.* et L. PLOTIVS L. LIB. SABINVS EBORARIVS. *ead. claſſ. XI. Inſcr. 122.* HEIN.

EBOREVS, A, VM. EBOREAE menſae: *l. 12. §. 40. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* EBOREAE tabulae: *l. 2. §. 4. D. de orig. iur.* [Ibi in EBOREIS *tabulis* leges XII. Tab. in roſtris propoſitas memorat Pomponius. Alii tamen ibi AEREAS, alii, vt Scaliger *in Animadu. ad Melch. Guilandini Papyr. roboreas*, h. e. ligneas, quales olim ἄξονες, σάνιδες, καὶ κύρβεις Solonis, reponunt: eo praecipue vſi argumento, quod ineptiſſima ſcribendo materia ſit ebur. Sed ſicut reliquis viri ſummi argumentis a doctis, vt opinor, ſatisfactum eſt: ita de ebore, oppido aptum illud ad ſcribendum eſſe, oſtenderunt Salmaſ. *in Script. Hiſt. Aug. p. 416.* Voſſ. *de arte grammat. Lib. I. Cap. 38.* Sirmond. *ad Sidon. Epiſt. VIII.* Nil ergo notandum, ſed retinenda vulgaris lectio, quam et Theophilus confirmat, apud quem ἐν ἐλεφαντίνοις πτυχίοις *in eburnis pugillaribus* legimus *in Paraphr. §. 12. Inſt. de teſtam.* Quaedam aduerſus Scaligeri opinionem diſſerunt, at ipſi tamen *tabulas aereas* vel *aeneas* malunt Chriſt. Adam. Rupert. *ad Pompon. Lib. I. Cap. 5.* et Eric. Mauricius *diſſ. de libris iur. comm. §. II.* ☞ *et III.*] Quamuis non magni ſit Scaligeri argumentum: non tamen nullius momenti eſt eius emendatio, quae et Brodaeo *IV. Miſcell. Cap. 12.* et alii viris doctis placuit. Dionyſius enim Halicarnaſſ. *Lib. III. p. 178.* diſerte obſeruat, tabulas, quibus temporibus Anci Marci et poſt exactos reges, leges et ritus ſacros inſcripſerint Romani; fuiſſe δρυΐνας, *roboreas*, neque tunc adhuc fuiſſe columnas aereas. Quare quod *Lib. X. p. 681.* de tabulis aeneis ait, id eum per πρόληψιν, hiſtoricis familiariſſimam, narraſſe, dixeris, quod eae poſtea demum, gliſcentibus Romanorum opibus, στήλαις χαλκαῖς *columnis aeneis* fuerint inciſae, ceu Cuiac. et ill. Bynkerſh. *ad illum §. 4. l. 2. D. de orig. iur.* obſeruarunt. At eborearum tabularum vſum aliquem fuiſſe in legibus publice proponendis, nemo veterum obſeruauit, neque hoc pertinet Theophili locus. Neque enim ſequitur, ſi teſtamenta inſcribi conſueuerint tabellis eboreis, vt eae etiam vſum aliquem praeſtare potuerint in legibus ſub dio et caeli aeriſque iniuriis proponendis, et ad poſteros conſeruandis. Quare aut roboreas tabulas in eborearum locum reponendas, aut potiorem Dionyſii, quam Pomponii, auctoritatem eſſe debere, omnino cenſuerim. HEIN.

EBR.

[EBRIOSVS. Marito, velut EBRIOSO, repudium mittere vxori non licet. *l. 1. pr. C. Theod. de repud. Lib. III. tit. 16.*]

EBV.

EBVR, quod inter ſpecies vectigales numeratur, *l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectig.* ex India aduectum eſſe, teſtatur Virgil. *Georg. Lib. I. v. 57.* Plinius *Lib. VIII. Cap. 3.* de elephantorum dentibus: *Deciduos*, ait, *caſu aliquo vel ſenecta effodiunt. Hoc ſolum* EBVR *eſt.* Et mox: *Rara amplitudo* DENTIVM, *praeterquam ex India, reperitur.* Supellectile autem ex ebore Romanos fuiſſe vſos, docet *l. 7. D. de ſupellect. leg.* Eodem ebore numinum ora, et menſarum pedes conſtare, queritur Plin. *Lib. XII. Cap. I.*

ECC.

ECCE ſaepe a iuriſconſultis exempli cauſſa adhibetur, et tunc ei voci interdum praeponuntur particulae VT et NAM. Vt ECCE: in *l. 37. D. de Aedilit. edict. l. 1. §. 12. D. de exercit. act. l. 20. D. de offic. proconſ. l. 2. D. locat. l. 42. D. de donat. int. vir. et vx. l. 10. §. vlt. D. de legat. praeſt. l. 74. D. de verb. oblig. l. 2. D. de natal. reſtit. l. 18. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. l. 80. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 13. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. l. 49. D. de furt. l. 7. D. de cap. minut.* Macrob. *Lib.*

VI. Saturnal. Cap. 4. ¶. 2. Nam ECCE. *l. 5. §. 9. D. quod vi aut clam. l. 9. §. vlt. D. de dol. mal.* ¶. 3. ECCE enim: *l. 13. D. indic. ſolu. §. vlt. Inſt. de replicat. §. 2. Inſt. de poen. tem. litigant.*

[ECCLESIA, vti alibi, ita et in iure, modo pro coetu fidelium, modo pro aedibus, eorum conuentui deſtinatis, accipitur. Priore ſenſu in *l. 3. §. 4. ſequ. C. de ſumma Trinit. l. 5. C. eod. tit.* et tunc ſynonymice *venerabile concilium* dicitur *l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* vel *religionis et fidei mater perpetua: l. 14. in fine C. de ſacroſ. eccleſ.* nec non *mater omnium fidelium. l. 16. C. eod. tit.* ¶. 2. Pro aedibus ſumitur *l. 17. §. 1. et alias paſſim C. de* ☞ *ſacroſ. eccl.*] ¶. 3. Sam. Petit. *ad leg. Attic. p. 234.* vocabulum eccleſiae et profanae religionis hominibus accepiſſe pro conſilio, ac proinde verba, quae hodie in Caii *Inſtit. Lib. I. tit. I. §. 1.* legimus: *Ciues Romani ſunt, qui tribus modis, id eſt, teſtamento, aut in* ECCLESIA, *aut ante conſulem fuerint manumiſſi.* ab ipſo Caio eſſe ſtatuit. Sed nec hac notione vmquam vſos eſſe paganos, et locum illum manifeſto interpolatum eſſe a compilatore corporis Alariciani, oſtendit Schulting. *in Not. ad eum loc. p. 10.* HEIN.

[ECCLESIASTICVS, pro clerico. *l. 5. l. 20. l. 21. C. Theod. de epiſc. et cler. l. 49. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. l. 5. C. Theod. de Epiſc. l. 20. l. 21. C. Theod. eod. tit.*]

☞ ECCLESIECDICVS, iungitur oeconomo eccleſiaſtico. *l. 34. §. 5. C. de epiſcopal. audient.* Eſt ergo idem, ac ἔκδικος, de quo ſtatim. HEIN.

ECD.

ἜΚΔΙΚΟΣ, defenſor. Iulian. *Nouell. LXXXIV.* qui *Nouell. LXVII.* vocat DEFENSOREM *eccleſiae, vel monaſterii.* Plin. *Lib. X. Epiſt. CXI.* EC-
☞ DICVS *Amiſenorum ciuitatis.* Sic et Cicero *Lib. XIII. ad famil. Epiſt. 56.* ECDICI *Mylaſii*, vbi Corradus: *vltores, qui eos perſequuntur, qui reipublicae pecunias debent.* Manutius: *quaſi quaeſtores quidam, rationem numariam curantes.* Sed prius verius: quum poſterius eſſet officium oeconomorum. In libris noſtris perpetuo ciuitatum ECDICI, DEFENSORVM nomine veniunt, ceu patet ex *Nouella XV.* de DEFENSORIBVS, cuius Graeca inſcriptio eſt περὶ τῶν ἐκδίκων. HEIN.

ECH.

☞ ECHINVS, piſcis, cuius mentio fit *l. 1. pr. C. de monopol.* vbi eius monopolium prohibetur. Erant hi piſces ex genere cancrorum, ſed aculeati, ἰχθῦς ἐν τοῖς ὀςράκοις ὄντες καὶ προβεβλημένοι τὰ κέντρα, *piſces, obducti teſta, et aculeis communiti*, vti ab Aeliano *de animal. Lib. IX. Cap. 47.* deſcribuntur. Vnde et ob ſimilitudinem animalis terreſtris nomen acceperunt. Eos ſaeuiente tempeſtate ſpinis lapillos tollere, vt ſeruent aequilibrium, nec a decumanis fluctibus in terram proiiciantur, vel adlidantur ſcopulis, idem docet Aelianus *de nat. animal. Lib. VII. Cap. 33.* qui et loco paullo ante laudato refert, ſi quis id animal in fruſta conciſat, eaque ſeorſum proiiciat in mare, illa vltro coitionem inter ſe facere, et ſuum ſingula locum recognoſcentia coaleſcere, quod ipſe auctor φύσιν τινὰ θαυμαςὴν iore vocat, niſi potius ſit putidum ſophiſtae cuiusdam figmentum. Sed ad quid vtiles echini, vt dignum prohibitione videretur monopolium? Reſpondet idem, proficere illos ad ſtomachum hebeſcentem, et omnium ciborum faſtidio laborantem reſtituendum, euacuandam veſicam, ſcabiem ſanare, vulnerum extergere ſordes, pilum defluentem et e ſuis veluti ſedibus defluentem reuocare, renum dolores, aquam intercutem, et elephantiaſio curare. *Ibid. Lib. XIIII. Cap. 4.* Vnde echinum in materia medica veterum fuiſſe, colligimus. HEIN.

ECV.

ECVLEVS. Eius fit mentio *l. 6. C. Theod. de malef. et mathemat.* Sed et *l. 7. C. Iuſtin. eodem tit.* eiusdem meminit, per eumque intelligitur genus tormenti, vel machina quaedam, quatuor fulcris, ac veluti pedibus ſobnixa, vnde et a formae ſimilitudine ECVLEI vel *equulei* nomen tulit. Non. Marcell. EQVVLEVS *deminutiuum ab equus eſt.* In huius machinae vtroque extremo trocbleae erant, per quas traiectis funibus corpus diſtendebatur. De hoc tormenti genere legi merentur Hier. Magius, cuius ea de re ſingularis exſtat liber, Gotfr. Iungermanni Notis illuſtratus, Hadr. Turneb. *Aduerſar. Lib. IV. Cap. 3.* et *Lib. XV. Cap. 6.* Ant. Gallon. *de ſanct. mart. cruciat. p. 41.* Caſp. Sagittar. *de cruciat. mart. Cap. XVII. p. 313. ſequ.* et Ge. Eccard. *in leg. Salic. p. 79. ſequ.* HEIN.

EDA.

EDAX. EDAX locuſtarum pernicies. *l. 18. C. locat.* calamitas a locuſtis profecta, quando vt ait Columella, innumerabilis ille locuſtarum exercitus, agros depaſcit,

Quos ſuperingrediens exurit ſemina morſu.

Caſos in oriente et Africa ſatis frequens, in climate noſtro inſolentior, nec tamen inſolentiſſimus. *Harpyarum* fabulam ad hanc edacem locuſtarum perniciem pertinere, ipſumque earum nomen eſſe ab Hebraico ארבה, pluribus oſtendit Io. Clericus *Diſſert. de ſtatua ſalis artic. VII. poſt Comment. in Geneſ. p. 335. ſequ.* HEIN.

EDE.

EDERA in Pandectis Florentinis ſcribitur pro hedera: *l. 3. §. 1. D. arb. furt. caeſ.* EDERAE *quoque et harundines arbores non male dicentur*; vbi alii ſcripſiſſent *hederae et arundines.* HEIN.

EDERE primum eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti, et dare, vel dictare. Is quoque EDIT, qui aduerſarium ſuum ad album perducit, et demonſtrat, quod dicturus eſt, vel id dicendo, quo vti velit. *l. 1. §. 1. D. de edend. l. 6. §. 7. D. eod. tit.* Sic EDVNTVR acta: *l. 2. C. de edend.* acta et actorum exempla: *l. 45. §. 5. D. de iur. fiſci.* actio: *l. 1. l. 21. l. 23. D. de iudic. l. 3. C. de edend.* quando ſpecies futurae litis demonſtratur, vt eſt in *l. 1. C. de lit. conteſt.* Vnde Ammian. Marcellin. *Lib. XXX. Cap. 16.* Nondum

dum ſe patronus poſt ſpeciem litis triennium editam cauſſetur inſtructus. [EDERE autem actionem et exhibere, quomodo differant, exponit Cuiac. Obſ. Lib. X. Cap. XIV.] EDERE quoque dicimur cenſum: l. 4. §. 9. D. de cenſib. Sueton. Calig. Cap. XXXVIII. Arguebat et perperam EDITOS cenſus. Plin. Lib. X. Epiſt. 6. quod vulgo dicimus: dare per declarationem. EDERE crimina: Paull. Lib. V. Sent. tit. 16. §. 14. exemplum litterarum: l. vlt. D. quand. adpell. vel relationis: l. 6. D. de adpell. recip. inſtrumenta: l. 45. §. 5. D. de iur. fiſc. l. 2. §. 2. D. eod. tit. l. 1. §. 3. l. 3. D. de edend. interdictum: l. 8. §. 4. D. de precar. l. 3. D. de interd. l. 1. §. 40. D. de vi et vi arm. l. vlt. §. pen. et vlt. D. quod legator. EDITAM quoque formulam dixit Plinius Lib. IX. Cap. 59. et Quinctilian. Declam. XIII. EDERE iudicium: l. 2. D. pro donat. l. 4. §. 19. D. de dol. et met. except. iudicium de hereditate: l. 22. §. 8. D. rat. rem hab. verba iudicii: Cicero pro Quinct. Cap. X. EDERE vero et accipere iudicium opponuntur: l. 15. D. de auct. et conſenſ. tut. EDERE libellum: l. 6. §. 7. D. de edend. librum: l. 46. §. 5. D. de adminiſtr. tut. librum ſuo nomine vel ſine nomine: l. 5. §. 9. D. de iniur. librum rationum: l. 46. §. 5. D. de admin. et per. tut. mandatorem: l. 2. §. 5. D. de iur. fiſc. quod in vſu fori noſtri dicitur: nominare delatorem. EDERE nomen: l. 1. D. de off. Conſul. l. 2. C. qui pet. tut. l. 2. §. 23. D. ad SC. Tertull. ideſt, nomen dare, vt eſt in l. 2. §. 3. D. qui pet. tut. vel cur. operas, pro praeſtare: l. 9. l. 19. l. 21. l. 38. l. 49. l. 50. D. de oper. lib. et apud Sen. Epiſt. XXIX. lib. IV. Sueton. in Calig. Cap. LVII. et in Neron. Cap. XIII. origines. Tertull. de praeſcript. adu. haeret. EDANT ergo origines eccleſiarum ſuarum. EDERE patrimonium: l. 1. §. 7. D. de offic. praef. vrb. l. 9. D. de tutel. profeſſiones peculii: l. 19. pr. D. de pecul. leg. l. 2. D. de cenſib. rationes: l. 10. §. 2. D. de edendo. l. 6. §. 1. D. eod. l. 9. l. 10. D. eod. l. 92. in fin. D. de condit. et demonſtr. l. 31. D. de ſtatulib. Plaut. Aulul. Act. II. ſcen. 6. Poſtquam hanc rationem ventri cordique EDIDI. Cicero Lib. VII. ad Attic. Epiſt. 3. De Philotimo faciam equidem, vt mones: ſed ego mihi ab illo non rationes exſpectabam, quas tibi EDIDIT. EDI autem dicitur ratio, ſi a capite edatur: l. 10. §. 1. D. de edend. et quidem cum die et conſule, quia data et accepta alias non poſſunt adparere. l. 1. § 2. D. de edend. Aliud ergo eſt EDERE rationes: aliud reddere. Nec enim is qui edere iuſſus eſt, reliquum reddere debet. l. 89. fin. D. de verb. ſignif. [Sed et EDERE, et exhibere rationes differunt. Cuiac. Obſ. Lib. X. Cap. 14.] EDERE ſententiam litigatoribus. l. 1. C. de ſentent. ¶. 2. EDERE idem ac populo ſpectandum quid praebere. Sic EDERE ludos: l. 5. §. 10. D. commodat. l. 17. D. de vſu. munus: l. 36. D. de condit. et demonſtr. EDENDI muneris gratia: l. 5. D. de pollicit. ad munus EDENDVM relictum: l. 122. D. de legat. I. EDERE ſpectaculum. l. 16. D. de vſu et vſufr. leg. l. 4. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. l. 3. C. qui manum. non poſſ. ¶. 3. EDERE, parere, quamuis et ii EDITI dicantur, qui vtero exciſi. l. 141. D. de verb. ſignif. Hinc loquutiones: EDERE filium: l. 2. §. 1. D. ad SC. Tertull. l. 1. §. vlt. D. ſi pars hered. pet. EDITI foetus: l. 71. §. vlt. D. de vſufr. EDITI gemini: l. 16. D. de ſtatu hom. infantes: l. 26. §. 2. D. de fideic. libert. EDITI liberi: l. 17. §. 5. D. ad SC. Trebell. EDITVS ex matre: l. 9. D. ad municip. ex matrimonio; l. 3. §. 6. D. de Carbon. edict. EDITVS mortuus: l. vlt. §. vlt. ad SC. Tertull. EDERE partum: l. 18. D. de ſtat. hom. l. 17. §. 5. D. ad SC. Trebell. EDITVS partus; l. 25. D. quando dies leg. l. 48. §. 5. D. de furt. l. 20. D. de rei vind. l. 2. l. 4. l. 10. l. 14. D. vſur. l. 3. §. 4. D. de adgnoſc. et al. liber. l. 25. D. de lib. et poſtum. l. 24. §. 1. D. ad leg. Falcid. EDERE ſobolem. l. 10. §. 2. D. de iure dot.

EDICERE, obſeruante Donato ad Terent. Andr. Act IV. ſc. 7. v. 36. proprium erat imperatorum. Et talium edictorum ducum bellicorum mentio fit apud Salluſt. de bello Iugurth. Cap. XLIV. in Excerpt. Peireſc. p. 601. l. 4. §. 13. D. de re milit. Aſt praeterea et ſacerdotes, in primis Pontifices, EDICEBANT, quae ad ſacra pertinebant. Liu. Lib. XL. Cap. 37. Valer. Max. Lib. VIII. Cap. 2. ex 4. Tacit. Hiſt. Lib. II. Cap. 91. Gell. Noct. Lib. II. Cap. 28. Reineſ. Inſcr. Claſſ. IV. n. 6. At praecipue tamen EDICERE dicebantur magiſtratus. HEIN. Hinc illa: EDICIT praetor: l. 1. D. de min. l. 1. D. de reb. cred. l. 1. D. de bon. libert. EDICIT proconſul: l. 28. D. de teſt. milit. Olim ita EDICEBATVR. l. 1. D. quod met. cauſſ. ¶. 2. Attamen et teſtator EDICERE dicitur, dum quid heredi iniungit. l. 20. §. vlt. D. fam. erciſc.

EDICTALIS, E. quod ex praetoris edicto eſt. Sic EDICTALIS bonorum poſſeſſio. l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. §. 1. D. ſi tab. teſt. exſtab. ¶. 2. EDICTALIS lex, edictum principis. l. vlt. C. quod cum eo, l. 6. C. de ſecund. nupt. l. 29. C. de teſtam. l. 31. C. Theod. de petit. et vltro dat. EDICTALE programma id vocat Caſſiodor. Lib. I. Var. Cap. 31. Lib. II. Cap. 24. et Lib. VII. Cap. 42. ¶. 3. EDICTALES, vocabantur ſtudioſi iuris, qui ſecunda iuris ſtipendia in ſcholis faciebant, quod nomen iis ſeruari voluit Iuſtinianus, alio tamen penſo iis praeſcripto, in Conſtit. omnem reip. §. 1. et 3. ad anteceſſ.

EDICTVM. EDICTA, vt Dionyſ. Halic. Lib. V. p. 336. ſcribit, Romani adpellabant τὰ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ἐπιτάγματα, praecepta de IVSTIS iniuſtiſque. Nam vt ſcirent ciues, quod ius de quaque re quiſque magiſtratus dicturus eſſet, ſeque praemoniret, EDICTA proponebant, quae ius honorarium conſtituebant. l. 2. §. 10. D. de orig. iur. Id quod oſtendit Cicero Lib. II. de fin. Cap. 22. Iam quum magiſtratum inieris, et in concionem adſcenderis: (eſt enim tibi EDICENDVM, quae ſis obſeruaturus in iure dicundo.) Plutarch in Marcello p. 312. Καὶ γὰρ τὰ διαγράμματα τῶν ἀρχόντων Ἕλληνες μὲν διατάγματα, Ῥωμαῖοι δὲ ΕΔΙΚΤΑ προσαγορεύουσι. Nam praecepta magiſtratuum Graeci διατάγματα; Romani EDICTA adpellitant. Plane EDICTA διαγράμματα vocat Ioſeph. Antiqu. Iud. Lib. XIX. Cap. 14. At Dioni Lib. XLII. edictum eſt προσγραφή. Vetus Gloſſarium: EDICTVM, νόμος, λεγόμενος ἀπὸ προστάξεως,

EDI.

ξῖως, lex, ab iis, quae edicebantur, dicta. ¶. 2. Enimuero non Praetores tantum, ſed et Aediles curules edicta de quibusdam cauſſis proponebant. *§. 7. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* Inter quae Aedilitia edicta principatum obtinuit illud, quod refertur ſub titulo *de Aedil. edict.* cuius etiam ſit mentio *l. 31. D. de pact. l. 5. princ. D. de verb. obl.* et apud Gell. *Lib. IV. Noct. Cap. 2.* Ad quod Aedilitium edictum Caius *libros II.* Vlpianus et Paullus totidem peraeque ſcripſiſſe feruntur. At multo plura olim fuere EDICTI Aedilicii capita, veluti de ſumtibus in monimenta impendendis. Reineſ. *Claſſ. II. inſcr. 72.* de pueris non caſtrandis: *l. 27. §. 28. D. ad leg. Aquill.* quam legem ſingulari ſchediaſmate illuſtrauit V. C. Eu. Otto. *Steinu ord. 1710.* de rebus nullis in ſcenam, praeter pomum, proiiciendis: Macrob. *Lib. II. Saturn. Cap. 6.* HEIN. ¶. 2. Quin etiam cenſores EDICTA quaedam proponebant. Cui rei teſtimonio eſt cenſorium illud EDICTVM, quod a Suetonio *in libro de claris rhetor. Cap. 1.* et Gell. *Lib. XV. Cap. 11.* celebratur. De cenſorum EDICTO, eoque perpetuo, exſtat locus inſignis Cornelii Nepotis *in Catone Cap. I. Cato, cenſor cum eodem Flacco factus, ſeuere praefuit ei poteſtati. Nam et in complures nobiles animaduertit, et multas res nouas in* EDICTVM *addidit, qua re luxuria reprimeretur, quae iam tum coeperat pullulare.* Superſunt edicti cenſorii fragmenta apud Plin. *Hiſt. Nat. Lib. XIV. Cap. 14. Lib. VIII. Cap 57. et Lib. XXXVI. Cap. 1.* HEIN. ¶. 4. Procoſſ. etiam et Praeſides in prouinciis huiusmodi Edicta proponebant, vt ex Ciceron. *Lib. VI. ad Attic. Epiſt. I.* et *in Verr. I. Cap. 45.* et alibi paſſim patet. Eaque eſt cauſſa, cur in Edictorum interpretatione Proconſulis ſaepe mentionem Caius facit, vt in *l. 1. D. de alienat. iud. mut. l. 26. D. de dol. mal. l. 27. §. 1. D. de minor. l. 1. D. quod cum eo. l. 1. §. pen. quod cuiusc. vniu. nom. l. 6. D. pro ſoc. l. 7. D. teſt. quemadm. aper. l. 57. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 7. §. 1. D. de religioſ.* cum aliis, quae ab Ant. Auguſtin. *Lib. I. Emendat. Cap. 5.* notantur. ¶. 5. Agnoſcit ergo Briſſonius Edicta *Praetorum, Proconſulum, Praeſidum, Cenſorum, Aedilium.* At ceteros etiam magiſtratus de rebus ad curam ſuam pertinentibus edixiſſe, certum eſt. Initio reip. ipſi *Reges* edicta proſcribebant, quorum ſit mentio apud Liu. *Lib. I. Cap. 32. et 44.* Dionyſ. Halic. *Lib. III. p. 178. Lib. IV. pag. 216.* ex quo loco, recte intellecto, etiam *Conſules* poſtea EDICTA reddidiſſe, patet. Quemadmodum ergo ad regia Edicta pertinent illa Pomponii *de manu regia: l. 2. §. 1. D. de orig. iur.* ita ad conſularia referendum, quod idem Dionyſ. *Lib. II. p. 97.* obſeruat, populum Romanum ideo cogitaſſe de legibus XII. Tabularum ſcribendis, *ἵνα μὴ συμμεταπίπτῃ τὰ κοινὰ δίκαια ταῖς τῶν αἰρχόντων ἐξουσίαις, ne ius commune cum magiſtratuum poteſtate mutaretur.* Alii enim magiſtratus, qui ius commune edictis mutare poſſent, tum non erant, quam Conſules. Multo minus de Dictatorum Edictis fas eſt dubitare, quippe quos ab EDICENDO nomen habuiſſe, cenſent Dionyſ. *Lib. V. p. 336.* et Plutarch. *in Marcello p. 312.* quorumque EDICTA *pro numine olim obſeruata eſſe*, apud Liuium *Lib. VIII. Cap. 34.* legimus. Nec deſunt exempla edictorum a *Tribunis pleb.* propoſitorum, apud Ciceron. *in Verr. II. Cap. 41.* nec non a *Quaeſtoribus*

EDI.

ibid. Cap. 7. Sub Imperatoribus maximae auctoritatis fuerunt EDICTA *Praefectorum praetorio*, qualia integra exſtant apud Baron. *Annal. ad ann. CCCCXVIII. n. 18. et 20.* Steph. Baluz. *ſub finem Notar. in Saluian. p. 374.* itemque in *Nouell. CLXV. et ſequ.* itemque *praefectorum vrbi*, quorum mentio ſit apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXVII. Cap. 9. Lib. XXVIII. Cap. 4.* Immo bina integra ſuperſunt in marmore apud Gruter. *p. DCCXLVII, 6. 7.* et aliud apud Baluz. *ibid.* denique *praefectorum Auguſtalium Aegypti*, quorum et perpetua et repentina EDICTA memorat Philo *in Flacc. p. 966. et p. 972.* Adeo a veritate alienum eſt, quod plerique exiſtimarunt, praeter Praetores, Proconſules et Aediles, nullos alios magiſtratus Romae ius EDICTA proponendi habuiſſe. HEIN. ¶. 6. Enimuero, quod a *Praetore* vrbano proponebatur, *vrbicum*, quod ab his, qui prouincias regebant, *prouinciale* adpellabatur. EDICTO VRBICO teſtimonium perhibent inſcriptiones *l. 9. D. de op. nou. nunc. et l. 5. D. de adim. leg.* Ad vtrumque Caium ſcripſiſſe ex Indice Florentino conſtat. Praecipue vero *ad Edictum* Praetoris vrbani, ad quod etiam ante eum *libros quinque* Maſſurium Sabinum ſcripſiſſe, compertum habeo. Quamquam enim in hac parte Indicis Florent. auctoritate deficiamur: attamen ad fidem faciendam vel vnus Paullus in *l. 18. D. de op. libert.* idoneus et locuples teſtis eſt. Ad EDICTVM vero generaliter ſcripſerant Labeo, Iulianus, Pomponius, Vlpianus, Paullus. Multa hic adcumulat Briſſonius, quae vel illuſtrationem, vel emendationem, deſiderant. Nam primo EDICTVM, quod Praetores vrbani proponebant, *κατ' ἐξοχὴν* quidem *vrbanum* vel *vrbicum*, dicebatur, ſed ideo non eſt exiſtimandum, reliquos praetores, quibus intra vrbem aliqua iurisdictio erat, non edixiſſe. Nam et *praetores peregrinos* edicta propoſuiſſe, patet ex Valer. Max. *Lib. I. Cap. 3. ex. 2.* Boeth. *ad Cic. Topic.* et Theophil. *in §. 7. Inſt. de iure nat. gent. at ciu.* Sed et, *quibus Praetoribus* quaeſtiones de criminibus ſorte obtigerant, ii edicta proponebant monitoria, quorum meminit Cicero *pro P. Sextio Cap. XLI.* Plin. *Lib. V. Epiſt. 21.* Varro *de lingu. Lat. Lib. V. p. 62.* Deinde Iulianus numquam *ad Edictum* ſcripſit, quamuis ipſum Edictum perpetuum compoſuerit, et in libris Digeſtorum eius ordinem ſeruarit. Vid. *Diſſ. noſtr. de Iuliano p. 23.* Sabini (Maſſurii an Coelii, incertum) Liber quidem quintus citatur in *l. 18. D. de op. libert.* at inde non conſequitur, vt quinque tantum libros reliquerit. Denique nec omittendus erat Furii Anthiani *Commentarius in Edictum*, ex quo fragmenta quaedam in ipſis Pandectis ſuperſunt. HEIN. ¶. 7. EDICTA porro quaedam *perpetua*; quaedam temporariae iurisdictionis cauſſa proponebantur. *l. 7. D. de iurisdic.* Prioris generis erant, e quibus certum ac conſtans ius, in vniuerſos ciues deſcriptum, reddebatur, qualia ſunt quae v. g. *de iudiciis, de rebus creditis, de bonorum poſſeſſionibus* edixiſſe praetores, legimus. Poſterioris vero generis, quae non perpetui iuris cauſſa, ſed, prout res incidebant, proponebantur, cuiusmodi erant ea, quibus abſentes euocabantur, quaeque alia de ſingulis perſonis, rebus, et controuerſiis pro re nata edicebantur. ¶. 8. Omnia haec EDICTA in albo, vel in charta, vel in alia materia propoſita fuiſſe, oſtendit *l. 7. D. de iurisdict.* Sed interpolata in ea lege eſſe verba edictalia,

ctalia, et illa verba, *vel in charta, vel in alia materia,* non eſſe praetoris, iam alii obſeruarunt. Vid. Cu-iac. *Lib. I. Obſeru. Cap. 24.* Quamuis vero ego nolim hanc dicam Triboniano ſcribere; vix tamen veroſimile eſt, libera republica praetores EDICTA ſua in charta propoſuiſſe. At poſtea ſub Imperatoribus mos inoleuit proponendi edicta in marmoribus, vt apud Gruter. *Inſcr. p. DCCXLVII, 4.* in aere, apud eumdem *p. DLXXIII, 4. l. 4. C. Theod. de priuil. eor, qui in ſacr. pal. l. 1. C. Theodoſ. de alim. quae inop.* in mappis linteis, tabulisque ceruſſatis, de quibus Salmaſ. *ad Hiſt. Aug. p. 355.* Iac. Gothofr. *Commentar. in Cod. Theodoſ. Tom. II. p. 420.* Mabillon. *de re dipl. Lib. I. Cap. 9.* immo et in chartis, de quibus, ipſaque eas conficiendi ratione, diſſerit laudatus Salmaſ. *ibid. p. 444. ſequ.* Potuit ergo ipſe Iulianus vetus edictum, additis his verbis, ad temporum ſuorum rationem accomodaſſe. HEIN.

¶. 9. Ceterum quum Praetores pro arbitrio varie populo iura annua redderent: C. Cornelius Sulla, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis, legem tulit, vt Praetores ex EDICTIS ſuis perpetuis ius dicerent, quae res tum gratiam ambitioſis praetoribus, qui varie ius dicere adſueuerant, ſuſtulit; quemadmodum Aſcon. Paedian. *in Ciceronis Cornelianam* tradit. Lata haec lex Cornelia anno ab V. C. DCLXXXVI. eiusque hiſtoriam dedit Dio Caſſ. *Lib. XXXVI. p. 19.* Sed centum annis prius anno ab V. C. DLXXXV. ſimile prodierat SC. VTI PRAETORES EX SVIS PERPETVIS EDICTIS IVS DICERENT, quod SC. ſeruatum eſt in Actis diurnis P. R. vel eorum potius fragmentis, apud Pigh. *Annal. Rom. Tomo II. p. 378.* Reineſ. *Claſſ. IV. inſcr. 2.* et Dodwell. *Praelect. Cambden. p. 665.* HEIN. ¶. 10. Demum haec EDICTA, varie diſperſa, Salu. Iulianus, Hadriani temporibus, collegit, et in ordinem digeſta EDICTI PERPETVI titulo edidit, vt Iuſtinianus in *l. 2. C. de vet. iur. enucleand.* et *l. 10. C. de condict. indeb.* ſcribit. Eutrop. *Lib. VIII. Cap. 9. Poſt eum Didius Iulianus rempublicam inuaſit, vir nobilis, et iurisperitus, nepos Saluii Iuliani, qui ſub diuo Hadriano* PERPETVVM *compoſuit* EDICTVM. Adquam EDICTI compoſitionem ipſius Hadriani, atque adeo Senatus, auctoritatem acceſſiſſe, hoc addito, vt ſi quid in Edicto poſitum non inueniretur, hoc ad eius regulas eiusque coniecturas et imitationem noua poſſit conſtituere principalis auctoritas, Iuſtinianus in *d. l. 2. C. de vet. iur. enucl.* teſtatur.

¶. 11. Porro hoc EDICTVM perpetuum *titulis* pro rerum materiaeque varietate diſtinctum fuiſſe, ex eo patet, quod inſcriptiones capitum, quae ex Caii *ad Edictum praetoris urbani libris* deſumta ſunt, hoc modo concipiuntur: *Ad* EDICTVM *praetoris vrbani,* TITVLO *de praediatoribus: Ad* EDICTVM *praetoris vrbani,* TITVLO *de publicanis:* ſimiliterque TITVLO *de liberali cauſſa:* TITVLO *de aqua pluuia arcenda:* TITVLO *de damno infecto:* TITVLO *de re iudicata:* TITVLO *qui neque ſequantur, neque ducantur:* TITVLO *de teſtamentis:* TITVLO *de legatis:* TITVLO *de noui operis nunciatione.* Inde haec Vlpiani *Lib. XI. ad Edictum: Vtilitas huius* TITVLI *non eget commendatione, ipſa ſe oſtendit. Nam ſub hoc* TITVLO *pluriſariam Praetor hominibus vel lapſis, vel circumſcriptis, ſubuenit. l. 1. D. de in integr. reſtit.* Idem *Lib. XXVI. ad Edictum: Quoniam multa, ad contractus varios pertinentia iura, ſub hoc* TITVLO *praetor inſeruit: ideo rerum creditarum* TITVLVM *praemiſit.* Et mox: *Ideo ſub hoc* TITVLO *Praetor et de commodato, et de pignore, edixit.* Hos porro titulos minio notatos fuiſſe argumento eſt, quod idem Vlpianus *Lib. LXVII. ad Edictum: Reciperandae,* inquit, *poſſeſſionis cauſſa proponuntur ſub* RVBRICA: VNDE VI *Aliquot enim ſub hoc* TITVLO *interdicta ſunt l. 2. §. vlt. D. de interdict.* ¶. 12. Quamuis vero hoc a Iuliano compoſitum edictum, PERPETVI nomen ſibi merito vindicet in libris noſtris, cuius ordinem ſe in libris Epitomarum iuris ſequutum profitetur Hermogenianus: *l. 2. D. de ſtat. hom.* tamen et variis aliis nominibus venit. Vocatur enim EDICTI PERPETVI auctoritas; *l. 11. C. de praed. min. l. 3. C. de edendo.* iuris auctoritas. *l. 10. Cod. Greg. de pact.* HEIN. [EDICTI perpetui curſus: *l. 6. C. qui adm. ad bon. poſſ.*] forma conſtituta: *l. 1. C. de inoffic. teſt.* forma iuris: *l. 1. C. ſi tut. vel curat. intern.* forma iurisdictionis: *l. 5. §. 1. D. vt legat. vel fideic. cauſſ. cau.* iurisdictionis tenor: *l. 5. C. de his, quae vi metusue cauſſ.* perpetua iurisdictio: *l. 2. C. de reſtit. milit.* indubitatum ius: *l. 2. C. Gregor. de pact.* ius perpetuum: *l. 5. C. de adpellat.* HEIN. iurisdictionis origo: *l. 2. C. de condit. inſert.*

¶. 13. Hinc loquutiones: EDICTO PERPETVO proponitur actio: *l. vlt. C. de luit. pign.* Ex eo competit actio: *l. 5. D. de extraord. act.* EDICTI perpetui beneficium: *l. 2. C. quand. non petent.* EDICTO perpetuo cauetur; *l. 11. C. de collat.* decernitur: *l. vlt. D. de adpell. recipiend.* declaratur: *l. 19. C. ad SC. Velleian.* Illud manifeſto declarat: *l. 2. C. de ſent. reſcind.* EDICTI perpetui exemplum: *l. 77. §. 29. D. de legat. II.* [Eo expreſſum eſt: *l. 5. C. de procurat.*] EDICTI perpetui forma: *l. 9. C. de collat. l. 2. C. de condit. inſert. l. 1. C. vti poſſid. l. 3. l. 4. C. de his, quae vi metuſu. cauſſa* eius interpretatio: *l. 2. C. quod cum eo.* EDICTO perpetuo permittitur, (aut, quod magis puto, promittitur) actio: *l. 2. C. rer. amot. l. vlt. C. de reuoc. iis, quae in fraud.* Ex EDICTO petere bonorum poſſeſſionem: *l. vlt. C. de ſucceſſ. edict. l. 2. C. quor. bonor.* Quae EDICTO perpetuo praecipiuntur: *l. 52. §. 6. D. de obl. et act.* Eo promittitur beneficium: *l. 1. C. ſi aduerſ. ſolut.* in integrum reſtitutio: *l. 1. C. de alienat. iudic. mut. cauſſ.* Eo proponitur praeiudicium: *l. 9. C. de patr. poteſt.* EDICTI perpetui ratio: *l. 13. C. de procurat.* EDICTVM perpetuum ſcriptum eſt. *l. 2. §. 1. D. de iur. fiſc.*

¶. 14. Quaedam huius EDICTI perpetui capita ſingulare nomen habent. Sic EDICTVM de alterutro: *l. 7. C. Theod. de teſt. et codicill. l. vn. §. 3. C. rei vxor. act. toll.* Carbonianum: quod ſolum auctoris ſui nomen retinuit: *tit. de Carbon. edict.* EDICTVM de furtis: *l. 59. §. 1. D. de manumiſſ. teſtam.* EDICTVM nouum, cuius meminit *l. 1. §. 13. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* EDICTVM ſucceſſorium. *tit. D. et C. de ſucceſſ. edict.* ¶. 15. Haec ad EDICTA a magiſtratibus perpetuae iurisdictionis cauſſa propoſita pertinent. Vt ad alias eorum ſpecies progrediamur, quae, prout res inciderent, proponebantur: talia ſunt EDICTA, quae proconſules, antequam prouinciarum ſibi decretarum fines ingrederentur, *de aduentu ſuo mittebant, continentia commendationem aliquam ſui. l. 4. §. 3.*

D. de

D. de offic. proconſ. ¶. 16. Eos porro, qui ſui copiam non facerent, magiſtratus EDICTIS adeſſe iubebant: quod his, quae ſubieci teſtimoniis comprobatur. Si tribus EDICTIS a praefecto aerarii delator adeſſe iuſſus: *l. 15. §. 34. D. de iur. fiſc.* Praeſides prouinciarum circa requirendos adnotatos, hoc debent facere, vt eos quos adnotauerint, EDICTIS adeſſe iubeant, vt poſſit innoteſcere eis, qui adnotati ſunt: *l. 1. §. 2. D. de requir. vel abſ. damn.* Potuit EDICTO deſiderare, vt eos praetor adeſſe iuberet: *l. 2. §. 41. D. ad SC. Tertull.* Trinis litteris vel edictis conuentus: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 5. §. 7.* Iudex EDICTIS legitimis proponendis eum citari curabit: *l. 2. C. vbi in rem act.* Eoque modo EDICTIS *euocari* abſentes dicebantur. Si neque delator, neque poſſeſſor, tribus EDICTIS euocati adfuerunt: *l. 2. §. 3. D. de iur. fiſc.* Tribus EDICTIS euocati non reſpondent: *l. 15. §. 34. l. 42. §. vlt. D. eod. tit.* Tribus propoſitis EDICTIS euocati: *l. 53. §. 1. D. de re iudic.* litteris vel EDICTIS euocatus: *l. 20. §. 6. in fine D. de hered. petit.* EDICTO propoſito euocatis adfinibus atque amicis: *l. vlt. D. vbi pupill. educ.* EDICTIS vocati: *l. 51. C. de decurion. Lib. X. Nouell. CXII. Cap. 3. princ.* Καὶ εἰ τοῦτο μηδαμῶς ποιήσοι, προτιθεμένων τριῶν ἐδίκτων, αὐτὸν καλεῖσθαι, μιᾶς ἑκάστης κλήσεως οὐκ ἔλαττον, ἢ τριάκοντα ἡμερῶν, διαστήματι περικλειομένης. κελεύομεν γὰρ, τοὺς ὀρδιναρίους δικαστὰς, ἤγουν τοὺς ἐμβαθμοὺς, μὴ μόνον ταῖς τῶν κηρύκων φωναῖς, ἀλλ᾽ ἔτι μὴν καὶ ἐδίκτων προτιθεμένων, ἀπολιμπανόμενον καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. *Et ſi id nequaquam fecerit, tribus* EDICTIS *propoſitis vocetur, vnaquaque vocatione non minori, quam triginta dierum, ſpacio circumſcribenda. Iubemus enim ordinarios iudices, embathmos ſcilicet, non ſolum voce praeconis, ſed et* EDICTIS *propoſitis, vnamquamque litigantium partem abſentem in iudicium vocare.* Secundum quae, ſi tutor datus non compareret, ſolebat EDICTIS euocari: *l. 7. §. vlt. D. de ſuſp. tut.* EDICTIS etiam a praetore euocari oportuiſſe eos, qui fideicommiſſam libertatem debebant, traditur in *l. 26. §. 9. D. de fideicomm. libert.* Accuſatores etiam, ſi poſt accuſationem inſtitutam et ſatisdationem praeſentes non eſſent, EDICTO admonendos eſſe, vt veniant ad cauſſam agendam, conſtituit Alexander Imp. *l. 3. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Et ita, qui ad EDICTVM non reſpondebant citati, habebantur contumaces, quippe qui neque denunciationibus, neque EDICTIS praeſidum, obtemperaſſent. *l. 5. §. 1. D. de poen.* ¶. 17. Ad hanc EDICTORVM ſpeciem pertinet PEREMTORIVM, quod inde hoc nomen ſumſit, quod perimeret diſceptationem, hoc eſt, vltra non pateretur aduerſarium tergiuerſari. *l. 70. D. de iudic. l. 2. C. quomod. et quand. iud.* Tertullian. *in libro de pudicit. Cap. I. Audio, etiam* EDICTVM *propoſitum eſſe, et quidem* PEREMTORIVM. Hoc et *vnum pro omnibus*, in *l. 22. D. de iudic. l. 1. C. quom. et quand. iudic.* ſeu *vnum pro tribus* adpellabatur. *l. 53. §. 1. D. de re iudic.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 5. §. 7.* Ad quod hoc ordine veniebatur, vt primo quis peteret poſt abſentiam aduerſarii EDICTVM *primum*, mox *alterum*, per interuallum non minus decem dierum, dein *tertium*: quibus propoſitis, tunc PEREMTORIVM impetrabat. In quo comminabatur is, qui EDICTVM dabat, etiam abſente diuerſa parte

cogniturum ſe, et pronunciaturum. *l. 68. l. 69. l. 70. l. 71. D. de iudic.* Et hinc intelligendus EDICTORVM *ordo*, in *l. 72. §. vlt. l. 75. D. eod. tit.* Eiuſmodi trium EDICTORVM fit mentio *l. 2. §. 3. l. 15. §. 34. l. 42. §. vlt. D. de iur. fiſc. l. 53. §. 1. D. de re iud. l. 4. l. 9. C. quom. et quando iud.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 5. §. 7.* Nonnumquam autem PEREMTORIVM edictum poſt tot numero edicta, quae praeceſſerant, dabatur: nonnumquam poſt vnum vel alterum: nonnumquam ſtatim. *l. 72. D. de iudic.* EDICTA autem huiuſmodi DARI dicebantur. *l. 55. l. 82. D. eod. tit.* ¶. 18. Haec de magiſtratuum EDICTIS. Sunt et EDICTA Imperatorum: *l. 14. D. de condit. et demonſtr.* ſeu Principum: *l. 7. §. 7. D. de pact. l. 1. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 1. D. de conſtitut. princ. §. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil.* vbi Theophilus EDICTVM dici, ait, πᾶν, ὅπερ ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς ὁρίσει ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν τῶν ὑπηκόων εὐταξίαν καὶ λυσιτέλειαν. *omne, quod proprio motu Imperator, ad ſubditorum honeſtatem vtilitatemque conſtituit.* Qualia ſunt EDICTA Diui Auguſti: *l. 8. D. de quaeſt. l. 27. D. de liber. et poſtum.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 71.* Diui Claudii: *l. 14. §. 2. l. 15. D. de leg. Corn. de falſ. l. 1. C. de Latin. libert. toll.* Domitiani: *l. 2. D. de cuſtod. et exhib.* Diui Neruae: *l. vlt. D. ne de ſtatu defunct.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 66.* Diui Traiani: *l. 13. D. de iur. fiſc. l. 5. §. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 1. C. de Lat. lib. toll.* Diui Hadriani: *rubr. C. de edict. D. Hadr. toll. Nouella Valentiniani de teſtamentis.* D. Pii: *l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Diui fratres EDICTO admonuerunt: *l. 39. D. de religioſ.* Ac plane EDICTA quaedam fuiſſe ADMONITORIA, vel MONITORIA, docuimus *Lib. III. de formul. Cap. V. p. 275.* quo de genere Calliſtratum *libros ſex* ſcripſiſſe accepimus, qui in Pandectis interdum EDICTORVM *monitoriorum*, interdum EDICTI *monitorii*, nomine veniunt, et alias *ad* EDICTVM *monitorium* inſcribuntur. Vt ad Imperatorum EDICTA redeamus, talia porro fuere Diui Marci: *l. 3. C. ſi aduerſ. fiſc.* et Imperatoris Antonini, id eſt, Baſſiani Caracallae. *l. 3. §. 1. D. de decurion.* Laudantur etiam EDICTA Germanici Caeſaris, exercitui procul dubio propoſita. *l. 4. §. 13. D. de re milit.* ¶. 19. Denique de his principum EDICTIS adhuc notandae loquutiones: EDICTO admonuerunt: *l. 39. D. de religioſ.* continetur: *l. 4. §. 1. D. de Aedil. edict.* expreſſum eſt: *l. 20. D. de nou. op. nunciat.* Ita EDICTVM ſe habet: *l. 10. D. de collat. bonor.* Ita EDICTVM ordinatum videtur: *l. 13. D. rer. amotar.* EDICTI pars: vid. *Lib. XIV.* ſub PARS. EDICTO fieri praecipiuntur: *l. 52. §. 6. D. de obligat. et act.* EDICTO praecepit: *l. 1. D. de conſt. princ. l. 15. D. de leg. Corn. de falſ. §. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil.* EDICTO praefinita tempora: *l. 3. C. de iur. deliber.* caput mandatorum ſub EDICTO propoſuit: *l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.* EDICTA enim PROPONI et PENDERE dicebantur, vt ſuis locis demonſtrabimus. EDICTO ſignificatur: *l. 13. D. de iur. fiſci.* EDICTO propoſito ſtatuit: *l. 3. §. 1. D. de decurion.* EDICTO vetuit. *l. vlt. D. ne de ſtat. defunct.* Horat. *Lib. II. Epiſt. I. v. 239.*

EDITIO, pro natiuitate. *l. 2. §. 6. D. de decurion.* Sic EDITIO filii: *d. l. 2.* foetus: *l. 71. §. vlt.*

§. vlt. D. de vſufr. partus. *l. 2. §. 2. D. de decur.* ¶. 2. EDITIO pro exhibitione ſpectaculi. *l. 5. D. de pollicit.* Sic EDITIO certaminis: *l. 1. C. de expenſ. ludor. Lib. XI.* [lodorum: Lipſ. *ad Tacit. Annal. III, 37.*] muneris: *l. 10. D. de pollicitat. l. 1. C. de peric. ſucceſſ.* EDITIONES ſpectaculorum. *l. 2. D. de offic. rector. prouinc.* ¶. 3. EDITIO, ἔκδοσις, vt EDITIO actorum: *l. 2. C. vt lit. pendent.* inſtrumentorum ſine die et Coſ. fieri debeot; *l. 1. §. 2. D. de edend.* precum: *l. 20. C. de leg. Corn. de falſ.* rationum. *l. 4. §. 4. D. de edend.* ¶. 4. EDITIO, praeſtatio, vt EDITIO operarum. *l. 50. D. de oper. libert.*

EDITITIVS, A, VM. EDITITIVS iudex, vt Seruius *ad Virg. Eclog. III. v. 50.* et qoidem ad verba:

Audiat haec tantum vel, qui venit ecce, Palaemon,

EDITITIVS *iudex eſt, quem vna pars eligit.*

EDITVS, VS, pro excrementis vel ſtercore. Sic EDITVS *bubum*, quo in quibusdam prouinciis pro lignis in ſoco vtuntur: *l. 55. §. 6. D. de legat. III.* [vbi ridicule Gloſſa EDITVM *bubum* exponit, quod boues comedunt.] Et ſane EDERE de ea re eleganter vſus eſt Columella *Lib. II. Cap. 15. Auium primum ſtercorum habetur, quod ex columbariis egeritur: deinde quod gallinae, ceterique volucres* EDVNT: *exceptis tamen paluſtribus, aut nantibus, vt anatis et anſeris: nam id noxium quoque.* HEIN.

EDO.

EDOCERE litteras: *l. 6. §. 7. D. de ſtat. lib.* EDOCERE teſtator: *l. 8. C. qui teſt. fac. poſſ.* EDOCTVS is, cuius de ea re notio eſt. *l. 8. D. de calumniat.* EDOCTVS ſui iuris. *l. 11. §. vlt. D. de interrogat. in iur. fac.*

EDV.

EDVCARE, alere eſt. Sane rogatus, vt quemdam EDVCET, ad victum neceſſaria, item veſtiarium, et habitationem, ei praeſtare cogendus eſt. *l. vlt. D. de alim. vel cibar. leg.* Donec binos liberos EDVCAVERITIS: *l. 77. D. ad SC. Trebell.* EDVCARI, id eſt, nutriri: *l. 1 C. de diuort. fact.* EDVCATVR filius apud patrem: *l. 3. C. de alend. lib.* apud ſubſtitutum: *l. 1. §. 1. D. vbi pupill. educ.* cum matre: *l. 8. D. de condit. et demonſtr.* Illic EDVCATVS: *l. 1. §. 15. D. ſi quid in fraud. patron.* EDVCATVS quaſi liber, qoum ſeruus eſſet: *l. 12. §. 2. D. de lib. cauſſ.* EDVCATVS a patre et matre: *l. 1. D. de obſequ. parent.* Ab alio EDVCATVS, nomine patris vocitatus. *l. 29. D. de manum. teſt.*

EDVCATIO, παιδοτροφία, vt vocatur *l. 5. §. 2. D. de iur. immunit.* liberorum: *l. 1. §. 3. D. de iuſtit. et iur.* EDVCATIONIS exhibitio: *l. vlt. C. de alim. pup. praeſt.* EDVCATIO pupillorum. *l. 1. C. vbi pupill. educ.*

EDVCATOR, *l. 13. D. de manumiſſ. vind.* et apud Quinctilian. *in argum. Declam. CCCLXXII. et CCCLXXVI.* [et apud Apulei. *Lib. X.*

de aſin. aur. p. 259.] Ita vocatur, qui educat tenellum, alias *nutricius*, τροφεύς, vt in marmore: NVTRICIO SVO ET MATRI BENE MERENTI. Tales EDVCATORES parentum honore digni cenſebantur. *l. 1. D. de obſequ. par.* Vnde et mater, quae in hoc marmore *nutricio* iungitur, nutrix videri poteſt, vti apud Plaut. *in Menaechm. Prolog. v. 19.*

Ita forma ſimili pueri, vt MATER *ſua*
Non internoſſe poſſet, quae MAMMAM *dabat:*
Neque adeo MATER *ipſa, quae illos pepererat.*

Et in illis Virgilii *Aen. VIII. v. 632.*

Et lambere MATREM
Impauidos.

vbi manifeſto mater, vt Nonius obſeruauit, eſt nutrix. Vid. Coler. *Parerg. Cap. XXVI.* HEIN.

EDVCERE aquam: *l. 29. D. de ſeru. praed. ruſt.* [EDVCTVS carcere: *l. 2. C. Theod. de cuſt. reor. Lib. IX. tit. 3.*] EDVCTA ad magiſtratus: Quinctil. *Declam. CCLIX.* EDVCERE de domo teſtes. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IX. §. 3.*

EDVLIA. *l. 6. §. vlt. D. de offic. proconſ.*

EDVLITAS, vocabulum oihili, quod nonnulli ſibi reperiſſe videntur in *l. 17. D. de compenſat.* vbi verba Papiniani ita legunt: *Ideo accuſatus, quod arctiorem annonam* EDVLITATIS *tempore praebuit.* Ita ſane legendum putat Duaren. *Lib. I. Diſput. anniuerſ. Cap. 26.* per *edulitatem* intelligens donarium, ſeu largitionem principis, eam ſignificationem vocis deprehendere ſibi viſus apud Lamprid. *in Alexandro Cap. XXII.* Sed vti apud Lampridium non legitur *edulitas*, ſed *vilitas*, quam lectionem omnes meliores editiones praeferunt: ita in *l. 17. D. de compenſat.* Codex Florentinus habet *aedilitas*, eamque lectionem iam Budaeus, Alciatus, et Haloander reſtituerant, vt mirum ſit, Duarenum, ſolo critices odio, quo mirifice flagrabat, inductum, fruge reperta glandibus veſci maluiſſe. HEIN.

EFF.

EFFECTVM, neutro genere, pro effectu. [Sine EFFECTO. *l. 11. C. Theod. de legat. Lib. XII. tit. 12.*] Ita et veteres, veluti Quinctilian. *Lib. VIII. Inſt. Orat. Cap. 3. Ex cauſſis*, EFFECTIS, *et ſimilibus.*

EFFECTVS, VS, pro vi et poteſtate accipitur. Huc pertinent illa: EFFECTVS hic eſt: *l. 23. §. 3. D. de reb. dub.* Nullum EFFECTVM hoc habet: *l. 7. D. de admin. et peric. tut.* EFFECTV niti: *l. 3. C. de repud.* Alias varia huius vocabuli ſyntaxis eſt, vt EFFECTVM *accipere*: ad EFFECTVM *adducere*: EFFECTVM *adhibere*: *continere*: EFFECTVS *eſt*: EFFECTVM *habet*: EFFECTV *nititur*: EFFECTVM *obtinet*: ad EFFECTVM *perducere*: EFFECTV *potiri*: EFFECTVS *ſequitur*, EFFECTVM *ſortiri*: EFFECTVM *ſionere*: EFFECTVI *tradere*, ceu ſequentia docebunt

exempla, eodem ordine alphabetico diſpoſita. Per eos, qui iuri dicundo praeſunt, EFFECTVS rei accipitur: *l. 2. §. 13. D. de orig. iur.* Ad EFFECTVM adducere vigorem rei iudicatae: *l. 8. C. de exſequ. rei iud.* EFFECTVM adhibere rebus iudicatis: *l. 32. C. de transact.* EFFECTVM continent verba: *l. 4. D. de vſur.* EFFECTVS erit exactioni: *l. 43. §. 1. D. de iure dot.* nunciationi: *l. 1. §. 15. D. de nou. op. nunc.* EFFECTVM habent accuſatio: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill.* actus: *l. 18. D. de caſtr. pecul.* codicilli: *l. 12. §. 5. D. de capt. et poſtl. reu.* conſtitutio: *l. 7. §. 8. D. de donat. int. vir. et vx.* enumeratio: *l. 12. D. de legat. I.* inſtitutio: *l. 4. D. de hered. inſtit.* liberatio legata: *l. 7. §. vlt. D. de liberat. leg.* res. *l. 38. §. 4. D. de verb. oblig.* Contra EFFECTVM non habent cauſſae: *l. 54. D. de condict. indeb.* decretum: *l. 1. §. 1. quod quisqu. iur.* donatio: *l. 2. D. de iur. dot.* negotium: *l. 10. §. 1. D. de neg. geſt.* nunciatio: *l. 5. §. 1. D. de nou. op. nunc.* operae: *l. 1. D. de oper. libert.* petitio: *l. 8. D. de bon. libert.* quaedam ſi exprimantur: *l. 68. D. de hered. inſtit.* EFFECTV niti: *l. 3. C. de repud.* EFFECTVM partis obtinere: *l. 33. §. 1. D. de vſur.* Ad EFFECTVM perduci: *l. 9. D. de obl. et action. l. 7. D. de ann. legat.* EFFECTV ſceleris potiri: *l. 1. D. de extraord.* EFFECTVS venditionis ſequutus: *l. 8. §. 6. D. quib. mod. pign.* EFFECTVM ſortitur ſententia: *l. 1. C. ſi moment. poſſ.* EFFECTVM ſumit diuiſionis placitum traditione vel ſtipulatione: *l. 45. D. de pact.* [EFFECTVI tradere: *l. 8. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] Et ita accipi debet EFFECTVS beneficii: *l. 6. D. de ſeru. export.* conſtitutionis: *l. 91. D. de verb. obl.* corporalis: *l. 12. C. de praeſcr. long. temp.* inſtans: *l. 11. C. de oper. publ.* iuris: *l. 18. C. ad leg. Iul. de adult.* [*l. 5. C. quom. et quand. iud.*] iurisiurandi: *l. 11. §. 1. D. de iureiur.* legati: *l. 30. D. de legat. I. l. 29. D. de liberat. leg.* rei: *l. 2. §. 13. D. de orig. iur. l. 47. D. de cond. et demonſtr.* rei iudicatae: *l. 2. C. comminat. epiſtol.* rerum: *l. vlt. C. de donat.* ſententiarum: *l. 1. C. de effect. ſent.* ſucceſſionis: *l. 9. D. de his, quae vt indign.* traditionis: *l. 33. C. de donat.* venditionis. *l. 8. §. 6. quib. mod. pign.* ¶. 2. EFFECTV, in libris noſtris, idem ac re ipſa, facto ipſo, ipſa re. *l. 10. D. de vſu et habit. l. 1. §. 19. D. vt legat. ſeu fideic. l. 54. §. vlt. D. comm. diuid. l. 5. §. vlt. D. commodat. l. 5. §. 1. D. quod cum eo. l. 15. D. de legat. praeſt. l. 14. §. 14. D. quod met. cauſſ.* Hinc opponuntur CVM EFFECTV et *prima ratione. l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend.* CVM EFFECTV et *verbotenus: l. 1 §. 1. D. quod quisqu. iur.* ¶. 3. CVM EFFECTV, quod non fruſtraneum eſt Hinc illa verba: CVM EFFECTV accipere: *l. 5. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius vocab. l. 41. D. de verb. ſignif. l. 5. §. 1. D. quod quisqu. iur.* fraus CVM EFFECTV accipitur: *l. 1. D. de ſtatulib.* CVM EFFECTV inſtituere querelam: *l. 25. §. vlt. D. de inoffic. teſt.* percipere quadrantem: *l. 15. §. 4. D. ad leg. Falcid.* petere: *l. 5. C. de donat. ant. nupt.* vim paſſus: *l. 14. §. vlt. D. quod met. cauſſ.* fundus CVM EFFECTV in familia relinquitur: *l. 67. §. 5. D. de legat. II.* CVM EFFECTV non obligata: *l. 8. §. 12. D. ad SC. Velleian.* Contra frequenter res ſine EFFECTV eſſe dicitur: *l. 7. C. de donat. ante nupt. l. 19. D. de bon. poſſ. contra tab.* itemque non ſine EFFECTV. *l. 10. §. 2. D. de fideiuſſ.*

EFFERRE, de funere dicitur. EFFERRE cadauera mortuorum: *l. 5. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.* EXTVLIT maritum vxor. *Nouell. II. praef. §. 1.* ¶. 2 [Inde ELATVS, pro ſublimi. ELATI tituli eminentium dignitatum: *l. 74. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.*]

EFFERVESCERE dicitur iracundia. *l. 17. §. 4. D. de Aedilit. edict.* Sed ſenſus ipſe ibi poſtulat DEFERVESCERE. Ait enim Vlpianus: Non eſſe ſeruum fugitiuum, *qui in hoc tantum latuerit, quoad iracundia domini* DEFERVESCERET. Nemo enim latitat, quoad alterius ira *efferueſcat*, ſed quoad *deferueſcat*. Simile mendum irrepſit in Ciceron. *Lib. IX. ad famil. Epiſt. 2.* quod quamuis omnes codices MSS. teſte Victorio, praeferant, mendum tamen eſſe, recte cenſet Io. Ge. Graeu. *in Notis.* HEIN.

EFFICACIA. Cum EFFICACIA benignus: *l. 37. D. de vſur.* Par EFFICACIA. *l. vlt. C. qui admitt.*

EFFICACITAS. *Nouella Theodoſii, et Valentiniani, de locis reipubl.*

EFFICACITER actio dirigitur: *l. 6. C. ad SC. Macedon.* inſtituitur. *l. 34. §. 5. D. de legat. II.* EFFICACITER agere: *l. 27. §. 6. D. de pact.* exheredatum eſſe: *l. 61. D. de hered. inſtit.* experiri: *l. 9. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* relicta libertas. *l. 24. §. 21. D. de fideic. libert.*

EFFICAX, quod effectum vel exitum habet. EFFICAX conditio: *l. 44. §. 1. D. de obl. et act.* denunciatio: *l. vlt. C. debit. vend.* inſtantia: *l. 6. C. de poſtlim. reuerſ.* interdictum: *l. 3. §. 8. D. vti poſſid.* EFFICACIOR libertas: *l. 37. D. de legat. II.* [EFFICAX magiſteria, in *l. 2. C. Theod. de quaeſt. magiſtr. off. Lib. VI. tit. 9.* nihil aliud eſt, quam magiſteria, ſeu dignitas magiſtri officiorum, maxime actuoſa. Eo ſenſu, quo *Herculem* EFFICACEM dixit Horat. *Epod. III.* Iac. Gothofred. *in Comment. ad ill. loc.*] EFFICAX obligatio: *l. 9. C. ad SC. Vellei.* EFFICACISSIMAE ſunt quaeſtiones ad quaerendam veritatem: *l. 8. D. de quaeſt.* EFFICAX traditio: *l. 6. §. 2. D. commun. praed.* EFFICACIA non ſunt verba. *l. 52. D. de manu miſſ. teſtam.*

EFFICERE, iurisconſulti plerumque pro *facere*, EFFICI pro *fieri* vſurpant. Sic: EFFICITVR actio vtilis, aut inanis: *l. 24. D. de liber. cauſſ.* EFFECTA eſt ipſius propria actio: *l. 36. §. 2. D. de hered. petit.* EFFICIVNT actum inanem: *l. 11. D. de obl. et action.* EFFECTI legitimae aetatis: *l. 2. C. ſi mater indemn. promiſ.* EFFICERE alienationem: *l. 8. D. locat.* EFFECTA ancilla: *l. 56. D. ſolut. matrim.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 10. §. 2.* EFFECTVS annorum quatuordecim: *l. 22. D. quand. dies legat. vel fideic. ced.* EFFECTVM quid ex auro: *l. 27. §. 4. D. de aur. arg. leg.* EFFECTA melior cauſſa: *l. 12. D. quib. mod. pign. l. 1. §. 1 D. de poen. l. 3. D. quae res pign. l. 1. §. 4. D. de publican.* EFFICI ciuem Romanum: *l. 3. §.*

l. 3. §. 1. D. de ſuis et legit. hered. l. 17. D. de ſtat. hom. EFFICIT corpus commune: *l. 7. §. 8. D. de adqu. rer. dom.* EFFECTVS compos mentis: *l. 1. D. de bon. poſſeſſ. furioſ.* EFFICERE maiorem condemnationem: *l. 8. D. locat.* EFFICERE conditionem nou deteriorem, ſed meliorem: *l. 12. §. 8. D. de capt. et poſtlim.* conditio dora EFFECTA eſt: *l. 3. D. de publican.* EFFICITVR vana datio: *l. 14. D. de iur. codicill.* EFFECTA conditionalis datio, quae pura erat: *l. 9. D. de adimend. legat.* EFFICITVR debitor. *l. 1. D. de auct. et conſenſu tut. l. 9. §. 7. D. de pecul.* minus idoneus debitor: *l. 15. D. de adminiſtr. et peric. tut.* EFFECTVS deterior fundus facto emtoris: *l. 4. D. de leg. commiſſor.* ſeruus apud emtorem: *l. 45. D. de act. emt. l. 14. §. 6. D. de ſeru. corrupt.* deterior EFFECTA res: *l. 8. §. 1. D. de peric. et commod. rei vend. l. 5. D. ſolut. matr.* Domini res continuo EFFICIT: *l. 14. D. de donat.* EFFICI in dominio alicuius: *l. 9. §. 1. D. de iure dot.* Statim eam dominum EFFICIT: *l. 9. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* EFFICI quis dominus rei: *l. 62. D. eod. tit.* totius rei: *l. 23. §. 2. D. de rei vindic.* poſſeſſionem tenens, dominus EFFECTVS eſt; *l. 4. C. ſi quis alteri.* neque ſtatim per traditionem poſſeſſionis dominus EFFECTVS eſt. *l. 1. C. ſi quis ignor. l. 16. C. de donat. int. vir. et vxor.* dominus ſerui EFFECTVS; *l. 8. D. de furt.* Non EFFICIVNTVR domini: *l. 1. D. ſi ager. vectig.* EFFICITVR dotalis fundus: *l. 9. D. de fund. dot. l. 26. D. de iure dot.* dotalis pecunia: *l. 71. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* dotalis res: *l. 9. l. 27. D. de iur. dot. l. 1. C. de donat. ante nupt.* EFFICITVR dos profectitia: *l. 81. D. de iure dot.* EFFICI nubendo, dotem eſſe: *l. 10. D. de ſponſal.* EFFECTVS exheredatus: *l. 70. princ. D. de bon. poſſ. contr. tab.* EFFICITVR famoſus: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 9.* EFFICERE flumen nauigabile: *l. 10. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* EFFICIVNTVR fructus emtoris: *l. 2. §. 4. D. pro emtor.* fructuarii: *l. 12. §. 5. D. de vſufr.* EFFICITVR fur: *l. 50. D. de pact.* EFFICI heredem: *l. 21. §. 5. D. quod met. cauſ. l. 3. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 7. D. famil. erciſc. l. 14. C. de iur. delib.* adeundo: *l. 43. §. vlt. D. de vulg. et pupill.* inoitum: *l. 12. D. de condit. inſt.* filius heres EFFECTVS patri ſuo: *l. 26. §. 9. D. de condict. indeb.* heres non ex ſucceſſione EFFECTVS: *l. 70. D. de verb. ſignif.* EFFICERE impoſſibilem ſeparationem: *l. 1. §. 12. D. de ſeparat.* EFFICERE militem inter infames: *l. 2. §. 2. D. de his qui not. infam.* EFFECTVS ex amico inimicus: *l. 4. D. de teſtam. milit.* EFFICITVR inteſtata: *l. 19. D. de inoffic. teſtam.* EFFICI ſui iuris dicuntur filiifamilias, patria poteſtate liberati: *l. 11. §. 10. D. de legat. III. l. 10. §. 2. D. de fideiuſſorib. l. 11. §. 1. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 11. §. vlt. D. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 17. C. de donat.* EFFICIVNTVR autem ſui iuris vel morte patris: *l. 11. §. 11. D. de legat. III. l. 15. D. quando dies legat. l. 22. D. ad SC. Trebell.* vel emancipatione: *l. 195. §. 2. D. de verb. ſign. l. 9. C. quod cum eo, qui in al. pot.* Siue morte patris, ſiue alias ſui iutis EFFECTVS: *l. 3. §. vlt. D. de SC. Maced.* Si morte patris, vel deportatione, ſui iuris fuerit EFFECTVS filius: *l. 1. §. 4. D. quando de pecul. act. annal.* Si emancipati a patre fuerunt, vel alio modo ſoi iuris EFFECTI: *l. 38. D. de bon. libert.* Si per emancipatiooem ſui iuris EFFECTI. *l. 5. C. de dol. mal.* Si ſui iuris quocumque modo EFFECTA: *l. vlt. C. de donat. quae ſub. mod.* Filiae ſui iuris EFFECTAE: *l. 28. D. de donat. l. 11. §. 4. D. de donat. int. vir. et vx.* Sui iuris EFFECTVS, qui adrogandum ſe praebuerat: *l. 11. §. vlt. D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab.* Si filius propriae poteſtatis EFFECTVS ſit: *l. 15. C. de iur. delib.* EFFICIMVS ius: *l. 6. D. de iuſt. et iur.* EFFICITVR legatum inutile; *l. 82. D. de legat. II.* EFFICERE liberum: *l. 3. D. de offic. Praet.* Seruus liber EFFICI dicitur, qui ad libertatem perducitur: *l. 1. §. 9. D. de capt. et poſtl.* EFFECTA libera: *l. 4. C. ſi mancip. ita ven.* EFFICI libertum: *l. 13. D. de op. libert. l. 13. D. de legit. tut. l. 8. C. de iur. et facti ign. l. 7. C. de fideic. libert. l. 11. C. de poſtlim. reuerſ.* libertum omnium: *l. 30. §. 5. D. de fideic. libert.* EFFECTI libertioi: *l. 2. D. ad SC. Tertullian.* EFFICI maiorem: *l. 3. §. 1. D. de minorib. l. 15. §. 6. D. quod vi aut clam. l. 14. C. de reb. al. non alien. l. vlt. C. ſi quis ignorans.* Paull. *Sent. Lib. I. tit. 9. §. 3.* EFFICI maiorem centenario: *l. 16. D. de iure patron.* EFFECTA Seiae mancipia: *l. 58. D. de donat. inter vir et vxor.* EFFICI maritum: *l. 4. D. de lib. et poſtum.* olea EFFICITVR arbor: *l. 7. §. vlt. D. de aqu. rer. dom.* EFFICIVNTVR municipes: *l. 23. D. ad municipal.* Nihil EFFECIT, id eſt, nihil egit. *l. 29. D. de teſt. milit* EFFICERE numerum et ſummani: *l. 10. §. ſexto et §. ſeptimo D. de grad. et adfin.* EFFICERE iuſtaa nuptias: *l. 65. D. de rit. nupt.* EFFICERE opus: *l. 24. §. 3. D. locat. l. 113. D. de verb. obl. l. 2. §. 1. D. de oper. publ. l. 51. §. vlt. locati.* id eſt, perfici, vt in *l. 58. D. eod. tit.* EFFECTVM opus: *l. 44. D. de fideiuſſor. l. 137. §. 3. D. de verb. obl.* operis parte EFFECTA; *l. 59. D. locat.* EFFECTA potius, quam iochoata, opera: *l. 2. C. Theod. de oper. publ.* Non EFFICIET partem dimidiam hereditatis: *l. 27. §. 16. D. ad SC. Trebell.* EFFECTVS partus: *l. 14. D. de ſtat. hom.* EFFECTVS vero partus, eſt nondum perfectus. Donatus *in Terent. Andr. Act. I. ſcen 5. v. 35. Non perficere, ſed conari velle aliquid ad ſcelus* EFFECTIO *eſt, etiamſi non poteſt fieri.* HEIN. EFFICERE partum ſuum: *l. 1. §. 12. D. de agnoſc. et al. lib.* EFFECTVS paterfamilias, aut liber: *l. 15. D. de neg. geſt.* ex diuite pauperior: *l. 4. D. de teſtam. tut.* EFFECTA pecunia ex rebus: *l. 31. §. vlt. D. de vſu et vſufr. leg.* EFFICERE rem pignoratam: *l. 25. D. commod.* plus, quam hereditaria portio efficit: *l. 31. D. de condict. indeb.* EFFICITVR portio ex aeſtimatione. *l. 30. §. 3. D. ad leg. Falcid.* EFFICI poſſeſſorem: *l. 6. §. 1. D. ſi ſeru. vindic.* EFFICERE fundi pretium: *l. 67. §. 5. D. de legat. II.* quartam bonorum: *l. 93. D. ad legem Falcid.* quinque: *l. 88. §. vlt. D. eod. tit.* EFFICIO rem tuam: *l. 9. D. de adquir. rer. dom.* Res alicuius EFFICI dicuotur, cum earum dominium ei qoaeſitum eſt: *l. 9. pr. D. de iure dot.* Sic res EFFICIVNTVR mariti: *l. 7. §. 3. l. 9. §. 3. D. de iur. dot.* Seiae: *l. 9. pr. D. eod. tit.* res melior EFFECTA: *l. 64. D. de euict.* Serua poenae efficitur: *l. 5. D. de bon. damn.* EFFICERE alterius aedes alteris ſeruas: *l. 6. D. commun. praed.* Seruus meus EFFECTVS eſt: *l. 49. D. de hered. inſtit.* ſi ſeruus alienus poſtea reus EFFECTVS ſit: *l. 1. §. 13. D. de quaeſtion.* legatarii EFFECTVS eſt ſeruus: *l. vlt. §. 1. in fin. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ſeruus priuati EFFECTVS: *l. 32. §. 6. D. de donat. int. vir. et vxor.* EFFICERE ſeruum: *l. 1. §. vlt.*

D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. EFFICI ſeruus dicitur, qui in ſeruitutem redigitur: *l. vlt. D. qui ad libert. l. 15. D. de tutel. l. 2. D. de bon. poſſ. contr. tabul. l. 23. D. de lib. cauſſ. l. vlt. C. de ſeru. reip. l. 8. D. de manumiſſ. l. 12. D. de captiu. et poſtl.* Ex libero ſeruus EFFECTVS: *l. 83. §. 5. D. de verb. obl.* EFFICI ſeruum poenae: *l. 8. D. de manumiſſ. l. 6. §. 5. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 36. D. de poen. l. 7. D. de his qui ſui vel al. iur. l. 25. §. 3. D. de adqu. vel omitt. hered. l. 1. §. 4. D. de SC. Tertull.* EFFECTVS ſocius: *l. 65. §. 11. D. pro ſoc.* non ſoluendo: *l. 2. C. de diuid. tutel.* EFFICITVR ſors: *l. 58. §. vlt. D. de adm. et per. tut.* EFFICIVNTVR ſponſalia. *l. 14. D. de ſponſal.* id eſt, fiunt, vt *l. 13. D. eod. tit.* vel conſtituuntur. *l. 4. D. eod. tit.* Ex ſumma, quae EFFICIEBATVR: *l. 18. D. de teſtam. milit.* EFFICI tutores fiduciarios: *l. 4. D. de legit. tut.* EFFICERE veram totam orationem: *l. 13. §. 3. D. de reb. dub.* [EFFICIT ſacros vultus, de pictoribus dicitur, in *l. vlt. C. Theod. de excuſat. artif. Lib. XIII. tit. 5.* id eſt, Imperatores pingere.]

¶. 2. EFFICERE cum infinitiuo: EFFICIET Praeſes reſtitui: *l. 2. C. quor. bon.* EFFICIT epiſtolam mitti: *l. 38. D. de dol. mal.* perorari: *l. 14. §. 8. D. de bon. libert.* redundare aquam: *l. 1. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* EFFICIET conditio exſiſtens, non deberi. *l. 1. §. 11. D. ſi cui plus.*

¶. 3. EFFICERE, ne quid fiat. EFFICIT precario dando, ne: *l. 16. D. de obl. et act.* fruſtrando EFFICIAT, ne ad exitum controuerſia deducatur: *l. vlt. D. de procur.* EFFICERE, ne conductor frui poſſit: *l. 35. D. locat. cond.*

¶. 4. EFFICERE quo minus: *l. 29. D. de iur. fiſc. l. 14. D. de SC. Maced.* ſoluere poſſit. *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.* quo minus ſeruiat. *l. 3. §. 15. D. de ſtat. lib.*

¶. 5 EFFICERE, vt. *l. 73. D. ad leg. Falcid. l. 75. D. de verb. oblig. l. 44. §. vlt. D. de iure dot. l. 12. l. 28. D. de reb. auct. iud. poſſ. l. 40. D. de iureiur. l. 7. §. 1. D. de reſcind. vend. l. 75. D. de furt. l. 10. D. de aur. arg. legat. l. 52. D. de condit. et demonſtr. l. 24. D. de manumiſſion. l. 5. D. de donat. l. 87. D. ad leg. Falcid. l. 88. D. de hered. inſtit. l. 12. D. de excuſat. l. 79. D. de ſolut. l. 19. D. de teſtam. milit. l. 43. D. de adminiſtr. et per. tut.* eo ipſo EFFICIET, vt: *l. 33. §. 3. D. de vſurp. et vſuc.* Quo caſu non EFFICITVR per eam, vt: *l. 28. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Ad EFFICIENDVM, vt pro me poſſideam: *l. 3. D. pro ſuo.* EFFICI aeſtimatione, vt: *l. 3. §. 1. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* conditione, vt: *l. 15. D. de ſtat. hom.* nouo conſenſu, vt: *l. 37. D. pro ſoc.* EFFECTVM dolo, vt: *l. 18. §. 4. D. de dol. mal.* EFFICIT dominus, vt: *l. 3. D. pro derelict.* Qua emtione EFFECTVM eſt, vt: *l. 61. D. ad leg. Falcid.* EFFICIT filius, vt: *l. 17. §. 6. D. ad SC. Trebell.* iusiurandum, vt: *l. 40. D. de iureiur.* EFFICIVNT legata, vt: *l. 78. D. ad leg. Falcid.* Eadem ratio EFFICIET, vt: *l. 17. D. de in rem verſ. l. 16. D. pro ſoc.* EFFICIT repetitio, vt: *l. 53. D. de legat. I.* res EFFICIT, vt: *l. 3. D. de ſolut.* EFFECTVM ſtudio heredis. *l. 53. D. de fideic. libert.*

¶. 5. Quemadmodum porro frequens eſt loquutio, QVO FACTVM EST: ita ſaepe apud noſtros legas: Et ſic EFFECTVM eſt, vt: *l. 84. D. de cond. et demonſtr. l. 11. D. de vſur. l. 53. D. ad leg. Aquill.* Hoc modo EFFECTVM, vt: *l. 2. §. 9. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Qua cauſſa EFFECTVM eſt, vt. *l. 84. D. de condit. et demonſtr.* Per quod EFFECTVM eſt: vt. *l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 64. Per hoc* EFFECTVM *eſt, vt te conſulerem.*

¶. 6. EFFICERE quid dicuntur omnes fere res. EFFICIT actio, vt rationes aduerſarii exhibeantur: *l. 19. D. ad exhib.* EFFICIT aequitas rei: *l. 6. D. ſi tab. teſt. exſt.* EFFICI poteſt per arbitrum: *l. 44. §. 7. D. famil. erciſc.* EFFICIAT praeſidis religioſa conſtantia: *l. 15. D. de incend. ruin. naufr.* EFFECTVM eſt multis conſtitutionibus: *l. 11. §. 16. D. de act. emt. vend.* EFFECTA hereditas per conſtitutiones: *l. 2. §. 2. D. fam. erciſc.* Quod maiur pars curiae EFFECIT, id eſt, egit: *l. 19. D. ad municipal.* EFFICITVR edicto: *l. 5. D. de publican.* EFFICI iure: Quinctilian. *Declam. CCLIV.* EFFICIT lex: *l. 11. D. de diuort.* Quod prouidenter lex EFFICIT: *l. 1. D. de tign. iunct.* Marcus oratione in Senatu habita: *l. 8. D. de transact. l. 2. D. de fer.* EFFICERE paciſcendu: *l. 91. D. de pact.* pactionibus et ſtipulationibus: *l. 3. D. de vſur.* EFFICIT genuina pietas: *l. 3. §. 4. D. de lib. hom. exhibend.* EFFICIT regula iuris: *l. 12. §. 2. D. de legat. I.* EFFECTVM eſt reſcripto: *l. 19. D. de pact. dotal. l. 30. §. 5. D. de fideic. libert.* EFFICITVR ſenatusconſulto: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 2. D. de vſufruct. ear. rer.* Hoc non poteſt EFFICERE, qui ſententiam dixit: *l. 9. §. 11. D. de poen.* EFFECTVM ſtipulationibus: *l. 3. D. de vſufr.* EFFICERE vendendo: *l. 5. D. commun. praed.* EFFICIVNT verba: *l. 19. D. de noxal. act.* verbis EFFECTVM videatur. *l. 34. D. de legat. II.*

EFFLAGITARE debitores: *l. 27. C. de pign.* interdictum. *l. vlt. C. de interdict.*

EFFLVERE dicitur aqua: *l. 1. §. 8. D. de aqu. quotid. et aeſt.* lacus apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 69.* quinquennium: *l. 7. C. ne de ſtat. defunct.* tempus: *l. 9. C. de poſtlim.* triennium: *l. 10. D. de rit. nupt.* vinum ex doliis. *l. 19. §. 1. D. de locat.*

EFFODERE. EFFOSSIS luminibus: *l. 47. §. 1. D. de contr. emt.* EFFODERE oculum: *l. 52. §. 1. D. ad leg. Aquill.* EFFODERE oſſa, id eſt, eruere: *l. 8. D. de religioſ.* ſaxum: Iuuenal. *Sat. XVI. v. 38.*

Aut ſacrum EFFODIT *medio de limine ſaxum.*

EFFODERE terminos, id eſt, lapides, finium cauſſa poſitos, euellere, et eiicere: *l. 1. C. de accuſat.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 22. §. 2.* theſaurum. *l. 22. D. fam. erciſc. l. 15. D. ad exhib.*

EFFORMARE monetam. *l. 19. D. de leg. Cornel. de falſ.*

EFFRACTOR dicebatur, qui vi fores parietesue inſularum, horreorumue effringebat, vt inde aliquid ſurriperet: *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil. l. 16. §. 5. D. de poen. l. 1. D. de furt. balnear. tit. D. de effractor.* Iul. Firmic. Matern. *Lib. III. matheſ. Cap. 3.* Gloſſarium Graecum ϑυρεπανοίκτας vertit. B. Auguſtinus *libro de mendacio: Hoc modo*

Digitized by Google

EFF.

do frangerem ianuam cum EFFRACTORIBVS. Sidon. Apollinar. *Lib. IX. Epiſt. 7. Et vltro ſcrinia tua, conniuentibus nobis ac ſubornantibus*, EFFRACTORVM *manus arguta populabitur.* EFFRACTOR diurnus, aut nocturnus: *l. 16. §. 5. D. de poen.* quorum hi diurnis atrociores ſunt. *l. vlt. D. de effract.* EFFRACTOR, qui pariete effracto pecuniam abſtulerat. *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* De EFFRACTORIBVS vero praefectus vigilum cognoſcebat. *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil.* EFFRACTARIVM, *pro effractore*, dixit Seneca *Epiſt LXIX.* Hine

EFFRACTVRAE crimen: *l. 48. D. de bon. libert.* EFFRACTVRAE latronum. *l. 1. C. de locat. et conduct.* EFFRACTVRAE vero fiunt plerumque in inſulis horreisque, vbi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt, quum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca. *l. 3. §. 2. D. de offic. praef. vigil.*

EFFRAENATVS, A, VM. EFFRAENATA licentia. *l. 21. C. ad leg. Iul. de adult.*

EFFRINGERE aedes: *l. 11. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Paull. *Sent. V. tit. §. 3.* armarium: *l. 54. §. 4. D. de furt. l. 3. §. 2. D. de offic. praef. vig.* arcam: *l. 3. §. 2. D. eod. tit.* EFFRACTO carcere euadere; *l. 13. D. de cuſt. et exhib. reor.* EFFRINGERE cellam: *l. 3. §. 2. D. de offic. praef. vigil.* conclaue: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 31. §. 35.* fores: *l. 4[illegible] de furt.* horreum: *l. 4. C. de locat. l. 55. §. vlt.* [illegible] *de furt.* ianuam: *l. 53. D. de furt.* oſtium: *l. 11. §. 2. D. quod vi aut clam. l. 54. §. 4. D. de furt.* parietem: *l. 1. D. de effract.* ſepulcrum: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 21. §. 6.* villas. *l. 11. D. ad leg. Iul. de vi publ.*

EFFVGERE, pro fugere. Sic EFFVGERE dicitur deportatus: *l. 4. §. 2. D. de re milit.* Quum pauo manſuetus de domo mea EFFVGISSET: *l. 37. D. de furt.* ¶. 2. Plerumque tamen accuſatiuum regit: vt EFFVGERE infamiae notam: *l. 2. D. de obſequ. parent.* munera: *l. 5. §. 9. D. de iur. immun.* oculos noſtros: *l. 3. D. de adqu. rer. dom.* periculum: *l. 15. D. de pignor.* periculum maris: *l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* perſequutionem noſtram. *l. 44. D. eod. tit.*

EFFVNDERE dicimur liquida, veluti aquam: *l. 19. D. de ſeru. praed. vrb.* et apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 69.* oleum: *l. 18. §. 3. D. commod. l. 17. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* vinum vel oleum, vel quid aliud: *l. 9. D. ad exhib. l. 1. §. 3. et §. 4. D. de peric. et commod. rei vend. l. 27. §. 15. D. ad leg. Aquill. l. 8. D. de trit. vin. ol. l. 10. D. de condict. furt.* Si vinum eſſet EFFVSVM, vel contuſis vaſis, vel qua alia ex cauſſa: *l. 1. §. 1. D. de peric. et comm.* Et ſic accipitur in Edicto praetoris de his, qui effuderint. In eo enim EFFVNDERE eſt aliquid liquidae materiae ex caenaculo aedibusue in eum locum, quo vulgo iter fit, immittere, ſpargere. Si ex coenaculo quid deiectum EFFVSVMue eſt: *l. 5. §. 3. D. de obl. et act.* Vnde deiectum vel EFFVSVM quid erit: *l. 32. D. de his, qui effud.* Si quid pendens EFFVSVM ſit, *l. 1. §. D. eod.* Actio de deiectis et EFFVSIS. *l. 5. §. 5. D. eod. tit.* ¶. 2. Aliquando tamen et de aridis accipitur. EFFVNDERE in flumen milium vel frumentum. *l. 27. §. 19. D. ad leg. Aquill.* ¶. 3. EFFVNDERE pecunias indebitas, id eſt, iactare, vel prodigere, *l. 25. pr D. de probat.* qua notione etiam verbum profundere, et nomen profuſio, accipere ſolemus. ¶. 4. EFFVNDERE oculum dixit Vlpianus, vel Iulianus potius, *l. 13. §. 4. D. locat. cond.* At qui fieri poſſet, vt oculus EFFVNDATVR puero, forma calcei in ceruice percuſſo? Nec ſane alias ita loquuntur veteres. Hinc Radulphus Forner. *Lib. III. rer. quotid. Cap. XI. p. 207. Tomo II. Theſaur. iur.* reſcribi iubet *effodere.* Sed haec quoque multo maior foret ἀκυρολογία. Quis enim oculum effoderet forma calcei, et quidem ceruici impacta? Nihil itaque eſt coniectura Io. Fridr. Gronouii certius, qui *ad Senecae Controu. Lib. I. p. 378.* monet, legendum eſſe *ſuffundere*, aut minore adhibita vi, *offundere.* HEIN.

EFFVSE, late, prolixe. *l. vlt. §. C. vbi et apud quem cognit.* EFFVSE quid interpretari *l. 1. C. de annal. except.*

EFFVSIO falſa. l. 2. *C. de falſa monet.*

EFFVSVS, A, VM, prolixus. EFFVSVS tractatus. *l. 5. C. de neceſſar. ſeru.*

EGE.

EGENS, et *locuples* opponuntur. *l. 3. D. de teſtib. l. 57. D. de manumiſſ. teſt.* EGENTES alere: *l. 5. §. vlt. D. de agnoſc. et alend. lib.* EGENTI credere: *l. 27. D. de minorib.* EGENS debitor: *l. 31. §. vlt. D. de mort. cauſſ. donat.* EGENTIBVS fratribus, liberis, aut parentibus, conſulere: *l. 20. D. ſolut. matrim.* EGENTES homines: *§. 1. Inſt. quib. ex cauſſ. manum. non poſſ.* Perquam EGENTI matri dare. *l. 1. §. 4. D. de tutel. et rat. diſtrah.* EGENS patronus: *l. 12. D. de op. libert. l. 1. §. [illegible]. D. de offic. praef. vrb.* Paull. *Sent. Lib. II. tit. 32. §. 1.* EGENTIBVS patronis praebere alimenta: *l. 5. §. 19. D. de adgnoſc. et alend. lib.* EGENS patroni filius: *l. 73. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 5. §. vlt. de adgnoſc. et al. lib.* Si pater EGENS eſt: *l. 8. D. eod.* EGENTI patri emolumentum praeſtare: *l. 50. D. ad SC. Trebell.* EGENTEM reum accipere: *l. 22. §. 2. D. ſolut. matrim.* EGENTI ſimilis: *l. 14. §. 3. D. de in diem addict.* EGENTEM virum ſuſtinere: *l. 23. §. vlt. D. de iur. dot.* EGENTES, qui poenam pecuniariam eludunt. *l. 1. §. vlt. D. de poen.*

EGENVS quoque, et locuples opponuntur. *l. 52. §. 21. D. de furt.* EGENI fideiuſſores: *l. 3. §. 2. D. vt in poſſeſſ. legat.* EGENI penitus filii: *l. 2. §. 20. D. ad SC. Tertull.* EGENA mater: *l. 1. §. 4. D. de tutel. et rat. diſtr.* EGENI pupilli. *l. 3. §. vlt. D. vbi pupill. educar.*

[EGERE, id eſt, alimentis deſtitui. *arg. l. 5. §. 13. D. de adgnoſc. et alend. lib.*] ¶. 2. EGET adminiculis vſusfructus. *l. 1. §. 1. ſi vſusfr. pet.*

EGERERE, pro eiicere ex aliquo loco. Sic EGERERE terram ex ſulphurariis. *l. 52. §. 8. D.*

§. 8.. D. de furt. res meretricis: l. 34 D. eod. tit. rudera. l. 7. §. vlt. D. de damn. infect.

EGESTAS coheredum: l. 18. D. de hered. vel act. vend. Ob EGESTATEM contemnere iudicium: l. 25. D. de iniur. In EGESTATEM deduci: l. 5. §. 16. D. de adgnoſc. vel al. lib. l. 12. §. vlt. D. de tutor. et curat. dat. in EGESTATEM deuolui: l. vlt. D. de bon. damnat. Diſſociari EGESTATE: l. 4. §. vlt. D. pro ſoc. EGESTATE laborare: l. 31. D. depoſ. l. 18. §. vlt. D. de iudic. EGESTAS perpetua: l. 5. §. 1. C. ad leg. Iul. maieſt. ſoceri: l. 66. §. vlt. D. ſol. matrim. ſumma. l. 4. §. 17. D. de adgnoſc. et al. lib.

EGR.

EGREDI, excedere. EGRESSVS aetatem: l. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. 39. D. de minorib. EGREDI annum: l. 1. C. quand. ex fact. annos duodecim: l. 26. D. de tut. et curat. dat. pubertatis: l. 53. D. de manumiſſ. teſt. annos viginti: l. vlt. D. de condit. et demonſtr. EGRESSA penſio diem praeſtitutum: l. 12. D. de vſur. EGREDI fidem contractus: l. 3. C. de duob. reis fines: l. 15. D. de publican. EGREDI inde, qua velit: l. 1. §. 13. D. de aqu. quotid. et aeſtiu. inſula: l. 4. D. de interdict. et relegat. EGREDI mandatum: l. 41. D. mand. id eſt, excedere fines mandati, vt eſt in l. 5. D. eod. tit. EGREDI modum: l. 1. §. 12. D. exercit. act. EGRESSVM eſt praefecti vrbi notionem: l. 1. D. de offic. praef. vrb. EGRESSVS eſt officium curator: l. 43. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut. EGREDI officio mandati: l. 10. C. de procur. Non EGREDI perſonam dicitur, quod perſonale eſt, perſonaeque cohaeret: l. 1. D. de conſtit. princ. l. 45. D. de recept. arbitr. EGREDI pretium: l. 1. D. de act. emt. vend. iuſtam ſumtus rationem: l. 14. C. de religioſ. regionem aliquam: l. 7. §. 6. D. de interd. et relegat. taxationem: l. 39. §. vlt. D. de oper. libert. notiſſimos depoſiti terminos: l. 24. D. depoſ. Non EGREDITVR verecundiam ſexus: l. 1. §. 7. D. de ſuſpect. tut. vrbem. l. 2. D. de offic. proconſ.

EGREGIATVS dignitas. l. 1. C. Th. de Caeſarian. l. 1. C. Theod. de murilegul. et gynaec. l. 3. C. Theod. de cohortal. princ. cornicul. l. 5. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.

EGREGIVS, A, VM. EGREGIA fides in rempublicam: l. 1. D. de cenſib. EGREGIORVM ordo: l. 1. C. Theod. de honor. codicill. EGREGIAE perſonae: l. 15. D. de iureiurand. EGREGIA ratio humanitatis. l. 1. §. 27. D. de quaeſtion.

EIE.

EIERATIO, l. 12. in fin. C. de iudic. iusiurandum, quo poſſe nos id, quod deſideratur, praeſtare, negamus. Feſtus in eiuratio.

EII.

EIICERE. EIICERE NAVEM Latini dicunt, quod Graeci vocant ἐξεβράσθη. l. 3. §. 6. D. de incend. DEIECTAM, eodem ſenſu accipe in l. 7. D. de leg. Rhod. oſſa vel corpus: l. 27. D. de religioſ. ex naue poculum; l. 55. D. de

adqu. rer. dom. ſaxum ex fundo: l. 35. D. de dol. id eſt, eximere, vel euehere, vt loquitur l. 6. D. de donat. terminos: l. vlt. D. de term. mot. et in lege Mamilia: QVI TERMINI HAC LEGE ERVNT STATVTI, NE QVIS QVEM EORVM EIICITO, NEVE COMMOVETO. Paullos OEIICERE dixit Lib. I. Sent. tit. 16. §. 1. ¶. 2. EIICI e ſenatu a cenſoribus, id eſt, ſenatu moueri. Plin. Lib. X. Epiſt. 115. ¶. 3. EIICERE, pro parere, vel partum effundere. Si mulier pugno, vel equa, ictu a te percuſſa, EIECERIT. l. 27. §. 22. D. de lege Aquill. Equa, quum in alieno paſceretur, in cogendo, quod praegnans eſſet, EIECIT. l. 39. D. eod. tit.

EIV.

EIVRARE bonam copiam, eſt iurare, ſibi copiam non eſſe aeris alieni diſſoluendi. Cicero Lib. IX, ad famil. Epiſt. 16. Tu autem, quod mihi bonam copiam EIVRES, nihil eſt. Tum enim, quum rem habebas, quaeſtiunculis te faciebam attentiorem. Cuius loci auctoritate fretus, olim reſtituendum hoc verbum in Varrone, monui, vnius litterae ademtione ibi decurtatum. Varronis enim Lib. VI. de Lat. lingu. verba ſunt haec: Liber, qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum ſolueret, nexus vocatur. Hoc C. Popilio (Poetelio) rogante, Sulla dictatore, ſublatum, ne fieret: et omnes, qui bonam copiam IVRARENT, ne eſſent nexi, diſſoluti. Vbi ſenſus non conſtabit, niſi EIVRARENT legas, id eſt, [illegible] iureiurando negarent, ſibi facultatem dari, eo ſe [illegible] liberandi. Adiuuat nos Feſtus libro V. quo EIVRATIONEM ſignificare ait, non poſſe id, quod deſideratur, praeſtari.

ELE.

ELECTIO, vnius ex pluribus optio. Quum quis electionem ſibi conſtituit: l. 75. §. 8. D. de verb. obligat. ELECTIO mea erit: l. 93. D. de verb. oblig. Non erit ELECTIO: l. 25. D. quand. dies leg. ELECTIO alterius ex duobus: l. 1. §. 18. D. depoſ. ELECTIO actori danda eſt: l. 14. D. de rei vind. eſt actoris: l. 24. l. 26. D. de noxal. debebit eſſe actoris: l. 36. §. 3. D. de hered. petit. ELECTIO eſt, vtrum quis velit agere: l. 3. D. expil. hered. ELECTIO data centum amphorarum: l. 2. §. 3. D. de opt. legat. ELECTIONEM concedere: l. 22. D. de manum. vind. ELECTIO eſt creditoris: l. 21. D. de cond. indeb. ELECTIONE crimen contraxiſſe: l. 3. §. 4. D. de SC. Silan. ELECTIONEM dare: l. 17. §. 6. D. ad SC. Trebell. DAMVS actori electionem petitionis: l. 2. §. 3. D. de eo, quod cert. loc. ELECTIO danda actori: l. 14. D. de rei vind. coheredi: l. 7. D. famil. erciſc. nun eſſe ELECTIONEM datam: l. 78. §. 1. D. de legat. II. ELECTIONEM deferre: l. 27. §. vlt. D. de liber. cauſſ. ELECTIO domino datur: l. 14. §. 9. D. de ſeru. corrupt. ELECTIO dotis: l. 6. D. quando dies leg. Eam habebit maritus: l. 10. §. vlt. D. de iur. dot. ELECTIONE facta: l. 8. D. de opt. vel elect. leg. ELECTIONIS facultas: l. 67. §. 1. D. de legat. II. Heredi ELECTIO relinquitur: l. 109. §. 1. D. de leg. I. toties ELECTIO heredi committenda, quoties moram non eſt facturus legatario; l. 47. §. 3. D. de legat. I. ELECTIO

erit

erit heredis: *l. 37. §. vlt. D. de legat. I. l. 45. D. de religioſ. l. 32. §. vlt. D. de vſufr.* ELECTIO improuida et minus honeſta: *l. 12. C. de iniur.* ELECTIONIS ius: *l. 3. D. qui et a quib. manum.* ELECTIO legata mancipiorum: *l. 6. D. de opt. leg.* ſerui: *l. 5. D. de legat. I.* ſeruorum: *l. 1. D. de opt. leg.* ELECTIO eſt legatarii: *l. 20. D. de legat. I. l. 14. D. quando dies legat.* ELECTIONE legatario data: *l. 94. §. 2. D. de legat. I.* ELECTIONEM habituro legatario: *l. 75. §. vlt. D. de legat. I.* [ELECTIONE non liberari: *l. 23. D. de fideiuſſ. et mandat.* non ELECTIONE, ſed perceptione, liberari: *l. 7. §. vlt. D. quod falſ. tut. auct.*] ELECTIONEM maritus habebit, vtrum res malit offerre, an pretium: *l. 10. §. 6. D. de iur. dot.* ELECTIO eſt mulieris: *l. 10. D. de fund. dot.* Si ſtipulatus fuerim illud aut illud, quod ego voluero, haec ELECTIO perſonalis eſt: *l. 76. D. de verb. obl.* ELECTIONEM habet petitor, vbi petat, reus, vbi ſoluat: *l. 2. §. 3. D. de eo, quod cert. loc.* ELECTIO aduerſus tutores, in quo conſiſtere velint, pupillis competit, non item eorum heredibus: *l. 33. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ELECTIO rerum depoſitarum relicta: *l. 8. §. vlt. D. de legat. I.* ELECTIO legata ſcyphi: *l. 4. D. de opt. vel elect. leg.* ELECTIO rei vel pretii ſeruanda: *l. 33. D. de legat. I.* ſerui: *l. 5. D. de legat. I.* ſeruorum: *l. 1. D. de option. vel elect. leg.* vnius ex magiſtratibus. *l. 45. D. de adminiſtr. et peric. tut.*

ELECTRINA vaſa: *l. 32. §. 5. D. de aur. arg. leg.* ELECTRINI numi, apud Lamprid. *in Alex. Cap. XXV.* vbi tamen non ELECTRINVS, ſed ELECTREVS legitur, pro quo *numos* ELECTRI reſcribendum exiſtimat Salmaſ. *ad Hiſtor. Aug. p. 205.* Certior eſt locus Trebellii Pollionis *in Quieto Cap. XIV.* vbi ELECTRINA *patera* occurrit. Add. Deſid. Herald. *in Tertull. Apolog. p. 174.* HEIN.

ELECTRI nomen duobus modis accipi Pauſan. *Lib. I. Eliacor. Cap. XII. p. 406.* docet: Τὸ δὲ ἤλεκτρον τῦτο, ait, ὃ τῷ Αὐγέςῳ πεποίηνται τὴν εἰκόνα, ὅσον μὲν αὐτόματον ἐν τῇ Ἠριδανῷ ταῖς ψάμμοις εὑρίσκεται, σπανίζεται μάλιςα, καὶ ἀνθρώπῳ τίμιον πολλῶν ἐςιν ἕνεκα· τὸ δὲ ἄλλο ἤλεκτρον ἀναμεμιγμένος ἐςὶν ἀργύρῳ χρυσός. ELECTRVM *quidem, ex qua materia ſtatuam Auguſto fecerunt, in Padi fluminis, arenis rarum omnino repertu eſt, idque qui nacti ſunt, non temere magni aeſtimant. Eſt alioqui* ELECTRVM *nihil aliud, quam argento permiſtum in metallis aurum.* In priore ſignificatu nomen hoc accipiendum eſt apud Dion. Chryſoſtom. *Orat. LXXIX.* quae *de diuitiis* inſcribitur. Poſteriore vero ſenſu ELECTRVM vſurpatur in *l. 7. §. 8. D. de adquir. rer. dom. l. 4. l. 4. D. de legat. I. et §. 27. Inſt. de diuiſ. rer.* Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 4. Vbicumque quinta argenti portio eſt,* ELECTRVM *eſt. Scrobes eae reperiuntur in Caria. Fit et cura* ELECTRVM *argento addito.* Seruius in *Lib. VIII. Aeneid. v. 402. Secundum Plinium tria ſunt* ELECTRI *genera: vnum ex arboribus, quod ſuccinum dicitur: aliud quod naturaliter inuenitur: tertium, quod fit de tribus partibus auri, et vna argenti. Quas partes etiam, ſi natiuum reſoluas, inuenies.* Quae poſtrema verba ab eo mutuatus eſt Iſidorus *Etymol. Lib. XV. Cap. 33.* Idem Plinius *Lib. IX. Cap. 40. Sicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, vt* ELECTRA *fiant, addere aera, vt Corinthia.* Dionyſ. *Caeleſt. hierarch. Cap. vlt.* Τὸ μὲν ἤλεκτρον, ὡς χρυσοειδὲς ἅμα καὶ ἀργυροειδές. ELECTRVM, *ſimul auri ſpeciem habens, ſimul argenti.* Tertull. *aduerſ. Hermog. Cap. XXV.* ELECTRVM, *licet ex auro et argento foederatum, nec argentum tamen, nec aurum, adpellabo, ſed* ELECTRVM, *a cuius habitu quid diuertit, pariter a vocatu eius recedit adpellationis, ſicut et conditionis proprietate.* Idem *libro aduerſus Praxeam Cap. XXVII. Vna iam erit ſubſtantia Ieſus ex duabus, ex carne et ſpiritu mixtura quaedam, vt* ELECTRVM *ex auro et argento, et incipit nec aurum eſſe, id eſt ſpiritus, neque argentum, id eſt, caro, dum alterum altero mutatur, et tertium quid efficitur.* B. Gregorius *in Caput XXXVIII. Iobi, Comm. II.* ELECTRVM *quippe ex auri argentique metallo miſcetur: in qua permiſtione argentum quidem clarius redditur, ſed tamen fulgore auri recuperatur.* ELECTRIS autem, id eſt, ſuccinis, *pinguium* epitheton tribuunt Virgil. *Eclog. VIII. v. 54.* et Iuuenal. *Sat. VI.* Ouid. *Metamorph. Lib. XI. v. 364.*

Inde fluunt lacrymae, ſtillataque ſole rigeſcunt
De ramis ELECTRA *nouis: quae lucidus amnis*
Excipit, et nuribus mittit geſtanda Latinis.

Vtramque etiam ELECTRI ſpeciem perſtringit Ioannes Tzetzes *Hiſtor. Chiliad. VI. v. 68.* ELECTRVM quoddam eſſe, inquiens, quod attrahat paleas, δάκρυον δένδρων τι, quod eſt aliud ab ELECTRO, quod ἤλεκτρον χαλκίζουσαν adpellat.

ELEEMPORIA, cura olei coemendi. *l. vlt. §. 18. et §. 19. D. de muner. et honor.* Ἐλαιῶνας adpellabant curatores, olei emendi gratia creatos. *d. l. vlt. §. 5. D. eod. tit.*

ELEGANS eſt illa diſtinctio: *l. 85. D. de legat. III.* Quo ELEGANTIORES ſunt feminae: *l. 21. §. 1. D. de aur. arg. leg.*

ELEGANTER adiicit: *l. 18. §. 4. D. famil. erciſc.* ait: *l. 2. §. 5. D. de iudic. l. 9. §. 1. D. quod met. cauſſ. l. 1. §. 12. D. ad SC. Silan. l. 52. §. 7. D. de legat. III. l. 16. §. 6. D. ad SC. Trebell. l. 9. §. 4. D. de pecul. l. 1. §. 12. l. 3. §. 30. de SC. Silan. l. 7. §. 19. D. de pact. l. 12. D. de condict. furtiu.* aiunt: *l. 1. §. 1. D. de vſufr. adcreſc.* ELEGANTER computantur; *l. 19. D. de vſur.* ELEGANTER definit: *l. 21. D. de euiction. l. 3. §. 11. D. ad exhib. l. 1. D. de iuſt. et iur. l. 12. D. de condict. furt.* deridet: *l. 10. §. 1. D. de negot. geſt.* dicit: *l. 40. D. de pecul.* dicitur: *l. 82. §. vlt. D. ad leg. Falc. l. 7. §. 13. D. commun. diuid.* ELEGANTIVS dici poterit: *l. vlt. D. de admin. et peric. tut.* ELEGANTER diſtingui. *l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered.* ELEGANTIVS eſt: *l. 137. §. 7. D. de verb. oblig.* ELEGANTER excipit praetor: *l. vlt. D. quod quiſqu. iur.* Pomponius haec verba excipit: *l. 7. D. de dol. mal.* ELEGANTISSIME moderati ſunt: *l. 6. §. 3. D. de offic. proconſ.* putat: *l. 103.*

l. 103. D. de ſolut. ELEGANTER quaerit: *l. 23. D. de condict. indeb. l. 14. D. ſolut. matrim.* quaeritur: *l. 1. §. 9. D. de adgnoſc. et al. lib. l. 1. §. 33. D. depoſ. l. 23. D. de condict. indeb. l. 15. §. 28. D. de damn. inf.* quaeri poteſt: *l. 30. §. 14. D. de fideic. libert.* quaeſitum eſt: *l. 24. D. de pignor. act.* reſpondit: *l. 7. D. de pact.* ſcribit: *l. 4. §. 2. D. de leg. commiſſor.* ſcripſit: *l. 14. D. pro ſoc. l. 7. D. de furt.* ſcribitur: *l. 4. §. 5. D. de addict. in diem.* tractat: *l. 21. §. 11. D. de recept. arbitr. l. 19. D. mand. l. 1. §. 16. D. de coniung. cum emancip.* tractatur: *l. 10. D. de pact.* tractabitur. *l. 7. §. 4. D. de donat. int. vir. et vxor.* ¶. 3. Interdum iuriſconſulti pro ELEGANTER, *non* INELEGANTER dicunt. Sic NON INELEGANTER computabitur: *l. 19. D. de vſur.* defendi poterit: *l. 42. D. de hered. inſtit.* dicetur: *l. 81. D. de condit. et demonſtr.* probatum eſt: *l. 74. D. de legat. II.* ſcriptum: *l. 8. D. de ſolut.* tractat. *l. 3. §. 1. D. de minor.*

[ELEMENTA turbare artibus magi-
☞ cis: *l. 5. C. Theod. de malef. et mathem.*] ¶. 2. Sed et prima artis alicuius principia ELEMENTA vocantur, quam inſcriptionem inter mathematicos Euclidi placuiſſe, nouimus. Ita ſunt Inſtitutiones totius legitimae ſcientiae ELEMENTA. *§. 4. Inſt. procem.* HEIN.

ELENCHI, in *l. 34. §. vlt. D. de aur. arg. leg.* Plinius, de margaritis agens, *Lib. IX. Cap. 35. Et procerioribus ſua gratia eſt.* ELENCHOS *adpellant, faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura, in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, aut binos aut ternos auribus, feminarum gloria eſt.* Sic et Iuuenal. *Sat. VI. v. 457.*

Auribus extenſis magnos commiſit ELENCHOS.

ELEPHANTVS, iumenti operam praeſtat. *l. 3. D. ad leg. Aquill.* ELEPHANTI *quamuis collo dorſoue domentur, nec mancipi ſunt, quoniam beſtiarum numero ſunt.* Vlpian. *Regul. tit. XIX. §. 1.*

ELICERE aquam ex caſtellis, aut ex ipſis formis: *l. 2. C. Theod. de aquaeduct.* ELICITAE epiſtolae: *l. 45. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* ELICERE reſcriptum: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 12. §. 6.* ELICITVM reſcriptum. *l. 2. C. de ſumm. Trinit.*

[ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. Liberalia ſtudia, quae Graeci ἐλευθέρια adpellant. *l. 1. pr. D. de extraord. cogn.*]

ELICES, Graecis ſunt ſulci aquarii: *l. 1. §. 9. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Graecum hoc verbum, ἕλικες, ceu Latinum, vſurpat Columella
☞ *Lib. II. de re ruſt. Cap. 8. et Lib. XI. Cap. 2.* Immo vere Latinum eſſe hoc vocabulum, et ab *eliciendo* dictum, probat Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XLI. p. 411.* Seru. *ad Virgil. Georg. I. v. 109:* ELICES, *ſulci ampliores, ad ſiccandos agros ducti.* Feſtus: ELICES, ſulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris. Add. Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 439.* HEIN.

ELIDERE, ſummouere, repellere. *l. 4. C. de ord. cognit.* Sic actio dicitur exceptione ELIDI: *l. 2. §. 5. D. de dol. et met. except.* et viciſſim exceptio replicatione: *l. 21. §. 1. D. de pignor.* Intentio per exceptionem ELISA: *l. 17. D. de euict.* pactum prius per poſterius ELIDITVR. *l. 27. §. 2. D. de pact.*

ELIGERE, optare ex pluribus, ELECTA altera actione: *l. 34. D. de oblig. et act.* ex vna actione, quae fuerat ELECTA, legatum petere, *l. 76. §. 8. D. de legat. II.* Seruus ELECTVS actor: *l. 37. D. de legat. I.* actorem ELIGANT municipes, et ad agendum, et ad excipiendas actiones: *l. 27. D. ad SC. Trebell.* ELIGAT maritus alterum ex adulteris: *l. 32. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* ELECTVS ad aeſtimandas tutorum ſatisdationes: *l. 1. §. 8. D. de magiſtrat. conuen.* ELIGERE alterutrum: *l. 8. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* Ex conſenſu vel ſuffragio ELIGENDVS eſt amicus, apud quem cautiones hereditariae deponantur: *l. 5. D. famil. erciſc.* ELIGERE arbitrum. *l. 44. D. de recept. arbitr. l. 2. l. 4. C. eod. tit.* ¶. 2. ELIGERE ſibi, vel ſeruo, bonorum poſſeſſionem: *l. 3. §. 13. ſequ. D. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.* ELIGERE bonorum poſſeſſionem contra tabulas. *l. 5. §. 2. D. de legat. praeſt.* ¶. 3. ELIGERE commiſſoriam: *l. 4. §. 2. D. de lege commiſſor.* ELIGENTES id, quod putant, ſibi competere: *l. 19. D. de inoffic. teſtam.* ELIGERE conditionem: *l. 7. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut. li. 51. D. de condit. et demonſtr.* ELIGENDVS erit, qui eos conſilio regat: *l. 12. §. vlt. D. de tutor. et curat. dat.* ELIGITVR curator ex his, qui. *l. 1. §. 23. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* ¶. 4. Quod eum ELEGISSEM, qui huiusmodi damno te adficeret: *l. 60. §. 7. D. locat.* ELIGERE decretum: *l. 1. §. 14. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* pro actione deductionem: *l. 11. §. 7. D. pecul.* ELIGERE deteriorem: *l. 7. §. 7. D. de minor.* diſceptatorem inter ſe, quaſi virum bonum: *l. 3. D. de recept. arbitr.* ELIGITVR domus honeſtiſſimae feminae: *l. 1. D. de inſpic. ventr.* dotem. *l. 6. D. quando dies legat.* ELECTA dote. *l. 20. §. vlt. D. famil. erciſc.* ¶. 5. Poteſtas eſt creditori, ELIGENDI ex reis fideiuſſorem: *l. 5. C. de fideiuſſ.* ELECTVS a creditore alter ex duobus fideiuſſoribus: *l. 39. C. eod. tit.* ELIGERE fidem: *l. 3. D. de probat.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 86.* ELIGERE fidem certi hominis: *l. 57. D. mand.* ELIGIT ſeruus fidem alicuius, vt eius numis redimatur: *l. 53. §. vlt. D. de iudic.* ELECTA fides. *l. 60. D. de legat. II.* ¶. 6. ELIGERE genus teſtandi. *l. 3. D de teſt. milit.* ¶. 7. ELIGERE ſibi vnum heredem, contra quem querelam inſtituat: *l. 25. §. vlt. D. de inoffic. teſt.* ELIGVNT creditores heredem, cuius nomen ſequuntur: *l. 1. §. 10. D. de ſeparat.* ELIGERE ſibi heredem: *§. 1. Inſt. ex quib. cauſſ. manum.* Qui non tam idoneum hominem ELEGIT: *l. 11. D. commodat.* ELIGERE hominem. *l. 25. §. 17. D. fam. erciſc.* ¶. 8. ELIGAT praetor idoneiorem: *l. 2. D. de popular. act.* ELIGENDVM eſt, quod minimum habeat iniquitatis: *l. 200. D. de reg. iur.*

Digitized by Google

iur. ELIGERE iudicem: *l. 41. D. de recept. arbitr.* ELECTI iudices: *l. 12. C. de iudic.* ELECTO iudicio defuncti: *l. 30. D. de minor.* ELIGERE ius. *l. 19. D. de inoffic. teſt.* ¶. 9. ELIGERE lances: *l. vlt. D. de opt. vel elect. leg.* liberos: *l. 77. §. 25. D. de legat. II.* alium locum. *l. 2. §. 3. D. de eo, quod cert. loc.* ¶. 10. ELIGERE mancipia arbitratu matris: *l. 21. D. de opt. vel elect. leg.* ELIGERE mandati iudicio creditorem: *l. 71. D. de fideiuſſ.* ELIGERE eum, qui mandauit: *l. 56. D. mand.* ELIGITVR iudicio vnus ex pluribus mandatoribus: *l. 52. §. vlt. D. de fideiuſſ.* vnus ex mandatoribus in ſolidum: *l. 59. §. 3. D. mandat.* ELECTA eſt materia *l. 1. D. de contrah. emt.* ELIGERE miniſterium ſerui: *l. 23. §. vlt. D. de fideic. libert.* bonos ſeruos ad miniſtetium: *l. 3. D. de publican.* Titium, vt miniſtrum: *l. 17. D. de legat. II.* In ELIGENDIS miniſteriis negligens: *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.* Magis mulierem reum ELEGIT. *l. 29. D. ad SC. Velleian.* ¶. 11. ELIGERE Praeſes nomina debitorum: *l. 21. §. 3. D. de ann. legat.* ELECTA nomina dare praeſidi: *l. 1. §. 2. D. de magiſtr. conuen.* Si nollum ELEGISSET, cui reſtitueret. *l. 21. D. de ſtatu. lib.* ¶. 12. ELIGERE operam. *l. 27. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* ¶. 13. ELIGERE patronatum emtoris: *l. 45. §. vlt. D. de act. emt. vend.* pecuniam pro ſeruo: *l. 8. D. praeſcr. verb.* Ex cognatis, quam velit, perſonam ELIGI poſſe: *l. 56. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Si cius perſonam ELIGAT: *l. 21. D. de fideicomm. libert.* ELIGERE perſonam mulieris: *l. 20. C. ad SC. Velleian.* ELIGERE tertiam certam perſonam: *l. 17. D. de recept. arbitr.* ELIGERE poenam: *l. 5. §. vlt. D. de poen.* Vna poena exacta, quam actor ELEGERIT. *l. 4. §. 2. D. de noxal. act.* ¶. 14. ELIGERE rationem: *l. 3. D. de donat. inter vir.* rei vindicationem: *l. 4. C. de pact. int. emt. et vend.* ELECTO reo. *l. 47. §. D. de pecul. l. vlt. C. de fideiuſſ. tut.* Paullus *Sent. Lib. II. tit. 17. §. 16.*

¶. 15. ELIGENDA eſt humanior ſententia: *l. 8. D. de pact.* ELIGERE ſequeſtrem: *l. 5. §. vlt. D. depoſit.* ELECTVS ſeruus: *l. 14. D. de opt. vel elect. leg.* ELIGERE de ſpeciebus, quae ſont in hereditate: *l. 36. D. de aur. arg. leg.* ELEGIT ſponſum filiae pater: *l. 12. D. de ſponſal.* ELIGERE Stichum: *l. 12. D. de adim. leg.* σύγκτησιν, (vt eſt in Florentino) *l. 30. §. 1. D. de adim. leg.* ¶. 16. ELECTO Titio: *l. 80. §. 5. D. de furt.* ELIGERE tutores liberis *l. 36. D. de excuſ. l. 62. D. de rit. nupt.* in ELIGENDO tutore: *l. vlt. D. de manumiſſ. vind.* ELECTVS tutor per ordinem: *l. 1. D. de magiſtr. conuen.* a teſtatore: *l. 3. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ELECTVS tutor. *l. 6. C. arbitr. tit.*

¶. 17. ELEGIT praetor verbum: *l. 1. §. 1. D. de reb. cred.* ELIGERE ex vniuerſa veſte: *l. 38. D. de aur. arg. leg.* ELIGERE viam: *l. 21. §. vlt. D. quod met. cauſſ.* ELECTA via per totum fundum: *l. 13. §. 3. D. de ſeru. praed. ruſt.* viatorem ſibi ELIGERE caupo vel ſtabularius non videntur: *l. 1. §. 6. D. furt. aduerſ. naut.* virum bonum eligat praetor, cuius arbitrio rationes computentur: *l. 47. §. 2. D. de fideic. libert.* ELIGITVR vir bonus: *l. 1. §. 23. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Ab vtraque parte ELIGENDVM virum bonum: *l. 5. §. 1. D. vt legat. ac fideic. cauſſ. cau.* vni, quem maior pars elegerit: *l. 25. D. de reb. auct. iud. poſſid.* ELIGVNT creditores vnum: *l. vlt. D. de curat. bon. dand.* ELIGERE vnum, per quem alimenta praeſtentur: *l. 3. D. de alim. vel cibar. leg. legat.* vnum ex familia: *l. 67. D. de legat. II.* vſurarum praeſtationem. *l. 47. §. 4. D. de admin. et peric. tut.* ¶. 18. Ceterum variis perſonis tribuitur rei alicuius electio. Sic ELIGIT actor, quem velit conuenire *l. 26. §. 1. D. de noxal. act.* In eum, quem actor elegerit, iudicium dat praetor. *l. 39. D. eod. tit.* ELIGERE debet agens, qua potius actione experiatur: *l. 9. §. 1. D. de tribut. act.* creditor, vtri debitorum condicat: *l. 35. §. 6. D. de mort. cauſſ. donat.* ELIGIT debitor, quo nomine pignus ſuum exonerare velit: *l. 35. D. de pignorat. act.* ELIGANT decuriones, quibus ſe liberoſque ſuos in aegritudine committant: *l. 1. D. de decret. ab ord. fac.* ELIGIT emtor, vtrum rem velit retinere: *l. 17. D. de euiction.* fideiuſſor, an malit. *l. 5. D. de compenſat.* heres, cui ſoluat. *l. 8. §. 3. D. de legat. II.* ſiue rerum partes, ſiue aeſtimationem dare maluerit: *l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* ELIGIT legatarius, quos manumittat: *l. 24. §. 17. D. de fideic. libert.* maritus alterum ex adulteris: *l. 32. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* ELIGIT mulier, vtrum malit: *l. 10. §. vlt. D. de iur. dot.* pater ſponſum filiae: *l. 12. D. de ſponſal.* petitor, et ſibi pretia et vſurae praeſtentur: *l. 20. §. 15. D. de her. petit.* praeſes nomina debiturum: *l. 21. §. 3. D. de ann. legat.* praetor, vtrum magis obligare an vendere permittat: *l. 7. §. 4. D. de reb. eor. qui ſub tut.* ELIGENDVS eſt a praetore: *l. 3. §. 12. D. de hom. lib. exhib.* ELEGERE poteſt promiſſor, quod ſoluat: *l. 2. §. 3. D. de eo quod cert. loc.* ELIGIT ſeruus, alteri dominorum eſſe auxilio: *l. 3. §. 4. D. de SC. Silan.* Quum ſemel ELEGERIT ſtipulator: *l. 112. D. de verb. ſignif.* Prout ELIGERIT, qui ſtipulatus eſt: *l. 10. §. 1. D. de pact.* ELEGIT teſtator, qui funus faciat: *l. 14. §. 13. D. de religioſ.* Illa, aut illa res, ELIGET venditur. *l. 25. D. de contrab. emt.* ¶ 19. De ſyntaxi huius verbi plura obſeruanda. Aliquando iungitur cum AD. ELIGI ad certam cauſſam agendam vel defendendam: *l. vlt. §. 13. D. de mun. et hon.* ad colligendos publicos reditus: *d. l. vlt §. 9. D. eod. tit.* ad faciendas vias. *d. l. vlt. §. 7. D. eod. tit.*

¶. 20. Aliquandu cum infinitiuo. ELIGERE velim mihi caueri *l. 23. D. de damn. infect.* ELIGERE conſequi ſeruum: *l. 5. §. 3. D. de condict. cauſſ. dat.* ELIGERE domino eſſe auxilio. *l. 3. §. 4. D. de SC. Silan.* ¶. 21. Saepe cum QVI, *quae, quod.* Praeter exempla, quae iam adlata ſunt, en haec pauca: ELIGERE, in quo collegio magis eſſe velit: *l. 1. §. vlt. D. de colleg. et corpor.* qua actione experiatur. *l. 9. §. 1. D. de tribut. act.* ¶. 22. Praeterea nec infrequens ELIGERE, VT. ELIGIT petitor, vt ſibi vſurae praeſtentur: *l. 20. §. 15. D. de hered. petit.* ELIGERE, vt fideicommiſſum non praeſtes. *l. 28. D. de adim. leg.* ¶. 24. ELIGERE, VTRVM, AN, item VTRAM REM. Quiuis poteſt ELIGERE, vtrum cum emtore, an cum venditore ageret: *l. 11. §. 8. D. de pecul.* vtrum ſortem tantum, an et vſuras, velit adgnoſcere, vtrum rem velit retinere: *l. 17. D. de euict.* vtrum malit. *l. 5. D. de compenſ.* an malit: *l. 10. §. vlt. D. de iur. dot. l. 30. D. de hered. petit.* vtrum velit ſibi reum condemnari: *l. 36. §. 2. D. eod. tit.* ELIGIT creditor, vtri condicat. *l. 35. §. 6. D. de mort. cauſſ. donat.*

donat. ¶. 25. ELIGAT heres, SIVE rerum partes, ſiue aeſtimationem dare maluerit. *l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* ¶. 26. Subiungimus formolas: ELIGENDI arbitrium; *l. 26. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. l. 2. D. de opt. et elect. legat.* facultas: *l. 77. §. 3. D. de legat. II. l. 8. §. vlt. D. de opt. vel elect. leg.* imprudenter eligere: *l. 21. §. vlt. D. de negot. geſt.* ELIGENDI matrimonii libertas: *l. 71. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* ELIGENDI poteſtas. *l. 9. D. de curat. furioſ. l. 43. §. vlt. D. de legat. II.*

ELIMATVS, A, VM. Vndique ELIMATVM: *l. 2. §. 11. C. de vet. iur. enucl.* ELIMATA deſideria: *l. 8. C. Theod. de leg. vt et decr. legat. Lib. XII. tit. 12.* ELIMATA gloria. *Nouella de Theod. Cod.*

ELOCARE vectigalia. *l. 9. §. 1. D. de vectig. et public.*

ELOGIVM, praeter vulgarem ac notam ſignificationem, accipitur pro titulo vel cauſſa exheredationis, in *l. 14. in fin. D. de lib. et poſtum. l. 1. §. 9. D. de Carbon. edict. l. 9. C. de ſuis et legit. hered.* Cicero *pro Cluent. Cap. XLVIII. Vnum eſt etiam, quod maxime me conturbat, quod* ELOGIVM *recitaſti de teſtamento Cn. Egnatii, patris, hominis honeſtiſſimi, idcirco ſe exheredaſſe filium, quod is ob Oppianici damnationem accepiſſet pecuniam.* Quinctil. *Lib. VII. Cap. 5. Sed nonnumquam etiam reus hic totius ſummam conſtituit, ſi exheredatum a ſe filium pater teſtatus fuerit* ELOGIO, *propterea, quod it meretricem amauerit.* Idem *Declam. II. Non eſt, iudices, quod nullum putetis ideo ad iuuenis exheredationem adiectum* ELOGIVM, *quia de ſcelere conſtaret.* B. Auguſt. *Lib. de commun. vit. clericor. Ambos exheredauit, illum cum laude, iſtam cum* ELOGIO, id eſt, vituperatione. Vtitur hoc vocabulo in eumdem ſenſum Apulei. *Apol. p. 336.* Vetus Gloſſarium: ELOGIVM, *vituperatio, vel exheredatio, vel titulus cuiuslibet rei.* ¶. 2. Eodem modo et legatis et heredum inſtitutionibus quandoque ELOGIVM adiicitur, vt in *l. 37. §. 2. D. de legat. III.* Maeuio fideicommiſſum reliquiſſe teſtatorem, Scaeuola proponit, cum hoc ELOGIO: *Maeuio, de me nihil merito, dari volo.* Seneca *Lib. II. Contr. 8. Teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit formoſam heredem, et adiecit* ELOGIVM: QVIA PVDICAM COMPERI. At Quinctil. *Declam. CCCXXV.* ELOGIVM vocat verba precaria de hereditate reſtituenda in heredem collata. ¶. 3. Hoc amplius ELOGIVM, vt veteres Gloſſae exponunt, *textum malorum geſtorum, quam notoriam dicunt, item ordinem criminum et vitiorum,* ſignificat. *Onera* in vſu forenſi, et informationes dicimus. *l. 6. D. de cuſtod. et exh. reor. l. vlt. C. Theod. de nauicul.* Tranqoill. *in Calig. Cap. XXVII. Cuſtodiarum ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto* ELOGIO, *ſtans tantum modo intra porticum mediam, a caluo ad caluum duci imperauit.* Tertullian. *Apolog. Cap. XLIV. Veſtros enim iam conteſtamur actus, qui quotidie iudicandis cuſtodiis praeſidetis, qui ſententiis* ELOGIA *diſpungitis. Tot a vobis nocentes variis criminum* ELOGIIS *recenſentur.* Et *ad Scapulam Cap. IV. Pudens etiam miſſum ad ſe Chriſtianum cum* ELOGIO, *confeſſione eius intellecta, dimiſit, ſciſſo eodem* ELOGIO, *negans, ſine accuſatore ſe auditurum, ſecundum mandata.* Sic enim emendandum cenſeo. [Et *Lib. I. ad nation. Cap. II. Porro de nobis quos atrocioribus ac pluribus criminibus deputatis, breuiora* ELOGIA *conficitis,* vbi addendos Iac. Gothofredus *in Not. p. 70.*] Ammian. Marcellin. *Lib. XIV. Oblato de more* ELOGIO *addicti ad poenam.* ¶. 4. Inprimis, qui a non competente iudice adprehenſi, ad ſuum iudicem remittebantur, cum ELOGIO mittebantur. Modeſtinus in *l. 3. D. de re milit. Deſertorem auditum ad ſuum iudicem cum* ELOGIO *praeſes mittet.* Celſus *l. 11. §. vlt. D. de cuſtod. et exh. reor.* illud a quibusdam obſeruari ſolitum, refert, vt, quum cognouiſſet praeſes prouinciae, in qua crimen admiſſum erat, remitteret reum cum ELOGIO ad eum, qui prouinciae praeerat, vnde is homo eſſet. Similiterque mandatis comprehenſum, Marcianos in *l. 6. D. eod. tit.* refert, vt irenarchae, quum adprehendiſſent latrones, interrogarent de ſociis et receptatoribus, et interrogationes, litteris incluſas, atque obſignatas ad cognitionem magiſtratus mitterent, additqoe: *Igitur, qui cum* ELOGIO *mittuntur, ex integro audiendi ſunt.* ¶. 5. ELOGIVM, pro teſtamento morientis. *l. 20. C. de iur. deliber. l. 33. l. 35. C. de inoffic. teſt. l. 3. C. de poſtum. hered. l. 2. l. 3. C. commun. de manumiſſ. l. 23. l. 28. C. de teſt. mil. l. vlt. C. de ſecund. nupt. l. vlt. C. commun. vtr. iudic. l. 8. l. 9. C. qui teſt. fac. Nouell. XXII. Cap. 19.* ¶. 6. ELOGIVM etiam pro epitaphio, qood ſepulcro inciſum erat vſurpat Cicero *in Piſon. Cap. XXIX.* et *Lib. I. Tuſcul. Quaeſt. Cap. 14.*

ELOQVENS, ELOQVENTISSIMVS iudex. *Auth. Apud. C. de fid. inſtrum.* HEIN.

ELOQVENTIA rhetoris. *l. 27. D. de donat.* ELOQVENTIAE plus, quam ſcientiae iuris, operis dedit. *l. 2. §. 40. D. de orig. iur.*

ELOQVI, paſſiue. Quaedam extrinſecus ſunt, ELOQVVTA. *l. 13. §. 6. D. de his, qui not. infam.*

ELOQVIVM. Sacra ELOQVIA, pro diuinis litteris. *l. 34. §. 3. in fin. C. de epiſc. audient.* HEIN.

ELOQVVTIO. ELOQVVTIONE exprimi: *l. 12. §. 2. D. rat. rem hab.* At ipſius Iuliani verba in *l. 13. D. de ſolut.* ſunt haec: *Quod magis intellectu percipi, quam* EX LOQVVTIONE *exprimi poſſit.* Ita quidem Florentiae legitur, ſed quum ſine exemplo ſit loquutio: *Exprimere ex aliqua re*, pro per aliqoid: ipſa analogia et hic legi iubet ELOQVVTIONE. HEIN. ELOQVVTIO pluralis. *l. 12. D. de teſt.*

ELV.

ELVDERE. ELVDERE accuſationem: *l. 11. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* actionem: *l. 10.*

ELV. EMA.

l. 10. §. 8. D. quae in fraud. credit. ELVDITVR actor: *l. 26. D. de noxal. act.* ELVDERE compromiſſum: *l. 30. D. de recept. arbitr.* definitiones iudicum: *l. 4. C. eod. tit.* inofficioſi querelam: *l. 1. C. de inoffic. donat.* [iudicia et decreta: *l. 75. D. de iudic.*] poenam. *l. 6. D. de poen.* Traian. ad Plin. *Lib. X. Epiſt. 65. Neque enim ſufficit, eum poenae ſuae reddi, quam contumacia* ELVSIT.

[ELVERE notum: *l. 85. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.* Ita enim non abs re ibi pro ERVERE legit Iac. Gothofredus. ELVERE ſupplicia. *l. 22. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.*]

ELVGERE, tempus luctus explere. ELVGERE parentes, adgnatos, cognatos: *l. 23. D. de his qui not. infam.* Cic. *Lib. IX. ad famil. Epiſt. 20. Patriam* ELVXI *iam et grauius, et diutius, quam illa mater vnicum filium.* ELVGERE virum. *l. 10. D. de his, qui not. infam. l. 11. §. 1. D. eod. tit.*

ELVSCARE, alterum oculum effodere: *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 27. D. de pignor.* ELVSCATVS ſeruus. *l. 3. l. 17. D. ad exhib. l. 3. D. de condict. tritic.*

EMA.

EMANCIPARE, per aes et librum vendere et tradere, eo ritu, quam ex Caio deſcribit Boeth. *in Topic. Cic. Lib. VIII.* EMANCIPARI enim, vt Feſtus *Lib. V.* tradit, dicebantur, *tam liberi, qui ex iure patris exibant, quam ea, quae alieni dominii fiebant, quorum vtrumque mancipatione fiebat.* Vetus Gloſſa: EMANCIPARE *eſt a manu dimittere.* Et mox: EMANCIPATVS *eſt, qui a poteſtate alicuius abſolutus eſt, et ſui iuris factus.* Hinc EMANCIPARE agros, praedia, fundos apud Valer. Max. *Lib. VIII. Cap. 6.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 3.* Sueton. *in Othone Cap. 4.* EMANCIPARE hereditatem: apud Quinctilian. *Declam. CCLXXXXVIII.* Sic et in marmore apud Reineſ. *Claſſ. VII. Inſcript. 21. p. 490.* T. Flauius Corinthus Ti. Claudio Primogenio COLVMBARIA N. IIII. EMANCIPAT: vbi neſcio, cur vir doctus intelligat contractum locationis conductionis. Sed fraudi illi procul dubio fuit interpretatio vocabuli COLVMBARIVM, per quod male intelligit columbarum ſtationem, quum potius ſit locus ſepulcri, in quem mortuorum certus numerus inferri poterat, de quos erudite Raph. Fabrettus *Inſcript. Cap. I. p. 10. ſequ.* Et ſane ſepulcra etiam mancipatione tradi conſueuiſſe, ex inſignibus inſcriptionibus apud Gruter. *p MLXXXI.* et *p. DCCCCLVI, 4.* pridem oſtendit Frid. Brumm. *Comment. ad leg. Cinc. Cap. XIV. p. 207. ſequ.* HEIN. ‖. 2. Praecipue tamen in libris noſtris EMANCIPARI dicuntur liberi, vti *manumitti* ſerui, quoties e poteſtate dimittebantur. *l. 1. D. de condict. cauſſ. dat.* Vnde EMANCIPATVS, et *in poteſtate manens* aduerſantur: *l. 1. D. de coniung. cum emanc.* vt et EMANCIPATVS, vel ſui iuris effectus, qui propriam familiam habet: *l. 195. §. 2. D. de verb. ſignif.* et filius familias: *l. 6. princ. D. de religioſ.* EMANCIPARE adoptiuum; *l. 1. §. vlt. D. de legat. praeſt. l. 17. D. de rit. nupt.* EMANCIPATVS factus: *l. 3. §. vlt. D. de collat. bonor.* filios naturales: *l. 1. D. ſi tab. teſtam. l. 5. D. de grad. et adfin.* non iure, nec praeſentibus teſtibus EMANCIPARE: *l. 25. D. de adopt.* EMANCIPARE liberos ſuos: *l. 114. §. 6. D. de legat. I l. 92. D. de cond. et demonſtr.* EMANCIPARI nemo poteſt, niſi in imaginariam ſeruilem cauſſam deductus. *l. 3. §. vlt. D. de cap. minut. l. vlt. C. de emancip. §. 6. Inſt. quib. mod. ius patr. pot.*

EMA. EMB.

EMANCIPATIO, actus ille ſollemnis, quo liberi e patria poteſtate dimittuntur. EMANCIPATIONE paterfamilias conſtitutus: *l. 15. D. quando dies legat.* EMANCIPATIONIS praemium: *l. 3. C. Iuſt. et l. 9. C. Theod. de bon. matern.* pretium: *§. 2. Inſt. per quas perſ. cuiq. adquir.* EMANCIPATIONEM recte factam, negat. *l. 5. D. de probat.*

EMANERE, diu abeſſe, ac tandem reuerti. *l. 3. §. 4. D. de re milit. l. 17. §. 4. D. de Aedil. edict.*

EMANSIO, delictum eius, qui diutius, quam oportebat, a caſtris abfuerat. *l. 4. §. 14. et 15. D. de re milit.* Leuius autem eſt EMANSIONIS delictum, quam *deſertionis*; ſicut leuius eſt *erronis*, quam *fugitiui.*

EMANSOR, qui diu vagatus, ad caſtra regreditur: *l. 3. §. 2. D. de re milit.* alias et REMANSOR, in *l. 4. §. 13. et l. 5. §. 6. D. eod. tit.* Vetus Gloſſarium: EMANSOR *eſt, qui diu vagatur, et tandem redit ad caſtra.* Vnde EMANSOREM a *fugitiuo* tempore diſcerni, belliſſime ait Claudius Saturninus in *l. 16. §. 5. D. de poen.*

EMBAMMA, acetum, ad intingenda obſonia conditum: *l. 9. in fine D. de contrab. emt. l. 9. §. 1. D. de tritic. vin. ol.* Ei ſynapi miſceri ſolitum, indicat Columella *Lib. XII. Cap. 55.* Cuiac. *Lib. XV. Obſ. Cap. 27.* non ex vino, quod coacuerat, ſed ex aceto factitio, ſeu *σκευαστῷ*, vti vocant Baſilica, factum eſſe embamma, docet, quod probat lanoe. Ciron. *Lib. I. Obſ. iur. canon. Cap. VIII.* Sed fruſtra, ſi quid video, ea de re diſceptatur. Procul dubio enim complura fuerunt embammatum genera, nec eodem omnia modo, nec ad eumdem guſtum, facta. De embammate Iudaeorum, herbis amaris condito, חרוסת dicto, quo in caena paſchali vtebantur, videndus Io. Lightfoot. *Hor Hebr. et Talmud, ad Matth. XXVI, 26. pag. 378. Tom. II. Op.* HEIN.

EMBATEYTIKON ius, *l. 3. §. 4. D. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur.* quidam interpretantur ius, quod creditor in bonis, ſibi pignori obligatis, conceſſum habet, propria auctoritate ea ingrediendi. Vid. *Etymologicon in voce ἐμβατεία.* At iuriſconſultus ibi iungit ius *ἐμφυτευτικὸν* et *ἐμβατευτικὸν*, et quidem per *vel.* Deinde de vtroque, tamquam de vno, loquitur, vocatque *ius praedii.* Verba Vlpiani talia ſunt: *Si ius ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατευτικὸν habeat pupillus: videamus*

mus, an diſtrahi hoc a tutoribus poſſit? et magis eſt, non poſſe, quamuis ius praedii potius ſit. Quis vero quaeſo, *diſtraheret* ius, propria auctoritate occupandi ingrediendique rem oppignoratam, emtori nulli vſui futurum? et quis hoc *ius praedii* eſſe dixerit? Rem omnem conficit inſignis locus Heſychii: ΕΜΒΑΤΕΥΣΑΙ, τὸ κατέχειν, καὶ καρπῦσθαι χωρίον, ἢ οἰκίαν, ἢ ὅλον τὸν κλῆρον ζητῆσαι. EMBATEYΣAI *eſt poſſidere, fructus percipere, ex agro, vel domo, vel tota quadam hereditate, vel ex iis adquirere.* Eſt ergo ius EMBATEVTICVM vere ſimile emphyteutico, et ſpecies eius dominii, quod hodie vocant vtile, veluti in agro vectigali, ſuperficie, et ſi qua alia ſimilia iura fuerint. Quin et vſusfructus ad ius iſtud pertinere, et quia praedio inhaeret, *ius praedii* dici; quumque ſaltim domino proprietatis cedi poſſit, eius diſtractio prohiberi potuit. HEIN.

EMBLEMA, quod ſcyphis, phialis, ſpeculis, abſidibus, vaſisque, ornatus cauſſa, adiungebatur. *l. 17. D. de aur. arg. leg.* EMBLEMATA aurea, quae in argento ſont, et in abſulibus argenteis: *l. 19. §. 5. et §. 6. D. eod. tit.* Aurea EMBLEMATA, quae in lapidibus, abſidibus argenteis eſſent: *l. 32. §. 1. D. eod. tit.* Si EMBLEMATA phialae iunxeris: *l. 7. D. ad exhib.* Sic Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 3.* Vlyſſem et Diomedem, palladium ſurripientes, in phialae EMBLEMATE fuiſſe, refert. EMBLEMATA argenti, ſcyphorum forte, vel ſpeculi. *l. 3. §. 1. D. de trit. vin. oleo leg.* Hoc vocabulum, quum in SC. aliquando incidiſſet, Tiberius, Graeci ſermonis impatiens circumduci, et aliud Latinum requiri, aut rem potius longiore ambitu demonſtrari iuſſit. Sueton. *in Tiber. Cap. LXXI.* Nimirum e Graecia in Latium cum luxo ipſa quoque luxus vocabula irrepſerant. Nec tamen vsque adeo inops verborum eſt Latinitas, vt peregrinam vocem iure ciuitatis donare neceſſe habeat. EMBLEMATIBVS enim nuncium remittens, poteſt ea cum Vlpiano, in *l. 19. §. 13. D. de aur. arg. leg. acceſſiones, ornandae rei cauſſa adhibitas*, nuncupare. Ad ea reſpexiſſe videri poteſt Paullus, quum in *l. 23. §. 5. D. de rei vindic.* ait: *Quaecumque aliis iuncta, ſiue adiecta, acceſſionis loca cedunt.* Nec non Florentinus, quum in *l. 29. D. de aur. arg. leg. Si quando*, inquit, *alterius generis materia auro, argentoue iniecta ſit, vtra vtrius materiae ſit acceſſio, viſu atque vſu rei aeſtimandum.* EMBLEMATA vtique adplumbata fuiſſe, et plumbatura, non item ferruminatione iuncta, argumento eſt, quod Paullus in *l. 32. §. 1. D. de aur. arg. leg.* ea replumbari potuiſſe, ſcribit Vſus eo vocabulo eſt et Cicero *in Verr. Lib. IV. Cap. 24.* Quod ad ſpecula attinet, in iis EMBLEMATVM vſum quidam negant, emendandamque putant *l. 3. §. 1. D. de tritic. vin. ol.* Sed ſine ratione hic turbas dare criticos, oſtendit Corn. van Bynkersh. *Lib. VI. Obſ. Cap. 6.* HEIN.

EMBOLA in *l. 10. C. de SS. eccleſ. l. vlt. C. de nauib. non excuſ. Lib. X.* publicarum ſpecierum, ſeu annonarum, transuectionem ſignificat, quae quotannis ex Aegypto nauibus illatae Conſtantinopolin deferebantur, ἀπὸ τῦ ἐμβάλλεσθαι τοῖς ναυσὶ τὸν σῖτον, vt Iuſtinianus in *Edict. XIII. Cap. 4. §. 1. et 2.* his verbis indicat: πᾶσαν γίνεσθαι πρόνοιαν τῦ τὸν τῆς αἰσίας ἐμβολῆς σῖτον καὶ ἀπαιτεῖσθαι, καὶ κατὰ τὺς νενομισμένυς καιρὺς ἐκπέμπεσθαι· ἀλλὰ τῦτον μὲν εἰσπράττειν ὅσις ἐξ ἑκατέρας ἐςὶν Αἰγύπτυ, τὸν δὲ ἄλλον ἀνυπερθέτως ὑποδέχεσθαι, ἢ καὶ ἐμβάλλεσθαι τοῖς πλοίοις. παρασκευάζειν τε εἰς ταύτην ἐκπέμπεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ὅσος τῦ κανόνος τῆς αὐτῆς αἰσίας ἐμβολῆς ἐςὶ τῆν ἐνθαῦτα πλωιζομένης. *Omnem curam ac diligentiam ſubeat vt dictum felicis* ILLATIONIS *frumentum et exigatur, et conſuetis temporibus emittatur. Atque hoc quidem, quod ex vtraque Aegypto contribui debet, exiget, aliud vero ſine dilatione ſuſcipiet, aut etiam nauibus iniiciet, quantumque canon eiusdem ſollemnis illationis, quae in hanc almam vrbem aduehi ſolet, poſtulat, huc emittendum curabit.* Idem in eodem loco ἐμβολὴν vocat σιτοπομπείαν. Eaque eſt EMBOLA felix, *in Nouella Theod. de nauib. vltr.* [et EMBOLA ſimpliciter *Nouell. CLXIII. Cap. 2.* vbi definitur *annua ſpecierum transmiſſio, vt in condito et ad militares ſumtus habeantur.* Vnde patet, quantum a vero recedat Gyraldi interpretatio *de re nautic. Cap. XI.* qui embolam in *l. 10. C. de ſacroſ. eccleſ.* ait genos eſſe nauis velociſſimae. Quo nomine eum recte reprehendit Io. a Wouweren *ad Petron. Satyr. p. 408*]

EMENDARE, corrigere. Sic emendatur actio: *l. 4. C. de edend.* EMENDARE cenſum: *l. 4. §. vlt. D. de cenſ.* errorem: *l. 21. D. de manumiſſ. teſtam.* Si quid circa inſcriptionem errauerit: *l. 35. D. ad leg. Iul. de adult.* EMENDARE ius: *princ. Inſt. de bonor. poſſeſſ.* Nondum EMENDATI libri: *l. 52. §. 4. D. de legat. III.* EMENDARE moram, id eſt, purgare: *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.* EMENDABIT praetor rem: *l. 10. D. comm. diuid.* EMENDANDVM replicatione: *l. 27. §. 2. D. de iureiur.* EMENDARE verba actorum: *l. 46. D. de re iud.* vitium parietis. *l. 7. D. ſi ſeru. vindic.* ¶. 2. EMENDARE, caſtigare vel coercere, vt. *l. 7. §. 2. D. de iniur.* EMENDARE aut verbis, aut fuſtium caſtigatione: *l. 9. §. 3. D. de offic. proconſ.* corrigendi vel EMENDANDI animo verberare: *l. 15. §. 38. D. de iniur.* Et ſic Lactant. *de mort. perſequut. Cap. XXII. Domeſtici et adminiſtratores lancea* EMENDABANTVR. HEIN.

EMENDATIO, pro caſtigatione. *in rubr. C. de emend. ſeru. et de emendat. propinqu.* A magiſtro vel parente illata verbera, EMENDATIONIS, non iniuriae gratia, adhibita cenſentur: *l. 16. §. 2. D. de poen.* Immo generatim poena in EMENDATIONEM hominum conſtituitur. *l. 20. D. de poen.* EMENDATIO publicae diſciplinae. *l. 1. D. de offic. praef. praet.*

EMENDICARE. [EMENDICATA dignitas: *l. 153. C. Theod. de decurion.*] gratia: *l. 129. C. Theod. eod. tit.* [Inſignia conſularium EMENDICATA, atque adſimulatitia: *l. 5. C. Theod. de honorar. codicill. Lib. VI. tit. 22.*] EMENDICATA ſuffragia decretorum. *l. 15. C. de accuſat. l. 75. C. Theod. de decurionib.*

[EMENSVS, A, VM. EMENSA ſtipen-

ſtipendia: *l. 4. C. Theod. de re milit.* Tempore prouocationis EMENSO. *l. 16. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.*

EMENTIRI. EMENTITA profeſſio. *l. 14. C. de probat.*

EMERE, veteribus erat accipere, vel ſumere, vt Feſtus *Lib. I. Lib. V. et Lib. XVI.* ſcribit. Iidem in emtione et venditione adpellationibus promiſcue vtebantur *l. 19. D. de act. emt. vend.* ¶. 2. Proprie, EMERE, eſt rem certo pretio comparare. Hinc EMERE per adiudicationem: *l. 7. §. 13. D. comm. diuid.* aequo pretio: *l. 66. D. de legat. I.* ex auctione: *l. 2. §. 8. D. pro emtor.* Bene EMERE eſt, non tam a bono auctore, quam aequo et iuſto pretio emere. Cicero *Lib. I. ad Attic. Epiſt. 13.* Seneca *Lib. VI. de Beneſ. Cap. 62. Nihil venditori debet, qui bene* EMIT. EMERE bona fide a non domino: *l. 13. D. pro emtor. l. 7. §. 11. l. 9. §. 4. D. de Publician. in rem act. l. 27. D. de contrab. emt.* Et contra: mala fide EMERE: *l. 2. princ. et §. 1. D. pro emt.* magno pretio EMERE: *l. 1. §. 13. D. ſi quid in fraud. patron.* vili pretio. *d. l. 1. §. 16. D. ſi quid in fraud. patron.* ¶. 3. EMERE, in actione, quae ſub titulo *de liberali cauſſa* proponitur, ſic accipiemus, etiamſi per alium quis EMERIT. *l. 22. D. de lib. cauſſ.* EMERE per ſe, vel per aliam perſonam. *l. 46. D. de contrab. emt.* ¶. 4. Inde participium EMTVS, A, VM. id eſt, pretio comparatus. Inter EMTVM tamen et *paratum*, (quae verba in legatis vxori relictis vſu frequentabantur, *l. 29. D. de legat. III. l. 10. D. de aur. arg. leg. l. 81. in fine D. ad leg. Falcid.*) id intereſſe, ait Vlpianus *l. 47. §. 1. D. de legat. III.* quod in EMTO *paratum* inſit: in *parato* non continuo EMTVM contineatur. *Paratis* omnia continentur, quae vſibus attributa, deſtinata, vxorique adſignata. EMTA vero ea ſola intelliguntur, quae propter ipſam emta fecit maritus, non quae alia ratione adquiſita ei deſtinauit. *l. 49. §. 1. D. eod. tit.* Vide plura de horum verborum vi in *l. 45. l. 46. l. 47. l. 49. l. 78. §. pen. D. de legat. III.* ¶. 2. Hinc EMTI actio: *l. 45. D. mand.* EX EMTO actione conuenitur: *l. 12. §. vlt. D. de diſtr. pign. l. 27. l. 69. §. 4. l. 70. D. de euict. l. 78. §. 1. D. de iur. dot. l. 1. §. pen. l. 4. D. de Aedil. edict. l. 1. §. 5. D. de ſuperfic. l. 10. l. 35. D. de ſtatulib. l. 11. §. 8. D. quod vi aut clam.* Ex EMTO actione is, qui emit, vtitur: *l. 11. D. de act. emt. vend.* aduerſus eum, qui vendidit: *l. 19. §. 9. D. de captiu.* Iure ciuili vt integra ſint, quae acceſſura, dictum fuerit, ex EMTO actio eſt. *l. 33. D. de Aedil. act.* Ex EMTO actio re euicta competit: *l. 82. §. 2. D. de legat. I.* Quaſi ex emto actio: *l. 8. §. 1. D. de religioſ.* Ex EMTO agere: *l. 13. §. 3. D. de iureiur. l. 3. D. de dol. except. l. 22. §. 9. l. 34. §. vlt. D. mand. l. 78. §. 2. et §. vlt. D. de contrab. emt.* agi: *l. 34. §. vlt. D. mand. l. 4. §. 4. D. de Aedilit. edict. l. 7. §. 5. D. de pactis. l. 16. princ. l. 41. §. 1. l. 56. D. de euict. l. 14. l. 22. §. 9. l. 34. §. vlt. D. mand. l. 78. §. 2. et §. vlt. D. de contrab. emt.* Ex EMTO committi: *l. 71. D. de euict.* conueniri: *l. 18. D. eod. tit.* dari: *l. 74. §. 1. D. eod. tit.* EMTAS fecit maritus: *l. 49. D. de legat. III.* EMTVM habere: *l. 34. §. 6. D. de contrab. emt. l. 35. D. eod. l. 12. D. de in diem addict. l. 2. D. locat.* EMTVM habere fundum: *l. 34. D. de pign. act.* EMTAM rem habere: *l. 22. §. 4. D. mandat.* EMTOS habere boues: *l. 52. D. ad leg. Aquill.* EMTAS habebat lances: *l. 102. §. 1. D. de legat. III.* EMTAE hereditatis ſtipulatio: *l. 95. D. de legat. III. l. 50. D. de verbor. oblig.* de cuius conceptione conſule noſtrum *de formulis Librum VI. Cap. XLIX. p. 482.* EMTI iudicium: *l. 14. D. de Public. in rem act. l. 4. §. vlt. D. de vſur. l. 69. §. 5. D. de euict. l. 11. §. 1. l. 48. D. de act. emt. l. 8. §. 5. D. mand.* EMTI iudicio conſequi: *l. 52. D. de act. emt.* praeſtare: *l. 4. D. de vſur. l. 8. §. 5. D. mand.* repetere pretium: *l. 43. D. de act. emt.* teneri: *l. 69. D. de euict. l. 11. §. 14. D. de act. emt. l. 6. §. 1. D. de contrab. emt.* Iudicio ex EMTO actum: *l. 84. § 5. D. de legat. I.* teneri: *l. 14. §. vlt. D. mand.* Quae iure EMTI continentur: *l. 15. D. de dol. except.* Ex EMTO obligatus: *l. 14. §. vlt. D. mand.* praeſtare: *l. 58. D. de pact.* EMTVM rogare: *l. 41. D. de contrab. emt.* Ex EMTO teneri: *l. 54. §. vlt. D. de euict. l. 33. D. locat. l. 18. § 12. D. quib. mod. pign.* EMTI *venditi* actio, ἀσυνθέτως. *l. 16. D. de in diem addict.* obligatio; *l. 6. §. 1. D. de contrab. emt.* EMTI et *venditi* actiones: *rubr. D. de act. emt. et vend.* Ex EMTO *vendito* agere: *l. 19. D. de bered. vel act. vend.* Ex EMTO et *vendito* actiones: *l. 5. §. vlt. D. de reſc. vendit.* Ex EMTO vel *vendito. l. 40. §. 9. D. de Aedilit. edict.*

EMERETENSES, Luſitaniae populus, qui iuris Italici erat. *l. vlt. D. de cenſ.*

EMERGERE dicuntur, quae in occulto quum eſſent, et laterent, ex poſt facto adparent. Sic EMERGIT aes alienum: *l. 2. D. de condict. indeb. §. 5. Inſt. de bered. qual. et differ.* EMERGENTE aere alieno; *l. 43. §. 1. D. de adminiſtr. et per. tut.* Vbi primum EMERGIT aqua: *l. 1. §. 8. D. de aqu. quotid. et aeſt.* Si quid in publica priuataque cauſſa emerſerit: *l. 8. C. de legib.* EMERGIT cautiatio; *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 4.* EMERGVNT creditores: *l. 2. D. de condict. indeb.* debitum: *l. 7. D. de tribut. act. l. 1. §. 11. D. ſi cui plus quam per leg.* Si in ipſa cognitione grauius aliquid EMERGAT: *l. 3. §. 1. D. de ſuſp. tut.* Si aliquando homines emergunt: *l. 14. C. de oper. publ.* EMERGIT improbitas morum, ante celata, vel ignorata: *l. 8. D. de confirm. tut.* Si aliquid inopinatum EMERGAT: *l. 7. D. de fer.* EMERGIT lis: *l. vlt. C. de in lit. iur.* Quaedam ad illuminandam veritatem in lucem EMERGVNT: *l. 10. § 5. D. de quaeſtion.* Ad inſtruenda ea, quae poſtea EMERGVNT: *l. 8. D. fam. erciſc.* EMERGIT inopinata ſeruitus: *l. 1. §. 1. D. de act. emt. vend.* EMERGVNT veſtigia: *l. 4. C. qui teſt. fac.* EMERGIT in lucem vitium: *l. 4. C. de iur. et fact. ignorant.* EMERGIT vtilitas publica. *l. 5. §. vlt. D. de iniur.*

EMERITVS vocatur, qui impletis ſtipendiis labore militiae ſoluitur. *l. 1. C. de excuſ. tut. l. vlt. C. de his, qui implet. ſtipend.* ¶. 2. EMERITIS ſtipendiis, *l. 2. §. 2. D. de his, qui*

not. infam. id eſt, impletis, vt loquitur *l. 9. D. de re milit.* vel impleto tempore militiae, vt *l. 13. §. 3. D. eod. tit.* ¶. 3. EMERITA, adpellantur praemia et commoda militiſe finitae: *l. 3. §. 8. §. 12. l. 5. §. 7. D. de re milit.* et apud Sueton. *in Auguſt. Cap. XXXIII.* χρήματα, ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας ἔλαβον, *pecuniae, quas, qui militare deſiit, accipit*: vt ait Dio Caſſ. *Lib. LIV.*

EMIGRARE dicuntur, qui ante finitum conductionis tempus habitationem derelinquunt. *l. 27. §. vlt. l. 28. D. locat. l. 4. l. 5. D. de damn. infect.*

EMIGRATIO inquilinorum: *l. 28. D. de damn. inf.*

EMINENS. EMINENTEM locum ſupra alienum facere: *l. 30. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* EMINENTES habere oculos: *l. 12. §. 1. D. de aedilit. edict.* EMINENTISSIMI viri: *l. 11. C. de quaeſt.* Eum autem titulum praefecti praetorio et magiſtri militum ferebant, *l. 1. C. de veteran.* nec non patricii, *Conſt. ſumma reip. §. 2. de Iuſtin. Cod. confirm. l. 2. C. de ſent. ex peric. recit. l. 64. C. de decurion. l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud. §. 2. Inſt. quib. alien. lic. vel non.* immo et praefecti vrbi. *l. 5. C. de arbitr.* EMINENTISSIMAE praefecturae. *l. 6. C. de tribut. Lib. X.*

EMINENTIA poteſtatum. *l. 1. C. de adparit. praef. Lib. XII.* Per EMINENTIAM, quod Graecis κατ᾽ ἐξοχὴν. Vlpian. *Reg. tit. XI. §. 3.*

EMISENORVM ciuitas, quam coloniam et iuris Italici Imperator, Alexander Seuerus, fecit, teſte Paullo. *l. vlt. D. de cenſib.*

EMISSIO chirographi, apud Caſſiodor. *Lib. IV. Var. Cap. 32.*

EMITTERE animalia ſolita: *l. 4. D. de adqu. rer. dom.* cautionem: *l. 1. C. ſi pign. conuention. l. 7. C. de praed. minor. l. 1. C. de mun. pecun. l. 4. C. de oper. ſeru. l. 4. C. de vſur.* EMISSA cautio: *l. 4. C. de op. libert. l. 1. C. de non num. pecun.* Et ita legendum in *d. l. 1. C. ſi pign. conuent.* auctoribus libris ſcriptis. EMITTERE columbas e columbario: *l. 1. §. vlt. D. fam. erciſc.* coniectum in vincula: *l. 4. princ. D. ad leg. Iul. maieſt.* epiſtolam: *l. 5. §. 3. l. 24. D. de pecun. conſt. l. 34. D. de pignorat. act. l. vlt. §. vlt. D. de fideiuſſ. l. 78. §. 1. D. de legat. III. l. 34. D. mand. l. 13. C. de probat. l. 77. D. de rei vind. l. 34. §. 1. D. de pignor. l. 16. §. 1. D. de alim. vel cibar. legat.* inſtrumentum: *l. 4. C. de vſur. l. 47. §. vlt. D. de pact.* litteras, *l. 16. D. de SC. Silan. l. 37. §. 1. D. de legat. III. l. 38. D. de liber. cauſſ. l. 1. C. de codicill.* id eſt litteras facere, vt eſt in *l. 26. D. de pecun. conſt.* EMITTIT litteras princeps: *l. 5. §. 1. D. de iur. immun.* EMISSAE litterae: *l. 15. D. de fund. dotal.* EMISSA manus, pro expoſita cautione: *l. 15. D. de probat.* procuratio: *l. 21. D. de procurat.* reſcriptum: *l. 1. §. 3. D de quaeſt. l. vlt. D. de offic. praef. praet. l. 1. C. de colluſ. deteg.* ſatisdatio: *l. 3. C. ne tut. vel curat.* EMITTERE ſpiritum. *l. 18. D. de reb. dub.*

EMO.

EMOLVMENTVM, et *compendium, commodum, lucrum,* idem valent. Ac proin, de EMOLVMENTVM et damnum opponuntur. *l. 52. §. 5. D. pro ſoc.* Sic EMOLVMENTVM actionis: *l. vlt. §. vlt. D. quae in fraud. credit.* annonariae rei: *l. 2. C. ſine cenſu et reliqu.* bonorum: *l. 21. §. 1. D. de SC. Silanian.* bonorum poſſeſſionis: *l. 6. D. ſi tab. teſtam. l. 6. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ. l. 5. D. de collat. bonor. l. 3. §. 5. D. de Carbon. edict.* collationis: *l. 3. §. 2. l. 9. D. de collat. bon.* compendii alieni: *l. 4. D. de in lit. iurand.* conductionis: *l. 8. D. locat.* [congruum: *l. 16. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.*] EMOLVMENTA debita: *l. 1. C. de inoffic. dot.* debiti: *l. 25. D. de liberat. leg.* donationis: *l. 11. §. 3. D. de donat. int. vir. et vxor.* Falcidiae: *l. 56. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* fideicommiſſi: *l. 14. D. de alim. vel cibar. legat. l. 34. §. 4. D. de legat. II.* [fiſcalia: *l. 13. C. Theod. de ſuſcept. Lib. XII. tit. 6.*] hereditatis: *l. 62. D. de legat. II. l. 4. D. de coniung. cum emancip. lib. l. vlt. D. vt legat. l. 2. D. de his, quae in teſtam. l. 14. §. vlt. D. ad. SC. Trebell. l. 62. D. de legat. II. l. 4. D. de legat. III. l. 3. §. 1. D. de adſign. libert.* legati: *l. 66. D. de legat. II. l. 17. D. quando dies legat. l. 71. D. de condit. et demonſtr.* legis: *l. 56. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 20. §. 1. D. de manumiſſion.* litis: *l. 30. D. de liberat. leg.* negociationis: *l. 10. D. de hered. vel act. vend.* partium: *l. 57. D. de vſufruct.* portionis: *l. 16. D. de his, quae vt indign.* portionum: *l. 23. D. de condit. inſtit.* [EMOLVMENTVM praecipuum: *l. 1. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.*] EMOLVMENTI quantitas: *l. 20. D. de manum. teſtam.* EMOLVMENTVM rei: *l. 66. D. de legat. II.* ſententiae: *l. 10. §. 1. D. de in rem verſ.* ſocietatis: *l. 63. §. 8. D. pro ſoc.* ſucceſſionis: *l. 1. D. ſi pendent. l. 3. C. ne de ſtat. defunct.* victoriae: *l. 1. C. ſi vnus ex plur. adpell.* voluntatis: *l. 11. D. de adſign. libert.* vſusfructus: *l. vlt. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* vſurarum. *l. 17. §. 2. D. de vſur.* ¶. 2. Eo pertinent phraſes: EMOLVMENTVM hereditatis adquirere: *l. 16. D. quand. dies legat.* EMOLVMENTVM attulit venditio: *l. 24. §. vlt. D. de pign. act.* EMOLVMENTO fideicommiſſi carere: *l. 34. §. 3. D. de legat. II.* magnum EMOLVMENTVM ex negotio conſequutus: *l. 70. §. 1. D. de legat. II.* EMOLVMENTVM habet donatio: *l. 32. §. 24. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 13. D. de legat. praeſt.* EMOLVMENTVM peruenit: *l. 27. D. de liber. legat. l. 62. D. de legat. II.* praeſtatur: *l. 50. D. ad SC. Trebell.* quaeritur: *l. 1. D. ſi a par. quis manumiſſ. l. 77. §. 3. D. de legat. II.* EMOLVMENTVM ad eum non reſpicit: *l. 5. §. 4. D. de legat. praeſt.* EMOLVMENTVM retinere. *l. 76. §. 2. D. de legat. II.*

EMP.

ΕΜΦΑΝΙΣΤΙΚΑ, quae clerici nouelli pro introitu dant veteranis. *Nouell. LVI. praef.* et *Cap. I.* Add. Meurſ. *in Gloſſ. ſub. verbo* ἐμφανιστικά. HEIN.

[EMPHYTEVMA, pro canone emphyteutico. *l. 32. C. de epiſc. aud.*]

EMPHYTEVSIS contrahitur, quum ſterilia praedia perpetuo fruenda ita dantur, vt quamdiu

diu penſio, ſiue reditus pro his domino praeſtetur, neque ipſi conductori, neque heredi eius, neque alii, qui ab his acceperint, auferre liceat. *§. 3. Inſt. de locat. conduct.*

[EMPHYTEVTA. *l. 2. l. 3. pr. C. de iure emphyteut.* Adpellatur etiam EMPHYTEVTICARIVS, in *§. 3. in fine Inſt. de locat.* et in *l. 1. C. de iur. emphyteut.*]

EMPHYTEVTICARIVS, A, VM. EMPHYTEVTICARIVS ager: *rubr. D. ſi ager vectig. vel emphyteut.* EMPHYTEVTICARII patrimoniales: *l. 12. C. de fund. patrim. Lib. XI.* poſſeſſores: *l. 1. C. de collat. fund. Lib. XI. l. 1. C. de mancip. et colon. Lib. XI. l. 1. C. Theod. de itin. muniend.* EMPHYTEVTICARIA praedia. *l. 3. C. Theod. ad SC. Claud.*

EMPHYTEVTICVS, A, VM. EMPHYTEVTICVS ager: *l. 15. §. 1. D. qui ſatisd. cog. l. 13. C. de praed. min. l. 23. C. de adminiſtr. tut.* EMPHYTEVTICI fundi: *l. 2. C. de mancip. et colon. l. 4. C. de collat. fund. Lib. XI.* EMPHYTEVTICVM ius: *l. 3. §. 4. D. de reb. cor. rubr. C. de iur. emphyt. l. 3. C. Theod.* et *l. 23. C. Iuſtin. de adminiſtr. et peric. tut.* [EMPHYTEVTICI iuris domus: *l. 2. C. Theod. de ind.*] fundi: *l. 1. C. de fund. patrim. Lib. X.* [praedia: *l. 7. C. Theod. de locat. fund.*] EMPHYTEVTICO iure rem detinere: *l. 7. §. vlt. C. de praeſcript. trig. annor.* poſſeſſiones ſuſcipere: *l. 3. C. de fund. patrimon. Lib. XI.* EMPHYTEVTICVM praedium. *l. 13. C. de praed. et al. reb. non. l. 11. l. 13. C. de fund. patrim. Lib. X. l. 14. C. Theod. de indulg. debit.*

*EMPLASTRVM, quo vulnera teguntur curanturque. Si quis ex alienis medicamentis EMPLASTRVM compoſuerit: *§. 25. Inſt. de rer. diuiſ. l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin.* Ea in inſtrumento medici eſſe, teſtatur Paullus *l. 18. §. 10. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* et *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 62.* HEIN.

[EMPOLA, lucra negotiationis in *l. 69. D. pro ſoc.*] Ad in *d. l. 69.* non occurrit hoc vocabulum, ſed EPVLAE. *Si conuenerit, vt vnus reliquis nundinas, id eſt,* EPVLAS *praeſtaret.* Ibi vero Rad. Fornerius *Lib. III. Rer. quotid. Cap. 28.* et Claud. Salmaſ. *Obſ. ad ius Att. et Rom. Cap. V. p. 258. ſequ. reſcribunt empolas,* idque vocabulum, ducibus Suida et ſcholiaſta Ariſtophanis, exponunt τὸ τῆς πραγματείας κέρδος, ἢ συναγωγὴν τοῦ κέρδους, *lucrum negotiationis, vel collectionem iſtius lucri.* Sed ego vix me intelligere fateor, quomodo tunc id vocabulum poſſit eſſe interpretatio nundinarum: *nundinas, id eſt, empolas,* et quomodo aduerſus hunc ſocium locus ſit actioni venditi quum ei nihil vendiderit? Hinc Iac. Conſtantinaeus *Lib. II. Subtil. enodat. Cap. 21.* aliam ingreſſus viam, per *nundinas* intelligit res ad nundinandum neceſſarias; per *epulas* ſumtum, qui in victum a ſociis ad nundinas profectis erogatus fuiſſet, deinde legit: ad negotium dimitteret, pro: *a negotio* dimitteret, pro *id eſt, iis et.* Et hanc interpretationem, tam contortam, ipſe *ele-*

gantiſſimam in rubrica eius capitis vocat: quum nec *nundinarum* nec *epularum* ſignificatio iſta vnquam in laudatis ab eo locis occurrat. Omitto hic, quid alii hic ariolati ſint, et id tantum moneo, virum doctum, a quo haec obſeruatio Briſſonii operi inſerta, ſequutum eſſe Rad. Fornerium et Salmaſium. Sed mihi ſemper maximopere placuit Heraldi coniectura, qui *Cap. III. Emendat. et Obſeru.* verba iſta, *id eſt epulas,* pro inepti hominis gloſſemate habet, eoque exturbato, optimum eſſe legis ſenſum, erudite docet. Et ſane non erat tam obſcurum nundinarum vocabulum, vt interpretatione vel Graeca vel Latina indigeret, nec tam plana verba *epulae,* vel *empolae,* vt iis additis, lector, quid *nundinae* ſint, facilius intelligeret. HEIN.

ΕΜΠΟΝΗΜΑ, *l. 2. C. de iure emphyt.* et in *Nouellis VII. LXIV. et CXX.* Vulgo meliorationem dicunt.

EMT.

EMTIO, iuris gentium eſt, et ideo conſenſu peragitur, et inter abſentes contrahi poteſt, et per nuncium, et per litteras. *l. 1. §. vlt. D. de contrab. emt.* EMTIO enim et venditio ita contrahitur, ſi de pretio conuenerit: *l. 2. D. locat.* id eſt, nuda contrahentium voluntate. *l. 1. D. de rer. permut.* Quoties materia, in quo (qua) aliquid praeſtatur, immutatur et alienatur, toties emtio magis, quam locatio intelligi debet. *l. 65. D. de contrab. emt.* EMTIONIS vero verbo omnem alienationem complexa eſt lex XII. tabularum, ceu obſeruatur in *l. 29. §. 1. D. de ſtatulib.* cuius nos alias ſententiam exponemus. EMTIONI porro ſimilis eſt litis aeſtimatio. *l. 3. D. pro emtore.* Ex ſecunda emtione, id eſt, ex litis aeſtimatione, hominem habere. *l. 21. §. 1. D. de euict.* EMTIO, quae bonam fidem habet. *l. 7. §. 11. D. de Public. in rem act.* ¶. 2. EMTIONES *praediorum* et *ſeruorum* aliquando pro inſtrumentis emtionum accipiuntur, vt in *l. 102. princ. verſ. idem quaeſiit D. de legat. III. l. 12. §. 45. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. 2. C. quae res pign.* EMTIONIS inſtrumentum. *l. 2. C. de adſert. toll. l. 3. C. de quadr. praeſcript. l. 17. C. de fid. inſtrum.* HEIN.

EMTOR, alias, qui numis rem comparauit, pretioque emit. At in edicto Aedilium Curulium, etiam ſi quis permutauerit, dicendum eſt, vtrumque EMTORIS et *venditoris* loco haberi. *l. 19. §. 5. D. de Aedil. edict.* ¶. 2. Aliquando, qui emtor non eſt, EMTORIS *loco* habetur. Sic EMTORIS loco eſt maritus: *l. 9. §. vlt. D. qui potior. in pign.* EMTORIS loco habendus eſt, qui litis aeſtimationem ſuffert. *l. 22. D. de act. rer. amot.* ¶. 3. EMTOR *bonorum*: *l. 29. D. de reb. auct. iud. poſſid. et venund. l. 1. C. de hered. vel act. vend.* et apud Ciceron. *pro Quinct. Cap. XV.* Hoc nomine adpellabatur is, qui bona a creditoribus diſtrahenda emebat. *pr. Inſt. de ſucceſſ. quae fieb. per bon. vend.* et ibi Theophilus. Et hinc apud Valerium Probum hae notae B. E. quae *bonorum emtorem* ſignificant, inter iuris notas ponuntur.

¶. 4. EMTOR familiae, qui, quoties teſtamentum

tum per aes et libram condebatur, hereditatem emebat, numo ſeſtertio in libram iniecto, vel ſaltim eam ſe emere adſimulabat. Meminerunt eius Iuſtinianus, *princ. Inſt. de teſtam.* et ibi Theophil. nec non Vlpian. *Fragm. tit. XX. §. 2. et 3.* HEIN ¶. 5. EMTOR hereditatis: *l. 16. D. de pact. l. 2. C. eod. tit. l. 34. D. de procurat. l. 13. §. vlt. D. de option. vel elect. leg. l. 18. D. de hered. vel act. vend. l. 5. C. eod. tit.* Idem et *vniuerſitatis* EMTOR dicitur. *l. 13. §. 8. D. de heredit. petit* Et hinc emtor hereditatis vicem heredis obtinet. *l. 2. §. 18. D. de hered. vel act. vend.* ¶. 6. Pro EMTORE, titulus poſſeſſionis. *l. 13. §. 1. D. de hered. petit.* Et hinc inter poſſeſſionum genera et cauſſas numeratur. *l. 3. §. 21. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Sic: pro EMTORE poſſidere: *l. 11. §. vlt. D. de inſtitor. act. l. 30. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l. 1. D. pro ſuo. l. 15. l. 33. §. 1. D. de vſurp. et vſucap. l. 30. §. 5. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 7. D. pro emtor.* Pro EMTORE poſſidet, qui re vera emit: *l. 2. D. pro emtore.* Contra pro EMTORE non poſſidet, qui non ex voluntate venditoris nactus eſt poſſeſſionem. *l. 5. D. de adquir. poſſeſſ.* ¶. 7. Qui vero pro EMTORE poſſidet, is et vſucapit pro EMTORE. Hinc: pro EMTORE dominium capere: *l. 6. §. 3. D. de precar.* vſucapere: *l. 6. l. 11. D. pro emt. l. 8. D. de peric. et comm. rei vend. l. 1. D. pro dote.* Pro EMTORE vſucapio. *l. 19. §. 1. D. de hered. petit. l. 48. D. de vſurp. et vſucap.* ¶. 8. Ceterum et loquutiones notandae: EMTOR alienae rei: *l. 44. §. 4. D. de vſurp. et vſucap.* EMTOR bonae fidei: *l. 7. §. 6. D. pro emt. l. 48. D. de adquir. rer. domin. l. 23. §. vlt. l. 37. D. de rei vindic. l. 3. l. 7. §. 11. D. de Public. in rem act. l. 25. §. 1. et §. vlt. D. de vſur. l. 10. §. vlt. D de vſurp. et vſucap.* EMTOREM habere iuſti pretii: *l. 12. D. de iur. dot.* EMTOREM inuenire. *l. 15. §. 5. D. de re iud. et effect. ſent. l. 52. §. 29. D. de furt. l. 3. D. ad leg. Falcid. l. 66. D. de legat. I.* Sic Plautus *Poenul. Act. I. ſcen. 2. v. 129. Facile proba merx* EMTOREM *inuenit.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 97. Paſſimque venire victimas, quarum adhuc rariſſime* EMTOR *inueniebatur.*

EMTRIX *l. 63. §. 1. D. de euiction. l. 1. C. de pact. int. emt.*

EMVNDARE ſe dicuntur mulieres, lotae balneo. *l. 25. D. de aur. arg. leg.*

EN.

EN ΕΡΓΩ, Graecis idem, ac Latinis, in ipſa re Venerea. *l. 23. D. ad leg. Iul. de adulter.* Ἔργον, vt et Latinum *opus*, Venereum vocabulum. Horat. *Exod. XII. v. 16. Mihi ſemper ad vnum mollis* OPVS. Plura notant viri docti ad Petron. *Satyr. Cap. LXXXI.* HEIN. ¶. 2 Ita et ἐν πλάτει, id eſt cum quadam latitudine. *l. 3. D. de condict. triticior. l. 28. D. de probat. l. 13. D. de ſolut. l. 12. §. 2. D. rat. rem habit.* vel, vt res alibi exprimitur, cum quodam ſpacio, laxamento et temperamento temporis, *l. 105. D. de ſolut. l. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* et, vt alias, *plenius* vel *latius*, non momentis temporis omnibus ad viuum reſecatis. Itaque quod in *d. l. 28. D. de probat.* ait Paullus, *ſatis eſſe hoc ἐν πλάτει teneri*, hoc idem

in re ſimili pluribus verbis ita enunciat: *Quum quaeritur, an memoria exſtet facti operis, non diem ac conſulem ad liquidum exquirendum, ſed ſufficere, ſi quis ſciat factum. l. 2. §. 8. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.*

ENASCI. ENATA inſula, vel mari, vel in fluminibus: *l. 17. D. de legat. III.* quae nimirum *repente in aliquo mari, vel flumine emergit*, vt loquitur Plin. *Lib. II. Cap. 86.* ENATA inſula in flumine; *l. 56. D. de adquir. rer. domin.* ENATA inſula in mari: *l. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* Exempla pe[illegible] ex Plin. *Lib. II. Cap. 87. et Lib. IV. Cap. 12.* ENATA ſeges in fundo ex ſtipula. *l. 46. §. 3. D. de contrah. emt.*

ENAVIGARE de ciuitate. *l. 122. D. de verb. ſignific.*

ENCAVTVM vel ENCAVSTVM *l. 6. C. de diuerſ. reſcript. l. 4. C. Theod. de extraord. ſiu. ſord. muner. l. 1. C. Theod. de veteran.* In quo verbo erratur eſt, in *l. vn. §. 1. C. de collegiat.* Nam vbi vulgo *in cautis breuibus* legitur, ſcripti Codices ENCAVTIS dilucide habent. ENCAVTVM autem ſacrum ex muricis ſeu conchilii cruore compoſitum fuiſſe, docet *d. l. 6. C. de diuerſ. reſcript.* [Vnde et *ardor cocti muricis* vocatur. *l. pen. C. de diu. reſcript.*] Et inde memini, me in Epitoma quadam Chronicorum Vuerueronis, Leodienſis monachi, legere, Palaeologum, Conſtantinopolitanum Imperatorem Romae in aede S. Spiritus eccleſiae Romanae obedientiam ſubiectionemque iureiurando pollicitum, idque ſyngrapha, conchilii ſanguine a ſe ſubſcripta teſtatum reliquiſſe, quae in archiuis adſeruetur. Immo exſtant et hodie Imperatorum Byzantinorum chartae, quibus ipſi encauſto ſubſcripſerunt. Exemplo eſſe poteſt aurea bulla Andronici, Palaeologi, cuius ſubſcriptiones rubri coloris eſſe, notat Meibom. *Tomo I. Script. rer. Germ. p. 476.* vt iam praetermittamus, quae Montfaucon in *Palaeogr. Graec. p. 2. ſequ.* obſeruauit. HEIN. [De modo illud conficiendi egerunt Cuiac. in *Cap. 6. X. de fid. inſtrum.* Pancirol. *Var. Lect. Lib. I. Cap. 28.* et *rer. memorab. deperd. tit. de encauſto.* Erat haec ſcriptura Principibus tam propria, vt priuatis capitale eſſet, *ſacri encauſti confectionem habere, aut quaerere, aut a quocumque ſperare. d. l. 6. C. de diuerſ. reſcript.* Aliquando tamen id ius encauſto vtendi conceſſum aliis legimus.] Gregoras *Lib. IV. Pater Andronico permiſit ſubſcribere rubris litteris.* HEIN. [Sed et rectoribus prouinciarum conceſſum ENCAVTVM, vel ἐγκεκαυμένον. *l. 4. C. Theod. de extr. ſin. ſord. muner. Lib. XI. tit. 16.* immo et veteranis ad deſcribenda priuilegia ſua. *l. 1. C. Theod. de veter.* An vero et hae rubrae litterae ex murice fuerint, merito dubitatur. Vid. Car. du Freſne *in Gloſſar. hac voce.* et Iac. Gothofred. *ad d. leges.*]

ENCAVTERIA ciuitatum et prouinciarum, pro tabulariis publicis. *l. 9. C. de agric. et cenſit. Lib. XI.* quae ſumta eſt ex *l. 8. C. Theod. de cenſu ſine adſc.*

ENDO, pro *in*, non modo in XII. Tabulis

bulis aliisque antiquioribus legibus, tum ſeparatim, tum in compoſitione verborum vſurpatum, ſed et inter iurisconſultos praecipue ſatis diu vſu ſeruatum eſt. In legibus XII. Tab. fuit ENDOIACITO, pro *iniicito*. Lucillius apud Non. *Cap. I. in voce caluitur*.

Si caluitur ENDO
FERTO *manum*.

ENDO *eo (in iure) vindicit*, pro eum in iure defendat. Gell. *Lib. XX. Cap. I.* ENDOPLORATO, pro implorato. Feſt. in voc. *ſub vos* et *endoplorato*. Teſtamentum quoque vetuſtiſſimum, quod PROCINCTVM parum accurate vocant Iuſtinianus et Theophilus, *§. 1. Inſt. de teſt. ordin.* in Gloſſis Latino graecis dicitur ENDO PROCINCTV, explicaturque ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ, *procincti in bello*. apud Vlpian. *Fragm. tit. XX. §. 1. in procinctu*. Recte. Neque enim teſtamentum *procinctum*, ſed, qui id condebant, milites *in procinctu* erant. HEIN.

☞ ENIM. De huius coniunctionis variis ſignificationibus multa hic ſubtilirer potius ac argure, quam erudire, diſputant veteres, quorum vanas magnam partem obſeruationes collegit Strauchius *in Lexico particul.* Sic notant, ENIM aliquando eſſe *quia*. vti *l. 7. §. 16. D. de pact. l. 1. §. 15. D. de tut. et rat. diſtr.* aliquando *autem*, vt *l. 27. §. 4. D. de pact.* quum omnibus his locis manifeſto vulgari huius particulae notioni locus ſit. Quare magis e re fuerit, notare, ENIM aliquando, tamquam praepoſitiuam particulam, initio orationis vſurpari. Auctor *de Latinitate vet. ICt.* apud Ducker. *p. 330.* hanc in rem citat *l. 17. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt.* at laudatiſſimus Duckerus nihil eſſe in ea lege, ait, in editione Gothofredi, quod huc pertineat. Et id quidem veriſſimum. Edidit enim Gothofredus: *Dum* ENIM *proprietatem adquiris*, quemadmodum vulgata: *Tu* ENIM *dum proprietatem adquiris*. At Florentiae manifeſto legitur: ENIM *dum proprietatem adquiris, ius omne legati vſusfructus amiſiſti*. Et ſane id non caret exemplo, quamuis veteribus ENIM, initio orationis poſitum, plerumque ſit *enimuero*. Auſon. Popm. *de vſu ant. loquut. Lib. I. Cap. 16. p. 92.* Taubm. *ad Plaut. p. 447.* Io. Fridr. Gronou. *ad Liu. Lib. XXXIV. Cap. 32.* HEIN.

[ENIMVERO, pro contra ea. *l. 3. §. 1. l. 52. pr. D. de verb. oblig. l. 5. §. 5. D. de donat. int. vir. et vx. l. 7. §. 3. l. 12. §. 1. D. de iure dot. l. 70. §. 1. D. de legat. II. l. 8. §. 7. in fin. D. de fideiuſſor.*]

ENITI, id eſt, parere, ſeu edere partum. *l. 44. §. 2. D. de vſucap. l. 135. D. de verb. ſignif. l. 1. D. de inſpic. ventr. l. 53. D. de fideic. libert.* ENIXA ancilla: *l. 22. D. de ſtat. hom. l. 3. C. ſi mancip. l. 21. D. de opt. vel elect. leg* apud quem: *l. 73. D. de legat. II.* ENIXA filia: *l. 2. C. de poſtlim. reuerſ.* filium: *l. 29. §. vlt. D. de probat.* ex marito: *l. 25. D. de capt. et poſtlim.* poſt mortem patris: *l. 77. D. ad SC. Trebell.* monſtroſum aliquid, aut prodigioſum; *l. 14. D. de ſtat. hom.* ex patrono: *l. 10. §. 10. D. de in ius voc.* quatuor eodem tempore, et quintum poſt diem quadrageſimum: *l. 3. D. ſi pars hered.* quinque vno foetu: *l. 7. pr. D. de reb. auth.* Semproniam. *l. vlt. D. vnd. cogn.*

ENIXVS, A, VM. accuratus, ſollicitus, ſerius. [ENIXAM tuitionem praeſtare pulſatis: *l. vn. C. Th. de quinqu. praeſcript.*] ENIXAE voluntatis preces. *l. 77. §. 23. D. de legat. II.*

[ENOPKΩ, adiuro. *l. 5. C. commun. de legat.*]

ENORMIS, E. ENORME damnum: *l. 1. C. ſi aduerſ. vend. pign.* delictum. *l. 1. C. de emend. propinqu.*

ENORMITAS donationis: *l. 4. C. de inoffic. donat.* exactionis palatinae: *Nouell. Theodoſ. et Valent. I. de palatin.* impendii. *l. 21. C. Theod. de praetor. et quaeſt.*

ENTHECAE, a Graecis vocantur praediorum dotes. *l. 2. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtr. leg. l. vlt. C. de bon. proſcript.* Praediis legatis, cum ENTHECIS, quae in ea poſſeſſione ſunt. *l. 68. §. vlt. D. de legat. III.* De iis iam ſuperiore libro, ſub articulo DOS, diximus. ¶. 2. Iſidor. Hiſpal. ENTHECAM Graeco ſermone repoſitam rei copioſae ſubſtantiam adpellari tradit: [et ita quoque Gloſſar. MSC. eccleſiae Pariſienſis apud Carolum du Freſne *in Gloſſar. h. v.* In *l. 12. C. Theod. de op. publ. Lib. XV. tit. 1.* legitur *entechae* ſeu *entichae*, perperam pro ENTHECAE vbi Gothofredus *in Not. p. 288. Tomo V.* ENTHECA eſt ἀφορμή, et quidquid ſepoſitum, conditumque vſus et praeſidii cauſſa. Hinc ENTHECA *populi Romani*, pro annona publica: *l. 12. C. Th. de op. publ. piſtrinorum* ENTHECA pro inſtrumento piſtrinorum: *l. 7. C. Theod. de piſtor. Lib. XIV. tit. 3.*] ¶. 3. Sed et naues ENTHECAS dici apud Auguſtin. *ad fratr in eremo*, et Leontium *in Ioann. Eleemoſyn.* idem obſeruat Iac. Gothofr. *ibid.* HEIN. ☜

[ΕΝΘΡΟΝΙΣΤΙΚΑ, inthroniſtica, cathedratica, quae ab Epiſcopis dantur pro introitu. *Nou. CXXIII. Cap. III.* Alias ipſius INTROITVS vocabulo venit haec pecunia, Gallice *droit d' entrée*. Vid. Car. du Freſne *Gloſſar. med. et infim. Latin. ſub voce introitus.*]

ENVCLEARE. ENVCLEATI ☜ *caſus*, de quibus librum ſingularem ſcripſit Herennius Modeſtinus. Ex eo decerptae *l. 33. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 15. D. de ſponſal. l. 20. D. qui et a quib. manumiſſ. l. 29. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 19. D. de adpellat.* HEIN. [Sic et ENVCLEATVM ius: *l. 1. §. vet. et in ipſa rubr. C. de vet. iur. enucl.* ENVCLEATI iuris compoſitores. *l. 4. C. de lib. praet.*]

ENVMERARE ſingulatim caſus: *l. 26. §. 9. D. ex quib. cauſſ. maior.* ENVMERANDA ſunt genera: *l. 6. §. vlt. D. de poen.* ENVMERAT praetor gradus liberorum parentiumue: *l. 1. §. 1. D. de legat. praeſt.* ENVMERATI nominatim heredes;

ENV. EO. EPA.

des: *l. 123. §. vlt. D. de legat. I.* ENVMERANTVR perſonae: *l. 1. D. ſi a par. quis manumiſſ. l. 10. §. 16. D. de grad. et adfinit. l. 2. §. 1. D. dol. et met. except.* res omnes per ſpeciem: *l. 32. §. 6. D. ad leg. Falc.* ſpecies: *l. 3. D. ſtellionat.* Qui hoc capite ENVMERANTVR: *l. 7. D. de leg. Iul. repetund.* Aduerſus hos, quos ENVMERAVIMVS: *l. 9. §. 3. D. de reb. auctorit. iud. poſſid.* Supra ENVMERATI. *l. 12. §. 6. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

EO.

EO, id eſt, eo loco, ibi. *l. 12. §. 29. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* Remittendus EO, vbi reus poſtulatus eſt. *l. 4. §. 5. D. de re milit.*

¶. 2. Dicitur et EO *loci*: EO loci ſe defendere debebit: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* Si res per fideicommiſſum relicta EO loci ſit: *l. 52. §. 3. D. eod. tit.* EO loci, vbi opus fiat: *l. 5. §. 2. D. de nou. oper. nunciat.* Quicumque EU loci fuerunt, vnde vocem exaudire potuerunt: *l. 1. §. 26. D. ad SC. Silan.* EO loci, vnde. *l. 17. §. vlt. D. ad municipal.*

¶. 3. EO *vſque*, tamdiu, eatenus. EO vſque fructus habendam rationem, quouſque haberetur: *l. 33. D. de rei vindic.* EO vsque procedendum. *l. 38. D. de procur.* EO vſque impedit nuptias, donec: *l. 17. D. de rit. nupt.* EO vſque noſtram videri, donec eam perſequamur. *l. 3. §. 1. D. de adquir. rer. domin.*

¶. 4. EO *vſque*, pro in tantum, vt *§. 13. Inſt. de rer. diuiſ.* Sed ibi manifeſto EO *vſque* eſt, *tamdiu, tantiſper*, Seqoitur enim donec. HEIN.

¶. 5. Aliquando EODEM ponitur pro EODEM loci. *l. 7. §. 13. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.* id eſt, eodem loco, vt *l. 54. §. vlt. D. de procurat.* EODEM loci conſumi: *l. 1. D. de naut. foen.* pro eo loco, quo. *l. 3. D. de reb. auct. iud. poſſ.*

EPA.

ΕΠΑΡΧΙΚΑ. Collectio EDICTORVM praefectorum praetorio, perpetuae iuriſdictionis cauſſa propoſitorum. *l. 2. C. de offic. praef. praet. Orient. et Illyric.* Eu. Otto *Papinian. Cap. 14.* Vocabantur eadem edicta etiam *formae generales*, *d. l. 2.* non *normae generales*, quod ſe in qoibusdam exemplaribus legiſſe, teſtatur Accurſius. Graecis enim ſunt τύποι vel γενικοὶ τύποι, id eſt, generales formae vel generalia edicta ſoblimiſſimae praetorianae ſedis: *l. 16. C. de iudic. l. 27. C. de fideiuſſor.* qualis τύπος γενικὸς et hodie exſtat *Nouell. CLXV.* Solebant vero haec edicta in certa volumina redigi, quae et ipſa ΕΠΑΡΧΙΚΑ vocabantur, Coiac. *Lib. VI. Obſeru. Cap. 10.* et ſaepenumero laudantur ab Harmenopolo, vt *Lib. II. tit. 25. §. 12.* Theod. Balſamone *in Nomocan. tit. VIII. Cap. 13.* et in ipſis Βασιλικῶν libris, ceu iam obſeruauit Suareſ. *Notit. Baſilic. §. XXIV.* In Italia tamen paullo ante Iuſtiniani tempora deſiiſſe praefectos praetorio talia edicta, vel τύπους γενικοὺς proponere, patet ex inſigni loco Caſſiodori *Variar. Lib. XI. Cap. 8.* HEIN.

EPHESVS inter Aſiae metropoles ponitur, *l. 4. D. de offic. proconſ.* vbi Procoſ. neceſſitatem impoſitam fuiſſe, τῶν μητροπόλεων Epheſum primam atringere, Vlpianus tradit. Sic EPHESI dari, ſaepe Romani ſtipulabantur, vt adparet ex *l. 137. §. 2. et §. 4. D. de verb. oblig. l. 2. §. 1. et ſequ. D. de eo quod cert. loc. l. 24. D. de oper. libert. l. 19. D. de condit. et demonſtr.*

EPH.

[EPHOLIA, ſeu EPHOLAE, in *l. 20. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* pro epulis, ſumtibusue ad victum in annum deſtinatis et anniuerſariis ſolutionibus. Vid. Commentar. Iac. Gothofredi *ad d. l. p. 292. Tom. VI.* vbi EPHOLIA in commune omnia ea dici poſſe, ait, quae annuos vſus praeſtant.] Id quidem ibi dicit Iac. Gothofredus, ſed ex mera coniectura. Exiſtimat enim, ΕΦΟΛΙΑ dici, quaſi ἐφ' ὅλον ἐνιαυτὸν *in totum annum* comparata, quemadmodum Graeci eadem forma dicant ἀφήμερα, ſeu ἐφημέρια, *diurna*, ἐπιμήνια, *menſtrua*. Sed his reſpondent ἐπέτεια, ἐπετήσια, ἐπηετανὰ *anniuerſaria* vel *annua*, nusquam vero eo ſenſu reperimus ἐφόλια. Nihili ergo eſt hoc vocabulum, et exemplo deſtitutum. Quin, ſi habuiſſent Graeci: non video, cur magis *annuum* ſignificare debeat, quam *menſtruum*, vel *diurnum*. Eodem enim iure, quo Iac. Gothofredus ſubintelligit ἐνιαυτὸν, vnicuique liceret intelligere ἐφ' ὅλον μῆνα, ἐφ' ὅλην ἡμέραν. Sed ſatis certum eſt, *in l. 20. C. Th. de pagan.* non legendum eſſe *epholis et ſumtibus*, ſed *epulis et ſumtibus*, quod et ipſe initio recte ſuſpicatus eſt Gothofredus. Nihil notius, quam PH librariis ſaepiſſime pro P. et hoc pro PH poni, hinc TRIVMPVS pro *triumpho*. CALPHVRNIA pro *Calpurnia*, et SYMPHOSIVM pro *ſympoſio*, apud Gruter. *Inſcr. p. DCCCLXXVIII, 6.* HEIN.

ΕΠΙΒΑΤΗΓΟΙ, naues, ab onerariis ſeparantur, qoippe vectoribus transuehendis deſtinatae. *l. 1. §. 12. D. de exerc. act.* Sed et ναυτεπιβάτας quosdam memorat Vlpianus *l. 1. §. vlt. D. naut. caup. ſtabul.* qui vectores et nautae fuiſſe videntur. Recte ſe habent haec Briſſonii. Naues enim ἐπιβατίδες vel ἐπιβατηγοὶ dicuntur ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς ἐπιβάτας, quaſi *vectorum ductrices*. Ant. Auguſtin. *Emendat. Lib. IV. Cap. 6.* Laz. Bayſ. *de re naual. p. 87.* ac proinde non opus eſt κρίσει Guil. Budaei, legentis ἐπιβάται, quaſi *naues ſcanſiles*, vel aliorum, reſcribentium ἐμφράκτας ἀπὸ τοῦ ἐμφράττειν, ab *obturando*. Ναυτεπιβάτης dicitur, vector qui, vt nauli faciat compendium, inter nautas ſe adſcribi patitur, operasque, conſentiente magiſtro, pro naulo impendit. Vid. Cuiac. *Lib. XXVII. Obſ. Cap. 31.* Peck. *in l. vlt. D. naut. caupon. ſtabul. n. 5.* HEIN.

ΕΠΙΒΟΛΗ, *acceſſio*. Ita dicebatur ager ſterilis et a cultore deſertus, qui aliis coheredum, vel ſimilis ſubſtantiae, poſſeſſorum agris adiicitur, ne quid publico depereat. Harmenop. in *adpendice Lib. VI. tit. 3. §. 29.* Ἐπιβολή ἐστι ἐπίδοσις ἀπόρου κτήσεως πρὸς κληρονόμους, ἢ συντελεστὰς, ἢ ὁμοχώρους, ἢ ὁμοκήνσους. ΕΠΙΒΟΛΗ *dicitur, quum exiguum aliquod praedium vel coheredibus, vel communicipibus, vel confinibus ac contubernalibus datur.* Vid. *l. 10. l. 12. C. de omni agr. deſert. Nouell. CXXVIII. Cap. 7. Nouell. CLXVI.* Plura de his ἐπιβολαῖς Cuiac. *Lib. IV. Obſ. Cap. 30.* Iac. Gothofred. *ad d. l. 4. C. Th. de loc. fund. per emphyt.* Nic. Alamann. et Eichel. *ad Procop.* Ἀνέκδοτα *p. 127. et 285. edit.* Eichel. et V. C.

Io. Fridr. Hombergk zum Vach. *in Nouellas p. 854.* HEIN.

ΕΠΙΔΗΜΙΑΙ, ſeu *κατάπλυς*, acceſſus ſeu aduentus ad vrbem. *l. 4. §. 4. D. de offic. proconſ.*

[ΕΠΙΔΗΜΗΤΙΚΑ, hoſpitia, ſeu metata, ſeu hoſpitiorum deſignationes: *rubr. C. de metat. et epidemet.* De iis plura Tabor. *Comment. de metat. Cap. II. Sect. II.*]

[EPIGRAMMA, id eſt, inſcriptio, in alicuius notam producta. *l. 5. §. 10. D. de iniur.*] Contra poetarum, qui epigrammata ſcripſerunt, maledicentiam vide quae ſcripſit Franc. Vauaſſor *de Epigrammat. Cap. X. p. 100. ſequ. Oper.* HEIN.

ΕΠΙΜΕΛΗΤΑΙ apud Graecos vocantur curatores bonorum reipublicae, a magiſtratibus conſtituti. *l. 46. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut. et curat.*

[ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ, quod ſuſceptoribus ſpecierum ſupra et praeter modum dabatur a collatoribus, ad leuandum diſpendium, quod inter ſuſceptionem et erogationem neceſſario eueniebat. Iac. Gothofred. *paratitl. et ad l. 15. C. Theod. de ſuſceptor. Lib. XII. tit. 6.*]

EPISCOPVS, qui in municipio praeerat pani, ceteriſque venalibus rebus, quae ciuitatium populis ad quotidianum victum vſui erant. *l. vlt. §. 7. D. de mun. et honor.*

EPISTOLA, (in Florentinis Pand. conſtanter EPISTVLA) et litterae, idem valent, vt adparet ex coniunctione *l. 2. D. de oblig. et act. l. 1. §. vlt. D. de contr. emt.* EPISTOLA vtrum ſit eius, qui miſit, an eius, ad quem miſſa eſt, de eo vide *l. 14. §. 17. D. de furt.* Per EPISTOLAM conuenit inter abſentes: *l. 2. D. de pact.* Inter abſentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per EPISTOLAM: *l. 2. D. de obl. et action.* Per EPISTOLAM mandatum ſuſcipi poteſt: *l. 1. D. mand.* bonis cedi: *l. vlt. D. de ceſſion. bon.* ſponſalia conſtitui: *l. vlt. D. de ſponſal.* litigatores adeſſe iubere poteſt arbiter: *l. 49. §. 1. D. de recept. arbitr.* proferri dies compromiſſi: *l. 27. D. eod. tit.* gratia iurisiurandi fieri: *l. 41. D. de iureiur.* iuberi: *l. 50. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. D. quod iuſſ.* vendi aut locari abſenti: *l. 9. §. vlt. D. de auct. et conſenſ. tut. conſiſti* (conſtitui,) precario poteſt poſſeſſio: *l. 9. D. de precar.* adſignari libertus: *l. 7. D. de adſign. libert.* recuſare inſtituti heredes: *l. 6. D. ad SC. Trebell.* conferri libertas, Cai. *Inſt. Lib. I. tit. 2.* vnde per EPISTOLAM manumiſſio. *§. 1. Inſt. de libertin.* Contra per EPISTOLAM interpoſita auctoritas nihil agit. *l. 9. §. 5. D. de auct. et conſ. tut. et curat.* ¶. 2. Hinc loquutiones: EPISTOLA Titio miſſo a magiſtratibus patriae ſuae: *l. 36. pr. D. ad municipal.* EPISTOLAM ſcribere amico ſuo: *l. 12. §. 12. D. mand.* EPISTOLAM fecit pater ad filium ſuum: *l. 22. D. de manum. vind.* EPISTOLAM perferendam ſuſcipere: *l. 1. D. de procurat.* EPISTOLAE vxoribus miſſae: *l. 29. D. de probat.* familiares EPISTOLAE, quibus homines plerumque commendantur: *l. 1. C. Theod. quod iuſſu.* EPISTOLAE menſularii exemplum. *l. 47. §. 1. D. de pact.* ¶. 3. EPISTOLAE porro in libris noſtris plerumque chirographorum et cautionum vicem obtinent. Eius enim rei gratia olim frequentiſſime emittebantur, multaque adeo per epiſtolas nomina fiebant. Patet hoc ex *l. 24. l. 26. §. 1. et §. vlt. l. 28. D. depoſ. l. 47. §. 1. l. 52. D. de pact. l. 5. §. 3. l. 24. l. 26. §. vlt. D. de pecun. conſt. l. 34. l. 59. §. 5. l. vlt. §. vlt. D. mand. l. 34. D. de pign. act. l. vlt. D. de inſtit. act. l. vlt. §. vlt. D. de obl. et act.* Huiusmodi autem EPISTOLAS qui ſcribunt, eas EMITTERE, aut EXPONERE dicuntur, vti ſuis locis comprobamus. ¶. 4. Sed et aliae conuentiones EPISTOLIS conficiebantur. Sic EPISTOLA donationis: *l. 77. §. 26. D. de legat. II.* per EPISTOLAM facta donatio: *l. 5. C. de donat.* Per EPISTOLAM donare fundum: *l. 77. D. de rei vind.* res. *l. 30. §. 1. D. de adim. legat.* ¶. 5. Praecipue codicilli EPISTOLARVM nomine ſaepiſſime veniunt. Sic EPISTOLA fideicommiſſaria: *l. 37. §. 3. D. de legat. III. l. 2. C. Theod. de teſtam.* per EPISTOLAM petiit a filio: *l. 37. §. 4 D. eod. libro.* EPISTOLAM ad heredem ſcripſit: *l. 75. D. ad SC. Trebellian.* Quae EPISTOLIS nobis relinquuntur: *l. 2. C. Theod. de teſtam.* Quantum per EPISTOLAM ſcripſero: *l. 38. D. de cond. et dem. teſtamenti vice* EPISTOLAM *breuem ſcripſit.* Hieron. *in vit. Hilarion.* EPISTOLAM, quam de publicandis facultatibus dictauerat; Ambroſ. *Lib. V. Epiſt. 35.* EPISTOLA vltimae voluntatis, ſcripta ad ſororem, quam poſt mortem ſuam aperiri mandauit: *l. 75. D. de legat. III.* Ex ea vero ratione CODICILLI recte dicebantur EPISTOLAE, quia fere per modum epiſtolarum concipiebantur, praemiſſa formula epiſtolica: L. TITIVS HEREDI SVO SALVTEM, vel: *τοῖς κληρονόμοις μȣ χαίρειν. l. 56. D. de fideic. libert. l. 37. §. 2. D. de legat. III. l. 30. §. 1. D. de adim. vel transf. leg.* et alias paſſim, vti oſtendit Briſſonius noſter *de Formul. pop. Rom. Lib. VII. Cap. 166. p. 663. ſequ.* Synonyma autem veteribus erant *codicilli* et EPISTOLAE, veluti Ciceroni *Lib. VI. ad familiar. Epiſt. 18. Lib. IV. Epiſt. 12.* Sueton. *in Calig. Cap. LV.* niſi quod proprie codicillorum nomine veniſſe epiſtolas, ad praeſentes ſcriptas, obſeruauit Iuſt. Lipſ. *Inſt. Epiſtol. Cap. II.* HEIN. ¶. 6. EPISTOLAS quaedam opera ſua inſcripſerunt iurisconſulti. Sic earum *Libros VIII.* Proculus ſcripſerat: Iauolenus *Libros XIV.* Pomponius *Libros XX.* vt index Pandectis Florentinis praemiſſus teſtatur. Neratii etiam *Librum IV.* EPISTOLARVM citat Vlpianus in *l. 12. §. 35. et §. 43. D. de inſtruct. et inſtrum. leg.* EPISTOLA eiusdem ad Ariſtonem citatur *l. 19. §. 2. D. locat. conduct.* ¶. 7. EPISTOLAE Principum, eaedem cum litteris et reſcriptis, vt adparet ex *l. 5. §. 1. D. de iur. immunit. l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ignorant. l. 1. §. vlt. D. de offic. quaeſt.* Quodcumque Imperator per EPISTOLAM vel ſubſcriptionem ſtatuit: *l. 1. D. de conſtitut. princip. §. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* vbi Theophilus EPISTOLAM definit *ἀντιγραφὴν βασιλέως πρὸς ἄρχοντας ἀναφορὰν περί τινος ἀμφιβόλȣ πράγματος γενομένην. reſcri-*

ptum principis, ad relationem magiſtratus alicuius, de re quapiam dubia, emiſſum. ¶. 8. Laudantur vero EPISTOLAE diui Veſpaſiani, Diui Titi, et Domitiani, apud Plin. *Lib. X. Epiſt.* 71. Domitiani, apud eumdem *Lib. X. Epiſt.* 66. *et* 77. Diuorum Hadriani et Antonini. *l.* 6. *§. vlt. D. de excuſat.* D. Hadriani: *l.* 3. *§. vlt. D. ne vis fiat ei. l.* 3. *D. de teſtib. l.* 26. *D. de fideiuſſor. l.* 13. *§.* 1. *D. de iur. fiſc. l. vlt. C. de conſt. pecun. §.* 4. *Inſt. de fideiuſſ.* Diui Pii: *l.* 9. *§.* 5. *D. de iur. et fact. ign. l.* 11. *D. de muner. et honor. l.* 49. *§.* 1. *D. de fideiuſſor.* Diuorum fratrum: *l.* 14. *§. vlt. D. de adpellat. l.* 4. *D. de manumiſſ.* Cuiusmodi litteras *ſacras conſtitutiones Diuorum fratrum* Marcianus adpellat, in *l.* 5. *D. eod. tit.* Diuorum Marci et Commodi: *l.* 1. *§.* 2. *D. de fugitiu.* Seueri. *l.* 20. *§.* 12. *D. de hered. petit. l.* 6. *§.* 3. *D. de offic. proconſ. l.* 7. *D. de ſuſpect. tut.* Inter Seueri vero epiſtolas maxime celebratur illa, ad Fabium Cilonem, Praefectum vrbi miſſa, quae laudatur *l.* 1. *D. de offic. praef. vrb. l.* 8. *§.* 5. *D. de poen. l.* 6. *D. de interd. et relegat.* eaque eſt, de qua ſentit Vlpianus, *l.* 1. *§.* 3. *D. de legat. III.* Diui Seuerus et Antoninus eadem EPISTOLA reſcripſerunt. *l. vlt. D. de publican.*

EPISTOLARIS, E. EPISTOLARES chartae: *l.* 3. *§.* 10. *D. de pen. leg.* EPISTOLARE reſcriptum. *l. vn. C. Theod. ſi cert. pet. de chirogr.* ¶. 2. EPISTOLARES Principis. *l.* 32. *l.* 35. *C. de adpellat. l.* 7. *C. Theod. de palatin. largit.* Hi in ſacro auditorio acta excipiebant, vt adparet ex *l.* 36. *C. eod. tit.* Habebant enim Imperatores ſcrinium ſacrarum epiſtolarum, vt ex *l.* 3. *C. de temp. adpell.* et aliis, quae *Lib. XII.* et *Lib. XVII.* dicemus, liquebit.

[ΕΠΙΤΙΜΙΑ, in *l.* 21. *§.* 2. *D. de tutor. et curat. dat.* diuerſimode exponitur, et perperam quidem a Gloſſa pro voluntate teſtatoris, quum exiſtimatio tutoris ibi ſeruetur. Dionyſ. Gothofred. *in not. ibid.* Nihilo melior eſt explicatio Cael. Rhodigini *Lib. XXX. Lect. antiqu. Cap.* 18. qui cum Accurſio legit: *manente epitimio*, eaque verba idem ſignificare ait, ac manente mandato patris mordaci iurgatorioque. Add. Alciat. *Lib. II. Parerg. Cap.* 29.] Legendum omnino: *Manente* ἐπιτιμίᾳ, id eſt, *integra exiſtimatione*, vti loquitur Vlpianus *l.* 3. *§. vlt. D. de ſuſpect. tut.* Suidas *Tom. I. p.* 837. Ἐπιτιμία· εὐπορία ἢ ἡ μὴ ἀτιμία· Κεφάλιος ῥήτωρ. ὁσάκις αὐτὸν κινδυνεύοντα περὶ τῆς ἐπιτιμίας, ἢ τῆς πατρίδος, ἢ τοῦ βίου παντὸς διεσώσατο; *Ἐπιτιμία eſt rerum copia, vel dicitur de eo, cuius exiſtimatio ſalua eſt, vel cui nulla infamiae nota inuſta eſt. Cephalius orator: Quoties eum de bona exiſtimatione, vel de patria, vel de tota vita periclitantem ſeruauit?* Praeter Alciatum id vidit Ferrandus Adduenſ. *Explicat. Lib. I. p.* 535. *Tom. II. Theſaur. iur.* HEIN.

EPITONIA, in *l.* 17. *§.* 8. *D. de act. emt.* vbi adhuc corrupte *epiſtomia.* Quo errore etiamnum laborant Frontini *de aquaeductibus* libri, et Senecae *Epiſt. LXXXVI.* Recte ſe omnino habet lectio Florentina, vbi perſpicue ſcriptum: EPITONIA. *Epiſtomia* primus reſcripſit Budaeus, ſine idonea cauſſa. Sunt vero EPITONIA non rotae mechanicae, quae funibus intenduntur ad exprimendam aquam, vti ſuſpicatus eſt Scalig. *ad Varron. Lib. III. de re ruſt. Cap.* 5. ſed roſtra, aliaque qualiacumque fiſtularum capita, quibus effluens aqua in arctum cogitur, ſtringiturque, vti oſtendit V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. V. Obſ. Cap.* 9. HEIN.

EPV.

EPVLARI. Quod ad EPVLANDVM in miniſterio habuit, id eſt, ad eſum et potum. *l.* 19. *D. de aur. arg. leg.*

EPVLVM, vel EPVLAE. EPVLAS ſociis praeſtare. *l.* 69. *pro ſoc.* Sed de huius loci dubia lectione, variisque doctorum de ea ſententiis, ſupra ſub articulo EMPOLA, actum eſt prolixius, vbi demum nos in Heraldi ſententiam, qui verba haec pro gloſſemate habuit, procliuiores eſſe faſſi ſumus. Iam obſeruamus, eamdem coniecturam placuiſſe recti iudicii viro, Petro Burmanno *in Commentar. in Petron. Cap. LVI.* HEIN. EPVLVM facere municipibus: *l.* 17. *D. de condit. et demonſtr.* Ad EPVLVM relictum ciuitatibus: *l.* 122. *D. de legat. I.* Plin. *Lib. VII. Epiſt.* 18. *Quemadmodum pecunia, quam municipibus in EPVLVM obtuliſti, poſt te quoque ſalua ſit.* De talibus EPVLIS, municipibus legatis, diſſerunt Briſſon. *de Formul. Lib. VII. Cap. LXV. p.* 623. et Guil. Forner. *Selection. Lib. II. Cap.* 21. Viui etiam ob varias cauſſas epulas et coenas dederunt, ceu patet ex variis exemplis apud Gruter. *Inſcript. p. CLXXIV, 8.* Reinel. *Claſſ. I. Inſcr.* 99. *Claſſ. VI. Inſcr.* 22. *et* 32. *Claſſ. IV. Inſcr.* 7. HEIN.

EQV.

EQVA, quam pullus comitabatur: *l.* 5. *§.* 9. *D. commodat.* cuiusmodi pullus equinus ECVLEVS adpellatur, *l.* 14. *§.* 15. *D. de furt:* vbi ECVLLVS *iumentorum ſequela* dicitur. Si EQVAM meam equus tuus praegnantem fecerit: *l.* 5. *§.* 2. *D. de rei vindic.* EQVA quum in alieno paſceretur, in cogendo, quod praegnans erat, eiecit: *l.* 39. *D. ad leg. Aquill.* EQVAE: *l.* 65. *§.* 6. *D. de legat. III.* Equos, quibus ſubieciſſe quis EQVAS proponebatur: *l.* 52. *§.* 20. *D. de furt.* equus vel EQVA fraeni patiens. *l.* 2. *D. de captiu. et poſtlimi.* ¶. 2 EQVIS, pro *equabus* dixit Vlpianus *l.* 2. *D. de extraord. cogn.* et Modeſtinus *l.* 39. *D. de vſur.* Sed hanc declinationem nec Varronem, nec Plinium adſpernari, docet Voſſ. *Lib. II. de Analog. Cap.* 4. HEIN.

EQVES Romanus: *l.* 1. *§. vlt. D. de effract.* EQVITES Romani: *l. vn. C. de his, qui ven. aet. impetr.* ex indigenis et ciuibus Romanis, vel peregrinis eliguntur: *l.* 1. *C. de equeſtr. dignit. Lib. XII.* ſecundum gradum poſt clariſſimatus dignitatem obtinent. *d. l.* 1. *C. eod. tit.* ¶. 2. EQVES, quisquis equo vehitur. EQVITIS culpa factum. *l. vlt. D. ad leg. Aquill.*

EQVESTRIS dignitas: *rubr. C. de equeſtr. dignit.* militia: *l.* 43. *D. de milit. teſtam.* et apud Sueton. *in Auguſto Cap. XLV.* ordo: *l.* 2. *§.* 47. *D. de orig. iur.* EQVESTRIS ordinis fieri: *l.* 42.

l. 42. D. de donat. inter vir. EQVESTRIS ordinis dignitas. *l. 16. C. Theod. de nauicular.*

[EQVINVM pecus: *l. 2. C. Theod. quib. equor. vſus*, et apud Symmach. *Lib. IV. Epiſt. 58.* EQVINA animalia. *l. vlt. C. Theod. eod. tit*]

EQVITARE in equo: *l. vlt. D. ad leg. Aquill.* EQVITANTEM ſeruum. *l. 9. §. 3. D. eod. tit.*

EQVITIVM, armentum equorum. *l. 1. §. vlt. D. de rei vind. l. 12. §. 4. D. de vſu et habit. l. 70. D. de vſufruct. l. 39. D. de vſur. l. 19. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* Vetus Gloſſarium: EQVITIVM *eſt grex equorum.*

EQVVS. EQVORVM varia genera in iure noſtro recenſentur, vt EQVI agminales: *l. vlt. D. de mun. et honor.* canonici militares dioeceſeos Africanae: *l. 3. C. Theod. de equor. collat.* caſtrati: *l. 38. §. 7. D. de Aedil. edict.* circenſes: *l. 1. D. de mun. et honor.* id eſt, *circenſibus*, ſeu *curuli certamini*, vt Imperatores cum Symmacho loquuntur, vel, vt idem Symmachus, *curulibus quadrigis parati.* curatoricii: *l. 29. C. Theod. de ann. et tribut.* Qui CVRATORICIO nomine flagitantur: *l. 2. C. Theod. de equ. collat.* curſuales, de quibus dixi ſupra *Libro III.* quorum meminit Caſſiodorus *Lib. IV. Var. Cap. 47.* id eſt, *ad continuos curſus conſtituti*, vt loquitur idem Caſſiodor. *Lib. I. Cap. 29.* curules: *rubr. C. Theod. de equ. curul. l. 3. C. Theod. de ſpectac. l. 21. l. 22. C. Theodoſ. de diuerſ. offic.* Lamprid. *in Commodo Cap. II.* Ammian. Marcell. *Lib. XX. Cap. 8.* Symmach. *Lib. IV. Epiſt. 61. Lib. VII. Epiſt. 105. Lib. IX. Epiſt. 12. 18. et 19.* Vetus Gloſſarium: CVRVLIS EQVVS, *πρεχηλάτης ἵππος.* Et alias: *ἵππος δρομεὺς, σὺν ἅρματι ἀγωνιζόμενος ἵππος.* Graeci. *l. 2. C. Theod. de equ. curul.* In his praeſtantiſſimi ASTVRCONES Macedonici, qui cur ASTVRCONES vel ASTVRICI adpellati ſint; diſquirit Io. Fridr. Gronou. *Lib. II. Obſeru. Cap. 10. p. 238.* HEIN. Hermogeniani vel palmati: *l. vn. C. Theod. de equ. curul. l. vn. vtriusque Cod. de greg. domin.* Non tamen iidem EQVI HERMOGENIANI et *palmati*, ſeu *Palmatiani.* Illi nomen tulerunt ab Hermogene Pontico, circa annum CCCLVIII. defuncto, qui quum in Ponto, vbi *diuinos equos gigni*, dixit vetus Geographus, a Iac. Gothofredo editus *Cap. XX.* praedia haberet, in iisque numeroſos aleret greges equorum, ad curſum publicum et circi voluptates vel maxime idoneorum, eorum foetum equorum Hermogenianorum nomine venire, vidit. PALMATI vel PALMATIANI nomen tulerunt a Palmatio, Caeſarienſi, *πάνυ πλουσίῳ*, *admodum diuite*, cui villa Andanilis prope Tyana in Cappadocia magnum generoſiſſimorum equorum prouentum dedit, teſte Heſychio Illuſtrio *Cap. I.* De vtrisque ex inſtituto Thom. Reineſ. *ad Inſcript. p. 71.* HEIN. Laudantur porro EQVI Hiſpanici ſanguinis. *l. 1. C. Theod. de equ. cur.* Hi, vti hodie maximi fiunt, ita iam olim celebrati ſunt, maxime vero EVFRASIANI, *quorum laudem longinqua penetraſſe*, ſcribit Symmach. *Lib. IV. Epiſt. 63. et 64.*

et LAVDICIANI, quorum illi ab *Eufraſio*; hi a Laudicio, Hiſpaniae praeſidibus, dicti videntur laudato Reineſio *p. 71.* HEIN. EQVI militares: *l. 12. §. 1. D. de re milit.* EQVI publici: quos equi Romani merebant, quosque *legitimos* adpellat Ouid. *Lib. III. Faſt. v. 130.* EQVO publico transuehi: *l. 1. D. de in ius voc.* EQVO publico honorari: Vlpian. *tit. VII. §. 1.* De ſollemni *transuectione equorum* ſingulari diſſertatione ante annos non ita multos egit Io. Erard. Kappius, Lipſienſis academiae decus. In marmoribus frequentiſſimum eſt elogium: EQVO PVBLICO DONATVS, apud Gruter. *Inſcript. p. CCCCIV, 34. p. CCCCVII, 6* HONORATVS EQVO P. AB IMPP ANTONINO ET VERO AVGG. *ibid. p. CCCCIV, 2.* EQVO PVBLICO ORNATVS. *Ibid. p. CCCXLVII, 6. p. CCCCLVIII, 2.* EXORNATVS. *Ibid. p. DLII, 6.* HABENS EQVVM PVBLICVM. *ibid. p. DCXXXI, 2.* EQVO vero publico donari, Caio eſt idem, ac *equeſtris ordinis fieri*, in *l. 42. D. de donat. int. vir. et vxor.* Add. Cuiac. *Lib. XXI. Obſ. Cap. 9.* Marqu. Freher. *Veroſimil. Lib. II. Cap. 18.* HEIN. ¶. 2. Sed et variae hic notandae de EQVIS loquutiones, veluti: EQVIS inſternuntur Babylonica: *l. 25. §. 2. D. de aur. arg. leg.* [EQVVS, qui quadrigam demonſtrat: *l. 65. §. 1. D. de legat. II.*] EQVORVM indictio: *l. 15. C. Theod. de prox. comit. diſpoſ.* eorum vſus quibus conceſſus, vel denegatus: *l. 1. C. Theod. quib. equ. vſus.* EQVI impetum retinere non poſſe: *l. 8. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* concitato EQVO: *l. 9. §. 3. D. eod. tit.* EQVOS venales experiundos dare: *l. 20. D. de praeſcript. verb.* EQVIS legatis et equae continentur: *l. 65. §. 6. D. de legat. III.* Ex furtiuis EQVIS nati: *l. 48. §. 6. D. de furt.* Si EQVVS calcitroſus calce percuſſerit: *l. 1. §. 1. D. ſi quadrup. pauper. fec.* Si EQVVS, dolore concitatus, calce petierit: et mox: Si, quum EQVVM permulſiſſet aliquis, vel palpatus eſſet, calce eum percuſſerit: *l. 1. §. 7. D. eod. tit.* Si EQVVM tibi commodauero, quo vtereris vsque ad certum locum, ſi nulla culpa tua interueniente, in ipſo itinere deterior EQVVS factus ſit. *l. vlt. D. commod.*

ERA.

ERADERE titulos, inſcriptos monimento. Paull. *Lib. I. Sent. tit. 21. §. 8.*

ERC.

ERCISCERE *familiam*: verbum antiquum, et decemuirale, quod ex XII. Tabulis in vſum venit. Hereditatem diuidere ſignificat. Nam, vt Caius ſcribit, FAMILIAE ERCISCVNDAE actio proficiſcitur ex lege XII. Tabularum. *l. 1. D. fam. erciſc.* Cic. *Lib. I. de Orat. Cap. 56. Nec ſi parui nauigii, et magni, eſt in gubernando eadem ſcientia, idcirco, qui* ERCTVM CIERI *oporteat, neſcit, idem* ERCISCVNDAE *familiae cauſſam agere non poſſit.* Quo adludens Apuleius *Lib. VI. de aſino aur. p. 186. Sic nos*, ait, *diuerſa tendentes, et in cauſſa finali de proprietate ſoli, immo viae* ERCISCVNDAE *contendentes.* Idem *Lib. IX. p. 229. Nec* ERCISCVNDAE *familiae arbiter.* Cuiusmodi arbiter alias diuidendae hereditatis, alias familiae diuidendae cauſſa arbiter dicitur, vt ſupra *Lib. I.* docui.

Feſtus Pompei. ERCTVM, *patrimonium nondum diuiſum.* Seruius *in Lib. VIII. Aeneid. v. 642. Vt eſt in iure*: ERCTO, NON CITO, *id eſt, patrimonio vel hereditate nondum diuiſa.* Et haec quidem Ciceronis et Apoleii teſtimonia merito opponimus Claud. Salmaſio, qui *Exercit. Plin. p. MCCLXIII.* magnam dicam ſcribit Triboniano, quaſi male intellexerit, quid *erctum*, quidque *citum* ſit, ac proinde primus confinxerit phraſin: ERCISCERE FAMILIAM. ERCTVM, inquit, *ſignificat patrimonium*: CITVM *diuiſum. Inde* HERCTO NON CITO, *bonis hereditatis non diuiſis. Hinc actionem illam XII. Tabularum, quae dabatur* ERCTO CIVNDO, *id eſt, hereditati diuidendae, ita conceptam fuiſſe liquet*: FAMILIAE HERCTO CIVNDAE, *id eſt, familiae, et reliquorum bonorum, quae* HERCTI *nomine comprehenduntur, diuidundorum. Hoc loquendi genus quum Tribonianus non caperet, id mutauit in* FAMILIAE ERCISCVNDAE, *et putauit, id eſſe, familiae diuidendae.* At niſi eiuſdem ignorantiae et Ciceronem, et Apuleium, et Vlpianum, qui *tit. XIX. §. 16.* nec non Paullum, qui *Lib. I. Rec. Sent. tit. 18. §. 2.* ita loquuti ſunt, reos peragere voluerit Salmaſius, fateatur oportebit, hanc obſeruationem ſuam vanam eſſe. HEIN. ¶. 2. Ceterum per FAMILIAE ERCISCVNDAE actionem diuiditur hereditas: *l. 2. D. famil. erciſc.* hereditatisque diuidendae gratia inter coheredes haec actio competit. *§. 20. Inſt. de action.* et apud Iſidor. *Lib. V. Etymol. Cap. 25.* Hinc iudicium diuiſionis vocatur, in *l. 77. D. de legat. I.*

EREMODICIVM deſertionem inchoatae litis accipimus. *l. 7. §. vlt. D. de minor. l. 13. D. iudic. ſolu. l. 13. §. 3. 4. C. de iudic. Nouell. LXIV.* Verbum ἀπὸ τῆς ἐρήμης δίκης compoſitum eſt, quod *deſertam litem* ſignificat, qua loquendi figura vtuntur Papinianus, *l. 31. §. 2. D. de negot. geſt.* et Paullus, *l. 54. D. de re iudic. l. 11. D. iudic. ſolu.* Ἔρημον autem δίκην Heſychius et Graeci interpretes exponunt μονομερῆ ἀγῶνα ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ δικαζόμενος καταδικασθῇ. Huiuſmodi enim iudicia tantum vno ex litigatoribus conſtant, vt in ſpecie *l. vlt. D. ad SC. Trebell.*

EREPTITIVM. EREPTITIA hereditas, vel legatum EREPTITIVM, quae tamquam indignis auferuntur. Ea olim populo adquirebantur, poſtea fiſco. *l. vn. §. 12. C. de caduc. toll. l. 9. §. 2. D. de his, quae vt indign.* Aliquando tamen EREPTITIA in hereditate ſubſidunt. Vlpian. *Fragm. tit. XIX. §. 17.* De iis ex inſtituto egimus in *Comment. ad leg. Iul. et Pap. Popp. Lib. III. Cap. 7. p. 415. ſequ.* HEIN.

ERG.

ERGA Deum religio: *l. 2 D. de iuſt. et iur.* ERGA filium officium patris. *l. 6. D. de collat. bonor.* ¶. 2. [ERGA, aliquando pro aduerſum, vel contra, vt in *l. 7. C. de reb. credit.*]

[ERGASIOTANI in *l. 5. C. de epiſcopal. aud.* qui ſint, non adeo expeditum eſt, quum ne de lectione quidem inter iuriſconſultos conueniat. Hotomanus legit *ergaſticorum*, id eſt *fabrorum*, qui publicis operibus praeſint, vel curatores operum publicorum. Alii *ergaſiotarum* malunt cum Leunclauio: Alciatus ἐργασίας ταμείων reponit, interpretaturque annonae principalis diſpenſatores, *Lib. III. Diſpunct. Cap. 18.* Dionyſ. Gothofredus *in not. ad d. l. 5. litt. i.* reſcribendum cenſet *ergoſitonarum*, id eſt, praeſides eorum, qui frumentum Alexandriae comparabant. Σιτώνης enim eſt, qui frumento comparando praeeſt. *l. vlt. §. 5. D. de muner. et hon.* Inde ἐργοσιτῶναι, qui frumentariis illis, ſeo frumenti curatoribus praepoſiti erant. Quam coniecturam probabilem eſſe, fatetur Car. du Freſne *in Gloſſar. ſub voce Ergatecus.* Coiacius tamen *Lib. XXIII. Obſeru. Cap. 3.* retinet lectionem vulgatam, neque aliam Accurſius ſobſtituit, in eo tamen falſus, quod per eos damnatos ad metalla intelligit, reprehendente Alciato *in Diſpunct. loco cit.* Nos, valere iuſſis et huius, et Hotomani, et aliorum opinionibus, ERGASIOTARIORVM legimus, et ita dictos cenſemus artifices et operarios Alexandriae quosuis, praeeunte Iac. Gothofredo *in Comment. in l. 1 C. Theod. de Alexandr. pleb. primat. Lib. XVI. tit. 27.*] Quocumque modo reſingas vocabulum, fuere corporati ciuitatis Alexandrinae, ceu luculenter docuit Cuiac. *Lib. XXIII. Obſ. Cap. 3.* Hinc Dioecetae ERGASIATANORVM ſunt curatores corporatorum Alexandrinorum. Διοικηταὶ enim dictos eſſe curatores, ex *Nouell. CXXVIII. Cap. 16.* probauit Petr. Burg. *in Electis Cap. III.* HEIN.

ERGASTERIVM, taberna, mercimoniis deputata. *l. 2. C. de metat. et epidemet. l. 42. C. Theod. de oper. publ. Nouell. XVII. et LIX.* ERGASTERIIS, vel tabernis: *l. 2. C. de epiſc. et cleric.* Stationes ERGASTERIAue: *l. 21. C. de operib. publ. Nouell. LIX.* [Intra ſacra ſepta habere ERGASTERIA: *l. 20. §. 1. C. de haeret.*] ERGASTERIO itaque praeeſſe, et adhaerere, mercatores dicuntur. *l. 26. C. de vſur. l. 1. C. de negotiator. l. 12. C. de cohortal.* ¶. 2. [Sed et quaeuis officinae opificum ἐργαστηρίων nomine venire videntur. *l. 1. §. 4. D. de via publ.*]

ERGASTVLVM, et *piſtrinum* iunguntur, *l. 15. C. Theod. de accuſat. et inſcript.*

ERGO. Praeter vulgarem huius particulae vim, quae ſua natura illatiua eſt, obſeruandae formulae elegantes, et iuriſconſultis familiariſſimae: Quid ERGO? id eſt, quid dicemus? *l. 17. D. de vſur. l. 1. §. 9. D. de inſpic. ventr. l. 3. D. de contrar. tutel.* ¶. 2. Quid ERGO eſt? *l. 36. D. de fideicommiſſ. libert. l. 3. D. de collat. bonor. l. 3. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 30. §. vlt. D. de vſurpat. et vſucap. l. 2. D. pro emt. l. 15. D. de legat. praeſt. l. 56. §. 7. D. de verb. oblig. l. 78. D. de iure dot. l. 7. D. de fund. dotal. l. 10. D. de in diem addict.* ¶. 3. Quid ERGO dicimus? *l. 7. D. de iniur.* ¶. 4. Quid ERGO, ſi? *l. 7. D. de adm. et peric. tut. l. 4. D. de ſuſp. tut. l. 7. §. 4. D. de reb. eor. qui ſub tut. l. 6. D. de opt. vel elect. leg. l. 11. §. 5. l. 56. l. 87. D. ad leg. Falcid. l. 59. l. 72. D. de cond. et demonſtr. l. 1. §. vlt. D. ne de ſtat. defunct. l. 19. §. 11. D. de aur. arg. leg. l. 24. §. 5. et §. 17. D. de fideic. libert. l. 26. D. de adim. leg. l. 2. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 7. §. 5. D. quib. ex cauſſ. in poſſ. eat. l. 56. §. 2. D. de fideiuſſ. l. 2. §. 18.*

l. 4. §. 3. D. de vi bon. rapt. l. 7. §. 3. l. 56. §. vlt. D. de iur. dot. l. 32. §. 3. D. de vſur. l. 16. l. 32. §. 11. D. de donat. int. vir. et vx. l. 36. l. 43. §. 9. D. de furt. l. 12. §. 2. D. rat. rem hab. l. 137. §. 4. D. de verb. oblig. l. 2. §. 13. D. de hered. vel act. vend. l. 23. §. 8. l. 25. §. 5. l. 27. l. 62. D. de aedilit. edict. l. 60. §. 2. D. de rit. nupt. l. 55. D. de euict. l. 13. §. vlt. D. de tutor. et curat. dat. l. 1. §. 1. D. de inſpic. ventr. l. 3. D. de adgnoſc. et al. lib. l. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 68. l. 69. §. 3. l. 70. D. de legat. II. l. 1. §. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l. 18. D. de teſt. milit. l. 8. l. 50. l. 53. l. 90. l. 114. §. 7. D. de legat. I. l. 1. §. 21. D. de SC. Silan. l. 30. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. D. de pen. leg. l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 15. D. de reb. dub. l. 52. §. 4. D. de legat. III. l. 4. §. 1. D. de re iud. l. 55. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 3. §. 12. D. de bon. libert. l. 1. §. 16. D. ſi quid in fraud. patron. l. 34. D. de regul. iur. l. 10. §. 8. l. 24. D. quae in fraud. creditor. l. 41. D. de bon. libert. l. 24. D. de damn. infect. l. 1. §. vlt. D. ne de ſtat. def. l. 3. D. de ſeparat. ¶. 5. [ERGO non illationis, ſed digreſſionis nota, in *l. 2. §. 47. v. ergo Sabino. D. de orig. iur.*]

☞ ΕΡΓΟΛΑΒΟΣ, operis conductor, vel redemtor. *l. vn. C. de monopol.* Vid. Ferrand. Adduenſ. *Expiic. Lib. II. p. 573.* HEIN.

ERI.

☞ ΕΡΙΟΞΥΛΟΝ, *l. 70. §. 9. D. de legat. III.* eſt *lana de ligno*, quam lanae legato contineri, ait Vlpianus, Colligebatur haec lana ex planta lanigera, quae *ξύλον*, itemque *γναφάλιον*, et *goſſypium* dicebatur. Plin. *Lib. XIX. Cap. I.* De hoc lanae, immo et lini genere, cuius vberrimus prouentus apud Arabes, Aegyptios, et Indos fuit, copioſiſſime egit Claud. Salmaſ. *Exerc. Plinian. Tom. II p. 997. ſequ.* HEIN.

ERIPERE, eſt de manibus auferre per raptum, vel raptori quid extorquere, et liberare. *l. 4. D. ne quis eum, qui in ius voc.* Sic ERIPERE lucernam: *l. 51. §. 1. D. ad leg. Aquill.* rem: *l. 5. D. de vſurp. et vſucap.* latrones tibi ſeruum ERIPVERVNT: *l. 27. D. de captiu.* Quum paſtori meo lupi porcos ERIPERENT: hos colonus cum canibus conſequutus lupis ERIPVIT: *l. 44. D. de adquir. rer. dom.* EREPTA e pecoribus noſtris a lupo, vel alia beſtia: *l. 8. §. vlt. D. famil. erciſc.* id eſt, *ex faucibus lupi*, ſeu, *ex ore beſtiae liberata*, vt loquitur *l. 44. D. de adqu. rer. dom.* ERIPERE aliquem a latrunculis vel hoſtibus: *l. 34. §. vlt. D. de donat.* ERIPERE ab adminiſtratione: *l. 8. C. de legat.* ERIPERE aduerſus voluntatem. *l. 32. §. 2. D. de donat. int. vir. et vxor.* ERIPERE ius ordinarium: *l. 10. D. de Carbon. edict.* ERIPERE ex diuerſis operibus ornamenta, aut marmora. *l. 12. C. de operib. public.* ERIPERE funus: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 26. §. 3.* Iumenta, quae ſemel ipſa ERIPIVNT: *l. 43. D. de Aedilit. edict.* ERIPITVR libertas: *l. 31. D. ad SC Trebell.* libertus pupillis: *l. 36. D. de fideic. libert.* pars extraneo a liberto: *l. 20. §. vlt. D. de bon. libert.* ſeruus ad libertatem: *l. vlt. D. qui ſine manumiſſ.* in libertatem: *l. vlt. C. comm. de manumiſſ.* EREPTA vi poſſeſſio: *l. 17. D. de vi*

et vi armat. res: *l. 15. D. de adquir. poſſeſſ.* vltio iniuriarum patrifamilias: *l. 17. §. vlt. D. de iniur.* EREPTVS e cauſſa. Cic. *Philipp. IX. Cap. 1.* ¶. 2. EREPTVS ab hominibus princeps, id eſt, mortuus. *l. 56. D. de legat. II.* ¶. 3. ERIPI etiam dicitur, quod aufertur, quaſi ab indigno, aut alias fiſco vindicatur. Sic ERIPI dicitur hereditas paterna heredi filii, qui patris ſui teſtamentum aboleuerit: *l. 26. D. de lege Corn. de falſ.* ERIPI pars: *l. 20. §. vlt. D. de bon. libert.* ERIPI quadrans, et ad fiſcum transferri: *l. 49. D. de iure fiſc.* ERIPI tertia pars bonorum conuictis: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 26. §. 3.* ERIPIENDVM non erit patrono, quod in bonis liberti, in quem animaduerſum erit, habiturus eſſet, ſi is ſua morte deceſſiſſet. *l. vlt. §. 1. D. de bon. damnat.*

ERO.

ERODERE. EROSA pecunia in *l. 102. pr. D. de ſolut.* legit Forcatul. *in Necyom. Dial. VI.* Sed probum eſt AEROSA. Diximus eo de vocabulo *Lib. I.* HEIN.

EROGARE eſt impendere. *l. 9. §. 2. 3. 4. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 28. D. de liberat. legat. l. 5. D. de condict. cauſſ. dat. l. 33. D. ad leg. Aquill.* Ita EROGARI dicuntur alimenta: *l. 1. §. 6. D. ſi mul. ventr. nom.* EROGARI amplius: *l. 39. D. famil. erciſc.* non amplius parte ſua: *l. 1. §. vlt. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. lic.* annona: *l. vlt. D. de mun. et honor.* id quod creditum eſt: *l. 20. l. vlt. D. de in rem verſ.* dodrans: *l. 21. D. ad leg. Falcid.* minus, quam decem aurei: *l. 88. §. 1. D. de legat. II.* odores ad funus: *l. 7. §. 3. D. de in rem verſ.* pecunia: *l. 102. D. de legat. III.* pecunia accepta: *l. 4. §. 3. D. ad leg. Iul. peculat.* in operis fabricam: *l. vlt. §. 10. D. de mun. et honor.* in ſportulas: *l. 5. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* per partes: *l. 9. §. 2. D. de edend.* ſumtus in exſtructione: *l. 29. §. 2. D. de pignor. et hypoth.* tantum, quantum acceptum: *l. 122. §. vlt. D. de legat. I.* veſtimenta in funus: *l. vlt. D. de religioſ.* vnguenta ad funus. *l. 7. §. 3. D. de in rem verſ.*

¶ 2. Sed et per praepoſitiones DE et EX deſcribitur id, quod impenſum. EROGARE de bonis: *l. 5. §. 16. D. de donat. int. vir. et vxor.* ex bonis: *l. 12. §. 2. D. de admin. et peric. tut.* ex bonis defuncti: *l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* ex hereditate: *l. 25. §. 16. D. de hered. petit.* ex peculio ſuo: *l. 23. §. 1. D. de pecul. legat.* de ſuo. *l. 5. §. 5. D. de iur. dot.* ¶. 3. Finis, ad quem fit erogatio, deſcribitur per propoſitiones AD, IN, ſiue cum accuſatiuo, ſiue cum ablatiuo, immo et PRO, nec non per ablatiuos NOMINE, CAVSSA, et ſimiles. EROGATVRO piſcatori in adparatum: *l. 5. D. de naut. foen.* EROGARE in aedificium: *l. 13. §. 21. D. de act. emt. vend.* pro aliis: *l. 1. C. mandat.* corporis cauſſa: *l. 37. D. de religioſ.* cauſſa emtionis: *l. 27. D. de Aedilit. edict.* in exſtructionem monumenti: *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* in exſtructione. *l. 29. §. 2. D. de pignor. et hypoth.* in fabricam operis: *l. vlt. §. 10. D. de mun. et honor.* in facultates: *l. 10. C. de praed. minor.* in filiam: *l. 5. §. 14. D. de agnoſc. et al. lib.* in filium: *l. vlt. D. de hered. petit.* ad funus: *l. 7. §. 3. D. de in rem verſ.* in funus: *l. vlt. D. l. 3. C. de religioſ.*

l. 13. C. de negot. geſt. Paull. *Lib. I. Sent. tit. 21. §. 15.* in honorem alterius liberorum: *l. 73. D. pro ſoc.* pro introitu: *l. 102. D. de legat. III.* legatorum nomine: *l. 13. §. vlt. D. de admin. et peric. tut. l. 73. D. ad leg. Falcid.* in morbum defuncti: *l. 3. C. de religioſ.* muneris nomine: *d. l. 13. §. vlt. D. de admin. et peric. tut.* in oleum: Plin. *Lib. X. Epiſt. 34.* in pretium ſerui: *l. 36. §. vlt. ad leg. Falcid.* in refectionem nauis: *l. vlt. D. de exerc. act.* in rem: *l. vlt. C. de contrar. iudic.* in rem, vt melior fiat: *l. 9. C. de euiction.* in ſementem: *l. 8. D. ſolut. matr.* in ſtudia: *l. vlt. C. de aliment. pupill.* in ventrem alimenta: *l. 1. §. 6. D. ſi mul. ventr. nom.* in vxorem aegram. *l. 13. C. de negot. geſt.* ¶. 4. Nec omittendae loquutiones, ad eamdem notionem pertinentes: EROGATA pecunia malo more: *l. 17. §. 1. D. de negot. geſt.* EROGATA neceſſario: *l. 16. D. de in diem addict.* Nun EROGATVM ſecundum voluntatem defuncti: *l. 17. D. de vſu et vſufr.* Si quid in locum fuerit EROGATVM. *l. 14. §. 3. D. de religioſ.* ¶. 5. EROGARE, aliquando eſt dare, praeſtare, largiri. *l. 32. §. 6. D. de adminiſtr. et peric. tut.* EROGARE per codicillos: *l. 4. D. de leg. Corn. de falſ.* fideicommiſſorum quantitatem: *l. 2. D. de dot. praeleg.* legata data: *l. 22. §. 1. D. ad leg. Falcid.* legata ex hereditate. *l. 15. D. de iure codicill.* ¶. 6. EROGARE, pro conſumere et exhaurire. Vt EROGARE bona in fraudem. *l. 68. D. pro ſoc.* Plin. *Lib. X. Epiſt. III.* EROGASSE *totas facultates.*

EROGATIO, pro impenſa ſeu ſumtu. *l. 9. §. 2. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 3. D. de impenſ. in rem dot. fact. l. 14. D. de mun. et hon.* Sic EROGATIO annua, id eſt, praeſtatio: *l. 10. D. de ann. leg.* annonae militaris: *rubr. vtr. C. de erog. milit. annon.* facta in haec: *l. 40. D. de damn. infect.* in filii honorem: *l. vlt. D. de hered. petit.* in hereditate: *l. 54. D. ad SC. Trebell.* magna: *l. 40. D. de damn. infect.* neceſſaria: Plin. *Lib. X. Epiſt. 35. et 114.* pecuniae: *l. 5. D. de iur. immunit.* publica. *l. 6. C. Theod. de luſtral. collat.*

☞ EROGATOR, qui erogationem militaris annonae ſingulis militibus admetitur. *l. 16. pr. C. de erog. milit. ann. Lib. XII. tit. 38.* HEIN.

EROS, ſerui nomen. *l. 13. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 122. §. 1. D. de verb. obl. l. 3. C. ſolut. matrim.* Si plures ſint eiuſdem nominis ſerui, puta plures Erotes. *l. 5. §. vlt. D. de rei vindic.* [Add. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 179. ſequ.*]

ERRARE quis poteſt multis modis, veluti in adpellatione interponenda: *l. 1. §. 3. D. de adpellat.* in artificio: *l. 28. D. de reb. dub.* in cauſſa facti: *l. 10. D. de tutor. et curat. dat.* circa cauſſam exheredationis: *l. 14. §. vlt. D. de lib. et poſtum.* in cognomine: *l. 4. C. de teſtam. tut. l. 80. D. de iudic.* in conditione mariti: *l. 22. §. 13. D. ſolut. matr.* in corpure. *l. 4. D. de legat. I. l. 21. D. qui teſt. fac.* in emtione errari poteſt in corpore, in materia, in qualitate, in ſubſtantia, in ſexu, in nomine. *l. 9. §. vlt. l. 11. l. 14. D. de contrah. emt.* formula: Quinctilian. *Declam. CCLX.* in fundi vocabulo: *l. 4. D. de legat. I.* circa inſcriptionem: *l. 35. D. ad leg. Iul. de adulter.* in nomine: *l. 34. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ. l. 4. C. de teſtam. tut. l. 32. D. de verb. oblig.* in perſona deſignanda: *l. 17. D. de condit. et demonſtr.* in praenomine: *l. 4. C. de teſtam. tut. l. 18. D. de iudic.* in pondere: *l. 52. §. 22. D. de furt.* in quaeſtione de bono et aequo plerumque perniciose ERRATVR: *l. 91. §. 3. D. de verb. obl.* ERRARE in re: *l. 71. §. 8. D. de adqu. vel omitt. her.* in ſententia dicenda: *l. 20. D. de recept. arbitr.* in ſoluendo: *l. 30. D. de in rem verſ.* de ſtatu ſuo: *l. 15. D. qui teſt. fac.* in ſyllaba: *l. 54. D. de manum. teſt.* in transſcribendis verbis ſtipulationis. *l. 92. D. de reg. iur.* ¶. 2. Praeterea ERRARE quis poteſt vel *in iure*, vel *in facto. l. 1. D. de iur. et fact. ignor. l. 1. §. 44. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* ERRAT IN IVRE, qui putat recte factum teſtamentum, quum inutile ſit, vel quum eum alius praecedat adgnatus, ſibi potius deferri. *l. 25. §. 6. D. de hered. petit.* Nec non, qui ignorat, ſibi ex ſucceſſorio capite competere bonorum poſſeſſionem. Item, qui ex aſſe heres inſtitutus, non putat, ſe bonorum poſſeſſionem petere poſſe ante apertas tabulas: vel ſi frater conſanguineus defuncti credat, matrem potiorem eſſe. Item, qui liberum ſe eſſe, et, ex quibus natus ſit, ſcit, iura autem cognationis ſe habere neſcit. Similiter, qui ſcit, defunctum eſſe cognatum, neſcit autem, proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem ſibi deferri: aut, ſe, ſciat, ſcriptum heredem, neſciat autem, quod ſcriptis heredibus bonorum poſſeſſionem praetor promittat. *l. 1. D. de iur. et fact. ignor.* In iure vero ERRANTI non procedit vſucapio. *l. 32. §. 1. D. de vſurp. et vſucap.* In iure ERRANTES mulieres inceſti crimine non tenentur. *l. 81. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 3. IN FACTO ERRAT, qui neſcit deceſſiſſe eum, cuius bonorum poſſeſſio defertur: aut, qui forte expoſitus, quorum parentium ſit, ignorat: vel ſeruiat alicui, putans ſe ſeruum eſſe: vel ſi ſciat quidem, alii delatam eſſe bonorum poſſeſſionem, neſciat autem, ei tempus praeteriſſe bonorum poſſeſſionis: Item qui neſcit eſſe tabulas. *l. 1. D. de iur. et fact. ignor.*
¶. 4. Addimus formulas: Si heres ERRAVIT: *l. 49. D. famil. erciſc.* praetore ERRANTE: *l. 2. §. 32. D. de SC. Tertull.* ERRANTIS nulla voluntas, nullus conſenſus: *l. 9. D. de iur. et fact. ignor. l. 20. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* Non conſentiunt, qui ERRANT. *l. 15. D. de iurisdict.* Si ERRANDI iuſtam cauſſam habuit. *l. 16. §. 2. D. de bon. libert.*

ERRO, a fugitiuo differt. *l. 1. l. 4. §. 3. D. de Aedilit. edict.* Eum definiebat Labeo puſillum fugitiuum, et ex diuerſo fugitiuum magnum ERRONEM eſſe. Sed proprie, ait Vlpianus, ERRONEM ſic definimus, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſſa vagatur, et temporibus in res nugatorias conſumtis, ſerius domum redit. *l. 17. §. 14. D. de Aedilit. edict.* [Cui definitioni pulcre congruit locus Horatii *Lib. II. Serm. ſat. 7. v. 112. ſequ.*

Non horam tecum eſſe potes, non ocia recte
Ponere, teque ipſum vitas fugitiuus, vt ERRO.

Add.

Add. Ian. Rutgerſ. *Var. Lect. Lib. III. Cap. 8.*] ERRONEM autem non ſecundum propoſitionem mentis ſolam, ſed cum aliquo facto oportet intelligi. *l. 225. D. de verb. ſignif.* ERRO exſiſtit ſeruus: *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* ¶. 2. Et ita ERRONIS nomen in *Edicto Aedilium Curulium* et Aediliciis ſtipulationibus accipitur. Ex eo enim Edicto ERRONEM non eſſe ſeruum, promittebatur. *l. 1. D. de Aedilit. edict. l. 16. §. vlt. et l. 32. D. de euict. l. 31. §. 5. D. de donat. int. vir. et vxor.* At in Edicto *de fugitiuis, fugitiuus* et ERRO promiſcue accipiuntur. *l. 1. §. 5. D. de fugitiu.* ¶. 3. Sunt etiam ERRONIBVS ſimiles *emanſores* milites, de quibus Menander in *l. 4. §. 13. D. de re milit. Leuius delictum emanſoris habetur, vt* ERRONIS *in ſeruis: deſertionis grauius, vt in fugitiuis.* Quin et ERRONES aliquando vocantur. Plin. *Lib. II. Epiſt. 10. Niſi retrahes in corpus quandoque, vt* ERRONES.

ERROR et ignorantia tantumdem valent, ERROREMque facti et *ignorantiam* promiſcue iuriſconſulti dicunt, vt adparet ex *l. 8. D. de iur. et fact. ignor.* coniuncta cum *l. 2. l. 4. l. 9. §. 2. D. eod. tit.* Hinc ERRORE deceptus: *l. 36. D. de vſurp. et vſuc.* ERRORE ductus: *l. 1. D. de diſtr. pign. l. 7. D. de teſtam. milit. l. 44. D. de vſurpat. et vſucap.* lapſos: *l. 19. D. de vſu et vſufr. leg. l. 26. D. de pact. dotal. l. 57. D. mandat.* ERRORE potius, quam malitia: *l. 35. §. vlt. D. de excuſat.* ERRORE ex pacto habuit: *l. 89. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* In ERRORE eſſe. *l. 4. D. de manumiſſion.* ¶. 2. ERROR vel *iuris* eſt, vel *facti*. *l. 8. D. de iur. et fact. ignor.* Iuris ERROR: *l. 31. D. de vſurpat.* ERROR in iure: *l. 2. D. de iur. et fact. ignor.* veluti, ſi ſcias pupillum eſſe, putes tamen, pupillis licere res ſuas ſine tutoris auctoritate adminiſtrare, *l. 2. §. 15. D. pro emtor.* ERROR facti: *l. 9. C. ad leg. Falcid. l. 6. l. 7. C. de iur. et fact. ignor.* alieni facti tolerabilis eſt: *l. vlt. D. pro ſuo.* ¶. 3. Talis eſt ERROR calculi et computationis: *l. 1. §. 1. D. quae ſent. ſin. adpell. l. 8. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. l. 5. §. 15. D. de donat. int. vir. et vxor.* ERROR heredis ius non mutat. *l. 37. D. de aur. arg. leg.* aliquando tamen ius facit ERROR. *l. 3. §. vlt. D. de ſupellect. leg.* ERROR eius, qui ſe falſo exiſtimat heredem: *l. 96. D. de adquir. vel omitt. her.* heredum: *l. 57. D. mandat.* iuſtus. *l. 44. D. de vſurp. et vſucap. l. 50. D. de adquir. poſſeſſ.* Paull. *Sent. tit. 7. §. 2.* litigatorum non habet conſenſum: *l. 2. D. de iudic.* in materia: *l. 14. D. de contrah. emt.* eius, qui ſe municipem aut colonum eſſe exiſtimans promiſit: *l. 17. §. 10. D. ad municipal.* ERROR nominis nihil facit, quum de corpore conſtat: *l. 9. D. de contr. emt.* ERROR patris: *l. 25. D. de lib. et poſtum.* poſſidentis: *l. vlt. D. pro ſuo.* probabilis: *l. vlt. D. pro ſuo.* in qualitate. *l. 14. D. de contr. emt.* in ſexu. *l. 11. D. eod. tit.* in ſubſtantia: *l. 9. §. 1. D. eod. tit.* teſtatoris: *l. 21. D. de manum. teſt.* in vocabulo. *l. 5. §. 4. D. de rei vindic.* ¶. 4. ERRORE, id eſt, per errorem. ERRORE contrahere matrimonium: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* dependere pecunias: *l. 25. §. 1. D. de probat.* plus demonſtrare: *l. 18. D. de contrah. emt.* ſoluere: *l. 59. D. de condict. ind.* condemnauit iudex: *l. 35. D. de rei vindic.* ERRORE primum deinde conſuetudine obtentum. *l. 39. D. de legib.* ¶. 5. Per ERROREM et *per imprudentiam* idem ſonant. *l. 16. D. de condict. ind. l. 11. l. 32. §. 1. D. eod. tit.* Hinc PER ERROREM et *conſulto* aduerſantur. *l. 53. D. de reg. iur.* Non *per fraudem* ſed PER ERROREM. *l. vlt. D. de publican. et vectig.* Sic PER ERROREM acceptum iudicium: *l. 17. D. de vſurp.* non debitum acceptum: *l. 5. §. 3. D. de obl. et action. l. vlt. §. vlt. D. de publican. et vectig.* adire hereditatem: *l. 75. D. de adquir. vel amitt. her.* alium pro alio praetorem adire: *l. 15. D. de iuriſdict.* addicere: *l. 14. D. de in diem addict.* adſignare partem: *l. 15. D. de lib. et poſtum.* aedificare in area aliena: *l. 27. §. vlt. D. de rei vind.* arbitrari: *l. 44. §. 4. D. de vſurp. et vſucap.* auctor factus: *l. 31. D. de vſurp.* cauere: *l. 31. D. de cond. indeb. l. 20. D. fam. erciſc.* conſequi non debitum: *l. 46. §. 4. D. de procurat.* contractum matrimonium: Vlpian. *Reg. tit. VII. §. 4.* credere: *l. 22. C. famil. erciſc.* dare: *l. 13. §. vlt. D. commod.* datus tutor: *§. 1. Inſt. qui teſt. tut.* datum: *l. 53. D. de reg. iur.* datum indebitum ſoluendi cauſſa: *l. 13. §. vlt. D. commod.* decipi: *l. 20. D. de aqu. et aqu. pluu.* dependere pecuniam: *l. 25. D. de probat.* per ERROREM officii durantes: *l. 34. D. de admin. et peric. tut.* Per ERROREM edere rationes: *l. 32. D. de cond. et dem.* exſoluere. *l. 49. §. 1. D. de fideiuſſ.* facere: *l. 6. D. ad SC. Trebell.* facta ſolutio: *l. 11. D. de except.* factum vt: *l. 1. §. 3. D. de adpellat.* immiſcere ſe negotiis: *l. 39. §. 1. D. de adm. et peric. tut.* incidere in cauſſam commiſſi: *l. vlt. §. 10. D. de public. et vectig.* plus inferre: *l. 101. D. de ſolut.* interponere ſtipulationem: *l. 15. D. de damn. inf.* non interponere cautionem: *l. 7. D. de dot. prael.* ire ad arbitrum: *l. 32. §. 6. D. de recept. arbitr.* non oblata pecunia: *l. 67. D. de rei vindic.* omittere diem: *l. 115. D. de verb. obl.* ſubſtitutionem: *l. 64. D. de legat. II.* omiſſa vel ſoluta: *l. 3. §. 10. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc.* petere bonorum poſſeſſionem: *l. 75. D. de adquir. vel omitt. hered.* praeſtita libertas: *l. 47. D. de manumiſſ. teſtam.* profiteri: *l. 8. C. de iur. et fact. ign.* promittere: *l. 9. §. 1. D. de condict. cauſſ. dat. l. 71. §. vlt. D. de iur. dot. l. 17. D. de dol. except. l. 47. D. de condict. indeb.* promiſſum ſatisdato: *l. 4. §. 5. D. ſi quis caution.* putare: *l. 1. D. de legat. III.* non retinere quartam: *l. 68. D. ad SC. Trebell.* ſequuta ſolutio: *l. 54. D. de condict. indeb.* ſolutum: *l. 10. §. 16. D. de condict. indeb. l. 51. D. mand. l. 59. D. de cond. ind. l. 52. D. ſol. matrim.* ſoluere pecuniam: *l. 96. §. vlt. D. de ſolut.* vſuras: *l. 102. §. vlt. D. eod. tit.* ſtipulari ſimplam pro dupla: *l. 37. §. vlt. D. de euiction.* fundum liberum tradere: *l. 22. §. vlt. D. de condict. indeb.* Per ERROREM iudicis victus: *l. 51. D. de euict.* ¶. 6. Subiicimus formulas et loquutiones miſcellas: ERROREM adlegare: *l. 38. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* ERRORIS proprii adlegatio: *l. 17. D. de minor.* ERRORIS fideiuſſio nulla *l. 37. D. de fideiuſſ.* ERRORES magni intercedunt: *l. 1. D. de eo, qui pro tut.* Quid tam contrarium eſt conſenſui, quam ERROR, qui imperitiam detegit? *l. 15. D. de iuriſd.* [*l. 116. §. vlt. D. de reg. iur.*] ERROR Praeſidum. *l. 40. D. de iniur.*

ERV.

ERVBESCERE, pudere. ERVBESCAT

SCAT teſtator: *l. 28. C. de teſtam.* Non ERVBVIT. *l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.*

ERVDIRE puerum: *l. 27. D. de rei vind.* Sumtus, quos in ERVDIENDVM hominem emtor fecit: *l. 43. §. vlt. D. de act. emt. vend.* Relinquere quid in ERVDITIONEM puerorum: *l. 117. D. de legat. I.* ERVDITVS ſtudiis liberalibus. *l. vlt. §. vlt. D. de Aedilit. edict. l. vlt. C. de aliment. legat.*

ERVERE, euellere, eximere. ERVTA arbor: *l. 19. D. commun. diuid. l. 26. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* ERVTA creta et arena: *l. 17. §. 6. D. de act. emt. vend.* ERVERE oſſa: *l. vlt. D. de ſepulcr. viol. l. 8. D. de religioſ.* Quinctilian. in argum. *Declam. CCXLVIII: Quoque qui ſepultus fuerat, oſſa* ERVERIT *et abiecerit.* ¶. 2. ERVERE, inueſtigare. In criminibus ERVENDIS quaeſtio adhiberi ſolet: *l. 1. pr. D. de quaeſt.* ERVERE per quaeſtionem fraudum participes: *l. 23. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Quinctilian. *Declam. CCCXXII. Non enim tyrannis commencenda veſtigiis erat, neque argumentis* ERVENDA. ERVERE veritatem: *l. 7. D. de teſtib.* Tormenta ad ERVENDAM veritatem. *l. 15. §. 41. D. de iniur.* ¶. 3. ERVERE, pro exigere. Quicumque vltra centeſimam iure permiſſam quidquam ſub occaſione neceſſitatis ERVERIT, id eſt, exegerit. *l. 2. C. Theod. de vſur.* Addatur Io. Fridr. Gronou. *Lib. III. Obſ. Cap. 24. p. 667.* HEIN.

ERVMPERE dicitur aqua: *l. 21. D. de aqu. et aqu. pluu.* ERVMPERE clauſi ſerui: *l. 3. §. 6. D. de SC. Silan.* ad fugam: *l. 60. D. pro ſoc.* Quo ſenſu et Cicero *Catilin. II. Cap. 1. Abiit, exceſſit, euaſit,* ERVPIT. ¶. 2. Aliquando et cum caſu ſexto conſtruitur. ERVMPERE vincula. *d. l. 3. §. 6. D. de SC. Silan.* Ita et nubem ERVMPERE dixit Virgil. *Aen. Lib. I. v. 579.*

Et fortis Achates,
Et pater Aeneas iamdudum ERVMPERE *nubem*
Ardebant.

Obſeruauit hoc V. C. Car. Andr. Duker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 357.* HEIN.

[ERVPTIO factioſa, in *l. 6. in fin. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* de congregatione haereticorum publica vſurpatur.]

ERY.

[ERYCIVS CLARVS. Mentio fit huius nominis *l. 3. D. de offic. praef. vigil.* apud Spartian. *in Seuero Cap XIII.* Dion. Caſſ. *Lib. LXXII. p. 828.* et Gell. *Lib. VI. Cap. VI.* quibus omnibus locis vnum eumdemque intelligi, exiſtimat Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXI. p. 184.*] Quod tamen vix credibile eſt. Gellius enim, qui ex rationibus Henr. Dodwelli *in Diſſ. de aetate peripli maris Euxini §. X.* primis Marci Aurelii Antonini annis mortuus eſt, Erycium illum ſuum, ſe adoleſcente, quum ad grammaticos itaret, Praefectum vrbi fuiſſe, teſtatur. Iam ſi vel quingenarium ſaltim deceſſiſſe Gellium, et ad plenam pubertatem grammaticorum ſcholas frequentaſſe, fingamus, Erycii praefectura vrbana incidet in tempora Hadriani. Marcus enim Imp. imperare coepit anno Chriſti CLXI. Si ergo ſequente deceſſit Gellius et quidem quinquagenarius ſaltim, eius natales inciderunt in annum Chriſti CXII. plena pubertas in annum Chriſti CXXX. adeoque ante illum annum praefectum vrbi fuiſſe oportet Erycium. Ponamus id biennio ante contigiſſe, id eſt anno CXXVIII. et Erycium tum quadraginta ſaltim annos natum fuiſſe, (prius enim quemquam ad hunc honorem adſpiraſſe vix veroſimile eſt,) natum iſtum fuiſſe oportet anno Chriſti LXXXVIII. Domitiani annum XIV. Iam ſi ad Seueri vel ſaltim ad extrema Commodi tempora, id eſt ad ann. CXCII. vixiſſet, obiiſſet annos natus XCVI. Quod vix probabile eſt. Fuere tum plures Erycii Clari. Nam anno Chriſt. CXVII. ex Kal. Iul. inter Coſſ. ſuffectos fuit M. Erucius Clarus anno CXLVI. Sex. Erucius Clarus iterum Coſſ. in faſtis celebratur. HEIN.

ESC.

ESCA. Propter ESCAM paratur aquaminarium. *l. 19. §. 12. D. de aur. arg. leg.*

ESCALE argentum: *l. 8. D. de ſupell. legat.*

ESCARIVS, A, VM. ESCARIVM argentum *potorio* opponitur. *l. 19. §. 12. D. de aur. arg. leg. l. 32. §. 2. D. eod. tit.* Eo autem argento legato, non ſolum id debebitur, quod ad epulandum in miniſterio habuit, id eſt, ad eſum et potum, ſed et quod propter eſcam paratum eſt. ESCARIA et *potoria* vitrea et fictilia. *l. 3. §. 1. D. de ſupell. leg.*

ESCVLENTVM et potulentum opponuntur. *l. 18. D. de offic. praeſid.* ESCVLENTORVM autem legato non ſolum ea continentur, quae eſſe, ſed et ea, per quae eſſe ſolemus: *l. 3. pr. D. de penu legat.* ESCVLENTA penus. *l. 3. §. 1. D. de pen. legat.*

ESS.

ESSE. Verbum EST non ſolum praeſens, ſed et praeteritum tempus ſignificat. *l. 123. D. de verb. ſignif.* Qod in quibusdam loquutionibus, quae exempli cauſſa ibi ſubiiciuntur, procedit. Alias certe articulum EST praeſentis temporis in ſe demonſtrationem tantum continere traditur. *l. 34. D. de aur. arg. leg.* Plane haec verba SIT, FIAT, quibus in Interdictis Praetor vtitur, vtrumque tempus complectuntur. *l. 2. §. 31. D. ne quid in loc. publ. l. 1. D. de flumin. l. 1. §. pen. et vlt. D. de cloac.* ¶. 2. [Ita et ERIT, non ſolum futurum, ſed et quandoque praeteritum tempus demonſtrat. *l. 123. D. de verb. ſignif.* vbi addendus Hugo Grot. *in florum ſparſion.*] ¶. 3. [EST, pro licet. EST capere. *l. 11. §. 2. D. ad SC. Trebell.*]

ESSE, pro edere. *l. 3. §. 1. D. de pen. leg.* ESVI potuique eſſe, et non eſſe, *d. l. 3. D. eod. tit.* Ad ESVM et *potum* in miniſterio habere argentum: *l. 19. §. 12. D. de aur. arg. legat.* id eſt, edendi bibendique cauſſa paratum. *d. l. 19. §. 10. D. eod. tit.* ¶. 2. Eodem verbo veteres et de pecoribus vtebantur. Nam iumenta qui vendit, ſolet

ſolet ita promittere: ESSE, BIBERE, VT OPORTET. *l. 11. §. 4. D. de act. emt. vend.* Quales ſtipulationes et in reliquorum animalium venditionibus intercedebant, de quibus Varro *de re ruſt. Lib. II. Cap. 2.* Addatur Hieronym. Magius *Miſcellan. Lib. IV. Cap. 3.* Et tales fuerunt *Manlianae venalium vendundorum leges*, quarum praeter Varronem *ibid. Cap. V.* meminerunt Cicero *de Orat. Lib. I. Cap. 58.* et Plin. *Hiſt. nat. Lib. XVIII. Cap. 3.* HEIN.

ET.

ET, ſyllaba, coniunctionem facit: *l. 66. D. de hered. inſtit. l. 142. D. de verb. ſignif.* ET generaliter AVTEM. *l. 16. §. 1. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2. [ET, poſt *non tam* pro *quam* poſitum. *Non* TAM *ſollemne eſt annuum, quod maritus vxori pendit*, ET *quod vxor marito praeſtat. l. 33. §. 1.* ☞ *D. de don. int. vir. et vxor.*] ¶. 3. ET eiusque ſynonima inter duo ſubſtantiua poſito aliquando alterutri tribuunt vim adiectiui, vti apud Lucan. *Lib. VI. Pharſal. v. 698.*

Primus chalybem fraenosque momordit.

id eſt, *chalybeos fraenos.* et apud Virg. *Lib. II. Georg. v. 192.*

Qualem pateris libamus ET *auro.*

Vbi Seruius: *id eſt, Pateris aureis, ἓν διὰ δύο, vt: molemque* ET *montes*: quae verba habentur *Aen. I. v. 65.* pro *molem montium* vel *montoſam.* Atque ita nonnulli interpretantur verba: *l. 3. D. de iuſtit. et iur. Vim* ATQVE *iniuriam propulſare*, id eſt, *vim iniuſtam.* Vid. Cornel. van Bynkersh. *Obſ. Lib. V. Cap. 2.* HEIN. ¶. 4. [ET *ſi*, pro *ſi* ET manifeſto ponitur *l. 10. pr. D. de fideiuſſor.*]

ETA.

ETAIPIA, Graecis ſodalitium. Caius in *l. vlt. D. de colleg. Sodales ſunt, qui eiusdem collegii ſunt, quam Graeci ἑταιρίαν adpellant.* Quod vocabulum Latinum facit Plin. *Lib. X. Epiſt. 97. Quod ipſum*, inquiens, *facere deſiiſſe poſt edictum meum, quo ſecundum mandata tua* HETAERIAS *eſſe vetueram.* Eiusdem *Libri X. Epiſt. 43.* Traianus Plinio ſcribens: *Quodcumque*, ait, *nomen ex quacumque cauſſa dederimus bis, qui in idem contracti fuerint*, HETAERIAE, *quamuis breues, fient.*

ETI.

ETIAM nunc, *l. 3. §. 6. D. arb. furt. caeſ.* ☞ id eſt, adhuc, huc vsque. Veteres ETIAM ſine addito hoc ſenſu vtuntur. Terent. *Andr. Act. I. ſcen. I. v. 89. Nihil ſuſpicans* ETIAM *mali.* Vbi Donatus: ETIAM, *adhuc.* Ita loquitur idem Comicus *Hecyr. Act. I. ſcen. 2. v. 117. et Act. V. ſcen. I. v. 19.* et Plautus tum in *Amph. Act. II. ſcen. I. v. 21.* tum in *Moſtellar. Act. II. ſcen. 3. v. 43.* HEIN.

EVA.

EVACVARE dolia: *l. 1. §. vlt. D. de peric. et comm. rei vend.* et apud Caſſiod. *Lib. XI. Var. Epiſt. 2.* EVACVATA obligatio: *l. 4. C. de ſolut.* [Cautela viribus EVACVABITVR. *l. 13. C. de iudic.*]

EVADERE, alicunde aufugere, profugere, effugere ſignificat. EVADIT aleator, vel vinarius, vel erro: *l. 25. §. 4. D. de Aedil. edict.* captus a barbaris: *l. 5. §. 6. D. de re milit.* captiuus vi vel fallacia poteſtatem hoſtium: *l. 26. D. de captiu. l. 7. D. de adquir. rer. dom.* cuſtodia militibus: *l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor.* deportatus: *l. 28. §. 13. D. de poen. l. 4. D. de re milit.* fera beſtia: *l. 1. §. 10. D. ſi quadr. paup. fec.* EVASERVNT pecora feram. *l. 8. §. vlt. D. fam. erciſc.* piſcis vel auis, vel aper poteſtatem noſtram: *l. 44. D. de adqu. rer. dom.* recepti in carcerem, ruptis vinculis et effracto carcere. *l. 13. D. de cuſtod. et exhib. reor.* dominum ſeruus: *l. 17. §. 4. D. de Aedil. edict.* noſtram cuſtodiam volucres. *l. 3. D. de adqu. rer. dom.* Sic effractis vinculis EVADERE poenam. Plin. *Lib. X. Epiſt. 66.* EVADERE actionem: *l. 1. §. 1. D. de act. emt.* litis aeſtimationem: *l. 8. D. de noxal. act.* id eſt, euitare poenam ſtipulationis, eadem notione. *l. 70. §. 1. D. de legat. I.*

EVAGARI dicitur ignis. *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.* EVAGATVS et progreſſus ignis vlterius: *l. 30. §. pen. D. eod. tit.*

EVALESCERE. EVALVIT ſententia, id eſt, praeualuit. *l. 6. §. 2. D. ſi ſeru. vindic.*

EVANESCERE dicuntur actio: *l. 31. §. vlt. D. de reb. cred. l. 53. §. 1. l. 54. D. de furt. l. 21. D. ſolut. matrim. l. 11. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 5. D. de publican. l. 8. D. de ſeru. export.* aeſtimatio litis: *l. 13. §. 14. D. de hered. petit.* cauſſa condictionis: *l. 96. §. vlt. D. de ſolut.* clauſula ſtipulationis: *l. 13. D. iudic. ſolu.* codicilli: *l. 19. D. de iure codicillor.* condictio: *l. 29. §. vlt. D. de verb. oblig.* conditio: *l. 7. D. de condit. inſtit.* donatio: *l. 11. §. 7. D. de don. int. vir. et vxor.* fideicommiſſum: *l. 93. D. de legat. I.* inuidia: *l. 1. C. de quaeſtion.* legatum: *l. 1. §. 1. D. de dot. praeleg. l. 18. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 7. §. vlt. D. de liberat. leg.* obligatio: *l. 5. C. de ſolution.* partes ſtipulationis: *l. 20. D. de acceptilat.* pignus ſeu ius pignoris: *l. 13. §. 1. l. 20. D. de pignor.* poena: *l. 33. D. de recept. arbitr.* querela: *l. 10. C. de non numer. pecun.* ſtipulatio: *l. 83. §. 6. l. 98. l. 106. D. de verb. oblig. l. 4. D. de pact. l. 33. D. de fideiuſſor.* ſecundae tabulae: *l. 14. §. 1. D. ad SC. Trebellian.* pupillare teſtamentum. *l. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſt.*

[**EVANGELIVM.** EVANGELIIS ſacris propoſitis. *l. vlt. C. de vendit. rer. ciuit. l. 14. C. de iudic.*]

EVC.

EVCHETAE, in *l. 5. C. de haeret. et Manich.* haeretici fuerunt, de quorum prauo dogmate videndus Nicephor: *Lib. XI. Hiſt. eccleſ. Cap. 14.*

EVE.

EVECTIO dicebatur curſus publicus, eiusque exhibitio et conceſſio. *l. 1. C. de numerar. l. 3. l. 4. l. 6. l. 9. l. pen. et vlt. C. de curſ. publ. l. 2. C. de commeat.* Itaque mendoſe in *l. 12. C. de curioſ. Lib. XII. euictionibus* pro EVECTIONIBVS antea legebatur. B. Auguſtin. *Epiſt. LV. Zenobius magiſter memoriae factus eſt: et miſit nobis* EVECTIONEM *cum annonis.* Sulpic. Seuer. *Lib. II. Hiſt. ſacr. Cap. 42. Hilarius quartum iam exſilii annum in Phrygia agens, inter reliquos Epiſcopos per vicarium ac praeſidem data* EVECTIONIS *copia, adeſſe compellitur.* Symmach. *Lib. VII. Epiſt. 105.*

De impetratis EVECTIONIBVS *in adminiculum praetoriae functionis.* Caſſiodor. *Var. Lib. XI. Cap. 9. Quando et* EVECTIONES *publicas accepiſtis.* EVECTIO autem numerum veredorum continebat, vt adparet ex *l. 14. C. Theod. de curſ. publ.* Hinc EVECTIONIS datae formam et licentiam non excedere oportebat. *l. 14. C. Theod. eod. tit.* Nullum vero priuatum EVECTIONE vti conſtituunt Imperatores: *l. 44. C. Theod. de curſ. publ.* eiusque faciendae copiam ſibi praefecti praetorio reſeruabant: *l. 40. C. Theod. de curſ. publ.* Vnde eam denegari videmus magiſtris militum: *l. 56. C. Theod. de curſ. publ.* Duci Armeniae: *l. 57. C. Theod. eod. tit.* vicariis: *l. 61. C. Theod. eod. tit.* Comitibus Aegyptiaci limitis. *l. 52. C. Theod. eod. tit.* Praeterea Impp. EVECTIONVM faciendarum arbitrium in publicis tantum cauſſis vſurpari iubent: *l. 19. C. Theod. de curſ. publ.* EVECTIONVM vtique copiam, (aiunt Impp. in *l. 6. C. de curſ. publ.*) ſenatus, quum proficiſcendi ad nos neceſſitas fuerit, ſerenitas noſtra. ¶. 2. Ceterum notandae loquutiones: EVECTIONEM vel EVECTIONES dare: *l. 12. C. Theod. de curſ. publ.* facere: *l. 12. l. 13. l. 38. l. 40. l. 43. C. Theod. eod. tit.* commeantium inſpicere: *l. 21. C. Theod. eod. tit. l. 2. C. Theod. de curioſ.* Sine EVECTIONE iter facere: *l. 8. C. Theod. de curſ. publ.* EVECTIONVM ſpeciendarum cura. *l. 8. C. Theod. eod. tit.*

EVEHERE, exportare. EVECTAE cotes. *l. 15. D. de publican. et vectigal.* EVEHERE lapidem: *l. 6. D. de donat.* muſtum: *l. 25. D. locat. cond.* ſtercus plauſtris: *l. 12. §. 10. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* vinum amphoris: *l. 6. D. de ſeru. ruſt. praed.*

EVELLERE aliquid adfixum aedibus: *l. 9. D. quod vi aut clam.* arborem ex fundo: *l. 12. D. de vſu et vſufr. leg.* EVVLSAE arbores: *l. 2. D. de vſufr.* EVVLSA ſtatua de monimento. *l. 2. D.* ☞ *de ſepulcr. viol.* ¶. 2. Praeteritum EVELLERIT pro euulſerit habes in *l. 9. §. 2. D. quod vi aut clam.* vti alibi *accederat, decederit, fluerat, intellegerit*, et ſimilia, de quibus Bynkersh. *Obſ. Lib. VIII. Cap. 2. p. 186.* Duker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 367.* et iam olim Scalig. *de cauſſ. Lat. lingu. Libr. I. extr.* et Voſſ. *de Analog. Lib. III. Cap. 26.* HEIN.

EVEMERIA, ancillae nomen. *l. 10. D. de manumiſſ.*

EVENIRE, accidere, contingere ſignificat. EVENIRE multi caſus potuerunt. *l. 26. §. 9. D. ex quib. cauſſ. maior.* EVENIRE poteſt: *l. 31. §. D. de excuſat. l. 27. D. de liber. cauſſ. l. 62. D. de hered. inſtit. l. 44. D. ad SC. Trebell.* Quum poſſit EVENIRE. *l. 11. §. vlt. D. eod. tit.* Hoc EVENIRE poſſe, proſpicere debuit: *l. 9. §. 1. D. locat.* Nou facile EVENIRE poteſt: *l. 3. D. de vſur.* EVENIRE plerumque adſolet: *l. 24. D. de inoff. teſt.* EVENIRE ſolet: *l. 10. §. 13. D. de grad. et adfin. l. 1. §. 6. D. de ſeparat. l. 38. §. vlt. D. de act. emt. l. 41. D. ad leg. Aquill.* Sicut EVENIRE ſolet. *l. 14. D. de lib. et poſtum.* Hoc vel id EVENIET, *l. 23. D. de adim. leg. l. 29. D. de liberat. leg.* Quod EVENIRET, ſi. *l. 59. D. ad SC. Trebell.* Si horum aliquid EVENERIT: *l. 55. D. de fideic. libert.* Si id EVENERIT fraude heredis: *l. 4. D. de opt. vel elect. leg.* per deſidiam: *l. 12. D. de cuſt. et exhib. reor.* ex furto mora: *l. 17. D. de condict. furtiu.* vſu hoc euenerat. *l. 22. §. vlt. D. de pignor. act.* Quod ſi EVENERIT: *l. 1. D. de curat. fur.* Si quid EVENERIT aeris alieni: *l. 34. §. vlt. D. de legat. I.* Idem EVENIRET, ſi. *l. 3. D. rat. rem habitur.* Sic EVENIT: *l. 11. §. 21. D. de legat. III.* Vt EVENIT. *l. vlt. D. de oper. libert. l. 31. D. pro ſoc.* EVENIT aeque: *l. 14. D. de tutel.* interdum: *l. 3. §. vlt. D. de iniuſt. rupt.* iure: *l. 3. D. de iuſt. et iur.* plerumque: *l. 11. §. 20. D. de legat. III. l. 1. C. de dilation.* Quinctil. *Declam. CCCLXV.* ſaepe. *l. 1. §. 35. D. depoſit. l. 4. §. 1. D. de penu leg. l. 60. D. de donat. int. vir. et vx.* ¶. 2. Varie autem auctores noſtri conſtruunt id verbum. Aliquando enim ſubiiciunt accuſatiuum cum infinitiuo: Aliquando praepoſitionem IN. EVENIT in fratribus: *l. vlt. D. de oper. libert.* in obligationibus: *l. 13. §. vlt. D. de re iud.* in patrono: *l. 19. D. de inoffic. teſtam.* in perſonis mercatorum: *l. 4. §. 1. D. de penu leg.* Non EVENIT in hac ſpecie. *l. 67. §. 8. D. de legat. II.* ¶. 3. Aliquando NE ſequitur. EVENIRE poterit, ne. *l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcid.* ¶. 4. Aliquando NISI. Qua ratione EVENIT hoc, niſi. *l. 12. §. 5. D. de vſufr.* ¶. 5. Aliquando QVO MINVS. EVENIT, quo minus. *l. 45. §. vlt. D. de legat. I.* ¶. 6. EVENIT, quum. *l. 42. §. 2. D. de procurat. l. 32. D. de oblig. et act. l. 13. §. vlt. D. de re iud. l. 25. §. 8. D. quod vi aut clam.* ¶. 7. Interdum ſequitur SI. Id EVENIT, ſi: *l. 10. §. 14. D. de grad. et adfin. l. vlt. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* Idem EVENIT, ſi: *l. 26. D. de vſu et vſufr. leg.* Quod EVENIT, ſi: *l. 51. D. de condit. et demonſt. l. 1. D. de teſtam. tut. l. 59. D. ad SC. Trebell. l. 7. D. quand. dies leg.* Hoc EVENIT, ſi: *l. 40. D. de verb. oblig.* Quod EVENIT, et ſi. *l. 114. §. 16. D. de legat. I.*
¶. 8. At frequentiſſime ſubiicitur VT. Quo EVENIT, vt. *l. 12. D. ad SC. Trebell. l. 1. D. de contrah. emt. l. 16. §. vlt. D. de poen. l. 15. D. de praeſcr. verb. l. 20. §. vlt. D. de liber. cauſſ. l. 61. §. vlt. D. locat. l. 76. D. de iudic. l. 58. §. 1. pro ſoc. l. 5. D. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 1. §. vlt. vt legat. l. 49. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 14. D. de tutel. l. 3. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 6. D. de damn. infect.* EVENIRE, vt: *l. 8. D. de noxal. act. l. 76. D. de iudic. l. 24. D. de inoffic. teſt.* EVENTVRVM, vt: *l. 41. D. de reb. cred. l. 2. D. de donat. int. vir. et vxor.* Hoc EVENERAT, vt: *l. 20. §. 7. D. de hered. petit.* EVENIET, vt: *l. 37. D. de admin. et peric. tut. l. 1. §. 1. D. de ſeru. corr. l. 14. D. de interrogat. in iur. fac. l. 8. §. vlt. D. de in ius voc. l. 67. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 56. D. de Aedilit. edict. l. 46. D. de furt. l. 36. §. vlt. D. mandat. l. 76. l. 82. D. ad leg. Falcid. l. 5. D. de Carbon. edict. l. 1. D. de coniung. cum emancip. lib. l. 21. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 9. Si quid ſibi EVENIRET, elegans loquutio, pro ſi quid humanitus contingeret, ſi moreretur. Sueton. *in Iul. Cap. LXXXVI.*

EVENTVS actionum: *l. 7. D. ſi ſeru. vindic*, id eſt, exitus, vt loquitur. *l. 10. §. 14. D.*

quae in fraud. credit. In EVENTVM adpellationis cetera cognitionis praeſes diſtulit: *l. 39. D. de minor.* EVENTVS incertus cautionis: *l. 6. D. quod falſ. tut.* conditionis: *l. 66. D. de condit. et demonſtr. l. 88. D. de hered. inſtit. l. 73. D. ad leg. Falc. l. 10. §. vlt. D. de in rem verſ.* In EVENTV poni conditiones: *l. 60. D. de cond. et dem.* in EVENTVM conditionis reſtituere rogatus: *l. 66. eod. tit.* Poſt EVENTVM conditionis; *l. 26. C. fam. ercifc.* conditio in EVENTVM. *l. 34. §. vlt. D. de adqu. vel omitt.* In EVENTVM collatae conditionis. *l. 78. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* damni: *l. 11. §. 4. D. de minor.* donationis: *l. 10. D. de donat. int. vir. et vxor.* exſequutionis: *l. 51. D. de pecul.* fraudandorum creditorum: *l. 4. §. 19. D. de fideic. libert.* EVENTVS dubius iudicii: Quinctil. *Declam. CCXLIX.* iuris: *l. 1. §. vlt. D. de vſufr.* EVENTVM litium redimere: *l. 2. D. mandat.* vendere: Lamprid. *in Alex. Cap. XXXVI.* EVENTVS mortalitatis: *l. 6. §. 7. D. de offic. praeſ.* mortis: *l. 22. §. 8. D. ſol. matr.* nuptiarum: *l. 24. D. de condit. inſtit.* EVENTVM rei ſuſcipere: *l. 14. C. famil. ercifc.* EVENTVM ſententiae vendere. *l. 15. §. 30. D. de iniur.* Paull. *Lib. V. tit. 25. §. 13.* EVENTVS ſolutionis. *l. 50. D. de legat. II.* ¶. 2. Subiicimus hanc formularum et loquutionum ſyllogen: EVENTVM aduerſum habere: *l. 3. §. 7. D. de contrar. tut.* EVENTV confirmatur actio: *l. 2. §. vlt. D. quod iuſſ.* damnum paſſurus: *l. 13. D. de minor.* declaratur. *l. 25. C. de locato.* EVENTVS declarat: *l. 9. §. vlt. D. de ſolut. l. 26. §. vlt. D. de teſtam. tut.* EVENTVM fraus non habuit: *l. 10. §. 1. D. quae in fraud. cred.* EVENTVM ſequendum: *l. 8. §. 10. D. de inoffic.* Licet EVENTVS non ſit ſequutus: *l. 10. §. vlt. D. de negot. geſtis.* EVENTVS ſpectatur. *l. vlt. D. de negot. geſt* ¶. 3. Saepe et nominibus iungitur praepoſitionibus ex vel IN. EX EVENTV augere hereditatem: *l. 22. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* patrimonium: *l. 1. §. 13. D. ad leg. Falcid.* ex *euentu* litis cauerit ſibi certam quantitatem dari. *l. 6. §. vlt. D. mand.* Ex EVENTV declaratur: *l. 25. C. de locat.* idem dicendum: *l. 15. D. de reb. dub.* inſpicietur: *l. 10. D. de SC. Silan.* Ex EVENTV iudicii: *l. 24. D. de liber. cauſſ.* litis: *l. 6. §. 7. D. mand.* ſolutionis: *l. 50. D. de legat. II.* [Ex omni EVENTV; *l. 9. §. 1. D. de SC. Maced.*] An ex EVENTV filius poſſit in rem patris vertere: *l. 10. §. vlt. D. de in rem verſ.* In vtrumque EVENTVM. *l. 4. §. vlt. D. de vulg. vel pupill. ſubſt.*

EVERRICVLVM, quod Graece σαγήνη dicitur. *l. 13. §. 7. D. de iniur.* Nonius Marcellus ſcribit, genus eſſe retis piſcatorii, a *verrendo* dictum, quod, quidquid piſcium nactum fuerit, euerrat, vel, quod trahatur: citatque haec Tullii *ex Lib. VI. in Verr. Cap. 24.* Quod vllum, iudices, huiusmodi EVERRICVLVM in vlla prouincia fuit? Varro *Lib. III. de re ruſt. Cap. vlt.* Quum neque EVERRICVLO illi in litus educere poſſent viuam ſaginam, plebeiae coenae piſces. Apulei. *in Apolog. p. 294. Eum memoriae prodiderunt, quum animaduertiſſet proxime Metapontum, in litore Italiae,* EVERRICVLVM *trahi, fortunam iactus emiſſe.* Seruius *in Lib. I. Aeneid. v. 63. Verrere ait, eſſe trahere a reti, quod verriculum dicitur.* Contra Eutyches *Lib. I. de diſcern. coniug.* apud Putſchium, Nonio conſentiens, EVERRICVLVM verbale eſſe nomen, ab *euerrendo* deductum, tradit. Atque hic me locus admonet, vt Manilii verſum emendem *in Lib. IV. Aſtronom. v. 285.* in quo ita eſt:

Et placidum inductis euertere retibus aequor

quum legendum ſit EVERRERE. Simileque mendum eſt apud Sil. Italic. *Lib. XIV.*

Seu ſiluis ſectare feras, ſeu retibus aequor
Vertere, ſeu coelo libeat traxiſſe volucrem.

Legendum enim eſt VERRERE. Quo genere loquendi Virgilius *Lib. III. Aen. v. 208* vſus eſt:

Adnixi torquent ſpumas et caerula VERRVNT.

Lucanus *Lib. III. de bell. Pharſal. v. 542.*

Et caerula VERRVNT.

Idem mendum in Latinos *Euangelii* D. Lucae *Cap. XV. v. 8.* codices irrepſit, in quibus paſſim ita ſcriptum: *Aut quae mulier, habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, non accendit lucernam, et* EVERTIT *domum, et quaerit diligenter?* vbi vetus interpres EVERRIT ſcripſerat. Nec ſine cauſſa in hoc verbo laborat B. Gregorius *Homil. XXXIV. in Euang.* vbi alios EMVNOAT vertiſſe ſcribit: quum in Graeco vtique ſit σαροῖ τὴν οἰκίαν. Verum vt ad EVERRICVLVM redeamus, ſcitum ac peraeque vulgatum illud Ciceronis, qui *formulam de dolo malo* a C. Aquillio proditam, EVERRICVLVM *malitiae* adpellat *Lib. III. de nat. Deor. Cap. XXX.*

EVERSIO. Hoc ad EVERSIONEM totius domus pertinet. *l. vlt. D. de offic. praeſ.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 3.* Cum EVERSIONE reliquae dignitatis. In EVERSIONEM fideicommiſſi factum: *l. 22. §. 4. D. ad SC. Trebell.*

EVERSOR a Caio *Lib. I. Inſt. tit. 8. §. 1.* vocantur prodigi, qui nec finem nec modum expenſarum faciunt, bonaque dilapidant ac diſperdunt. Sane D. Auguſtinus *in libris Confeſſionum* irriſores eodem nomine adpellatos tradit. EVERSORES, pro adminiſtratoribus, res fiſci diſſipantibus, dici etiam animaduertimus in *l. 2. C. de palat. ſacr. largit. l. 1. C. Theod. de ſuſcept.* Set et INTERVERSORES iidem vocantur in *l. 8. C. de iur. fiſc.* ceu obſeruauit ad Caii locum Iac. Oiſelius *p. 67. edit. Schult.* HEIN.

EVERTERE, deiicere. EVERSVS, id eſt, proſtratus. *l. 45. §. 1. D. ad leg. Aquill.* EVERSAE in tempeſtate arbores: *l. 59. D. de vſufr.* id eſt, *deiectae*, vt in *l. 12. D. eod. tit.* EVERTIT ciſiarius ciſium: *l. 13. pr. D. locat.* onus quadrupes. *l. 1. §. 4. D. ſi quadr. paup. fec. dic.* EVERTERE ſtatuam. Paull. *Lib. I. Sent. tit. 21. §. 8.* ¶. 2. EVERTERE, peſſumdare, EVERTIT locum aliqua fortuita calamitas: *l. 2. §. 8. ſub fin. D. ſi quis caution. in iud. ſiſt.* EVERTERE iudicium defuncti: *l. 7. D. de bon. libert.* ius electionis: *l. 4. D. qui et a quib.* patrimonium: *l. 1. D. ſi famil. furt. fec.* praeceptum legis: *l. 16. D. de iur. patron.* teſtem, apud Quinctil. *Declam. CCCLXXXVIII.*

EVESTIGIO, confeſtim, ſtatim, *l. 35. D. de negot. geſt.* et apud Hirtium. Immo apud ipſum Caeſarem *Lib. II. de bello ciuil. Cap. XXV. Se in hoſtium habiturum loco*, pronunciauit, *qui non*

EVE. EVI.

EVESTIGIO *ad caſtra Corneliana vela direxiſſet.* Idem VESTIGIO *temporis* dixit *ibid. Cap. XXVI.* HEIN.

EVI.

EVICTIO, euindicatio rei per ſententiam iudicis. Sic: EVICTIO ob ſuum factum contingens: *l. 14. D. de noxal. act.* EVICTIO praediorum: *l. 69. D. ad SC. Trebell.* EVICTIONE ſequuta: *l. 4. §. vlt. l. 63. §. 1. l. 68. l. 74. D. de euiction. l. 13. C. eod. tit.* Si emtorem in EVICTIONE rei vicerit. *l. 57. D. eod. tit.* ¶. 2. EVICTIO pro indemnitatis praeſtatione, incumbente venditori, ſi res vendita euicta ſit. Hinc EVICTIONIS actio: *l. 49. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* actio de EVICTIONE, *l. 51. §. 2. l. 56. §. 1. l. 62. §. vlt. D. de euict. l. 2. §. 16. D. pro emtor.* ACTIO pro EVICTIONE: *l. 9. l. 66. §. 1. D. de euict.* EVICTIONVM actiones tot ſunt, quot et ſpecies rerum, quae emtione comprehenſae ſunt. *l. 22. D. eod. tit.* EVICTIONIS caſus: *l. 11. D. de euict.* De EVICTIONE cauere: *l. 35. §. 2. D. de rei vind. l. 69. D. ad SC. Trebell. l. 10. §. vlt. D. commun. diuid. l. 25. §. 21. famil. ercisc. l. 13. §. 3. D. de iureiur.* cauere pro EVICTIONE: *l. 102. D. de verb. oblig. l. 6. D. de euict.* EVICTIONIS cauſſa: *l. 30. D. de bon. libert.* EVICTIONIS cauſſa fideiuſſores: *l. 18. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend.* De EVICTIONE conuenire vel conueniri: *l. 46. D. de euict. l. 42. D. eod. tit.* De EVICTIONE denunciare. *l. 39. §. 1. D. eod. tit.* denunciari pro EVICTIONE: *l. 51. §. 1. D. eod. tit.* Pro EVICTIONE denunciatio. *l. 63. D. eod. tit.* Ob EVICTIONEM fideiuſſorem dare. *l. 4. D. eod. tit.* De EVICTIONE iudicium: *l. 26. D. de lib. cauſſ.* EVICTIONIS nomine condemnatus: *l. 15. D. de doli except.* debere: *l. 64. D. de euict.* exigere duplum: *l. 7. §. vlt. D. de pecul.* obligari: *l. 36. l. 46. §. 1. l. 62. D. de euict. l. 12. §. 1. D. de diſtr. pign.* obligatio: *l. 11. D. de act. emt.* praeſtare: *l. 60. D. de euict.* Nihil EVICTIONIS nomine praeſtitum iri. *l. 11. §. vlt. D. eod. tit.* promittere: *l. 8. §. 1. D. de pign. act.* ſpondere: *l. 65. D. de euict.* teneri: *l. 10. l. 54. §. vlt. l. 69. l. 75. D. de euict.* non teneri: *l. 59. §. 4. D. mandat. l. 60. §. vlt. D. de euict.* in duplum teneri: *l. 11. §. 17. D. de act. emt. vend.* quaſi EVICTIONIS nomine teneri: *l. 13. §. 1. D. eod. tit.* EVICTIONIS obligatio: *l. 46. §. 1. l. 62. §. 1. l. 64. l. 69. D. de euict.* Ob EVICTIONEM ſe obligare: *l. 1. D. de rer. permut. l. 75. D. de euict.* EVICTIONEM pati: *l. 75. D. de iur. dot.* EVICTIO praeſtatur: *l. 1. C. de euict. l. 8. §. 1. D. de pign. act.* EVICTIONES duas praeſtare: *l. 10. D. de act. emt.* De EVICTIONE promittere: *l. 56. §. 4. D. de euict. l. 131. D. de verb. obl.* pro EVICTIONE promittere: *l. 10. D. rer. amot.* Pro EVICTIONE ſatis accipere: *l. 22. §. vlt. de euict.* ſatisdare: *l. 20. D. eod. tit.* EVICTIONIS ſtipulatio: *l. 69. D. eod. tit.* de EVICTIONE: *l. 22. l. 51. §. 1. D. eod. tit. l. 4. D. quib. ad libert. prouoc. l. 35. D. de act. emt. vend.* De EVICTIONE teneri. *l. 51. §. 3. l. 54. l. 61. D. de euict.*

EVIDENS dicitur, quod palam adparet, aut quod clarum, apertum, manifeſtum eſt, et de quo liquido et indubitate conſtat. Proinde: EVIDENS, ademtio oſtenditur. *l. 14. D. de legat. II.* idem eſt, manifeſtis argumentis oſtenditur, teſtatorem ademiſſe. Sic et EVIDENS aequitas: *l. 7. D. de in integr. reſtit.* aes alienum: *l. 1. §. 3. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc.* EVIDENTI argumento probari: *l. 108. §. 3. D. de legat. I.* EVIDENTIORIBVS argumentis oppreſſus: *l. 18. §. 1. D. de quaeſt.* EVIDENS calliditas: *l. 7. §. vlt. D. de dol. mal.* calumnia: *l. 65. D. de condict. indeb.* cicatrix: *l. 14. §. vlt. D. de aedilit. edict.* dolus malus: *l. 3. §. 4. D. de hom. lib. exh.* exceptio quae obſcuriori, et quae habet altiorem quaeſtionem opponitur. *l. 3. §. 13. D. ad exhibend.* EVIDENS fraus: *l. 1. §. 7. D. de offic. praef. vrb. l. 9. D. de tutel.* gratia vel inimicitia: *l. 15. D. de iudic.* iniquitas: *l. 49. §. vlt. D. ſolut. matrim.* iniuria: *l. 8. §. vlt. D. de noxal. act.* EVIDENTIOREM intellectum praefationes praeſtant: *l. 1. D. de orig. iur.* EVIDENTIS et manifeſti iuris eſt. *l. 6. l. 9. C. de ingen. manumitt. l. 2. C. de hered. inſt. l. 1. C. de pecul. l. 5. C. de praeſcript. long. temp.* EVIDENTI loco. *l. 11. §. 3. D. de inſtit. act.* Niſi EVIDENS alia mens teſtatoris probaretur: *l. 49. §. 1. D. de legat. I.* [EVIDENS praeceptio: *l. 5. l. 6. C. Theod. de canon. frument. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 15.*] EVIDENTES probationes: *l. 27. §. vlt. D. de lib. cauſſ. l. 7. C. de fid. inſtrum.* EVIDENTIBVS probationibus adprobatum: *l. 63. §. 4. D. ad SC. Trebell.* adparuerit. *l. 2. D. de condit. inſtit.* monſtrare: *l. 10. C. de diſtr. pign.* oſtendere: *l. 6. C. ſolut. matrim. l. 25. §. vlt. D. de probat. l. 45. D. de hered. petit. l. 5. D. de condict. cauſſ. dat. l. 34. D. de legat. I.* EVIDENS eſt ratio: *l. 34. §. 3. D. de legat. I. l. 3. §. 15. D. de ſtatu. lib.* EVIDENTI ratione: *l. 75. §. 1. D. de legat. I.* Quoties EVIDENS res eſt: *l. 14. D. vt legator.* Niſi EVIDENS ſit contraria ſententia: *l. 17. §. 1. D. de legat. I.* EVIDENS voluntas, et, quae in obſcuro eſt, opponuntur. *l. 10. D. de manumiſſ. teſt. l. 1. D. de incend. ruin. naufr. l. 10. §. vlt. D. de manum. teſtam. l. 66. §. 1. D. ad SC. Trebell.* Si voluntas EVIDENS teſtatoris adpareat: *l. 19. D. de adquir. rer. dom. l. 12. D. quando dies leg.* ſi non ſit EVIDENS diuerſa voluntas: *l. 74. D. de legat. I.* Niſi EVIDENS contraria voluntas probetur: *l. 90. D. de legat. I.* EVIDENS vtilitas: *l. 2. D. de conſtit. princip.* vtilitas Edicti. *l. 6. §. 1. D. de incend. ruin. naufrag.* EVIDENS eſt. *l. 40. §. vlt. D. de proc.* ¶. 2. [Ex EVIDENTI, pro euidenter, in *l. vn. C. Theod. de offic. praef. Lib. I. tit. 5.*]

EVIDENTER. IVS. ISSIME. manifeſto, indubitate. EVIDENTER actum: *l. 8. D. de iur. dot.* Si non EVIDENTER id actum fuerit: *l. 1. §. 1. D. pro dot.* Niſi EVIDENTER aliud actum fuerit: *l. 6. D. de condict. cauſſ. dat.* EVIDENTER, EVIDENTIVS, EVIDENTISSIME adparet, et *in obſcuro eſt*, opponuntur. *l. 32. §. 4. D. de don. inter vir. et vxor. l. 57. D. de iur. dot. l. 12. D. de his, quae vt indign. l. 27. D. de aur. et arg. leg. l. 30. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 11. D. de lib. et poſt. l. 5. D. de reſcind. vend. l. 50. D. de iur. dot. l. 1. §. 1. D. de inſp. ventr. l. 33. D. de legat. I.* EVIDENTER vel EVIDENTISSIME adprobari: *l. 5. §. 2. D. de liberat. leg. l. 57. D. de iure dot.* EVIDENTER adquirere: *l. 1. D. de auctorit. et conſenſ. tut.* cauetur: *l. 3. C. de ſuis et legit. hered.*

Digitized by Google

contradicere: *l. 2. §. vlt. ſol. matr.* contrahere: *l. 6. D. de magiſtr. conuen.* denotari: *l. 24. D. de manum. teſt.* diſſentire: *l. 7. §. vlt. D. de ſponſ.* docere: *l. 7. §. 4. D. de adminiſtr. et peric.* enumerare: *l. 8. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* exprimere: *l. 33. D. de excuſ. l. 16. D. de manum. teſt. l. 24. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* EVIDENTER idem eſt: *l. 13. §. 2. D. de reb. dub.* EVIDENTER iniquiſſimum eſt: *l. 16. D. de except. rei iud.* manumittere: *l. 42. D. de adqu. vel omitt. hered.* oſtenditur voluntas: *l. 85. D. de legat. II.* EVIDENTISSIME oſtenditur: *l. 14. §. 3. D. de legat. I.* probatur: *l. 86. §. vlt. D. de legat. 2. l. 35. D. de contrah. emt.* EVIDENTER vera vel falſa: *l. 65. D. de reg. iur.* EVIDENTER videatur: *l. 3. §. 4. D. de Carbon. ed.* EVIDENTER voluit: *l. 15. D. de bonor. poſſ.*

EVINCERE eſt rem a poſſeſſore dominii, vel hypothecae iure auocare per iudicem, ſeu *per iudicium auferre*, vt loquitur Pomponius in *l. 22. §. vlt. D. de euictiou. auferre* vel *abducere*, vt in *l. 57. D. eod. tit.* Vnde Modeſtinus in *l. 63. §. 1. D. eod. tit.* Euictione ſequuta fundus ablatus et fiſco adiudicatus eſt. Et *l. 39. D. eod. tit.* Si ei fundus praetoria cognitione ablatus fuerit. Ac plane duplae ſtipulationem tum committi ait Pomponius, quum res reſtituta ſit petitori, vel emtor damnatus ſit litis aeſtimatione, vel poſſeſſor ab emtore conuentus abſolutus ſit. *l. 16. §. 1. D. eod. tit.*

¶. 2. Nec vero proprietas tantum, ſed et ſeruitus EVINCI dicitur, *l. 48. D. eod. tit.* vt vſusfructus. *l. 15. §. vlt. l. 43. D. eod. tit.* Immo et res mobiles, ceu mox docebimus exemplis. Hinc EVINCI *ab adſertore puerum*, ait Quinctilian. *Declam. CCCLXXXVIII.* ¶. 3. Quin et EVINCERE rem non dominus modo, ſed et creditor dicitur. *l. 65. D. de euict. l. 2. C. ſi antiqu.* nec iure dominii tantum, ſed et hypothecae vel ſeruitutis iure res EVINCI dicitur. Pomponius; *Duplae*, inquit, *ſtipulatio* EVICTIONEM *non vnam continet: ſi quis dominium rei petierit, et* EVICERIT: *ſed etſi Seruiana experiatur. l. 34. §. vlt. D. de euiction.* Et, vt ibidem ſcribit, *non intereſt, quo genere iudicii* EVINCATVR, *vt habere non liceat.* Hinc illa: Nec exſpectamus, vt creditor EVINCAT: *l. 69. D. de ſolut.* EVICTA res a creditore: *l. 98. D. eod. tit.* EVICTVM a creditore praedium, quod ex antecedente cauſſa pignoris ablatum eſt. *l. 49. §. vlt. D. ſolut. matrim.* EVICTVS Seruiana actione ſeruus: *l. 35. D. de euict.* quod tum factum intelligitur, quum fere ſpes habendi abſciſſa eſt, vt ibidem ait Paullus.

¶. 4. Sic EVINCI dicuntur agri: *l. 18. D. de vſur.* area: *l. 45. §. 1. D. de act. emt.* columna: *l. 23. D. de vſurp et vſucap.* dominium: *l. 34. §. vlt. D. de euict.* quid ex finibus, quos emtori demonſtrauit venditor: *l. 45. D. de euict.* fundus: *l. 57. D. de rei vind. l. 22. §. vlt. D. de euict. l. 33. D. de ſolut. l. 66. D. de contrah. emt.* ſine dolo malo et culpa locatoris: *l. 9. D. locat.* EVICTO fundo: *l. 41. §. 1. D. de euict. l. 45. D. de fideiuſſor.* altero fundo: *l. 46. D. de ſolut.* vno fundo ex pluribus: *l. 71. l. 72. D. de euict.* hereditatem: *l. 3. D. de condict. indeb.* Vlpian. *Reg. tit. XXVIII. §. 13. l. 14. C. de teſtam. l. 3. C. de condict. indeb. l. 16. D. de hered. pet.* per inofficioſi querelam, quum ab herede ſcripto auocatur: *l. 21. §. vlt. D. de inoff. teſt.* Is, a quo hereditas EVINCITVR: *l. 95. §. 8. D. de ſolut.* Si EVICTA hereditas fuerit: *l. 8. D. de euictiou. l. 47. D. de legat. II.* EVICTA hereditate: *l. 8.* D. *ſi cui plus, quam per leg. Falc. l. 17. l. 55. D. de hered. petit. l. 1. C. eod. tit. l. 21. D. de inoffic. teſt.* Poſt EVICTAM hereditatem: *l. 22. D. de pecun. conſtit.* EVICTVS homo ab emtore: *l. 39. §. 1. D. de euict.* ſi homo EVICTVS fuiſſet: *l. 84. §. 4. D. de legat. I.* EVICTO homine: *l. 39. §. 1. l. 41. D. de euict. l. 48. D. ad leg. Falc.* Non poteſt videri homo EVICTVS, quum pars eius EVICTA eſt. *l. 56. §. 2. D. de euict.* EVICTVM legatum: *l. 8. §. 1. D. de bon. libert.* Si certus locus ſit EVICTVS: *l. 1. D. de euict.* EVINCITVR pars fundi: *l. 64. D. de Aedil. edict.* rei: *l. 1. l. 13. l. 36. D. de euict.* EVICTO partu: *l. 42. D. eod. tit.* pignus captum in cauſſam iudicati: *l. 74. §. 1. D. de euiction.* EVICTVM pignus: *l. 12. §. 1. D. de diſtr. pign.* EVICTA pignora: *l. 68. §. vlt. D. de euict.* portio hereditatis patroni iure: *l. 6. §. vlt. D. ſi pars hered. pet.* poſſeſſio: *l. 15. §. vlt. D. qui ſatisd. cog. l. 59. §. 4. D. mand.* praedium ſine dolo et culpa viri: *l. 49. §. vlt. D. ſol. matr.* EVICTIS praediis: *l. 73. D. de euict.* EVICTA proprietate: *l. 49. D. eod.* EVICTA res: *l. 16. l. 38. l. 50. l. 70. D. de euict. l. 11. §. vlt. D. de act. emt. l. vlt. §. 1. D. quar. rer. l. 1. D. de rer. permut. l. 16. l. 34. D. de iure dot.* in Indice Baſilicorum, ἐπινικηθὲν πρᾶγμα EVICTIS rebus: *l. 69. §. 5. D. de iur. dot.* EVICTA res legata: *l. 82. D. de legat. I.* Sine iudicio: *l. 71. D. de euict.* pro parte: *l. 46. D. de ſolut.* tota: *l. 1. l. 13. l. 36. D. de euict.* EVICTA ſerua: *l. 6. D. de ſeru. export.* ſeruus: *l. 45. §. 1. D. de act. emt. l. 16. §. vlt. D. de euict. l. 9. l. 15. §. vlt. l. 20. D. eod. tit. l. 58. D. de rei vind. l. 5. §. 1. D. de praeſcript. verb.* iudicio EVICTVS ſeruus: *l. 24. D. de euict.* in libertatem: *l. 46. §. 2. D. eod. tit. l. 45. §. 1. D. de act. emt.* in libertate: *d. l. 46. §. vlt. D. de euict.* in ſeruitutem: *l. 45. §. 1. D. de act. emt.* ſtatuliber: *l. 2. §. vlt. D. de ſtatulib.* ſucceſſio: *l. 10. C. de his, quae vt indign.* ſuperficies ſoli poſſeſſori: *l. 1. §. 5. D. de ſuperfic.* vicarius: *l. 5. D. de euiction.* vitulus. *l. 43. D. eod. tit.* ¶. 5. [EVICTVS etiam dicitur, cui res EVICTA eſt. *l. 15. D. de dol. et met. except.*] Eo loco Florentiae quidem ita legitur: *Fideiuſſor euictionis nomine condemnatus id praedium, quod* EVICTVS *eſt, et omnia praeſtare paratus eſt.* Sed non fideiuſſor ſane eſt is, cui res euincitur, ſed poſſeſſor. Praeterea caecus ſit, oportet, qui non videat, eſſe hoc παρόραμα librarii, legendumque potius EVICTVM. HEIN.

EVISCERARE, inteſtina eximere, ceu notauit Seruius ad illud Virgil. *Aeneid. XI. v. 723.* de accipitre:

Compreſſamque tenet, pedibusque EVISCERAT *vncis.*

At Diocletianus et Maximianus AA. id verbum vſurparunt μεταφορικῶς pro diſſipatione bonorum. *Si mater tua patrimonium ſuum ita profunda* (f. profuſa) *liberalitate in fratrem tuum,* EVISCERATIS *opibus ſuis, exhauſit. l. 7. C. de inofficioſ. deuat.* HEIN.

EVI.

EVITARE, effugere, ſuperſedere. EVITARE aeſtimationem litis: *l. 1. D. de noxal. act.* Si quis aliquem EVITANS: *l. 2. D. ſi quadrup. paup.* EVITARE caſum et periculum: *l. 32. D. ad leg. Aquill.* creditorem: *l. 36. D. de reb. auct.* crimen: *l. 5. D. de leg. Fab. l. 8. C. ad leg. Corn. de falſ.* exceptiones peremtorias: *l. 3. D. de except.* heredes: *l. 10. D. de alim. et cibar. legat.* EVITATIS heredibus: *l. 29. D. ad SC. Vellei.* EVITARE infamiam: *l. 12. C. de his, qui not. infam.* interdictum: *l. 1. §. vlt. D. ne vis fiat ei.* EVITANDI iudicii cauſſa: *l. 16. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 12. D. de alien. iudic. mut. cauſſ.* EVITANDAE legis gratia: *l. 6. C. de ſeru. fugit.* EVITARE occurſum creditoris: *l. 7. §. 13. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* onus: *l. 17. D. de interrog. in iur. fac.* onus deductionis: *l. 5. D. de legat. II.* EVITANDORVM onerum gratia: *l. 1. §. 2. D. de vacat. et excuſ. mun.* periculum: *l. 14. D. ad leg. Iul. de adult. l. 2. C. ſi tut. vel curat.* perſonam: *l. 2. §. vlt. D. de except.* poenam: *l. 40. D. de iur. fiſc. l. 12. D. de vſur. l. 14. §. 1. D. quod met. cauſſ.* adulterii: *l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* deſertoris: *l. 4. §. 13. D. de re milit.* edicti: *l. 26. §. 5. D. de nox. act.* legum: Sueton. *in Tiber. Cap. XXXV* ad poenam EVITANDAM: *l. 5. D. vi bon. rapt. l. vlt. C. qui pet. tut.* in poenis EVITANDIS: *l. vlt. D. de poen.* EVITARE poteſtatem domini: *l. vlt. D. de fugit.* praeſtationem: *l. 31. §. 1. D. de Aedit. edict.* quaeſtionem: *l. 4. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* EVITANDI turpis quaeſtus gratia: *l. 52. D. de donat. int. vir. et vxor.* EVITARE ſatisdationem: *l. 18. D. de interrog.* ſententiam: *l. 4. C. de quaeſt.* ſuſpicionem: *l. 3. C. de furt.* ¶. 2. Singularis loquutio: Non EVITABIT, quo minus. *l. 1. §. vlt. D. de agnoſc. lib.*

EVNOMIANI memorantur. *l. 5. C. de haeretic. l. 6. l. 11. l. 13. l. 23. l. 27. l. 31. l. 32. l. 36. l. 59. C. Theod. eod. tit. l. 7. C. Theod. ne ſanct. bapt. iteretur.* De eorum impiis erroribus videndi Hieronym. *adu. Vigilantium.* D. Auguſtin. *de Haereſ. Cap. 54.* Philaſtrius in *Catal. haereſ. Cap. LXVIII.* Sozom. *Lib. VI. Hiſt. eccl. Cap. 26. 27.* Socrat. *Lib. I. Hiſt. eccl. Cap. 28.* et *Lib IV. Cap. 7.* EVNOMIANA inſtitutio: *l. 12. C. Theod. de haeret.* ſuperſtitio: *l. 34. C. Theod. eod. tit.*

☞ ¶. 2. Ne vero ſolis ex aduerſariorum ſcriptis de illis EVNOMII erroribus iudicare cogamur, ſciendum eſt ipſius EVNOMII exſtare ἔκθεσιν, vel *fidei expoſitionem* editam primum ab Henr. Valeſio *in Not. ad Socrat. Lib. V. Cap. X.* deinde a Steph. Baluz. *in Collect. Concil. Tom I. p. 89.* denique a Io. Alb. Fabricio *Bibl. Graec. Lib. V. Cap. 23. p. 253. Vol. VIII.* editam, vbi *p. 262.* et ſequ. ex Codice Lindenbrogii manu deſcripto primus publici iuris fecit etiam eiusdem ἀπολογητικὸν, πρὸς ὃν ἔγραψεν ἀντιῤῥητικὸν ὁ μέγας Βασίλειος. *Apologiam, quam refutauit Baſilius Magnus.* Et exſtant ſane huius *libri V.* quos ἀντιῤῥητικὸν τοῦ ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου inſcripſit, *Tomo II. Oper. Baſil. M. p. 1.* Meminit eiusdem Baſilii Operis Philoſtorg. *Lib. VIII. Hiſt. eccl. Cap. 12.* HEIN.

EVNVCHVS, *l. 1. l. 2. C. de eunuch.*

EVN.

l. 5. C. qui teſt. fac. poſſ. Nouell. CXLII. tot. Hoc nomine proprie vocantur caſtrati, ſeu quibus virilitas exſecta eſt, quos Lucanus *Lib. X. v. 133.* hoc ambitu verborum deſignat:

Nec non infelix ferro mollita iuuentus,
Atque exſecta virum.

σιδήρῳ βιαζομένης τῆς φύσεως, *ferro vi illata naturae*, vti loquitur Euagr. *Lib. IV. Hiſt. eccleſ. Cap. 22.* qui et EVNVCHVM ἄνδρα τῶν ἀνδρείων ἐστερημένον, *virum virilibus priuatum* interpretatur *Lib. II. Cap. 2.* Verum latius EVNVCHORVM adpellatio porrigitur, vt ad omnes ſpadonum ſpecies pertineat. Conſtant. Harmenop. *Lib. II. Epit. Cap. 8. n. 2.* Τῶν γὰρ ΕΥΝΟΥΧΩΝ οἱ μὲν καλοῦνται σπάδωνες, οἱ δὲ θλιβίαι, οἱ δὲ κασράτοι. Καὶ σπάδωνες μὲν εἰσὶν, οἵτινες διὰ πάθος, ἢ ψύξιν ἐνοχλήσασαν τοῖς γονίμοις μορίοις παιδοποιεῖν κωλύονται· οἱ δὲ θλιβίαι, οἵτινες ὑπὸ τῆς τροφῆς, ἢ τῆς μητρὸς τυχὸν ἔκθλιψιν τῶν διδύμων ὑπέστησαν· κασράτοι δὲ, ἐφ' ὧν γέγονεν ἐκτομὴ τῶν γεννητικῶν μορίων. *EVNVCHORVM quidam* SPADONES, *alii* THLIBIAE, *alii* CASTRATI *dicuntur. Et* SPADONES *quidem ſunt, qui ob vitium aut frigus, quo tenentur genitalia membra, impediuntur, quo minus prolem poſſint ſuſcipere.* THLIBIAE, *quibus a nutrice, vel a matre forſan extriti eliſique ſunt teſtes:* CASTRATI *denique, quibus exſecta virilia.* Vetus Gloſſarium Graecum: ΟἹ ΕΥΝΟΥΧΟΙ τρισσῶς λέγονται. Οἱ μὲν καλοῦνται ΣΠΑΔΩΝΕΣ, οἵτινες διὰ πάθος ἢ ψύξιν ἐνόχλησαν τοῖς γονίμοις μορίοις παιδοποιεῖν κωλύονται· οἱ δὲ ΘΛΙΒΙΑΙ, οἵτινες ὑπὸ τῆς τροφῆς, ἢ τῆς μητρὸς τυχὸν ἔκθλιψιν τοῖς διδύμοις ὑπέστησαν. Οἱ δὲ ΚΑΣΤΡΑΤΟΙ, εἰς γέγονεν ἐκτομὴ τῶν γεννητικῶν μορίων. Verba paene eadem. Vnde ea iterum Latina dare non opus eſt. Vulgatum eſt illud D. Matthaei *Cap. XIX, 12.* Εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. *Sunt* EVNVCHI, *ita ex vtero materno geniti: Sunt et* EVNVCHI, *ab hominibus exſecti.* Euſebius vtique *Lib. VII. Hiſt. eccleſ. Cap. 32.* Dorotheum memorat τὴν φύσιν εὐνοῦχον, οὕτω πεφυκότα ἐξ αὐτῆς γενέσεως, ὡς καὶ βασιλέα διὰ τοῦτο οἷόν τι παράδοξον, αὐτὸν οἰκειώσασθαι. *Natura ab ipſo matris vtero* EVNVCHVM. *Vnde Imperator tamquam miraculo obſtupefactus eum in familiaritatem ſuam adſciuit.* De EVNVCHIS porro vide elegantem Cyrilli locum apud Suidam in *verbo* Σπάδων, *Tomo III. p. 358.* ¶ 2. Hinc illa: EVNVCHVM ſacri cubiculi miniſterio adhaeſurum. *l. 4. C. de praepoſ. ſacr. cubic.* Euagr. *Lib. IV. Hiſt. eccl. Cap. 22.* de Abasgis loquens: ἐξ αὐτῶν γὰρ τὰ πολλὰ, οἱ τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενοι κοιτῶσι καθεστήκεσαν, οὓς ΕΥΝΟΥΧΟΥΣ ἡ συνήθεια καλεῖ. *Ex his enim vt plurimum eligebantur miniſtri imperialis cubiculi, quos vulgo* EVNVCHOS *vocabant.* Zoſimus *Lib. II. Cap. 55.* eos adpellat εὐνούχους, τοὺς περὶ τὴν αὐλήν, *eunuchos aulicos.* et alibi *Lib. V. Cap. 3.* τοὺς περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχους, *eunuchos, qui in Imperatoris ſunt miniſterio.* HEIN. Et hoc habitu naturae fuit Eutropius ille, quo conſule omnia monſtra ceſſiſſe, ſcite Claudianus ait, quem in Cyprum, inſulam, relegatum, eiusque facultates in fiſcum redactas teſtatur *l. 17. C. Theod. de poen.* Eius fata accuratius deſcripſit Zoſimus

ſimus *Hiſt. Lib. V. Cap. 18. ſequ.* Ceterum non a corporis mutilatione, ſed ab officio, nomen habuiſſe EVNVCHOS, iam olim obſeruauerat Dan. Heinſ. *Introduct. in doctrin. Heſiodi Cap. VI. p. 134. ſequ. edit. Clerici.* Qui enim pueris comites, et qui matronarum cubiculis, ſeu gynaeceis praeficiebantur, εὐνοῦχοι dicebantur, ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὴν εὐνήν, quod *lectorum* eſſent *cuſtodes.* Eam obſeruationem deinde magis firmarunt Voſſius in *Etymolog. ſub voce eunuchus*, et Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 282* HEIN.

EVOCARE Praetor dicitur, quos iubet ad iudicium venire: *l. 1. D. de fer.* EVOCARI a praeſide ad agendum: *l. 29. §. vlt. D. de minor.* EVOCATI a praetore vel praeſide, denunciationibus, edictis, litteris dicuntur, quos praetor praeſesue adeſſe iubent. *l. 26. §. 9. D. de fideicomm. libert. l. 53. §. 1. D. de re iud. l. 42. in fin. D. de iur. fiſc. l. 1. §. 2. D. de requir. vel abſ. damn. l. 7. §. vlt. D. de ſuſp. tutor. l. 2. §. 41. D. ad SC. Tertull. l. vlt. C. vbi pupill. educ. l. 51. C. de decurion. Lib. X.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 5. §. 7.* Sic EVOCATVS tribus edictis: *l. 2. §. 3. D. de iur. fiſc.* id eſt, adeſſe iuſſus. *l. 15. §. 3. et 4. D. eod. tit.* EVOCANTVR adfines atque amici tutoris abſentis: *l. vlt. D. vbi pupill. educ. vel mor. deb.* EVOCANTVR rei in ius: *l. 1. D. de accuſat.* et quidem non ſolum a magiſtratu, verum etiam ab actore. *l. 3. C. de procurat.* EVOCANTVR teſtes: *l. 1. §. vlt. D. de teſtib. l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* Plin. *Lib. III. Epiſt. 9. E teſtibus quidam, ſiue iratus, quod* EVOCATVS *eſſet inuitus.* Idem *Lib. V. Epiſt. 25. Tum Varenus petit, vt ſibi quoque defenſionis cauſſa* EVOCARE *teſtes liceret.* EVOCARI teſtimonii cauſſa: *l. 3. §. vlt. D. de teſt. l. 26. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 2. §. 3. D. de iudic.* EVOCANDI ſunt ad praetorem tutores pupilli. *l. 5. §. 1. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* ¶. 2. Sed et, qui ad aliud agendum adeſſe iubebantur, dicebantur EVOCARI, veluti quos princeps euocauerat: *l. 24. D. de iu re.* Plin. *Lib. V. Epiſt. 38.* EVOCATVS *in conſilium a Caeſare.* EVOCARI ad decurionatum: *l. 4. C. ſi pendent. adpell.* EVOCATVR familia publica: *l. 1. D. de praefect. vig.* EVOCARI ad honorem et munus. *l. 1. C. de temp. adpell. l. 7. C. de adpellat.* ad munera: *l. 5. C. de decurion.* in municipium: *l. 8. §. 4. D. qui ſatisd. cog.* ad tutelam: *l. 1. C. qui aetate.* tutelae reddendae cauſſa. *l. 12. §. 3. D. de iudic.* ¶. 3. EVOCARE ſacra: *l. 9. §. 1. D. de rer. diuiſ.* vt EVOCARE *tutelares Deos*, apud Macrob. *Lib. III. Saturnal. Cap. 9.* De eo ſuperſtitiſſimo ritu quidquid dici potuit, dixit V. C. Io. Guill. Bergerus, Prof. Witteb *in Diſſertat. de euocatione deorum ex vrbibus obſeſſis. Witteb. 1714.* et ICtus Viadrinus celeberrimus, Henr Coccei. in *Diſſert de euocatione ſacrorum, ad d. l. 9. §. 1. D. de rer. diuiſ. Francof. 1711.* HEIN.

[EVOCATORIVS, A, VM. EVOCATORIAE ſecuritas, *l. 3. C. Theod. et Iuſtin. de decurion. et ſilentiar.* eſt priuilegium conceſſum decurionibus et ſilentiariis, vt poſt expletam militiam, ſiue EVOCATORIA, ad comitatum principis, quandocumque placuerit, venire liceret. Quod aliis priuatis regulariter non licebat, niſi accepta EVOCATORIA, cuius mentio fit a Symmacho *Lib. IV. Epiſt. 5.* et *Lib. VI. Epiſt. 35. 36.* Sidon. Apollin. *Lib. VIII. Epiſt. 12.* Vid. Iac. Gothofred. *in l. cit. C. Theodoſ.* et Car. du Freſne *Gloſſ. hac voce*]

EVOLARE dicuntur apes ex alueis: *l. 3. §. 16. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* examen ex alueo: *l. 5. §. 4. D. de adquir. rer. dom.* gallinae turbatae EVOLARE longius. *d. l. 5. §. 6. D. eod. tit.* ¶. 2. [EVOLARE μεταφορικῶς, pro confugere. EVOLARE in ordines indebitos, deſertis propriis adparitionis obſequiis. *l. 15. C. Theod. de diuerſ. offic. Lib. VIII. tit. 7.*]

[EVOLVERE. EVOLVTO anni ſpacio: *l. 25. C. Theodoſ. de annon. Lib. XI. tit. 1.* ſi gemino lapſu cauſſa fuerit EVOLVTA: *l. vn. C. Theod. de ſecundo lapſ. Lib. XI. tit. 32.* EVOLVTA curricula *l. 4. C. Theod. de reparat. adpell. Lib. XI. tit. 31.* numero ſtipendiorum et curriculis EVOLVTIS: *l. 15. C. Theod. de diuerſ. offic. Lib. VIII. tit. 7.* EVOLVTVS temporibus poſſeſſor: *l. 1. C. Theod. de reparat adpell.* Si definitum tempus fuerit EVOLVTVM: *l. 22. C. Theod. de praetor. et quaeſt. Lib. VI. tit. 4.* Quos melior viuendi vſus vinculo naturalis conditionis EVOLVIT. *l. 4. C. Theod. de ſcenic. Lib. XV. tit. 7.*]

EVR.

EVREMATICA. De iis librum ſingularem ſcripſerat Modeſtinus, vt adparet ex *Indice Florentino.* Ex his Modeſtini EVREMATICIS, vel HEVREMATICIS potius, ſuperſunt textus decem, quos ſingulari cura illuſtrarunt Io. Schilterus *in Herennio Modeſtino*, et V. A Henr. Brenkmannus *in Diatr. de Eurematicis Lugd. Bat. 1711.* vbi *Cap. XII.* et alia veterum iuriſconſultorum εὑρήματα, ſeu *cautiones*, quas et *cautelas* vocant, recenſet, ſimulque docet *Cap. I. §. 3.* eſſe εὑρήματα remedia, quibus iuriſconſulti nimium iuris rigorem, inuentis verborum fraudibus, ad aequitatem naturalem inflexerint reduxerintque. Sed de vniuerſa iuriſprudentia εὑρηματικῇ copioſius nos egimus in praefatione noſtra, optimi praeceptoris noſtri, Sam. Strykii *Cautelis contractuum* praemiſſa. HEIN

ΕΥΡΕΤΡΟΝ, in *l. 43. §. 9. D. de furt.* praemium inuentionis rei perditae et amiſſae Id quomodo promitti conſueuerit, luculenter patet ex loco Petron. *in Satyr. Cap. XCVII.* HEIN.

EVT.

EVTROPII, eunuchi, fit mentio *l. 17. C. Theod. de poen.* et apud Socrat. *Hiſt. eccl. Lib. VI. Cap. 5.* Sozom. *Lib. VIII. Cap. 7.* Adde omnino Zoſim. *Lib. V. Cap. 3. 8. 9. 11. 12. 17. 18.* HEIN.

EVTYCHEVM Alexandriae, *in l. 1. C. Theod de Alex. pleb. primat. Lib XIV. tit. 27.* quid ſit, parum conſtat, et fatetur ipſe ſummus harum rerum doctor, Iac. Cuiac. *Lib. XXIII Obſ. Cap. 3.* non intellexiſſe ſe illius legis inſcriptionem, niſi a Pithoeo fuiſſet edoctus, EVTYCHEVM fuiſſe curiam ſeu praetorium Praefecti Auguſtalis: quod probat etiam Car. du Freſne *in Gloſſar.* et olim Iac. Gothofredus, qui tamen mutata deinde ſententia, EVTYCHEVM templum Alexandriae fuiſſe conicit, quaſi felicitatis bonique euentus templum]

EVTYCHIA, ancillae nomen. *l. 44. l. 59. D. de manumiſſ. teſtam. l. 20. C. Theod. de probat.* Liberae quoque mulieris nomen eſt, in *l. 2. C. Theod. de donat. ante nupt.*

EVTYCHIANA, nomen proprium: *l. 16 D. qui pot. in pign.*

EVTYCHIANVS, nomen proprium. *l. 39. D. de adoption.*

EX.

EX praepoſitio varie accipitur. Aliquando pro A, vel AB. EX coactis ab alio damnum datum: *l. 2. §. 12. D. de vi bon. rapt.* EX eo quaeſtio habetur: *l. 67. D. de legat. I.* EX fideicommiſſario coactus, id eſt, a fideicommiſſario: *l. 38. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* EX ſilio relinquere fideicommiſſum: *l. 2. D. de legat. III.* EX hoſtibus capimus: *l. 3. §. 21. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* captus ager: *l. 20. §. 1. D. de captiu.* redimere: *l. 20. D. ſol. matrim.* EX iis audiſſe: *l. 28. D. de probat.* EX officio, pro ab officio, in *l. 45. §. 8. D. de iur. fiſc.* Perſona, EX qua ſatis deſideratur: *l. 7. §. vlt. D. qui ſatisd. cog.* EX praedio debetur: *l. 5. D. de vſufr.* EX ſententia adpellare. *l. 19. D. de adpell.* ¶. 2. EX pro DE, vt EX ante geſto, id eſt de ante geſto: *l. 40. D. de oper. libert. l. vlt. §. vlt. D. quae in fraud. cred l. vlt. D. de curat. bon. l. 42. l. 47. §. 4. D. de pecul. l. 3. §. 10. D. de ſuſpect. tut.* EX interdicto interloqui, vel crimine: *l. 32. D. de poen.* EX re familiari facta nunciatio: *l. 7. §. 14. D. de pact.* id eſt, *de re familiari*, nam ſtatim ſequitur: *ſi de re publica.* ¶. 3. EX, nota temporis, a quo quid coepit. EX calendis locare: *l. 7. §. 1. D. ſolut. matrim.* EX die accipitur fideiuſſor: *l. 8. D. de fideiuſſ.* libertas: *l. 9. §. 17. D. de hered. inſtit.* adſignatur libertus: *l. vlt. D. de adſign. lib.* datur curator: *l. 11. D. de teſtam. tut.* hereditas: *l. 34. D. de hered. inſtit.* libertas: *l. 4. §. 5. D. de fideic. libert.* tutor: *l. 45. D. de excuſat.* vſusfructus: *l. 4. D. de vſufr.* debetur: *l. 4. D. de ſeparat.* debitor: *l. 56. D. de condict. indeb.* debitus fundus: *l. 82. D. de legat. II.* debetur pecunia: *l. 28. D. pro ſoc.* EX die certa incipit obligatio, veluti Calendis Martiis dare ſpondes? *l. 44. D. de obl. et action.* EX certa die legatum: *l. 45. §. 1. D. de legat. II.* legata proprietas: *l. 9. §. 2. D. vſufruct. quemadm. cau.* legatur vſusfructus: *l. 1. §. 1. D. quib. mod. vſusfr. l. 1. §. vlt. D. quando dies vſufr. leg ced.* numerantur tempora: *l. 43. §. vlt. D. de iure dot.* obligatur fideiuſſor: *l. 6. D. de fideiuſſ.* ſoluta non eſt pecunia: *l. vlt. D. de reſcind. vend.* EX die, quo: *l. 1. §. 40. D. de vi et vi arm. l. 44. §. vlt. D. de vſurp. l. 26. D. de fideic. libert. l. 1. §. vlt. D. de iure fiſc. l. 10. D. ad SC. Turpill. l. 135. D. de verb. ſignif.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 19.* Tum EX hac die: *l. 64. D. de verb. oblig.* Tunc EX hac die: *l. 125. D. eod. tit.* EX die acceptarum litterarum: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 33. §. 1.* aditae hereditatis: *l. 8. D. de reb. credit.* admiſſi criminis: *l. 29. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* ceſſationis: *l. 17. D. de vſur.* diuortii. *l. 29. §. 5. ad leg. Iul. de adult.* editi interdicti: *l. 8. § 4. D. de precar.* morae: *l. 18. §. 3. D. fam. erciſc.* mortis: *l. 16. l. 19. D. de ann. legat. l. 5. D. quando dies leg. l. 67. D. de condict. indeb.* ſtipulationis: *l. 40. D. de reb. cred. l. 135. D. de verb. obl.* teſtamenti facti: *l. 49. D. de legat. I.* venditionis. *l. 19. §. vlt. D. de aedilit. edict. l. 10. D. quae in fraud. cred.* EX eo, EX quo: *l. 4. §. 5. D. de re iud. l. 1. §. vlt. D. de iur. fiſc. l. 19. §. vlt. D. de Aedilit. edict. l. 19. D. quand. adpell.* EX eo tempore, quo: *l. 39. D. de teſtam. mil.* EX eo tempore, quo: *l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict. l. 8. §. 4. D. de precar. l. 42. D. de teſtam. mil.* EX poſt delicto obligari: *l. 71. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. her.* EX poſt facto: *l. 17. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 210. D. de reg. iur. l. 57. D. de vſufr. l. 47. l. 56. D. ad leg. Falcid. l. 2. D. de natal. reſtit. l. 9. D. de caſtr. pecul. l. 15. D. de reb. dub. l. 7. D. de manum. teſtam. l. 8. D. de reb. cred. l. 44. §. vlt. D. de Aedilit. edict. l. 10. D. de fund. dot. l. 9. §. vlt. D. de caſtr. pecul. l. 43. D. de adquir. rer. dom.* EX *poſt facto* autem, et EX *praeſenti* ſtatu, opponuntur: *l. 7. §. 4. D. quod vi aut clam.* EX quo, pro, ex qua die: *l. 20. l. 28. l. 37. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. l. 8. §. 4. D. de precar. l. 16. l. 44. D. de excuſat. l. 12. D. de captiu.* EX quo adita hereditas: *l. 12. D. quando dies leg.* EX quo iuſſus eſt: *l. 31. §. 1. D. de excuſat. l. 88. pr. D. de adm. et peric. tut.* EX quo mora facta: *l. 87. D. de legat. II. l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict.* EX quo ventum eſt in poſſeſſiooem: *l. 15. §. 32. D. de damn. infect.* EX quo tempore: *l. 55. D. de admin. et peric. tut. l. 1. C. de petit. hered.* EX ſomno ſtatim: *l. 15. D. de aur. arg. legat.* EX certo tempore adiudicatur vſusfructus: *l. 16. §. 2. D. fam. erciſc.* conſtituitur ſeruitus: *l. 4. D. de ſeruit.* heres ſcribitur: *l. 19. D. de teſtam. mil.* EX tempore mortis, itemque EX teſtamenti facti tempore. *l. 41. §. 15. D. de fideic. libert.* ¶. 4. EX, pro *ſub.* EX conditione heredem facere: *l. 15. §. 4. D. de teſt. mil.* EX, pro *in.* EX continenti, pro in continenti: vid. ſupra *Libro III.* EX incendio: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Quod quemadmodum accipiendum, exponit Vlpianus *l. 1. §. 2. D. de incend. ruin. naufr.* nempe, prupter incendium. Vnde et ad ſequentem §. poterit referri. EX liberis eſſe: *l. 5. D. de Carbon. edict.* Si EX liberis parentibusue fuerit. *l. 1. §. 1. D. de legat. praeſt.* ¶. 6. EX pro ob, ſecundum, ex cauſſa, immo et per. EX adiudicatione poſſidere: *l. 17. D. de vſurpat. et vſucap.* EX auctione emere: *l. 2. §. 8. D. pro emtor.* EX culpa, id eſt, ob culpam, ſeu culpae nomine: *l. 42. D. de adminiſtr. et peric.* [EX dolo alterius conueniri: *l. 30. §. 7. D. de pecul. l. 21. §. 1. D. eod. tit.*] EX edicto vendere: *l. 14. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* venumdare bona: *l. 31. D. de reb. auct. iud. poſſid.* EX lege, id eſt, ſecundum legem: *l. 45. D. ad leg. Iul. de adult.* EX mora exigere vſuras: *l. 10. D. de publican. et vectig.* EX neceſſitate: *l. 17. D. de ſponſal.* EX officiu, id eſt, ex officii neceſſitate: *l. 4. D. de leg. Iul. repetund.* EX officio amicitiae: *l. 23. D. de reb. auct. iud. poſſid.* EX reſcripto, id eſt, vi reſcripti: *l. 5. D. de accuſat. l. 5. §. 2. D. de iur. immunit.* EX ſenatusconſulto, id eſt, aucturitate ſenatusconſulti. *l. 4. D. de curat. bon. dand.* ¶. 7. Hac vocula EX, in recentiorum Imperatorum conſtitutionibus, qui magiſtratibus dignitate poteſtateue, qua defuncti ſunt, deſignantur. Vt ecce, EX *rationalibus*, qui rationalis fuerat. *l. 26. C. Theod. de decur.* EX *agente in rebus*, apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXVIII. Cap. I. et 3.* EX *archiatris*, in *l. 12. C. Theod. de medic. et profeſſ.* EX *auctoritas*: *l. 35. C. Theod. de curſ. publ.* EX *comite* cuiuslibet ordinis:

Digitized by Google

ordinis: *l. 26. C. Theod. de decurion. l. vn. C. Theod. de oblat equ. l. 36. l. 41. de decur.* EX comitibus conſiſtorianis: *l. 3. C. Theodoſ. de metat.* EX *comite* domeſticorum: Greg. Turon. *Lib. II. Hiſt. Cap. 8.* EX *conſularibus: in l. 8. l. 9. l. 10. C. Theod. de domeſt. et protect. l. 8. C. Theod. de prox. com. diſpoſ. l. 19. l. 24. C. Theod. de palat. ſacr. largit.* EX *conſuli*, vel EX conſule, conſularis homo: *l. 1. C. Theod. de ann. et tribut.* EXCONSVLEM autem Iſidorus *Lib. XV. Etymol. Cap. 13.* conſularem interpretatur, qui conſulatu abierit: EX*cubicularius*: in *l. 13. C. de excuſ. mun. Lib. X.* et *l. 1. C. Theod. de extraord. mun.* EX *cubiculariis*; in *l. 15. C. Theod. de extraord. ſiue ſord. mun.* EX *cura* palatii: Ammian. Marcell. *Lib. XXII. Cap. 3.* EXCVRATOR, in reſcripto Imperatorum Conſtantini, quod a D. Auguſtino refertur *Epiſt. LXVIII.* et apud eumdem *Libro III. contra Creſconium, grammat.* EX *domeſticis*: in *l. 153. C. Theod. de decurion.* EX *duce*, apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXII. Cap. 11.* EX *ducibus*: in *l. 1. C. Theod. de decur. et ſilent.* EXMAGISTER: *§. 1. Conſt. de nou. cod. fac. §. 2. Conſt. de Iuſtin. Cod. confirm.* EX *magiſtro* equitum: Ammian. Marcell. *Lib. XXII. Cap. 11.* EX *magiſtris* equitum et peditum: *l. 3. C. Theod. de metat. l. 1. C. Theod. de ann. tribut.* EX *magiſtro* iudiciorum: *l. 25. C. Theod. de decurion.* EX *magiſtro* officiorum; *l. 1. C. de ſilentiar.* et apud Ammian. Marcell. *Lib. XXII. Cap. 3.* EXPATRICIVS: *l. 3. C. vbi ſenator.* EX *perfectiſſimis*: *l. 25. Cod. Theod. de decurion.* EXPERFECTISSIMVM faſtigium: *l. 3. C. Theod. de metat.* EXPRAEFECTVS praetorio: *§. 1. Conſt. de nou. Cod. fac. l. 2. Conſt. de Iuſtin. Cod. confirm.* EX *praefecto*; Ammian. Marcellin. *Lib. XXVIII. Cap. I.* EX *praefectis*: in *l. 2. C. Theod. de praef. praet. l. 7. C. Theod. de honorar. codicill.* EX *praepoſitis*: in *l. 1. C. Theod. de teſtim. extribun. et protector.* EX *praepoſitis* ſacri cubiculi: *l. 3. C. Theod. de metat.* EX *praeſidibus*: in *l. 26. l. 36. l. 41. l. 42. C. Theod. de decurion. l. vn. C. Theod. de oblat. equor.* EX *primario*: in *Nouell. Valent. de Epiſc. iud.* EX *primipilariis*: in *l. 29. C. Theod. de cohort. princ. cornic.* EX *principe*: in *l. 4. C. de princip. agent. in reb. Lib. XII. l. 2. C. Theod. eod. tit.* EX *proconſule*: in *l. 15. C. Theod. de praet. et quaeſt.* EX *proconſulibus*: in *l. 7. C. Theod. de honor. codicill.* EXPROTECTOR vel EX *protectoribus*: in *l. 8. C. Th. de veteran. l. 1. C. Theod. de teſtim. extrib. et prot. l. 153. C. Theod. de decurion. l. 2. l. 3. C. Theod. de diuerſ. offic.* EX *proximo*: in *l. 11. C. Theod. de prox. comit. diſp.* EX *proximis*; *l. vn. C. Theod. de magiſtr. ſacr. ſcrin. l. 12. C. Theod. de prox. comit.* EX *proximo* libellorum; de quo videndus Claud. Salmaſ. *ad Script. hiſt. Aug. p. 207.* EXQVAESTOR *§. 1. Conſt. de nou. Cod. fac. §. 2. Conſt. de Iuſtin. cod. confirm. §. 3. prooem. Inſtit.* EX *rationalibus*: in *l. 26. C. Theod. de decur.* EXTRIBVNI: *rubr. C. Theod. de teſtimon. extribun. et protect.* EX *vicario*: apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXVIII. Cap. 1.* EX *vicariis*: apud Sulpic. Seuer. *Lib. III. de vit. B. Martini Dial. 2.* ¶. 8. Singularis eſt loqoutio; EX *commodo*, pro *commode. l. 4. D. de vacat. et excuſat. mun.* ¶. 9. EX, ſaepe vſurpatur pro *ad*, vel *in*, quoties iuriſconſulti in aliorum iuriſconſultorum libros notas ſcripſiſſe dicuntur. Sic EX Sabino: *l. 4. §. vlt. D. de in diem addict. l. 10. §. 2. D. de teſtam. tutel. l. 52. §. 8. D. de legat. III. l. 12. §. 2. D. de vſufruct. l. 14. D. ſolut. matrim.* id eſt, ad Sabinum, vt eſt in *l. 21. §. 2. D. de furt. l. 3. §. 4. D. de tutel. l. 4. §. vlt. D. de pen. leg.* Quibus verbis notae, quas Pomponius in Sabinum ſcripſerat, ſignificantur. Eodem modo Iauolenus EX *Caſſio*, nec non EX *Plautio*, item Iulianus EX *Minicio* citantur, id eſt, notae Iauoleni ad Caſſium et Plautium, item Iuliani ad Minicium deſignantur. ¶. 10. EXVE, pro vel EX. EXVE feminei ſexus: *l. 56. §. vlt. D. de verb. ſignif.* EXVE liberis: *l. 10. D. de ſenator.* EXVE vinculis. *l. 7. D. de lege Iul. repetund.*

EXA.

EXACERBARE crimen: *l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. maieſt.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 29. § 1.* ſupplicia: *l. 16. §. vlt. D. de poen.* id eſt, aſperare: vt *l. 42. D. eod. tit.*

EXACTIO, actus exigendi quid. Sic: EXACTIO annonaria. *l. 12. C. Theod. de adpell.* annonarum: *l. 8. C. Theod. de decurion.* condemnationis: *l. 40. D. ad leg. Aquill.* creditorum: *l. 10. C. de iur. delib.* debiti: *l. 28. D. de reb. cred. l. 47. §. 2. D. de admin. et peric. tut.* dotis: *l. 10. D. de bon. damnat. l. 43. D. de iur. dot. l. 3. C. eod. tit. l. 5. D. de diuort. l. 6. C. de dot. prom.* fideicommiſſi: *l. 18. §. vlt. D. de bon. poſſ. contr. tab.* impenſae: *l. 7. D. de impenſ. in rem dot. fact.* legati: *l. 1. D. de bon. poſſ. contr. tab.* legitima: *l. 23. C. de ſolut.* nominum: *l. 40. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 35. D. de admin. et peric. l. 3. C. de conuen. fiſc. debit.* numaria: *l. 2. C. Theod. de ſuar. et ſuſcept.* operarum: *l. 48. D. de oper. libert. l. 70. D. de verb. ſignif.* operum: *l. vlt. §. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* partium: *l. 3. D. famil. erciſc.* pecuniae: *l. 21. §. vlt. D. de pact.* plebis: *l. 6. C. Theod. de cenſ. ſiue adſcript.* poenae: *l. 5. C. ſi mancip. l. 1. C. de paen. fiſc. Lib. X.* quantitatis eius debiti: *l. 28. D. de reb. credit.* rei: *l. 11. D. ſi quis caution. in iud.* EXACTIO reliqui ſupereſt: *l. 22. D. de legat. II.* ſortis: *l. 69. §. 2. D. de iur. dot.* tributoria: *l. 8. C. de furt.* tributorum: *l. 3. §. 11. D. de mun. et et bon. l vlt. §. 1. D. ad municip. l. 5. l. vlt. D. de veteran.* vectigalium: *l. 49. D. de aedil. edict. l. 21. D. de donat. int. vir. et vx.* vbi idem, ac repetitio: vſurarum. *l. 24. C. de adminiſtr. tut.* ¶. 2. Sed et phraſes notandae: EXACTIONEM celebrare *l. 56. C. Theod. de exſequ. et exact.* committere: *l. 41. §. 10.* dare: *l. 5. D. de diuort.* differre: *l. 1. D. de iur. dot. l. 20. D. eod. tit.* facere: *l. 3. C. de nonat. l. 35. D. de adm. et peric. tut.* fieri: *l. 21. D. de donat. int. vir. et vx.* habere: *l. 21. §. vlt. D. de pact. l. 7. D. de impenſ. in res dot. fact.* EXACTIO incipit poſt mortem: *l. 24. D. de mort. cauſſ. donat.* nominum mandata: *l. 3. C. de conuen. fiſci debit.* neglecta. *l. 24. D. quae in fraud.* EXACTIONEM parit: *l. 11. D. de impenſ. in res dot. fact.* patitur: *l. 9. D. eod. tit.* EXACTIO pertinet ad tutorem. *l. 47. §. 2. D. de admin. et peric. tut.* EXACTIONI praepoſitus procurator: *l. vlt. D. qui pot. in pign.* EXACTIO reliqui ſupereſt. *l. 22. D. de legat. II.*

EXACTOR: *l. 3. C. Theod. ne collat. transl. poſtul. l. 3. C. Theod. de priuil. eor. qui in*

ſacr. pal. EXACTORVM et compulſorum direptio. *l. 1. C. Th. de iure fiſc. l. 1. C. Theod. de exact.* Hinc varia contra eorum acerbitatem conſtituta. veluti ne die ſolis quemquam conueniant; *l. 2. C. Theod. de exſequ. et exact.* ne dare poſſint foenebrem pecuniam: *l. 1. C. Theod. de his, qui cum diſpenſ.* EXACTOR non acerbus: *l. 33. D. de vſuris.* curialis: *Nouell. Valent. et Marc. de indulg. reliqu.* fiſcalium functionum: *Nouell. Valent. de confirm. quae adminiſtr.* pecuniae pro capitibus: *l. vlt. §. 8. D. de mun. et honor.* ſerui: *l. 41. §. 16. D. de fideic. libert.* tributorum: *l. 8. C. de furt.* [*tit. C. de exact. trib. Lib. X. tit. 19.* itemque *de exſequut. et exact. Lib. XII. tit. 61.*]

EXACTVS, A, VM, accuratus. Hinc EXACTVM conſilium: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 12. §. 7.* EXACTA diligentia: *§. 2. Inſt. quib. mod. re contr. obl. l. 1. §. 1. D. de obl. et act.* EXACTIOR, quam in ſuis rebus: *l. 3. D. de peric. et commod.* EXACTISSIMA diligentia: *l. 72. D. pro ſoc. l. 1. D. de obl. et act.* EXACTA grauitas: *l. 18. D. de Aedil. edict.* EXACTVM officium. *l. 21. C. mandat.*

[EXAEDIFICARE naues. *l. 28. C. Theod. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5.*]

EXAEQVARE, aequiparare. EXAEQVATVR aliquis ceteris creditoribus: *l. 6. §. 7. D. quae in fraud. credit.* culpa deſertioni: *l. 14. §. vlt. D. de re milit.* legata EXAEQVATA ſunt fideicommiſſis: *l. 1. D. de legat. I.* filio ſeruus: *l. 18. §. 2. D. de ſtipul. ſeru.* interdicto vti poſſidetis vis interdicti vtrubi: *l. 1. D. vtrubi.* patrono parens: *l. 2. D. ſi a parent. quis manumiſſ.* in lege Aquillia ſeruis quadrupedes. *l. 2. §. 1. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. EXAEQVARI dicuntur, quae aequalia habentur. EXAEQVANTVR ergo conditio filiorum: *l. 12. D. de condit. et demonſtr.* fideicommiſſa: *l. 6. §. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* heredes: *l. 12. D. de hered. inſtit.* ambo legata: *l. vlt. D. de alim. et cibar. leg.*

EXAEQVATIO cenſuum. *l. 8. C. Th. de cenſ. adſcript.*

EXAGGERARE, aggeribus munire. EXAGGERARE iter. *l. 3. §. 14. D. de itin. act. priu.* ¶. 2. EXAGGERARE, μεταφορικῶς extollere, rem verbis maiorem ſiſtere, quam vere et natura ſua eſt: vt, EXAGGERARE ſententiam. *l. 3. §. 1. D. decurion.*

EXAGITARE pecus. *§. vlt. Inſt. de leg. Aquill.*

EXAGIVM, trutina. *Nou. Theod. de pret. ſolidi.* ſub EXAGIO pecora vendere. in Edicto Turcii Aproniani. Exſtat hoc edictum in marmore apud Gruter. *p. DCXLVII, 6.* Quum enim antea mos eſſet, vt caro *micando* veniret: eaque emendi vendundique ratio aleam contineret: hic praefectus vrbi edixit, vt illa venditio, intercedente exagio, ſeu trutina fieret. De re ipſa plura ſub articulo MICARE monebimus. HEIN.

EXAMEN apium. *l. 5. §. 4. D. de adquir. rer. dom.*

EXAMINARE, id eſt, cognoſcere, inquirere. Sic EXAMINATVR quid apud iudicem: *l. 32. D. de vſur.* EXAMINAT iudex: *l. 5. C. arb. tutel.* praeſes: *l. vlt. C. ſi min. ſe maior.* EXAMINARI ipſi principes in auditorio ſuo permittunt: *l. 18. D. de minor.* EXAMINATVR quid argumentis: *l. 1. §. 4. D. de quaeſtion.* cauſſa cognita: *l. 5. D. de admin. et peric. tut. l. 76. §. vlt. D. de rei vind.* diligentiſſime: *l. 3. §. 5. D. de Carbon. edict.* Et ſic EXIMINARI ſolent accuſatio: *l. 1. §. 11. D. ad SC. Turpill.* partium adlegationes: *l. 8. C. de collat. l. 3 C. de inutilib. ſtipulat. l. 23. C. ad leg. Iul. de adult.* EXAMINATIS aetatibus: *l. 58. D. de legat. I.* EXAMINANTVR cauſſa: *l. 18. §. vlt. D. de minor. l. 3. C. ſi min. ſe maior.* cauſſae: *l. 4. §. vlt. D. de re milit.* in teſtimoniis dignitas, fides, mores, grauitas: *l. 2. D. de teſtib.* excuſationes: *l. 19. C. plus valere, quod.* fides teſtium: *l. 3. D. de teſtib.* veri: *l. vlt. C. ſi pign. pign. dat.* facultates patris: *l. 12. §. 43. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* in interdicto: *l. 3. §. 3. D. de itin. actuque priu.* iuſtitia cauſſarum: *l. 3. D. de in integr. reſtit.* rationes. *l. 82. D. de condit. et demonſtr. l. 6. §. vlt. D. de ſtatulib.*

EXAMINATIO cauſſae. *l. 4. C. de ord. cognit.* ciuilis: *l. 1. §. vlt. D. de abig.* Si poſt EXAMINATIONEM reprobatae fuerint rationes: *l. 8. §. 2. D. de negot. geſt.* EXAMINATIO veri. *l. 15. C. de liberal. cauſſ.*

EXANIMARE, occidere, interficere, priuare anima. *l. 11. §. 3. D. ad leg. Aquill.* [Apulei. *de aſin. aur. Lib. IX. p. 234. Nec tamen peremtus ac prorſus* EXANIMATVS *adoleſcens ille, terrae concidit.* Curt. *Lib. VII. Cap. 3. Multos* EXANIMAVIT *rigor inſolitus niuis.* Gell. *Lib. III. Cap. 15. Anus repente, filio viſo, copia atque turba, et quaſi ruina incidentis inopinati gaudii, oppreſſa* EXAMINATA*que eſt.* EXANIMALEM *facere* dixit Plaut. *Bacchid. Act. IV. ſcen. 8. v. 7*]

EXARARE terminos. Paull. *Sent. Lib. V. tit. 22. §. 2. l. 4. §. 4. D fin. regund.* EXARARE viam. *l. vlt. D. de via publ.* Paull. *Lib. I. Sent. tit. 15. §. 1.*

EXARDESCERE bellum dicitur: *l. 12. D. de captiu. et poſtlim.* itemque inimicitia: *l. 8. D. de confirm. tut.* EXARSAE incendio res. *l. 11. C. de his, qui accuſ. non poſſ.*

EXARESCERE dicuntur alueus fluminis: *l. 56. D. de adquir. rer. domin.* arbores: *l. 18. D. ſi ſeru. vindic.* flumen: *l. 1. §. 1. D. de flumin.* fons: *l. 34. l. 35. D. de ſeru. praed. ruſt.* lacus: *l. 12. D. de adquir. rer. dom.* prata: *l. 18. D. ſi ſeru. vindic.* ſtagnum. *l. 12. D. de adquir. rer. dom. l. 10. §. 2. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt.*

EXARMARE. Si quid nauis EXARMAVERIT: *l. 2. §. 1. D. ad leg. Rhod.* id eſt, exarmata ſit. Ita enim EXARMATVM dicitur

☞ *nauigium* apud M. Senec. Declam. *Lib. III.* et EXARMATA nauis, apud L. Sen. *in Conſolat. ad Helu. Cap. vlt.* HEIN. ¶. 2. Alio ſenſu hoc verbum vſurpatur *in Nouella Iul. CXXXIV. Cap. 13.* Graecus textus ibi habet ἐξαρμόζειν, quod eſt *conſonantia diſſoluere*, atque ibi accipitur de abſciſſione manus vel pedis, vel alterius membri. Vnde colligas, non EXARMARE ibi legendum eſſe, ſed EXARTVARE. DEARTVARE dixit Plautus *in Captiu. Act. III. ſcen. 4. v. 109. et Act. V. v. 14.* HEIN.

EXASPERARE poenam. *l. vlt. §. vlt. D. de interd. et releg.*

EXAVCTORARE, *militia remouere* interpretatur Menander in *l. 29. D. de lib. cauſſ.* Nam qui militiae ſe dant, ſacramento quodammodo auctorari videntur. At Vlpianus in *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam.* EXAVCTORARE explicat *inſignia militaria detrahere.* Sic intellige *l. 4. §. 8. et l. 7. D. de re mil.* et Plin. *Lib. VI. Epiſt. 31.* Vetus Gloſſarium: EXAVCTORARE *eſt cingulo militem, et clerum ordinibus ſpoliare.* [Itaque notam aliquam inurit EXAVCTORATIO, immo ipſam infamiam: *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam.* aliter ac Liuius hac voce vtitur, cui idem eſt, ac militem miſſum facere, et militia ſoluere. Vnde inſultandi iuriſconſultis occaſionem ſumſit Valla, cuius cauillationes docte retudit Alciatus *Lib. IV. de verb. ſign.* Vid. tamen etiam P. Fabr. *Lib. I. Semeſtr. Cap. 17,* vbi non omnem, ſed eam tantum exauctorationem ignominioſam fuiſſe, docet, quando vel inſignia militaria ſimul detrahebantur, vel expreſſe addebatur, illam ignominiae cauſſa fieri, vel ipſum delictum, ob quod exauctoratio fiebat, ſimul ☞ exprimebatur] Non multum extricat Alciati obſeruatio. Petri Fabri rectior ac probabilior eſt interpretatio. Add. Lipſ. *ad Taciti Annal. Lib. I. p. 36.* Ceterum qui hic, quas viri docti turbas dederint, ſcire auet, ei legenda, quae plena manu feruntur apud Duker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 269. ſequ. p. 487. ſeqn.* HEIN.

[EXAVCTORITAS, pro exauctoratione, in *l. 35. C. Theod. de curſu publ. Lib. VIII. tit. 5*]

EXAVDIRE, pro audire, EXAVDIRE auctoritatem: *l. 9. §. 6. D. de auct. et conſens. tut.* decretum Praetoris: *l. 1. §. D. de poſtul.* EXAVDITVR teſtator a teſtibus: *l. 21. D. qui teſt. fac.* EXAVDIRE verba: *l. 1. §. vlt. D. de obl. et act. l. 99. §. vlt. D. de verb. oblig.* et apud Vlpian. *tit. XX. Reg. §. 13.* vocem: *l. 1. §. 27. D. de SC. Silan.* vocem praeconis. *l. 7. D. de in integr. reſtit.* ¶. 2. EXAVDIRE, pro intelligere. EXAVDIRE nomina: *l. 8. D. de ſupell. leg.* EXAVDIATVR ſermo: *l. 120. D. de verb. obl.* Sic verba EXAVDIVNTVR. *l. 99. §. vlt. D. eod. tit.*

EXC.

EXCANDESCERE. *l. 19. D. de offic. praeſid.*

EXCAVARE. EXCAVAVIT locum aquarum concurſus. *l. 2. §. 7. D. de aqu. vel aqu. pluu. arc.*

EXCEDERE egredi ſignificat. EXCEDERE aetatem: *l. 13. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* aetatem adoleſcentis: *l. 69. § vlt. l. 67. D. de legat. III.* infantis: *l. 55. D. de vſufruct.* pupillarem: *l. 3. C. de teſtam. tut.* viginti quinque annorum: *l. 19. D. de nouat.* agmen: *l. 3. §. 16. D. de re mil.* annos quatuordecim: *l. 49. D de legat. I.* annos, lege Papia finitos: Vlpian. *Regul. tit. XVI. §. 1.* annum quartum decimum: *l. 5. D. qui teſt. fac poſſ.* quinquageſimum et quintum: *l. 11. D. de decurion.* EXCEDERE ciuitatem aliquam: *l. 7. §. 8. D. de interd. et releg.* ſexaginta annorum curricula: *l. vlt. C. de long. temp. praeſcr.* fines mandati: *l. 5. D. mand.* fines noſtros: *l. 19. §. 3. D. de captiu. et poſtlim.* patriae: *l. 1. §. 1. D. de effractor.* prouinciae: *l. 15. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 15. D. de offic. praeſ.* In prouincia vero eſſe, et EXCEDERE, opponuntur. *l. 3. D. de offic. praeſ.* Non EXCEDERE locis interdictis: *l. 4. D. de poen.* EXCEDERE prouinciam: *l. 32. D. ex quib. cauſſ. maior.* ſpacium commeatus: *l. 14. D. de re milit.* ſpacium temporis: *l. 4. C. ne de ſtat. defunct.* tempus: *l. 32. D. de iudic. l. 1. C. ſi tutor. vel curat. l. 4. C. commun. diu. l. vlt. C. ſi adu. ſolut.* tempus annale: *l. 2. §. 43. D. ad SC. Tertull.* quinque annorum tempus: *l. 1. D. ne de ſtatu def.* tempora reſtitutioni praeſtituta: *l. 4. C. de in integr. reſt. l. vlt. C. ſi aduerſ. donat.* de vtero. *l. 15. D. de ſtat. hom.* ¶. 2. EXCEDERE, etiam ſignificat praeterire, effluere. Quum annus EXCESSIT: *l. 5. D. de in rem verſ.* nec dum EXCESSERIT annus: *l. 4. C. de noxal. act.* Et ex eo die annus EXCESSIT: *l. 7. C. quod cum eo.* Nondum EXCESSIT dies: *l. 14. C. de poen.* Si dies, excuſationibus praefinitus, nondum EXCESSIT. *l. 20. C. de excuſ. tut.* EXCESSIT quinquennium: *l. 3. §. 6. D. de iur. fiſc. l. 6. C. ne de ſtatu. defunct. l. 6. D. de diuort.* [Quousque tempus bonorum poſſeſſioni praefinitum EXCESERIT. *§. 5. Inſt. de bonor. poſſeſſ*] ¶. 3. EXCEDERE, ſuperare, vltra eſſe. Aliquando ponitur abſolute. Id quod EXCEDIT, id eſt, quod eſt vltra pretium ſtatutum: *l. 3. D. mand. l. 7. §. 1. D. de dolo l. 10. §. 7. D. de in rem verſ. l. 7. D. de ſern. export. l. 34. §. 5. D. de legat. II.* De eo, quod EXCEDIT: *l. 15. §. vlt. D. de pign.* Hinc id, quod EXCEDIT, et, quod *concurrit*, opponuntur. *l. 53. D. de legat. I.* EXCEDIT poteſtas iudicis: id eſt, vlterius porrigitur. *l. 18. D. commun. diu.* Summa EXCEDIT: *l. 52. §. 2. D. famil. erc.* Si reditus EXCESSERINT: id eſt, maiores fuerint, quam eſt quantitas veſtimentorum et cibariorum. *l. 12. D. de alim. et cibar. leg.* Plerumque tamen regit accuſatiuum. EXCEDERE aeſtimationem dodrantis: *l. 29. D. de vſufr.* centeſimam: Paull. *Lib. II. Sent. tit. XIV. §. 2.* computationem: *l. 10. C. de vſur.* Id, quod delictum EXCEDIT: *l. 30. §. 1. D. ad leg. Aquill.* dodrantem: *l. 1. §. 9. l. 3. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* i. e. *quod ſupra dodrantem eſt*, vt dicitur *l. 1. §. 10 D. ad leg. Falcid.* EXCEDERE facultates patroni: *l. 36. D. de bon. libert.* finem pretii, cui deminuere opponitur. *l. 66. §. vlt. D. de euict.* ius et cauſſam pecuniae creditae. *l. 24. D. de praeſcr. verb.* Atrocitas facti ius domeſticae emendationis EXCEDIT; *l. 1. C. de emend.*

propinqu. Legata non EXCESSVRA ius legis Falcidiae: *l. 61. D. ad leg. Falc.* longitudinem: *l. 5. D. de adquir. rer. dom.* EXCEDIT memoriam origo: *l. 3. §. 4. D. de aqua quotid. et aeſtiu.* vetuſtas: *l. 2. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* menſuram: Paull. *Sent. Lib. II. tit. 14. l. 11. D. de iurid. l. 17. D. de vſur.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 117. et* 118. modum debiti: *l. 5. D. ad leg. Falcid.* depoſitae pecuniae: *l. 26. §. 1. D. depoſ.* legis: *l. 21. D. de donat.* legis Falcidiae: *l. 1. §. 12. D. ad leg. Falc.* probabilem modum faciendi monimenti ſumtus non EXCEDIT: *l. 50. §. 1. D. de hered. petit.* Impenſa, quae modum probabilem non EXCEDIT: *l. 39. §. vlt. D. de damn. infect.* Quatenus modum probabilem vſurarum non EXCEDIT: *l. 3. §. vlt. D. de ann. leg.* modum xeniorum EXCEDERE: *l. 6. §. 3. D. de offic. proconſ.* naturam ſuam: *l. 5. §. 4. D. de praeſcr. verb.* numerum: Plin. *Lib. X. Epiſt. 96.* EXCEDIT priorem obligationem: *l. 15. §. vlt. D. de pignor.* id eſt, pluris eſt. EXCEDERE partes officii: Plin. *Lib. X. Epiſt. 56.* placitum: *l. 23. C. famil. erciſc.* portionem: *l. 67. D. ad leg. Falc.* Raptus crimen legis Iuliae de adulteriis poteſtatem EXCEDIT: *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* EXCEDERE pretium: *l. 29. §. 1. D. de Aedil. edict. l. 43. D. de act. emt.* quadrantem et quantitatem partis dimidiae: *l. 27. §. 10. D. ad SC. Trebell.* quadruplum: *l. 88. l. 90. D. de furt.* quantitatem, et minuere opponuntur: *l. 2. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* quantitatem dotis: *l. 2. D. de dot. praeleg.* Rationem non EXCEDAT: *l. 13. D. de poen.* EXCEDERE regionem praedii: *l. 56. D. de adquir. rer. dom.* Quae rem non EXCEDVNT aureorum quinque: *l. 6. D. de bon. damn.* ſortem: *l. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* ſortem et vſuras: *l. 24. D. de praeſcr. verb.* ſummam: *l. 48. D. de rei vind.* ſummam debiti: *l. 108. §. 13. D. de legat. I.* ſummam vſurarum legitimarum: *l. 13. §. 26. D. de act. emt.* vſum edulium. *l. 6. §. vlt. D. de offic. proconſ.*

¶. 4. EXCEDERE porro dicuntur, qui vrbe vel regione aliqua ſubmouentur, ſeu ſolum vertunt. *l. 7. §. 17. D. de interd. et releg.* et apud Virgil. *Lib. XI. Aen. v. 540.* Sen. *in ἀποκολοκυντώσει.* Martial. *Lib. II. Epigr. 22.* Sueton *in Vitell. Cap. XIII.* Tacit. *Annal. Lib. II. Cap. 83.* Ac plane, qui relegabantur, EXCEDERE intra certos dies iubebantur, vt docuimus *Libro V. de form. Cap. CCXX. p. 458.* Sic EXCEDERE in exſilium. *l. 4. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. l. 4. D. de poen.* ¶. 5. EXCEDERE res dicitur de dominio alicuius. *l. 4. C. de priuileg.* ¶. 6. EXCEDERE vita. *l. 51. D. de leg. Aquill. l. 3. C. de inoffic. teſt.* Cic. *de Offic. Lib. I. Cap. 43.*

EXCELLERE dignitate: *l. 9. §. vlt. D. de dol. mal.* [moribus et facundia. *l. 5. C. Th. de med. et profeſſ. l. 7. C. Iuſtin. eod.*]

EXCELSI titulo Tribonianus ornatur, in *§. 4. praefat. Inſtit. §. 3. Inſt. de libert.* et *§. vlt.* ☞ *Inſt. de fideicomm. hered.* ¶. 2. EXCELSA ſedes, pro praefectura praetoriana: *l. vn. C. Theod. de comit. qui illuſtr. l. 3. C. Theod. de indict. l. vlt. C. Theod. de numer. l. vlt. C. Theod. de indulg. debit.* quamuis praefectis frequentius *ſublimitatis*, ac *celſitudinis*, elogia tribuerentur. Vid. Iac. Gothofred. *Notit. Dign. Cod. Theod. ſubi. p. 316. ſequ. Tomo VI.* HEIN.

EXCEPTIO, quemadmodum Paullus definit, eſt conditio, quae modo eximit reum damnatione, modo minuit condemnationem. *l. 22. D. de except.* EXCEPTIO autem dicta eſt, quaſi quaedam excluſio quae opponi actioni cuiusque rei ſolet, ad elidendum id, quod in intentionem conuentionemue deductum eſt. *l. 2. D. eod. tit.* Hinc illa: EXCEPTIONE eliditur intentio: *l. 17. D. de euict.* Ea excludit actorem: *l. 2. §. 2. D. de except.* Ea occurritur vindicanti: *l. 4. D. de ſeruit.* Ea opponitur actionibus: *l. 1. §. vlt. D. de interr. in iur. fac.* repellit agentem: *l. 3. §. 13. D. ad exhibend.* Per eam repellitur actio. *l. 7. §. 14. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ.* ¶. 2. EXCEPTIONVM aliae PERPETVAE et PEREMTORIAE, quae ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, negotioque finem adferunt: aliae TEMPORALES, et DILATORIAE, quae ad tempus locum habent, differuntque, non perimunt actionem, vt pacti conuenti temporalis. Item fori praeſcriptio, et procuratoria exceptio. *l. 2. l. 3. D. de except. l. 5. D. de verb. ſignif. l. 13. D. de liberat. leg.* et *§. 9. et §. 10. Inſt. de except.* ¶. 3. EXCEPTIONVM autem in iure noſtro hae praecipue ſpecies numerantur. EXCEPTIO annua, in *l. 30. §. 5. D. de pecul.* adpellatur, quae domino competit poſt annum a manumiſſione alienationeue ſerui: *l. 1. pr. et §. vlt. D. quand. act. de pecul.* EXCEPTIO conuentionis: *l. 1. §. 10. D. de oper. nou. nunc. l. 10. l. 33. l. 36. l. 51. D. de pact.* doli: de qua ſupra *Lib. IV.* donationis: *l. 21. §. 10. D. de donat.* exceptionis EXCEPTIO: *l. 22. D. de except.* in factum: vid. infra *Lib. VI.* fraudis SC. Velleiano factae: *l. vlt. §. 3. D. ad SC. Velleian.* iurisiurandi: *l. 5. D. de except. l. 29. l. 42. D. de iureiur.* mercis non traditae: *l. 5. §. 4. D. de dol. except.* metus cauſſa, ſeu de metu: *l. 4. §. vlt. D. de dol. except.* non numeratae pecuniae: *l. 29. pr. D. mandat. l. 4. §. 16. D. de dol. except. tit. C. de non num. pec.* Graeci ἀναργυρίαν vocant. Vetus Gloſſarium: ΑΝΑΡΓΥΡΙΑ λέγεται, ὅταν τὶς γράψας οἰκειοχείρως, καὶ ὁμολογήσας λαβεῖν ἀργύριον, καὶ οὐδαμῶς ἔλαβεν, ἃ ὡμολόγησεν, ἢ ἔλαβε μέρος τι. *Anargyria vocatur, quando quis ſua manu ſcripſit, confeſſusque eſt, ſe pecuniam accepiſſe, quum eam non, vel pro parte tantum, acceperit.* EXCEPTIO onerandae libertatis cauſſa: *l. 1. D. quar. rer. act.* pacti: *l. vlt. D. de pact. l. 5. D. de lib. legat. l. 2. D. de iureiur. l. 69. D. de iur. dot. l. 96. D. de ſolut. l. 7. §. 1. D. quib. mod. pign. l. 13. D. de vſur.* pacti conuenti: *l. 21. pr. de except. l. 30. §. vlt l. 35. D. de pact. l. 1. §. vlt. D. ſi quis caut. l. 29. D. mand. l. 19. D. de probat. l. 44. D. de iure dot. l. 25. D. de pact. dot. l. 16. C. de pact.* procuratoriae: *l. 6. D. de oper. nou. nunc.* de quibus infra *Lib. XIV.* de re emta et tradita: *l. vlt. D. ad SC. Vellei.* rei iudicatae: *l. 16. D. de pignor. l. 23. D. de tutel. et rat. diſtrah. l. 22. §. vlt. D. rat. rem habit. l. 7. D. de compenſ.* rei, quae iudicata eſt: *l. 3. §. 13. D. ad exhib.* rei venditae: *l. 7. D. pro emt.* rei venditae et traditae, *l. 50. D. de action. emt.* redhibitionis: *l. 5 §. 4. D. de dol. except.* reſtitutae hereditatis: *l. 27. §. 7. D. ad SC. Trebell.* [*l. 1. §. 4. D. eod. tit. l. 95. §. 2. D. de ſolut.*] EXCEPTIO SC. Macedoniani: *l. 19. D. de SC. Macedon.* Vid. infra *Lib. XI.*

XI. SC. Velleiani: l. 8. l. 16. l. 20. l. 21. l. 23. l. 25. l. 27. l. 30. §. vlt. D. ad SC. Velleian. SC. quod de interceſſionibus feminarum factum eſt: l. 15. D. ad SC. Velleian. SC Trebelliani: l. 1. §. 8. D. quando de pecul. act. annal. l. 28. D. de indic. id eſt, eadem, quam paullo ante EXCEPTIONEM reſtitutae hereditatis diximus: tranſacti negotii: l. 2. D. ſi quis cantion. l. vlt. D. de tranſact. tranſactionis factae. l. 2. §. vlt. l. 9. D. de tranſact. l. 23. §. 3. D. de condict. indeb. ¶. 4. EXCEPTIO, deſignatio eius, quod non ſimul venditur. EXCEPTIO habitationis, in tradendis aedibus: l. 32. D. de vſufruct. EXCEPTIO generalis: l. 39. D. de act. emt. Ita Papinianus EXCEPTIONEM vocat clauſulam: QVOD SACRI AVT RELIGIOSI, AVT PVBLICI EST, EIVS NIHIL VENIT. l. 72. §. vlt. D. de contrah. emt. ¶. 5. EXCEPTIONIS officium. l. 17. C. Theod. de diu. offic. et adp. ¶. 6. Ceterum EXCEPTIO dicitur accommodari, reus illa adiuuari, EXCEPTIO aptari, ceſſare, competere, dari, reus illa defendi. Vnde EXCEPTIONIS defenſio: l. 56. D. de condict. indeb. Ea efficax eſt, actionem intentionemue elidit, excludit, a reo impetratur, ei indulgetur, locum habet, actori obiicitur, obſtat opponitur, competit ex perſona emtoris: l. 25. §. 17. D. de hered. petit. l. 27. D. de euict. ex vtriusque perſona et emtoris et venditoris: l. 28. D. de euict. ex perſona rei: l. 32. D. de fideiuſſ. venditori, ex facto ipſius oppoſita. l. 27. D. de euict. Porro EXCEPTIO, ponitur, per eam quid praeſtatur, l. 65. D. de euiction. Ea prodeſt reo, [cauſſa cognita remittitur; l. 15. §. 5. D. quod vi aut clam.] Per eam aliquid retinetur: l. 19. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 16. D. ad leg. Falcid. actor ſummouetur: ſub ea iudicium transfertur: l. 7. §. 9. D. de dol. Ea tribuitur. Illa ſe reus tuetur, vel tutus eſt, vtitur, illa vtilis eſt. De quibus loquutionibus omnibus ſuo loco. ¶. 7. Sine EXCEPTIONE, l. 5. D. de hered. vel act. vend. Sine vlla EXCEPTIONE: l. 1. D. ſi ingen. eſſe dic. Sub EXCEPTIONE: l. 7. l. 22. l. 31. D. de damn. infect. l. 7. §. 9. D. de dol.

EXCEPTOR, qui dictata excipit, in l. 19. §. 9. D. locat. et in inſcriptione Auximitana: L. AVREL. MARTIANO AVG. LIB. EXCEPTORI. Vtitur hoc verbo et Iul. Firmicus Matheſ. Lib. III. Cap. 6. et 12. D. Auguſtin. Epiſt. CLII. B. Gregor. in Prolog. XL. homil. de diuerſ. lect. Euang. Quia ſicut a me diuerſis temporibus dictatae ſunt, ita quoque ſunt ab EXCEPTORIBVS in codicibus adfixae. ¶. 2. EXCEPTORES, in ſcriniorum officiis ponuntur. l. 5. l. 12. C. de prox. ſacr. ſcrin. Lib. XII. l. 5. l. 7. l. vlt. Cod. de palat. ſacr. largit. l. vlt. C. de re milit. l. vlt. C. de caſtr. pecul. l. 5. C. de numerar. EXCEPTOR publicus, in l. 15. C. Theod. decurion. et in Nouell. Theod. et Valent. de trib. fiſcal. XXIII. [qui conficiendis geſtis municipalibus actisque negotiorum perſcribendis praeerat.] EXCEPTORES: l. 16. C. Theod. de prox. Com. diſpoſ. EXCEPTORES militiae palatinae: l. 22. C. Theod. de palat. ſacr. larg. l. 17. C. Th. de diuerſ. offic. adparit. quos locn ſuo et ordine ad commentarios accedere conſtituunt Imperatores, in l. 2, C. Theod. de num. act. ſcrin.

EXCESSVS, [pro digreſſione, in l. 86. §. 2. D. de hered. inſtit. quam Graeci vocant παρέκβασιν. Vid Alciat. Lib. II. Parerg. Cap. 34. et Comment. ad l. 13. C. de pact.] ¶. 2. EXCESSVS, pro exceſſu ex vita, ſeu obitu. l. 32. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 23. C. de procur. Quo nomine Imperatorum, qui inter Deos relati erant, obitus plerumque deſignatur. Sic Romuli EXCESSVM dixit Cicero Lib. I. de legib. Cap. 1. EXCESSVM Auguſti, Tacitus in inſcript. et Lib. I. Annal. Cap. 14. Sueton. in Tiber. Cap. XXII. et Cap. LXX.

EXCIDERE, antepenultima correpta, interdum eſt cadere. EXCIDIT anulus: l. 23. D. de praeſcript. verb. EXCIDERE formula: Senec. Lib. II. de Clement. Cap. 3. Quinctil. Declam. CCCL. Sueton. in Claud. Cap. XIII. EXCIDIT tabula; l. 5. D. de his, qui deiec. Vas ita EXCIDIT, vt non inveniatur. l. 3. §. 13. D. de adquir. poſſeſſ.

EXCIDERE, antepenultima producta, eſt ſuccidere. EXCIDERE arborem: l. 10. D. de extraord. crim. arbores: l. 13. §. 4. D. de vſufr. l. 25. §. 4. D. locat. ex fundo: l. 7. D. de except. rei indic. a ſtirpe: l. 1. §. 1. D. de arb. caed. EXCISA ligna ex oliueto: l. 8. D. de fund. dotal. EXCISA ſilua. l. 1. C. de lege Aquill. ¶. 2. EXCIDERE, caſtrare, amputare genitalia, ſpadonem facere, ſignificat. l. 4. §. vlt. D. ad leg. Corn. de ſicar. ¶. 3. EXCIDERE, etiam vterum praegnantis mulieris, eſt partus educendi ſeu extrahendi cauſſa exſecare. Sic, EXCISO vtero, edere: l. 141. D. de verbor. ſign. l. 40. D. eod. tit. id eſt, exſecto ventre extractus: vt l. 11. §. 5. D. de Public. in rem act. EXCIDI partus mortuae. l. 2. D. de mort. inſer.

EXCIPERE, exceptione vti, exceptionem obiicere, vel opponere. l. 1. D. de except. l. 9. l. 18. §. 2. D. de prob. [vbi tamen magis negare, quam exceptionem opponere, ſignificat.] l. 12. D. qui pot. in pign. l. 8. §. 9. D. quib. mod. pign. EXCIPIENTE eo: l. 48. D. de procurat. aduerſus EXCIPIENTEM: l. 28. D. de noxal. action. EXCIPERE de dolo: l. 14. §. 17. et §. 20. l. 5. §. 5. l. 11. D. de dol. except. l. 1. D. de except. EXCIPIENDVM erit in factum: l. vlt. D. de SC. Maced. de pacto conuento: l. 2. §. 4. D. de doli mal et met. except. EXCIPIT aduerſus agentem poſſeſſor: l. 17. §. 1. D. ad SC. Velleian. EXCIPIENDVM eſt de re iudicata: l. 21. §. vlt. D. de except. rei iud. EXCIPERE periculi ſocietatem, id eſt, exceptionem ſocietatis periculi opponere. l. 38. D. de adminiſtr. et peric. tut. ¶. 2. EXCIPERE, alias ſuſcipere ſignificat. EXCIPERE actionem: l. 13. D. quib. mod. vſusfr. l. 20. D. de iudic. l. 13. D. de noxal. act. l. 2. l. 41. D. de iur. fiſc. l. 2. D. ad SC. Trebell. l. 22. l. 36. §. vlt. D. de iudic. l. 3. §. 6. D. de adminiſtr. tut. l. 2. C. de hered. vel act. id eſt, ſuſcipere, vt loquitur l. 21. §. vlt. D. de pecul. et ad agendum, et ad EXCIPIENDAS actiones, opponuntur: l. 27. D. ad SC. Trebell. EXCIPERE aquam profluentem: l. 1. §. 22. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. condictionem: l. vlt. D. de condict. furt. liberalitatem: l. 6. C. de donat. int. vir.

et vx.

et vx. litem: l. 10. D. de except. l. 1. D. de diſtr. pign. lumina: l. 4. D. de ſeru. praed. vrb. miſſilia, iactata in vulgus: l. 9. §. 7. D. de adqu. rer. dom. obligationis integrum: l. 48. §. 1. D. de fideiuſſor. partes deficientium: l. 53. §. vlt. D. de adqu. vel omitt. hered. poenam, id eſt, ferre et ſuſtinere: l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult. procoſ. in patria: l. 4. §. 3. D. de offic. proconſ. rationes: l. 82. D. de condit. et demonſtr. ſententiam: l. 10. D. de except. l. 29. §. vlt. D. de except. rei iudic. l. 25. D. de poen. [ſententias cruentas: l. 13. C. Theod. de bon. proſcript. Lib. IX. tit. 42. publicam ſententiam. l. 17. C. Theod. eod. tit.] EXCIPITVR ea ſententia, id eſt, recipitur. l. 67. D. de reg. iur. EXCIPERE ſtillicidia: l. 17. D. de ſeru. praed. vrban. [ſtilum proſcriptionis: l. 15. C. Theodoſ. de bon. proſcript.] verba, id eſt, accipere, interpretari: l. 7. D. de dolo. Viae EXCIPIVNT ad villas ducentes. l. 2. §. 23. D. ne quid in loc. publ. ¶. 3. EXCIPERE, interdum eſt in venditione, locatione, aut traditione aliquid recipere, ſeu retinere, et, vt vulgo loquimur, ſibi retinere, et reſeruare, cauere, ne id venditione comprehendatur. l. 32. D. de vſufr. l. 6. §. vlt. D. comm. diuid. l. 73. D. de contrah. emt. l. 19. §. 3. D. locat. Si hoc EXCEPTVM fuerit: l. 54. D. de act. emt. Sic venditor ſibi EXCIPIT aedes: l. 2. §. 14. D. de hered. vel act. vend. EXCEPTA nominatim dolia in venditione: l. 76. D. de contrah. emt. EXCIPERE fundum in hereditate vendenda: l. vlt. D. de hered. vel act. vend. habitationem, donec viueret: l. 13. §. 4. l. 21. §. 6. D. de act. emt. vt inhabitare liceat: l. 32. D. de vſufr. iter in tradendo fundo: l. 22. D. de condict. indeb. lapicidinam in lege fundi vendundi: l. 77. D. de contr. emt. ne ſeruus manumitteretur: l. 6. D. de ſeru. exportand. In primis elegans eſt loquutio: At ſi venditor, qui manus iniectionem EXCEPIT, ipſe proſtituit. in l. 10. §. 1. D. de in ius voc. Solebant enim, qui alienabant, ſibi interdum reſeruare ius rem alienatam perinde, ac ſi emtor eam fiduciario tantum iure accepiſſet, certis caſibus propria auctoritate repetendi. Quem in modum ſtipulatus, manus iniectionem ſibi EXCEPISSE dicebatur. Vid. Io. Fridr. Gronou. Not. ad Senec. Conſolat. Marc. Cap. X. p. 59. et Briſſon. infra in articulo: MANVS INIECTIO. HEIN. EXCIPERE quid nominatim: l. 73. D. de contrah. emt. vt paſcere ſibi liceat: l. 32. D. de vſufr. peculium in venditione: l. 3. D. de euict. portionem penſionis: l. 19. §. 3. D. locat. certum pretium: l. 13. D. de praeſcript. verb. Ne proſtituatur, EXCEPTVM eſt. l. 6. D. de ſeru. export. EXCIPERE manu ſata in venditione fundi: l. 80. D. de contr. emt. ſibi ſepulcrum in fundo vendundo: l. 53. §. 1. D. de act. emt. vend. ſeruitutem: l. 7. D. commun. praed. ſeruum cum peculio EXCIPIT venditor hereditatis: l. 2. §. 12. D. de hered. vel act. vend. aliquid ſpecialiter: l. 39. D. de act. emt. vſum vel vſumfructum. l. 32. D. de vſufr. l. 36. §. 1. D. eod. ¶. 4. [EXCIPERE, excludere, remouere. EXCEPTA omni concuſſione: id eſt, excluſa. l. vlt. C. Theod. de frum. vrb. Conſtantinop. Lib. XIV. tit. 16.]* ¶. 5. EXCIPERE etiam quid dicitur venditor, qui ſibi in vendendo cauet, ne de aliquo iure vitione rei venditae teneatur. Sic EXCIPIT venditor de morbo: l. 1. §. 9. l. 4. §. 3. D. de Aedil. edict. Sic Horat. Lib. II. Serm. ſat. 3.

Mentem niſi litigioſus
EXCIPERET *dominus.*

EXCIPERE libertatis cauſſam in venditione: l. 69. D. de euiction. EXCIPERE vim: l. 30. §. 3. D. locat. [EXCIPIENDVM eſt cautione. l. 20. D. de euict.] ¶. 6. EXCIPERE, eximere aliquid a regula. Eo pertinent formulae: EXCEPTO eo: l. 10. D. de nouat. l. 20. D. de euiction. EXCEPTO eo, quod: l. 31. D. de nouat. l. 23. §. 5. D. de rei vind. l. 54. D. de adqu. rer. domin. EXCEPTO quod: l. 24. D. de excuſ. [EXCEPTO eo, ſi: l. 23. D. de regul. iur.] EXCEPTA concubina. l. 34. D. ad leg. Iul. de adult. l. 38. D. de reb. auct. iud. poſſid. filia: l. 98. D. de adqu. vel omitt. hered. EXCIPIENDVS eſt filius: l. 4. D. de hered. petit. l. 38. D. de reb. auct. iud. poſſid. [EXCEPTO repetundarum et maieſtatis iudicio: l. 20. D. de accuſat.] EXCEPTA in perſonam: l. 15. §. vlt. l. 21. D. de legat. praeſt. EXCEPTAE perſonae: l. 5. §. vlt. l. 20. D. eod. tit l. 2. D. de coniung. cum emanc. Per eas vero intelligere ibi debemus liberos, parentes, vxorem, nurum. l. 1. l. 8. §. 1. et §. 3. D. de leget. praeſt. Verum in l. 7. §. 1. D. de leg. Iul. repetund. EXCEPTOS accipe, quos lex illa Iulia repetundarum excipit, a quibus licet accipere, puta ſobrinos, propioreue gradu cognatos, itemque vxorem, vt docet l. 1. D. eod tit. EXCEPTIS perſonis neceſſariis: l. 1. D. de in ius voc. EXCEPTO vno ceteri: l. 77. §. 22. D. de legat. II. Ceterum aliquid EXCIPITVR interdicto: l. 1. §. 4. D. ne quid in flum. publ. lege: l. 1. D. de leg. Iul. repet. l. 67. D. ad leg. Falcid. l. 5. D. de teſtibus. oratione: l. 8. D. de reb. eor. l. 4. D. ſi ingen. eſſe dicet. a praetore: l. 1. D. de legat. praeſt. Senatusconſulto: l. 9. D. de SC. Silan. a teſtatore: l. 12. §. 43. D. de inſtr. vel inſtr. leg. Sic, EXCEPTO aedificio, fundum legat: l. 81. §. 2. D. de legat. I. EXCIPIT bona materna: l. vlt. D. ad SC. Trebell. EXCEPTIS impenſis: l. 61. D. de rit. nupt. EXCEPTIS legatis: l. 36. D. de legat. I. l. 78. §. 13. D. ad SC. Trebell. EXCIPERE peculium: l. 24. D. de pecul. leg. EXCEPTIS vineis: l. 72. D. de legat. I. EXCEPTO vſufructu, heres eſto. l. 74. D. de hered. inſtit.

EXCITARE. EXCITARI dicitur accuſatio: l. 26. D. ad leg. Iul. de adult. crimen ſopitum: l. 29. §. 5. D. eod. tit. [deſidia: quamuis ibi EXCITATA *deſidia* eſſe videatur cognita, explorata, et perſpecta. l. vn. C. Theod. de offic. vicar. Lib. I. tit. 6.] diſcordia: l. 77. §. 20. D. de legat. II. [In contumaciam vigor iudiciarius EXCITATVR. l. 13. C. Theod. quor. adpell. Lib. XI. tit. 36.]

[EXCLAMARE in eccleſia. rubr. C. de his, qui ad eccl. confug. vel ibi exclam.]

EXCLVDERE, id eſt, repellere, et ſubmouere. l. 14. D. de bon. libert. Sic dicitur quis EXCLVDI accuſatione: l. 11. D. ad SC. Turpill. l. 11. D. de accuſat. dicuntur EXCLVDI actio: l. 30. D. ad SC. Velleian. l. 4. C. de reb. cred. actio praeſcriptione: l. 8. C. de iur. deliber. l. 24. D. de lib. cauſſ. actor replicatione: l. 2. §. 2. D. de except. l. 3. D. vi bon. rapt. EXCLVDITVR temporis

Digitized by Google

ris diuturnitate adſeueratio: *l. 10. C. de non. num. pecun.* aliquis per adſignationem: *l. 1. §. vlt. D. de adſign. libert.* Non EXCLVDI anno: *l. 15. §. 6. D. quod vi aut clam.* EXCLVDITVR aqua: *l. 1. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* [id eſt, opere facto repellitur, ne ingrediatur.] auus: *l. 5. D. ad SC. Tertull.* aliquis beneficio SCti: *l. 2. §. 14. D. eod. tit.* beneficium: *l. 3. C. ſi minor ſe maior.* a bonis: *l. 17. D. de iur. patron.* ab omnium bonis: *l. 1. l. 14. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* a bonorum poſſeſſione: *l. 17. l. 18. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 38. D. de bon. libert.* a collationis commodo: *l. 6. D. ſi tab. teſt. exſt. l. 5. D. de collat. bon.* EXCLVDERE collibertum: *l. 77. §. 13. D. de legat. II.* EXCLVDIT computationem compenſatio: *l. 5. C. de compenſat.* EXCLVSVS conditione: *l. 52. D. ad SC. Trebell.* per conditionem: *l. 35. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* EXCLVDIT creditor alium creditorem: *l. 16. D. qui potior. in pign.* Non EXCLVDITVR per praeſcriptionem crimen: *l. 39. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* EXCLVSVS cultura: *l. 2. D. de ann. legat.* Non EXCLVDITVR defenſio: *l. 17. §. 10. D. ad municip.* EXCLVDI ab exactionibus: *l. 26. D. de liberat. leg.* EXCLVDVNT replicationes exceptiones: *l. 2. D. de except.* EXCLVDERE per exceptionem: *l. 1. D. famil. erciſc.* EXCLVDITVR exceptione, qui agit: *l. 8. §. 6. D. de liberat. leg. l. vlt. D. de iureiurand. l. 36. D. de pact. l. 4. D. de vſufr. l. vlt. §. 3. D. ad SC. Vellei. l. 18. §. 2. D. de mort. cauſſ. donat.* EXCLVDITVR fideicommiſſum: *l. 76. D. de condit. et demonſtr.* filius: *l. 1. §. 3. D. de ſuis et legit. her. l. 8. D. de bon. damnat.* EXCLVDERE fraudem: *l. 77. §. 31. D. de legat. II.* fraudes: *l. 1. §. 10. D. de leg. Cornel. de falſ.* gemmam incluſam: *l. 6. D. ad exhib.* ab hereditate: *l. 5. D. de iur. aur. annul. l. 6. D. ſi tab. teſt. exſtab.* Vlpian. *Reg. tit. XXII. §. 34. l. vlt. D. unde cogn.* EXCLVDITVR infans: *l. 1. D. de bon. poſſeſſ. furioſ.* inſtitutus: *l. 12. D. de mort. cauſſ. don.* EXCLVDI ex iure antiquo, vel ex lege Velleia: *l. 29. §. 7. D. de lib. et poſtum.* EXCLVDITVR legatarius: *l. 16. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* a legato: *l. 63. D. de condit. et demonſtrat. l. 41. D. ex quib. cauſſ. maior.* mater: *l. 2. §. 6. et §. 27. D. ad SC. Tertull.* a muneribus: *l. 1. C. de his, qui non impl.* nepos: *l. 1. §. 1. l. 5. D. de coniung. cum emanc. l. 1. §. 7. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* EXCLVSIS per offenſam ſeruis: *l. 51. D. de manumiſſ. teſt.* EXCLVDITVR patronus: *l. 39. D. de bon. libert.* perſona: *l. 25. D. de inoffic. teſt.* perſequutio: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 9. §. 3.* petitio: *l. 28. D. de excuſat. l. 7. C. de ſolution.* poſtumus: *l. 4. D. de lib. et poſtum.* quis praeſcriptione: *l. 77. §. 30. D. de legat. II. l. 23. D. de except. l. 8. C. de negot. geſt.* praeſcriptione temporis: *l. 11. D. ad SC. Turpill. l. 6. §. 4. D. de decur.* praeſcriptio EXCLVDIT petentem: *l. 11. D. de ſolution.* EXCLVDITVR praeſcriptio: Quinctil. *Declam. CCLIV.* procurator procuratoriis exceptionibus: *l. 23. D. rat. rem habit.* querela: *l. 8. §. 8. D. de inoff. teſt. l. 1. l. 7. C. de inoffic. donat. l. 23. §. 1. D. de inoff. teſt.* querela inofficioſi: *l. 8. §. 9. D. de inoffic. teſtam.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 5. §. 8.* praeſcriptionibus: *l. 12. C. ad leg. Corn. de falſ.* EXCLVDERE rationes: *l. 77. §. 9. D. de legat. II.*

EXCLVSVS re: *l. 4. D. de in integr. reſt.* repudiatione: *l. 1. §. 11. D. de ſucceſſ. edict.* reus replicatione: *l. 2. §. 2. D. de except.* EXCLVDERE ſpeciem actionis: *l. vlt. C. de conſt. pecun.* [ſpecies ex conditis fiſcalibus, id eſt, depromere, vel erogare: *l. 16. C. Theod. de erogat. mil. ann. Lib. VII. tit. 4.*] ſubſtitutionem: *l. 77. §. 13. D. de legat. II.* ſubſtitutum: *l. 7. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 33. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ſucceſſionem: *l. 7. C. de inſtitut.* EXCLVDI tempore: *l. 26. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 20. §. 4. D. de bon. libert. l. 11. D. ad SC. Turpill. l. 4. D. de bon. poſſeſſ. l. 1. §. 11. D. de ſucceſſ. edict.* a teſtamento: *l. vlt. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* EXCLVDERE vindicationem: *l. 11. C. de vſufr.* Non EXCLVDIT vitia. *l. 11. D. de diuerſ. temp. praeſcript.*

EXCLVSIO. *l. 2. D. de except.*

EXCLVSORIA eſt omnis exceptio vel replicatio. *l. 2. §. 1. D. de except.*

EXCOGITARE fraudem: *l. 40. D. de iur. fiſc.* EXCOGITATA fraus: *l. 49. D. de act. emt.* in fraudem SC. *l. 29. §. vlt. D. ad SC. Macedon.* Quod pro pupillis EXCOGITATVM eſt, id eſt, introductum: *l. 3. D. de Carbon. edict.* EXCOGITATA ſepta ad continendam transmittendamque aquam. *l. 1. §. 1. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.*

EXCOLERE aedificium: *l. 44. D. de vſufr.* fundum: *l. 53. D. de rei vindic. l. 14. D. de donat.* EXCOLERE poteſt fructuarius, quod inuenit, qualitate aedium non immutata: *l. 13. §. 3. D. de vſufr.* [EXCOLERE vetera opera: *l. 19. C. Theod. de op. publ. Lib. XV. tit. I.*] ſaltum. *l. 25. D. de pign. act.*

EXCRESCERE, et *decreſcere*, opponuntur. *l. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* EXCREVIT imbre aqua: *d. l. 1. de aqu. et aqu. pluu.* flumen imbribus: *l. 1. D. de flum.* Ne flumina deriuationibus minus conceſſis EXCRESCANT: *d. l. 1. D. de flumin.* EXCRESCERE fructus: *l. 27. §. 16. D. ad SC. Trebell.* EXCREVIT praeſtatio. *l. 2. D. de oper. libert.*

EXCVBARE. Qui pro pace EXCVBANT. *l. 13. D. de accuſat. l. 7. D. ad leg. Iul. maieſt.*

EXCVBATIO. Ab EXCVBATIONE deſiſtere: *l. 3. §. 6. D. de re milit.*

EXCVBIAS agere: *l. 1. D. de offic. praef. vigil.* palatii deſerere: *l. 10. D. de re mil.* EXCVBIIS ſollertibus vel ſollicitis obſeruare. *l. 13. C. Th. de poen. Lib. IX. tit. 40. l. 1. C. Theod. de Alex. pleb. primat.*]

EXCVLPERE, vid. infra: EXSCVLPERE.

[EXCVRARE, pro adcurare, praebere. *l. 5. C. Theod. de curioſ. Lib. VI. tit. 19.*]

EXCVRIARE, pro excuſare, in *l.* 11. *D. de decurion.* legendum putauit Cuiac. *Lib. XXVI. Obſ. Cap.* 38. Sed nulla vrgente neceſſitate, vti paullo poſt ad articulum EXCVSARE oſtendemus. HEIN.

EXCVRRERE, Longe EXCVRRVNT extra aedificium fiſtulae: *l.* 15. *D. de act. emt.* aliquo, vel proficiſci: *l.* 1. *§.* 9. *D. de tut. et rat. diſtrah. ad amitam ſuam*: Plin. *Lib. X. Epiſt.* 121. EXCVRRERE in praedia: *l.* 10. *§.* 9. *D. mand.* EXCVRRIT in hoc tempus euentus. *l.* 10. *D. de donat. int. vir. et vxor.* ¶. 2. Et quod EXCVRRIT, idem eſt, ac aliquot praeterea: *l.* 26. *§. vlt. D. depoſ.* Quae loquutio B. Auguſtinu frequens: ex quo praeter ea, quae Budaeus notauit, ſubiiciam locum, ſumtum ex *Lib. I. poſt collat. contra Donatiſtas*: *Protulerunt*, ait, *ibi ſeptuaginta* ET QVOD EXCVRRIT, *Epiſcopos, qui abſentem damnauerunt Caecilium.* Addam et Proſperi teſtimonium, cuius *libro de promiſſ. et praedict. Dei* haec verba ſunt: Illi quadringenti nonaginta anni, et iſti, QVI EXCVRRVNT ab aduento Saluatoris. Idem genus loquendi a Vegetio et Optato Afro vſurpatum Iac. Cuiacius *Lib. I. Obſeruat. Cap. vlt.* pridem adnotauit.

EXCVRSIONES breues, et longinquae, *l.* 13. *§. vlt. D. de ann. legat.* id eſt, profectiones.

EXCVRSVS ſtatuti temporis. *l.* 2. *C. ſi maior. fact.*

EXCVSARE, quaſi EXCAVSSARE, vti hoc vocabulum ſcribitur in quibusdam codicibus *l.* 55. *D. de Aedil. edict.* idem eſt, ac cauſſam allegare, ob quam quis vel obligatus non ſit, vel imputari quid illi non debeat. [Petr. Faber. *Semeſtr. Lib. III. Cap.* 23. *p.* 357.] Hinc formulae EXCVSATVS eſt: *l.* 3. *§.* 23. *D. de SC. Silan. l.* 1. *§.* 13. *D. de vi et vi arm. l.* 3. *§.* 1. *D. de ſepulcr. viol. l.* 8. *§.* 4. *D. mand.* EXCVSATVS eſſe debebit: *l.* 7. *D. quod falſ. tut. auct.* Poteſt eſſe EXCVSATVS: *l.* 27. *§* 29. *D. ad leg. Aquill.* EXCVSATVS eſſe videbitur: *l.* 14. *D. de leg. Corn. de falſ. l.* 5. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* EXCVSATA abſentia: *l.* 15. *§.* 1. *D. ad leg. Iul. de adult.* Aduocatum fiſci in omnibus officii neceſſitas ſatis EXCVSAT: *l.* 5. *§.* 13. *D. de his, quae vt indign.* EXCVSATVS eſſe debet a compromiſſo: *l.* 16. *§.* 1. *D. de recept. arbitr.* EXCVSATA culpa: *l.* 1. *D. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ.* EXCVSARE ſe a cura adoleſcentium: *l.* 11. *§.* 2. *D. de minor.* a curatione: *l.* 16. *D. de excuſat.* EXCVSATVM damnum: *l.* 2. *§. vlt. D. de peric. et comm. rei vend.* factum ſerui: *l.* 2. *§.* 1. *D. de noxal. act.* EXCVSATA eſſe debet tutoris fides: *l.* 22. *D. de his quae vt indign.* EXCVSAT furioſum ſui infelicitas: *l.* 12. *D. ad leg. Cornel. de ſicar.* EXCVSAT ignorantia: *l.* 16. *§.* 1. *D. de pignor. act.* EXCVSARE ignorantiam ſuam non poteſt maritus: qui deprehenſam in adulterio vxorem retinuit. *l.* 29. *D. ad leg. Iul. de adult.* EXCVSATA eſt ignorantia: *l.* 8. *§.* 8. *D. mandat.* Nec ignorantia cuius eſt EXCVSATA: *l.* 19. *§.* 1. *D. locat.* EXCVSARI ſolet inceſtum ſexu vel aetate: *l.* 38. *§.* 7. *D. ad leg. Iul. de adult.* EXCVSARE innocentiam: *l.* 33. *§.* 2. *D. de procurat.* EXCVSATA inopia: *l.* 8. *§.* 8. *D. mandat.* EXCVSATI iudices: *l.* 76. *D. de iudic.* EXCVSATA mater: *l.* 2. *§.* 33. *D. ad SC. Tertull.* mulier: *l.* 38. *D. ad leg. Iul. de adult.* EXCVSAT aetas munera, id eſt, vacationem munerum tribuit: *l.* 6. *§.* 4. *D. de mun. et honor.* EXCVSATI priuati muneribus: *l.* 17. *§.* 4. *D. de mun. l.* 17. *D. ad municip.* a muneribus: *l.* 3. *§.* 6. *D. de mun. et honorib.* aduocati fiſci neceſſitas officii: *l.* 5. *§.* 13. *D. de his, quae vt indign.* EXCVSARE negligentiam: *l.* 5. *D. de confirm. tut.* EXCVSARE ſe partis bonorum: *l.* 111. *D. de legat. I.* EXCVSARE ſe periculo: *l.* 1. *C. ne tut. vel curat.* EXCVSARI in perpetuum: *l.* 12. *D. de except.* maiore poena: *l. vlt. D. de rit. nupt.* EXCVSAT litteris praeſes: *l.* 6. *§.* 9. *D. de iniuſt. rupt. irrit.* EXCVSATVR priuilegio proprio heres: *l.* 19. *D. de iudic.* aliquo priuilegio tutor: *l.* 69. *§.* 2. *D. de legat. II.* EXCVSAT proconſul, ne publice vel priuatim occurrant ei: *l.* 4. *§.* 3. *D. de offic. proconſ.* EXCVSARE ſententiam: *l.* 19. *§.* 2. *D. de recept. arbitr.* EXCVSANTVR ſerui: *l.* 1. *§.* 34. *D. ad SC. Silan.* EXCVSARI ad tempus: *l.* 12. *D. de excuſat.* EXCVSARI lege a dicendo teſtimonio: *l.* 1. *§.* 1. *D. de teſtib.* EXCVSAT ſe tutor, a tutela: *l.* 5. *§.* 2. *D. de his, quae vt indign. l.* 60. *§.* 4. *D. de rit. nupt. l.* 21. *l.* 27. *l.* 33. *D. de excuſ. l.* 3. *D. de iure patron. l.* 41. *§.* . *D. de fideicomm. libert. l.* 25. *D. de teſt. tut.* EXCVSARE autem ſe, eſt poſtulare, liberari ab adminiſtratione tutelae, vt loquitur *l.* 10. *§.* 4. *D. de excuſat. l.* 74. *§. vlt. D. ad SC. Trebell. l.* 6. *§.* 5. *l.* 22. *l.* 41. *D. de excuſat.* Quod per libellos fieri non potuiſſe, ait, *l.* 25. *D. eod. tit.* EXCVSARE a coepta tutela: *l.* 11. *D. eod. tit.* a tutelis: *l.* 34. *l. vlt. D. eod. tit.* de tutela: *l.* 9. *D. eod. tit.* ex ſecunda tutela: *l.* 45. *D. eod. tit.* tutela: (ſine praepoſitione.) *l.* 9. *D. eod. tit.* EXCVSAT ſe tutor: *l.* 25. *D. de tutor. et curat. l.* 7. *D. de adminiſtr. et peric. tut.* EXCVSATVS tutor: *l.* 3. *§* 8. *D. de legit. tutor. l.* 2. *l.* 4. *C. in quib. caſib. l.* 11. *D. de teſtam. tutel.* iuſta de cauſſa. Vlpian. *Reg. tit. XI. §.* 23. ¶. 2. Non praetermittenda hic erat ſingularis, et propria iuriſconſultis huius verbi notio, quod nimirum aliquando idem ſit, ac prohibere. Vlpianus: *l.* 1. *§.* 3. *D. de poſtul. In quo edicto praetor aut pueritiam, aut caſum* EXCVSAVIT. Quod paullo poſt ipſe interpretatur: *Pueritiam, dum minorem annis ſeptemdecim* PROHIBET *poſtulare.* Calliſtratus quoque in *l.* 11. *D. de decurionib.* quod prius *prohibitionem* dixerat, paullo poſt vocat EXCVSATIONEM, vbi fruſtra EXCVRIARE reſcribit Cuiac. *Lib. XXVI. Obſ. Cap.* 38. Petrus vero Faber *Lib. III. Semeſtr. Cap.* 23. mauult EXCIPERE. Nam non adeo inſolita eſt illa verbi notio, quum et Sueton. *in Aug. Cap. XXXV.* referat, *Auguſtum quosdam ad* EXCVSANDI *verecundiam compuliſſe.* Molliori ergo vocabulo prohibitionem exprimebant iuriſconſulti, cui quum ſimile verbum in lingua ſua non reperirent Graeci, e Latino formare verbum ἐξκαυσατεύειν non dubitarunt. Vid. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. IV. Cap.* 11. Quamuis vero haec notio iuriſconſultis fere ſit propria: boni tamen auctores eodem verbo pereleganter vtuntur, quoties Deum propitiatum votis malum aliquod aiunt prohibiturum. *Auctor elegiae in mortem Druſi.*

Euentu-

Euentura, precor, Deus EXCVSARE *priora*
Dum volet, a Druſo, cetera laeta dabit.

Vnde porro factum, vt EXCVSARE ſit expiare, delere nefas, liberare a poena. Locis veterum, Plinii, Claudiani, Latini Pacati, eleganter id probauit Io. Fridr. Gronou. *Lib. II. Obſ. Cap. 10. p. 313.* HEIN.

EXCVSATIO, adlegatio cauſſae. Sic EXCVSATIO accipitur: *l. 6. §. vlt. l. 44. D. de excuſ.* adlegatur: *l. 25. D. mandat.* eius cauſſae adlegandae: *l. 31. D. de excuſat.* Ea deinde admittitur: *l. 18. §. vlt. D. de leg. Cornel. de falſ.* et ad eam quis admittitur: *l. 5. §. 8. D. de his, quae vt indign.* EXCVSATIONEM agitare de non recipienda tutela: *l. 20. D. de adpellat.* EXCVSATIO competit: *l. 5. l. 31. l. 44. l. 45. D. de excuſ. tut.* EXCVSATIONIS cauſſas conteſtari: *l. 88. D. eod. tit.* EXCVSATIO datur: *l. 17. D. eod. tit. l. 3. D. eod.* EXCVSATIONEM habere, vel non habere: *l. 6. §. 13. l. 17. §. 1. l. 23. l. 44. D. eod. tit.* perpetuam habere: *l. 44. D. eod. tit.* EXCVSATIONES plures habere: *l. 21. §. 1. D. eod. tit.* EXCVSATIONEM nullam habere poſſunt mulieres in adulterio admiſſo: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* EXCVSATIONIS ius habere: *l. 26. D. eod. tit.* Eius iure ſuſcipere nolle tutelam: *l. 28. D. de teſtam. tut.* EXCVSATIONEM meretur aetas impuberis: *l. 1. §. 32. D. de SC. Silan.* iuſta ignorantia: *l. 2. D. ſi qui teſtam. liber.* EXCVSATIONEM petere: *l. 20. D. de excuſat.* praebere: *l. 6. §. vlt. D. eod. tit.* probare: *l. 39. D. eod. tit.* proferre: *d. l. 39. eod. tit.* EXCVSATIO recipitur: *l. 60. §. 4. D. de rit. nupt. l. 20. D. de excuſ.* cuius EXCVSATIO recepta non eſt: *l. 20. D. de admin. et peric. tut.* EXCVSATIONEM arbitri recipere debet praetor: *l. 15. D. de recept. arbitr.* EXCVSATIONE vti. *l. 21. §. 1. l. 36. §. vlt. l. 44. D. de excuſat.* ¶. 2. Tales EXCVSATIONES abſentium: *l. 13. D. de public. iudic.* aetatis: *l. 37. D. de minor.* EXCVSATIONE aetatis vti. Hirtius *Lib. VIII. de bell. Gall. Cap. 12.* [EXCVSATIONES artificum, de quibus integer titulus exſtat in Cod. Theod. *Lib. XIII. tit. 4.*] immo et in Iuſtinianeo *Lib. X. tit. 64.* Honeſta EXCVSATIO eſt non facientibus, quod non ſit conceſſum: *l. 15. §. 3. D. de leg. Corn. de falſ.* EXCVSATIO munerum: *rubr. D. de vacat. et excuſ. mun.* [Sine EXCVSATIONIS naeuo: *l. 16. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.*] EXCVSATIO perpetua: *l. 4. §. 1. D. de mun. et honor.* EXCVSATIONE ſeniorum iuniores onerantur: *l. 11. D. de decurion.* EXCVSATIONES temporales: *l. 4. §. 1. D. de muner. et honor.* EXCVSATIO tutelae: *l. 6. §. 5. D. de excuſat. l. 18. l. 23. D. eod. tit.* παραίτησις τῆς ἐπιτροπῆς dicitur a Modeſtino, *l. 1. D. eod. tit.*

EXCVSSATVS, pro excuſſo, vel eo cuius facultates excuſſae ſunt: *l. 46. §. 6. D. de* ☞ *adminiſtr. et peric. tut.* Alii tamen ibi legere malunt EXCVSSVS. Immo in ipſo Codice Florentino non eſt EXCVSSATVS, ſed *excuſatus*, ſine ſenſu. Ceterum non ignotum veteribus frequentatiuum SVCCVSSARE, et inde deriuatum *ſuccuſſator.* HEIN.

EXCVTERE, quaſſando elicere. Sic EXCVTERE numos aureos, vel argenteos, vel aliam rem de manu alicuius: *l. 52. §. 13. D. de furt. l. 27. §. 21. D. ad leg. Aquill.* EXCVSSA olea: *l. 13. D. quib. mod. vſusfr.* EXCVTERE ſpicas: *l. 7. §. 7. D. de adqu. rer. dom.* EXCVSSVM ſpicis frumentum. *ibid.* ¶. 2. EXCVTERE, eripere. Sic EXCVTERE militi proſequenti magna manu cuſtodiam; Paull. *Lib. V. Sent. tit. 31. §. 2.* alicui ſummam; id eſt fraudulenter et per obreptionem et circumuentionem ab aliquo auferre. *l. 29. §. 2. D. mandat.* [EXCVSSVS temporibus: *l. 7. C. Theod. de reparat. adpell.* id eſt, temporibus euolutus, vt habet *l. 1. C. Theod. eod. tit.*] ¶. 3. EXCVTERE, an quis ſit ſoluendo. EXCVSSIS bonis: *l. 1. C. de reuoc. iis, quae in fraud.* EXCVSSIS prius facultatibus: *l. 3. §. 1 D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 1. §. 9. D. de magiſtr. conuen.* fortunas cuiusque: *l. 1. §. 6. D. de leg. Rhod.* EXCVTITVR poſſeſſor hereditatis prior: *l. 2. D. ſi quis omiſſ.* EXCVSSVS reus: *l. 2. C. quo quisque ord. conuen.* ante EXCVSSVM Titium: *l. 116. D. de verb. obl.* EXCVTERE vires eius hereditatis. *l. 42. D. mandat.* ¶. 4. EXCVTERE, id eſt ſcrutari, diſquirere, diſpicere, examinare. Tales formulae: EXCVTIAMVS, id eſt diſpiciamus: *l. 17. D. de hered. inſtit.* EXCVTIATVR, id eſt, diſquiratur: *l 5. §. 9. D. de* EXCVTIENDVM, id eſt, examinandum. *l. 13. §. 1. et §. vlt. D. de offic praeſid. l. 17. §. 2. D. de adopt.* EXCVTERE cauſſam negligentiae: *l. 14. D. de offic. praeſid.* cauſſas eorum, qui delati fuerunt: Traian. ad Plin. *Lib. X. Epiſt. 98.* crimen: *l. 1. C. de adpellat.* eos qui conclaue aut domum introierint: *l. 1. D. de inſpic. ventr.* De EXCVTIENDA fide teſtium: *l 3. §. 2. D. de teſtib.* EXCVTERE ius et rationem: Quinctil. *Declam. CCLXIV.* Ius fiſci ante EXCVTIENDVM. *l. 35. D. de iur. fiſc.* EXCVTERE numerum populi: Quinctil, *Declam. CCLXIII.* partem vtramque. Idem *Declam. CCLXIV.* EXCVTIT praeſes: *l. vlt. §. 1. D. ad municipal.* praetor: *l. 5. §. 9. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* EXCVTERE pretium: *l. 18. §. vlt. D. de mort. cauſſ. donat.* EXCVSSO pretio, *l. 92. D. de legat. I.* id eſt, exquiſito: vt *l. 14. D. de contrah. emt.* EXCVSSIS probationibus: Plin. *Lib. VI. Epiſt. 30.* Mandaui tibi, vt EXCVTERES, quanti villam aedificare velles: *l. 60. §. 4. D. locat.* EXCVTERE diligenter rationes: *l. 59. §. vlt. D. d manumiſſ. teſt. l. 6. §. vlt. D de ſtatulib.* Arbiter EXCVTIENDIS rationibus: *l. 5. D. de manumiſſ. l. 53. D. de iudic.* id eſt, apud quem ratio ponatur: *l. 1. §. 7. D. ſi is qui teſt. lib. eſſe iuſſ.* Traianus apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 29. Rationes autem in primis tibi rerumpublicarum* EXCVTIENDAE *ſunt.* EXCVSSIS rationibus: *l. 50. D. de condit. et demonſtr.* EXCVTERE verba SC: *l. 2. §. 1. D. ad SC. Vellcian.* EXCVTI veritas: *l. 13. D. de probat.* id eſt, exquiri, vt in *l. 6. D. de transact.* In EXCVTIENDA veritate: *l. 10. §. 3. D. de quaeſt.* EXCVTERE verum. Seneca *de Clement. Lib. I, Cap. 20.*

EXECRABILE. vid. infra EXSECRABILE.

EXECRARE, infra EXSECRARE.

EXECVTIO. Vid. infra: EXSEQVVTIO.

EXEDRA. *l. 5. §. 2. D. de his, qui eſſud. vel deiec.* Iul. Pollux *Lib. I. Onomaſt. Cap. 8.* ἐξέδραν adpellari tradit, ἵνα συγκάθηνται. *quod ibi conſideatur.* EXEDRAS autem porticibus coniungi conſueuiſſe, indicant Vitruu. *Lib. V. Cap. II.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 75.* In EXEDRA vtique Craſſum, poſito lectulo, recubuiſſe, Cicero *Lib. III. de Orat. Cap. 5.* ſcribit:

EXEMPLAR. EXEMPLARIBVS duobus facere teſtamentum. *l. 1. §. 5. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.*

EXEMPLARIVM, In duobus EXEMPLARIIS ſcriptum teſtamentum: *l. 10. D. teſtam. quemadm. aper.* EXEMPLARII cauſſa ſcriptae ☞ binae tabulae: *l. 47. D. de legat. II.* Eadem forma vſi et Arnob. *Lib. VI. p. 198.* Hieron. *ad Heluid. Cap. VIII.* ceu iam lexicographi notaruot. HEIN.

EXEMPLVM, quaelibet ſimilitudo. EXEMPLVM cuiusuis liberi hominis: *l. 4. D. quib. ad libert. proclam.* Legatarius EXEMPLVM Mucianae cautionis non habet: *l. 77. §. 3. D. de cond. et demonſtr.* Mucianae cautionis EXEMPLVM locum habere non potuit. *l. 72. §. 2. D. eod. tit.*

¶. 2. EXEMPLO, ad ſimilitudinem, vel imitationem. EXEMPLO actionis arbitrariae: *l. 16. §. 1. D. de pecun. conſt. l. 5. §. 21. D. vt in poſſeſſ. leg. cauſſ. l. 9. D. quod falſ. tut.* Competet inſtitoria EXEMPLO exercitoriae actionis: *l. 7. §. 1. D. de inſtitor.* EXEMPLO vtilis actionis, quae in integrum reſtitutis datur: *l. vlt. C. quib. ex cauſſ. maior.* EXEMPLO aditae hereditatis: *l. 4. §. 19. D. de fideic. libert.* apium: *l. 12. §. 13. D. de* bonorum: *l. 18. D. de his quae vt indign.* bonorum poſſeſſionis: *l. 65. D. ad SC. Trebell.* cautionis: *l. 20. D. de pign.* clariſſimae perſonae: *l. 22. §. 1. D. ad municipal.* coloni: *l. 54. D. locat.* cuiuslibet corporis: *l. 50. D. de legat. I.* creditoris: *l. 2. D. de pign.* EXEMPLO dati: *l. 17. §. 9. D. ad municipal.* debitorum: *l. 1. C. ſi aduerſ. ſolut.* Diphili: *l. 58. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut.* EXEMPLO edicti: *l. 18. D. ad leg. Falcid.* edicti perpetui: *l. 77. §. 29. D. de legat. II.* eius, qui: *l. 6. D. de reb. auct. iud. l. 50. D. de legat. I. l. 38. D. de teſt. mil. l. 10. §. 1. D. de fideic. libert. l. 2. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* exercitorum: *l. 13. §. vlt. D. de inſtitor. act.* EXEMPLO Falcidiae: *l. 21. D. ad leg. Falcid.* Falcidiae retentionis: *l. 21. C. famil. erciſc.* fideicommiſſariae libertatis: *l. 45. §. vlt. D. de fideic. libert.* fideiuſſorum: *l. 1. §. 11. D. de tut. et rat. diſtrah.* fructuum: *l. 65. D. de rei vind.* furioſi: *l. 1. D. de curat. furioſ.* furis: *l. 5. D. de calumniat.* EXEMPLO heredis: *l. 32. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* hereditatis: *l. 14. D. de caſtr. pecul.* humiliorum: *l. 10. D. de poen.* EXEMPLO inſtitutionis: *l. 61. D. de legat. II.* interdicti: *l. 2. C. vnde vi.* iuris legitimi: *l. 11. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* legatorum: *l. 7. D. de legat. praeſt. l. 77. §. 1. D. de legat. II.* legis Aquilliae: *l. 3. §. vlt. D. de leg. Fab.* legis Falcidiae: *l. 76. D. de legat. II.* legitimi: *l. 12. D. de Carbon. edict.* luitionis: *l. 1. D. de liberat. leg.* EXEMPLO mancipiorum: *l. 38. §. 10. D. de Aedil. edict.* matris: *l. 54. D. ad SC. Trebell.* mulieris: *l. 11. D. de SC. Macedon.* operis inchoati: *l. 16. §. 1. D. de mun. et honor.* parentium: *l. 15. D. de legat. praeſt.* patroni: *l. 1. D. ſi a parent. quis manum.* peculii: *l. 2. D. de pen. leg.* penus legatae: *l. 115. D. de verb. obl.* perſonae: *l. 11. D. de ſtipul. ſeru.* pignoris: *l. 68. §. 1. D. de fideiuſſ.* pupillae. *l. 63. D. de rit. nupt.* relegati: *l. 15. D. ad municipal.* reſcripti: *l. 25. §. 16. D. de hered. petit.* ſerui communis: *l. 25. §. 4. D. de vſufr.* ſeroitutum: *l. 10. D. ſi ſeru. vind.* ſolutionis: *l. 5. D. de acceptilat.* ſumtuum: *l. 65. D. de rei vindic.* tutoris: *l. 1. D. vbi pupill. educ. vel morar. deb.* vi bonorum raptorum. Paull. *Sent. Lib. V. tit. 6. §. 5.*

¶. 3. Ad EXEMPLVM, eadem ſignificatione, ad ſimilitudinem, vt loquitur *l. vlt. C. de inoffic. donat.* Ea enim formula aeque, ac ſuperiore, vtiles potiſſimum actiones, et, quae a Praetore adcommodantur, ſignificari, demonſtrarique ſolent: quamuis et alia, quae alteri rei quacumque ratione ſimilia ſunt, ad alterius EXEMPLVM inuecta redactaque, dicantur. Sic: ex emto vtili actione agi poteſt ad EXEMPLVM inſtitoriae actionis: *l. 13. §. 25. D. de act. emt.* Vtilis, ad EXEMPLVM inſtitoriae, dabitur actio: *l. 19. D. de inſtit. act. l. 31. D. de negot. geſt.* danda eſt ad EXEMPLVM legis Aquilliae actio: *l. 12. D. ad leg. Aquill.* Datur in te ad EXEMPLVM legis Aquilliae in factum actio: *l. 53. D. ad leg. Aquill.* Seruitutes, praetorio iure conſtitutae, ad EXEMPLVM earum, quae ipſo iure conſtitutae ſunt, vtilibus actionibus petuntur: *l. 1. §. vlt. D. de ſuperfic.* Seruiana actione, vel, quae ad EXEMPLVM eius inſtituitur, vtilis aduerſus emtorem exercenda eſt: *l. 1. C. de precar.* Facile vtilis perſequutio ad EXEMPLVM pignoratitiae datur: *l. 5. C. ſi alien. res.* Ad EXEMPLVM alterius monimentum facere: *l. 27. D. de condit. et demonſtr.* Ad EXEMPLVM Carboniani: *l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict.* Carboniani decreti: *l. 2. D. de inſpic. ventr.* Carboniani edicti: *l. 1. §. 14. D. ſi vent. in poſſeſſ.* ad EXEMPLVM praeſumtionis Carboniani edicti: *l. 3. §. vlt. D. ne vis fiat ei, qui in poſſ.* ad EXEMPLVM creditorum in factum actione vti: *l. 3. §. 2. D. eod. tit.* Ad EXEMPLVM actionis de effuſis et deiectis dari oportet actionem: *l. 5. §. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* ad EXEMPLVM praetoris edicti: *l. 58. D. de rit. nupt. l. 9. C. de bon. auct. iud.* Ad EXEMPLVM ex emto actionis conſequi non immerito deſideras: *l. 1. C. de rer. permut.* ad EXEMPLVM infantis: *l. 30. §. 8. D. de fideic. libert.* inofficioſi teſtamenti: *l. 1. C. de inoffic. donat. l. 6. C. eod. tit.* Ad EXEMPLVM interdicti, quod fructuario proponitur, defendendus erit: *l. 27. D. de donat.* ad EXEMPLVM interdictorum, quae in albo propoſita habet praetor, rem ad ſuam aequitatem rediget: *l. 1. C. de interdict.* Ad EXEMPLVM interdictorum res agitur: *l. 3. C. eod. tit.* Ad EXEMPLVM legatorum mortis cauſſa donationes reuocatae ſunt: *l. 15. D. de mort. cauſſ. donat.* ad EXEMPLVM legatorum mortis cauſſa donationes capiuntur: *l. 2. D. de Public. in rem act.* ad EXEMPLVM legis vindicandum eſt: *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maieſt.* ad EXEMPLVM quodammodo eius legis ſcriptum eſt: *l. vlt. D. fin. reg.* ad EXEMPLVM militum: *l. 4. C. de aduocat. diuerſ. iud.* procuratorum:

rum: l. 11. C. de procur. venditionis: l. 59. §. 1. D. de vſufr. Ad EXEMPLVM vindicationis detur Publiciana: l. 35. D. de oblig. et act. De ſeruitutibus in rem actiones competunt, ad EXEMPLVM earum, quae ad vſumfructum pertinent. l. 2. D. ſi ſeruit. vindic. ¶. 4. EXEMPLVM capere rei. l. 11. §. 2. D. ad SC. Trebell. ¶. 5. EXEMPLI cauſſa: l. 1. §. 25. D. de vi et vi arm. ¶. 6. Ne res EXEMPLIS egeat, l. 1. D. de praeſcript. verb. ¶. 7. Eo EXEMPLO. l. 7. D. de publican. et vectig. l. 44. D. de excuſat. l. 26. D. de reb. cred. ¶. 8. EXEMPLI gratia. l. 1. §. 8. D. de Aedilit. edict. l. 46. D. de condit. et demonſtr. l. 10. §. 17. D. de grad. et adfin. l. 30. §. vlt. D. de damn. infect. l. 25. §. 1. D. de obl. et act. ¶. 9. Hoc EXEMPLO. l. vlt. D. ſi menſor. falſ. mod. ¶. 10. EXEMPLI loco: l. 31. D. depoſ. EXEMPLO manifeſtius fiet: l. 3. §. 2. D. de collat. bon. ¶. 11. Quibus EXEMPLIS. l. 24. D. de condit. et demonſtr. ¶. 12. Secundum EXEMPLVM complurium: Plin. Lib. X. Epiſt. 43. eius, cui fideicommiſſa libertas debetur: l. 71. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. proconſulum: Plin. Lib. X. Epiſt. 73. ſecundum EXEMPLA SCorum inductum. l. 67. D. de iudic. ¶. 13. EXEMPLVM ſequi aditae hereditatis: l. 4. §. 19. D. de fideic. libert. alimentorum: l. 14. D. de aliment. vel cibar. leg. in ceteris ſequi nos debemus: l. 13. §. vlt. D. de re mil. Etiam in ceteris cauſſis: EXEMPLVM hoc ſequendum: l. 11. §. vlt. D. ad SC. Trebell. EXEMPLVM ſequutus corporalium pignorum: l. 15. §. 9. D. de re iudic. EXEMPLVM hoc ſequendum: l. 11. §. vlt. D. ad SC. Trebell. EXEMPLVM ſequutum Iauoleni ſe, ait Iulianus l. 5. D. de manumiſſ. vindict. Traianus apud Plin. Lib. X. Epiſt. 74. *Sequenda ergo potius tibi* EXEMPLA *ſunt eorum, qui iſti prouinciae praefuerunt.* [¶. 14. Sine EXEMPLO aliquando ſubuenit princeps: l. 1. §. fin. de conſtit. princ. id eſt, extra ordinem, vt non trahatur ad exemplum. ¶. 15. EXEMPLVM, pro conſequentiis ponitur. Vt quum dicitur, ad EXEMPLVM conſtitutiones ſingulares non trahi: l. 1. D. de conſtit. princip. §. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil. id eſt, produci ad conſequentias, vt loquitur Paullus in l. 14. D. de legib. Et ita in EXEMPLVM trahi, explicatur, *ad alias cauſſas proferri*: apud Iul. Capitolin. in Macrin. Cap. XIII. ¶. 16. Hinc, quaecumque alios ad peccandum inuitare poſſe videbantur, dicebantur EXEMPLO *grauia*, et *iniqui, mali, pernicioſi, peſſimi, turpiſſimi* EXEMPLI eſſe. EXEMPLO graue eſt: l. 10. C. de diſtract. pign. Iniqui EXEMPLI eſt, vti iudex detur, quem altera pars nominatim petat: l. 47. D. de iudic. Mali EXEMPLI res eſt abortionis aut amatorium poculum dare: l. 38. §. 5. D. de poen. Paull. Lib. V. Sent. tit. 23. §. 14. Malo EXEMPLO circumſcriptus iudex, teſtibus pecunia corruptis: l. 33. D. de re iud. Non quidem malo animo, ſed malo EXEMPLO medicamentum ad conceptionem dedit: l. 3. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar. Quinctil. Decl. CCCLXXXV. *Malo* EXEMPLO *datum eſſe amatorium.* Iuuenal. ſat. XIII. init.

EXEMPLO *quodcumque malo committitur.*

EXEMPLO peſſimum eſt, feminino vocabulo etiam maſculinum cootineri: l. 45. D. de legat. II. peſſimo EXEMPLO foenerare: l. 1. D. de SC. Macedon. villas expugnare: l. 3. §. 1. D. ad leg. Iul. de vi publ. Traianus apud Plin. Lib. X. Epiſt. 98. *Nam et peſſimi* EXEMPLI, *nec noſtri ſaeculi eſt.* EXEMPLO pernicioſum eſt: l. 7. C. de probat. EXEMPLI ratio minime ſinit: l. 8. C. de ſolut. Turpiſſimo EXEMPLO is, qui nurum ſuam adulterii accuſare inſtituerat, poſtea deſiſtere maluit, contentus lucrum ex dote retinere: l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult. Intereſt, eiusmodi EXEMPLVM non admitti. l. 24. D. de teſtam. milit. *Hoc remiſſ* EXEMPLVM: ait Traianus in l. 1 D. de interd. et relegat. ¶. 17. Porro et poenam, quae deterrendorum aliorum cauſſa reo infligebatur, EXEMPLVM vocatam, obſeruamus. Terent. Enn. Act. V. ſcen. 4. v. 24 *Quae futura in eum* EXEMPLA *dicunt indigna?* et v. 26. *Quid ais? in quem* EXEMPLA *fient?* Ita et EXEMPLA *edi* dicuntur, ibid. Act. V. ſcen. 6. v. 21. Et ſcen. V. v. 31. INSIGNE *aliquid facere*, idem eſt, ac exemplum facere, ſeu punire. Add. Plaut Epidic. Act. I. ſcen. I. v. 7. Moſtellar. Act. V. ſcen. I. v. 67. Milit. glorioſ. Act. III. ſcen. I. v. 42. in Bacchid. Act. V. ſcen. I. v. 6. Act. III. ſcen. 4. v. 6. HEIN. Et huc pertinent loquutiones: Ad EXEMPLVM hoc pertinet: l. 3. §. 1. D. de alim. et cibar. leg. Plin. Lib. X. Epiſt. 98. *Et conſulendum exiſtimarem in re, ad* EXEMPLVM *pertinente.* Idem Lib. VI. Epiſt. 29. *Ad* EXEMPLVM *pertinentes cauſſas* dixit. In EXEMPLVM coercere: l. 9. D. de reb. cor. vindicare: l. 6. §. vlt. D. de cuſtod. et exhib. reor. Qui in acie prior fugam fecit, propter EXEMPLVM capite puniendus eſt, l. 6. §. 3. D. de re milit. vt EXEMPLO deterriti minus delinquant: l. 6. §. 1. D. de poen. vt EXEMPLO aliis ad deterrenda maleficia ſit: l. 31. D. depoſ. Quoties nimium multis perſonis graſſantibus EXEMPLO opus eſt. l. 17. §. vlt. D. de poen. ¶. 18. EXEMPLVM interdum adpellatur id, quod ex authentico deſcriptum eſt, quod et *indicem* Paullus; vulgus noſtrum *copiam* ac *duplicatum* vocat. Proinde *authentico* ita EXEMPLVM opponitur, quemadmodum in vſu noſtro *copia originali*. l. 4. §. vlt. D. famil. erciſc. l. vlt. D. teſtam. quemadm. aper. Ioſephus ἀντίγραφον vocat Lib. XIV. Cap. 17. Non ex *indice* et EXEMPLO alicuius ſcripturae, ſed ex *authentico*, conoeniendus eſt: l. 2. D. de fid. inſtrum. Paull. Lib. V. Sent. tit. 12. §. 11. Vnum teſtamentum pluribus EXEMPLIS conſignare: l. 24. D. qui teſtam. fac. poſſ. Pluribus tabulis eodem EXEMPLO ſcriptis: l. vlt. D. de his, quae in teſt. del. Sueton. in Tiber. Cap. vlt. *Teſtamentum duplex ante bienninm fecerat: alterum ſua, alterum liberti manu, ſed eodem* EXEMPLO. [quamuis hoc Suetonii loco et in l. vlt. D. de his, quae in teſt. delent. EXEMPLVM potius pro argumento poſitum videatur. Salmaſ. in Specim. confutat. Cap. XXXIV. et ſequ.] Sic: EXEMPLA actorum: l. 45. §. 6. D. de iur. fiſc. ab adpellatoribus edi: l. 6. §. 3. C. de adpell. EXEMPLVM facti: l. 15. C. de tranſact. inſtrumentorum: l. 11. D. de edend. libelli: l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 33. D. de re iud. l. 3. D. de alim. vel cibar. leg. litterarum: l. vlt. D. quand. adpell. ſit. relationis: l. 6. D. de adpell. recipiend. In EXEMPLO ſcripta: l. 11. §. 1. D. de legat. II. EXEMPLVM tabularum:

l. 4. §. vlt. D. famil. erciſc. teſtamenti. *l. 11. D. teſtam. quemadm. aper. l. 2. D. de edend. l. 1. §. 7. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. l. 10. D. de legat. III.* Cicero *Lib. XIII. ad Attic. Epiſt. 45.* ¶ 19. Aliquando EXEMPLVM vocantur prima ſcripturae alicuius lineamenta. [Sic EXEMPLVM teſtamenti, (non confecti, ſed conficiendi) ne codicilli quidem vel fideicommiſſi vim habet. *l. 11. D. de legat. III.*] ¶. 20. EXEMPLA, decora domeſtica. [EXEMPLA laudis domeſticae: *l. vn. C. Theod. de emend. propinqu. Lib. IX. tit. 13.* EXEMPLA maiorum. *l. 28. C. Theod. de cohortal. princ. Lib. VIII. tit. 4.*]

EXEMTILIS, E. EXEMTILES lapides, *l. 25. §. 11. D. de aur. arg. legat.* id eſt, vt ibidem haec loquutio exponitur, gemmae, quae ſolutae ſunt.

EXEMTIO cretae. *l. 16. D. de praeſcr. verb.* ¶ 2. EXEMTIO eius, qui in ius vocatus eſt. *l. 4. §. vlt. l. 5. §. 2. D. ne quis eum, qui in ius voc.*

EXEQVI, vid. infra EXSEQVI.

EXEQVIAE, vid. infra EXSEQVIAE.

EXERCERE homines dicuntur quamcumque artem, vel profeſſionem. Sic EXERCERE argentariam: *l. 4. §. vlt. D. de edend.* argentifodinas, aut alia metalla: Varro *Lib. I. de re ruſt. Cap. 2.* artem: *l. 1. D. de abig.* artes improbatas: *Collat. Leg. Moſ. et Roman. tit. XV. §. 2.* artem ludicram: *l. 42. D. de rit. nupt.* artem pantomimi: *l. 27. D. de oper. libert.* artificium: *l. 23. l. 38. D. de oper. libert.* vulgare: *l. 27. D. de pecul.* calendarium: *l. 41. §. 6. D. de legat. III. l. 34. §. 3. D. eod. tit.* cauponam: *l. 29. D. mand. l. 5. §. vlt. D. de obl. et action. l. 1. §. 5. l. vlt. §. vlt. D. naut. caupon. ſtabul. l. 43. § 9. D. de rit. nupt.* coenaculariam: *l. 5. §. 1. D de his, qui effud. vel deiecer.* figlinas, vt vaſa veneant: *l. 6. D. de ſeru. praed. ruſt.* figulinas: Varro *Lib. I. de re ruſt. Lib. II.* fodinas auri argenti, ſulphuris, aeris, ferri et ceterorum: *l. 13. §. 5. D. de vſufr.* foenebrem pecuniam: *l. 34. D. de reb. cred.* foenus. *l. vlt. §. 23 D. de mun. et honor. l. 33 D. de reb. cred.* non EXERCITVM foenus: *l. 48. D. de adminiſtr. et peric. tut.* foenus et vſuras. *l. vlt. D. de pecul. leg.* genus vitae: *l. 43. §. 8. D. de rit. nupt.* lenocinium: *l. 29. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* lupanaria: *l. 27. D. de hered. petit.* medicinam: *l. 27. D. de oper. libert.* menſam numulariam: *l. vlt. D. de inſtit. act.* [mercem: *l. 17. §. 3. D. de inſtit. act.* mercimonium; *l. 3. C. de commerc. et merc.*] monetam. *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul.* [et *l. 2. C. Theod. de falſ. mon. Lib. IX. tit. 21.*] nauem: *l. 1. §. vlt. l. 4. D. de exercit. l. 1. §. 1. l. vlt. §. 1. D. naut. caup. ſtab. l. 42. D. de furt. l. 19. §. vlt. l. 5. §. vlt. D. de obl. et act.* Paull. *Sent. Lib. II. tit. 6. §. 1.* naues: *l. 55. D. de condict. indeb.* negotiationem: *l. 45. D. de oper. libert. l. 11. §. 3. D. de inſtit. act. l. 5. §. 3. D. de iur. immun.* duas negotiationes: *l. 5. §. 15. D. de tribut. act.* per Pamphilum et Diphilum, prius ſeruos, poſtea libertos: *l. 58. D. de adminiſtr. et peric.* genus negotiationis in taberna exerceri ſolitum: *l. 23. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* transmarinas negotiationes per ſeruos et per libertinos: *l. 10. D. qui, et a quib.* negotium: *l. 19. §. 1. D. de inſtit. act. l. 58. D. de adm. et per. tut. l. 88. §. 3. D. de legat. II. l. 8. D. de vacat. et exc. mun.* genus negotii: *l. 18. D. de iur. patr.* negotium patroni: *l. 38. D. de op. libert.* ſuum: *l. 3. §. 2. D. naut. caup. ſtab.* ſuo nomine: *l. 47. D. de adminiſtr. et peric. tut.* operas turpes: *l. 16. D. de op. libert.* pecunias: *l. 35. §. vlt. D. de hered. inſtit.* pecunias foenore: *l. 7. D. depoſ.* piſtrinum: *l. 18. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr. leg. l. vlt. D. de excuſat.* et apud Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 64.* Sueton. *in Aug. Cap. IV. Et modo vnguentariam tabernam, modo piſtrinam Ariciae* EXERCVISSE, *obiicit:* quaeſtum corpore: *l. 43. §. 6. D. de rit. nupt.* ſtabulum: *l. 1. §. 5. l. vlt. §. vlt. D. naut. caup. ſtabul. l. 5. §. vlt. D. de obl. et act.* tabernam: *l. 88. §. 3. D. de legat. II. l. 13. §. vlt. D. de inſtit. act.* Paull. *Lib. II. tit. 26. §. 11. l. 15. D. de inſtr. vel inſtrum. leg* duas tabernas eiuſdem negotiationis: *l 5. § 15 D de tributor. act* EXERCVISSE tabernam vnguentariam: Sueton. *in Aug. Cap. IV.* vectigal. *l. 9 §. 6. D. de publican. et vectigal l. 13. D. de pollicit. l 6. §. 2. D. de decurion. l. vlt. C. quib. mun* vectigalia noua: *l. 10. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Cicero *pro lege Manil. Cap VI. Quo tandem animo eſſe exiſtimatis aut eos, qui vectigalia vobis penſitant, aut eos, qui* EXERCENT, *atque exigunt?* vitam venaliciariam. *l. 73 § vlt. D. de legat. III.* vſuras *l. vlt. D de pecul legat.* ¶. 2. EXERCERE, interdum ſignificat intendere, inſtituere, veluti, quum dicimus: EXERCERE accuſationem; *l. 18. C. de his, qui accuſ non poſſ* actionem: *l. 32. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 1. §. 1. D. de ſeru. corrupt. l. 27. §. 14. D. ad leg. Aquill. l. 34. D. de obl. et act. l. 31. §. vlt. D. de recept. qui arbitr. l. 32. D. de dol. mal. l. 32. D. de iudic. l. 20. D. de inoffic. teſt. l. 7. C. de dol. mal. l. 12. C. de pact. l. 1. C. de donat. l. 2. C. de rei vind. l. 14. C. de inoffic. teſtam. l. 6. C. mandat. l. 1. C. de ſeruit. l. 3. C. commod. l. 1. C de praed. min.* actiones: *l. 13. D. de oblig. et act. l. 17. D. de hered. petit. l. 20. D. de inoff. teſt. l. 60. D. de procur. l. 5 §. 1. D. vt legat. ſeu fideicomm. l. 9. C. de procurat. l. 1. C. quand. ex fact. l. vlt. C. qui pro ſua. l. 1. C. de precar. l. 7. D. de iur. delib. l. 18. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* EXERCERE actiones procuratorem: *l. 4. C. de furt.* EXERCENDAE actionis copia tribuatur: *l. 1. C. de inoffic. donat.* EXERCERE adpellationem: *l. 10. C. de adpellat.* cauſſas adpellationis: *l. 4. C. mand.* cauſſam principalem: *l. 30. D. de iureiud.* EXERCET cognitionem patronus, id eſt, perſequitur: *l. 1. D. ſi ingenuus.* EXERCERE conſilium: *l. 2. D. de offic. eius cui mand. iurisd.* crimen: *l. 7. C. ad leg. Iul. de adulter.* exceptionem: *l. 29. D. mandat.* excuſationis cauſſas: *l. 45. D. de excuſ.* hereditatis petitionem: *l. 20 D. de inoffic. teſt.* incendia ciuiliter, id eſt, accuſationes incendiariorum: *l. 28. §. 12. D. de poen.* iudicium: *l. 20. D. de accuſ. l. 29. D. de liberat. leg. l. 7. §. 2. D. comm. diuid. l. 42. D. de noxal. act. l. 42. D. de locat.* EXERCETVR ius: *l. 41. §. 4. D. de teſtam. milit.* EXERCET ius ſuum creditor: *l. 17. §. 11. D. de Aedilit. edict.* litem, id eſt, perſequi; *l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr.*

bitr. l. 4. C. de reb. cred. l. 10. C. de adpell. fideiuſſor de EXERCENDA lite: *l. 1. C. de SC. Turpill. l. 3. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* EXERCETVR petitio: *l. 7. C. de petit. hered.* EXERCERE praeſcriptionem: *l. 12. D. de exception.* prouocationem. *l. 2. §. 3. D. de iudic. l. 2. C. de procur. l. 6. §. vlt. C. de adpellat.* ¶. 3. EXERCERE etiam aliquid dicitur, quicumque iure ſuo qualicumque vtitur. Sic: EXERCERE Falcidiam: *l. 22. §. 1. l. 18. D. ad leg. Falcid. l. 55. D. ad SC. Trebell.* iudicium publice: *l. 10. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Quo minus iudicia tuto EXERCEANTVR: *d. l. 10.* Quinctilian. *Declam. CCCXII. Frequenter iudicia huiusmodi* EXERCENTVR. EXERCERE iurisdictionem: *l. 3. C. de procurat.* legem commiſſoriam: *l. 3. l. 4. §. 2. l. 6. §. vlt. D. de leg. commiſſor.* legem conuentionis: *l. 3. C. de pignorib.* legem dictam: *l. vlt. §. vlt. D. de reſcind. vendit.* legem venditionis: *l. 8. C. de diſtract. pign.* obligationem: *l. 2. C. de contrah. et committ. ſtipul.* ordinem iudiciorum publicorum capitalium: *l. 8. D. de publ. iud.* ordinem iuris: *l. 4. C. de patr. poteſt.* piſcationem: *l. 13. D. commun. praed.* poteſtatem: *l. 1. D. de offic. proconſ.* poteſtatem legis: *l. 1 §. 1. D. ad SC. Turpill.* poteſtatem patriam: *l. vlt. D. de liber. exhib. l. 7. §. vlt. D. de lib. hom. exhib.* poteſtatem vendendi pignoris: *l. 4. D. de diſtract. pign.* preces: *l. 1. C. quando libell.* priuilegium: *l. 37. D. de iur. fiſc. l. 8. D. depoſit.* quaeſtionem: Cic. *Lib. II. de finib. Cap. 16. Quum Praetor inter ſicarios quaeſtionem* EXERCERET. Sueton. *in Iul. Cap. XI. In* EXERCENDA *de ſicariis quaeſtione.* Liu. *Lib. IX. Cap. XXVI. In me primum, et hunc M. Foslium quaeſtiones* EXERCEATIS. ¶. 4. EXERCERI dicitur, quidquid ſiue bene, ſiue male agitur. Sic EXERCERE beneficium: *l. 8. D. de collat. bonor.* damnum: *l. 49. D. de admin. et peric. tut.* liberalitatem: *l. 1. D. de donat.* miſericordiam: *l. 7. D. depoſit.* munificentiam: *l. 1. D. de donat.* ſaeuitiam. *Auct. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 3.* ¶. 5. [EXERCERE, colere: EXERCERE agros: *l. 10. C. Theod. de luſtr. collat. Lib. XIII. tit. 1.* EXERCERE ſtudio cultionis: *l. 33. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.* loca abſentium ſqualida et ſitu diſſimulationis horrentia: *l. 11. C. Theod. de veteran. Lib. VI. tit. 10.*] poſſeſſionem, id eſt, fundum colere: *l. 12. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* et apud Varron. *Lib. I. de re ruſt. Cap. 2.* [*l. vn. C. Theod. de saturian. Lib. VI. tit. 19*] Et huc pertinet elegantiſſimus locus Horatii *Epod. II. v. 1.*

Beatus ille, qui procul negotiis,
Vt priſca gens mortalium,
Paterna RVRA *bobus* EXERCET *ſuis,*
Solutus omni foenore.

Nec non alter Virgilii *Georg. Lib. II. v. 356.*

Aut preſſo EXERCERE *ſolum ſub vomere.*

¶. 6. EXERCERE, agitare, mouere, praeparare ad aliquid. EXERCET ſe athleta: *l. 5. D. de naut. foen.* EXERCERE feras: id eſt agitare. *l. 62. §. 1. D. de vſufr.* Silius Ital. *Lib. XV.*

Vt quum venatu ſaltus EXERCET *opacos Dictynna.*

Qui EXERCENT homines, qui agros colunt: *l. 8. D. de inſtruct. vel inſtr. legat.* Et hic vſus verbi EXERCERE, quando de ſeruis dicitur, elegantiſſimus eſt. Ei enim locus eſt, quoties patresfamilias homines ſuos ocioſos eſſe non patiuntur, ſed eos opus facere ſine intermiſſione cogunt. Terent. *Heaut. Act. I. ſcen. 1. v. 21. Quod in opere faciundo operae conſumis tuae, ſi ſumas in illos exercendo, plus agas.* HEIN. EXERCENTVR operibus milites: *l. 12. §. 1. D. de re milit.* EXERCENTVR inter ſe pugiles. *l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquil.*

[EXERCITARE, frequentatiuum a verbo priore. *§. 4. Inſt. de lege Aquill. Dum iaculis ludit, vel* EXERCITATVR.]

EXERCITATIO litis: *l. 8. §. 3. D. de fideiuſſ.* ad eam producere milites. *l. 12. §. vlt. D. de re milit.*

EXERCITIO artis: *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XV. §. 2.* iudicii: *l. 15. D. vt legator.* iudicii publici: *l. 1. D. de offic. ei. cui mand. eſt iurisd.* nauium: *l. 1. §. 20. D. de exercit. act.* Quia publicani EXERCITIONEM habent noxae. *l. 200. D. de verb. ſignif.*

EXERCITOR nauis, cauponae, ſtabuli. *l. 5. §. vlt. D. de oblig. et action. l. 3. §. 3. l. 6. §. vlt. l. vlt. §. 3. D. naut. caup. ſtabul.* Adpellatur autem EXERCITOR nauis, ad quem obuentiones omnes et reditus nauis perueniunt: ſiue is dominus nauis ſit, ſiue a domino per auerſionem conduxerit: *l. 1. §. 15. D. de exercit. act. l. 1. D. furt. adu. naut.* vel, vt Iuſtinianus definit, ad quem quotidianus nauis quaeſtus pertinet. *§. 1. Inſt. quod cum eo.* Κατ' ἐξοχὴν tamen ita vocantur domini nauium. DOMINI NAVIVM CARTHACINENSIVM EX AFRICA. Reineſ. *Inſcr. Claſſ. III, 21.* Add. *l. 1. l. 2. C. Theod. de nauib. non excuſ.* HEIN.

EXERCITORIA actio tunc habet locum, quumquis ſeruum ſuum magiſtrum naui praepoſuerit, et quid cum eo, eius rei gratia, cui praepoſitus erat, contractum fuerit. *§. 2. Inſt. quod cum eo, qui in alien. pot.* Vetus Gloſſarium Graecum: EXERCITORIA *actio,* ἡ κατὰ τοῦ ἐξερκίτορος ἀγωγὴ, *actio contra exercitorem.* Alias: ἀγωγὴ ἡ κατὰ τοῦ προεστῶτος τῆς νηός· ἔστι δὲ πραιτωρία καὶ περπετύα. *actio contra exercitorem naui. Eſt vero praetoria, et perpetua.*

EXERCITVS. Ita non vnam cohortem, neque vnam alam dicimus, ſed numeros multos militum. EXERCITVI enim praeeſſe dicimus eum, qui legionem, vel legiones cum ſuis auxiliis, ab Imperatore commiſſis, adminiſtrat *l. 2. §. 1. D. de his, qui not. infam.* EXERCITVS vero nomen ab exercitatione traxit. *l. 1. D. de teſtam. milit.* Cuius de nominis notatione ſi quis plura ſcire aueat, adeat Veget. *Lib. I. Cap. 4.* [et Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 282. ſequ*]

¶ 2. Huc pertinent loquutiones: Qui EXERCITVM accipit: *l. 9. D. de cuſtod.* EXERCITVM comparare: *l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 29. §. 1.* EXERCITVM populi Rom. deſerere: *l. 2. l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.* EXERCI-

TVS

TVS cum magna vi ingreſſus: *l. 18. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* EXERCITVI paratae res: *l. 9. §. 7. D. de re milit.* EXERCITVS praeteriens per laſciuiam aliquid abſtulit: *l. 15. §. 2. D. locat.* Officium regentis EXERCITVM: *l. 12. D. de re milit.* EXERCITVM ſucceſſori non tradere: *l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.* Quod ob tranſitum EXERCITVS confertur ex fructibus: *l. 27. §. 3. D. de vſufruct.* Officium tribunorum, vel eorum, qui EXERCITVI praeſunt: *d. l. 12. §. vlt. D. de re milit.* EXERCITV veniente, migrauit conductor. *l. 13. §. 7. D. locat. conduct.*

EXERERE, vid. infra EXSERERE.

EXH.

EXHAVRIRE, exanire, vel ita erogare, vt nihil maneat reliqui. EXHAVSTIS apothecis: *l. 40. D. de ſtatulib.* Omnia bona a matre in dotem EXHAVSTA: *l. 1. C de inoffic. donat.* EXHAVRIRE facultates: *l. 30. D. de re iud. l. 4. C. in quib. cauſſ. pign.* vniuerſas facultates, factis donationibus: *l. 1. l. 6. C. de inoffic. donat.* [Sic EXHAVSTIS *patriae facultatibus*, dixit Corn. Nepos *in Hannib. Cap. VI.* et EXHAVSTA *ſumtibus patria*, Idem *in Hamilc. Cap. I.* EXHAVRIRE legatis heredem: Plin. *Lib. V. Epiſt. V. Heredem inſtituit ex aſſe, ſed legatis ita* EXHAVSIT. EXHAVSTA hereditas legatis: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 8. §. 1.* et *Lib. IV. tit. 5. §. 5.* Quamuis de mea portione nihil EXHAVSTVM ſit: *l. 21. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* EXHAVSTA pars hereditatis: *l. 78. D. ad leg. Falcid. l. 32. D. eod. tit.* EXHAVRIRE patrimonium: *l. 8. D. de decur. l. 4. C. de inoffic. donat. l. 1. C. de condict. ex leg.* peculium: *l. 4 §. 5 D. de pecul.* EXHAVSTVS ſemis hereditatis: *l. 77. l. 87. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* EXHAVRITVR totum, quod legatum eſt, emergente debito, vel conditione aeris alieni exſiſtente. *l. 1. §. 11. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* [EXHAVRIRE vires principalis negotii: *l. 3. C. Theod. de diuerſ. reſcript. Lib. I. tit. 2.*] ¶. 2 EXHAVSTVM eſſe, pro conſumto elapſoque tempore. EXHAVSTVM ſpacium: *l. 1. C. Theod. de reparat. adpellat. Lib. XI. tit. 31.* Eodem ſenſu EXHAVSTAM noctem dixit Tacitus *Lib. IV. Hiſtor. Cap. 29.* et EXHAVSTVM annum Lucanus] *Lib. V. v. 44.* in illo:

Noſtrum EXHAVSTVM *ius clauditur anno.* HEIN.

EXHEREDARE, eſt eum, qui alioquin portionem legitimam accipere debebat, ab hereditate repellere. *l. 8. l. 11. D. de lib. et poſtum. l. 13. D. de iniuſt. rupt. irrit.* Itaque ſoli heredes EXHEREDANTVR, qui ipſo iure exheredes eſſent. Extranei inepte EXHERDARI dicuntur, ad quos absque eo etiam hereditas peruentura non eſſet. *l. 132. D. de verb. obligat.* Quo pertinet illud Quinctiliani *Inſtit. orat. Lib. III. Cap. 7. Superuacuum enim fuiſſe probiberi patris bonis abdicatum, ſi eſſet numero alienorum.* EXHEREDARI ergo proprie eſt iudicio parentis meritis de cauſſis a ſucceſſione, quae velut debita eſt, ſubmoueri, vt loquitur Paullus, in *l. vlt. D. de bon. damnat.* Ac plane

EXHEREDARI, ſubmoueri, remoueri, pro iisdem vſurpat Vlpianus, *l. 3. §. 2. et ſequ. D. de lib. et poſtum.* Extranei vero tum demum EXHEREDANTVR, quum prius ſcripti, in certum caſum hereditate excluduntur: vt in *l. 27. D. ad leg. Falcid. l. 17. §. 2. D. de teſt. milit. l. 41. §. 8. D. de legat. III. l. 44. D. de hered. inſtit.* et in formula cretionis, apud ab VLPIANVM *Regul. tit. XXII. §. 27.* At medio acuo tam fuit laxa et vaga huius verbi notio, vt EXHEREDARI vel EXHEREDITARI dicerentur, quicumque non modo ſperata hereditate excidereent, ſed et bonis poſſeſſis ſpoliarentur. *Capitular. Lib. VI. §. 282.* Auctor *Hiſt. Landgr. Thuring. ad ann. MCCLXXXVII. Albertus, Landgrauius, dolens de malis, ſibi a filiis illatis, volensque eos* EXHEREDARE, (id eſt, terris diuenditis diſſipatisque, eos ſpe ſucceſſionis priuare,) *vocauit filium ſuum Apetz.* Immo et, qui ſeipſos, ſiue liberalitate, ſiue profuſione, bonis exuebant, ſeſe EXHEREDITARE dicuntur Saluian. *de auarit. Lib. III. p. 100. edit. Balutz. Si illi tunc ob Deum donantes omnia ſua, etiam ſeipſos* EXHEREDITAVERE *viuentes.* Denique et res aliquando EXHEREDITARI feruntur, partim quae familia exeunt, veluti in conſtitutione Leduini, Abbatis S. Vedaſti apud Martene *Collect. Tom. I. p. 382.* partim, quarum nullus heres vel poſſeſſor eſt. ill. Ludewig *Reliquiar. Tom. V. p. 619.* Obſeruarunt hoc iam Petr. Pithoeus *in Gloſſar ad libros Capitular. p. 720. Tom. II. Capitul. Baluz.* et Monachi Benedictini in *noua edit.* Car. du Freſne *Gloſſar. Tom. II. p. 244.* HEIN. ¶. 2. Sic EXHEREDATVM aliquem facere: *l. 24. C. de legat. l. 22. D. de inoffic. teſt. l. 21. §. vlt. D. de iur. patron.* EXHEREDARE nominatim, pure, ante heredis inſtitutionem, inter medias heredum inſtitutiones, inter ceteros: *l. 1. l. 2. l. 3. §. 1. 2. 5. D. de liber. et poſtum. l. 3. §. 1. D. de iniuſt. rupt. irr.* EXHEREDARE filium: quod fit non tantum, ſi ita dixerit pater: FILIVS EXHERES ESTO, ſed et, ſi ita: ILLE FILIVS MEVS ALIENVS MEAE SVBSTANTIAE FIAT. *l. 3. C. de liber. praet.* Quin etiam a matre militeue praeteriti, pro EXHEREDATIS habentur. *l. 47. §. vlt. D. de bon. libert.* Hinc illud in *l. 12. D. eod. tit. Si patronus, teſtamento iure militari facto, filium ſilentio* EXHEREDAVERIT. EXHEREDATVS a primo, vel ſecundo gradu: *l. 3. §. vlt. l. 13. l. 14. D. de lib. et poſt. l. 3. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irr. fact. teſtam. l. 43. §. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 8. §. 1. D. de bonor. poſſ. contra tab.* ab herede inſtituto: *l. 5. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact.* a primis heredibus: *l. 14. D. de lib. et poſt.* Multi non notae cauſſa EXHEREDANT: *l. 18. D. de liber. et poſtum.* id eſt, non mala mente, vt in *l. 12. §. 2. D. de bon. libert.* EXHEREDARE ab vnius perſona: *l. 3. §. 2. D. de lib. et poſtum.* a ſubſtituto. *l. 8. D. eod. tit. l. 14. §. 1. l. 19. D. de iniuſt. rupt. irrit. teſt.*

EXHEREDATIO. EXHEREDATIONIS nota: *l. 20. D. de bon. poſſ. contra tab. l. 1. pr. D. de coniung. cum emancip. l. 10. C. de teſtam. milit. l. 18. C. de inoff. teſtam.* EXHEREDATIO, non notae gratia, ſed alio conſilio adiecta. *l. 47. D. de bon. libert.*

EXHERES. EXHEREDEM eſſe: Cic.

Digitized by Google

EXH. EXH.

Cic. *Lib. I. de Orat. Cap. 38. Poſſetne paternorum bonorum* EXHERES *eſſe filius, quem pater teſtamento neque heredem, neque* EXHEREDEM *ſcripſiſſet nominatim.* EXHERES eſſe iusſus: *l. 19. D. de lib. et poſtum.* EXHEREOEM facere: Plaut. *Bacchid. Act. IV. ſcen. 8. v. 8.* EXHEREOEM ſcribere: *l. 8. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 17. §. 2. D. de teſt. milit. l. 1. §. 8. D. de Carbon. edicto* EXHEREDES ſcripti. *l. 5. D. ſi tab. teſt. null. exſt. vnd. lib.*

EXHIBERE, eſt ſiſtere quem, et praeſentiam corporis facere. *l. 22. D. de verb. ſign. et l. 4. D. qui ſatisd. cog.* [*l. vlt. D. in ius voc. vt eant. l. 1. pr. D. ſi ex nox. cauſſ.*] ¶. 2. Quod ad actionem *ad exhibendum* attinet, EXHIBERE eſt facere in publico poteſtatem, vt ei, qui agit, experiundi ſit copia, *l. 2. D. ad exhib.* vel, vt Vlpianus ſcribit, in eadem cauſſa praeſtare, in qua fuit, quum iudicium acciperetur, vt quis copiam rei habens, poſſit exſequi, actione, quam deſtinauit, in nullo caſu, quam intendit, laeſa: *l. 9. §. 5. D. ad exhib.* adeoque is EXHIBET, qui praeſtat eius rei, qua de agitur, praeſentiam. *l. vlt. D. de verb. ſign. l. 4. D. qui ſatisd. cog.* Sed et in interdicto *de tabulis* exhibendis EXHIBERE eſt materiae ipſius deprehendendae copiam facere. *l. 3. §. 8. D. de tab. exhib.* Similiterque in interdicto *de libero homine exhibendo* EXHIBERE eſt in publicum producere, et videndi tangendique hominis facultatem praebere. *l. 3. §. 8. D. de lib. hom. exb.* ¶. 2. Et hoc modo EXHIBENTVR tam *perſonae*, quam *res* et *inſtrumenta*. Sic: EXHIBERE quem apud acta: *l. 17. D. de in ius voc.* cautiones: *l. 22. D. de condit. et demonſtr.* cautiones hereditarias: *l. 5. D. famil. erciſc.* debitorem in iudicium: *l. 28. §. 2. D. de iureiur.* filium: *l. vlt. D. de lib. hom. exb. l. 1. §. 1. D. de inſpic. ventr.* apud magiſtratum fugitiuos: *l. 1. D. de fugitiu.* inſtrumenta: *l. 28. §. 1. D. de adpellat. l. 5. l. 82. D. de cond. et demonſtr. l. 10. D. de in lit. iur. l. 52. D. de act. emt. l. 2. §. 1. D. de iur. fiſc.* inuentaria, et alia inſtrumenta: *l. 22. D. de adminiſtr. et peric. tut.* EXHIBERE, quem iudicio ſiſti promiſimus: *l. 45. §. 3. D. mand.* latitantem: *l. vlt. D. de lib. hom. exhib.* mandatorem: *l. 24. D. de iur. fiſc.* materiam: *l. 47. D. de act. emt.* porcos: *l. 44. D. de adquir. rer. dom.* populo Romano damnatos ad beſtias: *l. 3. D. de poen.* EXHIBERE rationes: *l. 41. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 1. D. de tutel. et rat. diſtr. l. 28. D. de adpell. l. 50. D. de condit. et demonſtr.* rem: *l. 8. D. de alien. iud. mut. l. 38. D. de iudic.* res depoſitas: *l. 5. §. 1. D. depoſ. l. 25. D. eod. tit.* res ablatas. *l. 16. D. de offic. praeſ.* Si quis reum criminis, pro quo ſatisdedit, non EXHIBVERIT: *l. 4. D. de cuſtod. et exhib.* qui EXHIBENDI poſtulati ſunt: *l. 2. §. vlt. D. eod. tit.* ſcripturam: *l. 5. §. 2. D. vt legat. vel fideic.* ſcyphis omnibus exhibitis: *l. 4. D. de opt.* EXHIBERE ſeruum verberandum: *l. 17. §. 4. D. de iniur.* ſpecies auri: *l. 27. D. de pign. act.* tabulas: *l. 2. §. vlt. D. de accuſat. l. 6. D. de leg. Corn. de falſ.* tabulas teſtamenti: *l. 1. D. de tab. exhib.* et apud Sueton. *in Vitell. Cap. XIV.* teſtamenta: *l. 2. §. 3. D. teſt. quemadm. op. l. 2. D. de ſer.* venditorem. *l. 5. C. de furt.* Et ad exhibitionem talium rerum comparata eſt actio ad EXHIBENDVM *l. 1. D. de tign. iunct. l. 1. D. de priuat. delict. l. 7. D. furt. adu. naut. caup. ſtabul. l. 22. §. vlt. D. de act. rer. amot. l. 12. §. 1. D. de poſit. l. 63. D. de legat. II. l. 5. D. de in lit. iur. l. 30. D. de pecul.* Hinc: ad EXHIBENDVM agere: *l. 8. D. rat. rem. hab. l. 56. D. de procurat. l. 2. D. de trit. vin. ol. l. 8. §. vlt. D. de opt. vel elect. leg. l. 18. D. de except. rei iudic. l. 25. D. locat. l. 3. D. depoſ. l. 38. D. de pecul. l. 3. D. teſt. quemadm. aper.* Ad EXHIBENDVM agi: *l. 29. D. de furt. l. 16. D. de vſurpat. l. 8. D. de opt. vel elect. leg. l. 30. D. de contr. emt. l. 3. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 9. §. vlt. D. de interdict. l. 2. D. de iure dot. l. 2. D. de in lit. iur. l. 3. D. expil. hered.* Ad EXHIBENDVM agendum: *l. 16. D. de vſurp. et vſucap.* ad EXHIBENDVM cogi: *l. 17. D. de in ius voc.* teneri. *l. 44. D. de adquir. rer. dom. l. 27. D. de pignor.*

¶. 3. EXHIBERE, idem, ac praeſtare. Sic EXHIBENTVR angariae: *l. 1. C. ſumt. ini mun.* actiones: *l. 57. D. de legat. I.* caro: *l. 10. C. de act. emt.* cibus, aut potus: *l. 1. §. 1. D. de mun. et honor.* condictio: *l. 35. §. 4. D. de act. emt.* culpa: *l. 5. §. 12 D. commodat.* cuſtodia: *l. 19. C. de pignor.* diligentia: *l. 2. §. vlt. D. de peric. et commod. l. 17. D. de iur. dot.* fauur. *l. 26. D. de fideicomm. libert.* fideicommiſſum: *l. 63. D. ad SC. Trebell.* fides: *l. 47. D. de bon. libert. l. 8. D. de tutel. l. 23. l. 25. C. famil. erciſc. l. 6. C. commun. vtr. iud. l. 7. C. de rer. permut. l. 2. C. de dot. promiſſ. l. 1. C. ad leg. Falcid.* Non EXHIBITA fide: *l. 1. §. vlt. D. de praeſcr. verb.* EXHIBETVR honor: *l. 4. §. 16. D. de dol. except.* [inſtar humanitatis: *l. 6. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.*] EXHIBENDAE inſtructionis ſpacium: *l. 1. C. de dilat.* merces: *l. 1. §. 18. D. de exerc. act.* miniſterium: *l. 17. D. ad municipal.* negligentia: *l. 10. D. de compenſ.* obſequium parentibus, patronis: *l. 9. §. 3. D. de offic. proconſ.* operae mercede: *l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* operae artificum praediis: *l. 12. §. 42. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* operae patrono: *l. 17. D. ad municipal.* ei, cui bona fide ſeruit. *l. 23. D. de adquir. rer. domin.* partes iuriſdictionis: *l. 6. C. de inoffic. donat.* partes ſuas: *l. 5. C. de in lit. iur.* patrocinium: *l. 2. C. de aduoc. fiſc.* pudicitiam: *l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* reuerentiam: *l. 5. C. de patr. poteſt.* EXHIBENDA eſt reuerentia: *l. 4. §. 16. D. de dol. except.* EXHIBERE vicem teſtamenti. *l. 16. D. de iur. fiſc.* ¶. 4. EXHIBERE, pro edere. EXHIBERE nomina teſtium. *l. 59. D. de recept. arbitr.* ¶. 5. EXHIBERE, pro alere et educare. EXHIBENDAM, id eſt, alendam: *l. 10. §. vlt. D. de aliment. vel cibar.* EXHIBERE familiam: *l. 10. §. 7. D. de in rem verſ. l. 34. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 34. D. de negot. geſt.* filiam: *l. 5. pr. §. 5. §. 7. §. 14. D. de adgnoſc. lib. l. vlt. D. de dol. except.* EXHIBERI a libertis: *l. 1. §. 2. D. de off. praef. vrb.* ad nautas EXHIBENOOS mutuatus: *l. 1. §. 7. D. de exercit.* EXHIBERI a parente: *l. 5. D. de adgnoſc. et al. liberis* parentes a filio: *l. 5. §. 15. D. de agnoſ. et alend. liber.* EXHIBERE ſeruos: *l. 20. §. vlt. D. de in rem verſ.* vxoris EXHIBENDAE onus; *l. 60. §. 3. D. mand.* vxorem propriis ſumtibus exhibere: *l. 42. §. 2. D. ſolut. matr.* [Ceterum vocabulum EXHIBERE, hoc ſenſu, proprium eſſe iuriſconſultorum, dicit Hugo Grot. *In Not. ad Epiſt.*

EXH.

☞ *I. ad Timoth. Cap. VI. v. 8.*] Neque tamen alii eius aetatis ſcriptores hanc notionem plane ignorant. Nam et Iuſtinus verbo hoc ita vſus eſt, veluti *Lib. IX. Cap. 10. Quae non patrimonii ditet Scythas, ſed vix alimentis* EXHIBEAT. Idem *Lib. XI. Cap. 10. Miſere vitam* EXHIBENTEM. Similiter Lactant. *de mort. perſequ. Cap. VII. et XI.* vbi Graeuius, et, cui nos totam hanc obſeruationem debemus, Duckerus *de Latin. vet. iuriſc. p. 436.* Non ergo barbarum eſt, ſed antiquitatem eruditam redolet illud Vet. Vulg. *Act. XXVIII, 7. Qui nos ſuſcipiens, triduo benigne* EXHIBVIT. HEIN.

¶. 6. [EXHIBERI, pro euocari, et ad maius iudicium deduci. *rubr. C. quand. imp. inter. pupill. vel vidu. l. 6. C. de profeſſ. et med.*]

EXHIBITIO, productio, qua in iudicio quis ſiſtitur, vel alicuius rei experiundae fit copia. EXHIBITIO accuſati: *l. 9. C. de quaeſt.* aceti, ad deguſtandum puta: *l. 3. D. de opt. et elect.* damnati ad beſtias: *l. 31. D. de poen.* debitoris: *l. 27. §. 2. D. de iureiur.* eius, qui fideiuſſorem dederat iudicii ſiſtendi cauſſa: *l. 4. D. qui ſatisd. cog.* liberorum: *l. 3. D. de lib. exhib.* reorum: *rubr. D. de cuſtod. et exhib. reor.* tabularum. *l. 2. §. 7. D. teſtam. quemadm. aper.* ¶. 2. EXHIBITIO praeſtatio. Ita pro praeſtatione fideicommiſſi accipitur *l. 10. D. quae in fraud. cred.* EXHIBITIO curſus publici: *l. 14. C. de curſ. publ.* EXHIBITIONIS onus: *l. 3. l. 5. C. de aduoc. diu. iud.* vbi fortaſſis exhibendarum angariarum munus ſignificat. *l. 7. C. ſumt. iniunct.* ¶. 3. EXHIBITIO pro editione: EXHIBITIO thermarum. *l. vn. C. Th. de mancip. therm. vrb. Lib. XIV. tit. 5.*

¶. 4. EXHIBITIO, pro alimentis et victu. *l. 3. §. 1. D. vbi pupill. l. 26. §. vlt. D. quand. dies legat.* et apud Tertullian. *de idololatr. Cap. VI. VIII. et XII. de coron. milit. Cap. VIII.* et *de Monogam. Cap. VIII. et XVI.* EXHIBITIO educationis: *l. vlt. C. de aliment. pupill.* Ad EXHIBITIONEM certam ſummam praeſtabat: *l. 98. D. de adquir. vel omitt. heredit.* Ad EXHIBITIONEM vxoris promiſſae vſurae: *l. 69. §. 3. D. de iur. dot.* Ad EXHIBITIONEM mancipiorum repoſitum frumentum. *l. 18. §. 9. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.*

EXHIBITORIVS, A, VM. EXHIBITORIVM interdictum: *l. 6. D. de confeſſ. l. 3. §. 7. D. de tab. exhib. l. 1. D. de interd. l. 3. D. de lib. exhib.* EXHIBITORIA autem interdicta ſunt, per quae iubetur exhiberi, veluti eum, cuius de libertate agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberos, qui in poteſtate eius ſunt. *§. 1. Inſt. de Interdict.*

EXHORTARI. *l. 20. D. de his, qui not. infam.*]

EXI.

EXIGERE cum effectu accipimus. EXIGERE enim eſt, quod ſibi debetur per iudicem aut ſine iudice repoſcere et auferre, ad eius ſolutionem praeſtationemue debitorem vrgere et compellere, denique ſuum ab inuito vel ceſſante debitore conſequi. Igitur, qui, interpellato cum inſtantia debitore, ad ſuum perueniunt, EXEGISSE dicuntur. EXACTVMque accipimus, quod non vltro, ſed vel imminente iudice, aut alias vrgente creditore, ſolutum eſt ac praeſtitum. Non. Marcell. EXIGERE, *debitum repetere.* Idcirco illa: *non* EXEGERAT, ſed debitor *vltro* pecuniam *obtulerat*, opponuntur in *l. 11. §. 13. D. de legat. III.*

¶. 2. Hinc EXIGERE poſſe dicitur, qui actionem habet: *l. 64. §. 6. D. ſolut. matr.* EXIGI contra poſſe negatur, cuius nulla actio petitioque eſt. *l. 52. D. eod. tit.* ¶. 3. Et ita EXIGERE ſiue per iudicem, ſiue extra iudicium, varie poſcere, poſtulare, deſiderare quis dicitur. Quas formulas ordine alphabetico, diſtinctis ob ingentem earum cumulum paragraphis, diſponemus. Sic EXIGERE per actionem: *l. 38. D. de iudic.* actione: *l. 9. D. de liber. legat.* actio EXIGIT dolum: *l. 1. §. 1. D. ſi menſor. falſ. mod.* Illud haec actio EXIGIT: *l. 31. §. 18. D. de Aedil. edict.* EXACTI ad diem numi: *l. 86. D. de leg. III.* EXIGENTE materno adfectu: *l. 5. §. 14. D. de adgnoſc. et alend. lib.* EXIGIT adminiſtratio: *l. 12. D. de curat. furioſ.* aequitatis ratio: *l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vendit.* rei aequitas: *l. 28. §. 2. D. de adpellat.* Si quid eſt, quod maiorem animaduerſionem EXIGAT: *l. 11. D. de offic. proconſ.* EXIGERE annonam: *l. vlt. §. 26. D. de muner. et honor.* ante diem: *l. 44. D. de obl. et act.* EXIGIMVS auctoritatem: id eſt, deſideramus. *l. 1. §. 16. D. de exercit. l. 6. §. 5. D. de confeſſ.* ¶. 4. EXIGIT bona fides: *l. 21. l. 23. D. locat.* EXIGITVR bona fides. *l. 11. l. 51. D. depoſ.* ¶. 5. Prout cauſſa EXEGERIT: *l. 1. §. 19. D. de quaeſt.* EXIGERE cautionem: *l. 11. §. 18. D. de leg. III. l. 54. D. ad SC. Trebell. l. 13. §. 11. D. de damn. infect. l. 1. §. 15. l. 8. D. de magiſtr. conuen. l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ignor.* EXIGITVR cautio: *l. 48. pr. D. de iur. fiſc.* EXACTA eſt: *l. 73. D. de condit. et demonſtr. l. 114. §. 4. D. de legat. I. l. vlt. §. 1. D. de eo, quod cert. loc. l. 3. §. 1. D. de collat. bon.* non EXACTA: *l. 2. D. de magiſtr. conuen.* EXIGENDA: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 33. §. 5.* non EXIGENDA: *l. 1. §. 2. D. vt in poſſeſſ. legat.* a curatoribus: *l. 53. D. de manumiſſ. teſtam.* a debitore: *l. 59. §. vlt. D. mandat.* ab eo: *l. 21. §. 4. D. de ann. legat.* a patrono: *l. 13. §. 1. D. de tut. et curat. dat.* de rato: *l. 3. §. 2. D. vt in poſſeſſ. legat* EXACTIS chirographis: *l. 102. D. de legat. III.* EXIGITVR collatio dotis: *l. 20. §. vlt. D. de pact. dotal.* Prout temporis conditio EXIGIT: *l. 22. §. 1. D. de vſu et habit.* EXIGITVR conſenſus: *l. 6. D. de adopt. l. 7. D. de ſponſal.* Si crimen EXEGERIT: *l. 29. C. de adpellat.* EXIGERE culpam grauiorem: *l. 54. D. de adquir. rer. dom.* EXIGENDA culpa ab eo, vel non EXIGENDA. *l. 18. §. 1. D. ſol. matrim. l. 31. D. ad leg. Aquill.* ¶. 6. Quod alicui debetur, alius ſine voluntate eius non poteſt EXIGERE: *l. 39. D. de neg. geſt.* EXIGERE, quod debetur. *l. 15. §. 10. D. de re iud.* debitorem: *l. 15. D. de liberat. legat.* in EXIGENDIS debitoribus: *l. 5. §. vlt. D. de praeſcript. verb.* EXIGERE a debitoribus: *l. 25. §. 17. D. de hered. petit. l. 7. l. 15. D. de liber. legat. l. 6. D. de nouat. l. 5. §. 1. D. de praeſcr. verb. l. 3. D. de ſtatulib. l. 46. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 7. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 25. §. 18. D. de hered. petit.* dominicis: *l. 11. D. de pecul.* hereditariis: *l. 34. §. 9. D. de ſolut.* debita:

l. 2.

EXI.

l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend. l. 8. ſ. 3. l. 21. D. de liberat. leg. l. 58. D. de ſolut. l. vlt. C. de his qui ſub mod. EXIGENOIS debitis praepoſitus: l. 37. D. de adminiſtr. et peric. tut. EXIGIT debiti ratio: l. 8. ſ. 8. D. mandat. EXIGITVR defenſio: l. 5. D. iudic. ſolu. Nec totus dies EXIGITVR: l. 15. D. de diuerſ. temp. Poſtulationis prima dies EXIGITVR: l. 29. ſ. 8. D. ad leg. Iul. de adult. EXIGERE diligentiam ab herede: l. 47. ſ. 5. D. de legat. I. a procuratore: l. 3. ſ. 5. D. de iure fiſci. a tutoribus, et curatoribus: l. 33. D. de admin. et peric. tut. a miro: l. 24. ſ. 5. D. ſolut. matr. EXIGIT diſciplina: l. 4. D. de re milit. EXIGIT actio dolum: l. 1. ſ. 1. D. ſi menſ. falſ. mod. Quod genus loquendi vſurpat et Quinctilianus Declam. CCLIX. EXIGERE dotem: l. 65. D. de indic. l. 7. D. de cond. et demonſtr. l. 28. C. de iure dot. EXIGIT maritus ab heredibus ſoceri: l. 44. §. vlt. D. ſol. matr. pater a viro: l. 4. D. eod. tit. dotis partem dimidiam: l. 37. ſ. 4. D. de legat. III. EXIGITVR dos: l. vlt. D. de dot. coll. l. 20. ſ. vlt. D. de pact. dot. l. 52. D. ſol. matrim. EXIGENDA dos: l. 81. D. pro ſoc. l. 3. D. ſol. matrim. EXACTA: l. 43. D. de admin. et peric. tut. nondum EXACTA. l. 44. ſ. vlt. D. ſol. matrim.

¶. 7. EXIGERE ab emtore. l 4. ſ. 3. D. de leg. commiſſor. ¶. 8. Id EXIGIT fauor libertatis: l. 17. D. de manumiſſ. teſtam. EXIGERE fideicommiſſum: l. 41. ſ. 11. D. de legat. III. Furis animum furtum exigit. l. 41. ſ. 1. D. ad leg. Aquill. ¶. 9. EXIGERE illicite: l. 9 ſ. 5. D. de publican. EXIGERE indebitum: l. 20. ſ. 18. D. de hered. petit. id eſt, non debitam pecuniam: l. 22. D. rat. rem hab. vel non debitum: l. 2. ſ. 7. D. de her. vel action. vend. Nec ſcrupuloſa EXIGENDA ioquiſitio: l. 6. D. de iur. et fact. ign. Si hoc EXIGIT inquiſitionem: l. 4. D. de nou. op. nunc. Numquam exigimus inſtitutionem: l. 29. ſ. 10. D. de lib. et poſtum. EXIGERE ex inſtrumento: l. 49. D. ſol. matrim. EXIGIMVS intelligentiam ſermonis: l. 20. ſ. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ. EXIGIT interpretationem: l. 18. D. de pecun. conſtit. EXIGERE ab inuito per ioiuriam, ludos, vel pecuniam polliceri: l. 10. D. ad leg. Iul. de vi publ. EXIGERE iudicatum: l. 1. ſ. 1. D. de vſur. per iodicem, vel ſine iudice: l. 22. ſ. 1. D. rat. rem. hab. l. 8. D. de legat. III. Si EXEGI, vt iurares: l. 5. D. de iureiur. EXIGERE iusiurandum: l. 5. §. 14. D. de nou. op. nunc. l. 24. D. de bon. libert. l. 21. ſ. vlt. D. de noxal. act. l. vlt. D. de liber. cauſſ. ab aduerſario: l. 6. ſ. 2. D. de edend. a debitore: l. 40. D. de iniur. a fideiuſſore: l. 28. ſ. 1. D. eod. tit. propter rem: l. 14. D. eod. tit. EXACTVM iusiurandum: l. 31. D. eod. l. 11. D. de iniur. l. 13. D. de manum vind. EXIGITVR ioſſum: l. 62. ſ. vlt. D. de adqu. vel omitt. hered. EXIGERE iuſte: l. 24. D. quae in fraud. cred. ¶. 10. EXIGITVR continuus labor: l. 18. D. de aedil. edict. Non aduerſus omnes latitatio EXIOENDA: l. 7. ſ. 4. D. ex quib. cauſſ. in poſſ. eat. EXIGERE legatum: l. 24. ſ. 2. D. de legat. I. In EXIOENDO legato: l 108. ſ. 11. D. de legat. I. EXIGIT lex: l. 32. D. ad leg. Iul. de adult. Vlpian. Regul. tit. XVI. ſ. 1. Non EXIGIT lex, vt Quinctilian. Declam. CCCLXV. EXIGERE liberatiooem a pupillo. l. 3. ſ. 1. D. de contrar. tut. ¶. 11. Quae non magnam machinationem EXIGVNT: l. 14. D. de dol. mal. Si id EXIGAT magnitudo commiſſi: l. 22. C. ad leg. Cornel. de falſ. In quibus mandatum non EXIGIMVS: l. 40. ſ. vlt. D. de procur. EXIGERE mercedem: l. 13. ſ. 16. D. de act. emt. vend. doliorum: l. 1. ſ. 3. D. de peric. et commod. mercedis nomine a conductore: l. 68. D. de contrah. emt. EXIGENDO mercedes: l. 5. ſ. 22. D de adgnoſc. et al. lib. l. 3. D. iud. ſolu. Non EXIGENDVM omne momentum: l. 8. D. de condit. et demonſtr. EXIGVNTVR munera. l. 12. D. de mun. ¶. 12. Quum id fieri neceſſitas quaedam EXEGERIT: l. 12. C. Theod. de curſ. publ. EXIGENDI mandari neceſſitas: l. 12. C. de procurat. De EXIGENOO nomine mandare: l. 6. ſ. 2. D. de cond. indeb. EXACTA pecunia ex nominibus: l. 64. D. de legat. III. Ex nominibus EXACTIS: l. 28. ſ. 3. D. de liberat. legat. non amplius. l. 60. ſ. 2. D. mandat. ¶. 13. EXIGITVR officium a matre: l. 8. C qui pet. tut. EXIGERE officia a ſeruis: l. 20. D. de manumiſſ. teſt. EXIGERE operas: l. 13. § 3. D. de op. libert. l. 19. D. eod. operas impoſitas. l. 95. D. de legat. I. ¶. 14. EXIGIT Papinianus: l. 32. ſ. 19. D. de donat int. vir. et vxor. EXIGERE pecuniam: l. 4. D. quod falſ. tut. l. 49. D ſol matr. l. 58. D. ad SC. Trebell. l. 32. D. de oper. libert. l. 50. D. de legat. II. l. 40. ſ. vlt. D. de ſtatulib. l. 20. D. de condit. inſtitut. l. 53. ſ. 1. D. de furt. l. 21. §. vlt. D. de fideiuſſ. Plin. Lib. X. Epiſt. 34 et 52. l. 27. D. de re iud. Eam EXIGERE ſine mandato alieno nomine nemo poteſt: l. 5. ſ. 4. D. de praeſcript. verb. pecuniam foeneratam: l. 20. D. mandat. pecunias: l. 19 D de liberat. legat. pecunias hereditarias: l. 19 D. de liberat. legat. a colonis l. 91. D. de legat. III. a debitoribus: l. 64. D. eod. libr. l. 2. D. de donat. l. 34. D. mand. l. 46. ſ. vlt. l. 47. D. de adminiſtr. et peric. tut. ab heredibus: l. 37. ſ. 6. D. de legat. III. ex cauſſa mercedis: d. l. 37. D eod. libro. ex ſtipulatione: l. 7. D. de condict. ob turp. cauſſ. EXIGENDA pecunia: l. 4. §. 3. D. de re iudic. Plin. Lib. X. Epiſt 109. EXIGENOAM pecuniam mandare: l. 12. ſ. 16. D. mand. EXIGENDIS pecuniis praepoſitus: l. 11. ſ. 5. D. de pignor. act. l. 5. §. 1. D. de dol except. l. 66. ſ. 3. D. de furt. Pecunia EXACTA l. 18. D. de pign. act. l. 3. D. de hered. vel act. vend. l. 48. D. de iur. dot. l. 13 ſ. 1. D. de pignor. EXIGITVR penſio: l. 15. §. 4. D. locat. periculum ab vno ex tutoribus: l 55. ſ 3. D. de peric. et commod. EXIGENTE materna pietate: l. 11. C. de negot. geſt. EXIGERE plus vel minus: l. 5. D. de pact. dot. EXIGERE poenam: l. 4. ſ. 7. D. de dol. except. l. 32. §. 3. D. de recept. arbitr. l. 122 ſ. 3 D. de verb oblig. [Eleganter Seneca Lib. II. de ira Cap. 23. Poteſt poena dilata EXIGI, non poteſt exacta reuocari.] EXIGERE poenam a domino: l. 4 ſ. 2. D. de noxal. action. a liberto: l. 7. D. de iure patr. poenae nomine: l. 74. D. de ſolut. EXACTA poena: l. 4. ſ. 2. D. de noxal. act l. 55. D. de adminiſtr. et peric. tut. poſt EXACTAM poenam. Quinctilian. Declam. CCXLIX. EXIGERE portionem: l. 124. D. quae in fraud. credit. EXIGIT praetor: l. 1. ſ. 8. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul. l. 1. ſ. 5. D. de migrand. l. 1. ſ. 1. vt in poſſeſſ. legat. EXIGERE debet: l. 3. ſ. 4. D. vbi pupill. educ. non EXIGIT: l. 1. §. 1. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 1. ſ. 2. D. de ſuperfic. EXIGIT praetor denunciationem: l. 4. ſ. 6. D. de damn. infect. EXI-

GERE pretium: *l. 5. §. vlt. D. de in rem verſ. l. 22. D. de legat. II. l. 20. §. 17. D. de hered. petit.* a muliere; *l. 1. §. 9. D. ſi mul. ventr. nom.* EXIGERE probationem ab aduerſario: *l. 25. D. de probat.* ab eo, qui ſe patronum dicit: *l. 18. D. eod. tit.* ab heredibus: *l. 11. §. 12. D. de legat. III.* ab his: *l. 11. D. de probat.* EXIGERE proprietatem fundi: *l. 32. D. de vſu et vſufr. legat.* pudicitiam ab vxore. *l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 15. EXIGERE quantitatem. *l. 52. §. 2. D. de act. emt. vend.* ¶. 16. EXIGERE ratihabitionem; *l. 6. §. 2. D. de condict. ind.* rationem; *l. 25. D. de ſtatulib. l. 25. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* rationes: *l. 9. l. 31. D. de liberat. leg.* a libertis: Sueton. *in Octau. Cap. vlt.* a procuratore: *l. 13. D. eod. tit.* EXIGERE quid ex ratione tutelae. *l. 28. D. de lib. legat.* EXIGENDA *a Dione ratio operis.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 85.* Ab iis ratio et vindicta EXIGATVR: *l. 4. §. 1. D. de offic. proconſ.* EXIGERE reditus: *l. 48: D. de ſolut.* EXIGIT regula: *l. 25. D. de probat.* reliquias: *l. 9. D. de liberat. leg.* EXIGENDA remiſſio: *l. 6. D. vt legat.* Quum res EXIGIT: *l. 10. D. de quaeſt. l. 5. D. fam. erciſc.* Si res EXIGAT, vel EXEGERIT: *l. 21. §. 1. D. de teſt. l. 31. D. de rei vindic. l. 30. D. de religioſ. l. 21. §. 2. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 9. §. vlt. D. fin. reg. l. 3. D. de fugit. l. 7. C. de excuſ. tut.* id eſt, ſi res popoſcerit, vt loquitur Traianus, apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 43.* ¶. 17. EXIGENDA ſanitas mentis; *l. 2. D. qui teſt. fac. poſſ.* EXIGERE ſarta tecta; Cic. *Verr. III. Cap. 50.* EXIGERE ſatis, vel non EXIGERE: *l. 47. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 1. §. 11. l. 2. D. de magiſtr. conuen. l. 5. §. 1. D. de legit. tutor. l. 9. D. de adm. et peric. tut. l. 41. §. 12. D. de legat. III.* R tutore: *l. 9. §. 8. l. 46. §. 6. D. de adm. et peric. tut.* ſatis EXACTVM non eſt: *l. 53. D eod. tit. l. 2. D. de magiſtr. conuen.* EXIGERE ſatisdationem: *l. 1. §. 5. D. de magiſtr. conuen. l. 31. D. de reb. auct. iud. poſſ. l. 1. §. 5. D. de ſtipul. praet. l. 4. §. vlt. D. de in diem addict.* non EXIGERE: *l. 53. D. de adminiſtr. et peric.* ſatisdatio EXIGITVR: *l. 21. D. rat. rem hab. l. 15. §. 2. D. de damn. infect.* EXIGENDA ſatisdatio; *l. 53. D. de admin. et peric. l. 1. §. 11. D. vt legator.* eius EXIGENDAE commemoratio: *l. 21. §. 4. D. de ann. legat.* EXIGEMVS ſcientiam; *l. 1. §. 4. D. de bon. poſſ. ſecund. tab.* EXIGITVR ſcientia: *l. 3. §. vlt. D. de noxal. act.* EXIGVNTVR ſcyphi: *l. 88. D. de legat. III.* ſeruus: *l. 39. D. de legat. I.* ſolidum: *l. 5. C. de magiſtrat. conuen.* EXIGERE ſolutum procuratori: *l. 12. §. 2. D. rat. rem hab.* ſortem cum vſuris: *l. vlt. D. de magiſtr. conuen.* EXIGITVR ſtipulatio: *l. 30. D. de damni. infect.* ſumma. *l. 28. D. de lib. leg. l. 21. D. de donat. l. 50. D. de donat. int. vir. et vxor.* ¶. 18. Non tam continuum tempus EXIGENDVM eſt: *l. 20. §. vlt. D. de ſtatulib.* EXIGERE tributi munus. *l. 17. §. 7. D. ad municipal.* ¶. 19. EXIGERE vecturas: *l. 61. §. vlt. D. locat. l. 1. §. 12. D. de exercit. act.* Non EXIGVNT verba: *l. 28. §. 1. D. de fideic. libert.* EXIGERE viam; Cic. *Verr. I. Cap. 59.* ad quem locum Aſconius Paedianus: EXIGERE, ait *viam dicuntur magiſtratus, quum viciniam cogunt munire, ſumtu quam diligentiſſime facto.* EXIGERE vindictam: *l. 4. §. 1. D. de offic. proconſ.* Primam voluntatem EXIGIT: *l. 11. §. 5. D. de legat. III.* EXIGERE vſuras; *l. 10. §. 3. D. mand. l. 71. D. de iure dot. l. 28. D. de lib. legat. l. 26. D. de condict. indeb. l. 3. §. vlt. l. 11. l. 16. §. vlt. D. de vſur. l. 39. §. 14. D. de adm. et peric. tut.* a debitoribus: *l. 7. D. eod. tit.* ab herede: *l. 1. §. 10. D. de ſeparat.* a pupillo: *l. 3. §. 5. D. de contrar. tutel.* Vbi vſus EXIGIT: *l. vlt. §. 10. D. de muner.* niſi quum vſus EXEGERIT: *l. 1. §. 2. D. de itin. actuqu. priu.* Si quando vſus EXEGERIT: *l. 15. C. de oper. publ.* Vſus teſtimoniorum ab his EXIGENDVS: *l. 1. D. de teſtib.* EXIGIT vtilitas: *l. 20. §. 2. D. de ſeruit. praed. vrban.* id eſt, poſtulat. Si vtilitas vſum eius EXIGERET: *l. 6. D. de aqu. quotid.* EXIGIT vtilitas ciuitatis: Plin. *Lib. X. Epiſt. 80. Quum et vtilitas ciuitatis* EXIGAT. EXIGENTE vtilitate furioſi: *l. 11. D. de curat. furioſ.* Id quod vtilitas eius legis EXIGIT: *l. 11. D. de praeſcr. verb.* EXIGEBAT hoc publica nuptiarum vtilitas: *l. 12. §. 3. D. de cap.* Quum et vtilitas prouinciae EXIGAT, eſſe aliquem, per quem negotia ſua prouinciales explicent: *l. 10. D. de offic. proconſ.* Quum et vtilitas pupilli aliud EXIGERET: *l. 23. C. de excuſ. tut.* EXIGIMVS vtrumque. *l. 15. D. quae in fraud.* ¶. 20. Ceterum hoc verbum, hoc ſenſu, aliquando abſolute ponitur. Vnde illa: Quod EXIGIMVS: *l. 5. §. 1. D. de conſt. pecun.* Aliquando cum infinitiuo e. g. EXIGIMVS eſſe vxorem: *l. 10. §. 1. D. de legat. praeſt.* EXIGIMVS, potuiſſe eam: *l. 8. D. de iur. codicill.* Nullo modo EXIGENDVM, quem probare: *l. 25. D. de iure dot.* EXIGIMVS ſcire eam: *l. 2. §. vlt. D. ſol. matrim.* Plerumque, ſequente coniunctione VT *l. 4. §. 1. D. de re iudic.* Non vel nec EXIGITVR, vt: *l. 10. D. de vſurpat. et vſucap.* Hinc EXIGITVR, vt; *l. 5. §. 14. D. de nou. op. nunc. l. 1. §. 1. D. ne vis fiat ei. l. 5. D. vt legat.* Illud EXIGITVR, vt non; *l. 13. D. de manum. vind.* EXIGENDVM eſt, vt; *l. 1. §. 5. D. de font. l. 1. D. de diuerſ. temp. praeſcript. l. vlt. D. de exercit. act.* Hinc EXIGENDVM, vt: *l. 4. §. 7. D. de vſurpat.* Non eſt EXIGENDVM a pupillo, vt. *l. 2. D. de tutel.* ¶. 21. Singularis et elegans in primis loquutio eſt, EXIGOR, pro a me EXIGITVR. Caecilius *in Aeſchin: Ego illud minus nihilo* EXIGOR *portorium.* [Gell. *Lib. XV. Cap. 14.* apud quem et Q. Metellus Numidicus eadem loquendi figura: *Socios*, inquit, *ad ſenatum queſtum flentes veniſſe, ſeſe pecunias maximas* EXACTOS *eſſe.* Plaut. *in Trinum. Act. II. ſcen. 6. v. 26. Quas ſponſione tu nuper* EXACTVS *es.*] Sic EXIGVNTVR ſucceſſores, pro ab iis exigitur: *l. 16. C. ad leg. Falcid.* Ne inuitus EXIGERETVR. *l. vlt. D. de pact. dotal.* ¶. 22. EXIGERE etiam precarium et fideicommiſſarium verbum eſt, vt *l. 118. D. de legat. I.* EXIGO, id eſt, rogo, vti des. ¶. 23. EXIGERE, pro adigere, vel cogere. [EXIGERE argentarium rationes edere: *l. 8. D. de edend.*] EXIGERE coheredes: *l. 44. §. vlt. D. ſolut. matrim.* debitorem; *l. 15. D. de liberat. leg. l. 5. §. vlt. D. de praeſcript. verb.* ab herede: *l. 15. D. de vſu et vſufr. leg.* a liberto. *l. 1. §. 5. D. quar. rer. act. non det.* EXIGERE a libertis: duriſſima res eſt, *l. 1. D. de bon. libert.* EXIGENDI priuilegium: *l. 1. D. de ceſſ. bon. l. 24. §. 1. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 25. D. de reb. credit.* Quod quale fuerit, colligitur ex Plin. *Lib. X. Epiſt. 110.* EXIGENDIque priuilegio vtetur. *l. 52. §. 10. D. pro ſoc.* [EXIGERE reum: *l. 2.*

l. 2. D. ſi quis caut. in iud. ſiſt. EXIGERE a ſe: *l. 35. D. de negot. geſt. l. 9. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Ipſum a ſe fideiuſſorem EXIGERE: *l. 21. §. vlt. D. de fideiuſſor.* EXIGERE a ſemetipſo: *l. 9. §. 4. D. de pecul. l. 18. D. de negot. geſt. l. 69. D. de fideiuſſor.* tutelam a ſemetipſo. *l. 13. D. de tutel. et rat. diſtrah.* EXIGERE a venditore: *l. 27. D. de Aedilit. edict. l. 18. D. eod. tit.* ¶. 24. Hoc amplius, EXIGERE, idem, ac expellere, et vt Non. Marcell. ait, *excludere* et *profligare* ſignificat. EXIGERE in exſilium: *l. 8. D. ad leg. Corn. de ſicar.* EXIGERE *patria*: Naeuius *in Danae*, citante Nonio Marcell. EXACTIS regibus, id eſt, expulſis, et vrbe regio dominatu liberata. *l. 2. §. 3. et §. 16. D. de orig. iur.* Et ita omnes boni Latinitatis auctores loquuntur. Cicero *in Brut. Cap. XIV. Videmus item paucis annis poſt reges EXACTOS. -- M. Valerium Dictatorem dicendo ſedatiſſe diſcordias.* Et *Lib. I. de Orat. Cap. 9.* Quid? EXACTIS regibus, et deinceps, omnia nonne plena conſiliorum, inania verborum videmus? Quod ipſe Cicero *Lib. III. de Offic. Cap. 10. expellere reges* dixit. Idem de Diuinat. *Lib. I. Cap. 2.* EXACTIS *regibus nihil publice ſine auſpiciis, nec domi, nec militiae gerebatur.* Sed et Salluſt. apud Auguſtin. *de ciuitate Dei Lib. II. Cap. 18. Regibus* EXACTIS, *vtrum vobis dominatio, an omnibus aequa libertas creata eſt?* quae eadem apud Liu. *Lib. IV. Cap. 5.* leguntur. Idem Liuius *Lib. IV. Cap. 4. Conſules nunquam fuerant: regibus EXACTIS creati ſunt.* Idem *Lib. VII. Cap. 3. Horatius, Conſul, ex lege templum Iouis dedicauit, anno poſt reges EXACTOS.* Columella *Lib. I. de re ruſt. Cap. 3. Ideoque poſt reges EXACTOS, Liciniana illa ſeptena iugera erant.* Sueton. *in Tiber. Cap. I. Poſt reges EXACTOS.* Macrob. *Lib. I. Saturn. Cap. 16. Geminius ait, diem nundinarum, EXACTIS regibus, coepiſſe celebrari.* Dionyſ. Halic. *Lib. IV. p. 276. μετὰ τὴν ἐκβολὴν βασιλέων*, Feſtus Pompei. *Regibus expulſis*, in verbo, *qui patres; quique conſcripti.* Ita Poplicolam regum EXACTOREM vocat Apuleius *in Apolog. p. 286.* Ita porro EXIGERE *foras vxorem*, dixit Cicero *Philipp. II. Cap. 28.* [Et eodem loquutionis genere vſus Plautus *in Mil. Glor. Act. IV. ſcen. 6. v. 62. virum a ſe* EXIGERE: *in Captiu. Act. V. ſcen. 4. v. 4. Laſſitudinem ex corpore labore* EXIGERE: denique *in Perſ. Act. I. ſcen. 3. v. 63.* EXIGAM *hercle te ex hac decuria* dixit.] ¶. 25. EXIGERE, quando de tempore dicitur, idem eſt, ac implere; et hinc EXACTVM, vt Nonius Marcell. interpretatur, ſignificat tranſcurſum, vel praeteritum. Sic EXACTAS aeſtates memorat Virgil. *Georg. Lib. III. v. 390.* EXACTO nondum quinto et viceſimo anno: *l. 6. C. de interdict. matrim.* EXACTO biennio: *l. 95. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* EXACTVS dies: *l. 6. fin. D. de naut. foen. l. 134. D. de verb. ſign. l. 1. C. de reſt. mil.* id eſt, peractus, vti loquitur *l. 3. D. de op. libert.* Vnde EXACTO, et *incipiente* die, opponuntur: *l. 134. D. de verb. ſignif.* EXACTIS ſex menſibus: *l. 35. §. 2. D. de negot. geſt.* Nondum EXACTA nocte. Quinctil. *Decl. CCXCVI.* [EXIGERE tempora, id eſt, implere, abire, praeterlabi ſinere: *l. vn. §. 3. C. Theod. ſi cert. pet. et de chirogr. Lib. II. tit. 27.*] EXACTVM tempus: *l. 16. C. de locat.* EXACTO tempore: *l. 38. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* Poſt EXACTVM tempus: *l. 7. §. 8. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 19. D. de negot. geſt.* EXACTI temporis periculum. *l. 60. §. 4. D. de rit. nupt.* ¶. 26. [EXIGVNTVR editiones, id eſt, celebrantur. *l. 1. C. Theod. de ſpectac. Lib. XV. tit. 5.*] ¶. 27. [EXIGI, pro cenſeri, haberi, dici videtur, *in l. vlt. C. Theod. de rapt. et matrim. ſanctimon. Lib. IX. tit. 25.* Neque enim EXIGI conuenit proditorem, idem ac ſi dicas: neque enim proditorem oportet cenſeri, vel pro proditore habendus non eſt.]

EXIGVITAS fructuum. *l. 15. §. 5. D. locat.* EXIGVITAS in hac lege eſt vilitas, vti apud Spartian. *in Alex. Seu. Cap. XIX.* EXIGVAE *veſtes*, ſunt viles, vel minoris pretii et apud Horat. *Lib. III. Carm. od. 6. Torques* EXIGVAE, viliores. Bynkerſh. *Lib. II. Obſ. Cap. 13.* Vnde male *veſtes* EXIGVAS, humiles interpretatur Salmaſ. *in Hiſt. Aug. Script. p. 140. ſequ.* HEIN.

EXIGVVS, A, VM. EXIGVARVM fortunarum debitor: *l. 34. §. 1. D. de legat. III.* EXIGVVS modus ſiluae: *l. 42. D. de act. emt.* EXIGVA pecunia: *l. 4. C. de condict. ob cauſſ. dat.* EXIGVVM pretium: *l. 3. D. de condict. tritic. l. 36. §. 1. D. mand. l. 6. C. de pact. int. emt.* nimis EXIGVVM pretium: *l. vlt. C. ſi adu. fiſc.* EXIGVA quantitas: *l. 4. C. de hered. vel act.* ſumma: *l. vlt. D. de ſtipul. praet.* EXIGVVM tempus ex ſpacio: *l. 138. D. de verb. ſignif.* EXIGVA tutela. *l. 5. D. de adminiſtr. tut.* ¶. 2. Vtuntur noſtri et comparatiuo EXIGVIOR, et EXIGVIVS. EXIGVIOR aqua: *l. 1. §. 15. D. de flumin.* EXIGVIVS legatum: *l. 14. D. de legat. I.* EXIGVIORES numi *l. 75. D. de legat. III.* Hic quoque EXIGVIORES ſunt viliores, quemadmodum in *l. 14. §. 1. D. de legat. I. l. 36. §. 6. D. eod. tit.* HEIN. EXIGVIORIS vocis: *l. 1. §. 26. D. de SC. Silan.* Ceterum EXIGVIVS et *plenius* opponuntur in *l. 46. D. de legat. III. et l. 14. D. de vacat. et excuſ. mun.* Probum vero ac Latinum eſſe hunc comparatiuum, Columellae auctoritate *Lib. de Arborib. Cap. XXVIII.* probauit Car. Andr. Ducker. *de Latinit. iuriſconſult. p. 388.* HEIN.

EXILIVM, ait Marcianus, triplex eſt: aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum interdicatur, praeter certum locum, aut inſulae vinculum, id eſt, relegatio in inſulam. *l. 5. D. de interd. et relegat.* Paullus tamen in *l. 2. §. 1. D. de public. iudic.* EXILIVM interpretatur aquae et ignis interdictionem, per quam eximitur caput de ciuitate, ceteras vero poenas non EXILIA, ſed *relegationes*, proprie dici, ait. Ac plane Cicero *Lib. II. Rhetor. ad Herenn. Cap. 28. omnes, quibus aqua et igni interdictum ſit,* EXVLES eſſe, ſcribit. Quin etiam Ouid. *Lib. II. Triſt. v. 137.* Auguſti clementiam laudat, quod edicto ſuo excedere patria, et in Pontum ſecedere iuſſus, non EXVL, ſed *relegatus* dictus eſſet:

Quippe relegatus, non EXVL, dicor in illo:
Parcaque fortunae ſunt tua verba meae.

Igitur vitandae obſcuritatis cauſſa Vlpianus in *l. 14. §. 3. D. de bon. libert.* dixit EXILIVM, *quod fit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur.* Vnde et

EXILII nomen de deportatione. *l. 13. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* ¶. 2. EXILIVM autem vel PERPETVVM eſt, vel TEMPORARIVM. *l. 4. §. 3. D. de re milit. l. 13. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. l. 4. D. de interd. et releg. l. 1. D. de iur. patron.* ¶. 3. Hinc loquutiones: In EXILIVM abire: *l. 4. pr. D. ſi quis caut. in iud. ſiſt. cauſſ.* Quinctil. in *argum. Declam. CCXLVIII.* EXILII cauſſa donatio: *l. 43. D. de donat. inter vir et vxor.* EXILIO coerceri: *l. vlt. D. de iniur. l. 39. D. de poen.* in EXILIVM damnari: *l. 1. C. de ratiocin. oper.* in illud dari: *l. 1. D. de iur. patron. l. 32. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 28. §. vlt l. 29. pr. D. de excuſ. l. 3. C. ſi pend. adpellat. rubr. C. de his, qui in exil. dat. l. 1. C. de fideic. libert.* EXILIVM deportationis *l. 5. C. de ſacroſ. eccl. l. 1. C. Theod. ad leg. Iul. ambit. l. 2. C. Theod. de his, qui cum diſpenſ. contr.* in EXILIVM excedere: *l. 4. D. de poen.* ire: *l. 38. D. de ſolut.* mitti: *l. 38. §. 10. D. de poen.* Paull. Sent. *Lib. V. tit. 28. §. 1.* EXILIO mulctari: *l. 4. §. 11. D. de remilit.* Paull. *Sent. Lib. I. tit. vlt. §. 12.* EXILIVM pati: *l. 43. D. de iniur.* EXILII poena plectendus: *l. 13. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* EXILIO puniri: Suet. *in Aug. Cap. LI. l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. repetund. l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat. l. 4. C. vectigal. nou. l. 13. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* punitus: *l. 13. D. de leg. Cornel. de falſ.* EXILIVM quinquennale: Quinctil. *Declam. CCXLIV.* In EXILIVM relegatus: *l. 73. §. 10. D. de iure dot.* EXILIVM temporale: *l. 1. D. de iur. patron. l. vlt. D. de iniur. l. 39. D. de poen.* temporarium: *l. 15. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* EXILIO voluntario fortuiti caſus apud Graecos luebantur. *l. 16. §. D. 8. de poen.*

EXIMERE, eſt quoquo modo auferre, vt puta, ſi quis non rapuerit quem, ſed moram fecerit, quo minus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videbitur EXEMISSE, quamuis corpus non exemerit. *l. 4. D. ne quis eum, qui in ius voc.* et tam generaliter in eo titulo EXIMENDI verbum accipitur, vt et apud Quinctilian. *Declam. CCLIX.* Sic et vi EXEMTVS is, quocum agebatur, intelligitur. *l. 55. D. de pecul.* ¶. 2. EXIMI praeterea dicitur actio, quando deſiit, quis agere poſſe: *l. 1. et l. 26. §. 5. D. ex quib. cauſſ. maior.* EXIMI ab albo, puta decurionum: *l. 3. C. de decurion. Lib. X.* EXIMERE ancillam: *l. 7. D. qui ſine manumiſſ.* id eſt manu iniecta abducere. EXIMITVR caput de ciuitate per aquae et ignis interdictionem: *l. 2. D. de public. iudic.* EXIMERE carcere: Senec. *Lib. IX. Controu. I.* EXEMTVS commeatus viae: *l. 2. §. 25. D. ne quid in loc. publ.* EXIMERE compedibus: Columella *de re ruſt. Lib. I. Cap. 8.* EXEMTVS eum Cornelia: *l. 17. §. 7. D. de iniur.* EXEMTVM de ceteris corporibus hereditariis: *l. 3. D. famil. erciſc.* EXIMERE cotem: *l. 13. D. de publican.* cretam de agro: *l. 16. D. de praeſcript. verb.* EXIMENDAE cretae ius: *l. 5. D. de ſeru. praed. ruſtic.* EXIMITVR de genere ſpecies: *l. 10. D. de manum. teſt.* EXIMI ab infamia: *l. 1. §. 10. D. de poſtul.* EXIMIT libertas iniuriam: *l. 9. D. de ſeru. export.* EXIMERE lapidem ſub terra: Plaut. *Captiu. Act. III. ſcen. vlt.* EXEMTVS terra lapis: *l. 8. D. de adquir. rer. domin. l. 6. D. de donat. l. 83. D. pro ſoc. l. 19. D. comm. diuid.* lapidis EXIMENDI ius: *l. 6. D. de ſeru. praed. ruſt.* EXEMTVS laqueo aper: *l. 55. D. de adquir. rer. dom.* [EXEMTVM temporibus negotium, id eſt, cuius tempus elapſum: *l. 1. C. Theod. de temp. curſ. Lib. II. tit. 6*] EXIMERE neruo: Liu. *Lib. VI. Cap. 15.* EXEMTVS ex numero: *l. 1. D. de bon. poſſ. ex teſt. mil.* EXIMITVR perſona confuſione obligationis: *l. 71. D. de fideiuſſ.* EXIMI obligationibus: *l. 8. C. ad SC. Velleian.* EXEMTVS obligatione vnus ex duobus reis debendi: *l. vlt. D. de duob. reis.* ab onere: *l. 5. D. de iur. immunit.* origini: *l. 22. §. 5. D. ad municipal.* origine: *l. 4. D. de munic. lib.* EXIMERE ornamento vniones: *l. 6. D. de aur. arg. leg.* EXEMTI pali: *l. 17. §. vlt. D. de duob. reis* EXIMERE de peculio: *l. 11. §. 3. D. de pecul.* EXIMI periculo: *l. 43. D. de admin. et peric. tut.* periculo calumniae: *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* periculo poenae: *l. 22. §. 4. D. de leg. Corn. de falſ.* EXIMI rebus humanis: *l. 16. C. de poen.* EXEMTVS rebus humanis: *l. 7. C. de iudic.* EXIMI de reis quis dicitur, abolitione interueniente, vel accuſatore deſiſtente. *l. 11. D. de accuſat. l. 12. D. ad SC. Turpill.* Cic. *Verr. II. Cap. 40. Ne tu ex reis* EXIMERERE. EXEMTVM nomen de reis. Aſcon. Paedian. *in Cornelian.* EXIMENDVS non eſt: *l. 29. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* id eſt, non liberandus, vel abſoluendus. EXIMITVR res ab eo, cui adiudicata eſt. *l. 12. §. 1. D fam. erciſc.* EXIMIT reum damnatione exceptio: *l. 22. D. de except.* Quinctil. *Declam. CCLX. Sufficiebat hoc ſolum, ſi EXIMEREM lege reum.* Idem *Declam. CCCLXXI. Neſcis, quantum ſit abolitionem petere, accuſatori ſilentium indicere, reum* EXIMERE. Sueton. *in Aug. Cap. LVI.* eodem ſenſu dixit ERIPERE. *Vnum omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, niſi precibus,* ERIPVIT. EXIMERE ſaxum de fundo: *l. 6. D. de donat.* [EXIMVNT tempus feriae, id eſt, abſumunt: *l. 26. §. 7. D. ex quib. cauſſ. maior.*] EXIMERE tignum: *l. 7. §. 10. D. de adqu. rer. dom. l. 6. D. de ſeru. praed. vrb.* EXIMENDA tributa ex quantitate: *l. 32. §. vlt. D. de vſu et vſufr. leg.* EXIMERE filium tutela: *l. 15. §. vlt. D. de excuſat.* vi EXEMTVS: *l. 55. D. de pecul.* EXEMTVS vinculo. *l. 6. C. de ſent. paſſ.*

EXIMIVS, A, VM. EXIMIVS labor: *l. 34. D. de donat.* [*l. 3. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.*] EXIMIVS VSVS, et pretium murrhinorum et cryſtallinorum. *l. 3. §. vlt. D. de ſupellect. leg.*

EXINANIRE. euacuare, ex interpretatione Non. Marcell. EXINANIRE patrimonium: *l. 87. §. 3. D. de legat II. l. 3. C. de inoffic. donat.* id eſt exhaurire facultates. Et ita D. Ambroſius *Lib. I. de Offic. Cap 4.* EXINANITVM *patrimonium* dixit. Hirt. *de bello Afric. Cap. 20. Omnemque regionem Africae* EXINANIVISSE *frumento.*

EXINDE, pro ex certo tempore. *l. 3. pr. D. de vſur. l. 12. §. 1. D. de capt. et poſtlim. l. 6. D. de iur. fiſc. l. 1. C. de praeſcript. long. temp.* [*l. 3.* [illegible] *C. de*

Digitized by Google

C. de dolo mal. l. 9. C. de vſur. l. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut.] EXINDE praeſtantur fructus: *l. 4. §. 2. D. famil. erciſc.* EXINDE, qua ex die: *l. 4. D. pro donat.* EXINDE, ex quo: *l. 4. §. vlt. D. de offic. proconſ. l. 67. D. de iudic. l. 26. §. 1. D. de fideic. libert. l. 4. D. de requir. reis l. 1. D. de libert. vniuerſ. l. 29. D. de iure fiſc. l. 11. D. de capt. et poſtlim.* Ex quo, EXINDE. *l. vlt. C. ad leg. Iul. maieſt.* ¶. 2. [EXINDE, pro inde, ex ea re: *l. 35. C. de Epiſc. et cler. l. vlt. C. de SS. eccleſ. l. 14. §. 2. C. eod. tit,* item ex eo loco. *l. 4. C. de his, qui ad eccleſ. confug.*] ¶. 3. [EXINDE, ex eo loco. *l. 4. C. de his, qui ad eccleſ. confug.*]

EXIRE, vt cum Nonio dicam, manifeſtam habet ſignificationem. EXIRE de arca: *l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* de fundo aut villa: *l. 17. §. 8. D. de Aedilit. edict. l. 3. D. de vi et vi arm.* EXISSE cotes ex inſula: *l. 15. D. de publican.* muliones e medio EXISSENT: Quum terminos vrbis EXIERIT: *l. vlt. D. de offic. praef. vrb.* EXITVR in villas. *l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. publ.* ¶. 2. EXIRE, interdum ſignificat dimitti, vel liberari: etiam abſolute, pro ex poteſtate EXIRE. *l. 8. D. de his, qui ſui vel al. iur. ſunt.* EXEVNT ex familia, qui ex ſeruitute aut libertate, (leg. libertinitate) in ingenuitatem vindicati ſunt: *l. 32. D. de liberal. cauſſ.* Quos emancipatos eſſe, atque ex familia EXISSE, manifeſtum eſt: *l. 3. C. de filiisfam. et quemadm.* EXIRE *ex iure patris*, apud Feſtum *Libro V. in emancipati.* EXIRE de poteſtate: *l. 1. §. 4. D. de ſuis et legit. l. 8. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit.* poteſtate aui nepos; *l. 6. §. 1. D. de bon. poſſ. contra tab.* a poteſtate domini ſeruus: *l. 3. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* de patris poteſtate filius. *l. 1. §. 4. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 13. D. de iniuſto rupto. irrit. fact. teſt.* ¶. 3. EXIRE, quandoque ſignificat ſubduci, eximi, abſcedere. Sic EXIRE dicitur de familia fundus: *l. 67. §. 5. l. 77. §. 11. l. 88. §. 6. D. de legat. II. l. 94. D. de legat. III.* EXIT de hereditate et communione res alienata: *l. 54. D. famil. erciſc.* ex hereditate ſeruus legatus: *l. 8. D. de ſeru. corrupt.* quod vſucaptum eſt: *l. 21. D. de hered. petit.* EXIRE aedificium fundusue de nomine: *l. 38. §. 2. D. de legat. III. l. 94. D. de legat. III.* domus: *l. 108. D. de condit. et demonſtr.* Vt de nomine non EXIRET: *l. 77. §. 28. D. de legat. II.* Ne de familia nominis mei EXEAT. *l. 77. §. 11. D. de legat. II.* ¶. 4. EXIRE, aliquando praeterire. Sic EXIRE dicitur annus: *l. 35. §. 1. D. locat.* EXIRE dies actionis: *l. 10. D. quod falſ. tut. l. 1. l. 17. l. 21. l. 23. §. 3. et §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 49. pr. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 18. §. 1. D. de pecun. conſt. l. 3. D. de fer. l. 28. §. 1. D. de iudic.* cenſurae. Liu. *Lib. IX. Cap. 34.* *Quod dies* EXIIT *cenſurae.* compromiſſi: *l. 13. §. vlt. l. 16. §. vlt. D. de recept. arb.* induciarum. Liu. *Lib. IV. Cap. 30. Induciae non pax, facta, quarum et dies* EXIERAT. EXIRE tempus. *l. 1. §. 5. D. de dolo.*

EXISTERE, vid. infra EXSISTERE.

EXISTIMO, id eſt, puto, opinor. Quo vocabolo opiniones ſententiasque ſuas exprimunt Celſus, Marcellos, Iauolenus, Papinianus. *l. 6. D. de collat. bon. l. 19. D. de vſurpat. l. 98. D. de verb. oblig. l. 7. D. de magiſtr. conuen.* Quidam EXISTIMANT: *l. 15. D. de legat. praeſt. l. 69. D. de euiction. l. 21. D. de reb. credit.* Plerique EXISTIMAVERVNT. *l. 70. D. de contrah. emt.* ¶. 2. EXISTIMARE, generatim pro credere, arbitrari. *l. 1. l. 2. §. vlt. D. pro hered. l. 12. D. de condict. indeb. l. 4. §. 1. D. de manum. vind. l. 36. §. vlt. D. de vſurpat. et vſucap. l. vlt. D. pro ſuo.* Si quis ſe filiumfamilias EXISTIMAT: *l. 21. D. de condit. et demonſtr.* Pietatis EXISTIMAT ratio. *l. 5. §. 15. D. de adgnoſc. et al. lib.* ¶. 3. EXISTIMARE, pro aeſtimare: EXISTIMABIT praeſes, ſeu Rector prouinciae, *l. 12. C. de transact. l. 5. C. comm. vtriusqu. iudic.* id eſt, aeſtimabit, vt eſt in *l. 9. D. de offic. praeſid. l. 7. §. 1. D. de curat. furioſ. l. 1. C. de his, qui accuſ. non poſſ.*

EXISTIMATIO, interdum pro opinione, ſententia, arbitrio accipitur, veluti, quando plus in re eſſe dicitur, quam in EXISTIMATIONE. *l. 2. §. 15. D. pro emt. l. 4. §. 1. D. de manumiſſ. vind. l. 9. §. 4. D. de iur. et fact. ignor.* Hinc illa: aliqua EXISTIMATIONE deceptus: *l. 36. §. vlt. D. de vſurp. et vſucap.* EXISTIMATIO animi: *l. 27. §. 2. D. ad municipal.* EXISTIMATIONE falſa deceptus: *l. 18. D. de his, qui not. infam.* EXISTIMATIO mentis: *l. 9. §. 4. D. de iur. et fact. ign.* EXISTIMATIO noſtra intuenda: *l. 15. §. vlt. D. de vſurp.* EXISTIMATIO ſoluentis. *l. 27. D. de condict. indeb.* Proba et Latina eſt haec vocabuli notio, vt vel ex loco Terentii *in prol. Heaut. v. 25.* patet: *Arbitrium veſtrum, veſtra* EXISTIMATIO *valebit.* Videtur haec loqoutio tracta a teſtimoniis, ſententiisque iudicialibus, in quibus vſus frequentiſſimus fuit verborum EXISTIMO, ARBITROR, VIDETVR. Cuiac. *Lib III. Obſ. Cap. 26.* vti apud Graecos verbi Νομίζειν. Vlpian. *in Schol. ad Demoſth. Olynth. I. p. 13.* Νομίζειν καὶ δοκεῖν λέγουσι οὐ πάντως ἐπὶ ἀμφιβόλῳ, ἀλλὰ πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθεύειν. EXISTIMARE *et arbitrari ſe dicunt non ſemper in re dubia, ſed ſaepe etiam de vera et certa.* Plura ea de re Cicero *Quaeſt. Acad. Lib. IV. Cap. 47.* HEIN. ¶. 2. [Aliquando tamen EXISTIMATIO certam ſcientiam denotat, vt in *l. 33. §. 2. D. de vſurpat. et vſucap.*] Eſt haec vana Taboris, vel alius cuiuscumque obſeruatio. Primo enim hoc loco non legitur EXISTIMATIO, ſed: *Si dominus fundi homines armatos venientes* EXISTIMAVERIT. Deinde vix patet, cur ibi illud EXISTIMARE certam ſcientiam notare debeat. Praeterea dubia eſt lectio, et melioris notae Codex, quem Iulius Pacius vidit, ibi habet *extimauerit*. Quod quum nullius ſenſus ſit, nemo non intelligit, extrita littera A legendum eſſe EXTIMVERIT. HEIN. ¶. 3. Alias EXISTIMATIO eſt dignitatis illaeſae ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, *l. 5. D. de extraord. cognit.* adeoque EXISTIMATIO et *fama* idem omnino ſonant. *l. 4. D. de ſuſpect. tutor.* Et huc pertinent loquutiones: cuios EXISTIMATIONIS ſint teſtes: *l. 3. D. de teſtib.* num forte eius EXISTIMATIONIS ſint, vt: *l. 17. §. vlt. D. de teſtam.*

Digitized by Google

EXI.

de teſtam. tut. reſpectu EXISTIMATIONIS pupilli: *l. 12. D. de adm. et peric. tut.* Propter EXISTIMATIONEM recuſare, *l. 48 D. mandat.* id eſt, vt vulgo loquimur, propter reputationem. ¶. 4. Sed et ex conionctione hoius nominis cum aliis vocabulis variae naſcuntur formulae, vt EXISTIMATIO aliena: *l. 7. D. de iniur.* EXISTIMATIONIS cauſſa, id eſt, quae ad EXISTIMATIONEM pertinet: *l. 103. D. de reg. iur.* qoo genere loquendi *ſummae* EXISTIMATIONIS *iudicia* vocat Cicero *pro Q. Roſc. Comoed. Cap. VI.* quae famoſa ſunt. EXISTIMATIONEM conſeruat: *l. 13. §. 7. D. de his, qui not. infam.* EXISTIMATIO defuncti: *l. 1. §. 6. D. de iniur.* EXISTIMATIONIS detrimentum: *l. 3. C. de calumniat.* EXISTIMATIO famae. *l. vlt. C. de requir. reis.* In EXISTIMATIONE filiarum pater propriam iniorium pati intelligitur; *l. 2. C. de iniur.* Illaeſa EXISTIMATIONE. *l. 25. D. de procur.* illibata: *l. 7. C. de ſent. paſſ. l. 18. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* EXISTIMATIONIS infamia: *l. 14. C. eod. tit.* EXISTIMATIO integra: *l. 3. §. vlt. D. de ſuſp. tut.* Si tibi EXISTIMATIO integra eſt: *l. 15. C. de iis, qui accuſ. non poſſ.* Quod autem Vlpianus in *d. l. 3. §. vlt. D. de ſuſp. tut.* ait integra EXISTIMATIONE, hoc Modeſtino eſt *μενούσης τῆς ἐπιτιμίας manente exiſtimatione*: *l. 21. D. de tut. dat.* Seoero et Antonino Imperatoribus ſine damno EXISTIMATIONIS: *l. 1. C. ſi contr. matrim. vol.* inuiolatae EXISTIMATIONIS eſſe: *l. 22. C. ad leg. Iul. de adult.* EXISTIMATIONEM non laedit: *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. inf. l. vlt. C. de requir. reis.* Quae facta EXISTIMATIONEM laedunt: *l. 15. D. de condit. inſtit.* EXISTIMATIONIS macula: *l. 8. C. de re milit.* Cum notata fide et EXISTIMATIONE remoueri: *l. 9. D. de ſuſp. tut.* EXISTIMATIONIS periculum eſt: *l. 21. C. mand.* Quae cauſſa ad EXISTIMATIONEM, oon ad capitis periculum, pertinet: *l. 28. D. de poen.* ad EXISTIMATIONEM pertinet: *l. 1. D. de inſpic. ventr.* ad EXISTIMATIONEM pertinent poenae: *l. 28. D. de poen.* EXISTIMATIONEM, capot atque fortunas petere: *l. 20. C. de iis, qui accuſ. non poſſ.* EXISTIMATIONIS poena: *l. 131. D. de verb. ſignif.* id eſt, quae EXISTIMATIONEM contingit, vt loquitur *l. 59. D. de poen.* nimirum ea, per quam damnato infamia irrogatur. EXISTIMATIONEM purgare: *l. 1. §. 6. D. de iniur.* Salua EXISTIMATIONE: *l. vlt. C. qui bon. ex leg. Iul. ced.* Saluam EXISTIMATIONEM ſeruari: *l. 23. C. de nupt.* Spectat ad EXISTIMATIONEM noſtram: *l. 1. §. 3. D. de iniur.* ¶. 4. EXISTIMATIO, pro arbitrio. EXISTIMATIO rectoris prouinciae: *l. 1. C. de religioſ.* [In quoſcumque arbitrii ſui EXISTIMATIONE vnioerſa integra transſcribat, id eſt, pro arbitrio ſuo. *l. 27. C. Theod. de Epiſcop. Lib. XVI. tit. 2.*] ¶. 5. EXISTIMATIO, pro aeſtimatione ponitur in Cod. MSC. Obrechtiano. *l. 8. C. ſi cert. pet.*]

EXITIVM, ait Feſtus, *peſſimum exitum dicimus.* In EXITIVM reipublicae contenditur. *l. 21. D. de capt. et poſtlim.*

EXITVS, pro egreſſu, in vulgari ſignificatione ponitur, in *l. 1. §. 9. D. de cloac.* in qua EXITVM *habere cloaca priuata in publicam*, dicitur: nec non in *l. vlt. D. de loc. et itin. publ.* in qua eſt: EXITVM *habent viae militares ad mare, aut in vrbes, aut in flumina, aut in aliam viam militarem. At vicinalium viarum pars in militares vias* EXITVM *habent, pars ſine* EXITV *inueniuntur.* ¶. 2. Deinde pro euentu rei accipitur, veluti quando legimus: vtrum EXITVS ſpectari debeat, an conſilium? *l. 3. §. 1. D. de iur. fiſc.* Quis EXITVS ſit? *l. 18. D. quod met. cauſſ.* Talis eſt EXITVS actionis: *l. 10. D. quae in fraud. credit.* id eſt, euentus, vt *l. 7. D. ſi ſeru. vindic.* EXITVS controuerſiae poſſeſſionis: *l. 35. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* ad EXITVM controuerſia deducitur: *l. vlt. D. de procurat.* Licet EXITVS diuerſus ſit: *l. 12. D. de negat. geſt.* EXITVS fortunae: *l. 34. §. ſi quis autem C. de donation.* EXITVM furioſum facere: *l. 12. §. vlt. D. de tutor. et curat. dat.* EXITVM habere, id eſt, ad effectum perduci: *l. 5. D. teſtam. quemadm. aper.* EXITVM eumdem haber: *l. 16. §. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit.* Non habebit res EXITVM. *l. 15. §. 12. D. de damn. infect.* Incertus EXITVS: *l. vlt. pr. C. de iur. deliber.* EXITVM inteſtati facere: *l. 3. D. de his, quae in teſt. del.* id eſt, ad cauſſam inteſtati redigi. Eodemque loquendi genere, *ad* EXITVM *inteſtati recidere* legimus. *l. 20. D. de bon. poſſ. contr. tab.* EXITVS iudiciorum: *l. 1. D. de alienat. iud. mut. cauſſ. fact.* Quinctilian. *Declam. CCXLIX. Adparet igitur, non* EXITV *iudicii conſtare actionem, ſed introitu.* Idem *Declam. CCLIV. Quando is* EXITVS *iudicii fuit.* EXITVM liberti patitur emancipatus: *l. 1. D. ſi a parent. quis manum.* EXITVS in maleficiis non ſpectaotur, ſed voluntas: *l. 14. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Quis EXITVS quaeſtionis ſit? *l. 14. D. de lege Cornel. de falſ.* Quorum nullus EXITVS rationabilis inuenitur: *l. vlt. C. de emancip.* Res fere ſine EXITV futura eſt. *l. 27. §. 6. D. de recept. arbitr.* ¶. 3. EXITVS, pro morte. EXITVS mariti: *l. 11. §. 3. D. de his, qui not. infam.* Supremus vitae EXITVS. *l. 32. §. 3. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 4. D. de adim. legat.* Quinctil. *Declam. CCLX. Ad qualemcumque feſtinaſſet vitae* EXITVM.

EXL.

EXLEX, ait Nonius Marcell. *Cap. 1. n. 33.* qui ſine lege viuit, citatque hos Varronis *in σκιαμαχίᾳ* verſus: *Poſtremo quaero, parebis legibus, an non? Anne* EXLEX *ſolus viues?* Idem haec Lucillii *Lib. XXX. Accipiunt leges populus, quibus legibus* EXLEX. Vtitur et hoc vocabulo Horat. *in arte poet. v. 242.* et Liu. *Lib. IX. Cap. 34.* Immo et ipſe Cicero pro *Cluent. Cap. XXXIV.* quem locum ipſe quoqoe Nonius Marcellus laudauit. HEIN.

EXO.

EXOLESCERE. EXOLEVIT iniuria anoo, id eſt, abolita eſt: *l. 14. §. 2. D. quod met. cauſſa.* EXOLEVERVNT leges. *l. 2. §. 2. D. de orig. iur.*

EXONERARE, leuare. Nec EXONERAT eum: *l. 29. D. de liber. cauſſ.* Ad EXONERANDVM alterum: *l. 28. D. de liber. cauſſ.*

EXONE-

EXO.

EXONERARI actionibus hereditariis: *l. 71. D. ad SC. Trebell.* EXONERARE aes alienum: *l. 5. §. 10. D. de iur. dot.* creditorem probandi neceſſitate: *l. 30. D. de iureiur.* Quo debito ſe EXONERATVRVS eſſet: *l. 1. D. de ſolut.* In rationem EXONERANDI debiti computare: *l. 2. C. de pign. act.* EXONERATVR heres: *l. 16. §. 4. D. ad SC. Trebellian. l. 55. D. de adquir. vel omitt. hered.* Pro rata EXONERANDI ſunt heredes: *l. 1. §. 19. D. vt legator.* EXONERANDI heredis gratia: *l. 20. D. quando dies leg. vel fideic. ced.* EXONERARE eos lex voluit: *l. 9. §. 3. D. de SC. Macedon.* EXONERARI obligatione: *l. 2. D. de condict. ſine cauſſ.* parte obligationis: *l. 126. §. 2. D. de verb. oblig.* EXONERARE petitorem: *l. 30. D. de iuriſd.* pignus: *l. 35. D. de pign. act.* EXONERARI praeſtatione: *l. 43. D. de condict. indeb.* EXONERARE ſortis debitum; *l. 11. C. de vſur.* EXONERARE ſtipulationem; *l. 89. §. vlt. D. de ſolut.* EXONERATVR ſubſtitutus in partem. *l. 35. D. de vulg. et pupill. ſubſt.*

EXONERATIO mercedis. *l. 15. §. 6. D. locat.*

EXORARE, vnde EXORATVS, *l. 3. D. de obſequ. par. et patron.* EXORATO accuſatore: Soeton. *in Aug. Cap. LVI.* Si pater EXORATVS iniuriam remiſerit. *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.*

EXORCISARE *vulgare eſt impoſtorum verbum*, Vlpianus *l. 1. D. de extraord. cogn.* ſcribit. D. Auguſtinus *in libro de beata vita*, de ſpiritu immundo agens: *Vel ille, ait, qui extrinſecus inuadit acumen, ſenſusque conturbat, et quendam hominibus infert furorem. Cui excludendo qui praeſunt, manum imponere, vel* EXORCIZARE *dicuntur, hoc eſt, per diuina eum adiurando expellere.* Cui muneri in eccleſia qui praeerant, clerici EXORCISTAE vocabantur. *l. 6. C. de epiſc. et cler. l. 121. C. Theod. de decurion.* D. Cyprianus *Lib. IV. Epiſt. 7. Quod hodie etiam geritur, vt per* EXORCISTAS *voce humana, et poteſtate diuina flagelletur, et vratur, et torqueatur diabolus.* Iſidor. *Lib. VIII. Etymol. Cap. 12.* EXORCISTAE, *ex Graeco in Latinum, adiurantes vocantur. Inuocant enim ſuper catechumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum nomen Domini Ieſu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis.* Quod non eccleſiae modo, verum etiam vulgi ſermone tritum fuiſſe vocabolum, docet Firmicus *Lib. III. Mathem. Cap. 5. Erunt*, inquiens *omnibus daemonibus terribiles, quorum aduentum praui daemones fugiant. Et qui laborantes homines non vi verborum, ſed ſola ſui oſtenſione liberent; et quamuis ſit violentus daemon, qui corpus hominum animumque quatiat, ſiue ille aereus, ſiue ſit terrenus, aut inferus: iſtius hominis iuſſione fugiet, quia praeceptis eius cum quadam veneratione tenebitur. Hi ſunt, qui a vulgo* EXORCISTAE *dicuntur.* Idem eiusdem *libri Capite IX.* Facit EXORCISTAS, *et qui laborantes daemonum incurſione homines aptis remediis liberent.* [Scripſiſſe haec odio Chriſtianorum Vlpianum, non abs re coniiciunt viri docti. Quamuis enim vir bonus fuerit, quo eum elogio ornat Lamprid. *in Elagabal. Cap. XVI.* alieniore tamen a Chriſtiana religione animo videtur fuiſſe. Vid. Lectius *in Orat. de Vlpiano et* Fabrott. *Enarrat. in Cuiacii Paratitla Cod. de Epiſc. et cler.* et Gothofr. *in Not. ad l. 1.* D. *de extraord. cognit. lit. X.*] Ea de re plura dixit Em. Merill. *Obſeru. Lib. V. Cap. 22.* HEIN.

EXORDIVM, pro initio et primordio. EXORDIVM accuſationis: *l. 20. C. de iis, qui accuſ. non poſſ. l. 14. C. ad leg. Iul. de adult.* delationis: *l. vlt. C. de iis, qui accuſ. non poſſ.* ab ipſis intentionis EXORDIIS: *l. 8. C. de codicill.* in ipſo litis EXORDIO: *l. 1. C. de ſatiſd.* EXORDIVM poſſeſſionis, id eſt, initium: *l. 11. D. de diuerſ. temp.* iuncta *l. 44. §. 2. D. de vſurp. et vſucap.* EXORDIVM capit inuentarium; *l. 22. C. de iure delib.* lis: *l. 5. C. de temp. et repar. adpell.* teſtamentum a gradu: *l. 3. §. vlt. D. de lib. et poſtum.* In EXORDIO: *l. 124. D. de verb. obligat.* cauere: *l. 79. §. 2. D. de condit. et demonſtrat.* data lex: *l. 42. D. de mort. cauſſ. donat.* ſolutum. *l. vlt. D. de in diem addict.*

EXORIRI. [EXORITVR lex Iulia, hoc eſt, exſurgit, prodita eſt. *§. 8. Inſt. de publ. iudic.*] EXORTIS incendiis pluribus vno die: *l. 2. D. de offic. praefect. vigil.* EXORTIS vſuris aucta ſumma. *l. 58. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.*

EXORNARE. EXORNAT ſibi mulieres puellas comatas; *l. 49. D. de legat. III.* Impenſae voluptuariae, quae ſpecies EXORNANT. *l. 7. D. de impenſ. in res dot. fact.*

[ΕΞΩΣΤΑΙ in *l. 11. C. de aedif. priuat.* legendum eſſe, dudum monuit ὁ πάνυ Cuiacius *Not. ad tit. Inſt. de act. et Lib. I. Obſ. Cap. 30.* Sunt vero ἐξῶσται nihil aliud, quam proiectiones et moeniana, de quibus infra in MOENIANA.]

EXP.

EXPAVESCERE. EXPAVESCENDVM. *l. 29. §. 8. D. de lib. et poſtum.*

EXPEDIRE, intereſſe, conducere, vtile, vel e re eſſe ſignificat. *l. 5. §. 14. D. de reb. eor. l. 9. D. de curat. furioſ. l. 14. D. pro ſoc. l. 11. D. iudic. ſolu.* Et tunc varie conſtruitur. Aliquando ponitur abſolute: Quum hoc EXPEDIRET: *l. 25. §. 15. D. fam. erciſc.* EXPEDIAT, necne, adgnoſcere hereditatem: *l. 5. D. de iure delib.* Ad deliberandum, an EXPEDIAT, hereditatem retinere: *l. 7. D. eod. tit.* An EXPEDIAT ſibi conſilium: *l. 2. §. vlt. D. mand.* Si EXPEDIRE ſibi compererint hereditatem. *l. 71. D. de SC. Trebell.* ¶. 2. Plerumque additur caſus tertius, quoties aliquid vel publice, vel priuatim, vtile eſſe indicatur. Aliquando agentibus EXPEDIT potius de peculio agere, quam tributoria: *l. 11. D. de tribut.* EXPEDIT domino negare: *l. 7. §. 4. D. eod. tit.* Vt non EXPEDIAT domino habere; *l. 43. §. 6. D. de Aedilit. edict.* Quo magis domino colonoue eum fructum habere EXPEDIT: *l. 42. D. de vſu et vſufruct. legat.* Idque magis ei EXPEDIT: *l. 61. D. de iur. dot.* EXPEDIET heredi, ipſum ſtatuliberum praeſtare magis, quam

aeſtimationem: *l. 44. §. 8. D. de legat. I.* Ipſi quoque res EXPEDIAT: *l. 8. §. 13. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* EXPEDIT legatario, retinere ſummam, quam mitti in poſſeſſionem rerum hereditariarum: *l. 5. D. de dol. mal. except.* Si hoc mandatori EXPEDIERIT: *l. 46. D. mand.* Si mihi EXPEDIAT: *l. 6. D. de peric. et commod. rei vend.* Vt neutri habere EXPEDIAT: *l. 34. D. de Aedilit. edict.* Neutri EXPEDIAT, recedere a ſocietate: *l. 65. §. 15. D. pro ſoc.* Patrifamilias non EXPEDIEBAT: *l. 10. D. de negot. geſt.* Si EXPEDIERAT petitori: *l. 31. §. 1. D. de hered. petit.* EXPEDIT pupillo, rem ſuam ſaluam fore, quam tabulas, rem ſaluam fore cautionis habere: *l. 5. D. de ſuſpect. tut.* Si EXPEDIT pupillo: *l. 3. D. de contrar. tut. l. 20.* D. *de nouat.* Si non EXPEDIRET pupillo: *l. 17. D. de auct. et conſ. tut. l. 6. D. de reb. auct. iud. poſſid.* EXPEDIT reipublicae, ne quis re ſua male vtatur: *§. 2. Inſt. de his, qui ſui vel al. iur.* Si non putat ſibi EXPEDIRE: *l. 3. §. 5. D. de in rem verſ. l. 30. D. ad SC. Trebell.* Non ſibi EXPEDIRE, hereditatem adire. *l. 9. D. ad SC. Trebell.* Quod ſocietati EXPEDIT: *l. 65. §. 5. D. pro ſoc.* Hoc vobis EXPEDIT. *l. 32. D. de vſu et vſufr.* ¶. 3. Aliquando ſequitur infinitiuus, ſiue cum caſu quarto, ſiue ſine eo. Si non magis EXPEDIT, eum dedere, quam retinere: *l. 9. §. 3. D. de reb. auct. iud. poſſid.* EXPEDIT adire: *l. 25. §. 9. D. de adqu. vel omitt. hered.* Non EXPEDIT, talem ſeruum habere: *l. 14. §. 9. D. de ſeru. corrupt.* Non EXPEDIT eum pati: *l. 14. D. pro ſoc.* Neque per omnes id negotium adminiſtrari EXPEDIT: *l. 9. D. de curat. furioſ.* Res, quas diſtrahi EXPEDIERAT. *l. 20. §. 12. D. de hered. petit.* Quem ſolui EXPEDIEBAT: *l. 25. §. 17. D. famil. erciſc.* EXPEDIT vti: *l. 1. §. *. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* Publice EXPEDIT, ſuprema hominum iudicia exitum habere: *l. 5. D. teſtam. quemadm. aper.* peccata nocentium nota eſſe: *l. 18. D. de iniur.* EXPEDIT timere furti, vel iniuriarum poenam: *l. 27. §. 4. D. de pact.* EXPEDIT, de ſuo mortuos funerari. *l. 14. §. 13. D. de religioſ.* ¶. 4. EXPEDIRE, nonnumquam ſignificat explicare. Et ita dicimus; EXPEDIRE difficile erit: *l. 19. §. vlt. D. de caſtr. pecul.* Quod aliquatenus circa mutos expediri poteſt: *l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell.* EXPEDITVR interdicti ordo: *l. 1. §. 4. D. vti poſſ.* ſecundum iuris ſcripti rationem: *l. 16. D. de condit. et demonſtr.* Quod officio iudicis EXPEDIETVR: *l. 14. §. 8. D. de ſeru. corrupt.* de plano et per libellum: *l. 9. §. 1. et §. 3. D. de offic. proconſ. l. 71. D. de reg. iur.* Qua pro parte EXPEDIRI non poſſunt. *l. 25. §. 17. famil. erciſc.* Sic EXPEDIVNTVR actiones: *l. 2. §. 2. D. de leg. Rhod.* adminiſtratio: *l. 13. D. de tut. et rat. diſtr.* cauſſa: *l. 7. D. de mun. et honor.* cauſſa iuris: *l. 39. §. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Quae cognitio tam facile EXPEDIRI potuit: *l. 12. §. vlt. D. qui et a quib.* EXPEDIVNTVR conditiones, interpoſitis perſonis: *l. vlt. D. de ſponſal.* EXPEDIENDAM lanam conducere: *l. 12. §. vlt. D. de vſu et habit.* EXPEDIRE litem de hereditate: *l. 20. D. de excuſat.* inter litigantes: *l. 62. D. de iudic.* EXPEDIENDARVM litium remedium: *l. 1. D. de iniur.* EXPEDIT manumiſſionem conſul: *l. 1. D. de offic. conſul.* per lictores: *l. 22. D. de manum. vindict.* EXPEDIRE munera ſumtibus: *l. vlt. §. 18. D. de mun. et honor. l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* negotium: *l. 5. D. de cenſ.* onera: *l. 4. §. vlt. D. de pactis dot. l. 3. §. vlt. D. de muner.* ad onera ſua EXPEDIENDA: *l. 7. §. 10. D. de adminiſtr. et peric. tut.* EXPEDIRE opus: *l. 12. §. vlt. D. de vſu et habitat.* EXPEDIRE quaeſtionem: *l. 61. D. de iure dot. l. 38. D. mand.* Sine quo ratio libertatis EXPEDIRI non poteſt: *l. 17. D. de negot. geſt.* Res ita EXPEDIETVR: *l. 17. D. ad leg. Falcid. l. 9. D. vſufr. quemadm. cau.* EXPEDIRI res non poteſt: *l. 42. §. 6. D. de procur.* aliter non poteſt: *l. 5. D. de verb. oblig.* Quemadmodum res EXPEDIRI poſſit, difficile eſt: *l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Ad EXPEDIENDAS quasdam res: *l. 55. D. de donat. int. vir. et vxor.* EXPEDIENDARVM rerum gratia. *l. 11. D. de auct. et conſ. tutor.* ¶. 5. EXPEDIRE, quando de numis, pecunia, nominibus, dicitur, idem eſt, ac colligere, conficere, redigere. *l. 12. §. vlt. D. de religioſ. l. 5. §. 9. D. de reb. eor. qui ſub tut.* Sueton. *in Iul. Cap. III. Seruosque ceteros initio ſtatim ad EXPEDIENDAS pecunias, quibus redimeretur, dimiſerat.* Nonius Marcellus: *EXPEDIRE, colligere. M. Tullius ad Caeſarem iuniorem Lib. I. Ex ceteris autem generibus tunc pecunia EXPEDIETVR.* EXPEDIRE nomina: Cic. *Lib. XVI. ad Attic. Epiſt. 6.* Quo in genere loquendi poſitus eſt elegans ille iocus in Valerium Catonem, ſummum grammaticum, qui creditori ſatisfacere non poterat, aeriſque alieni diſſoluendi copiam non habebat, in quem Bibaculus, vt Sueton. *in libro de illuſtr. Grammat. Cap. XI.* refert, luſit his verſibus:

Mirati ſumus vnicum magiſtrum,
Summum grammaticum, optimum poetam,
Omnes ſoluere poſſe quaeſtiones,
Vnum difficile EXPEDIRE *nomen.*

Ita et EXPEDIRE pupillo alimenta. *l. vlt. D. vbi pupill. educ.* ¶. 6. EXPEDIRE, aliquando eximere vel liberare. EXPEDIVIT ſeſe per diutius luctando. *l. 55. D. de adquir. rer. domin.* [Corn. Nep. *in Attico Cap. XXV. L. Iulium Calidium, in proſcriptorum numerum relatum,* EXPEDIVIT, id eſt, exemit. Horat. *Lib. I. Carm. od. 27.*

Vix illigatum te triformi
Pegaſus EXPEDIET *Chimaerae.*

Et *lib. III. Od. 24.*

Non animum metu,
Non mortis laqueis EXPEDIES *caput.*

Ita EXPEDIRE damnum corporis truncatione digitorum. *l. 5. C. Theodoſ. de tiron.*]

EXPEDITE, aduerbium. EXPEDITE locare *l. 6. §. 1. D. comm. diuid.* Haec paullo EXPEDITIVS dicenda. *l. 19. §. 5. D. ad SC. Vellei.*

EXPEDITIO, vt eſt in vetere Gloſſario, *ἔξοδος ϛρατιωτικὴ, Iter militiae*, vel *profectio militaris.* Aliud Gloſſarium: EXPEDITIO *ἔϛιν, ἔνθα διάγει τὸ ϛρατόπεδον ἢ ἐν δημοσίῳ κατασκευάσματι.* EXPEDITIO *eſt, in qua verſatur exercitus, vel pro republica comparatus belli adparatus.* EXPEDITIONVM communium comes: *l. vlt. D. de aur. arg. leg.* milites in EXPEDITIONE

TIONE degentes: *l. 14. C. de teſt. milit.* Feliciſſima EXPEDITIO: *l. 11. C. de ſacroſ. eccleſ.* Sumtus ad faciendi itineris EXPEDITIONEM praebere: *l. 5. C. de adpellat.* Miles in EXPEDITIONE occupatus: *l. 1. C. de teſt. mil. l. 17. C. eod. tit. l. vlt. C. de reſtitut. milit.* quam repetitam in *l. vlt. C. quib. non obiic.* et rurſus *pr. Inſt. de milit. teſt.* curioſus lector inueniet. EXPEDITIONIS tempus: *l. 1. C. quib. non obiicit. l. 21. C. de curſu publ. Lib. XII.*

[EXPEDITIONALIS, E. EXPEDITIONALIS annona, in *l. 4. l. 5. C. Theod. de erog. mil. ann. Lib. XII. tit. 4.* quae expeditionis tantum tempore militibus praebebatur, vt buccellatum et acetum. De eo plura Iac. Gothofred. *in Commentar. ad l. 6. C. Theod. eod. tit.*]

¶. 2. EXPEDITIONALIS portus. *l. 2. C. Theod. de naufr. Lib. XIII. tit. 9.* EXPEDITIONALIVM portuum neceſſitas: *l. 35. C. Theod. de nauicular. Lib. IX. tit. 5.* id eſt, portus, vbi milites in expeditionem transmarinam ituri nauibus imponebantur, indeque ſumta annona mouebant. Gothofred. *ad d. l. 35. C. Theod. de nauicular.* eadem denominandi ratione, qua ſerui EXPEDITIONALES dicti, quibus in expeditionibus vti conſueuerunt domini. Lex Burg. *tit. X. §. 1.*]

EXPEDITVS, A, VM. Ita dicitur, quod facile eſt, et in promtu. EXPEDITVM eſt: *l. 91. D. de verb. oblig.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 69.* Quod et ipſum non eſt EXPEDITVM: *l. 28. §. vlt. D. de pact.* EXPEDITIVS eſt, quod Sabinus ſcribit: *l. 10. D. de hered. inſtit.* Hoc EXPEDITIVS eſt: *l. 31. §. 9. D. de Aedil. edict.* Illud EXPEDITIVS videbatur. *l. 45. §. 1. D. de act. emt.* EXPEDITISSIMVM eſt. *l. 8. D. de reb. auct. iud.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 33. §. 2.* Sic: Tam EXPEDITAM cauſſam habet: *l. 3. §. 5. v. Diuus etiam Hadrianus D. de Carbon. edict.* EXPEDITIVS eſt, hoc dicere: *l. 9. D. vſufr. quemadm. cau.* Si non ſit EXPEDITA emtio: *l. 2. D. rem pupill. ſalu.* EXPEDITVM erit de locatione: *l. 8. D. de reb. auct. iud.* Neque negligentia craſſa nimis EXPEDITA ſit: *l. 6. D. de iur. et facti ign.* In EXPEDITO non eſt numeratio: *l. 10. D. de fideiuſſ.* EXPEDITA eſt quaeſtio: *l. 32. §. 14. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 13. §. 1. D. de manumiſſ. teſtam.* EXPEDITAM habet quantitatem: *l. 9. D. iudic. ſolu.* In EXPEDITO rem fore: *l. 67. §. 5. D. de legat. II.* EXPEDITISSIMA eſt ſententia: *l. 9. §. 13. D. de hered. inſt.* EXPEDITISSIMA ſolutio. *l. 54. §. vlt. D. de verb. oblig.*

EXPELLERE, depellere, eiicere. EXPVLSIS hoſtibus ex agris: *l. 20. §. 1. D. de captiu. et poſtlim.* EXPELLI ciuitate: Paull *Lib. V. Sent. tit. 21. §. 1.* Ita et EXPVLSVS *ex ſolo patrio*: Quinctil. *Declam. CCCLXVI* EXPVLSVS *ſedibus meis*, Idem *Declam. CCCLXXXXVIII.* EXPELLVNTVR coloni: *l. 54. §. 1. D. locat.* EXPVLSVS de conductione: *l 24. §. 4. D. eod. tit.* EXPELLERE domo vxorem: *l. 14. D. rer. amot. l. 8. C. de repud.* id eſt, dimittere, ſeu *foras exigere*, vt loquitur Cicero *Philipp. II. Cap. 28.* EXPELLENDVS filius, id eſt, repellendus: *l. 20. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* Facile EXPVLSVS finibus: *l. 18. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* EXPVLSAE fluctibus res: *l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 5. D. de incend.* EXPVLSVM corpus fluctibus: apud Quinctilian. *Declam. CCCLXXXVIII.* EXPVLSVS habitatione: *l. 27. D. de donat.* EXPELLENDVS hereditate: *l. 27. D. de condit. inſtit.* EXPELLENDI heredes ius habet: *l. 5. D. vt in poſſeſſ. legat.* EXPELLI limine iudiciorum: *l. vlt. C. ſent. reſcind. non poſſ.* EXPVLSVM ex naufragio: *l. 21. D. de adquir. poſſeſſ.* EXPELLERE patronum, id eſt, repellere, ſeu excludere: *l. 6. D. de bon. libert.* EXPELLERE pecus alienum, quod quis in agro deprehendit: *l. 39. D. ad leg. Aquill.* EXPELLI poſſeſſione: *l. 15. D. de rei vind.* EXPPLLERE vi de fundi poſſeſſione: *l. 4. §. 22. D. de vſurp. et vſucap. l. 18. D. de vi et vi arm.* a poſſeſſione: *l. 12. D. de accuſat.* fundo: *l. 1. §. 32. D. de vi et arm.* a via, *l. 4. §. 27. D. de vſurp. et vſuc.* EXPVLSI per violentiam: *l. vlt. C. de act. emt.* EXPELLERE vrbe. Sueton. *Aug. Cap. XLII.*

EXPENDERE, id eſt, impendere, et erogare. EXPENDERE aliquid ex dote: *l. 21. D. ſolut. matrim.* in funus: *l. vlt. C. de iur. delib.* EXPENSVM legatis: *l. 23. D. de minor.* EXPENDERE mercedes: *l. 15. C. de negot. geſt.* aliquid pro muliere: *l. 28. D. ſolut. matrim.* EXPENSA neceſſarie: *l. 51. pr. D. de hered. petit.* EXPENSI numi: *l. 2 C. de poſtl. reuerſ.* EXPENSAE portiones in pretium rei: *l. 1. D. qui potior.* EXPENSA quantitas: *l. 52. D. de part.* vſuras: *l. 47. D. de act. emt.* Non EXPENDERE. *l. 5. §. 8. D. de donat. int. vir. et vxor.* ¶. 2. EXPENDERE, pro expenſum ferre: EXPENDERE adfectioni tuae. *l. 13. C. de negot. geſt.* ¶. 3. EXPENSVM et acceptum, quod tamquam erogatum et acceptum in rationes refertur. Vnde EXPENSI *et accepti codex* apud Ciceron. *pro Q. Roſc. Comoed. Cap. I.* eſt ratio: *l. 47. §. D. de pact.* Hinc EXPENSVM rationibus praeſcribere: *l. 111. D. de condit. et demonſtr.* Huius autem verbi originem ab antiquo adpendendi aſſis more deducit Plin. *Lib. XXXIII. Hiſt. nat. Cap. 3. his* verbis: *Populus Romanus ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum vſus eſt. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, et dupondius adpendebatur aſſis. Quare aeris grauis poena dicta: et adhuc* EXPENSA *in rationibus dicuntur, item impendia, et dependere.* ¶. 4. EXPENSAM pecuniam facere: *l. 59. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 5. EXPENSAM pecuniam ferre: *l. 12. §. 5. D. qui pot. in pign.* et apud Cicer. *pro Q. Roſc. comoed. Cap. III.* id eſt, pro iuſte expenſo vel credito alteri adgnoſcere: Vtitur eadem phraſi Cicero in Verr. *Lib. I. Cap. XXXVI. et XLIX.* ad quem locum Aſcon. Paedianus: EXPENSVM *ferre*, ait, *eſt ſcribere, ſe pecuniam accepiſſe*: quod quomodo factum olim fuerit, Donatus in Terent. *Phorm. Act. V. ſcen. 7. v. 30.* explicat. EXPENSAM *feres ſummam liberalitati meae.* In epiſtola Domitiani, quae ſubiicitur *Epiſt. 66. Libri X.* apud Plinium. Et Hirt. *de bello Alexandr. Cap. XLIX. Pecuniae locupletibus imperabantur, quas Longinus ſibi* EXPENSAS FERRE *non ſolum patiebatur, ſed etiam cogebat.* Valer.

Max. *Lib. VIII. Cap. 2. Trecenta millia nummum ab Otacilia Laterenſi, cum qua commercium libidinis habuerat,* EXPENSA *ſibi* FERRI *paſſus eſt.* EXPENSVM ſertur hereditati: *l. 25. §. 16. D. de heredit. petit.* EXPENSVM ferendum fructibus. *l. 22. §. 4. D. ad SC. Trebell.* EXPENSVM ferre facilitati: *l. 3. §. 2. D. vt in poſſeſſ. legat. ſeu fideic.* negligentiae: *l. 24. D. quae in fraud. credit.* id eſt, imputare, adſcribere, acceptum ferre. Qui veſtem omnem, et res plurium generum ſupellectilis EXPENSO FERRE ſolitus erat: *l. 10. D. de ſupellect. legat.* Ceterum, ſicuti EXPENSVM *ferebatur*: ita acceptum *referebatur.* Cic. *in Verr. I. Cap. XXXVI.* et *XLIX* Hirt. *de bell. Alex. Cap. LVI. Arceſſit omnes, qui ſibi* EXPENSAS *pecunias tulerant, acceptasque eas iubet* REFERRI. Sed promiſcue vtroque caſu verbo *ferre* vtuntur non modo iurisconſulti, qui ſemper *acceptum ferre* dicunt: ſed et Plin. *Lib. II. Cap. 7. Huic omnia* EXPENSA, *huic omnia feruntur accepta, et in tota ratione humana ſola vtramque paginam facit.*

EXPENSA, pro impenſa vel ſumtu. EXPENSAS bona fide facere: *l. 39. §. vlt. D. de minor.* EXPENSARVM detrimento praegrauari: *l. 25. C. de nupt.* EXPENSIS legatarii reducitur: *l. 8. D. de legat. III.* [EXPENSAE militum non ſunt minuendae: *l. 4. C. de magiſtr. milit.*] EXPENSAE neceſſariae et vtiles. *l. vlt. C. de petit. heredit.* EXPENSIS publicis iter facere: *l. 42. D. de teſtam. milit.* Neque tempus neque finem EXPENSARVM habet. *l. 1. D. de curat. furioſ.* ¶. 2. [EXPENSAE, pro annona militari: *l. 22. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. I.*]

EXPENSARE. Isque numos redactos EXPENSAVIT iisdem tutoribus: *l. 41. §. 10. D. de fideic. libert.* [Plaut. *Pſeud. Act. II. ſcen. 2. v. 32.*

Mihi hercle vero qui res rationesque heri.
Ballionis curo, argentum accepto, EXPENSO, *et cui debet, dano.*

Apud Macrobium *Lib. I. Saturn. Cap. 13.* idem eſt EXPENSO ac compenſo.]

EXPENSILATIO, apud Gell. *Lib. XIV. Cap. 2.* Haec quid fuerit, perſpicue admodum expoſuit Claud. Salmaſ. *de mod. vſur. Cap. XI. p. 473.* cuius verba hic legere. operae pretium fuerit: Quod ad EXPENSILATIONEM attinet, et *menſae rationes*, quae inter ſollemnes pecuniae datae numerataeque probationes ibi a Gellio recenſentur, genera fuere credendae pecuniae, neque teſtibus interpoſitis, neque vlla interueniente ſcriptura chirographaria, aut ſyngrapharia. Qui pecuniam, quam ibant creditum ex arca ſua non numerabant, ſed per argentarium, ſiue trapezitam, *ex menſa* eam *dare* dicebantur, vel *ex menſae ſcriptura.* Trapezita, qui eorum nomine eam numerabat, in rationes ſuas referebat, ſe nomine τοῦ δεῖνος τῷ δεῖνι tantam pecuniam numeraſſe. Qui ſic pecuniam crediderat, ſi debitor eam inficiaretur ſibi datam numeratamue, *rationibus menſae* id factum docebatur. Alia ratio credendi fuit per EXPENSI lationem. Qui pecuniam quam mutuo dabant, domo numerabant, et ex arca ſua, nomen illius, cui eam dederant, in tabulis ſuis perſcribebant, et ſummam debiti. Tabulae illae, etſi domeſticae, in iudicio prolatae fidem tunc faciebant, ad debitum probandum. EXPENSILATIO dicebatur, quia creditor in tabulis ſuis ſcribebat nomen debitoris, cui expenſam illam crediti ſummam ferebat, quam dediſſet mutuam. Quum debitum illud receperat, tum acceptum in iisdem tabulis ferebat. Inde EXPENSA et ACCEPTI illae TABVLAE dicebantur. Hinc in optimis Gloſſis EXPENSVM δεδανεισμένον exponitur. HEIN.

[EXPENSIO. EXPENSIONIS modum tranſire. *l. 24. C. Theod. de praet. et quaeſtor. Lib. VI. tit. 4*].

EXPERIENTIA [curandi: *l. 43. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.*] EXPERIENTIA praeſidis: *l. 6. C. de arbitr. tutel.* [EXPERIENTIAE tuae, loco tituli. In *l. 1. C. de fer.* et *l. 28. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

EXPERIMENTVM equorum vel mularum. *l. 20. D. de praeſcript. verb.* [EXPERIMENTIS nuperrimis palam factum eſt; *l. 4. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. I.* EXPERIMENTIS rerum cognouimus. *l. 2. C. vt in poſſeſſ. legat.*

EXPERIRI, periculum facere, tentare. Hinc EXPERIVNDVM quid dare vel accipere. *l. 13. §. 1. D. commod.* EXPERITVR arbiter, an conſilio ſuo vel auctoritate litigatores diſcuti litem patereutur: *l. 13. D. de recept. arbitr.* Boues dare EXPERIVNDOS; *l. 52. §. 3. D. ad leg. Aquill.* EXPERIRI meliorem dominum: *l. 24. §. 8. D. de fideic. libert.* equos venales EXPERIVNDOS dare: *l. 20. D. de praeſcr. verb.* EXPERTVS indulgentiam domini ſeruus: *l. 3. §. 17. D. de SC. Silan.* EXPERIRI iura patronorum grauiora: *l. 52. §. 3. D. de fideic. libert.* Si mulas tibi dedero, vt EXPERIARIS: *l. 20. §. 1. D. de praeſcr. verb.* Quum eadem pericula EXPERIANTVR, id eſt, ſubeant, iisdem periculis ſint expoſiti: *l. 1. D. de bon. poſſ. ex teſt. milit.* Ne alterius, quam tuam ſeruitutem EXPERIANTVR. *l. 41. §. 1. D. eod. tit.* ¶. 2. EXPERIRI alias, vt Donat. in Terent. *Adelph. Act. III. ſcen. 2.* interpretatur, eſt *apud iudices agere. l. 42. D. de reg. iur. l. 2. l. 21. D. ſolut. matrimon.* Hinc EXPERIRI et *ad iudicium vocari*, non minus opponuntur, ac *agere* et *conueniri. l. 51. D. de adminiſtr. et peric. tut.* [quamuis et de reo etiam conuento aliquando vſurpetur, vti in *l. 63. verſ. veluti ſi creditor D. de re iudic.*] Hoc ſenſu modo abſolute poſitum animaduertimus hoc verbum: e. g. *l. 38. §. vlt. D. de pecul. l. 3. D. de alienat. iudic. mut. cauſſ. l. 3. §. 2. D. quod quisqu. iur. l. 23. D. depoſ. l. 9. D. de fideic. libert.* modo aliquo addito. Sic EXPERIRI actione: *l. 5. D. de exe. rei iudic. l. 10. D. de ſepulcr. viol. l. 5. D. de exercit. act. l. 5. §. 1. l. 9. §. 1. D. de tributor. l. 8. D. de procurat. l. 43. §. 1. D. de reg. iur. l. 12. §. vlt. D. de Public. in rem act. l. 1. D. de dol. mal. l. 14. D. de praeſcr. verb. l. 30. D. de negot. geſt. l. 17. D. de furt. l. 10. §. vlt. D. ſi ſeru. vind.*

EX-

EXPERTVS actione: *l. 7. D. famil. erciſc. l. 2. C. de lege Aquill. l. 8. C. de pignor.* actionibus: *l. 18. §. vlt. D. damn. infect. l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priuat. l. 32. D. de obl. et act.* actionis genere: *l. 6. D. de condict. ex leg.* per actionem: *l. vlt. D. de fideic. her. petit.* EXPERIRI enim ſine actione quis non poteſt: *l. 9. D. de admin. et peric. tut.* Sic EXPERIRI actione Caluiſiana: *l. 1. §. 11. D. ſi quid in fraud. patron.* communi diuidundo vel familiae erciſcundae: *l. 8. D. de noxal. act. l. vlt. D. de alienat. iudic.* condictitia: *l. 55. D. de donat. int. vir. et vxor.* de dote: *l. 44. §. vlt. D. de iure dot.* familiae erciſcundae: *l. 1. §. 2. D. ſi pars hered. pet.* Fauiana: *l. 1. §. 7. D. ſi quid in fraud. patron* actione, quae de fundo vectigali propooitur. *l. 66. D. de euict.* iniuriarum: *l. 1. §. 5. D. de ventr. inſpic. l. 24. D. de iniur.* inofficioſi: *l. 15. §. 2. D. de inoff. teſtam.* legis Aquilliae: *l. 2. C. l. 40. D. de leg. Aquill. l. 1. §. vlt. D. de ripa mun.* mandati: *l. 64. D. de fideiuſſ. l. 13. §. vlt. D. commod. l. 5. D. de obl. et act.* pignoratitia: *l. 9. §. 4. l. 11. §. 5. D. de pign. act.* praeſcriptis verbis: *l. 18. §. 2. D. fam. erciſc. l. 13. §. 1. D. commod.* Publiciana: *l. 7. D. de Public. in rem act.* redhibitoria: *l. 51. D. de Aedil. edict.* rerum amotarum: *l. vlt. D. de diuort.* Seruiana: *l. 4. D. de dol. except. l. 34. §. vlt. D. de euict.* tutelae: *l. 46. D. de admin. et peric. tut.* vi bonorum raptorum. *l. 1. §. 32. D de vi et vi armat.* EXPERIRI de conſtituta pecunia: *l. 1. §. 9. D. de pecun. conſt.* EXPERIVNDI eſt copia: *l. 2. D. ad exhib.* EXPERIRI crimeo: *l. 3. C. de expil. hered.* ex edicto Aedilium: *l. 19. §. 5. D. de Aedil. edict.* cum emtore: *l. 27. §. 7. et §. 8. l. 47. §. 3. D. de pecul.* ex iure honorario cum exercitore: *l. 1. D. de furt. adu. naut.* interdicto: *l. 1. §. 3. l. 7. l. 18. §. vlt. D. de vi et vi arm. l. 22. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 6. D. ne quid in loc. publ. l. 3. §. 12. D. de hom. lib. exhib. l. 11. §. 6. D. quod vi aut clam. l. 3. §. vlt. D. ne vis fiat ei, qui in poſſ. l. 3. §. 12. D. de tab. exhib. l. 1. §. 1. D. de mort. infer. l. 12. D. comm. diuid. l. 1. §. vlt. D. de Salu. interd.* per interdictum: *l. 2. §. vlt. D. de accuſ. l. 1. §. 32. D. de vi et vi armat.* interdicto quod vi aut clam: *l. 13. D. quod vi aut clam.* EXPERIRI ad iudicem: *l. 1. D. apud eum, a quo adpell. l. 22. §. vlt. D. depoſ.* EXPERIRI iudicio: *l. 43. §. 10. D. de rit. nupt. l. 39. D. de noxal. act. l. 24. l. 28. D. de adpell. l. 65. D. de procur. l. 1. l. 8. C. famil. erciſc. l. 2. D. quand. adpell. l. 9. D. de except. rei iud. l. 1. C. de ſatisd.* iudicio familiae erciſcundae *l. 4. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 18. §. vlt. D. famil. erciſc. l. 1. l. 3. C. eod. tit.* iudicio liberali: *l. 11. §. 5. D. de lib. cauſſ.* noxali iudicio aduerſus dominum: *l. 17. §. 9. D. de iniur. l. 8. D. de noxal. act.* iudicio publico de vi: *l. 2. §. 1. D. vi bon. rapt.* tutelae: *l. 58. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 1. §. vlt. D. de vſur. l. vlt. §. vlt. D. de adpellat.* contrario tutelae iudicio: *l. 1. §. 4. D. de contrar. tut.* Nec tantum EXPERIRI iudicio, verum etiam iudicium EXPERIRI dicunt iuriſconſulti, veluti EXPERIRI iudicium familiae erciſcundae: *l. 25. pr. D. famil. erciſc.* item liberale iudicium: *l. 12. D. de quaeſtion.* Sed et ius EXPERIRI boni auctores dicunt: vt Liu. *Lib. XL. Cap. 29. Vti ſi quod ſeu ius, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret,* EXPERIRETVR. Tacit. *Lib. III. Ann. Cap. 36. Neque ipſe audeat ius* EXPERIRI. Calpurn. *Declam. XXIV. Ius, quod tibi vindicas* EXPERIRE. Sic iuris EXPERIVNDI gratia, ait Paullus *l. 1. D. de in ius voc.* Cicero *pro Caecin. Cap. XII Homines inermes, qui ad conſtitutum iuris* EXPERIVNDI *gratia veniſſent,* id eſt, vt de iure ſuo diſceptarent. EXPERIRI iure ciuili cum fure: *l. 1. D. furt. adu. naut.* ſeparatim de ſingulis iniuriis: *l. 7. §. 5. D. de iniur.* lege. *l. 9. §. 1. D. de dol.* ex locato cum colono: *l. 13. §. 30 D. de act. emt.* cum marito: *l. 30. D. ſol. matr. l. 58. D. de donat. int. vir. et vxor.* EXPERIRI nomine hereditario vel ſuo: *l. 93. D. de ſolut.* patris: *l. 17. §. 1. D. de iniur.* procuratorio: *§. vlt. Inſt. de except.* EXPERIRI ex noxa: *l. 13. D. de iudic.* cum parente *l. 7. §. 3 D. de iniur.* in partem: *l. 40. §. 1. D. de damn. inf.* in partem ſibi debitam: *l. 1. §. 11. D. ſi quid in fraud. patr.* pro parte. *l. 31. §. 10. D. de Aedil. edict.* de peculio: *l. 17. D. de in rem verſ.* in perſonam: *l. 1. §. 1. D. de ſuperfic.* de poſſeſſione: *l. 1. §. 32. D. de vi et vi arm.* EXPERIVNDI poteſtas: *l. 1. l. 10. D. quae in fraud. cred. l. 1. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 4. D. de diuerſ. temp. praeſcr. l. 1. D. quand. act. de pecul. ann. l. 1. D. vti poſſid. l. 1. D. quod vi aut clam. l. 1. D. de incend. ruin. naufr. l. 3. D. vi bon. rapt. l. 4. C. de his, quae vi.* EXPERIVNDI poteſtas ſit: *l. 6. D. de calumniat.* poteſtas eſt: *l. 38. §. 4. D de ſolut.* poteſtatem habere: *l. 28. §. 3. D. ex quib. cauſſ. mai.* Quod quomodo accipiendum ſit, exponitur in *l. 1. D. de diuerſ. temp. praeſcript. l. 55. D. de aedilit. edict.* EXPERIVNDI facere poteſtatem. *l. 7. D. famil. erciſc.* EXPERIRI praeiudicio: *l. 30. D. de reb. auct. iud. poſſid.* per procuratorem: *l. 4. §. 1. D. de adpell.* de proprietate pignoris: *l. 63. D. de re iud.* cum pupillo: *l. 36. D. de admin. et peric. tut.* in rem: *l. 1. C. de non num. pecun. l. 1. C. ſi pign conu.* de eadem re *l. 5. D. de except. rei iud.* Non recte EXPERIETVR: *l. 54. D. ad leg. Aquill.* Rurſus EXPERIRI: *l. 1. §. vlt. D. quand. act. de pecul. ann.* ex ſtipulatione: *l. 2. D. de doli except.* ex ſtipulatu: *l. 18. de hered. vel act. vend.* EXPERIRI tardius: *l. 44. D de damn. inf.* contra transactionem. *l. 23. §. 3. D. de condict. indeb.* ex vendito aduerſus emtorem: *l. 2. §. 18. D. de hered. vel act. vendit.* cum vicino: *l. 2. §. 28. D ne quid in loc. publ.* EXPERTVS cum vno *l. 51. D. de euict.* de vſuris. *l. 10. §. 5. D. de in rem verſ.*

EXPERS culpae: *l. vlt. D. de admin. et peric. tut.* damni: *l. 1. C. de tut. illuſtr. perſ.* litterarum. *l. 6. C. de decurion.* munerum, id eſt, immunes: *l. 6. C. de epiſc. et cler.* negotiorum: *l. 6. §. vlt. D. de excuſat.* rerum forenſium. *l. 25. §. 1. D. de probat.*

EXPETERE. EXPETI vocibus totius populi: *l. 49. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*]

[EXPIARE condignis cruciatibus nefas: *l. 1. C. Theod. de crim. pecul. Lib. IX. tit. 28.* EXPIARE effuſione humani ſanguinis *l. 14. C. Th. quor. adpell. non recip. Lib. XI. tit. 36.* ſcelus flammis vltricibus. *l. 6. C. Theod. ad leg. Iul. de adult. Lib. IX. tit. 7.*]

EXPILARE aedes: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 3.*

tit. 3. §. 3. hereditatem : *l. 40. D. de ſtatulib. l. 12. C. ex quib. cauſſ. infam.* Hinc crimen hereditatis EXPILATAS: *l. 3. D. de ſuſp. tut. l. 7. D. ad SC. Turpill. l. 3. C. famil. erciſc. tit. D. et C. expil. hered.* id eſt, compilatae, vt in *l. 33. D. de negot. geſt. l. 23. D. de fideic. libert.* Ideo autem hoc crimen proprio nomine notatum eſt, quod in furti adpellationem non caderet, nec furtum in hereditate iacente fieri intelligeretur: *l. 2. §. 1. D. expil. hered. l. 17. C. de furt.* Sic et EXPILARE rem hereditariam: *l. 21. D. de adquir. vel omitt. hered.* ſubſtantiam: *l. 3. §. 5. D. de ſuſpect. tut.* templa: Quinctil. *Declam. CCCIV.* villas. *l. 11. D. ad leg. Iul. de vi publ.*

EXPILATIO qualitate et atrocitate criminis a ſurto diſcernitur. *l. 16. §. 6. D. de poen.* In Gloſſis MSC. quae Palaemonem auctorem praeferunt, EXPILATORES *alienae hereditatis ſubreptores* definiontur. EXPILATIO vtique hereditatis furtum improbius adpellatur *l. 12. C. ex quib. cauſſ. infam.*

EXPILATOR atrocior ſures. *l. 1. §. 1. D. de effract. et expilat.*

EXPLANARE cauſſas: *l. 25. §. vlt. D. de probat.* id, quod quis obſcurius in teſtamento vel nuncupat, vel ſcribit. *l. 21. §. 1. D. qui teſt. fac. poſſ.* [Legis verba aliis ſcitis EXPLANARE. *l. 14. C. Theod. quor. adpell. non recip. Lib. XI. tit. 36.*]

EXPLERE, complere, vel implere ſignificat. Sic EXPLERE annum : *l. 18. §. 2. D. de alim. et cibar. leg.* Necdum EXPLETO anno: *l. 74. §. 1. D. ad SC. Trebell.* EXPLERE annos doodecim: *l. 4. D. de rit. nupt.* viginti: *l. 4. D. de ſeru. export.* annum decimum quintum: *l. 78. §. 12. D. ad SC. Trebell.* EXPLETO aſſe: *l. 13. §. vlt. l. 17. §. 1. D. de hered. inſt.* id eſt, *poſt deſcriptum aſſem,* vt *l. 59. D. eod. tit.* videlicet XII. vnciis diſtributis. EXPLERE conditionem, id eſt, implere: *l. 4. §. 2. D. de ſtatulib. l. 13. D. de condit. et demonſtr. l. 63. D. ad SC. Trebell.* EXRLERI conditio dicitur, quae impletur et exſiſtit. *l. 18. l. 25. l. 112. §. 1. D. de condit. et demonſtr. l. 65. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 24. l. 28. D. de ſtatulib.* EXPLETA conditio: *l. 3. §. 11. l. 28. D. de ſtatulib. l. 68. D. de ſolut. l. 63. §. 7. D. ad SC. Trebell.* EXPLETA conditione: *l. 108. D. de verb. oblig. l. 43. §. 9. D. de Aedil. edict. l. 38. D. de mort. cauſſ. donat. l. 11. l. 26. D. de condit. inſtit. l. 22. D. de hered. inſt. l. 5. D. de cond. et demonſtr. l. 18. D. quand. dies legat.* EXPLENDAE conditionis cauſſa: *l. 26. pr. D. de legat. I. l. 17. D. de ſtatulib. l. 38. D. de mort. cauſſ. donat.* cios EXPLENDAE gratia: *l. 4. D. de condit. et demonſtr.* EXPLETAE conditionis tempus. *l. 98. D. de condit. et demonſtr.* Si dupondius EXPLETVS ſit: *§. 8. Inſt. de hered. inſt.* EXPLENDAE fidei cauſſa, vel gratia, promiſſum: *l. 62. D. de condict. indeb. l. 27. §. 14. D. ad SC. Trebell.* Non EXPLENDI fideicommiſſi cauſſa. *l. 68. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* EXPLERE foſſas: *l. 24. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* mandatum: *l. 27. §. 2. D. mand.* id eſt, exſequi: ſalarium: *l. vlt. D. de in rem verſ.* EXPLETO ſalario: *l. 41. §. 1. D. de fideic. libert.* EXPLETO ſpacio fugae: *l. 4. §. 4. D. de re milit.* EXPLETA eſt numeratione ſubſtantia obligationis: *l. 6. D. de SC. Maced.* EXPLERE tempus: *l. 33. D. de pact.* EXPLETO tempore: *l. 38. §. vlt. D. de liber. cauſſ. l. 6. §. 1. D. pro emtor.* tempore militiae: *l. 3. § 8. D. de re milit.* Ad EXPLENDVM tempus: *l. 15. D. de diuerſ. temp. praeſcr.* ante EXPLETVM tempus: *l. 39. D. de pign. act.* EXPLETA vſucapio. *l. 2. D. de diuerſ. temp. praeſcr.*

EXPLICARE, interpretari, exponere, vt: hoc EXPLICAVIT Sabinos: *l. 11. D. depoſ.* ¶. 2. EXPLICARE, expedire, conficere, peragere plerumque ſignificat. EXPLICARE adpellationem: *l. 24. §. vlt. D. de adpell.* id eſt, exſequi, ſeu reddere cauſſas adpellationis; vt eſt in *l. 18. D. eod. tit.* [EXPLICARE coeptum, id eſt, perſicere. *l. 21. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] Eo modo collatio EXPLICARI poteſt. *l. 2. §. 6. D. de collat.* [EXPLICARE deſideria ſua: *l. vn. pr. C. de ſuffrag. l. 7. C. Theod. de legat. Lib. XII. tit. 12.*] EXPLICANTVR per heredem, quae a defuncto inchoata ſunt: *l. 1. D. de fideiuſſ. et nominat. tut. l. 40. D. pro ſoc.* Ad EXPLICANDVM iter: *l. 7. D. ad SC. Trebell.* EXPLICANDVM iodicium: *l. 6. §. 1. D. de Carbon. edict.* EXPLICATVR iurisdictio: *l. 2. D. de iurisd.* EXPLICATVR legatum codicillis: *l. 38. D. de cond. et demonſtr.* [EXPLICARE munus, id eſt, peragere, exſequi: *l. 77. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. et l. vlt. C. Theod. de praetor. et quaeſt. Lib. VI. tit. 4.* Neceſſitatem EXPLICARE, pro fungi munere. *l. 1. C. Theod. de protoſtaſ. Lib. XI. tit. 23.*] EXPLICANT prouinciales negotia ſua per proconſulem: *l. 10. D. de offic. proconſ.* nondum EXPLICATO eo negotio: *l. 9. D. de curat. furioſ.* Quo facilius negotia EXPLICENTVR. *l. 22. D. de teſtib.* EXPLICARE vetera negotia: *l. 21. §. 2. D. de negot. geſt.* EXPLICARE commode rem per ſe, vel alium: *l. 22. D. mand.* Ita res EXPLICATVR: *l. 30. §. 6. D. de fideic. libert.* EXPLICATVR res caotionibus. *l. 73. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 16. D. de pignor.* Quod facile EXPLICARI poſſit ſcientia litterarum: *l. 93. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* Ad ea EXPLICANDA, quae ſollemnitatem iuris deſiderant: *l. 19. D. de auctor. et conſ. tut.* EXPLICANDARVM venditionum cauſſa impendi. *l. 72. D. ad leg. Falcid.* ¶. 3. EXPLICARI etiam et EXPLICITVM eſſe dicitur, quod perſicitur, vel cui vltima manus impoſita. Sic: EXPLICITVS eſt articulus do vt des: *l. 5. §. 1. D. de praeſcript. verb.* quamuis gloſſema redolere haec verba, et e margine in textum migraſſe videantur. Sic et EXPLICITVM librum dixit Martial. *Lib. XI. Epigr. 108.*

> EXPLICITVM *nobis vsque ad ſua cornua librum*
> *Et quaſi perlectum,* Septiciane, *refers.*

HEIN. [Et EXPLICITVM opus *Lib. XIV. Epigramm. ad lectorem:*

> *Quoniscumque loco potes hunc finire libellum:*
> *Verſibus* EXPLICITVM *eſt omne duobus opus.*

Sed et: Quibus EXPLICITIS, id eſt, abſolutis,

[eſt

eſt in *l. 14. §. vlt. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* EXPLICITVM templum, id eſt, perfectum: *l. 17. D. de alim. vel cibar. legat.* [Sulpit. Seuer. *Lib. I. Hiſt. ſacr. Cap. 40. Salomon coeptum templi opus vigeſimo anno EXPLICVIT.* EXPLICITO tractatu: *l. 1. D. ad SC. Trebell.* Pro eo verbo EXPLICITVM ſub finem librorum MSS. frequenter legitur EXPLICIT. e. g. EXPLICIT *liber ſecundus, incipit tertius*, vel EXPLICIT *feliciter.* Car. du Freſne *in Gloſſar. med. et inf. Latin. hac voce*, quamuis idem obſeruet, in codicibus quibusdam elegantioribus ac vetuſtioribus pro eo occurrere EXPLICITVM, ex quo, vltima ſyllaba mutilato, natum videtur illud EXPLICIT. Vtut vero de Latinitate vocis merito dubitent Laur. Valla *Lib. III. Eleg. Cap. 41.* et viri docti alii: ſatis antiquum tamen eſſe eius vſum, patet ex loco Hieronymi *Epiſt. CXXXVIII. ad Marcellam: Solemus, completis opuſculis, ad diſtinctionem rei alterius ſequentis medium interponere EXPLICIT, aut feliciter, aut aliquid iſtiusmodi.* Addunt locum Apuleii, qui et ipſe ſub finem *Libri XI. Metamorphoſ. Apuleii, Platonici, Medaurenſis metamorphoſeon Lib. XI. EXPLICIT.* Vnde Elmenhorſtius in Notis, *nugas agere* putat eos, *qui hoc verbum, tamquam nouitium, et adulterinum, faſtidioſe reiiciant.* Sed quis ſpondeat, haec ab Apuleii, ac non potius librarii manu eſſe? Sane merito elegantiae ſtudioſiores faſtidiunt vocabulum, quod nec analogia, nec veterum auctoritate defenditur. HEIN. ¶. 4. EXPLICARE, pro extricare. EXPLICARE pecuniam, id eſt, conficere, extricare negotium pecuniarium: *l. 31. D. de re iudic.* EXPLICARE rationes: *l. 69. D. de legat. I.* EXPLICARE ſe, id eſt, euitare periculum. *l. 29. §. 3. D. ad leg. Aquil.* ¶. 5. [EXPLICARE, pro praeſtare, exſequi. *l. 5. C. Theod. de pact. et transact. Lib. II. tit. 9*] ¶. 6. [EXPLICARI, dimitti vel abſolui. EXPLICARI ſacris, id eſt, e familia vel poteſtate dimitti. *l. 7. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.*]

EXPLODERE, reiicere. EXPLOSIS ridiculis ambagibus: *l. vlt. C. de legib.* EXPLOSA intentio: *l. 7. C. de petit. hered.* EXPLOSIS itaque reiectis praeſcriptionibus: *l. 2. C. de conſort. eiusd. lit.* EXPLOSO Senatusconſulto Pegaſiano. *§. 7. Inſt. de fideic. hered.*

EXPLORARE, eſt inquirere, inueſtigare, excutere, examinare. Non. Marcellus: EXPLORARE, inquit, *eſt intentius obſeruare, item verum inquirere.* Hinc illa: EXPLORANDVM: *l. 34. D. de legib. l. 25. D. de legat. II.* EXPLORANDVM eſt diligenter: in reſcripto Traiani apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 51.* EXPLORANDVM retuli: *l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Pontifices EXPLORARE debent: *l. vlt. D. de mort. infer.* EXPLORATVR bona fides: *l. 56. §. 2. D. mand.* Iudex, apud quem ſatis petitur, EXPLORARE debet, an per calumniam ſatis petatur: *l. 3. §. 1. D. vt in poſſeſſ. legat.* Diligentis iudicantis eſt, EXPLORARE, quae conſuetudo in ea prouincia, in qua iudicat, fuerit: *l. 3. §. vlt. D. de teſt.* Liberum eſt cuique, apud ſe EXPLORARE, an expediat ſibi conſilium: *l. 2. §. vlt. D. de mand.* Quum EXPLORARI non poſſit, vter prior exſtinctus ſit: *l. 22. D. de reb. dub.* Vt EXPLORARI poſſit, imputationes probe, an improbe referuntur: *l. 82. D. de condit. et demonſtr.* EXPLORARE et inueſtigare maleficia per ſeruorum quaeſtiones *l. 8. D. de quaeſtion.* EXPLORANDA in perſona teſtium: *l. 3. D. de teſtib.* EXPLORANDI pretii gratia, id eſt, exquirendi: *l. 1. §. vlt. D. de praeſcript. verb.* Ad iudicis officium pertinet, EXPLORARE ea, per quae probetur, quanti ſit in bonis: *l. 95. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* Ante debet rem diligenter EXPLORARE, qui agit: *l. 42. D. de reg. iur.* [EXPLORARE veritatem praeſentium et futurorum, de ſacrificiis diuinatoriis: *l. 9. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.*] EXPLORARI debet voluntas: *l. 5. D. de adopt.* id eſt, exquiri. EXPLORANDA eſt voluntas. *l. 2. D. de offic. procurat. Caeſ. l. 3. D. qui ſine manumiſſ.*

EXPLORATIO, ſpeculatio. Qui in EXPLORATIONE emanet. *l. 3. §. 4. D. de re milit.*

EXPLORATOR, qui ſecreta nunciat hoſtibus: *l. 6. §. 4. D. de re milit. l. 38. D. de poen.* Feſtus Pompeius: EXPLORATOR *a ſpeculatore hoc diſtat, quod ſpeculator hoſtilia ſilentio perſpicit: EXPLORATOR pacata clamore cognoſcit.* EXPLORATORVM autem munus deſcribitur apud Procop. *Lib. I. de bello Perſ.* et exactius apud Suidam in voce ἐξπλωράτωρ *Tom. I. p. 779.* Οὗτοι οἱ ἐξπλωράτοι τῶν βασιλέων πόλεις τε καὶ κώμας, καὶ τὰς ἄλλας τόπους, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν χωρίων, καὶ τῶν ὁδῶν διαστήματα, καὶ τὰς θέσεις, καὶ ὧν ἕκαστος τ[illegible]ς εὐπορεῖ τε καὶ οὔ, ἐπιτηδείων ὄντων τοῖς ὁδοιπόροις, καὶ εἰ πρὸς πλῆθος ἐπαρκεῖν οἷά τέ εἰσιν. ἔργον γὰρ τούτοις τὸ περιεργάζεσθαι, τίς ἡ τῶν πραγμάτων κατάστασις, καὶ ποῖα τὰ κατὰ Ῥωμαίων σκεπτόμενα ὑπὸ Περσῶν, καὶ ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν βασιλέα. *Hi exploratores regii vrbes, vicos, aliaque loca, et pleroſque agros, et viarum interualla ſitusque inſpiciebant, et, quibus rebus vnusquisque locus abundaret, vel careret, iis nempe, quae ad commeatum pertinent, et an multitudini ſufficere poſſent, explorabant. Horum enim munus erat, accurate inquirere, quisnam eſſet rerum ſtatus, et quaenam conſilia contra Romanos a Perſis agitarentur, eaque quum cognouiſſent, ad Imperatorem referre.*

EXPLORATVS, A, VM, certum, cognitum. EXPLORATVM eſt: *l. 3. D. de natal. reſtit. l. 12. D. ſolut. matrim. l. 13. §. 10. D. de act. emt.* EXPLORATISSIMVM eſt: *l. 5. §. 4. D. de op. nou. nunc.* EXPLORATVM eſſe debet: *l. 3. §. 30. D. de SC. Silan.* Antequam EXPLORATVM ſit: *l. 10. D. de verb. oblig.* Pro EXPLORATIS facinoribus haberi non oportet reorum confeſſiones: *l. 1. §. 17. D. de quaeſt.* EXPLORATA fides, pro ſpectata: *l. 3. §. 4. D. de lib. exhib.* EXPLORATA eorum fide, et grauitate: *l. 1. D. de offic. praef. praetor.* Vtitur hoc verbo et Statius *Lib. III. ſilu. 5.* EXPLORATI iuris eſt, id eſt, certi: *l. 52. §. 5. D. pro ſoc. l. 7. C. de vſufr. l. 7. C. de rei vind. l. 11. C. famil. erciſc. l. 7. C. de condict. indeb. l. 1. C. ſi cert. pet. l. 9. C. quod cum eo, qui in al. l. 10. C. ad SC. Vellei. l. 6. C. de pact. conu. l. vlt. C. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. l. 12. C. de*

Digitized by Google

12. C. de teſtam. milit. l. 7. C. de collat. l. 1. C. de poſtum. hered. l. 2. C. ad leg. Falcid. l. 3. C. de legit. hered. l. 1. C. ſent. reſcind. l. 12. C de fideic. l. 17. C. de fideiuſſ. l. 13. C. ad leg. Iul de adult. l. 1. C. vi bon. rapt. l. 3. C. ad municipal.

EXPONERE, emittere interdum ſignificat. Sic EXPONERE cautionem, pro cauere: *l. 25. §. vlt. D. de probat. l. 43. §. vlt. D. de admin. et peric. tut. l 8. C. de non num pecun. l. 7. C. de praeſcript. trig. ann.* EXPONERE epiſtolam: *l. vlt. D. de pecun. conſtit.* iudicatum ſolui: *l. 8. §. 3. D. de procurat.* ſatisdationem. *§. 3. Inſt. de ſatisdat.* ¶. 2. EXPONERE, vt Nonius, interdum ſignificat abiicere, vt loquitur Iuſtinianus, *l. vlt. C. de infant. expoſ.* Sic EXPONERE filiam: *l. 16. C. de nupt.* filium: *l. 29. D. de manumiſſ. teſtam.* Tertullian. *Apolog. Cap. IX. In primis filios EXPONITIS, ſuſcipiendos ab aliqua praetereunte matre extranea.* Itaque EXPONI dicebantur liberi, quos parentes, quum tolli et educari nollent, abiiciebant, ſortique ac fortunae committebant. *l. 2. l. vlt. C. de infant. expoſ.* Cuius rei exempla ex Terent. *Heaut. Act. IV. ſcen. I.* ſuppetunt. Hinc EXPOSITVS, qui, quorum parentium ſit, ignorat: *l. 1. §. 1. D. de iur. et facti ignor.* EXPOSITI quodammodo ad mortem: *l. 2. C. de infant. expoſ.* Sic et EXPOSITI liberi apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 72.* Velut EXPOSITOS in aliqua ſolitudine aut in maria proiectos. Quinctil. *Declam. CCXLVIII.* EXPONERE merces, pro exonerare: *l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod.* EXPOSITVM onus propter neceſſitatem aduerſae tempeſtatis: *l. vlt. §. 8. D. de publican.* EXPOSITVS partus: *l. 1. C. de infant. expoſ.* EXPONERE publicis locis partum miſericordiae cauſſa. *l. 4. D. de adgnoſc. et al. lib.* Liuius *Lib. I. Cap. 4.* de Remo et Romolo: *In proxima alluuie pueros* EXPONVNT. EXPOSITA tabula in pergula: *l. 5. §. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* EXPONI viſceribus matrum. *l. 42. C. de liber. cauſſ.* ¶. 3. EXPONERE, enarrare, interpretari, exponere. EXPOSITA controuerſia: *l. 14. D. de iure codicill.* EXPOSITO metu: *l. 45. D. ad SC. Trebell.* EXPOSITVS Senatusconſultis ordo: *l. 1. §. 1. D. de inſpic. ventr.* EXPOSITA re ſummatim iudici: *l. 40. D. ad leg. Aquill.* EXPOSITA ſpecies apud Iulianum: *l. 11. §. 4 D. quod vi aut clam.* Stipulatio EXPOSITA a Gallo Aquillio. *l. 18. D. de acceptilat.* ¶. 4. EXPOSITVM, ait Nonius, ſubiectum. Sic multorum inſidiis EXPOSITVM minorum aetatium conſilium: *l. 1. D. de minor.* id eſt, ſuppoſitum atque obiectum, vt in ſimili ait *l. 2. §. 1. D. ad SC. Velleian.*

EXPORTARE, euehere. EXPORTARE aurum et argentum de domo: *l. 1. §. 5. D. de quaeſtion.* fructus fundi vaſis: *l. 6. D. de ſeruit. praed. ruſt.* Quae EXPORTANDORVM fructuum cauſſa parantur: *l. 12. §. 1. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* EXPORTARE peculium: *l. 40. §. 3. D. de ſtatulib.* reſectioni neceſſaria: *l. 3. §. vlt. D. de riuis.* theſaurum. *l. 15. D. ad exhib.*

EXPOSCERE. EXPOSCIT bona fides: *l. 13. D. commun. praed.* Bonorum poſſeſſio, quae decretum EXPOSCIT, id eſt, deſiderat: *l. 2. §. 1. D. quis ordo in poſſeſſ.* EXPOSCIT ratio, *l. 97. D. de ſolut.* id eſt, exigit, et expoſtulat.

EXPOSITIO perſonarum: *l. 10. §. 17. D. de grad. et adfin.* In ipſa EXPOSITIONE criminum. *l. 20. C. de his, qui accuſ. poſſ.*

EXPOSTVLARE pro poſtulare, exigere, deſiderare. EXPOSTVLAT ratio *l. 36. §. vlt. D. de hered. petit.* Prout quaeque res EXPOSTVLAT. *l. 11. D. de poen.* Eadem notione vſus Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 28. Tarda ſunt, quae in commune* EXPOSTVLANTVR. Et *Lib. XV. Cap. 17. Armeniam quoque diuerſis praeſidiis vacuam fieri* EXPOSTVLABAT. HEIN. ¶. 2. EXPOSTVLARE, exprobrare, obiurgare. EXPOSTVLARE verecunde. *l. 1. §. 8. D. de offic. praef. vrb.*

EXPRESSIM, aduerbium, id eſt, aperte, manifeſte, diſertis verbis. *l. 4 C. de praeſcript. trig. vel quadr. ann.* EXPRESSIM agitur; vt: *l. 98. §. 5. D. de ſolut.* EXPRESSIM adgnouiſſe ſois litteris: *l. vlt. C. de his, qui ſibi adſcrib.* Si nihil EXPRESSIM inter eos conuenit: *l. 2. §. 12. D. de hered. vel act. vend* EXPRESSIM data ſententia. *l. 19. D. de adpellat.*

EXPRIMERE, eſt palam et aperte ſignificare, declarare, demonſtrare. *l. 13. §. 3. D. de reb. dub.* Hinc EXPRESSISSE et *voluiſſe* ſeparantur: *l. 6. §. vlt. D. de legat. I.* Siue EXPRESSVM eſt, ſiue *intellexit. l. 6. D. de adſign. libert.* Sed EXPRIMI, et *legi verbis* et opponuntur. *l. 68. D. de hered. inſt.* Non EXPRIMIT Mela de actionibus. *l. 20. §. 1. D. de praeſcr. verb.* EXPRESSIT teſtator: *l. 66. l. 68 vlt. D. de legat. III. l. 19. D. de teſtam. milit. l. 13. §. vlt. D. de reb. dub. l. 64. §. vlt. D. de legat. II. l. 47. D. de condit. et demonſtr.* niſi aliud EXPRESSIT teſtator: *l. 13 D. de manumiſſ. teſtam.* Hoc enim EXPRIMITVR: *l. 69. §. vlt. D. de euict.* Niſi hoc EXPRESSVM eſt: *l. 41. §. 2. D. de vulg et pupill. ſubſt.* Et ſi non erat EXPRESSVM. *l. 47. D. de condit. et demonſtr.* Multa vero EXPRIMI dicuntur, qnae ordine alphabetico enarrabimus. EXPRIMERE actionem: *l. vlt. C. de interdict.* EXPRIMITVR caſus in ſtipulatione: *l. 7. §. vlt. D. vſufruct. quemadm. cau.* EXPRIMITVR cauſſa vel non: *l. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 14. D. de except. rei iudic. l. 114. §. 11. D. de legat. I.* EXPRESSAE ſpecialiter cauſſae exceptionum: *l. 4. §. 4 D. ſi quis cantion.* EXPRESSVM ſpecialiter in compromiſſo, vel in compromiſſis: *l. 21. §. 6. D. de recept. arbitr. l. 27. § 4. D. ead. tit.* EXPRIMITVR conditio: *l. 21. D. de iure dot. l. 1. D. de ſtatulib. l. 86. D. de hered. inſt* quae inerat: *l. 7. D. quand dies leg.* Hinc EXPRESSA conditio, et *tacita* opponuntur. *l. 21. D. de iur. dot.* Haec ſcriptura vnam conditionem exprimit: *l. 26. D. de condit. et demonſtr.* EXPRIMERE conditionaliter: *l. 88. D. de legat. I.* EXPRESSVM eſt conſtitutione: *l. 3. §. 1. D. de ſuis et legit. hered. l. 29. D. ad SC. Trebell.* conſtitutionibus: *l. 4. §. 2. D. de in lit. iur.* Siue hoc EXPRIMERETVR in

contractu;

contracto: *l. 4. §. 6. D. de manumiſſ.* EXPRIMITVR edicto: *l. 25. §. 8. D. de Aedil. edict.* EXPRESSVM edicto: *l. 18. D. de minor. l. 20. D. de op. non. nunc. l. 5. C. de procurat. l. 38. §. vlt. D. de Aedil. edict.* EXPRIMI eloquutione: *l. 12. §. 2. D. rat. rem habit.* Quae EXPRIMVNTVR epiſtola: *l. 11. D. de mun. et honor. l. 8. §. 4. D. de poen.* EXPRESSVM epiſtola: *l. 6. D. de interd. et releg.* EXPRIMI euidenter: *l. 33. D. de excuſat. l. 16. D. de manum. teſt.* Haec verba non ſatis EXPRIMVNT fideicommiſſum: *l. 11. §. 9. D. de legat. III.* EXPRIMERE ſecundos heredes: *l. 25. D. qui teſt. fac.* EXPRESSVM interdicto: *l. 1. D. de ripa mun.* EXPRIMITVR lege: *l. 9. D. de lege Corn. de falſ.* lege EXPRESSVM eſt: *l. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* lege donationis: *l. 135. §. 3. D. de verb. oblig.* EXPRIMVNT litterae orationem: *l. 38. D. de obl. et act.* litterae, quibus animi adfectus EXPRIMITVR: *l. 17. D. de iure codicill.* EXPRESSIT in litteris: *l. 37. §. 4. D. de legat. III.* Si litteris EXPRIMATVR: *l. 56. D. mandat.* Magis intellectu percipi, quam ex loquutione EXPRIMI poteſt: *l. 13. D. de ſolut.* Sed manifeſtum eſt, ibi legendum eſſe ELOQVVTIONE, vti in *l. 12. §. 2. D. rat. rem habit.* EXPRIMERE manifeſte: *l. 33. D. de legat. II.* *l. 68. §. vlt. D. de legat. III.* EXPRESSVM eſt in marito: *l. 25. D. ad leg. Iul. de adult.* EXPRIMENDVS ſpecialiter modus poenae: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 33. §. 6.* Etiamſi non EXPRIMAT de morte filii: *l. 24. §. 1. D. de lib. et poſtum.* EXPRIMITVR nomen: *l. 2. D. de lib. et poſtum.* propriis nominibus EXPRESSIS: *l. 24. D. ad SC. Trebell.* Idem poteſt circa nomina EXPRESSA tractari: *l. 14. D. de iur. codicill.* Si nec nomen eius EXPRESSVM ſit: *l. 2. D. de lib. et poſtum.* EXPRIMERE nominatim: *l. 32. D. de iudic. l. 8. D. de caſtr. pecul.* EXPRESSVM nominatim: *l. 87. D. ad leg. Falcid. l. 14. D. de ſupell. leg. l. 52. D. de condit. et demonſtr.* Quae nominatim expreſſa non erat: *l. 12. §. 46. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* EXPRESSVM eſt oratione: *l. 6. §. 9. D. de iniuſt. rupt. irrit.* EXPRESSAE inſtitutione partes: *l. 1. C. de impub. et al. ſubſt.* plus praetor expreſſit: *l. 21. §. 1. D. ex quib. cauſſ. mai.* EXPRIMERE precibus: *l. 3. C. de duob. reis. l. 8. C. de impub. et al. ſubſt.* De pretio nihil EXPRIMITVR: *l. 8. D. de Public. in rem act.* Arbitrium certam quantitatem EXPRIMIT: *l. 1. D. de legat. II.* EXPRIMVNTVR plures res nominatim in legato: *l. 2. D. de legat. II.* Quo reſcripto illud EXPRESSIT: *l. 1. D. de quaeſt.* EXPRIMITVR reſcriptis: *l. 3. §. 6. D. de iur. fiſc. l. 28. §. 2. D. de poen.* EXPRESSVM eſt reſcripto: *l. 9. D. de cenſib.* et in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 7.* EXPRESSVM ſenatusconſulto: *l. 51. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 18. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.* ſenatusconſultis: *l. 35. D. de iure fiſc.* EXPRIMIT idem ſermo duas ſententias: *l. 67. D. de reg. iur.* EXPRESSVM eſt in ſeruo: *l. 36. D. de pecul.* EXPRIMERE ſpecialiter: *l. 1. §. 9. D. de exerc. act. l. 13. §. vlt. D. de reb. dub. l. 19. D. de teſtam. mil. l. 62. D. de cond. et demonſtr. l. 58. D. de verb. oblig. l. vlt. C. de iur. delib.* EXPRIMITVR ſpecialiter: *l. 28. §. 2. D. de poen.* Specialiter EXPRIMENDVM: *l. 2. §. 1. D. de dol. except.* Niſi ſpecialiter ſit EXPRESSVM: *l. vlt. §. 11. D. de mun. et honor. l. 14. D. de ſupell. legat.* EXPRESSA ſpecialiter: *l. 18. §. 13. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* EXPRIMERE ſpecies legatas: *l. 18. D. de aur. arg. leg.* ſpecies ſeruitutis: *l. 7. D. commun. praed.* Vt res EXPRIMANTVR ſtipulatione: *l. 86. D. de verb. obl.* Nihil EXPRESSVM eſt in ſtipulatione: *l. 54. D. locat.* EXPRIMERE ſubſtitutionem: *l. 64. D. de legat. III.* in ſubſtitutione: *l. 83. §. vlt. D. de legat. III.* Ceterum EXPRESSA et *compendioſa* ſubſtitutio, ſeparantur: *l. 8. C. de impub. et al. ſubſt.* EXPRIMIT iudex ſummam in ſententia: *l. 59. pr. D. de re iudic.* EXPRIMITVR tempus: *l. 66. D. de donat. int. vir. et vx.* Quaedam teſtamento ſi EXPRIMANTVR, effectum nullum habent: *l. 68. D. de hered. inſt.* EXPRIMERE teſtamento: *l. 33. D. de legat. II.* Si id in traditione EXPRESSVM eſt: *l. 6. §. vlt. D. commun. praed.* EXPRIMERE verbis; Plin. *Lib. X. Epiſt. 2. l. 86. D. de hered. inſtit. l. 65. D. de legat. I. l. 52. §. vlt. D. de obl. et act.* EXPRESSVM verbis: *l. 29. D. ad SC. Trebell. l. 2. §. vlt. D. de adminiſtr. rer.* Etſi verbis ſint EXPRESSI: *l. 170. D. de verb. ſignif.* niſi palam verbis EXPRIMITVR: *l. 99 D. de verb. oblig.* Haec adiectio teſtatoris voluntatem EXPRIMIT: *l. 13. D. de hered. inſtit.* EXPRIMERE teſtamento voluntatem: *l. 5. C. de religioſ.* Quia non exprimeretur manifeſta voluntas: *l. 68. D. de hered. inſtit.* EXPRESSA voluntas, et ea, *quae ineſt*, opponuntur. *l. 13. §. vlt. D. de verb. oblig.* ¶. 2. EXPRIMERE, alias elicere et extorquere ſignificat, EXPRIMERE aquam latius fiſtula: *l. 15. D. de ſeru. praed. ruſt.* id eſt, effundere. [EXPRIMERE condemnationes, idem, ac mulctam, poenamue pecuniariam dicere, vel conſtituere. *l. 47. C. Theodoſ. de decurion. Lib. XII. tit. I.*] Area ad frumenta ceteraque legumina EXPRIMENDA: *l. 14. §. vlt. D. de alim. vel cibar.* fauor libertatis EXPRIMIT ſententias benigniores: *l. 32. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* EXPRIMITVR veritas tormentis. *l. 1. §. 23. D. de quaeſt.*

EXPROMERE. [EXPROMI iuſtae animaduerſionis ſupplicium praecipimus. *l. 44. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

EXPROMISSOR adpellatur, qui alienam in ſe obligationem nouatione, vel delegatione ſuſcipit. *l. 4. §. 3. D. de re iudic.* qui reus factus eſt, vt ait *l. 1 §. 8. D. quar. rer. act.* EXPROMISSOREM dat debitor: *l. 37. §. vlt. D. de bon. libert. l. 10. D. de pignor. act. l. 4. D. de condict. cauſſ. dat. l. 8. §. 8. D ad SC. Velleian.* id eſt, reum pro ſe dat, vt eſt in *l. 5. §. 7 D. de iur. dot.* EXPROMISSORE aut pignore dato, de pretio venditori ſatisfactum: *l. 53. D. de contr. emt. §. 41. Inſt. de rer. diuiſ.* id eſt, reo dato, vt *l. 9. §. 3. D. de pignorat. act.* Sane rei, quos ob pactionem libertatis ſerui dominis dabant, hoc eodem EXPROMISSORIS nomine adpellabantur. Nam quem Vlpianus in *l. 7. §. 8. D. de dol. mal.* pactionis pro libertate reum dixit, eumdem poſtea ipſe EXPROMISSOREM vocat. Caius in *l. 13. D. ad SC. Velleian. Si ancilla ob pactionem libertatis*, EXPROMISSORE *dato, poſt manumiſſionem id ipſum ſuſcipiat.*

EXPROMITTERE, eſt pro alio, vel

vel pro ſeipſo promittere. *l. 37. §. 4. D. de oper. libert.* [Semper ergo EXPROMITTERE eſt nouandi animo ſe obligare. Cuiac. *in Comment. ad tit. C. ne fideiuſſ. vel mand. dot. dent.* Et hinc EXPROMITTERE, *et ſoluere*, inter ſe comparantur. *l. 25. D. ad SC. Velleian. l. 45. §. 4. D. mand.*] Et ſic intelligendae loquutiones: Cui EXPROMISSVM eſt: *l. 35. §. vlt. D. de mort. cauſſ. donat.* EXPROMITTERE creditori alieno: *l. 22. D. ad SC. Velleian. l. 45. §. 1. D. mand.* Si mulieri dederim pecuniam, vt eam creditori meo ſoluat, vel EXPROMITTAT: *l. 22. D. ad SC. Vellei.* Si iuſſeris mortis cauſſa debitorem tuum mihi, aut creditori meo, EXPROMITTERE: *l. 31. §. vlt. D. de mort. cauſſ. don.* Quum dotis cauſſa aliquid expromittitur: *l. 55. D. de iure dot.* EXPROMISSA de euictione: *l. 41. §. 9. D. de legat. III.* EXPROMISSA ob hominem pecunia: *l. 14 D. de except.* debitor mulieris iuſſu eius pecuniam viro EXPROMISIT. *l. 36. pr. D. de iur. dot.* ¶. 2. EXPROMITTERE quoque dicitur filiusfamilias, vel ſeruus, qui creditam ſibi, dum in aliena poteſtate fuit, pecuniam, paterfamilias factus, ſoluturum ſe, promittit. Si is, cui, dum in poteſtate patris eſſet, mutua pecunia data fuerit, paterfamilias factus, nouatione facta, eam pecuniam EXPROMISIT. *l. vlt. D. de SC. Maced.* Si quis ſeruo pecuniam crediderit, deinde is liber factus, eam EXPROMISERIT: *l. 19. §. 4. D. de donat.* ¶. 3. Quin etiam domino ſeruum EXPROMITTERE legimus, licet naturaliter tantum obligari poſſit: vt in *l. 11. D. de pecul.* Si pro libertate quid domino EXPROMISIT ſeruus. Et rurſus ibidem: Si quid ſeruus pro domino EXPROMISERAT. Denique in *l. 56. D. eod. tit.* Quod ſeruus meus pro debitore meo mihi expromiſit.

EXPVGNARE, in edicto *de incendio, ruina, naufragio* videtur, qui in ipſo quaſi praelio, et pugna aduerſus nauem et ratem, aliquid rapit, ſiue EXPVGNET, ſiue, praedonibus EXPVGNANTIBVS, rapiat. *l. 3. §. 1. D. de incend. ruin. naufrag.* EXPVGNATA nauis: *l. 3. D. de ſer.* EXPVGNATA naue et rate: *l. 5. D. de incend. ruin. naufr.* EXPVGNARE poſſeſſorem concurſu, et villas ſeditione. *l. 3. D. ad leg. Iul. de vi publ.*

[EXPVNGERE proprium rationum verbum, eſt punctis circumducere, delere, tollere, et velut iam confectam rem eximere a codice. Plaut. *in Ciſtell. Act. I. ſcen. 3. v. 40.*

Nunc quod reliquum reſtat, volo perſoluere:
Vt EXPVNGATVR *nomen, ne quid debeam.*

Vid. Salmaſ. *de vſur. Cap. VI. p. 147.*] EXPVNCTAE rationes: *l. 13. D. de diuerſ. temp. praeſcr.* id eſt, diſpunctae, et examinatae. EXPVNCTVM ſerui rationibus. *l. 27. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

☞ ¶. 2. Sed et EXPVNGI dicebantur milites mortui, vel miſſi, quando illorum nomina ex albo militum eradebantur, horum addita littera Θ ſolebant ſignari, ceu pluribus oſtendit Lipſ. *de milit. vet. Lib. I. Diſſ. II.* Et huc pertinet illud: EXPVNGI ſtipendiis: *l. 15. D. de re milit.* Cornut. in illa Perſ. *ſat. II. v. 12. ſequ.*

Pupillumue vtinam, quem proximus heres
Impello, EXPVNGAM!

Tractum, inquit, *a militibus, qui* EXPVNCTI *dicuntur, dum foras a militia emittuntur.* At propius illud verbum apud Perſium Theod. Marcilius *in Not. p. 50.* deſumtum putat a more teſtatorum, aliquid ex tabulis, quod antea ſcripſerant, expungentium, vti ille in *l. 1. §. 1. D. de his, quae in teſt. del. Lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe feci.* HEIN.

EXQ.

EXQVIRERE, diſquirere, inueſtigare. EXQVIRI oportet: *l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Non EXQVISITIS argumentis: *l. 6. D. eod. tit.* EXQVIRENDA defenſio: *l. 5. §. 1. D. quib. ex cauſſ. in poſſ.* id eſt, requirendus defenſor. EXQVIRERE diem et conſulem: *l. 2. §. 8. D. de aqu. et aqu. pluu.* EXQVIRERE honeſtiſſimum quemque: *l. 1. §. 10. D. de magiſtr. conu.* pecuniam: *l. 12. D. ad leg. Iul. pecul.* pretium rei: *l. 10. §. 1. D. commod.* EXQVISITO pretio: *l. 14. D. de contr. emt.* id eſt, excuſſo, ſeu explorato. EXQVIRENDA quantitas patrimonii: *l. 73. D. ad leg. Falcid.* ratio: *l. 6. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* EXQVIRI veritas: *l. 6. D. de transact. l. 1. D. teſtam. quemadm. aper.* EXQVISITA vndique veritate: *l. vlt. C. de iur. delib.* EXQVIRITVR voluntas; *l. 3. D. ſolut. matrim. l. 8. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* id eſt, *ſpectatur*, vt eſt in *l. 9. D. eod. tit.* Heredis voluntas non eſt EXQVIRENDA. *l. 3. D. de ſeru. export.*

EXQVISITIO, inueſtigatio. EXQVISITIO fit. *l. 9. §. vlt. C. de ſecund. nupt.*

EXQVISITVS, A, VM, ſingularis, inſignis. [EXQVISITIS exitiis ſuppliciisque plectatur: *l. 1. C. Theod. de offic. omn. iud. Lib. I. tit. 12.*] EXQVISITIS poenis ſubdantur: *l. 31. C. ad leg. Iul. de adult.* [EXQVISITIS remediis proſpicere. *l. vlt. C. Theod. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5.*] ¶. 2. [EXQVISITVM aliquando arceſſitum quid denotat, veluti colorem, fucum, leuemque obtentum. Quo ſenſu EXQVISITA ars dicitur, in *l. 15. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.* EXQVISITA cauſſa repudium mittere: *l. 1. C. Theod. de repud. Lib. III. tit. 16.* et ibi Iac. Gothofr. *in Commentar.* EXQVISITI cuniculi: *l. 2. C. Theod. de contr. emt. Lib. III. tit.* EXQVISITA defenſio. *l. 4. C. Theod. de apoſtat. Lib. XVI. tit. 7.*]

EXR.

EXROGARE, vid ſupra in ABROGARE.

EXS.

[EXSCVLPERE, pro ſubtrahere quid, vel intercipere. De fortunis prouinciarum aliquid EXSCVLPERE: *l. 3. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.* Mulcta litigatoribus EXSCVLPITVR: *l. 44. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30.* Statutum mulctae modum iubemus EXSCVLPI: *l. 65. C. Theod. eod. tit.* Sportulae ſollemnis praetextu EXSCVLPERE. *l. 9. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.*]

EXSECARE. EXSECTVS filius

Digitized by Google

EXS.

matris mortuae: *l. 132. §. vlt. D. de verb. ſignif.* EXSECTO ventre editus: *l. 12. D. de lib. et poſtum.* Poſt mortem matris, EXSECTO eiusventre, extractus: *l. 6. §. 1. D. de inoffic. teſtam. l. 11. §. 5. D. de Public. in rem act.* id eſt, *exciſo ventre,* vt eſt in *l. 139. D. de verb. ſignif.* EXSECTO vtero partus editus. *l. 1. §. 9. D. vnde cognat.*

EXSECRABILIS, E. [EXSECRABILES Manichaeorum conuentus: *l. 35. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*] EXSECRABILE delictum: *l. 4. C. ſi ſeru. export.* [EXSECRABILIA myſteria haereticorum: *l. 57. C. Theod. de haeret.* EXSECRABILES nunciatores: *l. 4. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.* EXSECRABILES religiones et profeſſiones, id eſt, haereſes. *l. 61. C. Theod. de haeret.*]

EXSECRARI lites. *l. 4. §. 1. D. de alienat. ind. mut. cauſſ.* ¶. 2. Inde participium, EXSECRANDVS, A, VM. abominandus. [EXSECRANDAE hoſtiarum immolationes: *l. vlt. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* EXSECRANDA delatorum pernicies: *l. 2. C. Theod. de petit. Lib. X. tit 10.*] EXSECRANDA praeda ex naufragiis: *l. 91. D. de incend. ruin. naufr.* [EXSECRANDA daemonum ſacrificia. *l. 23. C. Theod. de pagan.*]

EXSEQVI, peragere, perficere, explere. Sic EXSEQVITVR magiſtratus iure poteſtatis decretum ſuum, non numquam etiam per manum militarem: *l. 3. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.* EXSEQVI, quae defunctus inchoauit: *l. 60. D. de admin. et peric. tut.* EXSEQVI iudicatum: *l. 15. §. vlt. D. de re iud. l. 75. §. vlt. D. de iudic.* iudicium alienum: *l. 47. §. 1. D. de bon. libert.* mandatum: *l. 22. §. 10. l. 27. §. 3. et §. 4. D. mand. l. 46. D. pro ſoc. §. 8. Inſt. de mand.* nuptias: *l. 2. C. de ſponſal.* rem iudicatam: *l. 3. l. 4. C. de exſequut. rei iud.* id eſt, ad effectum perducere, vt *l. 5.* ſeu ad emolumentum perducere, vt *l. 2. C. eod. tit.* EXSEQVVNTVR Praeſides rem iudicatam hoc modo: *l. 15. §. 2. D. de re iudic.* EXSEQVI rem ſibi mandatam; *l. 19. §. 2. D. de negot. geſt.* ſententiam: *l. 15. D. de re iudic.* id eſt, perſequi, vt in *l. 15. §. 2. D. eod. tit.* Si quis ad EXSEQVENDAM ſententiam a praetore datus diſtrahat. *l. 49. D. famil. erciſc.* ¶. 2. Eadem notione hoc verbum παθητικῶς vſurpauit Vlpianus, *l. 2. D. de re iud.* quum ait: *Perraro intra ſtatutum tempus ſententiae* EXSEQVVNTVR. ¶. 3. EXSEQVI, in iudicio perſequi, idque tum de actore, vel accuſatore, tum de magiſtratibus dicitur. Ad actorem vel accuſatorem pertinent loquutiones: Non EXSEQVI, id eſt, reum non peragere: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* EXSEQVI accuſationem: *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* actionem ad exſequendam dotem: *l. 2. C. fam. erciſc.* iniuriarum: *l. 17. §. 1. D. de iniur.* actionem, quae ex maleficiis oritur, vel pecuniariter agendo, vel extra ordinem eius rei poenam exercendo: *l. vlt. D. de priuat. del.* adpellationem: *l. 24. D. de adpell.* EXSEQVI, quod amplius eſt: *l. 34. D. de obl. et act.* cauſſam: *l. vlt. §. vlt. D. de adpell.* cauſſas: *l. 2. l. 18. D. de iur. fiſc.* cauſſas nomine reipublicae: *l. 2. D. de iur. fiſc.* crimen: *l. 11. C. de his, qui accuſ.* ad ſuorum iniuriam pertinens: *l. 10. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* crimina: *l. 19. D. de accuſ.* EXSEQVITVR iuſtum dolorem maritus, dum deprehenſam in adulterio vxorem occidit: *l. 3. §. 3. D. de SC. Silan.* EXSEQVI iniurias: *l. 11. §. 7. D. de iniur.* ſuas ſuorumque: *l. 3. §. 11. D. de hom. lib. exh. l. 8. C. de his, qui accuſ. non poſſ. l. 5. C. ad SC. Turpill.* iniuriam ſuam: *l. 11. D. de accuſ.* id eſt, ſuum dolorem perſequi, vt in *l. 7. §. 1. D. eod. tit.* iniuriam ſui matrimonii: *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* intentionem delatoris: *l. 5. §. 13. D. de his, quae vt indign.* ius ſui: *l. 30. §. 1. D. de except. rei iudic.* ius fiſci: *l. 6. C. de priuil. fiſc.* ius obligationis: *l. 8. C. mand.* ius pignoris: *l. 5. C. de pignor.* ius religionis: *l. 30. D. famil. erciſc* ius ſuum: *l. 7. §. 1. D. de reb. cor.* litem: *l. 24. § vlt. D. de adpell. l. 8. C. de negot. geſt.* EXSEQVENDAM litem ſuſcipit procurator: *l. 8. §. 1. D. mand.* EXSEQVI mortem, id eſt, vindicare, vel defendere: *l. 22. D. de SC. Silan.* mortem patris, parentum, liberorum, patroni, patronae: *l. 1. l. 2. l. 4. D. de accuſat.* operis noui nunciationem: *l. 7. §. 14. D. de pact.* petitionem: *l. 4. C. de pact. conuent.* pretium ex vendito agendo: *l. 39. §. 2. D. de legat. I.* procurationem: *l. 25. D. de procurat.* rem: *l. 11. D. de dol. except.* rem ſuam: *l. 4. D. de accuſat.* ſuſpicionem, quam de morte ſua habuit defunctus. *l. 2. C. de calumniat.* ¶. 4. Nec vero actores et accuſatores tantum, ſed et magiſtratus ipſimet, EXSEQVI delicta dicuntur, id eſt, punire, coercere, plectere. Sciet, me admiſſum ſeuerius EXSEQVVTVRVM: *l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. vlt.* Patronorum querelas aduerſus libertos praeſides audire, et non tranſlatitie EXSEQVI debent: *l. 9. D. de iur. patron.* EXSEQVI acriter hanc rem debet Praetor: *l. 35. D. de iniur.* Hanc rem Praeſides EXSEQVI ſolent grauiter, vſque ad poenam capitis: *l. 9. D. de extraord. crim.* Rem ſeuere EXSEQVARIS: *l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Seueriter praeſes prouinciae EXSEQVATVR. *l. 14. C. de excuſ. tut.* Sic et Sueton. *in Iul. Cap. LXVII. Delicta neque obſeruabat omnia, neque pro modo* EXSEQVEBATVR. Tertullian. *aduerſ. Marcion. Lib. I. Cap. 27. Quid denique adulantius, quam delicta non* EXSEQVI. ¶. 5. EXSEQVI, tractare. EXSEQVEMVR ſpecies ſub hoc titulo. *l. 1. §. 10. D. poſtul.* ¶. 6. EXSEQVI, pro explicare, vel expedire aliquid. EXSEQVETVR irenarcha, quod ſcripſerit: *l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.* EXSEQVI iuriſdictionem alienam. *l. 3. D. de offic. eius cui mand. iuriſd.* ¶. 7. [EXSEQVI, pro conſequi. Secundam domus partem hoſpes EXSEQVATVR, id eſt, conſequatur. *l. 5. C. Theod. de metat. libr. VII. tit. 8.*]

EXSEQVIAE funeris: *l. 91. D. de condit. et demonſtr.* EXSEQVIARVM pompa publica, vel oſtentatio; *l. 5. C. Theodoſ. de ſepulcr. viol.* EXSEQVIAS perſolui: Quinctilian. *Declam. CCXCVIII.* Dolor in EXSEQVIIS ſecretum amat. *l. 5. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.*

EXSEQVVTIO, inquit vetus Gloſſarium, *eſt iudicii perfectio et impletio, per quam, quod iudex definit, conſummationem excipit.* EXSEQVV-

QVVTIONEM negligere: *l. 17. §. 14. D. de iniur.* EXSEQVVTIO adpellationis: *l. 28. §. 2. D. de adpellat.* id eſt perſequutio criminis: *l. 1. l. vlt. C. ad SC. Turpill. l. vlt. C. de crim. ſtellion. l. 2. C. ad leg. Corn. de falſ.* criminum: *l. 1. D. de incend. ruin. naufr. l. vlt. C. ad SC. Turpill.* EXSEQVVTIO quorumdam delictorum heredibus data eſt: *l. 1. §. 1. D. de priuat. delict.* EXSEQVVTIO iudicati: *l. 4. C. ſi ex falſ. inſtr. l. 1. §. 1. D. de compenſ.* iudicii: *l. 78. §. 15. D. ad SC. Trebell.* iuris: *l. 13. §. 1. D. de iniur.* Perſequutiones, quae non habent iuris ordinarii EXSEQVVTIONEM: *l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.* legis Fabiae, *l. 3. D. de hom. lib. exh.* id eſt, accuſatio: [EXSEQVVTIO aduerſus liberum: *l. 32. §. 8. D. de recept. arbitr.*] litis danda: *l. 17. §. vlt. D. de iniur.* militaris, in *l. 5. C. de iurisd. omn. iud.* adpellari videtur ab Imperatoribus, quae manu militari fit, vt in *l. 3. D. ne vis fiat ei, qui in poſſ.* et *l. 68. D. de rei vindic.* [EXSEQVVTIONIS turbulentum miniſterium commodare: *l. 1. C. de conduct. et procur. Lib. XI. tit. 71.*] EXSEQVVTIO obligationis: *l. 84. D. de adpell.* Pupillo non eſt noui operis EXSEQVVTIO danda: *l. 5. D. de nou. op. nunc.* Denegata EXSEQVVTIONE operis noui: *l. 19. D. eod. tit.* EXSEQVVTIONIS ordo: *l. 4. §. 4. D. de re iud.* EXSEQVVTIO pecuniae creditae: *l. 8. D. de eo, quod cert. loc.* pecuniae debitae: *l. 132. D. de verb. obl.* poenae peculio: *l. 32. §. 8. D. de recept. arbitr.* poenarum: *l. 37. D. de minor.* rei iudicatae: *rubr. C. de exſequut. rei indic.* ſententiae: *l. 32. §. 6. D. de recept. arbitr.* latae ſententiae: *l. vlt. C. de exſequut. rei iudic.* Non eſt EXSEQVVTIO ſtipulationis danda: *l. 66. D. de verb. oblig.* Prouocationis auxilio vim EXSEQVVTIONIS eludunt. *l. 18. C. de adpellat.* ¶. 2. EXSEQVVTIO, pro animaduerſione. Sic: Cui EXSEQVVTIO criminis, ſiue delicti competit: *l. 131. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Ad EXSEQVVTIONEM praeſidis pertinent crimina: *l. 8. D. de extraord. crim.* Vnde publicam EXSEQVVTIONEM habere dicuntur crimina, quae publice coerceri ſolent, et quorum nomine publica iudicia conſtituta ſunt, vt adparet ex collatione *l. 200. D. de verb. ſignif.* cum *l. 11. in fine D. de euict.* et *l. 7. §. 1. D. de iniur.* Grauiorem EXSEQVVTIONEM adhibere: *l. 3. C. ſi adu. libert.* Nulla EXSEQVVTIO eſt. *l. 15. D. eod. tit.*

EXSEQVVTOR, definitur, qui poſt ſententiam, inter partes audita omni et diſcuſſa lite, probatam, rei iudicatae vigorem ad effectum producere videtur. *l. 8. C. de exſequut. rei iud.* Vetus Gloſſarium: EXSEQVVTOR *eſt, per quem iudex* EXSEQVITVR *ſententiam, et rem iudicatam mancipat effectui.* Sic EXSEQVVTOR à praetore in negotio meo datus, *l. 3. §. 8. D. de neg. geſt.* id eſt, ad exſequendam ſententiam a praetore datus, vt eſt in *l. 49. D. fam. erciſc.* Et ita EXSEQVVTORES accipe apud Paullum, *Lib. V. Sent. tit. 35. §. 2.* EXSEQVVTOR rerum iudicatarum datus: *l. 6. C. de exſequ. rei iud.* ſententiae: *l. 4. D. de adpell.* ¶. 2. EXSEQVVTORES litium etiam dicti viatores, vel adparitores iudicum. *rubr. C. de ſportul. et ſumt. §. 24. Inſt. de action.* Sane in poſtremorum Imperatorum conſtitutionibus EXSEQVVTORVM adpellatione non ſolum hi, qui res iudicatas ad effectum perducebant, pignora in cauſſa iudicati capiebant, continentur, ſed et hi, qui reos conueniebant, eosque in iudicium iuſſu iudicum vocabant. Huc pertinent illa: Si per EXSEQVVTORES admoniti, venire noluerunt: *l. 15. C. de teſtib.* Si non fuerit ſequuta per EXSEQVVTOREM conuentio: *l. 3. C. de praeſcript. trig. ann.* EXSEQVVTORIBVS, per quos coeperint conueniri: *l. 25. §. 1. C. de Epiſc. et cler.* EXSEQVVTORES, a quocumque iudice dati ad exigenda debita, quae ciuiliter poſcuntur: *l. 7. C. quae res pign.* Quo nomine et certas eos ſportulas accepiſſe, patet ex *§. 24. Inſt. de act. l. 7. in fine C. de aduoc. diuerſ. iud. l. vlt. C. de princip. agent. in reb. l. 12. et l. vlt. C. de priuileg. ſcholar.* Non amplius, quam vnum ſolidum, EXSEQVVTORES ſportularum nomine praebere compellant. *l. vlt. C. de princip. agent. in reb. Lib. XII.* ¶. 3. Paſſim etiam ſit mentio EXSEQVVTORVM negotii, vel negotiorum, *l. vlt. C. eod. tit. §. vlt. D. de teſtib.* quibus mandata eſt cauſſae examinatio, quique imminent, et ſtatuta ab arbitris effectui mancipant, *l. vlt. C. de iudic.* per quem licentia eſt iudici actorem requirere, *l. 11. §. 2. C. de iudic.* qui omnibus modis diſpoſitiones iudicum adimplent. *l. 15. C. de iudic.* ¶. 4. EXSEQVVTORES de ſchola agentium in rebus: *l. 12. §. 1. C. de proxim. ſacr. ſcrin. Lib. XII.* Miſſi EXSEQVVTORES: *l. vlt. C. de bon. vacant. Lib. X. tit. 14.* Ceterum Graecis EXSEQVVTORES ἐκβιβασταὶ et πληρωταὶ τῆς ὑποθέσεως vocantur.

[EXSERERE, explicare, oſtendere. Sic EXSERITVR adſertio: *l. 11. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* iudices auctoritatem ſuam EXSERANT in contumaces debitores: *l. 16. C. Theod. de exact.* EXSERTA auctoritate mandamus: *l. 34. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* EXSERTA dupli animaduerſione: *l. vn. C. Theod. ne collat. per logograph. Lib. XI. tit. 4.* Poena competens EXSERATVR: *l. 1. C. Theod. de abolit. Lib. IX. tit. 37. l. 32. C. Theod. de p[illegible]. Lib. X. tit. 10.* In eos rigor iudiciarius EXSERATVR: *l. vlt. C. Theod. de ſuperexact. Lib. XI. tit. 8.* EXSERTO rigore praefecti vrbis: *l. 13. C. Theod. de praetor. Lib. VI. tit. 4.* praeſens ſententia EXSERATVR: *l. 2. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* Capitalis in eum ſeueritas EXSERATVR: *l. vlt. C. Theod. de deſert. Lib. VII. tit. 18.* ſeueritas competens: *l. 8. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.* ſupplicium: *l. 1. C. Theod. ad leg. Iul. de vi publ. Lib. IX. tit. 10.* pro quo Iuſtinianeus codex habet EXERCERI. EXSERERE verſutias: *l. 27. C. Th. quor. adpell.* competentem vindictam. *l. 2. C. Theod. de pagan.*]

EXSICCARE. EXSICCATVS alueus. *l. 30. §. 1. D. de adquir. rer. domin.*

EXSISTERE, interdum ſignificat euenire. Si EXSTITISSET caſus, in quem obligatio collata fuiſſet: *l. 19. D. de reb. cred.* Non multos caſus poſſe EXSISTERE; aliquo tamen caſu poſſit EXSISTERE: *l. 1 §. 2. D. de ventr.*

Digitized by Google

EXS.

ventr. in poſſeſſ. mitt. EXSISTERE ergo dicitur cooditio, quae euenit, et impletur. *l. 22. D. de lib. et poſtum. l. 57. D. de donat. int. vir. et vx. l. 28. D. de pignor. l. 8. D. de reb. credit. l. 2. §. 9. D. de SC. Trebell. l. 4. §. 5. D. de fideic. libert. l. 14. pr. D. de condict. furt. l. 88. §. 15. D. de legat. II. l. 53. D. de adqu. rer. dom. l. 77. §. 4. D. de ſtat. hom. l. 43. §. vlt. D. de iur. dot. l. 9. §. 2. l. 11. §. 1. D. qui potior. l. 38. §. 5. D. de legat. III. l. 23. §. 1. D. de manum. teſt. l. 38. §. vlt. l. 70. pr. D. de fideiuſſ. l. 24. D. de nouat.* Hinc EXSISTERE, et *impleri* promiſcue vſurpat Iulianus: *l. 91. §. 1. D. de legat. I.* Contra EXSISTERE, et *deficere*, aduerſantur. *l. 88. pr. D. ad leg. Falcid.* [*l. 5. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.*] EXSISTENS conditio: *l. 44. §. vlt. D. de obl. et act. l. 1. §. 4. D. de SC. Silan.* ante conditionem exſiſtentem: *l. 43. §. 9. D. de Aedilit. edict.* EXSISTENTE conditione: *l. 19. §. 8. D. de capt. et poſtlim. l. 1. D. quando de pecul. act. ann. l. 12. §. vlt. D. famil. erciſc. l. 3. §. 3. l. 27. pr. D. de hered. inſtit. l. 16. pr. D. de condict. indeb. l. 2. §. 1. D. de collat. bon. l. 19. pr. D. de conſt. pecun. l. 5. D. de iniuſt. rupt. irrit.* Non EXSISTENTE conditione: *l. 5. pr. D. de nautic. foen.* [*l. 27. D. de hered. inſtit.*] poſt EXSISTENTEM conditiooem: *l. 81. D. de legat. I. l. 6. D. de ſtatulib.* EXSISTIT conditio legati: *l. 11. D. quemadm. ſeru. amitt.* libertatis: *l. 74. §. 3. et §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered.* portionis. *l. 80. D. eod tit.* Simili modo EXSISTERE dies dicitur, id eſt, venire. Donec dies EXSTITERIT: *l. 71. D. de adqu. vel omitt. hered.* EXSISTENTE die: *l. 16. D. de condict. indeb.* tempore EXSISTENTIS conditionis. *l. 24. §. 3. D. de fideic. libert. l. 14. §. vlt. D. quando dies legat.* ¶. 2. EXSISTERE, alias ſignificat adparere, vel vt Aſcon. Paedian. *in Verr. I. Cap. XV* interpretatur, *emergere, exoriri, exſurgere.* Sic EXSISTERE accuſator, defenſor, emtor, fideiuſſor, mandator, procurator, tutor, dicuntur, vti ex his, quae ſubieci, exemplis liquet. Si is, qui nunc accuſator EXSISTIT: *l. 7. §. 1. D. de accuſat.* Si quis EXSISTAT defenſor: *l. 7. D. de tutel. ed rat. diſtrah. l. 21. §. 2. D. ex quib. cauſſ. mai.* Si mulier defenſor alicuius EXSTITERIT: *l. 2. §. vlt. D. ad SC. Vell.* reuerſus ille, cuius defenſor EXSTITERAT: *l. 40. §. 2. D. de procur.* vt EXSISTAT defenſor: *l. 4. §. vlt. D. de damn. infect.* Si defenſor oon EXSISTAT: *l. 13. D. quib. ex cauſſ. in poſſ. eat. l. 21. §. 2. D. ex quib. cauſſ. mai.* In ſingulas actiones ſinguli EXSISTEBANT defenſores. *l. 37. D. de procurat.* Si EXSISTAT aliquis, qui defendere ſit paratus: *l. 5. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.* Quoties nullus emtor EXSISTIT: *l. 6. D. de in diem addict.* Emtor EXSTITIT L. Titius: *l. 39. §. vlt. D. de minor.* Deinde emtor EXSTITERIT: *l. 4. D. de in diem addict.* emtor praedii ex hisdem bonis EXSTITERIT: *l. 18. D. de vſurp. et vſucap.* Qui fideiuſſor pro altero EXSTITIT: *l. 11. D. de duob. reis. l. 38. §. 4. D. ad municip.* fideiuſſor EXSTITIT apud mancipem pro colono: *l. 57. D. locat.* Si fideiuſſor EXSTITERIT fideiuſſoris: *l. 27. D. de fideiuſſ.* EXSISTERE mandatorem apud aliquem: *l. 58. §. 2. D. mandat.* pro aliquo: *l. 1. §. 19. D. ſi quid. in fraud. patr.* Neque procurator quisquam EXSISTAT: *l. 17. §. 10. D. de iniur.* Si procurator in rem ſuam EXSTITERIT: *l. 8. §. 2. D. quib. mod. pign. vel hypothec.* verus procurator; *l. 40. §. 2. D. de procur.* Si EXSISTAT quidam, qui tutor non eſt. *l. 19. D. de teſtam. tut.*

¶. 3. EXSISTERE, eſſe, exſtare. EXSISTERE bonorum poſſeſſorem: *l. 2. §. 15. D. ad SC. Tertull. l. 28. D. de pecul. l. 33. §. 1. D. de vſurp. et vſucap.* Cui heredes bonorumue poſſeſſores EXSTITIMVS: *l. 1. §. 4. D. de iniur.* Si duo EXSISTANT, qui inter ſe contendant: *l. 1. §. 37. D. depoſit.* EXSTITIT, qui mihi cootradiceret: *l. 11. D. ad leg. Iul. de adult.* EXSISTERET alius, qui ſe creditorem diceret: *l. vlt. D. de curat. bon. dand.* EXSISTIT debitor: *l. 60. §. vlt. D. mandat.* EXSTITERIT, qui pro vtroque quinquaginta der: *l. 17. D. de in diem addict.* EXSTITIT Maeuins, qui dicebat: *l. 9. §. vlt. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* pro qua parte dominus EXSISTES: *l. 32. D. de damn. infect.* Si amator EXSISTERET vel erro: *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* EXSISTERE heredes non *ſui* tantum, aut *neceſſarii*, ſed et *voluntarii* dicuntur: quamquam EXSISTERE proprie de *ſuis* heredibus vſurpatur, qui ſtatim emergunt adparentque, et naſcuntur magis, quam ſcribuntur, aut fiunt heredes. Et ita: Antequam ei ſuus heres EXSISTAT: *l. 1. §. 12. D. de SC. Silan.* Suum heredem aliquem defuncto EXSISTERE: *l. 5. D. vnde legit.* Suum ei poſſe EXSISTERE: *l. 15. D. de capt. et poſtl.* An teſtamento, an ab inteſtato, filius ſuus heres EXSISTAT: *l. 93. D. de adquir. vel omitt. hered.* licet patri ſui heredes oon EXSTITISSENT: *l. 1. §. 10. D. de ſuis et legit. her.* Duae filiae inteſtato patri heredes EXSTITERVNT: *l. 22. §. 1. D. de oper. libert.* Sic filius filiaue patri heres eſſe dicitur: *l. 37. D. de hered. inſtit. l. 19. §. 1. D. de legat. I. l. 18. l. 22. D. ſol. matrim. l. 27. D. depoſ. l. 81. D. pro ſoc. l. 19. D. de pact. dot.* auo nepos: *l. 15. §. 3. D. ad leg. Falc.* pupillus parenti; *l. 79. D. ad SC. Trebellian.* Hioc EXSISTERE heredem filium, et *abſtinere paterna hereditate*, opponuntur. *l. 67. D. de rit. nupt. l. 6. D. de religioſ.* Nec minus *neceſſarii heredes* EXSISTERE dicuntur. Niſi ſi neceſſarios patri aut domino heres EXSISTAT: *l. 63. D. de adquir. vel omitt. hered.* Licet neceſſarius patri ſuo EXSISTAT: *l. 13. D. de bon. libert.* ſorori, quae neceſſaria heres patri EXSTITIT: *l. 6. D. ſi tab. teſtam.* Si frater, a patre fratri ſubſtitutus impuberi ſit, neceſſarius heres EXSISTET: *l. 42. D. de adqu. vel omitt. hered.* Si ſeruus oeceſſarius heres EXSISTAT: *l. 9. §. vlt. D. de hered. inſt.* Si ſeruus communis vel vni ex dominis, vel pluribus, vel omnibus, heres EXSTITIT neceſſarius: *l. 66. D. de adqu. vel omitt. hered.* Si ſeruus liber heresque EXSTITERIT: *l. 3. §. 1. D. de pecul. l. 88. D. de hered. inſt.* Denique *extranei* etiam ac *voluntarii* heredes EXSISTERE dicuntur, quum hereditatem adeunt: *l. 22. D. de procurat. l. 5. D. ad exhib. l. 4. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 20. D. de hered. vel act. vend. l. 15. D. de in diem addict. l. 10. D. de act. emt. vend. l. 3. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 38. D. de condict. indeb. l. 25. l. 32. D. de hered. inſt. l. 83. D. de legat. II. l. 5. §. vlt. l. 38. §. vlt. D. de fideiuſſor. l. 30. l. 41. D. de euict. l. 14. D. de lib. et poſtum.* Commiliti caſtrenſium bonorum alius, ceterorum alius heres EXSTITIT: *l. 16. D. de compenſat.* Si non per alium heredes EXSTITERVNT liberi, vt per ſeruum: *l. 1. D. vt legat. l. 22. §. 1. D. de oper. libert.*

libert. EXSISTIT heres ex aſſe: *l. 41. §. 14. D. de fideic. libert.* Si debitor creditori heres EXSISTAT: *l. 1. §. 18. D. ad leg. Falc.* Si creditori plures heredes EXSTITERVNT: *l. 11. §. 4. D. de pignorat. act.* EXSTITIT heres creditor debitori ſuo: *l. 123. D. de legat. I. l. 21. D. de liberat. legat.* Si locuples egenti heres EXSTITERIT: *l. 57. D. de manumiſſ. teſtam.* Si ipſe debitor emtori heres EXSTITERIT: *l. 8. §. 7. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* Si emtori plures heredes EXSTITERVNT: *l. 31. §. 7. D. de Aedilit. act.* Debitor fideiuſſori EXSISTIT heres: *l. 3. D. de ſeparat.* EXSTITIT mater heres filio: *l. 41. §. 10. D. de fideic. libert.* heredi eius heres EXSISTERE non prohibetur: *l. 7. D. de his, quae vt indign.* Si legatario heres EXSTITERIT exheredatus: *l. vlt. §. vlt. D. de inoffic. teſt.* EXSISTERE heredem iure ſuo: *l. 13. D. de iure codicill.* Si mulieri heres EXSTITERIT creditor: *l. 8. §. 12. D. ad SC. Velleian.* Heredem EXSISTERE ſuo nomine: *l. 5. D de coniung. cum emanc. lib.* EXSISTIT heres ex parte: *l. 61. D. de adqu. vel omitt. hered.* ex minima parte: *l. 7. D. quod cum eo.* pro parte: *l. 18. §. 5. D. famil. erciſc.* complures heredes vni patrono EXSISTVNT: *l. 8. D. de oper. libert.* heres EXSISTIT ſolus: *l. 19. D. de iure codicill.* heres EXSISTIT ex ſubſtitutione: *l. 87. D. ad leg. Falcid. l. 8. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 41. §. 16. D. de fideic. libert.* ex tabulis ſecundis: *l. 12. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* ex teſtamento: *l. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 12, §. vlt. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 88. D. de hered. inſtit.* ſi dominus fundi heres venditori EXSISTAT: *l. 1. D. de except. rei vend.* Ei, qui mihi vendidit, plures heredes EXSTITERVNT: *l. 62. §. 1. D. de euict.* Si vni plures heredes EXSISTANT: *l. 42. §. 6. D. de procur.* Cum voluntate patris vel EXSTITIT heres, vel EXSISTERE potuit: *l. 12. §. 6. D. de bon. libert.* ſi vir vxori heres EXSTITERIT: *l. 6. D. ad leg. Falcid.* poſſunt plures heredes ei EXSISTERE: *l. 7. in fin. D. de curat. furioſ.* Siue heres EXSISTAT, ſiue omnino non EXSISTAT: *l. 5. D. de in diem addict.* EXSISTENTE herede: *l. 21. D. quando dies legat. l. 87. D. ad leg. Falcid.* Si nemo heres EXSISTAT: *l. 10. D. ad leg. Iul. maieſt.* Caſus non EXSISTENTIVM heredum: *l. 45. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* quod EXSTITERIT ingrata: *l. 69. §. 6. D. de iur. dot.* liberalis: *l. 18. D. de adim. legat.* qui ipſe manumiſſor EXSTITISSET: *l. 29. §. vlt. D. de teſtam. mil.* EXSTITIT, qui bona nunciaret: *l. 22. D. de SC. Silan.* ſi plures perſonae EXSISTVNT: *l. 45. D. de lib. cauſſ.* EXSTITIT, qui peteret: *l. 23. D. rat. rem habit.* ſi querela EXSTITERIT: *l. vlt. C. vectigal. nou.* ſi variae iudicum ſententiae EXSTITISSENT: *76. D. de legat. II.* Si non inhaereant parietibus ſtatuae, ſed alias EXSISTANT: *l. 41. §. 9. D. de legat. I.* EXSISTIT ſucceſſor: *l. 51. D. de fideic. libert.* Quamdiu incertum ſit, vtrum EXSISTAT ſucceſſor, an non: *l. 4. D. de fideic. libert.* EXSISTET varietas. *l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcid.*

EXSOLVERE aes alienum: *l. 41. §. 1. D. de fideic. lib. l. 2. §. 14. D. de hered. vel act. vend. l. 34. §. 2. D. de legat. III.* Paull. *Sent. Lib. III. tit. 2. §. 5.* Ad EXSOLVENDVM aes alienum: *l. 53. D. de hered. petit.* EXSOLVERE aeſtimationem litis: *l. 12. D. qui pot. in pign.* alimenta: *l. 8. D. pro derelict.* beſſem pretii: *l. 12. §. 8. D. mand.* debitum: *l. 1. D. ad SC. Vellei. l. 38. D. de legat. III. l. 12. C. de iur. delib.* totum debitum: *l. 6. D. de naut. foen.* EXSOLVERE fideicommiſſum: *l. 11. §. 18. D. de legat. III.* EXSOLVTO fideicommiſſo: *l. 1. §. 11. D. vt legator. vel fideic. l. 11. §. 18. D. de legat. III.* EXSOLVTI fideicommiſſi cautio: *l. 15. D. de probat.* EXSOLVERE fidem: *l. 5. §. 15. D. de donat. inter vir. et vxor.* impenſam picturae: *l. 9. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* legatum: *l. 2. D. vt legat.* ad EXSOLVENDVM legatum: *l. 5. §. 17. D. vt in poſſeſſ. legat.* EXSOLVERE pecuniam: *l. 1. D. ad SC. Velleian. l. 50. §. 2. D. de pecul. l. 25. D. quando dies leg. ced. l. 14. D. de diuerſ. temp. praeſcript. l. 22. §. 1. D. de iure fiſc.* pecuniam omnem reliquam: *l. vlt. D. de lege commiſſor.* pecuniam pro aliis: *l. 54. D. locat.* EXSOLVENDA pecunia: *l. 1. §. 36. D. depoſ.* pecunia EXSOLVTA eſſe debet: *l. 9. §. 3. D. de pign. act.* Ad EXSOLVENDAM penſionem pro taberna: *l. 5. §. 13. D. de inſtitor. act.* EXSOLVERE portionem ſibi competentem: *l. 43. D. de re iudic.* pretium: *l. 6. C. de fideicommiſſ. l. 15. C. de poſtlim. reuerſ. l. 12. D. de leg. commiſſor. l. 102. D. de verb. obligat.* quantitatem: *l. 45. §. 11. D. de iur. fiſc.* EXSOLVTA ratio: *l. 53. D. de manumiſſ. teſt.* EXSOLVERE reliqua: *l. 13. D. de manumiſſ. teſt.* ſolidum: *l. 49. D. de fideiuſſ.* ſummam debitam: *l. 18. C. de adpellat. l. 12. D. de vſur.* ſolitum vectigal: *l. 9. D. de reſcind. vend.* vſuras. *l. 5. §. 2. D. de ſolut. l. vlt. §. vlt. D. de condict. indeb. l. 12. l. 13. D. de vſur.* Sic et: EXSOLVENDI cauſſa dare: *l. 30. D. de reb. cred.* EXSOLVERE creditori: *l. 12. D. de reb. eor. qui ſub tut.* particulatim, quod acceptum eſt: *l. 41. §. 1. D. de vſur.* ſibi: *l. 35. §. 1. D. de negot. geſt.* tardius. *l. 41. §. 1. D. de fideic. libert.* ‖. 2. EXSOLVERE, liberare. EXSOLVTA, id eſt, impleta cauſſa mandati: *l. 46. D. mandat.* EXSOLVERE mora, id eſt, liberare: *l. 17. D. de peric. et commod. rei vend.* EXSOLVERE poenis, id eſt, liberari, ſeu eximi, apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 40.*

EXSOLVTIO aeris alieni: *l. 34. §. 2. D. de legat. III.* vectigalis: *l. 31. §. vlt. D. de pignor.* vniuerſae quantitatis: *l. 1. D. qui potior.* Ad EXSOLVTIONEM vrgere: *l. 33. D. de iur. dot.* in EXSOLVTIONE totius ceſſare: *l. 41. §. 1. D. de vſur.* In EXSOLVTIONE eſt fundus. *l. 44. §. 5. D. de obl. et action.*

[EXSORS, immunis. EXSORTES conlatione iuniorum: *l. 13. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.* poenarum: *l. 1. C. Theod. de quaeſtion. Lib. IX. tit. 35.* quaeſtionis volumus eſſe exſortem: *d. l. 1. C. Theod. eod. tit.* a tironum praebitione. *l. 20. C. de palat. ſacr. largit. Lib. VI. tit. 30.*]

EXSPECTARE, notae ſignificationis verbum, cuius varia exempla libri noſtri ſuppeditant. Sic: EXSPECTARE actionem: *l. 3. §. 2. D. de legat. III.* aditionem: *l. 3. §. 2. D. de hered. inſtit.* caſum: *l. 34. §. 2. D. de contr. emt.* conditionem: *l. 15. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 14. §. vlt.*

D. quand.

Digitized by Google

D. quand. dies leg. l. 13. D. ſi cui plus, quam per leg. l. vlt. D. de fideic. libert. l. 25. D. quand. dies legat. Non EXSPECTATA conditione. *l. 3. §. 3. D. de hered. inſt.*. EXSPECTARE conſanguineam: *l. 2. §. 18. D. ad SC. Tertull.* contutores: *l. 7. §. 1. D. de admin. et peric. tut.* EXSPECTARE diem: *l. 31. D. de fideiuſſ. l. 13. §. vlt. D. ad SC. Vellei.* diem praeſtitutum: *l. 69. D. de adquir. vel omitt. hered.* euentum: *l. vlt. C. de petit. hered.* euentum conditionis: *l. 86. D. de hered. inſt.* Homicida, quod ſecit, ſemper EXSPECTET. *l. 3. C. de epiſc. audient.* Eodem modo Petron. *Satyr. Cap. CXXV. Dii Deaeque, quam male eſt extra legem viuentibus, quidquid meruerunt, ſemper* EXSPECTANT. HEIN. EXSPECTARI debet heres, donec redeat: *l. 4. D. de ſtatulib. l. 61. D. de adquir. rer. dom.* EXSPECTARE libellos: *l. 29. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* liberos: *l. 2. D. de bon. poſſ. ſecund. tab.* EXSPECTANDVM matrimonium: *l. 67. D. de condit. et demonſtr.* EXSPECTARE mortem: *l. 72. D. eod. tit. l. 15. D. de manumiſſ.* EXSPECTANDA eſt mors: *l. 77. §. 15. D. de legat. II.* mors mariti: *l. 13. D. de donat. int. vir. et vxor.* EXSPECTATA patris morte: *l. 1. D. de SC. Maced.* non EXSPECTATA morte: *l. 19. D. quae in fraud. cred.* EXSPECTANDA penſio: *l. 3. §. 13. D. de ſtatulib.* permiſſum pontificale: *l. 8. D. de religioſ.* EXSPECTARE prouocationem: *l. 7. D. de reb. eor. qui ſub tut.* nimis vberes prouentus: *l. 6. D. de extraord. crim.* pubertatem pupilli: *l. 3. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. 3. §. 5. D. de Carb. edict.* ſententiam: *l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* tempus: *l. 41. §. 10. D. de fideic. libert.* tempus reliquum quod durat: *l. 15. D. de verb. oblig.* voluntatem: *l. 14. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* EXSPECTARE debet debitor: *l. 24. §. 2. D. de pign. act.* EXSPECTAVIT tutor, et non exegit. *l. 1. §. 5. D. de contrar. tut.*

¶. 2. Saepe tempus, ad quod exſpectandum, exprimitur per *donec, dum, quoad, vt.* EXSPECTARE, donec locus vacet: *l. 30. §. 14. D. de fideic. libert. l. 4. D. de hered. inſt.* EXSPECTANDVM eſt, dum vendat: *l. 63. D. ad leg. Falcid.* EXSPECTAT creditor, quoad emtor ſoluat: *l. 24. §. 2. D. de pignor. act. l. 30. §. 14. D. de fideic. libert.* quoad abeat: *l. 32. D. de iniur.* non EXSPECTABIMVS, vt: *l. 69. D. de ſolut. l. 10. §. vlt. D. de bonor. poſſ. contr. tab.* Nec EXSPECTANDVM erit, vt omnes hereditatem adeant: *l. 9. D. de teſtam. tut.* vt deferatur prius hereditas: *l. 69. D. de adquir. vel omitt. hered.* vt conditio exſiſtat: *l. 4. §. 5. D. de fideicomm. libert.* vt ratum habeat: *l. 47. D. de condict. indeb.* vt inſula ruat: *l. 72. D. de verb. oblig.* vt ſoluat: *l. 38. D. mand.* vt praeſes prouinciae veniat. *l. 2. §. 3. D. quis ord. in poſſeſſ.*

¶. 3. Aliquando eleganter non homo rem, ſed inuerſo verborum ordine, res hominem EXSPECTARE dicitur. EXSPECTAT poena reos: *l. 1. C. de his, qui latron.* [Eos par, atque ipſos reos, poena EXSPECTET. *l. 1. C. Theod. de his, qui latron. Lib. IX. tit. 28.*] ¶. 4. [EXSPECTARE, pro ſpectare, reſpicere ad quid: vt *l. 26. §. 1. D. de adqu. rer. domin.* In quibus propria qualitas EXSPECTARETVR. Plaut. Moſtell. *Act. I. ſcen. 3. v. 31.*

Tu ecaſtor erras, quae quidem illum EXSPECTES vnum.

Sed rectius, ni fallor, EXSPECTARE in eo loco eſt deſiderare, optare: neque opus erit, vt ſollicitemus receptam hactenus lectionem, et EXOPTES legendum ſuſpicemur cum Acidalio.] Nec ego lectionem receptam ſollicitauerim. At EXSPECTARE, quatenus eſt deſiderare, non niſi de futuro dicitur. At apud Plautum Philematium iuueni, quem vnum ne EXSPECTARET, ab anu monebatur, iam nupſerat. Eſt ergo vere idem ac *ſpectare*; vel *reſpicere*, ſenſusque eſt idem, qui apud eumdem Plaut. *Ciſtell. Act. I. ſcen. I. v. 81. Vnum amare, et eum eo aetatem exigere, cui nupta eſt ſemel.* HEIN. ¶. 5. [EXSPECTARE, pro timere. *l. 32. C. Theod. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5.* Seneca *Epiſt. CV. Conſcientia aliud agere non patitur, ac ſubinde reſpicere ad ſe cogit. Dat poenas, quas* EXSPECTAT. *Quisquis autem metuit*, EXSPECTAT.]

EXSPECTATIO. EXSPECTATIONE *doli abiecta. Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 3.* Sed nemo non videt, nullius ſenſus ibi eſſe vocabulum. Quid enim eſt *abiicere* EXSPECTATIONEM *doli?* Legendum eſſe *obiecta doli exceptione*, iam pridem viderunt viri docti, quamuis ne ea quidem admiſſa emendatione, ſatis intelligatur, quid ſibi velint verba proxime antecedentia et conſequentia. Vid. Schulting. *Iurispr. vet. anteinſtin. p. 406. ſequ.* HEIN.

EXSPIRARE, ſpiritum emittere, ſeu mori. *l. 22. D. SC. Silan.* ¶. 2. Sed et res, quae vim ſuam amittunt, et ſine effectu eſſe incipiunt, EXSPIRARE dicuntur. EXSPIRAT cauſſa criminis: *l. 1. §. vlt. D. de requ. vel abſ.* iudicium; *l. 19. D. ſolut. matr.* EXSPIRANTE obligatione: *l. 58. D. de verb. oblig.* EXSPIRANT ſubſtitutiones. *l. 5. C. de impub. et al. ſubſt.*

EXSTARE, dicitur, quod in rerum natura eſt. Hinc EXSTARE, et *conſumtum eſſe* opponuntur. *l. 1. §. vlt. D. de reb. credit.* itemque EXSTARE, et *exſtinctum eſſe*: *l. 8. D. de peric. et commod. rei vend.* nec non EXSTARE, et *in rerum natura non eſſe*, vel *deſinere eſſe*: *alienatum conſumtum, vel ſuppoſitum eſſe*, vt in *l. vlt. C. de ſecund. nupt.* Sic aedes ruina EXSTARE deſinunt: *l. 7. D. de damn. infect.* EXSTARE deſinunt corpora: *l. 1. C. de noxal. act. l. 8. D. de condict. furt. l. 16. D. de pignor.* EXSTANTES fructus, qui *conſumtis* opponuntur: *l. 3. C. de condict. ex leg. l. 22. C. de rei vind. l. 4. C. de crim. expil. hered.* Siue EXSTET glans, ſiue conſumta ſit: *l. 9. §. 1. D. ad exhib.* Non EXSTAT locus: *l. 4. §. vlt. D. de act. emt.* EXSTANT mancipia: *l. 1. §. 12. D. de ſeparat.* Nusquam EXSTAT monimentum: *l. 27. D. de cond. et demonſtr.* Non intereſt, conſumti ſint numi, an EXSTENT in peculio: *l. 9. §. 2. D. de SC. Macedon.* Siquidem EXSTANT numi, vindicabuntur: conſumtis vero, condictio locum habebit: *l. 29. D. de condict. indeb.* EXSTANT numi; *l. 9. §. 1. D. de SC. Maced. l. 29. D. de condict. indeb.*

indeb. l. 8. D. quae in fraud. cred. l. 8. C. depoſ. partus: *l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Licet conſumta non ſit pecunia, ſed EXSTET apud eum, cui ſoluta eſt: *l. 9. §. vlt. D. de iur. et fact. ign.* EXSTAT pecunia: *l. 39. D. de donat.* Siquidem EXSTET res, vindicatur: ſi conſumta ſit, condicitur: *l. 5. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* et ſic res, quae EXSTANT, et, quae in rerum natura eſſe deſierunt, aduerſantur: *l. 17. §. 2. D. de act. rer. amotar.* EXSTANT res: *l. 36. l. 55. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 39. D. de iure dot. l. 7. D. de damn. inf. l. 29. D. de dol.* non EXSTANT: *l. 5. D. de in lit. iur. l. 10. D. de in rem verſ. l. 10. §. vlt. D. de iur. dot. l. 21. l. 38. D. de hered. petit. l. 50. D. ſol. matr. l. 11. D. ſi quid in fraud. patron.* EXSTANT tabulae, et *in rerum natura* non ſunt, opponuntur: *l. 84. §. 7. D. de legat. I.* non EXSTANT tabulae: *l. 3. D. ſi tab. teſt. null. exſtab.* EXSTANT tabulae, id eſt, mortis cauſſa fuerunt, quamuis poſtea interierint: *l. 1. D ſi tab. teſt. exſtab. l. 1. §. 2. §. 3. et §. ſequ. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* EXSTANT tabulae chirographi: *l. 84. §. 7. D de legat. I.* tabulae teſtamenti: *l. 1. D. quis ordo in poſſeſſ. l. 24. D. de legat. I.* Sufficit EXTITISSE tabulas: *l. 19. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* EXSTAT teſtamentum. *l. 12. § 1. D. de bon. ſecund. tab.* Eodem pertinent formulae: Qualia erunt ea, quae EXSTABVNT: *l. 30. §. 4 D. ad leg. Falc.* Id, quod EXSTAT: *l. 33. D. de donat. int. vir. et vx.* Quod inde EXSTABIT: *l. 1. D. vſufruct. quemadm. cau.* Quae eorum exſtabunt. *l. 37. §. 3. D. de legat. III.*

¶. 2. Aliquando EXSTARE idem eſt, ac eſſe, vel exſiſtere. Nec bonorum poſſeſſor, nec ſucceſſor EXSTAT: *l. 1. §. 14. D. depoſ.* EXSTAT caput mandatorum: *l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.* conſtitutio: *l. 18. D de inoff. teſt.* Si forte non EXSTET, qui conueniatur: *l. 23. D. de vſur.* Si curator EXSTET: *l. 21. §. 5. D. de nox. act.* EXSTAT decretum: *l 13. D. quod met. cauſſ. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XV. §. 2.* edictum: *l. 8. D. de quaeſt.* epiſtola: *l. 13. §. 1. D. de iure fiſc. l. 1. §. 27. D. de quaeſt.* exempla: *l. 1. §. 5. D. de poſtul. l. 6. D de poen.* EXSTANTE filio: *l. vlt. D. de op. libert.* nullo filiorum EXSTANTE: *l. 30. D. de pact. dot.* EXSTATVRVS eſt heres: *l. 8. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. 4. D. de reb. auct. iud. poſſ. l. 6. § 5. D. de adquir. vel omitt. hered.* Nec analogia huic formae repugnat, nec veterum auctoritas. Eodem enim modo loquuti ſunt Liuius, Quinctilianus, ipſeque Tullius, ceu docuit Voſſ. *de Analog. Lib. III. Cap. 20.* HEIN. EXSTANT leges: *l. 2. §. 2. D. de orig. iur.* EXSTAT memoria: *l. 23. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 88. D. de probat.* non EXSTAT memoria: *l. 31. §. vlt. D. de adqu. rer. dom l. vlt. D. de loc. et itin. publ.* ſi EXSTET patruus: *l. 27. D. de teſtam. tut.* EXSTAT haec quaeſtio apud Ofilium: *l. 8. D. de Aedil. edict.* EXSTANT reſcripta principalia: *l. 30. §. 13. D. de fideic. libert. l. 1. D. de curat. furioſ. l. 1. §. 1. D. de adpellat. l. 2. §. vlt. l. 49. D. de iur. fiſc. l. 6. D. de magiſtr. conuen. l. 3. §. 2. D. de teſt. l. 1. §. 5. D. de SC. Silan. l. 1. §. 6. D. de ſuſpect. tut. l. 27. D. de poen.* EXSTAT ſenatusconſultum: *l. 30. §. 6. D. de fideic. libert. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XV. §. 2.* EXSTAT ſententia Caſſii: *l. 11. §. 1. D. quod vi aut clam.* exiſtimantium: *l. 11. §. 8. D. quod vi aut clam.* Neratii: *l. 7. §. 16. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eatur.* Neruae et Attilicini contradicentium: *l. 4. §. 3. D. de dol. mal. except.* Offilii, exiſtimantis: *l. 1. §. 17. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* Sabini: *l. 15. §. 12. D. de damn. infect.* Seruii: *l. 4. D. de fideiuſſor.* EXSTAT ſucceſſor: *l. 1. §. 14. D. depoſ* tutor: *l. 21. §. 5. D. de noxal. act.*

¶. 3. EXSTAT, pro conſtat, ſeu receptum eſt, poſitum videmus, *l. 4. D. de vſufr.*

¶. 4. EXSTITARE pro EXSTARE Florentiae legitur. *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* EXSTITAT exemplum eius. Sed legendum procul dubio EXSTAT. HEIN.

EXSTINGVERE, reſtinguere. EXSTINGVERE ignem: *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill. Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 7.* EXSTINCTVS ignis: *l. 49. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* EXSTINGVERE incendia vel mercede, vel gratia: *l. 1. D. de offic. praef. vigil.* EXSTINGVENDI incendii cauſſa paratum acetum. *l. 12. §. 18. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.*

¶. 2. EXSTINGVERE, necare: Poſt omnes eos EXSTINCTOS: *l. 32. D. de legat. II.* EXSTINCTA perſona: *l. 1. §. 43. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* EXSTINGVERE veneno: *l. 1. C. de maleſic.* venenis viſcera hominis: *l. 30. C. de quaeſtion.* vter prior EXSTINCTVS eſt. *l. 22. D. de reb. dub.*

¶. 3. EXSTINGVERE, perimere, conſumere, vt EXSTINGVI, intercidere, euaneſcere, perimi, finiri, perire. Sic EXSTINGVI dicuntur actio: *l. 41. § vlt. l. 43. §. vlt. l. 46. l. 71. D. de furt. l. 17. §. 6. D. de iniur. l. 21. D. de lib. cauſſ. l 5. §. vlt. D. de ſeru. corrupt. l. 26 §. vlt. l. 37. D. de nox. act. l. 66. §. 1. D. de legat. II. l. 4. C. de transact.* beneficium cum perſona: *l. 13. D. de ſolut. matr.* beneficia: *l. 4. §. 3. D. de cenſ.* cauſſa pecuniaria morte EXSTINCTA non videtur: *l. 22. D. de SC. Silan.* EXSTINCTA cauſſa praeſtandi: *l. 28. §. vlt. D. quand. dies legat.* EXSTINGVITVR condictio: *l. 58. D. de ſolut. l. 10. D. de ſponſal.* conditio: *l. 96. §. vlt. D. de legat. I. l. 17. §. 7. ad SC. Trebell. l. 1. D. de manumiſſ. teſt. l. 38. §. 2. D. de hered. inſt.* conſtantia debiti: *l. 11. §. 12. D. de legat. III.* crimen morte rei: *l. 1. l. 3. D. ſi pend. adp. l. 3. C. ad leg. Iul. de adult. l. 6. D. de publ. iud. l. 2. C. ſi reus vel accuſ. l. 9. D. de iur. fiſc.* Eo tempore, quo indulgentia noſtra crimen EXSTINXIT: *l. 2. C. de general. abolit.* EXSTINGVITVR donatio: *l. 32. §. 10. et §. 18. D. de don. int. vir et vx.* electio: *l. 3. §. 3. D. de eo, quod cert. loc.* fideicommiſſum: *l. 11. §. 13. l. 21. D. de legat. III. l. 114. D. de legat. I.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. I. §. 9.* inſtitutio: *l. 38. §. 2. D. de hered. inſt.* ius aquae: *l. 1. §. 41. D. de aqu. quot. et aeſt.* ius patronatus: *l. 1. D. de ſent. paſſ. et reſtit.* ius pignoris: *l. 9. D. quib mod. pign. l. 30. §. vlt D. de except. rei iudic.* legatum: *l. 59. D. de condit. et demonſtr. l. 21. D. de liberat. leg. l. 18. D. de adim. legat. l. 3. D. de his, quae pro non ſcript. hab. l. 49. §. vlt. D. ad leg. Falc. l. 6. l. 41. §. vlt. l. 69. §. 1. l. 75. §. 6. l. 114. §. 3. D. de legat. I. l. 10. D. de opt. vel elect. leg. l. 16. §. vlt. D. quando dies leg. ced. l. 9. D. de tritic. vin. ol. leg. l. 47. §. 1. l. 50. §. 1. D. de legat. II. l. 65. §. 1. D. de legat. III. l. c. l. 2. D. de pecul. leg. l. 12. D. de ann. leg. l. 6. D. de aur. arg. leg. l. 1. §. 13. D. de SC. Silan.* libertas: *l. 24. §. 19. D. de fideic. libert,* Vlpian. *Reg. tit. II. §. 11.* mandatum:

Digitized by Google

EXS.

tum: *l. 12. §. 16. D. mand.* mora: *l. 91. ſ. 3. D. de verb. oblig.* nunciatio: *l. 8. ſ. 1. D. de nou. op. nunciat.* obligatio: *l. 140. D. de verb. obl. l. 82. D. de legat. I. l. 21. D. de lib. leg. l. 47. D. de fideiuſſ. l. 98. §. vlt. D. de ſolut. l. 47. D. de fideiuſſ. l. 3. D. de ſeparat.* obligatio quaeſita: *l. vlt. C. rer. int. al. act.* obligatio verborum; *l. 7. C. de ſentent. et interloqu.* EXSTINCTA obligatio confuſione, perinde ac ſolutione: *l. 21. D. de liberat. leg.* EXSTINGVITVR optio; *l. 10. D. de opt. legat.* periculum morte, vel alienatione: *l. 1. ſ. 2. D. quando de pecul. act. l. 1. D. de in rem verſ.* petitio: *l. vlt. C. de contr. iud.* pignus; *l. 8. ſ. 12. D. quib. mod. pign.* pignoris conuentio vſucapione non EXSTINGVITVR: *l. 7. C. de pign.* EXSTINGVITVR poena: *l. 6. D. de publ. iud.* condemnationis pronunciatio remedio prouocationis: *l. 1. ſ. vlt. D. ad SC. Turpill.* quaeſtio coepta morte: *l. 1. D. ne de ſtatu defunct.* res: *l. 9. D. de iure fiſc. l. 8. D. de peric. et comm. rei vend. l. 46. D. de furt.* ſeruitus: *l. 27. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 10. D. comm. praed. ruſt et vrb. l. 11. ſ. vlt. D. quemadm ſeru. amitt.* ſeruitus confuſione dominii: *l. 116. §. vlt. D. de legat. I.* ſtipulatio: *l. 2. D. de verb. obl. l. 24. D. de nouat. l. 8. D. iudic. ſolu. l. 83. §. 6. D. de verb. obl.* tutela: Vlpian. *Reg. tit. XI. ſ. 7.* venditio morte: *l. 10. §. 4. D. de iur. dot.* vſusfructus. *l. 3. ſ. vlt. D. de vſufr. l. 8. l. 10. D. quib. mod. vſufr. l. 3. ſ. vlt. D. de legat. III. l. 3. l. 9. ſ. vlt. D. de hered. inſt. l. 12. D. quib. mod. vſufr. l. 26. D. de vſu. et vſufr. leg. l. 1. ſ. 9. D. quando de pecul. act. annal.*

EXSTIRPARE arbores. *l. 7. ſ. 3. D. de dol. mal.*

EXSTRVCTIO, aedificatio, vt EXSTRVCTIO aedificii: *l. 14. D. de donat. int. vir. et vxor.* domus: *l. 29. ſ. 2. D. de pignorib.* domus Seianae: *l. 41. ſ. 4. D: de legat. II.* ad EXSTRVCTIONEM domus marmora legare; *d. l. 41. ſ. 4. D. de leg. I.* EXSTRVCTIO monimenti: *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* murorum: *l. 6. C. de oper. publ.* operum: *l. 4. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.* neceſſariorum: *l. 5. ſ. 12. D. de nou. oper. nunc.* publicorum. *l. 7. C. de op. publ.*

EXSTRVERE aedificium: *l. 14. D. de dol. except. l. 1. C. de ſeruit. l. 124. D. de verb. obl. l. 45. D. de vſurp. et vſuc. l. 2. C. de rei vind.* aedificia publica: *l. vlt. §. 10. D. de mun. et hon.* Ob reſtitutionem aedificii EXSTRVENDI: *l. 1. D. in quib. cauſſ. pign.* EXSTRVENDA aedificia conducere: *l. 2. C. loc.* EXSTRVERE aream: *l. 29. ſ. 2. D. de pignor.* EXSTRVERE balneas: *l. 50. D. ad leg. Aquill.* balnea: *l. 14. D. de impenſ. in rem dot. fact.* balneum: *l. 1. C. vnde vi.* domum: Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. ſ. 10. l. 16. C. de rei vind.* heredis nummis: *l. 58. D. de legat. I.* domum dirutam: *l. 46. D. de damn. infect.* Quod in littore publico, vel in mari, EXSTRVXERIMVS: *l. 50. D. de adqu. rer. dom.* monimentum: *l. 86. D. de adquir. vel omitt. her. l. 1. ſ. vlt. D. ad leg. Falc. l. 2. D. de loc. et itinere l. 42. D. de legat. III.* monimenta: *l. 1. ſ. 5. D. de mort. inſer.* muros: *l. 6. D. de oper. publ.* in nauem EXSTRVENDAM credere: *l. 26. D. de reb. cred.* EXSTRVERE opera; *l. 13. D de pollicit.* EXSTRVENDI operis cura: *l. 4. D. de mun. et honor.* opus EXSTRVENDVM alii locare: *l. 2. ſ. 11. D. de adminiſtr. rer. ad ciu.* EXSTRVCTVM opus: *l. 2. ſ. vlt. D. de op. publ.* EXSTRVERE pontem: *l. 11. D. de aqu. et aqu. pluu.* templum: *l. 17. D. de alim. vel cibar. leg.* tubulos: *l. 13. D. de ſeru. praed. vrban.* villam: *l. 7. ſ. vlt. D. ſolut. matr.* ad EXSTRVENDAM villam datum. *l. 13. ſ. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* ¶. 2. EXSTRVERE, pro inſtruere. Eiusdem profeſſionem EXSTRVAT. *l. 1. ſ. 20. D. de quaeſt.*

[EXSVRGERE in maiorem indignationem. *l. 146. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*]

EXT.

[EXTA, inteſtina animalium. EXTORVM praeſagia: *l. 2. C. de pagan*].

EXTENDERE, eſt porrigere, longius producere, vlteriusque protrahere. Sic EXTENDITVR lapis per fundum: *l. 19. D. comm. diuid.* EXTENDVNTVR vela in hypethris: *l. 12. ſ. 20. D. de inſtr. vel inſtr. legat.* EXTENSA porticus per longitudinem domus *l. 47. ſ. vlt. D. de damn. infect.* EXTENSVS ad malam manſionem: *l. 7. D. depoſ.* EXTENDERE voluntatem ad ſolidi obligationem: *l. 1. §. 20. D. de exercit. act.* Quod tamen ad liberas perſonas EXTENDI non debet: *l. 15. §. 3. D. de lege Corn. de falſ.* EXTENDERE riuum: *l. 1. ſ. vlt. D. de riu.* Procurator exactioni praepoſitus ad lapidum venditionem officium ſuum EXTENDIT: *l. vlt. ſ. vlt. D. qui pot. in pign.* Niſi ſpecialiter defunctus voluntatem ſuam ad vlteriores EXTENDERIT. *l. 32. ſ. vlt. D. de legat. II.* Procurationem vltra, niſi prouocationis cauſſa, EXTENDERE nemo cogitur. *l. 17. C. de procurat.*

EXTENSIVVS, A, VM. EXTENSIVA verba, *l. 6. D. ad SC. Tertull.* id eſt, quae tractum habent.

EXTENVARE aes alienum: *l. 5. §. 9. D. de reb. eor.* debitum: *l. 3. C. de commod.* facultates: *l. 5. ſ. 10. D. de iur. immunit.* legatum: *l. 11. D. de adim. legat.* rem iudicatam. *l. 7. D. de tranſact.*

EXTER, A, VM, pro extraneo: *l. 84. D. de adqu. vel omitt. her. l. 11. D. de legat. I. l. 6. D. quando dies legat.* Plane EXTER heres, in *l. 69. ſ. 1. et ſ. vlt. D. de legat. II. D. de legat. II.* et *l. 114. ſ. 15. D. de legat. I.* intelligitur, qui ex nomine familiae teſtatoris non eſt. EXTERO reſtituere, id eſt, non exceptae perſonae; *l. 3. ſ. 4. D. de legat. praeſt.* ab EXTERO, id eſt, non domino: *l. 67. D. de adqu. vel omitt. hered.* EXTERO, id eſt, non tutori dato: *l. 19. D. de teſt. tut.* EXTERI, id eſt, non coniuges: *l. 52. ſ. vlt. D. de donat. int. vir. et vx.* EXTERI, alii a libertis et ſeruis: *l. 12. ſ. 3. D. de adminiſtr. et peric.* EXTERAE gentis latrunculi: *l. 6. D. de capt. et poſtlim.*

lim. EXTERI heredes: *l. 6. D. de ſeru. legat.* id eſt, alii a libertjs: *l. 18. §. 3. D. de alim. vel cibar.* EXTERI homines, id eſt, qui non ſunt eiusdem corporis, vel collegii: *l. 17. §. 2. D. de excuſat.* EXTERO iure: *l. 10. C. de collation.* EXTERAE nationis rex: *l. 4. D. ad leg. Iul. maieſtat.* EXTERVM poſſeſſorem: *l. 1. §. 3. D. ſi pars her. pet.* id eſt, extrancum, et non coheredem: [EXTERVS religionis Iudaeorum, id eſt, alienus ab eorum religione: *l. 9. C. de Iudaeis.*] EXTERIOR et interior ſcriptura: Paull. *Sent. Lib. V tit. 25. §. 6.* EXTERI ſerui. *l. 27. §. 6. D ad leg. Iul. de adult.* ☞ Sitne hoc vocabulum ſatis Latinum, annon, ſolide ſuo more diſquirit Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ p. 419.* Loca veterum, quae pro illo adducuntur, pleraque dubiae lectionis ſunt, adeoque illud analogia magis, quam auctoritate, defenditur. HEIN.

EXTERGERE columinas, pauimenta, podia ſpongiis: *l. 12. §. 22. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

[EXTERMINARE, eiicere, expellere. EXTERMINATO furore: *l. 6. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* EXTERMINARI publicis iudiciis: *l. 20. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.* EXTERMINATVS genitali ſolo. *l. 1. C. Theod. de falſ. monet. Lib. IX. tit. 21*]

EXTOLLERE altius aedes: *l. 15. D. ſi ſeru. vindic.* aedificia ſua: *l. 6. D. eod. tit.* ad certam altitudinem: *l. 11. D. de ſeru. praed. vrban.* ſupra priorem modum: *l. 31. D. eod tit.* Quin et ſimpliciter: *Tu non EXTOLLIS*, dicitur, pro non altius tollis: *l. 5. D. ſi ſeru. vind.* Vnde ius altius non EXTOLLENDI. *l. 2. D. de ſeru. praed. vrban.* ¶. 2. EXTOLLERE *μεταφορικῶς*, pro plus rei triboere: [EXTOLLERE poteſtatem faſcium extra metas propriae ciuitatis. *l. 174. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.*]

EXTORQVERE, ab inuito auferre: *l. 84. pr. D. de hered. inſtit. l. 41. D. de bon. libert. l. 24. D. quae in fraud. l. 22. D. quod met. cauſſ.* EXTORTVM illicite: *l. 8. D. de calumniat.* contra rationem: *l. 3. C. vectig. noua.* per vim: *l. 9. §. 15. D. de publican. et vectig.* Sic EXTORQVERI dicunt actionem: *l. 14. §. 11. D. quod met. cauſſ* cautionem: *l. 9. §. 3. D. eod. l. vlt. C. ſi pign. conuent.* cautionem heredi: *l. 5. pr. D. vt in poſſeſſ. legat.* chirographum per vim: *l. 2. C. de his, quae vi.* decretum iniuſtum: *l. 1. C. ſi tut. vel curat.* donationem: *l. 42. D. de mort. cauſſ. donat.* donationes, quae per potentiam EXTORTAE ſunt: *l. vlt. C. de iis, quae vi.* Caſſiod. *Lib. IX. Var. Cap. 18. Donationes nullus terror* EXTORQVEAT. EXTORQVERE exceptionem: *l. vlt. D. de pact.* inſtrumentum metu mortis vel cruciatu corporis: *l. 7. C. de iis, quae vi metusue.* legatum heredi EXTORQVENDVM eſt, id eſt, eripiendum: *l. 4. D. de leg. Corn. de falſ.* EXTORQVETVR libertas: *l. 19. D. de manumiſſ.* lucrum: *l. 6. §. 12. D. quae in fraud. cred. l. 35. D. de oblig. et act. l. 4. D. depoſ.* turpia lucra heredibus EXTORQVENDA: *l. 5. D. de calumniat.* munus per vim: *l. 4. D. de mun. et honor.* EXTORSIT numos pretii per vim: *l. 48. §. vlt. D. de furt.* pecuniam: *l. 3. D. quod met. cauſſ.* EXTORSERVNT canes lupos porcis: *l. 44. D. de adquir. poſſeſſ.* EXTORQVETVR per vim ſtipulatio: *l. 7. D. de condict. ob turp. cauſſ.* nec totum, quod habet donator EXTORQVENDVM ei puto: *l. 19. §. vlt. D. de re iudic. l. 173. pr. D. de reg. iur.* EXTORQVERE per vim transactiones: *l. vlt. C. de iis, quae vi.* venditiones. *l. 4. et l. vlt. C. eod. tit. l. 6. D. de offic. praeſid.*

[EXTORRIS, plerumque pro exſule vel relegato accipitur, *l. 6. C. Theod. de cuſtod. reor. Lib. IX. tit. 3.* quaſi extra torrem, ſeu limitem, eiectus, vt exſul, qui extra ſolum. Torrem enim veteres limitem, ſeu terminum dixerunt. Iac. Gothofred. *in Commeńt. ad d. l. 6.* Qui enim ex ciuitatibus pelluntur, EXTORRES, ab humanis coetibus ſegregantur. *l. 31. l. 32. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.*] ¶. 2. [EXTORRIS, *μεταφορικῶς* pro excluſo. EXTORRES ſint ab omnibus, quibus inhiauerant, bonis. *l. 27. C. Theod. de epiſc. Lib. XVI. tit. 2.*]

EXTRA. Haec praepoſitio interdum perſonas, interdum loca, ſed et res aliquando excludit. Vbi perſonis aptatur, ſignificat *praeter*, veluti: Si quis EXTRA heredem: *l. 3. §. 8. D. ad exhib.* EXTRA ea mancipia: *l. 12. §. 27. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* EXTRA ea miniſteria. *l. 12. §. 31. D. eod. tit.* ¶. 2. Quum de locis vox haec vſurpatur, ei aduerſaria conſtituitur particula *intra.* Et ita EXTRA vrbem, et intra vrbem, opponuntur. *l. 1. §. 13. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* Hinc illa: EXTRA aedes: *l. 48. D. de contr. emt.* EXTRA aquam: *l. 1. §. 11. D. de flumin.* EXTRA caſtra: *l. 17. §. 1. D. de re milit.* EXTRA continentia vrbis abeſt: *l. 173. D. de verb. ſign. l. 199. D. eod.* EXTRA contubernia agens: *l. 5. §. 6. D. de re milit.* EXTRA domini domum: *l. 17. D. de Aedil. edict.* terminos EXTRA gradum ſuum fineſque mouere: *l. 3. D. de term. mot.* EXTRA habitationem: *l. 17. §. 15. D. de Aedilit. edict.* extra iudicium: *l. 6. §. 9. D. de neg. geſt. l. 17. l. 28. D. de iniur.* EXTRA ius quoque, et *in iure*, aduerſantur: *l. vlt. D. de ceſſ. bonor.* EXTRA menſam: *l. 28. D. de liberat. leg.* EXTRA nauem: *l. vlt. D. naut. caupon. ſtabul.* EXTRA patriam profectus: *l. 35. §. 7. D. ex quib. cauſſ. maior.* EXTRA prouinciam contraxerunt: *l. 2. D. de re milit.* EXTRA prouinciam ſuam relegat praeſes: *l. 7. §. 6. D. de interd. et releg.* EXTRA regionem erit: *l. 51. D. de adminiſtr. et peric. tut.* EXTRA terram defluere: *l. 1. §. 5. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* EXTRA territorium ius dicere: *l. vlt. D. de iuriſd.* EXTRA vrbem abeſſe: *l. 35. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* EXTRA vrbem iubere iudicare: *l. vlt. D. de offic. praef. vrb.* ſi EXTRA vrbem ſit. *l. 4. §. 4. D. de pen. legat.* ¶. 3. Nunc ad res tranſitum faciamus. De his vſurpata haec praepoſitio modo *praeter*, modo *vltra* ſignificat. e. g. Non eſt EXTRA aequitatem poſitum: *l. 13. §. 5. D. de iureiur.* EXTRA bona, *l. 42. D. de adqu. rer. dom. l. 63. D. ad leg. Falcid.* cui opponitur *in bonis,*

Digitized by Google

bonis, in l. 1. §. 1. D. de vſu et vſufr. leg. EXTRA bonorum quantitatem: l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid. EXTRA cauſſam alimentorum relictum: l. 3. D. de his, quae pro non ſcript. EXTRA cauſſam bonorum defuncti computari: l. 68. D. de legat. II. EXTRA cauſſam conductionis: l. 45. §. vlt. D. locat. EXTRA cauſſam eſſe: l. 1. §. 7. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. Quinctilian. Declam. CCXCVI. EXTRA cauſſam immiſceri: l. 73. D de adqu. vel omitt. hered. EXTRA cauſſam peculii fideiubere: l. 19. D. de fideiuſſor. EXTRA ciboria: l. 9. l. 10. D. de rei vindic. EXTRA compromiſſum facere: l. 32. §. vlt. D. de recept. arbitr. EXTRA computationem dierum: l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adulter. patrimonii: l. 5. D. de verb. ſignific. EXTRA conſuetudinem: l. 15. §. 1. D. locat. EXTRA conſuetudinem patrisfamilias: l. 54. §. vlt. D. de hered. petit. EXTRA controuerſiam eſſe: Quinctilian. Declam. CCXLIV. EXTRA culpam eſſe: l. 24. D. de bon. libert. EXTRA dotem relicta: l. 34. §. vlt. D. de legat. II. EXTRA dotem traditae ſpecies: l. 31. D. de donat. EXTRA ea nihil in bonis habet: l. 4. D. de confirm. tut. EXTRA mandati formam eſſe: l. 48. D. mandat. EXTRA haec: l. 5. §. 13. D. de tribut. act. EXTRA id, quod ageretur: l. 13. §. vlt. D. commod. EXTRA legem poſita: l. 29. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult. EXTRA legis poenam eſt: l. 3. D. de concub. EXTRA miniſterium mulieris eſt ſeruus: l. 12. D. qui et a quib. EXTRA modum legis Falcidiae: l. 81. §. 1. D. ad leg. Falcid. EXTRA negotium recipere: l. 3. §. 2. D. naut. caupon. ſtabul. EXTRA obligationem eſſe, et contineri ſtipulatione, opponuntur: l. 5. §. vlt. D. qui et a quib. EXTRA ordinem: Sed quod tam frequenter in libris noſtris occurrit, vt illud in ſequentem paragraphum reiiciendum putauerimus. EXTRA peculium: l. 17. D. de ſtatulib. EXTRA poenam eſſe: l. 3. D. de concub. l. 11. l. 22. §. 10. de leg. Corn. de falſ. EXTRA rationem eſſe: l. 6. §. 3. D. de edend. EXTRA rationem legis Falcidiae: l. 8. §. vlt. D. ad leg. Falc. EXTRA redhibitionem eſſe: l. 12. D. de Aedilit. edict. EXTRA rem emtoris: l. 24. D. eod. tit. EXTRA ſecretum habere: l. 3. §. 8. D. de lib. hom. exhib. EXTRA ſententiam SCi: l. 23. §. 3. D. de leg. Corn. de falſ. l. 6. D. de rit. nupt. EXTRA teſtamentum vel teſtamenta: l. 16. D. de condit. et demonſtr. l. 16. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ. EXTRA tutelam eſt: l. 1. D. quod falſ. tut. auct. EXTRA tutelam impenſum. l. 15. D. de impenſ. in rem dotal. fact.

¶. 4. EXTRA ordinem fit, quod praeter conſuetum et legitimum iudiciorum morem et ordinem fit. Vetus Gloſſarium: EXTRA ordinem ἔξω νόμου, ἢ τῶν τεταγμένων ἢ τῶν νόμων, ἔξω τῆς τάξεως. praeter legem, praeter conſtituta, et id, quod legitimum eſt, extra ordinem. EXTRA ordinem agere dicitur, qui de priuatis delictis accuſationem criminaliter intendit: l. vlt. D. de priuat. delict. EXTRA ordinem agere crimen: l. 3. D. expil. hered. EXTRA ordinem animaduertitur in tutores: l. 9. D. de tutel. EXTRA ordinem audiendi: l. 1. D. de fur. balnear. EXTRA ordinem coerceri: l. 1. §. 4. D. de adgnoſc. et al. lib. l. 49. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 66. D. de rit. nupt. l. 1. D. expilat. hered. cogi dicitur tutor, pignoribus captis vel mulctae dictione: l. 1. pr. D. de adminiſtr. et peric. tut. EXTRA ordinem de criminibus cognoſcit, qui extra antiquum ordinem, moribus legibusque publicorum iudiciorum praeſcriptum, cognoſcit: l. 13. D. de poen. Qui hodie de iudicis publicis EXTRA ordinem cognoſcunt: l. 15. §. 1. D. ad SC. Turpill. In legibus publicorum iudiciorum, vel priuatorum criminum, qui EXTRA ordinem cognoſcunt, praefecti vel praeſides: l. 1. §. vlt. D. de poen. EXTRA ordinem non computantur ſerui: l. 7. D. de leg. Corn. de falſ. EXTRA ordinem damnandus: l. 4. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 43. D. de iniur. Vbi EXTRA ordinem damnari dicitur, qui per calumniam actionem iniuriarum inſtituerit: nam iure legitimo calumnia duntaxat in publicis iudiciis vindicatur: l. 1 §. 2. D. ad SC. Turpill. EXTRA ordinem conſtitui: l. 92. D. de condit. et dem. Sanxit, vt pupillis EXTRA ordinem tutores a Coſſ. darentur. Sueton. in Claud. Cap. XXII. EXTRA ordinem prouinciae decerni dicuntur, apud Liu. Lib. XXIV. Cap. 9. id eſt, absque ſorte, vel comparatione cum collegis. Quae EXTRA ordinem ad tempus exiguntur, veluti munitio viarum: l. 12. D. de mun. et honor. EXTRA ordinem exſequi decreta ſua ſententiasue dicuntur praetores, quum adparitorum miniſtrorumque ſuorum, vel, ſi res poſtulet, militum manu, exſequuntur: arg. l. 1. §. 2. D ſi ventr. nom. mul. l. 3. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. l. 50. D de euict. quod ciuiliter et ordine per arbitros iudicesque datos expeditur: l. 15. D. de re iudic. l. vlt. D. de iudic. EXTRA ordinem fieri, in l. vlt. §. vlt. D. quod met. cauſſ. dicitur, quod per adparitoris iuſſionem, cognitione non habita, extorquetur. Nam recte, atque ordine, per iudicem id fit. EXTRA ordinem imminebit poena: l. 12. §. vlt. D. de accuſat. Ea, quae EXTRA ordinem imperantur: l. 6. D. de vacat. et excuſ. mun. id eſt, per magiſtratus ex improuiſo indictae collationes: l. 8. §. 8. D. eod. tit. EXTRA ordinem indictae feriae, quae ſtatae non ſunt, neque ſollemnes, neque de more, ſed repente, indicuntur: l. 26. §. 7. D. ex quib. cauſſ. maior. Ipſi perraro principes minoribus ſuarum rerum adminiſtrationem EXTRA ordinem indulſerunt: l. 3. D. de minorib. EXTRA ordinem interpellatur: l. 12. D. de religioſ. et ſumt. fun. EXTRA ordinem iudicationis: l. 4. §. 8. D. de re milit. EXTRA ordinem ius dicitur, praetore, praeſideue cognoſcente: l. 1. §. 1. D. de extraord. cogn. l. 2. D. ex quib. cauſſ. maior. l. vlt. C. de ſentent. quae ſine cert. quantit. [Quales cauſſae in quibus ipſi magiſtratus, iudice pedaneo non dato, cognoſcebant, recenſentur l. 2. D. de fer.] Qui Romae vel quaſi magiſtratus, vel EXTRA ordinem ius dicunt: l. 7. D. de offic. proconſ. quales erant, qui magiſtratus legitimi vel ordinarii non erant, ſed vtilitatis cauſſa extra ordinem conſtituebantur: l. 2. § 33. D. de orig. iur. Solent praeſides prouinciarum extra ordinem eos iuuare: l. 1. §. 18. D de exercit. act. Rempublicam, vt pupillam, EXTRA ordinem iuuari moris eſt: l. 3. C. de iure reip. Lib. XI. Neque pupillum EXTRA ordinem iuuandum: l. 12. D. ad SC. Trebellian crimina EXTRA ordinem obiiciuntur: l. 6. D. de praeuar. EXTRA ordinem permittitur: l. 1. §. 1. D. de inſpic. ventr. EXTRA ordinem petitur ſalarium procuratori conſtitutum: l. 7. l. 56. §. 3. D. mand. EXTRA ordinem plecti: l. 3. D. ad SC. Turpill. [l. 10. D. de extraord. crim.] l. 8. §. 2. D. de religioſ. calumnio-

ſi omnes et in priuatis, et in extraordinariis criminibus, plectuntur. Paullus *l. 3. D. ad SC. Turpill.* EXTRA ordinem ſtellionatus nomine plecti: *l. 36. D. de pign. act.* id eſt, coercitione ordinaria, vt in *l. 2. D. de ſtellion.* Vetus Gloſſarium: EXTRA ORDINEM κόλασις, ἡ ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ τυπωθησομένη, EXTRA *ordinem poena eſt, quae a iudice definita eſt.* EXTRA ordinem probantur crimina: *l. 8. D. de public. iudic.* EXTRA ordinem puniri: *l. 1. D. de extraord. crim.* EXTRA ordinem aeſtimatione iudicis puniendi: *l. 3. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* EXTRA ordinem ſtatui: *l. vlt. D. de iniur.* EXTRA ordinem ſubuenire: *l. 1. §. 2. D. de migr. l. 43. D. de rei vind.* vbi nullum remedium proditum eſt: *l. 1. §. 5. D. de ſeparat.* EXTRA ordinem vindicari. *l. 37. D. de poen. l. 10. D. de extraord. crim.*

[EXTRA, aduerbium. EXTRA *quam ſi*, erat inter alias clauſula ſollemnis, qua circumſcribi et concipi ſolebant exceptiones, vt *l. 1. §. 16. D. de flumin.* Vid. Briſſon. *de formul. Lib. V. Cap. 77. p. 381.* vbi ſimiles formulas ex Cicer. *Lib. VI. ad Att. Epiſt. 1. de Inuent. Lib. I. Cap. 33. et Lib. II. Cap. 20.* adfert.]

EXTRAHERE, notae ſignificationis, vt EXTRAHERE corpora: *l. vlt. D. de ſepulcr. viol.* quem de domo ſua: *l. 22. D. de in ius voc. l. 103. D. de diuerſ. reg. iur.* EXTRACTI lapides, qui demerſi fuerant: *l. 13. D. de adquir. poſſeſſ.* EXTRACTAE merces per vrinatores: *l. 4. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iact.* EXTRACTVS partus, exſecto matris ventre: *l. 6. §. 1. D. de inoffic. teſt. l. 11. §. 5. D. de Public. in rem act.* Quod EXTRAXIT piſcium: *l. 12. D. de act. emt.* EXTRAHERE res ex mari: *l. 58. D. de adqu. rer. domin.* EXTRAHERE ſe rebus humanis. *l. 23. §. 3. D. de Aedilit. edict.* ¶. 2. EXTRAHERE, etiam protrahere, producere et protelare ſignificat. EXTRACTA in longius cognitio: Plin. *Lib. III. Epiſt. 9.* EXTRACTVM iudicium in id tempus: *l. 8. D. ad exhib.* Quinctilian. *Declam. CCCXIX. Quaeretur de adulterio, et quaeretur diu, et EXTRAHET iudicium, ſicut adhuc EXTRAHIT.* Dilatio longiſſima danda eſt, quae in tempus pubertatis EXTRAHET negotium: *l. 6. D. de Carbon. edict.* EXTRACTA res per adpellationem. *l. 42. §. vlt. D. de bon. libert.*

EXTRANEVS, A, VM, pro alieno. EXTRANEI coloni, qui non ſunt ex familia: *l. 20. §. 1. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* EXTRANEVS poſtumus, apud Iuſtin. *§. 26. Inſt. de legat.* et *alienus* idem valent: extraneusque accipitur, qui ſuus teſtatori heres non eſt, vel inter ſuos non eſt naſcituros. Et ita Theophilus in *princ. Inſt. de bon. poſſeſſ.* ἀλλότριος ait πόσθυμος, τουτέστι, ὁ μὴ τικτόμενός μοι σοῦος. *EXTRANEVS poſtumus, id eſt, non mihi natus ſuus heres.* EXTRANEVS ſeruus, id eſt, alienus. *l. 4. §. 1. D. de noxal. act. l. 10. §. vlt. D. de teſt. tut.* eodemque ſenſu EXTRANEI ſerui accipiuntur. *l. 27. §. 11. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 2. EXTRANEI, qui non eiuſdem prouinciae ac ciuitatis. *l. 3. D. de offic. praeſ.* Foederati et liberi nobis EXTERNI ſunt. *l. 7. D. de capt. et poſtlim.* ¶. 3. EXTRANEI, vel, vt in *l. 11. D. de ſtipul. ſeru.* vocantur, EXTRANEAE perſonae, non vno reſpectu, nec vna relatione dicuntur. [Interdum EXTRANEI ſunt, qui non ſunt adfines: vt in *l. 84. D. de iur. dot.* ¶. 4. Aliquando, qui non ſunt cognati: *l. 19. C. de iure delib.*] Et hinc EXTRANEVS intelligitur etiam pater adoptiuus, poſt emancipationem: *l. 55. §. vlt. D. de rit. nupt.* immo omnis, qui non eſt ex neceſſariis perſonis. *l. 60. D. de pact. l. 6. D. de lib. cauſſ. l. 28. §. 8. D. de poen.* ¶. 5. Aliquando non coheredes: *l. 1. §. 3. D. ſi pars hered.* ¶. 6. Aliquando omnes praeter coniuges: *l. 24. D. de donat. int. vir. et vxor.* ac proinde *iure* EXTRANEI, et *iure mariti* opponuntur: *l. 13. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* Non quaſi ad EXTRANEAM, ſed quaſi ad vxorem: *l. 32. §. 27. D. de donat. int. vir. et vxor.* [Ex hoc ſenſu EXTRANEAE mulieres, in *l. 44. C. Theod. de Epiſc.* quae eſt *l. 19. C. Iuſt. eod. tit.* dicuntur, quas Graeci συνεισάκτους vel ἐπεισάκτους, alii ἀγαπητὰς vocabant: quae neque vxores, neque concubinae, ſed tertii generis, quas nec ſobolis, nec libidinis, ſed pietatis ſtudio, certe obtentu, domi habebant clerici. I. C. de Mauriz *Elect. iur. Canon. Lib. I, tit. 41.* Cuiac. *Obſ. Lib. II. Cap. 29.*] Iis oppoſita multarum ſynodorum ac conciliorum decreta, veluti *Ancyrani Can. XIX.* et *Nicaeni Can. III.* vbi epiſcopis, presbyteris ac diaconis interdicitur conſuetudine συνεισάκτου mulieris, niſi ſit mater, ſoror, aut amita, aut perſona talis, vt omnem ſuſpicionem effugiat. Quem canonem firmat Iuſtinianus *Nouell. CXIII. Cap. 29. Nouell. CXXXVII. Cap. I.* Addendi *Synod. Tolet. IV. can. 42. et 43. Carthag. I. can. 3. Ilerdenſ. Cap. XV. Hiſpalenſ. I. Cap. 3. Brachar. III. Can. 5.* De iis mulieribus frequenter ſcriptores eccleſiaſtici. Vid. Euſeb. *Lib. VII. Hiſt. eccl. Cap. 24.* Epiphan. *Haereſ. LXVII. LXIII. LXXVIII.* At nemo eas elegantius, quam hoc epigrammate deſcripſit Gregor. Nazianzenus:

Τὰς δὲ συνεισάκτους, ὡς δὴ φάσκουσιν ἅπαντες,
Οὐκ οἶδ' εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ' ἀγάμοις.
Θήσομεν, εἴτε μέσον τι φυλάξομεν, οὐ γὰρ ἔγωγε
Κἂν με λέγητε κακῶς, πρᾶγμα ἐπαινέσομαι.

Extraneas mulieres, vti vocant omnes,
Neſcio vtrum nuptis demus, an innuptas
Ponamus, an medium quid ſeruandum ſit. Non ego,
Si mihi vel maledixeritis, rem laudauerim.

HEIN. ¶. 7. Aliquando EXTRANEVS is, qui non eſt creditor. *l. 55. D. ad leg. Aquill.* ¶. 8 Aliquando omnes non domeſtici ſunt EXTRANEI: *l. 1. D. de SC. Silan. §. 9.* Sed et EXTRANEVM aliquando, relatione facta ad dominum, accipere debemus, vt *l. 31. §. 1. D. de Aedil. edict. l. 24. D. locat.* Itaque EXTRANEVS et dominus opponuntur: *l. 16. §. 3. D. de poen.* nec non EXTRANEVS et dominus proprietatis: *l. 3. §. 5. D. de itin. actuque priu.* EXTRANEVS creditor ſerui, ſi non dominus crediderit: *l. 1. D. de tributor.* Similiter EXTRANEI reſpectu dominorum dicuntur, *l. 27. §. 11. D. ad leg. Iul. de adult. l. 41. l. 51. D. de pecul.* ¶. 10. Porro paſſim memorantur EXTRANEI, oppoſiti fideiuſſoribus: vt EXTRANEVS defenſor:

ſor: *l. 5. §. 4. D. iudic. ſolu.* EXTRANEVS emtor, ad differentiam fideiuſſoris: *l. 59. §. 1. D. mandat.* ¶. 11. Noti quoque EXTRANEI heredes. Mater filium ſuum pupillum, vel quiuis alius EXTRANEVS EXTRANEVM, aeque pupillum, ſcripſit heredem: *l. 33. D. de excuſat.* EXTRANEVS heres: *l. 64. D. de rit. nupt. l. 2. §. 15. D. de hered. vel act. vendit. l. 38. §. 3. D. de legat. III.* et apud Sueton. *in Claud. Cap. IV.* EXTRANEI autem heredes intelliguntur, quicumque teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt. *§. 3. Inſt. de hered. qual. et differ.* Minus apte Caius *Lib. II. Inſt. tit. 3. §. 6.* EXTRANEOS heredes de[illegible], *qui nullo propinquitatis gradu teſtatori iunguntur, ſed eos pro arbitrio quisque heredes ſcribit.* Nam et emancipati pro EXTRANEIS habentur, licet naturali vinculo contineantur. Pluribus hanc Caii definitionem hic impugnat auctor additionum. Sed vereor, ne cum laruis pugnet. Quis enim haec tribuat Caio, quae manifeſto ſunt interpolatoris? HEIN. ¶. 12. Sed et liberto opponitur EXTRANEVS. EXTRANEVS homo, id eſt, non libertus. *l. 8. D. de obſequ. par. et patr. praeſt.* ¶. 13 Obtinuit etiam, vt omnes praeter patrem et maritum EXTRANEI dicantur: *l. 4. D. ad leg. Iul. de adult. l. 4. D. de confirm. tut.* Et ita in quaeſtione dotium EXTRANEI ſunt omnes, citra parentem virilis ſexus, in poteſtate habentem mulierem dotandam. *l. vn. v. Extraneum C. de rei vxor. act. toll.* ¶. 14. EXTRANEI porro, qui non ſunt in poteſtate. *l. 10. §. vlt. D. de lege Corn. de falſ.* ¶. 15. Itemque, qui non ſunt proprietarii. *l. 13. D. quod vi aut clam.* ¶ 16. Sed et ſociis opponi EXTRANEOS animaduertimus. *l. 3. C. commun. diuid.* ¶ 17. EXTRANEI etiam opponuntur tutoribus: *l. 6. D. de auctor. et conſenſ. tut. vel curat.* Tutor ſe debitorem pupillo facit, vt EXTRANEVS quilibet. *l. 54. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 18. Denique EXTRANEVS eſt, qui non eſt venditor. *l. 10. D. commun. praedior.*

EXTRAORDINARIVS, A, VM. EXTRAORDINARIAE actiones, ſalarii nomine: *l. 52. §. 2. D. de act. emt.* Quo nomine nuncupantur et eae actiones vtiles, quae ex cauſſa interdicti hodie redduntur. *§. vlt. Inſt. de interd.* Qua de cauſſa *rubrica de interdictis* ſic a Triboniano in Pandectis concepta eſt: *De interdictis, ſiue de* EXTRAORDINARIIS *actionibus, quae pro his competunt.* EXTRAORDINARIA animaduerſio: *l. vlt. D. de furt.* EXTRAORDINARIVM auxilium: *l. 7. D. de SC. Silan. l. 1. C. vectigal. nou. l. 2. C. de inſtit.* Sed et reſtitutio in integrum EXTRAORDINARIVM auxilium adpellatur, *l. 16. D. de minor.* quod tota penderet ex praetoris cognitione: *l. 24. in fine D. eod. tit.* EXTRAORDINARIA coercitio: *l. 1. §. vlt. D. de poen. l. 2. D. ſtellionat.* cognitio: *Rubr. D. de extraordin. cognit.* EXTRAORDINARIVM commodum: *l. 239. §. 3. D. de verb. ſignif.* EXTRAORDINARIA crimina, a priuatis ſeparantur: *l. 3. D. ad SC. Turpill.* Sic autem adpellantur crimina, de quibus quaeſtio lege nulla conſtituta eſt. Proinde nec certa aut legitima poena vindicantur, ſed arbitrio iudicis coercentur, *l. 1. C. vbi de crimin. ag.* qualia ſunt *abigeatus, ſepulcri violatio, ſtellionatus, expilatio hereditatis, effractura,* et alia, de quibus *libro Pandectarum XLVII.* agitur. Sed et omnia admiſſa, quae nullam legitimam habent defenſionem coercitionemque, EXTRA ORDINEM coercentur, pro aeſtimatione iudicis poena impoſita. *l. 8. §. 2. D. de religioſ. l. 1. §. 6. v. qui aduerſus D. de poſtul. l. 4. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 12. in fin. D. de accuſat. l. 1. §. 8. D. de his, qui effud. vel deiec. l. 3. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Iuſtinianus *Conſtit. Graeca de confirm. pandect. §. 8.* Ἐγκλήματα ἅπαντα, ὁπόσα τῶν τε μετριωτέρων ἐστὶν ἁμαρτημάτων, ἅπερ ἰδιωτικὰ καλοῦσιν, ὅσα τε οὐχὶ τεταγμένα προσονομάζουσιν, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐξτραορδιναρίων αὐτοῖς ἐπιτιθέασιν ἐπωνυμίαν. *Omnia recenſet, quae ad minora* DELICTA *pertinent, quae vocant priuata, itemque ad ea, quae necdum ordinaria adpellant, ſed ipſis extraordinariorum denominationem imponunt.* Vetus Gloſſarium Graecum: Ἔξω τῶν τεταγμένων, ἡ παρὰ τοῦ δικαστοῦ ὑποθείσης τιμωρίας. EXTRAORDINARIA *crimina, vel quibus a iudice poena ſtatuitur.* EXTRAORDINARIA exſequutio: *l. 3. §. 1. D. ne vis fiat ei. l. vlt. C. de crim. ſtellionat.* EXTRAORDINARIARVM functionum ſarcina: *l. 17. C. Theod. de extraord. ſiue ſord. mun.* EXTRAORDINARIVM mandati genus: *l. 6. D. de offic. proconſ.* EXTRAORDINARIAE indictiones: *l. vlt. C. de munerib. patrim. Lib. X. l. 11. C. Theod. de extraord. ſiu. ſord. mun.* EXTRAORDINARIO iudicio ſubueniendum filiofamilias, qui viaticum ſuum mutuum dederit, quum Romae ſtudiorum cauſſa ageret: *l. 17. D. de reb. cred.* In EXTRAORDINARIIS iudiciis conceptio formularum non obſeruatur: *l. 47. D. de negot. geſt l. 3. C. de interdict.* Et haec ſola iudicia hodie in vſu eſſe, ordinariis ſublatis, Iuſtinianus tradit, in *§. vn. Inſt. de ſucceſſ. ſublat. quae per bon. vendit. fieb.* et *§. vlt. Inſt. de interdict.* EXTRAORDINARIO iure auferri: *l. 5. C. de priuil. fiſc.* deberi: *l. 10. D de verb. ſignif.* EXTRAORDINARIA iuriſdictio: *l. 14. C. de fideiuſſ.* EXTRAORDINARIVM munus: Traian. apud Plin. *Lib. X. Epiſt 37.* EXTRAORDINARIARVM rerum munus: *l. 15. C. Theod. de extraord. ſiu. ſord. muner.* EXTRAORDINARIA munera: *rubr. C. Theod. eod. tit. l. vn. C de vacat publ. mun. Lib. X.* EXTRAORDINARIVM *munus gladiatorum, iuſto* atque *legitimo* opponitur apud Sueton. *in Claud. Cap. XXV.* EXTRAORDINARIA onera: *l. 1. l. 2. l. 4. l. 9. C. Theod. de extraord. et ſord. mun. l. 31. C. Theod. de ſuſcept. praepoſ. et arcar. l. 1. C. Theod. de aquaeduct.* EXTRAORDINARIA autem onera non eſſe, nec vocari, quae ſollemniter a prouincialibus conferenda ſunt, conſtituunt Imperatores: *l. 5. C. de annon. et tribut. Lib. X.* EXTRAORDINARIAE pecuniae, apud Aſcon. Paedian. *in Ciceron. Verrin. III.* EXTRAORDINARIAE perſequutiones, quarum cognitio ad ipſum Praetorem pertinebat, veluti de fideicommiſſis; *l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.* Non enim per formulam fideicommiſſa iure ordinario, ſed apud Praetorem petebantur, vt Vlpianus *Regul. tit. XXV. §. 12.* ſcribit. Quod et indicat *l. 83. §. vlt. D. de hered. inſtit. l. 4. D. quib. ad libert. proclam. l. 68. §. 6. D. de legat. III. l. 29. D. de vſu et vſufr. leg. l. 41. D. de bon. libert. l. 43. D. de act. emt. l. 2.*

§. 32. D. de orig. iur. l. 2. C. qui potior. in pign. l. 1. C. ſi adu. libert. EXTRAORDINARIA poena: *l. 1. D. de legation.* EXTRAORDINARIVM remedium: *l. 12. D. vt in poſſeſſ. legat.* quod non ex edicto Praetoris, ſed proprio ac ſpecitali eius decreto, proficiſcitur.

EXTRARIVS, A, VM, extraneum ſignificat. *l. 55. D. ad SC. Trebell.* Ab EXTRARIO, id eſt, non a patre, vel marito: *l. 39. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* EXTRARIVS, id eſt, non ſocius: *l. 43. §. vlt. D. de damn. infect.* EXTRARIO accuſante: *l. 17. D. de quaeſt.* EXTRARIVS heres: *l. 78. §. 3. D. de legat. II. l. 28. §. 1. D. de excuſat. l. 36. D. de bon. libert.* Quinctilian. *Declam. CCCXXV.* EXTRARII liberti: *l. 50. D. de manumiſſ. teſtam.* EXTRARIA vis. *l. vlt. D. locat.*

EXTREMO, aduerbialiter, pro vltimum. EXTREMO mortuus. *l. 83. §. vlt. D. de legat. III.* Huic aduerbii formae non modo analogis adſiſtit, quae non minus dici patitur EXTREMO, quam poſtremo: ſed et auctoritas ipſius Ciceronis, cuius hoc fragmentum *ex Piſoniana* ſeruauit Aſconius: *Prius enim Gallus, dein Gallicanus,* EXTREMO *ſemiplacentinus haberi coeptus eſt.* Vid. Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 417.* HEIN.

EXTREMVS, A, VM, vltimus, ſummus, ſupremus, poſtremus. EXTREMVS annus matrimonii: *l. 31. D. de pact. dotal.* dies anni: *l. 132. D. de verb. ſign.* iudicii. *l. 3. §. 1. D. de minor.* EXTREMAE diſpoſitiones: *l. 2. C. commun. de manumiſſ.* EXTREMVS gradus militiae: *l. 14. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Qui, quod EXTREMVM eſt in iuriſdictione, non facit: *l. 1. D. ſi quis ius dic. non obt.* EXTREMVS menſis: *l. 98. §. vlt. D. de verb. ſignif.* EXTREMVM momentum vitae: *l. vlt. D. de condit. inſtitut.* EXTREMA neceſſitas: Paull. *Sent. Lib. V. tit. I. §. 1.* EXTREMAE notae ſeruus: *l. 15. §. 44. D. de iniur.* [In EXTREMO periculo: *l. 1. C. Theod. de ſcenic. Lib. XV. tit. 7.*] EXTREMVM praedium: *l. 7. D. commun. praed.* [Defeſſae ſenectutis EXTREMA: *l. 16. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.*] EXTREMVM ſpiritum effundere; Quinctil. *Declam. CCXCVI.* EXTREMO *ſpiritu:* Cicero *in Verr. V. Cap. 45.* Quinctilian. *Declam. CCCXIV. Sunt illa vero, quae* EXTREMO *miſeri ſpiritu dicebantur.* [EXTREMA ſuffragia, in *l. 1. C. Theod. de ſcenic.* ſunt ſacramenta, quae in extremo poſitis indulgebantur. Iac. Gothofred. *in not. ibid.*] EXTREMVM tempus quinquennii: *l. 4. D. de condit. et demonſtr.* vitae: *l. 15. D. de manum.* In EXTREMA valetudine eſſe: *l. 47. §. 4. D. de fideic. libert.* In EXTREMIS vitae conſtitutus: *l. 42. §. vlt. D. de mort. cauſſ. don.* EXTREMA voluntas, id eſt, ſuprema: *l. 2. C. quando nupt.* ¶. 2. In EXTREMIS eſſe: *l. 30. §. vlt. D. de adim. legat.* Quae in EXTREMIS dixiſſet. *l. 47. §. vlt. D. de fideic. libert.*

EXTRICARE. EXTRICATAE margaritae. *l. 27. §. 30. D. ad leg. Aquill.*

EXTRINSECVS, aduerbium. EXTRINSECVS *accedere, et ex ipſa hereditate eſſe,* opponuntur. *l. 20. §. 3. D. de hered. petit.* Itemque *principaliter ipſius rei nomine conſequi,* et EXSTRINSECVS *ob eam. l. 46. §. 4. D. de procurat.* EXSTRINSECVS accedunt particulae: *l. 76. D. de iudic.* EXSTRINSECVS accedente cauſſa: *l. 5. C. de aqu. et ret. poſſeſſ.* Si modo nihil EXTRINSECVS accidit: *l. 14. D. de Aedil. edict.* EXTRINSECVS accidens vitium: *l. 24. §. 1. D. de damn. infect.* Si EXTRINSECVS, et nihil ad praeſentem actum pertinentia adiecerit ſtipulationi: *l. 65. D. de verb. oblig.* Si EXTRINSECVS aliquid tutor dolo admiſerit: *l. 4. D. quand. ex fact. tut.* EXTRINSECVS admota vis: *l. 43. D. de damn. infect.* Nullo EXTRINSECVS adſumto: *l. 31. D. depoſit.* Nullis EXTRINSECVS argumentis: *l. 15. D. de quaeſt.* EXTRINSECVS aliarum rerum perſonarumue cauſſa commixta: *l. 5. §. 2. D. de donat. int. vir. et vx.* Damnum, quod EXTRINSECVS contingit: *l. 24. §. 3. D. de damn. infect.* Quaedam EXTRINSECVS ſunt eloquuta: *l. 13. §. 6. D. de his, qui not. infam.* EXTRINSECVS exſpectanda condicio: *l. 25. D. quando dies leg.* EXTRINSECVS factae impenſae, et *in ipſam dotem* opponuntur. *l. 5. D. de impenſ. in res dot. fact.* [Ipſius rei perſequutionem EXTRINSECVS habet dominus: *§. vlt. Inſt. de obl. quae ex delict.* id eſt, extra et praeter actionem furti. Quum nullis EXTRINSECVS argumentis accuſatio impleatur: *l. 15. §. 1. D. de quaeſt.* Si EXTRINSECVS intelliguntur: *l. 1. D. de his, quae in teſt. del.* Si EXTRINSECVS perſona tutoris interueniat: *l. 5. §. 3. D. iudic. ſolu.* Non EXTRINSECVS alia cauſſa oblata: *l. 57. D. locat.* EXTRINSECVS poſita conditio: *l. 86. D. de hered. inſtituend.* EXTRINSECVS relictum: *l. 2. D. de dot. prael.* EXTRINSECVS ſibi ſignare pecuniam: *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat.* EXTRINSECVS, ſuſpenditur legatum, non ex ipſo teſtamento: *l. 6. D quando dies legat.* EXTTINSECVS, non ex teſtomeoto venientes conditiones: *l. 99. D. de condict. et demonſtr.* An EXTRINSECVS ſit rei vindicatio. *l. 2. D. de tign. iunct.*

EXTRVDERE: EXTRVDI ab hereditate: Vlpian. *tit. XXII. §. 29.* Immo ibi non legitur EXTRVDITVR, ſed *excluditur.* HEIN. EXTRVDITVR filius. *l. 12. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.*

EXV.

EXVBERARE dicitur debitum: *l. 6. C. de ſolut.* fides: *l. 3. C. pro ſoc.* fructus quantitas. *l. 27. §. vlt. D. ad SC. Trebell.*

EXVEHERE. EXVEHENDAS merces conducere. *l. 5. D. ad exhib.*

EXVERE ſe actionibus. *l. 2. D. de ſent. paſſ.* pro ſe liberare. Incendium aere alieno non EXVIT debitorem. *l. 11. C. ſi cert. pet.* EXVTVS bonis: *l. vlt. §. vlt. D. quae in fraud. cred.* EXVTI cingulo: *l. 2. C. ne rei dom.* Quas res naturae vel gentium ius commercio EXVIT. *l. 34. §. 1. D. de contrah. emt.* EXVERE ſe crimine: *l. 19. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* EXVI delictis: *l. 2. §. vlt. D. de cap. minut.* facultatibus: *l. 3. §. 3. D.*

de admin. et peric. tut. [Nullis EXVI indulgentiis: *l. 11. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* id eſt, nullam delicti veniam impetrare.] EXVERE a muneribus: *l. 6. §. vlt. D. de muner.* id eſt, excuſare, ſeu vacationem tribuere. EXVITVR omni onere. *l. 1. §. 4. D. de publican.*

EXVL, ait Quinctilian. *Declam. CCCLXVI.* dictus, *quaſi ex ſolo patrio expulſus.* Non. Marcell. EXVLES *dicuntur extra ſolum.* EXVL reuerſus. *l. 18. D. de minor.*

EXVLARE, in exſilio agere, *l. 2. §. 4. D. de orig. iur.* et apud Quinctil. *Declam. CCXLIV. et CCLXVI.* qui amiſſis bonis, et ciuitate relicta, nudus EXVLAT. *l. 7. §. vlt. D. de cap. min.* EXVLARE iuſſi: *l. 28. D. de excuſ. l. 5. D. de decurion. l. 39. §. 4. D. ad leg. Iul. de adulter.* [EXVBARE iuſſus parte ademta bonorum: *l. 1. C. de fideiuſſ. et mandat.*] EXVLARE quinquennio: Quinctil. *Declam. CCXLIV.* ad tempus. *l. vlt. D. de ſtellion.*

EXVNDARE. EXVNDAT paſtus. *l. 1. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.*

EXVRERE. EXVSTAE aedes: *l. 5. §. D. quib. mod. vſusfr.* Tertull. *Lib. adu. Iud. Cap. III. Ciuitates veſtrae igne* EXVSTAE. EXVSTO aedificio: *l. 2. §. vlt. D. de hered. vel act. vend.* EXVSTIS incendio chirographis: *l. 57. D. de adminiſtr. et per. tut.* EXVSTA domus: *l. 57. D. de contrab. emt. l. 58 D. de legat. I.* EXVRERE inſulam: *l. 10. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 7. D. de inſtr. vel inſtrum. l. 4. D. de impenſ. in rem dot. l. 9. §. 1. D. locat. l. 10. §. 1. D. de negot. geſt.* id eſt incendio conſumere, vt loquitur *l. 1. §. 19. D. locat. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 7.* inſtrumenta: *l. 2. C. de reuoc. donat.* praedium: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 7.* parietem: *l. 27. §. 10. D. ad leg. Aquill. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §.* . EXVSTAE res: *l. 27. §. 7. D. ad leg. Aquill. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 7.* tabulae: *l. 18. §. vlt. D. teſtam. quemadm. aper.* Sueton. *in Aug. Cap. XXXV.* EXVRERE villam: *l. 27. §. 11. D. ad leg. Aquill. l. 2. D. de leg. commiſſ. l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.* EXVRERE vinos: *l. 6. D. ad leg. Iul. peculat. l. 9. §. 11. l. 28. l. 38. §. 12. D. de poen.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 17.* et *tit. XXIV. §. 1.* EXVRENOI damnantur: *l. 1. D. de cadau. punit.* EXVRENOA oblatis ignibus membra. *l. 1. C. de emend. ſeru.*

EXVSTIO. EXVSTIONIBVS flammarum mancipari. *l. 2. C. de falſ. monet.*

EYD.

EYDO, ſeruus. *l. 60. D. de manum. teſtam.*

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER VI.

FABA, non ariſta, ſed ſiliqua continetur, et numeratur in frugibus. *l. 77. D. de verb. ſignif.*

FABER, nomen generale eſt. Dicimus enim FABRVM aerarium; Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 8.* argentarium: *l. 39. D. de aur. arg. leg.* FABROS aeris, eboris, marmoris, apud Horat. *Lib. II. Epiſt. 1.* FABRVM itidem ferrarium, apud Plin. *Lib. XIV. Cap. 4.* lapidarium: *l. 5. §. 10. D. commod.* lignarium: Veget. *de re milit. Lib. II. Cap. 11.* Quamquam ſunt, qui vtrobique tignarios, reponendos cenſeant. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 50.* Apud Paullum ſane codices habent *tignarios* non *lignarios*, quamuis hoc in margine adſcripſerit Iac. Cuiac. Vid. Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſt. p. 367.* Dubia quoque lectio *l. 235. §. vlt. D. de verb. ſignif.* vbi Florentiae: *Fabros* IGNARIOS *dicimus non eos duntaxat, qui ligna dolarent, ſed omnes, qui aedificarent*: vt neſcias, L an T exciderit e vocabulo *ignarius*. HEIN. At tignariorum fabrorum meminit Cic. *de clar. orat. Cap. LXXIII.* Inuenio et FABRVM *ſtatuarium*, et *ſigillariarium* apud Reineſ. *Claſſ. XI. Inſcr. 89.* HEIN. Hinc illa in iure noſtro paſſim obuia: FABRIS vndique conquiſitis feſtinare: *l. 137. §. 3. D. de verb. obligat.* Si FABER incudem aut malleum fregerit: *l. 2. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iact.* duobus FABRIS, ſi nauem fabricaſſent, aliquid adſcriptum eſt; *l. 13. §. 1. D. de manumiſſ. teſt.* FABRIS vel opificibus, qui eo loci operantur, opus nouum nunciatur: *l. 5. §. 3. D. de op. nou. nunciat.* duo FABRI eiusdem peritiae easdem operas promittere intelliguntur: *l. 5. D. de duob. reis.* FABRVM inducere ad refectionem domus: *l. 67. D. de rei vindic.* ad reficiendum riuum: *l. 11. §. vlt. D. comm. diuid.* FABER villae reficiendae cauſſa paratus. *l. 12. §. 5. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* ¶. 2. FABRI etiam inter opifices caſtrenſes recenſentur, *l. vlt. D. de iur. immunit.* et apud Veget. *Lib. II. de re milit. Cap. 11.* quibus qui praeerat, *praefectus* FABRVM vocabatur, vt vel ex vna Caeſaris *ad Oppium Epiſtola*, quae *Epiſtolis* Ciceronis *ad Attic. Lib. IX. poſt Epiſt. 8.* inſerta eſt, abunde comprobatur. Vegetius, illo, quem modo citaui, loco, poſtquam de fabris carpentariis, baliſtariis, ſtructoribus, aliisque id genus, quos vnaquaeque legio habebat, opificibus diſſeruit, ſubiicit: *Horum erat iudex proprius, praefectus* FABRORVM: etſi FABRVM non *fabrorum*, in vſu fuiſſe, Cicero *in Oratore Cap. XLVI.* teſtetur.

FABIA lex, *de plagiariis*, quae propter notam litterarum B. et V. fraternitatem ſaepe in FAVIAM tranſit. Hanc quidam male FLAVIAE nomine nuncupant: quo vitio recentiora codicis Iuſtinianei exemplaria quaedam emendatorum beneficio laborant, non in inſcriptione modo *rubricae ad leg. Fab. de plagiariis, ſed et in contextu l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 9. C. eod. tit.* Pertinet autem lex haec ad eos, qui liberos homines, vel ſeruos alienos, ſcientes dolo malo ſupprimunt. Proinde in *l. 51. D. pro ſoc.* Vlpianus ſocium, *ſi plagium fecit, vel ſuppreſſit*, FABIA teneri, pronunciat. Vnde et legis Fabiae crimen *ſuppreſſi mancipii crimen* vocatur. *l. 3. D. ad leg. Fab. de plagiar.* Hac lege etiam tenetur, qui liberum hominem ſciens vendit, donat, vel in dotem dat: item, qui ex earum qua cauſſa, ſciens eſſe liberum, acceperit, in eadem cauſſa habetur. *l. 1. l. 4. D. ad leg. Fab.* Quae praeter haec eadem lege cauta fuerint, exponit *l. 6. §. vlt. D. eod. tit.* Fit autem huius legis mentio, *l. 1. §. 1. D. de fugitiu. l. 3. D. de hom. lib. exhib. l. 12. §. 16. D. de captiu. et poſtlimin. l. 82. §. 2. D. de furt. l. 12. D. de manumiſſ. l. 19. §. 3. D. commun. diu. l. vlt. C. Th. vict. ciuil. crim.* apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 30. §. 1.* et *§. 10. Inſt. de publ. iudic.*

FABIANA, vel, vt ſaepe ſcribitur, *Fauiana* actio. Ea patronus vtitur ad reuocanda, quae in fraudem eius a liberto alienata ſunt *l. 38. C. de vſur. l. 16. D. de iure patron. l. 2. D. ſi a parent. quis manumiſſ. l. 1. §. 6. §. 7. §. 8. l. 2. et l. 3. §. 2. et alibi paſſim D. ſi quid in fraud. patron.* Haec FABIANA *formula* vocatur a Paullo, *Sent. Lib. III. tit. 3. §. 1.* et FABIANVM *iudicium*: *l. 1. §. 16. et §. 22. D. ſi quid in fraud. patron.* Eiusdem rei gratia comparata eſt *actio Caluiſiana.* Et hinc eae actiones ſub alternatione plerumque in eadem cauſſa nominantur. *l. 2. D. ſi q par. quis manum. l. 1. §. 11. et l. vlt. D. ſi quid in fraud. patron.* Sed inter eas haec vna differentia intercedit, quod FABIANA locum habet, vbi libertus, teſtamento facto deceſſit; Caluiſiana, vbi inteſtatus mortuus eſt, quemadmodum colligitur ex *l. 3. §. 2. 3. D. ſi quid in fraud. patr. et l. 2. C. eod. tit.* Alienationes autem, in fraudem patronorum factae, illis actionibus vſque ad debitam portionem reuocantur.

FA-

FABIVS *Cilo*, praefectus vrbi. *l. 1. D. de offic. praef. vrb. l. 6. D. de interd. et releg.* Hunc inter eos, quos Seuerus Imp. ditauit, numerat Sex. Aurel. *Epit. Caeſ. Cap. XX.* Ac plane eum Seuerus *amicum ſuum* vocat, in *l. vlt. D. de offic. praefect. vigil.* Geſſit autem conſolatum cum Libone, vt ex Caſſiodori *catalogo Conſulum* patet, et ex ſobſcriptione *l. 1. C. ſi cert. pet. l. 2. C. de excuſ. tutor.* Et his Coſſ. lodos ſaeculares editos Romae eſſe, refert Cenſorin. *de die natal. Cap. XVII.* Quamquam, quo anno Commodus caeſus eſt, Conſulem eum fuiſſe deſignatum, docet Lampridius *in Commod. Cap. XX.* De hoc *Cilone* haec Spartian. *in Antonin. Caracall. Cap. IV.* ſcribit: *In ſummum diſcrimen etiam Cilo, iterum praefectus, et conſul, venit, ob hoc, quod concordiam inter fratres ſuaſerat.* [De eo etiam ſupra in CILO quaedam dicta ſunt.] Bis fuit Conſul, ſuffectus primum anno Chriſti CXCIII. cum *Flauio Claudio Sulpiciano*, Pertinacis ſocero, poſtea ordinarius cum Libone anno CCIV. Eius nomen integrum praefert inſcriptio apud Gruter. *p. CCCCVI.*

L. FABIO. M. F.

GALER SEPTIMINO.

CILONI. PRAEF. VRB.

C. V. COS. II.

quamuis Boiſſardus *Part. V. Antiqu. p. 72.* eamdem proferens inſcriptionem pro L. FABIO M. FABIO ſcripſerit. HEIN.

FABRICA, confectio cuiuscumque operis. Hinc Romanae ciuitatis fabricae, apud Caſſiodor. *Lib. V. Var. Cap. 21.* itemque *Romuleae* FABRICAE *Lib. VII. Cap. 6.* opera publica ſignificant, atque ita publicas et priuatas fabricas accipe eiusdem *Lib. VII. Epiſt. 17.* Sic FABRICA horreorum vel ſtabulorum: *l. 12. C. de oper. publ.* id eſt, exſtructiones *l. 13. C. Theod. de praet. et quaeſt. publ.* [FABRICA formae, id eſt, aquaeductus: *l. 1. C. Theod. et Iuſtin. de aquaed.* FABRICA inſulae: *l. 3. §. 7. D. de eo, quod cert. loc.* FABRICAE optio: *l. vlt. D. de iur. immun.* publicae FABRICAE gratia. *l. 30. C. Theod. de operib. publ.*

¶. 2. FABRICAE etiam ſpeciatim ſunt armorum officinae, vt oſtendit Iuſtinianus *Nouell. LXXXV. Cap. 1.* his verbis: *Συνείδομεν τὸ τῆς ὁπλοποιίας ἔργον μηδένα μὲν ἰδιώτην ἐργάζεσθαι, μόνυς δὲ ἐκείνυς τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τὺς ἐν ταῖς δημοσίαις καταλεγομένυς ὁπλοποιίαις, ἢ ταῖς λεγομέναις* ΦΑΒΡΙΞΙ. *Placuit, ne priuatus quis arma fabricet, ſed illi ſolum arma conficiant, qui in publicas armorum officinas, easque, quae* FABRICAE *dicuntur, adſumti ſunt.* FABRICAE autem in imperio Romano praecipuae erant, in Illyrico quinque, in Italia ſex, in Galliis octo, erantque ſob diſpoſitione magiſtri officiorum, quemadmodum Notitia docet. Veteres quoque in legionibus FABRICAS *ſcutarias, loricarias, arcuarias* habuiſſe, in quibus ſagittae, miſſilia, caſſides, omniaque armorum genera fabricarentur, Veget. *Lib. II. de re milit. Cap. 11.* tradit. Ceterum *publicae* illae FABRICAE, in quibus armis faciendis fabricenſes inſudabant, *ſacrae* vocantur, *l. 6. C. de fabricenſ. Lib. XI.* iisque et ſeruos publicos deputatos fuiſſe, oſtendit *l. vlt. C. de furt.* ¶. 3. FABRICA, pro arte vel opificio: FABRICAM docet faber: *l. 26. §. fin. D. mand.* ſeruus arte FABRICA peritus: *l. 19. §. 1. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* Eodem modo Cicero *de Nat. Deor. Lib. II. Cap. 13. Pictura et* FABRICA, *ceteraeque artes.* Plinius quoque *Hiſt. nat. Lib. VII. Cap 56.* FABRICAM *ferrariam inuenere Cyclopes.* Quemadmodum vero *fabricam artem* adiectiue dixit Paullus: ita et Ouid. *Metamorph. Lib. VIII. v. 159. Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis.* Obſeruauit haec V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 398.* HEIN.

FABRICARE, conficere, conſtruere. FABRICARI coeptum argentum: *l. 19. §. 11. D. de aur. arg. legat.* inſulam FABRICARE, ſeu domum: *l. 12. §. 6. D. de vſu et habit. l. 84. D. de verb. obl.* FABRICATO loco: *l. 9. C. de aedific. priuat.* materiam falſo FABRICANDO inſtruere: *l. 2. §. 6. D. teſtam. quemadm. aper.* FABRICARE nauem: *l. 13. §. 1. D. de manumiſſ. teſt.* naues marinas: *l. 3. D. de vacat. et excuſ.* nauis FABRICANDAE cauſſa credere: *l. 34. D. de reb. auct. iud. poſſid.* id eſt, in nauem exſtruendam, vt *l. 2. D. eod. tit.* Si nauem aſe FABRICANDAM quis promiſerit: *l. 31. D. de ſolut.* Tacit. *Lib. XIV. Ann. Cap. 29. Nauisque* FABRICATVR, *plano alueo.*

FABRICATIO armorum: *l. 15. l. 18. C. Theod. de extraord. ſeu ſordid. mun.* [luſoriarum, id eſt, nauium: *l. vn. C. Theod. de luſor. Danub. Lib. VII. tit. 17.* publica. *l. 2. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17*]

FABRICENSIS, *tit. C. Inſt. et Theod. de fabricenſ.* hi ſunt, qui in ſacris fabricis operantur, et arma cudunt, qui *armorum factores et artifices* vocantur a Caſſiodoro *Lib. VII. Variar. Cap. 19.* et *fabri armorum*: *Lib. VII. cap. 18.* quorum aeque, ac tironum, brachiis ſtigmata inoſta fuiſſe, docet *l. 3. C. de fabric.* FABRICENSIVM corpus. *Nouell. Theod. et Valent. de bon. fabricenſ.*

FABRILIS, E. FABRILES operae, *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb. l. 6. l. 26. D. de oper. libert. l. 25. D. de praeſcript. verb.* quales ſunt, quae a fabris et opificibus edontur, quo in genere et pictoriae habentur. *d. l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.* FABRILIBVS operibus exerceri. *l. 12. §. 1. D. de re milit.* ¶. 2. FABRILEM *exercitum*, pro fabrorum corporibus et collegiis, dixit Caſſiod. *Lib. VII. Var. Cap. 5.*

FABVLA, [a *fando* dicta, in genere deſignat narrationem, quae poteſt eſſe vel *ficta*, vt fabolae Aeſopi, quo ſenſu Paullus *l. 3. D. ſi pars hered. petat.* vocabulo vtitur, vel *vera*, vt apud Sueton. *Domitian. Cap. XV.*] Eodem modo et Graecum μῦθος non modo fictom, ſed et omnem ſermonem ſignificat, idemque eſt, ac λόγος, quemadmodum *μυθίζειν*, *dicere, loqui.* Nimirum veteres, quamuis permultas circumferri fictas narratiunculas, animaduerterent, omnibus tamen veri quid omnino ineſſe credebant, quippe hiſtoriis, poetarum ingenio interpolatis. Palaephat. *de incredibil.*

Digitized by Google

FAB. FAC.

in praef. p. 8. edit. Tho. Gale: Ἐγὼ δὲ γινώσκω, ὅτι ἐ δύναται τὰ τοιαῦτα εἶναι· τῦτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι εἰ μὴ ἐγένετο, ἐκ ἂν ἐλέγετο. Γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπιςότερον καὶ θαυμασιώτερον, τῦ θαυμάζειν ἕνεκα τὰς ἀνθρώπυς. *Equidem ſentio, talia minime eſſe poſſe, quae narrantur: hoc autem collegi, quod, ſi minus facta eſſent, non item narrarentur. Facta autem quaedam poetae et fabulatores ad incredibilia et miranda magis deflexerunt, vt homines obſtupeſcerent.* Hinc permultas fabularum veterum origines, latitanteſque ſub illo ſipario veras hiſtorias, feliciter in lucem protraxerunt Sam. Bochart. *in Phaleg.* reliquiſque operibus, et Io. Clericus tum *in Notis ad Heſiodum*, tum *in bibliotheca vniuerſali et ſelecta*: non aeque vbique feliciter P. Dan. Huetius *in Demonſtrat. Euangelica.* HEIN.

¶. 2. [In iure noſtro FABVLA modo pro ficta narratiuncula accipitur, vt *l. 1. C. Theod. de rapt. virg. Lib. IX. tit. 24.* FABVLIS nutricum et prauis ſuaſionibus ſaepe deluduntur parentum cuſtodiae modo. ¶. 3. Quilibet ſermones inutiles FABVLAE vocantur. Non iteratis FABVLIS ſaepe recreata actio. *l. 1. §. 1. C. de annal. except.* Eodem ſenſu accipiendus Iuſtinianus, dum *§. 3. Inſt. prooem.* conſcriptarum ſuis auſpiciis inſtitutionum hanc reddit rationem, vt cupida legum iuuentus *prima legum cunabula non ab antiquis FABVLIS, ſed ab Imperiali ſplendore, adpeteret.* Vid. Vlr. Huber. *Digreſſ. Lib. I. Cap. 4.*]

FAC.

FACERE, verbum eſt *πολύσημον*, quod omnem omnino faciendi cauſſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi. *l. 218. D. de verb. ſignif.* Vt tamen praecipuas verbi notiones paullo diſtinctius proponamus: primo eſt vel manu aliquid agere, vel ingenio, vel actu aliquo ciuili, veluti contrahendo, conſtituendo, diſponendo. Quo ſenſu FACERE, et *pati* opponuntur. *l. 124. D. de verb. ſignif.* Sic FACERE hominem accipientis: *l. vlt. D. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſequ.* numos accipientis; *l. 55. D. de cond. et dem. l. 9. §. 2. D. ad SC. Macedon.* rem accipientis: *l. 2. D. de mort. cauſſ. don.* FACERE adpellationem: *l. 3. D. quae ſent. ſine adpell. reſc.* armarium ex tabulis: *l. 7. §. 7. D. de adqu. rer. dom.* conditionem: *l. 9. D. ad leg. Falcid. l. 85. D. de legat. III. l. 9. D. de condit. et demonſtrat.* Si dies aut conditio legatum FECERIT: *l. 5. D. eod. tit.* FACERE conductionem: *l. 20. §. vlt. D. de manumiſſ.* controuerſiam: vid. ſub CONTROVERSIA: FACIT difficultatem mens teſtantis: *l. 33. D. de aur. et arg. legat.* FACERE diuiſionem bonorum: *l. 15. D. de his, quae vt indign.* FACERE dotem vxori alicuius, id eſt, pro ea dotem dare: *l. 49. D. de iur. dot.* ex medicamentis emplaſtrum: *l. 7. §. 7. D. de adqu. rer. dom.* hominem emtoris; (in ipſo textu legitur actoris,) *l. 84. §. 5. D. de legat. I.* [FACERE filios, de vxore dicitur, id eſt, parere. *Nouell. II. praefat. §. 1.*] filium per adrogationem, vel per adoptionem: *l. 40. §. D. de adopt.* foſſam; *l. vlt. D. de iur. immun. l. vlt. §. 1. D. quod vi aut clam.* duo vel plures gradus heredum; *l. 10. §. 2. D. de legat. praeſt. l. 36. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* libertum: *l. 6. D. de caſtr. pecul.* liberum; *l. 2. D. de manum. vind.* locationem; vel venditionem, id eſt, locare vel vendere: *l. 8. §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſid.* metum: *l. 14. §. 3. D. quod met. cauſſ.* monumentum. vid. infra MONVMENTVM. mulſum ex vino et melle: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* Non multum FACIT: *l. 7. §. vlt. D. qui potior. in pign.* ex tabulis nauem: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* negotium: vid. infra NEGOTIVM. opus: vid. infra OPVS. permutationem: *l. 34. D. de aur. arg. leg.* porticum: *l. 6. D. eod. tit.* pretium, id eſt, conſtituere, quod tam ab emtore, quam a venditore, fieri poteſt. Plaut. *Perſ. Act. IV. ſcen. 4. Indica*, FAC *pretium, tua merx, tua indicatio eſt.* Martial. *Lib. I. Epigr. 81. Quis FACERET pretium?* FACERE procuratorem: *l. 11. C. de procurat. l. 4. §. vlt. D. de adpellat.* quaeſtionem: *l. 6. D. de leg. Fab. de plagiar.* reſtitutionem. *l. 1. §. 13. D. ad SC. Trebell.* ex tabulis ſubſellia: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* ſuſpectum: *l. 2. D. de magiſtr. conuen.* id eſt, ſuſpectum poſtulare vel accuſare. [FACERE ſecundas tabulas impuberi filio: *l. 2. §. 5. D. de SC. Tertull.* teſtamentum: vid. infra TESTAMENTVM. ex lana veſtimentum: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* voluntatem non FACERE. *l. 89. §. 1. D. de legat. II.* ¶. 2. Ita et paſſiuum FIERI, generatim pro effici. FACTVS actor: *l. 11. §. 1. D. quod falſ. tut.* FACTA ancilla: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 24. §. 3.* FACTVS annorum quatuordecim: *l. 22. D. quando dies legat.* FACTI anuli ex auro: *l. 31. D. locat.* FACTVM argentum, aurumue, et *infectum*, pugnant, ſicut Graecis *ἐπίσημον καὶ ἄσημον*. Interpres Euripidis in Hecubam: *Κυρίως ἐπίσημον ἀργύριον τὸ κεχαραγμένον, καὶ ἄσημον τὸ μὴ κεχαραγμένον. Proprie factum aurum eſt ſignatum, infectum non ſignatum.* Vide quae ſupra *Lib. I.* dixi, et quae *Libro IX.* addam. FACTVM argentum: *l. 26. D. de aur. arg. leg. l. 78. §. 4. D. de legat. III. l. 7. §. vlt. D. de donat.* aurum et argentum: *l. 3. §. vlt. D. de vſur. l. 27. D. de adqu. rer. domin.* FACTVS ciuis: *l. 6. §. 1. l. 16. D. de decur. l. 16. D. ad municipal.* FACTA ciuis Romana: *l. 4. C. de fideic. libert.* compos mentis: *l. 2. §. 11. D. ad SC. Tertull.* conſul: *l. 2. D. de condit. et demonſtr. l. 64. l. 129. D. de verb. obl. l. 13. D. iudic. ſolu.* curator: *l. 9. D. de curat. furioſ.* decurio: *l. 21. §. 2. et §. 3. D. ad municipal. l. 1. §. vlt. D. de magiſtr. conu. l. 6. D. de decurion.* FACTA eius pecunia: *l. 25. D. de donat.* FACTVS furioſus: *l. 47. D. de adquir. vel omitt. hered.* heres: *l. 68. D. de legat. I. l. 62. D. de legat. II. l. vlt. D. de legat. III. l. 5. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Vlpian. *Reg. tit. XII. §. 3.* heres ex teſtamento: *l. 7. C. de inſtitut.* ingenuus: *l. vlt. D. de natal. reſtit.* FACTA inſula, id eſt, exſtructa, vel aedificata: *l. 72. §. vlt. l. 84. D. de verb. oblig.* iuncta: *l. 124. D. eod. tit.* FACTVS liber: *l. 1. §. 4. D. ad SC. Tertull. l. 19. §. 3. D. de donat. l. 48. D. ad leg. Aquill. l. 82. §. vlt. D. de legat. II. l. 17. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. quib. ad libert. l. 37. l. 38. D. de adm. et peric. tut.* Linum FACTVM, et *infectum* opponuntur: *l. 70. §. 11. D. de legat. III.* FACTVS locuples: *l. 5. D. de iur. immun.* FACTVS maior: *l. 14. D. de bon. libert.* maior annis viginti: *l. 1. D. quib. ad libert. rubr. C. ſi mai. fact.* FACTA ma-

Digitized by Google

materfamilias: *l. 30. §. vlt. D. ſol. matrim. l. 46. D. de hered. inſt. l. 13. D. de dot. praeleg. l. 28. §. 1. D. de lib. et poſtum.* FACTA mora: *l. 18. D. ad SC. Trebell.* FACTVS paterfamilias: *l. 1. §. 8. D. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 1. §. 4. D. de ſuis et legit. l. 58. D. de furt. l. 3. §. vlt. l. 9 §. vlt. D. ad SC. Maced.* morte patris: *l. 6. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered.* FACTVS pauperior: *l. 3. D. pro donat.* peregrinus: *l. 6. §. 2. D. de hered. inſt.* procurator: *l. 13. pr. D. de pact.* pubes: *l. 4. D. vbi pupill. educ. l. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 9 D. de nouat. l. 93. D. de legat. l. vlt. §. vlt. D. de liberal. cauſſ. l. 5. C. de fideic.* Vlpian. *Reg. tit. XII. §. 4.* FACTI rei promittendi: *l. 4. C. de duob. reis.* FACTVS ſacer locus: *l. 91. D. de verb. oblig.* FACTVM Senatusconſultum: *l. 2. §. vlt. D. de bon. eor qui ſub tut. l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. naufr. l. 1. D. quib. mod. pign. vel hypoth. l. 3. D. de adgnoſc. lib. l. 1. D. de adſign. lib. l. 2. D. de liberal. cauſſ. l. 1. C. de praed. min. l. 5. C. de magiſtr. conuen. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XV. §. 2.* FACTA ſerua poenae: *l. 6. D. de ſtatulib.* FACTVS ſeruus: *l. 38. D. de ſolut. l. 2. C. quib. ad libert. procl.* ſeruus poenae: *l. 8. D. de poen.* FACTVS ſui iuris: *l. 6. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 12. §. 1. D. de captin. l. 2. l. 3. D. quod cum eo, qui in alien. l. 50. §. vlt. D. de legat. III.* FACTI ſui iuris liberti. *l. 1. §. 6. D. de bon. poſſ. contr. tab.* FACTVS ſumtus hereditatis: *l. 19. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* FACTVS tuus: *l. 6. §. 1. D. de ſtatulib.* Vaſa FACTA ex argento. *l. 31. D. locat.*

¶. 3. FACERE aliquando patiendi habet ſignificatum: vt FACERE damnum, quod alias eſt dare, *l. 51. D. de regul. iur.* aliquando tamen eſt pati: *l. 56. D. de legat. I.* FACERE vitium; quod reqoire infra ſub VITIVM.

¶. 4. FACERE, pro fingere. FACITO, pro finge apud Vlpian. *tit. Reg. XIII.* (vbi tamen huiusmodi nihil reperio.)

¶. 5. [FACERE morari. Seruus fugerat, et annum in fuga FECERAT, id eſt, moratus fuerat: *l. 14. §. 1. D. de ſtatulib.* FACERE diem: *l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* Iulianus Anteceſſor *Nou. XV. Cap. 57. Praeſes prouinciae poſtquam deſierit eſſe Praeſes, in eadem prouincia quinquaginta dies* FACIAT, id eſt, moretur. Dies, quos in cuſtodiam FECISSET, id eſt, egiſſet, vel moratus eſſet. *l. 11. D. ad leg. Iul. de adulter.* Sic *Act. Apoſt. XVIII, 23. XX, 3.* ποιῆσαι μῆνας eſt *menſes aliquot alicubi morari.* Quam phraſin Graecam eſſe, oſtendit Eraſm. Schmiedius *ad Act. XX, 12.* HEIN. Seneca *Epiſt. LXVI. Quamuis autem pauciſſimos vna* FECERIMVS *dies.* Vbi fruſtra textum ſollicitant Muretus et alii, quum phraſin Latinam, nec inelegantem eſſe, iam pridem oſtenderit Io. Fridr. Gronouius *ad locum illum Senecae.* Vetus Inſcriptio apud Reineſ. *Claſſ. XX, 216.*

VENEROSA QVAE VIXIT
ANNOS XXX. ET MENS. II.
CVM MARITO FECIT
ANNOS XIII. M. V. ET
D. XXVIII.

vbi et ſimilia produxit laudatus Reineſius *in commentario.*]

¶. 6. FACERE pro exercere artem, vel profeſſionem. Sic FACERE *adparituram*, Suetonius dixit *de illuſtr. grammat. Cap. IX.* argentariam: *l. 24. §. 1. D. de edendo.* Cic. *in*

Verr. V. Cap. 59. pro Caecin. Cap. VI. Auct. libri de vir. illuſtr. Cap. LXXII. artem: *l. 37. D. de oper. libert. l. 4. D. de poen. l. 42. l. 44. D. de rit. nupt.* medicinam: *l. 26. D. de oper. libert.* praeconium: Sueton. *de illuſtr. Grammat. Cap. IX.* Scriptum etiam FACERE dicebantur, qui ſcribarum operam praeſtabant. Gell. *Noct. Attic. Lib. VI. Cap. 9.*

¶. 7. FACERE alias ſignificat ſoluere: Liu. *Lib. IX. extr.* FACERE ergo poſſe vel non poſſe intelligitur, qui ſolidum ſoluere poteſt, vel non poteſt: *l. 21. §. vlt. D. rer. amot. l. 23. l. 81. D. pro ſoc. l. 3. D. de pecun. conſtit. l. 8. l. 9. D. de condict. indeb. l. 24. §. 1. et paſſim D. eod. tit. l. 35. D. de negot. geſt.* FACERE autem poſſe omnes, qui conueniuntur, ſolo donatore excepto, etiam non deducto aere alieno intelliguntur. *l. 16. l. 18. §. vlt. D. de re iud. l. 54. D. ſolut. matr.* Hoc quoque facere quis poſſe videtur, quod dolo fecit, quo minus poſſit. *l. 63. §. 7. D. pro ſoc. l. 18. §. 1. D. ſol. matrim. l. vlt. C. de reuoc. iis, quae in fraud. alien.* FACERE vero, quo minus FACERE poſſit, is demum exiſtimatur, qui erogat bona ſua in fraudem futurae actionis, non etiam, qui occaſione adquirendi non vtitur. *l. 68 §. 1. D. pro ſoc.* Sic FACERE centum, id eſt, ſoluere: *l. 82. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* iudicatum FACERE, id eſt, ſoluere vel praeſtare: cuius loquutionis exempla in *Librum IX.* reiicio: Quod FACERE maritus poteſt: *l. 1. §. 5. D. de dot. collat.* FACERE poſſe maritus dicitur id, quod a muliere conſequi poteſt: ſcilicet, ſi iam ei aliquid abſit, quod pro muliere aliquid expendit, vel mandato eius praeſtitit. Ceterum ſi nondum ei abeſt, vt puta ſub conditione eſt obligatus, nondum videtur FACERE poſſe: *l. 28. D. ſolut. matr.* Nihil FACERE poteſt: id eſt, ſoluere: *l. 82. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 1. D. de curat. bon. dand.* Condemnatus Tirius nihil FACERE poteſt: *l. 21. D. de ſolut.* In quantum FACERE poſſunt, damnantur: *l. 7. D. de obſequ. parent. l. 18. D. ſolut. matrim. In quantum* vero FACERE *poteſt*, et *in ſolidum conueniri*, opponuntur. *l. 33. D. de donat.* Quatenus FACERE poſſit maritus. Id Iuſtinianus *§. Inſt. de action.* interpretatur, *quatenus facultates eius patiuntur*: Paulus in *l. 19. in fin. D. de re iudic. non vltra facultates*: Conſtant. Harmenopulus μέχρι εὐπορίας. Nec enim totum, quod habent, extorquendum eſt, ſed illorum habenda eſt ratio, ne egeant. *l. 19. in fin. D. de re iud.* FACERE ſolidum non poteſt. *l. 63. §. 5. D. pro ſoc.*

¶. 8. FACERE, admittere vel perpetrare, veluti FACERE adulterium: *l. 12. D. ad leg. Iul. de adult.* aliquod facinus: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* furtum: *l. 7. l. 18. l. 19. §. vlt. l. 23. et paſſim D. de furt. l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul.* homicidium: *l. 1. §. 21. D. de quaeſt. l. 28. §. 15. D. de poen.* incendium: *l. 5. D. ad leg. Iul. de vi publ.* ſtuprum: *l. 12. D. ad leg. Iul. de adult.* vim. *l. 2. D. ad leg. Iul. de vi priuat.*

¶. 9. FACERE *totum*, elegans loquutio, qua quem omnia poſſe, vel rei cardinem in aliquo verti, indicatur. Vlpianus *l. 35. §. 3. D. de hered. inſtit.* FACIT *quidem totum voluntas defuncti.* Ita et *auctor de bello Hiſpan. Cap. XXVIII.* loquitur: *Ita, hac opinione fretus, totum ſe* FACERE *poſſe, exiſtimabat.* Vid. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 353.* HEIN.

¶. 10. FA-

Digitized by Google

CERE, parere legi. FACERE iuſſus, et centum habeam, centum cogeudus eſt dare. *l. 73. D. de legat. I.* His enim verbis idem ſere ſignificatur, quod in *l. 121. D. de reg. iur. Qui non* FACIT, *quod* FACERE *debet, videtur facere, aduerſus ea, quia non* FACIT, id eſt, quia legi non paret. ¶. 11. FACERE, efficere et aliquid ſit. [Sic FACERE ſub cuſtodia, eſt efficere, vt quis ſub cuſtodia ſit, vel in cuſtodiam mittere. *l. 2. §. vlt. D. de cuſtod. et exhibit. reor.* vbi vid. Cuiac. *in Papiniano.*] ¶ 12. Denique per lancem veluti ſaturam notamus loquutiones: Quid FACIEMVS? item ita FIET: *l. 35. D. de adquir. poſſeſſ.* Quid FIET, ſi. *l. 18. §. 9. D. de damn. infect.* [FAC et FACITO, inter quae id diſcrimen obſeruat Cuiacius *in l. 32. D. de vſufr. leg.* vt, qui dixit FAC, properet, enixumque deſiderium indicet: qui FACITO, etiam morari alterum aliquantum ſinat]

FACIES, *μεταφορικῶς* pro cuiuslibet rei vel corporis exteriore forma et figura, quae ſub adſpectum cadit, vſurpatur. [Aul. Gell. *Lib. XIII. Cap. 8. Non ſolum in hominum corporibus, ſed etiam in rerum cuiusquismodi aliarum* FACIES *dicitur. Nam montis, et coeli, et maris* FACIES, *ſi tempeſtiue dicatur, probe dicitur.*] Donatus *in Eunuch. Terent. Act. II. ſcen. 3.* exponit *ſpeciem, quae adparet, et cernitur.* Immo plerumque et interior rei qualitas, ſeu ſtatus rei FACIES vocatur. HEIN. Et ita FACIES aedium: *l. 19. §. 4. locat.* Vt in FACIE priſtina aedificium eſſe poſſit: *l. 32. §. 5. D. de admin. et peric. tut.* FACIES *ciuitatis*, apud Caſſiodor. *Lib. VII. Var. Cap. 44.* decora: *l. 5. C. de oper. publ.* foeda: apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 75.* FACIES domus: *l. 3. C. de aedific. priuat.* locorum: *l. vlt. D. de term. mot.* operis: *l. 1. §. 11. l. 21. §. 3. D. de op. nou. nunc.* FACIES patrimonii, id eſt, eiusdem ſtatus. *l. 55. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 2. Prima FACIE, *l. 10. D. de alim. et cibar. legat.* id eſt, *prima fronte*, vt loquitur Caſſiodor. *Variar. Lib. VII. Cap. 18.* ¶. 3. Alias nemo ignorat FACIEM proprie homini tribui, quam, ad ſimilitudinem Dei creatam, foedari debere, negat Imperator *l. 17. C. de poen.* ¶. 4. [FACIES etiam dicitur de ſigura, ſeu vultu Imp. in numis expreſſa. Et ita FACIEI *habitus* accipi debet *l. vn. C. Theod. ſi quis ſolid. circul.*]

FACILE, aduerbium, ſine difficultate. Non FACILE, id eſt, non temere: *l. 3. §. 1. D. de minor. l. 23. D. de aur. arg. leg.* vel [non ſine magna cauſſa: *l. vlt. D. de in lit. iur.* Non FACILE adhibenda ſunt tormenta: *l. 18. §. 2. D. de quaeſtion.* FACILIVS quis admittet: *l. 34. D. de adqu. vel omitt. hered.* Non FACILE admittendum: *l. 7. §. 1. D. de accuſat.* Non FACILE admiſſum eſt: *l. 1. D. de ſeparat.* Non debuit FACILE, quae ignorabat, adſeuerare: *l. 13. §. 3. D. de act. emt. vend.* Non FACILE audiendus erit: *l. 63. D. de rei vindic.* Nec FACILE cogi poterit: *l. 8. D. ſi tab. teſt.* Nec enim FACILE vlla ſeruilis eſſe videtur cognatio. *l. 1. §. 1. D. vnd. cogn.* Non FACILE conceditur: *l. 38. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* FACILE conſtabit; *l. 91. D. de legat. III.* FACILE decernentis impetus: *l. 22. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* FACILIVS dicemus: *l. 8. D. de bon. damnat.* Non FACILE exigitur: *l. 31. §. 1. D. de tut. et curat. dat.* FACILE mentiuntur: *l. 11. §. 23. D. de quaeſtion.* FACILIVS ſe obliget mulier, quam donat: *l. 4. D. ad SC. Velleian.* Quo FACILIVS occultetur fraus: *l. 49. D. de act. emt. vend.* FACILIVS parcetur: *l. 14. D. de re milit.* FACILE repudiare: *l. 67. §. 8. D. de legat. II.* FACILIVS ſuccurretur. *l. 2. D. quae res pign. vel hypothec.*

FACILIS, E. non operoſum. FACILIS eſt frequens adoptio: *l. 44. D. de vſurp. et vſucap.* FACILIS coniectura: *l. 12. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* In FACILI eſt: *l. 7. D. de confirm. tut.* FACILIVS eſt, probare: *l. 69. D. de legat. I.* Ex FACILI ſoluenda pecunia: *l. 4. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* FACILIS ſuſpicio: *l. 50. D. de bon. libert.* ¶. 2. FACILIS, id eſt, pronus, vel procliuis. Non debuit FACILIS eſſe ad temerariam indicationem: *l. 13. §. 2. D. de act. emt. vend.* FACILES ſunt nonnulli hominum ad iurandum: *l. 8. D. de condit. inſtit.* Vt FACILIOR ſis ad liberationem: *l. 47. D. de obligat. et act.* FACILIS eſt praetor circa bonorum poſſeſſionem dandam: *l. 1. §. 1. D. ſi mul. ventr. nom.* FACILIORES ſunt voluntates: *l. 67. §. 8. D. de legat. II.* ¶ 3. FACILIS, temerarius. FACILLIMVS quisque ad iusiurandum decurrit: *l. 3. pr. D. de iureiur.*

FACILITAS, praecipitantia in capiendo conſilio. Ob tuam FACILITATEM, id eſt, praecipitantiam; *l. 25. D. de pecun. conſt.* FACILITAS conueniendi: *l. 2. D. qui ſatisd. cog.* FACILITATE ſua deceptus: *l. 44. D. de minor.* Propter naturalem hominum ad diſſentiendum FACILITATEM; *l. 17. §. 6. D. de recept. arbitr.* FACILITATI ſuae expenſum feret. *l. 3. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat.* [FACILITATI tuae imputabis: *§. 3 in fin. Inſt. quib. mod. re contr. obl.*] FACILITAS inconſulta: *l. 11. §. 3. 4. D. de minor.* iuuenilis: *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* profuſa: *l. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* FACILITATIS venia: *l. 1. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.*

FACINVS, crimen, delictum, maleficiom, et ſcelus ſignificat. *l. 20. D. de oblig. et act.* Sic FACINORIS atrocitas; *l. 1. §. 43. D. de vi et vi armat.* Quae non habent atrocitatem FACINORIS vel ſceleris: *l. 11. §. 6. 7. D. quod vi aut clam. l. 157. D. de reg. iur.* Ex FACINORIBVS defunctorum de eo, quod ad heredes peruenit, actio datur: *l. 3. pr. D. de vi et vi arm.* Sic in FACINORE ſeruum deprehenderit: *l. 96. D. de verb. oblig.* Ab iisdem FACINORIBVS deterreri: *l. 28. §. 15. D. de poen.* Exploratis FACINORIBVS. *l. 1. §. 17. D. de quaeſt.* Si heres hominem legatum occiderit ob FACINVS. *l. 53. §. 3. D. de legat. I.*

FACINOROSVS, A, VM. FACINOROSI homines: *l. 3. D. de iuriſd.*

FACTIO, id eſt, confectio: *l. 3. D.*

qui

FAC.

qui teſtam. fac. poſſ. l. 7. D. de interd. et releg. l. 3. D. de iur. codicill. l. 3. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 17. C. de adminiſtr. et peric. tut. Ita dicitur FACTIO teſtamenti. FACTIONEM vero *teſtamenti habere*, idem eſt, ac ius habere faciendi teſtamenti, vt eſt in *l. 6. D. qui teſt. fac. poſſ.* Et ea phraſis occurrit *l. 1. §. 3. D. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 8. D. de bon. damnat. l. 4. l. 6. l. 18. D. qui teſt. fac. poſſ. l. vlt. D. pro hered. l. 17. §. vlt. D. de inoffic. teſt. l. 10. l. 22. D. de captiu. et poſtlim.* Contra FACTIONEM teſtamenti non habere dicuntur, quibus non eſt ius teſtandi. *l. 6. §. 8. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* ¶. 2. Saepiſſime vero conſtruitur cum praepoſitione CVM, et tunc FACTIO teſtamenti cum aliquo eſſe dicitur, cui ius eſt, capiendi ex teſtamento. *l. 31. §. 1. D. de fideic. libert. l. 20. D. de adim. legat. l. 55. D. de condit. et demonſtr.* Sic teſtamenti FACTIO eſſe dicitur cum ſeruo: *l. 82. §. 2. D. de legat. II. §. 3. Inſt. de hered. Inſt.* etiam cum ſeruis alienis ex perſona domini introducta eſt. *l. 5. D. de ſeruit. legat. l. 7. D. pro legat.* Heredes inſtitui poſſunt, qui teſtamenti FACTIONEM cum teſtatore habent. Vlpian. *Regul. tit. XXII. §. 1.* ¶. 3. FACTIO, grex ludionum. FACTIO enim, vt ait Feſtus Pompeius, et *factioſus honeſta vocabula erant. Vnde adhuc* FACTIONES *hiſtrionum et quadrigariorum dicuntur.* Sane in Circenſibus honeſto vocabulo aurigarum agitatorumque in contrarias partes diuiſi greges FACTIONES adpellabantur. *l. 1. C. Theod. de equ. curul.* Erant autem haec pannorum coloribus, verbi gratia *praſina* et *Veneto* diſtinctae FACTIONES. Suetnn. *in Domitian. Cap. VII. Duas circenſibus Graecorum factiones, aurati purpureique panni ad quatuor priſtinas addidit.* Vnde colligitur, non duas tantum, ſed quatuor, et eo plures FACTIONES aurigarum Romae fuiſſe, contra quam plerique ſentiunt. Quod et Xiphilinus *in Nerone p. 717. ſequ.* notat. Idem Sueton. *in Vitellia Cap. XIV. Quosdam et de plebe, ob id ipſum, quod Venetae* FACTIONI *clare maledixerant, interemit.* Sic et VENETAM FACTIONEM interpretabimur in Inſcriptione, quae Danii exſtat in Hiſpania, et FACTIONEM PRASINORVM apud Gruter. *Inſcript. p. CCCXXXVII. et CCCXXXVIII.* et apud Sueton. *Calig. Cap. LV.* At hae *praſinorum* ac *Venetorum* factiones demum diſtracta in partes plebe tantam conſequutae ſunt potentiam, vt ipſi imperio eſſent formidabiles. Auctor eſt Victor Tununenſ. *Praſinorum Venetorumque turbas, aduerſas Anaſtaſium Imp. vnitas,* inter mille iniurias atque *mala, incendium miſiſſe in vrbem, combuſtamque eſſe ciuitatem ἀπὰ τῆς χαλκῆς vſque ad Conſtantini forum, ſupra longitudinem plateae calumnarum XCIV.* Quod malum eo tempore non modo Conſtantinopoli, ſed per omnes vrbes graſſatum eſſe, refert Cedrenus *in Iuſtina p. 299.* Et notum eſt, quum Iuſtinianus et Theodora Venetae fauere dicerentur, parum abfuiſſe, quin a Praſinorum factione euerterentur. Rem fuſius enarrat Procop. *in Anecdot. p. 27. ſequ. edit. Eichel.* quamuis, ſuo more iniurius in Iuſtinianum, quem omnium earum ſeditionum veluti flabellum fuiſſe, contendit, quum iam ab aliquot ſaeculis adflixiſſent rempublicam, et iam eo vſque increuiſſet malum, vt ei impar eſſet legum ſeueritas, HEIN. Et huc pertinent plurima veterum loca. Iulius Capitol. *in Gordiano Cap. IV. Equos Siculos centum Cappadoces centum, permittentibus Imperatoribus,* FACTIONIBVS *diuiſit.* Sueton. *in Nerone Cap. V. Querentibus dominis* FACTIONVM *repraeſentanda praemia in poſterum ſanxit.* Et *Cap. XXII. Ne dominis quidem* FACTIONVM *dignantibus, niſi ad totius diei curſum, greges ducere.* Lamprid. *in Commodo Cap. Cap. XVI. Circenſes multos addidit ex libidine potius, quam ex religione, vt* FACTIONVM *dominos ditaret.* Illius autem pannorum et colorum diuerſitatis, qua aurigae diſcernebantur, reddit Iſidor. *Lib. XVIII. Etymol. Cap. 38.* [Add. Iac. Gothofr. in *l. 1. C. Theod. de equ. curul.* ¶. 3. Quum ergo tot turbas illi agitatores darent: non mirum eſt, FACTIONIS vocabulo, obſeruante Feſto, demum *ſeditiones et arma* dici coepiſſe. Non. Marcell. FACTIO *dicitur malorum conſenſus et conſpiratio.* Salluſt. *Iugurth. Cap. XXI. Inter bonos amicitia, inter malos* FACTIO. Eo ſenſu reperimus. Sueton. *Aug. Cap. XXXII. Plurimae* FACTIONES *titulo collegii noui ad nullius non facinoris ſocietatem coibant.* Hoc ſenſu reperimus FACTIONEM cruentam: *l. 6. §. 9. D. de iniuſt. rupt. irr. fact. teſt.* FACTIONVM duces: *l. 16. D. de adpellat.* Qua FACTIONE fecerit criminis maieſtatis reus, inquirendum: Paull. *Sentent. Lib. V. tit. 29. §. 2.* Propoſito delinquunt latrones, qui FACTIONEM habent: *l. 11. §. 2. D. de poen.* Quisquis cum militibus, vel priuatis, barbaris etiam, ſceleſtam inierit FACTIONEM: *l. 5. C. ad leg. Iul. maieſt.* FACTIO Palmyrena: *l. 4. C. de ingen. manumitt.* id eſt, motus ſeu rebellio Palmyrenorum in Syria gentis, quam aduerſus Imperatores arma mouiſſe, vel exemplo Zenobiae ab Aureliano victae, et in triumpho ductae, liquet. De ea Zoſim *Lib. I. Cap. 58. ſequ.* Vopiſc. *in Aurelian. Cap. XXXI. XXXIII. et ſequ.* Trebell. Pollio *de trig. tyrann. Cap. XXX.* FACTIONES publicanorum: *l. 12. D. de publican.* FACTIO rempublicam occupatam retinet: *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* FACTIONIS ſacramentum: *l. 5. C. ad leg. Iul. maieſt.* FACTIO ſcelerata: *l. 1. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.* ſceleſta: *l. 5. C. ad leg. Iul. maieſt.* FACTIO et ſocietas: *ibid.*

FACTIONARIVS, qui praeerat factionibus agitatorum. *l. vlt. C. Theod. de equ. cur. Lib. XV. tit. 10.*

FACTIOSVS, A, VM. FACTIOSA familia. *l. 13. §. 2. D. de publican.*

FACTITARE, frequenter facere. *l. 7. §. 8. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.*

FACTOR, qui ſcelus admittit: *l. 6. §. 8. D. de re milit. l. 7. D. de cuſtod. reorum.* FACTORES ſceleris: *l. 1. §. 17. D. de SC. Silanian.* Proprium iuriſconſultis hac notione vocabulum. *Malefactor* tamen dixit Plaut. *in Bacchid. Act. III. ſcen. 3. v. 11.* Vid. Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 385.* HEIN.

FACTVM, idem ac actum, idque *iuri* plerumque opponitur *l. 132. D. de verb. oblig.* Hinc illa: Ea res FACTI, non iuris eſt: *l. 1. §. 1. D. de*

FAC.

adquir. poſſeſſ. FACTI magis, quam iuris ſunt ſolutio, venditio, traditio: *l. 7. §. vlt. D. de curat. furioſ.* legatum in annos vel in menſes ſingulos, vel habitationis in FACTO potius, quam in iure conſiſtit: *l. 10. D. de cap. minut.* In ſtipulationibus ius continetur, in pactis FACTVM verſatur: *l. 27. §. 2. D. de pact.* Alibi (puta in confeſſoria) de iure, alibi de FACTO, vt in interdicto de itinere, quaeritur: *l. 2. §. vlt. D. ſi ſeru. vind.* Non ad FACTVM, ſed ad ius ſeruitutis haec verba referuntur. *l. 5. D. de ſeru. praed. vrb.* Quum dicimus, ſeruum debere, vel ſeruo deberi, FACTVM magis demonſtramus, quam ad ius ciuile referimus obligationem: *l. 41. D. de pecul.* In ſtipulatione: HABERE LICERE, non FACTVM, ſed ius vertitur. De FACTO an de iure controuerſia fuerit: *l. vlt. D. de iureiur.*

¶. 2. Hinc in FACTVM actiones quaedam vocentur, e. g. actio, quae datur patrono aduerſus libertum, a quo contra edictum praetoris in ius vocatus ſit. *l. 25. §. 1. D. de oblig. et act.* Ac plane quas actiones praetor ex ſua iuriſdictione introduxit, vt loquitur Iuſtinianus in *§. 12. Inſt. de act.* generali in FACTVM actionum nomine adpellantur. *l. 3. §. 1. D. naut. caupon. ſtabul. l. 3. D. de eo, per quem fact. l. 13. l. 14. D. de liber. cauſſ.* Aliae eiusdem nominis, vbi vulgaria atque vſitata actionum nomina deficiunt, adcommodantur. Ceſſantibus enim iudiciis proditis et vulgaribus actionibus, quum proprium nomen inuenire non poſſumus, deſcendimus ad actiones, quae in FACTVM adpellantur. *l. 1. D. de praeſcr. verb.* Quia actionum non plenus numerus eſſet, ideoque plerumque in FACTVM actiones deſiderantur: ſed et actiones, quae legibus proditae ſunt, ſi lex iuſta ac neceſſaria ſit, ſupplet Praetor in eo, quod legi deeſt: quod facit in lege Aquillia reddendo actiones in FACTVM, adcommodandas legi Aquilliae. *l. 11. D. eod. tit.* Gloſſarium Graecum: Αἱ ἰνφάκτουμ ἀγωγαὶ πολλαί εἰσι τῷ πλήθει, καὶ ἐπὶ διαφόρων φάκτων ἁρμόζουσαι, διαφόρους ἔχουσι καὶ τὰς καταδίκας. Λέγει γὰρ ὁ Παπινιανὸς ἡνίκα τὰ δημόσια ἠρεμοῦσι, τῷ κυρίῳ τῶν ἀγωγῶν ὀνόματι μὴ εὑρισκομένας ὁρμᾶν προσήκει ἐπὶ τὰς IN FACTVM προσαγορευομένας ἀγωγάς. Αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν πραιτώριαί εἰσιν παρεχόμεναι ἑκάστῳ ἐφ' ὧν θεμάτων ἀργεῖ ὁ Ἀκυΐλιος· ὅτε μήτε σώματι ζημία γένηται, μήτε σῶμα βλαβῇ, ἀλλ' ἑτέρῳ τρόπῳ γένηται, ὡς ἐπὶ τοῦ οἴκτῳ λύσαντος τὸν δεδεμένον, καὶ ἑτέρων πολλῶν ἄγαν δημοτικῶν. *Quum numero plures ſint in* FACTVM *actiones, eae quatenus variis factis adcommodantur, varia habent iudicia. Ait enim Papinianus: Ceſſantibus iudiciis proditis et vulgaribus actionibus, quum proprium nomen inuenire non poſſumus, deſcendimus ad actiones quae in* FACTVM *adpellantur. Aliae vero earum praetoriae ſunt, proditae, ſicubi ſpeciem aliquam neglexit lex Aquillia, veluti ſi neque corpore damnum datum, neque corpori, ſed alio modo nocitum, vt ſi quis miſericordia motus vinctum ſoluerit: et aliis multis caſibus.* In alio Gloſſario inueni: IN FACTVM actio τῆς ἁπλῆς ἀπαιτήσεως ἀγωγὴ ἤτοι προσκόπησις. *ſimplicis rei, quam poſtulamus actio vel vindicatio.* Atque ita interdum fit, vt quamuis *ad exhibendum* agi non poſſit, IN FACTVM tamen actio detur, vt ait *l. 4. §. 14. D. ad exhib.* ſimiliterque in *l. 9. §. 4. D. eod. tit.* ceſſante ad exhibendum actione, legatario in FACTVM actione ſuccurritur. Sic et Paullus *l. 23. §. 5. D. de rei vindic. In omnibus his caſibus, in quibus neque ad exhibendum, neque in rem locum habet, in FACTVM actio neceſſaria eſt.* [Exemplum dabit *l. 63. D. de legat. I.*] Itemque; deficiente vindicatione in FACTVM actione petitori extra ordinem ſubuenitur. *l. 6. D. de reſcind. vendit.* In quibus praeterea cauſſis in FACTVM actiones habeant locum, diſcet lector ex *l. 55. D. de adquir. rer. dom. l. 15. §. 34. l. 18. §. 15. D. de damn. infect. l. 11. §. 17. et §. 22. D. de Aedil. edict. l. 52. D. de rei vind. l. 8. §. 1. D. de precar. l. 3. D. ne vis fiat ei. l. 50. §. vlt. l. 66. §. 4. D. de furt. l. 10. D. quae in fraud. cred. l. 5. D. de obſequ. parent. l. 13. D. de oblig. et action. l. 9. §. vlt. D. quod falſ. tut. l. 63. l. 77. §. 2. D. de legat. II. l. 5. C. de de reuoc. iis, quae in fraud.* Nec rei perſequutoriae modo, ſed et poenales ſunt in FACTVM actiones. *l. 12. D. de in ius voc. l. 25. D. de lege Corn. de falſ.* Interdum et loco actionis de dolo in FACTVM actio redditur. *l. 1. C. de iur. dot. l. 3. C. an ſeru. ex ſuo fact. l. 5. C. de dol.* Liberis enim vel libertis aduerſus parentes, patronosue actionem de dolo, quum ſit famoſa, non dari, ſed in FACTVM verbis temperandam actionem, vt bonae fidei mentio fiat, ait Vlpianus *l. 11. in fin. D. de dol.* Interdictum quoque vnde vi, quia atrocitatem facinoris in ſe habet, nec liberto in patronum, nec in parentes liberis dandum eſſe, idem ait, meliusque erit, in FACTVM his actionem competere. *l. 1. §. 43. D. de vi et vi arm.* In FACTVM agetur: *l. 3. §. 1. D. de iureiur. l. 10. D. de noxal. act.* in FACTVM agendum: *l. 5. §. 2. D. commod. l. 6. §. 6. D. comm. diuid. l. 52. §. 20. D. de furt.* FACTVM alienum ſuo opponitur: *l. 38. D. de verb. obligat.* Ne alieno FACTO onereris: *l. 27. D. de procur.* ne cuius deterior cauſſa fiat ex alieno FACTO: *l. 1. D. de alienat. iud. mut. cauſſ.*

¶. 3. FACTI cauſſa: *l. 17. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 12. §. 4. D. de captiu.* de FACTO conſulere, et de iure pugnant: *l. 79. D. de iudiciis.* in FACTO conſiſtentes conditiones: *l. 60. D. de condit. et dem.*

¶. 4. FACTVM debitoris: *l. 27. D. de pecun. conſtit.* Haec diſceptatio in factum conſtitit: *l. 34. D. de negot. geſt. l. 52. D. de obl. et act.* FACTA domeſticorum praeſtare: *l. 31. §. 14. D. de Aedilit. edict.*

¶. 5. Quod FACTI eſt: *l. 29. D. de adquir. poſſeſſ.* Ex omnibus, quae FACTI ſunt pars decedere debet. *l. 1. §. 9. D. ad leg. Falcid.* Quod in FACTO eſt, veluti, Alexandriam venire ſpondes? *l. 46. §. 1. D. de verb. obligat.* in FACTO eſt ſtipulatio iſta, per te non fieri, neque per heredem tuum, quo minus mihi iure agere liceat: *l. 2. §. 5. D. de verb. obl.* FACTI eſt, et animi, poſſeſſio: *l. 1. §. 15. D. ſi is, qui teſtam. lib.* Paullus quoque de poſſeſſione: Eam rem FACTI, non iuris eſſe, ait. *l. 1. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* Exemplo in FACTVM actionis etiam exceptio in FACTVM a Praetore datur, id eſt, in FACTVM comparata, vt loquitur *l. 4. §. 32. D. de doli except.* vel in FACTVM data: *l. 1. §. 4. D. de ſuperfic. l. 20. D. de interrog.* in FACTVM compoſita: *§. 1. Inſt. de except.* Cuiusmodi exceptionis exempla habes in *l. 14. §. 13. D. quod. met. cauſſ. l. 27. D. de pecun. conſt. l. 14. D. de except. l. 1. §. 4. D. de except. rei vend. l. 9. C. de non num. pecun.* Sane ex omnibus in FACTVM exceptionibus doli

oriri

oriri exceptionem, dicit iuriſconſultus: *l. 2. §. 5. D. de dol. mal. except.* Interdum etiam in locum exceptionis doli haec exceptio ſufficitur. Nam aduerſus parentes, patronosque neque doli exceptio, neque alia quidem, quae patroni parentisue opinionem apud bonos ſuggillet, competere poteſt. In FACTVM tamen erit excipiendum. *l. 4. §. 16. D. de dol. mal. except.* Hinc frequentes formulae: In FACTVM excipere: *l. 4. D. vſufruct. quemadm. cau.* in FACTVM excipiendum erit. *l. vlt. D. de SC. Maced.* ¶. 6. FACTVM fratris. *l. 2. D. ſi quis aliqu. teſt.* ¶. 7. Poſſeſſio plurimum FACTI habet. *l. 19. D. ex quib. cauſſ. maior.* ¶. 8. FACTVM inhabitatorum non praeſtat caupo: *l. 1. §. vlt. D. furt. adu. naut. caupon. ſtabul.* ipſo FACTO: *l. 225. D. de verb. ſignif.* in FACTVM iudicium, *l. 12. D. de praeſcript. verb. l. 5. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 1. D. ne vis fiat ei, qui in ius voc.* id eſt, actio in factum; Ex FACTO ius oritur. *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* ¶. 9. FACTVM cuique ſuum nocere debet; *l. 155. D. de reg. iur.* Quaſi FACTI ſui nomine: *l. 13. §. 1. D. publican.* FACTVM lex, non ſententiam, notauit: *l. 43. §. 12. D. de rit. nupt.* ¶. 10. FACTO ſuo perdere hereditatem: *l. 29. D. de bon. libert.* Quod fructuarius perdidit, id ad damnum eius pertinet, cuius FACTO periit: *l. 10. D. de vi et vi arm.* in his, quibus FACTVM perſonae deſideratur: *l. 61. D. de adquir. rer. domin.* FACTI poteſtas: *l. 4. §. 1. D. de hered. inſtit.* FACTVM ſponte ſe praecipitantis: *l. 12. C. de accuſat.* Praeſcriptio, id eſt, exceptio in FACTVM data: *l. 23. D. de except.* FACTVM procuratoris non praeſtat emtor: *l. 25. §. 4. D. de aedilit. edict.* FACTVM puniunt actiones. *l. 9. §. vlt. D. quod falſ. tut.* ¶. 11. Non FACTVM quaeritur, ſed cauſſa faciendi. *l. 34. D. de furt.* FACTI *et iuris* quaeſtiones inuicem opponuntur, non ſecus, ac apud rhetores *ſcripti* et *voluntatis* controuerſiae. Hinc illa: FACTI, non *iuris*, quaeſtio: *l. 17. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 94. D. de verb. oblig. l. 16. D. de ſtat. hom. l. 122. D. de verb. ſignif.* Tam *iuris*, quam FACTI quaeſtio: *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adult.* FACTI porro quaeſtio eſt, vbi dubium eſt, quid quis voluerit, intellexerit, ſenſerit, quidue actum ſit: *l. 8. §. 13. et §. 16. D. quib. mod. pign. l. 41. pr. D. de verb. obl. l. 13. D. de mort. cauſſ. donat.* Omnisque adeo voluntatis quaeſtio FACTI eſt. *l. 52. pr. D. pro ſoc. l. 35. §. vlt. D. de hered. inſtit. l. 3. D. de aur. arg. leg. l. 13. D. qui pot. in pign. l. 94. D. de verb. obl. l. 15. in fine D. ad municipal. l. 2. C. plus valere. l. 5. C. qui admitt.* At in *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpill.* FACTI quaeſtionem accipe, vbi diſceptatur, factum quid ſit, an non, vt accidit in iis controuerſiis, quae in ſtatu coniecturali verſantur. ¶. 12. [Res FACTI. *l. 34. in fin. D. de negot. geſt.*] *l. 1. § 3. et §. 4. D. de adqu. poſſeſſ.* Vt porro reo exceptio, ita actori replicatio in FACTVM, nonnumquam indulgetur: *l. 14. D. de fideiuſſ. l. 28. C. de transact.* quae in FACTVM concepta replicatio adpellatur. *l. 15. D. ad leg. Falcid.* ¶. 13. FACTVM ſeruorum ſuorum non praeſtat emtor: *l. 25. §. 4. D. de Aedilit. edict.* vel praeſtat quis: *l. 1. §. 15. D. de vi et vi arm.* FACTVM quoque ſociorum debet praeſtare, ſicuti ſuum: *l. 22. D. pro ſoc.* FACTVM humanae ſortis. *l. 21. D. de euict.* ¶. 14. [FACTVM tradendi: *l. 4. pr. D. de vſur.* De FACTO tuo cauere. *l. 9. D. mand.* ¶. 15. FACTVM viatorum caupo vel ſtabularius praeſtat. *l. 1. §. vlt. D. furt. adu. naut.* ¶. 16. Saepe et ex FACTO dicitur. Sic ex FACTO actio eſt, quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipſe admiſit, veluti furtum, vel iniuriam commiſit, vel damnum: *l. 25. §. 1. D. de obl. et act.* Ex FACTO agitatur: *l. 19. D. de hered. inſt.* Ex FACTO conſultus: *l. 4. D. de pact. l. 3. §. 1. D. de minor.* ex FACTO conſultus reſpondit: *l. 52. §. 7. D. pro ſoc.* Ex FACTO incidit ſpecies talis: *l. 83. D. de legat. III. l. 39. D. de furt.* ex FACTO intelligitur: *l. 1. D. de dol. except.* Ex FACTO proponebatur: *l. 35. D. de hered. inſtit.* propoſitum eſt: *l. 5. §. 1. D. de diuerſ. tempor. praeſcr.* Ex FACTO quaeritur: *l. 54. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 52. D. de pecul.* quaeſitum eſt: *l. 11. §. 2. D. de minor.* Ex FACTO tractatum: *l. 27. D. ad SC. Trebell. l. 39. §. 6. D. de legat. I.* ¶. 17. FACTVM *generale* eſt conſtitutio principis generalis, veluti edictum, vel ſanctio pragmatica. *l. vlt. C. Theod. de relat. Lib. XI. tit. 29.* Nam ipſum Graecum *πραγματικὸς τύπος*, id eſt, *ſanctio pragmatica*, facti notionem inuoluit. Ita vero vocatur in *II. Eclog. 5. Cap. 27.* HEIN.

FACVLTAS, poteſtas aliquid faciendi; hinc FACVLTATEM *poteſtatemque* coniungit. *l. 21. §. 2. D. de noxal. act.* FACVLTAS abſtinendi; *l. vlt. D. de ſucceſſ. edict.* accuſandi; *l. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* adeundi praeſidem: *l. 11. §. 6. D. eod. tit.* dandi: *l. 137. §. 4. D. de verb. obl.* electionis neceſſariae: *l. 67. D. de legat. II.* eligendi: *l. 17. §. 4. D. de SC. Trebell.* FACVLTATEM non habere exhibendi: *l. 13. §. 3. D. de publican.* FACVLTAS faciendi teſtamenti: *l. 20. D. qui teſt. fac. poſſ.* generandi: *l. 9. D. de lib. et poſtum.* habendi: *l. 1. §. vlt. D. de pecul.* noxae dedendi: *l. 6. D. de re iudic.* offerendi pretii: *l. 12. §. 7. D. de capt. et poſtlim.* patrimonii: *l. 36. D. de bon. libert.* Quinctilian. *Inſtit. orat. Lib. VI. praefat.* pro FACVLTATE patrimonii: *l. 12. §. 3. D. de admin et peric. tut, vel curat.* FACVLTATEM non habere pecuniae: *l. 73. D. de procurat.* petendae bonorum poſſeſſionis: *l. 4. D. quis ordo in poſſ. ſeru.* FACVLTATEM praebere: *l. 3. §. 8. D. de liber. exhib.* praeſtare: *l. 8. D. de dot. praeleg.* FACVLTAS recedendi: *l. 2. D. de hom. lib. exhib.* ſoluendi: *l. 95. §. 6. D. de ſolut.* Si quid FACVLTATIS ad ſoluendum debitum acceſſerit. *l. 53. D. de iur. dot.* ¶. 2 FACVLTATES, pro bonis: *l. 14. D. de muner. l. 16. D. ad SC. Trebell. l. 31. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 60. D. de iur. dot. l. 12. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* Hinc pro FACVLTATIBVS, idem eſt, quod pro facultate patrimonii: *l. 1. §. 18. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Quarum FACVLTATIVM teſtator: *l. 57. D. de manum. teſtam.* Sic dicunt veteres: In FACVLTATIBVS eſſe: *l. 5. §. 13. D. de agnoſc. lib.* In ea FACVLTATE eſt: *l. 2. C. de alend. lib.* FACVLTATES habere Romae et in prouincia: *l. 27. D. de tut. et curat.* FACVLTATIBVS idonei: *l. 5. §. vlt. D. de adgnoſc. lib.* labi: *l. 8. D. de dol. §. vlt. Inſt. de replic. l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conuen.* Vid. plura infra *Lib. IX.* Pro modo FACVLTATIVM:

TIVM: *l. 6. D. de Carbon. edict.* Saepe de FACVLTATIBVS ſuis plus, quam in iis eſt, ſperant homines. *§. 3. Inſt. quib. ex cauſſ. manum. non lic.* et *l. 10. D. qui et a quib. manum.*

FACVNDIA, id eſt, eloquentia: *l. 7. C. de profeſſ. et medic. Lib. X.* FACVNDIA advocati: *l. 1. §. 10. D. de extraord. cognit.* FACVNDIA dicendi: *l. 1. C. de profeſſ. qui in vrb. Conſtantinop. Lib. XII.* FACVNDIA *Graecos ante Romanos fuiſſe*: Salluſt. *Catil. Cap. LIII.* Auguſtin. *Lib. V. Confeſſ. Cap. 14. Syrum quemdam Graecae* FACVNDIAE: FACVNDIAE *Graecae Latinaeque certamen*, dixit Sueton. *in Calig. Cap. XX.* Corippus *de laudib. Iuſtin.*

Tunc oratorum geminae FACVNDIA *linguae*
Egregias cecinit ſollemni munere laudes.

FAL.

FALCIDIA lex, plebiſcitum eſt, quum eam C. Falcidius, Tribunus plebis, Auguſti temporibus rogauerit, vt Euſebius *in Chron. n. MDCCCCLXX. C. Falcidius, Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus teſtamento legaret, quam vt quarta pars heredibus ſupereſſet.* Quod confirmat Iſidorus *Lib. V. Etymol. Cap. 5.* Dio Caſſ. *Lib. XLVIII. p. 377.* Καὶ ὁ νόμος ὁ Φαλκίδιος ὠνομασμένος (πλεῖστην καὶ νῦν ἔτι ἰσχὺν ἐς τὰς τῶν κλήρων διαδοχὰς, ὥς τε τινὰ τὸ τέταρτον τῆς καταλειφθείσης οὐσίας ἄν γέ πη βαρύνηται, λαβόντα, τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι ἔχων,) ὑπὸ τοῦ Ποπλίου Φαλκιδίου δημαρχοῦντος ἐτέθη. *Et lex Falcidia a P. Falcidio, tribuno plebis lata, quae nunc quoque plurimum valet in hereditatibus adeundis. Ea autem permittit, vt heres, ſi adire hereditatem grauetur, quadrante accepto, reliquum dimittat.* Ex quo loco patet, Falcidio, legis huius latori, non Caio, ſed Publio praenomen fuiſſe. HEIN. Vetus Gloſſarium: Φαλκίδιος νόμος, ὁ περιαιρῶν ἀπὸ τῶν λεγαταρίων τὸ τέταρτον μέρος, καὶ περιποιῶν τῷ κληρονόμῳ. LEX FALCIOIA, *auferens legatariis quartam partem, eamque heredi vindicans.* Et ita hanc legem ipſum ius noſtrum deſcribit. Lex FALCIDIA primo capite liberam legandi facultatem dedit, vsqoe ad dodrantem: ſecundo modom legatorum conſtituit. *l. 1. D. ad leg. Falcid.* FALCIDIA lege caoetur, ne plus legare liceat, quam dodrantem totorum booorum: id eſt, vt, ſiue vnus heres inſtitutus eſſet, ſiue plures, apud eum eosue pars quarta remaneret. *§. 1. Inſt. eod. tit.* Lex FALCIOIA iubet oon plus, quam dodrantem totius patrimonii, legari, vt omni modo quadrans integer apud heredem remaneat. Vlpian. *Reg. tit. XXIV. §. 32.* ¶. 2. Hinc FALCSDIA aliquid dicitur auferre: *l. 10. D. de dot. praeleg.* FALCIDIAE legis beneficium: Vid. ſupra *Lib. II.* FALCIDIAE legis beneficio retinere quadrantem: *l. 23. D. de his, quae vt indign.* FALCIOIAE legis commodum. Vid. ſupra *Libro III.* FALCSOIAM legem implorare: *l. 87. §. vlt. D. de legat. II.* Lex FALCIDIA inducta eſt a Dioo Pio etiam in inteſtatorum ſucceſſionibus, propter fideicommiſſa: *l. 18. D. ad leg. Falcid.* interuenit FALCIOIA: *l. 35. §. 1. D. de hered. inſt. l. 6. D. de fideic. libert. l. 43. D. de cond. et demonſtr. l. 7. l. 36. §. 1. l. 44. D. ad leg. Falc.* FALCIDIAE locus eſt in teſtamento: *l. 108. D. de legat. I.* FALCIDIA minuit legatum: *l. 28. §. vlt. D. de legat. I.* Quatenus legis FALCIDIAE modus patitur: *l. vlt. C ſi quis omiſſ.* Cui ſupra modum legis FALCIOIAE legatum eſt: *l. 23. D. de dol. mal.* Herede FALCIDIAM obiiciente: *l. 78. D. de legat. II.* Omiſſa FALCIDIA: *l. 1. C. ad leg. Falcid.* FALCIDIAM patitur legatum: *l. 1. §. 11. D. de dot. praeleg.* Aliquid ex legato propter legem Falcidiam perdere: *l. 97. D. de legat. I.* Portio legis Falcidiae apud heredem ipſo iure remanet: *l. 1. §. 5. D. quod legat.* Legis FALCIDIAE ratio: *l. 77. §. 1. D. de legat. II.* et alibi paſſim. ratione legis FALCIDIAE: *l. 19. D. quae in fraud. credit.* Intra FALCIDIAM reſtituere: *l. 9. D. de alim. vel cibar. legat.* FALCIOIAE legis beneficio retinere quadrantem: *l. 23. D. de his, quae vt indign.* Et hic eſt quadrans, quem heredi imponi, ait *l. 49. D. de iure fiſc.* FALCIOIAE ſubiecta pecunia: *l. 89. D. ad leg. Falcid.* FALCIDIA compenſationi ſufficit. *l. 77. §. 31. D. de legat. II.*

¶. 3. Ceterum FALCIDIA non ſolum pro quadrante, qui ab herede, a quo ſupra dodrantem legatum eſt, retinetur, ſed et pro ea portione vſurpatur, quam hereditatem reſtituere rogatus heres, ex SC. Trebolliano, retinet. *l. 1. §. 19. l. 58. § 3. D. ad SC. Trebell.* et aliis ſatis moltis eius tituli locis. Ideoque et FALCIDIAE commodum ea portio adpellatur: *l. 2. in fin. D. ſi quis aliqu. teſt.* et quarta, quae per legem FALCIDSAM, vel iure FALCIDIAE retinetur. *l. 51. l. 55. §. 1. D. ad SC. Trebell.* ¶. 4. Quin etiam legitima portio, ſeu liberis debita, FALCIDIA adpellatur, *l. 8. §. 11. D. de inoff. teſtam. l. 31. C. eod. tit.* {*l. 5. §. 3. C. ad leg. Iul. maieſt.* et apud Iulianum Anteceſſorem, *Nouell. V. Cap. 5. Nouell. XVIII. Cap. 10. et 23. Nou. XXXIX. Cap. I.* et *Nouell. LXVI.*

FALLACIA, pro dolo, fraude, et calliditate: *l. 1. §. 1. D. de dol. mal. l. 7. §. 9. D. de pact.* per FALLACIAM ablatum: *l. 3. D. de pignorat. act.* Per FALLACIAM cohgredis: *l. 9. §. 2. D. de transact.* FALLACIA euadere: *l. 26. D. de capt. et poſtlim.* Cauſſa edicti Aedilitii proponendi eſt, vt occurratur FALLACIIS vendentium: *l. 1. §. 1. D. de Aedil. edict.* FALLACIIS venditorum edictum Aedilitiom occurrit: *l. 37. D. eod. tit.* Vltro iurando, vel alia quadam FALLACIA perſuaſit. *l. 23. D. de dol. mal.*

FALLAX eſt: *l. 43. §. 3. D. de furt.* FALLAX mendacium: *l. 2. C. ſi minor. ſe maior.*

FALLERE. FALLENS adit: *l. 6. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered.* FALLIT tabularius in computatione: *l. vlt. D. ſi menſ. falſ. mod. dix.* FALLERE fidem: *l. 5. D. de leg. commiſſor. l. 1. D. de conſt. pec. l. 14. C. locat.* FALLERE in aedificii menſura, vel frumenti, vel vini: *l. 5. §. vlt. D. eod. tit.* A menſore FALLI nos oportet. Item: intereſt noſtra, ne fallamur in modi renunciatione: *l. 1. D. eod. tit.* FALLERE in modo: *l. 32. D. de act. emt. l. vlt. D. ſi menſ. falſ. mod.* Piſcatores noctu, lumine oſtenſo, fallunt nauigantes: *l. 5. D. de incend. ruin. naufrag.* Qui FALLENDI cauſſa obſcure loquitur: *l. 43. §. vlt. D. de action.*

actiον. emt. vend. Scientem FALLERE. *l. 26. D. de iureiurand.*

FALSVS, A, VM. FALSVM eſt, quidquid in veritate non eſt, ſed pro vero adſeueratur. Paullus in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VIII. §. 6.* Hinc FALSVM in totum non videtur, quod veritatis primordio adiuuatur: *l. 76. §. 2. D. de legat. II.* FALSI accuſatio: *l. 1. §. D. ad SC. Turpill. l. 8. C. de his, quae vt indign. l. 14. C. de inoffic. teſt.* FALSA allegatio: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 12. §. 6. rubr. C. ſi ex falſ. adlegat. §. vlt. Inſt. de excuſ. tut. l. 60. D. de ritu nupt. l. 5. C. de praed. minor.* FALSA adſeueratio: *l. 9. C. de adquir. et retin. poſſeſſ.* FALSI nominis adſeueratio: *l. 13. D. de leg. Corn. de falſ.* De FALSO arguere: *l. 18. D. de accuſat.* FALSA argumenta: *l. 17. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* FALSA cauſſa: *l. 52. D. de condict. indeb. l. 17. §. 2. D. de condit. et demonſtr.* Ex FALSA cauſſa datum et ſolutum: *l. 13. D. de condict. indeb.* FALSI codicilli: *l. pen. §. 1. D. de iure patron.* FALSAE confeſſiones: *l. 13. D. de interrogat. in iur. fac.* FALSIS conſtitutionibus vti: *l. vlt. D. ad leg. Corn. de falſ.* FALSVS creditor, hoc eſt, qui ſe ſimulat creditorem: *l. 43. in pr. §. 1. l. 75. D. de furt. l. 18. D. de ſolut. l. 14. D. de condict. cauſſ. dat. l. 8. C. de condict. indeb.* iuncta *l. 7. §. 2. D. pro emt.* FALSVM creditum: *l. 1. § 5. D. ne vis fiat ei.* FALSI crimen: *l. 3. D. de fid. inſtrum. l. 4. D. de SC. Turpill.* FALSA definitio: *l. 1. D. de reg. Caton.* FALSVM edictum: *l. 25. D. de leg. Cornel. de falſ.* FALSVS emtor: *l. 4. §. 5. l. 6. D. de in diem addict.* FALSAE excuſationes: *l. 1. §. 6. D. ad SC. Turpill.* FALSVS adſcriptus heres: *l. 4. D. de reg. Caton.* heredem per FALSVM adſcriptum accuſare: *l. 4. D. de his, quae vt indign.* FALSA inſtrumenta: *rubr. C. ſi ex falſ. inſtrum.* repertis FALSIS inſtrumentis: *l. 11. D. de except.* FALSVM iudicium teſtatoris: *l. 46. D. de oper. libert.* FALSAE menſurae: *l. 6. §. vlt. D. de extraord. crim.* FALSVS modus: *l. vlt. D. de hered. inſt.* FALSVS menſurarum modus: *l. 37. D. de poen.* FALSVM nomen: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 11.* FALSA oratio: *l. 13. §. 3. D. de reb. dub.* petitio: *l. 1. §. 5. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.* FALSI poena: *l. 32. D. de leg. Cornel. de falſ.* FALSA pondera: *l. 18. § 3. D. de dol. mal.* FALSVS procurator, interdum eſt is, qui ſe falſo procuratorem adſeuerat, quique mala mente, et intercipiendi animo, procuratorem ſe ſimulat. *l. 43. §. 1. D. de furt l. 19. C. eod. tit.* Alias FALSVS procurator dicitur, qui procurator non eſt, ſed vltro ſe negotiis alienis ſine mandato offert. *l. 12. D. de ſolut. l. 1. §. 13. D. de vi et vi armat. l. 3. §. vlt. l. 12. D. rat. rem habit. l. 1. §. vlt. D. quod iuſſ. l. 24. C. de procurat.* Proinde FALSVS procurator *vero* opponitur: *d. l. 1. §. vlt. et l. 56. D. de iudic.* nec non *verus* procurator, ei, qui procurator non eſt. FALSAE rationes: *l. 15. §. 1. D. de iur. fiſc.* FALSA reſcriptio Paull. *Lib. I. Sent. tit. 12. §. 1.* FALSIS rumoribus inducta: *l. 11. § 12. D. ad leg. Iul. de adult.* FALSA ſimulatio: *l. 15. C. de liber. cauſſ.* FALSA ſuaſione credere: *l. 1. C. de excuſ. tut.* FALSVM teſtamentum eſt, quod teſtamentum non eſt: *l. 221. D. de verb. ſignif.* FALSVM teſtamentum, ait Africanus, id demum recte dicitur, quod, ſi adulterinum non eſſet, verum teſtamentum recte diceretur. *l. 6. D. de leg. Cornel. de falſ.* Hinc FALSVM teſtamentum accuſare: *l. 14. D. de bon. poſſeſſ. l. vlt. §. 2. D. de dol. except. l. 5. §. 9. D. de his, quae vt indign.* FALSI teſtamenti accuſare: *l. 48. D. de vſur.* De FALSO teſtamento agere: *l. 135. §. vlt. D. de verb. obligat.* FALSVM teſtamentum arguere: *l. 5. pr. D. de his, quae vt indign.* FALSVM dicere teſtamentum: *l. 13. §. 9. l. 29. §. 1. D. de iure fiſci. l. 2. l. 5. D. de his, quae vt indign. l. 19. D. de bon. libert.* Vid. plura ſupra *Lib. IV.* FALSAE teſtationes: *l. 9. §. 1. D. de leg. Corn. de falſ.* FALSVM teſtimonium: *l. 22. D. de his, qui not. infam.* FALSIS teſtimoniis circumuenta iudicis religio: *l. 33. D. de re indicat.* FALSVM teſtimonium dicere: *l. 1. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar. l. 9. D. de accuſat.* praebere: *l. 4. D. de leg. Corn. de falſ.* FALSVS tutor vere dicitur, qui tutor non eſt, ſiue habenti tutor datus eſt, ſiue non: *l. 221. D. de verb. ſignif. l. 27. D. de contrah. emt.* FALSVS ergo et *verus* tutor aduerſantur. *l. 1. D. quod falſ. tut. auct. geſt.* ¶. 2. FALSVM, quod ad legis Corneliae poenam attinet, committitur, ſi quis chirographum alienum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat, vel deſcribat, non etiam, ſi alias in computatione vel ratione mentiatur. *l. 23. D. de leg. Corn. de falſ.* FALSVM autem ea lege id ſolum coercetur, quod in teſtamentis admittitur. Eadem tamen poena etiam vindicantur cetera falſa ex SC. Principumque conſtitutionibus. Nam et qui in rationibus, tabulis, cerisue, inſtrumentis, vel alia qua re ſine conſignatione falſum fecerint, perinde atque falſarii puniuntur. Et hoc QVASI FALSVM dicitur, in *l. 1. §. vlt. D. de lege Cornel. de falſ.*

FALSARE, corrumpere, ſupponere. FALSARE pondera et menſuras. *l. 32. D. de lege Corn. de falſ.*

FALSARIVS, qui quid corrumpit, falſumque pro vero obtrudit. *l. 1. §. 1. D. de leg. Corn. de falſ. l. 24. C. de probat.* Tertullian. *de idololatr. Cap. V.* et aduerſus Marcion. *Lib. IV. Cap. 3.* HEIN.

FALSO, aduerbium. FALSO adlegare: *l. 75. v. Marcellus D. de indic.* adſeuerare: *l. 2. C. de diuerſ. reſcript.* credere: *l. 26. §. 2. D. de condict. indeb.* dicere teſtimonium: *l. 16. D. de teſtib.* exiſtimare: *l. 3. l. vlt. D. pro ſuo. l. 6. D. pro derelict. l. 34. §. 4. D. de ſolut. l. 96. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 5. D. de act. emt. l. 12. l. 15. §. 1. l. 19. §. 1. D. de condict. indeb.* FALSO nomen inſcribens: *l. 36. D. ad municipal.* FALSO perſuadere: *l. 25. D. de dolo.* perſuaſum: *l. 65. D. de condict. indeb. l. 5. C. de decurion. l. 3. C. de commun. rer. alien.* praeſumere: *l. 3. D. de condict. indebit.* probare: *l. 32. D. de minor.* putare: *l. 12. C. ad SC. Vellelan.* FALSO vero putare, et *vere*, opponuntur. *l. 46. §. 7. D. de furt.* FALSO ſoluere. *l. 26. §. 2. D. de condict. indeb.* At ibi non FALSO ſoluere quis dicitur, ſed *falſo credere, ſe ſortem debere.* HEIN

FALX. FALCES non vnius generis ſunt. Quaedam enim *fornariae*, quaedam *meſſoriae* ſunt. *l. 8. princ. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* De priore accipiendum FALCIS nomen, *l. 31. D. de verb. ſignif.* FALCES putatoriae: *d. l. 8. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum.* et apud Paull. *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 35.* id eſt, quae putandis arboribus deſeruiunt. Pallad. *Lib. I. de re ruſt. Cap. vlt.* FALCES *putatorias, quibus in arbore vtamur, et vite.* Ad huiusmodi FALCES pertinet, quod idem auctor *eiusdem libri Capite XXXV.* ait: *Aliqui vrſi adipem cum oleo tuſum reſeruant, et FALCES, quum hoc putaturi ſunt, vngunt.*

FAM.

FAMA, vulgo rumorem ſignificat. Et ſic: conſentiens FAMA. *l. 3. §. 2. D. de teſtib.*

¶. 2. Plerumque pro exiſtimatione ſumitur. Sic: [FAMAM induſtriae nouis molitionibus captare: *l. 2. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] FAMAE cauſſa: *l. 39. §. vlt. D. de procur.* id eſt, *cauſſa exiſtimationis*, vt loquitur *l. 103. D. de verb. ſignif.* cuius ſcilicet euentus famam notare, et laedere exiſtimationem poteſt. Eodemque modo FAMAE *cauſſas* Cicero vocat, *Lib. IX. ad Familiar. Epiſt. 21.* quae ad exiſtimationem pertinent. FAMAE conſeruandae gratia *l. 23. D. quae in fraud. credit.* Si alienam FAMAM inſectatus fuerit: *l. 15. §. 29. D. de iniur.* Integrae FAMAE eſſe: *l. 4. D. de ſuſpect. tut. l. 28. §. vlt. D. de poen.* Integrae FAMAE arbiter, et *ignominioſus*, opponuntur. *l. 7. D. de recept. qui arbitr.* FAMAM patroni laceſſere liberto non facile conceditur: *l. 38. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* ſi FAMA laceſſatur: *l. 1. §. 4. D. de iniur.* FAMAE parcendum: *l. 38. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* Capitis FAMAEVE periculum: *l. 36 D. de fideic. libert.* [FAMAE et propriis laudibus prouidere iudex publicis operibus debet. *l. 20. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*]

FAMES. Ne auxilium contra FAMEM denegetur: *l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur.* familia FAME laborat: *l. 21. §. 3. D. de act. emt.* Si quis hominem FAME necauerit: *l. 9. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Quum pecudes aliquis pignori cepiſſet, et FAME eas necauiſſet: *l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill.* De pecoribus tuis, quae per iniuriam incluſa FAME necata ſunt: *l. 5. C. eod. tit.* Si publicanus ideo pecus incluſerit, ne paſcatur, et vt FAME periret: *l. 2. §. 20. D. de vi bon. rapt.* Ne FAME pereat filius: *l. 5. §. 3. D. de Carbon. edict.* Si FAMEM, qui eos premant, exponant. *l. 1. §. 8. D. de offic. praef. vrb.*

FAMOSVS, A, VM: [mediae ſignificationis vocabulum, at quod tamen frequentius in deteriorem partem accipitur,] et tunc hominem infamem, vel aliquid ignominioſum ſignificat. *l. 14. D. de his, qui not. infam. l. 16. C. eod. tit. l. 3. §. vlt. D. de ſuſpect. tut. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VII. §. 5.* Sic: FAMOSA actio, quae infamiam importat; *l. 73. D. de procurat. l. 6. l. 7. D. de his, qui not. infam. l. 1. l. 11. D. de dol. mal. l. 10. §. vlt. D. de poen. l. 7. D. de iniur. l. vlt. D. ſi ingen. l. 1. C. de obſequ. patron. l. 1. C. de iure dot. l. 1. C. ſi tut. vel curat. l. 7. D. de obſequ. parent. et patr.* FAMOSVM carmen, quod in alterius iniuriam conſcribitur, proponitur, cantatur, quod pudorem eius laedit: *l. 21. D. de teſtib. l. 18. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 15. §. 27. D. de iniur.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 15.* Seneca *Lib. V. Contron. Numquid FAMOSVM carmen compoſui?* [Horat. *Lib. I. Epiſt. 19.*

Nec ſponſa laqueum FAMOSO carmine nectit.

Verſus atros antea dixerat.] FAMOSA cauſſa: *l. 36. D. de oblig. et act.* Si quid ex FAMOSA cauſſa, et non famoſa debeatur. *l. 7. D. de ſolut.* FAMOSVM delictum: *l. 32. §. 6. D. de recept. arbitr.* FAMOSVS efficitur: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 20. Lib. II. tit. 31. §. 15. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VII. §. 5.* FAMOSI homines, id eſt, infamia notati; *l. 2. §. vlt. D. de his, qui not. infam. l. 13. D. de accuſat. l. 7. D. ad leg. Iul. maieſt.* quales ſunt, qui artem ludicram maleficiumue faciunt, vel propter praemium in ſcenam deſcendunt, aut calumniae cauſſa iudicio publico ſunt damnati: *l. 4. D. de accuſat.* Vnde FAMOSI et *integrae famae* opponuntur. *l. 28. §. vlt. D. de poen.* FAMOSVM interdictum: *l. 13. D. de vi et vi armat.* FAMOSVM iudicium, quod infamiae notam inurit: *l. 9. D. de iureiur. l. 1. §. 13. D. de poſtul.* FAMOSVM non eſt iudicium ſtellionatus: *l. 2. D. de ſtellionat.* iuncta: *l. 13. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* alia iudicia, quae infamiam irrogant damnatis: *l. 12. D. de dol. l. vlt. D. ſi libert. ingen. l. 7. D. de iniur. l. 13. D. de vi et vi arm. l. 104. D. de reg. iur.* FAMOSI latrones, *l. 28. §. 15. D. de poen.* id eſt, inſignes; *l. 16. D. de adpellat.* FAMOSVS libellus, qui alicuius famam ſuggillat, honoremque vellicat maledictis, liber, ad infamiam alicuius pertinens: *l. 16. D. de poen. §. 1. Inſt. de iniur. rubr. et tit. C. de famoſ. libell.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 17.* Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 72.* Sueton. in *Auguſt. Cap. LIV.* Vetus Gloſſarium Graecum: DE FAMOSIS *libellis actio*, περὶ ἀνωνύμων βιβλίων, τῶν δηλούντων φλυτζίας, *actio de libellis, diſſimulatis auctorum nominibus editis, quibus turpitudines deteguntur.* Suidas in verbo Φάμωσσα *p. 577. Tomo III.* locum ad libellos famoſos pertinentem citat, qui ita habet: Ἀπέσκωπτον δὲ εἰς Ἰοβιανὸν ᾠδαῖς καὶ παρῳδίαις, καὶ τοῖς λεγομένοις Φαμώσσοις. *Iouianum autem inſectabantur carminibus, et parodiis, et libellis, qui* FAMOSI *dicuntur.* Eſt hic locus ex Ioanne Antiocheno, qui et hodie legitur in *Excerptis Peireſc. p. 845.* Id vero ſcire non potuit, cuius aetas haec excerpta nondum viderat, Briſſonius. HEIN. Ammian. Marcell. *Lib. XX. Cap. 7. Hocque comperto, apud Petulantium ſigna FAMOSVM libellum humi proiecit occulte.* Ioannes Tzetzes *Hiſt. Chiliad. XIII. v. 489.*

Φάμωσα δέ μοι λέγεσθαι τοῖς νομογράφοις νόει,
Τὰ ἔγγραφα ληρήματα κατὰ τῶν ὑπερέχων,
Ἅπερ λαθραίως καὶ κρυφῇ ταῖς ἀγοραῖς ἐμπτῶνται.
Εἴτε καὶ μέσοις τοῖς ναοῖς, εἴτ' ἐν ἑτέροις τόποις
Οἱ νόμοι τιμωροῦνται δὲ τοὺς ταῦτα γεγραφότας.

Quem locum interpres non ſenſit ad FAMOSOS libellos pertinere, ac proinde primum vocabulum

lum ſine ſenſu vertit *Phamuſa*, quum vertendum eſſet:

FAMOSA dici a legum ſcriptoribus, memento,
Deſcriptas nugas contra potentes;
Quae clam atque occulte in foro ſparguntur,
Siue in medius templis, aliisque locis.
Leges autem puniunt eos, qui talia ſcripſerunt.

[FAMOSVM enim ἁπλῶς et abſolute pro libello famoſo dici, patet ex *l. 7. C. Theod. de famoſ. libell. Lib. IX. tit. 34.*] Eodem ſenſu FAMOSA *epigrammata* habet Sueton. *in Iul. Cap. LXV.* FAMOSA mulier: *l. 2. §. 4. D. ad SC. Tertull.* Nonius ex Varrone: *Si qua mulier* FAMOSA *erat, ei oſculum nimis non ferebat* FAMOSAE *mulieres*, pro vulgaribus, apud Ciceron. *Lib. II. de orat. Cap. 68.* FAMOSAM apud Vlpian. *Reg. tit. XIII. §. 1.* accipe, quae palam quaeſtum corpore fecerit, et a lenone lenaue manumiſſa ſit, quae ignominioſa vocatur, *l. 48. §. 1. D. de rit. nupt.* FAMOSA nomina. *l. 63. D. ad SC. Trebell.*

FAMILIA. Id nomen proprie quidem et ſpecifice de famulorum coetu vſurpatum fuit: poſtea vero per ſynecdochen latius diffuſa eſt ſignificatio, ita, vt non tantum ad perſonas liberas in familia noſtra deprehenſas, *l. 12. §. 2. D. de publican. et vectig.* ſed et ad res noſtras produceretur. Vnde Vlpianus in *l. 195. §. 1. D. de verb. ſignif.* FAMILIAE *adpellatio*, ait, *varie accepta eſt. Nam et in* RES, *et in* PERSONAS *diducitur. In* RES, *vt puta in lege XII. Tabularum, his verbis*; ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Hoc ſenſu dicitur FAMILIAE erciſcundae arbiter, actio, iudicium, id eſt, diuidendae hereditatis, vt loquitur *l. 78. D. de hered. inſtit. l. 11. l. vlt. D. de diſtract. pign. l. 18. C. famil. erciſc. l. 13. C. de probat.* ſeu diuidundis bonis, vt *l. 3. C. comm. diuid.* Ac plane FAMILIAE erciſcundae actio eſt, quae competit coheredibus de diuidenda hereditate. *§. 20. Inſt. de act.* Vide plura ſupra *Lib. I. et Lib. V.* Vetus Gloſſarium: FAMILIAE *erciſcundae actio* ἐπὶ τῶν συγκληρονόμων, ὅταν ἕτερος κινῇ μετὰ τοῦ ἑτέρου. *actio inter coheredes, quando alter aduerſus alterum experitur.* Hinc FAMILIAE emtor, qui imaginaria venditione a teſtatore hereditatem emebat, vt docent Vlpianus *Reg. tit. XX. §. 8.* et Iuſtinianus *§. 1. Inſt. de teſtam. ordin.* Vetus Gloſſarium. FAMILIAE *emtor*, ὁ ἀγοράζων τὴν κληρονομίαν, *qui emit hereditatem.* Quinctil. *Declam. CCCVIII. Non dixerim ego teſtamentum, cui libripens, et emtor* FAMILIAE, *et cetera iure neceſſaria deerunt.* Sueton. *in Nerone Cap. IV. Ex hoc Domitius naſcitur, quem emtorem* FAMILIAE *pecuniaeque in teſtamento Auguſti fuiſſe, mox vulgo notatum eſt.* Ita et FAMILIAE mancipationem apud eumdem Vlpianum *Regul. Tit. XX. §. 9. et tit. XXVIII. §. 6.* accipimus Hoc Plutarch. *de ſera num. vindicta.* πωλεῖν τὴν οὐσίαν, *emere ſubſtantiam* dixit Si FAMILIAM quis rogatus ſit reſtituere, id eſt; bona vel hereditatem. *l. 14. §. vlt.* coniuncta *l. 16. D. ad SC. Trebell.* Nec aliter intelligenda ſunt haec verba Terentii *Heautont. Act. V. ſcen. I. Decem dierum vix mihi erit* FAMILIA. Vbi Calphurnius: FAMILIA, ait, *hoc loco pro re familiari ponitur. Vnde iudicium* FAMILIAE *erciſcundae.* ¶. 2. Ad PERSONAS autem refertur FAMILIAE ſignificatio ita, quum de patrono et liberto loquitur lex XII. Tabularum: EX EA FAMILIA, inquit, IN EAM FAMILIAM. Et hic de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat. *d. l. 195. §. 1. D. de verb. ſignif.* ¶. 3. FAMILIAE adpellatio refertur et ad corporis cuiusdam ſignificationem, quod aut *iure proprio* ipſorum, aut *communi* vniuerſae *cognationis* continetur. *Iure proprio* FAMILIAM dicimus plures perſonas, quae ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura, aut iure ſubiectae, vt puta patrem familias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps eorum vicem ſequuntur, vt puta nepotes, neptes, et deinceps. *Communi iure* FAMILIAM dicimus omnium agnatorum. *l. 195. §. 2. D. eod. tit.* ¶. 4. Sic FAMILIAE adpellatione liberi continentur, *l. 40. §. vlt. D. de verb. ſignif.* etiam adoptiui. Hinc FAMILIA adoptiua, et naturalis patris: *l. 1. §. 4. D. vnde cognat. l. 3. §. 9. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 1. §. 14. D. de collat. bonor. l. 8. l. 10. §. 7. D. de in ius voc.* In FAMILIAM per adoptionem venire: *l. 4. §. pen. D. de grad. et adfin.* In FAMILIA habere liberos: *l. 5. D. ſi quid in fraud. patron.* In FAMILIAM nubere: *l. 21. D. quand. dies legat.* in FAMILIA nubere: *l. 15. D. de condit. et demonſtr. l. 21. D. de opt. legat. l. 26. l. 41. §. 7. D. de legat. III. l. 41. §. 16. D. de fideicomm. libert, l. 4. D. vbi pupill. educ. deb.* In FAMILIA mea eſt filia: *l. 23. D. de adopt.* Feminarum vero liberi in FAMILIA earum non ſunt, quoniam, qui naſcuntur, patris, non matris FAMILIAM ſequuntur. *l. 196. D. de verb. ſignif.* Et hoc eſt, quod in *d. l. 195. in fine* dicitur, mulierem ſuae FAMILIAE caput et finem eſſe. Si quis ex his mortis tempore in FAMILIA non fuit: *l. 41. §. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* Liberos in FAMILIA eſſe oportet eius, cuius bonorum poſſeſſio petitur: *l. 1. §. 6. D. de coniung. cum emancip. lib.* Nepos in FAMILIA retentus: *l. 9. D. de collat. bonor.* Plane quum fideicommiſſum FAMILIAE relinquitur, ad eius petitionem admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo moreretur, quo in numero et liberi, et filii quoque emancipati habentur. *l. 32. in fine. l. 69. §. vlt. l. 77. §. 27. D. de legat. II. l. 24. §. 15. D. de legat. I.* Quin, ad huiusmodi fideicommiſſum, vbi nulla ſpecialis certarum perſonarum mentio facta eſt, non ſolum propinquos, ſed et, iis deficientibus, generum et nurum inuitari, conſtituit Iuſtinianus. *l. vlt. C. de verb. ſignif.* Immo et *Nouell. CLVIIII. Cap. 2.* vbi huius conſtitutionis mentionem facit Imperator: quamuis vetus interpres, rerum verborumque ignarus, τὰς νύμφας verterit *ſponſas*, quum ibi et plerisque aliis locis *nurus* ſignificentur. Notauit iam hunc errorem Argo oculatior Iac. Cuiac. *Lib. XXVIII. Obſ. Cap. 2.* eaque elegantiſſima obſeruatione veluti colophonem pulcherrimo operi impoſuit. HEIN. [Hoc ſenſu porro FAMILIAE ſucceſſio eſt filiorum ſucceſſio in muneribus, quibus pater ante eſt perfunctus. *l. 57. C. Theod. de decurionib. Lib. XII. tit. 1*] ¶. 5. Porro FAMILIAM communi iure dicimus omnium adgnatorum, (quamuis communi poteſtatis vinculo non contineantur.) Nam etſi patrefamilias mortuo ſinguli ſingulas FAMILIAS habent: tamen omnes, qui ſub vnius poteſtate fuerunt, recte eius FAMILIAE adpellabantur,

qui ex eadem domo et gente proditi ſunt. *d. l. 195. §. 2. D. de verb. ſignif.* Adpellatur enim FAMILIA plurium perſonarum, quae ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur: ſicuti dicimus FAMILIAM Iuliam, quaſi de fonte quodam memoriae. *d. l. 195. §. penult. D. de verb. ſignif.* Sic et FAMILIA Porcia intelligenda. *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.* Atque ita ex vna *gente* plures FAMILIAE prodire poſſunt. Sueton. *in Nerone Cap. I. Ex gente Domitia duae* FAMILIAE *claruerunt, Caluinorum et Abenobarborum.*

¶. 6. Seruientium quoque ſolemus adpellare FAMILIAS, vt in Edicto Praetoris *de* FAMILIA *publicanorum.* Sed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddam ſeruorum demonſtratur, huius rei cauſſa paratum, hoc eſt, vectigalis cauſſa. Alia autem parte omnes ſerui continentur, vt de *hominibus coactis* et *vi bonorum raptorum*: idem in *redhibitoria*, ſi deterior res reddatur emtoris opera, aut FAMILIAE eius: Et in interdicto *vnde vi* FAMILIAE adpellatio omnes ſeruos comprehendit. *l. 195. §. 3. D. de verb. ſign.* FAMILIAE ergo nomen tam liberos, quam ſeruos, complectitur. Atque adeo paterfamilias non minus ſeruilis, quam liberalis familiae intuitu adpellatur. Paterfamilias enim eſt, qui in domo dominium habet. Vnde pater FAMILIAS nihil aliud, quam principem FAMILIAE ſignificat. Caius *l. 196. D. de verb. ſign.* FAMILIAE *adpellatione et ipſe princeps* FAMILIAE *continetur.* Vlpianus *Regul. tit. IV. §. 1. Sui iuris ſunt* FAMILIARVM *ſuarum principes, id eſt, paterfamiliae, itemque materfamiliae.* Qua in re veterum clementiam et humanitatem laudat Seneca *Epiſt. XLVII.* his verbis: *Ne illud quidem videtis, quam omnem inuidiam maiores noſtri dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxerint? Dominum patrem* FAMILIAE *adpellauerunt; ſeruos, (quod etiam in minimis adhuc durat,)* FAMILIARES. Quae verba, ſuppreſſo nomine, ab eo mutuatus Macrobius *Lib. I. Saturn. Cap. 11.* vix legis Fabiae crimen effugiet. Hinc feſtiuus ille Martialis in Quirinalem iocus, qui ex ancillis vernas omnes ſuſceperat: *Paterfamilias vere eſt Quirinalis.* Feſtus Pompeius: FAMILIA *antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux et princeps generis vocabatur pater, et mater* FAMILIAE. *Vnde* FAMILIAE *nobilium, Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum. Et* FAMILIARES *ex eadem* FAMILIA. *Poſtea hoc nomine etiam famuli adpellari coeperunt, permutata I cum V littera.* Proinde illis edicti Aedilitii verbis: SI QVID POST VENDITIONEM TRADITIONEMQVE DETERIVS EMTORIS OPERA FAMILIAEVE EIVS FACTVM ESSE DICETVR, quae habentur *l. 1. D. de Aedilit. edict.* FAMILIAE adpellatione continentur omnes, qui in ſeruitio ſunt: etiam liberi homines, qui ei bona fide ſeruiunt, vel alieni. Accipe eos quoque, qui in poteſtate eius ſunt. *l. 25. §. 1. D. eod. tit.* Similiter in actione *vi bonorum raptorum*, quae FAMILIAE nomine competit, FAMILIAE adpellatio ſeruos continet, hoc eſt, eos, qui in miniſterio ſunt, etiamſi liberi eſſe proponantur, vel alieni, bona fide nobis ſeruientes. *l. 2. §. 14. D. vi bon. rapt.* In edicto porro *de publicanis*, in quo eſt: QVOD PVBLICANVS, FAMILIAVE PVBLICANORVM VI ADEMERIT, *l. 1. D. de publican.* FAMILIAE nomen non tantum ad ſeruos publicanorum referimus: verum etiam ad eos, qui in numero familiarium ſunt publicani. Siue igitur liberi ſint, ſiue ſerui alieni, qui publicanis in hoc vectigali miniſtrant, eo edicto continebantur. Proinde et ſi ſeruus publicani rapuit, non tamen in ea FAMILIA conſtitutus, quae publico vectigali miniſtrat, hoc edictum ceſſabit. *d. l. 1. §. 5. D. de publican. l. 195. §. 3. D. de verb. ſignif.* Alia eiuſdem edicti parte, cuius verba ſunt: QVOD FAMILIA PVBLICANORVM FVRTVM FECISSE DICETVR, FAMILIAE adpellatione, ait Vlpianus, ſeruilem FAMILIAM contineri, ſciendum eſt. Sed et ſi bona fide publicano aliquis ſeruus ſeruit, aeque continebitur: fortaſſis et mala fide. Ergo et ſi liber homo ſeruiat, hoc edictum locum habebit. *l. 12. §. 2. D. de publ. et vectig.* Ita FAMILIAS publicanorum accipe apud Hirtium aut Oppium *de bello Alex. Cap. LXX.* quae nimirum publicanis operam in vectigalibus exigendis dabant. In interdicto *vnde vi*, cuius verba ſunt haec; VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI, AVT FAMILIA TVA DEIECIT, *l. 1. pr. D. de vi et vi arm.* FAMILIAE adpellatio ſeruos continet, et eos quoque, quos loco ſeruorum habemus. *d. l. 1. §. 16. 18. D. eod. tit.* Paullus *Lib. V. Sent. tit. 6. §. 3.* de hoc interdicto agens: FAMILIAE *nomine*, inquit, *et duo ſerui continentur.* Hoc amplius Vlpianus, in *d. l. 1. §. 17. de vi et vi arm.* et, ſi vnus ſeruus deiecerit, FAMILIAM deieciſſe videri ait. Quamquam alias vnicum ſeruum FAMILIAE adpellatione contineri, negetur, ac ne duo quidem FAMILIAM facere dicantur. *l. 40. §. 3. D. de verb. ſignif.* Quae legum noſtrarum diſcordia ita optime Ciceronis interuentu ſedabitur, ſi quemadmodum ille *in orat. pro Caecin. Cap. XIX.* ſcribit, dixerimus, ex vi quidem Latini ſermonis in vno ſeruolo FAMILIAE nomen non contineri, FAMILIAM ex ſeruis pluribus conſtare: ceterum rationem iuris interdictique vim, et Praetorum voluntatem facere, vt et ſi vnus ſeruus deiecerit, FAMILIA intelligatur deieciſſe. Non enim aliam eſſe cauſſam aequitatis in vno ſeruo, et in pluribus. Sed et in Edicto: *ſi familia furtum feciſſe dicetur*, ſeruidem accipere debemus. *l. 9. D. de iurisdict. l. 32. D. ad leg. Aquill. l. 32. D. de dol. mal. l. 1. D. ad SC. Silan. l. 5. D. de petit. hered. l. 31. D. de noxal. act.* Eadem ſignificatione [FAMILIA dicitur eorum, qui circa curſum publicum occupati ſunt. *l. 2. C. Theod. de curſu publ. Lib. VIII. tit. 5.* et FAMILIAM publicam, in *l. 1. D. de offic. praefect. vigil.* interpretamur ſeruos publicos, qui praeſto Aedilibus erant: quales etiam curatoribus aquarum adfuiſſe, Frontinus *Lib. II. de Aquaeductibus* oſtendit. Sed et [FAMILIAE militum, in *l. 10. C. de re milit.* et *l. 3. C. Theod. eod. tit.* ſunt militum vxores, liberi, ſeruique illi, qui de peculio caſtrenſi emti ſunt.] Ceterum FAMILIA ſeruilis in *vrbanam*, et *ruſticam* diuiditur. *l. 3. D. de pen. legat. l. 66. D. de legat. II. l. 166. D. de verb. ſignif.* Item in *domeſticam*, et *venalitiariam*, *l. 31. D. de donat. inter vir. et vxor.* ſeu *venalem*, vt loquitur Quinctilian. *Lib. VII. Inſt. orat. Cap. 3.*

¶. 7 [FAMILIA militum in *l. 27. l. 28. l. 31. C. Theod. de erogat. mil annon. Lib. VII. tit. 4. l. vlt. C. Theod. de iure fiſc. Lib. X. tit. I. et l. 1. eod. Cod. de excoct. et translat. annon. Lib. VII. tit. 5.* eſſe videtur certus tironum, nondum in numerum relatorum numerus vel manipulus, vti ſuſpicatur Iac. Gothofred. *in Comment.*

in

Digitized by Google

in l. 17. C. Theod. de erogat. mil. annon.] ¶. 8. Iam ex praemiſſis facile intelliguntur variae formulae: FAMILIAE nomine parentes et liberos, omnesque propinquos, et ſubſtantiam, libertos etiam et patronos, nec non ſeruos, ſignificamus: *l. vlt. C. de verb. ſignif.* FAMILIA commixta eſt viri et vxoris: *l. 1. §. 15. D. de SC. Silanian.* FAMILIA heredis funeſta. *l. 27. §. 4. D. de ſtipul. ſeru.*

FAMILIARIS, E. quod ad familiam pertinet, vt FAMILIARE funus: *l. 2. in fine D. de in ius voc.* id eſt, domeſticum, vt *in l. 4. §. 2. D. ſi quis caution.* FAMILIARIA ſepulcra, quae quis ſibi familiaeque ſuae conſtituit, *l. 5. D. de religioſ.* in quae tamen et heredes, etiamſi extranei ſint, inferri poſſunt, *l. 4. l. 6. l. 13. C. de religioſ.* non item adfines et cognati, niſi heredes ſcripti ſint. *l. 8. l. 14. C. eod. tit.* FAMILIARIA veſtimenta, quae ad familiam veſtiendam parata ſunt: *l. 23. in fin. D. de aur. arg. leg.* Sic FAMILIARES ſellas dixit Varro *Lib. I. de re ruſt. Cap. 13.* ¶. 2. FAMILIARIS, amicus: [FAMILIARISSIMVS Caeſari is fuit. *l. 2. §. 44. 47. D. de orig. iur.* ¶ 3. FAMILIARES, in conſtitutionibus recentiorum Imperatorum ſeruilia miniſteria praeſtantes intelliguntur. *l. 6. §. 5. C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. pen. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* [quae eſt *l. 3. C. Theod. ne praeter crim. maieſt. ſeruus. Lib. IX. tit. 6.*] ¶ 4. Res FAMILIARIS, id eſt, pecuniaria et priuata. *l. 2. §. 1. D. de interdict. l. 36. D. de fideic. libert.* Proinde res FAMILIARIS, et *publica* opponuntur. *l. 7. §. 14. D. de pact.* In actione legis Aquilliae, furti, vi bonorum raptorum, et interdicto vnde vi, et de tabulis exhibendis, de re FAMILIARI agitur: *l. 4. D. de public. iudic.* Actio ſepulcri violati non ad rem FAMILIAREM actoria, ſed magis ad vltionem pertinet: *l. 6. D. de ſepulcr. viol.* FAMILIARIS rei decretum: *l. 19. C. de pact.* diſpendium: *l. 3. C. de tempor. in int. reſt.* incommodum: *l. 96. D. de legat. I.* neceſſitas: *l. 18. D. de adim. legat.* periculum: *l. 18. D. de iudic.* Rem FAMILIAREM tueri. *l. 15. D. de ann. legat.*

FAMILIARITAS, amicitia, neceſſitudo. Si qua ei FAMILIARITAS ſit cum prouincialibus, vel coniunctio; *l. 4. §. 3. D. de offic. proconſ.* Qui iure FAMILIARITATIS amici fundum ingreditur: *l. 4. D. de adquir. poſſeſſ.* Honeſtis FAMILIARITATIS rationibus quaeſita iura: *l. 223. §. 1. D. de verb. ſignif.* Ne in vlteriorem FAMILIARITATEM prouinciales admittant. *l. 19. D. de offic. praeſid.* ¶. 2. FAMILIARITAS, pro ſimilitudine. FAMILIARITATEM habent emtio et locatio, *l. 2. D. locat.* id eſt, vicinae ſunt, et proximae. ¶. 3. [FAMILIARITAS, pro miniſteriis et domeſticis. *l. vlt. C. qui accuſ. non poſſ.*]

[FAMVLVS, idem ac ſeruus. *l. 1. l. 2. C. de his, qui in eccleſ. manumitt.*]

FAN.

FANATICVS, A, VM. Si ſeruus inter FANATICOS non ſemper caput iactaret: *l. 1. §. 9. D. de Aedil. edict.* [vel vti §. 10. explicatur, qui circa fana bacchatur, et reſponſa reddit. Vid. Hotom. *Diſp. de aureo Iuſtiniani p. 41.*] FANATICVS proprie vel ſacerdos, vel cuſtos fani erat, qualis SEVERVS FANATICVS EX VICO BELLONAE, apud Reineſ. *Inſcript. Claſſ. XIV, 139.* Quum vero hi ſibi plerumque *ἐνθουσιασθέντες*, vel *θεόληπτοι* viderentur, reſponſa reddentes ac vaticinia, id vocabulum poſtea fariolis et fatidicis tribui coepit. Eo ſenſu *homo* FANATICVS dicitur Ciceroni *pro domo Cap. LX.* FANATICVM *carmen.* Liu. *Lib. XXXVIII. Cap. 16.* HEIN.

FANVM, templum. *l. 1. §. 10. D. de Aedilit. edict.* FANA autem adpellata, vel, vt Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* ſcribit, *quod pontifices in ſacrando fati ſunt finem*, vel, vt Feſtus, *quod fando conſecrantur.*

FAR.

FAR, frumentum, vnde molendo farina conficitur. Vnde *ſeges* FARRIS, apud Liuium *Lib. II. Cap. 5.* FAR, vel FARREVS etiam panis, ex farre confectus, qui in ſullemni ſacrificio, quo in manum conueniebat vxor, adhibebatur. Vlpian. *Reg. tit. IX. §. 1.* FARRE *conuenitur in manum, certis verbis, et teſtibus decem praeſentibus, et ſollemni ſacrificio facto, in quo panis quoque* FARREVS *adhibetur.* Plin. *Lib. XVIII. Cap. 3. Quin et in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat: nouaeque nuptae* FARREVM *praeferebant.* Seru. *in Lib. I. Georg. v. 31.* FARRE *nuptiae fiebant, quum per pontificem maximum et Dialem flaminem, per fruges et molam ſalſam coniungebantur, vnde* CONFARREATIO *adpellatur, ex quibus patrimi et matrimi naſcebantur.* Idem *in Lib. IV. Aeneid. v. 130. Quid enim aliud eſt* DEXTRAE, *quam in manum conuenire? Quae conuentio eo ritu perficitur, vt aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur: quae res ad* FARREATAS *nuptias pertinet, quibus Flaminem et flaminicam iure pontificio in matrimonium neceſſe eſt conuenire.* Et paucis interiectis: *Mos apud veteres fuit Flamini ac flaminicae, vt per* FARREATIONEM *in nuptias conuenirent, ſellas duas iugatas ouili pelle ſuperiniecta poni eius ouis, quae hoſtia fuiſſet, et ibi nubentes velatis capitibus in* CONFARREATIONE *flamen ac flaminica reſiderent. Ait igitur* LOCAVI. *Locata enim vxor dicitur, quod ſimul cum eo ſedeat, dum* CONFARREATVR. CONFARREATIONES *autem tonitru dirimit.* Haec de illo ritu veteres, quorum loca operoſe interpretantur Briſſonius, Hotomani, et ſi qui alii de ritu nuptiarum ſcripſerunt, ſed ita, vt in re obſcura, multisque inuoluta tenebris, plerique intelligendo faciant, vt intelligamus nihil. HEIN.

FARCIMEN. Leo *Nouell. LVIII. Perlatum ad aures noſtras, quod inteſtinis, tamquam tunicis illum infarctum, velut conſuetum aliquem cibum, ventri praebeant.* Eorum vero farciminum eſum et commercium Imperator, propoſita poena publicationis bonorum, flagellationis, cum decaluatione coniunctae, atque exſilii, prohibet. Nimirum vti iam olim primaeui patres orientales ple-

rique canonem ſynodi Apoſtolicae *de ſanguine et ſuffocato, Act. Apoſtol. XV. v. 20.* non temporarium, ſed perpetuum praeceptum continere exiſtimabant, quorum loca quamplurima congeſſerunt Guil. Spencer. *ad Origen. aduerſ. Celſ. p. 90.* et Caſp. Suicer. *in Theſaur. patr. Graec. Tom. I. p. 113.* ita hanc maiorum ſententiam mordicus tenuerunt Graeci, quibus et hodie ſanguine vel ſuffocato veſci, piaculum eſt. HEIN.

FARI, loqui. FARI non poſſe dicitur, qui nondum infantis aetatem exceſſit, id eſt, qui infra ſeptimum annum aetatis eſt, vt patet ex *l. 1. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Ita infantem FARI non poſſe, aiunt *l. 70 D. de verb. oblig. l. 30. §. 1. D. de fideicomm. libert. l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Si FARI non poſſit, a quo petitum eſt: *l. 22. §. 1. D. de fideicomm. libert.* Si pupillus FARI non poſſit: *l. 2. l. 6. D. rem pupill.* Et contra FARI poſſe dicitur pupillus, poſt ſeptimum annum. *l. 1 §. 15. D. de magiſtrat. conuen. l. 9. D. de adquir. vel omitt. heredit. l. 1. C. ad SC. Tertull.* Pupillus, ex quo FARI coeperit: *l. vlt. §. 1. D. de verb. obligat.* Ab anniculo, quoad fari poſſit: *l. 1. §. 10. D. de inſpic. ventr.* Quum FARI potuerit, et poſtquam FARI potuerit: *l. 217. D. de verb. ſignif.* Qui FARI poſſunt, quamuis actum rei non intelligerent *l. 5. D. de regul. iur.* ¶. 2. FARI non poſſe, dicuntur muti. *l. 17. D. de nouat.*
¶. 3. FARI dicebatur praetor, qui certa legitimaque et ſollemnia verba pronunciabat. Vnde et FASTOS dies nomen traxiſſe, Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* indicat, his verbis: FASTI *dies, per quos praetoribus omnia verba ſine piaculo licebat* FARI. Macrob. *Lib. I. Saturn. Cap. 16.* FASTI *ſunt, quibus licet* FARI *praetori verba ſollemnia:* DO, DICO, ADDICO. Ouid. *Lib. I. Faſtor. v. 51.*

Nam ſimul exta deo data ſunt; licet omnia FARI,
Verbaque honoratus libera Praetor habet.

His contrarii NEFASTI dies erant, per quos praetori tria illa verba FARI non licebat. Ouid. *eod. libro. v. 47.*

Ille NEFASTVS *erit, per quem tria verba ſilentur:*
FASTVS *erit, per quem lege licebit agi.*

Add. Macrob. *Lib. I. Saturn. Cap. 26.* Ac plane NEFASTVM diem ἄπρακτον ἡμέραν vocat Theophilus *in §. 2. Inſt. de libertin.* Vlpianus vero ἄδικον dicebat, teſte Athenaeo *in Deipnoſoph. Lib. III. Cap. XX. p. 90.*

FARRARIVS. FARRARIORVM ager. *l. 58. §. 1. D. de vſufr.* Situs ignotus eſt, niſi legere malis *Farratiorum* vel *Farraticorum*, cuius vici, Brixiae proximi, meminit lapis apud Gruter. *p. MVII, 7.* HEIN.

FAS.

FAS, pro licito iure ſaepe vſurpatur. FAS non erat, dictaturam vltra ſextum menſem retinere: *l. 2. §. 18. D. de orig. iur.* Si cum ea quis nuptias vel ſponſalia conſtituat, quam vxorem ducere vel non poteſt, vel FAS non eſt: *l. 13. §. 4. D. de his, qui not. infam.* Inceſtum eſt, quia cognatam violauit contra FAS: *l. 5. D. de quaeſtion.* FAS non eſt, eos caſus exſpectare, quibus liber homo in ſeruitutem redigatur: *l. 34. §. 2. D. de contrah. emt.* id eſt, neque ciuile, neque naturale eſt, vti ait *l. 83. §. 5. D. de verb. obligat.* FAS non eſt, inquietari donationes, quas is, qui donauerat, in diem vitae ſuae non retractauit: *l 1. §. vlt. C. de reuoc. donat.* FAS ac *nefas* miſcuiſſe: *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* Loco ſacro vel religioſo interueniente, quo FAS non ſit vti. *l. 17. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Virgil. *Georg. I. v. 269.* FAS *et iura ſinunt:* id eſt, vt interpretatur Seruius: *Diuina humanaque iura permittunt. Nam* FAS *ad religionem; iura ad homines pertinent.* Interpres Euripidis *in Hecubam*: Τὸ δίκαιον, ὥσπερ γένος ὄν, διαιρεῖται εἰς ὅσιον καὶ δίκαιον. Καὶ τὸ μὲν πρὸς θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ὅσιον καλοῦμεν, τὸ δὲ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιον. *Iuſtum, tamquam genus, in* FAS ET IVS *diſpeſcitur: quorum illud, quod ratione Deorum ab hominibus conſtitutum eſt,* FAS *hoc quod ratione hominum,* IVS *adpellamus.*

FASCES, pro inſignibus maiorum magiſtratuum. [FASCES conſularitatis: *l. vlt. C. Theod. ad leg. Iul. de ambit. Lib. IX. tit. 26.*] FASCES proconſulum: *l. 14. D. de offic. proconſ.* ¶. 2. FASCIS, numero ſingulari, pro ſarcina vel onere. [Imponimus praeſentis mulctae FASCEM. *l. 22. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30*]

FASCIAE crurales pedulesque: *l. 27. in fine D. de aur. et arg.* inter ornamenta muliebria ponuntur, quo loco *crurales* in *crinales* transformare infeliciter tentarunt. Veteres certe quidam pedes FASCIIS vincire et obuoluere ſolebant, maximeque mulieres. Quod M. Tullius his verbis, quae a Nonio Marcello relata, quibus Clodium, vt mulierarium inſectatur, docet. *Tu,* ait, *quum vincirentur pedes* FASCIIS, *quum calauticam capiti accommodares.* Eius rei Plinius quoque *Lib. VI. Hiſt. natur. Cap. 2.* indicium facit, narrans, mures Carboni FASCIAS, *quibus in calceis vtebatur* adroſiſſe. Et hae erant *pedules* FASCIAE. Etenim *pedule*, interprete Cornelio Frontone, in *lib. de nom. et verb. differentiis*, dicitur, *quod ſub pedibus praeſtat vtilitatem.* Hoc amplius et crura FASCIIS veſtiri olim ſolita, Quinctilian. *Lib. II. Inſt. orat. Cap. 3.* non obſcure ſignificat, vt et Valer. Max. *Lib. VII. Cap. II.* qui Pompeium candida FASCIA crus obligatum habuiſſe, refert.
¶. 2 FASCIIS vtique puellarum ac matronarum pectus tegi, papillasque comprimi conſueuiſſe, ne Iſidorus quidem *Lib. XX. Orig. Cap. 32.* ignorauit. FASCIAE *pedules*, quas Graeci πίλους, teſte Graeuio *Lect. Heſiod. p. 68.* vocabant, et populis orientalibus, et ipſis Romanis, ſatis diu ignotae fuerunt. Nam Varro refert, *calceamenta ſine* FASCIIS *ſumi ſolita, ſe puero.* Erudite id contra Io. Buxtorffium oſtendit Ant. Bynaeus *de Calc. Hebr. Lib. I. Cap. 3. § 26. p. 44.* Quin ne poſtea quidem adeo frequentem fuiſſe FASCIARVM pedulium et cruralium vſum, docuit Iul. Nigron. *de Caliga Cap. II. § 9. p. 34. ſequ.* Vt adeo Romanos migraſſe mores patrios oporteat, temporibus Vlpiani, qui *d. l. 27. D. de aur. arg. leg.* has FASCIAS inter neceſſaria indumenta collocat.

De illis faſciis cruralibus plura Hieron. Magius *Miſcellan. Lib. III. Cap. 3.* HEIN.

FASTVS, A, VM. FASTI dies, qui fuerint. vid. ſupra in FARI. ‖. 2. FASTI, etiam libri, temporum indices, qui a Kalendis hodie etiam Calendaria adpellantur. HEIN. [Pro FASTIS, FASTIBVS legimus in *l. 7. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13. et l. 9. C. Theod. de infirm. his, quae ſub tir. Lib. XV. tit. 4.*] Sed veteres promiſcue dixiſſe FASTI, faſtorum, et FASTVS, faſtuum, iam Priſcianus *Lib. VI.* obſeruauit. Et ita loquutos eſſe Columellam *Lib. IX. de re ruſt. Cap. 14.* et Lucan. *in Pharſal. Lib. X. v. 187.* iam lexicographi notarunt. HEIN.

[**FASTIGIVM,** pro dignitate et excellentia honoris plerumque vſurpatur. Sic FASTIGIVM ambitioſum adorationis: *l. vn. C. Theod. de imag. Imperat. Lib. XV. tit. 4.* pro quo in *l. 2. C. Iuſtin. de ſtat. et imag.* falſo legitur *faſtidio.* Conſulatus praeponendus eſt omnibus FASTIGIIS dignitatum: *l. vn. C. Theod. de conſul. Lib. VI. tit. 6.* Nec perſonae merito, nec honoris FASTIGIO defendendus eſt: *l. 1. C. Theod. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.* Summum praefecturae FASTIGIVM: *l. vlt. C. Theod. de honorar. codicill. Lib. VI. tit. 22.* Ad praepoſiti ſacri cubiculi gradum FASTIGII adſcendere: *l. vn. C. Theod. de praepoſ. ſacr. cubic. Lib. VI. tit. 8.* FASTIGIVM presbyteri: *l. 121. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.* FASTIGIIS promotionum in ſublime prouectos, ab immunitate legitima exui minime oportere: *l. 5. C. Theod. de priuil. eor. qui in ſacr. palat. mil. Lib. VI. tit. 35.* FASTIGIVM ſenatorium. *l. 2. C. Theod. de glebal. conlat. Lib. VI. tit. I.*]

FATALIS, E, quidquid caſu fortuito accidit, vel paganis accidere videbatur. Hinc FATALIVM detrimenta: *l. 3. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* FATALIS caſus: *l. 5. C. de adpellat.* [FATALIS conditio, pro morte: *l. 8. C. Theod. de med. et profeſſ. Lib. XIII. tit. 3.*] FATALE damnum: *l. 5. §. 4. D. commod. l. 2. §. 1. D. de peric. et commod. rei vend. l. 3. §. 1. D. naut. caup. ſtabul.* FATALIA vero damna ſunt, quae imprudentibus accidunt: *l. 52. §. vlt. D pro ſoc.* [FATALIS neceſſitas, id eſt, mors. *l. vn. C. Theod. de bon. decur. Lib. V. tit. 2.* FATALI ſorte, id eſt, morte conſumtus: *l. vlt. D. ſolut. matrim.* [*l. 3. C. Theod. de polit. Lib. III. tit. 13.* FATALI ſorte filiam perdidit. *l. 124. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*]
‖. 2. FATALES dies, adpellantur ab Imperatoribus tempora adpellationibus peragendis praeſtituta. *l. 32. C. de adpellat. l. vlt. C. de temp. adpell. l. vlt. in fin. pr. C. vbi ſenat.*

FATALITAS. *l. 1. C. de iur. emphyt.*

FATALITER accidere: *l. 135. D. de verb. ſignif.* ſeruo FATALITER interemto. Paull. *Lib. III. tit. 6. §. 9.*

FATERI de maleficio, *l. 1. §. 27. D. de quaeſtion.* Qui tacet, non vtique FATETVR: *l. 142. D. de reg. iur.* FATENDVM eſt. *l. 27. D. de adquir. rer. domin.* ‖. 2. Vſi noſtri ſcriptores eodem vocabulo ſunt paſſiue. Vulgo FATEBATVR, id eſt, fatebantur omnes: *l. 39. §. 6. D. de legat. I.* Nomen, quod CONFITETVR, id eſt, confeſſum: *l. 15. §. 9. D. de re iudic.* Sed et Ciceronem *Agrar. II. Cap. 21.* dixiſſe: *Hunc agrum excipere nominatim, qui publicus eſſe* FATEATVR, et CONFITERI a Gellio *Lib. XV. Cap. 13.* et Priſciano *Lib. VIII. p. 794.* inter verba communia recenſeri, iam obſeruauit V. C. Duker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 358.* HEIN.

FATVM, ſecundum Tullium, ipſo referente Seruio in Virgil. *Aen. Libr. III. v. 376. eſt connexio rerum per aeternitatem ſe inuicem tenens, quae ſuo ordine et lege variatur, ita tamen, vt ipſa varietas habeat aeternitatem.* Idem Seru. *in Lib. II. Aen. v. 777.* FATA, ait, *ſunt, quae Dii fantur, vel, quae indubitanter eueniunt.* Quae fuerit iuriſconſultorum veterum de FATO ſententia, praeclare docuit V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. IV. Obſ. Cap. 15.* HEIN. ‖ 2. FATVM, pro caſu vſurpant iuriſconſulti: vt ſi FATO fecerit. *l. 2. D. de condit. et demonſtr.* Si mulier ſuperuixerit poſt grauia vulnera, quae illi pater inflixerat, magis FATO, quam voluntate ſeruata eſt. *l. 32. D. ad leg. Iul. de adult.* Sic Auſonius: *Euaſit ſaluus FATI ope, non medici.* FATI infelicitas furioſum excuſat. *l. 12. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Quae improuiſo caſu potius, quam fraude, accidunt, FATO plerumque, non noxae, imputantur. *l. 1. C. eod. tit.* et in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. I. §. 9.* ‖ 3. Praecipue vero inopinatos caſus, qui praeuideri humano conſilio non poſſunt, quaſi rerum ſerie et ordine inuiolabili contingentes, FATO iuriſconſulti adſcribunt. Damnum, non inconſulte accidens, ſed FATO: *l 11. §. 4. D. de minor.* Et mox *eadem lege §. 5.* Quod FATO contingit: FATA cauſſarum. *l. 3. C. de legib.* Eadem loquutio occurrit in *l. 14. C. de aduoc. diu. iudicior.* vbi res ipſa docet, vtrobique nihil aliud indicari, quam incertos litium euentus. Vnde mireris, Salmaſium *in Not. ad Hiſtor. Aug. p. 259.* ſine neceſſitate reſcribere voluiſſe *facta cauſſarum*, vt *facta* ſint διηγηματικὰ τῶν δικῶν, ſeu *cauſſarum expoſitiones.* Quae notio tamen neutri loco quadrat. Contra elegantiſſime vocantur FATA CAVSSARVM, quae eadem dicendi figura *fortunam iudicii* vocat Quinctilian. *Inſt. Orat. Lib. X. Cap. I.* immo et Hermogenianus *l. 13. D. de ſtatu hom.* vbi pro *fortunae iudicio*, legendum eſſe *fortunae iudicii*, recte ſuſpicatur Menag. *Amoen. iur. Cap. VI.* quia et in ſcholiis Baſilicῶν legitur τῇ τύχῃ τοῦ δικαστηρίου. Sed et FATA diſceptationis, dixit Imp. *l. 41. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30.* HEIN. ‖. 4. FATVM, etiam pro morte ſumitur. Macrob. *in Somn. Scip. Lib. I. Cap. 12. Conſtat enim, numerorum certam conſtitutamque rationem animos ſociare corporibus. Sic numeri dum ſuperſunt, perſeuerat corpus animari: quum vero deficiunt: mox arcana illa vis ſoluitur, qua ſocietas ipſa conſtabat, et hoc eſt, quod FATVM et FATALIA vitae tempora vocamus.* Hinc: in FATVM concedere: *l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 3. C. de iure delib. l. 41.*

C. ſi

FAT. FAV.

C. ſi pend. adpell. l. 4. C. de ſolut. FATI diem fungi: *l. 5. C. ſi reus vel accuſ.* [FATI munus explere: *l. ult. C. Theod. de metat. Lib. VII. tit. 8.*] implere: *l. 1. C. de act. et oblig. l. 1. C. qui teſtam. fac. l. 6. C. de collat. l. 12. C. de fideicommiſſ. l. 4. C. de poſtlim.* [*l. 2. pr. C. quand. et quib. quart. pars deb.*] *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 4.*

FATVVS, vel morio: *l. 4. §. 3. D. de Aedil. edict.* FATVVS, FATVA: *l. 2. D. de poſtul. l. 21. D. de reb. auct. iud. poſſid.* FATVOS autem inſulſos interpretatur Donat. *in Terent. Eunuch. Act. V. ſcen. 8. v. 49.* Seruius vero *in Aen. VII. v. 47. inconſiderate loquentes, a* FATVA, quae adſidue diuino ſpiritu impleta, velut per furorem, futura praemouebat. Vnde adhuc, qui inſpirari ſolent, FATVARI dicuntur. Idem *ad Aen. III. v. 354.* Meminit et Lactant. *Lib. I. diu. inſtit. Cap. 22.* FATVIS vtique propter infirmitatem mentis curatores datos, oſtendit *l. 2. D. de poſtul.* et *l. 21. D. de reb. auct. iud. poſſid.*

FAV.

FAVERE. FAVET praetor aequitati: *l. 1. D. de conſt. pecun.* FAVERE libertati: *l. 3. §. 9. D. de hom. lib. exh. l. 3. §. 1. D. de alien. iud. mut. cauſſ. l. 179. D. de reg. iur.* Partui in hoc FAVETVR, vt: *l. 1. §. 15. D. de ventr. in poſſ. mitt.* [Per tutores FAVETVR pupillis: *l. 4. §. 23. D. de dol. mal. et met. except.*] FAVERE pupilli rationibus: *l. 3. D. quando ex fact. tut.* FAVERE repetitioni. *l. 41. D. de reg. iur.*

FAVIA, et FAVIANA: vid. ſupra FABIA et FABIANA.

FAVOR. FAVORIS cauſſa conſtitutum; *l. 8. D. de minor.* FAVOR conſtitutionis: *l. 2. D. de fideic. libert.* dotium: *l. 9. §. 1. D. de iur. dot.* FAVOR priorem inducet opinionem: *l. ult. D. qui ſine manumiſſ.* FAVOR ingenuitatis: *l. 15. C. de poſtlim. reuerſ.* libertatis: *l. 7. §. ult. D. de ſtatulib. l. 9. C. de condict. ob cauſſ.* libertatis conſequendae: *l. 38. §. 1. D. de liberal. cauſſ.* libertati deditus: *l. 2. C. de long. temp. praeſcript.* a maioribus inſtitutus: *l. 12. §. 9. D. de captiu. et poſtlim.* FAVORE libertatis cogendus eſt: *l. 4. §. 16. D. de ſtatulib.* conſtituit: *l. 3. D. de his, quae in teſtam. delent.* conſtitutum ius: *l. 20. §. 3. D. de ſtatulib.* contingit libertas: *l. 4. D. de manumiſſ. vindict.* FAVOR libertatis eſt, vt maiores iudices habere debeat: *l. 32. §. 7. D. de recept. arbitr.* Fideicommiſſis libertatibus FAVOR exhibetur: *l. 26. D. de fideic. libert.* FAVOR libertatis exigit: *l. 17. D. de manumiſſ. teſt.* expoſcit: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 24. §. 2.* benigniores ſententias exprimit: *l. 32. §. ult. D. ad leg. Falcid.* FAVORE libertatis introductum eſt: *l. 71. D. de adquir. vel omitt. hered.* FAVOR libertatis praeualet: *l. 14. D. de legat. II.* FAVORE libertatis receptum eſt: *l. 16. D. de manum. teſt. l. 4. et l. 28. D. de manumiſſ. vind.* FAVOR libertatis ſuadet: *l. 24. §. 10. D. de fideic. libert.* [FAVOR minax iudicis: *l. vn. C. Theod. ſi quae. praedit. poteſt. nupt. pet. inuit. Lib. III. tit. 11.* pro quo in *l. vn. C. Iuſtin. eod.*

FAV. FAX. FEB.

titulo, ex Iac. Gothofredi iudicio, male legitur: *ſeruor.*] FAVOR nuptiarum: *l. ult. D. de ſeru. corrupt. l. 45. D. ſolut. matrim.* Perſonae pupilli ſuccurritur, quae meruit praecipuum FAVOREM: *l. 41. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Ad populi FAVOREM magiſtratuum creatio non pertinet: *l. 1. D. de lege Iul. de ambitu.* Ad beſtias damnatos FAVORE populi praeſes dimittere non debet. *l. 31. D. de poen.* FAVORE pupillorum: *l. 3. §. 4. D. de ſuſpect. tut.* FAVORIS ratione conſtitutum: *l. 74. D. de iur. dot.* FAVORE religionis: *l. 17. D. de vſuſr.* Libertate, FAVORE ſui, ſeruata: *l. 25. §. 2. D. ad SC. Trebell.* FAVOR vectigalis: *l. 1. §. 1. D. vt in flum. publ.* FAVORE vtilitatis publicae. *l. 10. D. de teſtam. tut.*

FAVORABILIS, E. FAVORABILEM apud me cauſſam Albini filiorum numerus facit, ait Hadrianus: *l. 7. §. 3. D. de bon. damnat.* Libertas omnibus rebus FAVORABILIOR eſt: *l. 122. D. de reg. iur.* FAVORABILIOR eſt cauſſa partus, quam pueri; *l. 1. §. 15. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* FAVORABILIORES rei potius, quam actores habentur. *l. 125. D. de reg. iur.*

FAVORABILITER dicetur: *l. 8. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 9. D. de adquir. vel omitt. hered.* reſcripſerunt: *l. 7. D. ad leg. Corn. de ſicar.* reſpondetur. *l. 10. §. ult. D. de manumiſſ. teſtam.*

FAVSTINAE Auguſtae meminit *l. 57. D. de legat. II.* Coniux haec fuit Antonini Pii, de qua haec exſtant Iulii Capitolini verba *in vita Antonini Cap. V. Vxorem* FAVSTINAM *Auguſtam adpellari a Senatu permiſit.*

FAVTOR. FAVTORES aequitatis. *l. 8. C. de pact.*

FAVVS. FAVI, ſi quos apes fecerint: *l. 5. §. 3. D. de adquir. rer. domin.* Si quis apes, vel FAVVM, abſtulerit. *l. 26 D. de furt.*

FAX.

FAX. Si FACEM ſeruo meo obiieceris: *l. 27. §. 6. D. ad leg. Aquil.* Ad FACES parata. *l. 55. §. ult. D. de legat. III. l. 167. D. de verb. ſignif.* ¶. 2. Μεταφορικῶς [FACES *calumniarum* dici obſeruamus, in *l. 2. C. Theod. de curat. calend. Lib. XII. tit. 11.*]

FEB.

FEBRICVLA leuis: *l. 1. §. 8. D. de Aedilit. edict.* quantulalibet. *l. 4. §. ult. D. eod. tit.*

FEBRIS, eſt motus corporis contra naturam: *l. 60. D. de re iud.* totius corporis morbus: *l. 1. §. 7. D. de Aedilit. edict.* Leuiſſima FEBRE correptus: *l. 60. D. de re iudic.* FEBRIS tertiana, aut quartana. *l. 53. D. de Aedil. edict.*

FEBRVARIVS, menſis. FEBRVARIAE calendae: *l. 12. D. de verb. oblig.* FEBRVA-

Digitized by Google

RII menſis extremus dies. *l. 98. §. vlt. D. de verb. ſignif.*

FEL.

[FELICITAS generis: *l. 2. C. Theod. de ſenat. et gleb. collat. Lib. VI. tit. 2.* vbi *ſenatorium faſtigium generis* FELICITATE dicuntur *conſequuti*, qui ex ſenatore prognati ſunt, quos ſenatorii ſeminis homines vocat Sidon. Apollinar. *Lib. I. Epiſt. 6.* et contradiſtinguuntur illis, qui principis largitate et beneficio eam dignitatem adepti ſunt, id eſt, *ſenatoribus nouis*, vt Symmachus alicubi adpellat.]

FELIX embola, vid. ſupra *Lib. V.* ſub EMBOLA. FELIX nauigationis vſus. *l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* ¶. 2. [FELIX, titulus Imperatorum, vt patet ex *prooem. Inſtit.*] Vid. de eo Gabriel Treuor. *Obſeruat. Apologet. Cap. XXXI. p. 287. Tomo I. Theſaur. iur.* et Ez. Spanhem. *de vſu et praeſt. numiſm. Diſſ. XII. p. 441. Tomo II.* quorum prior ab Antoninorum temporibus hoc imperatorum cognomen arceſſit, deceptus procul dubio lapidibus Gruterianis *p. CCLVIII, 9. 10. CCLIX, 12. CCLX, 1.* in quibus memoratur IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS, PIVS FELIX. Sed eos laudatiſſimus Spanhemius non ad M. Antoninum, ſed ad Caracallam, cognominem pertinere, obſeruauit. Commodo, Perenne occiſo; peculiari SCo hanc adpellationem conceſſam eſſe, memoriae prodidit Spartian. *in Commodo Cap. VIII.* eiusque in numis titulum FELICIS vel ΕΥΤΥΧΟΥΣ primum occurrere, animaduertit idem Spanhemius. Ceterum ab eo tempore omnes Imperatores id cognomen retinuerunt. Quidam etiam FELICISSIMOS, et BEATISSIMOS, ſe adpellari voluerunt, vti in numis Diocletiani et Maximiani frequens eſt hoc elogium, vel FELICISSIMOS CAESARES, veluti Theodoſius, in *l. 90. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.* HEIN. ¶. 3. [FELICISSIMVS etiam nomen ſerui. Vid. infra vocabulum SERVVS. etiam, quibus libertas data, FELICISSIMI et FELICISSIMAE adpellantur in *l. 41. §. 3. D. de legat. III.*] Immo ibi quoque haec nomina propria, non adpellatiua, eſſe videntur. HEIN.

FEM.

FEMINA, maſculo opponitur, *l. 7. §. 1. D. de inſtit. act. l. 2. §. 1. D. vnde legit. l. 1. D. de verb. ſignific.* itemque mari: *l. 1. §. vlt. D. de fid. inſtrum.* FEMINIS ciuilia officia adempta: *l. 1. D. ad SC. Vellei.* FEMINA nullum adoptare filium ſine iuſſu principis poteſt: *l. 29. §. 3. D. de inoffic. teſt.* [In multis iuris articulis FEMINARVM conditio deterior eſt: *l. 9. D. de ſtat. hom.*] FEMINA conſularis: *l. 1. D. de ſenat.* FEMINIS ipſe ſexus denegat, quo minus honores vel munera iniungantur: *l. 3. §. 3. D. de mun. et honor.* Ex FEMINIS natos eſſe: *l. 1. §. vlt. D. de iur. immun.* Moribus receptum, vt FEMINAE ciuilibus non fungantur officiis: *l. 12. §. 2. D. de iudic.* Ne pro vllo FEMINAE intercederent: *l. 1. D. ad SC. Vellei.* ne pro viris ſuis intercedant: *l. 2. D. eod. tit.* [In FEMINA nubere dicitur vir: *l. 3. C. Theod. ad leg. Iul. de adult. Lib. IX. tit. 7.* pro quo Iuſtinianus *l. 31. C. eod. tit.* in FEMINAM dixit, non inuſitata optimis ſcriptoribus loquutione, quorum plura loca congeſſit Iac. Gothofred. *in Comment. ad d. l. 3.* Adde quae dicta infra *Lib. IX.* ſub voce IN.] FEMINIS pro parentibus agere interdum permittitur: *l. 14. D. de procurat.* FEMINAS praetor prohibet pro aliis poſtulare: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* FEMINAE remotae ab officio argentarii: *l. 12. D. de edend.* ab officiis ciuilibus vel publicis: *l. 2. D. de reg. iur.* ſuos heredes non habent: *l. 4. §. 2. D. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* tutores dari non poſſunt: *l. vlt. D. de tutel.* ex virili ſexu deſcendentes. *l. 1. §. 2. D. de Carbon. edict.*

FEMININVS, A, VM. FEMININVS ſexus, et *maſculinus* opponuntur: *l. 62. D. de legat. III.* ſicuti FEMININVS et virilis: *l. 56. §. 1. D. de verb. ſign.* *Maſculini* et FEMININI generis liberi: *l. 45. D. de legat. II.* FEMININVS ſexus: *l. 2. §. vlt. D. de iur. fiſc.* ex FEMININO ſexu deſcendentes liberi: *l. 2. §. 3. D. qui ſatisd. cog. l. 56. §. 1. D. de verb. ſign.* Verum ex *virili* ſexu, an FEMININO, deſcendant perſonae: *l. 2. §. 1. D. vnde legit.* FEMININVM vocabulum. *l. 45. D. de legat. II.*

FEN.

[FENESTELLA, citatur in *l. vn. §. 1. D. de offic. Quaeſt.* Intelligitur autem L. Feneſtella, qui temporibus Tiberii vixit. Voſſ. *de hiſtor. Latin. Lib. I. Cap. 19. p. 101.* Vnde refutatur error Eberlini *de Orig. iur. Cap. XIV. n. 24.*]

FENESTRA. FENESTRAM facere in pariete: *l. 8. v. in pariete vero tuo C. de ſeruitut.* FENESTRAS perfixas habere, vel obſtruere: *l. 6. D. de ſeru. vrb. praed.* immittere aperto pariete communi: *l. 40. D. de ſeru. praed. vrb.* Habitator in aliena aedificia FENESTRAS impoſuit: *l. 59. D. de rei vindic.* Ius FENESTRAE, inter iura vel ſeruitutes praediorum vrbanorum, memorat Cai. *Inſt. Lib. II. tit. 1. §. 3.* Sed quum ita numquam loquuti ſint veteres, qui hanc ſeruitutem ſemper *luminum* adpellitant: ea verba ab interpolatore eſſe, merito ſuſpicatur Ant. Schulting. *in Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 76.* HEIN. Per FENESTRAM liberari poſſe ſeruos, detentos ob penſionem, Nerua monſtrauit. *l. 9. D. in quib. cauſſ. pign.* [FENESTRAE luciferae et proſpectiuae: *l. 12. §. 2. C. de aedif. priuat.*] Iis opponuntur *τοξικαὶ*, id eſt auguſtae, vti in arcibus et moenibus eſſe ſolent, per quas iacula mittuntur. Vid. Cuiac. *Lib. XIII. Obſ. Cap. 30.* HEIN. Per FENESTRAM pignus mittere: *l. 3. D. de pignor. action.* FENESTRAS corruptas reſtituere: *l. 25. §. 2. D. locat.* FENESTRAS milites ex hoſpitiis ſuſtulerunt. *l. 13. §. 7. D. eod. tit.*

FER.

FERA beſtia. FERAE apes: *l. 26. D. de furt.* FERAE beſtiae capientium fiunt: *l. 1. D. de adquir. rer. dom.* FERAS exercere, id eſt, venando agitare: *l. 62. §. 1. D. de vſufruct.* FERAM

RAM expugnare, quae regioni nocet: *l. 1. §. 6. v. ſed ſi quis D. de poſtul.* FERAE beſtiae, quas in viuariis incluſerimus: *l. 3. §. 14. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Si viuariis incluſae, FERAE, in ea poſſeſſione cuſtodiebantur: *l. 62. §. 1. D. de vſufr.* FERA eſt natura apium, pauonum, columbarum, ceruorum, ſecus ac gallinarum, et anſerum, *l. 5. §. 2. et ſequ. D. de adqu. rer. dom. §. 15. Inſt. de rer. diuiſ.* item elephantorum et camelorum: *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* FERAE, quae in ſiluis circumſeptis vagantur: *l. 3. §. 14. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* FERAS venari: *l. 1. §. 6. D. de poſtul.* FERA beſtia, quae ita vulnerata eſt, vt capi poſſit. *l. 5. §. 1. D. de adquir. rer. dom. §. 13. Inſt. de rer. diuiſ.*

FERALIS, E, triſte, ac deteſtabile. FERALES anguſtiae: *l. vn. C. Theod. de parricid. Lib. IX. tit. 15. §. 6. Inſt. de publ. iud.* [Antra FERALIA, pro oratoriis haereticorum: *l. 57. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Infandae et FERALES mentes apoſtatarum: *l. 5. C. Theod. de apoſtat. Lib. XVI. tit. 7.* FERALES miniſtri, id eſt, qui carcerum et reorum cuſtodiam gerunt: *l. 6. C. Theod. de cuſtod. reor. Lib. IX. tit. 3.* FERALIA myſteria rebaptizantium: *l. 4. C. Theod. ne ſanctum baptiſm. Lib. XVI. tit. 6.*] FERALIS peſtis: *l. 6. C. de mal. et mathem.* [quae eſt *l. 5. C. Theod. tit. Lib. IX. tit. 16.* vbi videndus Iac. Gothofredus in Commentar. FERALIS ſecta Iudaeorum: *l. 1. C. Theod. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.* FERALES carcerum tenebrae. *l. 1. C. Theod. de curioſ. Lib. VI. tit. 29.*]

FERE, id eſt, ferme, propemodum, ſeu parum abeſt, vt *l. 108. et l. 153. D. de reg. iur. l. 17. §. 6. D. de recept. arbitr. l. 44. D. de obl. et act. l. 8. §. 16. D. de inoffic. teſt. l. 1. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. 54. D. de condit. et demonſtr. l. 9. §. 11. D. de poen.* FERE eadem ſunt: *l. 38. D. de Aedil. edict.* FERE eueoit: *l. 4. §. 1. D. de penu leg.* FERE fit: *l. 101. pr. D. de legat. III.* In omni FERE iure: *l. 13. D. de adopt.* Haec FERE ſunt: *l. 15. §. 27. D. de iniur.*

FERIAE. Ita adpellari, notum eſt, tempus illud, quo a forenſibus negotiis, et iure dicundo, vacatio concedebatur. *tit. D. et C. de fer. l. 10. §. 2. l. 16. D. ad SC. Turpill.* ¶. 2. FERIARVM vero aliae SOLLEMNES erant, aliae REPENTINAE, et quae extra ordinem indicebantur. *l. 26. §. 7. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 3. C. de dilation.* Illae ſtatae et certae erant, quarum exempla ex Varrone *Lib. V. de lingu. Lat.* Macrobio *Lib. I. Saturn. Cap. 16.* et Calendario Romano in promtu ſunt. Hae vero e re nata indicebantur, ob res puta proſpere geſtas, et in honorem principis. *l. 1. C. de fer.* ¶. 3. FERIAS dare: *l. 7. pr. D. de offic. proconſ.* FERIAE Latinae: *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* Celebrari hae ſolebant prid. Kal. Apriles in monte Albano. Faſti diurni apud Reineſ. *Claſſ. IV. Inſcr. 5.* PRIDIE KAL. APRIL. FERIAE LATINAE CELEBRATAE, ET SACRIFICATVM IN MONTE ALBANO, ET DATA VISCERATIO. Quum vero illis ſacris more maiorum omnes magiſtratus intereſſe oporteret: interim creabatur praefectus vrbi feriarum Latinarum cauſſa: *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* Tacit. *Annal. Lib. VI. Cap. 11.* Ceterum circa FERIAS permulta mutata ſub Imperatoribus Chriſtianis, qui et diem ſolis, et reliquos dies feſtos, quibus Chriſtiani ſacra faciunt, maxime vero tempus quadrageſimale, quo et criminales perſequutiones ceſſabant, et quindecim dies paſchales, feriis adſcripſerunt. Vid. *l. 5. C. Theod. de quaeſtion. l. 2. l. 8. C. Theod. de fer.* Syneſ. *Epiſt. XIV.* et quae ex Theodulpho, Maximo, Auguſtino, et conciliis notauit Aeg. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXVI. p. 150. et ſequ.* HEIN.

FERIATVS, A, VM. FERIATI dies: *l. pen. D. de fer. l. 12. D. de publ. iudic. l. 36. D. de recept. arbitr. l. 2. in fin. D. ſi quis in ius voc. non ier. l. 11. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult. l. 4. C. quom. et quando iudic.* FERIATI menſes. *l. 5. C. de fer.*

FERIATICVS, A, VM. FERIATICI dies, Florentiae legitur *l. 2. D. de fer.* niſi ille librarii lapſus ſit.

FERIRE, id eſt, percutere. Illum ſolum, qui vim infert, FERIRE conceditur: *l. 45. §. 4. D. ad leg. Aquill.* FERIRI a boue: *l. 52. §. 3. D. eod. tit.* FERIETVR ſupplicio capitis, gladio vltore proſtratus: *l. 5. C. de malefic. et mathemat.* Ita et Pontius Diaconus *in vita S. Cypriani*: *Sententia ex tabella recitata eſt, ita: Cyprianus gladio* FERIATVR. FERIRI mulcta *l. 5. C. Theod. de fabricenſ.*

FERITAS, proprie tribuitur feris beſtiis. Et ſic dicitur FERITAS genitalis: *§. 1. Inſt. ſi quadrup. paup.* naturalis: *l. 1. §. 10. D. eod. tit.* Quum commota FERITATE nocuit quadrupes: *l. 1. §. 4. D. eod. tit.* ¶. 2. Aliquando et hominibus tribuitur. FERITAS fructuarii vel ſaeuitia. *l. 15. §. 3. D. de vſufr.*

FEROX canis: *l. 2. D. ſi quadrup. paup. fec. ſſ.* FEROX furor: *l. 22. §. 7. D. ſolut. matr.* ¶. 2. VRSEIVS FEROX, iuriſconſultus, de quo vid. infra *Libro vltimo.*

FERRACVLVM, quidam legunt in *l. 29. §. 2. D. ad leg. Aquill.* alii cum Haloandro *ferriculum*, alii *gubernaculum*, quum Florentiae ſit *ferruaculum*. Dubiae non modo notionis, ſed et ſcriptionis eſt hoc vocabulum, cui hic non immoramur. HEIN.

FERRAMENTVM. FERRAMENTA, laniandae carnis cauſſa parata: *l. 18. pr. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* ¶. 2. Haec ergo ſunt inter inſtrumenta lanionis. Sed et medicorum inſtrumentis FERRAMENTA accenſet Paullus *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 62.* *Inſtrumento medici legato, collyria et emplaſtra, et adparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque* FERRAMENTA *legata cedunt.* Sunt vero FERRAMENTA inſtrumenta, ad chirurgicas ἐγχειρήσεις neceſſaria. Eam enim artem ſimul medicos veteres feciſſe,

feciſſe, iampridem docuit Briſſonius noſter, *Select. Antiqu. Lib. II. Cap. 4.* idemque obſeruauit Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſt. p. 370.* Sic et FERRAMENIA *tonſoria*, dixit Martial. *in inſcript. Lib. XIV. Epigr. 36.* HEIN. ¶. 3. FERRAMENTA ad effringendum oſtium, vel armarium, furum ac effractorum inſtrumentum. *l. 54. §. 4. D. de furt.* ¶. 4. FERRAMENTA *fabrorum*, dixit Horat. *Lib. I. Epiſt. 1. v. 85.* ¶. 5. Eodem vocabulo alios pro gladio, alios pro ſecuri, raſtro, dolabris, agreſtibus inſtrumentis, alios pro cuiusuis manuariae ac ſellulariae artis organis vti, iam a lexicographis notatum eſt. HEIN.

FERRARIVS: *l. vlt. D. de iur. immunit. l. 1. C. de excuſat. art. Lib. X.* et apud Veget. *Lib. II. Cap. 11.* qui in legionibus habebatur, fabricae ferrariae cauſſa. FERRARIVS *faber*, apud Plin. *Lib. XIV. Cap. 4.*

FERRE, ſaepe ſignificat auferre et conſequi: *l. vlt. D. ſi famil. furt. fec. l. 4. D. de rei vindic. l. 15. §. vlt. l. 17. D. de hered. inſtit. l. 6. D. ad leg. Iul. peculat. l. 1. §. 9. D. de coniung. cum emanc. lib.* Tunc vero FERRI et *duci* ſeparantur. *l. 1. §. 1. D. ſi quis ius dic. non obtemp.* FERRI enim proprie dicimus, quae quis proprio corpore baiulat. *l. 135. D. de verb. ſignif.* Sic FERRE aliquid dicitur actor. *l. 41. D. de oblig. et act.* FERRE quis aliquid ex bonis: *l. 3. D. de ſeparat.* aliquid ex parte: *l. 63. D. de adquir. rer. domin.* dotem et legatum: *l. 53. D. de legat. II* ex medio FERRE: *l. 59. §. vlt. D. pro ſocio.* nihil ex hereditate: *l. 67. D. ad SC. Trebell.* partem: *l. 30. D. pro ſoc. l. 15. D. de noxal. action. l. 13. D. ſi pend. adpellat.* partes: *l. 82. D. ad leg. Falcid. l. 24. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* portionem: *l. 24. D. quae in fraud. credit.* portionem ex heredibus: *l. 58. §. 1. D. mand.* rem: *l. 28. D. fam. ercisc.* [ſalictum maturum: *l. 27. §. 27. D. ad leg. Aquill.*] vſumfructum: *l. 42. §. vlt. D. de vſufr.* ¶. 2. FERRE, alias eſt pati. Sic dicitur: FERENDVM non eſt: *l. 33. D. de iur. dot.* Quis ferat: *l. 11. C. commun. vtriusqu. iud.* Non erat FERENDVS: *l. 50. D. de rit. nupt.* Nec FERENDVS eſt: *l. 5. D. de ſuſp. tut. l. 21. §. 1. D. de procurat. l. vlt. C. de aliment. l. 25. §. vlt. de procur. l. 1. §. 12. et §. 15. D. de ſeparat. l. 12. D. de transact. l. 6. D. de his, qui ſui vel al. iur. l. 8. D. de noxal. act. l. 15. D. de iurisdict.* Non eſt FERENDVS actor: *l. 34. §. 7. D. de iureiur.* FERENDA non eſt ignorantia: *l. 6. D. de iur. et fact. ignor.* FERENDVS morbus: *l. 22. D. ſolut. matr.* Nec FERENDA eſt mulier: *l. 24. §. 2. D. ſolut. matrim.* Nec enim FERRE debet praetor: *l. 7. §. 2. D. de iniur.* Nemo FERET pupillum. *l. 1. §. 1. D. de tutel. et rat. diſtr.* ¶. 3. [FERTVR, id eſt, dicitur. Pegaſus FERTVR exiſtimaſſe. *l. 1. §. 3. D. ſi pars hered. pet.*] ¶. 4. Notandae quoque ſingulares loquutiones: FERRE *acceptum* vel *accepto*, de quo ſupra *Lib. I.* FERENS annua fundus: *l. 21. D. de ann. legat.* FERRI ad turpem cauſſam: *l. 7. D. de ann. legat.* FERRE conditionem, id eſt, deferre: Plaut. *Rudens. Act. IV. ſcen. 3. Trucul. Act. II. ſcen. I.* Cic. *Lib. VIII. ad famil. Epiſt. 4.* FERRE *expenſum*. Supra *Lib. V.* FERRE nomen. *l. 7. D. ad SC. Trebell.* Sueton. *in Auguſt. Cap. CI.* Eutrop. *Lib. VII. Cap. I.* Ouid. *Lib. XV. Metamorph. v. 837.* Si iuraſſes, te meum nomen LATVRVM: *l. 19. §. vlt. D. de donat.* Nominis FERENDI conditio: *l. 63. §. 10. D. ad SC. Trebell.* FERRE ſententiam: *l. 27. §. vlt. l. 39. §. vlt. D. de liberal. cauſſ. l. vlt. §. vlt. D. de interd. et releg. l. vlt. C. ſi aduerſ. lib. l. 32. §. 4. D. de recept. arbitr. l. 39. D. de liberal. cauſſ. l. 2. C. ſi contra ius. l. vlt. C. de in lit. iur.* FERRE ſententias diuerſas: *l. 15. D. de inoffic. teſtam.* Bene LATAE ſententiae. *l. 1. D. de adpellation.* FERRE ſuffragium in curia: *l. 8. D. de muner.* [Alio ſenſu, in *l. vn. C. de ſuffrag.* poſtulare. FERRI ſibi a quoquam ſuffragium, id eſt, opem ſua commendatione ferri, ſeu patrocinium praeſtari.] FERRE teſtationem: *l. 24. D. qui teſtam. fac. poſſ.* teſtimonium: *l. 3. D. de teſtib.* id eſt, teſtimonium dicere, vt eſt in *l. 2. D. de ſenat.* ¶. 5. Pro TVLISSE *tolliſſe*, dixit Vlpianus: *l. 13. §. 4. D. de acceptil.* Eſt is infinitiuus vetus, a verbo cognatae ſignificationis, *tollo*, de quo Scalig. *ad Varron. Lib. I. de re ruſt. Cap. vlt.* Voſſ. *Analog. Lib. III. Cap. 37.* Ducker. *de Latin. vet. Iurisc. p. 387.* HEIN.

FERRVM, metallum. Sic FERRI fodinae: *l. 13. §. 5. D. de vſufruct.* FERRVM Indicum: *l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectigal.* Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 14.* Ex omnibus FERRI generibus palmam Serico FERRO tribuit, Seraſque, Indiae populos, id cum veſtibus pellibusque mittere, ſcribit Clemens Alexandrin. *Lib. II. Paedagog. Cap. 3.* Ἠ' ἐπὶ τὴν μοῖραν τῆς κρέως Ἰνδικὸν σίδηρον χαλκευτέον, καθάπερ συμμαχικόν τι παρακαλοῦντας. Eſſe hanc ipſam FERRI ſpeciem, quae hodie in Aſia celebratur, et Damaſci maxime cuditur, ex peritiſſimo harum rerum, Tabernario *Perſic. Lib. V. Cap. 12.* probat V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. IV. Obſ. Cap. 5. p. 237.* qui ſimul refellit Guid. Pancirolum, ferrum iſtud azzolum Indicum inter res deperditas referentem, *de reb. deperd. tit. 13.* HEIN. Cotes FERRO ſubigendo: *l. 11. D. de publican.* id eſt, exacuendo, vt loquitur Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 14.* ¶. 2. FERRVM, pro gladio: FERRO adgredi: *l. 28. §. 10. D. de poen.* FERRO interfectus: Cic. *Philipp. IX. Cap. 1.* FERRO percutere: *l. 1. §. 3. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* FERRO ſe petentem: *l. 5. D. ad leg. Aquill.* FERRVM recipere gladiatores iubebantur, vt docui *Lib. VIII. de form. Cap. 50. p. 714.* ad FERRVM venitur: *l. 11. §. 2. D. de poen.* FERRO vtuntur abigei: *l. 2. D. de abig.* FERRO vulneratus. Cic. *pro Sex. Roſc. Amer. Cap. XXXII.* ¶. 3. Ad FERRVM damnatos, in *l. 8. D. qui teſt. fac.* interpretor, qui vt ferro in arena depugnent, damnati ſunt, licet alias forte imprudenti mihi paullo diuerſa interpretatio exciderit. Sic apud Vlpian. *Reg. tit. I. §. 11. Qui traditi ſunt, vt* FERRO *depugnarent.* Cic. *Tuſcul. Quaeſt. Lib. II. Cap. 17. Quum ſontes* FERRO *depugnant.* Sueton. *in Neron. Cap. XII. Exhibuit autem ad* FERRVM *etiam quadringentos ſenatores.* B. Auguſtin. *de verb. Domini Serm. XLVII. Iam damnati ſumus: quare non, quod volumus, facimus, animo gladiatorum* FERRO *deſtinatorum?* Seneca *Lib. I. de ira Cap. 9. Multique meliores fuere ad* FERRVM *ſobrii.* D. Cyprian. *libro*

Digitized by Google

FER.

bro de habitu virg. Quando fortior femina viris torquentibus inuenitur, quod ignes, aut cruces, aut FERRVM, aut beſtias patitur. Et quod Ruſinus ex Ioſepho *Lib. VII. Cap. 16.* ſcribit, Titum *ex captiuis Iudaeorum primores per prouincias diſtribuiſſe, in ſpectaculis, FERRO et beſtiis conſumendos:* hoc idem Freculphus *Tomo II. Chron. Lib. I. Cap. vlt.* aliis verbis efferens, ait: *alios quidem, vt ludis* GLADIATORIIS, *alios vt beſtiis traderentur.* Ipſius quin etiam Ioſephi *Lib. VI. de bell. Iud. Cap. 44.* haec verba ſunt: πλείστους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας διεδωρήσατο Τίτος φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρῳ καὶ θηρίοις. *Plures per prouincias diſtribuit, in theatris* FERRO *et beſtiis conficiendos.* Artemidor. *Lib. IV. Oneirocr. Cap. 6.* Ἔδοξέ τις σιδήρῳ πλησιάζειν, ὥσπερ γυναικί. ἀπέβη αὐτῷ εἰς δοῦλον καταδικασθῆναι, καὶ ἀεὶ σιδήρῳ συναναστρέφεσθαι. ὁ δὲ βέλτιστος Ἀντίπατρος τούτου μεμνημένος, ἄλλῳ ποτὲ δόξαντι σιδήρῳ πλησιάζειν ὑπεκρίνατο τὴν εἰς μονομάχους καταδίκην. *Viſus ſibi quidam eſt, cum ferro concumbere, tanquam cum vxore. Accidit ipſi, vt in ſeruitutem damnaretur, et ſemper ei cum ferro res eſſet. Antipater vero alii, qui ſibi cum ferro concumbere viſus fuerat, damnationem in ludum gladiatorium praedixit.*

FERRVMEN, id, quo quid ferruminatur. Quum partes duorum dominorum FERRVMINE cohaereant: *l. 27. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* id eſt, ferruminatione iunctae ſint. Vtitur FERRVMINIS vocabulo etiam Plinius *Lib. XXXVI. Cap. 23.*

FERRVMINARE, ferrumine iungere. FERRVMINARE alieno argento ſcyphum: *l. 27. D. de adquir. rer. domin.* FERVMINATVR *aurum*: ait Plin. *Lib. XXXV. Cap. 5.* et *ferrum aut aes* FERRVMINARI, dixit idem *Lib. XXVII. Cap. 4.*

FERRVMINATIO, a plumbatura hoc diſtat, quod FERRVMINATIO per eamdem materiam facit confuſionem: *plumbatura* vero non idem efficit. *l. 23. §. 5. D. de rei vind.* Proinde ſi FERRVMINATIONE ſtatuae brachium iunctum ſit, vnitate id maioris partis conſumi, ait *ibidem* Paullus. Vetus Gloſſarium: FERRVMINATIO *eſt eiusdem generis materierum colligatio.* Graeci σιδήρου κόλλησιν vocant, quam primum inueniſſe Glaucum Chium, Herodot. *Lib. I. p. 6. edit. Henr. Steph.* et Pauſan. *Lib. X. ſeu Phocicor. Cap. 16. p. 834.* auctores ſunt.

FERVLA caeduntur impuberes: *l. 1. §. 33. D. de SC. Silan.* vt et apud Horat. *Lib. I. Sat. III.* Apulei. *Lib. IX. Metam. Vocatis e familia duobus validiſſimis, quam altiſſime ſublato puero,* FERVLA *nates eius obuerberans.* Vnde Martial. *Lib. X. Epigr. 62.* FERVLAE*que triſtes, ſceptra paedagogorum.* Et *Libro XIV. Epigr. 80.*

Inuiſae nimium pueris, grataeque magiſtris.

FERVLAE vocantur. Columella quoque *Lib. X. v. 118.* FERVLAS *minaces* ea ratione dixit. Seneca *in Apocolocynt.* Claud. *Sed et proximo munere inter noxios auctoratos* FERVLIS *vapulare placet.* Idem *ibidem: Producit teſtes, qui illum viderant ab illa flagris,* FERVLIS, *colaphis vapulantem.* Prudent. *in praefat. Cathem. Aetas prima crepantibus fleuit ſub* FERVLIS. Suetoń. *in lib. de illuſtr. gramm.* Domitii verſum hunc citat:

Si quos Orbilius FERVLA ſcuticaque cecidit.

B. Auguſtin. *Lib. XXI. contra Fauſt. Manich. Nec inter lacrymas* FERVLARVM, *atque virgarum iſta didicerant.* Et *ibidem: Vtinam non plane* FERVLIS, *ſed fuſtibus, emendetur!* Galenus *in libro* περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῆς ἰδίων παθῶν, ſeu *de diſcernendis curandisque cuiusuis mentis adfectibus:* Ὅπου γὰρ, inquit, ἐξῆν αὐτοῖς καὶ νάρθηξι καὶ ἱμᾶσι, μικρὸν ὕστερον ἐποίησαι πληγάς.

FERVOR, calor, aeſtus, itemque adfectus vehementia. Si FERVORE animalia pauperiem fecerint: *§. 1. Inſt. ſi quadrup. paup. feciſſ.* FERVOR aetatis: *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* FERVOR ſolis non adſuetus. *l. 15. §. 2. D. locat. cond.*

FES.

FESSVS, A, VM. FESSVS aetate. *l. 5. D. de mort. cauſſ. donat.*

FESTINARE aduerſus bonos mores, et ius gentium: *l. 29. §. vlt. D. de donat.* FESTINAVIT emtur. *l. 4. §. 2. D. de manumiſſ.* FESTINANS per infirmitatem: *l. 6. D. ad SC. Trebell.* FESTINARE, qui inſulam facere promiſit, non debet, fabris vndique conquiſitis: *l. 137. §. 3. D. de verb. obligat.* FESTINANS perire: *l. 6. D. de adpellat.* Non debere Praetorem FESTINARE ad decernendum: *l. 15. §. 22. D. de damn. infect.* FESTINARE ad ſententiam: *l. 5. §. 21. D. vt in poſſeſſ.* Non eſt FESTINANDVM ad tormenta. *l. 1. §. 5. D. ad SC. Silanian.*

FESTINATIO alterius. *l. 68. D. de adquir. vel omitt. hered.* FESTINATIO poenae: *l. 6. §. 9. D. de iniuſt. rupt. irrit. teſtam.* Tam praeceps FESTINATIO: *l. 13. §. 7. D. de iure fiſc. l. 7. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* vbi *praeceps* FESTINATIO, et *moratoria cunctatio* aduerſantur.

[FESTIVITAS, de ludis et ſpectaculis, in *l. 3. C. Theod. de ſpectac. Lib. XV. tit. 5.* Sic ludorum FESTIVITAS: *l. 2. C. Theod. de expenſ. ludor.* Natalium principis FESTIVITATES: *l. 30. C. Theod. de praetor. et quaeſt.* FESTIVITATES ſollemnes: *l. vn. C. Theod. de praepoſ. ſacr. cubic. Lib. VI. tit. 8.* Votius FESTIVITATIS ſollemnitas. *l. 2. C. Theod. de expenſ. ludor. Lib. XV. tit. 9.*]

FESTVS, A, VM. FESTI dies: *l. vlt. D. de aur. arg. legat.* FESTOS dies in municipio celebrare: *l. 27. §. 1. D. ad municipal.* FESTI autem dies, ait Macrob. *Lib. I Saturn. Cap. 16.* ſunt Diis dicati, quos etiam *nefaſtos* vocari, obſeruat: quibus contrarii ſunt *profeſti*, id eſt, *hominibus ob adminiſtrandam rem priuatam publicamue conceſſi*, vel, vt Non. Marcellus loquitur, *a feſtiuitate vacui.* Plaut. *Aulul. Act. II. ſcen. 5.* FESTO

die

FES. FIB. FIC. FID.

die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi pepercerit.

FET.

FETVS, vid. infra FOETVS.

FIB.

FIBVLA, magis ornamentorum, quam veſtis eſt. *l. 25. §. 2. D. de aur. arg. legat.* Vincula enim magis ſunt, quam geſtamina. Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 1.* FIBVLAS, *et aliam muliebris cultus.* FIBVLIS vtique veſtes adſtringebant et ſubnectebant. Virgil. *Lib. IV. Aeneid. v. 139.*

Aurea purpuream ſubnectit FIBVLA *veſtem.*

Ouid. *Lib. VIII. Metamorph. v. 318.*

Raſilis huic ſummam mordebat FIBVLA *veſtem.*

☞ Erant autem FIBVLAE orbiculi teretes. De iis, earumque varia materia, forma, et vſu egerunt Laur. Pignorius *de ſeru. p. 82.* et Io. Iac. Chifflet. *in Anaſtaſi Childerici Cap. XVI. p. 232. ſequ.* vbi et aere earum figuras varias expreſſerunt. HEIN.

FIC.

FICTILIS, E. FICTILIS ſupellex. *l. 7. D. de ſupellect. legat.* FICTILIA, pro vaſis, ex terra fictis: *l. 3. §. 3. D. eod. tit.* Iuuenal. *Sat. III.*

FICTILIBVS *coenare pudet.*

Iſid. Hiſpal. *Lib. XX. Orig. Cap. 4.* FICTILIA *dicta, quod fiant, et fingantur ex terra. Fingere enim eſt facere, et formare, et plaſmare. Vnde et figuli dicuntur.* Et mox: FICTILIA *vaſa in Samo inſula prius inuenta traduntur, facta ex creta, et durata igne. Vnde et Samia vaſa. Poſtea inuentum eſt, rubricam addere, et ex rubra creta fingere.* Hinc Auſonius *Epigr. VIII.*

FICTILIBVS, *fama eſt, coenaſſe Agathoclea, regem:*
Atque abacum Samio ſaepe oneraſſe luto.

FICTIO legis Corneliae. *l. 1. §. 1. l. 18. D. ad leg. Falcid. l. 15. D. de vſurpat.*

FICTITIVS, A, VM. FICTITIAE *actiones.* Vlp. *Fragm. tit. XXVIII. §. 12.* ☞ Ibi vero intelligi actiones vtiles, recte monuerunt, Charoodas et Schulting. *ad h. l. p. 674.* HEIN.

FICVS, ſeu FICOS, dulcium legato et adpellatione contineri, tradit *l. vlt. §. vlt. D. de* ☞ *trit. vin. ol. legat.* et *l. 205. D. de verb. ſignif.* Idem de caricis, ſapidiſſima ficuum ſpecie, obſeruat Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 77.*

FID.

FIDEICOMMISSARIVS, A, VM. quidquid ad FIDEICOMMISSA pertinet, vel fideicommiſſo relinquitur, Sic FIDEICOMISSARIA Epiſtola: *l. 37. §. 3. D. de legat. III.* FIDEICOMMISSARIA hereditas: *l. 13. § vlt. D. de iure codicill. l. vlt. D. de transact. l. 14. §. vlt. l. 77. §. 24. D. de legat. II. l. 2. D. de ſer. l. 16. l. 52. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. vlt. D. ſi mul. ventr. nom. l. 17. D. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.* et *rubr. et tit. Inſt. de fideicommiſſ. hered.* FIDEICOMMISSARIAM hereditatem relinquere: *l. 13. §. 1. D. de iure codicill.* eiusdem reſtitutio, *l. 18. D. ad SC. Trebell.* quae et reſtitutio ſimpliciter vocatur: *l. 30. §. 1. D. eod. tit.* [FIDEICOMMISSARIVS heres, vulgo pro eo, cui hereditas reſtituitur: aliquando tamen et pro illo, qui reſtituit, accipitur, vt in *l. 51. D. de iudiciis.* et *Nou. CVIII.* Cuiac. *in Quaeſt. Papin. ad l. 24. D. depoſ.* Sic et in *l. 29. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt.* legatarius, fideicommiſſo grauatus, FIDEICOMMISSARIVS adpellatur.] FIDEICOMMISSARIA libertas: *l. 1. §. 7. D. ſi is, qui teſt. lib. eſſe iuſſ. l. 11. §. 1. l. 16. §. 13. D. ad SC. Trebell. l. 1. l. 4. l. 24. §. 1. et alibi paſſim. D. de fideic. libert.* id eſt, per fideicommiſſum data, cui DIRECTAM aduerſari, ſupra *Libro IV.* docuimus. FIDEICOMMISSARIVS praetor: *l. 4. D. quib. ad libert. proclam. l. 90. D. de condit. et demonſtr. l. 78. §. 6. D. de legat. III.* et apud Vlpian. *Regul. tit. XXV. §. 12.* is eſt, qui de fideicommiſſis cognoſcit, et ius dicit. Nam vt Iuſtinianus *§. 1. Inſt. de fideic. hered.* refert, *tantus fideicommiſſorum fauor factus eſt, vt paullatim etiam praetor proprius crearetur, qui de* FIDEICOMMISSIS *ius diceret.* Et, vt Pomponius *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* ſcribit, ſedecim praetoribus ab Auguſto conſtitutis, *duos D. Claudius adiecit, qui de fideicommiſſis ius dicerent, ex quibus vnum D. Titus detraxit.* Cuiusmodi praetor accipiendus eſt in *l. 43. D. de act. emti* et *l. 2. C. qui pot. in pign.* FIDEICOMMISSORVM autem cognitio Romae quidem conſulum erat, aut praetoris FIDEICOMMISSARII, in prouinciis, vero Praeſidum prouinciarum, vt Vlpianus *in Regul. ibid.* tradit. Inde in *l. 8. §. 1. D. de condit. inſtit. Oportebit eos, qui de* FIDEICOMMISSO *cognoſcunt, ſubſequi praetoris voluntatem.* At concurrentem hanc fuiſſe Coſſ. et Prae- ☞ toris fideicommiſſarii de fideicommiſſis iurisdictionem, et apud hunc ad certum tantum ſummam agi potuiſſe, ex Quinctilian. *Inſt. Lib. III. Cap. 6.* patet. idque iam obſeruarunt Iac. Cuiac. *Lib. XXI. Obſ. Cap. 34.* Em. Meriſſ. *Lib. V. Obſ. Cap. 36.* et Ant. Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſt. p. 662.* Principes etiam quandoque de fideicommiſſis ius dixiſſe, cauſſa fortaſſis ad eos per adpellationem deuoluta, ex *l. 26. D. de probat.* intelligimus. HEIN. FIDEICOMMISSARIVS Trebellianus, *l. 15. §. 1. D. ad SC. Trebell.* adpellatur is, cui ex SC. Tertulliano reſtituta eſt hereditas. FIDEICOMMISSARIA verba, in *l. 20. D. eod. tit.* quae *fideicommiſſi verba* dicuntur, *l. 69. §. vlt. D. de legat. III. l. 12. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit. teſt.* nec non *verba precaria*, vt alias oſtendam.

FIDEICOMMISSVM, quemadmodum Vlpianus *Tit. XXV. §. 1.* definit, eſt, *quod non ciuilibus verbis, ſed precatiue, relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquentis,* Nam, vt Iuſtinianus ſcribit *§. 1. Inſt. de fideic. hered.* omnia FIDEICOMMISSA primis temporibus infirma erant: quia nemo inuitus cogebatur praeſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant *hereditatem* vel legata relinquere, ſi relinquebant; fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant. Et ideo FIDEICOMMISSA adpel-

Digitized by Google

pellata ſunt, quia nullo vinculo iuris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Et rurſus *§. 12. Inſt. eod. tit.* *Prima* FIDEICOMMISSORVM *cunabula a fide heredum pendent, et tam nomen, quam ſubſtantiam, acceperunt.* Theophilus *in §. 1. eod. tit..* Τὰ Φιδεικόμμισσα προσηγορεύθη, ſit, τουτέστι τῇ πίστει καταπιστευθέντα. FIDEICOMMISSA *adpellata ſunt, quod fidei heredis crederentur.* Suidas vero τὰ ἐν πίστει καταλιμπανόμενα ὑπὸ τοῦ μέλλοντος τελευτᾷν, *alterius fide relicta ab eo, qui morti propinquus eſt*, interpretatur. Vetus Gloſſarium Graecom. FIDEICOMMISSVM, τὸ τῇ πίστει τοῦ κληρονόμου κείμενον, *quod in fide heredis poſitum eſt.* Soſipater Chariſ. *Lib. II. Inſtit. Grammat.* *Itaque nec* FIDEICOMMISSORVM *voluntas aequius aceeſſit, vt non in ea praeter iudicium, quamuis tacitum, nec adſcriptum votorum ſolis iuſſionis et beneficiis crederemus.* Sic beneficium, vel munus tum videbatur reſtitutio fideicommiſſi, et elegans eſt obſeruatio Thomae Reineſii ad Claſſ. II. Inſcr. 73. L. Ceſtium in marmore ideo profiteri, HEREDITATEM EX PARTE AD SE, MVNERE AGRIPPAE, PERVENISSE, quod Agrippas, ſolo impellente pudore, hereditatem illi reſtituerit. HEIN. In hoc vero verbo ſaepe ludit Tertullianus, veluti *libro I. ad vxor. Cap. 1. Tu modo vt ſolidum capere poſſis hoc meae admonitionis* FIDEICOMMISSVM *Deus faciat.* Item Arnobius *Lib. VI. p. 115. edit. Elmenhorſtii: Per tramites ergo quoſdam, et per quaedam* FIDEICOMMISSA, *vt dicitur, veſtras ſumunt atque accipiunt cultiones.* ¶. 2. Verba vero FIDEICOMMISSORVM in vſu maxime habebantur: PETO, ROGO, VOLO, MANDO, FIDEI TVAE COMMITTO, CVPIO DES, OPTO DES, CREDO TE DATVRVM, EXIGO, DESIDERO, VT DES. Quae ſingula perinde firma erant, atque ſi omnia in vnum congeſta eſſent. *l. 115. l. 118. D. de legat. I. §. 3. Inſt. de reb. ſing. per fideic. relict.* Vlpian. *Regul. tit. XXV. §. 6.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 1. §. 6.* Alias FIDEICOMMISSORVM formulas pete ex *l. 67. §. vlt. l. 69. D. de legat. II. l. 11. §. 4. et §. 9. D. de legat. III.* et ex *Lib. VII. Formular. Cap. XLVII. ſequ. p. 587.* ¶. 3. FIDEICOMMISSVM autem vel PECVNIARIVM eſt, *l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* ſeu ſingularum rerum, vt loquitur Iuſtinianus *rubr. Inſt. de ſing. reb. per. fideic. relict.* vel HEREDITATIS: *l. 39. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Hinc FIDEICOMMISSARIAE *hereditates* et *ſingulae res*, per FIDEICOMMISSVM relictae ſeparantur: *l. 17. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* nec non, ſi teſtator fidei ſui heredis commiſit, vt vel *hereditatem*, vel *ſpeciale* FIDEICOMMISSVM, reſtituat. *l. 32. D. de fideicomm.* Quum alicui ciuitati per FIDEICOMMISSVM reſtitui iuſſa eſſet hereditas: *l. 26. D. de negot. geſt.* Ex FIDEICOMMISSO hereditatem ſuſcipere. *§. 1. Inſt. de auct. tut.*

¶. 4. Ceterum frequentiſſimae ſunt loquutiones: per FIDEICOMMISSVM dare: *l. 25. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 21. §. 1. D. de ann. legat.* FIDEICOMMISSVM dari dicitur ab illo, qui id praeſtare rogatur: *l. 3. D. de probat. l. 126. l. 127. D. de legat. I.* FIDEICOMMISSA ab inteſtato data: *l. 13. D. de inoffic. teſt.* Per FIDEICOMMISSVM data libertas: *l. 55. D. de manum. teſt.* quae *directo* datae opponitur. *l. 12. §. 2. D. de fideic. libert.* [Per FIDEICOMMISSVM manumittere: *l. 9. D. de fideicommiſſ. libertat.* Verbis FIDEICOMMISSI manumiſſus: *l. 28. §. 1. D. de teſt. tut.* modica FIDEICOMMISSA: *l. 52. §. 2. D. de iudic.* FIDEICOMMISSO obligari: *l. 76. D. ad SC. Trebell.* onerari: *l. 29. C. de inoffic. teſtam.* FIDEICOMMISSI onus: *l. 37. D. de legat. III.* Per FIDEICOMMISSVM relinquere libertatem: *l. 84. D. de legat. II.* ſcriptura FIDEICOMMISSI: *l. 64. D. de legat. II.* FIDEICOMMISSI vel FIDEICOMMISSORVM verba. *l. 67. §. vlt. D. de legat. II. l. 12. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 29. D. qui teſt. fac. poſſ.*

FIDEICOMMITTERE, fideicommiſſum dare, relinquere, ſeu rogare, mandare, petere, vt aliquid detur, praeſtetur, fiat. Tertullian. *Lib. de praeſcript. adu. haeret. Cap. XXXVII. Sicut apoſtoli cauerunt, ſicut* FIDEICOMMISERVNT, *ſicut adiurauerunt, ita teneo.*

¶. 2. Perſona, cui iniungitur reſtitutio, aliquando in caſu ſecundo exprimitur, et tunc FIDEI et COMMITTERE diuelluntur. FIDEI COMMITTERE bonorum poſſeſſoris. *l. 1. §. 6. D. de legat. III.* Heres, cuius FIDEI COMMISSVM eſt: *l. 90. D. ad leg. Falcid.* Eorum, quos quis ſibi ab inteſtato heredes bonorumue poſſeſſores ſucceſſuros, credat, FIDEI COMMITTERE poteſt: *l. 13. D. de inoffic. teſt.* FIDEI heredis COMMITTERE: *l. 12. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. 19. D. de teſtam. milit.* Si FIDEI impuberis COMMITTAT, vt quandoque reſtituat: *l. 22. D. de adopt.* Patris ſui FIDEI commiſit: *l. 18. D. ad leg. Falcid.* patris, vel domini: *l. 11. D. de legat. I.* libertus FIDEI patroni COMMISIT, vt quid daret: *l. 20. D. de donat.* vxoris FIDEI COMMITTERE, vt reſtituat: *l. 68. D. de legat. II.* ¶. 3. Aliquando verbo FIDEICOMMITTERE ſubiungitur caſus datiuus. Nepotibus heredibus inſtitutis FIDEICOMMISIT: *l. 14. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Si tibi eandem rem FIDEICOMMISERO: *l. 28. D. de adim. legat.* FIDEICOMMITTERE cui proprias res. *l. 13. C. de legat.* ¶. 4. Aliquando ſequitur caſus ſextus cum praepoſitione A. vel AB. vt FIDEICOMMISSVM eſt ab eo, cui fundum legauerat. *l. 144. §. 3. D. de legat. I.* Si a me tibi FIDEICOMMISSVM vel legatum eſt: *l. 29. D. ad leg. Falcid.* FIDEICOMMITTERE a patre: *l. 144. D. de legat. I.* Ab vxore FIDEICOMMITTI potuit. *l. 2. §. vlt. D. de dot. praeleg.* ¶. 5. FIDEICOMMISSVM eſſe dicitur adiectiue vel participialiter, quidquid per fideicommiſſum relictum. Sic FIDEICOMMISSA hereditas: *l. 12. l. 16. l. 44. l. 70. §. 1. D. ad SC. Trebell.* Eam dare: *l. 18. D. de lib. et poſtum. l. 27. D. de reb. dub. l. 3. §. 1. D. de adim. legat.* reſtituere: *l. 3. C. vt. in poſſeſſ. legat.* Sic et per fideicommiſſum data vel relicta libertas FIDEICOMMISSA adpellatur: *l. 11. D. de manumiſſ. teſt. l. 24. §. 1. l. 40. l. 55. D. de fideic. libert. l. 12. D. de capt. et poſtlim. l. 43. D. de act. emt. l. 4. D. quib. ad libert. l. 19. D. de quaeſt. l. 2. §. 1 D. ad SC. Tertull. l. 1. §. 1. D. de ſuis et legit. hered. l. 91. D. ad leg. Falcid. l. 15. §. 3. l. 22. §. 9. D. de leg. Corn. de falſ.* Hinc FIDEICOMMISSAM libertatem accipere: *l. 3. §. 3. D. de hered. inſtit.* FIDEICOMMISSA libertate donatus: *l. 36. §. 1. D. ad*

Digitized by Google

leg. Falcid. Eam petere: *l. 53. D. de iudic.* praeſtate: *l. 24. §. 19. D. de fideicomm. libert.* *Quum mater Cornelii* FIDEICOMMISSA *praedia non redderet:* inquit Valer. Max. *Lib. IV. Cap. 2.*

FIDEIVBERE, fidem ſuam pro alio obligare. *l. 27. in fine D. ad SC. Vellei. l. 20. §. 6. D. de liberat. legat.*

FIDEIVSSIO, interuentio pro alio ſine nouatione. [FIDEIVSSIONES: *l. 2. §. 1. D. ad SC. Velleian.* Ex FIDEIVSSIONE agere: *l. 69. D. eod. tit.* FIDEIVSSIONIS cauſſa: *l. 5. pr. D. de fideiuſſ. et mandat.* FIDEIVSSIO facta: *l. 27. C. eod. tit.* FIDEIVSSIONIS ſubſcriptio. *l. 68. §. 1. D. eod. tit.*]

FIDEIVSSOR, dicitur, qui alieno nomine obligatur. *l. 1. §. 8. D. de oblig. et act.* Donat. *in Eunuch. Terent. Act. I. ſcen. 2.* ad haec verba: *Si fidem habeat, id eſt, ſi credat. Vnde* FIDEIVSSOR *dicitur, id eſt, auctor credendi.*
¶. 2. FIDEIVSSORVM autem varia ſunt genera, vt FIDEIVSSOR in omnem cauſſam acceptus, qui in id omne, quod ex obligatione, cui accedit, naſci poteſt, ſe obligat. *l. 56. D. de Aedil. edict. l. 54. D. locat. conduct. l. 36. §. pen. D. de fideiuſſor.* FIDEIVSSORES, quibus rei committuntur: *l. 3. D. de cuſtod. et exhib. reor.* FIDEIVSSOR emtionis: *l. 56. D. de Aedil. edict.* emtionis nomine: *l. 22. §. 1. D. de euict.* ob euictionem datus, quem vulgo *auctorem ſecundum* vocant: *l. 4. D. de euict.* FIDEIVSSORES euictionis: *l. 18. §. vlt. D. de peric. et comm rei vend.* FIDEIVSSOR exercitationis litis, a FIDEIVSSORE *iudicati actionis* ſeparatur. *l. 8. §. 3. D. de fideiuſſor.* FIDEIVSSOR FIDEIVSSORIS, et principalis: *l. 27. §. 2. et §. vlt. D. eod.* FIDEIVSSOR idoneus, vid. ſuo loco *Libro IX.* iudicatum ſolui: *l. 8. §. 3. D. qui ſatisd. cog.* in iudicio ſiſtendi cauſſa: *l. 1. D. ſi quis in ius voc.* FIDEIVSSOR datus legatorum, ſub conditione relictorum; *l. 13. §. 8. D. de acceptilat.* ad litem et pro lite datus: *l. 41. D. de hered. petit. l. 10. D. iudic. ſolu.* qui ſcilicet vel iudicio ſiſti, vel rem defendi, et iudicatum ſolui promittunt. Locuples, vide infra *in litt. L.* mercedis nomine a colono acceptus: *l. 14. D. quib. mod. pign.* magiſtratuum: *l. 68. D. de fideiuſſ.* qui rem ſaluam fore cauet; *l. 46. D. de adminiſtr. et peric.* Si FIDEIVSSOR in rem ſuam ſpopondit, pro reo habendus eſt: *l. 24. D. de pact.* FIDEIVBERE autem in rem ſuam, eſt, vt pro ſuo procuratore. *l. 8. §. 1. D. qui ſatisd. cog.* Sub FIDEIVSSORIBVS remitti: *l. 7. §. 1. D. de incend. ruin. naufr.* FIDEIVSSORES tutorum: *rubr. D. de fideiuſſ. et nominat.* FIDEIVSSORVM vicem ſuſtinent adfirmatores. *l. 4. §. vlt. D. de fideiuſſ. et nominat.* ¶. 3. FIDEIVSSORES autem dicuntur ACCEDERE, ACCIPI, ADHIBERI, DARI, EXSISTERE, FIERI, *l. 2. §. 3. D. qui ſatisd. cog.* INTERCEDERE, INTERROGARI, INTERVENIRE, [PRAESTARI: *l. 6. C. ad SC. Velleian.*] De ceteris vide ſuis locis.

FIDEIVSSORIVS, A, VM. FIDEIVSSORIA cauſſa: *l. 38. §. vlt. D. de ſolut. l. 11. l. 47. pr. D. mand. l. 8. D. de vſufr. ear. rer. l. 9. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Ex FIDEIVSSORIA cauſſa conueniri: *l. 8. D. de vſufr. ear. rer.* FIDEIVSSORIO nomine debere: *l. 4. D. de ſolut.* intercedere: *l. 19. C. de fideiuſſ.* ſe obligare: *l. 7. §. 3. D. de minor.* FIDEIVSSORIA obligatio. *l. 14. l. 21. §. 2. l. 49. §. vlt. l. 50. D. de fideiuſſ.*

FIDELIS, E, fidus. FIDELISSIMVS amicus: *l. 10. D. de ann. legat.* FIDELES liberti: *l. 5. §. 11. D. de bon. eor.* FIDELIS tutor. *l. 8. D. et §. 13. Inſt. de ſuſp. tut.*

FIDELITER facere: *l. 20. D. quae in fraud. credit.* et contra, parum FIDELITER facere: *l. 48. D. mand.* Si diligenter ac FIDELITER hoc fecerit irenarcha. *l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.*

FIDEPROMITTERE, pro fideiubere, dixit Paullus *Sent. Lib. I. tit. 9. §. 5. Minor ſe in his, quae fideiuſſit, vel* FIDEPROMISIT, *vel ſpopondit, vel mandauit, in integrum reſtituendo, reum principalem non liberat.* Et formulae ſtipulandi: FIDEPROMITTIS? FIDEPROMITTO, mentio etiam fit *§. 1. Inſt. D. de verb. oblig.* At in Digeſtis exſtare huius vocabuli veſtigium noluiſſe Tribonianum, notarunt Claud. Salmaſ. *de modo vſur. Cap. XVI. p. 707.* et Schulting. *iuriſpr. vet. anteiuſt. p. 238.* HEIN. Eodem modo fideiuſſores et FIDE ſua SPONDERE dicebantur. Plin. *Lib. I. Epiſt. 14.* FIDE *mea* SPONDEO, *futurum.*

FIDES, vt Cicero *Lib. I. de Offic. Cap. 7.* definit, eſt *dictorum conuentorumque conſtantia et veritas.* Idem in *Partit. Orat. Cap. XXII.* FIDES *eſt iuſtitia in rebus creditis.* Inde autem adpellatam, *quod* FIAT, *quod dictum eſt*, ait ille *eodem officiorum loco.* Quod confirmant eiusdem Tullii verba, quae ex eius tertio de republica Non. Marcellus adducit. Ea ſic habent: FIDEI *enim nomen ipſum videtur habere, quum fit, quod dicitur.* Vlpianus: *Quid tam congruens FIDEI humanae, quam ea, quae inter eos placuerunt, ſeruare? l. 1. D. de pact. Nihil ita FIDEI congruit humanae, quam ea, quae inter illos placuerunt, ſeruare. l. 20. C. de transact.* FIDEM porro Seneca *Epiſt. LXXXVIII. ſanctiſſimum humani pectoris bonum* adpellat, eaque, vt Cicero *pro Q. Roſc. Comoed. Cap. VI.* ait, *continet vitam.* ¶. 2. Hinc FIDES acceptorum et datorum: *l. 2. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.* FIDES actus: *l. 81. D. de condit. et demonſtr.* FIDEM cautionis adgnoſcens: *l. 4. C. de non num. pecun.* FIDES contractus: *l. 4. §. 1. D. de manumiſſ. l. 55. D. de iudic. l. 1. §. vlt. l. 9. D. de praeſcr. verb. l. 19. §. vlt. D. locat.* Paull. *Lib. II. ſent. tit. 17. §. 14. l. 1. C. ſi ſeru. ex palat. l. 3. C. de duob. reis l. 7. C. ſi quis alt. l. 1. l. 2. C. de pact. int. emt. et vend. l. 19. C. de locat. l. 26. §. 3. D. de pact. dot.* Si de FIDE contractus conſtat: *l. 5. C. de transact.* FIDES conuentionis; *l. 6. C. de iure dot. l. 15. C. de locat. l. 2. C. de pact. pign. l. 4. C. de pact.* FIDEM criminis noſci; *l. 27. C. ad leg. Iul. de adult.* Cuius FIDEI, cuius innocentiae ſit: *l. vlt. §. 4. D. naut. caup. ſtab.* FIDEI ac verecundiae curatorum con-

conuenit: *l. 5. §. 6. D. de adm. et per. tut.* Ad FIDEM curatorum pertinet: *l. 33. D. de admin. et peric. tut.* Si de FIDE debiti conſtiterit: *l. 1. C. ſi pign. conuent.* De FIDE delicti quereris: *l. 17. C. de lege Corn. de falſ.* FIDE dominica agros colunt, qui non penſionis certa quantitate, neque mercede, ſed arbitrio domini rationes reddituri, colunt: *l. 18. §. 4. l. 20. §. 1. D. de inſtruct. vel inſtr. legat.* FIDES editionis: *l. 6. §. 1. D. de edend.* Si de FIDE epiſtolarum conſtitit: *l. 29. D. de probat.* Si FIDEI exploratae eſſet: *l. 3. §. 4. de lib. exhib.* De FIDE generis inſtrui: *l. 18. §. 4. D. de quaeſtion.* FIDES haſtae: *l. 8. C. de remiſſ. pign. rubr. C. de fide inſtr. et iure haſt. fiſcal. Lib. X.* inquiſitionis: *l. 28. D. de teſt. tut. l. 3. §. 15. D. de ſuſpect. tut.* inſtrumenti: *l. 3. C. de fid. inſtr. l. 23. C. ad leg. Corn. de falſ.* inſtrumentorum: *l. 15. C. de iure dot. l. 7. C. ad leg. Corn. de falſ. rubr. D. et C. de fid. inſtrum.* De FIDE inſtrumenti requiri: *l. 11. C. ad leg. Corn. de falſ.* FIDES intentionis: *l. 1. C. quor. bonor. l. 1. C. de lib. exhib.* FIDES communium liberorum: *l. 67. §. vlt. D. de legat. II.* FIDES menſae: *l. vlt. D. de inſtitor.* vulgo *creditum* adpellamus. Cicero *pro lege Manil. Cap. VII. Haec* FIDES, *atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro verſatur.* Et *eodem Cap. VII. Scimus Romae, ſolutione impedita,* FIDEM *concidiſſe.* Caeſar *de bello ciuil. Lib. III. Cap. I. Quum* FIDES *tota Italia eſſet anguſtior, neque creditae pecuniae ſoluerentur.* FIDES negotii geſti: *l. 2. C. de condict. ob cauſſ.* pacti: *l. 2. C. quando liceat.* pacti conuenti: *l. 7. C. de de pact.* pactorum: *l. 3. C. ad SC. Turpill.* Ad FIDEM creditae pecuniae: *l. 32. D. de furt.* EX FIDE perſonarum conſtituere: *l. 27. D. de liber. cauſſa.* Ad FIDEM petitionis probandam: *l. 7. D. de edend.* FIDES placiti: *l. 53. D. de iudic. l. vlt. C. de diſtr. pign. l. 3. C. de inut. ſtipul. l. 3. C. de don. quae ſub mod. l. 18. C. de iur. dot. l. 4. C. de rer. permut.* placitorum: *l. 10. C. de transact.* Si FIDES placitis praeſtita non eſt: *l. 6. C. de transact.* FIDES probationis: *l. 19. C. de rei vind.* et apud Quinctilian. *in prooem. Libri IV.* EX FIDE eorum, quae probabuntur. *l. 6. §. 1. D. de off. praeſid.* FIDEM publicam ſequuti, qui apud menſam pecunias depoſuerunt: *l. 24. §. 2. D. de reb. auct. iud. poſſid.* FIDES publica geſtorum, quae ſunt translata in publica monimenta: *l. vlt. C. de re iud.* Cic. *Catilin. III. Cap. 3.* FIDEM *et publicam iuſſu Senatus dedi.* Salluſt. *in Catilin. Cap. XLVIII.* Si FIDES *publica data eſſet.* Ac mox: *Vbi* FIDE *publica dicere iuſſus eſt.* Idem *in Iugurth. Cap XXXII. Eumque, interpoſita* FIDE *publica, Romam duceret.* FIDES rei geſtae: *l. 40. §. 2. D. de pact. l. 12. C. fam. erciſc.* ad FIDEM rei geſtae faciendam: *l. 11. D. de teſt.* rerum geſtarum: *l. 6. C. de adpellat.* Egregia in rempublicam FIDES: *l. 1. D. de cenſib.* FIDES ſacramenti: *l. 11. D. de teſtam. milit.* De FIDE ſcripturae dubitatio eſt: *l. 5. C. ad leg. Corn. de falſ.* quaeri: *l. 9. C. eod. tit.* FIDES ſententiae: *l. 8. D. de poſtul.* tabularum: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 12. §. 11.* teſtamenti: *l. 2. C. de teſtam.* teſtationis: *l. 2. D. de teſtib. l. 21. D. de his, qui not. infam.* teſtium: *l. 2. l. 3. D. de teſt.* transactionis: *l. 8. §. 10. D. l. 16. C. de transact.* FIDES tutoris: *l. 22. D. de his, quae vt indign. l. 9. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* Qui pro tutore negotia gerit, eamdem FIDEM ac diligentiam praeſtat, quam tutor praeſtaret: *l. 4. D. de eo, qui pro tut.* FIDES venditionis: *l. 2. C. de comm. rer. alienat. l. 1. C. fin. regund.* FIDES veri: *l. 6. C. de teſtam. l. 5. C. de adquir. et retin. poſſ. l. vlt. C. ſi pign. dat. l. 23. C. ad leg. Iul. de adult. l. 5. C. de iniur.* Martial. *Lib. V. Epigr. 19. v. 1.*

> *Si qua* FIDES *veri, praeferri, maxime Caeſar,*
> *Temporibus poſſunt ſaecula nulla tuis.*

Solinus in *Polyhiſt. Cap. V. Scripta quoque ex antiquitatis memoria arceſſunt in* FIDE *veri.* Vt FIDES veri conſtare poſſit: *l. 5. C. de edend.* Quod FIDES veri ſuggeſſerit: *l. 8. C. de donat.* Iuxta FIDEM veri: *l. 13. C. ad SC. Vellei. l. 3. C. pro ſoc.* FIDES veritatis: *l. 1. C. ſi min. ab hered. l. 5. C. ad leg. Fab. de plagiar. l. vlt. C. ſi pign. conuent.* Inueſtigare FIDEM veritatis: *l. 1. C. de quaeſtion. l. 2. C. de edendo.* Contra FIDEM veritatis: *l. vlt. C. ſi pign. conuent. l. 6. C. de compenſat.* Quantitatem, quae refundi debuit ex FIDE veritatis. *l. 34. §. vlt. D. de ſtatulib.*

¶. 3. Ceterum, ſumta voce in hac notione, variae naſcuntur loquutiones, quas ipſas quoque ordine alphabetico diſponere iuuabit. FIDEM adcommodare in fraudem iuris: *l. 10. D. de his, quae vt indign. l. 43. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* FIDES adeſt adſeuerationi: *l. 5. C. de codicill.* adlegationi: *l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc.* obligationibus: *l. 3. C. qui morb. ſe excuſ.* precibus: *l. 24. C. de locat. l. 5. C. de fid. inſtrum.* FIDEM adgnoſcere: *l. 4. C. de non num. pecun.* FIDEM ſuam adſtringere: *l. 67. D. de procurat. l. vlt. D. quand. de pecul. act. l. 27. D. de vſur. l. 7. §. 9. D. ſolut. matr. l. 2. C. ad SC. Turpill. l. 1. C. de mun. et honor.* et apud Terent. *Eunuch. Act. I. ſcen. 2.* FIDEM amico commodare: *l. 12. D. ſi quid in fraud. patron.* In FIDEM cuius confugere: *l. 5. D. de manumiſſ.* FIDEM dicere: *l. 1. §. vlt. D. mand.* eligere: *l. 1. §. 4. D. depoſ. l. 57. D. mand. l. 3. D. de probat. l. 53. § vlt. D. de iudic.* Non exhibita FIDE: *l. 1. §. 1. D. de praeſcr. verb.* FIDEI explendae cauſſa: *l. 62. D. de condict. indeb.* FIDEM exſoluere: *l. 5. §. 15. D. de donat. int. vir. et vxor.* Plin. *Lib. II. Epiſt. 12.* fallere: *l. 5. D. de leg. commiſſ. l. 1. D. de pecun. conſtit.* Cicero *Lib. I. de offic. Cap. 13.* FIDEM frangere: *l. 1. §. 4. D. depoſ. l. 25. D. de pecun. conſtit. l. 10. D. de in ius voc.* id quod *perfidioſum et nefarium eſſe,* ait Cicero *pro Q. Roſc. Com. Cap. VI.* FIDEM habere emtori de pretio, dicitur venditor, qui nullo neque fideiuſſore, neque pignore accepto, et ſine aliqua ſatisfactione, eius fidem, quod ad pretii exſolutionem attinet, ſequitur. *l. 19. D. de contrah. emt. §. 41. Inſt. de rer. diuiſ.* Si FIDES habita fuerit promittenti: *l. 4. §. 8. D. de fideic. libert.* FIDEM habere quaeſtioni: *l. 1. C. de quaeſtion.* FIDES ei contra ſe habetur: *l. 11. §. 1. D. de interrogat. in iur. fac.* FIDE non habita teſtationis: *l. 21. D. de his, qui not. infam.* Multum FIDEI atque auctoritatis habiturum apud iudicem: *l. 13. D. de iureiur.* FIDE magis, quam patrimonio, idonei eſſe exiſtimantur: *l. 12. §. vlt. D. de verb. oblig.* FIDEM implere: *l. 1. §. vlt. D. de praeſcr. verb.* impleta promiſſi FIDE: *l. 6. C. de pact. inter emt. et vend.* FIDEM interponere: *l. 60. §. 1. D. mandat.* tacitam FIDEM: *l. 46. D. de hered. petit.* FIDEM *liberare:* Cic. *pro*

Flacco

FID.

Flacco Cap. XX. FIDE *mea ſpondea*: Plin. *Lib. II. Epiſt.* 14. *Fac, mea* FIDE: Plaut. *Pſeudol. Act. I. ſcen.* 3. *v.* 81. *ſequ.* Cura vt ſatisdetur FIDE mea: Cic. *Lib. XIII. ad famil. Epiſt.* 29. FIDE mea des; *l.* 24. *D. de fideiuſſ.* FIDE mea eſſe iuſſi: *l.* 60. *§.* 1. *D. mand. l.* 51. *D. de fideiuſſ. l.* 75. *§.* 6. *D. de verb. oblig.* FIDEM obligare: *l.* 54. *D. de fideiuſſ. l.* 27. *§. vlt. D. de SC. Vellei. l.* 28. *§.* 6. *D. de liber. leg.* FIDEM pactorum non obſeruare: *l.* 3. *D. ad SC. Turpillian.* FIDEM obſtringere: Plin. *Lib. VII. Hiſt. nat. Cap.* 1. FIDEI praeſtandae officium: *l.* 5. *§.* 15. *D. de donat. int. vir. et vxor. l.* 52. *§.* 1. *D. de pact.* FIDEM praeſtare pacto: *d. l.* 52. *§.* 1. *D. de pact. l.* 8. *C. eod. tit.* FIDES praeſtita non eſt: *l.* 6. *et l.* 8. *C. de transact. l.* 27. *D. de inoffic. teſt.* In FIDEM ſuam quem recipere: *l.* 49. *D. de act. emt.* Qui FIDEM licitae transactionis rupit: *l.* 16. *D. de transact.* FIDE rupta: *l.* 5. *D. depoſ. l.* 35. *D. de ſtatuliber. l.* 11. *D. de teſtam. milit. l.* 15. *C. mandat. l.* 15. *C. de act. emt. l.* 15. *C. de locat.* FIDEM ſequi alienam: *l.* 1. *D. de reb. cred.* [domini: § 1. *Inſt. quod cum eo, qui in alien. poteſt.*] heredum: *l.* 2. *C. de bon. auct. iud. poſſ.* nautarum, cauponum: *l.* 1. *D. naut. caup. ſtabul.* FIDEM ſequitur teſtator. *l.* 48. *D. de hered. inſtit.* FIDES promiſſi non ſequuta: *l.* 4. *C. de condict. ob turp. cauſſ.* FIDES ſeruanda eſt: *l.* 7. *C. de pact. l.* 12. *C. de act. emt.* FIDES placiti: *d. l.* 12. *C. eod tit.* Non ſeruata FIDE: *l.* 26. *§.* 3. *D. de pact. dotal.* FIDES ſoluta: *l.* 40. *D. de contrah. emt.* Pecuniam ſumere FIDE alicuius: Cic. *pro Flacco Cap. XX.* FIDE ſuſcepta transfugit. *l.* 19. *§.* 8. *D. de captiu. et poſtlim.*

¶. 4. FIDES etiam, vt Donatus *in Andr. Terent. Act. I. ſcen.* 1. tradit, eſt *commendatorum fida exſequutio, et obſeruantia.* Ex FIDE adminiſtrare tutelam: *l.* 67. *D. de rit. nupt.* non ex FIDE agere cauſſam: *l.* 4. *§.* 1. *D. mand. l.* 1. *C. ad leg. Cornel. de falſ.* Quatenus res ex FIDE agenda eſſet: *l.* 60. *§. vlt. mand.* Si rationem actus ſui ex fide dediſſet: *l.* 53. *D. de manum. teſtam.* Si non ex FIDE curam gerat: *l.* 19. *D. de admin. et peric. tut.* Qui non ex FIDE tutelam gerit: *§.* 5. *Inſt. de ſuſp. tut.* id eſt, *qui fraudulenter adminiſtrat*, vt eſt in §. 12. *Inſt. eod. tit.* Si ex FIDE ratio redderetur. *l.* 40. *§.* 3. *D. de ſtatulib.* ¶. 5. Ceterum frequentiſſime in iure noſtro fit mentio BONAE FIDEI, de qua abunde diximus ſupra *Lib. II.* et MALAE, quae huic opponitur. Relictae ſunt tamen et hae ad ſpicilegium ſtipulae: BONA FIDES, [quae et mera FIDES adpellatur, in *l.* 19. *C. de teſtam.*] a Cicerone *Topic. Cap. XVII. dolo malo*; alias vero et *non bonae* fidei, opponitur. *l.* 57. *D. de oblig. et act.* Hinc poſſidere aut bona, aut non bona FIDE: *l.* 3. §. 21. *D. de adquir. poſſ.* Sic BONA FIDE accipere pignori; *l.* 22. *§.* 2. *D. de pign. act.* Quod bona FIDE accipit: *l.* 48. *D. de hered. petit.* Si bona FIDE praedium maritus in dotem accepit, id eſt, ſi ignorauit, alii obligatum eſſe; *l.* 9. *§. vlt. D. qui pot. in pign.* BONA FIDE adipiſci poſſeſſionem: *l.* 2. *pr. D. pro emt.* adpellare: *l.* 24. *D. de adpellat.* aedificare: *l.* 7. *§.* 12. *D. de adquir. rer. domin.* Si a creditore pignus in diem addictum ſit, non poteſt videri bona FIDE negotium agi, niſi adiectio recipiatur: *l.* 10. *D. de in diem addict.* Bona FIDE capere: in *l.* 43. §. 1. *D. de adquir. poſſeſſ.* coniuncta bonae FIDEI diligentia: *l.* 8. *D. de manumiſſ. teſtam.* BONA FIDE conſumere pecuniam: *l.* 9. §. 1. *D. de auct. et conſenſ.* FIDEI bonae conuenit, vt vnusquisque dominorum praecipuum habeat, quod ex re eius ſeruus adquiſierit; *l.* 24. *§.* 2. *D. commun. diuid. l.* 45. *D. de adquir. rer. domin.* Bonae FIDEI conuenit, vt omnimodo damnum praeſtat, qui ſciens ignoranti furem pignori dedit; *l.* 61. *§.* 3. *D. de furt.* Bonae FIDEI non conuenit, ſi rem, quam mihi alienam vendideras, a domino redemerim, vt poſſis a me pretium conſequi, ex vendito agens: *l.* 29. *D. de euict.* BONA FIDE diſtrahere res: *l.* 7. *§.* 8. *D. de minor.* emere: *l.* 12. §. 7. 8. *D. de capt. et poſtlimin. l.* 14. *D. de minor. l.* 13. *§. vlt. D. de Public. in rem act. l.* 86. *D. de furt. l. vlt. D. pro emt.* Si ancillam furtiuam emiſti bona FIDE: *l.* 4. *D. pro ſuo. l.* 74. *D. de furt.* Bona FIDE autem emit, qui imprudens ab eo, quem dominum putabat, aut alienandi ius habere, emit: Bonam FIDEM habet emtio: *l.* 7. *§.* 11. *D. de Public. in rem act.* Bonae FIDEI emtor: *l.* 12. §. 7. *D. de capt. et poſtl. l.* 109. *D. de verb. ſignif. l.* 7. *D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l.* 27. *§.* 1. *D. ad leg. Iul. de adult.* bona FIDE emtor; *l.* 13. *§. vlt. D. de minor. l.* 8. *D. pro emtor.* Talis non intelligetur, qui cum procuratore colluſit, et eum praemio corrupit, quo vilius mercaretur: *l.* 7. §. 6. *D. pro emtore.* Bona FIDE exactum iusiurandum, id eſt, re ita exigente, non per calumniam, vel colluſionem: *l.* 30. *§.* 3. *D. de iureiur.* BONA FIDE et neceſſario facti ſumtus: *l.* 56. §. *vlt. D. mandat.* BONA FIDE finita transactio: *l.* 19. *C. de transact.* Si BONA FIDE geſſit: *l.* 6. *D. de reb. auct. iud.* geſtum negotium, non in fraudem aliorum: *l.* 24. *D. de procur.* bona FIDE geſta; *l.* 2. *D. de ſeparat.* a tutore: *l.* 9. *D. de adminiſtr. tut.* Non bona FIDE rem gerere: *l.* 5. *§.* 2. *D. de auct. et conſ. tut. vel curat.* Bona FIDE interpoſitum pactum: *l.* 17. *C. de pact.* interuenit correctio: *l.* 38. *§.* 1. *D. ad leg. Iul. de adult.* percipere fructus; *l.* 4. *§.* 2. *D. fin. regund. l.* 1. *C. de dolo mal.* Plane in *l.* 32. *§.* 2. *et* §. 3. *D. de admin. et peric. tut.* bona FIDE percipere fructus, eſt ad eum modum percipere, quo diligens paterfamilias. Praeſtandum, quod bona FIDE percepiſſet: *l.* 58. *§.* 1. *D. de adminiſtr. et peric. tut. vel curator.* Bona FIDE poſſidemus homines liberos, et ſeruos alienos: *l.* 10. *D. de adquir. rer. domin.* res alienas: *l.* 11. *D. famil. ercisc. l.* 44. *§* 2. *D. de vſurpat. l.* 1. *§.* 18. *D. vi bon. rapt. l.* 1. §. 10. *D. ſi is, qui teſtam. lib. eſſ. iuſſ.* Bona vero FIDE poſſidere, eſt opinione domini poſſidere, vt loquitur Paullus *l.* 22. *§.* 1. *D. de noxalib. act.* quum bona FIDES initio poſſeſſionis adeſt: *l.* 44. §. 4. *D. de vſurpat.* id eſt, ignoratio rei alienae. BONAE FIDEI poſſeſſor: *l.* 22. §. 4. *D. de leg. Cornel. de falſ. l.* 49. *§.* 1. *D. de adqu. rer. dom.* Bona FIDE poſſeſſo *l.* 9. *§.* 2. *D. de adquir. rer. dom.* Bonae FIDEI poſſeſſor eſt, qui auctore iudice comparauit: *l.* 14. *§.* 1. *D. de religioſ. et ſumt. fun.* Non poſſunt videri bonae FIDEI poſſeſſores, qui nec poſſidendi animum haberent: *l.* 41. *D. de reb. cred.* Bona FIDE redimere: *l.* 8. *§.* 7. *D. quib. mod. pign.* remittere debitori: *l.* 7. *§.* 10. *D. de pact.* FIDES bona ſequenda eſt: *l.* 2. *§. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* BONA FIDE ſeruire dicitur, qui bonae fidei poſſeſſori ſeruit. Proinde tam ſeruus alienus, qui

a non domino bona FIDE poſſidetur, quam liber homo, poſſeſſus ab eo, qui eius ſtatum vel conditionem ignorat, BONA FIDE ſeruire dicuntur. *l. 19. l. 23. l. 49. D. de adquir. rer. domin. l. 7. §. vlt. D. pro emtor. l. 12. D. de liber. cauſſ. l. 25. §. 9. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 12. D. de liber. cauſſ. l. 25. §. 5. D. de vſufr. l. 11. §. 8. l. 13. §. 1. l. 27. §. 3. D. ad leg. Aquill. l. 41. D. de reb. cred. l. 13. §. vlt. D. de interrogat. in iur. fac. l. 1. §. 1. D. de ſeru. corrupt. l. 3. D. de condict. cauſſ. dat. l. 13. §. 2. D. commodat. l. 67. D. de condict. indeb. l. 6. D. de pecun. conſt.* Qui ingenui bona FIDE ſeruiunt: *l. 8. D. de re milit.* Liber homo, qui bona FIDE ſeruit: *l. 44. D. de vſurpat. l. 17. §. vlt. pro emtor. l. 15. §. 48. D. de iniur.* Si bona FIDE publicano ſeruus alienus ſeruit: *l. 12. §. 1. D. de publ. et vectigal.* Bona FIDE ſeruit ſeruus ei, qui eum ſuum putat: *l. 22. §. 4. D. de leg. Corn. de falſ.* Si ſeruus meus bona FIDE tibi ſeruiens: *l. 43. §. 3. D. de Aedil. edict.* Si liberum hominem, qui mihi bona FIDE ſeruiebat, quis ceciderit: *l. 15. §. 48. D. de Iniur.* Etiamſi liberi eſſe proponantur, vel alieni, bona FIDE nobis ſeruientes: *l. 2. §. 14. D. vi bon. rupt.* Bonae FIDEI traditio: *l. 44. §. 2. D. de vſurpat.* Bona FIDE tranſacta: *l. 1. §. vlt. D. ad SC. Tertull.* bona FIDE vendere: *l. 47. D. de minor.* Contra bonam FIDEM vendere. *l. 3. D. de extraord. cogn.* ¶. 6. Eodem pertinet loquutio: EX BONA FIDE. Aequum accipimus ex bona FIDE: *l. 14. D. de religioſ. et ſumt.* ex bona FIDE: *l. 2. §. 4. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.* Ex fide BONA elogia ſcribere: *l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.* ex bona FIDE praebere diligentiam: *l. 33. D. de admin. et peric. tut.* ex bona FIDE praeſtari. *l. 5. D. de obl. et act.* ¶. 7. BONA FIDES etiam ſtricto iuri opponitur. In factum verbis temperanda actio danda, vt bonae FIDEI fiat mentio: *l. 11. D. de dol. mal.* Bonae FIDEI contractus: *l. 13. C. de pact.* Fideiuſſor in omni contractu fidem BONAM praeſtare debet: *l. 59. §. 1. D. mandat.* Arbitrio bonae FIDEI iudicis congruit: *l. 4. §. 2. D. de in lit. iurand.* Bonae FIDEI iudicium eſt communi diuidundo: *l. 24. D. commun. diuid.* iudicium pro ſocio: *l. 77. D. pro ſoc.* venit in illud bona FIDES: *l. 52. §. 1. D. pro ſoc.* Bonae FIDEI iudicia vel *generalia* ſunt, veluti pro ſocio, negotiorum geſtorum, tutelae: vel *ſpecialia*, veluti mandati, depoſiti: *l. 38. §. 1. D. pro ſoc.* Bonae FIDEI iudicium continet in ſe doli mali exceptionem: *l. 84. §. 5. D. de legat. I.* Bonae FIDEI iudiciis pacta conuenta inſunt: *l. 7. §. 5. D. de pact.* Communia omnium bonae FIDEI iudiciorum. *l. 38. l. 45. D. pro ſoc.* ¶. 8. *Bonae* FIDEI mala contraria eſt: *l. 48. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* Malam autem FIDEM dupliciter accipi, ſciendum eſt. Interdum enim pro rei alienae ſcientia ponitur. Et ita MALA FIDE emere: *l. 2. §. 1. l. 8. D. pro emtor. l. 19. D. de adquir. poſſeſſ.* MALAE FIDEI emtio: *l. 1. C. de reſcind. vendit. l. 5. §. 2. D. de auct. et conſenſ. tut.* MALA FIDE percipere fructus: *l. 4. §. 2. D. fin. regund.* poſſidere: *l. 2. §. 13. D. pro emtor.* malae FIDEI poſſeſſor: *l. 12. D. de furt.* mala FIDE ſeruire: *l. 12. §. 1. D. de publican.* Et ita dicitur, qui malae fidei poſſeſſori ſeruit.

¶. 9. Alias MALA FIDES dolum malum, calliditatem, fraudem, ſignificat. MALA FIDE factum pactum: *l. 9. C. de pact.* Cicero *de Nat. Deor. Lib. III. Cap. 30. Inde tot iudicia de* FIDE MALA, *tutelae, mandati, pro ſocio, fiduciae, reliqua,* quod videlicet in his de fide rupta agitur.

FIDICVLAE, *l. 1. et l. 2. C. Theod. de quaeſtion.* tormenti genus, ab eo dictum, vti Iſidor. *Lib. V. Etymolog. Cap. 27.* tradit, *quod eo rei in equuleo, ad* FIDEM *inueniendam et eruendam, torquerentur.* At ridicula haec etymologia. Sunt enim *fidiculae* deminutiua forma dictae a fidibus, id eſt, neruis vel chordis, quibus in diris quaeſtionibus vtebantur. HEIN.

FIDVCIA, ſpes et confidentia. FIDVCIA doctrinae: *l. 2. §. 47. v. et vt obiter. D. de orig. iur.* ingenuitatis: *l. 14. D. de probat.* FIDVCIAM innocentiae gerens: *l. 10. D. de his, quib. vt indign.* FIDVCIA libertatis: *l. 43. D. de liber. cauſſ.* magiſtratus: *l. 32. D. de iniur.* pietatis. *l. 31. §. 6. D. de negot. geſt.* ¶. 2. FIDVCIA, auctore Boethio *in Topic. Cicer. contrahitur, quum res alicui ea lege mancipatur, vt eam mancipanti remancipet, vt ſi quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, vt ei, quum tempus, quod ſuſpectum eſt, praeterierit, reddat. Haec mancipatio* FIDVCIARIA *nominatur, idcirco, quod reſtituendi* FIDES *interponitur.* Itaque, *contracta* FIDVCIA, manumitti dicebantur, quos patres, remancipandi vel redhibendi ſibi lege mancipabant, et remancipatos manumittebant, vt iura patronatus ſalua haberent. *l. 2. §. 15. D. ad SC. Tertull. Sed neque auus, neque proauus in Tertulliano matri nocent, quamuis* FIDVCIAM *contraxerint.* Et *§. vlt. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* ait Iuſtinianus: *Ad legitimam ſucceſſionem nihilominus vocatur etiam parens, qui, contracta* FIDVCIA, *filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps, emancipat.* Qui vero ſub ea FIDVCIAE lege mancipatum ſibi filium accipiebat, is FIDVCIARIVS pater dicebatur, vt ex Caio *Lib. I. Inſtit. tit. 6. §. 3* patet. Vetus Gloſſarium: CONTRACTA FIDVCIA, ὅταν πατὴρ τὸν υἱὸν ποιῶν emancipatum προανεφώνει, ἵνα ἐν διαθήκῃ ὁ υἱὸς τελευτήσας καταλείψῃ τὸ τρίτον τῷ πατρί. εἰ γὰρ οὐ προανεφώνει περὶ τούτου, οὐδὲν αὐτῷ καταλιμπάνεται ἐκ τοῦ υἱοῦ· *quando pater, emancipaturus filium, praefatur, vt filius moriens ſibi tertiam bonorum partem teſtamento relinquat. Niſi enim id praefatus ſit, ei nihil relinquitur a filio.* At ſunt haec ab homine, rerum Romanarum parum intelligente, ſcripta. Neque enim haec praefari ſolebat pater, emancipans filium, nec hereditatis tertiam tantum ex teſtamento capiebat. Quid praefatus ſit, quemque effectum habuerit interpoſita illa FIDVCIA, alibi docuimus. HEIN. ¶. 3. Quum vero de pignoribus reddendis, ſibi, interpoſita FIDVCIA, cauerent debitores: FIDVCIA etiam pro pignore accipitur, ſed pro tali, per quod creditor adquirit, Paull. *Lib. II. Sent. tit. 13. §. 2.* id eſt, in quo dominium reuocabile nactus eſt. Vnde et creditor debitori FIDVCIAM vendere non poterat, quippe quae iam ex contractu fiduciae erat remancipanda, Paull. *ibid. §. 3.* quum tamen nihil obſtet, quo mi-

nus debitori pignus vendat creditor. *l. 12. D. de diſtract. pign.* Sed haec, a Salmaſio etiam *de modo vſurar. Cap. XIII. p. 566.* non ſatis intellecta, pluribus exſequuti ſunt Schulting. *in Iurispr. vet. ante-Iuſtin. p. 284.* et ſingularibus *de contractu* FIDVCIAE diſſertationibus V. C. Franc. Carolus Conradi. HEIN. Hinc FIDVCIA et *pignore* iunguntur ſaepe a Paullo *Sentent. Lib. II. tit. 4. in rubr. Lib. III. tit. 6. §. 16. Lib. V. tit. 26.* §. 4. Symmach. *Lib. IV. Epiſt. ad Turnum: Nihil quidem loco* FIDVCIAE *pignorisque vel argenti ſequeſtrans, vel obligans praediorum.* FIDVCIAE verbum etiam Cicero *pro Flacco Cap. XXI.* Sic et *pignoribus* FIDVCIARI dixit Tertullian. *in libr. de idololatr. Cap. XXIII.* Sane inter pignus et FIDVCIAM hoc interfuiſſe Iſidorus *Lib. V. Etymol. Cap. 21.* ſignificat, *quod pignus, manente apud debitorem dominio, nudam poſſeſſionem transferebat: per* FIDVCIAM *vero res aliqua mutuae pecuniae gratia, vel mancipabatur, vel in iure cedebatur.* Cui diſtinctioni vt verbum conueniat, neceſſario addendum videtur, ea lege factam fuiſſe mancipationem, vt ſoluta pecunia redderetur, et reſtitueretur. FIDVCIAS *diſtrahere.* Paull. *Sent. Lib. II. tit. 13. §. 1.* ⁞. 4. Inde FIDVCIAE *iudicium*, apud Auctorem *collationis legum Moſaic. et Rom. tit. X. §. 2.* et apud Ciceron. *Lib. III. de offic. Cap. 15.* Immo et apud Paull. *Rec. Sent. Lib. II. tit. 13. §. 7.* qui et FIDVCIAE *actionem* vocat *ibid.* §. 5. 6. HEIN. Eius formula erat: VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, ET SINE FRAVDATIONE, vt teſtis eſt idem Cicero *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 12.* Quod quidem iudicium ſummae exiſtimationis fuiſſe, ait idem Cicero *pro Roſc. Comoedo Cap. VI.* et turpe ac famoſum fuiſſe, idem *pro Caecina Cap. III.* docet.

FIDVCIARIVS, A, VM. FIDVCIARIA hereditas, id eſt, per fideicommiſſum relicta: *l. 9. §. 1. D. de reb. credit. l. 46. D. ad SC. Trebell.* FIDVCIARIVS heres: *l. 46. et l. 67. in fin. D. ad SC. Trebell.* dicitur is, cuius fideicommiſſum eſt, vt hereditatem reſtituat. FIDVCIARIVS pater, cui in emancipatione ea lege mancipabatur filius, vt eum remanciparet. Caius *Lib. I. Inſtit. tit. 6. §. 3.* FIDVCIARIVM *regnum*, dixit Hirt. *de bell. Alexandr.* Cap. XXIII. Curtius *Lib. V. Cap. 9. Compoſitis rebus, iuſto regi tibi* FIDVCIARIVM *reſtituet imperium.* Liu. *Lib. XXXII. Cap. 38. Optimum ratus, Nabidi eam Lacedaemoniorum tyranno, velut* FIDVCIAM *dare, vt victori ſibi reſtitueret: ſi quid aduerſi accidiſſet, ipſe haberet.* FIDVCIARIA res: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 13. §. 7.* FIDVCIARIVS ſeruus, apud Paull. *Sent. Lib. II. tit. 13. §. 2.* qui FIDVCIAE lege in pignoris cauſſam mancipatus eſt. FIDVCIARIA tutela: *§. vn. Inſt. de fiduciar. tut.* ad quam reſpexiſſe videtur vetus Gloſſa, in qua eſt FIDVCIARIA, τεθαῤῥημένη διὰ συγγενείας, *credita alicui propter cognationem.* FIDVCIARIVS tutor, ab Vlpiano *tit. XII. Reg. §. 5.* ita deſcribitur: *Qui liberum caput, mancipatum ſibi, vel a parente, vel a quo coemtore, manumiſit, per ſimilitudinem patroni tutor efficitur, qui* FIDVCIARIVS *tutor adpellatur.* At aliter Iuſtinianus *§. vn. Inſt. de fiduc. tut. Si parens filium vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps, impuberes manumiſerit: legitimam nanciſcitur eorum tutelam, quo defuncto, ſi liberi virilis ſexus ei exſtant,* FIDVCIARII *tutores filiorum ſuorum, vel fratris, vel ſororis et ceterorum efficiuntur.* Alias in genere FIDVCIARIVS, in Gloſſa Palaemonis, definitur, *qui rem aliquam* FIDVCIAE *accepit.*

FIDVS, A, VM. FIDVM obſequium. *l. 44. D. ad SC. Trebell.*

FIG.

FIGERE tabulas ad ianuam: *l. vlt. §. 2. D. quod vi aut clam.* Cic. *Lib. XII. ad famil. Epiſt. I. Tabulae* FIGVNTVR. Sed diuerſi generis ſunt, de quibus haec loca agunt, tabulae. Cicero loquitur de tabulis decretorum, beneficium aliquod Caeſaris continentibus, quas Antonius, tamquam in Caeſaris commentariis ea omnia eſſent reperta, in aes inciſa proponebat, ad populum concitandum, ecu patet ex eiusdem Ciceronis *Philipp. V. Cap. 2. XII, 5. et Lib. XIV. ad Attic. Epiſt. 12.* At Venuleius in *l. vlt. §. 2. D. quod vi aut. clam.* loquitur de more veterum, praediis alienis titulos, vel tabulas nomine ſuo inſcriptas adfigendi, vt ea ſibi tamquam ſua vindicarent, quod grauiter fieri prohibet Iuſtinianus *Nouell. XVII. Cap. 15.* Auguſtin. *in Pſalm. XXI. Vbi potens aliquis inuenerit titulos ſuos, nonne iure rem ſibi vindicat, et dicit, non poneret titulos meos niſi res mea eſſet?* Mentionem huius ritus fieri animaduertimus. apud eumdem Auguſtin. *in Pſalm. LV.* et *Tract. VII. in Epiſt. Ioannis.* Caſſiodor. *Var. Lib. IV. Cap. 14. Lib. IX. Cap. 18.* Gregor. M *Lib. IV. Epiſt. 44. et 77. Edict.* Theoderici Reg. *Cap. XLV. ſequ.* et in iure noſtro *l. 3. C. de bon. vac. l. 5. C. de delator. tit. C. de his, qui potent. nom. tit. praed. adfig. Nouell. XXVIII. Cap. 5. XXIX. Cap. 4. XXX. Cap. 8.* De ea veterum conſuetudine conſulendi Franc. Duaren. *Lib. II. Diſput. anniuerſ. Cap. 40.* D. Pithoeus *Gloſſar. ſeu obſcuror. verb. Iuliani Anteceſſ. interpretatio, ſub voce* TITVLOS *imponere* et Fridr. Lindenbrog. *in Gloſſario vet. leg. Alamann. p. 1488.* HEIN.

FIGVLINVS, A, VM. vel, vti aliquando contracte ſcribitur, FIGLINVS. FIGLINO opere facta camera: *l. 19. §. 1. D. de ſeru. vrban. praed.* FIGVLINAE, officinae, in quibus ea vaſa fiunt, quibus fructus fundi exportantur: *l. 6. D. de ſeruit. praed. ruſt.* Quidam quum FIGLINAS haberet in fundo: *l. 25. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* Vetus Gloſſar. FIGVLINAE *dicuntur loca, in quibus figuli ſuum exercent officium.*

FIGVLVS, qui in figulinis opus facit. *l. 25. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum.* D. Gregor. *homil. XXIII. in Euangel.* FINGERE, *componere dicimus, vnde et compoſitores luti* FIGVLOS *dicimus.*

FIGVRA proprie eſt ſpecies et forma corporis, *quae*, vt Aſcon. *in Verrinam III.* ſcribit, *circa geſtum, ſitumque membrorum verſatur.* Sic FIGVRA humana: *l. 135. D. de verb. ſignif.* et

apud

apud Ciceron. *de nat. deor. Lib. I. Cap. 18.* [FIGVRAE medioeris ſeruus. *l. 35. §. 2. C. de donat.*] ¶. 2. Sed et quaelibet ſpecies et forma rei, FIGVRA dicitur, vt FIGVRA litterarum: *l. 38. D. de oblig. et action.* FIGVRA materiae: *l. 1. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* FIGVRA verborum. *l. 116. D. de verb. ſignif.* ¶. 3. FIGVRA, modus. Non FIGVRAM, ſed vim conditionis, continet: *l. 69. D. de hered. inſtit.* Id quod non FIGVRA conditionis accipere iuſſus eſt. *l. 30. §. 7. D. ad leg. Falcid.* ¶. 4. FIGVRA, id eſt, ſpecies rei et cauſſae, quam vulgo et factum, vel facti ſpeciem adpellitant. Exceptis his capiendi FIGVRIS: *l. 31. D. de mort. cauſſ. donat.* Ex variis cauſſarum FIGVRIS: *l. 1. D. de oblig. et act.* De iis iuris FIGVRIS, quibus per vniuerſitatem res nobis adquiruntur. *pr. Inſt. de legat.*

FIGVRATIO monetae: *l. 7. C. Th. de indulg. crim. l. 8. C. Theod. de falſa mon.* FIGVRATIO pecuniae. *l vlt. C. Theod. ſi quis pecun. conflau.*

FIGVRATVS, A, VM. FIGVRATVS ſolidus. *l. 1. C. Theod. ſi quis ſolid. circul.*

FIL.

FILIA, generis feminini nata. Maſculi enim ea adpellatione vtique non continentur. *l. 45. D. de legat. II.* Id nomen etiam in poſtumam cadit. *l. 16. D. de teſt. tut. §. vlt. Inſt. qui teſt. tut. dar. l. 15. in fine l. 17. D. de legat. I. l. 164. D. de verb. ſignif.* quae ad *d. l. 17.* vel ipſa inſcriptione teſte, referenda eſt. FILIA maior et minor: *l. 21. §. 5. D. de ann. legat.* (Sed ibi non filiarum, ſed filiorum, maioris et minoris fit mentio. HEIN.) *l. 14. D. de dote praeleg.* FILIA ex primo matrimonio: *l. 6. D. de his, qui ſui vel al. iur.* FILIABVS legare. *l. 17. D. de legat. I.* ¶. 2. [Attamen et FILIIS, pro *filiabus, dicitur*, in *l. 2. C. Theod. de ſecund. nupt. Lib. III. tit. 8. l. 2. C. Theod. de lenon. Lib. XV. tit. 8.*]

FILIAFAMILIAS, id eſt, quae in patria poteſtate eſt. *l. 9. §. 2. D. de SC. Macedon.*

FILIPPI, Vid. infra PHILIPPI.

FILIVS, definitur, qui ex viro et vxore eius naſcitur. *l. 6. D. de his, qui ſui vel alien. iur.* ¶. 2. Attamen non nuptiis tantum, ſed et adoptione, quaeruntur. *l. 1. D. de adopt.* Hinc ſenatoris FILIVM accipere debemus, non tantum eum, qui naturalis eſt, verum adoptiuum quoque. *l. 5. D. de ſenatorib. Senatoris* FILIVS eſt *et is*, quem in adoptionem accepit, quamdiu tamen in familia eius manet. Emancipatus vero nomen FILII emancipatione amittit. *l. 6. pr. D. eod. tit.* ¶. 3. Nec iuſtis modo nuptiis procreati, ſeu legitimo matrimonio ſuſcepti, ſed et ex ancillarum contubernio, vel alia minus iuſta coniunctione ſuſcepti, aut etiam vulgo quaeſiti, FILIORVM nomen obtinent. Proinde hae FILIORVM conſtituuntur differentiae, ADOPTIVI; IVSTI, LEGITIMI, NATVRALES, cuiusmodi adpellationes ſuis locis require. ¶. 4. Ceterum FILIORVM anguſtior, quam *liberorum*, eſt ſignificatio. Proprie enim FILIORVM nomine, aliter atque liberorum, nepotes non continentur, *l. 6. D. de teſtam. tut. §. vlt. Inſt. qui teſt. tut. dar.* niſi quum aliud voluntatis coniectura ſuadet. Tunc enim benigna interpretatione, et ex ſententia magis, quam ex verbi proprietate poteſtateque, FILIORVM adpellatione nepotes etiam comprehenduntur. *l. 84. l. 201. l. 220. D. de verb. ſignif. l. 59. D. de rit. nupt. l. 41. §. 5. D. de legat. III.* [Ita Tarquinius Superbus in *l. 2. §. 2. D. de orig. iur.* dicitur *Demarati Corinthii* FILIVS, quum tamen nepos fuerit. Vid. Eberlin. *de Orig. iur. Cap. IV. n. 9.*] Sed dubito an ita loquuturus fuiſſet vllus hiſtoricus, (quam perſonam eo fragmento repraeſentat Pomponius noſter,) quamuis aliquando ita vocabulum non quidem adhibere, ſed interpretari ſoleant iuriſconſulti. Depoſitus ergo eſt ille locus, niſi cum ill. Bynkerh. *in praetermiſſ. pag. 18.* legere malis *Demarati Corinthii FILIus*, id eſt, ex lege geminationis, *filii filius.* HEIN. ¶. 5. At FILIORVM nomine *filias* quoque contineri, non eſt dubium: *l. 16. D. de teſt. tut.* tametſi Labeoni quandoque aliter viſum eſſe, indicet *l. 116. D. de verb. ſignif.* et in dubium quoque id nonnullis ſpeciebus vocatum, ſignificet *l. 122. D. eod. tit.* ¶. 6. FILII FAMILIARVM dicuntur, qui in patris poteſtate ſunt: *l. 4. D. de his qui ſui, vel alien. iur. l. 195. §. 1. D. de verb. ſignif.* qui quaſi domini, viuis etiamnum patribus exiſtimantur. Vnde, vt illi patresfamilias, ita et ipſi FILIIFAMIL. adpellantur, ſola ea nota adiecta, qua genitor ab eo, qui genitus eſt, diſtinguatur. *l. 11. D. de lib. et poſtum.* Paſſim autem FILIVSFAMILIAS; interdum tamen FILIVS FAMILIAE dicitur: *l. 6. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* vbi FILIVS FAMILIAE, maritus, ab eo, qui ſui iuris eſt, ſeparatur. FILII FAMILIARVM. *l. 3. §. 4. D. de minor.* ¶. 7. FILIVM habere ex marito. *l. 134. D. de verb. oblig.*

FIM.

FIMVS, et FIMVM, coenum, ſtercus. FIMO corrupto aliquem perſundere. *l. 1. §. 1. D. de extraord. crim.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 13.*

FIN.

FINALIS, E. FINALIS quaeſtio, quae de finibus oritur, et iudicio finium regundorum finitur. HEIN. FINALIS controuerſia: *l. 1. C. Theod. fin. reg.* lis: *l. 10. C. de euict.* FINALE iurgium: *l. 5. C. fin. reg.* FINALIS quaeſtio: *l. vlt. C. Theod. eod. tit.* quaeſtiones finales: *l. vlt. D. de term. mot.* Papinianus *l. 11. D. fin. regund. In* FINALIBVS *quaeſtionibus vetera monumenta, cenſus auctoritas ante litem inchoatam ordinati, ſequenda eſt.* Eſt loquutio artis agrariae ſcriptoribus familiariſſima, apud quos ſaepe legimus FINALES *controuerſias*, FINALEM *querimoniam*, FINALE *iurgium*, in *Fragm. leg. de re agrar. p. 346. ſequ. edit. Guil. Goeſii*, FINALEM *cauſſam*, FINALES *foſſas*, FINALIA *ſtagna*, et FINALES *riuos. Fragm. vet. auct. de limit p. 273. 274. ibid.* HEIN.

FIN-

FINGERE, pro ſimulare. Non, quod quis FINXIT: *l. 8. D. de caſtrenſ. pecul.* FICTA adſeueratio: *l. 8. §. 4. de vacat. et excuſ. mun.* FINGERE, ſe auxilium ferre: *l. 1. §. 34. D. de SC. Silan.* FINGITVR petita bonorum poſſeſſio: *l. 5. D. de bon. poſſeſſ.* dementia, vel furor: *l. 6. D. de cur. furioſ.* FINGVNTVR lites: *l. 8. §. 20. D. de tranact.* FICTA mariti mors: *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adult.* FINGERE patremfamilias: *l. 52. §. 15. D. de furt.* pro patrefamilias: *l. 10. D. de re iudic.* ſe praegnantem: *l. 30. §. 3. D. de adquir. hered.* FICTVM repudium: *l. 3. C. de repud.* ſe ſeruum: *l. 16. pr. D. de liber. cauſſ.* ſe tutorem eſſe. *l. 1. §. 1. D. de eo, qui pro tut.* ¶. 2. FINGERE dicitur ius, vel eius auctor. Sic poſtliminium FINGIT. *§. 5. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu.* ¶. 3. FINGERE, id eſt, ponere: FINGAMVS. *l. 32. D. de euict. l. 8. D. de acceptilat. l. 27. D de pignor.* Plin. *Lib. VIII. Epiſt. 14.* Quinctil. *Declam. CCXLIX.* Si FINGAMVS: *l. 6. D. de his, qui ſui vel al. iur.* FINGE: id eſt, pone, vel facito: *l. 3. §. 5. D. de Carbon. edict. l. 14. §. 2. D. quando dies legat. l. vlt. D. de coniung. cum emanc. lib. l. 2. §. vlt. D. de ſuis et legit. l 12. §. vlt. D. qui, et a quib. l. 63. §. 3. D. de adquir. rer. domin. l. 17. §. 1. D. de vſufruct. l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr. l. 1. §. 5. D. de exercit. act. l. vlt. D. de condict. cauſſ. dat. l. 54. D. mand. l. 52. §. 10. D. pro ſoc. l. 20. D. qui pot. in pign. l. 18. D. rat. rem habit. l. 23. D. ad leg. Iul. de adult. l. 8. D. de pign. act. l. 13. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 3. §. 6. D. de minor. l. 68. D. de ſolut. l. 4. in fine D. de pact. dot. l. 13. §. 14. D. de hered. petit. l. 23. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 18. §. vlt. D. de iudic. l. 57. §. vlt. D. ſolut. matrim. l. 7. D. de tributor. act. l. 32. §. 5. D. de donat. int. vir. et vx. l. 18. §. vlt. D. de iudic. l. 21. D. de vſufr. l. 30. §. 7. D. de adqu. vel omitt. hered.*

FINIRE, finem imponere. Sic FINIRE controuerſias. *l. 19. §. 1. D. de recept. arbitr.* Hinc de ea ſententia, quae arbitrium finiat, vti vocatur, *l. 19. §. vlt. D. eod. tit.* ait Plin. *Lib. VII. Epiſt. 7. Si tamen alteram litem per iudicem; alteram ipſe* FINIERIS. ¶. 2. FINIRI, id eſt, finem accipere, terminari. Sic FINITVR actio, id eſt, conſumitur: *l. 9. §. 6. D. quod met. cauſſ. l. 34. §. vlt. D. de oblig. et action.* veluti anno: *l. 2. D. quando de pecul.* certo tempore: *l. 5. §. vlt. D. de dol. except. l. 2. D. de diuerſ. tempor. act. l. 29. D. de nouat. l. 8. pr. D. de negot. geſt.* Poſt FINITAM adminiſtrationem: *l. 11. C. arbitr. tut.* FINITA adminiſtratione: *l. 46. §. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut.* FINIVNTVR alimenta morte: *l. 8. §. 10. D. de transact.* Ante FINITVM annum: *l. 1. §. 1. D. de migrand.* FINITO anno: *l. 23. D. de manumiſſ.* FINITA conductione: *l. 20. §. 3. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* FINITVM crimen morte: *l. 5. C. ſi reus vel accuſat.* dies cautioni praeſtitutus ſi FINIATVR: *l. 4. D. de damn. inf.* Si FINITA dies in cautione ſtatuta: *l. 15. D. eod. tit.* FINITA die ſolutionis: *l. 38. D. de minor.* ſtipulationis: *l. 118. §. 1. D. de verb. oblig.* Non FINITVR interdictum venditione: *l. 11. §. 8. D. quod vi aut clam.* FINITVR iudicium: *l. 16. D. ad SC. Turpill. l. 32. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. l. 7. C. de iur. et fact. ignor.* veluti abſolutione facta: *l. 4. §. 3. D. de noxal. act.* ſententia: *l. 13. C. de vſur.* Quinctil. *Declam. CCXLIX.* Ante FINITVM iudicium: *l. 57. D. de pecul.* nondum FINITO iudicio: *l. 9. D. de liber. cauſſ. l. 3. §. 1. D. de minor.* FINITO iure pignoris: *l. 15. D. de capt. et poſtlim.* Ius FINITVM eſſe poteſt, et debet: *l. 2. D de iur. et fact. ignor.* FINITVM legatum, mortua legataria: *l. 12. D. de ann. legat.* Lites FINIRE ſtudet praetor: *l. 3. §. 1. D. de recept. qui arbitr.* FINITA lite: *l. 4. §. 8. D. de re milit.* Lis necdum FINITA: *l. 1. §. 3. D. ſi cui plus quam per leg. Falcid.* Si lis FINITA fuerit vel ſolutione, vel transactione, vel acceptilatione, vel quo alio modo: *l. 13. pr. D. iudic. ſolu.* Nam ad FINIENDAS lites pertinet etiam compromiſſum: *l. 1. D. de recept. arbitr.* FINITVM matrimonium morte: *l. 5. D. de donat. int. vir. et vx. l. 2. D. de pact. dotal.* Mora FINITVR: *l. 17. D. de condict. furt.* FINITO munere: *l. 1. C. in quib. caſib.* FINITIS negotiis: *l. 24. §. 2. D. de minorib.* licet omnis ab anteceſſore numerus FINITVS ſit: *l. 55. D. de iudic.* FINITVR nunciatio quadriennio: *l. 1. §. vlt. D. de iur. fiſci.* FINITA obligatio: *l. 6. D. quib. mod. pign. l. 21. D. quod met cauſſ. l. 24. C. de fideiuſſor.* FINITVM officium: *l. 1. C. quando tutor. l. 38. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 60. §. 2. D. de rit. nupt. l. 1. §. 3. D. de contrar. tutel. l. vlt. C. qui mun. tutel.* officium adminiſtrationis: *l. 1. C. de diuid. tut. l. vlt. C. de adminiſtr. tut.* officium publicum: *l. 6. D. de capit. minut.* tutoris pubertate: *l. 1. C. de ſuſp. tut.* FINITIS partibus: *l. 19. D. comm. diu.* FINITVM pignus tempore: *l. 6. D. quib. mod. pign.* FINITA diebus poſſeſſio: *l. 1. §. 6. D. de ſucceſſ. edict.* FINITA poſtulatione: Plin. *Lib. VII. Epiſt. 6.* poteſtate: *l. 13. D. de adoption.* FINITA quaeſtio: *l. 1. §. vlt. D. de aqu. quotid. et aeſtiu. l. 4. C. de poſtul.* FINITA quaeſtio morte: *l. 4. C. ſi pend. adpell.* FINITA eſt inofficioſi querela: *l. 8. D. de inoffic. teſtam.* FINITA res: *l. 4. §. 3. D. de noxal. act.* vſu FINITAE res: *l. 12. D. de dot. praeleg.* FINITA ſatisdatio: *l 5. §. 1. D. de legit. tutel.* ſeruitus: *l. 15. D. de condit. et demonſtr.* longioris temporis ſilentio FINITA: *l. 229. et l. 230. D. de verb. ſignif.* Si, veterem cauſſam longo ſilentio FINITAM, probetur: *l. 2. §. vlt. D. ne de ſtatu defunct.* FINITA ſocietas: *l. 65. §. 10. D. pro ſocio.* FINITVR ſubſtitutio pupillaris pubertate: *l. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* Poſt FINITVM tempus: *l. 18. D. de accuſat.* FINITO tempore: *l. 4. §. vlt. D. de precar. l. 13. D. de decur. l. 4. D. de bonor. poſſeſſ. l. 14. D. locat. l. 43. D. de iudic.* FINITVM tempus adminiſtrationis: *l. 5. C. de magiſtr. conuen.* conductionis: *l. vlt. D. ſi ager. vectigal. vel emphyteut. pet.* Bona fide FINITA transactio: *l. 19. C. de transact.* FINITA tutela: *l. 4. D. de contrar. tutel. l. 67. §. 2. D. de rit. nupt. l. 46. §. 3. l. 53. D. de admin. et peric. tut. l. 4. §. 4. D. rem. pupill. ſalu. for.* Paull. *Sent. Lib. I. tit. 4. §. 2.* FINITVR vſusfructus: *l. 16. D. quib. mod. vſusfr. l. 9. D. de vi et vi arm. l. 3. §. vlt. D. de vſufr. l. 19. D. de ann. legat. l. 5. C. de vſufr.* morte et capitis deminutione. *l. 8. D. de ann. legat.* ¶. 3. FINITA etiam dicuntur, quae deciſa ſunt. Sic in SC. Tertulliano FINITA accipere debemus

vel conſenſu, vel longo ſilentio ſopita: *l. 1. §. vlt. D. ad SC. Tertull.* itemque iudicio terminata: *l. 229. D. de verb. ſignif.* Sic FINITA cauſſa, quum liti motae renunciatum: *l. 4. C. de pact.* FINITA controuerſia certa lege: *l. 14. D. de tranſact.* Non autem FINITVR controuerſia, quum aut differtur arbitrium, aut in alium transfertur: *l. 32. §. 16. D. de recept. arbitr.* FINITVM conuentione conditionis incertum: *l. 1. C. de pact.* Lites FINIRI ſtudet praetor: *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* FINITVM negotium ſententia: *l. vlt. C. de error. aduocat.* FINIRI apud praetorem: *l. 25. D. de procurat.* transactione. *l. 8. C. de adpellat.* FINITA ſpecies in auditorio Principis: *l. 18. D. de minorib.* FINITA transactione: *l. 29. C. de tranſact. l. 2. C. de his quib. vt indign.* ¶. 5. FINIRE, praefinire. Sic FINIVNTVR anni: Vlpian. *Reg. tit. 16. §. 1.* *Lege Papia FINITOS annos.* FINITVM tempore atque facto. *l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* Sic Ouid. *Lib. V. Faſtor. v. 65.*

FINITAque *certis*

Legibus eſt aetas, vnde petatur honos.

¶. 6. Aliquando FINIRE neutraliter ponitur, pro finiri. Vlpianus in *l. 14. §. 4. D. qui et a quib. manum.* *Sed etſi bona gratia* FINIERIT *matrimonium*, id eſt, *finitum ſit.* Tacitus *Lib. VI. Annal. Cap. I.* *Sic Tiberius* FINIVIT. Hinc V. A. Corn. van Byokersh. *Lib. V. Obſ. Cap. 25.* in *l. 22. D. de ann. legat.* ingenioſe reſcribit: *Tametſi totus annus nondum* FINIISSET, quum adhuc ſine ſenſu legatur: *Tametſi totus annus nondum* FVISSET. HEIN.

FINIS, pro exitu. Sic: poſt FINEM aetatis: *l. 38. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* FINEM accipit cognitio: *l. 8. §. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun.* FINEM cognitioni quaeſtio impoſuit: Plin. *Lib. VII. Epiſt. 6.* Res iudicata dicitur, quae FINEM controuerſiarum pronunciatione iudicis accipit: *l. 1. D. de re iudic.* FINEM ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturum pollicetur: *l. 13. §. 2. D. de recept. arbitr.* FINIS controuerſiae imponitur ſententia: *l. 32. §. 16. D. eod. tit.* FINIS cuſtodiae: *l. 4. §. vlt. D. de peric. et commod rei vend.* FINIS et *caput* familiae, aduerſantur, vt *finis* et *principium*. *l. 195. §. vlt. D. de verb. ſignif.* FINEM accipit iudicium: *l. 6. D. de hered. petit. l. 30. D. de iudic.* FINIS adhibetur iudicio: *l. 4. §. 1. D. de in lit. iur.* Vt aliquis FINIS litium eſſet: *l. vlt. D. pro ſuo.* Vsque ad FINEM litis: *l. 1. C. de donat. inter vir. et vxor.* Ita Cicero *pro Caecin. Cap. XXVI.* vſucapionem FINEM *periculi et litium* vocat. FINEM accipit lis: *l. 7. §. vlt. D. qui ſatisd. cog.* In FINE menſis: *l. 7. §. 1. D. ſolut. matr.* FINEM adhibere negotio: *l. 56. §. vlt. mand.* FINIS negotio impoſitus: *l. 65. §. 10. D. pro ſoc.* Ipſe Senatus huic negotio FINEM praepoſuit: *l. vlt. §. vlt. D. de adſign. libert.* Ne FINIS non ſit: *l. 32. §. 16. D. de recept. arbitr.* FINIS nullus inuenitur: *l. 25. §. 3. D. de damn. infect.* FINEM accipit officium: *l. 33. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Ad FINEM perſequi: *l. 8. §. 1. D. de re iudic.* FINEM res accipit: *l. 39. D. de minorib.* Ad FINEM vindictae peruenire: *l. vlt. C. ad SC. Turpill.* FINIS vitae longaeui hominis: *l. 50. D. de vſufr.* FINE vitae expleri: *l. 65. §. 1. D. ad SC. Trebell.* FINIS vitae longiſſimus. *l. 8. D. de vſu et vſufruct. leg.* ¶. 2. FINIS, interdum pro modo ponitur: Itaque FINI et *ad* FINEM ſignificat, vsque ad concurrentem quantitatem. Quod loquendi genus Papiniano prae ceteris placuit. Amat enim ille ita loqui, vt ſumta ex eius potiſſimum libris, quae ſubieci, exempla demonſtrant. Ad FINEM centeſimae: *l. 4. §. 1. D. de nautic. foen.* Praeſtare actiones ad eum FINEM, quo praedium comparatum: *l. 25. D. de adim. legat.* FINI virilis partis: *l. 5. D. de dot. collat.* Ad FINEM peculii legata praeſtare: *l. 17. §. vlt. D. de caſtrenſ. pecul.* Dabitur compenſatio peculii FINI: *l. 19. D. de compenſat.* Fructibus FINI relictae pecuniae non perceptis: *l. 26. D. quando dies legat.* Si placiti FINE ſteterit conuentio: *l. 17. D. de locat.* FINE praeſtituto: *l. 32. §. 24. D. de donat. int. vir. et vxor.* FINEM pretii deminuere, vel excedere: *l. 66. §. vlt. D. de euict.* FINI quadrantis compenſabitur: *l. 15. §. 4. D. ad leg. Falcid.* Compenſatis fructibus perceptis ad FINEM ſuperfloi: *l. 42. §. 1. D. ſolut. matrim.* Fructus hypothecarum compenſantur FINI legitimae vſurae. *l. 1. §. 3. D. de pignorib.* Eſt haec loquutio elegans, et vere antiqua. Nam eodem modo Cato *de re ruſt. Cap. CXIII.* *Amphoras*, inquit, *nolito implere nimium anſarum infimarum* FINI. Et Hirt. *de bello Afric. Cap. LXXXV.* *Per mare vmbilici* FINE *ingreſſi.* HEIN. ¶. 3. FINIS, pro definitione aliquando accipitur, vti Graecum ὅρος, vti in *l. 223. pr. D. de verb. ſignif.* In primis huc pertinent loci, quos ex Quinctil. *Inſtit. Orat. Lib. V. Cap. 10. Lib. VII. Cap. 3.* et Sulpicii Victoris *Inſtitutionibus orat. p. 260.* attulit Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 272.* HEIN. ¶. 4. Praeterea FINES in *l. 124. D. de verb. ſignif.* Proculus adpellat, quos dialectici terminos. ¶. 5. FINES, etiam agri ſeu fundi terminos, et limites ſignificant. *l. 18. §. 2. in fin. et §. 3. D. de adquir. poſſeſſ. l. 2. §. 6. D. pro emt.* Vtramque ſignificationem FINIVM verbo Graeco ὅρος repraeſentari, docet Syrianus, Commentar. in Hermagoram his verbis: Καλεῖται τοίνυν πρῶτος ὅρος, ὁ ἐν τοῖς χωρίοις διορίζων τότε τὸ οἰκεῖον, καὶ τὸ ἀλλότριον. Καλεῖται δὲ ὅρος καὶ ὁ διαλεκτικὸς, οἷος, εἰς ὃν ἡ πρότασις ἀναλύεται. FINIS *vocatur primum, qui in agris proprium et alienum ſecernit. Deinde terminus, vel* FINIS *dialecticus eſt, in quem propoſitio reſoluitur.* Sic FINES agri, ſeu fundi demonſtrare et oſtendere: *l. 45. D. de euict. l. 10. C. eod. tit.* In demonſtrandis FINIBVS agri venditi: *l. 18. §. vlt. D. de contrah. emt.* Intra FINES agri: *l. 7. D. de incend. ruin. naufr.* FINES Athenienſium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini priuata terminatione diſtinguunt: Seneca *Lib. VIII. de benefic. Cap. 4.* FINES alienae ciuitatis: *l. 17. §. 6. D. ad municipal.* Inter Caſtellianum et Seium controuerſia de FINIBVS orta eſt: *l. 44. D. de recept. arbitr.* Terent. Heaut. *Act. I. ſcen. 1. prope fin.* Vicini noſtri hic ambigunt de FINIBVS: pro Arbitrium Neapolitanis et Nolanis de FINIBVS datum. *Apulei. Apol. p. 340.* De FINIBVS agrorum, an de FINIBVS bonorum et malorum. FINIBVS diuidere fundum: *l. 30. §. 4. D. de legat. III.* Debitor cum vicino de FINIBVS fundi pa-

ctus

ed by Google

ctus eſt: *l. 21. D. quae in fraud. credit.* Non in Galatiae, ſed Cappadociae, FINIBVS praedium: *l. 35. §. 1. D. de legat. III.* [Fundus ſuos habet FINES: *l. 60. §. 1. D. de verb. ſignif.*] FINES noſtros intrare: *l. 19. pr. D. de capt. et poſtlim.* FINES nominare: *l. 63. §. 1. D. de contrah. emt.* FINES oſtendere: *l. 45. D. de euict. l. 10. C. eod. tit.* FINES patriae excedere: *l. 1. §. 1. D. de effract.* intra FINES patriae: *l. 41. §. 6. D. de legat. III.* FINES praedii tueri: *l. 16. §. 1. D. de vſu et habit.* FINES prouinciae: *l. 4. §. 3. 4. D. de offic. proconſ.* FINES publici: *l. 5. §. vlt. D. de oper. publ.* in FINES ſuos intrare: *l. 19. §. 3. D. de capt. et poſtlim.* FINIVM regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent: *§. 20. Inſt. de action.* vt et Iſidor. *Lib. V. Etymolog. Cap. 25.* tradit. REGI enim, interprete Boethio *in Topic. Cic.* FINES *dicuntur, quoties vnusquisque ager propriis* FINIBVS *terminatur.* Vetus Gloſſarium: FINIVM REGVNDORVM *actio*, τὸ μεταξὺ τῶν ἀγχιγειτόνων γυμναζόμενον, ἐχόντων περὶ ὅρων πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν. *Eſt iudicium, quo inter ſe experiuntur confines, inter quos de* FINIBVS *iurgium eſt.* Hinc et FINITOREM dixit Plaut. in *prologo Poenuli v. 50.* eum, qui terminos ponit, et FINES ſtatuit. FINES proprios habent vici. *l. 77. §. vlt. D. de legat. II.*

FIR.

FIRMARE. [FIRMATA aetas, in *l. vn. C. Theod. de his, qui ven. aetat.* quae inter adoleſcentiam et legitimam aetatem media eſt, et poſt annum viceſimum incipit. FIRMISSIMA vero iuuentus, ſeu aetas, in eadem lege adpellatur, quae alias legitima dici ſolet.] FIRMATVR cauſſa: *l. 5. C. qui potior.* FIRMATVR dominium: *l. 14. C. de donat. int. vir. et vxor.* FIRMATVR legatum: Vlpian. *Regul. tit. XXIV. §. 11.* FIRMATVR interuallo temporis ſcriptura: *l. 17. C. ad leg. Corn. de falſ.* FIRMANTVR tabulae, id eſt, confirmantur. *l. 14. §. 1. D. ad SC. Trebell.*

FIRMITAS defenſionis: *l. 12. C. de donat. int. vir. et vxor.* Nec ea, quae ab eo geſta ſunt, firmitatem vllam obtinent: *l. 4. C. in quib. cauſſ. in integr. reſt.* iudicati: *l. 2. C. ſi a non compet. iud.* iuris: *l. 40. C. de transact.* ſententiae. *l. 37. C. quomod. et quand. iud.*

FIRMVS, A, VM. FIRMVM aedificium: *l. 24. §. 4. D. damn. infect. l. 43. D. eod. tit.* Parum FIRMVM conſilium minoribus: *l. 4. D. de ſeru. export.* FIRMA defenſio: *l. 2. C. de long. temp. praeſcript.* FIRMVM, et contra infirmum iudicium: *l. vlt. D. de manumiſſ. vindict.* FIRMA iura teſtamentorum: *l. 31. D. de hered. inſt.* FIRMA obligatio: *l. vlt. §. 1. D. de donat.* FIRMVM titulum praeſtare. *l. 7. C. de adquir. poſſeſſ.*

FIS.

FISCALIS, E. quidquid ad fiſcum pertinet. FISCALIS ancilla: *l. 2. C. commun. de vſucap.* FISCALIS cauſſa: *l. 9. D. de offic. proconſ. l. 29. D. de iur. fiſc.* FISCALIA commoda: *l. 3. C. de aduoc. fiſc.* FISCALIS contractus: *l. 1. §. 9. D. de lege Corn. de falſ. l. 3. §. 8. D. de iur. fiſc.* [FISCALES copiae: *l. 4. C. Theodoſ. de operib. publ. Lib. XV. tit. 1.*] FISCALIA corpora: *l. 11. C. Theod. de bon. proſcript.* debita: *l. 3. C. de conuen. fiſc. debit. l. 17. C. de praed. et al. reb. min.* detrimenta: *l. vlt. §. 26. D. de munerib. et honor.* FICALIS haſta: *l. 8. C. de remiſſ. pign. rubr. C. de fid. inſtrum. Lib. X.* FISCALIS indemnitas: *l. 3. C. de conuen. fiſc. debit.* FISCALE ius: *l. 42. D. de pact.* FISCALIA loca: *l. 3. §. 10. D. de iur. fiſc.* FISCALIA negotia: *l. 34. D. de iur. fiſc.* FISCALE officium: Paull. *Lib. V. Sent. tit. XXVII. §. 4.* [FISCALIS panis: *in l. vn. C. Theod. de pret. pan. Oſtienſ. Lib. XIV. tit. 19.* dicitur, non, quod a fiſco donaretur ſed quod e frumento FISCALI, vel ex FISCALI copia, vt loquitur *d. l. 4. C. Theod. de oper. publ.* confectus eſſet, idem prorſus cum pane Oſtienſi, vt exiſtimat Iac. Gothofred. *Commentar. ad d. l. vn.*] FISCALIS pecunia: *l. vlt. D. de muner. et honor.* FISCALES poenae: *rubr. C. de poen. fiſcal. l. 17. D. de iur. fiſc.* FISCALES rationes: *l. 4. C. de fid. inſtrum.* FISCALES ſerui: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 13. §. 2.* FISCALES venditiones: *l. 7. §. 5. D. de iure fiſc. l. 1. §. 3. D. de Aedil. edict.* vſurae. *l. 6. D. de iur. fiſc.* ¶. 2. Generatim FISCALES iidem, qui cenſuales. *l. 1. C. Theod. de decur. vrb. Rom.* ¶. 3. FISCALIA, abſolute, adpellantur tributa: *l. 3. C. de epiſc. et cleric.* D. Ambroſ. *in Epiſt. ad Rom. Cap. XIII. Idem dicit tributa praeſtari, vel, quae dicuntur* FISCALIA, *vt ſubiectionem praeſtent, per quam ſciant, non eſſe liberos, ſed ſub poteſtate degere, quae ex Deo eſt.* Inuenitur hoc verbum et in conſtitutione Graeca *l. 1. C. quib. mun. Lib. X.* In ſcholiis anonymi auctoris, quae poſt Nouellas a Iuliano Anteceſſore ἐπιτομηθέντας, ſubiiciuntur, *Cap. LXXII.* ad verbum: *tributa fiſco: Nota, quando is, qui nihil poſſidet, FISCALIA dare cogitur.* Vetus Gloſſarium; FISCALIA, δημόσια. [Alibi adpellantur FISCALE onus: *l. 17. C. Theod. de annon.* penſitatio FISCALIS. *l. 12. Cod. Theod. eod. tit. Lib. XI. tit. 1.*]

FISCVS. Eum D. Augſtinus *in Pſalm. CXLVI.* et Iſidor. *Lib. XX. Orig. Cap. 9.* interpretantur *ſaccum publicum*, Suidas cum Heſychio δημόσιον ταμεῖον. Quamquam FISCI, id eſt, priuatorum principis theſaurorum ratio, initio ab *aerario*, quod publicum populi Romani erat, ſeparata fuit. Tacit. *Lib. VI. Annal. Cap. 2. Bona Seiani ablata aerario, vt in FISCVM cogerentur.* Plin. *Panegyr. Cap. XLII. At fortaſſe non eadem ſeueritate FISCVM, qua aerarium, cohibes. Immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico, credis.* Spartian. *in Hadrian. Cap. VII. Damnatorum bona in FISCVM priuatum redigi vetuit: omni ſumma in aerario publico recepta.* Seneca *Lib. VII. de benefic. Cap. 6. Caeſar omnia habet; FISCVS eius priuata tantum, ac ſua: et vniuerſa in imperio eius ſunt, in patrimonio propria.* Vnde FISCALES res quaſi proprias et priuatas principis eſſe, ait *l. 2. §. 4. D. ne quid in loc. publ.* Gloſſae Palaemonis *FISCVM, promtuarium Caeſaris, marſupium, et ſacculum*, definiunt; Graeci vero interpretes FISCVM, aiunt eſſe κόφινον, ἐν ᾧ τὰ τῶν δημευομένων ἐτίθετο χρήματα· μετὰ ταῦτα δὲ ταμεῖον γέγονε καίσαρος, ἐν ᾧ παρεφυλάττετο τὰ φισκάλια χρήματα, καὶ

ἐγέ-

ἐγένοντο ταμειακὰ ἅτινα τὸ παλαιὸν ὄντα τοῦ δήμου μετενέχθησαν τῇ τοῦ βασιλέως οὐσίᾳ, fiſcinam, in qua, quae publice redit, pecunia reponitur. Praeter eam erat aerarium principis, in quo fiſcales pecuniae adſeruabantur, ſed deinde et ea, quae antiquitus populi fuerant, in fiſcum influebant. Enim vero ſcite Traianos, vt a Sex. Aurelio Victore *in Iuliano Cap. XLIII.* refertur, FISCVM *lienem vocabat, quod eo creſcente artus reliqui tabeſcant.* Elegante epigrammate hoc Traiani dictum expreſſit Claudius Minos:

> *Humani quod ſplen eſt corporis, in populi re*
> *Hoc Caeſar, FISCVM dixerat, eſſe ſuum.*
> *FISCO aucto reliqui tabeſcunt corporis artus:*
> *FISCO aucto arguitur ciuica pauperies.*

HEIN.

Ceterum FISCI nomen tractum ab eo, quod cophinis et ſportellis ſporteis antiquitus pecuniae conditae adſeruarentur. Aſcon. *in Cic. Diuinationem; Sportae, ſportulae, ſportellae, nummorum ſunt receptacula, et vt ſacci, ſacculi, ſacelli, et erumenae, et velleae, et ſcorteae, et manticae, et marſupia. Ita* FISCI, *fiſcinae, fiſcellae ſparteae, ſunt vtenſilia ad maioris ſummae pecunias capiendas. Vnde, quia maior eſt ſumma pecuniae publicae, quam priuatae, vt pro cenſu priuato loculos, et arcam, et ſacellos dicimus, ſic pro publico theſauro aerarii dicitur* FISCVS. Sueton. *in Claud. Cap. XVIII. Poſitis ante ſe cum pecunia* FISCIS. Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 37. Primam ac viceſimam legiones Caecina, legatus, in vrbem Vbiorum reduxit, turpi agmine, quum* FISCI, *de imperatore rapti, inter ſigna, interque aquilas veherentur.* Hoc ſenſu FISCVM *tanti eſſe, quanti habet*, id eſt, quantum pecuniae, in ſacculo conditae, numerus efficit, dixit Seneca *Epiſt. LXXXVII.* et FISCOS *in angulo iacentes*, idem *Lib. III. de ira Cap. 33.* Eodem ſenſu occurrunt FISCI, quibus ad premendam oleam vtimur, *l. 19. §. 2. D. locat.* de quibus vid. Columell. *Lib. XII. de re ruſt. Cap. 49.* ¶. 2. Ad FISCVM, quatenus pecuniam principis complectitur ſequentia pertinent: FISCO vindicatur ablatum quaſi indigno: *l. 8. §. 14. D. de inoffic. teſtam.* FISCI aduocatus: *l. 5. §. 13. D. de his, quae vt indign. l. vlt. D. de poſtul.* Spart. *in Hadrian. Cap. XX.* et *in Seuero Cap. I. et II.* Inferenda FISCO aeſtimatio: *l. 40. D. de contrab. emt.* FISCO vindicatur ager: *l. 13. D. de re militar.* bona: *l. 1. D. de interd. et releg. l. 8. D. de iur. fiſc. l. 20. D. de accuſat.* Ad FISCVM deuoluta bona: *l. 30. D. de iur. fiſc.* in FISCVM eadem coguntur: *l. 31. D. de iur. fiſc.* ab eo occupantur: *l. 3. §. 4. D. de minor.* ad eum perueniunt: *l. 25. D. de pignorib.* FISCO caduca bona addicuntur: *l. 9. D de SC. Silan.* Cauſſa FISCI: *l. 12. D. de compenſat.* FISCO noſtro adſcribenda domus. *l. 11. C. de aedific. priuat.* Si ad FISCVM peruenerit fundus: *l. 9. D. de fund. dotal.* FISCO vindicatur hereditas: *l. vlt. D. ad leg. Iul. maieſt.* FISCVS ab omnium vectigalium praeſtatione immunis eſt; *l. 9. §. vlt. D. de publican.* FISCO non vindicatur legatum: *l. vlt. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* In FISCI patrimonio eſſe: *l. 22. §. vlt. D. de contrab. emt* FISCI patronus: *l. 33. D. ex quib. cauſſis maior.* Ad FISCVM transmittere pecunias: *l. 6. §. vlt. D. de bon damnat.* Eutrop: *Lib. III. Cap. 9. Pecuniam hominum venditorum ad FISCVM retulit.* Inſertur FISCO poena: *l. 3. §. 5. D. de ſepulcr. viol.* Non ſolet FISCVS ſatisdare: *l. 1. §. 18. D. vt legator. vel fideic. cauſſ. cau.* FISCO vindicatur dimidia pars theſaurorum: *l. 3. §. 10. D. de iur. fiſc.* . bona vacantia ab FISCVM pertinent: *l. 96. D. de legat. I.* FISCVS ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit. *l. 17. D. de vſur.*

FISTVLA, canalis, per quem aqua ducitur: quamuis alicubi FISTVLAE, et *canales* ſeparentur, *l. 49. D. de contrab. emt. l. 15. D. de act. emt. l. 12. §. 24. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* itemque FISTVLA, et *tubus. l. 1. §. 6. D. de cloac.* FISTVLAE enim vel in riuo ponebantur, vel ſalientibus aquis iungebantur, *l. 15. D. de act. emt.* vel caſtellis. *l. 78. D. de contrab. emt.* Nec ex riuis modo et caſtellis, verum etiam ex coelo aliquando fiſtulae aquam capiebant. Gloſſae Palaemonis: FISTVLAE, *meatus aquae, vel venae ligneae.* Iſidor. *Lib. XX. Orig. Cap. 8.* FISTVLAE *aquarum ſunt dictae, quod aquas fundant et emittant. Nam ςέλλειν Graece mittere eſt. Formae earum pro magnitudine aquae et capacitatis modo fiunt.* Plinius vero *Lib. XXXI. Cap. 6.* FISTVLAS *denum pedum longitudinis eſſe legitimae*, ait, *et ſi quinariae ſint, ſexagena pondo pendere, ſi octonariae, centena; ſi denariae, centena vicena, ac deinde ad has portiones.* Denariae autem quae adpellarentur, ibidem explicat. Sed de tota FISTVLARVM differentia, videndus eſt Frontinus *Lib. I. de Aquaeduct.* ¶. 2. Huc pertinent loquutiones: FISTVLIS adplumbata epitonia. *l. 17. §. 8. D. de act. emt.* Vide ſupra in EPITONIA. FISTVLAE, per quas aqua ducitur; *l. 47. D. de contrab. emt. l. 1. §. 1. D. de extraord. crim.* FISTVLAS, quibus aquam duco, in via publica habeo: *l. 13. D. ſi ſeruit. vindic.* FISTVLAE, per quas aquam ducas, aedibus meis adplicatae: *l. 18. D. de ſeru. vrban. praed.* FISTVLAE et canales, et crateres, et ſi qua alia ſunt, ad aquas ſalientes neceſſaria: *l. 12. §. 24. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* FISTVLAE balnei: *l. 58. §. vlt. D. locat.* FISTVLA, iuncta parieti communi, quae aut ex caſtello, aut ex caelo, aquam capit: *l. 19. D. de ſeruit. vrban. praedior.* FISTVLA fictilis, vel cuiuslibet generis: *l. 15. D. de ſeru praed. ruſtic.* FISTVLAE porro interdum fictiles, vt plurimum vero plumbeae, fiebant, *l. 15. D. de ſeruit. ruſtic. praed. l. 6. C. de aquaed. Lib. XI.* Vitruu. *Lib. VIII. Cap. 7.* et Pallad. *Lib. IX. Cap. 11.* Si de plumbeo caſtello FISTVLAE, ſub terram miſſae, aquam ducerent in ahenum lateribus circumſtructum: *l. 38. §. vlt. D. de act. emt.* FISTVLAS in riuo ponere: *l. 3. §. 5. D. de aqu. quotid. et aeſtiu. l. 15. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* FISTVLAS in riuo collocare. *l. 3. §. 2. D. de riuis.* ¶. 2. FISTVLA, etiam genus morbi in *l. 1. §. 3. D. de extraord. cogn.* Id nomen eſt vlceri alto, anguſto, et calloſo, vt ait Cornel Celſ. *Lib. V. Cap. 28.* vbi FISTVLARVM genera plura eſſe, tradit. Graecis σύριγξ.

FLA.

FLAGELLARE, flagellis caedere; quo

quod verbum e Latio in Graeciam migrauit. Etenim in euangelio D. Matth. *Cap. XXVII, 26.* legere eſt de Pilato: τὸν δὲ Ἰησοῦν Φραγελλώσας παρέδωκεν, ἵνα σταυρωθῇ. *Ieſum vero* FLAGELLATVM *tradidit, vt cruci ſuffigeretur.* Vbi Φραγγελλώσας legendum cenſeo aeque, ac apud D. Marc. *Cap. XV, 15.* vbi vulgo ſcriptum eſt: καὶ παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν Φραγελλώσας, ἵνα σταυρωθῇ. Cuius verbi vim explanat D. Ioannes *Cap. XIX, 1.* eamdem rem geſtam referens, his verbis: Τότε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν καὶ ἐμαστίγωσε. *Tunc adſumſit Ieſum Pilatus, et flagris cecidit.* Sed opinione ſua hic procul dubio falſus eſt Briſſonius. Nam non modo in nouo teſtamento conſtanter legimus Φραγγελλώσας, vti *Matth. XXVII, 26. et Marc. XV, 15.* et Φραγγέλλιον, *Ioann. XV, 2.* nuſquam Φλαγελλώσας, vel Φλαγέλλιον Sed et eadem forma vocabulum ſiſtunt ſcriptores profani: veluti Scholiaſtes Ariſtophanis *in Acharnenſ. v. 720.* Suid. *in voce* Ἀγοραnομίας, et alii, ceu iam obſeruarunt Menag *ad Laert. VI, 90. p. 264.* et Kuſter. *ad illum Ariſtophanis locum.* HEIN. ¶. 2. FLAGELLARE annonam, id eſt, vexare et attentare eamdem, vti eſt in *l. 6. pr. D. de extraord. crim.* Plin. *Lib. III. Cap. 33. Aut ſi aliquis praepotens mancept annonam* FLAGELLET.

FLAGELLVM vel FLAGRVM, ſcuticae genus. Vnde FLAGELLA vel *flagra* ſunt ſeruilia verbera, quibus a ſtrepitu nomen inditum eſſe, auctor eſt Donat. *in Eunuch. Terent. Act. II. ſcen. 3.* Ex quibus enim cauſſis liber *fuſtibus*, ex his ſeruus FLAGELLIS caedebatur. *l. 10. D. de poen. l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. naufrag. l. vlt. D. de iniur.* Vnde ſeruilium verberum nomine FLAGELLA exaudienda eſſe, alias docuimus. Hinc et *flagriones* dictos ſeruos quod flagris ſubiecti eſſent, Nonius Marcellus tradit. ¶. 2. FLAGELLIS caedere: *l. 2. §. 1. D. de priuat. delict. l. 23. §. vlt. D. de vſufr. l. 10. §. 12. D. de in ius voc.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 22.* caeſus ab Aedilibus: *l. 12. D. de decur.* a magiſtratu: *l. 17. §. 2. D. de iniur.* ad mortem: apud Horat. *Serm. Lib. I. Sat. 14.* FLAGELLORVM caſtigatio: *l. 7. D. de poen.* FLAGELLORVM ictus: *l. 12. D. de decurion.* Praeſidi offerendus eſt ſeruus, qui eum FLAGRIS rumpat: *l. 9. §. vlt. D. de iniur.* Ille FLAGELLO, quod in manu habebat, in quo dolor, (immo *dolo*) inerat, verberare tabernarium coeperat. *l. 52. §. 1. D. ad leg. Aquill.* De hoc *fuſtium* et FLAGELLORVM diſcrimine plura vid. apud Em. Merill. *Not. in Hiſt. paſſ. Chriſti p. 19.* et Rad. Forner. *Rer. quotid. Lib. IV. Cap. 2.* HEIN. ¶. 2. FLAGELLVM, pro rheda. *l. 5. C. Theod. de curioſ. Per ſingulas rhedas, quas quadrigas, vel* FLAGELLA *adpellant.*

FLAGITARE, poſtulare. FLAGITARE ancillam, adpellare de ſtupro. *l. 12. §. 4. D. de priuat. delict.*

FLAGITIOSE, nefarie, improbe. FLAGITIOSE inuadere. *l. 4. §. 6. D. de incend. ruin. naufr.*

FLAGITIOSVS, A, VM. FLAGITIOSAE rei ſocietas coita nullam vim habet: *l. 70. §. vlt. D. de fideiuſſ.* Nec ſocietas aut mandatum FLAGITIOSAE rei vllas vires habet. *l. 35. §. 2. D. de contrah. emt.*

FLAGITIVM admiſſum: *l. 17. D. ad SC. Silan. l. 43. §. 4. D. de Aedil. edict.* Si tam multa FLAGITIA in tutela admiſit: *l. 17. §. 1. D. de teſtam. tutel.* Per FLAGITIVM adquiſiit: *l. vlt. §. vlt. D. de bon. damnat.* FLAGITII faciendi vel facti cauſſa: *l. 123. D. de verb. ſignif.* Non ſine FLAGITIO arma amittuntur: *l. 2. D. de capt. et poſtlim.* FLAGITIVM militare: *l. 13. C. de teſtam. milit.* vt rei militaris FLAGITIVM apud Ciceron. *pro Cluent. Cap. XLVI.* Donat. *in Eunuch. Terent. Act. II. ſcen. 3.* FLAGITIVM, *more militari dicitur res, flagitatione, hoc eſt, increpatione digna.* FLAGITIO ad nullum pretium ſui redactus ſeruus. *l. 50. §. vlt. D. mandat.* Ceterum notum eſt, *ſcelera et facinora* a FLAGITIIS diſcreuiſſe veteres. Tacit. *de morib. Germ. Cap. XII. Diſtinctio poenarum ex delicto. Proditores et transfugas arboribus ſuſpendunt. Ignauos, et imbelles, et corpore infames, caeno ac palude, iniecta inſuper crate, mergunt. Diuerſitas ſupplicii illuc reſpicit, tamquam* SCELERA *oſtendi oporteat, dum puniuntur,* FLAGITIA *abſcondi.* Liu. *Lib. XXXIX. Cap. 16. Minus tamen eſſet, ſi* FLAGITIIS *tantum effeminati forent: (ipſorum id magna ex parte dedecus erat,) a* FACINORIBVS *manum, mentem fraudibus abſtinuiſſent.* Salluſt. *Catilin. Cap. XXIII. In ea conuentione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco,* FLAGITIIS *ac* FACINORIBVS *coopertus.* Iam vere quidem Non. Marcell. *de propr. ſermon. Cap. IV. n. 215.* et Iſidor. *Lib. V. Orig. Cap. 26.* obſeruant, FLAGITIVM dici *vitium, quod virgini infertur:* ſed erraret tamen, qui vocabuli notionem ea interpretatione exhauriri, crederet. Nam et de maſculis et ἀκαθάρτοις, vteos dictos fuiſſe docet Salmaſ. *de foen. trapezit. 147.* id eſt, qui muliebria paſſi eſſent, ait Paull. *Recept. Sent. Lib. II. tit. 26. §. 13. eos* FLAGITIVM *impurum paſſos.* Latius ergo patet huius vocis ſignificatio, quam neſcio an ſolus expreſſerit B. Auguſtinus *de doctr. Chriſtian. Lib. III. Cap. 10* a Gottl. Cortio *in Not.* ad illum Salluſtii locum laudatus, cuius haec verba ſunt: *Quod agit indomita cupiditas, ad corrumpendum animum et corpus ſuum,* FLAGITIVM *vocatur. Quod autem agit, vt alteri noceat,* FACINVS *dicitur, et haec ſunt duo genera omnium peccatorum.* Obſeruaueramus haec iam in *Elem. Iur. German. Lib. II. tit. 18. §. 14. p. 12. ſequ. Tomo. II.* HEIN.

FLAGRARE, ardere. At FLAGRANS crimen in *l. vn. pr. C. de rapt. virg.* eſt crimen, cuius in perpetratione quis opprimitur, ac veluti ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenditur. HEIN.

FLAMEN, ſacerdos, qui vnde dictus ſit, vid. Varron. *de Lingu. Lat. Lib. IV.* Seru. *in Lib. VIII. Aeneid. v. 664.* et Feſtum in verbo *Flamen.* Hinc FLAMINES *Diales*, apud Vlpian. *Reg. tit. X. §. 5.* et Gell. *Lib. X. Cap. 15.* ſunt ſacerdotes Iouis. Liu. *Lib. I. Cap. 20.* FLAMINEM *Ioui adſiduum ſacerdotem creauit.* Erat autem et eius vxor, quam

quam in manum conueniſſe oportebat, FLAMINICA *Dialis*, vt probat Tacit. *Lib. IV. Annal. Cap. 16.* FLAMEN municipalis: *Nouell. Valent. et Marcian. de matrim. Senator.* ſimiliterque in *l. 2. C. Th. quemadm. mun. ciu. indic.* FLAMINES accipiendi ſunt *municipales.*

FLAMINIA *via*, ab vrbe Roma Ariminum, ac deinde Aquileiam vſque ducta, et directa, cuius mentio fit *l. 1. C. Theod. quib. equ. vſ. conc.*

FLAMINIVM, ſacerdotium flaminum. Hinc FLAMINII honor: *l. 21. C. Theod. de decurion.* FLAMINIO abire: Valer. Max. *Lib. I. Cap. 1.* FLAMINIO decedere. Gell. *Lib. X. Cap. 15.*

FLAMMA conſumtus: *l. 45. §. 3. D. ad leg. Aquill.* FLAMMIS conſumi: *l. 1. C. de Nil. agger. non rump.* FLAMMA torretur paries. *l. 13. D. de ſeru. praed. vrban.*

FLARE numos. *l. 9. pr. D. de leg. Corn. de falſ.*

FLATOR. *Triumuiri monetales, aeris, argenti, auri FLATORES* memorantur *l. 2. §. 31. D. de orig. iur.* quos *aeri, auro, argento flando* vocat Cicero *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 13.* quae verba his notis A. A. A. F. ſcribi conſueuiſſe, teſtis eſt Valer. Prob. *in Notis iuris.* Nihil notius eſt, quam in numis frequentiſſimas eſſe notas: IIIVIRI A. A. A. F. F. id eſt, *IIIviri aere, argento, auro, flando, feriundo*, vel aliquando IIIIuir. A. P. F. id eſt, *IIIIuiri argento publice feriundo vel flando.* Id enim luculenter oſtendit Ez. Spanhem. *de vſu et praeſt. numiſm. Diſſ. X. Cap. 6. p. 167. ſequ. Tom. II.* Eosdem dictos eſſe *Triumuiros monetales*, nemo negat. At exemplo caret illud *A. A. A. flatores*, quod ex notis illis male intellectis conflaſſe Tribonianum, exiſtimat M. Ant. Muretus. Ego nihil quidem incommodi video, ſi retineatur vulgaris lectio, eaque in re facile adſentior V. A. Corn. van Bynkersh. *in Praetermiſſ. ad leg. 2. D. de orig. iur. p. 80.* at vix tamen credo, pro vocabulis notiſſimis *aeris, argenti, auri flatores* ſcripſiſſe Pomponium, quum eos a nemine veterum ita adpellatos conſter, antiqua autem denominatio, vti iam a Spanhemio *p. 169.* obſeruatum eſt, multo poſt Pomponii tempora ſub Gordiani adhuc imperio in vetere lapide, a Sponio ex Schedis Barberinianis deſcripto, occurrat. Aut ergo Triboniani hic naeuus, aut, quod malim, librariorum lapſus videtur. HEIN.

FLATVARIVS, *l. 6. C. Theod. de falſ. monet.* [id eſt, vt ibi eum deſcribit Iac. Gothofred. *in Commentar.* qui aeri, argento, auro flando, fundendo, atque in exemplar, typum, ſeu iconium coniiciendo, feriundo, formando operam nauabat. Neque hi tantum hoc nomine adpellantur, ſed et alii artifices publici, qui ex aere, argento vel auro ſigillaria exprimebant, Gallica lingua vocati *fondeurs*] Recte ſe habet haec Gothofredi obſeruatio. Nam OFFICINA FLATVARIAE ARGENTARIAE eſt in marmore, apud Reineſ. *Inſcript. 30. Claſſ. X.*

FABER FLATVARIVS SIGILLIARIVS apud eumdem, *Claſſ. XI. Inſcr. 89.* FLATVARIVS A MINERVA MEDICA, ibid. *Inſcript. 89.* HEIN.

FLAVIANVM ius ciuile, a Cn. Flauio, ſcriba, nomen ſumſit. *l. 2 §. 7. D. de orig. iur.* De iure FLAVIANO, eiusque editore, Cn. Flauio, nota omnia ſunt ex Liuio *Lib. IX. Cap. 46.* qui illum *haec omnia in albo propoſuiſſe*, ait, nec non ex Cicerone *pro Muraen. Cap. XI. Lib. VI. ad Attic. Epiſt. 1. de Oratore Lib. I Cap. 40.* Plin. *Hiſtor. Nat. Lib. XXXIII. Cap. 1.* Gell. *Noct. Attic. Lib. VI. Cap. 9.* Ex Liuii vero loco colligas, illum, quum id ius publici iuris faceret, iam Aedilitatem geſſiſſe, ſiquidem magiſtratuum erat, in albo quid proponere. At reliquorum auctorum ſunt quidam, qui illum, praeſtito reipublicae inſigni hoc beneficio, Aedilitatem meruiſſe, referunt. Et tamen ea poſſe quodammodo conciliari, oſtendimus in *Elementis Hiſt. iur. Lib. I. §. 48.* HEIN.

FLAVIVS MELA, *l. 1. §. 12. D. de cloac.* idem iuriſconſultus, qui ſolo *Melae* nomine toties ab Vlpiano et Paullo citatur. At in *d. l. 1. §. 12.* non vocatur FLAVIVS, ſed FAVIVS, id eſt, *Fabius*, nec ab Vlpiano et Paullo tantum, ſed et ab Africano et Venuleio, his antiquioribus, citatur. Quin Guil. Grut. *de vit. iuriſconſ. Lib. II. Cap. V. §. 6.* ex *l. 11. D. ad leg. Aquill. l. 3. §. vlt. D. de act. rer. amot.* et *l. 14. D. de ann. legat.* non infeliciter colligit, Melam non tantum ante Proculum, ſed et ante Neruam, iuriſconſultum, floruiſſe, adeoque proxime attigiſſe tempore C. Aquillii Galli et Ser. Sulpicii, qui occaſum Romanae libertatis viderunt. HEIN.

FLAVIVS, praenomen *Apri, Arriani, Athenagorae, Candidi, Celſi, Felicis, Hermetis, Longini, Priſci, Proculi, Reſpecti, Statilii, Victoris,* nominibus praepoſitum, ceu curioſus lector inueniet in *l. 22. D. de bon. libert. l. 2. §. 1. l. 3. §. 9. D. de iure fiſc. l. 6. D. de vſur. l. 122. §. 2. l. 126. §. 2. D. de verb. oblig. l. 8. D. de pollicit. l. 52. §. 5. D. pro ſoc. l. 6. §. vlt. D. de negot. geſt. l. 2. §. 44. D. de orig. iur. l. 3. §. 1. D. de minor.* At parum intereſt, ſcire, qui priuati in iure noſtro FLAVII ſiue praenomen, ſiue nomen, geſſerint. Magis vero obſeruatu dignum, permultos Imperatores, ipſumque Iuſtinianum FLAVIOS dici voluiſſe. Nimirum id nomen Iuſtinianus ſumſerat exemplo auunculi Iuſtini Imp. Hic quoque imitatus eſt deceſſores ſuos, qui et ipſi glorioſam Conſtantini M. memoriam renouaturi, ſeque legitimos illius ſucceſſores eſſe, indicaturi, FLAVIOS ſe adpellabant. Gabr. Trinor. *Obſ. Apologet. Cap. IV. §. 7. p. 217. Tom. I. Theſ. iur.* Et ſane a Conſtantini M, et eius liberorum, nec non Iuliani temporibus, permulti Caeſares et tyranni plerique id nomen adſectarunt. Noti ſane FLAVII *Valentinianus, Valens, Gratianus, Valentinianus iunior, Theodoſius, Arcadius, Honorius, Theodoſius iun. Conſtantius, Valentinianus III. Marcianus, Maximus, Auitus, Leo Thrax, Maiorianus, Seuerus, Anthemius, Leo iunior, Baſiliſcus, Iulius Nepos, Romulus, Auguſtulus Anaſtaſius, Iuſtinus et Iuſtinianus, immo et poſt huius tempora Mauricius, Phocas et Heraclius,* ceu ſub ſingulis his principibus notauit Chriſt. Ad. Rupertus

in

in Obſeru. Hiſt. ad Beſold. Eodem exemplo et earum gentium, quae praecipuas occidentis prouincias occupauerant, reges, nomen FLAVII adfectarunt. Omnes ſine Wiſigothorum reges a Reccaredi temporibus hoc nomine vſos eſſe, obſeruauit Hier. Higuera *ad Luitprandi Chronic. n. 10.* Chiflet. *Vindic. Hiſpan. p. 350.* Quin ipſum Gothorum imperium FLAVIAM dictum eſſe, obſeruauit Car. du Freſne *in Gloſſar. Latin. ſub voce* FLAVII vbi etiam oſtendit, non ſolum imperatores, ſed et proceres fere omnes, Coſſ. praefectos praetorio, praeſides, et viros clariſſimos id nomen adfectaſſe: apud Langobardos vero primum Autharim, Regem, ob dignitatem id a ſuis conſequutum, eoque praenomine omnes, qui poſtea fuerint Langobardorum reges, feliciter vſos eſſe. Vid. Paull. Warnefrid. *de geſt. Langob. Lib. III. Cap. 16.* HEIN.

FLE.

FLEBILIS, E. FLEBILE ceſſionis bonorum adiutorium. *l. 7. C. qui bon. ced. poſſ.* HEIN.

FLECTERE, commouere. Si offenſam iſtam clementia flexit: *l. 5. C. famil. erciſc.* Si non FLECTITVR maritus ad infelicitatem vxoris. *l. 22. §. 8. D. ſolut. matrim.*

FLO.

FLORENS, FLORENTISSIMA ciuitas adpellatur Conſtantinopolis: *l. 7. §. 5. C. de curat. furioſ.* FLORENTISSIMVS ordo: *l. 5. §. 3. C. de temp. adpellat.* FLORENTISSIMI proceres: *l. 5. §. 2. C. de temp. et repar. adpell. l. 10. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* FLORENTISSIMVS ſenatus: *l. 7. §. 6. D. de curat. furioſ.* FLORENTISSIMA vrbs. *l. vlt. C. de aedific. priuat.*

FLORENTII, qui conſulatum et praefecturam praetorianam geſſit, fit mentio in *Nouella Theodoſ. et Valentin. de releuat. adaerat. vel donat. poſſ.* et *Nou. de lenonib.*

FLORENTINVS, iuriſconſultus, Inſtitutionum *Libros XII.* ſcripſerat, ex quibus complura in Pandectis capita deſcripta ſunt. Videtur vixiſſe ſub Alexandro Imp. ad eumque pertinere huius Principis reſcriptum. *l. 8. C. de inoffic teſtam.* HEIN.

FLOS, FLORIBVS vti. *l. 12. §. 1. D. de vſu et habit.*

FLV.

FLVCTVS, vt Seneca *Lib. V. Natur. quaeſt. Cap. 5.* definit, eſt maris in vnam partem agitatio. FLVCTIBVS expulſae res: *l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* FLVCTVS maximos: *l. 116. D. de verb. ſignif. §. 3. Inſt. de rer. diuiſ.* Qua maximus FLVCTVS exaeſtuat. *l. 112. D. eod. tit.*

FLVERE dicitur amnis: *l. 56. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* aqua nouo riuo: *l. 7. D. eod. tit.* per foſſas; *l. 24. D. de aqu. et aqu. pluu.*

arc. Seneca *Lib. V. nat. quaeſt. Cap. I. Nemo aquam* FLVERE *dicit, ſi tantum intra ſe mouetur, ſed ſi aliquo fertur.* FLVIT colluuies: *l. 1. §. 1. D. de cloac.* flumen: *l. 7. §. 4. D. de adquir. rer. domin. l. 13. D. ſi ſeru. vindic.* Ex his FLVERE coepit ius ciuile: *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* FLVIT tempus. *l. 1. C. de vſur. rei iudic. l. 13. C. eod. tit.*
¶. 2. In lege *56. §. 1. D. de adqu. rer. dom.* ſupra citata eſt plusquamperfectum FLVERAT, pro *fluxerat.* Id *ἀρχαϊκὸν* eſſe, nec tamen exemplo carere, nouimus. Eadem enim forma reperimus *confunderant, tolliſſe* a *tollo*, *ſtrixerit*, a vetere *ſtrigo*, *ſolui* pro *ſolitus ſum.* Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. VIII. Obſeru. Cap. 2.* HEIN.

FLVMEN, a *riuo*, magnitudine diſcernendum eſt, aut exiſtimatione circumcolentium. FLVMINA vero quaedam *perennia*, quaedam *torrentia.* *Perenne* eſt, quod ſemper fluit *ἀέναος*: torrens ὁ *χειμάῤῥος, id eſt, hieme fluens.* Si tamen aliqua aeſtate exaruerit, quod alioquin perenne fluebat, non ideo minus *perenne* eſt. Flumina etiam quaedam *publica* ſunt, quaedam *non.* *Publicum FLVMEN* eſſe, Caſſius definit, quod perenne ſit. FLVMEN priuatum nihil differt a ceteris locis priuatis. *l. 1. §. 1. ſequ. D. de flumin.* Rurſus FLVMINVM quaedam *nauigabilia* ſunt, quaedam non: *l. 1. §. 12. et §. 18. D. eod. tit.* FLVMEN aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habet, aut pontonibus traiicitur. *l. vlt. D. de ſeruit. ruſt. praed.* ¶. 2. Huc pertinent loquutiones: Si FLVMEN ſic abundaſſet, vt impleſſet omnem locum, in quo ſiſti oportuit: *l. 2. §. penult. D. ſi quis caut.* FLVMINA cenſitorum vice funguntur: *l. 30. §. 3. D. de adquir. rer. domin.* In FLVMINIS publici diuerticulo piſcari: *l. 7. D. de diuerſ. tempor. praeſcr. l. vlt. D. de vſurpat.* Aquam de FLVMINE publico ad irrigandos agros diuidi oportere: *l. 17. D. de ſeru. praed. ruſt.* Quominus ex publico FLVMINE ducatur aqua, nihil impedit: *l. 2. D. de flumin.* Ex FLVMINE aquam ducere plures poſſunt: *l. 3. §. 1. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* FLVMINIS impetus: *l. 14. D. quemadm. ſeru. amitt.* impulſus: *l. 24. §. 11. D. de damn. infect.* FLVMINE inundatus ager: *l. 23. D. quib. mod. vſusfr.* FLVMEN Minturnenſe. *l. 13. §. 1. D. locat.* In FLVMEN nauem immittere: *l. 13. §. 2. D. locat.* FLVMEN hortum occupauit: *l. 24. D. quib. mod. vſusfr. amitt.* Piſcandi ius omnibus commune eſt in FLVMINIBVS. *§. 2. Inſt. de rer. diu.* In FLVMEN praecipitaris *l. 9. §. 3. D. ad leg. Aquil.* FLVMINA paene omnia publica ſunt, et cuilibet liberum eſt, per ipſum FLVMEN nauigare: *l. 4. l. 5. D. de diuiſ. rer.* FLVMINVM publicorum communis eſt vſus, ſicuti viarum publicarum: *l. 24. D. de damn. infect.* FLVMINIS vis: *l. 2. §. pen. D. ſi quis caut. in iud. ſiſt. l. 7. §. 2. D. de adquir. rer. domin. l. 24. §. 4. D. de damn. infect.* Vi FLVMINIS delata ratis in agrum: *l. 9. §. 3. D. de damn. infect. l. 8. D. de incend. ruin. naufrag. l. 5. §. 4. D. ad exhib.* Vi FLVMINIS importata: *l. 9. §. 1. D. de damn. infect. l. 5 §. vlt. D. de reb. credit.* laſſatus: *l. 7. §. 7. D. ad leg. Aquill.* nauis in oſtio FLVMINIS periit: *l. 13. § 1. D. locat. conduct.*
¶. 2. FLVMINIS ſeruitus, eſt ius aquae in alienum ſolum effundendae, cuius mentio fit in *l. 1.*

 l. 20.

l. 20. §. 5. l. 28. D. de ſeruit. vrb. praed. l. 13. D. ſi ſeruit. vindic. l. 1. §. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. Varro *de lingu. Lat. Lib. IV. Fluuius, ait, quod fluit: item* FLVMEN, *de quo in lege praediorum vrbanorum ſcribitur:* STILLICIDIA, FLVMINAQVE, VT ITA FLVANT CADANTQVE. Ac plane FLVMINA a ſtillicidiis ſeparantur: *l. 33. D. de contrah. emt.* inter quae hoc intereſt, quod ſtillicidium ſtillatim cadat, FLVMEN fluat continuo. Vnde ſeruitus FLVMINIS ſeruitute ſtillicidii grauior eſſe dicitur, ob fluxus differentiam et diuerſitatem. Sed et Aelius Gallus aquam ipſam, quae fluit, FLVMEN adpellari, *Libro II. de ſignificatione verborum quae ad ius pertinent*, ſcribit apud Feſtum *Lib. XVIII.*

FOC.

FOCARIA, quae focum curat: *l. 12. §. 5. et ſequ. l. 15. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. 3. C. de condit. inſert.* Plane quas ſeptuaginta Interpretes *1. Sam. VIII, 13.* μαγειρίσσας, eas vetus intetpres FOCARIAS reddidit. ¶. 2. FOCARIAE etiam concubinae, quaſi fuco adſidentes, accipiendae ſunt, vt in *l. 2. C. de donat. int. vir. et vxor.* Petrus de Vin. *Lib. V. Epiſt. 6. Et non cum vxoribus dominorum, ſed et in* FOCARIIS *etiam, cum pudicitia fidem, et cum fide pudicitiam obſeruare.* ¶. 3. FOCARIAS inter ea, quae conſeruandorum fructuum cauſſa comparata ſunt, refert Paull. *Sent. Lib. III. tit. 4. §. 37.* quamuis ibi quidam legere malint *foccariae.* HEIN.

FOCARIVS, in *l. 1. §. 5. D. naut. caupon. ſtabular,* [ſeruus, qui focum curat.]

FOCVS. FOCVM habere ſecundum parietem communem: *l. 27. §. 10. D. ad leg. Aquill.* Super FOCVM pendet ahenum. *l. 18. §. 3. D. de inſtruct. et inſtrum. leg.*

FOD.

FODERE. Si tam alte FODIAM in meo, vt paries tuus ſtare non poſſit: *l. 24. §. vlt. D. de damn. infect.* FODIVNDAE cretae cauſſa: *l. 57. D. de furt.* Qui in ſuo fundo FODIENS vicini, fontem auerterit: *l. 1. §. 12. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Foſſam FODIRI: *l. 72. D. de verb. obligat.* Si terram FODIENS theſaurum inuenerit. *l. 63. §. 3. D. de adquir. rer. domin.*

FODINA auri, argenti, vel arenae: *l. 7. §. 13. D. ſolut. matrimon.* auri, argenti, et ſulphuris, et aeris, et ferri, et ceterorum fodinas, quas paterfamilias inſtituit, exercere poterit. *l. 13. §. 5. D. de vſufruct.*

FOE.

[FOEDARE honores: *l. 26. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. I.* id eſt honores ac dignitates dato pretio mercari. Et in *l. 27. eod. tit.* indebitae dignitatis inſulas foeda rei familiaris vexatione, id eſt, erogatione vel profuſione mercari. FOEDARE Iudaica nota, id eſt, circumcidere. *l. 22. C. Theod. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.*]

FOE.

FOEDERATVS, A, VM. FOEDERATAE gentes: *Nou. Theodoſ. et Valent. vnica de ambit. et loc. limitroph.* FOEDERATI et liberi, itemque FOEDERATVS populus. *l. 7. D. de captiu. et poſtlim.* De populis iſtis foederatis et liberis legendus Cuiac. *Lib. XXVII. Cap. 53.* et qui rem omnem accuratiſſime exſequutus eſt, Ezech. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc. II. Cap. 10. p. 203. et ſequ.* HEIN. ¶. 2. FOEDERATI, militum genus, ex foederatis populis conſcriptum. *l. vlt. C. de locat. l. 16. C. Theodoſ. de tiron.* Iuſtinianus *Nouell. CXVII. Cap. XI.* Τὸ μὲν παρ' ἡμῶν νομοθετηθὲν περὶ τῶν ἐν ἐξπεδίτοις, καὶ ἐν στρατείαις καταλεγομένων, εἴτε στρατιῶται εἶεν, εἴτε Φοιδεράτοι, εἴτε σχολάριοι, εἴτε ἄλλοι τινὲς, ὑφ' ἑτέραν οἱανδῆ στρατείαν ἔνοπλον καταλεγόμενοι. *Quod ſancitum a nobis eſt de iis, qui in expeditionibus ſunt et in militiis conſtituti, ſiue milites ſint, ſiue* FOEDERATI, *ſiue ſcholares, ſiue alii quidam ſub alia quacumque militia armata conſtituti.* Suidas *Tomo III. p. 639.* ΦΟΙΔΕΡΑΤΟΙ, οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι τοὺς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν. FOEDERATI, *ſic Romani vocant Scythas, ſibi foedere et amicitia coniunctos.*

FOEDVS, foederis, pactio inter liberas gentes earumque rectores inita. Aequum FOEDVS: *l. 7. D. de captiu. et poſtlim.* amicitiae cauſſa factum: *l. 5. §. 1. D. eod. tit.* matrimonii: *l. 1. C. de infirm. poen. caelib. l. 7. C. de reuoc. donat.* [FOEDVS naturale. *l. 19. C. de epiſc. et cleric.*]

FOEDVS, A, VM. vt ait Non. Marcellus, *eſt deforme, et maiorem vim habet, quam turpe.* FOEDA eſt communio: *l. 53. D. pro ſoc.* id eſt, turpis. Cum flagitioſa FOEDITATE vixit: *l. 19. C. de inoffic. teſtam.* FOEDISSIMAE mulierum nequitiae: *l. 20. C. ad leg. Iul. de adulter. l. 7. C. de poſtlim. reuerſ.* ¶. 2. FOEDVS, pro *foedo* vel foeditate poſitum reperimus. *l. 47. D. de rit. nupt. Senatoris filia, quae ſe in tantum* FOEDVS deduxit. Sed vereor, vt locus ſanus ſit. Alii enim ibi legunt *foedius*; alii *ſcelus.* Vid. Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 345.* Et facillima ſane fuit in ſcriptura Florentina *ſ.* in *f*, *ee* in *oee* mutatio. HEIN.

FOEMINA. vid. ſupra FEMINA.

FOENARIVS, A, VM. FOENARIAE falces. *l. 8. princ. verſ. cogendi D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.*

FOENEBRIS, E. FOENEBRIS pecunia, *l. 9. D. de vſur. l. 3. l. 20. C. eod. tit. l. 13. C. ad SC. Velleian. l. 1. C. ſi maior fact. alien. l. 3. C. de naut. foen.* id eſt, quae ſub vſuris creditur, vt loquitur *l. 48. pr. D. mandat.* FOENEBREM pecuniam exercere, et ſumere: *l. 34. D. de reb. cred.* mutuare. *l. 16. C. ſi cert. petat.*

FOENERARE, in *l. 6. §. vlt. D. de pignor. act. l. 1. D. de SC. Macedon.* FOENERATVRO creditori: *l. 71. §. vlt. D. de fideiuſſ.* Si quis dominicam pecuniam a ſeruo FOENERA-

TVS ESSET: *l.* 35. *D. de ſolut.* FOENERARE filii nomine: *l.* 34. *pr. D. de donat.* [FOENERARE filiisſamilias prohibitum: *l.* 3. *C. ad SC. Macedon.*] FOENERARE numos: *l.* 44. *D. ad SC. Trebell.* pecuniam: *l.* 7. §. 6. *l.* 15. *l.* 46. §. 2. *D. de adminiſtr. et peric. tutor.* pecunias: *l.* 2. §. *vlt. D. mandat. l* 46. *D. de adminiſtr. et peric.* [FOENERANDIS pecuniis praepoſitus *l.* 19. §. *vlt. l.* 5. §. 2. *D. de inſtit. act.* FOENERARE ſocietatis nomine: *l.* 67. §. 1. *D. pro ſoc.* Pecunia FOENERATA a tutoribus: *l.* 47. §. 4. *D. de adminiſtr. et peric. tut. l.* 100. *D. de ſolut.*] ¶. 2. [FOENERATVR, paſſiue legitur. §. 33. *Inſt. de action. Sed et pecuniae numeratae non in omnibus regionibus ſub eisdem vſuris* FOENERANTVR.]

FOENERATICVS, A, VM. FOENERATICA cautio. *l.* 25. *C. de adminiſtr. tut. l.* 14. §. 2. *C. de non num. pecun.*

FOENERATITIVS, A, VM. FOENERATITIAE cautiones: *l. vlt. C. de pact. conuent. l. vlt. C. de non num. pecun. l.* 14. *C. de contrah. et committ. ſtipul.* FOENERATITIVM inſtrumentum. *l.* 14. §. 2. *C. de non num. pecun.*

FOENERATOR, *l.* 6. *D. de naut. foen. l. vlt.* §. 2. *D. quod met. cauſſ. l.* 12. §. 43. *D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* [Ceterum vocabolum hoc *ex τῶν μέσων* eſſe, et non ſemper turpem illam negotiationem, ſed et honeſtam ſignificare, oſtendit Io. Fridr. Gronou. *Obſeru. Lib. IV. Cap.* 24. *p.* 372.]

FOENVM vulgo per OE ſcribitur: at in Pandectis Florentinis per AE. Antiquitus tamen per E abſque diphthongo a plerisque ſcriptum, Varro *Lib. VI. de lingua Lat.* teſtatur. Et ſane a FETV huius verbi originem arceſſit Feſtus Pompeius his verbis: FENVM *quoque pratorum ab hac cauſſa eſt adpellatum, quando id ipſum manens, quotannis nouum parit.* Conuenerat, ne in villa vrbana foenum componeretur: *l.* 11. §. *vlt. D. locat.* FOENO caeſo. *l.* 13. *D. quib. mod. vſufr.*

FOENVS, vulgo per OE, at in Pandectis Florentinis perpetuo per AE ſcribitur: tametſi origo repugnet. Eam enim ſcribendi rationem contra verbi notationem inualuiſſe, oſtendit Gell. *Noct. Attic. Lib. XVI. Cap.* 12. his verbis: FOENERATOR, *ſicut Varro in Libro III. de ſerm. Latino ſcripſit, a fenore eſt nominatus. Fenus autem dictum a fetu, et quaſi a fetura quadam pecuniae parientis, atque increſcentis. Et idcirco M. Catonem, et ceteros aetatis eius, feneratorem ſine A. littera pronunciaſſe tradit.* Ac totus quidem ille Varronis, vnde haec Gellius verba depromſit, liber, iniuria temporum amiſſus intercidit. Sed exſtat alius eiusdem Varronis *Lib. VI. de lingu. Lat.* locus, quo etiamnum aetate ſua non conueniſſe inter omnes de huius nominis ſcriptura docet. *In pluribus*, inquiens *verbis alii A. ante E. ponunt, alii non: vt quod partim dicunt ſcaptrum, partim ſceptrum: alii* FAENVS *alii* FENVS. Feſtus Pompei. FENVS *adpellatur naturalis terrae fetus: ob quam cauſſam et numorum fetus* FENVS *eſt vocatum, et ea de re leges* FENEBRES. FENVS *et* FENERATORES, *et lex de credita pecunia* FENEBRIS, *a fetu dicta, quod crediti numi alios pariant: vt apud Graecos eadem res τόκος quaſi partus, dicitur.* Nonius Marcellus: *Mutuum a* FENORE *hoc diſtat, quod mutuum ſine vſuris,* FENVS *cum vſuris ſumitur, et eſt accepti* FETVS, *vnde et* FENVS *dictum eſt, vt Graece τόκος, quaſi partus mutui ſumti.* Plaut *Aſinar. Act. I. ſcen.* 3. *v. vlt. Nam ſi mutuo non potero: certum eſt, ſumam* FOENORE. ¶. 2. Hinc loquutiones: FOENORE accipere: *l vlt. C. ſi aduerſ. credit.* Plaut. *Curcul. Act. IV. ſcen. I. v.* 19. *Ibi ſunt, qui dant, quique accipiunt* FOENORE. FOENVS agitare: *l.* 3. *C. ſi cert. petat.* Non FOENVS illicitum contrahatur: *l.* 13. §. 26. *D. de act. emt. vend.* In FOENVS dare pecuniam: *l.* 47. §. 4. *D. de adminiſtr. et peric. tut.* FOENORI illam dare: *l.* 9. *l.* 58. §. 1. *D. eod. l.* 10. §. 3. *D. mandat. l.* 9. *C. de remiſſ. pign.* Si heres rogatus ſit, certam ſummam, vſuris certis, FOENORI dare. *l.* 11. §. 15. *D de legat. III.* FOENVS exercere: *l.* 33. *D. de reb. cred. l.* 22. §. *vlt. D. ad municipal.* Improbum FOENVS exercentibus: *l.* 20. *C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* Ob FOENVS pecuniae non exercitum: *l.* 49 *D. de adminiſtr. et peric. tut.* FOENORE pecunias apud numularios, vel cum ipſis, vel per ipſos, exercere. *l.* 7. §. 2. *D. depoſit.* FOENVS maius legitima vſura: *l.* 4. *D. de naut. foen.* FOENVS maioribus vſuris accipere: *l.* 12. §. 9. *D. mand.* FOENVS medii temporis: *l.* 58. § 2. *D. ad SC. Trebell.* FOENVS nauticum: *rubr. D. et C. de naut. foen.* FOENVS ſortium: *l.* 24. *D. de vſufr. leg.* Ac plane pecuniam, quae in FOENORE eſt, ſortem adpellari, Varro *Libro V. de lingu. Lat.* ſcribit. ¶. 3. [FOENVS, et pro foenebri pecunia, accipitur, in *l.* 13. *C. ad SC. Velleian. l.* 12. §. 9. *D. mandat.*]

FOETVS, vel, vti veteres ſcribebant, FETVS, quod ex animalibus editum adgnatumque eſt. Ac proinde vt *partus* ancillarum, ita *pecudum* FOETVS dicuntur. *l.* 4. §. 5. *D. de vſurpat. l.* 1. §. 11. *D. ſi is qui teſt. lib. eſſe iuſſ. l.* 73. *D. ad leg. Falcid. l.* 68. *D. de vſufr. l.* 48. §. 5. *D. de furt. l.* 57. *D. de pecul.* FOETVS animalium: *l.* 7. *C. de exſequut. rei iud.* equarum: *l.* 39. *D. de vſur.* ouium: *l.* 48. §. 2. *D. de adquir. rer. domin.* pecorum. *l.* 58. *D. ad SC Trebell. l.* 4. §. 5. *D. de vſurpat. l.* 68. *D. de vſufr. l. vlt. D. quand. de pecul.* pecudum. *l.* 57. *D. de pecul. l.* 28. *D. de vſur.* ¶. 2. Mulieris tamen FOETVM dixit Vlpianus in *l.* 1. §. 19. *D. de ventr in poſſeſſ. mittend.* quemadmodum et vice verſa PARTVS *gregum et pecorum: l.* 25. §. *vlt. D. de hered. petit.* et PARTVS *gallinarum* Columella *Lib. VIII. Cap.* 4.

FOL.

FOLIVM. *Neque* FOLIIS, *neque oleo, neque frumento, neque frugibus vſurum eſſe* vſuarium, dixit Nerua. *l.* 12. §. 1. *v. Idem Nerua D. de vſu et habitat.* Hic vero ingenioſiſſimi ſunt interpretes. Cuiacius maluit *oleis*, Connanus *doliis*, Iac Gothofredus *Animaduerſ. iur. ciuil. Cap. VIII. epholiis*

liis. Qui verbo illi parcunt, id modo accipiendum monent de foliis pretioſis, ex quibus vnguenta fiunt, vt Guil. Forner. *Selection. Lib. II. Cap. 2.* et Leunclau. *Notat. II, 12.* modo de foliis mori, quibus veſcuntur bombyces, vt Zaſius *Paratitl. de vſu et habitat. n. 12.* Sed quum iu re ruſtica varius fuerit foliorum vſus, non mirum eſt, ſi ea ſibi ab vſuariis praeripi noluerint proprietarii. Quamobrem miſeram illam criticorum diligentiam non immerito ridet V. C. Euer. Otto *Praeſat. Theſaur. iur. Tom. II. p. XI. ſequ.* HEIN. ¶ 2. FOLIVM *pentaſpherum* et FOLIVM barbaricum. *l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectigal.* Iſidor. *Lib. XVII. Etymol. Cap. 9.* FOLIVM *dictum ſcribit, quod ſine vlla radice innatans in Indiae littoribus colligatur, quod ligno perforatum ſiccent Indi, atque reponant, guſtu nardum referens.* PENTASPHERVM autem ab amplitudine adpellari puto, eadem forma, qua et nardi folium quoddam macroſpherum, quoddam vero a breuitate microſpherum, quoddam a medioeritate meſoſpherum denominatum eſſe, Plin. *Lib. XII. Hiſt. nat. Cap. 13.* tradit. Immo FOLIVM *pentaſphaerum* (per AE enim ſcribendum eſt) erat folium Indicum, ex quo contorquebantur pillulae *malabathri*, crebro memoratae apud Medicos. Sunt eae Orientalibus et hodie in deliciis, vocanturque *betre* et *tamalabathra*, de quibus erudite diſſerit Iſaac. Voſſ. *ad Pompon. Mel. de Situ orb. Lib. III. Cap. 7. p. 261.* HEIN.

FOLLIS, *l. 82. D. de cond. et demonſtr. et l. 1. C. Theod. ſi quis pecun. conflau.* crumenam vel ſacculum pecuniae ſiguiſicat, vt et Veget. *Lib. II. Cap. 20.* docet his verbis: *Denique decem* FOLLES, *hoc eſt, decem ſacci, per cohortes ſingulas ponebantur, in quibus haec ratio condebatur. Addebatur etiam ſaccus vndecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat.* FOLLIVM erogatio et praeſtatio: *l. 5. C. Theod. de praetor.* profeſſio: *l. 2. C. Th. eod. tit.* FOLLIS ſenatorii titulus. *Nouella Valentin. et Marcian. de indulg. reliqu.* ¶ 2. Graecum Φόλλεις plane ὀβολὰς interpretatur Suidas *in voce* Φόλις. Et alibi in verbo ὀβολῶ. ὀβολοὶ δέ εἰσιν, ἃς καλοῦμεν Φόλλεις. *Oboli ſunt, quos* FOLLES *vocamus.* Vide plura apud Epiphan. *libro* περὶ μέτρων. *p. 184. T. II.* Quomodo FOLLES accipio in *l. 3. C. Theod. de ſuar. l. 2. l. 3. C. Theod. quor. adpell. non recip.* Indeque emendandum Conſtantinum puto, apud quem in *lege Agraria tit. II.* Φόλας non ſemel, pro Φόλλεις ſcriptum eſt. Euſeb. *Lib. X. Hiſt. eccl. Cap. 6.* ἐδήλωσα αὐτῷ, ὅπως τρισχιλίους Φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι ἐπαριθμῆσαι Φροντίσῃ. *Illi ſignificaui, vt ter mille FOLLES tuae grauitati numerari curaret* D. Auguſt. *Lib. III. contra Creſcent. Et de quadringentis* FOLLIBVS *Lucillae, clariſſimae feminae, pro quo vobis coniuraſtis, vt fieret Maiorinus Epiſcopus.* Et paullo poſt: *Populo dedit* FOLLES *viginti, vt factus eſſet presbyter.* Idem *Lib. XXII. de ciuit. Dei Cap. 8. Quaſi e martyribus quinquagenos* FOLLES, *vnde veſtimentum emeret, petiuiſſet.* Φόλλεις etiam Euſtathius quoddam genus ὀβολῶν facit, quos ait fuiſſe ταπεινὲς ac πετηλώδεις, *minores et folio ſimiles.* Hinc FOLLERALES numi. Marcellus Comes *in Chronico: Numis, quos Romani Terentianos; Graeci* FOLLERALES *vocant, Anaſtaſius princeps ſuo nominis figuratis, placabilem plebi commutationem diſtraxit.*

FOM.

FOMENTATIO. FOMENTATIONIS gratia parata. *l. 70. D. de legat III.*

FOMENTVM. Reſtinctis calumniarum FOMENTIS. *l. 19. C. de nupt.* HEIN.

FOMES. FOMITEM frumentarii tituli. *l. vlt. C. de frument. vrb. Conſtantinop. Lib. XI.*

FON.

FONS eſt, qui viuam aquam habet. *l. 1. §. 4. D. de font.* Aquam ex FONTE, qui eſt in fundo Sutrino, ducere non potuiſſe, quod FONS exaruiſſet, et poſtea ex eo FONTE aquam fluere coepiſſe: *l. 35. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* Ex FONTE meo vt aquam duceres, conceſſi: *l. 4. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* FONS, ex quo per fundum Seianum aquam ducerem: *l. 20. §. vlt. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* Si FONS exaruit, ex quo ductum aquae habeo: *l. 35. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* Si aqua ex FONTE naſcatur: *l. 1. §. 8. D. de aqua quotid.* FONTEM purgare et reficere. *l. 1. §. 6. D. de font.* ¶ 2. FONS, et μεταφορικῶς pro origine ponitur, vt: A FONTE quodam memoriae. *l. 195. §. vlt. D. de verb. ſignif.*

FONTANVS, A, VM. FONTANA aqua: *l. 1. §. 1. D. de font.* [Cui opponitur putealis, in *l. 1. §. 6. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* Quomodo autem differant, indicat Plin. *Lib. II. Epiſt. 17. Haec vtilitas, haec amoenitas deficitur aqua ſalienti: ſed puteos, ac potius* FONTES *habet. ſunt enim in ſummo.* Vbi vid. *not.* Buchn. *ad eum locum*]

FOR.

FORAMEN, quaſi deminutiuum a foribus dictum eſſe, Non. Marcellus ſcribit. Sic: FORAMEN, vnde exemtum eſt tignum: *l. 6. D. de ſeru. praed. vrban.* FORAMEN in imo pariete conclauis vel triclinii, proluendi pauimenti cauſſa. *l. 28. D. eod. tit.*

FORENSIS, E. FORENSIS actio, criminis exſequutioni opponitur: *l. 1. D. de incend. ruin. naufrag.* FORENSIA inſtrumenta: *l. 9. C. de fid. inſtrum* quae ἀγοραῖα dicuntur a Iuſtiniano *Nouell. XLIV.* FORENSIA negotia: *l. 9. §. 1. D. de poen. l. 9. D. de fer.* FORENSIVM rerum expers: *l. 25. §. 1. D. de probation.* FORENSIVM rerum ignorautia. Vlpian. *tit. XI. Reg. §. 1.*

FORES, proprie dici, *quae foris aperiuntur*, ſicut apud veteres in vſu fuit, Seruius, *in Lib. I. Aen. v. 453.* tradit ad haec verba: FORIBVS *cardo ſtridebat ahenis.* FORES ædificii confringere: *l. 27. §. 31. D. ad leg. Aquill.* Qui FORES meretricis effregerit. *l. 14. D. de furt.*

FORICARIVS, in *l. 17. §. 5. D. de vſur.*

vſur. FORICARII, quantum coniicio, ſunt foricarum conductores. Iuuenal. *Satyr. III. v. 37.*

Inde reuerſi
Conducunt FORICAS

☞ At *foricae*, vti ſcholiaſtes, et reliqui viri docti ad locum iſtum Iuuenalis notant, ipſae ſunt incertae ac ambiguae notionis. Aliis enim, qui vocabulum a *foria* deriuant, forica eſt ſtercus, et cloacarum colluuies: aliis, qui a *foro* dictas putant *foricas*, intelligendae videntur tabernae circa forum. Poſterior ſententia magis conuenit loco *l. 17. §. 5. D. de vſur.* HEIN.

[FORINSECVS, in *l. 4. C. Theod. de deſertor. Lib VII. tit. 18.* et apud Sidon. Apollinar. *Lib. VII. Epiſt. 14.* pro quo Tribonianus in *l. 1. C. de deſert.* repoſuit *extrinſecus*. Vtitur eodem vocabulo Plin. *Lib. XIII. Hiſt. nat. Cap. 22.* Columella *de re ruſt. Lib. VIII. Cap. 3.* et Apulei. *Lib. IX. metamorph. p. 230.*]

FORMA, vt ait Feſtus, faciem cuiusque rei ſignificat. A FIGVRA tamen eam Nonius ex Cicerone eo differre tradit, quod FORMA integritas ſpeciei; *figura* forma noſtra, ſignificetur. Donatus certe *in Andr. Terent. Act. I. ſcen. 1.* FORMAM *immobilem eſſe, et naturalem; vultum moueri et fingi*, ſcribit. ¶. 2. FORMA etiam, vt ait Seneca *Epiſt. LXV. eſt, quae vnicuique operi ponitur, tamquam ſtatuae. Nam hanc Ariſtoteles* εἶδος *vocat.* ¶. 3. Et ad duas has ſignificationes pertinent loquutiones: FORMAM ac ſtatum antiquorum aedificiorum cuſtodire: *l. 11. D. de ſeru. vrban. praed.* Qui aedificium contra veterem FORMAM exſtruxit: *l. 1. C. de ſeruit.* [FORMAE, in quibus aera funduntur, apud Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 22.*] Ager ille, qui fuerat, definit eſſe, amiſſa propria FORMA: *l. 7. § 5. D. de adqu. rer. domin.* FORMA in agris ſeruetur, quae viuo teſtatore obtinuerat: *l. 15. §. vlt. D. de vſufr.* FORMA agrorum *l. 8. D. ad leg. Iul. peculat.* et apud Sicul. Flaccum et Hyginum ſaepiſſime. Quod expoſui *Lib. IV. Select. Antiqu. Cap. 5.* FORMA aquae: *l. 39. §. 5. D. de legat. I.* [FORMA calcei: *l. 5. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Horat. *Lib. II ſerm. ſat. 3. v. 106.* *Si ſcalpra et* FORMAS *non ſutor emat.* FORMA cenſualis: *l. 4. D. de cenſib.* FORMA certaminis: *l. 77. §. vlt. D. de legat. II.* compromiſſi: *l. 42. D. de recept. arbitr.* FORMA computationi faciendae: *l. 68. pr. D. ad leg. Falcid.* FORMA conſuetudinis: *l. 6. C. de ſeruit.* Si certam FORMAM habet conſuetudo: *l. 4. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Contractui FORMAM contrahentes dant: *l. 52. D. de verb. oblig.* FORMAM conuenientem rei dare: *l. 2. D. de extr. cogn.* FORMA certa erogationis annuae: *l. 10. §. 1. D. de ann. legat.* FORMA eſt, vt: *l. 4. C. locat. l. 1. C. de vendit. rer. fiſcal. Lib. X.* Quod eius aliqua FORMA eſt expreſſum: *l. 27. §. 4. D de aur. arg.* FORMA humani generis, *l. 14. D. de ſtatu hom.* id eſt, figura, vt loquitur *l. 135. D. de verb. ſignif.* [FORMA indictionis: *l. 19. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1.* inlationis: *l. 20. C. Th. eod. tit. l. 7. C. Theod. de diu. reſcript. Lib. II. tit 2.*] FORMA locationis: *l. 7.*

§. 3. D. ſolut. matrim. FORMA in mandatis ſeruanda eſt: *l. 46. D. mandat.* Extra mandati FORMAM. *l. 48. §. vlt. D. eod. tit.* Mutata FORMA, prope interimit ſubſtantiam rei: *l. 9. §. 3. D. ad exhib.* Res abeſſe videntur, etiam eae, quarum corpus manet, ſed FORMA mutata eſt, *l. 13. D. de verb. ſignif.* id eſt, quae transfiguratae ſunt, ſeu in eadem ſpecie non permanent, vt *l. 7. D. de aur. arg. legat.* FORMA numorum: *l. vn. C. Theod. ſi quis ſolid. circul. Lib. IX. tit. 22.* In aliam FORMAM numos accipere: *l. 99. D. de ſolut.* FORMA obſeruata: *l. 1. C. de aedif. priuat.* Quaſi quadam FORMA obſtrictus eſt: *l. 3. §. vlt. D. de adpellat.* In FORMAM patrimonii redacta praedia Caeſaris: *l. 39. §. vlt. D. de legat. I.* [FORMA pretiorum: *l. 2 C. Theod. de ſuar. Lib. XIV. tit. 4.* FORMAE primae, ſecundae, tertiae, in ſcriniis palatinis ſacrarum largitionum: *l. 7. C. Theod. de palat ſacr largit. Lib. VII. tit. 30.* vbi vocabulum FORMAE gradus denotat, vti docet Iac. Gothofred. *in Comment.*] Inſulam, ad eius prouinciae, quam adminiſtrant, FORMAM pertinentem: *l. 7. D. de interdict. et relegat.* FORMA propria ſeruanda eſt: *l. 1. C. de poen. fiſcal.* FORMA publica ſignare materiam: *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat.* percutere materiam: *l. 1. D. de contrah. emt.* Seneca *Lib. V. de benef. Cap. 14.* FORMA *publica percuſſum corium.* Idem eo adludens. *Epiſt. XXXIV.* *Si vna* FORMA *percuſſa ſint.* Voluſius Maec. *lib. de ponderib.* Numi vero argentei FORMA publica duntaxat nomen accipiunt. Quinctilian. *Libr. I. Cap. 7.* *Numo* PVBLICA *FORMA eſt.* Ex FORMA reſtitui: *l. 2. D. de legation.* FORMA ſeruetur: *l. 15. §. vlt. D. de vſufr.* FORMA ſolita: *l. 1. C. de gener. abolit.* FORMA teſtamento data: *l. 7. C. de adminiſtr. tut.* FORMA, qua ſinguli tutores tenentur: *l. 31. D. de adminiſtr. et peric. tut.* [FORMAE venerabiles. *l. 6. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38.* ſunt vultus et imagines Principis monetis impreſſae:] Hanc eſſe FORMAM vſurarum. *l. 7. §. 10. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 4. FORMA pro lege, edicto, SCo, aliisque quibuscumque iuris ſpeciebus, quibus certa forma rebus praeſcribitur. Sic: FORMAM antiquitus conſtitutam mutare nemo poteſt: *l. 5. §. 7 D. de adminiſtr. et peric. tut.* Iuxta FORMAM conſtitutionum: *l. 4. C. de in lit. iur. l. 1. C. de inoffic. teſt.* Contra FORMAM conſtitutionum: *l. 6. C. de accuſat.* FORMA data eſt: *l. 4. l. 5. C. de iur. fiſc. Lib. X. l. 5. C. de ſent. et interloqu.* ab Hadriano data: *l. 14. D. de alim. et cibar. legat.* a Diuo Marco data: *l. 10. D. de pact.* data commeatui: *l. 2. §. 6. D. ad municipal.* pollicitationi. *l. 10. D. de pollicitat.* FORMA quam dedimus: *l. 23. C. de excuſ. tutor.* FORMA edicti: *l. 8. D. de calumniat. l. 14. D. qui ſatisd. cog. l. vlt. D. de inſpic. ventr. l. 4. C. de his, quae vi.* edicti perpetui: *l. 1. C. vti poſſid. l. 17. C. de furt. l. 9. C. de collat. l. 2. C. de condition.* ex FORMA edicti: *l. 14. D. qui ſatis. cog.* iuxta eam: *l. 2. C. de praed. minor.* ſecundum eam: *l. 4. C. arbitr. tutel. l 7. C. de his, quae vi.* FORMA iuris: *l. 5. C. de adpellat. l. 2. C. quando prouoc. l. 15. C. de vſur. l 2. C. de tutor. vel curat. qui ſatisd. l. 27. C. de euict. l. 146. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. l. 2. C. Theod. de rei vind.* FORMA iuris fiſcalis: *l. 42. D. de pact.* iuris publici: *l. 11. l. 24. C. de accuſat.* veteris: *l. 1.*

C. ſi

Digitized by Google

C. ſi cert. petat. Contra iuris FORMAM: *l. 49. §. vlt. D. de fideiuſſ. l. 1. C. de ſent. quae ſine cert. quantit. l. 24. C. ad leg. Iul. de adult. l. 19. C. ad leg. Cornel. de falſ. l. 2. C. quando pronoc. l. 7. §. 15. D. de pact.* iuxta iuris FORMAM: *l. 12. C. de legat.* ſecundum eam: *l. 22. D. de minor. l. 4. C. famil. erciſc. l. 2. C. de ord. iudicior.. l. 3. C. quando cum eo, qui. l. 1. C. ne pro dote l. 114. §. 7. D. de legat. I.* Certa eſt FORMA iuriſdictionis: *l. 6. C. vt in fideiuſſ. poſſ. legat.* Ex FORMA iuriſdictionis: *l. 31. D. de leg. Cornel. de falſ. l. 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ.* ſecundum iuriſdictionis FORMAM: *l. 9. C. de legat.* Mutare iuriſdictionis FORMAM: *l. 1. C. vbi in rem act. l. 20. C. de teſtam.* FORMAM iuriſdictionis mutare, non eſt cuiquam permiſſum: *l. 13. C. eod.* Imperitia cohetedum FORMAM iuriſdictionis mutare non poteſt: *l. 20. D. famil. erciſc.* [FORMA legis: *l. 147. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* FORMA oraculi noſtri: *l. vn. in fine C. Theod. de rei vind. Lib. II. tit. 23.*] Ex FORMA, quam reſcripſit: *l. 31. D. de re iudic.* Poſt FORMAM reſcripti: *l. 1. C. de iure domin.* [Sacra FORMA, id eſt, reſcriptum: *l. 20. C. de ſacroſanct. eccleſ.*] Secundum formam SC. *l. 1. C. de vſufr.* FORMA data SCo: *l. 20. §. 6. D. de hered. petit.* FORMA ſtatutorum: *l. 16. C. de excuſ. tut.* ¶. 5. FORMA et de aquaeductibus, aliiſque machinis hydraulicis, vſurpatur. FORMA aquaeductus, quae per agrum tranſit: *l. 27. §. 3. D. de vſufruct.* vt apud Frontin. *libro de Aquaeduct.* non ſemel. Quibus ex locis elicitur, FORMAM adpellari ſulcum publicarum aquarum, per agros meantium, maceriis quibusdam incluſum, atque adeo ipſam fabricam aquaeductus, cuius in tutelam annuam penſitationis onus impoſitum fuiſſe agris, atqoe aedibus, colligitur tam ex *d. §. 3. l. 27. D. de vſufr.* quam ex *l. 41. D. de act. emt.* Ac proinde a caſtellis, id eſt, aquarum conceptaculis, FORMAE ſeparantur, in *l. 3. C. de aquaeduct. Lib. XI.* in qua Imperatores iubent eos, qui aquae copiam beneficio principali meruerunt, vſum aut ex caſtellis, aut ex ipſis FORMIS, elicere. Hinc FORMARVM meatus; *l. 1. C. de aquaed.* Ex FORMA, cui nomen Auguſta eſt, in Campania: *l. 8. C. Theodoſ. eod. tit.* In vetere Inſcriptione, AQVAM MARCIAM, RESTITVTA FORMA, PERDVCTAM, legimus, et in alia, AQVAM CLAVDIAM ET ANIENEM NOVA FORMA REDVCTAS. Sed et in Itinerario Antonini; *Nunc nomina aquarum, quae vſibus aeternae vrbis* FORMARVM *conſtructionibus aduectae ſunt, indicemus.* Sic aqoa FORMARVM, apud Caſſiodor. *Lib. III. Variar. Cap. 13.* et FORMARVM cura, apud eumdem. *Lib. V. Cap. 38.* et D. Gregor. *Lib. I. Epiſt. 22.* Harum FORMARVM *Comes* Romae poſterioribus temporibus conſtitutus fuit, vt ex *Notitia*, quo loco de Praefecto vrb. Rom. agit, intelligimus, vbi *formula comitiuae* FORMARVM proponitur. [Ita et pro aquaeductu accipitur FORMA. *l. 1. l. 8. l. 9. C. Theod. de aquaed. Lib. XV. tit. 2. l. 3. C. Theod. de calc. coctor. vrb. Rom. et Conſtantinop. Lib. XIV. tit. 6.* Inde FORMARVM *meatus*, *fabrica* FORMAE, et *repurgium* FORMARVM, in *d. l. 1. C. Theod. et Iuſtin. de aquaed.* Sed et caſtellum, quo aqua, quum ad moenia Romanae vrbis veniſſet, excipiebatur primum, indeque per matrices fiſtulas in alia caſtella minora diffundebatur, FORMA dicitur, in *l. 5. C. Theod. de aquaeduct.*] ¶. 6. FORMA, vel τύπος, aliquando ſententia, a iudice lata. *Nouell. LXXXIII.* Accipiat FORMAM: *Nouell. I. praef.* Sollicitudinibus ſubditorum dare competentem FORMAM. Add. *Nouell. XXIV. Cap. 5.* et *LXXVI. Cap. 2.* Sic et FORMVLA *lethalis*, pro ſententia ferali, eſt apud Ammian. Marcellin. *Lib. XIV. Cap. I.* vbi quaedam notarunt viri docti. HEIN. ¶. 7. FORMA pro *formula*, quemadmodum ſaepe *formula* pro FORMA vſurpatur. Sic Appius Claudius *ad* FORMAM *redegiſſe* dicitur *actiones*: *l. 2. §. 7. D. de orig. iur.* id eſt, in certas formulas. Et Auguſtum, *quidquid vbique fuerit militum, ad certam ſtipendiorum praemiorumque* FORMVLAM *adſtrinxiſſe*, ait Sueton. *Octau. Cap. XLIX.* FORMAM pro *formula* poſuit etiam Gell. *Noct. Attic. Lib. XIII. Cap. 15.* *In Edicto conſulum*, inquit, *quo edicunt, qui dies comitiis centuriatis futurus ſit, ſcribitur ex vetere* FORMA: NE QVIS MAGISTRATVS, cetera. Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Praetermiſſ. ad l. 2. D. de orig. iur. p. 28.* HEIN.

FORMALIS, E. FORMALE pretium in *l. 62. in fin. D. ad leg. Falcid.* alii formatum et praeſcriptum a contrahentibus, interpretantur: alii forma cenſuali definitum, in qua exactiſſima rerum inibatur aeſtimatio. [Iac. Gothofred. in Comment. ad *l. 2. C. Theod. de ſuar. pecuar. Lib. XIV. tit. 4.* pretium FORMALE interpretatur certum ſtatum, perpetuum, cuius eadem vbique taxatio ſit, et ſtata forma. Plures aliorum explicationes attulit Dionyſ. Gothofred. *in Not. ad l. 62. D. ad leg. Falcid.*] Sed nulla harum expoſitionum ita comparata eſt, vt textui conueniat. FORMALE pretium Vlpianus vocare videtur, quod Paullus ſequente *l. 63. D. eod. tit. ex adfectu et vtilitate ſingulorum fungi*, ait. In vero enim definiendo pretio magis materiae habemus rationem: pretium adfectionis magis ex forma, ſi quid ſingulare et eximium habet, aeſtimatur: ac proinde ab Vlpiano vocari FORMALE potuit. HEIN. FORMALIS obſeruatio, et FORMALIA verba ſunt in *l. 26. C. de teſtament.*

FORMARE, formam dare. Ita FORMARI dicitur actio: *l. 15. D. de negot. geſt.* FORMAT pactum actionem: *l. 7. §. 5. D. de pact.* FORMATVR condemnatio: *l. 11. C. de furt.* contractus per pactum, quod ineſt, formamque ei ac legem, et modum dat: *l. 10. C. de iur. dot.* inſtrumentum: *l. 9. §. 5. D. de poen.* mancipia ad ſuos mores; *l. 37. D. de Aedil. edict.* id eſt, informare vel inſtituere, [vt in *l. 2. C. Theod. de publ. comparat. Lib. XI. tit. 15.*] FORMARE ſententiam. *l. 1. C. de quaeſtion. l. 23. C. ad leg. Iul. de adult.*

FORMIDABILIS, E. [FORMIDABILE iudicum miniſterium, *l. 1. C. Theod. vnde vi. Lib. IV. tit. 22.*]

FORMIDOLOSVS, A, VM. Sin quis ita FORMIDOLOSVS ſit: *§. 3. Inſt. de pupill. ſubſtit.* Homines FORMIDOLOSI; *l. vlt. pr. C. de iur. delib.* Vtroque loco pro timido homi-

ne

ne accipitur. Alias vero et paſſiue FORMIDOLOSVM idem eſt, ac quod formidatur, terribile, vt FORMIDOLOSISSIMVM bellum: Cic. *pro leg. Manil. Cap. XXI.* FORMIDOLOSA regibus aliena virtus: Salluſt. *in Catilin. Cap. VII.* Nimis FORMIDOLOSVM facinus. Plaut. *Amphitru. Act. V. ſcen. I. v. 65.* Nec tamen et haec actiua notio ſine exemplo eſt. Nam et Terent. *in Eunuch. Act. IV. ſcen. 6. v. 18.* dixit: *Num FORMIDOLOSVS, obſecro, es, mi homo?* id eſt, num tam timidus? HEIN.

FORMVLA, eſt certa verborum conceptio. Vetus Gloſſarium: FORMVLA, τύπος. Quo in verbo ludens Seneca *Lib. II. Controuerſ. 13. Non ex FORMVLA natura reſpondet, neque ad praeſcriptum caſus obſequitur.* Proinde idem *Lib. II. de Clement. Cap. 7. Clementia liberum arbitrium habet: non ſub* FORMVLA, *ſed ex aequo et bono iudicat.* Sub FORMVLA autem iudicare dicebantur iudices, a Praetore dati, quorum poteſtas FORMVLAE cancellis circumſcribebatur. Quinctilian. *Lib. III. Cap. 11. Priuata quoque iudicia ſaepe vnum iudicem habere, multis et diuerſis FORMVLIS, ſolent.* FORMVLA *cadere.* Seneca *Epiſt. XLIX.* Quinctil. *Inſtit. Lib. III. Cap. 8.* idemque, ſiue quis alius, *Declam. CCCL.* et Seneca *Lib. II. de Clement. Cap. III.* eloquitur FORMVLA *excidere*, vt et Sueton. *in Claud. Cap. XIII. FORMVLA errare, et in petitione pecuniae*; Quinctilian. *Declam. CCLX.* Hinc Vlpianus *tit. XXV. Reg. §. 12.* fideicommiſſa *non per* FORMVLAM *peti*, ait, id eſt, ordinario iure per actionem, a praetore datam, ſed extra ordinem, cognitione Praetoria. In ordinariis enim tantum iudiciis FORMVLARVM conceptio ſpectabatur: in extraordinariis non item. *l. 47. D. de negot. geſt.* Ac proinde ipſas actiones, quas ne populus, prout vellet, inſtitueret, certas ſollemnesque eſſe, prudentes voluerunt, *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* FORMVLAS Latini auctores vocant. Atque ita nomen hoc accipe apud Ciceron. *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 18. Lib. XIII. Epiſt. 27.* vt et apud *Auctorem libri de cauſſis corrupt. eloquent. paſſim.* Idem Cicero *pro Q. Roſc. Com. Cap. VIII. Sunt iura, ſunt FORMVLAE de omnibus rebus conſtitutae, ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis errare poſſit. Expreſſae ſunt enim de vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria publicae a Praetore FORMVLAE, ad quas priuata lis adcommodatur.* Quinctilian. *Lib. VII. Cap. 4. Sed etiam in* FORMVLIS, *quum poenariae ſunt actiones, nos ita cauſſam patimur, an commiſſa ſit poena? an exigi debeat?* Sed et FORMVLAM *ſcribere*; dixit idem *Lib. VI. Cap. 4.* Seneca *Epiſt. XCIII.* FORMVLARVM etiam *ſtipulationum, teſtamentorum, iudiciorum, ſponſionis, pacti*, dixit Cic. *Lib. I. de Legib. Cap. 4. Lib. I. de orat. Cap. 39. pro Caecina Cap. XVIII. pro Roſc. Comoed. Cap. IV.* Sane Paullus *de conceptione* FORMVLARVM librum ſingularem ſcripſerat, cuius exemplum in noſtris *de* FORMVLIS *libris* ſequuti ſumus. FORMVLAS autem componere ſolebant iurisconſulti, vt Cic. *Lib. I. de Leg. Cap. 4.* teſtatur. Argumento eſt, quod Valer. Max. *Lib. VIII. Cap. 2.* Aulum Caſcellium *nullius aut gratia, aut auctoritate, compelli potuiſſe*, refert, *vt de aliqua earum rerum, quas triumuiri dederant, FORMVLAM componeret.* Ideoque Cicero *Lib. I. de orat. Cap 55.* ciuilis prudentiae dignitatem verbis eleuans, iurisconſultum FORMVLARVM *cantorem* adpellat. Enimuero, qui FORMVLAS concipiebant, FORMVLARII vocantur a Quinctil. *Lib. XII. Cap. 13. ad fin.* ¶. 2. Et huc quidem pertinent ſequentia auctorum iurisque noſtri loca. Atrocitas FORMVLARVM, apud Quinctil. *Lib. VII. Cap. 1.* FORMVLA communi diuidundo, apud Vlpian. *Regul. tit. XIX. Cap. 16.* Damni dati FORMVLA, apud Plin. *Lib. IX. Cap. 59.* pro actione damni iniuriae, de qua et Quinctilian. *Declam. XIII.* ſentiens: *Et tamen*, ait, *quis indignetur, apes FORMVLA vindicari?* FORMVLA de dolo malo, apud Ciceron. *Lib. III. de offic. Cap. 14.* FORMVLA ad exhibendum, apud Plin. *Lib. V. Epiſt. 11.* FORMVLA Fabiana, apud Paull. *Sent. Lib. III. tit. 3. §. 1.* familiae erciſcundae: Vlp. *Regul. tit. XIX. §. 16.* fiduciae, apud Cic. *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 12.* finium regundorum: Vlpian. *d. tit. XIX. §. 16.* hypothecaria, ad quam Caius et Marcianus libros ſingulares ſcripſerunt, vt inſcriptiones multarum legum docent. FORMVLA iniuriarum: Sueton. *in Vitell. Cap. VII.* Arnobius *Lib. IV. aduerſ. gent. p. 89. ed. Elmenh. Ne veſtras aures conuicio aliquis petulantiore pulſaret, de atricioribus* FORMVLAS *conſtituiſtis iniuriis.* FORMVLAE iuris: *l. 1. C. de formul. et impetr.* FORMVLA vulgaris, pro actione de peculio. *l. 42. D. de furt.*

FORNACARIVS, qui fornacem ſoccendit, *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.* adeoque idem cum *fornacatore*, de que mox, [quamuis eos diſtinguendos exiſtimet Petr Fab. *II. Semeſtr. Cap. 12. p. 177.* nullo licet oſtenſo diſcrimine, ſed ſpe lectori facta, ſe ea de re alibi acturum.] Male ergo ſcribitur FORNICARIVS, quamuis ita codices plerique, quum potius, ſi a *fornace* dictus, FORNACARIVS dicendus fuerit is ſeruulus.

FORNACATOR, in *l. 14. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* qui, vt quidam interpretantur, in balneo ſuccendendi fornacis et camini curam gerit.

FORNAX balnei: *l. 53. §. vlt. D. locat.* Ad FORNACEM obdormiſcere. *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.*

FORSAN, id eſt, fortaſſis. *l. 33. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.*

FORSITAN. addubitet quis. *l. 29. §. 8. D. de lib. et poſtum. hered.*

FORTASSIS: *l. 20. D. de hered. pet. l. vlt. D. de condict. ſine cauſſ. l. 12. §. vlt. D. de vſufr.* FORTASSIS quis poſſit dicere. *l. 14. §. 9. D. de religioſ.*

FORTE, praeter notam ſignificationem iurisconſultis aliquando eſt idem, ac verbi gratia, vt puta, veluti. *l. 15. §. vlt. D. de pignorib. l. 16. D. de iur. dot. l. 7. §. 6. D. de interdict. et relegat. l. 70. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 5. D. de Carbon.*

bon. edict. l. 57. D. de legat. I. l. 59. D. de hered. inſt. l. 32. §. vlt. D. de euict. l. 24. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 29. D. de peric. et commod. rei vend. l. 44. §. vlt. D. de Aedil. edict. l. 24. D. de act. emt. l. 1. §. 8. D. ſi quid in fraud. patr. l. 14. §. 7. D. de bon. libert.

FORTIS, E. FORTISSIMVM argumentum. *l. 1. D. de offic. ei. cui mand. iuriſd.* id eſt, ſolidum et grauiſſimum.

FORTITVDO, pro vigore et robore. FORTITVDO muli. *l. 38. §. 7. D. de Aedilit. edict.*

FORTITER. Eo aduerbio iuriſconſulti ſaepius vtuntur pro acriter. FORTITER defenditur: *l. 15. D. de auct. et conſ. tut.* poteſt defendi: *l. 85. D. de legat. III.* FORTIVS defendendum: *l. 11. D. de except. rei iud.* defendi poteſt: *l. 85. D. de legat. III. l. 2. §. 2. D. famil. erciſc.* FORTIVS dicendum eſt: *l. 2. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 14. D. ſi quis caut. l. 12. D. quemadm. ſeru. l. 10. §. 1. D. de teſtam. tut. l. 81. §. vlt. D. de verb. oblig.* dici poteſt: *l. 3. §. vlt. D. vſufruct. quemadm. cau.* dicitur vel dicetur: *l. 5. §. 6. D. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt. l. 15. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult. coerc.* FORTIVS probabitur. *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* Eodem modo loquutos eſſe Ciceronem *Lib. III. de offic. Cap. 33.* Cornelium Nepot. *Thraſyb. Cap. II.* Phaedr. *Lib. III. Fab. 10.* Plin. *Lib. IV. Epiſt. 22.* Quinctil. *Lib. VI. Inſt. Cap. I.* et *Declam. III.* obſeruat V. C. Car. Andr. Dueker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 377.* eo tamen diſcrimine, vt FORTITER dicere vel defendere auctoribus laudatis idem ſit, ac conſtanter, vel magno ac forti animo: contra iuriſconſulti omnia, quae ſibi veriora videntur, FORTIVS defendi dicique poſſe contendant. HEIN.

FORTVNA aduerſa: *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig. l. 8. D. de pollicitat. l. vlt. C. depoſ.* FORTVNA et caſus triſtiores: *l. 3. §. 2. D. de munerib.* FORTVNAM communem ſequi: *l. 114. §. 11. D. de legat. I.* FORTVNA contraria: *l. 75. D. ad SC. Trebell.* FORTVNAM vniuerſorum debitorum ſuſcipere: *l. 11. D. de vſur.* FORTVNAE donum theſaurus: *l. 63. D. de adqu. rer. dom.* Incertus FORTVNAE exitus: *l. 34. §. 4. C. de donat.* Inopinato FORTVNAE impetu rem omnem familiarem amiſit: *l. 4. D. vt in poſſeſſ. legat.* FORTVNAE iniuria miſerabiles: *l. 1. C. quand. Imp. inter pupill.* Si conditio ex FVRTVNAE inſidiis defecerit: *l. vlt. C. de neceſſar. ſeru. hered.* rei iudicem FORTVNAM eſſe ſancimus: *l. vlt. pr. C. comm. de legat.* FORTVNAE iudicio commiſſus ſeruus: *l. 13. D. de ſtat. hom.* [Vbi vid. Cuiac. *Lib. XXVI. Obſ. Cap. 27.*] Legendum hic eſſe: FORTVNAE *iudicii commiſſus*, iam ſupra ad articulum FATVM notauimus. Nec quidquam ad tuendam vulgarem ſcripturam facit Cuiacii obſeruatio. Nam FORTVNAE iudicium ſemper pro ſorte accipi, docuit Menag. *Amoen. Iur. Cap. VI.* HEIN. FORTVNA ſane *iudiciorum*, loquutio frequens, Quinctil. *Declam. CCCLXXI. At enim dubia eſt iudicii FORTVNA.* Idem *Declam. CCCLXXV. Verebar FORTVNAM iudiciorum et exempla.* Sed et *Declam. CCCXIII. FORTVNAM ſecundam iudicii ferre,* dixit. Sic et FORTVNA naufragiorum: *l. 1. §. vlt. D. de incend. ruin. naufr.* FORTVNAM praeſtare. *l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conuen.*

¶. 2. FORTVNA, pro conditione. FORTVNA Auguſta: *l. vlt. C. de iudic. l. 3. in fine C. de quadr. praeſcr.* cohortalis: *l. 10. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* curiae: *l. 9. pr. §. 1. C. de natur. lib.* dura: *l. 4. C. de ſuis et legit.* [Imperatoris: *l. 7. C. de bon. quae lib.*] incerta: *l. 4. C. de poſtlim. reuerſ.* FORTVNAM matrum complecti: *l. vlt. C. de liber. cauſſ.* medii temporis FORTVNA: *l. 14. C. de poſtlim.* Si ad meliorem FORTVNAM peruenerit: *l. vn. §. 7. C. de rei vxor. act.* [FORTVNA miſeranda, id eſt, egeſtas: *l. vn. C. Theod. de patr. qui fil. diſtrax. Lib. III. tit. 3.*] par: *l. 2. C. de fruct. et lit. expenſ.* ſimilis. *l. vlt. in fin. C. de inoffic. teſt.*

¶. 3. FORTVNA pro ſubſtantia, bonis, vel facultatibus. *l. 2. §. 6. D. de leg. Rhod. de iact. l. 16. D. ad SC. Trebell.* FORTVNARVM vniuerſarum ſocietatem coire, id eſt, earum quoque rerum, quae poſtea cuique adquirentur: *l. 73. D. pro ſoc.* Eodem ſenſu FORTVNAM numero ſingulari vſurpauit Scaeuola, in *l. 40. §. 8. D. de ſtatulib.* his verbis: *Quum poene totam FORTVNAM in nominibus haberet.* Sic et Apulei. *in Apolog. p. 522. Quid enim faciat homo miſer, ampliuſcula FORTVNA deuolutus?* Et paullo poſt: *Nec quidquam ei relictum eſt ex largiore FORTVNA, praeter ambitionem miſeram, et profundam gulam.* HEIN.

FORTVITO, aduerbium. FORTVITO incendium factum eſt. *l. 11. D. de incend. ruin. naufr.*

FORTVITVS, A, VM. FORTVITVS caſus, qui nullo humano conſilio praeuideri poteſt. Quae FORTVITIS caſibus accidunt, quum praeuideri non potuerunt: *l. 5. C. de pign. act.* FORTVITO caſu res interit: *l. 61. D. de adminiſtr. et peric. tut.* perit: *l. vlt. C. de condict. ob turp. cauſſ.* FORTVITA incendia. *l. 28. §. 12. D. de poen.* Paull. *Recept. Sent. Lib. V. tit. 20. §. 3. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 6.* Symmach. *Lib. X. Epiſt. 27.*

FORVM, *plurimis modis intelligitur,* ait Feſtus. *Primo negotiationis locus: vt FORVM Flaminium, FORVM Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora conſtituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, et in viis, et in agris fieri ſolet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi ſolent.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. Quo conferrent ſuas controuerſias, et, quae vendere vellent, et quo quaeque ferrent, FORVM adpellarunt.* Ita FORVM Dionyſius Halicarn. *Lib. III. p. 200.* explicat: Ἀ'ΓΟΡΑΝ, ἐν ᾗ δικάζουσι, καὶ ἐκκλησιάζουσι, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιτελοῦσι πολιτικὰς πράξεις. FORVM, *vbi ius redditur, concionesque fiunt, et cetera ciuilia negotia peraguntur.* Sic et FORVM Iſidorus *Lib. XVIII. Orig.* ait eſſe *exercendarum litium locum.* Soſipater FORVM definit *locum, rebus agendis deſtinatum.* Quinctilian. *Declam. CCLXXIV. FORVM, quod mihi templum quod-*

quoddam pacis videtur, in quo iura exercentur, propter quod leges valent. ¶. 2. Et hoc ſenſu pro iudicio plerumque accipitur in iure noſtro. In FORO eodem agit: *l. 7. §. 13. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.* Alterius FORI eſſe coepit: *l. 7. D. de iudic.* Qui in FORO eſt; *l. 6. D. de procurat.* FORO interdicere: *l. 1. D. de offic. praef. vrb.* Cui FORO interdicitur, huic omnino forenſibus negotiis adcommodare ſe non permittitur: *l. 9. §. 1. D. de poen.* In alieno FORO litigare: Martial. *praef. Epigr. Lib XII.* FORVM patricium: *l. 33. C. Theod. de petit. et vltr. dat.* FORVM praefecturae orientis atque Illyrici: *l. 20. C. Theod. de cohort. princ. corníc.* FORI praeſcriptio: *l. 7. D. qui ſatisd. cog. l. 7. C. vbi ſenat.* Φόρου παραγραφή: *Nouell. VIII. Cap. 12. §. vlt. ſub. fin.* FORVM prouinciale: *Nouell. Valentin. de confirm. quae adminiſtr.* FORA prouincialia: *Nouell. Theod. de poſtul.* Ad FORVM remitti, id eſt, ad ius ordinarium: *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. VII. §. 2. tit. XI. §. 6. tit. XII. §. 6.* FORVM rei accuſator ſequatur: *l. 5. C. de iurisd.* FORVM pulſati ſequendum: *Nouell. Valent. de Epiſcop. iudic.* ¶ 3. FORVM etiam, vt ait Feſtus, alio modo intelligitur, quum is, qui prouinciae praeeſt, FORVM agere dicitur, quum ciuitates vocat, et de controuerſiis eorum cognoſcit. Quod genus loquendi Cicero vſurpat *ad Famil. Lib. III. Epiſt. 6.* et *ad Attic. Lib. V. Epiſt. 16.* et *Lib. VI. Epiſt. 2. in Verrem IV. Cap. 54.* Seru. ad illa verba Virgilii *Aeneid. Lib. V. v. 758.*

Indicitque FORVM,

FORVM, ait, *tempus et locum agendorum negotiorum deſignat, qui conuentus vocatur.* [Vnde in *l. 1. C. de defenſ. ciuit.* cauſſae, quae dignae videantur magnitudine forenſi, rectori prouinciae inſinuari ☞ iubentur.] Solebant haec fora, vel conuentus, hiberno tempore haberi. Quod neſcio, an accuratius quisquam expoſuerit Theophilo, *§. 4. Inſt. qui et ex quib. cauſſ. manum.* Καὶ τί ἐςι κομβέντον; ῥητὸς χρόνος, πρὸς κατάλυσιν δικῶν ἐπινενοημένος. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι τὸν πάντα σχεδὸν ἐνιαυτὸν ἐν τῷ πολεμεῖν δαπανῶντες κατά τινα χρόνον ὑπὸ χειμῶνος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δεινῶν κωλυόμενοι, ἐπειδήπερ ὄντας αὐτὲς ἐν πολιτείᾳ ἐκ ἐνῆν ἐκτὸς εἶναι δικῶν, ἀφέντες τὰ ὅπλα ταῖς δίκαις ἐσχόλαζον, κ. τ. λ. Et quid eſt CONVENTVS? *Eſt certum ſtatumque litium dirimendarum tempus. Nam Romani, quum totum fere annum bellis gerendis occuparentur, certe quodam tempore, quum hiems eos et hibernae tempeſtates ſub pellibus agere iudiciis prohiberent, quoniam, vt in communi vita ſine litibus controuerſiisque eſſe non poterant, omiſſis armis vacabant,* caetera. Addit poſtea, conueniſſe tunc et litigatores, et iudices plurimos, dictos RECVPERATORES, ἐπεὶ δι' αὐτῶν εἷς ἕκαστος τὸ οἰκεῖον χρέος ἀνελάμβανεν, *quia per eos vnusquisque debitum reciperit.* Extremo autem conuentus die habitum eſſe CONSILIVM in hunc modum, ait. Proceſſiſſe proconſulem aut praeſidem, et in tribunali ſuo ſediſſe, vnaque iuxta ipſum viros, qui dicti περεγρῖνοι *Recuperatores,* quia per eos mancipium naturalem libertatem receperit, et apud eos manumiſſuros minores iuſtas manumiſſionis cauſſas reddidiſſe. Quae ſane non nugatoria, ſed ſolida eſſe, maioribus omni exceptione Liuii, Strabonis, et Dionis Chryſoſtomi teſtimoniis probat Car. Hannib. Fabrot. *in notis,* HEIN. ¶. 4. FORVM pro loco, vbi res promercales publice veneunt. Et ita intelligendum videtur FORVM municipii: *l. 39. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* FORVM rerum venalium: *l. 10. l. 28. l. vlt. C. Theod. de erog. milit. annon.* FORVM Romanum: *l. 4. C. Theod. de ſuar. et pecuar.* FORVM ſuarium: *l. 1. §. 11. D. de offic. praef. vrb* Eo etiam pertinet phraſis: FORO *cedere*, quod facere dicebantur argentarii, numularii, menſulariique, qui actum ſuum deſerebant, et, vt vulgo loquimur, bancham ruptam aut fallitam faciebant, ab eo, quod circa forum tabernae eorum poſitae eſſent: *l. 7 §. 2. D. depoſ.* et *l. vlt. D. de curat. bon. dand.* Seneca *Lib. IV. de benefic. Cap 25. Pecuniae etiam male creditae exactio eſt. Et adpellare debitorem ad diem poſſum, et, ſi* FORO CESSERIT, *portionem feram.* Iuuenal. *Satyr. XI. v. 50.*

CEDERE *namque* FORO *iam non tibi deterius,*
quam
Exquilias a feruenti migrare Subarra.

FOS.

FOSSA, eſt receptaculum aquae, manu factum. *l. vn. in fine D. de rip. mun. l. 26. D. de damn. infect.* Si FOSSA manu facta ſit, per quam fluat flumen publicum: *l. 1. § 8. D. de flumin.* Graeci interpretes ὄρυγμα vocant. Qua de re haec vetus Gloſſarium tradit: Ὄρυγμα, ὑδροστασία καὶ λίμνης διαφέρει. Λίμνη γάρ ἐστιν ἡ διηνεκῶς ἔχουσα ὕδωρ· ὑδροστάσιον, τὸ πρὸς καιρὸν, καὶ ὡς ἐπίπαν ἐν χειμῶνι συναγόμενον, ὄρυγμα δὲ δοχεῖον ὕδατος χειροποίητον. *Differt* FOSSA *a palude et ſtagno. Stagnum enim eſt, quod aquam perpetuo continet: palus, quae aliquando, et vt plurimum hieme, collectam.* FOSSA *denique, receptaculum aquae manufactum.* Et alibi: Ἐςὶ δοχεῖον ὕδατος χειροποίητον, ἐξ ὧ καὶ Φοσσάτον ὀφείλει καλεῖν, μεθ' ὃ τὸ στρατόπεδον εἰς τὴν τῶν πολεμίων γῆν εἰσελθὸν ἄρξεται ποιεῖν τάφρον ἢ παρεμβολὴν ἤγουν κάστρον, τουτέστι Φόσσαν, ἣν ἡμεῖς καλοῦμεν κατοῦναν. *Eſt receptaculum aquae manufactum. Vnde et* FOSSATVM *dictum oportet, per quod exercitus in hoſticum iturus incipit locare vallum, vel caſtra; id eſt,* FOSSAM, *quam nos vocamus* κατοῦναν. Tales FOSSAE, agrorum ſiccandorum cauſſa factae: *l. 1. §. 4. et §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 2. §. 1. l. 11. §. vlt. l. 24. D. eod. tit.* FOSSAE, quibus aquae ex flumine in riuum compelli ſolent: *l. 1. §. 8. D. de aqua quotid.* FOSSAE Nili, apud Iuſtin. *Lib. II. Cap. 1.* Hinc FOSSAM in ſuo fundo facere: *l. 2. §. 26. D. ne quid in loc. publ. l. 1. §. vlt. D. quod vi aut clam* FOSSAM faciendam promittere: *l. 31. D de ſolut.* Si FOSSAM feceris in ſilua publica, et bos meus in eam inciderit; *l. 7. § 8. D. quod vi aut clam.* FOSSAM fodiens: *l. 31. pr. D. de ſolut.* FOSSAM fodiri: *l. 72. l. 75. §. 7. D. de verb. obligat.*

FOSSATVM, pro foſſa, et vallo. *l. 3. §. 4. D. de re milit.* Veget *Lib. IV. Cap. 16. Muſculos dicunt maiores machinas, quibus protecti bellatores, ſi latum obfuerit, aut ciuitatis* FOSSATVM, *adportatis lapidibus, lignis ac terra, non ſolum complent, ſed etiam ſolidant:* Suidas: Σίδετον τὸ Φοσσάτον. Conſtant. Harmenop. *Lib. VI. tit. 5. §. 11.*

§. 11. Τοὺς ἐν Φοσσάτῳ κλέπτοντας, εἰ μὲν ὅπλα σφοδρῶς προστάττομεν τύπτεσθαι: εἰ δέ τι τῶν ὑποζυγίων χειροκοπεῖσθαι. *Qui in caſtris furantur, ſi quidem arma, vehementer fuſtibus caedi iubemus: ſin iumentum quoddam, iis manus abſcindi.* In libello etiam variorum auctorum *de limitibus p.267. edit. Goeſ.* ita ſceiptum eſt: FOSSATVM, *decifum paruum, in fine pro termino poſuimus.* Capitolin. *in Gordiano Cap. XXVIII.* FOSSATO *omnia caſtra circuibat.*

FOT.

FOTINIANI, vid. infra PHOTINIANI.

FOV.

FOVEA. Sic FOVEAE, vrſorum ceruorumque capiendorum cauſſa factae: *l. 28. D. ad leg. Aquill.* Liu. *Lib. IX. Cap. 5. Belluarum modo caecos in* FOVEAM *miſſos.* Q. Curt. *Lib. V. Cap. 3. Multi ferarum ritu, veluti in* FOVEA *deprehenſi, caederentur.* Feſtus *in verbo fouil.* Alii putant, eum primum oſtendiſſe, quemadmodum vrſi et lupi FOVEIS caperentur. Plutarch. *in Fabio p. 174.* Τὴν δι᾽ ὀρυγμάτων ἄγραν, *capturam per* FOVEAS, vocat. Silius Italic. *Lib. VI. v. 329.*

Haud ſecus, ac ſtabulis procurans ocia, paſtor
IN FOVEAM, *parco tectam velamine frondis,*
Ducit nocte lupos.

Statius Papin. *in Siluis*

Non formidato ſupra venabula ſaltu
Inſitus, aut caeco FOVEAE *deceptus hiatu.*

Manil. *Lib. V. Aſtronom.*

Mendacesque parant FOVEAS, *laqueosque tenaces.*

[Phaedr. *Lib. III. fab. 2. v. 2.*

Panthera imprudens olim in FOVEAM incidit.

Non ſolum autem ferarum, ſed et hoſtium capiendorum cauſſa factae FOVEAE. Vid. Nic. Rigalt. *Not. prior. ad Phaedr. Lib. I. fab. 17. v. 8. p. 85.*]

FRA.

FRACTVRA *oſſium,* apud Papian. *in Reſponſ. tit. V.* Ita et FRACTVRAS ſanare dixit Plin. *Lib. XXII. Cap. 8.* HEIN.

FRAGILIS, E. FRAGILE et infirmum minorum conſilium: *l. 1. D. de minor.* FRAGILIS pecunia ſine peculio: *l. 79. §. 1. D. de legat. III.* FRAGILIS et periculoſa res eſt quaeſtio. *l. 1. §. 23. D. de quaeſt.*

FRAGILITAS adoptionis: *l. 10. C. de adopt.* cautionis: *l. 68. §. 1. D. ad SC. Trebell.* humana: *l. 6. §. 7. D. de offic. praeſ. l. 8. §. at cum C. qui teſtam. fac.* muliebris: *l. 12. C. qui potior. l. 22. C. ad SC. Velleian.* ſexus. *l. 28. C. de donat. ante nupt.*

FRAGMENTVM. FRAGMENTA lapidum. *l. 8. §. 5. D. ſi ſeruit. vindic.*

FRAMEA. FRAMEAE, id eſt, romphaeae. *l. 3. §. 2. D. de vi et vi arm.* Et apud Gell. *Lib. X. Cap. 25.* Iſidor. *Lib. XVII. Orig. Cap. 6.* FRAMEA, *gladius, ex vtraque parte acutus, quem vulgo ſpatam vocant. Ipſa eſt et romphaea.* FRAMEA *autem dicta, quod ferrea eſt.* Germanicae tamen genti hoc vocabulum adſcribit Tacitus *de mor. Germ. Cap. VI.* his verbis: *Haſtas, vel ipſorum vocabulo* FRAMEAS, *gerunt, anguſto et breui ferro.* Qui FRAMEAS interpretati ſunt ῥομφαίας, quod et vetus Gloſſarium facit, id vocabulum a Graeco illo ῥομφαία per metatheſin deriuarunt; quemadmodum Iſidorus a Latino *ferrum.* Neutri recte. Diſerte enim id Germanicae originis eſſe, docet Tacitus. Rem expediuit V. C. Io. Ge. Wachter. *Gloſſar. Tomo I. p. 471.* vbi frameam dictam oſtendit ab antiquo *bremen,* pungere, vel *frumen,* mittere, atque ita veteribus adpellatam haſtam, poſteris pugionem vel dolonem, in ligno latitantem. Vnde hodiernum *eine pfriem,* inſtrumentum ſutorium, quo corium perforant, Belgis: *eene moord-priem,* pugio. Haſtam, quae olim FRAMEAE nomine venit, ex theſauro ſepulcrali Tornacenſi repraeſentauit Chifflet. *in Anaſtaſ. Childer.* tum *Cap. VII. p. 97.* in eius regis anulo, tum *Cap. XIV. p. 219.* HEIN.

FRANGERE, rumpere. FRANGERE calicem: *l. 27. §. 29. D. ad leg. Aquill.* Si columna, dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, FRACTA ſit: *l. 25. §. 7. D. locat.* FRANGERE crus: *l. 3. D. de ſeru. corrupt. l. 52. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. vlt. D. ſi quadrup. paup. fec. l. 16. D. comm. diuid.* FRACTA crura equi: *l. vlt. D. ad leg. Aquill.* FRACTA gemma: *l. 13. §. 5. D. locat.* Si faber incudem vel malleum FREGERIT: *l. 2. §. 1. D. de leg. Rhod.* Si FRANGI menſuras magiſtratus iuſſerit: *l. 13. §. 8. D. locat.* Tegulae in vicini tegulas ceciderant, easque FREGERANT: *l. 43. D. de damn. infect.* Eoque ſenſu intelligenda verba: VSSERIT, FREGERIT, RVPERIT, in tertio capite legis Aquilliae. *l. 27. §. 5. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. FRANGERE, μεταφορικῶς violare. FRANGERE fidem: *l. 10. D. de in ius voc.* fidem contractus. *l. 6. C. de hered. vel act. vend.* ¶. 3. FRANGERE, impedire, turbare. Liberalitatem captioſam interpretatio prudentium fregit. *l. 5. D. de transact.* Eodem ſenſu Catull. ad Manl. *v. 23.*

Tu mea, tu moriens FREGISTI *commoda, frater*
Tecum vna tota eſt noſtra ſepulta domus.

Vid. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. III. Cap. 2.* Sic ſaepe veteres; FRANGERE ac contundere alicuius conatus, vim, audaciam, furorem, petulantiam, libidines: Cic. *Philipp. XIII. Cap. 13. in Piſon. Cap. XIV. de legib. Lib. III. Cap. 13.* HEIN.

FRATER, vt ex Nigidio Gell. *Lib. XIII. Cap. 13.* et Non. Marcell. tradunt, dictus, quaſi *fere alter,* quae res Ciceroni iocandi argumentum praebuit. Nam quum poſt annuum munus confectum Cilicia decedere in animo haberet, vtilitasque prouinciae exigeret, aliquem relinqui, per quem prouinciales negotia ſua vsque in aduentum ſucceſſoris explicarent: alium ille potius, quam Quintum fratrem, relinquendum cenſuit. Cuius ſui conſilii

facti

Digitized by Google

FRA.

factique rationem Coelio reddens: *veritum ſe*, ait, *ne ſi fratrem reliquiſſet, SCO quo intra certos dies decedere iuſſus erat, fraudem feciſſe videatur, quaſi non in totum, ſed* ALTERO SE *relicto*, deceſſiſſet. Exſtat iocus *Lib. II. ad familiar. Epiſt. 15.* ¶. 2. Eſt vero commune id vocabulum tum germanis, tum vnilateralibus. FRATER, et ſoror, ſiue ab eodem patre, eademque matre, ſiue ab alterutro eorum: *§. 2. Inſt. de nupt.* Cornel. Fronto *libro de differ. voc.* FRATER, *aut ex alia matre, aut ex alio patre poteſt eſſe: germanus ex iisdem parentibus ſit, neceſſe eſt.* FRATER per vtrumque parentem accipitur, id eſt, aut per matrem tantum, aut per patrem, aut per vtrumque, id eſt, ex vtroque parente eodem. *l. 10. §. 13. D. de grad. et adfin.* Itaque FRATRVM tria ſunt genera. Alii namque GERMANI ſunt, alii CONSANGVINEI, alii VTERINI. ¶. 3. GERMANI ſunt, qui iisdem parentibus, eodemque patre et matre geniti, quos Cteſias *in Perſicis*, Xenoph. *Lib. III. exped. Cyri*, et Demoſthen. *in Orat. contra Ariſtogiton.* ὁμοπατρίους καὶ ὁμομητρίους vocant. Feſtus Pompei. *Germen eſt, quod ex arborum ſurculis naſcitur: vnde et* GERMANI, *quaſi eadem ſtirpe nati.* Et ita GERMANVM fratrem accipe apud Terent. *Andr. Act. I. ſcen. 5.* Cic. *pro dom. Cap. XLV. in Verr. I. Cap. 49. pro Fontei. Cap. XVII.* *Sororem* GERMANAM apud eumdem Ciceron. *pro Milon. Cap. XXVII.* Hinc germanorum fraternitatem GERMANITATEM vocat Cicero *pro Ligar. Cap. XI. de aruſpic. reſp. Cap. XX.* Arnob. *Lib. II. adu. gent. p. 55. ed. Elmenh. Si haec ita ſunt, ſequitur, vt Picus et Iupiter* GERMANITATIS *ſibi ſociati ſint iure, vtpote vno ex ſanguine, vnoque ex ſemine procreati.* D. Ambroſ. *libro de Ioſepho patriarcha: Numquid natura diuiſit merita filiorum? Ipſa vos doceat non diſcernere patrimoniis, quos titulo* GERMANITATIS *aequaſtis.* ¶ 4. CONSANGINEI ſunt, qui, vt ſupra *Libro III.* diximus, eodem patre nati ſunt, licet diuerſas matres habeant. Eiusmodi eſt FRATER, ex alia matre natus: *l. 11. D. de Carbon. edict.* FRATRES et ſorores, non ex eadem matre ſuſcepti: *l. 1. C. de legit. hered.* quos ἀμφιμήτορας vocat Euripid. *in Andromacha.* Nam, vt illic interpres ait, hoc nomine adpellat τοὺς ἐκ διαφόρων μητέρων, ἐξ ἑνὸς δὲ πατρός. *qui ex diuerſis matribus ab vno patre ſuſcepti.* FRATER conſanguineus: *l. 2. D. de iur. et fact. ign.* CONSANGVINEA ſoror, ὁμοπατρία ἀδελφὴ dicitur a Cteſia *in Perſicis.*

¶. 5. FRATRES et ſorores VTERINI, qui ex eadem matre tantum, et eodem vtero nati ſunt. *l. 27. C. de inoffic. teſt. l. pen. ad fin. et l. vlt. C. de legit. her. l. 21. C. de excuſ. tut.* FRATER, eadem matre natus: *l. 4. D. vnd. cong.* FRATRES, qui ex eadem matre erant: *l. vlt. D. ad SC. Trebell.* Interpres Sophoclis *in Antigone*: Ἀδελφὸς κοινῶς λέγεται ἐπὶ τῶν μὴ ἐξ ἀμφοτέρων γονέων ὄντων ἀδελφῶν *FRATER latius dicitur de fratribus, non ex eodem vtroque parente natis.* Vnde Sophoclem ait dixiſſe αὐτάδελφον, ὅπερ παρίστησι τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς καὶ μητρὸς γεγονότας, *quod id vocabulum ex eodem patre et matre genitos ſignificet.* ¶. 6. FRATRES gemini, apud Plaut. *Perſ. Act. IV, ſcen. 6,* et *Act. V. ſcen. 2.* Sic autem verba haec enunciari debere, non GEMINOS FRATRES, Quintilianus *Lib. IX. Cap. 4.* admonet. ¶. 7. FRATER naturalis. *l. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. 71. §. 3. D. de legat. I.* Ei opponitur FRATER adoptiuus. *l. 3. D. vnd. cogn.* ¶. 8. Aliquando FRATRVM adpellatione et ſorores continentur: Lucius et Titia FRATRES: *l. 38. D. famil. erciſc.* Tres FRATRES, Titius, Maeuius, et Seia: *l. 35. D. de pact.* Proinde, quod heredes FRATRIBVS rogati eſſent reſtituere, etiam ad ſorores pertinet, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur, vt ait *l. 93. §. 3. D. de legat.* ¶. 9. FRATRES Imperatores: *l. 33. D. de poen. l. 38. §. 4. 5. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* qui alias *Diui* FRATRES vocantur, nimirum Marcus et L. Verus, vt ſupra *Lib. IV.* docuimus. ¶ 10. Miſcellanea de fratribus ſunt ſequentia: FRATRES non ſunt ſeparandi: *l. 39. l. 40. D. de Aedilit. edict.* FRATRIS factum FRATRI non nocet: *l. 2. §. 1. D. ſi quis aliqu. teſt. probib.* Si magnum et capitale crimen, ac non leue, FRATER contra FRATREM ſuum inſtituit, non ſolum audiendus non eſt, ſed etiam exſilii poena plectendus: *l. 13. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* FRATER in FRATRIS caput torquendus non eſt: *l. 1. §. 10. D. de quaeſt.* Si FRATRES parentum indiuiſas hereditates ideo retinuerunt, vt emolumentum et damnum in his commune ſentirent: *l. 52. §. 6. D. pro ſoc.* Duo FRATRES hereditatem inter ſe diuiſerunt: *l. 22. §. vlt. D. de verb. oblig.* Tres fratres communem hereditatem diuiſerunt. *l. 35. D de pact. l. 57. D. famil. erciſc.* Si inter FRATRES voluntarium conſortium initum ſit: *l. 5. §. 8. D. pro ſoc.* Inteſtatae ſororis duobus FRATRIBVS hereditas obuenit, quorum alter erat praeſens, alter abſens: *l. vlt. D. pro emtor.* Si ex tribus FRATRIBVS vnus vxorem haberet, *l. 38. D. de donat. inter vir. et vxor.* ¶. 11. FRATER patruelis: *l. 16. §. vlt. D. de caſtr. pecul.* FRATRES patrueles, ſorores patrueles, id eſt, qui quaeue ex duobus fratribus progenerantur *l. 1. §. 6. D. de grad. et adfin.* Qui ex fratribus nati ſunt, FRATRES patrueles; item eae, quae ex fratribus natae ſunt, ſorores patrueles adpellantur: *l. 10. §. 15. D. eod. tit. §. 1. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* Caius *Lib. II. Inſtit. tit. 8. §. 3.* Paull. *Recept. Sent. Lib. IV. tit. 11. §. 4.* Fit horum mentio et *l. pen. D. de SC. Silanian. l. 8. C. ſi quis alt. vel ſibi. l. 4. C. qui teſt. fac. l. 2. C. de ord. cognit.* apud Plaut. *in prologo Poenuli, v. 59.* et Ambroſ. *Lib. VIII. Epiſt. 66.* Immo et patrueles, et adfines, ἁπλῶς dictos eſſe FRATRES et ſorores, exemplis demonſtrarunt Io. Fridr. Gronou. *Lib. II. Obſ. Cap. 6. p. 252.* et Iac. Perizon. *Animadu. Hiſt. Cap. III. p. 105. ſeqq.* HEIN. ¶. 12. Sed et ſocii ſe inuicem FRATRES adpellabant. *l. 63. pr. D. pro ſoc.* Apulei. *Lib. X. Metamorph. p. 245.* Petron. *Satyr. Cap. 11.* et ibi Wouwerus. HEIN. ¶. 13. Denique et collegae, et amici, hoc compellatione vtebantur. HEIN. [Hinc inferiores iudices, ſuperiores FRATRES adpellare prohibantur. *l. 2. C. de offic. diuerſ. iud.*] Qui FRATER non eſt, ſed fraterna caritate diligitur, *l. 58. §. 1. D. de her. inſtit.* Conſ. Quinctil. *Declam. CCCXXI.* vbi *nullam adulationem procedere vltra hoc nomen poſſe, ait, quum FRATRES vocemus.* HEIN.

FRATERNITAS, quaeſita per adoptionem: *l. 7. D. de rit. nupt.* FRATERNI-

Digitized by Google

TATIS quaeſtio: *l. 13. C. de probat.* ¶ 2. Societas ius quodammodo FRATERNITATIS in ſe habet. *l. 63. D. pro ſoc.* Quinctilian. *Declam.* CXX. de ſocietate agens: *Sacra res eſt, et quaedam* FRATERNITAS *propoſitorum animorum.*

FRATERNVS, A, VM. FRATERNA caritas: *l. 58. D. de hered. inſtit.* hereditas: *l. 12. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* FRATERNA bona. *l. 3. §. 7. D. de Carbon edict.*

FRATRIAE, fratrum inter ſe vxores adpellantur, auctoribus Feſto *Lib. VI.* Nonio Marcell. *Cap. vlt. de propriet. ſerm.* et Palaemone *in Gloſſis.* Eas εἰνατέρας vocare Homerum *verſu 77. Iliad. Z.*

> Ἠὲ πῃ ἐς γαλόων ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.
> Ἢ ἐς Ἀθηναίης ἐξοίχεται;
> *Siue alicubi inglorium aut fratrum ſpecioſe velatarum domos,*
> *Siue in Mineruae templum egreſſa ſit.*

obſeruauit Modeſtinus. *l. 4. §. 6. extr. D. de grad. et adfin.* ἀπὸ τοῦ εὐνάζειν, *a concumbendo.* De eodem vocabulo videndus Iul. Pollux *Lib. III. ſegm.* 32. et Heſychius. Forma admodum variat. Alii codices habent εἰνάτερες, alii ἐνάτηρες, Euſtathius etiam εἰνάτειρες. HEIN. ¶ 2. FRATRIA etiam ſodalitium, φρατρία. In Graecis ciuitatibus frequentiſſimae olim tales φρατρίαι, quarum corporati φράτορες, *l. 4. D. de colleg. et corpor.* magiſtri φρήταρχοι, officia φροντισταὶ, χαλκόλογοι, λογισταὶ, διοικηταὶ dicebantur. Reineſ. *ad Inſcript. p. 180. et p. 411.* Diu iſte mos manſit apud Neapolitanos, etiam poſtquam Romanis paruerunt. Varro *de lingua Lat. Lib. IV. p. 23.* FRATRIA eſt Graecum vocabulum partis hominum, vt Neapoli etiam nunc. Et Strabo *Lib. V. p. 377.* Ἐνταῦθα πλεῖστα ἴχνη τῆς ἑλληνικῆς ἀγωγῆς σώζεται, γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα, καὶ φρατρίαι, ἅπαντα Ἑλληνικὰ ὀνόματα, καίπερ ὄντων Ῥωμαίων. *Plura ibi Graecae diſciplinae monimenta ſuperſunt, veluti gymnaſia, ephebia, fratriae, Graeca vocabula, licet ipſi Neapolitani Romani ſint.* HEIN.

FRATRVELIS, ἀδελφιδοῦς, *fratris filius*, vti vetus Gloſſarium habet. Sed ignotum veteribus fuiſſe videtur hoc vocabulum. Paullus enim diſerte ait: *Illud notandum eſt, non, quemadmodum patris matrisque fratres et ſorores patrui, amitae, auunculi, materterae dicuntur, ita fratris ſororisque filias filias nomen ſpeciale cognationis habere, ſed ita demonſtrari, fratris ſororisque filios filias. Quod quidem et in aliis accidere, ex poſterioribus adparuit. l. 10. §. 14. extr. de grad. et adfin.* HEIN.

FRAVDARE, eſt aliquem commodo lucroue aut alio emolumento priuare. Sic FRAVDARI alimentis: *l. 6. D. de confeſſ.* FRAVDARE commodo creditores: *l. 67. D. ad SC. Trebell.* FRAVDARE hereditate heredem: *l. 2. D. de his, quae in teſtam. del.* Ne pueri ingenuitate deſtinata FRAVDARENTVR: *l. 26. §. 2. D. de fideic. libert.* FRAVDARE maritum liberis: *l. 4. D. de extraord. crim.* pretio emtorem. *l. 1. §. 12.*

D. ſi quid in fraud. patron. ¶ 2. FRAVDARE, in fraudem alicuius quid facere, vel gerere. Sic: FRAVDANDI animo decerpere fructus: *l. 25. D. de furt.* FRAVDARE annonam: *l. 1. D. ad leg. Iul. de annon.* FRAVDANDI cauſſa pactum factum: *l. 7. §. 10. D. de pact.* profugere: *l. 36. D. de reb. auct. iud. poſſid.* FRAVDANDI cauſſa ſimulare: *l. 22. D. de vſur.* FRAVDANDI cauſſa coorta ſocietas: *l. 3. §. vlt. D. pro ſoc.* FRAVDATI cenſus accuſatio: *l. 1. C. de quaeſt.* FRAVDARE creditores ſuos: *l. 17. §. 1. D. quae in fraud. credit. l. 57. D. de teſtam. l. 10. §. 6. D. quae in fraud. cred.* Cicero *Philipp. VI. Cap. 4.* Si euentu FRAVDENTVR creditores: *l. 4. §. 19. D. de fideic. libert.* FRAVDANDORVM creditorum conſilium habere: *l. 17. §. vlt. D. quae in fraud. cred. l. 54. §. vlt. D. de manum. teſtam.* conſilium inire: *l. 67. D. ad SC. Trebell. l. 10. §. 14. D. quae in fraud. credit.* conſilium et euentus eſt. *l. 4. §. 19. D. de fideic. libert.* Non FRAVDANTVR creditores, quum quid non adquiritur a debitore, ſed quum quid de bonis deminuitur: *l. 134. D. de regul. iur. l. 6. D. quae in fraud.* Si quis dolo malo domini captus FRAVDATVSVE eſt. *l. 36. D. de pecul.* Cicero *Lib. III. de offic. Cap. 17.* *Vti ne propter te fidemue tuam captus* FRAVDATVSVE *ſim.* FRAVDATVR dominus in penſione percipienda: *l. 39. §. 2. D. de damn. inf.* Non videtur voluiſſe FRAVDARE edictum, qui ſibi proſpicit: *l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered.* Inuidioſum eſt, FRAVDARI heredem: *l. 20. D. de ſtatulib.* FRAVDANDAE legis cauſſa adſcriptum: *l. 64. D. de condit. et demonſtr.* Eo facto, nemo FRAVDATVR: *l. 5. D. eod. tit.* FRAVDARE patrem: *l. 5. D. de diuort.* patronum: *l. 1. §. 1. l. 6. D. ſi quid in fraud. credit.* Si menſor FRAVDAVERIT in renunciatione: *l. 3. §. 4. D. ſi menſ. falſ. mod.* FRAVDARE nemo videtur eos, qui ſciunt et conſentiunt: *l. 6. D. quae in fraud. credit. l. 15. D. de regul. iur.* FRAVDARE aliquem *per tutelam aut ſocietatem.* Cic. *pro Caecin Cap. III.* FRAVDATA *ſocietate.* Plin. *Lib. XI. Cap. 16.* FRAVDATI vectigalis crimen: *l. 8. D. de Publician.* FRAVDARI autem *vectigal* dicitur fraude et mendacio profeſſionum; vt quum quis clam non profeſſas merces exportat. FRAVDATVS a menſore venditor. *l. 3. §. 3. D. ſi menſ. falſ. mod.*

FRAVDATIO. FRAVDATIONIS cauſſa geſta: *l. 1. D. quae in fraud. cred.* Quae edicti verba explicantur eadem *l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. D. quae in fraud. credit.* FRAVDATIONIS cauſſa latitat, qui hoc animo latitat, vt fraudet creditores; *l. 7. §. 1. et §. 5. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 50. D. de pecul.* Vti inter bonos bene agier oportet, et ſine FRAVDATIONE. Cic. *de offic. Lib. III. Cap. 17.*

FRAVDATOR, qui in fraudem creditorum, et eorum fraudandorum cauſſa conſiliove quid fecit, geſſitque. *l. 9. §. 5. D. de iureiur. l. 6. §. 9. l. 10. §. l. 14. l. 25. l. vlt. pr. et §. 1. D. quae in fraud. credit. l. 3. D. de curat. bon. dand. l. vlt. C. de reuoc. his, quae in fraud. credit.* Plane in *l. 8. D. depoſ.* FRAVDATOR adpellatur argentarius, qui foro ceſſit. *Creditorum* FRAVDATOR: Cic. *Philipp. XIII. Cap.*

XIII. Cap. 12. Idemque *pro Flacco Cap. XX.* FRAVDATORVM *inficiationem et impudentiam* coniungit.

FRAVDATORIVS, A, VM. FRAVDATORIVM interdictum, quo in fraudem creditorum geſta reuocantur. *l. 67. pr. §. 1. et 2. D. ad SC. Trebell. l. 96. pr. D. de ſolut. l. 1. C. Theod. de in integr. reſtit.* Quo pertinet edictum, quod proponitur in *l. 10. D. quae in fraud. cred.*

FRAVDVLENTER, et *ſegniter* ſeparantur. *l. 5. C. de ſuſpect. tut.* Alterum enim ad dolum, alterum ad culpam pertinet. FRAVDVLENTER acta: *l. 40. §. 4. D. de ſtatulib.* adminiſtrare res: *l. 1. C. de ſuſp. tutor.* Si quid in ſeruandis veſtimentis FRAVDVLENTER admiſerint: *l. 3. §. vlt. D. de offic. praef. vigil.* non adminiſtrandi animo, ſed FRAVDVLENTER alienare: *l. 60. §. vlt. D. mandat.* Reuocatis alienationibus, quas FRAVDVLENTER fecerant: *l. 39. §. vlt. D. de iur. fiſc.* Si FRAVDVLENTER ſeruo ſoluerit: *l. 10. §. 1. D. de in rem verſ.* Si FRAVDVLENTER geſſiſſe tutelam probetur: *l. 2. D. de ſuſp. tut.* FRAVDVLENTER verſatus. *l. vlt. D. de cuſtod. et exhib. reor. l. 3. §. 11. D. de ſuſp. tut.*

FRAVDVLENTVS, A, VM. FRAVDVLENTVM conſilium, quod quis capit fraudandorum creditorum cauſſa: *l. 7. D qui et a quib.* Si id FRAVDVLENTO conſilio fecerit: *l. 12. D. D. de inoffic. teſtam.* CONSILII non fraudulenti nulla obligatio eſt *l. 47. D de reg. iur.* FRAVDVLENTA conuerſatio: *l. 31. D. de reb. auct. iud. poſſ.* FRAVDVLENTA venditio. *l. 2. C. de praed. minor.*

FRAVDVLOSVS, A, VM. Furtum eſt contrectatio FRAVDVLOSA. *§. 1. Inſt. de oblig. quae ex delict. naſc. l. 1. §. 3. D. de furt.* BRIN.

FRAVS, calliditatem et fallaciam ſignificat. Ineſt enim dolo et FRAVS. *l. 7. §. 10. D. de pact.* Ideoque ſolent dolus et FRAVS coniungi: *l. 8. §. 6. D. de liberat. leg. l. 3. D. quando ex fact. l. 3. §. vlt. D. pro ſoc.* vbi fides bona contraria eſſe dicitur FRAVDI et dolo. Ideoque per FRAVDEM locare, et *bona fide* contrahere, pugnant: *l. 35. D. locat. bona fide* et citra FRAVDEM: *l. 22. D. de manum. teſtam.* Actiones, quae doli vel FRAVDIS habent mentionem: *l. 5. D. de obſequ. parent.* Si quid dolo vel FRAVDE egerit: *l. 10. C. de procurat.* [Eodem pertinent loquutiones: FRAVDIBVS verſutis publicarum (an publicas?) rationes ciuitatum lacerare: *l. 6. C Theod. de numerar.* FRAVDIVM ſurelas detegere: *l. 7. C. Theod. eod. tit.* In aliquo FRAVDIVM ſcelere deprehendi. *l. 11. eod. tit.* [Aliquando differre *dolum* et FRAVDEM, et hanc ex re ipſa venire, dolum ex perſona, eiusque calliditate, ex *l. 7. §. 10. D. de pact.* colligit Cuiacius in Papiniano *ad l. 3. §. vlt. D. pro ſoc.*] ¶. 2. Contra ea FRAVS opponitur culpae, negligentiae, ſegnitiae, et caſui improuiſo. *l. 63. D. de rei vind. l. 7. §. 1. D. de ſuſp. tut. l. 110. D. de legat. I. l. 1. C. ad leg. Corn. de ſicar.* Cic. *de Offic. Lib. I. Cap. 13. Vt aut FRAVDE fit iniuria. FRAVS, quaſi vulpeculae: vis leonis videtur. Vtrumque ab homine alieniſſimum. Sed FRAVS odio digna maiore.* Tertull. *de Idololatr. Cap. 1. FRAVDIS conditio ea eſt, opinor, ſi quis alienum rapiat, aut alii debitum deneget.* ¶. 3. Hinc loquutiones: FRAVDEM arguere: *l. 4. C. de ſuſpect. tut.* Per FRAVDEM bona collocata in filium: *l. 67. D. de rit. nupt.* clandeſtinis et domeſticis FRAVDIBVS facile quiduis pro negotii opportunitate confingi poteſt: *l. 27. C. de donat.* FRAVDIS conſilio libertas data: *l. 2. C. de ſeru. pignor.* conſilium participaſſe: *l. 96. D. de ſolut.* conſilio cum heredibus participato: *l. 27. §. vlt. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* FRAVDES in cura admiſſae; *l. 3. §. 11. D. de ſuſpect. tut.* Per FRAVDEM diſtrahere res: *l. 3. §. 13. D. de ſuſpect. tut.* Ne FRAVS fiat: *l. 33. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Si quis FRAVDE heredis ſcripti reliquerit hereditatem: *l. 21. D. de inoffic. teſtam.* in FRAVDEM inducti legatarii: *l. 95 §. vlt. D. ad leg. Falcid.* per FRAVDEM omittere hereditatem: *l. 1. §. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* FRAVDEM pati: *l. 1. §. 1. D. de iudic.* pretii FRAVDE: *l. 6. C. de arbitr. tut.* FRAVDIS ſuſpicionem par adfectionis cauſſa amouet: *l. 67. §. 1. D. de rit. nupt.* ſi nulla FRAVDIS incurrat ſuſpicio: *l. 2. D. de ſeparat.* quamuis in iſto FRAVDIS nec ſuſpicio quidem interueniret: *l. 17. §. 9. D. ad municipal* FRAVDEM tegere. *l. 7. C. de interd. matrim.* ¶. 4. FRAVS pro damno alteri illato. Ita dicitur aliquid in FRAVDEM factum: *l. 2. D. de ſuſp. tutor. l. 1. D. de alienat. iudic.* vel non factum: *l. 58. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* FRAVDEM porro in alienationibus, manumiſſionibusue, quae in creditorum patroniue fraudem fiunt, in damno pecuniario accipimus: *l. 1. §. 15. D. ſi quid in fraud. patron.* In FRAVDEM ergo Theophilus in *§. 3. Inſt. quib. ex cauſſ. manum. non lic. et in §. 6. Inſt. de action.* interpretatur πρὸς βλάβην, καὶ ἀπάτην, καὶ περιγραφὴν τῶν χρεωστῶν. *in damnum, deceptionem, et circumſcriptionem creditorum.* Et quidem quod ad libertatum cauſſam attinet, FRAVDEM ex conſilio, et ex euentu ſimul aeſtimamus: *l. 4. §. 19. D. de fideic. libert. §. 3. Inſt. quib. ex cauſſ. manum. l. 15. D. quae in fraud.* FRAVDIS interpretatio enim in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur. *l. 79. D. de reg. iur.* Et in lege Aelia Sentia FRAVS cum effectu accipitur. *l. 1. D. de ſtatulib.* Generaliter enim quum de FRAVDE diſputatur, non, quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt. *l. 78. D. de reg. iur.* Et hinc FRAVDEM etiam in tempore fieri praetor intelligit, *l. 10. §. 17. et §. vlt. D. quae in fraud. cred.* ¶. 5. Et ſic in FRAVDEM futurae actionis erogantur bona: *l. 68. §. 1. D. pro ſoc.* In FRAVDEM adminiſtrationis quid geritur, vel negligenter agitur: *l. 12. C. de admin. tut.* In FRAVDEM ciuitatum manumittitur: *l. 11. D. qui et a quib. manum.* FRAVDIS cauſſa adſcripta conditio, in *l. 27. D. ad leg. Falcid.* dicitur, quae fraudandae legis Falcidiae gratia adſcripta eſt. Si conſtitutioni meae FRAVDEM fecerit: *l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur. §. vlt. Inſt. eod. tit.* In FRAVDEM conſtitutionem videtur adiectum id, quod vſuram legitimam excedit: *l. 13. §. 26. D. de act.*

act. emt. FRAVS ſit conuentioni, ſi legi dictae fiat: *l. 1. C. ſi mancip. ita venier.* In FRAVDEM creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, ſoluendo non eſt, vel datis libertatibus deſiturus eſt ſoluendo eſſe: *l. 18. D. qui et a quib. manum. §. 3. Inſt. quib. ex cauſſ. manum. non lic.* Semper in fraudem creditorum libertas datur ab eo, qui ſciret, ſe ſoluendo non eſſe: *l. 23. D. qui et a quib. manumiſſ.* Et ita in FRAVDEM creditoris data libertas: *l. 44. §. 7. D. de legat. I. l. 4. §. 17. D. de fideic. libertat. l. 63. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 5. C. de teſtam. manum. l. 1. C. qui manum. non poſſ.* Si FRAVDEM creditoribus fecerit manumiſſor: *l. 5. C. de ſeru. pign. dat.* Si aliquem non in FRAVDEM creditoris manumiſerit: *l. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat.* In FRAVDEM creditorum adire hereditatem: *l. 1. §. 5. de ſeparat.* Qui ſoluendo non eſt, heredem neceſſarium etiam in FRAVDEM creditorum relinquere poteſt: *l. 1. C. de neceſſ. ſeru.* In FRAVDEM vero creditorum quis facere videatur, pete ex *l. 4. l. 5. l. 6. l. 10. §. 12. D. quae in fraud. cred.* In FRAVDEM alterius donare: *l. 4. C. de reuoc. donat.* FRAVDEM edicto Praetoris facere videtur patronus, in ſpecie *l. 30. D. de bon. libert. l. vlt. D. ſi famil. furt. fec.* Ne qua FRAVS aut edicto, aut iuri ciuili fieret. *l. 44. D. de Aedil. edict.* In FRAVDEM fideicommiſſi quid ſit: *l. 50. D. ad SC. Trebell.* In FRAVDEM fiſci alienat, qui iam eo crimine damnatus, ex quo publicatio bonorum ſequitur, vel futurum proſpiciens, vt damnetur, alienat: *l. 45. D. de iur. fiſc.* Ceterum ſi capitis reus filium emancipet, vt is hereditatem adeat, non videtur in FRAVDEM fiſci factum, quod adquiſitum non eſt: *l. 26. D. de iur. fiſc.* In FRAVDEM fiſci adoptio facta videtur, etiamſi non in reatu, ſed deſperatione rerum, per conſcientiam, metu imminentis accuſationis quis adoptet, in hoc, vt ex bonis, quae ſe amiſſurum cogitat, portio detrahatur: *l. 7. §. 2. D. de bon. damnat.* In FRAVDEM fiſci datae libertates: *l. 45. §. 3. D. de iur. fiſc. l. 11. D. qui et a quib.* res alienatae: *l. 45. princ. D. de iur. fiſc.* Qui aliquid ſciens in FRAVDEM fiſci ſuſcepit: *l. 46. §. 1. D. de iur. fiſc.* In FRAVDEM iuris fidem adcommodat, qui vel id, quod relinquitur, vel aliud tacite promittit, reſtituturum ſe perſonae, quae legibus ex teſtamento capere prohibetur: ſiue chirographum eo nomine dederit, ſiue nuda pollicitatione promiſerit: *l. 10. D. de his, quae vt indign.* FRAVS legi fit, vbi, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: *l. 30. D. de legib.* Et hinc in FRAVDEM legis facit, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit. *l. 29. D. eod.* Plaut. *Mil. glorioſ. Act. II. ſcen. 2. v. 9.*

Atque adeo, vt ne legi FRAVDEM *faciant*
talariae.

Exemplum eſt apud Liuium *Lib. VII. Cap. 16. Eodem anno, ait, C. Licinius Stolo a M. Popillio Laenate ſua lege decem millibus aeris eſt damnatus, quod mille iugerum agri cum filio poſſideret, emancipandoque filium FRAVDEM legi feciſſet.* Et ſic apud Quinctilianum *Declam. CCLXIV.* quaeritur, an FRAVS legi Voconiae facta videatur? Non intelligitur FRAVDEM legi feciſſe, qui rogatus eſt palam, reſtituere: Et mox: FRAVS legi fieri videtur, quoties quis neque teſtamento, neque codicillis, rogaretur, ſed domeſtica cautione et chirographo, obligaret ſe ad praeſtandum ei, qui capere non poteſt. *l. 2. D. de iure fiſc.* Quae Calliſtratus ex Iuliano ſe ſumſiſſe ingenue fatetur. Ac plane eadem FRAVDIS legi in tacitis fideicommiſſis factae interpretatio refertur ex Iuliani *Lib. LXXXIII. Digeſtorum,* in *l. 103. D. de legat. I.* Sic FRAVS legi Aeliae Sentiae facta dicitur in ſpecie *l. 7. §. vlt. D. qui et a quib. manum. l. 6. §. 3. D. de iure patron.* Si non in FRAVDEM legis Aeliae Sentiae libertates datae fuerint: *l. 32. D. de manumiſſ. teſtam.* Quoties in FRAVDEM legis fiat alienatio, non valet quod actum eſt: *l. 16. §. 1. D. de iur. patron.* FRAVS legi Falcidiae non ſit, ſi ius ſuum deminuat heres: *l. 71. D. ad leg. Falcid.* In FRAVDEM legum tacitam fidem adcommodare: *l. 123. §. vlt. D. de legat. I. l. 43. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Si quis in FRAVDEM tacitam fidem adcommodauerit, vt non capienti fideicommiſſum reſtituat: Vlpian. *Regul. tit. XXV. §. 17.* Qui tacitum fideicommiſſum in FRAVDEM legis ſuſcepit: *l. 18. D. de his, quae vt indign.* Maiorem FRAVDEM excogitaſſe videtur, qui non tantum legem circumuenire voluit; ſed etiam interpretationem legis, quae circa tacitum fideicommiſſum habetur: *l. 4. D. de iur. fiſc.* Si conſtante matrimonio mulier, dum diuortium cogitat, manumittat, vel alienet, quaſi in FRAVDEM legis (Iuliae de adulteriis) hoc factum ſit, non debet alienatio valere, vel manumiſſio: *l. 14. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* FRAVS legi, (ſcilicet Iuliae et Papiae Poppaeae) facta, in ſpecie *l. 64. D. de condit. et demonſtr.* Si non in FRAVDEM legis (eiuſdem) factum eſſet: *l. 82. D. de adquir. vel omitt. hered.* Quod in FRAVDEM legis (eiuſdem) ad impediendas nuptias ſcriptum eſt: *l. 79. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* In FRAVDEM legis ei, qui ſolidum capere non poteſt, legatum datum videtur, in ſpecie *l. 27. D. de probat.* Si quis ſub conditione heredes inſtituiſſet, ſi inuicem cauiſſent, ſe legata eo teſtamento relicta reddituros, placuit remitti iis conditionem, quia ad FRAVDEM legum reſpiceret, quae vetarent quoſdam legata capere: *l. 7. D. de condit. inſtit.* Si libertus minorem ſe centenario in FRAVDEM legis fecerit: *l. 16. D. de iure patron.* Iudex tunc litem ſuam facere intelligitur, quum dolo malo in FRAVDEM legis ſententiam dixerit: *l. 15. §. 1. D. de iudic.* In FRAVDEM libertatis abeſſe: *l. 28. §. vlt. D. de fideic. libert.* In FRAVDEM ciuilium munerum: *l. 2. C. de dignit.* Qui in FRAVDEM ordinis euitandorum maiorum onerum gratia ad colonos praediorum ſe tranſtulerunt: *l. 1. §. 2. D. de vacat. et excuſ. mun.* In FRAVDEM patroni alienare: *l. 16. §. 6. D. de heredit. petit.* alienatio facta: *rubr. C. ſi in fraud. patr. alienat.* Nihil in teſtamento in FRAVDEM legis fuerit cautum: Paull. *Rec. Sent. Lib. III. tit. 5. §. 13.* In FRAVDEM ſuam libertum aliquid dediſſe, patronus manifeſto docere debet: *l. 6. D. de probat.* Si pecuniam tutor in FRAVDEM pupilli accipere noluerit: *l. 22. D. de manumiſſ. teſtam.* FRAVS quoque fit SCis. Cicero *Lib. IV. ad Attic. Epiſt. 10. Facio* FRAVDEM *Senatusconſulto.* FRAVS SCo Macedoniano adhibita: *l. 7. §. 3. D. de SC. Maced.* cogitata: *l. 3. §. 1. D. eod. tit.* facta: *l. 7. §. 1. D. eod. tit.* FRAVS SCo

Vel-

Velleiano facta videtur in ſpecie, *l. 8. §. 5. D. ad SC. Velleian.* Non debet ignorantiae maritorum ampliſſimi ordinis conſulto FRAVS quaeri: *l. 4. C. de excuſat. tut.* In FRAVDEM eorum, quae teſtamento relicta ſunt: *l. 9. C. de legat.* In FRAVDEM ſuam transactionem factam legatarii dicunt. *l. 5. §. 3. D. de adpellation.* In FRAVDEM vſurarum, *l. 16. C. de vſur.* ¶. 6. FRAVS quoque ipſa noxa dicitur, et quaſi poenae quaedam praeparatio. *l. 131. D. de verb. ſignif.* Quin etiam FRAVDEM, ait Vlpianus, veteres pro poena ponere ſolebant. Ideoque in Edicto Aedilium capitalem FRAVDEM admittere, eſt tale aliquid delinquere, propter quod capitis puniendus ſit. *l. 23. §. 2. D. de Aedil. edict.* Plaut. *Milit. glorioſ. Act. II. ſcen. 3. Nunc cruribus capitique* FRAVDEM *capitalem creas.* Cic. *de Orat. Lib. I. Cap. 54. Erat enim Athenis reo damnato, ſi* FRAVS *capitalis non eſſet, quaſi poenae aeſtimatio.* Et *Lib. II. Cap. 48. In nefario crimine et capitali* FRAVDE *eſſe puniendum.* Quo genere loquendi et *pro Rabirio, perduellionis reo* vtitur *Cap. IX.* Liu. *Lib. XXIII. Cap. 14. Qui capitalem* FRAVDEM *auſi eſſent*: Seruius *in Lib. XI. Aen. ad verſ. 708.*

Iam noſces, ventoſa ferat cui gloria FRAVDEM.

Nam FRAVDEM, ait, *veteres poenam vocabant, ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur. - - Vt etiam in antiquo cognoſcitur iure. Salluſtius in Catilinaria: Diem ſtatuit, ante quam ſine* FRAVDE *liceret ab armis diſcedere.* Idem *in Libr. X. Aeneid. v. 72.* ad illa verba:

Quis Deus in FRAVDEM, *quae dura potentia noſtri*
Egit?

in FRAVDEM interpretatur *in periculum. Ita enim*, inquit, *in iure lectum eſt*: FRAVDI *erit illa res, id eſt periculo.* ¶. 7. Hinc loquutio: FRAVDI eſſe. Poterit tibi ea res non eſſe fraudi: *l. 6. C. de pact. int. emt. et vendit.* Haec neque creditoribus, neque fiſco, FRAVDI eſſe: *l. 114. §. 14. D. de legat. I.* Cicero *Philipp. V. Cap. 14. Quibus certe pietas* FRAVDI *eſſe non debet.* Idem *pro Muraena Cap. XXXV. Id erit eius vitrico* FRAVDI *ac crimini.* Liuius *Lib. XXXIX. Cap. 14. Indicibus ne* FRAVDI *ea res ſit, curare.* ¶. 8. Sed et frequens formula: Sine FRAVDE, id eſt, ſine poenae metu, citra periculum, impune, et vindice nullo. Sine FRAVDE ſua iure liceat: *l. 25. pr. D. ad leg. Iul. de adulter.* Eam pecuniam ſine FRAVDE ſua capere liceto: *l. 1. D. ad leg. Falcid.* Liuius *Lib. XXVI. Cap. 12. Vt qui ciuis Campanus ante certam diem tranſiſſet, ſine* FRAVDE *eſſet.* Idem *Lib. XXXV. Cap. 51. Milites pacti, vt ſine* FRAVDE *liceret abire, praeſidio exceſſerunt.* Hi, quos more maiorum, ſine FRAVDE in ius vocare non licet, vt conſulem, Praetorem, ceterosque, qui imperium poteſtatemue quam habeant: *l. 26. §. 2. ex quib. cauſſ. maior.* Qui ſine FRAVDE in ius vocari non poſſunt propter magiſtratum poteſtatemue, in qua agunt: *l. 8. D. de accuſat.* Si is magiſtratus eſt, qui ſine FRAVDE in ius vocari non poteſt. *l. 32. D. de iniur.*

[FREDIANI, quorum in *l. 20. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 20.* mentio fit, erant geſtatores, qui oſcilla, et verſatiles quasdam machinas ferebant, ſollemni pompa in honorem Deorum, quaſi *feredianі*, veluti ἐν τῷ φέρειν διατρίβοντες. Iac. Gothofred. *Comment. ad d. l. 20.*] Ita quidem Gothofredus, ſed cuius coniectura non admodum probabilis videtur. Magis veroſimile, vocabulum illud in mendo cubare. HEIN.

FREQVENS, pro vſitato, vel quotidiano. FREQVENTISSIMA eſt haec cauſſa poſſeſſionis bonorum eius, qui fraudationis cauſſa latitat: *l. 7. §. 1. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.* FREQVENS eſt clauſula de ſuſpectis tutoribus: *l. 1. D. de ſuſp. tut.* Vbi FREQVENTIVS eſt id genus maleficii: *l. 1. §. 1. D. de abig.* FREQVENS eſt tractatus de vtilibus diebus: *l. 1. D. de diuerſ. temporal. except.* FREQVENTEM vſum oratores vocans vſurpationem: *l. 2. D. de vſurpation. et vſuc.* FREQVENS vſus eſt teſtimoniorum: *l. 1. D. de teſtib.* Parere exceptionem rei iudicatae, FREQVENS eſt. *l. 6. D. de except. rei iud.* ¶. 2. FREQVENTES dicuntur, qui cuiuis obuii ſunt, et ad officia exhibenda promti. Sic philoſophi, qui ſe FREQVENTES atque vtiles praebent: *l. 8. §. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* [FREQVENTES aduocati, id eſt, diligentes. *l. 9. §. 4. D. de offic. proconſ.*]

FREQVENTARI dicitur, quod frequens eſt, atque vſitatum. Hoc edictum minus in vſu FREQVENTATVR: *l. 2. D. ex quib. cauſſ. maior.* Interrogatoriae actiones minus FREQVENTANTVR: *l. 1. §. vlt. D. de interrogat. in iur. fac.* Quod in regione FREQVENTATVR: *l. 34. D. de reg. iur.* Vſurae, quae in prouincia FREQVENTANTVR: *l. 7. §. 10. D. de adminiſtr. et peric. tut.* id eſt, obſeruantur, vti loquitur *l. 3. §. 1. D. de contrar. et vtil. tut. act.* Vſurae, quae in regione FREQVENTANTVR: *l. 37. D. de vſur.* Vſurae quae legitimo modo in regionibus FREQVENTANTVR. *l. 10. §. 3. D. mandat.*

FREQVENTER, ſaepe, crebro. Hinc quae FREQVENTER et facile accidunt, opponuntur iis, quae *perraro. l. 5. D. de legib.* FREQVENTISSIME aditur Praetor: *l. 1. D. vbi pupill. educ.* agitatur quaeſtio: *l. 38. D. mand.* FREQVENTER conſtitutum: *l. 3. C. de muner. et honor.* FREQVENTER ignorantia liberos emimus: *l. 44. D. de vſurp. et vſucap.* Factitare, eſt FREQVENTER facere: *l. 7. §. 8. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 1. §. 6. D. de itin. actuque priu.* Ne ſine diſcrimine, et FREQVENTER iisdem oppreſſis: *l. 3. §. 15. D. de mun. et hon.* FREQVENTER ſcribit: *l. 64. D. de hered. inſtit.* ſequi: *l. 15. §. 22. D. de iniur.* ſeruatur. *l. 1. C. quae ſit long. conſuet.*

FREQVENTIA. Adſiduo FREQVENTIA quaſi nonnullam praebet infamiam. *l. 15. §. 22. D. de iniur.*

FRETVM, maris anguſtiae. FRETO modi-

Digitized by Google

modico ab Italia Sicilia diuiditur. *l. 99. §. 1. D. de verb. ſignif.*

FRETVS, A, VM. FRETVS ſtatu generis. *l. 1. C. de ord. cognit.*

FRI.

FRIBVSCVLVM, *l. 32. §. 12. D. de donat. int. vir. et vxor.* a diuortio ſeparatur, et leue iurgiom ſignificat, vt oſtendit *l. 31. D. de iur. dot.* coniuncta cum *l. 27. D. de pact. dot.* FRIVVSCVLVM autem legendom cenſeo, familiari apicum B. et V. mutatione, quorum metaplaſmo multa in veterum auctorum libros menda irrepſerunt, qoae criticorum diligentia magna ex parte ſublata ſunt. Nemo tamen adhuc medicas manus Nonio Marcello adhibuit, licet ille monſtrum neſcio quod, in vltimas terras deportandum, alat. Apud eum namque paſſim legitur, a Siſenna Lib. III. Hiſtor. FERABITE poſitum pro *agreſti*. Emenda FERA VITE, quae a Graecis ἄμπελος ἀγρία, Latinis *labruſca* adpellatur. Plin. *Lib. XXIII. Cap. 1.* LABRVSCA *quoque oenanthen fert, ſatis dictam, quae Graecis ἄμπελος ἀγρία adpellatur, ſpiſſis et candicantibus foliis, geniculata, vimoſo cortice: fert vuas rubentes, cocci modo.* Verum vt ad FRIVVSCVLVM redeam, id a *friuolo* ὑποκοριστικῶς fluxiſſe, indicat Iſidor. *Lib. IX. Orig. Cap. vlt.* his verbis: FRIVOLVM *eſt, quum eo animo ſeparantur coniuges, vt ad ſe inuicem reuertantur. Nam* FRIVOLVM *eſt velut quaſſae mentis et fluxae, nec ſtabilis.* [At neſcio an non altera illa lectio amplectenda ſit potius, legendumque cum Iac. Raeuardo *ad l. 34. D. de reg. iur.* et Ger. Io. Voſſio *in Etymol. Lat.* FRIGVSCVLVM, a FRIGORE, quo ortum ex ſobitaria quadam ira in amando languorem ſignificant ſcriptores Latini. Videatur locus Suetonii *in Aug. Cap. LXVI.* Ipſa ſane res, quidquid etiam de cetero eſt, melius longe exprimi videtur hac FRIGVSCVLI voce. Friget enim in his diſſenſionibus coniugalis adfectio, friget rei familiaris cura, ſtigent denique mariti et vxoris officia. Vid. Raeuard. *l. c.*] Praeter Raeuardum et Voſſium hanc ſcripturam probant Alciat *Lib. IV. de verb. ſignif. extr.* Torrent. *ad Sueton. Aug. Cap. LXVI.* Car. Andr. Duker. *de Latin. iurisc. p. 403.* Et ſane praeter ſignificationem huic formae fauet analogia, quum, vt a *corpus* ſit *corpuſculum*, ab *opus opuſculum*, ab *olus oluſculum*: *aius iusculum*: ita a *frigus* FRIGVSCVLVM recte formetur, vix vero adpareat, quomodo a *friuolus* fiat *friuuſculum.* HEIN.

FRIGIDVS, A, VM. FRIGIDAE aquae, *calidis* contrariae. *l. 1. §. 13. D. de aqu. quotid.*

FRIGVS. FRIGORE mortuus: *l. 14. D. de praeſcr. verb.* Vela, FRIGORIS vel vmbrae cauſſa comparata. *l. 12. §. 16. D. de inſtr. vel inſtrum.*

FRIVOLVS, A, VM. FRIVOLA, pro leuis pretii ſupellectile. *l. 11. §. 5. D. de pign. act. Vt ad vniuerſam penſionem inſulae* FRIVOLA *mea tenerentur.* Seneca *Lib. III. Controuerſ. Ego illos in* FRIVOLA *inuitaui noſtra.* Iuuenal. *Sat. III. v. 198. Iam* FRIVOLA *transfert Vcalegon.* Gloſſ. Palaemon. et Gloſſar. vtriusque teſtam. FRIBVLA, *id eſt, friuola, vaſa fictilia.*] Idem Iuuenal. *Sat. V. v. 58.*

Romanorum omnia regum
FRIVOLA

Ipſam *l. 11. §. 5. de pign. act.* eleganter illuſtrat Martial. *Lib. XII. Epigr. 32.*

Vide, Vacerra, ſarcinas tuas,
Quas non retentas penſione pro bima
Portabat vxor. HEIN.

FRO.

FRONS, vt Plin. *Lib. XI. Cap. 37.* ſcribit, *hominis triſtitiae, hilaritatis, clementiae, ſeueritatis index.* Integrae FRONTIS homo: *l. 13. D. de teſtib.* Id eſt, illaeſi pudoris, ac ſaluae exiſtimationis homo. Cuiacius *in Comment. ad h. l.* et *Lib. VII. Obſeru. Cap. 13.* id eleganter exponit de eo, cui ob calumniam ſtigma non inuſtum ſit, ex lege Remmia. Et quamuis legem illam Remmiam ante haec tempora pridem exoleuiſſe, recte doceat C. V. Eu. Otto *in Papiniano Cap. VII. §. 2.* id tamen non obſtat, quo minus ad veterem illum ritum adludere potuerit iurisconſultus. HEIN. Qua FRONTE hoc poterit deſiderari? *l. 38. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 2. FRONS pars anterior loci. FRONS agri: *l. 56. D. de adquir. rer. dom.* Partem fundi, ad cuius FRONTEM inſula non reſpicit: *l. 39. D. eod. tit.* Et ita FRONTEM *Caucaſi* dixit Plin. *Lib. XII. Cap. 7.* et FRONTEM Hiſpaniae idem *Lib. IV. Cap. 21.* Ceterum quod antiquis monimentis inſcribi ſolebat: IN FRONTEM *Pedes tot*: hoc ſignificabat in longitudinem tot pedes ſepulcrum patere, interprete Acrone ad Horat. *Lib. I. Serm. ſat. 8. ad verſ. 12. Mille pedes in* FRONTE. ¶. 3. Prima FRONTE, id eſt, primo intuitu, vt vulgo loquuntur, *l. 12. D. de probat.* et apud Caſſiodor. *Lib. IV. Var. Cap. 18.* vel prima facie, vt *l. vlt. §. vlt. D. de condict. ſin. cauſſ. l. 10. D. de alim. vel cibar. leg. l. 31. §. 4. D. de fideic. libert.* Quinctilian. *Lib. VII. Cap. 2. Dura, prima* FRONTE, *quaeſtio.*

FRV.

FRVCTIFER, A, VM. FRVCTIFERAE arbores. Paull. *Sent. Lib. V. tit. 20. §. 3.*

FRVCTVARIVS, A, VM. Nam et in feminio genere occurit *l. 58. D. de vſufr.* pro ea, qoae vſumfructum habet. FRVCTVARIVS enim, et *vſufructuarius* idem valent. Vtroque enim verbo is ſignificatur, qui ios vtendi fruendi habet. *l. 1. D. de vſu et vſufr. leg. l. 5. D. de damn. infect. l. 47. D. de adqu. rer. domin. l. 55. D. de pact. l. 8. D. de ann. legat. l. 56. §. 1. D. de legat. II. l. 22. l. 23. l. 24. l. 25. et alias paſſim D. de vſufr. l. 1. §. 1. D. ſi vſusfruct. pet. l. 9. §. 1. D. locat.* ¶. 2. Aliquando tamen FRVCTVARIVS, quoties de ſeruo dicitur, eſt is, in quo quis vſumfructum habet. *l. 25. l. 37. §. 5. D. de adquir. rer. domin.*

min. l. 118. D. de verb. oblig. l. 2. D. de pecul. l. 11. D. de acceptil. l. 69. l. 98. §. 7. D. de ſolut. l. 1. §. 5. l. 18. §. vlt. l. 22. l. 27. D. de ſtipul. ſeru. l. 25. §. 1. D. de vſufr. l. 25. l. 45. §. 1. D. de adquir. vel. omitt. hered. l. 55. D. de pactis. Id eſt, in qoo alterios eſt vſusfructus, vt loquitur *l. 43. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 22. D. de vſufr.* vel, in quo vſusfructus alienus eſt: *l. 4. §. vlt. D. de re iudic.* in quo vſumfructum habemus: vt *l. 39. D. de ſtipul. ſeru. ſeru.* Paoll. *Sent. Lib. V. tit. 7. §. 3.* In quem vſumfructum quis habet: *l. 24. D. de vſufr.* Et ita FRVCTVARII ſerui pleno iure teſtantis non eſſe, intelliguntur. *l. 73. D. de legat. III.* ¶. 3. FRVCTVARIVM dicitur, quidquid ad vſumfructum pertinet: vt FRVCTVARIA ſtipulatio, quae vſusfructus nomine interponitur. *l. 4. §. vlt. D. de verb. ſignif.*

FRVCTVOSVS, A, VM.

FRVCTVOSVS fundus, et contra, minus FRVCTVOSVS. *l. vlt. D. de iur. dot.* Si fundum FRVCTVOSIOREM fecerit. *l. 7. §. 13. D. ſolut. matrim.*

FRVCTVS nomen interdum *ius*, interdum corpus, demonſtrat. *l. 43. D. de euict.* Ad ius quum refertur, ius vtendi fruendi ſignificat. Vſusfructus igitur an FRVCTVS legetur, nihil intereſt. Nam et FRVCTVI vſus ineſt. *l. 14. §. 1. D. de vſu et hab.* Si quis FRVCTVS annuos fundi Corneliani leget, perinde eſt, ac ſi vſusfructus fundi ſimiliter eſſet legatus. *l. 41. D. de vſu et vſufr. leg.* Sciendum eſt tamen, FRVCTVM quandoque ſine vſu conſtitui. *l. 5. §. 1. 2. D. vſufr. quemadm. cau. l. 13. §. 3. D. de acceptil. l. 14. in fine D. de vſu et habit.* ¶. 2. FRVCTVS vero nomen, quum ad corpus pertinet, eos proprie, qui ex re ipſa naturaliter enaſcuntur, fructus complectitur, ac proinde et ab vſuris, et a penſionibus, mercedibus, vecturis iumentorum, naulis nauium, ceteriſque obuentionibus ſeparatur. *l. 29. D. de hered. petit. l. 24. D. de vſur. l. 39. §. 1. D. de legat. I. l. 11. D. de donat.* Haec enim omnia non FRVCTVS eſſe, ſed FRVCTVVM *vicem obtinere*, dicuntur. *d. l. 39. et l. 83. pr. D. de legat. III.* Vectura enim, ſicut vſura, non natura prouenit, ſed iure percipitur. *l. 62. D. de rei vind.* Vſura pecuniae, quam percipimus, in FRVCTV non eſt, quia non eſt ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſſa eſt, id eſt, noua obligatione. *l. 121. D. de verb. ſignif.* Praediorum vrbanorum penſiones pro FRVCTIBVS accipiuntur. *l. 36. D. de vſur.* FRVCTVS ergo adpellatio omnem reditum, vtilitatem, acceſſionem, quae natura hominiſue cultura ex re aliqua ſeu ſoli, ſeu mobili, aut ſe mouente, colligitur, redigitur, percipitur, ſignificat. ¶. 3. Atque vt a rebus ſe mouentibus initium faciamus, foetus pecorum in FRVCTV eſt: *l. 68. §. vlt. D. de vſufr.* ouium foetus in FRVCTV ſunt, et lac et lana: *l. 48. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* In pecudum FRVCTV etiam foetus eſt, ſicut lac, pili et lana: Itaque agni, hoedi, et vituli, et equuli, et ſuculi ſtatim naturali iure fructuarii ſunt: *l. 28. D. de vſur. §. 26. Inſt. de rer. diuiſ.* In FRVCTV eſt lana ouium: *l. 4. §. 19. D. de vſurpat.* Si pecoris vſus relictus ſit, puta, gregis ouilis, ad ſtercorandum vſurum duntaxat, Labeo ait: ſed neque agnis, neque lacte vſurum: haec enim magis in FRVCTV eſſe; *l. 12. §. 2. D. de vſu et habitat.* Vitulus FRVCTVS eſt vaccae: *l. 43. D. de euiction.* Ex furtiuis equis nati ſtatim ad bonae fidei emtorem pertinebunt; merito, quia in FRVCTV numerantur: *l. 48. §. 6. D de furt.* Vetus fuit quaeſtio, an partus ad fructuarium pertineret? de qua re inter veteres certatum eſſe, Cicero *Lib. I. de finib. Cap. 4.* docet. Sed Bruti ſententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere. Nec enim in FRVCTV hominis homo eſſe poteſt: *l. 68. D. de vſufr.* Ancillae partus in FRVCTV non eſt. Abſurdum enim videbatur, hominem in FRVCTV eſſe, quum omnes FRVCTVS rerum natura hominum gratia comparauerit: *l. 28. D. de vſur. §. 37. Inſt. de rer. diuiſ.* Sed et alibi partus ancillae non numerantur in FRVCTV: *l. 48. §. 6. D. de furt.* Partus et partuum partus in FRVCTV non habentur: *l 22. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Itaque in FRVCTIBVS *partus* et *partuum partus* ſeparantur: *l. 4. D. de vſur. l. 12. D. quod met. cauſſ.* Partuum tamen FRVCTVS dixit Vlpianus *l. 17. D. de rei vindic.* qui et alibi multo concinniorem rationem reddit, cur in FRVCTV non ſit partus ancillae, *quia non temere ancillae eius rei cauſſa comparentur, vt pariant. l. 47. D. de hered. petit.* ¶. 4. Iam, vt ad res ſoli veniamus, frumenta et vinum, praediorum FRVCTVM recte dicimus: *l. 43. D. de euict.* Quum fundum quis vendiderat, et omnem FRVCTVM receperat, et arundinem caeduam, et ſiluam in FRVCTVM eſſe, reſpondit. *l. 40. §. 4. D. de contrah. emt.* Silua caedua, etiamſi intempeſtiue caeſa ſit, ſicut olea immatura lecta, item foenum immaturum caeſum, in FRVCTV eſt: *l. 48. D. de vſufr.* In FRVCTV id eſſe intelligitur, quod ad vſum hominis inductum eſt. Neque enim maturitas naturalis hic ſpectanda eſt: ſed id tempus, quo magis colono dominoue eum fructum tollere expedit. Itaque quum olea immatura plus habeat reditus, quam ſi matura legatur, non poteſt videri, ſi immatura lecta eſt, in FRVCTV non eſſe: *l. 42. D. de vſu et vſufr.* FRVCTVS ex ſaltu per greges percipiuntur: *l. 9. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Venatio FRVCTVS fundi non eſt, niſi FRVCTVS fundi ex venatione conſtet: *l. 26. D. de vſur.* Bonae porro fidei emtor FRVCTVS ſuos facit, non tantum eos, qui diligentia et opera eius peruenerunt, ſed omnes: *l. 48. D. de adquir. rer. dom.* FRVCTVS denique intelliguntur, deductis impenſis, quae quaerendorum, cogendorum conſeruandorumque eorum gratia fiunt: *l. 36. §. vlt. D. de heredit. petit.* FRVCTVS, deductis neceſſariis impenſis, intelligitur: *l. 4. D. de oper. ſeru.* FRVCTVS eos eſſe, conſtat, qui deducta impenſa ſupererunt: *l. 7. D. ſolut. matrim.* Ex FRVCTIBVS prius impenſis, quae fructuum percipiendorum cauſſa factae ſunt, ſatisfaciendum eſt: *d. l. 7. §. vlt. D. ſol. matr.* Hoc FRVCTVVM nomine continetur, quod, iuſtis ſumtibus deductis, ſupereſt: *l. 1. C. de fruct. et lit. expenſ.* FRVCTVS poſt deductionem impenſarum diuidendi inter ſocios: *l. 38. §. 14. D. de vſur.* Nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impediat. *l. 51. D. famil. erciſc.* ¶. 5. Hinc variae FRVCTVVM denominationes et diuiſiones. FRVCTVS *aridi: l. vlt. D. de iur. fiſc. et Nouell. XXXII.*

Cap. 1. Καρπῶν alios ξηρὸς, alios ὑγρὸς facit etiam Phrynichus. FRVCTVS alii *maturi*, alii *immaturi*. Illi memorantur *l.* 12. §. *vlt. D. de vſufr. l.* 27. *D. eod. tit. l.* 13. §. 10. *D. de act. emt.* horum: *l. vlt. D. quae in fraud. credit.* FRVCTVS *medii temporis: l.* 21. §. 2. *D. de ann. leg.* FRVCTVS *oleae: l.* 15. §. 1. *D. locat.* Eorum porro alii *pendentes*, alii *percepti* dicuntur. Pendentes ſunt, qui terra adhuc continentur, *l.* 44. *D. de rei vindic. l.* 12. §. 5. *l.* 27. *pr. D. de vſufr.* vel, qui terrae et fundo cohaerent, vt loquitur *l. vlt.* §. 4. *D. quae in fraud. credit.* qui et *ſtantes FRVCTVS. l.* 7. §. 15. *D. ſolut. matrim. l.* 26. *D. de furt.* His opponuntur *percepti*, qui ſcilicet iam a ſolo ſeparati ſunt. *l.* 36. *Inſt. de rer. diuiſ.* [FRVCTVS, poſt vel ante litem conteſtatam, percepti: *l.* 51. *pr. D. famil. erciſc.* FRVCTVS praeteriti: *l.* 5. §. 4. *D. ſi vſusfruct. pet. l.* 56. *D. famil. erciſc. l.* 2. *D. ſi quid in fraud. patron.*] FRVCTVS vindemiae: *l.* 7. §. 1. *D. ſolut. matrim.* ¶. 6. Interdum latius FRVCTVM pro omni commodo vtilitateque rei accipimus: veluti in eo, quod dicitur, in confeſſoria FRVCTVS venire, et nomine FRVCTVVM computandum eſſe, ſi quid ſit, quod interſit agentis, ſeruitute non prohiberi. *l.* 4. §. 2. *D. ſi ſeru. vindic.* Hinc ſi iter vel actum quis petierit, vix eſt, vt FRVCTVS vlli poſſint aeſtimari, niſi ſi quis commodum in FRVCTIBVS numeraret, quod habiturus eſſet petitor, ſi ſtatim eo tempore, quo petiiſſet, ire agere non prohiberetur. *l.* 19. §. *vlt. D. de vſur.* Plane vſuras pecuniae FRVCTVM vocat *l.* 88. §. *vlt. D. ad leg. Falcid.* Et mercedes ſeruorum, vecturaeque iumentorum FRVCTVS adpellantur, in *l.* 8. §. 1. *D. de reb. auct. iud. poſſid. l.* 39. §. 1. *D. de legat. I. l. vn.* §. 7. *C. de rei vxor. act. toll.* Sed et FRVCTVS rei eſſe dicitur, vel pignori dare licere. *l. vlt. D. de vſur. l.* 72. *D. de regul. iur.* ¶. 7. FRVCTVS, pro effectu, quem quis intendit. FRVCTVS munificentiae. *l.* 2. *D. de oper. publ.*

FRVGALITAS, *l.* 18. *D. de Aedil. edict.* id eſt, modeſtia et temperantia, quam Seneca *Epiſt. XVII.* eleganter eſſe *paupertatem voluntariam*, ait, cuius commendationem vide apud eumdem *libro de tranquill. vitae Cap. IX.*

FRVGALITER. Quod FRVGALITER ſufficit. *l.* 3. §. 3. *D. vbi pupill. educ.*

FRVGES. Eam ICti pro reditu accipiunt, non ſolum, qui ex frumentis aut leguminibus, verum etiam qui ex vino, ſiluis caeduis, cretifodinis, lapicidinis, capitur. *l.* 77. *D. de verb. ſignif.* ¶. 2. In ſenſu ſtrictiore FRVGES ſunt frumenta et legumina. Hinc Paull. *Sent. Lib. III. tit.* 6. §. 78. *FRVGIBVS legatis, tam legumina, quam hordeum et triticum, continentur.* Plin. *Lib. XVIII. Cap.* 7. *Duo ſunt prima* FRVGVM *genera*, FRVMENTA, *vt triticum, et hordeum: et* LEGVMINA, *vt faba, cicer.* Idem *Lib. XVIII. Cap.* 10. *Aethiopes non aliam FRVGEM, quam milii hordeique, nouere.* Fallitur ergo Laur. Valla *Elegant. Lib. VI. Cap.* 60. dum FRVGES hoctantum ſtrictiore ſignificatu pro iis, quae ſatione percipiuntur, intelligit. Latius enim et de omni reditu accipi poſſe, vel etymologia oſtendit. Sunt enim FRVGES a *fruendo*. Vid. Donat. *ad Terent. Eun. Act. IV. ſcen.* 7. *v.* 46. Varro *Lib. IV. de lingu. Latin.* Salmaſ. *ad Solin. p.* 208. *Auct. Deſenſ. vet. iuriſc. apud* Duker. *de Latin. vet. Iuriſc. p.* 312. *ſequ.* HEIN. Ita accipi videtur vocabulum *l.* 8. §. 1. *D. de furt.* FRVGIBVS ex fundo ſurreptis. HEIN. ¶. 3. FRVGES in ſenſu ſtrictiſſimo etiam adpellantur, quae non ariſta, ſed ſiliqua, continentur. Ideoque a *frumento* differunt, cuius adpellatione id, quod ariſta ſe tenet, ſignificatur. *l.* 77. *D. de verb. ſignif.* Et ita FRVGES et *frumentum* ſeparantur. *l.* 12. §. 1. *D. de vſu et habit.*

FRVGI hominem, *moderatum et temperantem* interpretatur Cicero *Tuſc. Quaeſt. Lib. III. Cap.* 8. Vnde FRVGI et temperantem coniungit Terent. *Heaut. Act. III. ſcen.* 3. *v.* 19. et FRVGALITATEM Cicero *pro Rege Deiotaro Cap. IX.* definit eſſe *modeſtiam et temperantiam.* Verumtamen latius virtutem hanc patere, illo eodem Tuſculanorum loco docet. Donat. *in Eunuch. Act. III, ſcen.* 5. *v.* 60. *FRVGI es, id eſt, vtilis, et neceſſarius, vt fruges humano generi.* FRVGI *eſt ergo, in quo eſt aliquid, quo fruamur, id eſt, vtamur.* Hinc FRVGI homo: *l.* 22. §. 7. *D. ſolut. matrim.* FRVGI homines, ac diligentes: *l.* 11. *D. de peric. et commod. rei vend.* FRVGI *ac ſobrii homines:* Cic. *in Verr. III. Cap.* 27. Bonae FRVGI ſerui dicebantur, bonis moribus praediti, et minime mali; *l.* 9. §. 1. *D. de ſeru. corrupt.* et apud Plaut. *Poenul. Act. IV. ſcen.* 2. Bonae FRVGI ſeruus intra annum mutatis, moribus, occiſus eſt: *l.* 23. §. 5. *D. ad leg. Aquill.* Bonae FRVGI ſeruus et fidus: *l.* 13. §. 2. *D. de act. emt. vend. Seruus non incallidus, ſed tamen* FRVGI, *et integer:* Cic. *pro Cluent. Cap. XVI.* Bonae FRVGI ſeruus et *malus* opponuntur: *l.* 1. §. 4. *D. de ſeru. corrupt.* vt FRVGI ſeruus, et *nequam*, apud Ciceron. *Lib. I. ad Attic. Epiſt.* 16. Idem bonae FRVGI, et compeditus, vel male notus, vel nota extrema *l.* 15. §. 14. *D. de iniur.* Sic et *bonum et* FRVGI *mancipium*, apud Apulei. *Lib. VIII. Metamorph. p.* 212. idemque in eo verbo ludens *Lib. IV. p.* 144. *aſinum*, ait, *me bonae* FRVGI *dominis exhibere.* Et *eodem Libro p.* 146. *bonae* FRVGI *latrones* dixit. Eo pertinent et aliae loquutiones: A parentibus FRVGI aeſtimatio patrimonii fieri ſolet: *l.* 77. §. 30. *D. de legat. II.* Eo tempore, quo iſte tutor bonae vitae, vel FRVGI videbatur: *l.* 3. §. 3. *D. de adminiſtr. et peric. tut.* Cuius vitae ſint hi, quibus alimenta relicta ſunt, vtrum FRVGI vitae ſint, an ſequioris: *l.* 8. §. 11. *D. de transact.* Ad FRVGEM melioris vitae ſe reformet. *l.* 19. *C. ex quib. cauſſ. infam.* Vti *recipere ſe ad* FRVGEM *bonam*, dixit Cicero *pro Coel. Cap. XII. redire ad* FRVGEM *bonam*, Terent. *Heaut. Act. III. ſcen. III. v.* 19. HEIN. FRVGI victus tam *luxurioſo*, quam *ſordido* aduerſarius conſtituitur, a Quinctil. *Lib. V. Cap.* 10.

FRVGIFER, A, VM. FRVGIFERAE arbores. *l.* 13. §. 4 *D. de vſufr.* Plin. *Lib. XVII. Cap.* 1. *et Lib. XVIII. Cap.* 10.

FRVI, plus eſt, quam *vti.* Nam *vti* eſt

ad

ad vſum et neceſſitatem vti; FRVI omnem rei fructum commoditatemque et vtilitatem percipere. *l. 13. D. commun. diuid.* Itaque qui FRVITVR, non ad vſum modo quotidianum, ſed et ad abuſum, id eſt, ad compendium et quaeſtum, vti poteſt. Vetus Gloſſarium: FRVI *dicitur, qui fructus percipit.* Donat. *in Adelph. Act. V. ſcen. 8.* ad haec verba: Huic demos, qui FRVATVR, id eſt, qui fructum capiat, non proprietate potiatur. Itemque *in Eunuch. Act. IV. ſcen. vlt.* FRVI quid ſit proprie, docet. Sic FRVI commodo: *l. 12. D. de liber. cauſſ.* Vt ei praeſtetur FRVI, quod conduxit: *l. 9. D. locat.* Fundum FRVENDVM locare: *l. 25. §. 1. D. ſolut. matr.* Qui in perpetuum fundum FRVENDVM conduxerunt a municipibus: *l. 1. D. ſi ager. vectig.* FRVENDVM locum publicum locare et conducere: *l. 1. D. de loco publ. fruend.* Vitruu. *Lib. VII. Cap. 8. Non minus etiam Lemno, cuius inſulae vectigalia Athenienſibus S. P. Q. R. conceſſit* FRVENDA. Feſtus *Lib. XI: Lacus Lucrinus in vectigalibus primus locatur* FRVENDVS, *ominis gratia.* Sic enim illic legendum, alias monoi. FRVI pecunia: *l. 26. D. quando dies leg.* Qui ſuum praedium FRVENDVM locauerit: *l. 35. D. locat.* FRVI publico: *l. 1. D. de publican.* Cicero *de prouinc. conſul. Cap. V.* Si conductori re, quam conduxit, FRVI non liceat: *l. 15. D. locat. cond.* Colonus, ſi ei FRVI non liceat: *l. 24. §. 4. D. locat. conduct.* FRVENDI cauſſa accipere: *l. 10. D. de praeſcr. verb.* FRVI ſalario. *l. vlt. D. de offic. adſeſſor.*

FRVMENTARIVS, A, VM.

FRVMENTARIA arca: *l. 1. D. de muner. et hon.* FRVMENTARII negotiatores: *l. 9. §. D. de vacat. et excuſ. mun.* FRVMENTARIA pecunia: *l. 23. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* FRVMENTARIA ratio: *l. 2. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* FRVMENTARIA teſſera. *l. 49. D. de legat. II.* ¶. 2. FRVMENTARII, a negotiatoribus diuerſi erant milites, in cohortes praetorianas vrbanasque deſcripti. Vnde paſſim occurrunt centuriones, decuriones, et decani FRVMENTARIORVM. Reineſ. *Claſſ. I. Inſcript. 15. p. 35.* Eorum primum erat, frumentum et annonam, e prouinciis in vrbem aduectam, in horrea publica inferre. Poſtea et in ſingulis legionibus, et in ipſo procinctu eorum cohortes inſtituebantur, vt annonam et commeatum ex agris et prouinciis in horrea militaria, vel inde in caſtra congererent. Caſſiod. *Variar. Lib. VII. Cap. 4.* Gruter. *p. DXX, 8. p. DXXX, 7. p. XXXIII, 7.* Poſtea et aliis adhibiti ſunt miniſteriis. Nam quidquid in prouinciis, vel in ipſa vrbe fiebat, explorabant, principibusque nunciabant, eoque ſine curſu publico vtebantur, et reos noxiosque perquirebant, et conſtringebant, et prouinciales ad ſoluenda tributa compellebant. Praeter laudatum Reineſium, de iis copioſius egerunt Guid. Pancirol. *ad Notit. Imp. Orient. Cap. XX.* Caſaubon. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 22.* et Claud. Salmaſ. *ad eosdem p. 27. ſequ.* HEIN.

FRVMENTATIO. *l. 12. §. vlt. D. de re milit.*

FRVMENTVM

FRVMENTVM id eſſe, quod ariſta ſe teneat, recte Gallum definiiſſe, cenſet Paullus. *l. 77. D. de verb. ſignif.* Hinc ea adpellatione triticum et hordeum contineri docet Plin. *Lib. XVIII. Cap. 7.* Idemque *eiusdem Libri Cap. VIII.* alia frumenti genera enumerat. FRVMENTVM Africum: *l. 50. §. vlt. D. mandat.* FRVMENTVM cibariis, ſeu ad cibaria cultorum agri paratum, vel ſerendi cauſſa ſepoſitum: *l. 12. in pr. et §. 1. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* FRVMENTA, quae in herbis erant; *l. 78. §. 3. D. de contrah. emt.* Gell. *Lib. XIII. Cap. 16.* ex Catonis oratione de Aedilibus vitio creatis haec verba adfert: *Nunc ita aiunt in ſegetibus et in herbis bona* FRVMENTA *eſſe.* FRVMENTVM ſine qualitate dari ſibi ſtipulatus. *l. 75. §. 1. D. de verb. oblig.* ¶. 2 FRVMENTI comparandi cura. *l. 3. §. 12. l. vlt. D. de mun. et honor.* Sic in Pamphyliam ad frumentum comparandum miſſum eſſe Maximum, libertum Traiani, adparet ex Plin. *Lib. X. Epiſt. 36. et 37.*

¶. 3. FRVMENTVM autem viritim publice populo Romano diſtribuebatur quod inde PVBLICVM adpellatur a Seneca *Lib. IV. de benefic. Cap. 28.* FRVMENTVM *publicum tam fur, quam periurus, et adulter, accipiunt, et ſine delectu morum, quisquis ciuis eſt.* Idem *Lib. I. de breu. vitae: Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata* FRVMENTI *publici cura?*

FRVSTRA

FRVSTRA, interdum eſt ſuperuacuo, non neceſſario: alias vero eſt inutiliter, inaniter, nulliter, ſine effectu. FRVSTRA adducuntur verba: *l. 12. D. de condit. inſtit.* FRVSTRA aget: *l. 22. D. ſolut. matrim.* FRVSTRA adpellatur: *l. 1. §. 1. D. quando adpell. ſit.* FRVSTRA compelleris: *l. 4. C. de teſtam. manum.* conaris: *l. vlt. C. de ſeru. pign.* conatur: *l. 1. C. de repud. bon. poſſeſſ. l. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ.* contenditur: *l. 3. C. ſi mater. indemn. promiſſ.* FRVSTRA hoc conuenire: *l. 14. D. pro ſoc.* FRVSTRA te iudicio mandati conuenit: *l. 7. C. de fideiuſſ. l. 32. D. de neg. geſt.* FRVSTRA conueniri: *l. 37. §. 1. D. de legat. III. l. 3. C. de in lit. iur.* FRVSTRA tutorem de eo nomine conueniri: *l. 19. D. de tutel. et rat. diſtrah.* FRVSTRA datus tutor: *l. 6. D. de confirm. tut.* FRVSTRA deſiderare: *l. 30. D. de reb. auct. iud.* deſideras: *l. 1. C. de condict. indeb. l. 2. C. de condict. ob turp. cauſſ. l. 3. C. de tut. qui ſatis non ded. l. 1. C. ſaep. in integr. reſtit.* deſideratur ſeparatio: *l. 2. D. de ſeparat.* FRVSTRA detrectant: *l. 5. C. de adminiſtr. tut.* dicunt: *l. 21. C. de inoffic. teſtam.* diſputas: *l. 1. C. ne vxor. pro marit. l. 5. C. de transact.* diſtrahuntur: *l. 1. §. 1. D. de pign.* donantur: *l. 53. D. de donat. int. vir. et vxor.* eligitur: *l. 62. D. de rit. nupt.* emiſſa cautio: *l. 1. C. de non num. pecun.* emitur: *l. 40. D. de pign. act.* FRVSTRA eſt, id eſt, ſuperuacuum eſt, et inane: *l. 1. §. 8. D. de dot. praeleg. l. 3. D. quand. dies legat. l. 31. D. de euiction. l. 3. §. vlt. D. de hered. inſt. l. 23. §. 1. D. de adpellat. l. 2. §. 1. D. qui ſatisd. cog.*] exheredatur: *l. 29. §. 10. D. de lib. et poſtum.* exiſtimas: *l. 8. C. de ſent. paſſ. l. 1. C. de dot. promiſſ.* fideicommittitur: *l. 77. §. 14. D. de legat. II.* geſtum: *l. 2. §. vlt. C. ſi propter. publ. impendia fiunt: l. 1. §. 2. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* implorare: *l. 1. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat.* inten-

dere: *l. 6. D. ſi ſeruit. vindic.* intercedere: *l. 48. D. de ſideiuſſ.* legare: *l. 67. D. de legat. II.* litem excipere: *l. 1. D. de diſtr. pign.* mandatur tutela: *l. 26. D. de teſtam. tutel* opinaris: *l. 1. C. ne vxor. pro marit.* paciſci: *l. 69. §. vlt. D. de iur. dot.* petere: *l. 1. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypoth. l. 2. C. de his, qui a non domin. l. 5. D. de collat. bonor.* poſtulare: *l. vlt. C. ſi. mai. fact. l. 2. C. de ſeruit. l. 3. C. de hered. act. l. 32. §. 4. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ign.* praetendunt: *l. 2. C. de donat.* promittunt: *l. 65. D. de fideiuſſ.* prouocant: *l. 1. D. quando adpell. l. 23. §. 1. D. de adpellat.* putas: *l. 1. C. de his, qui in peric.* quaeritur: *l. 11. C. de reſc. vend.* ratum haberi: *l. 24. D. rat. rem hab.* ſtipulari: *l. 4. D. ſi a par. quis manum.* ſubſtitutio ſit: *l. 6. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ſuſcipitur defenſio: *l. 5. D. iudic. ſolu.* timetur: *l. 3. D. de duob. reis. l. 1. l. 17. C. de admin. tut.* vereris. *l. 15. C. de admin. tut. l. 6. C. quib. non obiic. long. temp. praeſcr.*

FRVSTRARI, morari, tergiuerſari, cunctari. *l. 2. §. 22. D. de SC. Tertull. l. 233. D. de verb. ſignif. l. 4. D. de adpell. recip.* Hirtius *de bell. Alexandr. Cap. LXXI. Pharnaces lentius agere, diem poſtulare, longiores pactiones interponere, in ſum-*...*, FRVSTRARI coepit.* Proinde FRVSTRARI dicuntur, ... qualibet tergiuerſatione ac ſollertia efficiunt, ne cum ipſis agi, vel ad exitum controuerſia deduci poſſit. *l. 24. l. 25. D. ex quib. cauſſ. maior. l. vlt. D. de procurat.* Sic: FRVSTRANOAE actionis cauſſa: *l. 3. D. de iudic.* FRVSTRANOI fideicommiſſi gratia: *l. 22. §. vlt. D. de fideic. libert.* FRVSTRARI tempus. *l. 26. §. 6. D. ex quib. cauſſ. mai.*

FRVSTRATIO, pro mora. *l. 89. D. ad leg. Falc. l. 3. §. vlt. D. de vſur. l. 37. D. mand. l. 5. §. 20. D. vt in poſſeſſ. legator.* Sine dolo malo et FRVSTRATIONE: *l. 9. D. commun. diuid.* Et ſic in *§. 2. et ſequ. Inſt. de offic. iud.* id eſt, vt Theophilus rem exprimit, ἐ δὶ ὑπέρθεσιν.

FRVSTRATOR, qui iudicium ſubterſugit, vel ei deeſt: *l. 31. §. 2. D. de negot. geſt. l. 7. C. de fruct. et lit. expenſ.* item qui tergiuerſationibus exſequutionem rei iudicatae remoratur. *l. 7. C. de exſequut. rei iud.* ¶. 2. FRVSTRATOR, etiam pro moroſo debitore. *l. vlt. §. vlt. D. de vi et vi arm.*

FRVSTRATORIVS, A, VM. FRVSTRATORIA morandi cauſſa adpellatio. *l. 4. D. de vſur.*

FVC.

FVCARE Purpuram. *l. 1. C. quae res ven. non poſſ.*

FVCVS. Eius adpellatione in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* haud ſatis ſcio, an frutex in Creta naſcens ſignificetur, quem Graeci φῦκος θαλάσσιον, Latini FVCVM *marinum* vocant, cuius meminere Dioſcorid. *Lib. IV.* et Plin. *Lib. XIII. Cap. 23. Lib. XXVI. Cap. 10.* Poteſt tamen et FVCVS muliebris accipi. At Guid. Panciroll. *Lib. II. var. lect. Cap.* ... *no.* oſtendit, intelligi ibi colorem ſpurium, quo vellera in purpurae ſimilitudinem tingebant, de quo Plin. *Lib. IX. Cap. 38.* quam fraudem baſiariam cohiberi animaduertimus *l. 3. C. de veſtib. holob. Lib. XI.* et *l. 1. C. quae res ven. non poſſ.* HEIN.

FVF.

FVFIDIVS, iuriſconſultus, citatur *l. vlt. D. de manum. vind. l. 5. D. de aur. et arg. leg. l. 29. D. de reb. auct. iud. poſſid.* FVFIDII huius memoriam primus reſtituit Iac. Cuiac *Lib. I. Obſ. Cap. 9.* et *Lib. II. Cap. 40.* cui tamen vix adſentior, dum cum libera adhuc republica floruiſſe, eumdemque eſſe putat cum L. Fufidio, cuius meminit Cicero *in Bruto Cap. XXIX.* et cui M. Scaurum inſcripſiſſe libros III. de vita ſua, refert Plin. *Lib. XXXIII. Cap. I.* Nam in *l. 5. D. de aur. arg. leg.* FVFIDIVS noſter laudat Attilicinum, cui cum Proculo litterarum commercium fuiſſe, ex *l. 18. D. de pact. dotal.* conſtat. HEIN.

FVG.

FVGA, vt Donat. *in II. Aen.* tradit, properantium iter a veteribus adpellabatur. Hinc FVGA eius, qui ſub cuſtodia, vel in carcere eſt: *l. 13. §. 5. D. de re milit.* FVGA eius, qui profugit: *l. vlt. §. vlt. D. de requir. vel abſ. damn.* FVGA ſerui, qui a domino aufugit: *l. 7. D. de Aedil. edict. l. 18. D. commod.* In FVGA agere: *d. l. 7. D. eod. tit.* In FVGAM ſe conuertere: *l. 1. C. de ſeru. reip.* FVGAE datus: *l. 2. C. ad leg. Fab. de plagiar.* In FVGA eſſe: *l. 1. §. 14. l. 50. D. de adquir. poſſeſſ. l. 21. D. de rei vindic. l. 21. §. 3. D. de noxal. act. l. 5. §. vlt. D. ad exhib. l. 2. D. de leg. Fab. de plagiar. l. 14. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 8. D. de diu. et temp. l. 39. l. 84. §. 10. D. de legat. I. l. 17. D. de furt. l. 21. §. vlt. D. de Aedil. edict. l. 25. §. 3. D. ſolut. matrim. l. vlt. §. 4. D. de publican.* Paull. *Sent. Lib. II. tit. 31. §. 37.* FVGAM facere: *l. 4. l. 6. §. 3. de re milit.* Salluſt. *Iugurth. Cap. LIII. Poſtquam eos impeditos ramis arborum, et ita diſiectos, circumueniri vident,* FVGAM *faciunt.* In FVGA habere dicitur ſeruum is, a quo ſeruus profugit: *l. 27. §. 3. D. ad leg. Aquill.* in FVGAM tradere. *l. vlt. §. 4. D. de publican.* ¶. 2. FVGA, pro ſeruo fugitiuo. Sic FVGAM vendere dicebantur, qui ſeruos in fuga conſtitutos vendebant. Quod SCo prohibitum erat. Qui vero abſentes ſeruos vendebant, aut etiam fugitiuos quaerere, et diſtrahi mandabant: in SC. quaſi fugae venditores non committebant. *l. 2. §. 1. et §. 3. D. de leg. Fab. de plagiar. l. 6. C. eod. tit. l. 35. §. 3. D. de contrah. emt.* ¶. 3. FVGA, pro exſilio. *l. 4. §. 4. D. de re milit. l. 5. D. de interd. et releg. l. vlt. C. de his, qui in exſil.* et apud Cicer. *de Orat. Lib. III. Cap. 3.* Plane Ouidius *Lib. I. Triſt. Eleg. 3.* et *Lib. II. Eleg. 1.* item *Lib. V. Eleg. 13.* vt et *Lib I. ex Ponto Eleg. 5.* relegationem ſuam FVGAM adpellat, eodemque modo Dio *Lib. XLV.* Φυγὴν vſurpat.

FVGARE, in fugam agere. FVGARE apes: *l. 49. D ad leg. Aquill.* armentum, boues, oues: *§. 9. Inſt. de obl. quae ex del. naſc.* pecus. *l. 50. D. de furt.*

FVGERE iudicem, pro detrectare et recu-

FVG. FVL.

cuſare. Liuius *Lib. IX. Cap. I. Quem meorum ſupplíciorum iudicem feram? Neque priuatum, neque populum* FVGIO. Sic et FVGERE *iudicium* idem *Lib. VIII. Cap. 33. Eumque tibi* FVGIENTI *ſenatus iudicium, iudicem fero.*

FVGIENS. FVGIENTES reos Imperatores dicunt, Graecorum exemplo, qui φεύγοντας adpellant. *l. 13. §. 2. C. de iudic. l. vlt. §. vlt autem C. de bon. matern. l. 2. pr. et §. 1. C. de iureiur. propt. calumn.*

FVGITIVARIVS, qui fugitiuos ſeruos perſequitur et reducit. *l. 18. D. de praeſcript. verb.* [Vid. Cuiac. *Lib. V. Obſ. Cap. 8.*] vel qui dominis indicat, vbi fugitiui celentur, vt *l. 15. eod. tit. et l. 1. Cod. Theod. ſi vag. per mancip.* et apud Varron. *de re ruſt. Lib. I. Cap. 14.* Flor. *Lib. III. Cap. 19. Qui per* FVGITIVARIOS *diſtrahi debuiſſent.*

FVGITIVVS ſeruus. *l. 3. D. de offic. praet.* Eum Ofilius definiebat eum eſſe, qui extra domini domum, fugae cauſſa, quo ſe a domino celaret, manſerit: Coelius eum, qui ea mente diſceſſerit, vt ne ad dominum rediret; Viuianus fugitiuum fere ab animi affectu intelligendum eſſe, non vtique a fuga. *l. 17. pr. et §. ſeqq. D. de Aedilit. edict.* Tryphoninus vero FVGITIVVM eſſe non eum, qui ſolum conſilium fugiendi a domino ſuſceperit, licet id ſe facturum iactauerit, ſed qui ipſo facto fugae initium mente deduxerit. *l. 225. D. de verb. ſignif.* Vid. et *l. 43. §. 1. D. de Aedil. edict.* FVGITIVVM accipe, et ſi quis erro ſit: *l. 1. §. 5. D. de fugit.* De FVGITIVIS autem vide *l. 13. D. de adquir. poſſeſſ. l. 2. D. de furt. l. 42. D. de pecul. l. 11. D. de reb. cred. l. 20. D. de ſolut. l. 22. §. 9. D. mandat. l. 12. §. 1. D. de vſufr. l. 2. D. de leg. Fab. de plagiar. l. 15. D. praeſcript. verb.* [FVGITIVI ad barbaros tranſeuntes, deprehenſi, pede amputato debilitari iubentur, *l. 3. C. de ſeru. fugit.* vt, qua corporis parte peccaſſent, eadem et mulctarentur. De quo more puniendi veterum vid. Cuiac. *Lib. VII. Obſ. Cap. 13.* et Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXII.*] FVGITIVA ancilla. *l. 6. D. de furt.*

FVL.

FVLCIMENTVM, fulcrum. *l. 1. §. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

FVLCINIVS, iuriſconſultus, laudatur *l. 7. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. 29. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 8. D. de vi et vi arm. l. 13. D. de condict. furt. l. 3. §. vlt. l. 6. D. de act. rer. amot.* Praenomen habuit Priſci. Eius aetatem vero primus expediuit Guil. Grot. *de vit. iuriſc. Lib. II. Cap. 5. §. 5.* Poſt Labeonem eum vixiſſe, patet ex *l. 69. §. 2. D. de legat. II.* ante Traianum vero iam ſcriptis claruiſſe, ex eo intelligitur, quod Neratius ad Fulcinium notaſſe legitur. *l. 43. D. de mort. cauſſ. don.* Immo et ante Proculum floruiſſe, indicare videtur *l. 3. §. vlt. D. de act. rer. amot.* vt adeo primo ſaeculo Chriſtiano eum vixiſſe, ſatis conſtet. HEIN.

FVLCIRE aedes: *l. 20. D. de adquir. vel omitt. her.* aedificium commune: *l. 9. §. 4. 5. D. de reb. auct. ind. poſſid.* aedificium vetus: *l. 1. §. 13. D. de oper. nou. nunc.* aedificia: *l. 1. D. de damn. infect. l. 14. D. de impenſ. in rem dotal. fact.* FVLTA domus. *l. 60. D. locat.* FVLCIRE inſulam: *l. 3. §. 8. D. de in rem verſ. l. 10. D. de negot. geſt. l. 72. et l. 98. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 4. §. vlt. D. comm. diuid. l. 8. D. de pign. act. l. 4. D. de impenſ. in res dot. fact. l. 4. D. fam. erciſc. l. 33. D. de condict. indeb. l. 17. §. vlt. D. ad SC. Vellcian. l. 17. §. 3. D. commod.* FVLCIRE praedia. *l. 9. §. 3. D. de reb. auct. ind. poſſid.*

FVLCRVM lecti additum. *l. 26. D. de adquir. rer. domin.*

[FVLGOR, pro fulgure, et vtrumque pro fulmine, vel κεραυνοβολίας, in *l. 1. C. Th. de pagan. Lib. XVI. tit. 10*]

FVLLO eſt, qui polienda, curanda, lauanda veſtimenta accipit. *l. 2. D. de condict. ſine cauſſ. l. 13. §. 6. l. 25. §. vlt. l. 31. l. 60. §. 2. D. locat. l. 12. l. 82. D. de furt. l. vn. D. de via publ. l. 5. §. 4. D. de inſtit. act. l. 28. D. de reb. dub.* De FVLLONIBVS eorumque arte et fullonicis officinis pleraque collegit Coler. *Parerg. Cap. XIV.* HEIN.

FVLLONICA meritoria: *l. 13. §. vlt. D. de vſufruct.* FVLLONICAS inſtituere: *l. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Plutarch. *in Catone mai. p. 349.* ſic FVLLONICAS deſcribit: Ἐκτᾶτο λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τόπυς κναφεῦσιν ἀνειμένυς. *Lacus parauit, aquas calidas, loca fullonibus apta.* Neque tamen ſemper FVLLONICA eſt officina fullonum, ſed aliquando ipſa eorum ars. Plaut. *Aſinar. Act. V. ſcen. 2. v. 57.*

ART. *Non queo durare.* PA. *Si non didiciſti* FVLLONICAM,
Non eſt mirandum. HEIN.

FVLMEN. FVLMINIS ictu. *l. 6. D. de leg. Rhod. de iact.*

FVLTVRA aedificiorum. *l. 8. D. ſi ſeru. vindic.*

FVM.

FVMIGARE. Si inferiorum dominus aedium ſuperioris vicini FVMIGANDI cauſſa fumum faceret. *l. 44. D. de iniur.*

FVMVS. FVMVM facere: *l. 44. D. de iniur.* FVMVM non grauem ex foco in ſuo facere cuique licet: *l. 8. §. vlt. D. ſi ſeru. vind.* FVMO facto apes fugare: *l. 49. D ad leg. Aquil.* FVMO examen apum loco exactum: Liu. *Lib. IV. Cap. 33.* lingua cocta, ne FVMVM faciant: *l. 85. D. de legat. III.* FVMVM immittere. *l. 8. §. vlt. D. ſi ſeru. vind.*

FVN.

FVNCTIO, tribuitur rei dotali, quamdiu ea maritus fruitur, ad ferenda matrimonii onera. Paull. *Sent. Lib. I. tit. 1. §. 6.* FVNCTIONEM res in ſuo genere recipere: idem Paullus *l. 2. §. 1. D. de reb. cred.* ſcribit, quae, vt alias

Digitized by Google

alias idem ipſe auctor loquitur, mutua vice funguntur, et tantumdem praeſtant, *l. 6. D. eod. tit.* vel vt alibi dicitur, quae communi ſpecie continentur, aut, vt Papinianus loquitur, in *l. 51. D. de legat. I.* quae permutationem recipiunt. Nam his rebus, quae vſu conſumuntur ac pereunt, quo inter homines communicari poſſent, ea eſt tributa natura, vt communi quaſi ſpecie contineantur; permutationemque in ſuo genere recipiant, ac alterius vicem ac poteſtatem altera omnimodo expleat. [Vocabuli huius vim ac poteſtatem operoſe et docte enucleauit Iac. Gothofredus *diſſertatione ſingulari de functione et aequalitate in mutuo ad d. l. 2. D. de rebus cred.*]

¶. 3. FVNCTIONEM Palaemon in Gloſſis exponit *tributorum exactionem.* Ac plane in conſtitutionibus Imperatorum intributiones, collationes, penſitationesque publicae FVNCTIONES vocantur. *l. 4. C. de donat. l. 3. C. de apoch. publ. Lib. X. l. vlt. C. de exact. tribut. l. 9. l. 13. C. de act. emt. l. 2. C. de iur. emphyteut. l. vn. C. in quib. cauſſ. milit.* [*l. 3. C. de adu. diuerſ. iudictor. l. vlt. C. vbi quis de curiali.*] Hinc FVNCTIONES *tributariae,* apud Sidon. Apollinar. *Lib. VII. Epiſt. 9. de concione ad populum Bituricenſem habita.* FVNCTIONVM grauamen: *l. 13. C. de act. emt.* [Septem ſolidorum FVNCTIONEM iubemus aboleri. *l. 2. C. de praetor. et hon. praetur. Lib. XII. tit. 2.*]

FVNDAMENTVM. FVNDAMENTA caementitia: *l. 57. D. locat.* FVNDAMENTA ponere, et iacere. *l. 21. §. 5. D. quod vi aut clam.*

FVNDARE, fundamenta ponere. *l. 2 §. 39. D. de orig. iur.* Bene FVNDATA peritia iuris. *l. 17. D. de iure patr.*

[FVNDERE preces. *l. vlt. C. de diuerſ. reſcript.*]

[FVNDITVS, omnino, in totum, radicitus. *l. 2. C. de praetor. et honor. praet. Lib. XII. tit. 2.*]

FVNDVS, integrum aliquid eſt, agrumque cum aedificio et villa ſignificat: *l. 60. l. 211. D. de verb. ſignif.* ab eo, quod, quemadmodum Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* et Seru. *in Lib. II. Georg. v. 468.* ſcribunt, *fundat quotannis multa, pecuniaeque ſit et pecudum fundamentum.* Vnde Plaut. *in Truculent. Act. IV. ſc. 2. v. 15. Nunc,* ait, *is eſt FVNDVS nobis.* Eutychus quoque *Lib. II. de diſcern. coningat. Vnde FVNDVS, nomen, id eſt, ager deriuatur, quod fundit nobis fructus.* Feſtus autem *Lib. VI.* huius adpellationis originem aliunde ducit. Ait enim, agrum inde FVNDVM dici, *quod planus ſit, ad ſimilitudinem fundi vaſorum.* Dicimus enim ſcyphi et vaſis FVNDVM. *l. 23. §. 2. D. de rei vind. l. 26. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* Vtrumuis probemus, illud ex noſtris auctoribus conſtat, FVNDVM duobus conſtare, *agro et villa. l. 81. §. 3. D. de legat. I. l. 35. D. de vſufr. leg. l. 9. D. de ſeruit. l. 17. §. 3. D. de Aedilit. edict.* Ideoque *villa* FVNDI pars atque acceſſio adpellatur. *l. 8. D. quib. mod. vſuſfr. amitt. l. 15. §. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Si FVNDVS ſaltus paſtionesque habet: *l. 8. §. vlt. D. eod. tit.* FVNDVS duobus vicinis coniunctus: *l. 52. D. pro ſoc.* iuncti duo FVNDI: *l. 4. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* FVNDI nihil eſt, niſi quod terra ſe tenet. *l. 17. D. de act. emt.* Porro vel modicus locus FVNDVS dici poteſt, ſi eum FVNDI animo habuerimus. Conſtitutione enim et deſtinatione noſtra FVNDI efficiuntur. *l. 60. D. de verb. ſignif. l. 24. §. pen. D. de legat. I.* Etiam pars fundi recte FVNDVS adpellatur. *l. 34. §. vlt. D. eod. tit.*

¶. 2. Diuiduntur autem FVNDI regionibus, finibus, locis: *l. 23. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 30. §. 4. D. de legat. III. l. 6. §. 1. D. commun. praed. l. 3. §. vlt. D. qui pot. in pign. l. 31. D. de vſu et vſufr. leg.* Συγκτήσεις adpellant Graeci latifundia, et poſſeſſiones: *l. 34. §. 1. D. de legat. II. l. 30. §. 1. D. de adim. legat.* FVNDI ſuperior pars, et inferior: *l. 86. D. de legat. II.* Ex parte tuus FVNDVS: *l. 35. D. mandat.* FVNDI propria adpellatio: *l. 75. §. 1. D. de verb. oblig.* FVNDIS pluribus idem nomen impoſitum. *l. 106. D. de verb. oblig.*

¶. 3. FVNDIS autem nomina ex dominorum poſſeſſorumque nominibus impoſita, didici. Proinde FVNDORVM priuati iuris haec in libris noſtris nomina memorantur: FVNDVS Botroianus: *l. 13. D. commun. praed.* Cornelianus: *l. 87. D. ad leg. Falcid. l. 7. D. pro emt. l. 34. D. de adquir. poſſeſſ. l. 7. §. vlt. D. de ſtipul. ſeru. l. 28. D. de nouat. l. 35. D. de hered. inſt. l. 9. D. de contr. emt. l. 9. D. de fund. dot. l. 5. D. de iur. dot. l. 72. D. de legat. I.* Gargilianus: *l. 41. §. 3. D. de legat. III.* Geronianus: *l. 13. D. commun. praed. l. 20. D. de ſeru. praed. ruſt.* Iulianus: *l. 93. §. vlt. D. de legat. III.* Maeuianus, aut Seianus: *l. 1. D. de reb. dub.* Sempronianus; *l. 34. D. de adquir. poſſeſſ. l. 9. D. de fund. dot. l. 9. D. de contrah. emt.* Soſianus; *l. 105. D. de cond. et demonſtr.* Speratianus: *l. 19. D. de ann. legat.* Sutrinus: *l. 35. D. de ſeru. praed. ruſt.* Titianus: *l. 35. D. de hered. inſt. l. 85. D. de verb. obl.*

¶. 4. Aliquando tamen fundis a ſitu vel conditione nomen haeſit. Sic FVNDVS Albanus, qui principalibus vſibus deſeruit: *l. 39. §. vlt. D. de legat. I.* Italicus, ſeu ſtipendiarius: *l. 2. C. Theod. de donat.* Tuſculanus. *l. 74. l. 75. §. vlt. D. de verb. oblig.*

¶. 5. Sed et aliis variis epithetis diſtinguntur FVNDI. Memorantur enim FVNDI emphyteuticarii: *l. 1. C. Theod. comm. diuid. l. 3. C. Theod. ad SC. Claud. l. 2. l. 17. C. Theod. de extr. ſiue ord. mun.* fiſcales: *l. 9. §. vlt. D. de publican.* liberi, et ſerui: *l. 20. D. de adqu. rer. domin.* patrimoniales: *l. 1. l. 2. C. Theod. de donat. conſt. l. 1. l. 9. C. Theod. de extraord. ſiu. ordin. mun. Nouell. Theod. et Valentin. de releuat. adaerat. et Nouell. de patrim. rei domin.* patrimonialis iuris, atque emphyteutici: *l. 17. C. Th. de extraord. ſiu. ſord.* perpetuarii rei priuatae: *l. 14. C. Theod. de tiron.* priuati vel emphyteutici: *l. 19. C. Th. de exaction.* priuatae rei: *l. vn. C. Theod. qui conduct. rei priu.* pupillares: *l. 3. D. de reb. cor. qui ſub tutel.* ſerui: *l. 20. D. de adquir. rer. domin.* ſteriles, ſaxoſi, peſtilentes, infructuoſi: *l. 13. D. de reb. cor. qui ſub tut.* ſteriles, atque deſerti. *l. 6. C. Theod. de cont. donat.*

FVNEBRIS, E. FVNEBRIS veſtis. *l. 15. D. de vſufr.*

FVNERARE cadauer, parentes, teſtatorem *l. 14. §. 7. §. 8. §. 13. l. 20. l. 29. §. vlt. D. de*

reli-

Digitized by Google

religioſ. FVNERARI: *l. 8. D. de ſepulcr. viol.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 26. §. 3. l. vlt. D. de aur. arg. leg.* FVNERARE mortuos de ſuo: *l. 14. §. 13. D. de religioſ.* de alieno. *l. 12. §. 3. D. eod. tit.*

FVNERARIVS, A, VM, FVNERARIA actio dicitur, quae de impenſis, funeris cauſſa factis, datur. *l. 14. §. 6. l. 16. in fin. l. 21. l. 31. §. 1. l. 32. D. de religioſ. l. 17. D. de reb. auct. iud. poſſid.* FVNERARIVM priuilegium. *l. vlt. D. de religioſ.*

FVNERATITIVS, A, VM. FVNERATITIA actio, id eſt, funeraria. *l. 32. D. de religioſ. et ſumt. fun.*

FVNESTARI ſacra dicebantur, quae funeribus illatis polluebantur. Paull. *Recept. Sent. Lib. I. tit. 21. §. 2.*

FVNESTVS, A, VM. FVNESTA familia, quae mortuum luget. *l. 28. §. vlt. l. vlt. D. de ſtip. ſeru.* Cic. *Lib. II. de legib. Cap. 22.* Scribit autem Varro *Lib. IV. de lingu. Latin. Quamdiu in ſepulcrum defuncti gleba adiecta non eſſet, aut os mortui ad familiam expurgandam exceptum eſſet,* tamdiu FVNESTAM eam manſiſſe.

FVNGI, officium ſuum praeſtare. Id et de perſonis, et de rebus dicitur. Sic FVNGI quem dicimus aedilitate: *l. 17. §. 4. D. de excuſ. tut.* commodo et onere petitoris: *l. 1. §. 3. D. vti poſſid.* cura medendi: *l. 1. C. de decret. decurion.* honore; *l. 1. D. de alb. ſcrib. l. 3. D. de decurion.* honoribus: *l. 7. §. 2. l. 13. D. de decur. l. 12. D. de pollicit. l. 2. C. quemadm. ciu. mun. indic.* honoribus municipalibus: *l. vlt. D. de alb. ſcrib.* iure: *l. 3. C. de falſ. cauſſ.* legatione: *l. 1. C. ex quib. cauſſ. mai.* magiſtratu: *l. 60. §. vlt. D. mandat. l. vlt. §. vlt. D. ad municipal. l. 6. C. de tut. et curat. qui ſatisd. l. 28. C. de liber. cauſſ. l. 2. C. de magiſtr. conuen.* munere: *l. 14. §. vlt. D. de mun. et honor.* iudiciario: *l. 5. C. de iudic.* legationis; *l. 4. §. 5. D. de legat.* perſonali: *l. 1. D. de mun. et honor.* pietatis: *l. 6. C. de ſuſp. tut.* publico: *l. 29. l. vlt. §. 1. D. ad municip. l. vlt. D. de veteran.* muneribus: *l. 7. C. de ſumt. recup. Lib. X. l. 1. C. de his, qui ſibi adſcrib.* negotio alieno: *l. 9. C. de procurat.* obſequiis ciuilibus: *l. 3. C. quemadm.* ciuili officio: *l. 12. D. de offic. praeſid. l. 3. D. de decurion. l. 1. C. de his, qui ſibi adſcr.* debito; *l. 11. C. qui pet. tut.* emtoris et venditoris: *l. 5. §. 2. D. de auctor. et conſ. tut.* interceſſoris: *l. 3. §. 6. D. de pecul.* iudicandi: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* legationis: *l. 11. D. de legation.* ſuo: *l. 1. C. qui pet. tut.* Sed et iudex arbiterue officio ſuo FVNGI dicitur, qui ſententiam dicit: *l. 55. D. de re. iudic. l. 21. D. de recept. arbitr.* virili officio: *l. 1. §. 4. D. de poſtul.* officio viri boni et innocentis: *l. 4. §. 1. D. famil. erciſc.* opera delatoris: *l. 38. D. de iur. fiſci.* partibus: *l. 21. §. 5. D. de recept. arbitr. l. 1. D. de offic. adſeſſor. l. 40. D. de iur. dot.* et apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 53.* partibus actoris petitoriſue: *l. 14. l. 18. D. de probat. l. 3. D. ſi ingen. eſſ. dic. l. 14. D. de Carbon. edict.* quibus FVNGI dicitur, qui actoris onera ſuſtinet, veluti cui incumbit probatio. FVNGI perſona alicuius: *l. 5. C. de hered. vel act. vendit.* FVNGI pignoribus in vicem ſatisdationis, id eſt, loco fideiuſſorum pignora praeſtare: *l. 7. D. de praetor. ſtipul.* FVNGI poteſtate vnius perſonae: *l. 34. D. de legat. I.* praetura: *l. 3. D. de offic. praet.* tutela: *l. 2. D. de tutor. et cur. dat.* vice: *l. 30. §. 3. D. de adqu. rer. dom. l. 3. §. 15. D. de bon. libert. l. 12. D. de offic. praeſ.* alterius, non ſua. *l. 16. D. de iurisd.* Sic et FVNGI mulier dicitur collatione dotis: *l. 3. D. de dot. collat.* FVNGI quis in tributionibus: *l. 22. §. vlt. D. ad municipal.* muneribus legatorum, id eſt, legata praeſtare: *l. 33. in fin. D. de legat. II. l. 2. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2. Res quoque FVNGI dicuntur, quae officium ſuum praeſtant. Sic Vlpian. *Regul. tit. VI. §. 11.* dotem FVNGI dicit, quae in matrimonium datur. Fideicommiſſum munere Falcidiae FVNGI dicitur, quod Falcidiam patitur: *l. 77. §. 1. D. de legat. II.* Et FVNGI monimentum, in *l. 43. D. de rei vind.* in quod corpus infertur. FVNGVNTVR pretia rerum communiter, id eſt, tanti res aeſtimantur, quanti ſunt apud omnes. *l. 63. D. ad leg. Falc. l. 23. D. ad leg. Aquill.* ¶. 3. Singulares loquutiones ſunt: poenae FVNCTI, *l. 22. D. de poen.* id eſt, qui poenam ſuſtinuerunt, ſeu paſſi ſunt. [FVNGI enim aliquando eſt pati, et apud Lucretium, cui id verbum familiare eſt, *facere* et FVNGI opponuntur: vt *Libro I. de rer. nat. v. 440. ſequ.*

Praeterea per ſe quodcunque erit, aut FACIET *quid,*
Aut aliis FVNGI *debebit, agentibus ipſum:*
Aut erit, vt poſſint in eo res eſſe gerique.
At FACERE *et* FVNGI *ſine corpore nulla poteſt res.*

Idem *Lib. III. v. 434. ſequ.*

Corpus enim, magis his vitiis adſine, laborat,
Et mala multa animus contage FVNGITVR *eius.*

Adde *v. 815.* et *Lib. V. v. 359.* Eodem ſignificatu vocem hanc reponendam ſuſpicatur Gronou. in Senec. *Libr. II. de ira Cap. 28. Vtique aliqua fugiendum eſt, domicilium putre ſortitis.* Legendum enim putat FVNGENDVM. Sed ſi omnino aliter eius lectio conſtituenda eſt, facilior longe eſt minusque incommodi habere videtur aliorum emendatio, qui pro *aliqua* ſubſtituunt *aliquo*, quam ideo Gronouianae praeferendam, non immerito iudicamus] FVNGI diem: *l. 9. D. de caſtr. pecul. l. vlt. C. de bon. cor. l. 1. C. de filioſ. min. l. 10. C. ad leg. Falcid. l. 2. C. ad SC. Orphit. l. 5. C. commun. de ſucceſſ.* DIES FVNCTVS: *l. 4. D. de offic. adſeſſ. l. 26. §. vlt. D. quand. dies legat. l. 5. C. de adpell. l. 8. C. de collat.* [FVNGI noxae deditione: *§. 2. Inſt. de noxal. act.* id eſt, euitare aeſtimationem litis: *l. 1. in fine D. eod. tit.*] FVNGI vita, id eſt, mori: *l. 14. D. de caſtrenſ. pecul. l. 5. C. de donat. int. vir. et vxor. l. 3. C. de fideicommiſſ. l. 5. C. quand. dies legat. l. 12. C. ad leg. Iul. de adult. l. vlt. C. de ſucceſſor. edict. l. 1. C. de poſtum. her. l. 15. C. de pact.* FVNCTVS vita. *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adult. l. 26. D. de vſu et vſufr. leg. l. 1. l. 2. l. 3. C. ſi reus vel accuſat.*

FVNIS anchorae; *l. 29. §. 3. ad leg. Aquill.*

nauis: *l. 6. D. de incend. ruin. naufrag.* FVNEM, quo religata nauis erat: *l. 29. §. 5. D. ad leg. Aquill.* FVNES nauis religare ex arboribus. *l. 5. D. de rer. diuiſ.*

FVNVS domeſticum: *l. 2. D. de in ius voc.* familiare: *l. 4. §. 2. D. ſi quis caut.* In FVNVS conferre: *l. 20. l. 27. D. de relig.* FVNERIS cauſſa deminui bona: *l. 7. D. de iure deliberandi.* FVNVS ducere: *l. 14. §. 2. D. de religioſ. l. 2. D. de in ius voc.* ad FVNVS erogare: *l. 7. §. 3. D. de in rem verſ.* FVNVS facere: *l. 12. §. 4. l. 32. D. de religioſ.* FVNERE facto: *l. 2. §. 17. D. de hered. vel act. vend.* In FVNVS inferre: *l. vlt. D. de aur. arg. leg.* impendere: *l. 30. D. de relig. l. 113. §. vlt. D. de legat. I.* FVNERIS impenſa: *l. 18. l. 29. l. 37. D. de religioſ. l. 1. C. de iur. delib.* ad FVNVS venire: Vlpian. *tit. XXIV. §. 18.* FVNERI teſtatoris fit iniuria. *l. 1. §. 6. D. de iniur.*

FVR.

FVR eſt, qui dolo malo rem alienam contrectat. Paull. *Sent. Lib. II. tit. 32. §. 1.* et *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. VII. §. 5.* FVREM non eſſe, qui dicit, (quod in venditionibus ſeruorum promitti moris erat,) de animo hominis propoſitoque loquitur. At, qui *furto noxaque* ſolutum dicit, nemini obligatum furti promittit. *l. 174. D. de verb. ſigniſ.* FVREM, ait Typhoninus, *ex animi propoſitione ſola dicere quis poſſit etiam eum, qui numquam alienam rem inuito domino ſubtraxerit, ſi modo eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus fuerit. l. 225. D. de verb. ſigniſ.* FVR hominis: *l. 1. §. 34. D. de vi et vi arm.* ¶. 2. FVRVM differentiae ſunt hae: *manifeſtus, nec manifeſtus, diurnus, nocturnus, balnearius,* de quibus ſuis locis.

FVRARI. FVRANDI conſilio. *l. 56. §. 3. D. de furt.*

FVRCA, (quod poenae ſuppliciique genus antiquitus receptum fuit,) memoratur in *l. 9. §. 11. l. 28. §. 15. l. 38. §. 2. D. de poen. l. 6. D. ad leg. Iul. pecul. l. 3. §. 10. D. de re milit.* Iſidor. *Lib. V. Cap. 28.* FVRCAM *patibulum dici, eo, quod ferat caput, ſuſpenſumque et ſtrangulatum ſtatim exanimet,* tradit. FVRCAM vero illam, quam ſerui pro poena circumferre cogebantur, belle Plutarchus *in Coriolan. p. 225.* et Dionyſ. Halicarnaſſ. *Lib. VII. p. 473.* depingunt. *FVRCA* autem *figi, in FVRCAM tollere, FVRCAE vel in FVRCA ſuſpendi, FVRCAE ſubiici,* ſupra adductis locis, pro eodem iuriſconſulti dicunt.

FVRERE, id eſt, furore vexari, vel torqueri. *l. 3. D. de rit. nupt.* vbi FVRERE et *ſapere* opponuntur. Ideoque FVRERE *deſierit,* et ſapere coeperit, idem valent. *l. 10. §. 1. D. de teſtam. tutel.* Sic: FVRERE coeperit: *l. 2. D. ſi quis caution. l. 5. D. de precar. l. 24. D. rat. rem hab. l. 7. §. 3. D. de pecul. l. 12. D. de reb. cred. l. vlt. D. de bon. poſſeſſ. l. 48. D. de adqu. vel omitt. hered. l. 15. D. de bonor. poſſ.* FVRERE incipiant: *l. 25. §. 1. l. 27. D. de adquir. poſſeſſ.* FVRERE, furente altero: *l. 8. D. de ſtat. hom.* FVRENTI gladium porrigere: *l. 7. §. 5. D. ad leg. Aquill.* FVRENTE patre. *l. vlt. D. quis ord. in poſſeſſ.*

FVRIA lex teſtamentaria, quae plus, quam aſſium mille legatum mortis cauſſa prohibet capere, praeter exceptas perſonas. Vlpian. *Regul. tit. 1. §. 2.* Quo exceptarum perſonarum numero fuiſſe cognatos manumiſſoris, ait idem Vlpian. *tit. XXVIII. §. 7.* Vix credibile eſt, legem FVRIAM mille aſſium meminiſſe, quamuis eamdem loquutionem habeat fragmentum ex Varronis *Lib. III. de vita pop. Rom.* apud Calpurn. Piſon. *de contin. vet. poetar.* quod ideo ſuſpectum habet Car. Hann. Fabrot. *ad pr. Inſt. de leg. Falcid.* Procul dubio in lege ſcriptum fuerat *mille aeris.* Cuiac. *Lib. XIX. Obſ. Cap. 31.* Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 562.* HEIN. FVRIAS *leges* et Cic. *in Verr. I. Cap. 42.* memorat. Sed dubium eſt, an hae FVRIAE ad noſtram pertineant, quum *Atintis* et *Fuſiis* iungantur. Contra certum eſt, legis noſtrae, ſub nomine *legis C. FVRII de teſtamentis* mentionem facere eumdem Cic. *pro Cornel. Balbo Cap. VIII.*

[FVRIALIS, E. FVRIALES animi. *l. 12. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.*]

FVRIOSVS, A, VM. FVRIOSVM a *demente,* et *furorem* a *dementia* fere ſemper auctores noſtri ſeparant. *l. 2. D. de inoffic. teſtam. l. 27. §. 5. D. de recept. arbitr. l. 6. D. de curat. furioſ. §. 3. et §. 4. Inſt. de curat. l. 8. §. 1. D. de tut. dat. l. vlt. §. 1. C. de adminiſtr. tutor.* FVRIOSORVM alii continua mentis alienatione omni intellectu carent: *l. 14. D. de offic. praeſ.* et hi ſunt, quos *perpetuo* FVRIOSOS, vel *perpetuo mente captos* vocat *l. 12. §. 2. D. de iudic. l. 6. C. de impub. et al. ſubſtit.* quorum morbus perpetuus eſt. *l. 22. §. 7. D. ſol. matrim.* Alii interuallis quibuſdam mente ſaniore ſunt, eorumque FVROR interuallum habere dicitur. *d. l. 22. §. 7.* Cuiusmodi ſunt, quos Vlpianus *intermiſſionem habere,* Caius *interualla inſaniae habere,* ſcribunt. *l. 20. §. 4. D. qui teſt. fac. poſſ.* Caius *Inſt. Lib. II. tit. 2. §. 3. l. 6. C. de curat. furioſ. dand.* Et ita *furioſi inducias* et *dilucida interualla* intelligimus. *l. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ.* et *intermiſſionem* in *l. 2. C. de contrah. emt.* FVRIOSVS, in conſpectu inumbratae quietis conſtitutus, memoratur *l. 18. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* FVRIOSI autem, quum mentis compotes non ſint, nihil velle ſcireue intelliguntur: ac nec conſentire videntur. Ideoque abſentibus ignorantibusque comparantur. *l. 17. §. 11. D. de iniur. l. 2. §. vlt. D. de iur. codicill. l. 8. §. 2. D. de opt. leg. l. 5. l. 40. l. 167. in fin. D. de regul. iur.* [*l. 124. D. eod. tit. l. 16. §. 2. D. de damn. infect.*] ¶. 2. FVRIOSI exitum facere: *l. 12. §. vlt. D. de tutor. et curat.* Quaſi a FVRIOSO data cenſentur legata, quae teſtamento inofficioſo data ſunt. *l. 36. D. de legat. III.*

FVRIVS Anthianus, iuriſconſultus, de quo ſupra, articulo ATHIANVS.

FVRNARIVS, qui furnum curat

FVR.

FVRNARII culpa damnum datum eſt. *l. 24. §. 7. D. de damn. infect.* Gloſſ. vet. FVRNARIVS, καμινοκαύστης, ἰπνοποιός. FVRNARIAM *exercere*, dixit Suetòn. *Vitell. Cap. II.* HEIN.

[FVRNVS. Si FVRNVM ſecundum communem parietem haberes. *l. 27. §. 10. D. ad leg. Aquil.*]

FVROR, a Cicerone *Tuſcul. Lib. III. Cap. 5.* definitur *mentis ad omnia caecitas*, et maius aliquid, quam *inſania*. Ideoque non eſt in XII. Tabulis ſcriptum: SI INSANVS, ſed SI FVRIOSVS. At dementia, licet ſanitate et integritate mentis careat, mediocritatem tamen officiorum et vitae cultum communem tuetur. ¶. 2. FVROR, μεταφορικῶς, pro quouis ſcelere et flagitio. FVRORIS audacia: *l. 7. C. vnde vi. l. 2. C. de aquaed. Lib. XI.* Optatus Afer *Lib. II. O rabidam FVRORIS audaciam!* [FVROR Donatiſtarum: *l. 38. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Eunomianorum: *l. 31. ſequ. C. Theod. eod. tit.* famoſorum libellorum: *l. 8. C. Theod. de famoſ. libell. Lib. IX. tit. 34.* haereticorum: *l. 6. l. 25. l. 60. C. Theod. de haeret.* in pertinaciam illiciti FVRORIS erumpere: *l. 8ʒ. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* FVROR, de violentiae crimine. *l. 3. C. Theod. vnde vi. Lib. IV. tit. 22. l. 4. C. Theod. de vi publ. Lib. IX. tit. 10.*]

FVRTIM, clam. FVRTIM caeſae arbores: *l. 31. D. de obl. et act. l. 25. §. 5. D. locat. rubr. et tot. tit. D. arb. furtim caeſ.* id eſt, *per furtum caeſae*, vt loquitur Paull. *Sent. Lib. II. tit. 31. §. 25.* FVRTIM vtique caeſae arbores videntur, quae, ignorante domino, celandique eius cauſſa caeduntur: *l. 7. D. arbor. furt. caeſ.* [FVRTIM inire contractus. *l. 8. C. Theod. de contrah. emt. Lib. III. tit. 1.*]

FVRTIVE ingredi poſſeſſionem. *l. 6. D. de adquir. poſſeſſ.*

FVRTIVVS, A, VM. furto ſurreptum. FVRTIVA ancilla; *l. 4. D. pro ſuo l. 9. D. pro emt.* ex FVRTIVA cauſſa: *l. 8. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 16. D. de condict. furt. l. 9. §. 1. D. de reb. cred. l. 3. §. 9. D. de pecul.* FVRTIVAE equae: *l. 48. §. 6. D. de furt.* FVRTIVI numi: *l. 37. §. 2. D. de adquir. rer. dom. l. 30. D. de act. emt. l. 48. §. vlt. D. de furt.* FVRTIVAE oues; *l. 4. §. 19. et l. 30. §. vlt. D. de vſurpat. et vſuc.* FVRTIVVa partus: *l. 48. §. 5. D. de furt.* qualis cenſetur editus ex ancilla, quae praegnans ſurrepta eſt. *l. 26. D. de ſtat. hom.* FVRTIVA res: *l. 56. §. 1. l. 66. D. de furt. l. 42. D. de vſurp. et vſucap.* FVRTIVVa ſeruus: *l. 39. D. de adquir. rer. dom. l. 14. l. 17. D. de condict. furt.* FVRTIVVM autem non eſt, quod ſciente domino incluſum eſt. *l. 63. D. de donat. int. vir. et vxor.* ¶. 2. [FVRTIVVM, etiam eſt clandeſtinum, vel latens. FVRTIVI aquarum meatus, qui a principe non ſunt conceſſi: *l. 7. C. Theod. de aquaed. Lib. XV. tit. 2. l. 4. C. Iuſtin. eod. tit.* FVRTIVA compendia: *l. 2. C. Theod. de lib. cauſſ. Lib. IV. tit. 6.* FVRTIVA impetratio: *l. 39. C. Theod. de curſu publ. Lib. VIII. tit. 5.* FVRTIVA reſcripta. *l. 2. C. Theod. de Epiſcop. iudio. Lib. XVI. tit. 12.*]

FVR. FVS.

FVRTVM, eſt contrectatio fraudulosa rei alienae, vel vſus eius, poſſeſſioniſue lucri faciendi cauſſa facta. Nec enim aliter FVRTVM committitur, quam ſi contrectatio, et animus atque effectus furandi interueniat, et contra voluntatem domini res contrectetur. FVRTVM autem vel a *furuo*, id eſt, nigro, dictum eſt, quod clam et obſcuro fiat, vel a *ferendo*, vel a Graeco ſermone, qui φῶρας fures adpellat. *l. 1. D. de furt.* Gell. *Lib. I. Cap. 18.* Seru. *in Georg. Lib. III. ad v. 407.* Non. Marcell et Palaem. *in Gloſſ.* FVR a furuo, id eſt, fuſco dictus. Nam noctis vtitur tempore. [Vid. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX.*] Quamuis vero FVRTVM proprie fiat rerum mobilium: veteres tamen, et in re immobili FVRTVM fieri, exiſtimabant. Gell. *Lib. XI. tit. 18.* Plin. *Lib. II. Cap. 68.* Sed, teſte Caio, abolita eſt haec veterum quorumdam ſententia, exiſtimantium, etiam fundi lociue FVRTVM fieri, quippe qui loco non mouentur. Vid. Gronou. *Lib. I. Obſ. Cap. 4. p. 42. ſequ.* HEIN. ¶. 2. FVRTORVM vero genera ſunt quatuor, *manifeſti*, *nec manifeſti*, *concepti*, et *oblati*, (immo ſex, *prohibiti* et *non exhibiti.* HEIN.) quorum verborum explicationem pete ex Iuſtiniano *§. 4. Inſt. de oblig. quae ex del. naſc. l. 2. l. 3. l. 5. l. 8. D. de furt.* et Paull. *Lib. II. Sent. tit. 31. §. 2.* ¶. 3. Subiungimus loquutiones: FVRTVM ſit: *l. 18. D. de condict. furt.* Aliud eſt rapere, aliud FVRTVM facere, quod vel clam fieri poteſt: *l. 28. §. 5. D. de iureiur.* FVRTO facere *l. 1. D. de act. rer. amot.* FVRTO abeſſe rem iuriſconſulti dicunt, quae ſubrepta eſt, vt *Lib. I.* comprobaui. Item FVRTO periiſſe: *l. 35. §. 4. D. de contr. emt. l. 14. §. vlt. D. de peric. et comm. rei vend.* Per FVRTVM ablatae res. *l. 58. §. 1. D. de Aedil. edict. l. 16. D. de offic. praeſ.* ¶. 4. [FVRTVM, pro re furtiua. *l. 36. D. de condict. indeb. l. 9. §. 6. D. de pecul.*] Immo, vbicumque FVRTI concepti, oblati, prohibiti, et non exhibiti ſit mentio, ibi FVRTVM pro re furtiua accipitur. HEIN.

FVS.

[FVSCIANVS. Fuſcii FVSCIANI, Numidiae legati, et conſtitutionis cuiusdam Diui Pii ad eum miſſae, meminit *l. 7. D. de legat. praeſt. contr. bon. poſſ.*] Num forte ſub eo nomine latitat Tuſcianus, iuriſconſultus, Iauoleni auditor, de quo *l. 2. §. vlt. D. de orig. iuris?* Nondum liquet. HEIN.

FVSCINA, inſtrumentum piſcatorium, quod inſtrumento piſcatoris legato, deberi, obſeruat Paull, *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 66.* quum non exprimantur. *l. 17. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum legat.* Eiusdem inſtrumenti meminit Cicero *de nat. Deor. Lib. I. Cap. 36.* HEIN.

FVSIA CANINIA lex, in inſcriptionibus *l. 37. D. de condit. et demonſtr. l. 215. D. de verb. ſignif. rubr. et tit. Inſt. et C. de leg. Fuſ. Canin. toll.* memoratur. Conſtitutus ea erat mo-

dus ſeruorum, qui poſſent teſtamento manumitti. Quae res plane explicatur a Caio *Lib. I. Inſtit. tit. 2. princ.* breuius ab Vlpiano *Reg. tit. I. §. 24.* Alia etiam huius legis capita perſtringit Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 14. §. 1 ſequ.* Meminit et huius legis Vopiſc. *in vita Taciti Imp. Cap. X.* Sublata eſt ea lex a Iuſtiniano, *tit. Inſt. et Cod. de lege Fuſ. Canin. toll.*

FVSIO. FVSIONES, in *l. 27. §. 3. D. de vſuſr.* pro functionibus et illationibus publicis accipiuntur. Quae verbi huius ſignificatio mihi ex vetere Gloſſario innotuit, in quo ita eſt: FVSIO, ὑλισμὸς, εἰσφορὰ δημοσίων. FVSIONES, ὑλισμοὶ, συντέλειαι, εἰσφοραί. Acceſſit et ex Codice Theodoſiano auctoritas. Nam in *l. 6. C. Th. de indulg. deb.* haec verba ponuntur: *Vſque in initium FVSIONIS quintae vniuerſa reliqua, quae tam ad arcam ſublimium poteſtatum, quam ad largitiones pertinent, relaxari praecipimus.* ¶. 2. [Alio ſenſu FVSIO numi, dicitur numorum fabrica: *l. 3 C. Theod de falſ monet. Lib. IX. tit. 2.* vbi Imp. *Si quis numum falſa* FVSIONE *formauerit.*]

☞ FVSOR. FVSORES inter artifices recenſentur in notitia, ſubiecta *legi 1. C. de excuſ. artif. Lib. X. tit. 67.* HEIN.

FVSTIS, bacillus, quo latera tundi ſolebant. Quo pertinet Plautinus ille iocus *in Aulul. Act. III. ſcen. 4.*

> *Neque ligna eo vſque gentium praeberi vidi pulcrius.*
>
> *Itaque omnes excgit foras, me atque hos, onuſtos* FVSTIBVS.

Idem *Aſinar. Act. II. ſcen. 4.*

> *Tamquam ſi claudus ſim, cum* FVSTE *eſt ambulandum.*

Vide, quod Euſeb. *Lib. I. Hiſt. eccl. Cap. 1. et 23.* κναφέως ξύλον, id D. Hieronym. *in vita B. Iacobi* fullonis FVSTEM vertit, ſimiliterque Rufinus *Lib. VIII Hiſt. eccl. Cap. 10.* haec Euſebii verba: Οἱ μὲν ξύλοις ἔπαιον, ἕτεροι δὲ ῥάβδοις, ἄλλοι δὲ μάστιξιν ita tranſtulit: *Verberabantur ergo alii* FVSTIBVS, *alii virgis, flagris quoque alii.* Item quod et apud *D. Matth. Cap. XXVI. v. 47. D. Marc. Cap. XIV. v. 43.* et *D. Lucam Cap. XXII. v. 55.* μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, vetus interpres vertit: *cum gladiis et* FVSTIBVS. Ac plane Arrian. *Lib. III. Epictet. Cap. 7.* FVSTIBVS caedere ξυλοκοπῆσαι dicit. Itaque quod apud Epiphanium *Lib. III. haer. LXXVI. Cap. 1.* legimus: καὶ ξύλοις παιδευθέντος, FVSTIBVS *caeſi* verti conuenit, longe aptius, quam vt interpres: *lignis.* Et ita accipe apud Lucian. *in Demonact. p. 869. Tom. I.* ξύλοις συντρίψειν. Denique quod Eutrop. *Lib. I. de geſt. Rom. Cap. 11.* Tarquinium Superbum FVSTES *excogitaſſe*, ſcribit, hoc Suidas *in verbo* Σύμπεδος ita effert: μάστιγας ξυλίνους κλοιούς. Iſidor. *Lib. V. Etymol. Cap. 27.* FVSTES interpretatur, *quibus iuuenes pro criminibus feriuntur, dictos ab eo, quod praefixi in foſſis ſtent, quos palos ruſtici vocant.* Sane FVSTES in armis et telis numerantur. *l. 54. §. 2. D. de furt.* Vlpianus in *l. 3. §. 2. D. de vi et vi armat.* *Arma*, inquit, *ſunt omnia tela, hoc eſt, et*

FVSTES, *et lapides.* Et mox: *Plane ſi et vnus vel alter* FVSTEM, *vel gladium, tenuit.* Sic FVSTIBVS *repellere*, et FVSTIBVS *de fundo praecipitem agere*, dixit Cicero *pro A. Caecin. Cap. XXI.* et *in Verr. Lib. IV. Cap. 43.* Hirt. *Bell. Afric. Cap. LXXXVII.* *Lapidibus* FVSTIBVSque *equites repulerunt.* ¶. 2. Hinc loqutiones: FVSTIVM admonitio: *l. 7. D. de poen.* FVSTE animaduertere: *l. 8. §. 1. D. de poen* FVSTIBVS caedi iubere: *l. vlt. D. de offic. praef. vig.* Ex quibus cauſſis liber FVSTIBVS caeditur, ex his ſeruus flagellis caedi iubetur: *l. 10. D. de poen.* FVSTIBVS caſtigandum dimittere: *l. 13. §. vlt. D. de iniuriar.* FVSTIBVS caſtigat Praefectus vrbi libertum: *l. 1. §. 10. D. de offic. praef. vrb.* praefectus vigilum eos, qui negligentius ignem habuerunt: *l. 3. §. 1 D. de offic. praef. vig.* FVSTIBVS caſtigari decuriones prohibitum eſt: *l. 5. C. ex quib. cauſſ. infam.* FVSTIVM caſtigatio: *l. 9. §. 1. D. de offic. praef. vigil.* FVSTIVM ictus: *l. 10. §. vlt. D. de poen. l. 22. D. de his, qui not. infam.* FVSTIVM ictu ſubiici: *l. 28. D. de poen.* FVSTIVM autem ictus a *flagellorum*, quae atrociora verbera, caſtigatione ſeparatur, leuiorque multo eſt FVSTIVM, quam *flagellorum*, poena. *d. l. 10. D. de poen. et l. vlt. D. de iniur.* Ac FVSTIBVS quidem liberi duntaxat, et hi quidem tenuiores ſubiiciebantur, ſerui flagellis coercebantur. *l. 28. §. 2. D. de poen.* vt plenius *Lib. III. Select. Antiqu Cap. 9.* dixi. FVSTI, vel alio telo occiſus: *l. 7. §. 1. D. ad leg. Aquill.* FVSTE vel lapide percuſſus: *l. 1. §. 17 D. de SC. Silan.* et apud Hirt. *de bello Hiſpan. Cap. XXVII.* ¶ 3. FVSTIBVS, id eſt, baculis ligneis, equos publico curſui deſtinatos agitari, vetant Imperatores, *in l. 1. C. de curſ. publ. Lib. XI.* B. Auguſtin. *contra Creſcent. Lib. III.* *Ipſos etiam raptos, et* FVSTIBVS *tuſos, ferroque conciſos, ſemiuiuos abiiciunt.* Et alio loco: *Sub altari, quo confugerant, eodem ſub ſe fracto, eiusque tigno aliisque* FVSTIBVS, *ferro etiam, crudeliter caeſus.*

FVSTVARIVM ſupplicium, pro ☜ fuſtium ictu. Papian. *Reſponſ. tit. VI. XIII. XX.* Veteres ſine ſubſtantiuo dixere FVSTVARIVM: Cic. *Philipp. III. Cap. 6.* Liu. *Lib. V. Cap. 6.* idque ſupplicium, militare inprimis, in eo conſtitit, vt reus ad mortem vſque fuſtibus caederetur. Iac Nic. Loenſ. *Miſcell. Epiphill. I, 19.* Lipſ. *de milit. Rom. Lib V. dial. 18.* Dionyſ. Voſſ. *ad Vellei. Patercul. Lib. II. Hiſt. Cap. 75.* HEIN.

FVT.

FVTVRVS, A, VM, quod erit. *l. 10. §. vlt. D. teſtam. quemadm. aper* Hinc in FVTVRVM, et *in praeteritum* opponuntur. *l. 21. §. 3. D. de Aedil. edict.* vti FVTVRVM et *praeteritum* tempus, *l. 123. D. de verb. ſignif.* [et *in* FVTVRVM, et *quod factum eſt*, *l. 13. §. 1. D. de vſufr*] nec non *in praeſens* et *in* FVTVRVM. *l. 16. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* [FVTVRA ſub exſecrabili conſultatione cognoſcere, id eſt, illicitis diuinationibus operam dare, vetat *l. 3. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.*] ¶. 2. In FVTVRVM concipere obligationem: *l. 35. D. de indic.* in FVTVRVM tempus conferre ſermonem: *l. 85. D. de legat.*

III.

Digitized by Google

FVT.

III. In FVTVRVM creſcunt vſurae: *l. 17. §. 1. D. de vſur.* debetur: *l. 102. D. de ſolut.* ſibi proſpicere. *l. 48. D. de vſufr.* ¶. 3. FVTVRA actio: *l. 68. §. 1. D. pro ſoc. l. 5. D. de pecul. l. 3. C. de donat.* FVTVRVM aedificium, *l. 23. §. vlt. D. de ſeruit. praed. ruſt.* id eſt, nondum exſtructum: FVTVRA alimenta: *l. 8. C. de transact.* FVTVRVS annus: *l. 26. D. quand. dies legat.* FVTVRORVM annorum legatum: *l. 29. D. eod. tit.* FVTVRAE calendae: *l. 40. D. de reb. cred.* quae proxime FVTVRAE ſunt: *l. 126. §. 2. D. de verb. oblig. l. 122. §. 1, D. eod. tit.* FVTVRA calumnia: *l. vlt. C. de vſur. pupillar.* FVTVRI caſus: *l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conuen.* in FVTVRVM caſum: *l. 10. §. 1. D. de his. quae vt indign.* FVTVRVS caſus euictionis: *l. 11. D. de euict.* creditor: *l. 30. D. de reb. cred.* FVTVRVM damnum: *l. 2. D. de damn. infect. l. 7. §. vlt. D. eod. l. 6. §. 4. l. 14. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 5. D. ad. exhib. l. 38. D. pro ſoc.* FVTVRVS debitor: *l. 49. D. de ſolut. l. 9. §. 8. D. de reb. credit.* FVTVRVM diuortium: *l. 12. D. de donat. int. vir. et vxor.* FVTVRVS dolus: *l. 1. §. 20. D. depoſit.* FVTVRA emtio, oppoſita FACTAE: in *l. 20. §. 1. D. de praeſcr. verb.* FVTVRI fructus: *l. 73. D. de verb. obligat.* heredes: *l. 18. §. 2. l. 28. §. vlt. l. 35. D. de ſtipul. ſeru. l. 40. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* FVTVRI iudicii cauſſa: *l. 8. §. 1. D. de alien. iudic. mut. cauſſ.* FVTVRA libertas: Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 12. §. 5.* lis: *l. 3. D. de procurat.* FVTVRVS maritus: *l. 7. §. 1. D. de iur. dot.* FVTVRVM matrimonium, *l. 68. D. de iur. dot.* oppoſitum iam contracto: *l. 134. D. de verb. obl.* FVTVRA notio: *l. 3. C. quand. prouoc. non eſt nec,* FVTVRAE nuptiae: *l. 1. D. de ſponſal.* FVTVRA obligatio: *l. 6. D. de fidei. l. 89. D. de verb. obl. l. 5. D de pign.* opera: *l. 1. D. de non. oper. nunc.* operae: *l. 9. l. 37. §. 5. D. de oper. libert. l. 20. §. 2. D. de adquir. vel omitt. her.* FVTVRVM peculium: *l. 11. D. de pecul. leg. l.* [illegible] *D. de liberat. leg.* FVTVRA poena: *l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ,* FVTVRIS poſſeſſoribus, id eſt, non diſtracturis: *l. 41. §. 3. D. de legat. l.* FVTVRAE res, veluti partus: *l. 11. §. 3. D. qui potior. l. 34. §. 2. D. de contr. emt.* FVTVRA ſolutio: *l. 25. §. 1. D. quand. dies legat.* ſucceſſio: *l. 21. C. famil. erciſc.* FVTVRI temporis nomine: *l. 21. §. 3. D. de Aedil. edict.* FVTVRVM tempus poſt redhibitionem: *l. 49. D. de Aedil. edict.* FVTVRI temporis periculum: *l. 10. D. de ſuſp. tut. l. 39. D. de admin. et peric. tut.* tractatus: *l. 1. §. 1. D. de vſur.* vſurae: *l. 23. D. de donat.* FVTVRA vindemia: *l. 7. §. 3. D. ſolut. matr.* FVTVRVS vir: *l. 1. C. de don. ante nupt.* FVTVRAE vſurae: *l. 26. §. 1. D. de condict. indeb.* FVTVRAE vxores. *l. 2. D. de ſponſalib.*

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER VII.

G. littera, aliquando pro C. poſita. Hinc in Pandectis fere ſemper GAIVS pro *Caius* ſcribitur. Immo in marmoribus legimus egloge, illigi, ſrugtuoſus, et ſimilia Reineſ. *Claſſ. X. Inſcr. I. n. 181.*

GAD.

GADES, in *l. 12. §. 1. D. de legat. I. inſula oceani, in capite Baeticae, ab oſtio freti paſſus LXXV. millia*, quemadmodum Plin. *Lib. IV. Cap. 22.* ſcribit. Γάδειρα vocat Strabo *Lib. II. Geogr. p. 191.* his verbis: πρόκεινται δὲ νῆσοι τῆς Εὐρώπης - - ἔξω μὲν στηλῶν Γάδειρά τε καὶ κασσιτερίδες. *Europae praetenduntur inſulae: - - extra columnas Gades, et Caſſiterides*, Rurſusque alio loco *Lib. III. p. 206.* Εἶτα Γάδειρα πορθμῷ στενῷ διειργομένη νῆσος ἀπὸ τῆς Τυρδιτανίας, διέχουσα τῆς Κάλπης περὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους. *Hinc Gades, inſula anguſto freto diremta a Turdetania, a Calpe diſtans ſtadia DCCL.* Stephanus *de vrbib. p. 255. edit. Berkel.* Γάδειρα, πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ στενὴ καὶ περιμήκης, ὡς εἶναι ταινία τῆς γῆς δειρά. *GADIRA, vrbs et inſula in Oceano anguſta et praelonga, inſtar faſciae, ſic dicta ἀπὸ τοῦ γῆς καὶ δειρά.* At verius eſt, Punicum eſſe huius vrbis nomen, ceu iam Plin. *Lib. IV. Cap. 22.* Solin *Polyh. Cap. XXIII.* et Heſychius *in Γαδειρά* obſeruarunt. Eſt enim ab Hebraeo גדר *ſepimentum*: quo nomine permulta in Iudaea oppida veniſſe, vt *Gader, Ioſ. XII, 13.* Gedera; Gedorothaim, Gedor, *Ioſ. XV, 36. 58.* Gaderoth, *2. Paral. XXVIII, 18.* docuit Bochart. *in Chanaan. Lib. I. Cap. 34. p. 607. Tomo I. Op.* HEIN. Gaditanorum autem moenia, delubra, agros, Herculem itinerum et laborum terminum eſſe voluiſſe, Cicero *pro Cornel. Balbo Cap. XVII.* ſcribit. Ac plane Strabo *Lib. III. p. 259.* quoſdam exiſtimaſſe, ait, Herculis columnas dictas, τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, τῷ ἐν Γαδείροις χαλκᾶς ὀκταπήχεις, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τοῦ ἱεροῦ· ἐφ᾽ ἃς ἐρχόμενοι οἱ τελέσαντες τὸν πλοῦν θύοντες τῷ Ἡρακλεῖ, διαβοηθῆναι παρεσκεύασαν, ὡς τοῦτ᾽ εἶναι καὶ γῆς καὶ θαλάττης τὸ πέρας. *columnas aereas octo cubitorum, quae ſunt Gadibus in Herculis delubro, quibus inſcriptus eſt ſumtus, in templi factui aedificationem, haſque aiunt eſſe, ad quas quum nauigatione abſoluta perueniſſent, ſacris Herculi factis, eam famam diuulgari curauerint, ibi*

maris eſſe terraeque finem. Vnde et Gades terrarum finem vocat Sil. Italicus *Lib. XVII.* Illic itaque celeberrimum Herculis fanum. Teſtis Pompon. Mela, qui *Libr. III. Cap. 6.* de hac eadem inſula agens, ferre eam ait in altero cornu eiuſdem nominis vrbem opulentam: in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, *vetuſtate, opibus illuſtre. Tyrii condidere.* Sane a Gaditanis Hercules ſumma veneratione colebatur, ac proinde inter Deos, qui heredes inſtitui poterant, Herculem GADITANVM ponit Vlpian. *tit. XXII. §. 6.*

GAIVS, vel Caius, iuriſconſultus, quem Hadriani temporibus vixiſſe, oſtendit *l. 7. D. de reb. dub.* in qua de ſe ipſo haec ait: *Noſtra quidem aetate Serapias, Alexandrina mulier ad diuum Hadrianum perducta.* Perueniſſe tamen ad Antonini Pii tempora, liquido colligitur ex *l. 42. D. de donat. int. vir. et vxor.* Multo diutius, et ſub ipſo Marco Imp. eum floruiſſe, Huberus *Digreſſ. Lib. III. Cap. 17.* ex *Lib. I. Cap. vlt.* eius *Inſtit.* colligit, vbi mentio ſit curae adoleſcentum, quae in locum tutelae ſuccedat. Sed id multo liquidius intelligitur ex *l. 9. D. ad SC. Tertull. et Orphit.* itemque ex *l. 90. D. de condit. et demonſtr. l. 96. D. de legat. III. l. 63. §. 5. D. ad SC. Trebell.* vnde conſtat, Caium demum poſt Antonini tempora ſcripſiſſe libros fideicommiſſorum; itemque ex *l. 1. §. 2. D. de bon. qui ſui vel al. iur.* eius inſtitutiones poſt Antonini Pii mortem prodiiſſe. Porro tunc demum edidit libros ad leg. Iul. et Papiam: *l. 56. D. de legat. II.* libros de legatis: *l. 73. §. 1. D. de legat. I.* denique libros ad edictum prouinciale: *l. 31. D. de iureiur.* in quibus locis omnibus laudatum Imperatorem *Diuum* adpellitat. Quin ad Antonini Caracallae tempora eum aduixiſſe ex *l. 42. D. de donat. int. vir. et vxor.* probatum dedit V. C. Franc. Car. Conradi *in Act. Erudit. Lipſ. 1727. p. 59. ſequ.* quia ibi mentio fit SC. de donationibus inter virum et vxorem; M. Numio Albino, et Fuluio Aemiliano Coſſ. facti anno ab V. C. DCCCCLIX. Nec obſtat ſane temporum ratio, quo minus is, qui anno illo adhuc vixit, puer videre potuerit Hadrianum Imperatorem, ſi ſtatuamus eum octuagenario proximum fuiſſe. HEIN. CAIVS hic, vt ex indice, Pandectis Florentinis praemiſſo, et ex inſcriptionibus legum, quae in noſtris libris exſtant, patet, ad *Libros XII.*

Tabu-

Tabularum Libros VI. ſcripſerat, qui in indice Δωδεκαδέλτε βιβλία ἓξ vocantur: ad leges ſeu *ad legem Iuliam et Papiam* Libros XV. *Ad Edictum Praetoris vrbani*, ſeu *vrbicum* libros X. titulis ſeu capitibus diſtinctos in hunc modum: *Ad edictum Praetoris vrbani* TITVLO *de praediatoribus*; TITVLO *de publicanis*: TITVLO *de liberali cauſſa*: TITVLO *de aquae pluuiae arcendae*: TITVLO *de damno infecto*: TITVLO *de re iudicata*: TITVLO, *de operis noui nunciatione*: TITVLO, *qui neque ſequantur, neque ducantur*: TITVLO, *de teſtamentis*: TITVLO *de legatis*. Item *ad Edictum prouinciale* Libros XXXII: *Aureorum*, ſeu *rerum quotidianarum* Libros VII. *de verborum obligationibus* Libros III. *de manumiſſionibus* aeque Libros III. *Regularum* Libros totidem: *Fideicommiſſorum* libros II. Praeterea libros ſingulares *ad Edictum Aedilium curulium*: *ad legem Glician*: *ad SC. Tertullianum*: *ad SC. Orphitianum*. *de caſibus*: *de tacitis fideicommiſſis*: *dotalitiorum*: *ad formulam hypothecariam*, ſeu *de formula hypothecaria*. Ex huius potiſſimum GAII commentariis tam *Inſtitutionum*, quam *Rerum quotidianarum* Inſtitutiones compoſitas, profitetur ipſemet Iuſtinianus §. 6. *prooem. Inſtit.* Vbi Iuſtinianus eum vocat CAIVM *ſuum* seque ac *§. 5. Inſt. de publ. iudic.* et *Conſt. omnem reipublicae § 1. ad anteceſſ.* Ex eo vero elogio quam male nonnulli colligant, eum vel ſub Iuſtiniano floruiſſe, vel Chriſtianam fidem profeſſum, aut certe eiusdem cum Imperatore nationis fuiſſe, oſtenderunt Aegid. Menag. *Cap. XLIII. Amoenit. p. 437.* et Eu. Otto *praefat. Tomi I. Theſaur. iur.* HEIN.

GAIVM SEIVM inter *κοινὰ ὀνόματα*, quibus iuriſconſulti in exemplis vtuntur, ponit Plutarchus *ἐν Αἰτίοις* ſeu *Quaeſt. Rom. XXVIII. p. 271.* Exempla in promtu ſunt, vt *l. 4. §. 28. D. de dol. mal. except. l. 11. §. vlt. l. 38. §. 5. D. de legat. III. l. 45. D. ſol. matrim. l. 11. D. de vſur. et alias ſaepe.* Atque vt GAIVS *Seius*: ita GAIA *Seia. l. 63. §. 2. D. de euiction.*

GAIVS Iulius Caeſar, vid. ſupra ſub CAESAR.

GAIVS Iuuentius, iuriſconſultus, e Q. Mucii auditoribus vnus: *l. 2. §. 42. D. de orig. iur.* De eo altum vbique ſilentium niſi eum eumdem ſuſpicari velimus cum T. Iuuentio, quem *nimis quidem lentum in dicendo, et paene frigidum, ſed et callidum, et in capiendo aduerſario verſutum, et praeterea nec indoctum, et magna cum iuris ciuilis intelligentia*, laudat Cicero *in Brut. Cap. XLVIII.* HEIN.

GAL.

GALATIA, *l. 35. §. 1. D. de legat. III.* regio minoris Aſiae, quae agros maiori ex parte Phrygiae tenet, caputque eius quondam, Gordium, vt ait Plinius *Lib. V. Cap. vlt.* Stephan. *de vrbib. p. 259.* Γαλάται πρὸς νότον τοῖς Παφλαγόσιν, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν, οἳ πλανηθέντες πολὺν χρόνον, καὶ καταλαβόντες τὴν χώραν οὕτως ὠνόμασαν. GALATAE, *Paphlagonibus ſunt ad auſtrum, ſic dicti a Gallis Celticis, qui diutiſſime vagati, poſtquam hanc regionem occupaſſent, eam ſic adpellarunt.* D. Hieronym. *in Prooem. Lib. II. Commentar. ad Epiſt. ad Galatas* ex Lactantii tertio ad Probum volumine haec verba adducit: *Galli antiquitus a candore corporis* GALATAE *nuncupabantur, et Sibylla ſic eos adpellat. Quod ſignificare voluit poeta, quum ait:*

Tum lactea colla
Auro innectuntur:

quum poſſet dicere: candida. Hinc vtique Galatia prouincia, in quam Galli aliquando venientes cum Graecis ſe miſcuere. Vnde primum ea regio Gallograecia, poſt Galatia nominata eſt. Quomodo autem Galli, qui duce Brenno in Graeciam ſe effuderunt, eam tandem Aſiae partem occupauerint, docet Liu. *Lib. XXXVIII. Cap 15.* et Iuſtin. *Lib. XXV. Cap. 1. et 2. vbi tantus terror Gallici nominis et armorum inuicta felicitas erat, vt aliter neque maieſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute, arbitrarentur. Itaque in auxilium a Bithyniae, rege inuocati, regnum cum eo, parta victoria, diuiſerunt, eamque regionem Gallograeciam cognominarunt.* Quae nos eo pluribus, vt ne priſcam gentis noſtrae, quae non ſemel in Aſiam victricia ſigna intulit, virtutem obliuio deleat.

GALBANVM, vel, vt in Pandectis ſcribitur, *chalbane* in Amomo, Syriae monte, ex ferula reſinae modo ſtillat, de quo Plin. *Lib. XX. Cap. 25.* Iſidor. *Etymol. Lib. XVII. Cap. 9* GALBANVM inquit, *genus eſt pigmenti albi, creſcens in monte Amomo Syriae: alias ſuccus eſt ferulae.* De eo plura Claud Salmaſ. *Exercit. Plinian. p. 1049. ſequ. Tomo II.* HEIN.

GALEA, *l. 14. §. 1. D. de re milit. l. 41. D. de verb. ſignif.* GALEAM autem Varro *Lib IV. de lingu. Lat.* dictam tradit a *galero*, quo vſi antiqui.

GALLIA. Eius mentio fit in *l. 7. §. 13. D. ſolut. matr.* vbi, *lapidem* in GALLIA *renaſci*, tradit Papinianus.

GALLICANVS, A, VM. GALLICANA lingua: *l. 11. D. de legat. III.* Ad eamdem GALLICANAM linguam pertinet *l. 9. D. de iur. dot.* ad quam legem illuſtrandam plura attulit Menag. *Amoenit iur. Cap. III. p. 7. ſequ.* vbi oſtendit, eam non de Gallis Transalpinis, ſed Ciſalpinis, qui lingua Latina, ſed non admodum pura, vtebantur, intelligendam eſſe. HEIN. GALLICANAE res: *l. 4. §. vlt. D. de legat. I.* Cic. *pro Quinct. Cap. IV.* GALLICANOS quoque homines, dicunt Varro *Lib I. de re ruſt. Cap. 32.* et Sueton. *in Claud. Cap. XLV.* vt GALLICANVM catulum, Catull. *Epigr. XLIII. v. 9.*

GALLINA. GALLINARVM non eſt fera natura: idque exinde poſſumus intelligere, quod aliae ſunt GALLINAE, quas *feras* adpellamus. *l. 5. §. 6. D. de adquir. rer. domin.* Et illas *cohortales* et *ruſticas* Varro *Lib. III. de re ruſt. Cap. 9.* et Columella *Lib. VIII. Cap. 2.* vocant.

GALLVS gallinaceus, quocum parricida culleo

Digitized by Google

culleo more maiorum inſui ſolebat. *l. 9. D. ad leg. Pompei. de parricid. l. 1. C. de iis, qui parent. occid. §. 6. Inſt. de public. iud.*

GALLVS. Galliarum incola. Sic: GALLI Lugdunenſes: *l. vlt. D. de cenſ.* GALLI res extra dotem peculium adpellant. *l. 9. D. de iur. dot.*

GALLVS Aelius, *l. 19. D. de vſur.* Vid. quae de eo diximus ſopra *Libro I.* AELIVS a Cicerone adpellatur *Topic. Cap. II.* in locupletia definitione. Ex ipſo AELII Galli *libro de verborum, quae ad ius ciuile pertinent, ſignificatione,* locus vnicus in Pandectas relatus eſt, puta *l. 157. D. de verb. ſignif.* Vixit tempore Varronis et Ciceronis, teſte Gell. *Lib. X. Cap. 22.* HEIN.

GALLVS C. Aqoillius, iuriſconſultus, GALLVS vocatur, in *l. 6. §. 2. D. ſi ſeru. vind. l. 27. l. 127. D. de legat. I. l. 7. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 29. D. de liber. et poſtum. l. 32. §. 1. D. de aur. arg. leg. l. 77. D. de verb. ſignif.* At apud Ciceronem *Topic. Cap. VII.* et *in Bruto Cap. XLII. C. Aquillius* GALLVS. Praecipuae auctoritatis fuit inter Q. Mucii auditores, *quem et maximae auctoritatis apud populum fuiſſe, Seruius dicit. l. 2. §. 42. D. de orig. iur.* Ac plane Q. Muciu adiungitur, in *l. 29. §. 1. D. de legat. III.* et *l. 39. D. de ſtatulib.* idemque *C. Aquillii* nomine intelligendus eſt in oratione *pro P. Quinctio Cap. I. II. XV.* et paſſim, *pro Cluent. Cap. LIII.* et pro *Caecin. Cap. XXVII.* vbi et adfuiſſe eum ſibi in cauſſa Caecinae ait, et hoc elogio ornat: *Cuius prudentiam populus Romanus in cauendo, non in decipiendo, perſpexit, qui iuris ciuilis rationem numquam ab aequitate ſeiunxit, qui tot annos ingenium, laborem, fidem ſuam, populo Romano promtam expoſitamque praebuit: qui ita iuſtus et bonus vir eſt, vt natura, non diſciplina, conſultus eſſe videatur: ita peritus et prudens, vt ex iure ciuili, non ſcientia ſolum quaedam, verum etiam bonitas, nata videatur: cuius tantum eſt ingenium, ita promta fides, vt quidquid inde haurias, purum limpidumque te haurire ſentias.* Denique eum *collegam,* (praeturam enim vna cum eo geſſerat,) et *familiarem ſuum* Cicero *Lib. III. de Offic. Cap. 14.* et in *Top. Cap. VII.* adpellat. Hic, poſtumos nepotes inſtitui poſſe, induxit ea formula, quae traditur in *l. 29. D. de lib. et poſtum.* Hinc illa: Si filius et ex eo nepos poſtumus, ita heredes inſtituuntur, vt GALLO Aqoillio placuit: *l. 33. §. vlt. D. de hered. inſtit.* Auctoritate GALLI Aquillii factum eſt: *l. 74. D. de hered. inſtit.* GALLVS Aquillius, cuius Mela refert opinionem: *l. 17. §. 6. D. de act. emt. vend.* Huius inuentum eſt *Aquilliana ſtipulatio,* vt ſupra *Lib. I.* docui. Sed et formulam de dolo malo prodidit. Teſtis eſt Cic. *Lib. III. de offic. Cap. 14. de Nat. Deor. Lib. III. Cap. 30.* vbi eam *euerriculum malitiarum omnium* vocat. Huic etiam Cicero *fluctus,* itemqoe Seruianam *doli* definitionem adſcribit. Ac plane ab hoc Seruium Sulpicium maxime inſtructum fuiſſe, tradit Pomponius. *l. 2. §. 42. D. de orig. iur.* Sed huius incomparabilis iuriſconſulti vitam, ſtudia, fata, et merita ipſi aliquando oratione ſingulari, poſtea in *Syllogen opuſculorum* relata, fuſius deſcripſimus, ad quam hic lectorem remittimus. HEIN.

GAR.

GARGILIANVS fundus. *l. 41. §. 3. D. de legat. III.*

GARVM Vlpianus adnumerat iis, in quibus eſſe ſolemus. *l. 3. D. de pen. leg.* Quo nomine ſignificatur liquamen, ſiue ſalſamentum, ex liquore ſanieque piſcium, quos ſocios vocatos, ideo quod iunctim ſociatimque eorum ſale maceratorum liquamen miſceretur, quidam exiſtimant. Alii vero, in quibus ſunt Georg. Merula et Corn. Vitellius, GARO ſociorum cognomen alia de cauſſa impoſitum cenſent. Tertiam etiam opinionem Cornarius et Gorraeus induxerunt. Vtut ſit, conſtat GARVM *ſociorum* a veteribus adpellatum. Seneca *Epiſt. XCVI. Quid illud ſociorum* GARVM, *pretioſam malorum piſcium ſaniem, non credis vrere ſalſa tabe praecordia?* Plin. *Lib. IX. Cap. 17. M. Apicius, ad omne luxus ingenium mirus, in ſociorum* GARO, *(nam ea quoque res cognomen inuenit,) necari eos praecellens putauit, atque e iecore eorum alecem excogitare prouocauit.* Auſonius *Epiſt. XXI. ad Paullinum: Scis autem, me id nomen muriae, quod in vſu vulgi eſt, nec ſolere, nec poſſe dicere, quum ſcientiſſimi veterum, et Graeca vocabula faſtidientes, Latinum in* GARI *adpellatione non habeant. Sed quocumque nomine loquar, liquor iſte* SOCIORVM *vocatur.* Originem autem adpellationis GARI prodit Plin. *Lib. XXXI. Cap. 7.* ſimulque teſtimonium illius epitheti *ſociorum,* qood ei poſtea, inualeſcente luxoria, acceſſit, perhibet, his verbis: *Aliud etiamnum liquoris exquiſiti genus, quod* GARON *vocauere, inteſtinis piſcium, ceteriſque, quae abiicienda eſſent, ſale maceratis, vt ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce, quem Graeci* GARAN *vocabant, capite eius vſto ſuffitu extrahi ſecundas morantes. Nunc e ſcombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartariae cetariis.* SOCIORVM *id adpellatur, ſingulis millibus numum permutantibus congios paene binos. Nec liquor vllus paene, praeter vnguenta, maiore in pretio eſſe coepit.* Ac plane laudatiſſimum ex ſcombris GARVM parabatur. Strabo *Libro III. p. 239.* de inſula, cui Scombraria nomen aſt: ἣν καλοῦσι Σκομβραρίαν ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον. *Eam vocant Scombrariam, a piſcatura ſcombrorum, ex quibus maxime laudabile* GARVM *conficitur.* Quae totidem fere verbis repetit etiam Athenaeus *in Deipnoſoph. Lib. III. Cap. 34. p. 121.* HEIN. Muriam etiam ſcombri muriae, ex thynno factae, praelatam, Martial. *Lib. XIII. Epigr. 103.* indicat Horat. *Lib. II. Serm. Sat. 8.*

His miſtum ius eſt olei, quod prima Venafri
Preſſit cella GARON, *de ſuccis piſcis Iberi.*

Nec ex ſcombris modo, aut thynnis, verum etiam ex lacertis, alece, apoa, aliiſque piſciculis GARVM confectum, Plinius, et alii docent. GARI autem conficiendi rationes traduntur a Conſtantino *Lib. XX. Geoponic. Cap. vlt.* cuius verba ſubiiciam: τὰ ἔγκατα τῶν ἰχθύων βάλλεται εἰς σκεῦος, καὶ ἁλίζεται. καὶ λεπτὰ ὀψαρίδια, μάλιστα δὲ ἀθερίναι, ἢ λεπταὶ τριγλίαι, ἢ μαινίδια, ἢ λυκόστομοι, ἢ ὃ ἂν δόξῃ λεπτὸν εἶναι, πάντα ὁμοίως ἁλίζεται, καὶ ἐν ἡλίῳ ταριχεύεται πυκνῶς δονούμενα. ὅταν δὲ ταριχευθῶσι τῇ θέρμῃ, ἐξ αὐτῶν γάρος ἄγεται.

Piſcium inteſtina proiiciuntur in vas, et ſale adſperguntur. *Piſciculi etiam minuti, maxime vero atherinae, parui mulli, vel maenulae, lycoſtomi, vel quidquid piſciculorum minutum videtur, pariter omnes ſale macerantur, et ſole frequentius agitata calefiunt, ex calefactis optimum* GARVM *adquiritur.* Enimuero Dioſcoridi *Lib. II. Cap. 34.* γάρον eſt ἐκ τῶν ταριχηρῶν ἰχθύων καὶ κρεῶν κατασκευαζόμενον. *ex ſalſis piſcibus carnibusque praeparatum.* Suidae γάρος nihil aliud eſt, quam σηπεδὼν, id eſt, vt Heſychius interpretatur, σῆψις, *ſanies.* Sed tamen hoc liquamine ſolo vtebantur: immo potius plerumque miſcebant alium liquorem, a quo deinde nomen ferebat. Hinc *hydrogarum*, *elaeogarum*, vel *garelaeum*, *oenogarum*, *oxygarum*, prout aqua, oleo, vino, aceto temperabatur. Vid. Hieronym. Mag. *Miſcell. Lib. II. Cap. 9.* et Caſaubon. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 156.* HEIN.

GAV.

[GAVDIVM. GAVDIORVM pretium ex miſeris quaerere: *l. 4. C. Theod. ne quid publ. laetit. Lib. VIII. tit. 11.* GAVDIA contaminantur. *l. 8. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38.*]

GEM.

GEMELLI, *l. 32. D. ad leg. Aquill.* id eſt, fratres gemini. Vnde GEMELLIPARA *Lucilia* in antiquo Grammatico: immo et GEMELLIPARA *Dea*, *Latona*, apud Ouid. *Lib. V. Faſtor. v. 542.* HEIN. GEMELLORVM nomen etiam Virgil. *Eclog. I. v. 14.* vſurpat.

[GEMINARE. Nox GEMINAT cuſtodiam. *l. 1. C. Theod. et Iuſtin. de cuſtod. reor.*]

GEMINVS, A, VM. GEMINI duo, eodem partu editi, vel vt Seru. *in Aen. II. v. 500.* ad verba: GEMINI *Atridae*, ſcribit, *ſimul nati.* Non. Marcell. GEMINI *dicuntur ex vno vtero vno die editi.* Vnde GEMINOS edere: *l. 16. D. de ſtatu hom.* vti GEMINVM *partum edere*, apud Liu. *Lib. I. Cap. 4.* Cicero *pro Cluent. Cap. XVI. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt.* ¶. 2. Idem vocabulum et de rebus binis, inter ſe ſimilibus, vſurpatur. Sic GEMINA arbor: *l. 10. D. arb. furt. caeſ.* et apud Virgil. *Aeneid. Lib. VI. v. 203.* [GEMINI menſes: *l. 2. C. Theod. de feriis Lib. II. tit. 8 l. 5. et l. 7. C. eod. tit.* feriis ſunt adſignati, vnus videlicet meſſium, alter vindemiarum. Iac. Gothofr. *Comment. in d. l. 2. C. Theod. de fer.*] GEMINA ſuſpicio. *l. vlt. C. de malef. et math.* [et *l. 11. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 16.*]

GEMMA, a lapillis et margaritis ſeparatur, *l. 25. §. vlt. D. de aur. arg. leg. l. 1. D. de adquir. poſſeſſ. l. 3. D. de rer. diuiſ.* et apud Arnob. *Lib. II. adu. gent. p. 43. edit. Elmenh.* Inter quae verba haec differentia eſt, quod GEMMAE perlucidae ſint materiae, veluti ſmaragdi, chryſolithi, amethyſti, LAPILLI vero contrariae ſuperioribus naturae, vt Obſidiani, Veientani. MARGARITAE conchae ſunt, quae apud rubrum mare creſcunt, et coaleſcunt. *l. 19. §. pen. D. de aur. arg. leg.* Seru.

in Aen. Lib. I. v. 659. ad haec verba: *duplicem* GEMMIS: *Sane*, inquit, *multi ſepararunt* GEMMAS *a* MARGARITIS, *vt Cicero; Nullam* GEMMAM *aut margaritam. Et* GEMMAS *volunt dici diuerſi coloris:* MARGARITAS *vero albas, vel* GEMMAS *integras*, MARGARITAS *pertuſas.* GEMMA in auro: *l. 11. D. de aur. arg. leg.* includenda vel inſculpenda data: *l. 13. §. 5. D. locati.* incluſa auro: *l. 6. D. ad exhib.* ex anulo: *l. 17. D. de aur. arg.* ſi quis damnatus habuerit in digito aut ſardonycha, aut aliam GEMMAM: *l. vlt. D. de bon. damnat.* Nomiſmatis pro GEMMIS vti ſolent. *l. 28. D. de vſufr.*

[GEMMEVS, A, VM. GEMMEA vaſa. *l. 19. §. 20. D. de aur. arg. leg.*

GEMMATVS, A, VM. Lecti gemmati. *l. 3. §. 3. D. de ſupellect. legat.* id eſt, gemmis ornati, inſigne luxus Romanorum argumentum. HEIN.

GEN.

GENER, proprie eſt filiae noſtrae vir: *l. 4. §. 6. D. de gradib.* ideo dictus, quod ad augendum *genus* adhibetur. Seru. *in Lib. XI. Aen. v. 472.* ¶. 2. Sed et ſponſus filiae GENERI adpellatione continetur. *l. 6. D. de grad. et adfin. l. 5. D. de teſtib.* Seru. *ad illa Virgil. Aen. II. v. 344.*

Et GENER, *auxilium Priami.*

GENER, ait, *dicitur, et qui eſt, et qui eſſe vult, vt hic indicat locus, ſicut et maritus.* Ideoque Seruius Sulpicius GENERI adpellationem ex ſponſalibus etiam adquiri, dicebat. *l. 8. D. de gradib.* Plane in lege Pompeia de parricidiis, vt pater et mater ſponſi ſponſae, ſocerorum, ita liberorum ſponſi, generorum adpellatione continentur *l. 4. D. ad leg. Pomp. de parricid.* At in Edicto *de infamia notatis* haec verba: GENERO mortuo, de ſolo filiae viro accipiuntur. *l. 1. l. 8. D. de his, qui not. infam.* Sponſi enim nullus eſt luctus, *l. 9. D. eod. tit.* ¶. 3. GENERI vtique nomine neptis et proneptis, tam ex filio, quam ex filia editarum, ceterarumque mariti continentur. *l. 136. D. de verb. ſignif.* Et hanc in Edicto *de poſtulando* huius verbi notionem eſſe, Vlpianus admonet. *l. 3. D. de poſtul.* Addidit hic non nemo, et patrem generi aliquando GENERVM adpellari, in illis *legis 7. D. de pact. dotal.* verbis: *Optimum eſt, pactum conuentum cum vtroque* GENERVM *facere.* At non eſt hic genitiuus pluratiuus, ſed accuſatiuus ſingularis, ſenſusque eſt, optimum eſſe, generum et cum patre, et cum filia paciſci. Id ipſa verba legis exigere, vnusquisque animaduertet. HEIN.

GENERALIS, E. GENERALIS abolitio: *rubr. C. de general. abolit.* adminiſtratio: *l. vlt. C. de magiſtrat. conuen.* [adoptio, id eſt, generatim accepta: *l. 2. D. de adopt.* ex GENERALI capite pediſſequarum: *l. 59. pr. D. de manum. teſtam.*] GENERALIS clauſula: *l. 33. D. ex quib. cauſſ. maior.* conſtitutio, quae ad omnes pertinet. *§. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil.* conuentio pacti: *l. 1. C. quae res pign. vel hypothec.* GENERALIS vel *ſpecialis* curator: *l. 28. C. de iur. dot.*

l. 50. D. eod. tit. definitio: *l. 4. §. 1. D. de hered. inſtit.* GENERALE edictum, quod eſt de minoribus: *l. 57. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* GENERALIS exceptio: *l. 39. D. de act. emt. vend.* exceptio pacti conuenti: *l. 35. D. de pact.* GENERALIA iudicia bonae fidei, veluti pro ſocio, negotiorum geſtorum, tutelae: *l. 37. D. pro ſoc.* GENERALIS iurisdictio: *l. 4. D. de offic. eius, cui mand. iurisd.* GENERALE legatum: *l. 9. D. de ſupell. leg.* mandatum: *l. 69. D. de procurat. l. 25. §. vlt. D. de minor. l. 34. D. de rit. nupt.* GENERALIS obligatio: *l. 6. D. de pign.* GENERALE pactum: *l. 40. D. de pact.* [praeceptum, id eſt, edictum, beneficio ſpeciali aliquando anteferendum: *l. vlt. C. Theod. de conſtit. princip. Lib. I. tit. 1.*] GENERALIS ſermo: *l. 41. §. 3. D. de legat. III.* ſubſcriptio: *l. 1. §. 8. D. de leg. Corn. de falſ.* [GENERALES tituli, *l. 9. C. Theod. de indulg. debit.* quibus *perſonalia debita* opponuntur, in *l. 3. C. Th. eod. tit.* ſunt, qui non ab vno, ſed ab omnibus viritim colliguntur, communiterque et canonico titulo inferuntur. Vid. Iac. Gothofred. *in Comment. ad d. l. 3.*]

[GENERALITAS. Promiſcua generalitate decernimus, id eſt, generali lege. *l. vn. C. Theod. ne in ſua cauſſ. quis iud. Lib. II. tit. 2.*]

GENERALITER, et *ſpecialiter* opponuntur. *l. 1. §. 14. D. de dote praeleg. l. 46. D. de pecul.* Sic GENERALITER et *ſpecialiter* iubere: *l. 1. D. quod iuſſu.* legare: *l. 5. D. de aur. arg. leg.* mandare: *l. 25. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered.* GENERALITER commiſſa libera rerum adminiſtratio: *l. 58. D. de procurat.* dare damnatus: *l. 45. D. de legat. I.* dare iuſſus: *l. 100. D. eod. tit.* definiri: *l. 4. §. 1. D. de hered. inſtit.* legatus homo: *l. 12. §. 7. D. quand. dies leg. vel fideic. ced.* legatus ſeruus: *l. 29. §. 3. D. de legat. III. l. 7. l. 9. §. 1. l. 10. D. de option. legat.* legatum relictum: *l. 36. D. de legat. I.* GENERALITER obligata bona: *l. 6. C. qui pot. in pign.* pignori datum: *l. 29. D. qui et a quib.* pignorari: *l. 4. C. quae res pign.* probandum eſt: *l. 16. D. de minor.* reſpondendum eſt: *l. 55. D. ad SC. Trebell.* ſtipulari hominem, aut lancem, aut quodlibet vas: *l. 2. D. de verb. obl.* GENERALITER, et in rem: *l. 9. D. quod met. cauſſ.* GENERALITER, et in ſingulas perſonas, aducrſantur. *l. 7. D. de legib.*

GENERARE, id eſt, ſuſcipere liberos. Is, qui GENERARE facile non poſſit: *l. 6. D. de lib. et poſtum.* Si ea valetudine paterfamilias ſit, vt GENERARE non poſſit: *l. 6. D. de his, qui ſui vel al. iur.* Spadones GENERARE non poſſunt: *l. 2. D. de adopt.* Qui vnum teſticulum habet, GENERARE poteſt: *l. 6. §. vlt. D. de Aedil. edict.* Natura magis in homine GENERANDI et conſuetudo ſpectanda eſt, quam temporale vitiom, aut valetudo, propter quam abducatur homo a GENERANDI facultate: *l. 9. D. de lib. et poſtum.* Ad GENERANDVM nunquam eſt habilis mulos. *l. 38. §. 7. D. de Aedil. edict.* ¶. 2. GENERARE idem, ac producere, cauſſam rei eſſe. GENERARE praeiudicium: *l. 7. D. de agnoſc. et alend. l. 4. C. de adquir. et retin. poſſ. l. 6. C. de ſent. et interloqu.* GENERARE vſuras. *l. 5. C. de action. emt. vend.*

GENERATIM, pro generaliter. *l. 55. D. ad SC. Trebell.*

GENIALIS, E. id eſt, coniugalis. Vetus Gloſſarium: GENIALIS, γαμήλιος. Et ita GENIALIS *lectus*, pro ouptiali, apud Ciceron. *pro Cluent. Cap. V.* et Horat. *Lib. I. Epiſt. 1. v. 87.* GENIALES tori, apud Virgil. *Lib. VI. Aen. v. 603. ſequ.* Seneca *Lib. VI. Contr. 6. Verſae ſunt in exſequias nuptiae, mutatusque* GENIALIS *lectus in funebrem.* Et ita ius noſtrum loquitur. GENIALIS tori maritum vindicem eſſe oportet: *l. 30. C. ad leg. Iul. de adult.* GENIALIS tori, ac lectuli inuaſor alieni. *l. 6. C. Theod. de indulg. crim.* Caſſiodor. *Var. Lib. I. Cap. 37.*

GENITOR, id eſt pater. *l. 7. C. Th. de donat.* Patris adpellatione ab eo, qui genitus eſt, diſtinguitur. *l. 11. D. de lib. et poſtum.*

GENITALIS, E. Quod cui naſcendi ſorte obtigit. GENITALES ciuitates, id eſt, originariae: *l. 20. C. Theod. de pagan.* GENITALIS curia, cui quis naſcendi ſorte addictus: *l. 161. C. Theod. de decurionib. Nouell. Theod. et Valentin. de reddito iur.* GENITALIS patria: *l. 12. C. de oper. publ.* GENITALE ſolum, pro natali. *l. 1. C. Theod. de inquilin. et colon. l. 1. C. Theod. de falſa monet. l. 7. C. eod. de metall. et metallar. l. 177. C. Theod. de decurion.*

GENIVS. Eum Soſipater *Lib. I.* explicat τὴν τύχην ἑκάστου, *cuiusque fortunam.* Per GENIVM principis iurare, *l. 13. §. vlt. D. de iureiur.* id eſt, τὴν τύχην ὀμνύναι. Vide noſtrum *de Formulis Lib. VIII. Cap. 2. p. 685.* Ceterum quod in *d. l. 13.* per GENIVM principis, hoc *per principis* effertur Graeco dicendi genere, in *l. 2. C. de reb. cred.* vbi GENIVM, vel *ſalutem*, ſuppleri oportet.

GENO, genui, antiquum pro *gigno.* GENITVR, pro gignitur. *l. 17. §. 1. D. de legat. I. l. 13. §. vlt. D. de reb. dub.* Verbum hoc non ſolum Latinum, ſed et translatitium in teſtamentis fuiſſe, oſtenderunt Scip. Gentil. *Parerg. Lib. I. Cap. 27.* Victor. *ad Varron. Lib. I. de re ruſt. Cap. 31.* Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 416.* HEIN.

GENS, et *genus* ſeparantur, in *l. 1. D. de probat.* Genus eſt, vndecumque ortus ſui initium quis duxerit. GENS eſt eorum, qui eodem nomine adpellantur. Cornel. Fronto *de different. voc.* ſimiliter inter *nationem* et GENTEM hoc intereſſe tradit, quod NATIO *ſolum patrium quaerit*, GENS *ſeriem maiorum.* Cic. *Lib. I. de Orat. Cap. 39. Quum Marcelli ab liberti filio ſtirpe; Claudii patricii eiusdem nominis, hereditatem* GENTE *ad ſe rediiſſe dicerent.* Sic, qui ex eadem domo et GENTE proditi ſunt: *l. 195. §. 2. D. de verb. ſignif.* Plane ex Cicer. *Topic. Cap. VI.* colligere licet, ſermo-

rum

rum libertinorumque gentem non eſſe, ac ne in gente quidem manere eos, qui, licet eiuſdem nominis ſint, et ab his orti, et ſeruitutem numquam ſeruierint, in adoptionem tamen dati, vel emancipati familiam mutarunt. GENTIS vtique adpellatio latius patet, quam *familiae*, propterea, quod *ex pluribus familiis GENS conficitur*, vt Feſtus *Lib. VII.* ſcribit, et in plures familias diffunditur, vt adparet ex Sueton. *Neron. Cap. I.* C. Iulius Caeſar, apud eumdem *in Iul. Cap. V. Cuius* GENTIS *eſt familia noſtra.* GENTIS *princeps.* Idem *in Tiber. Cap. I.* ¶. 2. GENS etiam pro natione accipitur. GENTIS exterae latrunculi: *l. 6. D. de captiu. et poſtlim.* Hinc GENTIVM ius, quo GENTES humanae vtuntur, quod a naturali recedere, facile intelligere licet, quia illud omnibus animalibus; hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit. *l. 1. §. vlt. D. de iuſtit. et iur.* Quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peraeque cuſtoditur, vocaturque ius GENTIVM, quaſi quo iure omnes GENTES vtuntur: *l. 9. D. eod. tit. §. 1. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* vbi et *commune omnium hominum ius* adpellatur. Ius GENTIVM, quod ratione naturali inter omnes homines peraeque ſeruatur, quod cum ipſo genere humano proditum eſt: *l. 1. D. de adquir. rer. dom.* Huius iuris exempla ſumito ex *l. 2. l. 3. l. 4. et l. 5. D. de iuſt. et iur.* Hinc merum ius GENTIVM: *l. 31. D. depoſ.* Quem iure GENTIVM dare oportet: *l. 84. §. vlt. D. de reg. iur.* Vid. plura infra *Lib. IX.* GENTIVM *conſenſum tacitum* vocat Plin. *Lib. VII. Cap. 57.*

GENTILIS, qui eiuſdem gentis eſt. Feſtus: GENTILIS *dicitur et ex eodem genere ortus, et is, qui ſimili nomine adpellatur, vt ait Cincius:* GENTILES *mihi ſunt, qui meo nomine adpellantur.* Caius *Libro III. Inſtitut.* vt eſt in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. vlt. §. II. Si nullus adgnatus ſit, eadem lex XII. Tabularum* GENTILES *ad hereditatem vocat*, ibique Caius, qui GENTILES eſſent, ait ſe primo Commentariorum expoſuiſſe. GENTILES vtique Cicero *Topic. Cap. VI.* definit, *qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui non ſunt capite deminuti.* ¶. 2. Aliquando GENTILE nomen ab *adoptiuo* ſeparatur, vt a Sueton. *in Neron. Cap. I.* ¶. 3. GENTILES ſunt ethnici, ſeu pagani. *l. 46. C. Theodoſ. de haeret. l. 20. eod. Cod. de pagan.* Papias *in Gloſſ.* GENTILES, *qui ſine lege viuunt, et necdum crediderunt, dicti, quia ſunt, vt geniti fuerunt, id eſt, ſub peccata, idolis ſeruientes, qui Graece ethnici nominantur.* ¶. 4. [GENTILES etiam ſunt, qui Romanis militant, in eorum leges recepti: *l. 62. C. Theod. de adpellat. l. 1. C. eod. de nupt. gentil.* quos textus male de profano cultui deditis interpretatus eſt Briſſonius. Similis notio vocabuli eſt in *l. 1. C. Theod. de terr. limitan. Lib. VII. tit. 50. l. 5. eod. C. de legat. Lib. XII. tit. 12.*]

GENTILITAS, gentilium inter ſe coniunctio. Varro *Lib. VII. de lingu. Lat. Vt in hominibus quaedam ſunt cognationes et* GENTILITATES, *ſic in verbis. Vt enim ab Aemilio homines orti Aemilii ac gentiles: ſic ab Aemilii nomine declinatae voces in* GENTILITATE *nominantur.*

GENVINVS, A, VM. [GENVINA functio: *l. vlt. C. Theod. de ſuar. Lib. IV. tit. 4.*] GENVINVS natalis principis dies: *l. 11. l. 17. C. Theod. de proxim. comit.* GENVINA pietas, *l. 3. §. 4. D. de hom. lib. exhib.* [pro inſita et ingenita patris erga filium pietate. Alciat. *Lib. X. parerg. Cap. 20.*]

GENVS, *ſpeciei* opponitur. *l. 54. D. de verb. oblig.* [idemque eſt, quod philoſophis ſpecies, quemadmodum hanc iuriſconſulti pro indiuiduo accipiunt. *l. 3. §. 21 ſequ. D. de adquir. poſſeſſ.*] Hinc GENERI per ſpeciem derogatur: *l. 89. D. de reg. iur. l. 99. §. 5. D. de legat. III. l. 41. D. de poen.* [GENERI ſuo adnumerari, et GENVS proprium habere: *l. 55. §. 7. D. de legat. III*] Sic GENVS actionis: *l. 1. D. de condict. furt.* cauſſae: *l. 3. §. 4. D. de lib. exhib.* ferarum: *l. 62. D. de vſufr.* iudicii: *l. l. 7. §. 4. D. de except. rei iud.* miſſionum: *l. 2. D. de his, qui not. infam.* poſſeſſionum: *l. 3. §. 18. D. de adquir. poſſeſſ.* vindicationis. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 31. §. 13.* ¶. 2. Quodam GENERE, pro quadam ratione, vel quodammodo: *l. 36. D. de ſtipul. ſeru. l. 51. in fine D. de adquir. poſſeſſ. l. 44. D. de adqu. rer. dom.* Quinctilian. *in milite Mariano: Quum totum bellum quodam* GENERE *ad peditem veniſſet.* Sic GENERE quodammodo: *l. 10. D. pro emt.* eo GENERE, id eſt, eo modo, vel ea ratione: *l. 23. D. de vſurp.* Quo GENERE, id eſt, quo modo: *l. 17. C. de poſtlim. reuerſ.* alio quouis GENERE: *l. 47. §. vlt. D. de pecul.* Quaſi GENVS locati et conducti: *l. 1. §. 9. D. depoſ.* Omni GENERE manumiſſus: *l. vlt. D. de manumiſſ.* Meretricio quodam GENERE: *l. 29. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* Velut GENVS quoddam permutationis: *l. 25. § 11. D. de heredit. petit.* [Quaeſtores a GENERE quaerendi dicti. *l. vn. §. 1. D. de offic. Quaeſt.*] ¶. 3. GENVS, vnde ortum, ſeu originem ducimus: *l. 1. D de probat.* Quae non a patre, ſed GENERE tribuuntur: *l. 3. D. de interd. et releg.* GENERI poſteriſque datae immunitates: *l. 1. §. 1. D. de iur. immunit.* Sic GENVS hominum: *l. 3. D. naut. caup. ſtab. l. 43. §. 1. D. de Aedil edict.* GENVS humanum. *l. 1. D. de adquir. rer. dom.* Quamuis hae loquutiones multo commodius et ad primam huius vocabuli notionem referri poſſint. HEIN.

GEO.

GEOMETRA, *l. 22. D. de excuſ. l. 2. C. de excuſ. artific.* Seneca *Epiſt. LXXXVIII. Metiri me* GEOMETRES *docet latifundia.* Et alio eiuſdem epiſtolae loco; *Sapiens cauſſas naturalium et quaerit, et nouit: quorum numeros menſuraſque* GEOMETRES *perſequitur, et ſupputat.*

[GEOMETRIA. Eam artem diſcere et exercere, publice intereſt. *l. 2. C. de maleſ. et mathemat.*]

GER.

GERERE, facere ſignificat. Inter ea-

Digitized by Google

ſtvm tamen et *factum* ſubtilis quaedam differentia ſtatuitur. *l. 19. in fine D. de verb. ſignif. l. 2. D. de curat. bonis dand.* Ea vero neglecta, GESTVM et factum pro eodem ponimus: *l. 58. D. de verb. ſignif.* Et ita latiſſime accipitur in *l. 2. §. 1. D. ad municipal.* In Edicto *de minoribus, ſeu quod cum minore quam XXV. annorum* GESTVM *erit*, Vlpianus ſic interpretatur, vt GESTVM accipiatur qualiter qualiter, ſiue contractus ſit, ſiue quid aliud contigerit, ſiue emerit, ſiue vendiderit, ſiue ſocietatem coierit, ſiue ſoluta ei pecunia, et eam perdiderit: *l. 7. D. de minor.* ad cuius legis quaeſtionem et *d. legem 19.* pertinuiſſe, inſcriptionum ſimilitudo docet. Sed et hac parte Edicti, *quae fraudationis cauſſa* GESTA *erunt*, quaecumque in fraudem creditorum fecerit quis, continentur, ſiue alienauerit de ſuo, ſiue liberationem creditoribus praeſtiterit: *l. 1. D. quae in fraud. credit.* GESTA que accipimus non ſolum ea, quae contrahens geſſerit, verum etiamſi forte data opera ad iudicium non adfuit, vel litem mori paſſus eſt, vel a debitore, vt tempore non liberaretur, non petiit, vel vſumfructum, aut ſeruitutem, amiſit, et omnino, qui aliquid fecit, vt deſinat habere, quod habet, ad Edictum pertinet. *l. 3. §. 1. D. quae in fraud. credit.* Atque ex his planum fit, verbum GESSERVNT ad teſtandi ius non pertinere. *l. 20. D. de verb. ſignif.* ¶. 2. GERERE interdum ſignificat adminiſtrare. Vt GERERE actum: *l. 6. §. 5. D. de iniuſt. rupt. irr.* adminiſtrationem: *l. 34. D. de liber. cauſſ.* bona: *l. 23. D. de pecul. leg.* curam: *l. 1. §. 6. D. de poſtul. l. 6. C. de hered. act. l. 26. D. de liberat. leg. l. 1. D. et alias ſaepe D. de adminiſtr. et peric. tut.* duumuiratum: *l. 1. D. de alb. ſcrib. l. 17. C. Theod. de Epiſc. et cler.* honores: *l. 11. C. de lib. cauſſ.* GERENDORVM honorum facultas: *l. 14. §. 5. D. de muner. et hon.* primordium: *l. 1. D de offic. quaeſtor.* magiſtratum: *l. 1. §. 5. D. de poſtul. l. 9. D. de his, qui ſui vel al. iur. l. 2. D. de reg. iur. l. 15. D. ad leg. Iul. de adult. l. 7. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* negotia: *tot. tit. D. de neg. geſt.* officium: *l. 57. et l. 65. D. de rit. nupt. l. 46. §. 7. D. de iur. fiſc.* patrimonium: *l. 6. C. ad SC. Velleian.* poteſtatem: *l. 1. D. de offic. praef. praet.* praefecturam: *l. 41. D. de excuſ.* prouincias. *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* rationem: *l. 13. §. 2. D. de manumiſſ. teſt. l. 9. D. de liberat. leg. l. 13. §. 2. D. de ſtatulib. l. 41. §. 7. D. de fideic. libert.* rationes: *l. 52. §. 1. D. famil. erciſc. l. 4. C. de teſtam. manumiſſ.* rationem actus: *l. 41. §. 13. D. de fideic. lib.* rem diligenter: *l. 1. D. de offic. procur. Caeſ.* rempublicam: *l. 11. de vſur.* res domini: *l. 5. §. vlt. D. de in rem verſ.* patroni: *l. 101. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* pupilli: *l. 2. C. de adminiſtr. tut.* tutelam. *l. 26. D. de liberat. leg. tit. D. et C. de adm. tut.* GESSISSE autem videtur tutor omnino, ſi quid pupillare attigit, etiam modicum: *l. 5. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* GESSISSE quoque intelligitur, qui per alium tutelam geſſit, quique alii gerendam eam mandauit, nec non, qui ſatis a contutore accepit, rem ſaluam pupillo futuram, eique permiſit adminiſtrationem totius tutelae. *d. l. 5. §. 3. l. 56. D. eod. tit.* ¶. 2. GERERE ſe bene: *l. 18. D. de fideic. libert.* pro herede: *l. 26. D. de leg. Corn. de falſ.* vel GERERE pro herede: *l. 14. §. 8. D. de religioſ. l. 2. pr. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* quod vt fiat, explicant Iuſtinianus, *§. 7. Inſt. de hered. qual. et diff.* et Papinianus, *l. 20. D. de adquir. vel omitt. hered.* itemque Vlpianus, *Regul. tit. XXII. §. 26.* Vetus Gloſſarium: GERERE *pro herede*, ὁ νομίζων ἑαυτὸν εἶναι κληρονόμον, *qui ſe ipſum ſtatuit heredem eſſe. Alias:* ὡς κληρονόμος διοικεῖν καὶ δεσπόζειν *qui vt heres adminiſtrat, et diſponit.* Vid. plura *Lib. ſequ. in* HERES, et *pro* HEREDE *gerere.* GERERE ſe impotenter: *l. 9. §. vlt. D. de offic. proconſ.* pro libero: *l. 10. l. 11. D. de liber. cauſſ. l. 15. §. 1. D. de vſurp. et vſucap. l. 19. D. de ſolut.* pro milite: *l. 27. §. vlt. D. de lege Corn. de falſ.* negligenter: *l. vlt. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pertin.* ſeditioſe. *l. 28. §. 3. D. de poen.*

¶. 3. GERERE, etiam contrahere ſignificat. GERERE contractum: *l. 15. C. de donat. int. vir. et ux.* negotium, id eſt, contrahere: *l. 2. D. de oblig. et act.* [*l. vn. C. Theod. de ſent. paſſ. Lib. IX. tit. 43.*] *l. 11. D. de auct. et conſ. tut.* inuicem: *l. 17. §. 3. D. commod.* actu quodam ad comparandam obligationem interpoſito: *l. 33. D. de condict. indeb.* bona fide: *l. 34. D. de procurat.* principaliter. *l. 4. D. de his, qui not. infam.* erroribus GESTAE res: *l. 6. §. 1. D. de offic. praeſ.* GESTAE rei fides: *l. 11. D. de teſtib.* teſtimonium: *l. 11. C. de probat.* Quum ex tabulis res GESTA declaretur: *l. vlt. D. de his, quae in teſtam. delent.* ex negotio GESTO, hoc eſt, ex contractu vel quaſi: *l. 1. §. 8. D. de his, qui effud. vel deiec. l. vlt. D. de aleator.* negotium ciuile: *l. 1. D. de aeſtimator.* Qui mortis cauſſa donat, qua parte ſe cogitat, negotium GERIT: *l. 35. §. 3. D. de mort. cauſſ. donat.* GERERE negotium venditionis. *l. 31. D. de pact.* ¶ 4. GERERE, id eſt, exercere. GERERE ſollicitudinem. *l. 5. C. de codicill. l. 4. C. ad SC. Trebell.* ¶. 5. GERERE, ferre. Qui telum tutandae ſalutis ſuae cauſſa GERVNT. *l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.*

GERITIO, id eſt, geſtio pro herede. *l. 14. §. 8. D. de religioſ.* Cuius vocabuli nuſquam alibi vel vola vel veſtigium exſtat. Immo quum GESTIO iuriſconſultis fuerit familiariſſimum et τεχνικὸν vocabulum: vix probabile eſt, Vlpianum ſine neceſſitate barbare loqui voluiſſe. Malim itaque reſcribere *geſtio*, maxime quum inter r et s in codicibus MSSC. perparum differentiae ſit. HEIN.

GERMANIA inferior: *l. vlt. D. de cenſ.* trans Rhenum. *l. 11. D. de euict.*

GERMANICVS Caeſar, cuius Edicta memorantur. *l. 4. §. 13. D. de re milit.* Eodem cognomine vtitur Iuſtinianus *pr. Inſt. proem.* vbi videndi interpretes.

GERMANVS, pro Germaniae incola. Ab hoſtibus captus, vt puta a GERMANIS: *l. 24. D. de capt. et poſtlim.* Bello victis GERMANIS. *l. 27. D. eod. tit.*

GERMANVS, A, VM. pro fratre vel ſorore, ex vtroque parente noſtro natis. Vet. Gloſſ. GERMANI *fratres*, ἀδελφοὶ λέγονται, οἱ ἐξ ἑνὸς πατρὸς, καὶ ἐκ μιᾶς μητρὸς γεννηθέντες. *Fratres*

GER. GES.

tres ex vno eodemque patre, eademque matre progniti dicuntur. [Alias ἀδελφοὶ ὁμογνήσιοι, vel ὁμοθαλεῖς.] ¶. 2. Seruius tamen *in Aeneid. Lib. V. v.* 412. GERMANVS inquit, *eſt ſecundum Varronem in libris de gradibus, de eadem genitrice manans, non, vt multi dicunt, de eodem germine. Secundum quem bene nunc Erycem, Butae et Veneris filium, Aeneae dicit eſſe* GERMANVM. [Hinc Latinis ſcriptoribus fratres non ſolum vterinos, ſed et adoptiuos, aliquando GERMANOS dici, obſeruat Rutgerſ. *Lib. I. Var. Lect. Cap. 9. p. 41.*]

GERONTOCOMIVM, domus, in qua ſenes decrepiti aluntur curanturque. *l. 16. l. 18. C. de ſacroſ. eccleſ.* HEIN.

GES.

GESTA, pro actis iudiciariis, *l. vlt. C. de re indic.* [*l. vn. §. 2. C. de ſuffrag.*] et apud Auguſtin. tum *Libro III. contra Creſcon.* tum in *Breuiculo collat. contra Donatiſt.* Vetus Gloſſarium GESTA reddidit ὑπομνήματα. GESTORVM *teſtificatio. l. 1. C. de ſatisd.*

GESTARE. GESTARI dicebantur veteres, quum ſuccollantibus ſeruis, valetudinis voluptatisue cauſſa, ſella vehebantur. *l. 12. §. 11. D. de vſu et habit. l. 7. D. de manum. vind.* Inde GESTANDI ſeruitus: *l. 14. §. vlt. D. de alim. vel cibar. leg.* GESTANDI cauſſa commodatus equus. *§. 6. Inſt. de oblig. quae ex delict.*

GESTATIO, quae fit valetudinis cauſſa, inter arbores non fructiferas, quae locum patulis diffuſae ramis inumbrabant. Vlpianus *l. 13. §. 4. D. de vſufr. Si forte voluptarium fuerit praedium, viridaria, vel* GESTATIONES, *vel deambulationes, arboribus infructuoſis opacas atque amoenas, habens.* Paullus *l. 16. §. 1. D. quod vi aut clam. Si quis vi aut clam arbores non frugiferas ceciderit, veluti cupreſſos: domino duntaxat competit interdictum. Sed ſi amoenitas quaedam ex his arboribus praeſtetur: poteſt dici et fructuarii intereſſe, propter voluptatem et* GESTATIONEM. Sed et a Plinio *Lib. II. Epiſt. 17.* GESTATIO memoratur, *quae buxo, aut roremarino, vbi deficiebat buxus, ambiebatur.* De hac GESTATIONE Plinius *Lib. XXVII. Cap. 3. Quinque res maxime communium auxiliorum profeſſus, abſtinentiam cibi, fricationem corporis, ambulationem,* GESTATIONEM. Seneca *de breuitate vitae: Ne illos quidem inter otioſos numeraueris, qui ſella ſe et lectica huc illuc ferunt, et ad* GESTATIONVM *ſuarum, quaſi deſerere illas non liceat, horas occurrunt.* Quod exercitationis genus exagitat etiam *Epiſt. LV.* his verbis: A GESTATIONE *cum maxime venio non minus fatigatus, quam ſi tantum ambulaſſem, quantum ſedi. Labor enim eſt diu ferri, ac neſcio, an eo maior, quia contra naturam eſt, quae pedes dedit, vt per nos ambularemus, oculos, vt per nos videremus. Debilitatem nobis induxere deliciae.* Idem tamen *Epiſt. XV.* eius GESTATIONIS commoda haec adfert: GESTATIO *et corpus concutit, et ſtudio non officit: poſſis legere, poſſis dictare, poſſis loqui, poſſis audire.* Plin. *Lib. I. Epiſt. 3. Quid agit illa mollis, et tamen ſolida* GESTATIO? [Add. Pancirol. *Var. Lect. Lib. I. Cap. 55.*]

GESTICVLARI. Inſtituuntur venatores, aut pyrricharii, aut in aliam quam voluptatem GESTICVLANDI, vel aliter ſe mouendi gratia. *l. 8. §. 11. D. de poen.* Loquitur ibi Vlpianus de hominibus ad beſtias vel in ludum venatorium damnatis. Nam eo inhumanitatis prolapſi fuerant Romani, vt miſeros hos, ante lanienam purpura auroque veſtitos coronatoſque, pyrrichiam in amphiteatro ſaltare cogerent, variiſque geſticulationibus populum oblectare docerent. Plutarch. *de ſera num. vindict. p. 554. Tomo II. Op.* Ἀλλ' οὐδὲν ἔνιοι διαφέρουσι παιδαρίων, ἃ τοὺς κακούργους ἐν τοῖς θεάτροις θεώμενα, πολλάκις ἐν χιτῶσι διαχρύσοις καὶ χλαμυδίοις ἁλουργοῖς ἐστεφανωμένους καὶ πυῤῥιχίζοντας θαυμάζει, καὶ τέθηπεν ὡς μακαρίους, ἄχρις οὗ κεντούμενοι, καὶ μαστιγούμενοι, καὶ πῦρ ἀνιέντες ἐκ τῆς ἀνθινῆς ἐκείνης καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ὀφθῶσιν. *Sed multos inuenias homines, nihil a puerulis differentes, saepenumero, dum maleficos in theatris ſpectant in veſtibus auro praetextis et purpureis pyrrichiam ſaltantes, coronatos, ſtupentibus, hominesque tamquam beatos admirantibus, tantiſper, dum compungi eos, et flagellari, et e pretioſis iſtis veſtibus ignem exire vident.* Aliquando integras fabulas exhibebant miſerrimi, ceu docent epigrammata Martialis de ſpectaculis, vbi arenarios repraeſentaſſe obſeruabis congreſſum tauri cum Paſiphaë: *Epigramm. V.* Promethei ſupplicium: *Epigr. VII.* Daedali volatum: *Epigramm. VIII.* Herculis raptum in coelum: *Epigr. XVI.* Orphea diſcerptum. *Epigr. XXI.* En GESTICVLATIONES, de quibus *d. l. 8. §. 11.* Vlpianus, quas ad mimos et pantomimos perperam refert Iac. Durantis Caſel. *Variar. Lib. I. Cap. 12.* HEIN.

GESTOR negotiorum: *l. vlt. D. de re iud. l. 24. D. de adpellat.* qui citra mandatum alienum negotium ſponte gerit. *l. 20. C. de neg. geſt.*

GESTVS, VS, pro geſtione, vel adminiſtratione. *l. 3. §. 9. D. de ſuſp. tut. l. 6. §. 10. D. de negot. geſt. l. 5. §. 2. l. 23. D. de adminiſtr. et peric. tut.* GESTVS tutelae: *l. 5. §. 1. l. 23. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 4. §. 1. D. de ſolut.* Ex communi GESTV condemnatus vnus e tutoribus. *l. 1. §. 13. D. de tutel. et rat. diſtr.*

GIB.

GIBBEROSVS, *l. 3. D. de Aedil. edict.* qui gibbo, ſeu gibbere, id eſt, tumore quodam carneo laborant. Non. Marcell. GIBBERVM pro exſtanti et eminenti poſitum, cenſet a Varrone *in Eumenidibus*, his verbis: *Item tragici prodeunt capite* GIBBERO. Papias: GIBBVS, *tumor in dorſo, ſtruma in pectore.*

GIG.

[GIGNERE. Quicumque mihi filius GENITVS fuerit. *§. 1. Inſt. de exher. liber.*]

GIL.

GILDO. Eius fit mentio *l. 19. C. Theod. de poen.* et apud Claudian. *toto libro de bello Gildonico,*

ſo. nec non apud Oroſ. *Lib. vlt. Cap. 36.* De quo *Hiſtoriae miſcellae Auctor Lib. XIII. Cap. 22. ſequ.* GILDO, *comes Africae, cognita Theodoſii morte, arbitratus, minimam in paruulis ſpem fore, Africam iure proprio coepit vſurpare.* Quem poſtea a fratre Maſcezile fugatum, et in Africa ſtrangulatum interiiſſe, narrat. Eius poſſeſſiones ad aerarium deuolutas, oſtendit *l. 16. l. 19. C. Theod. de bon. proſcript.*

GILDONIACVS, A, VM. GILDONIACVM *patrimonium*, id eſt, Gildonis bona in fiſcum redacta, quae ſub cura proprii Comitis habita, *Notitia Imp.* teſtatur, qua parte de comite rerum priuatarum, cui comes ille ſuberat, agit.

GLA.

GLADIATOR, *l. 3. D. de lib. et poſtum.* eſt is, vt Quinctilian. *Declam. CCCLXII.* definit, *qui in arena, populo ſpectante, pugnauit.* Cuiusmodi ſpectacula ſuſtulit Conſtantinus M. *l. vn. C. de gladiat. Lib. X.* Niceph. *Lib. VII. Cap. 46.* Plane in *l. vlt. D. de iur. immun.* GLADIATORES pro gladiorum fabricatoribus accipiendos, quibusdam placet.

GLADIATORIVS, A, VM. GLADIATORIVS ludus. *l. 1. C. Theod. ad leg. Fab.*

GLADIVS. GLADIO animaduerti. *l. 8. §. 1. D. de poen.* ex qua diſcimus, aliud eſſe, GLADIO, aliud *ſecuri*, animaduerti, vel *telo*, vel fuſti. Vnde apud Spartian. *Cap. IV.* Antoninus Caracallus ei, qui ſecuri percuſſerat Papinianum: GLADIO, ait, *te meum iuſſum exſequi oportuit.* ¶. 2. Ad GLADIVM damnari dicuntur, qui ad ludum gladiatorium damnantur, *l. 25. §. 3. D. de adquir. vel omitt. her. l. 6. §. 6. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. l. 1. pr. D. de abig.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 17. §. 3.* et in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 2. et 6.* Iul. Capitolin. *in Macrin. Cap. XII. Seruos, qui a dominis fugiſſent, repertos ad* GLADIVM *ludi deputabat.* Dixerit aliquis, ad GLADIVM ergo damnari, et *ad ferrum*, vel *ad ludum gladiatorium*, idem valent: cui ſententiae adſtipulari videtur Tertullian. *de Spectacul. Cap. XIX. Certe quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, vt publicae voluptatis hoſtiae fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale eſt, vt de leniore delicto in homicidas emendatione proficiant.* Verum errorem hunc a mentibus, velut caliginem ab oculis, depellit Vlpianus *Libro VIII. de offic. Proconſ.* ex quo in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XI. §. 7.* verba haec adferuntur: *Reſcriptum D. Hadriani ſic loquitur, quaſi grauior poena ſit metalli, niſi forte hoc ſenſit D. Hadrianus,* GLADII *poenam dicendo ludi damnationem. Eſt autem differentia inter eos, qui ad* GLADIVM, *et qui ad ludum damnantur. Nam ad* GLADIVM *damnati confeſtim conſumuntur, vel certe intra annum debent conſumi. Hoc enim mandatis continetur. Enimuero, qui in ludum damnantur, non vtique conſumuntur, ſed etiam pileari, et rudem accipere poſſunt poſt interuallum.* Eodem autem ſenſu, quo *ad* GLADIVM *damnari*, etiam ad GLADIVM *locare* dixit Seneca *Epiſt. LXXXVII.* et Tertull. *ad Martyr. Cap. V.* et ad GLADIVM *homines comparare*, Lactant. *Lib. VI. Inſt. diuin. Cap. 12.* Et ita quoque GLADII *poenam* accipere debemus in *l. 1. pr. D de abigeis.* ¶. 3. GLADIO puniri: *l. 30. in fin. C. de adult.* vltore GLADIO armantur iura: *l. 31. C. eod. tit.* B. Auguſtin. *Lib. VI. contra Iulian. Propter quam Calligonum, Valentiniani iunioris eunuchum,* GLADIO *nouimus vltore punitum:* Imperatores in *l. 5. C. de maleſ. et mathem. Feriatur ſupplicio capitis,* GLADIO *vltore proſtratus.* D. Ambroſ. *Lib. V. Epiſtol. in orat. contra Auxent. Iubentur reſiſtentes* GLADIO *feriri.* Prudent. περὶ στεφ. *in hymno Eulal. virg. Aut* GLADIO *ferire caput.* GLADII poena. *Nou. Theod. et Valentin. de ambitu et loc. limit.* ¶. 4. GLADII poteſtas, ab aliis coercitionibus ſeparatur: *l. 6. D. de offic. proconſ.* ex qua detracta eſt *l. 70. D. de reg. iur.* Eſt autem GLADII poteſtas ius animaduertendi gladio in facinoroſos homines: *l. 3. D. de iuriſd.* Iul. Capitolin. *in Gordian. VII. A ſenatu datus eſt legatus cum* GLADII *poteſtate.* Et ita GLADII *ius* accipio in *l. 6. §. 8. D. de offic. praeſ.* in qua GLADII ius omnes prouinciarum rectores habere, ſcribitur, quos tamen deportandi ius non habuiſſe, conſtat. *l. 6. D. de interd. et relegat.* Sic accipe et in *l. 1. C. Theod. ne ſine iuſſ. princ. l. 74. eod. Cod. de decurion.* Iul. Firmic. Matern. *Lib. III. Mathem. Cap. 5. Et in magnis adminiſtrationibus iuris* GLADII *decernit poteſtatem.* D. Auguſtin. *Epiſt. LXI. ad Dulcidium, Tribunum; Nec enim* GLADII *ius in eos accepiſti.* Lamprid. *in Alexandr. Cap. XLIX. Honores iuris* GLADII *numquam vendi paſſus eſt.* Sulpic. Seu. *de B. Martini vita Lib. III. Illa praecipua cura erat, ne tribuni cum iure* GLADII *ad Hiſpanias mitterentur.* In hoc verbo Iulianus Imp. ludebat. Nam, vt Rufinus *Lib. I. Hiſt. eccl. Cap. I.* narrat, procurationem prouinciarum iurisque dicundi Chriſtianis ſtatuit non debere committi, vtpote quibus etiam lex propria GLADIO vti vetuiſſet. Hinc GLADII *praeſidum*, apud Lactant. *Lib. V. Inſtit. diuin. Cap. 8. et 14.* et Philoſtrat. *Lib. I. de vit. ſophiſt. Cap. XXV. ſect. 2. p. 532.* Δοκεῖ γὰρ δεῖσθαι αὐτοὺς ξίφος ἔχοντος. *Iudice autem haec opus habere, cui* GLADII *ſit poteſtas.* Quo pertinet etiam, quod Syneſius *in Epiſtolis* ait: Ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος, οὐχ ἧττον, ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα πόλεως καθαρτήριον. *Publicus enim* GLADIVS *non minus vrbium purgamentum eſt, quam lauacra in templorum atriis.* ¶. 2. GLADII inter arma ſunt: *l. 41. D. de verb. ſignif. l. 3. §. 2. D. de vi et vi armat.* Si miles GLADIVM alienauerit, deſertori ſimilis eſt: *l. 14. §. vlt. D. de re milit.* Si quis GLADIVM ſtrinxerit, et in eo percuſſerit: *l. 1. §. 3. D. ad leg. Corn. de ſicar.* GLADIO abigere: *l. 1. §. 2. D. de abig.* vulnerare, *l. 6. §. 6. D. de re milit.*

GLANS. GLANDIS adpellatione, ait Caius, omnis fructus continetur. *l. 236. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Quod pertinet, vt inſcriptio indicat, ad interpretationem legis XII. Tabularum, qua cautum fuerat, vt GLANDEM, in alienum fundum procidentem, liceret colligere. Plin. *Lib. XVI. Cap. 5.* Eodemque modo Edicto *de* GLANDE *legenda* GLANDIS nomine omnes fructus continentur. *l. vn. D. de gland. leg.* ¶. 2. Ceterum GLANDEM, quae proprie intelligitur, arbores

bores

Digitized by Google

bores quinque ferunt, quemadmodum Plinius *Lib. XVI. Cap. 6.* tradit, videlicet *robur*, *quercus*, *eſculus*, *cerrus*, *ilex*, *ſuber*, quas *arbores* GLANDIFERAS idem vocat, quibus honorem apud Romanos perpetuum fuiſſe, eiusdem libri *Cap. III.* refert. Omnium vero dulciſſima *fagi*, vt idem ait, *eiusdem libri Capite V*. Genera ergo GLANDIS haec ſunt, *fagea*, ſicut Plinius loquitur, *querna*, vt idem, ſeu *quernea*, vt Columella *Lib. I. Cap. 5.* *iligna*, vt Horat. *Lib. II. Serm. ſat. 4.* et Plin. *ibid.* et *cerrea*, vt idem Plinius. ¶. 3. Notandae loquutiones: GLANS *caduca*, quae ex arbore cecidit: *l. 30. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Si GLANS ex arbore in meum fundum cadat, eamque ego immiſſo pecore depaſcam: *l. 14. §. vlt. D. de praeſcript. verb.* GLANS ex arbore tua in fundum meum incidit: eam ego immiſſo pecore depaſco: *l. 9. §. 1. D. ad exhib.* GLANS, quae in arboribus fuiſſet, tempore, quum hae caederentur, et quaecumque GLANS ex his arboribus, quae caeſae non eſſent, cecidiſſet. *l. 80. §. 2. D. de contrah. emt.*

GLAREA. Hanc Palaemon *in Gloſſ.* explicat *lapillos paruos, arenae maris mixtos.* Papiae GLAREA *ſunt minutiſſimi lapides, quos aqua fluuialis ſecum trahit.* Lapides vtique minutos, et GLAREAM, ſeparat Columella *Lib. II. Cap. 2.* Si GLAREA iniecta ſit agro: *l. 11. §. vlt. D. aqu. et aqu. pluu. arc.* In terrenam viam GLAREAM iniicere: *l. 1. §. vlt. D. de via publ.* GLAREA iniecta. Cic. *Lib. II. ad Quint. fratr. Epiſt. 1.* GLAREOSA, et ſabuloſa arua, coniungit Columella *Lib. II. Cap. 10.*

GLAVCINA, in vnguentis numerantur. *l. 21. §. 1. D. de aur. arg. leg.* Quod an rectum ſit, dubito. γλεύκινον nempe ἔλαιον quid ſit, ſcio: γλαύκινον quid ſit, neſcio, et praeter γλαυκίου, id eſt, herbae, quae ad Hierapolin Syriae naſcitur, ſuccum, cuius vim Dioſcorides *Lib. III. Cap. 84.* et Galenus *Lib. VI. Simplic. medicamentorum* litteris prodiderunt, nihil in veterum libris de GLAVCINO inuenio. At de GLEVCINO non pauca. Conſtat enim, vnguentum id eſſe, quod ex omphacino oleo, iunco odorato, calamo, celtica nardo, ſpatha, aſpalatho, ſertula Campana, coſto et muſto conficitur: circumdatis interim vinaceis vaſi, quod aromata, vinum, et oleum conceperat, quemadmodum Dioſcorid. *Lib. I. Cap. 56.* tradit. Quae quidem de GLEVCINO ſimplici medici accipiunt. Alias enim eſſe huius vnguenti compoſitiones, quae longe pluribus conſtant ſimplicibus odoramentis, Columella *Lib. XIII. Cap. 50.* oſtendit. Nomen autem huic vnguento inde eſt, quod ei γλεῦκος, id eſt, muſtum incoquatur. Vnde γλεύκινον, id eſt, muſteum vnguentum adpellatur, quod inter genera olei factitii ponitur a Plinio *Lib. XV. Cap. 7.* his verbis: GLEVCINO *muſtum incoquitur vapore lento, ab aliis ſine igne, circumdatis vinaceis, diebus XXII. bis ſingulis permiſtum, conſumiturque muſtum oleo.*

GLAVTOTYCHE, ancilla. *l. 31. §. 1. D. de legat. III.*

GLE.

GLEBA, ſignificat terrae partes. Sic GLEBAE agri: *l. 13. D. de ſeruit. praed. ruſt.* omnes GLEBAS fundi circumambulare. *l. 3. D. de adquir. poſſeſſ.* ¶. 2. GLEBA et fundum priuatum ſignificat. *l. 72. C. Theod. de decur. l. 17. eod. Cod. de praetor.* Cuiusmodi priuatorum poſſeſſionibus GLEBALIS indicta erat collatio, ad quam referenda ſunt haec verba: Municipem pro GLEBA propria conuenire: *l. 86. C. Theod. de decurion.* Plane Imperatores Theodoſius et Valentinianus Numidis, Mauris, Sitifatibus, publica clade vexatis, ita ſubuenerunt, vt, detractis ſeptem partibus octauam tam priuatae, quam emphyteuticae glebae poſſeſſor adgnoſceret. *Nouell. Theod. et Valentin. de tribut. fiſcal.* Atque ita accipiendae loquutiones: GLEBAE conlatio: *l. vlt. C. Theod. de medic. et profeſſ.* deſcriptio: *l. 16. C. Theod. eod. tit.* penſio: *l. 4. C. Theod. de indulg. debit.* poſſeſſio: *l. 12. C. Theod. de ann. tribut.* GLEBAM vtique fuiſſe munus patrimoniorum, non perſonarum, definit *l. 10. tit. II. Libr. VI. Cod. Theod.* Eam Syneſius *in Epiſtolis* βῶλον vocat. βῶλος autem, interprete Heſychio, eſt γῆ. ¶. 3 GLEBA, *l. vlt. C. de praet. Lib. XII.* et ſenatoria GLEBA, *l. 3 C. Th. de praed. ſenat.* et apud Symmach. *Lib. IV. Var. Cap. 62.* eſt aurarius canon, ſeu auraria pro ſenatoriis poſſeſſionibus collatio. Annua enim auri penſitatione, pro modo poſſeſſionum, defungi ſenatores, ſtatuit Conſtantinus, vt auctor eſt Zoſimus *Lib. II. Cap. XXXIX.* qui hoc praeterea addit, huic functioni hinc nomen *follis* impoſitum. Inde *ſenatorius follis* in *Nouell. Marciani de indulg. reliquor.* Folles vtique hoc nomine a ſenatoribus, aut, ſi res et cenſus anguſtior illis eſſet; ſeptenos ſolidos illatos, docet *l. 4. Tit. II. Lib. VI. Cod. Theod.*

GLEBALIS, E. GLEBALIS conlatio: *l. 3. l. 13 tit. II. Lib. VI. Cod. Theod.* auri conlatio. *l. 11. Tit. II. Lib. VI.* deſcriptio *l. 1. D. de decurion. et ſilentiar.* functio: *l. 8. tit. II. Lib. VI.* neceſſitas: *l. 1. tit. II. Lib. VI.* GLEBALE onus: *l. 4. C. Theod de decur. et ſilent.* praeſtatio: *l. 2. C. Theod. de aur. coron.* ſolutio. *l. 14. C. Theod. de proxim. ſacr.*

GLEBATIO, idem, ac glebale onus. *l. 2. C. Theod. de aur. coron.*

GLI.

GLICIA lex, nobis ex inſcriptione *l. 4. D. de inoffic. teſt.* nota eſt, at ex *indice Piſano*, quo Caium ad hanc legem librum ſingularem ſcripſiſſe, continetur. Quamuis hanc legem GLICIAM maximi fecerit Cuiac. *Lib. II. Obſ. 21.* quippe ex qua querelam inofficioſi teſtamenti profectam, exiſtimauit: non tamen tam liquida eſt illa inſcriptio *d. l. 4.* vt illa tuto nitaris. Nam in aliis exemplaribus pro *Caio* legitur *Gallus*, in aliis *Maximus*: et pro *Glicia* lege alii codices habent *Licia*, alii *Leutica*, alii *Lentica*, alii *Falcidia.* Vid. Corn. van Bynkersh. *Lib. II. Obſ. Cap. 12.* Dubitare etiam licet, an haec lex, ſi ab aliquo ſiue *Glycio*, ſiue *Glicio*, nomen tuliſſet, non potius *Gliciana*, quam *Glicia*, dicenda fuiſſet, vti *Gracchana* a *Graccho*, aliaeque, quae non a gentili legislatoris nomine, ſed ab eiusdem cognomine denominantur. Denique ſatis hodie conſtat inter

omnes,

omnes, querelam illam inofficioſi teſtamenti nec ex GLICIA, nec ex vlla alia lege, ſed ex interpretatione iura conſtituentium, promanaſſe. Vid laudatiſſimus van Bynkersh. *Obſ. Lib. II. Cap. 12. p. 152. ſequ.* HEIN.

GLO

GLORIA, ait Seneca *Epiſt. CII. multorum iudiciis conſtat; claritas bonorum.* Vnde idem *Epiſt. CXXIII.* GLORIAM *vanum et volatile quiddam eſſe*, ait, *auraque mobilius.* GLORIAE cauſſa, et virtutis, certari in certaminibus, ait *l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquill.* GLORIAE cupiditate: *l. 2. C. de his, qui ſponte mun. Lib. X.* GLORIAM reportaturus: *l. 24. C. ad leg. Iul. peculat.* Per GLORIAM in perpetuum viuere intelliguntur, qui in acie ceciderunt. *§. 1. Inſt. de excuſ. tutor.*

GLORIOSVS, A, VM, gloria dignum. [GLORIOSA adoleſcentia, pro ea, quae liberalibus ſtudiia ad gloriam graſſatur: *l. vlt. C. Theod. de ſtud. liberal. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 9.* GLORIOSISSIMAE vulnerum cicatrices: in militе. *l. 12. C. Theod. de veteran. Lib. VII. tit. 20.*]

¶. 2. GLORIOSI vocantur magiſtri militum, apud D. Gregor. *Lib. IV. Epiſt. 31. Lib. VII. Epiſt. 13. Lib. VIII. Epiſt. 48.* ex patricio, *Lib. VII. Epiſt. 1.* item Praefecti vrbi: *Lib. VIII. Epiſt. 7. et 8.*

¶. 3. GLORIOSISSIMI *viri* titulus tribuitur Triboniano. *l. vlt. C. de lib. praeterit.* et Thomae, Quaeſtori, in *Conſtit. de nouo cod. faciend.*

GLOS viri ſoror dicitur, a Graeco γάλως, *l. 4. §. 6. D. de grad. et adfin.* Feſt. Pompei. *Lib. VI.* Vetus Gloſſarium: GLOS, ἡ τȣ̃ ἀνδρὸς ἀδελφὴ, παρὰ Πλαύτῳ. Vnde ab Auſonio *in monoſyllab.* Polyxena, quae ad Achillis tumulum mactata eſt, *Andromachae* GLOS adpellatur, quod ſoror eſſet Hectoris, cui Andromache nupſerat. Non. Marcell. GLOS, ait, *adpellatur mariti ſoror, atque eadem fratris vxor.* Vnde vetus Gloſſarium: GLOS *eſt femina fratris.*

GRA.

GRACCHANVM *Iunium, libro ſeptimo de poteſtatibus* citat Vlpianus in *l. 1. D. de offic. quaeſt.* Hic eſt IVNIVS GRACCHANVS, quem a Gracchi amicitia id cognomen tuliſſe, Plinius *Lib. XXXIII. Cap. 32.* ſcriptum reliquit. Proinde apud Varronem *Lib. V. de lingu. Lat.* vbi eſt: *Nam primus a Marte, ſecundus, vt Fuluius Flaccus ſcribit, et Iunius Gracchus, a Venere*, emendandum crediderim: *Iunius* GRACCHANVS. *Iunii* nomine eumdem intelligendum, exiſtimo, apud Feſtum et Macrobium.

GRACVLVS. GRACVLORVM vis: *l. 15. §. 1. D. locat.* GRACVLOS autem inde dictos, Varro cenſebat, quod *gregatim volarent*: quae vocis huius notatio Quinctiliani notam non effugit, qui eam *Lib. I. Cap. 6.* mordet. Exſtat autem ille Varronis locus, a Quinctiliano notatus *Lib. IV. de lingu. Lat.* Mirum eſt de ipſis his GRACVLIS diſputaſſe inter ſe viros doctos, quorum ſint notiſſimi. Ipſas illas diſputationes quis in compendio legerit apud Cuiac. *Lib. XV. Obſ. Cap. 25.* et Menag. *Amoenit. iur. Cap. XXXVIII.* HEIN.

GRADATIM, per gradus, GRADATIM admitti: *l. 1. §. 10. D. vnde cogn.* conſequitur; *l. 70. D. de adquir. vel omitt. hered.* honores deferuntur: *l. 11. D. de mun. et hon.* petitur bonorum poſſeſſio: *l. 10. §. vlt. D. de diuerſ. et temp. praeſcr.* vocat Praetor liberos. *l. 1. §. 7. D. de coniung. cum emanc. lib.*

GRADILIS panis; vid. infra PANIS.

GRADVS ſcalarum, dixit Caecina apud Cicer. *Lib. VI. ad famil. Epiſt. 7.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. Duplicata*, ait, *ſcanſio* GRADVS *dicitur, quod gerit ab inferiore in ſuperiorem.*

¶. 2. GRADVS etiam eſt gradientium pedum ſpacium, ſeu alternatio. GRADVM vnum alterumue promouere. *l. 17. §. 9. D. de Aedil. edict.*

¶. 3. Eſt et menſurae genus, pedes duos et ſemiſſem continens, vt et Iſidorus ſcribit, et in fragmentis, quae libris variorum auctorum *de limitibus* ſubiecta ſunt. At apud Conſtantinum Harmenop. *Lib. II. tit. 4. §. 16.* βῆμα traditur habere πήχεις β' ἤτοι πόδας γ' παλαιστὰς ιβ'. GRADVS, *ſeu paſſus, habet cubitos duos, pedes tres, palmos duodecim.* Videatur de GRADV et Varro *Lib. VIII. de lingu. Lat.* Extra ſuum GRADVM moti ſinea dicuntur, qui loco ſuo moti ſunt. *l. vlt. D. de term. mot.* ¶. 4. GRADVS pro loco et ordine, itemque pro eo, quod maius minusue eſt. Principalis GRADVS bonitatis: *l. 11. D. de verb. obl.* GRADVS cognatorum ſex: *l. 1. §. 3. D. vnde cogn.* Legitimi, capite minuti GRADV cognatorum vocantur: *l. 5. D. eod. tit.* inferioris GRADVS cognati: *l. vlt. D. de ſucceſſ. edict.* inferiores ſeu prolixiores GRADVS cognatorum et adgnatorum: *l. 4. C. de legit. tut.* GRADVS fideicommiſſi: *l. 57. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* GRADVS generis, apud Paull *Sent. Lib. II. tit. 28. §. 2. l. 200. D. de verb. ſignif.* Ouid. *Lib. II. Faſt. v. 622.*

Poſtque tot amiſſos, quidquid de ſanguine reſtat,
Adſpicere, et generis dinumerare GRADVS.

Arnob. *Lib. II. adu. gent. p. 55. Ab Ioue et Pico, quot ſunt generis* GRADVS *vsque ad Latinum?* GRADVS *trini, vt indicat ſeries.* Donat. *in Adelph. Terent. Act V. ſcen. 8.* ad haec verba: *Eſt is cognatus proximus; Bene*, inquit, *addidit proximus. Nam multi* GRADVS, *et veluti rami ſunt propinquitatis, in adfinitate et cognatione diſpoſiti.* Vetus Gloſſarium: GRADVS, βαθμὸς συγγενείας. GRADVS autem dicti ſunt a ſimilitudine ſcalarum locorumque procliuium, quos ita ingredimur, vt a proximo ad proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, transeamus. *l. vlt. §. 10. D. de grad. et adfin.* GRADVS heredum primus et ſecundus: *l. 8. §. 1. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 3. §. 2. ſequ. D. de lib. et poſtum. l. 3. §. 2. D. de iniuſt. rupt. irrit. teſt.* Primo GRADV ſcripti heredes: *l. 23. D. quae in fraud. credit. l. 1. §. 14. D. de inſpic. ventr.* Primo GRADV ſcriptos accipere debemus omnes, qui primo loco ſcripti ſunt: *l. 2. §. 4. D de bon. poſſ. ſec. tab.* Primo GRADV heredem inſtituere: *l. 20. §. 4. D. de bon. libert.* Primo, ſecundo, tertioue

GRA-

GRADV heredem inſtituere: *l. 53. D. de hered. inſtit. l. 14. pr. et §. 1. D. de lib. et poſtum. l. 4. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 1. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* Qui tertio GRADV ſcriptus eſt: *l. 69. D. de adqu. vel omitt. hered.* Aliquo GRADV heredes inſtitui: *l. 20. §. vlt. D. de condit. Inſtit.* Duo GRADVS heredum: *l. 37. D. de hered. inſtit. l. 10. D. de legat. praeſtand.* Si plures GRADVS ſint heredum inſtitutorum: *l. 98. D. de legat. III. l. 10. D. de iure delib.* in plurium heredum GRADVS: *l. 70. D. de adquir. vel omitt. her.* inteſtati GRADVS: *l. 1. D. quis ordo in poſſeſſ.* Si plures ſint eiusdem GRADVS. *l. 2. §. 2. D. de ſuis et legit. hered.* Praeterea honorum, dignitatum, munerum GRADVS dicuntur. *l. 3. §. 15. D. de mun. et honor.* Sic commentarienſis GRADVS: *l. 2. C. ad leg. Iul. de ambit.* maiorem GRADVM dignitatis adſcendere: *l. 16. et l. vlt. C. Theod. de medic. et profeſſ.* Proinde *inferioris* GRADVS homines, et, qui *altioris dignitatis* ſunt, opponuntur: Item *antecedentis* GRADVS et *inferioris dignitatis*: *l. 49. D. de rit. nupt.* In *honore* poſiti, et ii, qui in *ſecundo* GRADV ſunt, aduerſantur: *l. 16. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Summus, honeſte ad honores per GRADVS pertinentes facti: *l. 45. D. de negot. geſt.* Inferioris GRADVS adgnatus: *l. 1. §. 2. D. de legit. tut.* GRADVS liberorum et parentum: *l. 1. §. vlt. D. de legat. praeſt.* Primum GRADVM liberorum obtinent filius filia: inferiorem nepos, neptis, pronepos, proneptis, et ceteri deinceps: *l. 2. D. de adopt.* propioris GRADVS liberi, per quos id priuilegium ad vlteriorem GRADVM transgreditur: *l. 11. C. de quaeſtion.* GRADV militiae pelli: *l. 5. D. de re milit.* octaui GRADVS adgnatus: *l. 9. D. vnde cogn.* GRADVS poenarum: *l. 28. §. 13. et 14. D. de poen.* Plures GRADVS poſſeſſionis admittendae: *l. 9. D. de bonor. poſſeſſ.* ſequens GRADVS. *l. 15. D. ad SC. Silan.* A primo ad ſequentem GRADVM tranſlata hereditate: *l. 10. D. de iur. delib.* Non in primum, ſed in ſecundum GRADVM ſubſtituitur: *l. 37. pr. D. de hered. inſtit.* Duo GRADVS ſubſtitutionis: *l. 87. §. 2. D. de legat. II.* Secundo tertioue GRADV ſubſtitutis: *l. 3. §. 1. D. de pecul.* [Praetor ſucceſſionem ab inteſtato in plures partes diuiſit. Fecit enim GRADVS varios: primum liberorum, ſecundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri et vxoris. *l. 1. §. 1. D. ſi tab. teſt. null. exſt. vnde lib.* Inteſtati hi GRADVS vocantur, primum ſui heredes, ſecundo legitimi, tertio proximi cognati, deinde vir et vxor: *l. 1. pr. D. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſeru.* Tertio GRADV proximitatis ad ſucceſſionem vocari: *§. 2. et §. 3. Inſt. de ſucceſſ. cogn.* Et in *Nouell. CXVIII. praef.* Omnis generis ab inteſtato ſucceſſio tribus dicitur cognoſci GRADIBVS]

GRAECE, poteſt acceptum ferri: *l. 8. §. vlt. D. de acceptilat. §. 1. Inſt. quib. mod. toll. obl.* fideiuſſor accipitur: *l. 8. D. de fideiuſſ.* Si quis Latine interrogauerit, reſpondeatur ei GRAECE: *l. 1. §. 6. D. de verb. obl.* GRAECE teſtari omnibus licet. *l. 21. §. vlt. C. de teſtam.*

GRAECIA. Quas Graecia *ἐπιδόσεις* adpellat. *l. 4. §. 5. D. de offic. proconſ.*

GRAECITAS. GRAECITATIS facundia, *l. 3. C. Theod. de ſtud. liberal. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 9.* [pro quo Tribonianus male repoſuit *grauitatis*. *l. vn. C. eod. tit.*]

GRAECVS, A, VM. GRAECI aiunt: *l. 3. §. 6. D. de incend. ruin. naufr.* GRAECIS ciuitatibus petitae leges: *l. 2. §. 4. D. de orig. iur.* GRAECI equi: *l. 1. C. Theod. de equ. curul.* GRAECORVM exercitus: *l. 1. §. 1. D. de contrah. emt.* Apud GRAECOS exſilio voluntario luebantur fortuiti caſus: *l. 16. §. 8. D. de poen.* GRAECA lingua ſententias proferre iudices poſſunt: *l. 12. C. de ſent. et interloqu.* litteris Graecis praeſcribere: *l. 11. §. 3. D. de inſtit. act.* Maximus apud GRAECOS orator: *l. 16. §. 6. D. de poen.* GRAECVM Seueri reſcriptum: *l. 2. §. 1. D. ad SC. Vellei.* GRAECVS ſermo: *l. 1. §. 6. D. de verb. oblig.* Exemplo GRAECI ſermonis: *l. 236. §. vlt. D. de verb. ſign.* GRAECO ſermone fideicommiſſa relinqui poſſunt: *l. 11. D. de legat. III.* GRAECIS verbis directas libertates in teſtamentis relinquere licet: *l. 21. §. vlt. C. de teſtam.* itemque fideicommiſſum dare: *l. 46. §. 3. D. de fideic. libert.* GRAECI vocant: *l. 10. §. 4. D. de Aedil. edict.* GRAECO vocabulo. *l. 2. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

GRAMMATICA docere: *l. 71. D. pro ſoc.*

GRAMMATICVS, qui publice iuuenibus prodeſt: *l. 6. §. 8. D. de excuſat.* GRAMMATICI inter profeſſores liberalium ſtudiorum ponuntur: *l. 1. D. de vacat. et excuſ. mun.* GRAMMATICI ſeu oratores decreto ordinis probati: *l. 2. C. de profeſſ. et medic. Lib. X.* GRAMMATICI, et profeſſores alii litterarum: *l. 6. C. eod. tit.* Sueton. *de illuſtr. Gramm. Cap. III. Adpellatio GRAMMATICORVM Graeca conſuetudine inualuit: ſed initio litterati vocabantur.* Ibidemque ex Cornelio Nepote ſubiicit, proprie hos LITTERATORVM nomine vocatos *poetarum interpretes, qui a Graecis GRAMMATICI nominentur.* [Vnde et Diomedes antiquus Grammaticus *Lib. II. de orat. et part. orat. p. 422.* GRAMMATICAM definit *ſcientiam exercitatam lectionis et expoſitionis eorum, quae apud poetas et ſcriptores dicuntur.*] Seneca *Epiſt. LXXXVIII.* GRAMMATICVS *circa curam ſermonis verſatur, et, ſi latius euagari vult, circa hiſtorias. Iam vt longiſſime fines ſuos proferat, circa carmina.* Idemque GRAMMATICOS *cuſtodes Latini ſermonis Epiſt. XCV.* adpellat.

GRAMMATOPHYLACIVM, *l. 9. §. 6. D. de poen* id eſt, vbi tabulae et monimenta rerum actarum publica reponuntur, quod ibidem et archium vocatur.

GRANARIVM, ait Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. vbi frumenta condebant.* vel vt in *l. 12. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr.* legimus, in quibus fructus cuſtodiuntur. Idem Varro *Lib. I. de re ruſt. Cap. 57. At triticum condi oportet in* GRANA-

Digitized by Google

NARIA *ſublimia.* GRANARIA, quae ex tabulis fieri ſolent, quorum ſtipites in terra defoſſi ſunt, vel ſupra terram ſunt: *l. 18. D. de act. emt.* Sic et horreum frumentarium mobile, ex tabulis ligneis factum, memoratur *l. 60. D. de adquir. rer. dom.*

GRANDIS, E. *ad aetatem veteres retulerunt, non ad corpus: et in parte aetatis dicitur* GRANDIS, *non in tota vita, niſi ſi addatur natu*, inquit Donat. *in Adelph. Act. IV. ſcen. 5.* Sic GRANDES natu: *l. 11. D. de decurion.* et apud Ciceron. *pro Q. Roſc. Com. Cap. XV.* ¶. 2. Attamen ſaepe GRANDE eſt, quidquid magnum. GRANDE aes alienum: *§. 6. Inſt. de hered. qual. et differ.* GRANDES arbores: *l. 11. D. de vſufr.* GRANDE beneficium: *l. 1. D. de bon. libert.* commodum: *l. 4. D. ex quib. cauſſ. maior.* damnum: *l. 9. l. 49. D. de minor. l. 1. §. 6. D. ne quid in flum. publ.* foenus: Cicero *pro Flacco Cap. XXI.* GRANDIS pecunia apud Ciceron. *pro C. Rabir. Cap. II.* pondus argenti: Idem *pro Caecina Cap. IV.* et Iuſtin. *Lib. XXV. Cap. I.* GRANDIS ſaltus. *l. 25. D. de pign. action.*

GRANDO. GRANDINIS lapidatio. *l. 34. C. de malef. et mathemat.*

GRANIVS FLACCVS, iuriſconſultus, cuius liber *de iure Papiriano* citatur *l. 144. D. de verb. ſignif.* GRANIVS ille FLACCVS, cuius de gente et libris quaedam non vulgaria habet Lud. Carrio *Emendat. Lib. I. Cap. 4.* Iulio Caeſari fuit σύγχρονος, ceu ex Cenſorino *de die natal. Cap. III.* obſeruauit V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet ICt. p. 156.* Exſtat fragmentum ex commentario in ius Papirianum bene longum apud Macrob. *Lib. III. Saturn. Cap. II.* Scripſit et *indigitamenta* ad Caeſarem, teſte Cenſorino *ibid.* HEIN.

GRANVM. Praedia, vt inſtructa ſunt, cum GRANO, vino: *l. 6. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* GRANI pretium ſtatuere. *l. vlt. §. 1. D. ad leg. Iul. de annon.*

GRASSARI *dicuntur latrones, vias obſidentes.* GRADI *ſiquidem ambulare eſt, vnde tractum* GRASSARI. Haec ita Feſtus *Lib. VII.* Famoſos latrones in locis, vbi GRASSATI ſunt, furcis figendos: *l. 28. §. 15. D. de poen.* Multis GRASSANTIBVS, exemplo opus eſt. *l. 16. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 2. Sed et μεταφορικῶς ad illos, qui rem familiarem male curant, transfertur. GRASSARI in re familiari: *l. 6. D. de ſuſpect. tut.* in tutela. *l. 3. §. 5. D. de ſuſp. tut.*

GRASSATOR. GRASSATORES, qui praedae cauſſa id faciunt: *l. 28. §. 10. D. de poen.* a GRASSATORIBVS ablatae mulae. *l. 20. §. 1. D. de praeſcr. verb.*

GRASSATVRA. A GRASSATVRIS rixae diſcerni ſolent. *l. 16. §. 6. D. de poen.*

GRATIA, pro gratificatione, vt vulgo loquimur, ſeu fauore. *l. 79. §. 1. D. de iudic. l. 1. §. 14. D. ſi quid in fraud. patr.* Si eorum, qui arbitrati ſunt, euidens GRATIA interceſſit: *l. 3. D. recept. arbitr.* Si euidens iudicis GRATIA arguatur: *l. 15. D. de iudic.* Si per GRATIAM ius non dixerit magiſtratus: *l. 26. §. 4. v. item per magiſtratus D. ex quib. cauſſ. maior.* GRATIAE vel ambitionis ſuſpicionem ſubire Praetor non debet: *l. 24. §. 17. D. de fideic. libert.* Iuuenal. *Sat. XIII. v. 3.*

Improba quamuis
GRATIA *fallaci praetoris vicerit vrna.*

Per GRATIAM iudicatum: *l. 58. §. 1. D. de legat. I.* Si per GRATIAM praedia non idonea tutores compararint: *l. 7. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Neque lucri, neque GRATIAE, neque inimicitiae cauſſa: *l. 3. §. 2. D. de teſtib.* GRATIAE dare: *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* non pecunia accepta, ſed nimia GRATIA collata: *l. 4. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* Si GRATIA ductus alium emere paſſus eſt: *l. 8. §. vlt. D. mandat.* GRATIA vel iuſtitia obtinere: *l. 17. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* GRATIA, aut pecunia falſa renunciantes: *l. 1. §. 3. D. de magiſtrat. conuen.* GRATIA praeſtitum eſt; *l. 1. C. de hered. tutor.* GRATIA venire: *l. 3. C. de iure fiſc.* Auguſtus, GRATIA perſonarum motus. *§. 1. Inſt. de fideic. heredit.*

¶. 2. GRATIAM facere, eſt remittere, indulgere, et, vt hodie loquuntur, diſpenſare. Sic GRATIAM facere decreti: *l. 1. §. 27. D de quaeſtion.* GRATIAM facere iuriſiurandi: *l. 6. l. 32. l. 40. D. de iureiur.* id eſt, ſoluere neceſſitate iurandi, et, vt Paullus *Lib. II. Sent. tit. 1. §. 3.* loquitur, remittere neceſſitatem iuriſiurandi: GRATIAM facere ſententiae: *l. 4. C. de ſentent. paſſ.* id eſt, condemnationem abolere. Et ita etiam veteres loquuntur. GRATIAM *facere edicti:* Sueton. *Domitian. Cap. XIV.* Idem in Aug. *Cap. XVI. Bononienſibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela erant,* GRATIAM *fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis.* Plaut. *Rudent. Act. V. ſcen. vlt.*

Ne tu ſperes, iuriſiurandi volo GRATIAM *facias*

Salluſt. *in Catilin. Cap. LII. Qui mihi nullis delicti* GRATIAM *feciſſent.* Liuius *Lib. III. Cap. 5. 6. Omnium, quae impie nefarieque per biennium alia ſuper alia auſus es,* GRATIAM *facio.* Seneca *Lib. II. de benefic. Cap. 17. Moleſtum verbum eſt, et oneroſum, et demiſſo vultu dicendum:* ROGO: *Huius facienda eſt* GRATIA *amico.* id eſt, remittendum eſt ei hoc verbum. Sidon. *Lib. IV. Epiſt. 3. Proin, quaeſo, delicti huius mihi* GRATIAM *facias.*

¶. 3. GRATIA, pro cauſſa, vt *mea* GRATIA, *tua* GRATIA: *l. 2. D. mand.* id eſt, in rem meam, vel tuam. Si tuae duntaxat rei GRATIA miſero ad aliquem: *l. penult. D. de adquir. rer. dom.* Cuius GRATIA heres inſtitutus ſit: *l. 21. D. de vſufr.* Hominum GRATIA omnes fructus rerum natura comparauit. *l. 28. D. de vſur.*

GRATIANVS fundus: *l. 20. §. 7. D. de inſtr. vel inſtrum legat.*

GRATIFICARI, in gratiam cuius quid facere: *l. 27. §. 14. D. ad leg. Iul. de adult.* GRATIFICARI his, quibus hereditas relicta eſt. *l. 4. D. ad SC. Trebell.* Si tibi GRATIFI-

CA-

Google

CATVS tutor ſoluerit: *l. 6. §. 1. D. de reb. auct. iud. poſſid.*

GRATIFICATIO. GRATIFICATIONI locus erit: *l. vlt. D. de religioſ.* Per GRATIFICATIONEM accipere. *l. 24. D. quae in fraud. cred.*

GRATIOSE, id eſt, per gratiam. *l. 7. §. 2. D. de admin. et peric. tut.* GRATIOSE expunctae rationes. *l. 8. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.*

GRATIOSVS, A, VM. quod in gratiam alicuius fit. GRATIOSA auctio: *l. 16. C. de reſcind. vendit.* [*l. vlt. C. Theod. de fid. et iur. haſt. Lib. X. tit. 17.*] GRATIOSA beneficiis Augusti colonia: *l. 1. D. de cenſib.* [GRATIOSA conhibentia, vel conniuentia, vel ignobili diſſimulatione aliquid admittere: *l. 11. C. Theod. de extraord. ſeu ſord. mun. Lib. XI. tit. 16*] GRATIOSA emtio: *l. 2. C. de fid. inſtrum.* [GRATIOSA profeſſio ordinis, cui quis ſe ſponte et vltro ſubiicit: *l. 177. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Mater, trino partu foecunditati publicae GRATIOSA dicitur, quae legis Papiae priuilegiis fruitur, iusque liberorum habet: *l. 9. C. Th. de bon. proſcript. Lib. XI. tit. 42.*] GRATIOSA ſententia. *l. 9. D. de calumniat.* [*l. vlt. C. Theod. de ſicar. Lib. XIV. tit. 2.*]

GRATIS, et *mercede data* aut conſtituta opponuntur: *l. 22. §. 1. D. de praeſcr. teſt.* quemadmodum GRATIS, et pecunia accepta. *l. 4. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* GRATIS concedere: *l. 11. D. de vſu et hab. §. 1. Inſt. eod. tit.* GRATIS curare amicos: *l. 27. D. de oper. libert.* habitare in alienis aedibus: *l. 9. D. de donat.* habitationem dare: *l. 53. §. vlt. D. de actionib. emt. vend.* [*l. 29. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.*] GRATIS nauigare et in cauponam diuertere: *l. 6. D. naut. caup. ſtabul.* GRATIS remittere: *l. 29. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* res ſuſcipere. *l. 3. §. 1. D. naut. caupon. ſtabul.*

GRATVITVS, A, VM, id eſt, ſine mercede. GRATVITVM beneficium: *l. 3. D. de obſequ. parent.* [Commodatum eſſe debet GRATVITVM: *§. 2. Inſt. quib. mod. re contr. oblig.*] GRATVITVM experimentum: *l. 20. D. de praeſcript. verb.* GRATVITA fides: *l. 38. D. de neg. geſt.* GRATVITA habitatio: *l. 17. D. de praeſcr. verb. l. 28. §. vlt. D. de liberat. leg.* qui GRATVITAM habitationem accipiunt: *l. 15. §. 1. D. de precar.* GRATVITAM habitationem habere: *l. 1. D. de migr. l. 28. §. vlt. D. locat.* praeſtare: *l. 5. D. in quib. cauſſ. pign.* dare libertis: *l. 5. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* GRATVITA legatio: *l. 2. §. 1. D. de legation.* libertas: *l. 1. C. de libert. et eor. lib.* GRATVITVM mandatum: *l. 1. §. 4. D. mandat.* procuratoris officium eſſe debet: *l. 15. C. de procurat.* GRATVITA opera: *l. 1. § 17. 18. l. 5. pr. D. de exercit. act.* GRATVITAM operam praebere: *l. 27. D. de oper. libert.* GRATVITA pecunia, quae ſine vſuris debetur: *l. 10. §. 8. D. mand. l. 8. D. in quib. cauſſ. pign. l. 2. D. de calumniat.* [Quibus legibus male vſus eſt Salmaſ. in Confutat. diatribae Io. Iac. Wiſſenb. *de mutuo, p. 168. ſequ.* et *in elencho* ἐνδιάστως *de mutuo adu. Tabor. p. 323. ſequ.*]

GRATE facient: *l. 3. §. 1. D. de ſuſp. tut.* GRATE ſatisfecit. Varro *Lib. VI. de lingu. Lat.*

GRATVLARI. Qui miſſi ſunt ad gratulandum principi: *l. 35. D. ex quib. cauſſ. mai.* ¶. 2. [GRATVLARI, pro gratias agere. *l. 3. C. depoſ.* Priſcian. *Lib. VIII. p. 804. Afranius in cinerario: Sexte, frater mi, ſalue, quum ſaluus aduenis, meliusque tibi eſt,* GRATVLOR *Diis*, id eſt, gratias ago. Add. Beda *lib. de orthogr. apud Putſch. p. 2336.*]

GRATVLATIO. Ob publicam GRATVLATIONEM: *l. 8. D. ad SC. Turpill.* GRATVLATIONIS nomine nihil a prouincialibus exigendum. *l. vlt. C. Theod. ne quid publ. laet. nunc.*

GRATVS libertus: *l. 8. §. 3. D. de bon. libert.* id eſt, beneficiorum memor.

GRAVARE. GRAVATVS falſis argumentis teſtibusque ſubornatis: *l. 17. §. 6. v. quid enim D. ad leg. Iul. de adult.* confeſſione GRAVARI: *l. 1. §. 19. D. de quaeſtion.* GRAVATVR dominus: *l. 1. §. 15. D. de vi et vi arm.* GRAVARI onere: *l. 1. C. qui numer. tutel.* GRAVATA opinio. *l. 23. C. ad leg. Iul. de adult.*

GRAVIDVS, A, VM. GRAVIDA mulier; *l. 2. §. 4. D. ſi quis caution.* id eſt, quae graui vtero eſt, vt in *l. 11. D. de iur. codicill.* Vid. infra *Lib. XIV.* PRAEGNANS.

GRAVIS, E. opponitur leui, facili, paruo. GRAVE aes alienum: *l. 11. §. 5. D. de min. l. 23. §. vlt. D. de her. inſt.* GRAVIOR animaduerſio: *l. 1. §. 7. D. de offic. praeſ. vrb.* id eſt, maior. *l. 11. D. de offic. Proconſ.* cauſſa, id eſt, durior: *l. 5. D. de ſolut.* iuncta *l. 3. D. eod. tit.* GRAVIORES vero, et leuiores cauſſae opponuntur; *l. 11. D. de poen.* GRAVIS condemnatio: *l. 12. C. de procur.* GRAVIOR conditio: *l. 35. D. de condit. et demonſtr. l. 9. §. 1. D. de ſtatulib.* GRAVIORA, et leuiora crimina opponuntur. *l. 1. §. vlt. D. nihil innouari pend. adpellat.* GRAVIOR culpa: *l. 54. §. 2. D. de adqu. rer. domin.* GRAVE eſt, fidem fallere: *l. 1. D. de pecun. conſtit.* nimis GRAVE eſt: *l. 6 C. de teſt.* GRAVIOREM exſequutionem adhibere: *l. 10. C. de adminiſtr. tut.* GRAVIS impenſa: *l. 7. §. vlt. D. de bon. eor.* GRAVIS infirmitas: *l. 1. D. qui ſin. manumiſſ.* GRAVISSIMAE inimicitiae: *l. 3. §. vlt. l. 22. D. de adimend. legat.* GRAVIS iniuria: *l. 14. C. de contr. emt.* GRAVISSIMA iniuria adficere, veluti flagellis caedere: *l. 10. §. D. de in ius voc.* GRAVE *iudicium*, apud Cicer. *pro Q. Roſc. Com. Cap. VI.* pro turpi, ſeu famoſo: *Iudicio*, ait, GRAVI *experiri iubebas*, id eſt, actione pro ſocio, qua ob dolum damnatus, infamia notatur. GRAVIORA iura patronorum: *l. 51. §. 3. D. de fideic. libert.* GRA-

VIORES mores, inter virum et vxorem, adulteria tantum cenſebantur, vt ait Vlpian. *tit. VI. Reg.* §. *12. ſequ.* quos et *maiores mores* ibidem vocat. GRAVIORA munera: *l. vlt. D. de iur. immunit.* GRAVE onus: *l. 12. §. 1. D. de vſu et habit.* GRAVIOR poena: *l. 3. §. 17. D. de SC. Silan. Collat. Leg. Moſ. et Roman. tit. XV. §. 2.* GRAVIOR poena vltra legem impoſita: *l. 13. §. 7. D. de his, qui not. inf.* [GRAVISSIMA poena: *l. vn. C. nem. licet. sign. Saluat. Chriſti*] GRAVIOR ſententia: *l. 1. D. nihil innou. l. 13. D. de poen.* GRAVIOREM ſententiam dicere: *l. 7. D. de incend. ruin. naufrag.* GRAVIOR ſeruitus: id eſt, durior et oneroſior: *l. 13. §. vlt. D. de alim. vel cibar. l. 24. D. de ſeru. praed. vrb. l. 20. §. 5. D. de ſeru. praed. vrb.* GRAVIS valetudo: *l. 40. §. 3. D. de ſtatulib. l. 3. D. de SC. Silan.* GRAVE videbatur: *l. 4. D. de in lit. iur.* GRAVIORA vincula: *l. 8. D. de poen.* GRAVES vſurae, et *leues*, aduerſantur. *l. 3. D. de eo, quod cert. loc.* GRAVIBVS vſuris mutuatus: *l. 12. §. 9. D. mand.* GRAVIORES vſurae: *l. 7. §. vlt. D. de reb. eorum, qui ſub tut. l. 9. §. 4. D. de admin. et peric. tut.* id eſt, maiores, vt eſt in *l. 12. D. de vſur.* Suet. *in Aug. Cap. XXXVIII.* *Quod pecunias leuioribus vſuris mutuati*, GRAVIORI *foenore collocaſſent.* GRAVISSIMAE vſurae, pro centeſimis. *l. 47. D. de action. emt. vend. l. 7. §. 8. D. de admin. et peric. tut.*

¶. 2. [GRAVEM ſortem, in *l. 13. C. Theod. de ſenat. Lib. VI. tit. 2.* pro optimo, fertili et foecundo praedio, accipit Iac. Gothofredus *in Commentario.* eamque ſignificationem reperiſſe ſibi videtur in illo Virgil. *Lib. III. Georg. v. 525.*

Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertiſſe graueis?

Sed per terras graues ibi potius videntur intelligi duriores, et quae non ſine aerumnoſo labore vomere ſcinduntur inuertunturque.]

GRAVISCANVS, A, VM.

Grauiſcanorum reſpublica: *l. 30. D. de legat.* GRAVISCANAE coloniae mentio etiam fit apud Liu. *Lib. XL. Cap. 29.*

GRAVITAS

GRAVITAS ducis Meſopotamiae: *l. 4. C. Th. de cohort. princ.* [Ducis Daciae Ripenſis: *l. 13. C. Th. de oper. publ. Lib. XV. tit. I.* exacta: *l. 18. D. de Aedil. edict.* examinanda in teſtibus: *l. 2. D. de teſtib.* militaris: *l. 4. C. de comm. rer. alienat.* GRAVITAS praeſidis: *l. 16. C. de excuſ. tut. l. 4. C. ſi adu. rem iudic. l. 18. C. de pact. l. 5. C. de ſeruit. l. 3. C. de pedan. iud. l. 2. C. Theod. de temp. curſ.* GRAVITAS vicarii. *l. 4. C. Th. de priuil. cor. qui in ſacr. palat.* ¶. 2. GRAVITAS tua, titulus honoris. *l. 7. C. vbi cauſſ. fiſcal. l. vlt. C. ſi quis ignor. l. 1. C. de bon. vacant.*

GRAVITER, vel GRAVIVS

GRAVITER, vel GRAVIVS coerceri: *l. 8. §. D. de ſuſp. tut.* conſtitutum: *l. 1. D. naut. caup. ſtab.* loqui: *l. 9. D. de Aedil. edict.* puniri: *l. 1. D. de requir. et abſent.* puniendus: *l. 5. §. 2. D. de re milit. l. 3. §. vlt. D. de ſuſpect. tut.* vindicantur. *l. 28. §. 8. D. de poen.*

[GREGALES nominis Neſtorii. *l. 66. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* pro coetu Neſtorianorum, eodem ſenſu, quo hiſtrionum conſortium factionesque GREGEM vocat Plaut. *in Caſinar. prol. v. 22. Aſinar. et Bacchid. prol. extr. Pſeudoli prol. v. 9.* quoque idem gregem venalium ſeruorum dixit, in *Ciſtell. Act. IV. ſcen. 2. v. 67.*]

GREGARIVS, A, VM.

GREGARII milites. Vid. infra: MILITES.

GREGATIM

GREGATIM, per greges. Quae GREGATIM paſcuntur, quadrupedes, *l. 65. §. 4. D. de legat. III.* quales boues, equi, cameli, et aſini: *l. 1. §. vlt. D. de rei vind. l. 2. D. ad leg. Aquill.* Sed et ſues GREGATIM paſcuntur. *l. 65. §. 4. D. de legat. III.* et *§. 1. Inſt. de leg. Aquill.* GREGATIM etiam volare, dixit Varro *Lib. IV. de lingua Lat.*

GREMIVM

GREMIVM, ſinus. In GREMIA potentiſſimarum domuum confugere prohibentur decuriones, quod de nuptiis cum potentiorum ancillis interpretatur Iac. Gothofredus. *l. 6. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1*] ¶. 2. GREMIA, virgulae tenues, ſiccae, aridaeque, et ad comburendum aptae. *l. 55. §. 4. D. de legat. III.* Columella tenuia admodum ligna, a ruſticis GREMIA adpellari, tradit. *Lib. XII. Cap. 19.* Palem. in Gloſſar. GREMIA exponit *ſiccamina lignorum.* Vnde.

GREMIALIS, E.

GREMIALES arbores. *l. 7. §. 9. D. ſolut. matrim.* Sed verius eſt, vtrumque vocabulum per C. ſcribendum, CREMIA et CREMIALES *arbores.* Eſt enim a *cremando*, cremium et cremiale, ceu Salmaſius, Hotomanus, et alii obſeruarunt. HEIN.

GREX

GREX inter corpora ponitur, quae ex diſtantibus conſtant, et vni nomini ſubiecta ſunt. *l. 30. D. de vſurpat.* GREX vnum corpus eſt ex diſtantibus capitibus, ſicut aedium vnum corpus eſt ex cohaerentibus lapidibus. *§. 18. Inſt. de legat.* Eſt vero GREX proprie minorum pecudum, vt ouium, caprarum, ſuum. Liu. *Lib. XXII. Cap. 10.* *Ex ſuillo, ouillo, caprino* GREGE. Proinde ab *armento*, et *equitio* GREX ſeparatur. *l. 1. §. vlt. D. de rei vindic. l. 68. l. 70. §. 3. D. de vſufr.* Quamquam *equarum* GREGES dixit Cicero *in Verr. III Cap. 10.* et *armentorum* GREGES idem *Philipp. III. Cap. 12.* *Quin et bouem* in GREGE ponere videtur Pomponius, *l. 22. D. de legat. I.* Ceterum quidam decem oues GREGEM eſſe putauerunt. *l. vlt. D. de abig.* Immo GREX deſinit eſſe, ſi ad vnum pecus reciderit. *l. 7. D. de legat. I.* Et ita accipe quod ait Pomponius in *l. vlt. D. quib. mod. vſusfr. amitt.* *Si* GREGIS *numerus eousque peruenit, vt* GREX *non intelligatur.* ¶. 2. Saepe tamen GREX de quacumque multitudine, ſiue brutorum animalium, ſiue hominum, quae in vnum collecta eſt, accipitur. Sic GREX *anatum*, apud Varron. *Lib. III. de re ruſt. Cap. 11.* *ancillarum*, apud Terent. *Heautont. Act. II. ſcen. 3.* *anſerum* apud Varron. *ibid. Cap. X.* auium, apud Horat. *Lib. I. Epiſt. 3. v. 19.* GREGIS capita: *l. 1. §. vlt. l. 3. D.*

GRE GVB

5. *D. de rei vindic. l.* 13. *D. de pignor.* GREX capitum trecentorum: *d. l.* 3. *D. de rei vind.* GREX non intelligitur eſſe communis, ſi pecora Titii tuis pecoribus immixta ſint: *§.* 28. *Inſt. de rer. diuiſ.* [GREX Donatiſtarum: *l.* 54. *C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit.* 5. GREX haereticorum: *l.* 16. *C. Theod. eod. tit.* GREGE ouium legato, et arietes debentur: Paull. *Sent. Lib. III. tit.* 6. *§.* 75. vt et, quae poſtea acceſſerunt: *l.* 21. *D. de legat. I.* adeoque et eae oues, quae poſt teſtamentum GREGI adiiciuntur: *§.* 18. *Inſt. de legat.* Si ergo GREGE legato, aliqua pecora viuo teſtatore mortua, inque eorum locum aliqua ſubſtituta ſint, idem GREX videtur: *l.* 22. *D. de legat. I.* GREGE legato, non poteſt quaedam ſperni, quaedam vindicari, quia non plura, ſed vnum legatum eſt: *l.* 6. *D. de legat. II.* Aucto vel minuto numero GREGIBI *l.* 21. *§.* 1. *D. de except. rei iudic.* GREX ouilis: *l.* 12. *§.* 2. *D. de vſu et habitat.* GREX ouium ideo comparatus, vt ex eo fructus capiatur, vel ideo, quia non aliter fructus ex ſaltu percipi poſſet: *l.* 9. *D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* GREX pauonum: Varro *Lib. III. de re ruſt. Cap.* 6. pecorum: *l.* 8. *D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* pellicum: Curt. *Lib. VI. Cap.* 2. GREGE pignori obligato, quae poſtea naſcuntur, tenentur: ſed et, ſi, prioribus capitibus decedentibus, totus GREX fuerit renouatus, pignori tenebitur: *l.* 13. *D. de pignor.* GREGES *venalitii* a Plinio dicuntur *Lib. XXXV. Cap.* 18. vti GREX *venalium mancipiorum* a Sueton. *de clar. rhetorib. Cap. I.*

GVB.

GVBERNACVLVM. GVBERNACVLA nauis: *l.* 44. *D. de euict.* quibus nauis contorquetur, quo gubernatori libet, vt loquitur Lucret. *Lib. IV.* Vnde *clauum et* GVBERNACVLA coniungit Cicero *pro P. Sext. Cap. IX.* Clauum autem vocari *fuſtim* GVBERNACVLI, Seru. *in Lib. V. Aeneid. v.* 176. tradit, ad ea verba:

Clauumque ad littora torquet.

Vnde et puppim clauo parere, Claudianus ait, *Libro I. in Eutrop.* Ceterum in pluratiuo numero GVBERNACVLORVM mentionem faciunt veteres, quod eorum naues plura haberent gubernacula, ceu patet ex *l.* 3. *§.* 8. *D. de incend. ruin. naufrag.* et Tacit. Annal. *Lib. XIV. Cap.* 5. Vid. V. A. Cornel. van Bynkersh. *Obſ. Lib. IV. Cap.* 17. Cuiusmodi GVBERNACVLA eſſe etiam ζευκτηρίας apud Lucam, *Act. Apoſt. Cap. XXVII. v.* 40. exiſtimat V. C. Eu. Otto *de tutel. viar. Lib. III. Cap.* 9. *p.* 547. HEIN.

GVBERNATOR nauis, *l.* 13. *§.* 2. *D. locat.* is eſt, qui ſedens in puppi clauum tenet, ac GVBERNACVLA tractat, et a quo nauis regitur. Varro *Lib. VIII. de lingu. Lat.* *GVBERNATORI vnusquisque obtemperare debet in naui.* GVBERNIVM vocatum eſſe ab antiquis, ſeribit Gell. *Lib. XVI. Cap.* 7 Praeſidem vocat Statius *Lib. X. Thebaid.* his verbis:

Non ſecus, amiſſo medium quum PRAESIDE puppis
Fregit iter, ſubit ad vidui moderamina claui.

rectorem nauigii Seneca *Epiſt. LXXXV.* ex qua aliquot clauſulas ſubieci: GVBERNATORI, ait ille, *propoſitum eſt vtique nauem in portum perducere.* Et mox: *GVBERNATOR tibi non felicitatem promiſit, ſed vtilem operam, et nauis regendae ſcientiam.* Idem *Lib. IV. de Beneſic. Cap.* 21. *GVBERNATOREM eſſe etiam eum, qui in ſicco eſt, quia conſummatae ſcientiae nihil deeſt, etiamſi quid obſtet, quominus ſe vtatur.* Temerarii autem, et contra cauti GVBERNATORIS, differentiam vide apud eumdem *Epiſt. XIV.*

GVL.

GVLA ſerui, quem tonſor radebat, praeciſa. *l.* 11. *D. ad leg. Aquil.* Eſt ea meatus a faucibus in ventriculum, duabus tunicis conſtans, per quem cibus et potus deuorantur, et in ventriculum deſcendunt. Ea ex neruo conſtat et carne, οἰσοφάγον Graeci vocant, quod ea ferat, quae eduntur. Eſt intra collum, cui comes arteria iungitur. Ariſtot. *Lib. I. de animal. Cap.* 16.

GVLOSVS, A, VM. id eſt, gulae deditus, et γαστρίμαργος. *l.* 4. *§.* 2. *D. de Aed. lic. edict.* Vtitur eo vocabulo Martial. *Lib. VIII. Epigr.* 23. *Lib. X. Epigr.* 59. *Lib. XII. Epigr.* 41. Seneca *Lib. III. Natural. Quaeſt. Cap.* 18. *Non ſunt ad popinam dente, ventre, et ore contenti. Oculi quoque GVLOSI ſunt.*

GVS.

GVSTVS vini ad hoc proficit, vt improbare liceat. *l.* 34. *§.* 5. *D. de contr. emt.*

GVT.

GVTTOROSVS, *l.* 12. *§.* 1. *D. de Aedil. edict.* dicitur, qui amplum et modum excedens, ſeu in anteriorem protuberans guttur habet. GVTTVROSI autem ab Hippocrate *Libro* περὶ ἄρθρων ἐξεχεβρόγχοι adpellantur, ἀπὸ τοῦ βρόγχου, quo nomine ille vel totam aſperam arteriam, quod maximam partem illa cartilaginibus conſtet, vel guttur duntaxat, ſignificat, quemadmodum Galenus *Lib. XIII. Commentariorum in illum Hippocratis* περὶ ἄρθρων tradit. Hunc etiam gutturis tumorem ſeu tuber Graeci βρογχοκήλην vocant. Nam, vt Galenus *in Defenſione medicinae* ſcribit, βρογχοκήλη ἐστὶν ὄγκος παρὰ τῷ βρόγχῳ, *eſt exceſſus, vel tumor in gutture.* Paullus Aegineta *Lib. VI. Cap.* 36. Quod περὶ βρογχοκήλης, *de tumore gutturis*, inſcribitur: ὄγκος, ait, ἐπὶ τῷ τραχήλῳ γίνεται μέγας καὶ περιφερής, ἐκ τῶν αὐτόθεν μερῶν ταύτης τῆς προσηγορίας τετυχηκώς. *Tumor ſub gutture fit magnus et orbicularis, qui a partibus interioribus hanc denominationem ſortitur.* De hac voce ſunt, qui dubitant, an ſatis Latina ſit. Sed vide tu V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. I. Cap.* 25. *p.* 106. et Clariſſ. Duckeri *de Latin. vet. iuriſc. p.* 410. HEIN.

GYM.

GYMNICVS agon, *l.* 1. *C. de ſpectacul. Lib. XI. l.* 3. *C. Theod. de ſcenic.* et apud Plin. *Lib. IV. Epiſt.* 22. certamen, quod a nudis exercebatur. GYMNICVM *certamen*, apud Senec. *Lib. III. de ira Cap.* 14. Cuiusmodi certamina GYMNICOS ludos adpellant Cicero *Tuſc. Quaeſt. Lib. II. Cap.* 26. Plin. *Lib. VII. Cap.* 56. et Tertullian. *de Spectac. Cap. XI.*

XI. vbi de agonibus agens: *Sed et* GYMNICAS, inquit, *artes Caſtorum, et Herculum, et Mercuriorum diſciplinae prodiderunt.*

GYN.

GYNAECIARIVS, *l. 3. C. de murileg. et gynaec. Lib. XI. l. vlt. C. de milit. veſt. Lib. XII. l. 1. C. de veſt. holau. Lib. XI.* id eſt, gynaeciis ſeu textrinis imperialium veſtium adſcripti, vel *opifices veſtis imperialis contexendae*, vt loquitur *l. 6. C Theod. de murilegul.* GYNAECIARIORVM corpus. *l. 16. C. Theod. de murileg.*

GYNAECIVM, vel, vt in Codice Theodoſiano ſcribitur, GYNAICEVM, ſignificat textrinum, ad veſtes principales conficiendas conſtitutum. *l. 5. C. ad leg. Iul. repetund. l. 2. et l. 5. C. de murileg. et gynaeciar. Lib. XI.* Nam quod in *d. l. 5.* dicitur GYNAECII, hoc in lege ſequente dicitur *textrini: textrinis et gynaeceis.* Hinc et *regiis textrinis praepoſitos* adpellat Iul. Firmic. Matern. *Lib. III. Mathem. Cap. 7.* qui GYNAECIIS praeerant; Paullus Diaconus *Langob. Lib. II. Cap. 5.* de Sophia et Narſe, Eunucho: *Cui illa inter cetera, quod eunuchus erat, hoc fertur mandaſſe, vt cum puellis in* GYNAECIO *lanarum penſa diuideret.* Sic enim haec verba relata ſunt ab Aimonio Monacho *Lib. III. de geſtis Franc. Cap. 10.* Habebant porro Imperatores GYNAECIORVM ſuorum vſibus deſeruientia vtriusque ſexus mancipia, vt adparet ex *l. 2. C. Theod. de murileg.* in qua eſt *mancipium* GYNAECII. Sic in *l. 6. C. Iuſtin. eod. tit.* textrini noſtri mancipia. De ancillis vero GYNAECIARIIS teſtes do ipſosmet principes in *l. 6. C. Theod. de Iudaeis.* Ideoque ingenuae mulieres, quae ſe GYNAECIARIIS iunxiſſent, ſi conuentae denunciatione ſollemni, ſplendorem generis contubernii vilitati praeferre nollent, maritorum conditione teneri, conſtitutum eſt ab Imperatoribus, in *l. 3. C. de murileg. et gynaeciar. Lib. XI.* Atque hae ſunt GYNAECII familiae. *l. 5. C. eod. tit.* De GYNAECEIS et GYNAECIARIIS ex inſtituto egit Barth. Barrient. *Adnotat. Silu. Cap. XV.* HEIN. ||. 2.

Procuratores GYNAECII, *l. 2. C. de murileg. et gynaeciar. Lib. XI.* qui procuratores textrinorum vocantur, in *l. 14. C. eod. tit.* et procuratores gynaeciariorum. *l. 3. C. Theod. de indulg. debit.* Vnde facile adducor, vt credam, corruptum hoc vocabulum eſſe in *Notitia Imp. Rom.* in qua *Cynegiorum procuratores* ſub diſpoſitione comitis ſacrarum largitionum, cui *Comes veſtiarii* ſuberat, ponuntur, vt et in Capite, quo de comite rerum priuatarum agit, vbi ſimili modo *Cynegiorum procuratores* recenſentur. Veſtium enim, non item canum, curam ad eorum comitum officia pertinuiſſe, conſtat. Emendandum ergo illis locis: *procuratores* GYNAECIORVM. Quibus illic recte atque ordine adiunguntur *procuratores linificii, et baphiorum*, ſicut corpus GYNAECIARIORVM, *et lintheariorum, ſeu linifariorum* ſociatur in *l. 13. C. de murileg. Lib. XI.* Nam et linteae veſtis textrina habuiſſe Imperatores, liquet ex *l. 6. C. Theod. de murileg.* Inde apud Euſeb. *Lib. II. de vit. Conſtant. Cap. 34.* γυναικείοις καὶ λινυφίοις legimus, quorum altero GYNAECIA, altera *linificia* deſignantur.

GYP.

GYPSVS, Stephano *de vrbib. p. 283.* Γυψηΐς, Aegypti vel Aethiopiae inſula, metallorum ferax, in quam noxii relegari, vel potius ad metalla damnari ſolebant. *l. vlt. §. 2. C. de poen. Nouell. XXII. Cap. 8. et CXLII. Cap. I.* De ea plura Iac. Cuiac. *Lib. VIII. Obſ. Cap. 27.* Ius eo mittendi homines tantum Praefecto Auguſtali Aegypti, Iuridico Alexandrinae ciuitatis, et Praeſidi Thebaidos fuiſſe oſtendit idem *Lib. XX. Obſ. Cap. 31.*

Digitized by Google

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER VIII.

☞ HABE, veteres dicebant pro *aue*: eaque formula freqoentiſſime vtuntur Imperatores, quoties ad viros feminasque honoratiores reſcribunt, de qua ſupra *Lib. I.* ſob AVE. Adſpirationem huic voci praemiſiſſe veteres, teſtis eſt Quinctilianus *Lib I. Cap. 10.* Et hinc ea forma freqoentiſſima eſt in epitaphiis: SALVE, HAVE, VALE Gruter. *Inſcr. p. DCXCI, 6. DCCLXIX, 4. DCCLXXXIV, 3.* Reineſ. *Claſſ. XIV. Inſcr. 31.* HAVE et VALE, QVISQVIS ES. Reineſ. *Claſſ. XII. Inſcr. 60.* HAVETE ANIMAE. Reineſ. *Claſſ. XIII. Inſcr. 70.* HAVE DVLCIS, DVLCIS VALE. Reineſ. *Claſſ. XIV. Inſcr. 192.* HEIN. •

HABENA, lora, quibus impoberes, qui torqueri non poterant, caedebantur. *l. 1. §. 33. D. de SC. Silan.* Quod verberum genus etiam Horatius attigit *Lib. II. Epiſt. 2. v. 15.*

In ſcalis latuit, metuens pendentis HABENAE.

Ouid. *Epiſt. Heroid. IX.* quae eſt Deianirae ad Herculem: *v. 81.*

Diceris infelix, ſcuticae tremefactus HABENIS.

¶. 2. HABENAS Papias exponit *retinacula equorum, dictas, quod ipſas retinentes, aliquid habeamus.* Gloſſarium: HABENA *ἡνία*.

HABERE, dupliciter accipitur. Nam et eum HABERE dicimus, qui rei dominus eſt, et eum, qui dominus quidem non eſt, ſed tenet. Denique HABERE rem, apud nos depoſitam ſolemus dicere. *l. 38. §. 9. D. de verb. oblig.* HABERE duobus modis dicitur: altero iure dominii, altero obtinere ſine interpellatione id, quod quis emerit: *l. 188. pr. D. de verb. ſignif.* Itaque in interdicto *vnde vi*, verba haec: QVAEQVE IBI HABVIT, ſic accipimus, vt omnes res contineantur, non ſolum, quae propriae ipſius, qui deiectus eſt, fuerint, verum etiam, ſi quae apud eum depoſitae, vel ei commodatae, vel pignoratae, quarumque vſum vel vſumfructum, vel cuſtodiam habuit, vel ſi quae ei locatae ſunt. Quum enim dicit Praetor: HABVIT. omnia haec HABENDI verbo continentur. *l. 1. §. 33. D. de vi et vi armat.* In edicto quoque: *Ne quid in loco publico* in publico factum immiſſumue HABERE videtur, qui vtitur, et iure poſſeſſionis fruitur, ſiue ipſe opus fecit, ſiue ex cauſſa emtionis vel conductionis, vel legato, vel hereditate, vel quo alio modo adquiſiuit. *l. 2. §. 38. D. ne quid. in loc. publ.* HABERE ergo, ſicut peruenire, cum effecto accipiendum eſt. *l. 64. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Id apud ſe quis HABERE videtur, de quo habet actionem. HABETVR enim, quod peti poteſt. *l. 143. D eod. tit.* Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem HABERE videtur. *l. 15. D. de reg. iur.* HABVISSE quis dicitur ea quae amiſit. Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 5. §. 9.* Alias inter HABERE, et *poſſidere*, hanc differentiam facit Cornel. Fronto *de differ. vocum*: HABERE *poteſt etiam fur nequam: poſſidet nemo, niſi qui aut relictae, aut donatae rei, aut emtae dominus eſt. Ita in* HABENTE *onus, in poſſidente vſus eſt.*

¶. 2. Eo ſenſu dicimur HABERE actionem: *l. 15. D. de reg. iur. l. 2. D. de condict. ſine cauſſ. l. 25. §. 1. D. de pecun. conſt. l. 25. D. ſolut. matrim. l. 41. D. de act. emt. vend. l. 6. D. de reg. iur. l. vlt. D. de condict. ob turp. cauſſ.* Et contra, actionem non HABERE: *l. 45. D. de act. emt.* HABERE actionem non videtur is, cui propter inopiam debitoris ea inanis eſt: *l. 6. D. de dol. mal.* HABERE bonorum poſſeſſionem; *l. 3. D. de bon. libert.* compenſationem: *l. 53. D. de pact.* condictionem: *l. 30. D. de condict. indeb. l. 14. D. de condict. furt. l. vlt. D. de condict. ſine cauſſ. l. 70. §. vlt. D. de iure dot.* deductionem: *l. vlt. D. de impenſ. in res dotal. fact.* exactionem: *l. 6. D. eod. tit.* id eſt, parere, vt *l. 11. D. eod. tit.* exceptionem: *l. 10. D. de except. rei iud. l. 20. §. 2. D. de pact. dotal. l. 12. §. vlt. D. de iur. dot. l. 1. §. vlt. D. de except. rei vend. et trad. l. 40. D. de condict. indeb.* Sibi HABERE fundum: *l. 23. D. de condit. et demonſtr.* HABERE immiſſum tignum in aedes alterius: *l. 20. pr. D. de ſeru. praed. vrban.* HABERE iudicium: *l. vlt. D. ne vis fiat ei.* HABERE licere, qui promittit, hoc praeſtare debet, vt ne alius rem euincat, vtque ſine controuerſia et interpellatione cuiusquam rem ſibi habere et poſſidere liceat; *l. 11. §. 7. et l. vlt. D. de act. emt. vend. l. 45. § vlt. D. de legat. I. l. 8. D de euict. l. 83. D de verb. obligat.* HABERE non licet, ſi quis controuerſiam vel de proprietate, vel de poſſeſſione, vel de vſufructu, vel vſu, vel quo alio iure eius, quod diſtractum eſt, faciat, et omnino ſi quid de iore, quod habuit, minuatur: *l. 38. §. 1. ſequ. D. de verb. oblig.* Sic fugitiuum HABERE non licet *l. 13. §. 1. D. de act. emt.* HABERE non licet eum, cuius ſi pretium emtor non dediſſet, ei ab aduerſario auferretur: *l. 21. D. de euiction.* HA-

BERE

BERE emtori plane licet, etſi is, qui cum in euictione rei vicerit, ante abductam vel ablatam rem, ſine ſucceſſore deceſſerit, ita, vt neque ad fiſcum bona peruenire poſſint, neque priuatim a creditoribus diſtrahi: *l. 57. D. eod. tit.* Haec ergo verba ius, non factum, ſignificant, et in ſeruilem perſonam proprie non cadunt: *l. 39. §. D. de verb. obligat.* HABERE enim poſſidere hi, qui in aliena poteſtate ſunt, non poſſunt: *l. 49. §. 1 D. de adquir. poſſeſſ.* HABERE petitionem: *l. 7. D. de pecun. conſtit. l. 36. D. de condict. indeb. l. vlt. §. 5. D. de legat. II. l. 25. D quand. dies leg. l. 78. D. de iure dot.* rem ſibi habere: *l. 14. D. de pecul. l. 10. D. de donat.* [*l. 1. pr. §. 7. D. de arbor. caed.*] RES TVAS TIBI HABETO: *l. 2. §. 1. de diuort.* quae fuiſſe ſollemnia diuortiorum verba, docui *Lib. VIII. de Formul. Cap. XXXV. p. 700.* HABERE, tenere, poſſidere iunguntur in formula Aquillianae ſtipulationis. *l. 18. §. vlt. D. de acceptilat.* Inter legatorum quoque, quae per vindicationem relinquebantur, verba fuit et hoc: HABETO. Vlpian. *Regul. tit. XXIV. §. 3.*

¶. 3. HABERE quis dicitur et id, quod patitur, vel quod ipſi attribuitur. Quae nondum iuſtam aetatem HABEAT: *l. 8. D. de condict. cauſſ. dat.* Qui clauum HABET: *l. 12. D. de Aedil. edict.* Qui comitialem morbum HABET: *l. 53. D. eod. tit.* Si alter ex litigatoribus febrem HABVIT: *l. 60. D. de re. iudic.* Seneca *Epiſt. CXIX. Sic diuitias habent, quomodo HABERE dicimur febrem, quum illa nos habeat. E contrario dicere debemus, febris illum tenet. Eodem modo dicendum eſt, diuitiae illum tenent.* ¶. 4. HABERE, pro gerere quid. HABERE conteſtationem: *l. 9. C. de praeſcript. long. temp.* contractum, id eſt, contrahere: *l. 4. C. ſi tut. vel curat. interu. l. 1. C. ne vxor pro mar. l. 23. C. de iure dot. l. 4. C. de rer. permut. l. vlt. C. de Aedilit. action. l. 2. C. ſine cenſ. et reliqu. l. 7. C. ſi quis att. vel ſibi. l. vlt. C. de inſtitor. act.* HABITVS contractus: *l. 21. C. de donat. int. vir. et vxor. l. 10. C. ſi cert. pet. l. 6. C. ſi quis alteri. l. 5. C. de obl. et act.* HABITA conuentio: *l. 8. C. de pact. inter emt. et vend.* emtio: *l. 2. D. de contr. emt.* HABITAE obligationes: *l. 4. C. ad SC. Vell.* HABITA pactio: *l. 1. C. de auct. praeſt.* quaeſtio. vid. infra *Lib. XV.* ſententia, pro lata, ſeu dicta: *l. 21. D. de his, qui not. infam.* ſtipulatio: *l. 1. C. de auct. praeſt.* tractatu HABITO. *l. 32. D. pro ſoc.* ¶. 5. HABERE, continere, aliqua re praeditum eſſe. HABET ſummam aequitatem: *l. 15. D. de precar.* Nullum HABET in ſe delictum. *l. 1. D. de Aedil. edict.* Quo ſenſu Iuuenal. *Sat. VIII. v. 140.* etiam crimen HABERE quid dixit, verſibus notiſſimis:

> *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
> CRIMEN HABET, *quanto, qui peccat, maior habetur.*

HABET dubitationem: *l. 1. §. 6. D. quar. rer. act. l. 13. D. de manum. teſtam. l. 203. D. de verb. ſignif.* Et contra: nullam HABET dubitationem: *l. 25. D. de minor. l. 41. D. de verb. oblig. l. 3. D. de natal. reſtit. l. 7. C. qui dar. tut.* notionem. Vid. infra *Lib. XVI.* ¶. 6. HABERE, Graeco loquendi ſchemate, pro debere, ſeu neceſſe habere, vt in *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Neque enim laborare HABET, vt ſe repraeſentet. Sepulcris nuitis carendum HABET: *l. 38. D. de rei vindic.* [Excuſationem adlegandam HABET: *l. 1. §. 1. D. quand. adpell.*] Neque enim laborare HABET: *d. l. 15. §. 1. D. ad leg Iul. de adult.* [Neque HABEBIT mandare actiones: *l. 43. D. ſolut. matr.*] In eum locum perducti fuerunt, in quo operari HABENT: *l. 10. §. 1. D. de poen.* De ſeruis, quos redimendos HABEBIT. *l. 55. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam.* Et ita Tertullianus non ſemel loquitur, veluti Apologet. *Cap. XXXVII. Quem HABEMVS odiſſe.* Et *Lib. adu. Valentin. HABEMVS ſuperuolare.* Sic et D. Cyprian. *Epiſt. XXVII. Reſcribere* HABEAM.

HABILIS, idoneus, aptus. HABILES ad haec: *l. 35. §. 1. D. de iureiur.* HABILES ad lauandum balneae: *l. 35. §. vlt. D. de leg. III.* HABILES ad militiam: *l. 6. D. de caſtr. pecul.* HABILIA ad miniſteria mancipia: *l. 37. D. de Aedilit. edict.* Negotio HABILIS: *l. 9. D. de cur. furioſ.* HABILES ad tutelam. *l. 2. §. 34. D. ad SC. Tertull.*

HABILITER geruntur gemmae: *l. 20. D. de aur. arg. legat.* Eo aduerbio, quod auctor anonymus *de Latinitate veterum iuriſconſ.* apud Ducker. *p. 415.* exemplo carere exiſtimat, vſos eſſe Liuii Epitomatorem *Lib. LVII.* et Pomponium Melam *Lib. III. Cap. 7.* oſtendit laudatus Duckerus. HEIN.

HABITARE, inquilinus dicitur, vt colonus *frui. l. 25. §. 1. D. locat.* In edicto: *de his, qui effud. vel deiec.* HABITARE dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuito. Hoſpes plane non tenebitur, quia ibi non habitat, ſed tantiſper hoſpitatur. *l. 1. §. 9. D. de his, qui effud.* Sic HABITARE in aedibus alienis: *l. 9. D. de donat.* HABITARE poteſt et aedibus obſcuratis: *l. 10. D. de ſeru. urban. praed.* Si plures diuiſo inter ſe coenaculo HABITENT: *l. 1. §. vlt. D. eod* HABITARE in illa domo: *l. 15. D. de alim. vel cibar. leg.* Sine in propria domo quis HABITAVERIT, ſiue in conducta: *l. 5. §. 2. D. de iniur.* In portionibus domus HABITARE: *l. 15. §. 1. D. de precar.* Quid ſi quis in villa habitet, vel in hortis? *l. 5. §. 3. D. de iniur.*

HABITATIO, ius inhabitandi ſignificat. Sic HABITATIO dicitur legari: *l. 7. D. de cap. minut. l. 8. D. de transact. l. 9. D. quand. dies leg. ced.* Si cui HABITATIO legata, ſiue aliquo modo conſtituta ſit, neque vſus videtur, neque vſusfructus, ſed quaſi proprium aliquod ius. Quam HABITATIONEM habentibus, non ſolum in ea degere, ſed etiam aliis locare licet. *§. 5. Inſt. de vſu et habitat.* Effectu idem paene eſt LEGATVM *vſus* et HABITATIONIS: *l. 11. D. de vſ. et habitat.* Si in HABITATIONE aliquid legetur: *l. 12. §. 5. D. quand. dies legat.* HABITATIO debetur, ſi alimenta legata ſint. *l. 6. D. de aliment. et cibar. leg.* Ad HABITATIONEM certa eſt quantitas annua relicta: *l. 8. §. vlt. D. de transact.* HABITATIONIS exceptione, ſiue temporali, ſiue vsque ad mortem vſus videtur exceptus: *l. 32. D. de vſufr.* ¶. 2. HABITA-

TATIO pro aedificio. *l. 20. §. 2. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Qui HABITATIONEM alieni locauit: *l. 25. §. 1. D. locat.* Ad omnem HABITATIONEM, in qua paterfamilias habitat, pertinere legem Corneliam de iniuriis, licet ibi quis domicilium non habeat, docemur *l. 5. §. 2. D. de iniur.* Qui gratuitam HABITATIONEM acceperunt: *l. 15. §. 1. D. de precar.* HABITATIONEM gratuitam praeſtare *l. 5. D. in quib. cauſſ. pign.* HABITATIONES gratuitas dare libertis: *l. 5. §. 1. D. de his, qui effud.* Libertis libertabusque HABITATIONES in domo dari volo: *l. 34. D. de vſu et vſufr. leg.* HABITATIONES praeſtare libertis. *l. 18. D. de peric. et commod.*

HABITATOR, inquilinum ſignificat: *l. 53. §. 1. D. de action. emt. vend. l. 27. l. 30. D. locat.* HABITATOR ſuam ſuorumque culpam praeſtare debet. *l. 6. §. vlt. D. de his, qui effud.* Quum ſeruus HABITATOR eſt. *l. 1. §. D. eod. tit.*

HABITVS, cultus corporis. *tit. Cod. Theod. quo hab. vti oport. intr. vrb.* HABITVS, ait Papias, *corporis poſitio, vel qualitas.* HABITVS corporis: Vlpian. *Regul. tit. XI. §. 28.* Si laruali HABITV proceſſeris: Paull. *Sent. Lib. III. tit. 4. §. 2.* HABITVS militaris *l. 1. C. Theod. quo hab. vti oport. intr. vrb.* Lectio Paulli dubia eſt. Alii enim codices ibi praeferunt *barbaro habitu*, alii *laruali habitu*, alii *latronali habitu.* Prima lectio fere in textum admiſſa eſt. Alteram tamen magis probauit Cuiac. *Lib. XXI. Obſ. Cap. 22.* HEIN. ¶. 2. HABITVS corporis pro valetudine: *l. 1. §. 7. D. de Aedilit. edict.* Eo HABITV naturae fuit: *l. 8. D. de re milit.* ¶. 3. Sed et qualibet ſiue hominum, ſiue rerum, qualitas HABITVS vocabulo venit. HABITVS animi: Seneca *Lib. I. de ira Cap. 5.* [HABITVS ciuitatis: *l. 45. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* faciei: *l. vn. C. Theod. ſi quis ſolid. circul. Lib. IX. tit. 22.*] In eodem HABITV matrimonii: *l. 8. D. de condict. cauſſ. dat.* [HABITVS philoſophiae: *l. 7. C. Theod. de med. et profeſſ. l. 8. C. Iuſtin. eod. tit.*]

HAC.

HACTENVS, quatenus. *l. 1. §. 17. D. ad SC. Trebell. l. 3 D. quod iuſſ.* [*l. vlt. D. de manum. teſt.* HACTENVS ſi: *l. 7. D. de pecun. conſtit. l. 1. §. 6. D. ſi tabul. teſtam.* HACTENVS vt. *l. 3. §. 5. D. de in rem verſ. l. 63. §. 9. D. ad SC. Trebell. l. 11. D. de vſu et habitat. l. 22. D. de adopt. l. 6. D. quae in fraud. credit. l. vlt. D. de in integr. reſtit. l. 30. D. de act. emt.*

HAD.

[HADRVMETVM, celeberrima Africae ciuitas. *l. 16. C. de reſcind. vendit.*]

HAE.

HAEMASIA, *αἱμασιὰ*, *l. vlt. D. fin. regund.* non ſepis eſt, vt plerique, ac ipſe interpres Latinus accipiunt, ſed maceria, ex ſicco lapide. Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIII. p. 200. ſequ.* HEIN.

HAERERE actionibus: *l. 13. D. ad SC. Trebell.* HAERENS laqueo aper: *l. 55. D. de adquir. rer. domin.* Quorum praediis haerent ripae: *l. 5. D. de rer. diuiſ.* HAERERE tutelis. *l. 45. D. de excuſ.*

[HAERESIOTA, ſi modo ita legendum, in *l. 14. C. Theod. de nauicul. Lib. XIII. tit. 9.* eſt, qui ex haereſi vel conditione nautica eſt.]

[HAERESIS naualis, id eſt, conditio vel functio naualis: *l. 9. l. 10. C. Theod. de praed. nauicul. Lib. IX. tit 6.*] ¶. 2. HAERESIS pro ſecta. Vetitae legibus diuinis et Imperialibus HAERESES: *l. 2. C de haeret. et Manich.* et paſſim in Codicibus Iuſtinianeo et Theodoſiano.

HAERETICVS. HAERETICORVM adpellatione contineri vel eos, qui leui argumento a iudicio catholicae religionis et tramite detecti fuerint deuiare, aiunt *l. 2. C. de haeret. et Manich.* et *l. 26. C. Theod. eod. tit.* [HAERETICORVM collegia interdicta *Nouell. CXXXII.*]

HAESITARE, dubitare. HAESITATVR: *l. 15. D. de verb. oblig.* HAESITARI poteſt. *l. 22. §. 8. D. de leg. Corn. de falſ.*

HAESITATIO, dubitatio. HAESITATIONEM habet: *l. 5. §. vlt. D. ſi pars heredit. pet.* HAESITATIO incurrebat. *l. 42. D. de mort. cauſſ. donat.*

HAM.

HAMA, inſtrumentum incendiis arcendis, reſtinguendis, compeſcendisque comparatum: *l. 3. §. 3. D. de offic. praef. vigil. l. 12. §. 18. et §. 21. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 42.* Iuuenal. *Sat. XIV.*

Diſpoſitis praediues HAMIS.

Meminit HAMARVM *ferrearum* etiam Plin. *Lib. XIX. Nat. Hiſt. Cap. 1.* quibus ad pectendas et decorticandas ſtipulas vtebantur. Vtitur verbo *ἀμῶν* et Aeſchin. *κατὰ Κτησιφῶντος.*

HAMVS, inſtrumentum piſcatorium Paull. Sent. *Lib. III. tit. 6. §. 66.* HEIN.

HAR.

HARENA. Vid. ſupra *Lib. I.* ARENA.

HARENARIVS, vid. ſupra *Lib. I.* ARENARIVS.

HARENIFODINA. Vid. ſupra *Lib. I.* ARENIFODINA.

HARIOLVS, *l. 4. l. 6. C. Theod. de malef. et mathem.* qui diuina mente vaticinatur, vt ait Donatus *ad Terent. Phorm. Act. IV. ſcen. 5.* [Hinc vocabulum hoc plerumque in malam partem ſumi-

ſumitur pro iis, qui, vt Iſidor. *Lib. VIII. Orig. Cap. 9.* loquitur, *circa aras idolorum preces emittentes, et ſacrificia offerentes, daemonum reſponſa accipiebant.* Aliquando tamen et in bonam partem accipi, ex ſacris vel Eſaiae Prophetae locus oſtendit *Cap. III. v. 2.* vbi hominem ſagacem denotari, Grotius docet *in Adnotationibus.* Vnde vero id nomen ſortiti ſint HARIOLI, vid. eumdem Grot. *ad Leuit. XX, 31*]

☞ HARMOSTES. *Et cum imperio quidem inducitur illis vnus vtriusque prouinciae praeſes, cognomento moderator, quem quis vulgari lingua vſus* HARMOSTEN *adpellet, quando quidem et moderatoris nomen vetuſtum eſt, Romanaque amplitudine dignum, et ipſe* HARMOSTES *quidam olim magiſtratus erat, qui e Lacedaemone hinc inde per omnem eius ditionem dirigebatur.* Ita Iuſtian. *Nouell. XXVIII. Cap. 2.* De his Lacedaemoniorum magiſtratibus ſnſe Crag. *de rep. Laced. Lib. II. Caq. 13. p. 153.* et Meurſ. *Miſcell. Lacon. Lib. II. Cap. 4. p. 113.* vbi oſtendunt, eorum duo genera fuiſſe, vnum *vrbanum*, quod Dionyſius Halicarn. Dictatori Romanorum aequiparat: alterum *externorum* de quibus Harpocration: Ἁρμοσταὶ οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἄρχοντες ἐκπεμπόμενοι, HARMOSTAE *ſunt, qui ad ſubiectas ciuitates a Lacedaemoniis mittebantur magiſtratus.* ☞ HEIN.

HARPAGO, inſtrumentum ad incendia arcenda comparatum, *l. 12. §. 21. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* HEIN.

HARVNDO aliquando cum adſpiratione ſcribitur in Pandectis Florentinis, vt *l. 9. §. vlt. D. de vſufr. l. 3. D. arb. furt. caeſ. l. 59. §. vlt. D. de vſufr. l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam* Aliquando ſine ſpiritu ARVNDO, quae loca ſupra *Lib. I. ſub voce* ARVNDO adduximus.

HARVSPEX. *l. 1. l. 2. l. 4. l. 6. Cod. Theod. de malef. et mathem. l. 1. C. Theod. de pagan.* id eſt, extiſpex, qui ex animalium extis futura praedicit, [dictus ab *harugis*, id eſt, hoſtiis. Iac. ☞ Gothofred. *in Commentar. ad d. l. 2. C. Theod. de malef. et mathem. Lib. IX. tit. 16. p. 115.*] Ipſe Conſtantinus M. quamuis iam Chriſtianus, HARVSPICES initio conſuli iuſſit, ſi quid de palatio, aut ceteris operibus publicis deguſtatum eſſet fulgure. Quin et ceteris vſurpandae huius conſuetudinis licentiam tribuit, dummodo ſacrificiis domeſticis abſtinerent. *l. 1. C. Theod. de pagan. ſacrif. et templ.* Vnde de eo Zoſimus *Lib. II. Hiſt. Cap. 29.* Καὶ μάντεσιν ἐπείθετο, πεπειραμένος, ὡς ἀληθῆ προειπόντων ἐπὶ πᾶσι τοῖς κατωρθωμένοις αὐτῷ. Nam et vatibus, ſi qui eſſent experientes, fidem habuit, veluti qui vera ei de rebus omnibus *feliciter geſtis dixiſſent.* At ipſe Zoſimus *ibidem* obſeruat, ὅτι τὴν μαντικὴν εἶχεν ἐν ὑποψίᾳ, *quod poſtea artes diuinatrices ſuſpectas habere coeperit.* Demum eam inſaniam plane proſcripſerunt Valentinianus et Theodoſius, Auguſti, *l. 9. C. Theod. de pagan. ſacrif. et templ.* HEIN.

HARVSPICINA, ars illa ac diſciplina haruſpicum: *l. 9. C. Theod. de malef. et mathemat.*

HASTA, pilum militare, inter arma refertur: *l. 3. §. 2. D. de vi et vi armat.* HASTA certare: *l. 2. D. de aleat.* HASTAM rectam ferendi ius: *l. 7. pr. D. de ſeru. praed. ruſt.* ¶. 2. HASTAE etiam vt Feſt. *Lib. VIII.* ſcribit, ſubiiciebant veteres ea, quae publice venibant. Cic. *Lib. II. de offic. Cap. 23. Sic par eſt agere cum ciuibus, non, vt bis iam vidimus.* HASTAM *in foro ponere, et bona ciuium voci ſubiicere praeconis.* Hinc res *ſubhaſtatae*, quae ſub haſta venales propoſitae: *l. 3. C. de exſequ. rei iudic. ſubhaſtatio*, ipſa venditio *l. 16. C. de reſc. vendit.* poſſeſſiones *ſubhaſtaria* ſorte diſtractae: *l. 9. C. Theod. de praed. nauicul.* Quae autem ſub haſta venibant, res, praeconibus proclamantibus venibant, vt ex illo ex Cic. *Lib. II. de Offic. Cap. VIII.* et ſupra adducto *Cap. XXIII.* patet. Itemque ex *Philipp. II. Cap. XXVI. Caeſar* HASTA *poſita pro aede Iouis Statoris, bona Cn. Pompeii magni voci acerbiſſimae ſubiecit praeconis.* Tertullian. *Apologet. Cap. XIII. Sub eadem voce praeconis, ſub eadem* HASTA, *ſub eadem adnotatione quaeſtoris, diuinitas addicta conducitur.* Ea cauſſa praecones ad haſtam ſtetiſſe, et oblata pretia nunciaſſe, Acron *in Horat. Lib. I. Serm. Sat. 6.* ſcribit. Nec venditiones tantum, ſed et locationes publicas HASTA poſita factas eſſe, oſtendit Ouid. *Lib. IV. ex Ponto eleg. 5.*

Aut populi reditus poſitam componet ad HASTAM:

Et minui magnae non ſinet vrbis opes.

Idem *eodem Libro eleg. IX.*

Nunc longi reditus HASTAE *ſupponere luſtri.*

Columella *in praefat. Libri I. Nunc ad* HASTAM *locamus, vt nobis ex transmarinis prouinciis aduehitur frumentum.* ¶. 3. Sic HASTA centumuiralis apud Stat. Papin. *Lib. IV. ſilu. 4.*

Ceſſat centeni moderatrix iudicis HASTA.

Itemque decemuiralis apud Pomponium *l. 2. §. 29. D. de orig. iur. Quum eſſet neceſſarius magiſtratus, qui* HASTAE *praeeſſet, Decemuiri litibus iudicandis ſunt conſtituti.* Lucanus in Panegyrico Piſonis:

Seu trepidos ad iura decem citat HASTA *virorum.*

Auguſtum autem auctorem fuiſſe, *vt centumuiralem* HASTAM, *quam quaeſtura functi cogere conſueuerant, decemuiri cogerent*, Sueton. *Aug. Cap. XXXVI.* narrat. Decurſis HASTIS: *l. 1. C. Theod. de fiſci debit.* HASTA diſtracta praedia. *l. vlt. C. ſi propt. penſit. l. 2. C. Theod. de diſtr. pign.* Sic HASTA *venditionis* apud Cicer. *Phil. II. Cap. 40.* Et ita haſtam accipe apud Senec. *Lib. IX. Controu. 3.* et *Lib. IX. Decl. 3.* quum ait: *In auctione fratres quamuis hoſtilis* HASTA *non diuidit.* HASTA fiſcalis: *l. 8. C. de remiſſ. pign. rubr. C. de fid. inſtr. et iur. haſt. fiſc. Lib. X.* A fiſco enim res HASTARVM ſollemnitate diſtrahebantur. *l. vlt. C. ſi adu. fiſc l. 1. C. Theod. de dom. ad rem priu. pertin.* HASTA quoque *Praetoris* eſt apud Senec. *de breuit. vit. Cap. XI.*

HAV.

HAVRIRE. De aqua per rotam ex flumine HAVRIENDA: *l. 2. D. comm. praed.* Iter ad HAVRIENDVM praeſtare; *l. 10. §. vlt. D. de*

ſeru.

Digitized by Google

ſeru. vrb. praed. HAVRIENDI ius: *l. 3. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt.* Aquae HAVRIENDAE ſeruitutes. *l. 1. § 1. D. de font.*

HAVSTVS aquae: *l. 14. D. de aliment. vel cibar. leg. l. 1. l. 2. §. 1. et §. vlt. D de ſeru. praed. ruſt.* id eſt, ius hauriendi, ſeu aquae hauriendae: HAVSTVM relictum accipe: *l. 10. §. vlt. D. de ſeru. praed. vrb.* HAVSTVS ſeruitus: *l. 17. §. 2. et §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* HAVSTVS ſeruitus imponi poteſt aquis putealibus: *l. 1. §. 6. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.*

HED.

[HEDERA. *l. 3. §. 1. D. arb. furt. caeſ.*]

HEL.

HELENOPONTI moderator, vel harmoſtes Iuſtinianeus: *Nouell. XXVIII Cap. 2. et 3.* Vnde autem HELENOPONTVS adpelletur, vid. ead. *Nouella Cap. I.*

HELIOCAMINVS, *l. 17. D. de ſeru. praed. vrban.* et apud Plin. *Lib. II. Epiſt. 17.* vaporarium eſt, in aprico loco ſitum, ad calorem ſolis excipiendum. Vid infra SOLARIVM.

HELLADIVS, Epiſcopus Caeſarienſis, memoratur in *l. 3. C. Theod. de fide cathol.*

HER.

HERACLIANVS, hoſtis publicus iudicatur ab Imperatoribus Honorio et Theudoſio in *l. 21. C. Theod. de poen.* quod illi bonoratis et prouincialibus Africae, in qua HERACLIANVS agebat, reſcripto ſuo denunciant. Fuit enim HERACLIANVS Africae comes, qui magno quidem, ſed parum felici conatu arma aduerſus pios illos principes cepit. Nam quum in Italiam oſtium immenſa et ſtupenda multitudine traiecisſet, ſimulatque ad vrbem pergens, littore egresſus eſt, occurſu Comitis, Marini territus, et in fugam verſus, arrepta naui, ſolus Carthaginem rediit, atque ibi continuo militari manu eſt interſectus. Auctor Oroſ. *Lib. vlt. Cap. vlt.* Vnde Paullus Diac. Aquilei ſumſit, quidquid de hac HERACLIANI rebellione narrat *Hiſt. miſcell Lib. XIV. Cap. 2.* Quamobrem eius memoriam damnant Imperatores: *l. 13. C. Theod. de infirm. his, quae ſub tyrann.* inter quod reſcriptum et ſuperius vix anni, et quod excurrit, interuallum intercedit. Hic eſt ille HERACLIANVS, qui Stiliconem manu ſua interfecit: pro cuius operae praemio Africae Comitatum et conceſſum, refert Zoſimus *Lib. V. Cap. 37.* Eius etiam meminit *Lib. VI. Cap. 11.* ¶ 2. Alius fuit HERACLIANVS, tribunus et magiſter officiorum ſub principatu Conſtantini, cuius meminit *l. 1. C. Theod. de pagan. ſacrif. et templ.*

HERBA mala: *l. 10. §. 1. D. locat.* Peſtibiles HERBAS, vel lethiferas habens fundus: *l. 4. C. de Aedilit. act.* Si HERBIS ſegetes corruptae ſunt: *l. 15. D. locat.* Si quid adhuc adeo tenerum ſit, vt HERBAE loco ſit: *l 4. D. arb. furt. caeſ.* Frumenta, quae in HERBIS erant: *l. 78. §. vlt. D. de contrah. emt.* Cicero *Lib IV. de finib. Cap. 14. fruges, ait, ad ſpicam perduci ab HERBA.* Idem *Lib. III de Orat. Cap. 38. Vt in HERBIS ruſtici ſolent dicere, in ſumma vbertate, ineſt luxuria quaedam.* Plin. *Lib. II. Cap. 17. Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in HERBA duntaxat.* Virgil. *Lib. I. Georg. v. 112.*

Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in HERBA.

Perſ. *Satyra VI. Seges in HERBA eſt.* Ouid. *Epiſt. Heroid. XVII. v. 48. Et adhuc tua meſſis in HERBA eſt.* Idem *Lib. VIII. Metamorph v. 290.*

His modo creſcentes ſegetes proculcat in HERBA.

¶. 2. HERBAE quas legati populi Romani ferre ſolebant, id eſt ſagmina. *l 8. D. de diuiſ. rer.* Conf. Liu. *Lib. I. Cap. 24.* et Feſt. *in voce ſagmen,* et ibi Ioſ. Scaliger *in not.* HEIN.

HERBVLA: *l. 55. §. 5. D. de legat. III.*

HERCISCO, vid. ſupra ERCISCO.

HERCVLES Gaditanus, mira religione cultus a veteribus. Gaditani enim Tyro oriundi ſacra Herculis ſecum in Hiſpaniam tranſtulerant. Iuſtin. *Lib XLIV. Cap. 5.* Appian. in *Punic. p 256.* Ei ius capiendi hereditatem cum aliis aliquot Diis dederant leges. Vlpian, *Regul. tit. XXII. §. 6.* HEIN.

HERCVLEVS, A, VM. [HERCVLEAE decuriae mentio fit in *l. 46. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. 5.*]

HEREDITARIVS, A, VM, quod ex hereditate ortum, vel ad hereditatem pertinet. Sic HEREDITARIAE actiones: *l. 22. D. de adim. legat. l 34. §. 6. D. de legat. II. l. 29. §. vlt. D. de donat. l. 71. D. ad SC. Trebell. l. 8. §. 6. D. de condit. inſtit. l. 14. C. de collat.* et apud Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 2. §. 1.* HEREDITARIIS actionibus conueniri: *l. 4. §. 22. D. de fideicomm. libert.* HEREDITARIAE autem actiones adpellantur, quae in hereditate et defuncti bonis ſunt. *l. 1. §. 26. D. ſi quid in fraud. patron. l. 59. D. ad SC. Trebell. l. 20. §. 4. D. de hered. petit.* Quae vero ex defuncti perſona heredi dantur, etiamſi defuncto numquam competierunt, HEREDITARIAE tamen dicendae, vt in ſpecie *l. 84 D. ad leg. Falcid* Plane, quae patrono ad reuocanda ea, quae in fraudem eius alienata ſunt, datur actio, HEREDITARIA non eſt, id eſt, ex bonis quidem liberti, ſed patroni propria eſt. *l. 1. §. 26. ſi quid in fraud. patron.* HEREDITARIAE actiones in *titulo Cod. de hered. act.* accipiendae ſunt, quae ex negotiis cum defuncto geſtis, vel ex delictis ab eo admiſſis in heredes dantur. Quo in numero et legatariorum actiones haberi placet, quamuis ab herede coeperint. *l. 2. §. 8. D. de her. vel act. vend.* HEREDITARIVM aes alienum: *l. 4. §. vlt. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc. l. 92. D. de legat. I. l. 13. D. ad SC. Vellei. l. 16. C. ad leg. Falcid.* HEREDITARIVM autem aes alienum intelligitur etiam id, de quo

Digitized by Google

cum defuncto agi non potuit: veluti quod, quum moreretur, daturum ſe promiſiſſet, item, quod is, qui pro defuncto fideiuſſit, poſt mortem eius ſoluit: l. 7. D. de reb. auct. iud. poſſid. ¶. 2. Ex HEREDITARIA cauſſa: l. 7. D. de tutel. et rat. diſtrah. in cauſſa HEREDITARIA ſunt: l. 6. C. vt in poſſeſſ. leg. [HEREDITARIAE cautiones: l. 5. D. famil. erciſc. HEREDITARIVS contractus: l. 89. D. de adquir. vel. omitt. hered. HEREDITARIA corpura: l. 11. l. vlt. D. de diſtract. pign. et Nouell. Valentiniani de teſtam. HEREDITARIVS creditor: l. 58. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 19. §. 1. D. de condict. indeb. l. 38. D. de legat. III. l. 3. §. vlt. D. quibus ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 6. D. de iudic. l. 5. D. de ſeparat. l. 44. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. de dol. except. ¶. 3. HEREDITARIVS debitor: l. 17. D. ad SC. Trebell. l. 21. D. de fideiuſſ. l. 13. §. vlt. et l. 16. D. de hered. petit. l. 7. D. de except. rei iudic. [l. 51. §. 1. D. famil. erciſc.] debitores: l. vlt. D. quor. bonor. l. 21. D. de ann. legat. l. 5. C. de hered. vel act. vend. l. 4. C. vt in poſſeſſ. legat. l. 1. C. de except. Quis autem ſit debitor HEREDITARIVS, vid. l. 14. et l. 15. D. de hered. petit. HEREDITARIVM debitum: l. vlt. D. de condict. indeb. HEREDITARIAE domus: l. 85. D. de adquir. vel omitt. her. l. 6. D. de ſeruit. leg. ¶. 4. HEREDITARIVS fundus: l. 45. D. de relig. et ſumt. fun. l. 11. §. 1. D. de except. rei iudic. l. 2. C. qui potior. in pign. HEREDITARII fundi: l. vlt. D. de iur. dot. ¶. 5. HEREDITARIA impenſa funeris: l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend. inſtrumenta: l. 48. D. de act. emt. l. 6. D. famil. erciſc. inſula: l. 19. D. de vſufr. l. 33. D. de condict. indeb. l. 4. §. 6. D. de damn. inf. HEREDITARIO iure adquiritur; l. 6. D. de relig. et ſumt fun. capitur: l. 91. D. ad leg. Falc. communis res: l. 34. D. pro ſoc. competit mora: l. 27. D. de vſur. delatus fundus: l. 87. D. de contrah. emt. habere actionem: l. 49. D. de mandat. petitionem: l. 30. §. vlt. D. de pact. dotal. quartam: l. 74. D. ad leg. Falcid. habere et retinere fundi partem: l. 87. D. eod. tit. HEREDITARIO iure auctor laudatur: l. 14. C. de euiction. peruenit ſeruus: l. 38. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. ſuccedere: l. 1. §. 9. D. ad leg. Corn. de falſ. l. 1. C. de reb. alien. non alien. HEREDITARIO vero et proprio iure opponuntur: l. 73. D. de euict. ¶. 6. HEREDITARIA lis: l. 10. D. de except. ¶. 7. HEREDITARIAE moleſtiae: l. 4. §. 11. D. de dol. et met. except. HEREDITARIA munera: l. 2. D. ad SC. Trebell. ¶. 8. HEREDITARIO nomine: l. 93. D. de ſolut. HEREDITARII nummi: l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell. ¶. 9. HEREDITARIA obligatiu: l. 50. D. de fideiuſſ. HEREDITARIVM onus: l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend. ¶. 10. HEREDITARIA pars: l. 44. D. de condit. et dem. partes: l. 8. D. de ſtatulib. l. 23. D. ad SC. Trebell. l. 124. D. de legat. I. et l. 114. D. eod. vbi HEREDITARIAE partes, et viriles opponuntur. Pro parte HEREDITARIA: l. 24. D. de fideiuſſ. l. 12. D. de ſtatulib. HEREDITARIA pecunia: l. 73. D. ad SC. Trebell. l. 15. D. de reb. dub. HEREDITARIAE petitiones: l. 34. §. 1. D. de legat. II. portiones: l. 104. D. de legat. I. l. 3. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 15. D. de iure codicill. l. 31. D. de condict. indeb. l. 8. D. de reb. tub. l. vlt. D. de oper. libert. l. 32. D. de vſu et vſufr. leg. l. 85. D. de verb. obl. l. 14. D. depoſ. l. vlt. D. de donat. l. 15. C. de collat. l. 6. C. famil. erciſc. Pro HEREDITARIA portione; l. 18. D. depoſ. l. 5. C. de collat. l. 8. C. de inoffic. teſtam. l. 1. C. de except. Pro portiunibus HEREDITARIIS; l. 59. D. de hered. inſtit. l. 23. C. famil. erciſc. HEREDITARIA praedia: l. 38. D. de legat. III. l. 76. §. vlt. D. de legat. II. l. 21. §. 1. D. de act. emt. ¶. 11. HEREDITARIVM ſepulcrum: l. 20. §. vlt. D. de adquir. hered. HEREDITARIA autem ſepulcra adpellabantur, quae quis ſibi ſuisque heredibus conſtituerat, vel quae paterfamilias iure HEREDITARIO adquiſiuerat. l. 5. l. 6. D. de religioſ. et ſumt. fun. HEREDITARIVS ſeruus: l. 13. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 18. D. de adquir. rer. domin. l. 4. l. 22. D. de condit. inſtit. l. 73. §. 1. D. de verb. oblig. l. 52. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 66. D. ad SC. Trebell. l. 58. D. de manum. teſtam. l. 11. C. de iur. delib. l. 3. C. de iis, qui a non dom. HEREDITARII ſerui: l. 2. l. 6 l. 17. l. 28. D. de quaeſt. l. 13. C eod. tit. l. 20. D. de adqu. vel omitt. hered. l. 73. D. ad leg. Falcid. HEREDITARIA ſtipulatio: l. 8. D. ad SC. Trebell. HEREDITARIA ſucceſſio. l. 8. C. famil. erciſc

HEREDITAS nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit. l. 24. D. de verb. ſignif. vbi ſucceſſio eſt ipſum ius ſuccedendi. HEREDITAS enim vniuerſitatem quamdam, ac ius ſucceſſiunis demonſtrat; l. 208. D. eod. tit. iurisque nomen eſt: l. 3. D. de bon. poſſeſſ. l. 119. l. 138. §. 1. D. de verb. ſignif. et in iure cunſiſtere dicitur: l. 1. D. de rer. diuiſ. §. 1. D. de reb. corpor. ac proinde abſque vllo corpore Iuris intellectum habet; l. 50. D. de hered. petit. Itaque HEREDITATIS adpellatio etiam damnoſam hereditatem continet: d. l. 119. D. de verb. ſignif. Euque intereſſe dicitur vtrum HEREDITAS an bonorum pars legetur, quod HEREDITATIS parte legata, neque funeris impenſa, neque manumiſſorum pretia deducantur, contra atque bonorum parte legata. l. 8. §. vlt. l. ſequ. D. de legat. II. Huc pertinent variae loquutiones. Ipſam enim HEREDITATEM heres dicitur adgnoſcere, adire, adquirere, HEREDITATI ſe miſcere, immiſcere, et contra ea ſe abſtinere, eam omittere vel repudiare: de quibus ſingulis ſuis locis. Sic alia HEREDITAS eſt creta vel adita: l. 2. C. Theod. de in integr. reſt. alia iacens. Iacet enim hereditas, quae nondum adita eſt. l. 13. §. 5. D. quod vi aut clam. l. 1. D. de ſucceſſ. edict. alia delata, alia adquiſita. Defertur vero HEREDITAS, quam adeundo conſequi poſſumus. l. 131. D. de verb. ſignif. Defertur autem vel ex teſtamentu, vel ab inteſtato, veluti XII. Tabulis, aliisque legibus vel SCis: l. 1. l. 2. l. 3. D. de hered. petit. l. 8. D. de capit. minut. Hinc alia eſt HEREDITAS LEGITIMA, alia TESTAMENTARIA. l. 6. D. quae in fraud. cred. Ea enim vel ex teſtamento, vel aliqua lege, vel SC. vel etiam conſtitutione defertur. l. 2. D. famil. erciſc. Ad hanc notionem et ſequentia pertinent. [HEREDITAS eſt donum fortunae, aeque ac theſaurus. l. 63. §. 1. D. de adquir. rer. dom. HEREDITAS lucroſa, damnoſa, idonea ſoluendo, quorum exempla ſuis quaeque locis inuenies. Caſſiod. in Pſalm. LXXVIII:

HEREDITAS *ab hero dicta eſt, quippe quam iure legitimo dominus noſcitur poſſidere.* HEREDITAS et augmentum recipit, et deminutionem: *l. 20. §. 3. D. de hered. petit.* HEREDITAS aduentiόo iure quaeritur. *l. 16. D. de caſtr. pecul.* Noua HEREDITAS, quae recens obuenit: *l. 2. C. de tutor. vel curat.* HEREDITAS Maeuiana, Titiana: *l. 27. §. 10. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2. HEREDITATIS adpellatione aliquando et bonorum poſſeſſio continetur: *l. 138. D. de verb. ſignif.*
¶. 3. HEREDITATIS verbum interdum pro rebus ipſis et corporibus hereditariis vſurpatur. Sic expilari HEREDITATEM, et HEREDITATIS furtum fieri, dicimus. Et inde Cicero *Topic. Cap. VI.* HEREDITATEM *pecuniam*, definit, *quae alicuius morte ad aliquem peruenit.* Quae res Senecae *Lib. VI. de benef. Cap. V.* ridendi iuriſconſultos anſam praebuit, quamuis inſulſus ſit eius riſus.

HEREDIVM, vt Feſtus *Lib. VII.* ſcribit, antiquitus praedium paruulum adpellabatur: cuius adpellatione hortum olim ſignificatum, Plinius *Lib. XIX. Cap. 4.* ſcribit. Varro *de re ruſt. Lib. I. Cap. 10.* *Antiquus noſter, ante bellum Punicum pendebat bina iugera, quae a Romulo primum diuiſa dicebantur viritim, quae quod heredem ſequerentur,* HEREDIVM *adpellarunt. Haec poſtea a centum centuria dicta.* Cornel. Nep. *in Catone Cap. I. Verſatus eſt in Sabinis, quod ibi* HEREDIVM *a patre relictum habebat.*

HERENNIVS MODESTINVS, de quo Spartian. *in Maximo Iun. Cap. I.* quum ait MODESTINVM *iuriſperitum* hunc principem in iuriſprudentia inſtituiſſe. Hunc ſtudioſum ſuum vocat Vlpianus, et ab eo in Dalmatia agente conſultum ſe refert *l. 52. §. 20. D. de furt.* Citatur a Calliſtrato in *l. vlt. §. 26. D. de mun. et honor.* et a Gordiano *in l. 5. C. ad exhibend.* non contemnendae auctoritatis iuriſconſultus adpellatur. Eius tamen ſententia reprobatur a Iuſtiniano in *l. 36. §. 2. C. de inoffic. teſtam.* Scripſerat autem HERENNIVS MODESTINVS RESPONSORVM *libros XIX.* PANDECTARVM *libros XII.* REGVLARVM *libros X.* DIFFERENTIARVM *libros IX.* EXCVSATIONVM *libros VI.* ad Ignatium Dextrum, Graeca lingua. *l. 1. D. de excuſ.* de POENIS *libros IV.* de PRAESCRIPTIONIBVS *libros totidem.* ad Q. MVCIVM *Libros* ſaltim XXXI. Item libros ſingulares de PRAESCRIPTIONIBVS, DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS, DE TESTAMENTIS, DE EVREMATICIS, DE ENVCLEATIS CASIBVS, DE DIFFERENTIA DOTIS, DE RITV NVPTIARVM. Sunt hic quaedam vel ſupplenda vel emendanda illuſtrandaue. Iam ſub Alexandro Imp. MODESTINVM non contemnendae fuiſſe auctoritatis, patet ex inſigni monimento apud Fabrett. *Inſcr. p. 278.* vbi cum Faltone Reſtitutiano controuerſiam, inter magiſtros fontium et fullones octo annos agitatam decidit. Quod factum anno a Chriſto nato CCXLIV. Inter ſcripta MODESTINI noſter omiſit *libros* de INOFFICIOSO TESTAMENTO, et de MANVMISSIONIBVS, contra eumdem praeter librum ſingularem de PRAESCRIPTIONIBVS cum eſt *libros IV.* de eodem argumento ſcripſiſſe, dubito; De non confundendo MODESTINO noſtro cum altero Modeſtino Naſone, qui periochas Virgilii Maronis ſcripſit, diximus in *Hiſt. iur. ciuil. Lib. I. §. 350. in ſchol. edit. nou.* HEIN.

HERES eſt, qui in ius et locum defuncti ſuccedit: *l. 9. §. 1. D. de edendo. l. 34. D. de iudic. l. 43. D. de reg. iur.* Martial. *Lib. VI. Epigr. 63.*

Tu tamen hunc tabulis HEREDEM, *ſtulte, ſupremis*
Scribis, et eſſe tuo vis, furioſe, loco.

HERES in omne ius defuncti ſuccedit: *l. 11. D. de diuerſ. tempor. praeſcr.* HERES in omne ius mortui, non tantum ſingularum rerum dominium, ſuccedit, quum et ea, quae in nominibus ſunt, ad heredem transeant: *l. 37. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Denique HEREDES ſunt ſucceſſores, qui in vniuerſum ius ſuccedunt, vt loquitur *l. 19. §. 5. D. de Aedil. edict.* adeoque et in aes alienum defuncti ſuccedunt: *l. 6. §. 6. D. de his qui not. infam.* HEREDES autem ab eo dicti ſunt, quod quaſi *heri* ſunt, id eſt, domini; *§. vlt. Inſt. de hered. qual. et differ. l. 1. D. de ſucceſſ. edict.* [Vnde pro *domino* HEREDEM dixit Plaut. *Maenechm. Act. III. ſcen. 2. v. 11.*

Abſtuli
Hanc, cuius HERES *numquam erit poſt hunc diem.*

¶. 2. Eo ſenſu feminino etiam genere HEREDEM dici animaduertimus, contra quam Soſipater credit. Etenim *ſuam* HEREDEM dixit Tryphoninus *l. vlt. D. de dot. collat.* ¶. 3. Huc et pertinent loqoutiones: HEREDEM *eſſe, exſiſtere, facere, inſtituere, relinquere, ſcribere*, de quibus ſuo loco. ¶. 4. [Idemque *exheredem* vocat eum, qui deſiit eſſe dominus et poſſeſſor, *in Bacchid. Act. IV. ſcen. 8. v. 8. Moſtellar. Act. I. ſcen. 3. v. 77.*] Iſidorus tamen *Lib. IX. Etymol. Cap. V.* ab *aere*, alii ab *herendo*, contra veterem ſcribendi rationem, [immo Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 326.* a Graeco χήραξ, hoc eſt, *viduatus, orbus,*] deriuant. HEREDVM alii NECESSARII, alii SVI ac NECESSARII, alii EXTRANEI et VOLVNTARII adpellantur, de quibus ſingulis ſuis locis. ¶. 5. Sunt etiam alii TESTAMENTARII alii LEGITIMI heredes. ¶. 6. Sed enim hi tantum HEREDVM nomen obtinent, qui iure ciuili ſuccedunt: *praetorii ſucceſſores* heredes non adpellantur. HEREDES enim lex tantum facit, veluti XII. tabularum, item Cornelia de captiuis, aut SC. vt Orphitianum et Tertullianum, vel Principis conſtitutio, vt in filiorumfamilias militum hereditate accidit. Praetor vero HEREDES non facit: *§. 2. Inſt. de bon. poſſeſſ. l. 2. §. vlt. D. vnde legit.* Vnde quod in *l. 6. D. quae in fraud. cred.* antehac legebatur: HEREDITATEM VEL HONORARIAM a Pandectis Florentinis recte abeſt. Et in *l. 1. C. ſi quis ignor. rem min.* HEREDITARIO et *honorario titulo* ſuccedere, diuerſa ſunt. Itaque et fideicommiſſarii et bonorum poſſeſſores ab HEREDIBVS fere ſemper ſeparantur, nec HEREDES, ſed *velut heredes* aut heredibus ſimiles perſonae, perpetuo dicuntur. *l. 1. D. de poſſeſſ. heredit. petit. l. 20. §. 13. D. de hered. petit. l. 58. D. de oblig. et act. l. 28. D. de re iudic. l. 9. in fine D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 118. D. de reg. iur. l. 3. in fin. D. de tabul. exhib.*

l. 52. D. famil. erciſc. l. 1. §. 1. l. 47. in fin. D. ad leg. Falcid. §. 3. Inſt. de fideic. hered. l. 10. in fin. D. quae in fraud. credit. l. 1. §. vlt. D. ne vis fiat ei, qui in poſſ. ſ. Vlpian. *Regul. tit. XXVIII. §. 12.* Theophil. *in princ. Inſt. de perpet. et tempor. act.* ¶. 7. HEREDES aut INSTITVTI dicuntur; aut SVBSTITVTI: *l. 1. D. de vulg. et pupill.* Illi et PRIMI HEREDES; hi SECVNDI adpellantur. *l. 25. D. qui teſtam. fac. poſſ. l. 8. D. de lib. et poſtum. l. 56. D. de fideic. libert.* ¶ 8 HEREDES vel EX ASSE, vel EX PARTE. *l. 10. D. de hered. petit.* HEREDES SOLI vel ex parte. *l. 17. D. de iudic. l. 25. D. de pact. dotal. l. 17. §. 2. D. commod. l. 39. l. 49. D. famil. erciſc.* Apud Ambroſ. *Lib. IX. Ep. ad Clementium* HEREDES SINE RE, et CVM RE opponuntur. ¶ 9. HERES HEREDIS, *l. 10. D. de alim. et cibar. leg. l. 2. D. de liberat. leg. l. 1. D. quod legator.* HEREDIS enim adpellatio per multas ſucceſſiones accipitur, nec tantum ad proximum HEREDEM, ſed et ad vlteriores refertur, ita vt HEREDIS HERES, et deinceps illa adpellatione contineantur. *l. 65. l. 170. D. de verb. ſignific. l. 2. D. de liberat. leg.* exceptis paucis ſpeciebus, in quibus HEREDIS adpellatio proximum tantum continet: vt in ſubſtitione impuberi his verbis facta: QVISQVIS MIHI HERES ERIT: et in lege Aelia Sentia, et in Edicti praetorii his verbis: TVM QVEM EI HEREDEM ESSE OPORTET. *l. 70. l. 127. D. de verb. ſignif. l. 1. D. vnde legit.* Quin immo et ita in ſecundis tabulis facta ſubſtitutione; QVISQVIS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO MEO HERES ESTO, ſcriptos tantum heredes, et, qui ex teſtamento heredes exſiſterent, contineri placuit. Et ideo non tantum heredis heredem, ſed et patrem, qui per filium, dominum, qui per ſeruum, heres exſtiterit, ab hac ſubſtitutione repelli, quia hi omnes non ex iudicio veniunt, *l. 3. l. 8. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 27. §. 2. l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* Ceterum qui ſemel HERES exſtiterit, etiamſi viuo pupillo heres eſſe deſierit, hereditate forte vel ex cauſſa inofficioſi teſtamenti, vel vt indigno ablata, ad hereditatem nihilominus admittetur: *l. 31. l. 43. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Eſt et alius caſus, in quo HEREDIS adpellatio proximum tantum complectitur, qui traditur *in l. 14. C. de vſufr.* Alioquin, qui per ſucceſſionem, quamuis longiſſimam defuncto heredes conſtiterunt, non minus HEREDES intelliguntur, quam qui principaliter heredes exſiſtunt. *l. 194. D. de reg. iur.* ¶ 10. Aliquando HERES collectiue heredes omnes, quotquot ſunt, complectitur. Sane his verbis ſtipulationis: TE HEREDEMVE TVVM, ſi plures ſint heredes, continentur. *l. 158. D. de verb. ſign.* Plane ſi quis ita dixerit: HERES MEVS DAMNAS ESTO DARE AVREOS QVINQVE, non quilibet heres, ſed omnes videbuntur damnati, vt vna quinque dent. Ad omnes vtique heredes, etiamſi plures gradus teſtamento facti ſint, ea verba pertinebunt. *l. 44. D. de legat. II. l. 98. D. de legat. III.* Itaque et qui ita dixit: QVANTVM HERES MEVS HABEBIT, TANTVM DATO, pro eo eſt, ac ſi ita dixiſſet: *Quantum omnes heredes mei habebunt. l. 43. D. de legat. II.* Et ita quoque intelligendae loquutiones; HEREDI et in HEREDEM competunt actiones; *l. 40. D. ad Trebell.* Aduerſus HEREDEM vel HEREDI competat obligatio: *l. 51. §. 3. D. de euiction.* Tam ab HEREDE, quam HEREDI praeſtandum. *l. 65. §. 9. D. pro ſoc.* ¶. 11. Quamquam autem HEREDIS verbo iuris tantum ſucceſſor demonſtratur: quod tamen alicui ita datum fuerit, vt ad HEREDES pertineat, etiam ad legatarium, voluntatis potius, quam verborum ratione transferri poterit. *l. 219. D. de verb. ſign.* In re legata acceſſione temporis, quo teſtator poſſedit, legatarius quodammodo HERES eſt. *l. 14. §. vlt. D. de vſurpat.* ¶. 12. Sunt ergo et qui HEREDVM vice, *l. 2. D. de bon. poſſeſſ.* vel loco HEREDVM habentur. *l. 13. D. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. 117. D. de diuerſ. reg. iur.* HEREDVM autem loco vel vice habentur non ſolum bonorum poſſeſſores, ad quos leges hactenus laudatae pertinent, ſed et adrogatores, ad quos per vniuerſitatem bona transeunt, et pater, filii inteſtati caſtrenſia bona, veluti peculii iure, occupans, item fiſcus, ex delicto vel bona vacantia capiens, item pater dominusue, quibus hereditatis emolumentum et commodum adquiritur. *l. 2. §. 19. D. pro emt. l. 6. D. de in integr. reſtit. l. 1. §. 4. D. quando de pecul. act. annal. l. 40. ad SC. Trebell. l. 14. D. de diuerſ. et temp. praeſcript.* Erat olim honorarius ſucceſſor et loco heredis bonorum emtor, qui a creditoribus bona debitoris diſtrahentibus emerat, vt Theophil. *in tit. Inſt. de ſucceſſ. bon.* exponit. Atque hi omnes non directas, ſed vtiles actiones exercebant. Eademque ratione et qui poſt abſtentionem repudiationemue a Praetore in integrum reſtituebantur, vt adirent, HEREDES non fiebant, ſed vtiles tantum actiones habebant. *l. 7. §. 10. D. de minor. l. 21. §. vlt. D. quod metus cauſſ.* ¶. 13. Aliquando HEREDIS adpellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi: *l. 170. D. de verb. ſignif.* Plerumque tamen iunguntur HEREDES ceterique ſucceſſores, *l. 6. l. 14. §. vlt. l. 31. §. vlt. D. de religioſ. l. 1. §. 19. D. depoſ. l. vlt. §. vlt. D. de condict. furtiu. l. 9. D. de tributor. l. 8. §. 1. D. de precar. l. 13. D. de interrogat. l. 9. §. vlt. D. quod falſ. tut. l. 3. §. vlt. D. de contr. tutel. l. 22. §. 4. D. de liberal. cauſſ. l. 20. §. 10. et §. vlt. D. de nou. op. nunc. l. 1. §. 26. D. ſi quid in fraud. l. 7. §. vlt. D. arb. furt. caeſ. l. 2. §. vlt. l. 4. §. vlt. D. vi bon. rapt. l. 16. §. 2. D. quod met. cauſſ. l. 17. §. vlt. D. de dol. mal. l. 1. §. 1. D. ſi quadrup. pauper. l. 13. §. 1. D. de publican. l. 3. §. 4. D. de vſufr. quemadm. cau. l. 63. §. 2. D. pro ſoc.* Quales ſunt bonorum poſſeſſores, et hi, quibus ex Trebelliano SC. reſtituitur hereditas, ceterique praetorii ſucceſſores, vt adparet ex *l. 2. §. 19. D. pro emt. l. 13. §. 5. et l. 15. D. quod vi aut. clam.* Eodem modo iunguntur HERES, et qui ſucceſſorum loco habentur: *l. 14. D. de diuerſ. tempor. praeſcr.* HERES et qualiscumque ſucceſſor: *l. 1. §. 43. D. de aqu. quotid. et aeſtiu. l. 21. §. 2. D. de pecul.* Vnde Vlpianus in *l. 24. §. 1. D. de damn. inf. Adiicitur, ait, in hac ſtipulatione et HEREDVM nomen, vel ſucceſſorum. Succeſſores autem non ſolum qui in vniuerſa bona ſuccedunt, ſed et hi qui in rei tantum dominium ſucceſſerint, his verbis continentur.* Item in HEREDEM et ceteras perſonas: *l. 27. §. 1. D. de damn. infect.* HERES vel ceteri: *l. 27. §. 1. D. de recept. arbitr.* HEREDI ſimiles perſonae: *l. 3. §. 5. D. ſi menſ. falſ. mod.* HERES et ſimiles perſonae:

l. 1. §. 23. D. de tutel. et rat. diſtrah. HEREDEM ſimilesque perſonas: *l. 58. D. de oblig. et action.* HEREDIS ſimiles perſonae, ceteri ſucceſſores: *l. 10. §. vlt. D. quae in fraud.* ¶. 14. Pro HEREDE gerere, quemadmodum Paullus *Sent. Lib. IV. tit. 8. §. 25.* ſcribit, eſt, *deſtinatione futuri dominii aliquid ex rebus hereditariis vſurpare. Et ideo pro HEREDE gerere videtur, qui fundorum hereditariorum culturas rationesque diſponit, qui ſeruis hereditariis, iumentis, aliisue rebus pro domino vtitur.* Vlpianus quoque *Regul. tit. XXII. §. 26.* Pro HEREDE, inquit, *gerit, qui rebus hereditariis, tamquam dominus vtitur, veluti qui auctionem rerum hereditariorum facit, aut ſeruis hereditariis cibaria dat.* Idem *Lib LXI. ad Edictum,* pro HEREDE gerere eum, ſcribit, qui aliquid facit, quaſi heres: nec hoc tam facti eſſe, quam animi. Nec enim aliquid hereditarium attingere ſatis eſt, ſed hoc amplius eo animo eſſe debet, qui attingit, vt heres eſſe velit: *l. 20. D. de hered. inſtit.* Itaque gerit pro HEREDE, qui animo ſucceſſionem adgnoſcit, licet nihil hereditarium attingat, veluti qui re non hereditaria, tamquam hereditaria vtitur: *l. 12. l. 21. §. 1. l. 86. in fine l. 88. D. de adquir. hered.* ac denique qui pro domino aliquid facit, quod citra ius et nomen HEREDIS facere non poſſit. Quod ſi ſepulcri violati egerit, vel operas a liberto paterno petierit filius, nihilo magis pro HEREDE gerere intelligitur, quia illa etiam in non heredem cadunt: *l. 20. §. 4. et §. vlt. D. eod. tit. l. penult. D. de ſepulcr. violat.* Ita pro HEREDE gerere accipimus, in *l. 59. §. 5. D. de hered. inſt. l. 5. D. de caſtr. pecul. l. 2. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. l. 4. l. 5. C. de iure delib. l. 26. D. de lege Cornel. de falſ. l. 4. C. ad SC. Trebell.* et pro HEREDE *geritionem:* in *l. 14. §. 8. D. de religioſ.* et pro HEREDE *geſtionem. l. 19. C. de iure delib.* Iuſtinianus *Nouella I. Cap. I. §. 4.* Δίδομεν ἅπασι τοῖς τοιούτοις προσώποις γίνεσθαι κληρονόμους, καὶ ἀδιτίονος, ἤτοι πρὸ αἱρέδε γεσίονος ἔχειν δίκαιον. *Damus omnibus talibus perſonis ius et facultatem, vt fiant heredes, ſiue aditione, ſiue pro* HEREDE GESTIONE. Vid. plura ſupra in GERERE. ¶. 15. Pro HEREDE poſſidere. *l. 3. §. 05. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 4. D. de vſurp. et vſuc. l. 1. D. quor. bonor. l. 1. §. 1. D. quod legat.* Pro HEREDE poſſidet, qui putat, ſe HEREDEM eſſe. *l. 11. D. de hered. petit.* Pro HEREDE vſucapere. *l. 1. l. 2. l. vlt. D. pro hered.*

HERI pro tempore adhuc recente, vt in *l. 7. §. 2. D. de iniur.* HERI *ſeruum ſuum, hodie liberum.* [Add. *Nouell. CXXXVII. Cap. I.* et ibi Dionyſ. Gothofr. *in not.* vbi multa loca gemina attulit.]

HERMAPHRODITVS, vtriusque ſexus homo dicitur *l. 10. D. de ſtatu hom. l. 15. D. de teſtib. l. 6. in fin. D. de lib. et poſtum.* Plin. *Lib. VII. Cap. 3. Gignuntur et vtriusque ſexus, quos* HERMAPHRODITOS *vocamus, olim androgynos vocatos, et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.* Idem *Lib. XI. Cap. 49. Contra mulierum paucis prodigioſa adſimulatio: ſicut* HERMAPHRODITIS *vtriusque ſexus. Quod etiam quadrupedum generi accidiſſe Neronis principatu primum, arbitror. Oſtentabat certe* HERMAPHRODITAS *iunctas carpento ſuo equas, in Treuerico Galliae agro repertas.* Vſurpant etiam *aduerſ. Valentin. Cap. XXXIV.* et Iul. Firmic. *Matern. Lib. III. Math. Cap. 6.* ANDROGYNVS vocatur a Iulio Obſequente *in libro de prodig. Cap. LXXXI. LXXXVI. XCII. XCIV. XCVI. CVII. CVIII. CX. et CXII.* et a Lactant. *Lib. I. Inſt. diu. Cap. 17.* De eo exſtat elegantiſſimum Auſonii carmen in haec verba:

> *Mercurio genitore ſatus, genitrice Cythere,*
> *Nominis vt mixti, ſic corporis, HERMAPHRODITVS,*
> *Concretus ſexu, ſed non perfectus vtroque.*

Clemens Alexandrin. *Lib. XI. Paedag. Cap. 10.* Οὐ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ζῶον ἅμα ἀμφω, ἄῤῥενος καὶ θήλεος, καθὼς ὑπειλήφασί τινες, ἑρμαφροδίτους τερατολογοῦντες, καὶ τρίτην ταύτην μεταξὺ θηλείας καὶ ἄῤῥενος, ἀνδρόγυνον καινοτομοῦντες φύσιν. *Neque enim idem animal ſimul pudendas partes vtriusque ſexus, maſculas et femininas habet, vti quidam ſuſpicantur, hermaphroditos prodigioſe narrantes, et tertiam quandam ac intermediam inter feminas et maſculos naturam iisdem tribuentes.* Vetus Gloſſarium Graecum: HERMAPHRODITVS, ὁ ἔχων ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς φύσιν, *qui viri et feminae naturam habet.* Suidas quoque HERMAPHRODITVM interpretatur τὸν ἀμφότερα ἔχοντα τὰ μόρια, ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν, *qui vtrasque, et maſculorum, et feminarum partes habet.* Lucianus *in muſcae encomio p. 377. Tomo II.* Opet. Ἀμφότερα καὶ τὰ θηλειῶν καὶ τὰ ἀῤῥένων δρῶσι, βαίνοντες ἐν τῷ μέρει κατὰ τὸν Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης παῖδα, τὸν μικτὸν τὴν φύσιν, καὶ διττὸν τὸ κάλλος. *Vtrumque, vicem nimirum feminarum et marium, obeunt, ſe inuicem inſcendentes, vt Mercurii et Veneris filius, qui natura fuit mixta, duplicique forma.* Idem *in Dialogis meretriciis p. 527. Tomo II.* Ἀλλὰ μὴ ἑρμαφρόδιτος εἶ; ἔφην, οἷοι πολλοὶ εἶναι λέγονται, ἀμφότερον ἔχοντες. *At num hermaphroditus es, inquam ego, quales perhibentur eſſe multi vtrumque membrum habentes?* B. Auguſtinus *Lib. XVI. de ciuit. Dei Cap. 8. Androgyni, quos etiam HERMAPHRODITOS nuncupant, quamuis admodum rari ſint, difficile eſt tamen, vt temporibus deſint, in quibus ſic vterque ſexus adparet, vt, ex quo potius accipere debeant nomen, incertum ſit. A meliore tamen, hoc eſt, a maſculino vt adpellarentur, loquendi conſuetudo praeualuit. Nam nemo vmquam andragynaceas, aut hermaphroditos nuncupat.* Eo vero habitu naturae fuiſſe Fauorinus philoſophus fertur. Sic enim de eo Philoſtratus loquitur *Lib. I. de vit. ſophiſt. Cap. VIII. §. 1.* Διφυὴς δὲ ἐτέχθη, καὶ ἀνδρόθηλυς. Καὶ τοῦτο ἐδηλοῦτο μὲν καὶ παρὰ τοῦ εἴδους, ἀγενείως γὰρ τοῦ προσώπου καὶ γηράσκων εἶχεν. Ἐδηλοῦτο δὲ καὶ τῷ φθέγματι. ὀξυηχὲς γὰρ ἠκούετο, καὶ λεπτὸν, καὶ ἐπίτονον, ὥσπερ ἡ φύσις τοὺς εὐνούχους ἥρμοσε. *Vtriusque ſexus particeps natus eſt, et ex viro atque muliere compoſitus, idque ipſa ſpecie prodebat. Facie enim imberbis ſenex etiam exſtitit. Prodebat idem et voce. Acutum enim inſonantem erat audire et tenue, cum intenſione, vt eunuchi a natura ſolent eſſe comparati.* Apertius Suidas, qui de eo loquens: γεγονὼς δὲ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἀνδρόγυνος ὅν φασιν ἑρμαφρόδιτον. *Natus vero, quod ad corporis habitum, hermaphroditus dicitur.* Ceterum ex his ipſis locis, quos de her-

Digitized by Google

hermophroditis attulit Briſſonius, ſatis intelligitur, vanam eſſe B Auguſtini de eo vocabulo obſeruationem. Quamuis enim verum ſit, neminem veterum eos ambigui ſexus homines dixiſſe *androgynaecas*: Philoſtratus tamen vſus eſt eiusdem notionis vocobulo ἀνδρόθηλυς. HERMAPHRODITAS vero *equas* in genere feminino extuliſſe Plinium, itidem vidimus. HEIN.

HERMOGENIANVS, iuriſconſultus, quem Imperatoris Antonini Caracallae temporibus vixiſſe adparet ex *l. 14. §. 4. D. ad SC. Trebell.* Scripſerat autem *Libros VI. EPITOMARVM*, item *Libros IV.* FIDEICOMMISSORVM. In illis vero *Epitomarum Libris* ordinem Edicti perpetui, ſequutum ſe, ipſemet profitetur. *l. 2. D. de ſtatu hom.* Sunt, quae hic otonenda videntur. Primo ex *l. 14. §. 4. D. ad SC. Trebell.* non liquido probatur, HERMOGENIANVM ſub Antonino Caracalla floruiſſe. Meminit ibi reſcripti *Imperatoris ſui* et *Diui patris eius*: ſed praeterquam quod ibi Seuerum et Antoninum Imp. eſſe intelligendos, ex eo loco non intelligitur: iam a Cuiacio, loco paullo poſt laudando, obſeruatum eſt, ea verba non eſſe HERMOGENIANI, ſed Vlpiani. Immo ſub Conſtantino M. eiusque filiis floruiſſe hunc iuriſconſultum, vel inde patet, quod *l. 17. D. de minor.* meminit praefectorum praetorio, a quibos adpellare non liceat, qood priuilegium his praefectis demum anno Chriſti CCCXXXI. datum eſt a Conſtantino M. *l. 16. Theod. de adpellat.* Deinde neque id certum eſt, quod HERMOGENIANVS ſcripſerit libros FIDEICOMMISSORVM. Inſcriptionem enim *l. 14. D. ad SC. Trebell.* mendoſam eſſe, et prima duntaxat verba ex HERMOGENIANI epitomis, ſequentia ex Vlpiani *Libris fideicommiſſorum* eſſe, iam obſeruaoit Cuiac. *Lib. II. Obſeru. Cap. 27.* HEIN.

[HERMOGENIANVS, A, VM. HERMOGENIANI equi: *l. vn. C. Theod. et Iuſtinian. de greg. dominic. Lib. X. tit VI.* et *Lib. XI. tit. 75.* qoi et HERMOGENIS equi adpellantur in *l. 1. C. Theod. de equ. curul. Lib. XV. tit. 10.* vbi *equis palmatis* iunguntur.] De his equis varias coniecturas hic cumulauit huius additionis auctor, ſequutus Paucirolum, Andr. Alciatum, et Iac. Gothofredum. Sed de variis his equorum generibus iam ſupra ſub articulo EQVVS, quantum ſatis eſt, diximus. HEIN. ¶. 2. HERMOGENIANVS codex, cuius adhuc fragmenta, a Schultingio *Iuriſpr. anteiuſtin. p. 709.* denuo edita, ſuperſunt, a quo conditus ſit, certatur inter viros doctos, et adhuc ſub iudice lis eſt. Diximus de eo codice in *Hiſt. iur. ciu. Lib. I. §. 370. ſequ. p. 360. edit. nou.* HEIN.

HERO, NIS. HERONIBVS clauſum frumentum. *l. 31. D. locat.* HERONES autem accipe tegetes ſparteas aut ſcirpeas, ſeu viminea vaſa, in quibus fruges condebantur. Vetus Gloſſarium: ERONEM κοῖκα, id eſt, *vas, ex palmarum foliis contextum*, interpretatur. Rem ſeu tetigit Briſſonius, quamuis deſcriptionis forma nondum res expedita ſit. Vt enim iam non dicamus,

alios legere maluiſſe *peronibus*, alios *centonibus*, alios *heronibus*: codices MSS. fere praeferunt *eronibus*, quod et Cuiac. *Lib. VII. Obſ. Cap. 39.* probauit. Procul dubio haec vaſorum genera dicta AERONES, non ab *aere*, ceu Accurſius ſenſiſſe videtur, ſed ἀπὸ τοῦ αἴρειν, qood talia vaſa facile tolli portarique poſſent. De his ſiue AERONIBVS, ſiue HERONIBVS plura Hadr. Turneb. *Lib. XXIV. Aduerſ. Cap. 2.* et V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. VIII. Cap. 6. p. 303.* HEIN.

[HERVS, dominus. Legis autem Aquilliae actio HERO competit, id eſt, domino. *l. 11. §. 6. D. ad leg. Aquill.*]

HES.

HESYCHASTA, ἀπὸ τοῦ ἡσυχάζειν, *a quieſcendo* dictus, idem ac monachus, quietum vitae genos eligens, vt caeleſti contemplationi vacet. Nil. *Lib. IV. Epiſt. 17.* Sic in *Nouell. V. Cap. 3. Niſi tamen quidam eorum in contemplatione et perfectione degentes vitam remotam habeant in hoſpitio, quos vocare anachoretas, et* HESYCHASTAS, *conſueuerunt, tamquam a communione ad meliora exceptos.* HEIN.

HIB.

HIBERNVS, A, VM. HIBERNVM tempus. *l. 1. §. 1. D. de aqu. quot. et aeſtiu.* HIBERNO, id eſt, tempore. *l. vlt. §. pen. D. quae in fraud. credit.* In HIBERNIS ſunt pecora. *l. 67. D. de legat. III.*

HIC.

HIC, HAEC, HOC, pro eo, qui coram eſt, et oſtenditur, ac veluti digito demonſtratur, *l. 58. D. de hered. inſt.* Sic frequentes loquutiones: Ac per HOC; *l. 4. §. 11. et §. 32. D. de dol. except. l. 8. §. 5. D de precar. l. 55. l. 71. D. de fideiuſſor. l. 62. D. de ſolut. l. 2. §. 16. D. de hered. vel act. vend. l. 1. C. ſi reut vel accuſat. l. 2. C. quando prouoc. non eſt nec.* Ad HOC proficit: *l. 34. §. 5. D. de contrab. emt.* In HOC, quod: *l. 12. §. 1. D. de iur. dot.* In HOC, vt: *l. 56. §. 2. D. de verb. oblig. l. vlt. D. de bon. damnat. l. 18. §. 9. D. de damn. infect.* In HOC ſimilis legatariis: *l. 20. §. 2. D. de ſtatu. lib.* HAEC ſumma, de pecunia quae in conſpectu eſt: *l. 120. D. de verb. ſign.*

HIE.

HIEMS, Vlpiano teſte, ab aeqoinoctio auctumnali incipit, et aequinoctio vernali finitur, atque ita *aeſtas* et HIEMS ſenis menſibus diuiditur: *l. 1. §. 32. D. de aqua quotid. et aeſtiu.* Si HIEMS ingruerit: *l. 6. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſt.* propter HIEMIS conditionem: *l. 4. §. 1. D de hered. inſtit.* HIEMIS ratio habebitur: *l. 38. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.* HIEME ducitur, vel non ducitur aqua: *l. 1. §. 4. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* Tantum HIEME fluit torrens, ſeu ὁ χειμάῤῥους. *l. 1. §. 2. D. de fluminib.* Structura, quae aeſtate tollitur, et HIEME reponeretur: *l. 242. §. 2. D. de verb. ſignif.*

HIERAPOLIS. HIERAPOLI

aquae

aquae calidae ſunt, agris tamen irrigandis neceſſariae. Conſtat enim, apud Hierapolitanos in Aſia agrum calida aqua rigari. *l. 1. §. 13. D. de aqua quot. et aeſt.* Vitruuius quoque *Lib. VIII. Cap. 3.* HIERAPOLI *aquae calidae multitudinem efferuere*, tradit. Strabo *Lib. XIII. p. 933.* Phrygiae oppida enumerans, *πόλεις δέ εἰσι*, ait, *πρὸς μὲν τῇ μεσογαίᾳ κατ' ἀντικρὺ Λαοδικείας Ἱεράπολις, ὅπε τὰ θερμὰ ὕδατα, καὶ τὸ πλυτώνιον, ἄμφω παραδοξολογίαν τινὰ ἔχοντα.* *In mediterraneis, ex aduerſo Laodiceae, eſt Hierapolis, vbi aquae ſunt calidae, et Plutonicum, quorum vtrumque inſolens aliquid, et mirum habet.* Et paullo poſt *p. 934.* *Ἔστι δὲ καὶ πρὸς βαφὴν ἐρίων θαυμαστῶς σύμμετρον τὸ κατὰ τὴν Ἱεράπολιν ὕδωρ, ὥστε τὰ ἐκ τῶν ῥιζῶν βαπτόμενα ἐνάμιλλα εἶναι τοῖς ἐκ τῆς κόκκυ, καὶ τοῖς ἁλουργέσιν. Οὕτω δ' ἐστὶν ἄφθονον τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος, ὥστε ἡ πόλις μεστὴ τῶν αὐτομάτων βαλανείων ἐστί.* *Eſt et ad lanas tingendas mirum in modum adcommodata aqua Hierapolitana, ita, vt e radicibus facta tinctura coccinam et purpuream aequet. Tanta autem aquae copia eſt, vt tota vrbs plena ſit balneorum, ſponte ſua ortorum.* Stephanus *de vrbibus p. 411.* ἹΕΡΑΠΟΛΙΣ *μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθυσα ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν.* HIERAPOLIS, *vrbs Phrygiam inter et Lydiam: vrbs aquis calidis abundans, a multitudine templorum ſic adpellata.* De hac vtique HIERAPOLI ſenſit Plinius *Lib. II. Cap. 39.* quum ait: HIERAPOLIN *in Aſia.* Sunt enim plures huius nominis vrbes, vt Stephanus *ibidem* notat, veluti in Creta, teſte Plin. *Lib. IV. Cap. 12.* et in Coeleſyria, vt idem Plin. *Lib. V. Cap. 23.* quam ipſemet HIERAPOLIN *Syriae* adpellat. Eaque eſt HIERAPOLITANA vrbs, *l. 2. C. Theod. de venat. ferar.* HIERAPOLIS etiam, Euphrateſiae metropolis, memoratur ab Euagr. *Lib. VI. Hiſt. eccl. Cap. 18.*

HIERAPOLITANI. His diui fratres reſcripſerunt *l. 26. D. de poen.*

HIEROPHANTI agrorum: *l. 14. C. Theod. de pagan. ſacrific.* [vbi eorum priuilegia penitus abolentur, quia eorum profeſſio per legem noſcatur eſſe damnata. Ἱεροφάντης vero, teſte Heſychio, eſt *μυσταγωγὸς ἱερεύς, ὁ τὰ μυστήρια δεικνύων*, *ſacerdos myſtagogus, qui ſacra demonſtrat.* Mentio eorum frequenter fit apud Hieronymum, Sozomenum, Theodoritum, Arnobium, Plutarchum, Laertium, aliosque. At Reineſius *ad Inſcr. p. 180.* legendum putat HOROPHANTAE, id eſt, qui cognoſcunt de terminis fundorum, agrorumque confinia diſcutiunt, qui et *ὁρισταί, ὁροθέται, οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες δικασταί.* Sed dicat quis, quaeſo, Reineſii nomine rationem, cur illa profeſſio damnata ſit, quae non vtilis tantum; ſed et neceſſaria ſemper habita eſt in ciuitatibus. Vid. Iac. Gothofr. *ad d. l. 14. C. Theod.* et, quae ad Arnobii *Lib V. aduerſ. gent. p. 174.* notarunt Elmenhorſtius et Deſiderius Heraldus.] At videmur nobis multo facilius reddere poſſe rationem, cur Reineſius legendum putarit HOROPHANTAE, quam huius additionis auctor, quinam ſint HIEROPHANTAE agrorum? Fuerint hi ſacrorum antiſtites, qui ſacra et ſymbola *τοῖς τελεμένοις* oſtenderunt, *οἱ τὰ ἱερὰ φαίνοντες.* Quid hi vero ad agros? At ad agros quam maxime faciebat HOROPHANTARVM diſciplina. Damnant vero eam Imperatores Chriſtiani, quia plerumque cum ſacerdotio et exſecrabili ſuperſtitione erat coniuncta, et talis, qualis olim apud Romanos *Fratrum arualium*, de quibus ſupra. Non autem hoc ipſo damnarunt diſciplinam illam, quae ad regundos agrorum fines eſt comparata, et quae cum ſacris Termini Dei nihil omnino commune habet. HEIN.

HIEROPHYLAX, aedituus. *l. 20. §. vlt. D. de ann. legat.*

HIL.

HILARIVS, Aretatenſis Epiſcopus, cuius fit mentio in *Nouella Theodoſ. et Valentin. de Epiſcop. ordin.*

HIP.

HIPPO. HIPPONEM delata nauis: *l. 6. D. de lege Rhod.* quo loco Iulianus, vt ex ſequentibus verbis intelligitur, de Hippone, quae in Bruttiis fuit, non longe a portu Herculis, ſenſiſſe videtur: quod oppidum ſua aetate *Vibonem Valentiam* adpellatum, Plin. *Lib. III. Cap. V.* tradit. Steph. *de vrbib. p. 423.* *Ἱππώνιον, πόλις Βρεττίων, ἀπὸ ἥρωος, ἡ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐιβῶν καὶ Οὐαλεντία.* HIPPONIVM, *vrbs Bruttiorum, quae ab heroe quodam nomen habet, poſtea a Romanis dicta Vibonalentia.* Pomponius Mela *Lib. II. Cap. 4.* in Italiae deſcriptione: HIPPO, *nunc Vibon.* ¶. 2. Fuit et HIPPO, Hiſpaniae Baeticae oppidum, vt apud Plinium *Lib. III. Cap. 1.* ¶. 3. HIPPO *Regius*, in Africa, Diarrythum a Graecis dictum, propter aquarum irrigus, vt idem Plin. *Lib. V. Cap 4.* et Mela *Lib. I. Cap. 7.* auctores ſunt. Vrbs D. Auguſtini Epiſcopatu et morte nobilis. Strabo autem *Lib XVII. p. 1189.* duos fuiſſe in Africa HIPPONES *Regios*, ſcribit in hunc modum: *Καὶ οἱ δύο Ἱππῶνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀποτέρω πρὸς τῇ Τρήτῳ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια.* *His duo* HIPPONES, *alter Vticae proximus, alter remotior, et Trito propinquior, ambae Regiae.* Conſudit hic Briſſonius duos HIPPONES. B. Auguſtinus enim non Hippone Diarrytho, quae Vticae proxima fuit, ſed Hippone *Regio*, Epiſcopus ſedit. V. C. Weſſeling *ad Antonini Itinerar. p. 20.* Et quamuis vtrique vrbi *βασιλείας* cognomen tribuat Strabo: de Diarrytho tamen dubitare licet, an *Regius* dictus ſit, quum numquam ſub Regibus fuerit. Cellar. *Geogr. Antiqu. Lib. IV. Cap. V. p. 171. Part. III.* HEIN.

HIPPOCENTAVRVS, adducitur pro exemplo rei, quae in rerum natura non eſt, nec eſſe poteſt. *§. 1. Inſt. de inutil. ſtipul. l. 97. D. de verb. oblig.* [quod a Stoicis mutuatos eſſe iuriſconſultos, notat Cuiac. *Lib. XXVI. Obſ. Cap. 40.*] Quibus conſentiens Cicero *Lib. I. Tuſcul. Quaeſt. Cap. 37.* Hippocentaurum negat vmquam fuiſſe. Idemque *Lib. II. de nat. Deor. Cap. 38.* *Quis enim* HIPPOCENTAVRVM *fuiſſe, aut Chimaeram putat?* At Plin. *Lib. VII. Cap. 3.* *Claudius Caeſar ſcribit*, HIPPOCENTAVRVM, *in Theſſalia natum, eodem die interiiſſe; et nos, principatu eius,* adla-

Digitized by Google

adlatum illi ex Aegypto in melle vidimus. HIPPOCENTAVROS vmquam exſtitiſſe negat etiam Lucret. *Lib. V. v. 877.* vbi fieri oon poſſe tredit, vt conſiſtat

Duplici natura, et corpore bino,
Ex alienigenis membris compacta poteſtas.

Et Palaephat. *Incredib. Cap. I.* Εἰ τις πείθεται τοιοῦτο γενέσθαι θηρίον, ἀδυνάτοις πεπίστευκεν. Οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνδρὸς, οὔτε ἡ τροφὴ ὁμοία, οὔτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείας δυνατὸν ἵππου τροφὴν διελθεῖν εἰ δὲ τοιαύτη ἰδέα τότε ἦν, καὶ νῦν ὑπῆρχε. *Si quis perſuaſum babeat, eiusmodi beſtiam fuiſſe, impoſſibilibus credit. Neque enim naturae equi hominisque inter ſe conuenit: neque alimentum ſimile: neque per os et guttur humanum equi nutrimentum poteſt deſcendere. Si autem forma talis tum temporis exſtitiſſet, etiam nunc ſupereſſet.* Item Heroclit. *Incredib. Cap. V. p. 70. edit. Th. Gale:* Οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτο. δύο γὰρ διηλλαγμένας φύσεις εἰς ἓν συνελθούσας ἀδύνατον ζωογονηθῆναι καὶ τραφῆναι. *Id falſum omnino. Naturae ſiquidem diuerſae, ſi in vnum coaleſcunt, fieri nequit, vt viuant, aut alantur.* Attamen Hieronymos *in vita Paulli* refert, Antonio ad Paullum illum, eremitae ad eremitam eunti, obuium fuiſſe *hominem equo mixtum, cui opinio poetarum* HIPPOCENTAVRI *nomen indiderit.* Sed ipſe dubitat Hieronymus, vtrum diabolus ad incutiendum Antonio terrorem, hoc ſchemote prodierit, on eremus inter reliqua monſtroſa animalia et hanc beſtiam ferat. HEIN.

HIPPOCOMVS, *l. 37. et l. 50. C. Theod. de curſ. publ.* qoi equos curſui publico deſtinotos et deſeruientes curat. Vocabulum Graecum eſt, quo et Xenoph. *Lib. II. Hiſt. Graec.* et Plutarch. *in libello an ſeni ſit gerenda respubl* vtuntur. Ex vtraque autem conſtitutione HIPPOCOMOS ſagatos, ſeu in ſagis fuiſſe, adparet.

HIPPOCRATES. Propter auctoritatem HIPPOCRATIS iam receptum eſt, ſeptimo menſe naſci perfectum partum. *l. 12. D. de ſtatu homin.* HIPPOCRATES ſcripſit: *l. 3. §. vlt. D. de ſuis et legit. hered.* Plin. *Lib. XXIX. Cap. Cap. I.* HIPPOCRATES genitus eſt in inſula Co, inprimis clara et valida, et Aeſculopio dicata. Idem *Lib. VII. Cap. 51.* HIPPOCRATEM principem medicinae vocat. Eius etiam laodes et elogia vide apod eumdem Plin. *Lib. VII. Cap. 37.* Quinctilian. *Lib. III. Cap. 6.* Macrob. *Lib. I. in Somn. Scip. Cap. 6.* Strabonem *Lib. XIV. p. 672.* et Suidam. Quae nos olim, quum publicam Regii oratoris perſonam ſuſtioeremus, in celebri illa et illuſtri, quae cootra pſeudomedicos frequenti auditorio ogitata caoſſa eſt, plenius exſequuti ſumus; quo nomine quantam a medicorum ſchola gratiam inierimus, teſtatum ea reliquit decreto ſuo, quod ad memoriam poſteri temporis ſempiternam de vniuerſi collegii ſententia in honorem nominis mei, ſalutisque tutelam factum eſt, quo poſt hominum memoriam honorificentius nullum in eorum tabulas publicas relatum eſt.

HIR.

HIRCOSVS, A, VM, *l. 12. §. vlt.*

D. de Aedil. edict. Plaot. *Mercat. Act. III. Scen. 3. v. 14.* id eſt, qui hircum olet, vt loquitur Horatius *Epod. XII.* vel, *cui valle ſub alarum trux habitat caper*, vt Catullus ait, *Epigr. LXX. in Rufum. Hircum* autem a Latiois HIRCINVM alarum foetorem vocari, non eſt ignotum: cuiusmodi vitium corporis Plinius *Lib. XXII. Cap. 22. et Lib. XXIV. Cap. 19. alarum graueolentiam, et Lib. XXXI. Cap. 10. Lib. XXXV. Cap. 15. alarum virus, denique Lib. XXI. Cap. 20. alarum vitia* vocat. Enimuero in d. *l. 12. §. vlt. D. de Aedil. edict.* HIRCOSVS non videtur eſſe, cui valle ſub alarum trux habitat caper, ſed cui os olet. Et eo ſenſu vocabulo vſus eſt Cenſorinus *de die natal. Cap. XIV.* Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. III. Obſeru. Cap. 23.* HEIN.

HIRENARCHA, vid. IRENARCHA.

HIRENE, Ancillae nomen, in *l. 43. D. de manumiſſ. teſtam.* Potius *Irene* ſcribi debebat.

HIS.

HISGINVS color, vid. infra ISGINVS.

HISPANIA, cuius fit mentio *l. 63. §. vlt. D. ad leg. Falcid. et l. 34. §. 1. D. de ſtatulib.*

HISPANVS, A, VM. HISPANI ſanguinis equi. *l. 1. C. Theod. de equ. curulib.*

[HISTO, pro textore: ἱςὸς enim eſt tela. Cuiac. ad *l. 203. D. de verb. ſignif.*]

HISTRIO eſt, qui in ſcena fabulas agit, artemque ludicram facit. Feſtus: HISTRIONES *dicti, quod primum ex Hiſtria venerint*, Liuius quoque *Lib. VII. Cap. 2.* quosdam exiſtimaſſe, refert, oomen HISTRIONIBVS inditum, *quia Hiſter, Tuſcò verbo ludio vocaretur.* HISTRIONES ootem claros, *Roſcium* et *Aeſopum*, Cicero *de Orat. I. Cap. 61.* praedicat, et *M. Ofilium Hilarum, comoediarum hiſtrionem*, Plin. *VII. Cap. 53.* At in libris noſtris HISTRIONES non olii habentur, quam ſerui, vt patet ex *l. 15. §. 1. D. de vſufr. l. 12. D. quib. mod. vſusfr. l 73. §. 1. D. de legat. III.* Atque odeo huius voluptatis etiam impuberes artifices fuiſſe, indicant Venuleius et Vlpianus, ille in *l. vlt. §. vlt. D. de liberal. cauſſ.* in quo poſſe et impuberem operas dare, ait, ſi ſit HISTRIO: hic in *l. 7. §. 5. D. de oper. libert.* in qua impuberis quoque eſſe miniſterium tradit, ſi forte ſit HISTRIO.

HISTRIONICAE operae: *l. 73. §. 1. D. de legat. III.*

HOD.

HODIE, id eſt, hoc die: *l. 8. D. de edend. l. vlt. §. 4. D. de verb. oblig. §. 14. Inſt. de inut. ſtipulat. l. 3. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 24. D. de oper. libert.* Sic HODIE et *heri* opponuntur. *l. 7. §. 2. D. de iniur.* Decem HODIE dari ſpondes? dixi, poſſe vel eo die pecuniam peti. Diem enim non dif-

Digitized by Google

ſTVS locupletem, et in aliqua dignitate poſitum, ſignificat. [*l. 9. D. de obſeqn. par. et patron. praeſt.*] Et hinc opponuntur HONESTI *egenis* et *humilibus*: *l. 38. §. 3. D. de poen. §. 4. Inſt. de publ. iudic. l. 3. §. pen. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 52. §. 21. D. de furt.* Arnob. *Lib. VII p. 130. Si ex duobus, facientibus res ſacras, HONESTVS vnus et locuples, alter anguſto Lare.* Sed et HONESTIORES, et *humiliores* opponuntur: *l. vlt. D. de ſepulcr. viol.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. XIX. §. 2. tit. XX. §. 6. tit. XXI. §. 2. tit. XXII. §. 2. tit. XXIII. §. 1. §. 4. tit. XXV. §. 1.* itemque HONESTIORES et *humiliore loco poſiti*: *l. 3. §. 5. D. ad leg. Corn. de ſicar.* HONESTIORES, et *plebei*: *l. 1. §. vlt. D. de effractor.* denique HONESTIORES, et *tenuiores. l. 28. §. 2. D. de poen.* Exquirere ex vicinis ciuitatibus debet HONESTISSIMVM quemque: *l. 1. §. 10. D. de magiſtr. conuen. l. 24. D. de tut. et curat. dat.* HONESTIORES non ſolent pati nomina ſua inſtrumentis inſeri: *l. 5. §. vlt. D. de auct. et conſ. tut.* [HONESTORVM coetus, veluti, aduocatorum; *l. 1. C. Theod. de poſtul. Lib. II. tit. 10.* iuncta: *l. 5. C. eod. tit. l. 54. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*] HONESTA femina: *l. 37. §. 6. D. de legat. III. l. 1. D. de inſpic. ventr.* HONESTI hominis nomen adſumere: *l. 63. §. 10. D. ad SC. Trebell.* Inſtitores interdum ad HONESTOS homines merces adſerunt: *l. 4. D. de Inſtit. act.* HONESTIORE loco natus: *l. 6. D. ad leg. Iul. pecul. l. 1. §. 3. D. de abig.* HONESTIORIS loci homo: *l. 8. §. 23. D. de transact.* HONESTA matrona: *l. 1. §. 6. D. de ventr. inſpic.* HONESTA perſona: *l. 3. D. de teſt.* oppoſita vulgari, et minus honeſtae: *l. 5. D. de legit. tut.* vili et abiectae: *l. 17. §. 13. D. de iniur.* Liberto vero et filio ſemper HONESTA perſona patris et patroni videri debet: *l. 9. D. de obſequ. parent.* HONESTIS perſonis interuenientibus: *l. 1. §. 36. D. depoſ.* HONESTVS vir: *l. 52. §. 21. D. de furt. l. 47. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 12. D. de decurion. l. 2. C. quemadm. teſtam.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 6. §. 2.* In multorum HONESTORVM virorum praediis lupanaria exercentur: *l. 27. D. de hered. petit.* Praeſentibus honeſtis viris. *l. 58. §. vlt. D. de Aedil. edict.*

¶. 2. HONESTVM, quod non modo licet, ſed et virtuti et bonis moribus non aduerſatur, ſed hoc amplius, quod decorum, conueniens honorique congruum eſt. *l. 42. D. de rit. nupt. l. 197. D. de reg. iur.* Nec enim omne, quod licet, HONESTVM eſt. *l. 144. D. eod. tit.* HONESTVM porro quomodo a *bono* differat, vid. apud Senec. *Epiſt. CXVIII.* Sic HONESTA adfectio: *l. 17. §. vlt. D. de adopt.* HONESTA adfectio erga bene merentes, amicos, vel neceſſarios, vti *inhoneſta*, erga meretrices: *l. 5. D. de donat.* HONESTVS amor: *l. 2. D. de donat. int. vir. et vxor.* HONESTA cauſſa eſt. *l. 11. l. 78. §. vlt. D. de furt.* HONESTA cauſſa accipiendi: *l. 20. D. ſolut. matrim.* HONESTIOR: *l. 36. D. de fideic. libert.* HONESTA vero, et *turpis* cauſſa opponuntur. *l. 1. D. de condict. ob turp. cauſ.* HONESTVM eſt, ſumtus litiganti prorogare: *l. 53. D. de pact.* Multa merita incidere poſſunt, quibus HONESTVM ſit, libertatem ſeruo cum decreto praeſtare: *l. 15. §. 1. D. de manum. vindict.* HONESTIVS eſt; *l. 4. D. de in ius voc.* Quum in controuerſiam venit, vnde ad mulierem quid peruenerit, HONESTIVS eſt, quod non demonſtratur, vnde habeat, exiſtimari a viro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eam perueniſſe: *l. 51. D. de donat. int. vir et vx.* HONESTA excuſatio: *l. 15. D de leg. Corn. de falſ.* interpretatio; *l. 52. D. de hered. petit.* Si arbiter aliquid non HONESTVM iuſſerit, non debent obtemperare litigatores: *l. 21. §. 6. D. de recept. arbitr.* HONESTA miſſio: *l. 13. §. 3. D. de re milit. l. 26. D. de teſtam. milit. l. vlt. C. de his. qui non implet. l. 9. C. quando prouoc.* et apud Tacit. *Lib II. Hiſt. 67.* quae nimirum emeritis ſtipendiis, vel ante, ab Imperatore indulgetur: *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam.* HONESTVS modus: *l. 40. D. de damn. infect.* Paullo HONESTIORE nomine concubina, quam amica, adpellatur: *l. 144. D. de verb. ſignif.* HONESTAE nuptiae: *l. 13. l. 44. §. 6. D. de rit. nupt.* HONESTVS quaeſtus: *l. 52. D. de hered. petit.* HONESTIS familiaritatis rationibus: *l. 223. §. vlt. D. de verb. ſignif.* HONESTAE rei ſocietas: *l. 57. D. pro ſoc.* HONESTO titulo hereditates tribuuntur: *l. 5. §. 6. D. de legat. praeſtand.* HONESTA vita. *l. 3. §. 1. D. de donat. l. 3. D. de teſtib.*

HONOR, et HONOS, pro dignitate, et ſpeciatim magiſtratu. [*l. vlt. C. de Iudaeis. et l. 7. C. de Epiſc. et cler.*] De HONORIS vero et *muneris* differentia vid. *l. 6. §. vlt. l. 10. l. 11. D. de mun. et honor.* HONORE decurionum decorari: *l. 6. §. 3. D. de decurion.* fungi: *l. 12. D. eod. tit.* HONORIS cauſſa facta donatio, ſi vxor viro laticlauii petendi gratia donet, vel vt equeſtris ordinis fiat: *l. 42. D. de donat. int. vir. et vx.* HONOR imaginis aut ſtatuae: *l. 13. §. 4. D. de iniur.* HONORES minores et maiores: *l. 11. D. de mun. et honor. l. 7. §. 22. D. de interd. et releg.* Si ob HONOREM fuerit pollicitatio facta: *l. 1. D. de pollicit.* Ob HONOREM aliquem reipublicae promittere; *l. 19. D. de donat. l. 1. D. de pollicitat.* HONORES publici. *l. 6. D. de muner. et hon.*

¶. 2. Huc pertinent loquutiones; Ad HONORES admitti: *l. 8. D. de mun. et honor.* HONORIBVS arceri: *l. 12. D. de decurion.* HONOREM capere: *l. 1. D. ad legem Iul. de vi priu.* Si de HONORIBVS alicuius decernendis paſſus non ſit decerni: *l. 13. §. 4. D. de iniur.* Defertur HONOR: *l. 10. l. 11. l. 14. §. 3. D. de mun. et honor.* Gradatim HONORES deferuntur: *l. 11. D. eod. tit.* in HONORIBVS delatis: *l. 8. D. de vacat. et excuſ.* HONORES gerere: *l. 14. §. vlt. D. de mun. et honor.* petere: *l. 7. D. eod. tit. l. 12. D. de decurion.* prohiberi HONORIBVS: *l. 6. §. 2. D. de muner. et hon.* HONORES ſuſcipere: *l. 14. §. 4. D. eod. tit.* ſuſtinere: *l. 10. D. eod. tit.* vſurpare: *l. 7. D. eod. tit.* HONORIBVS vti prohibitus. *l. 7. D. eod. tit.*

¶. 3. HONOR, pro reuerentia, praerogatiua, nominis memoria. HONOR liberti auctus eſt, non conditio mutata, ſi ab imperatore anulos acceperit: *l. 33. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* HONORIS cauſſa tutor datus: *l. 60. §. 1. D. de rit. nupt. l. 26. §. 1. D. de teſtam. tut.* Nullus HONOS debetur liberis patroni, qui capitis accuſauerunt libertum paternum, vel in ſeruitutem petierunt: *l. 10. §. 11. D. de in ius voc.* Conuenit, tam viuo, quam mortuo patrono, a liberto HONOREM exhiberi: *l. 4. §. 16. D. de dol. et met. except.* HONORIS municipii gratia id fecit:

l. 4. D. de ann. legat. Si ager militibus adſignatus eſt modico HONORIS gratia poſſeſſori dato: *l. 15. D. de rei vind.* Parenti, patrono, patronae, liberisue, aut parentibus eorum HONOS a libertis habetur. *l. 5. l. 7. D. de obſequ. parent.* HONOREM liberti patronis habere debent; *l. 1. D. de bon. libert.* HONOREM ei haberi aequum non eſt, qui manus iniectionem ancillae quum excepiſſet, ipſemet eam proſtituit: *l. 10. §. 1. D. de in ius vocand.* [HONOR habitus veteranis: *l. 5. C. de poen.*] HONORI perſonarum indulgetur: *l. 32. §. 4. D. de recept. arbitr.* HONOR maritalis: *l. 31. D. de donat.* In HONORE conſulatus: *l. 30. D. de condit. et demonſtr.* ad HONOREM ciuitatis: *l. 122. D. de legation.* In HONOREM nuptiarum ſpecies extra dotem a matre genero traditae; Paull. *Sentent. Lib. V. tit. 11. §. 1.* In HONOREM matrimonii turpis actio aduerſus vxorem negatur: *l. 2. D. rer. amot.* HONOR bene transacti matrimonii: *l. 67. §. vlt. D. de legat. II.* Seruos ab HONORE miniſtrandi remouit: *l. 51. D. de manum. teſtam.* In HONOREM nominis mei: *l. 76. §. 5. D. de legat. II.* Pleno HONORE ingenuam dilexerat: *l. 16. §. 1. D. de his, quae vt indign.* Propter honorem perſonae: *l. 1. D. de cuſt. et exhib. reor.* In HONOREM alicuius poſitae ſtatuae: *l. 39. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Si fieri quid in alicuius HONOREM quis non patiatur: *l. 13. §. 4. D. de iniur.* HONOS non ſeruatur ſenatoris filiae, quae corpore quaeſtum, vel artem ludicram fecerit: *l. 47. D. de rit. nupt.* HONOREM paene eumdem ſenibus, quem magiſtratibus, maiores noſtri tribuebant. *l. 5. D. de iure immunit.* ¶. 4. HONOREM habere dicitur teſtator his, quos vel hereditate, vel legato, proſequitur. HONOR hereditatis: Valer. Max. *Lib. VII. Cap. 7.* Hereditates non modo honeſto titulo, ſed et pleniore HONORE, quam legata, tribuuntur: *l. 5. §. 6. D. de legat. praeſt.* HONORE legati vel fideicommiſſi proſequi: *l. 11. §. 20. D. de legat. III. l. 36. D. de excuſat.* [*l. 15. §. 1. D. de leg. Corn. de falſ. l. 52. §. 2. D. de iudic.* Cuiac. *ad l. 3. §. 2. D. de legat. praeſt*] HONORE proprio omiſſo, id eſt, repudiata hereditate, teſtamento relicta: *l. 26. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* Ceterum plenior erat HONOR heredum, quam legatariorum, et inter illos eius, qui primo nominatus fuerat, quam reliquorum. Quinctil. *Declam. CCCXXXIII. Inſtitutus es primo loco heres; non facio tibi iſtius* HONORIS *controuerſiam.* Adde eiusdem *Declam. CCCLXXXVIII.* et Cic. *pro Quinct. Cap. IV.* et *pro Caecin. Cap. IV.* et, qui rem ex instituto expoluit, Guil. Forner. *Select. Lib. I. Cap. 19.* HEIN. ¶. 5. [HONOR pro honorario *l. 6. pr. D. mandat:* et apud Virgil. *Lib. V. Aeneid. v. 249.*

Ipſis praecipue ductoribus addit HONOREM.

quemadmodum Graecis τιμὴ idem aliquando ſignificat. Hieronym. *ad Geront.* HONOR, inquit, *vel pro eleemoſyna, vel pro munere accipitur.* Eodem ſenſu HONOR accipitur *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.* et apud Tibull. *Lib. III. eleg. 1.*

Dicite, Pierides, quonam donetur HONORE,
Seu mea, ſeu fallor, cura Neaera tamen.

Add. Aegid. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 289.* HEIN.

[HONORARE. HONORARI in arena. *l. 1. §. 6. D. de poſtul.*]

HONORARIVM, ſalarium, quod aduocatis, iurisconſultis, medicis, liberalium artium profeſſoribus, menſoribus, et ceteris, qui operam beneficii loco praeſtabant, dabatur, ab eo, quod pro mercede ad honorem eis tribueretur, laboris remunerandi gratia. *Mercedem* enim id dicere diſplicuit, quum non crederent inter huiusmodi perſonas locationem conductionem contrahi. *l. 1. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 9. D. de adminiſtr. et peric. tut.* HONORARIA aduocatorum: *l. 1. §. D. de extraord. cognit. l. 38. D. locat. l. 3. C. de poſtul. l. 2. C. de legation. Lib. X. l. 13. C. de iudic.* Vincentius Bellouac. *Spec. Hiſt. Lib. VII. Cap. 145. Inter aduocatum et clientem licet pecunia interueniat, non tamen dicitur eſſe locatio et conductio, ſed in his opera beneficii loco praeberi, et quum quid datur, ad remunerandum dari. Et inde* HONORARIVM *adpellari.* Vitruu. *Lib. XV. Cap. XXII. Diognetus enim fuerat Rhodius architectus, et ei de publico quotannis certa merces pro arte tribuebatur ad honorem.*

HONORARIVS, A, VM. HONORARII, *l. 14. C. Theod. de nauicul. l. 1. C. Theod. qui a praebit. tiron. Nouell. Theod. et Valent. de metat.* dicuntur, qui ſine adminiſtratione HONORARIIS declarati ſunt codicillis, vt loquitur *l. vlt. C. vbi Senator.* vel qui ſine adminiſtratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerunt, vt aiunt Imperatores, *L. 41. Cod. Theod. de decurion.* quos hoc verborum ambitu deſignant, quod ſint extra palatium conſtituti, officiorum publicorum atque militiae munerum expertes, quo habent ſecretae quietis vmbracula, quibus honorum ſpecies ſuffragio magis parta, quam merito. *L. 5. l. 6. C. Theod. de honor. codicill.* Eosdem Imperatores digito demonſtrant, in *l. 74. C. Theod. de decurion.* quum aiunt; *Inanes vero vmbras et caſſas imagines dignitatum codicillis* HONORARIIS *ſectantes nihil adiuuari praecipimus.* HONORARIOS etiam intelligit Theodoſius, quum ait: *Qui* HONORARIAE *praerogatiuae inſignibus potiuntur. Nouell. Theod. de metat.* Iuſtinianus *Nouell. LXX, praef.* *ἴσμεν γὰρ, ὡς τὸ ἀρχαῖον ἦν τινὸς ὑπαρχότητος σχῆμα, ἣν ὀνοραρίαν ἐκάλουν, κωδικέλλων ἐκ τῆς βασιλείας ἐπ᾽ αὐτῇ παρεχομένων. Ταύτην δὲ οὕτως ὠνόμαζον, ὡς οὐδενὸς ἑτέρου, πλὴν ψιλῆς τιμῆς, τοῖς ταύτης ἠξιωμένοις παρεχομένης. Nouimus enim, quia antiquitus erat quaedam praefecturae figura, quam* HONORARIAM *vocabant, codicillis ab imperio ſuper ea collatis. Hanc autem ita nominabant, quod nihil aliud, niſi purum honorem iis, quibus praebebatur, conferret.* Imaginarius ergo erat hic honorum titulus, et ſine munere. Eoque modo Auſonius *Eidyll. XXX. Muneris exſortem, nomine participem* fuiſſe, ſcribit. Huc pertinent HONORARII codicilli, qui abſque adminiſtratione et cingulo nudi honoris gratia, ſeu decoris cauſſa ab Imperatoribus concedebantur. *l. vlt. C. vbi ſenat. vel clariſſ. l. 41. C. Theod. de decurion. l. 1. C. Theod. de oblat. equor. tit. eiusd. Cod. de honorar. codicill.* Ac proinde, qui huiusmodi codicillis decorabantur

Digitized by Google

HOD. HOL.

differendae actionis inſertum videri, ſed quo praeſens oſtendatur eſſe reſponſum: *l. 118. §. 1. D. de verb. obl.* HODIE nata actione, id eſt, nunc primum: *l. 5. §. vlt. D. de bon. damnat.* HODIE notari, non retro. *l. 6. D. de his, qui not. infam.*

¶. 2. Alias HODIE eſt *hoc tempore*; vt loquitur Caius, *l. 1. D. de his, qui ſui vel alien. iur.* HODIE non dubitatur; *l. 7. D. de re iud.* Vt HODIE fit: *l. 25. D. de legat. I.* Partes Homeri, quae HODIE inueniantur: *l. 52. §. 2. D. de legat. III.* HODIE ſolet pecunia in aede deponi: *l. 7. §. 1. D. de minor.* Solent HODIE Praetores vel praeſides: *l. 1. D. de curat. furioſ.* HODIE ſucceſſit deportatio in locum interdictionis aquae et ignis: *l. 3. D. ad leg. Iul. pecul.* HODIE magis vſurpatur. *l. 24. §. 2. D. ſolut. matrim.*

¶. 3. Quo autem ſenſu in quibusdam Pandectarum locis vox haec accipienda ſit, expoſui *Lib. I. Select. Antiqu. Cap. III.* Plerumque certe nouum ius, quod a vetere vſu receſſit, aut, quod vſu moribusqoe contra antiqui iuris formam, receptum inualuit, ſignificatur: atque ita HODIE eſt *eo iure, quo vtimur,* ſeu moribus, quibus viuimus, ✱ in *l. 32. D. de leg. Corn. de falſ. l. 1. D. de cadauer. punit. l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat. l. 15. §. 1. D. ad SC. Turpill. l. 1. §. 5. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc. l. 14. D. de adpellat. l. 1. D. de minor. l. 7. §. 6. D. de iniur. l. 10. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam. l. 1. §. vlt. D. de interrog. in iure fac. l. 68. D. ad SC. Trebell.* et apud Vlpian. *Reg. tit. XVII. §. 2.* HODIE hoc iure vtimur; *l. 1. D. apud eum, a quo adpell.* HODIE certo iure vtimur: *l. 7. §. 6. D. de min.* HODIE conſtat. *l. 13. §. 8. D. de damn. infect.*

HODIERNVS, A, VM. Vſque in HODIERNVM, id eſt, diem. *l. 135. §. 2. D. de verb. oblig.* Plin. *Lib. XXXII. Cap. I. Seruatumque in* HODIERNVM *eſt, ne quis.*

HOL.

HOLOGRAPHVS, A, VM, HOLOGRAPHA ſcriptura, et HOLOGRAPHA manu condita teſtamenta: *Nouell. II. Theod. et Valentin. de teſtam.* Iſidor. *Lib. V. Orig. Cap. 24.* HOLOGRAPHVM *teſtamentum manu auctoris totum conſcriptum atque ſubſcriptum. Vnde et nomen accepit.*

HOLOSERICVS, A, VM. HOLOSERICA veſtis, *l. 1. C. Theod. de expenſ. ludor.* id eſt, tota ſerica: vt Iſidor. *Lib. XIX. Etymol. Cap. 22.* Vopiſc. *in Tacito Cap. X.* HOLOSERICAM *veſtem viris omnibus interdixit.* Eodemque ſenſu accipe

HOLOVERA veſtimenta. *l. 4. C. de veſtib. holouer. Lib. XI.* Βῆρος enim et *ſerica* idem valere, conſtat. Immo HOLOVERES *veſtes,* non *holoſericas* eſſe, quae fere promiſcui vſus erant, ſed purpura tinctas, iam demonſtrarunt Claud. Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 341. ſequ.* et Octau. Ferrar. *de re veſtiar. Part. I. Lib. II. Cap. 10. p. 158.* Ceterum Claud. Salmaſ. eam vocem conflatam exiſtimat ex Graeco ὅλος totus, et Latino *verus,* quod *tota vera* eſſet ac purpurea, nam purpuram veteres ἀληθινὸν dixiſſe.) At Ferrarius HOLOVERVM natum putat ex Graeco ὁλοπόρφυρον: vnde, abiecta ſyllaba πορ, natum ὁλόφυρον, ac denique HOLOVERVM. HEIN.

[HOLVS, pro *olus. l. 12. §. 1. D. de vſu et habit.* iuncto *§. 1. Inſt. eodem tit.*]

HOM.

HOMERICVS, A, VM. HOMERICVM illud adfert. *l. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.*

HOMERITARVM gens. *l. 2. C. Theodoſ. de legat. et decret. legat.* Stephanus *de Vrbib. p. 614.* Ὁμηρῖται, ἔθνος Αἰθιόπων. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ α. HOMERITAE, *gens Aethiopica, vti Marcianus Periplo I. ſcribit.* Atqui Marcianus Heracleota *Lib. I. p. 44. edit. Dau. Hoeſchel.* non dixit eam gentem eſſe Aethiopicam, ſed Arabicam, qoam oram maritimam ab Arabico ſinu ad Perſicum, in Arabia Felice, tenere, ſcribit, quod et ex Ptolem. *Lib. VI. Cap. 7.* Plinii *Lib. VI. Cap. 28.* Philoſtorgio *Lib. III. Hiſt. eccl. Cap. 4.* aliisqoe, ſatis conſtat. Vid. Cellar. *Geograph. Antiqu. Lib. III. Cap. XIV. p. 705.* HEIN.

HOMERVS, ſummus poetarum apud Graecos. *l. 236. D. de verb. ſignif.* Graecus poeta, HOMERVS. *§. 2. Inſt. de emt. vendit.* Quum poetam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Graecos *egregius* HOMERVS. *§. 2. Inſt. de iure nat. gent.* Eius teſtimonio iurisconſulti vtuntur *l. 1. D. de contrah. emt. l. 65. §. 4. D. de legat. III. l. 1. D. de mort. cauſſ. donat. l. 4. §. 6. D. de grad. et adfin. l. 16. §. vlt. D. de poen. l. 9. §. 1. D. de ſupell. legat. §. 1. Inſt. de donat.* et *§. 1. Inſt. de leg. Aquill.* Quum haberet HOMERVM totum in vno volumine, noo quadraginta octo libros computamus, ſed vnum HOMERI volumen pro libro accipiendum eſt. *l. 52. §. 1. D. de legat. I.*

HOMICIDA qois ſit, vide in *Collat. Leg. Moſaic. et Roman. tit. I. §. 2. 3. et 4.* Qui hominem non occidit, ſed vulnerauit, vt occideret, pro HOMICIDA damnandus eſt. *l. 1. §. 3. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Si quis percuſſorem ad ſe venientem cum gladio repulerit, non vt HOMICIDA tenetur. *l. 3. C. ad leg. Corn. de ſicar.* HOMICIDA quod fecit, ſemper exſpectet. *l. 3. C. de epiſcop. audient.*

HOMICIDIVM admittere: *l. 1. §. 3. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* In HOMICIDIO confeſſus: *l. 6. §. vlt. D. de interd. et relegat.* HOMICIDIVM in ſe confingere: *l. 1. §. 27. D. de quaeſtion.* facere: *l. 5. C. ad leg. Corn. de ſicar.* HOMICIDII poena. *l. 1. C. eod. tit.*

HOMO. HOMINIS adpellatione tam maſculus, quam ſemina continetur: *l. 152. D. de verb. ſignif.* HOMO non recte dicitur partus nondum editus: *l. 9. D. ad leg. Aquill.* Commune omnium HOMINVM ius: *§. 1. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* Solis HOMINIBVS inter ſe commune ius gentium: *l. 1. §. vlt. D. de iuſt. et iur.* Omnes HOMINES

 aut

aut liberi ſunt, aut ſerui: *l. 3. D. de ſtatu hom. pr. Inſt. de iur perſ.* HOMINVM cauſſa omnes fructus rerum natura comparauit: *l. 28. D. de vſur.* HOMINIS intereſt, HOMINEM beneficiis adfici: *l. 7. D. de ſeru. export.* HOMINEM HOMINI inſidiari nefas eſt: *l. 3. D. de iuſtit. et iur.* Iuſtiſſime Aediles noluerunt HOMINEM ei rei, quae minoris eſſet, accedere, propter dignitatem HOMINVM: *l. 44. D. de pecul.* In fructu hominis HOMO eſſe non poteſt: *l. 68. D. de vſufr.* HOMINVM naturalis ad diſſentiendum facilitas: *l. 17. §. 6. D. de recept. arbitr.* HOMINVM nonnulli faciles ad iurandum, contemtu religionis, alii perquam timidi, metu diuini numinis, vsque ad ſuperſtitionem: *l. 8. D. de condit. inſtitut.* HOMINVM adiectione imperium ampliatur potius, quam pecuniarum copia: *l. vlt. §. 3. D. de bon. damnat.* HOMINVM vocabula mutabilia ſunt, rerum vero immotabilia: *l. 4. D. de legat. I.* Natura magis in HOMINE generandi, et conſuetudo ſpectanda eſt, quam temporale vitium: *l. 9. D. de liber. et poſtum.* HOMINIS vitae finis longiſſimus eſt centum annorum: *l. 56. D. de vſufr. l. 8. D. de vſu et vſufr. legat.* Inter HOMINES eſſe deſinere: *l. 57. D. de legat. II.* Ab HOMINIBVS ereptus princeps: *l. 56. D. de legat. II.* HOMO honeſtioris loci: *l. 8. §. 13. D. de tranſact.* Mali HOMINES: *l. 13. D. de offic. Praeſ.* Vid. *infra Lib. XI.* [HOMO nouus: Vid. *infra* NOVVS. HOMO ruſticanus: *l. vlt D. de dol. except.* HOMO nimium ſecurus et deperditus. *l. 3. D. de iur. et fact. ignor.* ¶. 2. HOMO, pro ſeruo. *l. 135. et l. 203. D. de verb. ſignif. l. 48. §. 6. D. de Aedil. edict. l. 74. l. 75. §. 8. D. de verb. oblig. l. 37. D. mand. l. 35. l. 108. §. 1. D. de legat. I.* Qui HOMINEM debebat: *l. 72. §. 5. D. de ſolut.* Si generaliter mihi HOMINEM debeas: *l. 27. §. 7. D. de pact.* debilitatum HOMINEM, vel verberatum, vel vulneratum reſtitui: *l. 13. D. de rei vindic.* HOMO, Eros: *l. 9. D. qui potior in pign. l. 3.* iuncta *l. 4. D. de oper. ſeruor.* Qui hominem legat: *l. 11. D. de adimend. legat.* HOMINE legato: *l. 18. D. de opt. vel elect. leg.* HOMINE generaliter legato: *l. 37. D. de legat. I. §. 22. Inſt. de legat.* Incerto HOMINE legato: *l. 25. §. 17. D. famil. ercisc. l. 13. D. de legat. I.* HOMINIS legatum orationis compendio ſingulos homines continet: *l. 66. §. 1. D. de legat. I.* In petendo HOMINE nomen eius dici debet, et vtrum puer, an adoleſcens ſit, vtique ſi plures ſint. Sed ſi nomen eius ignorem, demonſtratione eius vtendum eſt, veluti: Qui ex hereditate eſt: Qui ex illa natus eſt: *l. 6. §. vlt. D. de rei vindic.* Qui HOMINEM generaliter promiſit: *l. 32. §. vlt. D. de condict. indeb. l. 38. l. 67. D. de ſolut.* HOMINEM ſtipulari: *l. 13. §. 4. D. de acceptilat. l. 72. §. 5. D. de ſolut.* Si certum corpus, veluti HOMO, in ſtipulationem deductus eſt: *l. 10. D. de acceptilat.* ¶ 3. [HOMO, pro tirone. *l. 7. v. contra haec ſunt C. Theod de tiron. Lib. VII. tit. 13.*] ¶. 4. HOMO, pro colono: *l. 3. C. Theod. de luſtrali collat. Lib. XIII. tit. 1. l. vn. C. Theod. quod iuſſ. Lib. II. tit. 31.* At Tribonianus in *l. vlt. C. quod iuſſ.* verba *d. l. vn.* HOMINES *commendantur*, mutauit, ſubſtituitque *commendant*, adeoque non ſeruos, ſed ipſos dominos HOMINVM adpellatione intellexit. Vid. Iac. Gothofredi *Not. ad d. l. vn.*]

¶. 5. [HOMINES domus Auguſtae. *tit. C. Th. de conduct. et homin. dom. Aug. Lib. X. tit. vlt.*]

HOMOLOGARE, quid ſit, vid. *l. pen. C. de arbitr.*]

[HOMOLOGVS, A, VM. HOMOLOGI coloni, quorum bis mentio fit in *l. vlt. C. Theod. de patrocin. vicor. Lib. XI. tit. 24.* erant coloni adſcriptitii, vicis fundisque adſtricti, ὁμολογοὶ, conditionales, dedititii, qui videlicet ſe dedentes, ex pactione quadam hanc in conditionem venerant, receptique fuerant. Iac. Gothofred. *in Comment, ad d. l.*]

ΟΜΟΟΥΣΙΟΝ, HOMOVSION, conſubſtantiale, conſubſtantialitas. *l. 4 C. de ſumma Trinit.* vocabulum quo ſe orthodoxi ab Arianis et aliis, ſacram triada perſonarum diuinarum impugnantibus, diſcernebant. Vnde HOMOVSIANI ab Arianis dicebantur. Fulgent. *adu. Faſtid. Arian. Cap. I.* HEIN.

HON.

HONESTAMENTVM. *l. 4. l. 74. C. Theod. de decurion.* Idem nomen et Seneca *Epiſt. LXVI.* vſurpat. [Sed et Symmachus *Lib. I. Epiſt. 6.* et Apulei. *in Apol. p. 276. Qui gratiam corporis morum* HONESTAMENTIS *ornarunt.*]

HONESTAS. HONESTATI heredis conuenit: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 5. §. 2.* HONESTAS matrisfamilias: *l. 41. D. de rit. nupt.* HONESTATIS ratio non patitur, fiſcum retractare, quod ſemel vendidit: *l. vlt. C. ne fiſc. rem, quam vend. euinc. Lib. X.* HONESTATIS rationem habere: *l. 26. D. de oper. libert.* Eiusdem HONESTATIS teſtes: *l. 21. §. 3. D. de teſtib.* Secundum vitae HONESTATEM creſcit aut minuitur aeſtimatio iniuriae. *§. 7. Inſt. de iniur.*

HONESTE, id eſt, ſine turpitudine. *l. 16. iuncta l. 38. D. de oper. libert.* HONESTE quaedam accipiuntur, inhoneſte tamen petuntur: *l. 1. §. 5. D de extraord. cognit.* Non aliter mulier, quae vſum habet, hoſpitem recipere poteſt, quam ſi is ſit, qui HONESTE cum ea habitaturus ſit: *l. 7. D. de vſu et habitat.* HONESTIVS culta ſponſa: *l. 5. §. 10. D. commod.* Non licet tutori, reſpectu exiſtimationis pupilli erogare ex bonis eius, quod ex ſuis non HONESTISSIME fuiſſet erogaturus: *l. 12. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Etſi HONESTE, ex liberalitate tamen ſit: *l. 12. D. de adminiſtr. et peric. tut.* HONESTE miſſus miles: *l. 5. D. de teſtam. mil.* HONESTE nubere: *l. 6. §. 1. D. de iur. dot.* HONESTE quaerere: *l. 6. C. de donat. int. vir. et vxor.* HONESTE ſacramento ſolutus, apud Ammian. Marcell. *Lib. XXX. Cap. 7. l. 2. D. de veteran. l. 7. C. de fide inſtrum.* id eſt, ὁ ἐντίμως πληρώσας τὸν τῆς στρατείας χρόνον, *qui HONESTE exegit militiae tempus*, vt loquitur Modeſtinus, *l. 8. D. de excuſat.* HONESTE viuere. *l. 10. D. de iuſt. et iur.*

HONESTVS, A, VM. HONESTVS

tur, nulla vera et ſolida, ſed imaginaria tantum et adumbrata dignitate potiebantur. HONORARIA dignitas: *Nouell. de Iudaeis.* HONORARIA praerogatiua: *Nouell. Theod. de metat.* HONORARIVS titulus, ſine adminiſtratione. *l. 21. C. de Epiſc. et cleric.* ¶. 2. HONORARIVM etiam dicitur, quod a Praetoris aliurumque magiſtratuum auctoritate ac iurisdictione proficiſcitur. Sic HONORARIA actio: *l. 22. §. vlt. D. de liber. cauſſ. l. 6. §. 2. D. de confeſſ. l. 2. §. 7. D. de dol. mal. l. 25. D. ad SC. Vellcian. l. 1. §. 10. D. ſi Is qui teſt. liber. l. 7. C. quod cum eo. Collat. Legum Moſaic. et Rom. tit. II. §. 5.* Opponuntur autem actio HONORARIA, et *ciuilis*: vt *l. 28. pr. D. de legat. I. l. 11. D. de fideiuſſor. l. 1. §. 1. D. de Public. l. 178. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 25. §. vlt. D. de obl. et act.* Qui HONORARIA actione noo iure ciuili obligatus eſt: *l. 1. §. vlt. D. de pecun. conſtit.* HONORARIAE actiones: *l. 1. §. vlt. D. de priuat. delict. l. 35. pr. D. de oblig. et action. l. 1. §. 1. D. de acceptilat.* HONORARIAE actiones, et quae *iure ciuili* competunt: *l. 40. pr. D. ad SC. Trebell.* HONORARIAE actiones, et *legitimae*: *l. 32. pr. D. ad leg. Falcid.* quae vel rei perſequutionem continent, *l. 35. D. de obl. et act.* vel poenales ſunt: *l. 32. pr. D. ad leg. Falcid. l. 22. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* HONORARIVS arbiter, apud Ciceron. *Lib. V. Tuſc. Quaeſt. Cap. 41.* id eſt, a praetore datus: HONORARII bonorum poſſeſſores: *l. 6. D. ad SC. Trebell. l. 10. D. ad SC. Vellei. l. 1. §. 8. D. vt legat. ſeu fideic. ſeru. cauſſ. cau. l. 9. §. 6. D. de interrag. in iur. fac. l. 24. D. famil. erciſc.* HONORARII curatores, qui a Praetore conſtituuntur: Vlpian. *Regul. tit. XII. §. 1.* iudicium HONORARIVM: *l. 33. pr. D. de noxal. act.* HONORARIVM ius, id eſt, Praetorium: *l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 8. D. de fideiuſſ. l. 10. D. de verb. ſignif. l. 95. §. 3. D. de ſolut.* Ius autem praetorium, HONORARIVM, ad honorem praetorum nominatum, Papinianus ſcribit. *l. 7. D. de iuſtit. et iur.* Iuſtinianus vero in *§. 7. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* *Praetorum quoque*, ait, *edicta non modicam obtinent iuris auctoritatem. Hoc etiam ius* HONORARIVM *ſolemus adpellare, quod, qui honorem gerunt, id eſt, magiſtratus, auctoritatem huic Iuri dederunt.* Ac plane HONORATVS dicitur Praetor ab Ouid. *Lib. I. Faſt. v. 5.* HONORARIVM ergo ius ciuili opponitur. *d. l. 65. §. 3. D. ad SC. Treb.* Iure HONORARIO obligamur ex his, quae Edicto perpetuo, vel a magiſtratu, fieri praecipiuntur, vel fieri prohibentur. *l. 52. §. 6. D. de oblig. et act.* HONORARIAE obligationes: *l. 5. D. de pign. l. 1. §. vlt. D. de nouat. l. 8. §. vlt. D. de acceptil. § 1. Inſt. de obligat.* vbi a *ciuilibus* et *naturalibus* ſeparantur. Qui HONORARIO iure obligatus eſt: *l. 8. §. 7. D. de fideiuſſ.* HONORARIA poena iniuriarum, quam Praetores iotroduxerunt: *§. 7. Inſt. de iniur.* HONORARIO iure ſuccedere: *l. 1. D. de mun. et honor. l. 5. C. de condict. indeb. l. 3. C. vnde legit.* HONORARII ſucceſſores: *l. 13. §. 10. D. de acceptilat. l. 1. §. 3. D. vt legat. cauſſ. cau. l. 6. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 7. §. 9. D. de Public. in rem act.* id eſt praetorii, quales bonorum poſſeſſores. Nec tamen IVS HONORARIVM reſtringendum eſt ad id, quod ex edicto praetoris eſt. Quae enim ex quocumque magiſtratus edicto promanarunt, IVRA HONORARIA dicta ſunt, vti iam Modeſtinus *l. 52. §. 6. D. de oblig. et act.* Ipſeque Iuſtinianus, *§. 7. Inſt. de iuſt. et iure* obſeruarunt, pluribusque argumentis firmarunt Cuiac. *in Notis prioribus ad d. §. 7. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* et Iac. Raeuard. *de auctorit. prudent. Cap. X. p. 1008.* Verum quidem eſt, praetorem HONORATVM vocari ab Ouidio: ſed reliquos etiam magiſtratus ita dictos eſſe, paullo poſt, ad articulum HONORATVS, adparebit. HEIN. ¶ 3 HONORARIVM, quod pro mercede datur: [HONORARIA ſumma, cauta nomioe palmarii. *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* ¶. 4. HONORARIVM etiam vocatur, quod honoris cauſſa fit. Sic HONORARIVS tutor, *l. 60. §. 2. D. de rit. nupt.* id eſt, qui honoris cauſſa datus, vt *d. §. 2.* explicatur. Honuris autem cauſſa datus tutor non videtur, quem pater a ceteris tutoribus, quibus negotia gerenda mandauit, rationes accipere voluit. *l. 26. §. 1. D. de teſtam. tut.* Potius ergo HONORARII tutores ſunt in *l. 14. §. 1. D. de ſolut.* qui non adminiſtrant, neque gerunt tutelam, vt ait *l. 3. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* vbi Vlpianus huiusmodi tutores ait dari, quaſi *obſeruatores actus* eorum, qui adminiſtrant, et *cuſtodes*, imputarique eis quandoque, ſi, quum male conuerſari eos, qui gerunt, videant, ſuſpectos eos non faciant.

HONORATVS. HONORATI, *l. 1. C. de offic. ciuil. iud. l. 18. C. de Epiſc. et cler. l. 3. C. de offic. diuerſ. iudic. l. 6. C. de poſtul. rubr. C. de honorat. vehicul. Lib. XI. l. 1. C. Theod. quib. equ. vſ. l. 1. C. Th. de offic. iud. ciuil. l. 1. C. Th. de comit. prim. ord. l. 2. C. Th. de decurion. et ſilent. l. 13. l. 20. eod. Cod. de agent. in reb. l. 7. C. Th. de priuil. cor. l. 1. C. Th. de milit. veſt. l. 7. l. 18. C. Th. de tiron. l. 12. C. Th. de veteran. l. 6. eod. C. ad leg. Iul. repetund. l. 21. eod. C. de poen. l. 5. eod. C. de indulg. deb. l. 4. C. Th. de ſuſcept. praep. et arcar. l. 43. C. Th. de epiſc. et cler. l. 2. l. 3. C. Th. ne quid publ. laetit. Nouell. Theod. de praed. piſtr.* Quo nomine generaliter omnes, quacumque dignitate, ſiue ciuili, ſiue militari praediti, et omnes omnino, aliquam adminiſtrationem habentes, comprehenduntur. Vnde omnes HONORATI *ciuilium et militarium dignitatum. l. vn. C. de honorat. vehic. Lib. XI.* Solida eſt haec Briſſonii obſeruatio. Falluntur enim, qui praetorem, vel ſolum, vel κατ' ἐξοχὴν, HONORATVM dictum, ex Ouidii Faſt. *Lib. I. v. 51.* colligunt. Idem enim elogium et conſulibus, reliquisque magiſtratibus tribuitur a Liuio *Lib. XXV. Cap. 5.* Salluſt. *Catilin. Cap. XXXIV.* Horatio *Lib. I. Epiſt. I. v. 106.* Propert. *Lib. IV. eleg. II. v. 102.* Velleio Paterc. *Lib. II. Cap. 54. et 88.* ipſoque Ouidio *ex Ponto Lib. IV. el. 5. v. 2.* et in *Carm. ad Liuiam v. 329.* Qui functi erant magiſtratibus, HONORATI vocabantur. Flor. *Lib. I. Cap. 13.* et apud Gruter. *Inſcript. p. CCCLIII, 6. p. CCCLXXXVII, 8. p. CCCXCII, 1.* Quin et ſacerdotes, HONORATOS dictos eſſe, legimus. Nam HONORATVS AVGVSTALIS eſt apud Gruter. *p. CCCLVII, 3.* HONORATVS VEFLAMEN AVG. P. P. apud eumdem. *p. CCCLXIV, 1.* Vnde non abſurde dixeris, et pontificum edicta, qualia fortaſſis ſunt illa *l. 6. §. 3. D. de rer. diuiſ. l. 9. §. 2. D. eod. tit. et l. 44. §. 1. D. de religioſ.* portionem IVRIS HONORARII fuiſſe.

Nam

Digitized by Google

Nam ex iuris pontificii capitibus *innumerabilia nata eſſe, quibus impleta fuerint iuriſconſultorum libri*, teſtatur Cic. *de Legib. Lib. II. Cap. 19.* HEIN.

¶. 2. [HONORATI etiam, qui honorarios codicillos conſequuti fuerant, dicuntur. Vid. Iac. Gothofredus *Comment. ad l. vn. C. Theod. de offic. indic. ciuil. Lib. I. tit. 8.*] De his HONORATIS codicillaribus videndi etiam Ioſeph. Nerius *Analect. Lib. I. Cap. 32.* et Hadr. Valeſ. *ad Ammian. Marcellin. Lib. XIV. Cap. 5.* HEIN.

[HONORIFICENTIA. HONORIFICENTIAM debitam praeſtare: *l. pen. C. de offic. diu. indic.* HONORIFICENTIAM deferre. *l. 1. C. de domeſt. protect.*]

HOP.

HOPIA Indica. *l. 16. §. 7. D. de publican.* Per eam opium intelligit Accurſius, quod homines faciat dormire. At V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. IV. Obſ. Cap. 5. p. 353. ſequ.* vrbane, vt ſolet, aeque facile *cophium*, (coffé) intelligi poſſe, ait. Ipſe non dubitat, quin legendum ſit *opera Indica.* Qua de re alii viderint. HEIN.

HOR.

HORA, *l. 3. §. 3. D. de minor. l. 16. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ἡμέρας μόριον, *diei pars* definitur ab Athenaeo, *Lib. I. Deipnoſ.* (vel potius in *argumento operis p. 1.*) de cuius vocis etymo videndus Macrob. *Lib. I. Saturnal. Cap. 21.* Dies et HORA: *l. 3. D. de accuſat. l. 3. §. 1. D. quod vi, aut clam.* Interualla dierum, et HORARVM: *l. 4. §. vlt. D. de ſeruit.* HORAE aliae diei ſunt, aliae noctis. *l. 7. D. de vſurp. et vſucap. l. 5. D. qui teſt. fac. poſſ.* Illae *diurnae*, hae *nocturnae* vocantur. *l. 2. D. de aqu. quot. et aeſtiu. l. 25. D. ad leg. Iul. de adult.* et apud Virgil. *Lib. III. Georg. v. 400.* Diei autem, hoc eſt, lucis, duodecim HORAS eſſe, ex Pallad. *Lib. II. de re ruſt. Cap. vlt. patet.* Id quod ipſemet *luminis* veri *parens*, καὶ Φωτῶν πατὴρ, pronunciat apud D. Ioannem *Euang. Cap. XI. v. 9.* his verbis: Ὀυχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; *Nonne duodecim diei HORAE ſunt?* Cuius partitionis perpetuo ſeruandae cauſſa aeſtiuas horas hibernis longiores fuiſſe, conſequens eſt, vt Martialis *Lib. XX. Epigr. I.* indicat, quum ait: HORA *nec aeſtiua eſt.* Verum tamen more Romanorum, qui dies a media nocte incipiebant, et ſequentis noctis media parte finiebant, viginti quatuor horas complecti dies dicitur. *l. 8. D. de feriis.* Varro *Libro rerum humanarum*, quem de diebus ſcripſit: *Homines*, inquit, *qui a media nocte ad proximam mediam noctem in his HORIS viginti quatuor nati ſunt, vna die nati dicuntur.* Citat Gell. *Lib. III. Cap. 2.* quod his verbis concluditur: *Diem, quem Romani ciuilem adpellauerunt, a ſexta noctis HORA oriri.* Similiterque Plinius *Lib. II. Cap. 77. Vulgus omne diem a luce ad tenebras obſeruat. Sacerdotes Romani, et qui diem definiere ciuilem, item Aegyptii et Hipparchus, a media nocte in mediam.* Idem Varro *Lib. VIII. de lingu. Lat. In mari motus viginti quatuor HORIS lunaribus quotidie quater ſe mutant.* ¶. 2. Sic: HORA ſecunda diei, apud Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 6. §. 2.* tertia: *l. 5. §. vlt. D. de ſeruit.* ſexta: *l. 25. §. vlt. D. de lib. et poſtum. l. 2. D. de ann. legat.* et apud D. Matthaeum *Euang. Cap. XX. v. 5.* Marc. *XV. v. 33.* Luc. *XXIII. v. 44.* HORAE ſex antemeridianae: *l. 3. D. de oper. libert.* quae *primae* dicuntur, quibus opponuntur *ſupremae* in *l. 2. §. vlt. D. de verb. ſignif.* in qua Paullus ait: *Cuiusque diei maior pars eſt HORARVM ſeptem, primarum diei, non ſupremarum.* Exſtat venuſtum, nec minus argutum, epigramma Graecum, quo primas ſex HORAS diei rebus gerendis aptas et commodas eſſe, traditur, eas vero, quae deinceps ſequantur, dandas eſſe, corpori, cuius, vt ille ait, fulturis animus ſuſtinetur. Idque ipſarum litterarum Graecarum, quibus HORARVM ſeries notatur coniunctione ſignificari. Supremarum enim horarum apices numerales ſunt Z. H. Θ. I. qui ſimul iuncti efficiunt ZHΘI, quo verbo mortales *viuere* et genio indulgere admonentur. Verſus ipſos ponam, dignos, non in Epigrammatum libro ſolum, ſed vbique, legi:

> Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτὰς,
> Γράμμασι δεικνύμεναι, ZHΘI λέγουσι βροτοῖς.
> *Sex operis aptae, at horae quae deinde ſequuntur*
> *Litterulis iunctis*, ZHΘI, *monent homines.*

Epigramma hoc ita expoſuit vetus Scholiaſtes: Φησὶ, δεῖ μέχρι τῆς ἕκτης ὥρας τῆς ἡμέρας ἐργάζεσθαι· μετὰ δὲ ταύτην ἐπ' ἄριστον ἔρχεσθαι. τοῦτο δὲ φησὶ δηλοῦν καὶ τὸ ὡρολόγιον· τὰ γὰρ μετὰ τὴν ἕκτην σημεῖα, τουτέστι τὸ Z, καὶ τῆς ὀγδόης, τὸ H, καὶ τῆς ἐννεάτης, τὸ Θ, καὶ τῆς δεκάτης, τὸ I. κατὰ συλλαβὰς συναπτόμενα ZHΘI δίδωσιν, τουτέστι προτρέπεται, Φάγε, ἵνα ζῆν ἔχῃς. *Hoc dicit. Ad ſextam vſque diei horam laborandum eſt. Poſt eam eundum ad prandium, idque ipſum horologium indicat. Nam poſt ſextam horam notae, id eſt Z pro ſeptima, H pro octaua, Θ pro nona, I. pro decima, ſimul collectae, faciunt* ZHΘI, *id eſt, edere te iubent, vt viuere poſſis.* HEIN. HORA ſexta noctis: *l. 5. D. qui teſt. fac. poſſ.* Gell. *Lib. III. Cap. 3.* Poſt ſextam noctis, ſcilicet horam: *l. 1. D. de manumiſſ.* HORA nona, apud D. Matth. *Euang. Cap. XX. v. 5. XXVII. v. 45.* Marc. *XV. v. 33.* Luc. *XXIII. v. 44.* decima: *l. 5. §. vlt. D. de ſeruit.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 6. §. 2.* Plin. *Lib. II. Cap. 70.* vndecima: Plin. ibid. et *Matth. XX. v. 6.* Quauis HORA lucis: *l. 8. D. de ſer.* HORIS alternis: *l. 7. D. quemadm. ſeruit. amitt.* certis: *l. 10. D. eod. tit. l. 5. §. vn. D. de aqu. quotid.* interpoſitis: *l. 23. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* HORA ſuprema. *l. 1. §. 7. D. quand. adpell. l. 2. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Sunt et hae HORARVM differentiae: matutina, meridiana, veſpertina, apud Plin. *Lib. XIX. Cap. 12.*

HORDEVM, frugis genus, vt docet Paull. *Lib. III. ſent. tit. 6. §. 78. frugumque molliſſimum*, quemadmodum Plin. *Lib. XVIII. Cap. 7.* tradit. HORDEVM, ſiue familiae, ſiue iumentorum gratia: *l. 3. §. 8. D. de pen. legat.* HORDEO vtique veteres iumenta pauiſſe, vt nunc ſit auena, ſatis conſtat. Vnde *hordearium aes*, Feſto teſte, dicebant, *quod pro HORDEO equiti dabatur.*

Ex

Digitized by Google

Ex HORDEO in quibuſdam prouinciis zythum conficitur. *l. 9. D. de trit. vin. ol.*

HOROLOGIVM aereum, quod non eſt adfixum, occurrit in *l. 12. §. 23. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* HOROLOGIORVM vtique duo antiquitus genera fuiſſe, conſtat: vnum, quod gnomone: vmbras in ſole faciente, horas indicat, alterum, quo horas aeque noctium, ac dierum, aqua diuidebant. Illud *ſolarium* adpellatur a Plauto *in bis compreſſa, ſeu Boeotia* apud Gell. *Lib. III. Cap. 3.* vbi paraſitus eſuriens diras imprecatur ei, qui primus horologium ſtatuiſſet. Verba eius talia ſunt:

Vt illum Dii perdant, primus qui horas repperit,
Quique adeo primus hic ſtatuit SOLARIVM,
Qui mihi comminuit miſero articulatim diem.
Nam, me puero, vterus hic erat SOLARIVM
Multo omnium iſtorum optimum et veriſſimum.
Vbi iſte monebat eſſe, niſi quum nihil erat,
Nunc etiam quod eſt, non eſt, niſi ſoli lubet.
Itaque adeo iam oppletum eſt oppidum SOLARIIS,
Maior pars populi aridi reptant fame. HEIN.

HOROLOGIVM *ſolarium* vocat etiam Plinius *Lib. II. Cap. 76.* Vtramque HOROLOGIORVM ſpeciem deſcribit Caſſiodor *Lib. I. Var. Cap. 45.* his verbis: *Burgundionum dominus a nobis magnopere poſtulauit, vt* HOROLOGIVM, *quod aquis ſub modulo fluentibus temperatur, et quod ſolis immenſi comprehenſa illuminatione diſtinguitur, cum magiſtris rerum ei transmittere deberemus.* Atque ibidem ex interuallo duplex HOROLOGIVM ita diſtinguit: *Primum ſit, vbi ſtilus, diei index, per vmbram exiguam* HORAS *conſueuit oſtendere. Radius itaque immobilis et paruus, peragens quod tam miranda magnitudo ſolis, diſcurrit.* cetera. *Secundum ſit, vbi praeter ſolis radios* HORA *dignoſcitur, noctes in partes diuidens: quod, vt nihil deberet aſtris, rationem caeli ad aquarum potius fluenta conuertit.* HOROLOGIORVM vero illorum conficiendorum negotium dat Theodericus Anicio Boethio Seuerino, cuius peritiam illic commendat, quam et eius mathematici libri teſtantur. Idemque Theodericus Rex *Cap. vlt. eiusdem libri* HOROLOGIVM duplex ad Gundebaldum, Burgundionum Regem, mittens, munus ſuum ornat his verbis: *Per harum portitores, illum et illum, oblectamenta praeſentiae veſtrae* HOROLOGIA *cum ſuis diſpoſitoribus credidimus deſtinanda. Vnum, in quo humana ſollertia videtur colligi, quod totius coeli noſcitur ſpacia peruagari. Aliud, vbi ſolis meatus ſine ſole cognoſcitur, et aquis guttantibus horarum ſpacia terminantur.* Idem Caſſiodorus *de diuinis lect. Cap. XXX.* HOROLOGIVM *vobis vnum, quod ſolis claritas indicet, praeparaſſe cognoſcor. Alterum vero aquatile, quod die noctuque horarum iugiter indicat quantitatem: quia frequenter nonnullis diebus ſolis claritas abeſſe cognoſcitur: miroque modo in terris aqua peragit quod ſolis flammeus vigor deſuper modulatus excurrit.* Quod autem Caſſiodorus AQVATILE, hoc Athenaeus *Lib. IV. Cap. 23. p. 174.* νυκτερινὸν et ὑδραυλικὸν vocat. Iſidor. *Lib. XX. Orig. Cap. 13.* HOROLOGIVM, *quod ibi horas legamus, id eſt, colligamus. Eſt enim in ſolariis poſitum, vbi a clauo per lineam currit vmbra, vt quamcumque diei horam oſtendat.* Verum erras, (pace tua mihi liceat dicere,) bone Iſidore, ſiue id Latinum ſiue ex Latino et Graeco iunctum vocabulum credis. Eſt enim purum putum Graecum, ab horarum menſura originem trahens. Cuius rei fidea penes auctorem *Etymologici magni* eſto, qui cum Euſtathio, λέγειν Graecis μετρεῖν ſignificare, notat. Vnde et ab eo aeque, ac a Suida, ὡρολόγιον definitur τὸ τὰς ὥρας μετρεῖν, *quod horas metitur,* ſeu ᾧ τὰς ὥρας μετροῦμεν, *quo horas metimur.* Ceterum quia tam Spartae, quam Romae, princeps HOROLOGIA ſtatuerit, vid. Plin. *Lib. II. Cap. 76. et Lib. VII. Cap. vlt.*

HORREARIVS, horrei conductor dicitur, *l. 5. §. 3. D. de his, qui effud. vel deiec. l. 5. D. ad exhibend. l. 60. §. vlt. D. locat.* At alius eſt HORREARIVS in marmore apud Reineſ. *Claſſ. XI Inſcript. 87.* puta, qui operam horreis publicis Romanis, qualia erant *Seiana, Pupiana, Galbiana,* locauerat: de quibus conſulendus idem Reineſ. *Lib. III. Var. Cap. 12. p. 545. ſequ.* HEIN.

HORREATICVS, A, VM. HORREATICAE ſpecies. *l. 3. C. Theod. de condit. in publ. horr.*

HORREVM. HORREORVM varia habentur genera. In iis enim et frumenta, et vina, et penu, et merces reponebantur, *l. 19. §. 2. D. de iudic. l. 12. §. 39. D. de inſtr. vel inſtr. legat. l. 1. l. 4. C. de legat.* In HORREO repoſitum vinum, oleum, triticum: *l. 75. §. 6. D. de verb. oblig.* Proinde HORREVM aliud *frumentarium* eſt, quod et *granarium* adpellatur, *l. 6. D. de adqu. rer. domin.* iuncta *l. 18. D. de action. emt. vend.* ex quo intelligimus, talia HORREA plerumque ex tabulis ligneis facta, mobilia ſuper terram exſtitiſſe. Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. In quo frumenta conduntur,* HORREVM, *ab horrido.* HORREVM penuarium: *l. 3. §. vlt. D. de pen. leg.* Aliud, in quo merces condi, et alias quasuis res colligi, cuſtodiaeque cauſſa reponi conſueuiſſe, memini, me olim *Lib. IV. Select. antiqu. Cap. 18.* notaſſe. In HORREIS merces conditae: *l. 5. D. ad exhib.* repoſitae: *l. 9. §. 6. D. de adqu. rer. dom.* Quae cuſtodiae cauſſa in HORREIS extra vrbem repoſita ſunt: *l. 84. D. de legat. III.* HORREVM conducat, in quo res collectae cuſtodiantur: *l. 5. §. 22. D. vt in poſſeſſ. legat. cauſſ.* In HORREIS conditae res: *l. 3. C. de peric. tut.* In HORREIS depoſita pignora: *l. 8. C. de pignor.* Grabatus, argento inaurato tectus, in HORREIS tantiſper conditus: *l. 20. §. 8. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Argentum, quod intra HORREVM vſibus teſtatoris fuit: *l. 32. §. 4. D. de aur. arg. leg.* Pondus argenti, quod in illis HORREIS habeo: *l. 30. §. 3. D. ad leg. Falcid.* Denique in HORREIS homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum repoſuiſſe, ait *l. 3. §. 2. D. de offic. praef. vigil.* ex qua adparet, cuſtodiae earum rerum, quae in HORREIS reponebantur, gratia cellas, armaria, et arcas in illis veteres habuiſſe. HORREA Caeſaris: *l. vlt. D. qui potior. in pign.* fiſcalia: *l. 16. C. Theod. de*

 fu-

ſuſcept. praepoſ. et arc. l. 1. C. Theod. de equ. curu-ſib. l. 12. C. Theod. de oper. publ. Portuenſia: *l. 1. C. Theod. de horr. Port.* vinaria: *l. 7. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* In HORREIS repoſitum vinum: *l. 2. C. de peric. et commod.* In HORREIS defoſſa dolia: *l. 76. D. de contr. emt.* In HORREVM inferre: *l. 32. D. de legat. III.* ex reditu horrei; *l. 20. §. 1. D. de ann. legat.* HORREORVM conductores: *l. vlt. §. vlt. D. qui pot. in pignor.* HORREVM conductum: *l. 3. D. in quib. cauſſ. pign.* HORREORVM dominus: *l. 55. D. locat. l. 56. D. eod. l. 1. l. 4. C. eod. tit.* Neceſſaria erant Romanis talia HORREA, quae nos *öffentliche niederlagen* vocamus. Vnde de Alexandro Imp. Lamprid. *Cap. XXXIX. HORREA in omnibus regionibus publica fecit, ad quae conferrent bona ii, qui priuatas cuſtodias non haberent.* HEIN.

[HORTARI, eſt excitare aliquem ad aliquid agendum, a quo differunt *monere* et *iubere. Iubemus* enim imperio, *monemus* conſilio, *hortamur* impulſu, non raro etiam blandiendo. Vnde eſt, quod, quum ſeruus HORTATV domini creditorem deceperit, dominus de dolo tantum teneatur, ſecus, ac ſi iuſſu. *l. 20. D. de dol. mal.* adeoque de iuſſu quidem eſt actio praetoria in ſolidum, aduerſus dominum: de hortatu vero tantum ſubſidiaria illa, quam dixi, de dolo. HORTATV alieno: *l. 20. §. vlt. D. de fideiuſſ.* HORTATVS malum ſeruum: *l. 1. §. 4. D. de ſeru. corrupt.* HORTARITVR eum rector prouinciae: *l. 8. C. de lib. cauſſ.* HORTATV tuo. *l. 20. D. de dolo mal.*]

[HORTATVS, VS, aliquando pro conſilio. *§. 11. Inſt. de obl. quae ex delict.* Et tunc non obligat. *§. 6. Inſt. de mandat.*]

HORTENSIVS. Lex HORTENSIA, a Q. Hortenſio Dictatore lata, qua plebiſcitis legum vis atque auctoritas tributa eſt. *l. 2. §. 8. D. de orig. iur. §. 4. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* Adde Gell. *Lib. IV. Cap. 38.* HEIN.

HORTVS in XII. Tabulis idem valebat, quod villa, vt Plin. *Lib. XIX. Cap. 3.* auctor eſt. HORTVS adplicitus domui: *l. 41. D. de legat. III.* HORTI in aedificiis conſtituti: *l. 198. D. de verb. ſign.* HORTI iuncti vrbi: *l. 4. §. 5. D. de pen. legat.* HORTI olitorii vinariique: *l. 13. §. 4. D. de vſufr. l. 198. D. de verb. ſign.* HORTI, quos Rauennae habebat: *l. 16. D. mandat.* HORTI Salluſtiani, qui ſunt Auguſti; *l. 39. § vlt. D. de legat. I.* Tacit. *Lib. III. Hiſtor. Cap. 82. Qui in partem ſiniſtram vrbis ad Salluſtianos hortos per anguſta ad lubrica viarum flexerant.* Vopiſcus in *Aureliano Cap. XLIX. Diſplicebat ei, quum eſſet Romae, habitare in palatio, ac magis placebat in hortis Salluſtii, vel Domitiae, viuere. Miliarenſem denique porticum in* HORTIS *Salluſtii ornauit.* Auctor *Panegyrici, Conſtantino dicti Cap. XIV. Nam in Salluſtianos* HORTOS *ire peregrinatio et expeditio putabatur.* Xiphilin. *in Veſpaſiano Lib. LXVI. p. 750.* Ὀλίγα μὲν τῷ παλατίῳ ᾤκει, τὸ δὲ δὴ πλεῖϛον ἐν τοῖς κήποις, τοῖς καλουμένοις Σαλλυϛείοις διέτριβεν. *Rarius in palatio habitabat, plerumque in* HORTIS, *qui Salluſtiani dicuntur, verſatus eſt.* In *Chronicis* quoque Euſebii *num MMXIII. Neruam in* HORTIS *Salluſtianis morbo periiſſe*, traditum eſt. Exſtat et vetus Romae inſcriptio apud Grut. *p. XXXIX, 4.* in haec verba: M. AVRELIVS PACORVS ET M. COCCEIVS STRATOCLES AEDITVI VENERIS HORTORVM SALLVSTIANORVM, BASEM CVM PAVIMENTO MARMOREO DIANAE D. D. In HORTIS eſſe: *l. 4. §. 5. D. depoſ.* Praeſens eſt, et qui in HORTIS eſt: *l. 5. D. de procur.* In HORTIS habitare: *l. 5. §. 3. D. de iniur.* HORTOS omnibus annis ſecedere: *l. 16. D. mandat.* Quod in HORTOS non acceſſerit: *l. 1. §. 9. D. quand. adpell ſit.* HORTI publici reipublicae conducti. *l. 30. §. 1. D. de legat. III.* In HORTVM etiam deducebantur ſponſae, ibique in diaeta habitabant, donec tranſeuntes ad maritum, aqua et igni acciperentur. Scaeuola *l. 66. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor. Virgini, in HORTOS deductae, ante diem tertium, quam ibi nuptiae fierent, quum in ſeparata diaeta ab eo eſſet, die nuptiarum, priusquam ad eum tranſiret, et priusquam aqua et igni acciperetur, obtulit decem aureos dono.* Terent. *Adelph. Act. V. ſcen. 5. v. 10. Atque hanc in* HORTO *maceriam iube dirui: Quanti poteſt, hanc transfer; vnam fac domum; traduce et matrem, et familiam omnem ad nos.* Quem Terentii locum ad explicandum Scaeuolae textum, ipſumque hunc ritum illuſtrandum, attulit Petr. Perenn. *Lib. I. Animadu. Cap. 6.* Elegantem eius ritus rationem reddit Ferrandus Adduenſis *Explicat. Lib. I. p. 530. Theſ. iur. ciu. Tom. II.* Ex Varrone enim, aliisque veteribus auctoribus, HORTOS fuiſſe Veneri ſacros, demonſtrauit. HEIN.

HOS.

HOSPES, qui non ibi habitat, ſed tantiſper hoſpitatur. Tantum autem intereſt inter *habitatorem* et HOSPITEM, quantum intereſt inter domicilium habentem, et peregrinantem. *l. 1. §. penult. D. de his, qui effud. et deiec.* HOSPITES tamen ab aduenis et peregrinis diſtinguit Cicero *in Rull. de leg. Agr. Cap. XXXIV.* Quisquis noſtro nomine ſit in poſſeſſionem, veluti HOSPES: *l. 9. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* HOSPITES recipere: *l. 6. C. de profeſſ. et medic.* Ab HOSPITE recipiendo excuſari: *l. vlt. §. 29. D. de mun. et honor.* Ne HOSPITEM reciperent, indultum: *l. vlt. §. vlt. D. eod. tit.* HOSPITES recipiendi ſunt: *l. 3. C. de mun. patrim. Lib. X.* Recipiendi HOSPITIS neceſſitas: *l. 10. §. 2. D. de vacat. et excuſat. mun.* Cogebantur autem prouinciales hoſpitio milites, niſi eis muneris huius immunitas a Principibus indulta eſſet, officialesque Praeſidum, per municipia iter facientes, excipere, vt oſtendit *l. 3. §. 13. D. de mun. et honor.* Inde eſt, quod Vlpianus ait, Praeſidi prouinciae prouidendum eſſe, ne tenuis vitae homines, ſub praetextu aduentus militum, lumine vnico vel breui ſupellectili, in aliorum vſus tranſlatis iniuriis adficiantur. *l. 6. §. 5. D. de offic. praeſ.*

[HOSPITALIS, E. HOSPITALIS moleſtia. *l. 18. C. Theod. de med. et profeſſ.*]

[HOSPITALITAS. *l. 11. C. Theod. de metat. Lib. VII. tit. 18.* HOSPITALITATIS infauſta praebitio. *l. 12. C. Theod. eod. tit.* Quo nomine intelligendum omne illud illicitae ex-

actio-

actionis genos, qoo commeantes ſibi vel annonam, vel capitum, hoc eſt, foenum reliquumque pro animalibus ſuis pabolum praeberi ſine pretio, iubebant. Iac. Gothofred. *Comment. ad l. 12. C. Theod. de metat.*]

HOSPITARI, *l. 1. §. pen. D. de his, qui effud. vel deiec.* Seneca *Epiſt. CVIII. In quo cognatus aliquis ſpiritus* HOSPITARETVR. [HOSPITATVRI nomen poſtibus adſcribere. *l. 4. C. Theod. de metat*]

HOSPITIVM condocere: *l. 29. D. de damn. inf. l. 15. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maі* HOSPITIVM habere cum gente aliqua, dixit Pomponius, id eſt, ius hoſpioi: *l. 5. §. 2 D. de captiu. et poſtl. reuerſ.* HOSPITIA praebentur militibus: *l. 3. §. 13. D. de mun. et honor.* Qui HOSPITIO repentino recipitur, veluti viator: *l. 6. §. pen. D. naut. caupon. ſtabul.* HOSPITIO receptus: *l. 3. D. de iniur.* HOSPITIA et HOSPITIOLA, in *l. 5. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* Habebant autem vetores, vt Vitruu. *Lib. VI. Cap. 10.* indicat, propria quaedam triclinia, et cubicula, quibus aduenientes hoſpites recipiebant, quae HOSPITALIA dicebantur. Erant etiam in bene moratis ciuitatibus publica HOSPITIBVS deſtinata loca, quae XENODOCHIA, vel XENONES adpellabantur, quorum meminit *l. 16. l. 18. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 3. §. pen. l. 37. C. de epiſc. et cler.* Eorum locorum, qui adminiſtrationem habebant, XENODOCHI dicebantur. *l. 31. l. 37. C. de epiſc. et cler.* XENOPAROCHI etiam in municipiis memorantur, in *l. vlt. §. 10. D. de mun. et honor.* quos eosdem fuiſſe puto cum parochis, de quibus Horat. *Lib. I. Serm. ſat. 5. v. 45.* et ibi Acron, et Porphyr.

HOSTIA, vel OSTIA, vrbs in ore Tiberis, vt ait Liu. *Lib. I. Cap. 33.* Vnde et nomen ei inditum Dionyſ. Halicarnaſſ. *Lib. III. p. 183.* cenſet. HOSTIAM nauigauit; *l. 6. D. de leg. Rhod.* Strabo *Libro V. p. 335.* HOSTIAM, ait, eſſe ἐπίνειον τῆς Ῥώμης, εἰς ὃ ἐκδίδωσιν ὁ Τίβερις παρ᾽ αὐτὴν ῥυείς. *Romae nauale, iuxta quod Tiberis labens in mare exit.* Eam ἄποικον τὴν Ῥωμαίων πόλιν, *coloniam Romanorum*, vocat idem Halicarnaſſ. *Lib. I. p. 8.* Plin. *Lib. III. Cap. 5.* HOSTIA, *colonia, a Romano Rege deducta*, id eſt, ab Anco Marcio. Aurel. Victor *de vir. illuſtr. Cap. V.* in eius Regis elogio: OSTIAM *coloniam, maritimis commeatibus oportunam, in oſtia Tiberis eduxit.* Idem et Liu. *Lib. I. Cap. 33.* Illic portum a Claudio Imp. exſtructum, Suetonius *in eius vita Cap. XX.* narrat, his verbis: *Portum* HOSTIAE *exſtruxit, circumducto dextra ſiniſtraque brachio, et ad introitum profundo iam ſolo mole obiecta, quam quo ſtabilius fundaret. nanim ante demerſit, qua inſignis obeliſcus ex Aegypto fuerat aduectus, congeſtisque pilis ſuperpoſuit altiſſimam turrim, in exemplum Alexandrini Phari, vt ad nocturnos ignes curſus nauigia dirigerent.*

HOSTIARIVS, vel potius OSTIARIVS, ſeruus, oſtio vel ianuae praefectus. *l. 12. §. 42. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* OSTIARIOS vero more vetere in catena fuiſſe, Sueton. *de clar. Rhetor. Cap. III.* ſcribit. ¶. 2. HOSTIARII, etiam clericorum numero in eccleſia: *l. 6. C. de Epiſc. et cler.* dicti ab eo, vt Iſidor. *Lib. VIII. Cap. 12.* ſcribit, qood *praeeſſent oſtiis templi. Ipſi enim*, ait ille, *tenentes clauem, omnia intus extraque cuſtodiebant, atque inter bonos et malos habentes iudicium, fideles recipiebant, et reſpuebant infideles.*

HOSTICVS, A, VM. HOSTICVS *ager*, apud Varr. *Lib. IV. de lingu. Lat.* HOSTICVM *tenere*, apud eumdem *Lib. V.* In HOSTICO, abſolute pro in HOSTICO loco, dixit Vlpianus in *l. vlt. D. de teſtam. milit.* Liu. *Lib. VI. Cap. 31. Romano contra etiam in* HOSTICO *morandi erat cauſſa, vt hoſtes adliceret.* Idem *Lib. VIII. Cap. 38. Sine commeatu milites vagi in* HOSTICO *errent, immemores ſacramenti.* Plin *Panegyr. Cap. XXIX. Quippe non ex* HOSTICO *raptae, perituraeque in horreis merces ſociis auferuntur.* Ammian. Marcell *Lib. XIX. Cap. 6. Plebem, quae capto caſtello ad* HOSTICVM *ducebatur.* ¶. 2. In HOSTICOLO deprehenduntur: *l. vn. D. de bon. poſſ. ex teſt. mil.* [vbi Cuiac. *in Comment.* monet, rectius legi *in* HOSTICO.] At probabilius eſt, quod monuit V. A. Corn van Bynkershoek, *Lib. IV. Obſ. Cap. 20.* HOSTICOLO natum eſſe ex duabus vocibus HOSTICO LO id eſt, *loco*, in vnum contractis. Ἐν πολεμουμένῳ τόπῳ vertunt *Baſilica Lib. XXXV. tit. 21.* Ceterum HOSTICVM abſolute pro HOSTICO loco, eadem forma dicitur, qua *barbaricum, Geticum, Celticum, Noricum, Vindelicum, Illyricum*, quin et *pacatum*, quod HOSTICO opponit Liuius *Lib. XXIX. Cap. 2.* qoando ait: HOSTICO, *tamquam pacato, clementer ductis militibus.* Manil. *Lib. IV. Aſtron.*

Taurus ſimplicibus donabit rura colonis:
Pacatique labor veniet.

Add. Gronou. *Lib. II. Obſ. Cap. 3. p. 233.* HEIN.

HOSTILIA lex, qua permiſſum, furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reipublicae cauſſa abeſſent *pr. Inſt. per quos ag. poſſ.* HOSTILIANAE actiones, apud Cic. *de Orat. Lib. I. Cap. 57.*

HOSTILIS, E. HOSTILES res. *l. 51. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*

HOSTIS. HOSTES ſont, qui nobis, aut qoibus nos publice bellum decreuimus. Ceteri *latrunculi*, vel *praedones* ſunt. *l. 118. D. de verb. ſignif. l. 24. D. de captiu. et poſtlim.* Syneſ. *Epiſt. CXXXII.* Οὐδὲ γὰρ ἄξιον καλεῖν αὐτοὺς πολεμίους, ἀλλὰ λῃστὰς, ἢ λωποδύτας, ἢ τι τοιοῦτον ὄνομα μικροπρεπέστατον, οἱ μηδένα τῶν ἐρρωμένως ἐπιφερομένων ὑφίσταντα, ἀλλὰ μόνους τοὺς καταπλῆγας ἀποσφάττουσιν. *Neque enim eos* HOSTES *vocare conuenit, ſed latrones, et expilatores, vel, ſi quod aliud contemtius eſt vocabulum: quippe qui neminem fortiter irruentem adgrediuntur, ſed ſolos pauidos et conſternatos iugulant.* Itaque non, vt ab HOSTIBVS capti, ita, quia latronibus detinentur,

 ſtatum

HOS. HVM.

ſtatum mutant. *l. 13. D. qui teſt. fac. l. 19. §. 2. D. de capt. et poſtlim.* Sed et in ciuilibus diſſenſionibus, qui in alterutras partes diſcedunt, HOSTIVM vice non ſunt. *l. 21. D. de captiu. et poſtl.* Quos autem nunc HOSTES, eos antiqui *perduelles* vocabant, HOSTIVM adpellatione peregrinos ſignificantes, vt Caius in *l. 234. D. de verb. ſignif.* et Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* Cicero *Lib. I. de Offic. Cap.* 12. D. Ambroſ. *Lib. I. de offic. Cap.* 24. et Feſtus ſcribunt: ab *hoſtiendo*, id eſt, aequando, quod pari cum ciuibus iure cenſerentur. A quo verbo HOSTILINAE Deae nomen impoſitum, quod ei ſacra fierent, quum ſegetes nouis ariſtis aequarentur. D. Auguſtin. *Lib. III. de ciuit. Dei Cap. 8.* ¶. 2. Sic ab HOSTIBVS capti, apud HOSTES eſſe, mori, parere, in HOSTIVM poteſtatem peruenire dicuntur, de quibus ſuis locis. [HOSTIS communis ſalutis maleficus: *l. 11. C. Theod. de malef. et mathem. Lib. IX. tit. 16.*] In HOSTIVM poteſtate decedere; *l. 28. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* eſſe: *l. 4. D. de diuerſ. tempor. l. 98. l. 101. D. de legat. I.* HOSTIS populi Romani: *l. 4. D. ad leg. Iul. maieſt.* publicus: *l. 1. C. de bon. libert.* Ab HOSTIBVS reuerſus: *l. 11. D. de verb. oblig.* HOSTIVM ſeruum eſſe. *l. 27. D. de capt. et poſtlim.* ¶. 3. HOSTES etiam, qui hoſtes iudicati ſunt ob hoſtilem erga rempublicam animum. Et ſic intelligenda *l. 8. §. 2. D. de poen.* vbi HOSTES itemque transfugae poena viuicomburii plecti dicuntur. Quum vero ea poena in hoſtes ſaeuiiſſe Romanos, nusquam reperiamus: textum illum mutandum crediderunt Cuiac. *Lib. VI. Obſeru. Cap. 26. Lib. XV. Cap. 34.* et Iac. Conſtantinaeus *Subtil. Enodat. Cap. XXVI.* quorum ille modo HOSTES *iidem transfugae*, modo HOSTES, *id eſt, transfugae*; hic HOSTES, *iterum transfugae* reſcribi iubet. Sed recte V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. V. Obſ. Cap. 22.* veterem ſcripturam retinet, et per hoſtes intelligit perduelles, vel hoſtes iudicatos, quos viuos exuſtos, patet ex *l. 38. §. 1. D. de poen.* Paull. *recept. ſent. Lib. V. tit. 29. §. 1.* Valer. Max. *Lib. VI. Cap. 3. §. 2.* Volcat. Gallic. *in Auid. Caſſ. Cap. vlt.* Sane HOSTES illi vocantur etiam a Salluſtio *Catilin. Cap. LX. et LXI.* et a Tertulliano *in Apolog. Cap. II.* HEIN.

HOSTIVM, pro *oſtium.* HOSTIVM concliauis: *l. 1. D. de ventr. in poſſ. mitt.* HOSTIA in aliena aedificia habitator impoſuit. *l. 59. D. de rei vind.* ¶. 2. HOSTIVM fluminis. *l. 4. D. de lege Rhod.*

HVM.

HVMANE, vel HVMANITER. HVMANIVS dicetur: *l. vlt. D. de ſent. paſſ. et reſtit.* HVMANIVS quis dixerit: *l. 56. D. ſolut. matr.* HVMANIVS facturum praetorem: *l. 21. D. de reb. cred.* HVMANIVS interpretari; *l. 112. D. de condit. et demonſtr.* HVMANIVS tractare crimina. *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.*

HVMANITAS, pro humana infirmitate, ſorte, conditione. Habebitur ratio HVMANITATIS: *l. 38. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 6. l. 141. §. 7. D. de religioſ.* Sic communem HVMANITATEM Cicero *pro Flacco Cap. XI.* et *pro Sulla Cap. XXIII.* dixit. Idem *pro Sex. Roſcio Amer. Cap. XXIII. Magna eſt vis* HVMANITATIS, id eſt, ſenſus humani. ¶. 2. HVMANITAS, vt Gell. *Lib. XIII. Cap. 15.* ſcribit, etiam ſignificat φιλανθρωπίαν et dexteritatem quamdam, beneuolentiamque erga omnes homines promiſcuam. Sed et verbo hoc facilitas, manſuetudo, lenitas, comitasque ſignificatur. Seneca *Epiſt. LXXXVIII.* HVMANITAS *vetat ſuperbum eſſe aduerſus ſocios, vetat auarum: verbis, rebus, adfectibus comem ſe facilemque omnibus praeſtat. Nullum alienum malum putat, bonum autem ſuum id maxime, quod alicui bonum futurum eſt, amat.* Huc pertinent illa: [HVMANITATIS conſideratione: *l. 57. C. Theod. de adpellat. l. 16. C. Theod. de poen.*] HVMANITATEM exhibere: *l. 1. §. 4. D. de poſtul.* HVMANITATIS gratia obtinendum eſt: *l. 86. D. de adquir. vel omitt. her. l. 16. D. de compenſ. l. 5. §. vlt. D. de bon. damnat.* [Omnia, quae ſupra terram vrnis clauſa, vel ſarcophagis corpora detinentur, extra vrbem delata ponantur, vt HVMANITATIS inſtar exhibeant: *l. 6. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.*] HVMANITATIS intuitu: *l. 48. §. vlt. D. de fideiuſſ. l. 31. D. de nouat. l. 5. D. de bon. damn. l. 4. D. de manum. teſt. l. 47. §. vlt. D. de fideiuſſ.* [Eodem ſenſu HVMANITATIS negotium gerere dicitur in *l. 14. §. 7. D. de religioſ.* qui funerat alienum cadauer, ne inſepultum iaceat. Confer, qui de eius legis intellectu vocisque huius notione vberius egit Petr. Fabrum *Lib. II. Semeſtr. Cap. I. p. 12. ſequ.*] Sed nihil hic extricarunt vel Petrus Faber, vel Salmaſ. *Obſ. ad ius Attic. et Rom. Cap XXV. p. 554.* vel Deſid. Heraldus *Obſeru. et Emendat. Cap. XXXIV.* Quo iure enim ſumtus quis repeteret, quos ex humanitate et pietate fecit? Omnia plana ſunt, ſi cum laudatiſſimo Bynkersh. *Lib. IV. Obſ. Cap. 22.* leuiter traiectis verbis, legamus: *Vtrum negotium quis vel defuncti, vel heredis gerit, an vero ipſius* HVMANITATIS, *vel etc.* HEIN. [Iuſtae poenitudinis HVMANITAS: *l. 56. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* HVMANITATI praeſtare: *l. 2. C. Theod. de poſtlim. Lib. V. tit. 5.* idem, ac intuitu humanae conditionis, et naturalis, quae inter homines eſſe dicitur, cognationis, aliquid praeſtare.] Pro HVMANITATE ſua D. Marcus hanc rem temperauit: *l. 31. D. de leg. Corn. de falſ.* HVMANITATIS ratione: *l. 6. D. de adpell. l. 1. §. 27. D. de quaeſt.* HVMANITATIS rationi congruum eſt: *l. 12. §. 5. D. de capt. et poſtl.* HVMANITATIS ſententia: *l. 3. D. de decur.* HVMANITATEM habet ſententia: *l. 7. §. vlt. D. de dol. mal. et met. except.* [HVMANITAS ſpontanea: *l. 1. C. Theod. de ſalgam. Lib. VII. tit. 9.*] HVMANITATE ſuggerente: *l. 1. D. quand. adpell. ſit. l. 13. D. de lib. et poſtum.* ¶. 2. [HVMANITAS, medii aeui ſcriptoribus pro victu accipitur. Sic in *l. 7. C. Theod. de cuſtod. reor.* HVMANITATEM denegare, et *victualem ſubſtantiam denegare*, iunguntur. Et HVMANITATEM *dare* eo ſenſu legimus in Leg. Wiſigoth. *Lib. IX. tit. 1. §. 4. 5. 6.* vt HVMANITATEM miniſtrare, apud Marcolfum *Lib. I. Form. Cap. 11.* Add Carol. du Freſne *in Gloſſar. med. et inf. Latin. ſub hac voce.*]

HVMA.

Digitized by Google

HVMANITVS, id eſt, humanae mortalitatis caſu. Ita in *l. 30. §. 2. D. de adim. leg.* Si aliquid mihi in via HVMANITVS acciderit. Ex *§. vlt. ead. lege* et *§. 1. Inſt. de donat.* Si quid ei HVMANITVS contigerit; id eſt, ſi quid humanum contigerit, vt *l. 26. pr. D. depoſ.* Cic. *Philipp. I. Cap. 4.* *Vt ſi quid mihi* HVMANITVS *accidiſſet.* Alia huius vocis teſtimonia pete ex Non. Marcell.

HVMANVS, A, VM. quod ad hominem pertinet. HVMANA conditio: *l. 27. D. de condit. inſtit.* HVMANVM conſilium: *l. 2. D. de magiſtr. conuen.* Si aliquid HVMANVM contigerit: *l. 26. D. depoſ.* HVMANA fides: *l. 1. D. de pact.* fragilitas: *l. 6. §. 7. D. de offic. praeſid.* HVMANA gens. Cic. *Lib. I. de diuinat. Cap. 1.* et *Lib. III. de fin. Cap. 19.* HVMANAE gentes: *l. 1. D. de adqu. rer. dom. §. 1. Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil.* HVMANVM genus: *l. 1. D. de adquir. rer. dom.* [HVMANI generis inimici delatores: *l. 10. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 16.*] HVMANI generis forma: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 9. §. 3.* HVMANVM ius, et *diuinum* ſeparantur. *l. 1. D. de rit. nupt.* Tacit. *Lib. III. Ann. Cap. 26.* Liu. *Lib. XXXIX. Cap. 16.* HVMANI iuris res: *l. 1. D. de rer. diuiſ.* Vxor rei HVMANAE atque diuinae ſocia domi ſuſcipi dicitur: *l. 4. C. de crim. expilat. hered.* HVMANA membra: Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 9. §. 3.* HVMANA natura: *l. 65. §. 3. D. de legat. III.* HVMANA ratio: *l. 12. §. 5. D. de capt. et poſtlim.* Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 11. §. 8.* Rem HVMANAM paſſus dicitur, qui obdormiuit ad fornacem: *l. 27. D. ad leg. Aquill.* HVMANARVM et diuinarum rerum notitia definitur iuriſprudentia: *l. 10. D. de iuſtit. et iur.* In rebus HVMANIS agere: *l. 1. C. de inoffic. donat. l. 3. C. de don. quae ſub mod. l. 1. C. de decurion.* REBVS humanis defunctus: *l. 2. C. vnde legit.* In rebus humanis eſſe: *l. 10. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 20. §. vlt. D. de ann. legat. l. 1. D. de ventr. in poſſeſſ. l. 1. §. 8. D. de ſuis et legit. hered. l. 91. D. de verb. oblig. l. 1 D. de teſtam. tut.* Non eſſe in rebus humanis *l. 8. § 5. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 2. D. quae ſentent ſine adpell. l. 10. C. de teſtam. mil. l. 3. C. de inutil. ſtipul.* In rebus humanis nondum erat. *l. 7. §. 3. D. de except. rei iudic.* Quamuis in rebus humanis nondum ſit: *l. 10. §. 1. D. de vulg. et pupill.* in rebus HVMANIS eſſe deſiit: *l. 24. D. famil erciſc. l. 3. D. de condict. triticiar.* rebus HVMANIS excedere: *l. vlt. C. quand. dies legat.* exemtus: *l. 8. C. de oblig. et action. l. vlt. C. de peric. et commod. l. 20. C. de donat. int. vir. et vx. l. 10. C. ſolut. matrim. l. 4. C. pro ſoc. l. 7. C. quod cum eo. l. 26. C. de euict. l. 14. C. de poſtlim. reuerſ. l. 18. C. de iure dot. l. 2. C ad SC. Orphit. l. 4. C. ad SC. Trebell.* Rebus HVMANIS ſe extrahere: *l. 33. §. 3. D. de Aedil. edict.* In rebus HVMANIS non inueniri: *l 3. C. de ſuis et legit.* rebus HVMANIS ſubtractus *l. 5. C. quando dies legat.* [Ab HVMANO ſenſu alienus: *l. 3. C. Theodoſ. de exact. Lib. XI. tit. 7.*] HVMANA ſors: *l. 35. §. 4. D. de mort. cauſſ. donat l. 21. D. de euict. l. 4. C. de ſponſal.* et apud Ouid. *Lib. III. Triſt. eleg. 11.* [Vnum maxime HVMANAE vitae malum, delatorum exſecranda pernicies. *l. 2. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 16.*] ¶. 2. HVMANVS, id eſt, benignus. HVMANVM eſt: *l. 13. D. de donat. int. vir. et vx. l. 24. D. ad municipal.* Quid tam HVMANVM eſt? *l. 22. §. 7. D. ſolut. matrim.* HVMANVM fuerit: *l. 37. D. de fideic. libert.* HVMANIVS eſt: *l. 51. §. 1. D. de fideiuſſ. l. 10. D. de inſtitor. act. l. 28. D. de hered. inſt. l. 84. D. de hered. inſt. l. 23. D. de ſeru. praed. vrb. l. 22. D. de reb. dub. l. 8. D. de opt. vel elect. leg.* HVMANA interpretatione placuit *l. 1. §. 6. D. ad SC. Tertull.* HVMANIORI interpretatione: *l. 41 §. 10. D. de fideic. libert.* HVMANIOR eſt iſta interpretatio: *l. 24. D. de pecun. conſtit.* Cauſſa admittere videtur HVMANIOREM interpretationem: *l. 3. D. de his, quae in teſtam. del.* HVMANA ſententia: *l. 4. §. 1. D. de leg. commiſſor. l. 25. §. 1. D. de vſufr. l. 24. D. de pecun. conſtit.* HVMANIOR: *l. 2. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l. 23. §. 8. D. de Aedil. edict.* HVMANIOR ſententia a praetore eligenda eſt: *l. 8. D. de pact.* HVMANIOREM ſententiam in ambiguis rebus ſequi oportet: *l. 10. §. vlt. D. de reb. dub.* [HVMANIOREM ſequi viam. *l. 23. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

HVMARE, *l. 2. D. de mort. infer.* id eſt, terra condere, ſepelire. HVMATVM corpus: *l. 2. §. 5. D. de religioſ.* Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* *Atque corpus diuinitus* HVMASSE. HVMATVS defunctus. *l. 37. D. de religioſ.* Plin. *Lib. VII. Cap. 54.* *Sepultus intelligitur quoque modo conditus:* HVMATVS *vero humo contectus.*

HVMATIO, *l. 22. §. 4. D. quod vi aut clam.* non ſolum actus eſt ſepulturae, ſed pro ipſis humatis reliquiis accipitur. *Sepulcri eſt non ſolum is locus, qui recipiat* HVMATIONEM, *ſed omne etiam ſupra id coelum.* Bynkersh. *Lib. I. Obſeru. Cap. V. p. 31.* HEIN.

HVMERALE, inter arma numeratur. *l. 14. §. vlt. D. de re milit.* ¶. 2. [Vſurpatur etiam pro clericali veſte apud ſcriptores aeui ſuperioris eccleſiaſticos. Vid. Car. du Freſne *Gloſſar. med. et inf. Latin. ſub voce* HVMERALE]

HVMILIS, ſignificat vilem, abiectum, plebeium, nulla dignitate praeditum, nullius precii virum. Proinde HVMILIS *honeſto* opponitur, vt ſupra demonſtraui, itemque ei, qui dignitate excellit, vel in aliqua dignitate poſitus eſt. *l 11. D. de dol. mal. l. 3. §. 16. D. de ſuſp. tut. vel curat.* Nec minus HVMILIORES opponuntur altioribus: *l. 3. §. 5. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* itemque potentioribus. *l. 6. §. 2. D. de offic. praeſid.* HVMILIS et deploratus vnus: *l. 6. D. de edend.* Si is, qui ſe patrem dicit, auctoritatis, prudentiae, fidei exploratae eſſet: is vero, qui controuerſiam facit, HVMILIS, calumniator, notae nequitiae. *l. 3. §. 4. D. de lib. exhib.* HVMILIS vel abiecta femina: quam intelligi non tradunt Imperatores *l. 7. C. de inceſt. nupt.* quae licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata ſit. Itaque HVMILES abiectasque eas demum intelligendas eſſe, definiunt, quae eo con-

ſtitu-

ſtitutione continentur. Quod pertinet ad explicationem *l. 1. C. de natur. liber.* verbaque ibi obuia: HVMILI *vel abiecta perſona.* HVMILIORR loco poſitus, opponitur ei, qoi in aliqua dignitate poſitus eſt. *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Corn. de ſicar.* Si HVMILIS loci ſit, et ſi *honeſtior* ſit, opponuntur *l. 38. §. 8. D. ad legem Iul. de adult.* Liberi HVMILIORIS loci: *l. vlt. D. de incend. ruin. naufr.* [HVMILE officium, id eſt, ſordidum: *l. pen. C. de ſuſcept.*] HVMILES perſonae. *l. 28. §. 11. D. de poen.* ¶. 2. HVMILE, depreſſum. HVMILIOR via. *l. 1. D. de via publ.*

HVMILITAS, [ſtatus vilis et abiectus. Contemti, et miſerae HVMILITATIS inclinati deſpectu: *l. 41. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.* HVMILITAS regradationis: *l. 2. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. 5.*] HVMILITAS vitae. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 15. §. 1. et Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IX. §. 2.*

HVMOR. HVMOREM adſiduum capere et habere: *l. 19. D. de ſeruit. praed. vrban.* HVMORE madefacto: *l. 57. D. locat.* Si vitio veſicae collectum HVMOREM continere non poteſt. *l. 14. §. 4. D. de Aedil. edict.*

HVMVS. HVMI dare corpus. *l. vlt. D. de aur. arg. leg.*

HYA.

HYACINTHVS, *l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectig.* gemmae ſpecies, ab amethyſto, vt Plin. *Lib. XXXVII. Cap. 9.* ait, moltum diſtans, tamen e vicino deſcendens. *Differentia haec, quod ille emicans in amethyſto fulgor violaceus dilutus eſt in hyacintho. Primo quoque adſpectu gratus, euaneſcit, antequam ſatiet: adeoque non implet oculos, vt paene non attingat, marceſcens celerius nominis ſui flore.* HYACINTHOS Aethiopia mittit vt *ibidem* ait. Vnio cum HYACINTHIS, *l. 6. D. de aur. arg. legat.*

HYD.

HYDROMELI, *l. 9. D. de tritic. vin. ol. leg.* id eſt, aqua, melle mixta. *Aquam mulſam* vocat Columella *Lib. XII. Cap. 12.* vbi parandae eiusmodi mellitae aquae rationem pleniſſime explicat: qua de re vid. et Pallad. *Lib. VIII. tit. 7.* Dioſcorides *Lib. V. Cap. 13.* μελικράτῃ ſpeciem facit. Nam de eo agens: τὸ δὲ, addit, σκευαςὸν καὶ ἀπόθετον, ὃ ἰδίως ἔνιοι ὑδρόμελι καλοῦσι. *Alius mulſum factitium et conditum, quod proprie quidam* HYDROMELI *adpellitant,* Quibus ex verbis adparet, Dioſcoridem adpellaſſe HYDROMELI conditium et inueteratum, quod ad vſum familiae confici adſeruarique a veteribus ſolebat. At de alia ſpecie ſentit Plin. *Lib. XXXI. Cap. 6.* quom ait: HYDROMELI *quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, vt daretur adpetentibus vinum aegris, veluti innocentiore potu.*

HYDROPHYLAX, aquarios, vel aquarum cuſtos, qoi aquaeductuum huius regiae vrbis cuſtos deputatus eſt: *l. 10. D. de aquaed.* Iam militares etiam cuſtodias aquis et fontibus adpoſitas eſſe, nouimus ex Martial. *Lib. XI. Epigr. 97.* Sed hic intelligendi videntur, quorum erat curare aquaeductus, eosqoe ſartos tectos ſeruare, qualis et VILLICVS AQVAE CLAVDIAE apud Reineſ. *Claſſ. IX. Inſcr. 38. 39.* HEIN.

HYP.

HYPAETHRVM. *l. 242 §. 2. D. de verb. ſign.* locus erat ſub dio, cuius et Vitruu. *Lib. V. Cap. 9. et 11.* meminit. De velis, quae in HYPAETHRO extenduntur, vid. *l. 12. §. 20. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.*

[HYPARCHVS, idem, ac praefectus praetorio. *l. 32. C. de Epiſcop. aud.*]

HYPEROCHA rei, pignori datae, id eſt, quod plus eſt in pretio rei, quam in credito: *l. 20. D. qui pot. in pign.* ſiue, quod amplius eſt, aut, vt alias dicitur, *ſuperfluum.* (Add. Iac. Cuiac. *Lib. IV. Obſ. Cap. 25.* HEIN.)

HYPOBOLON, Conſtant. Harmenop *Lib. IV. tit. 10. §. 1.* ſcribit eſſe τὸ ἐπὶ τῇ ποσότητι τῆς προικὸς, ὅταν ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς ἡ προὶξ ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, ὑποβαλλόμενον, ἤγουν ὑποτιθέμενον ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν. *quod ob dotis quantitatem, quum vxore defuncta dos a viro repetitur, huic ſubiicitur ac ſupponitur, a ſubiiciendo dictum.* Quod quandoque, vt idem *§. 2.* ſcribit, eſt ὑπό τινι ἰσχυροτέρῳ καὶ πλείονι, ἄλλο τι καὶ ἀσθενέστερον καὶ βραχύτερον τιθέναι. *Sub aliquo robuſtiore et maiore aliud quidpiam infirmius et minus collocare.* Vetus Gloſſarium: ΥΠΟΒΟΛΟΝ ἐστὶ τὸ ἐπὶ τῇ ποσότητι τῆς προικὸς ὑποβαλλόμενον, καὶ ὑποτιθέμενον παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ εἰς πλέον ἀναβιβαζομένης τῆς προικός. HYPOBOLON eſt, *quod ob dotis quantitatem ſubiicitur et ſupponitur a viro, dote in maius aucta.*

HYPOCAVSTVM, fornacula erat, in qua ignis ad calefactionem aquae balnearis accendebatur. Eaque cauſſa ſupra id HYPOCAVSTVM componenda eſſe tria aena, vnum CALDARIVM, alterum TEPIDARIVM, tertium FRIGIDARIVM, et ita collocanda, vt ex *tepidario* in *caldarium*, quantum aquae calidae exiſſet, tantum influeret: de *frigidario* in *tepidarium* ad eumdem modum, Vitruu. *Lib. V. Cap. 10.* monet. Papin. Stat. *Lib. I. Silu. 5.*

Tenuem voluunt HYPOCAVSTA *vaporem.*

Vnde idem HYPOCAVSTA *vaporiferas fornaces* vocat, *eiusdem Libri ſilua 3.* HYPOCAVSTA facere: *l. 16. D. mand.* Vox Graeca, quae vaporarium ſignificat, qoo ſuppoſitos calor, prout ratio exigebat, vel effundebatur, vel retinebatur, vt Plin. *Lib. II. Epiſt. 17.* docet.

HYPOCAVSTVS, A, VM. HYPOCAVSTAE diaetae. *l. 55. §. 3. D. de legat. III.*

HYPODIVM, inter balneatorium inſtrumentum eſt. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 65.* Vbi HYPOPODIA potius legendum eſſe, duce Martinio

tinio *in Lexic. philologic.* obſeruat Schulting. *p.* 370. Sunt enim ὑποπόδια ſcabella, quae pedibus ſubiiciuntur. HEIN.

HYPODIACONVS, *l. 7. C. Theod. de Epiſc. et cler.* idem, ac ſubdiaconus, vti *l. 6. l. 24. C. eod. tit.* [et *l. 49. l. 163. C. Theodoſ. de decur.*] vocatur.

HYPOMNEMA. HYPOMNEMATA, quae hodie *acta* adpellamus. *l. 13. §. 10. D. de excuſat.*

[ΥΠΟΜΝΗΣΙΣ *ἐκ δικαστικῆς ψήφου. Nouell. I. Cap. I. §. 1.* quoduis decretum iudicis.]

HYPOMNEMATOGRAPHVS, *l. 59. C. de decurion. Lib. X* id eſt, commentarienſis, cuius manu acta ſubnotantur, vt loquitur *l. 45. §. 7. D. de iur. fiſc.* [HYPOMNEMATOGRAPHVS Alexandriae: *l. vlt. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit.* 1. et ibi Iac. Gothofredus.]

HYPOTHECA a pignore interdum ſeparatur. *l. 2. l. 16. §. vlt. D. de pignor. l. 43. l. 97. D. de ſolut. l. 33. in fin. D. de vſur. l. 12. D. qui pot. in pign. l. 7. D. de diſtr. pign. l. 38. D. de legat. III. l. 4. D. de naut. foen. l. 18. D. de nouat. l. 23. D. de probat. l. vlt. D. de contr. emt. l. 2. C. de pact. pign. l. 3. l. 6. C. de pignor. act.* Proprie enim *pignus* dicimus, quod ad creditorem tranſit; HYPOTHECAM, quum non tranſit poſſeſſio ad creditorem. *l. 9. §. 2. D. de pign. act.* Haec tamen differentia a iurisconſultis non ſemper obſeruatur, qui *pignus* et HYPOTHECAM ſaepe pro eodem dicunt. Iuſtinianus *§. 7. Inſt. de action. Inter pignus, et* HYPOTHECAM, *quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intereſt. nam de qua re inter creditorem et debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata, vtique hac adpellatione continetur. Sed in aliis differentia eſt. Nam pignoris adpellatione eam proprie rem contineri dicimus, quae ſimul etiam traditur creditori, maxime ſi mobilis ſit. At eam, quae ſine traditione, nuda conuentione, tenetur, proprie* HYPOTHECAE *adpellatione contineri dicimus.* Vnde merito Marcianus inter *pignus* et HYPOTHECAM tantum nominis ſonum differre, dixit. *l. 5. in fin. D. de pignor.* Alterum enim Latinum, alterum Graecum eſt verbum, a ſuppoſitione deductum. Id enim Graecis eſt ὑποτίθεσθαι; quorum exemplo etiam SVPPONERE pro oppignorare, et SVPPOSITAS res pro pignori obligatis, Imperatores dicunt. *l. 6. C. de pignor. act. l. 7. l. 8. §. 1. C. de praeſcript trigint. vel quadr. ann. l. vlt. C. de remiſſ. pign. l. vlt. C. ſi mai. fact. l. vlt. C. quand. mul. tutor. offic.* Sic *in rubr. D. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt non alienand. vel ſupponend.* id eſt, pignori obligandis. Latini certe auctores etiam *pignori opponere* dicunt. *l. 27. D. de pignorib* Terent. *Phorm. Act. IV. ſc. 3. v. 56. Oppoſitus eſt pignori ob decem minas.* Vnde iocus Catullianus *Epigr. XXVI.*

Furi, villula noſtra non ad Auſtri
Flatus oppoſita eſt, nec ad Fauoni,
Nec ſaeui boreae aut Apoliotae;
Verum ad millia quindecim et ducentos.
O ventum horribilem atque peſtilentem!

Contrahitur HYPOTHECA per pactum conuentum, quum quis paciſcitur, vt res eius propter aliquam obligationem ſint HYPOTHECAE nomine obligatae. *l. 4. D. de pignor.*

HYPOTHECARIVS, A, VM. HYPOTHECARIA actio, quae et *quaſi Seruiana* dicitur, in rem actio eſt, quae creditori pignoris perſequendi cauſſa datur. *§. 7. Inſt. de act.* Vnde et *pignoris vindicatio, petitio, perſequutioque* dicitur. *l. 10. in fin. C. de pign. act. l. 2. C. ſi vn. ex plurib.* Marcianus ad HYPOTHECARIAM formulam ſingularem librum ſcripſerat. ¶. 2 Hinc illa: [HYPOTHECARIA actione petere: *l. 34. D. de pignor. et hypoth.* HYPOTHECARIAM actionem paciſcendo inutilem facere: *l. 8. §. 2. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* HYPOTHECARIA, vel Seruiana actione petere: *l. 29. D. famil. erciſc.* vindicare: *l. 12. pr. D. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.*] HYPOTHECARIAM agere: *l. 57. D. de legat. I.* HYPOTHECARII creditores, quibus ſub hypotheca debetur: *l. 1. §. 3. D. de ſeparat. l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. l. vlt. C. qui bonis ced.* [HYPOTHECAE iure vindicare: *l. vlt. C. de pign. et hypoth.*] HYPOTHECARIA perſequutio. *l. 1. C. ſi antiquior.*

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER IX.

IACEO, VI, IACERE. IACERE proprie dicitur, quod humi ſitum eſt. Qui alienum quid IACENS lucri faciendi cauſſa ſuſtulit: *l. 43. §. 4. D. de furt.* alicubi IACEBANT merces in angulo aliquo; *l. 4. §. vlt. D. de leg. Rhod. de iact.* res, quae in littore poſt naufragium iacent: *l. 1. §. vlt. D. de incend. ruin. naufrag.* IACENS res ex naufragio: *l. 5. D. eod. tit.* IACET in ſtabulo ſtercus. *l. 7. D. de action. emt. vend.* ¶. 2. IACERE etiam dicitur hereditas, quae nondum a quoquam adita eſt, et quamdiu ſine domino eſt. *l. 5. §. 20. D. vt legat. vel fideic. cauſſ. cau. l. 13. §. 5. D. quod vi aut clam.* Eodem ſenſu bona hereditaria IACERE, et vacua ſine domino IACERE, iuris auctores dicunt. *l. 1. D. de bon. poſſeſſ. furioſ. l. 1. D. de ſucceſſ. edict. l. 4. §. 17. D. de fideic. libert.*

IACIO, IECI, IACERE. IACERE fundamenta: *l. 11. §. 5. D. quod vi aut clam.* IACERE molem in mare: *l. 2. §. 8. D. ne quid in loco publ.* molibus IACTIS: *l. 52. §. vlt. D. de act. emt.* IACTAE pilae in mare: *l. 3. §. vlt. D. ne quid in loc. publ.* IACIENDO pilo certare. *l. 2. D. de aleat.* ¶. 2. IACERE inprimis eſt iacture onus, ſeu merces, in mare. Si quis ſponte rem iecit, vel iactauit. *l. 43. §. 10. D. de furt.* Vnde IACTAE res, quae in tempeſtate, nauis leuandae gratia, et ſalutis cauſſa, in mare eiiciuntur. *l. 21. §. 1. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.*

IACTARE, proiicere, quaſſare, excutere: IACTARE caput: *l. 1. §. 9. D de Aedilit. edict.* et apud Tibull. *Lib. II. Eleg. 5. v. 65.*

Haec cecinit vates, et te ſibi, Phoebe, vocauit,
IACTAVIT *fuſa ſed* CAPVT *ante coma.*

Non. Marcell. IACTARE, *excutere, et commouere.* Varro *Eumenid. Tibi nunc ſemiuiri teretem comam volantem* IACTANT *Galli.* IACTAVIT lapillum: *l. 20. D. quod vi aut clam.* IACTATO lapide: *l. 5. D. de leg. Iul. maieſt.* IACTATAE merces ex naue: *l. 7. D. pro derelict.* miſſilia in vulgus: *l. 9. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* pecunias ſuas: *l. 25. D. de probat.* pilas in mare: *l. 30. §. vlt. D. eod.* res: *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Rhod. de iact. l. 43. §. 10. D. de furt.* rete: *l. 12. D. de act. emt.* Clodius in ſago IACTATVR. *Collat. Leg. Moſaic. et Rom. tit. I.*

§. 11. Eſt haec iactatio, quae ſago fiebat, eadem, quam hodie vocant *das prellen,* qua vulpes in altum mittuntur. Id aliquando et hominibus per laſciuiam fiebat: de quo ludo videndus Caſaubon. *in Not. ad Sueton. Othon. Cap. I.* HEIN. ¶. 2. IACTARE, vt ait Nonius, etiam eſt *ambitioſius gloriari.* Sic: licet id ſe facturum, IACTAVERIT: *l. 225. D. de verb. ſignif.* Qui ſe Imperatorem heredem facturum eſſe, IACTAVERAT: *l. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.* Qui ſe legitimum creditoris heredem eſſe, IACTABAT: *l. 3. §. vlt. D. de transact.* Si patroni filia IACTAT, Titium patrem ſuum litteras ad ſe feciſſe: *l. 47. §. 1. D. de bon. libert.* Quod pro ſalute principis habere ſe dicere, IACTANT: *l. 6. D. de poen.* Effuſo ſermone ſeſe IACTAT: *l. vlt. C. de dot. promiſſ.* Quaecumque ſic dicuntur, vt praeſtentur, non vt IACTENTVR. *l. 19. §. 4. D. de Aedil. edict.*

IACTATIO, pro ambitioſa gloria: *l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit.* IACTATIONES. *l. 9. C. de his, quae vi.*

IACTVRA, pro damno et detrimento: Et ita: IACTVRA adſectus eſt: *l. 28. §. 12. D. de poen.* IACTVRA aduerſus ſubſtantiam: *l. vlt. D. de offic. praeſid.* IACTVRA cauſſae adfici: *l. 6. C. ne lic. potent.* IACTVRAM conſequi: *l. 17. D. de auctorit. et conſenſ.* IACTVRA debiti mulctari: *l. vlt. C. eod. tit.* [IACTVRA exiſtimationis: *l. 76. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.*] IACTVRA infamiae. *l. vlt. C. de ſecund. nupt.* ¶. 2. IACTVRA, pro iactu ex naui, leuandae exonerandaeque nauis gratia. *l. 2. §. 2 et l. 4. D. de leg. Rhod. de iact.* Cornel. Fronto *de Different. voc.* IACTVRA, *quod iacitur ex onere nauis.* Cic. *Lib III. de offic. Cap 23.* *Quaerit, ſi in mari* IACTVRA *facienda ſit, equine pretioſi potius* IACTVRAM *faciat, an ſerui?* Salluſt. *ad Caeſ. de rep. ordin. Cap. XIV.* *L. Poſtumius et M. Fauonius mihi videntur quaſi magnae nauis ſuperuacua onera eſſe, vbi ſalui peruenire viſi ſunt. Si quid aduerſi coortum eſt, de illis potiſſimum* IACTVRA *ſit, quia pretii minimi ſunt.* Q. Curtius *Lib. V. Cap. 9.* *Sed medici quoque grauiores morbos aſperis remediis curant: et gubernator, vbi naufragium timet,* IACTVRA, *quidquid ſeruari poteſt, redimit.*

IAC.

IACTVS, actus iaciendi: vt IACTVS lapilli: *l. 1. §. 6. D. quod vi aut clam. l. 6. §. 1. D. ſi ſerv. vindic.* IACTV teli. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 3.* ¶. 2. IACTVS, qui fit in mare nauis leuandae, ſeu exonerandae cauſſa. IACTVS mercium factus: *l. 1. l. 2. D. de leg. Rhod. de iact.* IACTVS ex naue factus: *l. 43. §. 11. D. de furt.* Paull. *Lib. II. tit. 1. §. 1.* Seneca *Lib. IV. Declam. Neceſſitas eſt, quae nauigia* IACTV *exorneat.* Seneca *poeta in Troad. Chor. Act. IV. v. 1037.*

medioque IACTVM
Fecit in ponto,

Iuuenal. *Satyr. XII.*

Decidere IACTV
Coepit cum ventis.

IACTVM autem, ſeu IACTVRAM facere, Graeci ἐκβολὴν ποιήσασθαι dicunt. Baſil. M. *in homil* περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς. Ἀποθέσθω τῶν φορτίων τὰ πλείονα, καὶ πρὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι τὸ σκάφος, ἐκβολὴν ποιησάσθω τῶν ἀγωγίμων, ἃ μὴ δεόντως συνέλεξε. καὶ μιμησάσθω τοὺς τῆς θαλάττης ἐργάτας. ἐκεῖνοι γὰρ, εἰ καί τι τῶν ἀναγκαίων ἐπὶ τῆς νηὸς ἄγοντες τύχοιεν, κλύδων δὲ ἐπαναστῇ, καὶ καλύπτειν ἀπειλήσει πεπιεσμένην τῷ φορτίῳ τὴν ναῦν, ὅπως ἔχουσι τάχους τὸ πολὺ τοῦ βάρους ἀποσκευάζουσι. *Depone maiorem ſarcinarum partem, et, priusquam periclitetur nauis, iactum fac oneris non, prout decet, parti. Imitare nautas qui, tametſi quae maxime neceſſaria ſunt, vehant, coorta tamen tempeſtate, et nauem tanto onere preſſam fluctibus tegere minante, vt illam tanto celeriorem habeant, magnam oneris partem eiiciunt.* Idem in *homilia contra ebrios:* Ὡς χειμαζόμενα πλοῖα ἐπειδὰν ὑπέραντλα γένηται ἀναγκαίως τῇ ἐκβολῇ τοῦ φορτίου κουφίζεται. *Sicuti iactae tempeſtatibus naues, quando exhauriri amplius non poſſunt, facto* IACTV *neceſſario leuantur.* D. Lucas *Act. Apoſt. Cap. XXVII. v. 18. 19.* Σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν, τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο, καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν. *Quum autem vehementi tempeſtate iactaremur, ſequente die iacturam fecerunt: ac tertia die noſtris ipſi manibus armamenta nauis abiecimus.* Ioannes Chryſoſtomus *in Epiſtolam ad Coloſſ.* ἵνα σώματα φυλάξωσιν ἐκβολὴν ποιοῦνται τῶν σκευῶν. *Vt corpora ſeruent,* IACTVM *faciunt armamentorum.*

¶. 3. IACTVS retis, *l. 11. §. vlt. l. 12. D. de act. emt. vend.* Hunc IACTVM ſimpliciter dixit Valer. Max. *Lib. IV. Cap. I. Ex. 7. A piſcatoribus in Mileſia, verriculum trahentibus, quidam* IACTVM *emerat.* Apulei. *Apolog. p. 294. Eum memoriae prodiderunt, quum animaduertiſſet, a quibusdam piſcatoribus euerriculum trahi, fortunam eius* IACTVS *emiſſe.* Sueton. *de clar. Rhetor. Cap. I.* βόλον, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, *a iaciendo,* vt quidem exiſtimo, adpellauit. *Littus,* ait, *ingreſſi piſcatores, trahentes rete, adiere, et pepigerunt,* βόλον *quanti emerent.* Sic enim legendum cenſeo, non vt vulgo ſcribitur, *bolum.* Confirmat coniecturam meam Moſchopulus *in libro* περὶ σχεδῶν. ΒΟΛΟΣ, inquiens, τὸ δίκτυον, καὶ ἡ τούτου βολή. ΒΟΛΟΣ, *rete, eiusque iactus:* Vtrumque enim hoc verbum apud Graecos ſignificat. Suidas *in verbo* βολίς. βολίς, καὶ βόλος, ait, τὸ βαλλόμενον εἰς ἄγραν ἰχθύων, *quod ob capturam piſcium eiicitur:* citatque ex Epigrammate Graeco aliquot verſus, additque, apud Plutarchum βόλον πρίασθαι eſſe *iactum emere* nec tamen locum notat. Sed haec, ex Plutarcho deprompta, apud Suidam eo loco non reperio: HEIN. In Solone quidem, *p. 80.* certe ſcriptum reperio: Κώων γὰρ, ὥς φασι, καταγόντων σαγήνην, καὶ ξένων ἐκ Μιλήτου πριαμένων τὸν βόλον. *Quum Coi, vt fama eſt, verriculum traherent, cuius* IACTVM *hoſpites Mileſii emerant.*

IACVLARI in campo per luſum. *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. IACVLANDI cauſa. *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. IX. §. 2.* Hic IACVLARI non, vti priore loco, ſimpliciter eſt iacula mittere, ſed leonibus aliisque beſtiis in circo conficiendis operam dare. Seneca *de breuit. vit. Cap. XIII. Num et hoc quemquam curare permittas, quod primus L. Sulla in circo leones ſolutos dedit, quum alioquin adligati darentur, ad conficiendos eos miſſis a Rege Boccho* IACVLATORIBVS? *Et hoc ſane remittatur.* HEIN.

IACVLATORIVS, A, VM. IACVLATORIVS campus. *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Aquill.*

IACVLVM, retis piſcatorii genus. Iſidor. *Lib. XVIII. Orig. Cap. et. Iactus dictus a iaciendo. Vnde et piſcatorium rete* IACVLVM *dicitur.* Sic enim emenda, ipſomet duce, et auctore, cuius *Libro XIX. Cap. 5.* verba haec ſunt: *Funda genus eſt piſcatorii retis, dicta ab eo, quod in fundum mittatur. Eadem etiam a iactando* IACVLVM *dicitur.* Plautus: *Probus quidem antea iaculator eras.* Quo ſenſu vocabulum accipiendum eſt apud eumdem Plaut. *Aſinar. Act. I. ſcen. 1.*

Venari autem IACVLO *apros in medio mari.*

Et Ouid. *de arte amand. Lib. I. v. 763.*

Hic IACVLO *piſces; illic rapiuntur ab hamis,*
Hos caua contento retia fune trahunt.

¶. 2. IACVLVM, telum miſſile. IACVLIS ludere. *§. 4. Inſt. de leg. Aquill.*

IAM.

[**IAM** pridem. *l. 5. C. de procurat.*] ¶. 2. [IAM iamque, ſtatim. *l. 32. C. Theod. de decurion.*] ¶. 3. IAM nunc, id eſt, ex die praeſente. *l. 29. D. de mort. cauſſ. donat.* [*l. 2. C. Theod. de palatin. ſacr. larg. Lib. VI. tit. 30. l. 1. C. Theod. de offic. rect. prou. Lib. I. tit. 7. l. 2. C. Theod. de veteran. Lib. VII. tit. 20. l. 17. C. Theod. de tiron. Lib VII. tit. 13. l. 9. C. Theod. de luſtr. collat. Lib. XIII. tit. 1. l. 31. Cod. Theod. de annon et trib. Lib. XI. tit. I.*] ¶. 4. IAM tunc, ex quo. *l. 10. D. de capt. et poſtlim.*

IAN.

IANITRIX, alias oſtiaria, vel oſtii cuſtos, ancilla. Plaut. *Curcul. Act. I. ſcen. I. v. 76. Anus* IANITRIX. ¶. 2. Sed Latinis et duorum fratrum vxores IANITRICES vocabantur, quas Graeci εἰνατέρας vocant. *l. 4. §. 6. in fine D. de grad. et adfin.* Vetus Gloſſarium: IANITRICES, δύο ἀδελφῶν γυναῖκες, σύννυμφοι. Quae εἰνατέρων interpretatio etiam apud Heſychium habetur. In Gloſſis quoque Palaemonis hoc verbum ita explicatur.

IAN. IAV. IBI.

IANTHINVS, A, VM. *l. 68. §. vlt. D. de legat. III.* purpurae genus, violacei coloris. Plin. *Lib. XX. Cap. 6.* violas purpureas a Graecis ἴα adpellari, tradit, et ab his *ianthinam veſtem.*

IANVA, IANVAM in publico aperuit. *l. vlt. §. vlt. D. de ſeru. praed. vrban.* [quod expoſuit Cuiac. *Lib. XIII. Obſ. Cap. 27.*] Qui iniuriae cauſſa IANVAM effregit: *l. 53. D. de furt.* Propius IANVAM meam. *l. 20. §. 1. D. de ſeru. praed. vrban.* ¶. 2. IANVAM patefacere, initium dare. [Quum viceſimi anni clauſa aetas adoleſcentiae patefacere IANVAM coeperit ad firmiſſimae iuuentutis ingreſſum. *l. vn. C. Theod. de his qui ven. aet. Lib. II. tit. 17.*]

IAV.

IAVOLENVS, iuriſconſultus, de quo infra, ſob articulo: PRISCVS.

IBI.

IBI, ait Feſtus, *dicitur, quum locus ſemel demonſtratur: ibidem, quum ſaepius.* IBI, *vbi: l. 11. D. ad leg. Aquill. l. 1. D. de reb. auct. iud. poſſid. l. 8. l. 30. D. de iudic.* ¶. 2. IBI in interdicto *vnde vi* quemadmodum accipiendum ſit, exponitur in *l. 1. §. 37. D. de vi et vi arm.* Adpellatione eorum, quae IBI ſunt, neque ea, quae ad tempus, vel caſu, in eo loco ſunt, neque numi et nomina continentur, ſed quae perpetuo ibi ſunt poſita, qoae, quamquam ad tempus vel caſu adſint, non eo minus tamen continentut. *l. 44. l. 76. l. 78. §. 1. D. de legat. III.* Proinde, ſi debitor pactus ſit, vt quaecumque in praedia, pignori data, inducta, inuecta, importata, IBI nata, paratue eſſent, pignori eſſent: ii dumtaxat ſerui, qui hoc animo inducti erunt, vt ibi perpetuo eſſent, non temporis cauſſa adcommodarentur, obligati cenſebuntur. *l. 32. D. de pignor.* Quae vt IBI ſint, illati fuerint. *l. 7. §. vlt. D. in quib. cauſſ. pign.* ¶. 3. IBI, id eſt, ea in re. *l. 18. D. rat. rem hab. l. 43. D. de damno inf.* IBI, id eſt, in vaſis. *l. 18. D. commod.* ¶. 4. IBI pro in leges: *l. 9. §. 3. D. de diuiſ. rer.* ¶. 5. IBI pro in ea cauſſa et ſpecie: *l. 1. D. in ius voc. vt eant.* ¶. 6. IBI, pro illic, eique opponitur particula *hic. l. 4. §. 6. D. de vi bon. rapt.* ¶. 7. IBI, pro *eo*, in aliquem locum. Quum IBI venerimus; *l. 1. in fine D. de orig. iur.* procuratores eorum IBI deſtinare: *l. 18. C. de fid. inſtr.* IBI amphoras partaſti. *l. vlt. §. vlt. D. de leg. Rhod. de iact.* In hac lege IBI in notam numeralem mutauit Guid. Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap. 34.* legens IΔI, id eſt mille. Sed quam parum et neceſſaria, et probabilis ſit haec viri doctiſſimi κρίσις, ſatis perſpicue oſtendiſſe nobis videmur, in *praefatione Iuriſpr. Rom. et Atticae Tomo II. praemiſſa p. XIV.* vbi et oſtendimus, veteres reciproce ſaepe EO et ILLO vſos eſſe pro IBI, *l. 23. §. 1. D. ad legem Iul. de adult. l. 7. in fin. D. de ann. legat.* et promiſcue dixiſſe: Irrumpere *in aedes*, et IN AEDIBVS: Plaut. *Amphitr. Act. IV. ſcen. 3. v. 14.* Pergere *in aedes*, et IN AEDIBVS; *Id. ibid v. 18.* *In hoſtium poteſtatem*, et IN POTESTATE peruenire: *l. 12. D. qui teſt. fac. poſſ.* *Sub iugum*, et SVB IVGO mittere. Liu. *Lib. III. Cap. 28.* adeoque particulas motum ad locum, et ſitum in loco ſignificantes, ſaepe confudiſſe. HEIN.

ICE. ICO. ICT. ID.

ICE.

ICERE: vnde participium ICTVS, id eſt, percuſſus, vel vulneratus. *l. 51. D. ad leg. Aquill.*

ICO.

ICOSAPROTVS, magiſtratus municipalis. Vti enim DECAPROTI, *Decem primi*, ita ICOSAPROTI, *vigintiprimi. l. vlt. §. 26. D. de muner. et hon.* Ipſum munus, quo funguntur, ICOSOPROTIA, *ibid.*

ICT.

ICTVS, VS, pro percuſſione, qua vulnus infligitur. *l. 11. §. 2. l. 15. §. vlt. l. 51. D. ad leg. Aquill. l. vlt. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Prope vno ICTV, et vno impetu, vtrumque occidere: *l. 23. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* Si equa ICTV a te percuſſa: *l. 27. §. 22. D. ad leg. Aquill.* Sic ICTVS calcis: *l. 5. C. ad leg. Corn. de ſicar. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. I. §. 10.* ICTV fulminis deuſtis armamentis: *l. 6. D. de leg. Rhod. de iact.* Cic. *de Offic. Lib. III. Cap. 25.* ICTV *fulminis deflagrauit.* Ita et ICTVS *fulmineus* apud Horat. *Lib. III. Carm. od. 16.* et ICTA *fulmine domus*, apud Sueton. *Aug. Cap. XXIX.* ICTVS flagellorum: *l. 12. D. de decurion.* fuſtium: *l. 22. D. de his, qui not. infam. l. 10. §. vlt. D. de poen. l. 14. C. ex quib. cauſſ. infam.* Per ICTVM lapilli prohibere: *l. 5. §. 10. D. de oper. nou. nunc.* [ICTVS plumbatarum: *l. 80. 85. 117. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* vid. infra PLVMBATVS.] ICTV rami. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 12.*

ID.

[ID, pro idem, in *l. 13. §. 2. D. de his, qui not. infam. l. 10. §. 14. D. de grad. et adfin. l. 15. in fine D. de recept. arbitr. l. vlt. D. de ſtipul. l. 5. §. vlt. D. de extraord. cogn*] ¶. 2. ID EST, plerumque non definiendi gratia, ſed exempli loco et παραδειγματικῶς ponitur, vt eſt ab aliis notatum. Patet hoc ex *l. 7. §. 8. D. de pact. l. 8. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. pen. D. de ann. legat. l. 2. D. de ſupell. legat. l. 3. in fin. D. de except. l. 3. C. ad leg. Iul. de adult.* [*l. 9. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul.*] Sic apud Caium *Lib. II. Inſt. tit. 8. §. 3. Adgnati ſunt per virilem ſexum propinquitate coniuncti*, ID EST, *conſanguinei fratres.* ¶. 2. Alias διασαφητικὸν eſt, vel explicatiuum, vt in *l. 9. pr. D. de minor. l. 3. §. 12. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 9. D. de ſeru. vind. l. 13. §. 4. D. de pign. l. 43. D. de iniur.* [*l. 87. l. 88. D. de condit. et demonſtr. l. 4. C. de Aedilit. act. l. 18. C. de iure delib. l. 7. §. 5. D. de pact. l. 8. §. 7. C. de repud. l. 9. §. vlt. D. de lib. cauſſ. l. 13 pr. D. de adquir. rer. dom*] Interdum ergo idem valet ac *ſcilicet*, vt in *l. 4. §. 27. D. de vſurpat. l. 16. D. de re iudic. l. 2. D. de legit. tut. l. 68. in fin. D. de vſufr.* ¶. 3. Petr. Faber *Lib. I. Semeſtr. Cap. 17.* et aliam huic formulae ſignificationem tribuit, per quam nimirum latior vocabuli ſignificatio coarctetur: eoque refert exemplum *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam.* *Sed etſi exauctorauerit*, ID EST, *ſigna militaria*

taria

ID. IDE. IDI. IDO.

taria detraxeris. Quem huius formulae vſum, quamuis exemplo deſtitui putet V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 273.* Ipſe tamen poſtea *p. 487.* ſimilem loquutionem in *l. 29. D. de liber. cauſſ.* deprehendit. HEIN. ¶. 4. ID ipſum. *l. 47. D. de condict. indeb. l. 2. D. de naut. caupon. ſtabul.*

IDE.

[IDEOQVE, non ſemper illatiue ponitur, ſed aliquando per ſolam continuationem. *§. 1. Inſt. de exher. lib. l. 2. §. 2. D. de pact. l. vlt. D. de condict. cauſſ. dat.*]

IDI.

ΙΔΙΟΧΕΙΡΟΝ, ſcriptura priuata, vel chirographum. *l. 11. C. qui potior. in pign.*

ΙΔΙΩΤΗΣ, rudis. Gloſſa Cyrilli: ΙΔΙΩΤΗΣ, *ὁ μὴ νοήμων, ruſticus, rudis.* Et ita accepit Hadrianus apud Doſitheum *Lib. III. Sent. §. 13.* ¶. 2. Aliquando tamen is eſt *ἰδιώτης*, qui non militat. Sic in *Nouell. VIII. Cap. 6.* ΙΔΙΩΤΑΙ vertuntur *priuati*, opponunturque iis, *qui in militiis conſtituti ſunt.* HEIN.

IDO.

IDONEE. Minus IDONEE rem administrare: *l. 1. C. de his, qui ven. aetat.* IDONEE cauere: *l. 41. D. de hered. petit. l. 1. §. vlt. D. de magiſtr. conuen. l. 11. §. 15. D. de legat. III. l. 2. D. de fideic. libert.* cautum: *l. 5. C. de magiſtr. conuen.* Quid autem ſit IDONEE cauere, explicat *l. 4. §. 8. D. de fideicomm. libert.* IDONEE defendere: *l. 1. D. de diuerſ. tempor.* id eſt, recte. *l. 5. §. vlt. D. ex quibus cauſſ. in poſſeſſ. eat.* Satis IDONEE proſpectum: *l. 1. C. quor. legat.* Magis IDONEE reficere parietem: *l. 41. D. de damn. infect.* IDONEE repromiſſuram: *l. 60. §. 1. D. mand.* ſatisdare: *l. 3. C. de poſtlim. reuerſ.* veniſſe. *l. 13. D. de act. emt. vend.*

IDONEVS, A, VM tum de perſona dicitur, quae locuples, et ſoluendo eſt, tum de re, quae ad ſolutionem ſufficit. *l. 42. D. mand.* Proinde IDONEVS, et *inops* pugnant, *l. 27. §. 2. D. de minor.* ſicuti IDONEVS, et *qui nihil habet,* vel *a quo ſolidum ſeruari non poteſt. l. 39. §. 15. l. 45. D. de adminiſtr. et peric. tut.* item IDONEVS, et qui lapſus eſt facultatibus: *l. 14. D. eod. tit. l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conu. l. 2. §. 7. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. l. 8. D. de dol. mal.* Denique IDONEI, et *non idonei.* Pro non idoneis, qui ſunt IDONEI conueniuntur. *l. 46. §. vlt. D. de iure fiſci.* Immo, quia et mulieres, pro aliis intercedentes, non obligantur, IDONEI etiam *mulieribus* opponuntur. Perſonam *mulieris,* vt IDONEAE ſequi. *l. 27. §. 1. D. ad SC. Vell.* ¶. 2. Ea notio in ſequentibus reperitur. Si quum eſſent IDONEA bona heredis: *l. 1. §. 17. D. de ſeparat.* id eſt, ſoluendo, vt *l. 6. D. eod. tit.* cautela: *l. 14. D. depoſit.* cautio: *l. 50. D. de manumiſſ. teſt. l. vlt. C. eod. tit. l. 11. D. ad municip. l. 7. §. 1. D. de adminiſtr. ad ciuit. pert.* IDONEA autem cautio non intelligitur, niſi fideiuſſore adhibito, vel pignoribus datis. *l. 59. §. vlt. D. mandat.* Si tu Titium mihi commendaueris, quaſi IDONEVM, cui crederem: *l. 66. §. 4. D. de furt.* Qui adfirmauerat, IDONEVM eſſe, cui pecunia crederetur: *l. 7. §. vlt. D. de dol. mal.* Curator eligitur, qui IDONEVS videbitur: *l. 1. §. 23. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* IDONEI curatores: *l. 30. §. vlt. D. de excuſat. l. 39. §. vlt. D. de minor.* Minus IDONEI: *l. 1. §. 5. D. de magiſtr. conuen. l. 1. C. de tutor et cur. qui ſatis non ded.* Si non ad damnum reſarciendum IDONEVS eſt: *l. 49. D. de admin. et peric. tut.* IDONEVS debitor: *l. 27. §. 2. D. de minorib.* et apud Plin. *Lib. IV. Epiſt. 4.* IDONEVM debitorem adfirmat: *l. 52. §. 9. D. de furt.* Si in aliquid IDONEVS eſſet debitor: *l. 112. §. vlt. D. de verb. oblig.* IDONEOS debitores praeſtare: *l. 111. D. de condit. et demonſtr.* Parum IDONEVS debitor: *l. 35. D. de pignorat. act.* Si poſterior debitor IDONEVS non eſſet: *l. 88. §. 8. D. de legat. II.* Defenſor IDONEVS, alienaeue rei expromiſſor nemo, ſine ſatisdatione, intelligitur. *l. 110. D. de regul. iur. l. 46. §. 2. D. de procurat. §. 1. Inſt. de ſatisdat.* Et hoc eſt, quod ait Paullus, eum, qui rem alienam defendit, numquam locupletem haberi. *l. 166. D. de reg. iur.* Nam is, qui ſuſcipit defenſionem, etſi conſularis, non videtur tamen idonee defendere, niſi ſatisdare fuerit paratus: *l. 51. §. vlt. l. 52. l. 53. D. de procurat.* Sed neque femina, neque miles, neque qui reip. cauſſa abfuturus eſt, aut morbo perpetuo tenetur, aut magiſtratum initurus eſt, aut inuitus iudicium pati non poteſt, IDONEVS defenſor intelligitur. *l. 54. D. de procurat.* Minor vtique viginti quinque annis, qui habet curatores, ſui non eſt IDONEVS defenſor: *l. 5. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Si emtor alium non IDONEVM ſubiecit: *l. 14. D. de in diem addict.* id eſt, qui ſoluendo non eſt, vt *ibidem* exponitur. IDONEVS facultatibus: *l. 6. C. de ſuſp. tut. l. 15. §. vlt. D. de adgnoſc. et al. lib.* qui locuples facultatibus dicitur: *l. 2. §. 37. D. ad SC. Tertull.* IDONEI plerumque non tam patrimonio quam fide quoque aeſtimantur: *l. 112. §. vlt. D. de verb. oblig.* [Re et fide IDONEVS: *l. 9. D. Theod. de ſuſcept. Lib. XII. tit. 6.* fidelis et IDONEVS: *l. vn. C. Theod. de patr. horreor. Port. Lib. XIV. tit. 23.*] Fideiuſſor IDONEVS, *l. 7. D. qui ſatisd. cog.* id eſt, locuples, non tantum ex facultatibus, ſed ex conueniendi facilitate: *l. 2. D. eod. tit.* Si fideiuſſorum alter IDONEVS eſt: *l. 3. C. de fideiuſſor.* Inopia IDONEI fideiuſſoris: *l. 6. C. de adpellat.* Si fideiuſſoris IDONEI copiam non haberet: *l. 12. C. eod. tit.* Si fideiuſſores IDONEOS offerre paratus ſit: *l. 9. D. de publican. l. 18. §. vlt. D. de peric. et comm. rei vend.* IDONEIS fideiuſſoribus cauere: *l. 6. D. de fideiuſſ. l. 6. §. 1. D. de mun. et honor.* Eos dare: *l. 2. C. de adopt. l. 43. §. 3. D. de furt. l. 3. D. de fideiuſſ.* vbi Vlpianus: *Qui admiſit aliquem fideiubentem,* IDONEVM *eſſe comprobauit.* Iisdem fideiuſſoribus, vel aliis, tam IDONEIS: *l. 25. §. vlt. D. de recept. qui arbitr.* Si aliam perſonam, non minus IDONEAM, fideiubentem praeſtet: *l. 14. §. 2. D. de pecun. conſt.* IDONEOS non fuiſſe fideiuſſores, quum accipiebantur: *l. 11. D. de probat.* Qui minus IDONEOS fideiuſſores accepit: *l. 3. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat.* id eſt, *egenos,* vt *ibidem* vocantur. Non IDONEA hereditas: *l. 5. D. de ſeparat. l. vlt. D. de dol. mal.* parum idonea: *l. 5. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* IDONEVS heres: *l. 39. §. 16. D. de adminiſtr.*

niſtr. et peric. tut. l. 14. D. de minor. l. 19. D. qui pot. in pign. l. 47. D. de iur. fiſc. Qui non tam IDONEVM hominem elegerit, vt recte perferri poſſit: *l. 11. D. commod.* IDONEIS *hominibus* pecuniam credere: *l. 3. C. de vſur.* (niſi quis *nominibus* reſcribere malit.) Si minus IDONEIS hominibus nauem commiſit: *l. 16. D. de rei vindic.* Indemnitati praeſtandae IDONEVS: *l. 1. C. de diuid. tutel.* Si vterque magiſtratus IDONEVS eſt: *l. 45. D. de adminiſtr. et peric. tut.* [Tam moribus, quam facultatibus IDONEVS: *l. 7. C. Theod. de ſuſceptor. Lib. XII. tit. 6.*] IDONEA nomina: *l. 13. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 11. D. de vſur. l. 2. C. arbitr. tut.* IDONEIS nominibus pecunia collocatur: *l. 87. D. ad leg. Falcid.* creditur: *l. 102. D. de ſolution.* Et contra: non IDONEA nomina: *l. 35. D. de admin. et peric.* parum IDONEA nomina: *l. 19. §. 3. D. de SC. Velleian.* IDONEA pignora: *l. 33. D. de vſur.* Non IDONEA pignora: *l. 28. D. de reb. credit.* Si IDONEVS promiſſor non ſit: *l. 112. §. vlt. D. de verb. obl.* Varro *Lib. V. de lingu. Lat. Conſuetudo erat, quum reus parum IDONEVS eſſet, inceptis rebus, vt pro ſe alterum daret.* IDONEA ſatisdatio: *l. 1. §. 36. depoſ.* Succeſſor IDONEVS *l. 15. D. ad municipal.* Talis ſemper eſt fiſcus: *l. 6. D. de fund. dot.* IDONEVS tutor: *l. 15. §. vlt. D. de excuſ. l. 18. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ. l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conuen. l. 24. D. de tut. et curat. l. 4. §. vlt. D. de fidei. tut. l. 2. §. 2. l. vlt. D. qui pet. tutor. l. 30. §. vlt. D. de excuſ. tut. l. vlt. C. ſi tut. vel curat. non geſſ.* Bene probati, et IDONEI, et honeſti tutores. *l. 17. §. 1. D. de teſtam. tut.* Minus IDONEVS tutor: *l. 3. l. 4. C. de magiſtr. conuen. l. 9. §. 4. D. de publican. et vectig.* Non IDONEVS tutor: *l. 9. D. de tutel. l. 39. §. 16. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 3. C. ſi mater indemn. nom.* Si venditor IDONEVS non eſt. *l. 4. §. 1. D. de adpellat.*

§. 3. IDONEVS alias aptum, habilem, et ſufficientem ſignificat. Hinc IDONEI et ſufficientes omnes: *l. 6. D. de muner. et hon.* IDONEVM non eſt, id eſt, inſufficiens: *l. 18. l. 28. C. de excuſ. tut.* IDONEVS accuſator: *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* auctor: Ouid. *Epiſt. Heroid. VII. ad Aeneam v. 105.* Cic. *Lib. II. ad Attic. Epiſt. 22. Mihi ſatis IDONEI auctores ſunt ii, qui a te probantur.* Quum hi boues non eſſent IDONEI: *l. 16. D. de in rem verſ.* id eſt, agro colendo minus apti et ſufficientes. IDONEA cauſſa: *l. 14. §. 2. D. quod met. cauſſ. l. 2. D. de dol. exc. l. 1. D. de diuerſ. temp. l. 15. D. de reb. auct. iud. poſſid. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. II. §. 7.* IDONEAS cauſſas adlegare: *l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* IDONEA culpa: *l. vlt. D. rem pup. ſalu.* IDONEA domus: *l. 10. D. de alim. vel cib. leg.* IDONEA exceptio: *l. 14. C. ad SC. Velleian.* IDONEA fide probationis: *l. vlt. C. debit. vend.* IDONEVM fundum emere: *l. 73. D. de iur. dot.* IDONEVS homo, ſeu vir integrae exiſtimationis, et minime probroſum ſignificat: *l. 42. D. de verb. ſignif. l. vlt. D. de tabul. exhib. l. 11. D. commod.* Si minus IDONEIS hominibus nauem commiſit: *l. 16. §. vlt. D. de rei vindic.* IDONEA inſtrumenta: *l. 13. C. de nupt.* IDONEVM iudicium: *l. 10. C. arbitr. tut.* Quum minus IDONEVS militiae renunciatur: *l. 13. §. 3. D. de re milit.* Minus IDONEA nauis: *l. 13. §. 2. D. locat.* IDONEVS paries, id eſt, integer, et minime vitiatus, nec caducus: *l. 45. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* IDONEVS, id eſt, oneri ferundo aptus: *l. 7. D. ſi ſeru. vindic. l. 37. D. de damn. infect.* Ita autem IDONEVS iudicatur paries communis, ſi vtrarumque aedium onera, iure impoſita, ferre poſſit: *l. 36. D. de damn. infect.* Quod quiuis paterfamilias IDONEVS facit. *l. 10. D. de adminiſtr. et peric.* IDONEA praedia: *l. 10. C. ſolut. matrim.* IDONEA probatio: *l. 10. C. de probat.* IDONEA quantitas: *l. 55. §. 2. C. ad SC. Trebell.* Argentum commodatum ſi tam IDONEO ſeruo meo tradidiſſem, ad te perferendum, vt non debuerit quis aeſtimare, futurum, vt a quibusdam malis hominibus deciperetur, tuum, non meum, periculum eſt: *l. 20. D. commod.* Non IDONEVM ſeruum rei communi adplicare: *l. 45. D. famil. erciſc.* Valde IDONEVS ſocius: *l. 6. D. pro ſoc.* Nullus IDONEVS teſtis in re ſua intelligitur: *l. 10. D. de teſt.* Teſtis IDONEVS pater filio, aut filius patri non eſt: *l. 9. D. eod. tit.* IDONEI teſtes non videntur eſſe, quibus imperari poteſt, vt teſtes fiant. *l. 6. D. eod. tit.*

§. 4. Comparatiuus IDONEIOR. Si perſona IDONEIOR accedat: *l. 4. §. vlt. D. de in diem addict.* [*l. 42. C. de epiſc. et cleric.*] Si plures ſatisdare parati ſint, tunc IDONEIOR praeferendus erit: *l. 18. D. de teſtam. tut.* Si plures ſint, qui experiri volent, eligendus eſt a praetore is, qui IDONEIOR eſt: *l. 3. §. 12. D. de lib. hom. exhib.* Si plures ſimol agant, praetor eligat IDONEIOREM: *l. 2. D. de popul. action.* IDONEIORES praediis fiſcalibus habeantur. *l. 5. §. 11. D. de iure immunit.* Omnibus his locis in melioribus editionibus non IDONEIOR, ſed IDONIOR legitur. Quamuis vero eam formam ex veteribus Chariſius *Lib. I. p. 88.* et ex recentioribus Ger. Io. Voſſ. *de Analog. Lib. II. Cap. 27.* reiiciant: ea tamen vſum eſſe Tertullianum *de pallio Cap. III.* et *de anima Cap. XVIII.* obſeruarunt Salmaſ. *in Not. ad Tertull. de pall. p. 223.* Bynkersh. *Lib. I. Obſ. Cap. 25.* et Ducker. *de Latinit. vet. iuriſc. p. 387.* HEIN.

IDV.

IDVS, decima tertia vel decima quinta cuioſuis menſis dies, prout menſes vel triginta pauciorumue, vel triginta et vnius diei ſunt. IDVS Septembres: *l. 122. §. 1. D. de verb. obligat.* IDIBVS Septembribus. *l. 89. D. de ſolution.*

IEC.

IECVR, *l. 12. §. vlt. D. de Aedil. edict.* vbi, cui os olet, iecur dolere dicitur. [IECORIS inſpectio, in ſacrificiis, ſub capitis poena prohibita. *l. 9. C. Theod. de pagan. ſacrif. Lib. XVI. tit. 10.* Vid. infra INSPECTIO.]

IEI.

[**IEIVNITAS.** Animal a poſſeſſore tradendum ob digeriem prius vnius noctis tantum ieiunitate vacuetur. *l. 4. §. 4. C. Theod. de ſuar. pecuar. Lib. XIV. tit. 4.*]

[**IEIVNVS, A. VM.** pro macro, vel male culto. Squalidiora atque ieiuna praedia, opponuntur cultis atque opimis: *l. 3. C. Theod. de conſit.*

ſit. Lib. XIII. tit. II. iuncta l. 4. C. Inſtin. eod. tit. IEIVNAE ac deſertae poſſeſſiones. l. 5. §. ſane C. Theod. de collat. donat. Lib. XI. tit. 20.]

IES.

[IESVS CHRISTVS. Si quis IESVM CHRISTVM ſcripſit heredem. l. vlt. C. de SS. eccleſ.] De S. Henrico Imp. vitae eius auctor. Cap. XXI. apud perill. Ludeuic. Script. rer. Bamb. Tom. I. p. 296 Solum quippe Deum ſibi elegit HEREDEM. Id de eo dictum, quod in condendis locupletandisque epiſcopatibus admodum fuiſſet liberalis. At CHRISTVM heredem inſtituere eſt bona ſua pauperibus elargiri, idque vult dictum ipſius Seruatoris: Ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Amen dico vobis, quidquid feciſtis vni minimorum fratrum meorum, id mihi feciſtis. Matth. XXV, 40. HEIN.

IGN.

IGNARVS, Id eſt, ignorans. l. 29 pr. §. 2. D. mandat. l. 19. D. locat. Hinc IGNARVS et ſciens aduerſantur. l. 29. §. 4. D. mandat. IGNARVS conditionis eius non eſt, vel eſſe debet: l. 19. D. de reg. iur. IGNARVS conditionis ſuae: l. 2. C. ſi ſeru. aut lib. Lib. X. IGNARVS edicti: l. 3. §. 22. D. de SC. Silan. ſui iuris: l. 1. D. de legat. III. legati: l. 9. §. 8. D. ad exhib. ſtatus ſui: l. 41. D. de reb. cred. de ſtatu: l. 12. §. 1. D. de liber. cauſſ. vxorem ſuam praegnantem eſſe. l. 36. §. 2. D. de teſtam. mil.

IGNAVIA, inertiam ac deſidiam ſignificat. l. 26. §. 1. D. de fideic. libert. IGNAVIAM praetendentes audiri non oportet: l. 78. §. 2. D. de legat. II. Ob IGNAVIAM remouetur tutor: l. 4 §. vlt. D. de ſuſp. tutor. Ob IGNAVIAM repulſi tutores; l. 2. §. 41. D. ad SC. Tertull. id eſt, ob inertiam. l. 3. §. vlt. D. de ſuſpect. tut.

IGNIS. IGNI cremari l. 28. §. 11. D. de poen. IGNIS exſtinguendi cauſſa: l. 3. §. 5. D. de pen. leg. IGNEM facere in ſuo: l. 8. §. vlt. D. de ſeru. vind. IGNEM habere innocentem, ſeu innoxium: l. 9. §. 3. l. 11. §. 1. D. locat. habere negligentius: l. 3. §. 4. D. de offic. praef. vigil. Si ita IGNEM habeas, vt metuam, ne mihi damnum des: l. 27. §. 10. D. ad leg. Aquill. IGNE illato: l. 11. §. vlt. D. locat. Si quis in ſtipulam ſuam, vel ſpinam, comburendae eius cauſſa IGNEM immiſerit, et vlterius euagatus et ingreſſus IGNIS alienam ſegetem vel vineam laeſerit: l. 30. §. vlt. D. ad leg. Aquill. Si quis extraneus IGNEM iniecerit: l. 12. D. locat. IGNE necari: l. 9 D. de incend. ruin. naufr. Si IGNIS ad vicini inſulam peruenerit: l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill. Si alius IGNEM ſubiecerit fornaci. l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.
¶. 2. Aqua et IGNI accipi: l. 66. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor. Aqua et IGNI interdici: l. 59. §. 4. D. de hered. inſt. l. 1. §. 2. D. de legat. III. Aquae et IGNIS interdictio: l. 29. §. 6. D. de lib. et poſtum. l. 2. §. 1. D. de poen. et aliis locis, quos ſupra Lib. I. ad articulum AQVA adduximus.

IGN.

IGNOBILIS, E. [IGNOBILIS diſſimulatio: l. 11. C. Theod. de extraord. cogn. Lib. XI. tit. 16. IGNOBILE ocium: l. 5. eod. Cod. de re milit. Lib. VII. tit. I.] IGNOBILIS patrona. l. 13. D. de rit. nupt.

IGNOMINIA, auctore Non. Marcello, eſt nominis nota. M. Tullius Lib. II. de republica: Cenſoris iudicium nihil fere damnato adfert, niſi ruborem. Itaque vt omnis ea iudicatio verſatur tantummodo in nomine, animaduerſio illa IGNOMINIA dicta eſt. Sic enim illum Ciceronis locum apud Nonium emendandum puto. Iſidorus etiam eamdem notionem huius verbi adfert Lib. V. Etymol. Cap. 27. Itaque pro cenſoria nota IGNOMINIAE verbo vſus eſt Cicero non ſemel in Oratione pro A. Cluent. Cap. XLIII. ¶. 2. Refertur et inter militares animaduerſiones a Feſto Lib. IV. Sic IGNOMINIA mitti: l. 6. §. 7. D. de re militari. miſſi: l. 4. §. 6. l. 13. §. 3. D. eod. tit. l. 8. §. 9. D. de excuſ. tut. l. 2. §. 4. D. de his, qui not. inf. l. 3. C. de re milit. Lib. XII. Cum IGNOMINIA mittendus eſt miles: l. 38. §. vlt. D. de poen. Ita et Liu. Lib. III. Cap. 5. Antiates mille milites, quia ſerum auxilium poſt praelium venerant, cum IGNOMINIA dimiſſi. Sueton. in Calig. Cap. XLIV. Legatos, qui auxilia ſerius ex diuerſis locis attulerant, cum IGNOMINIA dimiſit. Idem in Iulio Cap. XXIX. Et nonam quidem legionem, quamquam adhuc in armis Pompeius eſſet, totam cum IGNOMINIA miſſam fecit. IGNOMINIAE cauſſa miſſus. l. 2. D. de his, qui not. infam. l. 13. §. 3 D. de re milit. l. 26. l. 38. §. 1. D. de teſtam mil.
¶. 3. IGNOMINIA pro infamia. Ceſſat IGNOMINIA in conditionibus: l. 36. D. de obl. et act. id eſt, conditiones nullam infamiae notam irrogant. Ex crimine, quod nullam IGNOMINIAM importat: l. 5. D. decurion. IGNOMINIA notatus. l. 42. D. ad leg. Iul. de adulter. ¶. 4. IGNOMINIA pro dedecore. Non modica filii ignominia eſt, ſi parentem ſeruum habet. l. 1. D. de lib. cauſſ.

IGNOMINIOSVS, A, VM, et integrae famae pugnant. l. 7 D. de recept. qui arbitr. IGNOMINIOSA filia: l. 24. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. liberta: l. 48. §. 1. D. de rit. nupt. IGNOMINIOSI milites: l. 8. C. de quaeſt. IGNOMINIOSA miſſio: l. 3. §. 1. D. de re milit. ἄτιμον ἄφεσιν vocat Modeſtinus, l. 8. D. de excuſat. IGNOMINIOSA vtique miſſio ab Vlpiano definitur, quoties is, qui mittit, addit nominatim, IGNOMINIAE cauſſa ſe mittere: l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam. IGNOMINIOSAE miſſionis cauſſa eſt, quum quis propter delictum ſacramento ſoluitur. l. 13. §. 2. D. de re milit. Si tam IGNOMINIOSAM duxerit vxorem filius, vt dedecori ſit tam ipſi, quam patri, mulierem talem habere. l. 3. §. 5. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.

IGNORANTIA, et ſcientia aduerſantur. l. 28. D. qui et a quib. Ea vel FACTI, vel IVRIS eſt. l. 1. l. 2. l. 4. l. 7. l. 9. D. de iur. et fact. ignor. l. 1. l. 2. l. 3. C. eod. tit. Exempla vtriusque generis pete ex d. l. 1. IGNORANTIAM adlegare: l. 42. D. de reg. iur. Iuſtiſſima IGNORANTIAE

cauſſa

cauſſa adlegata: *l. 1. §. 17. D. de ſeparat.* Iuſta IGNORANTIAE cauſſa: *l. 25. D. de probat.* Ex magna et iuſta cauſſa ignorantia interueniente: *l. 3. §. 6. D. quod vi aut clam.* Per IGNORANTIAM delinquere: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. I. §. 12.* Delicta, quae ſponte vel ignorantia contrahuntur: *l. 1. D. de legib.* IGNORANTIA non accipienda eſt deperditi et nimium ſecuri hominis: *l. 3. D. de iur. et fact. ignor.* Si talis ſit IGNORANTIA, vt dolo careat: *l. 2. §. 5. D. de dol. except.* IGNORANTIA emimus, id eſt, per ignorantiam: *l. 44. D. de vſurpat.* IGNORANTIA emtori prodeſt, quae non in ſupinum hominem cadit: *l. 15. §. vlt. D. de contr. emt.* IGNORANTIA excuſat; *l. 16. §. 1. D. de pignor. act.* erit excuſata. *l. 19. §. 1. D. locat.* Si per IGNORANTIAM facti pecuniam expromiſit: *l. vlt. D. de SC. Maced.* Per IGNORANTIAM facti non debitam pecuniam ſoluiſti: *l. 6. C. de condict. indeb.* In alieni facti IGNORANTIA tolerabilis error eſt: *l. vlt. D. pro ſuo.* IGNORANTIA falli, id eſt, per ignorantiam: *l. 1. §. 2. D. de Aedil. edict.* IGNORANTIA ferenda eſt, factum ignorantis: *l. 6. D. de iur. et fact. ign.* Iuſtam habet IGNORANTIAM legatarius, cui homo legatus eſt, quotam partem vindicare debeat: *l. 76. §. vlt. D. de rei vind.* Qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam habent cauſſam IGNORANTIAE, an id, quod peteretur, deberetur. Fideiuſſores quoque non minus, quam heredes, iuſtam ignorantiam poſſunt adlegare: *l. 42. D. de reg. iur.* IGNORANTIAE heredum ſubuentum: *l. vlt. §. vlt. D. de fideiuſſ. tut.* IGNORANTIA impletum mandatum: *l. 26. D. mand.* IGNORANTIA inſtrumentorum: *l. 47. §. 47. D. de adm. et peric. tut.* IGNORANTIA excuſantur, non iuris ſed facti: *l. 11. §. 3. D. de his, qui not. infam.* Per IGNORANTIAM iuris legatum ſibi ſcripſerat: *l. 15. §. 4. D. de leg. Corn. de falſ.* Per IGNORANTIAM iuris ſui: *l. 26. §. 1. D. de fideic. libert.* Alia eſt iuſta, alia ſupina ignorantia, quae et diſſoluta ignoratio adpellatur: *l. 55. D. de Aedil. edict.* IGNORANTIA rerum forenſium: Vlpian. *Reg. tit. XI. §. 2.* Per IGNORANTIAM ſolutum: *l. 8. D. de SC. Maced.* Si per IGNORANTIAM non ſubmouerit exceptione petentem: *l. 47. D. de condict. indeb.* Supina IGNORANTIA. *l. 55. D. de Aedilit. edict.*

IGNORARE, et *ſcire* aduerſantur: *l. 42. et l. 112. §. 1. D. de legat. I.* vti et IGNORANS, et ſciens: *l. 11. §. 15. l. 21. §. de act. emt. l. 13. D. de contrah. emt. l. 3. §. 22. D. de SC. Silan.* IGNORANS quis, id eſt, imprudens: *l. 50. D. locat.* Etiam IGNORANTIBVS perſonales actiones adquiruntur: *l. 16. D. qui teſt. fac. l. 24. D. de oblig. et act.* Si IGNORAT, dominum deceſſiſſe: *l. 14. D. qui teſtam. fac.* Qui ſe IGNORARE edicti ſeueritatem praetendant: *l. 15. D. de leg. Corn. de falſ.* IGNORANTIBVS ex teſtamento emolumentum quaeritur: *l. 77. §. 3. D. de legat. II.* IGNORARE factum, vel ius: *l. 29. §. 1. D. mand. l. 6. l. 9. §. 1. D. de iur. et facti ign. l. 10. l. 11. C. eod. tit. l. 9. C. ad leg. Falcid.* IGNORARE de iure ſuo: *l. 3. D. de iuris eſt facti ignorant.* IGNORANTES, fraudem commiſſam: *l. 35. D. de pact.* Si quis dicat, IGNORASSE ſe litteras; *l. 11. §. 3. D. de inſtit. act.* IGNORASSE, alienam vel obligatam rem; *l. 21. D. de probat.* IGNORANTEM ſoluere; *l. 36. D. de donat. inter vir.* Qui IGNORABAT vires teſtamenti: *l. 8. D. de hered. petit.* Qui vitium fugitiui latens IGNORAVIT; *l. 55. D. de Aedil. edict.* IGNORANS vniuerſa, quae in vero erant. *l. 9. §. 2. D. de transact.*

IGNORATIO, pro ignorantia vſurpatur. *l. 11. D. de diuerſ. tempor.* Diſſolutam IGNORATIONEM emtoris excuſari non oportebit: *l. 55. D. de Aedil. edict.* Deceptus IGNORATIONE facti: *l. 17. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* IGNORATIONEM facti praetendere: *l. 7. C. ad SC. Velleian.* Iuris IGNORATIONE lapſi. *l. 79. D. de legat. II.*

IGNOSCERE, ait Seneca *Lib. II. de clement. Cap. vlt. eſt, quae iudicas punienda, non punire.* Cicero *Epiſt. XV. ad Brut. Sed ſceleris poenam praetermittere, (id enim eſt, quod vocatur* IGNOSCERE,) *etiamſi in ceteris rebus tolerabile eſt, in hoc bello pernicioſum puto.* Facile IGNOSCI: *l. 2. §. 37. D. ad SC. Tertull.* Puto IGNOSCENDVM: *d. l. 2. §. 44. D. eod. tit.* IGNOSCITVR aetati: *l. 5. §. 9. D. de his, quae vt indign.* IGNOSCITVR ei, qui ſe vlciſci voluit prouocatus: *l. 14. §. 6 D. de bon. libert.* [IGNOSCENTES facto potius, quam fauentes: *l. 24. C. Theod. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.*] IGNOSCENDVM eſt fideiuſſori, ſi non diuinauit, debitorem ſoluiſſe: *l. 29. §. 2. D. mandat.* Aequiſſimum erit, IGNOSCI marito: *l. 1. §. 8. D. de inſpic. ventr.* IGNOVIT lex Aquillia ſeruo, qui domino paruit, periturus, ſi non feciſſet: *l. 2. §. 1. D. de noxal. act.* In his, quae non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris, IGNOSCITVR ſeruis, ſi vel dominis, vel his, qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus et curatoribus obtemperauerint. *l. 11. §. 6. D. quod vi aut clam. l. 157. D. de reg. iur.*

IGNOTVS, A. VM, id eſt, incognitus, minime notus. IGNOTI domini: *l. 1. C. de theſaur. Lib. X.* Extraneum etiam penitus IGNOTVM: *l. 11. C. de hered. inſtit.* IGNOTI iuris non eſt: *l. 5. C. de reuoc. donat.* IGNOTA mors, et nota, opponuntur: *l. 65. §. 4. D. pro ſoc.* Si IGNOTA nomina ſeruorum eſſent: *l. 28. D. de reb. dub.* IGNOTVS patri pupillorum: *§. 4. Inſt. de excuſ. tutor.* IGNOTVS teſtatori: *l. 46. D. de hered. inſt. Ex* IGNOTI *teſtamento.* Sueton. *Auguſt. Cap. LXVI.* Si iniuria mihi fiat ab eo, cui ſum ignotus. *l. 18. §. vlt. D. de iniur.*

¶. 2. Singulares ſunt loquutiones: IGNOTVS iuris ſui, id eſt, ignarus, ſeu, qui ius ſuum ignotum habet. *l. 2. §. vlt. D. de iur. fiſc.* Poſtquam IGNOTVS pater, vbi degit. *l. 10. D. de rit. nupt.* Sed oſtendit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. VII. Cap. 24.* Graecum eſſe hoc dicendi genus, quod ideo et Baſilici hic ſeruarint *Lib. XXVIII. tit. 4. l. 7.* *ἄγνωστος ὁ πατὴρ, ὅπου τέ ἐστι, καὶ εἰ περίεστι.* Addit, eumdem Helleniſmum non modo in Pandectis noſtris frequenter occurrere, veluti *l. 22. §. 8. D. ſolut. matrim. l. 3 D. dot. praeleg. l. 33. D. de legat. III.* verum etiam apud Tacitum *Lib. II. Annal. Cap. 57. Lib. XV. Cap. 54. Cap. 60. et Cap. 66. et Auctorem dial. de corrupt. eloqu. Cap. XVI.* HEIN.

ILI-

Digitized by Google

ILI. ILL.

ILIENSIS Minerua, hereditatem capiendi ius habuit ex SC. vel conſtitutione principum. Vlp. *Regul. tit. XXII. §. 6.* Ita enim ibi legendum eſſe pro *Milienſem*, primus vidit Hadr. Turneb. *Lib. VII. Adu. Cap. 21.* cui deinde ſuffragati ſunt Cuiac. *Obſ. Lib. X. Cap. 5.* Petr. Faber. *Lib. III. Semeſtr. Cap. 4.* et Ant. Schulting. *Iurisprud. vet. anteiuſtin. p. 635.* vbi et quaedam de hac Dea, eiusque cultu, notauit. HEIN. Ceterum ILIVM, vt ait Seruius *in Lib. III. Aen. v. 1. in Phrygia minore fuit.* Vnde ILIENSES, quibus et propter inclutam nobilitatem ciuitatis, et propter coniunctionem originis Romanae pleniſſimam immunitatem tributam, ait Calliſtratus, *l. 17. §. 1 D. de excuſat.* Sueton. *in Claud. Cap. XXIV.* ILIENSIBVS, *quaſi Romanae gentis auctoribus, tributa in perpetuum remiſit.* ILIENSIBVS conceſſum eſt, vt qui matre ILIENSI eſt, ſit eorum municeps. *l. 1. D. ad municipal.*

ILL.

ILLACRYMARI. Praeſidi in cognoſcendo neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorum ILLACRYMARI oportet. Id enim non eſt conſtantis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. *l. 19. §. 1. D. de offic. praeſ.* HEIN.

ILLAESVS. Vid. infra INLAESVS

ILLATIO mortui, pro ſepultura: *l. 2. §. 3. D. de religioſ.* ILLATIO ſtupri: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 1.* ILLATIO teſtatoris, id eſt, ſepultura. *l. 4. D. de relig.*

ILLE, in Pandectis idem valer, ac ὁ δεῖνα apud Graecos. Eo articulo enim quaeuis perſona vel res, cuius propriam adpellationem commemorare nihil attinet, exempli gratia demonſtratur: quo in genere vulgaris noſtra lingua vocem *talis* vſurpat. ILLE aut ILLE: *l. 123. D. de verb. ſign.* Ouid. *de art. amandi Lib. I. v. 227.*

ILLE *vel* ILLE *duces, et erunt, quae nomina dicas.*

ILLI aut ILLI: *l. 108. §. 3. D. de legat. I.* ILLVD aut ILLVD: *l. 13. §. 3. D. de reb. dub. l. 76. D. de verb. oblig.* ILLAM et ILLAM ancillas: *l. 45. §. vlt. D. de fideic. libert.* ILLIS calendis: *l. 47. D. de verb. obligat.* In ciuitate ILLA, domo ILLIVS, menſe ILLO, conſulibus ILLIS: *l. 3. D. de accuſat.* ILLO die: *l. 12. §. 4. D. ad exhib.* ILLI et ILLI des, praeſtes: *l. 37. §. 3. D. de legat. III.* ILLO et ILLO die: *l. 31. D. de ſtatulib.* ILLI cum ILLO do: *l. 31. D. de ſtatu lib.* ILLA domo: *l. 111. D. de verb. obl.* ILLE filius exheres eſto: *l. 15. D. de lib. et poſtum.* ILLE fundus centum eſto tibi emtus: *l. 1. D. de in diem addict.* Fundos meos, ILLVM et ILLVM: *l. 12. D. de alim et cibar. legat. l. 20. §. 1. et 2. D. de inſtruct. vel inſtrum.* ILLI fundum ILLVM: *l. 32. §. 2. D. de legat. II.* Si ILLE heres non erit, ILLE heres eſto: *l. 36. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ILLI et ILLI libertis meis: *l. 16. D. de donat. l. 31. D. de ſtatulib. l. 35. D. de vſu et vſufr. leg.* ILLVM et ILLVM medicos: *l. 41. §. 6. D. de fideic. libert.* ILLE ex parte tota, ILLE ex tota: *l. 1. §. vlt. D. de hered. inſtit.* ILLE patruus et curator ſtipulanti ſpopondit: *l. 43. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ſub pignore ILLO et ILLO: *l. 59. §. D. mandat. Per harum portitores*, ILLVM et ILLVM: Caſſiod. *Lib. I. Var. Cap. vlt.* ILLAM rem, aut ILLAM, vtram ego velim: *l. vlt. D. de verb. obl.* Si duas res promiſerit, ILLAM aut ILLAM: *l. 7. §. 7. D. de minor.* ILLI et ILLI ſalutem: *l. 59. §. 5. D. mand. l. 32. D. de donat.* ILLE, quem ſcio ex me natum non eſſe: *l. 14. §. vlt. D. de lib. et poſtum.* ILLE ſcripſi: *l. 41. §. vlt. D. de vſur.* ILLOS ſeruos: *l. 10. D. de fideic. libert.* ILLE ſeruus: *l. 2. D. de condit. inſtit.* ILLVM ſiſtas. *l. 38. §. 24. D. de verb. oblig.* ‖. 2. De ILLO Pomponius dubitat: *l. 12. §. 3. D. de vſufr.* De ILLO quaeritur: *l. 3. §. 2. D. pro ſoc. l. 13. §. 6. D. de damn. infect.* De ILLO videamus. *l. vlt. §. vlt. D. de bon. eorum, qui ante ſenteut.*

ILLECTVS, A, VM. id eſt, non lectum, ILLECTA *ſtipula*, id eſt, quae meſſe facta ad ſpicilegium remanet, nondum lecta, ſeu collecta. *l. 30. §. 1. D. de verb. ſignif.*

ILLIBATVS, A, VM, integrum, illaeſum. ILLIBATA exiſtimatio: *l. 7. C. de ſent. poſſ.* perſequutio: *l. 3. C. de praed. minor.* poteſtas: *l. 2. §. 1. D. de his, qui ſui vel al. iur.* ILLIBATVM quadrantem habere: *l. 20. §. 5. D. fam. erciſc.* id eſt, integrum, nec deminutum.

ILLICERE. Sic ipſa eum ILLEXERAT, vt crederet. *l. 1. §. 8. D. de ventr. inſpic.*

ILLICITE. Quod ILLICITE adiectum eſt, id eſt, ſupra ſtatutum vſurarum modum: *l. 29. D. de vſur.* ILLICITE aedificare: *l. 2. D. ne quid in loc. publ.* Si quis ILLICITE aedificaſſet, hoc eſt, quod dirui conſtitutiones iubent: *l. 11. §. 14. D. de legat. III.* Si quid ILLICITE commiſerunt: *§. vlt. C. an ſeru. pro ſuo fac.* ILLICITE comparatum praedium: *l. 9. D. de re milit.* ILLICITE contrahere matrimonium: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* ILLICITE damnatus: *l. 6. §. 10. D. ad leg. Iul. de adult.* ILLICITE datum: *l. 1. D. de his, quae vt indign.* ducere pupillam: *l. 60. §. 5. D. de rit. nuptiar.* ducta vxor: *l. 2. D. de his, quae vt indign.* ILLICITE quid exegerunt: *l. 6. D. de publican.* publice priuatimque exactum: *l. 9. §. 5. D. eod. tit.* Quod ILLICITE extortum eſt: *l. 18. D. de calumn.* ILLICITE factum: *l. 1. §. 1. D. de nou. op. nunc.* Si ferrum ILLICITE in praedio fecerunt: *l. vlt. §. 11. D. de publican.* ILLICITE habita quaeſtio: *l. 20. §. vlt. D. de quaeſt.* ILLICITE impoſita ſigna: *l. 1. C. vt nemo priu.* Si ILLICITE aliquid in naue impoſuerint: *l. 11. D. de publican.* ILLICITE legatum relictum: *l. vlt. D. de his, quae vt indign.* ILLICITE nubere: *l. 3. §. 5. D. de ſuis et legit.* Quod ILLICITE poſcitur: *l. 5. C. de vectigal. nou.* ILLICITE poſtulare: *l. 7. C. de indic.* ſcriptum: *l. 14. §. 1. D. de leg. Corn. de falſ.* venumdatum. *l. 10. D. de reb. eor.*

ILLICITVS, A, VM. *licito* opponitur, *l. 1. D. de iuſt. et iur.* ILLICITVMque dicitur, quod per leges SC. edicta, conſtitutiones principum, non licet: quod vetitum et prohibi-

tum

tum eſt. ILLICITA adoptio: *l. 8. C. de praeſcr. long. temp.* auaritia exactorum: *l. 6. §. 9. D. de offic. praef.* ILLICITI coetus: *l. 2. D. de extr. crim.* ILLICITVM collegium: *l. 1. §. vlt. D. de offic. praef. vrb. l. 1. §. 1. l. 2. l. 3. D. de colleg.* ILLICITA compendia: *l. 5. C. de poſtul.* ILLICITAE congregationes: *l. 2. C. de ſumm. Trinit.* ILLICITA compotatio: *l. 2. §. 5. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pertin.* ILLICITA matrimonii coniunctio: *l. 38. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* ILLICITIS cruciatibus adfici: *l. 4. D. de decurion.* ILLICITA diuinatio: *l. 15. §. 13. D. de iniur.* ILLICITAE exactiones: *l. 6. §. 9. D. de offic. praeſid.* ILLICITVM foenus: *l. 13. §. 26. D. de act. emt. l. 14. C. de vſur.* ILLICITVM iusiurandum: *l. 5. §. 3. D. de iureiur.* ILLICITVM mandatum: *l. 8. D. de vi et vi arm.* matrimonium: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. l. 41. D. de rit. nupt. l. 27. D. de vſu et vſufr. leg.* ILLICITAE mercis negotiator: *l. 1. D. de his, quae vt indign.* ILLICITIS mercibus comparatis: *l. 3. C. de naut. foen.* ILLICITARVM mercium perſequutio: *l. 11. §. 3. D. de publican.* ILLICITA miniſteria: *l. 6. §. 3. D. de offic. praeſid.* ILLICITA mutui datio: *l. 8. C. quod cum eo, qui in alien.* ILLICITIS petitionibus abſtinendo: *l. 12. C. de reſc. vendit.* ILLICITAM rem admiſit: *l. 13. §. 7. D. de damn. infect.* id eſt, vetitam XII. Tabulis, vt adparet ex *l. 3. D. de mort. infer.* Ne ILLICITAM rem faciat: *l. 13. D. de ſeru. vrb. praed.* id eſt, rem non permiſſam, *vt ibid.* Procurationem ſuſcipere, res non eſt illicita: *l. 15. C. de procurat.* ILLICITA venditio: *l. 1. C. de vſucap pro emt. l. 11. C. de comm. rer. alien.* ILLICITAE vſurae: *l. 13. §. 3. D. de pign. act. l. 20. D. de vſur.* id eſt, ſupra licitum modum promiſſae, vt *d. §. 3.*

ILLICO, id eſt, ex continenti: *l. 1. §. 3. D. de verb. oblig. l. 17. D. de vi et vi arm.* ILLICO, et *poſtea* ſtipulari, opponuntur. *l. 10. §. 6. D. mandat.*

ILLIDERE, Vid. infra INLIDERE.

ILLIGARE. Cymbia argentea cruſtis aureis ILLIGATA: *l. 32. §. 1. D. de aur. et arg. leg.* Dolia ita ILLIGATA aedibus, ibi vt perpetuo poſita ſint: *l. 26. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Ne ILLIGETVR etiam ablata hereditate: *l. 6. §. vlt. D. de interrog. in iur. fac.* ILLIGARE ſe periculo. *l. 1. §. 35. D. depoſit.*

ILLOTVS, A. VM. ILLOTIS, vt ita dixerim, manibus. *l. 1. D. de orig. iur.*

ILLVCESCERE. Si ILLVXERIT, id eſt, ſi probatum fuerit. *l. 10. C. de praed. min.*

ILLVERE, Id quod amnis fundo ILLVIT. *l. 16. §. 3. D. famil. erciſc.*

ILLVMINARE. ILLVMINATVR fides: *l. 6. C. de accuſat.* Ad ILLVMINANDAM hereditarii debiti fidem: *l. vn. C. Theod. ſi cert. pet. de chirogr. Lib. II. tit. 27.*] ILLVMINATVR veritas: *l. 10. l. 12. C. de quaeſt.* Ad ILLVMINANDAM veritatem. *l. 10. §. 5. D. de quaeſt.* [*l. 10. l. 12. C. eod. tit.*]

[ILLVSTRARE dignitatem, id eſt, bene gerere: *l. vlt. C. Theod. de honor. codicill. Lib. VI. tit. 22.* ILLVSTRARE aliquem, in lucem protrahere. *l. 6. §. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud.*]

ILLVSTRIS, titulus dignitatis. *l. 60. l. 61. C. de decurion. Lib. X. et l. vlt. C. de iniur.* Tribuitur hic titulus praefectis vrbi, quaeſtoribus, magiſtris militum, magiſtris officiorum, Comitibus rerum priuatarum, Comitibus domeſticorum, Principibus agentium in rebus: *l. 32. C. de adpellat. l. 2. C. de temp. adpell. l. 6. C. vbi cauſſ. fiſc. l. vn. C. ne rei milit. comit. l. 11. C. de adſeſſor. l. 8. C. de deſcaſ. ciuit. l. 1. C. de aduoc. diu. iud. l. vlt. C. de decurion. Lib. X. l. vlt. C. de ſuſcept.* Vetus Gloſſar. ILLVSTRES, πρωτοσπαθάριοι. Aliud vetus Gloſſar. ILLVSTRIVM, ἀξιωματικῶν, ἢ συγκλητικῶν. Sic ILLVSTREM adminiſtrationem, et ILLVSTREM dignitatem: *l. 32. l. 36. C. de adpell. l. 63. l. 65. C. de decurion. Lib. X.* ILLVSTREM mulierem: *l. 5. C. ad SC. Orphit.* ILLVSTRES perſonae: *l. 26. §. 1. C. de vſur.* Erat autem ILLVSTRIVM dignitas aliis omnibus ſuperior, ceterasque omnes antecedebat, vt adparet, cum ex *l. vn. C. de rat. oper. publ.* et ex *l. vlt. C. de ſport. l. 1. C. vbi. ſenat.* tum ex *Nouell. XXIII.* Hinc ILLVSTRATVS dignitas, apud Caſſiod. *Lib. VI. Var. Epiſt. 11.* et ILLVSTRATVS gradus. *l. 11. C. de iudic.*

ILLVVIES oris: *l. 12. D. de Aedil edict.* immunditiem et impuritatem ſignificat, ex qua foetor, ſeu graueolentia oritur. Ex ita *hircini* quoque *odoris* ILLVVIEM, dixit Iul. Firm. Matern. *Mathem. Lib. VI. Cap. 31.* Vid. ſupra HIRCINVS.

IMA.

IMAGINARIVS, A, VM. Quod tantum dicis cauſſa, et in ſpeciem fit. [IMAGINARIO apice praeuenire, et *actu illuſtrare* dignitatem, opponuntur *l. vlt. C. Theod. de honor. codicill. Lib. VI. tit. 22.*] IMAGINARIA apocha: *l. e. C. Theod. de ann. et trib.* In quo verbo ſcite luſit Locillius in *Epigrammate*, quod refertur *Lib. II. Anthol. Cap. XXXVI. Epigr. 1.*

Φαῖδρος πραγματικὸς, καὶ ζωγράφος, ἤριστε Ῥοῦφος,
Τίς θᾶσσον γράψαι, καὶ τίς ὁμοιότερον;
Ἀλλ' ἐν ὅσῳ Ῥοῦφος τρίβειν τὰ χρώματ' ἔμελλε,
Φαῖδρος ἔγραψε, λαβὼν οἰκετικὴν ἀποχήν.
Cauſſidicus Phaedrus certant, pictorque celebris,
Rufus, vter citius ſcribat, vter melius.
Dumque terit Rufus, quibus indiget, arte colores:
Scripta manu Phaedri prodit imago apochae.

In IMAGINARIAM ſeruilem cauſſam deduci: *l. 3. §. vlt. D. de cap. minut.* Pro ſeruo enim mancipatum ac manumiſſum fuiſſe filium emancipandum

Digitized by Google

dum, ex Caii *Inſt. Lib. I. tit. 6. §. 3.* et Vlpian. *tit. X. Regul. §. 1.* IMAGINARIVM quoque colonum, ſubiectum quemdam coloni loco, qui reuera non conduxerat, Hermogenianus dixit, in *l. 49. D. de act. emt. vend.* IMAGINARII contractus vocantur, in quibus fides facti ſimulatur, non intercedente veritate: *l. 54. D. de obligat. et act.* IMAGINARIA dignitas: *l. 7. C. Th. de honor. codic.* IMAGINARIVS emtor, qui nomen duntaxat alienae emtioni adcommodat, nihil de ſuo impendens; *l. 4. §. 2. et §. 7 D. de manumiſſ. l. 10. C. de diſtr. pign.* IMAGINARIVS honor verborum; Senec. *quod in ſap. non cadat iniur. Cap. III.* Sed et IMAGINARIOS nuncios Imperatores adpellant, diuortia non vere, et ex animo, ſed ſpecie tantum et ſimulate facta: *l. 3. C. de repud.* eodem loquendi genere, Andriſcum, vltimae ſortis hominem, qui Macedoniae regnum ex ſimilitudine formae Philippi, (vnde et vulgo Pſeudophilippus vocabatur,) inuaſerat, IMAGINARIVM *et ſcenicum regem*, Florus *Lib. II. Cap. 14.* vocat, cui ibidem *verum Regem* opponit, non ſecus, ac IMAGINARIAM paupertatem verae Seneca *Epiſt. XX.* IMAGINARIA ſolutio: *§. 1. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* vbi Theophilus *εἰκονικὴν καταβολὴν* vocat. IMAGINARIA venditio eſt, in qua numorum aliquid, ſpecie pretii, numeratur, quum reuera aliud agatur, quam vt emtio contrahatur: *l. 55. D. de contrab. emt. l. 1. §. 6. D. de quaeſt. l. 20. C. de donat. int. vir. et vx.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 23. §. 4.* quae in indice Baſilic. *εἰκονικὴ πρᾶσις* vocatur. Vetus Gloſſarium Graecum: *εἰκονικὴ πρᾶσις, ἐςὶν ἡ ἐσχηματισμένη, καὶ οὐκ ἀληθῶς γινομένη.* IMAGINARIA *venditio eſt ſimulata, et quae non vere ſit.* Conſt. Harmenop. *Lib. III. Epit. tit. 3. §. 41.* Εἰκονικὴ ἐςὶ πρᾶσις ἡ ἐσχηματισμένη, καὶ οὐ καλῶς γινομένη. IMAGINARIA *eſt venditio, quae per ſimulationem, et non recte ſit.* et, vt mox ſubdit ſcholiaſtes, *ἡ τις ἄλλου πραττομένου συναλλάγματος, κατὰ τὸ σεσιγημένον, προλαμβάνεται κατὰ τὸ φανερὸν ὡς πρόφασίς τις καὶ πρόσχημα, ἡ πρᾶσις. quae, quum alius tacite ineatur contractus, ſpeciem quamdam prae ſe fert, ac praetextum venditionis, reuera tamen venditio non eſt.* Quarum definitionum exempla ibi adferuntur, quae ibi vide, [nec non *l. vlt. D. pro donat.* IMAGINARIAE venditionis titulus. *l. 48. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5*] IMAGINARIAE venditiones adpellantur etiam, in quibus numus vnus, aut idem alter, dicis cauſſa, ad ſimilitudinem pretii, intercedebat, quemadmodum in emancipationibus, adoptionibus et teſtamentis fiebat, vt traditur in *§. 6. Inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſolu. princ. Inſt. de teſtam. l. vlt. C. de emancip. l. vlt. C. de adopt.* Cai. *Lib. I. Inſt. tit. 6. §. 3.* Similiter, ſi quis vno numo conduxerit, nulla eſſe conductio dicitur: *l. 46. D. locati l. 9. D. de adquir. poſſeſſ.* IMAGINARIA ergo venditio non eſt, pretio intercedente. *l. 16. D. de reg. iur.*

IMAGO, effigies, ſiue picta, ſiue ſculpta, vel dei alicuius, vel principis, vel priuati. Imperatorum et principum imagines non numiſmatis modo, ſed et monetae, veluti denariis, inſculptam fuiſſe, vel vnus Matth. *Euang. Cap. XXII, 19. ſequ.* idoneus auctor eſt. Illic enim Phariſaeorum inſtigatu ex Chriſto eorum diſcipuli cum Herodianis quaerunt, an cenſum dependere liceat? Quibus ille reſpondens, iuſſit exhiberi ſibi *νόμισμα τοῦ κήνσου, numum cenſus.* Οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον· *καὶ λέγει αὐτοῖς· τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη, καὶ ἡ ἐπιγραφή; Λέγουσιν αὐτῷ· καίσαρος. Illi vero exhibuerunt illi denarium. Et ait illis: Cuiusnam eſt imago iſta et inſcriptio? Et reſpondent: Caeſaris.* Quod ideo inſtitutum, Caſſiodorus *Lib. VI. Var. Cap. 7.* tradit, *vt, quorum conſilia inuigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum, eorum* IMAGO *ſubiectos videretur paſcere per commercium.* IMAGINES autem Imperatorum ſolo capite conſtabant, quemadmodum D. Ambroſ. *Lib. V. Hexaem. Cap. 3.* docet, his verbis: *Sola aere fuſa principum capita, et ducti vultus de aere, vel marmore, ab hominibus adorantur.* Ac plane ex capite, qualis cuiusque ſit imago, cognoſci, ait Pomponius. *l. 44. D. de religioſ. et ſumt. fun.*

¶. 2. Erant et priuatorum IMAGINES. Et quidem clarorum virorum IMAGINES ex auro, argentoue, aut certe ex aere, in bibliothecis poſitas, Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 2.* docet, vbi Aſinio Pollioni hoc inuentum Romae adſcribit, qui primus, vt ibidem ait, *bibliothecas dicando, ingenia hominum publicam rem fecit.* Seneca *Epiſt. LXIV. Quidni ego magnorum virorum et* IMAGINES *habeam, incitamenta animi, et natales celebrem?*

¶ 3. Saepe IMAGINES ſtatuis iunguntur, vti *l. 28. §. 7. D. de poen. l. 6. D. ad leg. Iul. maieſt.* Concedi ſolet, vt IMAGINES et ſtatuae, quae ornamento reipublicae ſint futurae, in publicum ponantur: *l. vlt. D. de loc. publ.* Statuae et IMAGINIS vſumfructum poſſe relinqui, magis eſt. *l. 41. D. de vſufr.*

¶. 4. IMAGINES argenteae: *l. 19. §. 8. D. de aur. et arg. legat.* Tales plerumque erant Lares, ſiue ciuitatum, ſiue familiarum priuatarum. Spon. *Miſcell. p. 114.* LARIBVS PVBLICIS DEDIT IMAGINES ARGENTEAS DVAS. Petron. *Satyr. Cap. XXIX. In cuius aedicula erant Lares* ARGENTEI *poſiti.* Vnde IMAGINES argenteas, cum in d. *l. 19. D. de aur. et arg. leg* tum in *l. 6. in fin. D. eod. tit.* pro Laribus accipiunt Eu. Otto, *de tutel. viar. P. I. Cap. 11. p. 210.* et P. Burmannus *ad Petron. ibid.* HEIN. IMAGINES Caeſaris, nondum conſecratae: *l. 5. D. ad leg. Iul. maieſt.* Permultum enim, quod ad crimen maieſtatis attinet, intererat, conſecratae eſſent principum imagines, nec ne. Illae mancipari, vel vendi, ſine piaculo non poterant: hae impune venibant Sic apud Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 73.* profitetur Tiberius, *non contra religiones fieri, quod effigies Auguſti, vt alia numinum ſimulacra, venditionibus hortorum ac domuum accedant.* Et Heluium Pertinacem, vrgente inopia, diſtraxiſſe Commodi ſtatuas, vt militi donatiuum praeſtaret, refert Zonar. *Annal. Tom. II. p. 212.* Immo ipſum Auguſtum modeſtiae cauſſa conflaſſe ſtatuas, ſibi poſitas, auctor eſt Sueton. *Aug. Cap. LII.* Nec defuiſſe, qui id auaritiae cauſſa facerent, patet exemplo Maximini, Imp. apud Herodian. *Lib. VII. Hiſt. Cap. 3.* Quod vero ad conſecratas attinet, nefas videbatur, conflare principum ſtatuas, *l. 6. D. ad leg. Iul. maieſt.* niſi reprobatas: *l. 4. §. 1. D. eod.* quamuis crimen non contraheret, qui vetuſtate corruptas reficiebat. *l. 5. pr. D. eod. tit.* Nimirum exſtimabant veteres, *conſecrationem numen inferre ſimulacris*; adeo, vt

 ſpiri-

IMA. IMB.

ſpiritus ſub ſtatuis et IMAGINIBVS *conſecratis delitеſcere*, crederent. Cyprian. *de vanit. idol.* Conf. Figrel. *de ſtat. illuſtr. Rom. Cap. IV. p. 26. Cap. XXIX. p 249. Cap. XXXII. p. 271. 277.* HEIN. IMAGINEM alicui decernere: *l 4. D. de iniur.* Si IMAGINEM quis deleuerit: *l. 31. D. de furt.* Si IMAGINEM legatam heres deraſit: *l. 12. D. de aur. arg. leg.* IMAGO imperatoris: *l. 38. D. de iniur.* D. Ambroſ. *Serm. X. in Pſalm CXVIII. Qui coronat IMAGINEM Imperatoris, vtique illum honorat, cuius IMAGINEM coronat.* IMAGINES Imperatoris iam conſecratae: *l. 6. D. ad leg. Iul. maieſt.* IMAGINES maiorum: *l. 22. C. de adminiſtr. tut.* Maiorum autem IMAGINES erant expreſſi cera vultus, in atriis expoſiti, et nomins familiae longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris, in parte prima aedium collocati. De quo priſco Romanorum more Seneca *Lib. III. de Benef. Cap. 28.* Plin. *Lib. XXXIII Cap. 2.* Iuuenal. *Sat. VIII. v. 19.* Eiusmodi IMAGINES feſtis diebus apertas, profeſtis tectas fuiſſe, indicat M. Seneca *Lib. VII. Controu. 6.* IMAGINES, quae in aliquo ornatu villae fuerunt: *l. 12. §. 36. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Quum quis iuſſit in municipio imagines poni, ſi non honoris municipii gratia id feciſſet, ſed ſua. *l. 7. v. ad auctoritatem. D. de ann. legat.* Ad IMAGINES principum confugere: *l. 28. §. 7. D. de poen.* ¶. 5. IMAGO, pro adumbrata veritate et ſimilitudine. Hinc ſecundum IMAGINEM, κατὰ μίμησιν *pr. Inſt. per quas perſ. cuiqu. adqu.* Ne IMAGINE naturae veritas adumbretur: *l. 23. D. de lib. et poſtum.* IMAGINEM nauicularii induat: *l. 5. §. 6. D. de iur. immunit.* IMAGO ſocietatis: *l. 1. D. de bon. libert.* IMAGINEM ſucceſſioni praeſtiterit: *l. 19. D. de capt. et poſtlim.* Ad IMAGINEM veritatis. *l. 13. C. de quaeſtion.*

IMB.

IMBECILLIS, E. et IMBECILLVS, A, VM. Niſi propter ipſam caſtrationem IMBECILLIORA facta ſint animalia: *l. 38. §. 7. D. de Aedil. edict.* IMBECILLIOR factus homo: *l. 24. §. 5. D. de damn. infect.* Inter IMBECILLOS ſurdus numerandus eſt. *l. 3. §. 8. D. de SC. Silan.*

IMBECILLITAS, id eſt, infirmitas, fragilitas, ſiue aetatis, ſiue corporis, ſiue ſexus, ſiue iudicii. IMBECILLITAS minoris aetatis: *l. 7. §. 5. D. de minor.* quemadmodum et IMBECILLA aetas et prolixa aduerſantur. *l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* Temporalis corporis IMBECILLITAS: *l. 101. §. 2. D. de verb. ſign.* IMBECILLITATE corporis vexari: *l. 2. §. 7. D. de vacat. et excuſ. mun.* IMBECILLITAS dextrae: *l. 12. §. 3. D. de Aedil. edict.* IMBECILLITAS furioſi et pupilli: *l. 68. D. de ſolut.* IMBECILLITATE impeditus: *l. 1. §. 10. D. quod vi aut clam.* IMBECILLITAS infantiae: *l. 1. C. ſi ſecund. nupſ. mul.* ſexus muliebris. *l. 2. D. ad SC. Vellei. l. 23. C. de nupt.*

[IMBIBERE animo: *l. 9. C. Theod. de malef. et mathem. Lib. IX. tit. 16.*] Eam notionem, qua ſignificat conſtituere, vel capere conſilium, huic verbo ſaepenumero tribuunt veteres, ceu oſtendit Muret. *Var. Lect. Lib. I. Cap. 6.* HEIN.

IMB. IMI. IMM.

IMBVERE, interprete Nonio Marcello, initiare ſignificat. Sic IMBVI ſtudio: *l. vlt. C. de alim. pupill.* IMBVTOS ergo, in *l. 52. D. de pign. act.* ego interpretor iam initiatos. Plane Cicero *pro Mil. Cap. IV. Inſtitutis*, IMBVTOS opponit: hoc ad naturalem propenſionem: illud ad doctrinam referens.

IMI.

IMITARI Dei beneuolentiam, et circa genus humanum nimiam clementiam: *l. 23. C. de nupt.* IMITARI chirographum alienum: *23. D. de leg. Corn. de falſ.* Sueton. *in Tito Cap. III. Cum amanuenſibus ſuis per ludum iocumque certantem IMITARI chirographa, quaecumque vidiſſet.* Adoptio IMITATVR naturam. *§. 4. Inſt. de adopt.*

IMITATIO. IMITATIONE conſeruorum: *l. 25. §. 4. D. de Aedil. edict.* Per humanitatem ſolam Dei ſeruatur IMITATIO. *l. vlt. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vx.*

[IMITATOR *ſacri oris, et diuinorum vultuum adpetitor*, dicitur falſae monetae auctor. *l. 6. C. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38.*]

IMM.

IMMANITAS [criminum: *l. 16. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.*] facinoris: *l. 14. D. de offic. praeſid.* [ſceleris: *l. 4. C. Theod. quor. adpell. Lib. XI. tit. 36.* impoſitorum tormentorum. *l. 7. C. Theod. quor. adpell.*]

IMMATVRVS, A, VM. IMMATVRVM foenum: *l. 48. §. vlt. D. de vſufr.* IMMATVRA olea: *l. 42. D. de vſu et vſufr. leg. l. 48. §. vlt. D. de vſufr.* oliua: *l. 27.* IMMATVRA ſilua caedua: *l. 18. D. quod vi aut clam.* Si ſponſa in domum, quaſi IMMATVRA, ſit deducta: *l. 32. §. 27. D. de donat. int. vir. et vxor.* id eſt, minor duodecim annis, vt *ibidem*, et *l. 4. D. de rit. nupt. l. 13. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* IMMATVRA virgo: *l. 25. D. de iniur.* et apud Paull. *Lib. I. Sent. tit. 13. §. 6.* id eſt, nondum viripotens, vt in *l. 1. §. 32. D. de SC. Silan. l. 38. §. 3. D. de poen. l. 65. D. de donat. int. vir. et vx.* Sueton. *Tiber. Cap. LXI. IMMATVRAE puellae, quia, more tradito, nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatae prius a carnifice, dein ſtrangulatae.* Quod et Tacit. *Lib. V. Annal. Cap. 9.* narrat. Tertullianus etiam *lib. de virgin. veland. Cap. XII.* INMATVRE *compreſſam* dixit, quae, antequam viripotens eſſet, corrupta eſt. Dicitur autem IMMATVRA virgo ante duodecimum annum, metaphora ducta a fructibus, a quibus et ACERBAM *virginem* eodem ſenſu dixit, Varro *in Agathone* apud Non. Marcellum: *Maiores*, inquiens, *noſtri aures virginis* ACERBAE *Veneris vocabulis imbui noluerunt.* Eodem modo loquitur Tertullian. *de veland. virg. Cap. XI. Igitur ſi tamdiu virgo, quamdiu* ACERBA *eſt.* HEIN.
Huic contraria MATVRA virgo, apud Horat. *Lib. III. Od. 6. v. 22.* id eſt, vt Virgilius *Lib. VII. Aen. v. 53.* loquitur.

Iam MATVRA *viro, iam plenis nubilis annis.*

Et ita Vitruu. *Lib. VIII. Cap. 4. puellas* MATVRAS dixit.

IMM.

dixit. Graeci ὠραίας dicunt. Gell. *Lib. VI. Cap. 8.* TEMPESTIVAS reddidit.

[IMMEMORIA, *ἀμνηϛία*, obliuio. Ita Papinianus *l. 44. pr. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Is, cui additiones quaſdam debemus, hic monet, legendum potius eſſe *in memoria*, quod et ſenſus hanc lectionem ferat, nec quisquam veterum melioris notae auctorum eo vocabulo vſus ſit. At non modo Florentiae legitur IMMEMORIA, ſed et ſenſum nullum funderent verba, ſi legeremus *in memoria*. Quid enim ſignificarent verba: *Quum reuerſus locum theſauri* IN MEMORIA *non repeteret?* Praeterea, quam Papinianus hic IMMEMORIAM vocat, eam, paucis interiectis, vocat *memoriae infirmitatem*. Et quid mirum, Papinianum, ſemigraeculum ex Graeco *ἀμνηϛία* formaſſe IMMEMORIAM, quum non in frequentia eſſe ſciret IMMEMOR, IMMEMORABILIS, IMMEMORATVS? HEIN.

IMMENSVS, A, VM. Propter IMMENSAS contentiones: *l. 26. D. de ſeru. vrb. praed.* IMMENSAE donationes: *l. 3. C. de inoffic. donat.* In IMMENSVM iurare: *l. 4. §. 2. D. de in lit. iur.* IMMENSA liberalitas: *l. 2. C. de inoff. donat.* IMMENSVM rei pretium. *l. 71. §. 3. D. de legat. I.*

IMMERENS. IMMERENTEM ſe praeteritum. *l. 5. §. 1. D. de inoffic. teſt.*

IMMERGERE ſe oneribus hereditariis. *l. 20. §. 1. D. de adquir. vel omitt. her.*

[IMMERITO. Sic non IMMERITO Iulianus a Marcello notatus. *l. 9. §. vlt. D. quod met. cauſſ.*]

IMMINERE, impendere ſignificat. Metu IMMINENTIS accuſationis: *l. vlt. §. 2. D. de bon. damn.* Si plurium ſint aedes, quae damnoſe immineant: *l. 40. §. 3. D. de damn. inf.* Si aes alienum IMMINEAT: *l. 5. §. 14. D. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur.* IMMINET arbor in aedes: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6. §. 13.* Criminis IMMINENTIS: *l. vlt. C. de bon. eorum.* Finge, conditionale debitum IMMINERE: *l. 7. D. de tributor. act.* Ne et iudici exiſtimationis, et officio eius ſalutis diſcrimen IMMINEAT: *l. 6. C. vbi cauſſ. fiſc.* Quum in ipſo limine contractus IMMINEAT euictio: *l. 24. C. de euict.* IMMINENTE iudice: *l. 84. §. 1. D. de legat. I.* Cuius lapicidinae fundo tuo immineant. *l. 3. D. de ſeru. praed. ruſt.* Spe IMMINENTIS libertatis: *l. 1. D. ſi is, qui teſtam. lib. eſſe iuſſ.* Metus mortis, vel cruciatus corporis IMMINENS: *l. 8. C. de reſc. vend.* Licet naufragii periculum IMMINEAT: *l. 12. §. 1. D. de vſufr.* IMMINENS ex tumultu, incendio, ruina, naufragio, periculum: *l. 1. §. 3. D. depoſ.* IMMINENTE periculo: *l. 2. D. de mort. cauſſ. donat.* Poena ex officio iudicis IMMINENTE: *l. 10 C. de iudic.* Poenam ſtipulationis IMMINENTEM euaſit. *l. 70. §. 1. D. de legat. II.* ¶. 2. IMMINERE, pro curare, vigilare. *l. 1. C. Th. de ſtud. lib. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 9.* IMMINEANT cenſuales.

IMM.

IMMINVERE, valde minuere. Aes alienum patrimonium totum IMMINVIT: *l. 50. §. 1. D. de iudic.* IMMINVETVR dos: *l. 14. D. de impenſ. in res dot. fact.* IMMINVTVM ius legationis; Cicero *in Verr. I. Cap. 33.* ad quem locum Aſconius: *Qui poteſtatem in adminiſtrando non defenderit, IMMINVTI magiſtratus, veluti maieſtatis laeſae, reus eſt.* Et ita Mamercum, Dictatorem, qui cenſuram, quinquennalem prius, annuam fecerat, a Cenſoribus tribu motum, et aerarium factum, quod magiſtratum populi Romani MINVISSET, Liu. *Lib. IV. Cap. 24.* refert. IMMINVITVR legatum: *l. 24. §. 16. D. de fideic. libert.* IMMINVTA portio liberorum, donationibus in vnum collatis. *l. 87. §. vlt. D. de legat. II.* ¶. 2. IMMINVTVM, pro non deminutum, dixit Paullus *l. 44. pr. D. de bon. libert. Vt vndique patronus ſuum ius habeat IMMINVTVM,* id eſt, ſaluum et integrum. Quamuis vero alii auctores vix proferri poſſint, qui ita vſi ſint hoc vocabulo: pluribus tamen exemplis probatum eſt a Salmaſio *ad Vopiſc. Aurelian. Cap. XXIX.* Gronou. *ad Liu. Lib. XII. Cap. 39.* et Duckero *de Latin. iuriſc. p. 371.* talia participia compoſita cum IN ancipitis eſſe notionis, et tum adfirmare, tum negare. HEIN.

IMMISCERE, vulgari ſignificatione, eſt alicui rei aliam admiſcere. Si quis frumento arenam, vel aliud quid, IMMISCVIT: *l. 27. §. 20. D. ad leg. Aquill.* Ne quis in aurum, argentum, aes publicum quid indat, neue IMMISCEAT. *l. 1. D. ad leg. Iul. pecul.* ¶. 2. IMMISCERE ſe etiam dicitur, qui negotium alienum ſuum facit. IMMISCERE ſe adminiſtrationi: *l. 6. C. de neg. geſt.* cauſſis alienis: *l. 2. §. 5. D. de poſtul.* negotiis alienis: *l. 3. §. 10. D. de neg. geſt. l. 13. D. ad municipal.* rei ad ſe non pertinenti: *l. 36. D. de reg. iur.* tutelae vel curae. *l. vlt. C. ſi tut. vel curat.* ¶. 3. IMMISCERE ſe, praecipue dicuntur ſui ac neceſſarii heredes, *l. 11. D. de adqu. vel omitt. hered. l. 5. §. vlt. D. quod cum eo, qui in alien.* quemadmodum extranei *adire* et *pro herede gerere. §. 5. Inſt. de hered. qual. et different. l. 8. C. de iure delib. l. 14. §. 8. D. de religioſ.* Proinde IMMISCERE ſe et *abſtinere*, pugnant: *l. 91. D. de adquir. vel omitt. hered.* itemque *non* IMMISCERE. Sic IMMISCERE ſe bonis: *l. 2. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. l. 67. D. ad SC. Trebell.* bonis hereditatis: *§. 5. Inſt. de hered. qual. et diff.* bonis paternis: *l. 91. D. de adquir. vel omitt.* hereditati: *l. 56. l. 57. D. eod. tit. l. 50. §. 5. D. de bon. libert.* hereditati paternae: *l. 1. C. ſi min. ab hered. ſe abſtin.* id eſt, miſcere ſe hereditati, vt *l. 3. § 2. l. 7. § 3. et §. 9. D. de minor. l. 6. §. 1. D. ad SC. Trebell.* ſeu bonis, vt *l. 10. D. de ſepulcr. viol.* ¶. 4. Attamen et IMMISCERE ſe fratris impuberis hereditati dicitur, qui a patre pupillariter ſubſtitutus eſt. *l. 40. D. de adqu. vel omitt. her.*

IMMISSIO aquae, et fumi: *l. 8. §. 5. D. ſi ſeru. vindic.*

IMMITTERE, mittere in aliquid. IMMITTERE aquam in fundum vicini: *l. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ.* IMMITTITVR aqua, vel quid aliud ex ſu-

Digitized by Google

periore in inferiora: *l. 8. §. 5. D. ſi ſeru. vindic.* IMMITTERE fumum: *d. l. 8. §. 5. eod. tit.* IMMITTERE fumum ex taberna caſearia in ſuperiora aedificia: *ibid.* Per IMMISSOS in praedium ſuum vniuerſos homines: *l. 2. D. de extraord. cognit.* IMMITTERE nauem in flumen: *l. 13. §. 2. D. locat.* Nauem IMMITTENDO: *l. 29. §. 2. D. ad leg. Aquill.* IMMITTERE pecus in agrum: *l. 23. D. commun. diuid. l. 9. §. 1. D. ad exhib.* Si quis e manu telum, aut aliud quid, IMMISISSET. *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* ¶. 3. IMMITTERE ſe, pro conferre ſe in aliquem locum. Si quis aliquem euitans, in tabernam proximam ſe IMMISISSET. *l. 2. D. ſi quadr. pauper.* ¶. 4. IMMITTERE, cauſſam dare. Quod corpus eius in aliquam valetudinem IMMITTERET. *l. 14. §. 1. D. de aedil. edict.* ¶. 5. IMMITTERE, ideſt aedificando, vel alio opere, manu facto, quid imponere alicui loco. IMMITTERE autem, et *proiicere*, ſeparantur. *l. 5. §. 10. D. de nou. op. nunc.* Similiterque ſeruitutes IMMITTENDI, *proiiciendique* diuerſas facit *l. 6. D. ſi menſ. falſ. mod.* Plane inter *proiectum*, et IMMISSVM id intereſſe, aiebat Labeo, quod *proiectum* eſſet id, quod ita proueheretur, vt nusquam requieſceret: qualia Maeniana et ſuggrunda eſſent: IMMISSVM autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, et trabes, quae IMMITTERENTVR. *l. 242. §. 1. D. de verb. ſignif.* Et ita IMMISSA accipe *l. 15. §. 2. D. de precar.* Vetus Gloſſarium; IMMISSVM, *ἡ ἐμβαλλομένη τῷ τείχῳ δοκός. immiſſum parieti tignum.* Si in aedes noſtras quis IMMITTIT: *l. 5. §. 9. et §. 10. D. de nou. op. nunciat.* IMMITTERE cloacam priuatam in publicam: *l. 1. §. 9. D. de cloac.* in viam: *l. 2. §. 26. D. ne quid in loc. publ.* Itaque interdicto, quo Praetor in via publica IMMITTERE aliquid vetat, etiam qui cloacam IMMITTIT, et qui foſſam in ſuo facit, vt ibi aqua collecta in viam decurrat, tenetur. *l. 2. §. 27. D. eod. tit.* Quod iniuriae cauſſa IMMITTITVR; *l. 44. D. de iniur.* IMMITTENDI ius: *§. 2. Inſt. de action.* Eos, qui ius luminis IMMITTENDI non habuerunt, operto pariete communi, nullo iure feneſtras IMMISISSE: *l. 40. D. de ſeru. praed. vrban.* In aedes lumina IMMITTERE, colores, picturas, marmora, ſigilla: *l. 13. §. 7. D. de vſufr.* Si maenianum in tuum IMMISSVM habuero: *l. 20. D. de ſeru. vrb. praed.* Quoties quis in noſtrum IMMITTERE vult: *l. 5. §. 10. D. de nou. oper. nunc.* Si, aedificato pariete, a vicinis ad onera vtriusque ſuſtinenda, alter in eum IMMITTI non patiatur. *l. 52. §. 13. D. pro ſoc.* IMMITTERE proiectum in ſepulcrum: *l. vlt. §. 4. D. quod vi aut clam.* Proiectum IMMISSVM habere: *l. 6. §. vlt. D. arb. furt. caeſ.* IMMITTENDI ſeruitus: *l. 1. D. de ſeru. praed. vrban.* IMMITTERE ſtillicidium in ſepulcrum: *l. vlt. §. 4. D. quod vi aut clam.* Ex aedibus meis in aedes tuas ſtillicidium IMMISI: *l. 16 D. ſi ſeru. vindic.* IMMITTENDI ſtillicidii ius: *l. 8. D. quemadmod. ſeru. amitt. l. 28. §. vlt. D. de ſeru. vrban. praed.* In tectum vel in aream aedium ſtillicidium IMMISSVM habere: *l. 3. D. de precar. l. 16. D. ſi ſeru. vindic.* Tignum in parietem IMMITTERE: *l. 16. D. commun. praed. §. 1. et §. vlt. Inſt. de ſeru.* IMMITTERE tigna, quae antea habueris, vel noua: *l. 14. D. ſi ſeru. vind.* Qui ceſſit mihi talem ſeruitutem, vt in parietem eius tigna mihi IMMITTERE liceat: *l. 8. §. 1. D. eod. tit.* IMMISSVM tignum in parietem habere: *l. 3. D. de precar. l. 6. §. vlt. arb. furt. caeſ.* Si ex aedibus meis in aedes tuas tignum IMMISSVM habuero; *l. 16. D. ſi ſeru. vind. l. 20. D. de ſeru. vrban. praed.* Ius IMMITTENDI tigna in parietem vicini: *l. 2. D. de ſeru. vrban. praed.* vel, vt in parietem vicini liceat vicino tignum IMMITTERE: *§. 2. Inſt. de ſeruit.* Si tigni IMMISSI ſeruitutem aedes tuae debent: *l. 6. D. de ſeru. praed. vrban.* Quum quidam velum in maeniano IMMISSVM haberet. *l. 2. §. 6. D. ne quid in loc. publ.*

IMMO, correctionem inducit. Titius, IMMO Seius, heres eſto: *l. 47. D. de hered. inſtit.* Stichus, IMMO Pamphilus, liber eſto. *l. 21. D. de manum. teſtam.* [Cuiac. *Tract. IV. ad Afric. l. vlt. D. ſi ſeru. vindic.*] ¶. 2. Aliquando ea particula non correctionem inducit, ſed exceptionem; et ita fere perpetuo ea vtitur Iulius Paullus in *libris epitomatis Labeonis πιθανῶν.* In iis enim frequentiſſimae formulae; IMMO *l. 28. l. 29. l. 30. D. de captiu. et poſtlim. l. 28. D. de probat. et praeſ. l. 91. D. de ſolut. l. 23. D. de acceptil. l. 84. D. de iur. dot.* IMMO CONTRA: *l. 5. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. l. 91. D. de furt. l. 61. D. de adqu. rer. dom.* IMMO forſitan et contra: *l. 49. D. de vſurpat. et vſucap.* IMMO contra accidet: *l. 51. D. de bon. libert.* IMMO puto: *l. 21. D. ſi ſeru. vindic.* IMMO quaeritur. *l. 10. D. de leg. Rhod. de iact. l. 78. D. de rei vind.* Obſeruauit id V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. III. Obſ. Cap. 6.* HEIN.

IMMOBILIS, E. IMMOBILES res; *l. 23. D. de vſurp. pr. Inſt. de vſucapion.* IMMOBILIVM rerum poſſeſſores. *l. 15. D. qui ſatisd. cog.* Dicuntur etiam *res ſoli*: ſeu *ſolo contineri*, veluti praedia, fundus, domus. Ἀκίνητα eodem modo Graeci dicunt. Zonar. *in Nicephoro Phoca Tomo III. p. 162. ἐν ἀκινήτοις τὰς ἐκκλησίας μὴ ἐμπλατύνεσθαι* id eſt, *ne in rebus ſoli eccleſiarum reditus augerentur.*

IMMODERATE vti ſeruo. *l. 17. §. 1. D. de Aedil. edict.*

IMMODERATVS, A, VM. IMMODERATA aeſtimatio: *l. 39. §. vlt. D. de damn. infect.* caſtigatio: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 4.* [IMMODERATVS in exactione: *l. 19. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.*] IMMODERATA liberalitas: *l. 4. D. de inoffic. donat.* IMMODERATAE niues: *l. 78. D. de contrah. emt.* IMMODERATA ſaeuitia: *l. 24. §. 5. D. ſol. matrim.* [IMMODERATVS venditor. *l. 1. C. Theod. de praed. et mancip. Lib. XIII. tit. 3.*]

IMMODICE, id eſt, vltra modum. *l. 14. §. 6. D. de religioſ.* IMMODICE laeſa: *C. de dol. mal.* IMMODICE obligari. *l. 30. D. de oper. libert.*

IMMODICVS, A, VM. IMMODICVM aes alienum: *l. 66. D. ad leg. Falc.* Si ſatis

IMMO-

IMMODICVM eſt, id eſt, ſupra vires dotis: *l. 15. D. de donat. int. vir. et vxor.* IMMODICVM lucrum: *l. 25. §. 6. D. locat.* munus: *l. 15. l. 31. §. 8. D. de don. int. vir. et vx.* pretium: *l. 31. §. vlt. D. de fideic. libert.* IMMODICO pretio vendere. *l. 14. §. vlt. D. de legat. III.*

IMMOLARE. Qui hominem IMMOLAVERINT, exue eius ſanguine litauerint: beſtiis obiiciuntur. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 16.* De qua ἀνθρωποθυσίᾳ, apud Romanos vetita, plura ad eum locum collegerunt viri docti, in primis Ant. Schulting. *p. 511.* HEIN.

IMMORATVS, A, VM, ab IMMORARI. IMMORATVS aliquamdiu in poſſeſſionem. *l. 15. §. 21. D. de damn. infect.*

IMMORTALIS, E. pro diuturno. Sic IMMORTALIS lis: *l. 13. pr. C. de iudic.* memoria: *l. 12. pr. C. de aedif. priuat.* timor. *l. 7. pr. C. de praeſcr. trig. vel quadr. annor.* HEIN.

IMMVNDITIES. IMMVNDITIAE cloacarum, et caelum peſtilens, ruinas minantur. *l. 1. §. 1. D. de cloac.*

IMMVNIS, E. *l. vlt. D. de cenſib.* IMMVNIS ab honoribus, et muneribus ciuilibus: *l. 17. §. vlt. D. de mun. et honor.* IMMVNIS pars: *l. 34. D. de bon. libert.* IMMVNE ſolum: *l. vlt. D. de cenſib.* IMMVNE tempus a dependendis vſuris. *l. 3. §. 1. D. de vſur.* Ceterum Polybius in fragmentis *Lib. VI.* IMMVNES ἀφορολογήτους vertit, vt adparet ex collatione eius loci cum Liu. *Lib. XXXIII.*

IMMVNITAS, eſt vacatio munerum publicorum, SCis, conſtitutionibusue principum conceſſa. Paullus notat, MVNVS interdum dici onus, quod quum remittitur, vacationem militiae munerisque praeſtare, inde IMMVNITATEM adpellari. *l. 18. D. de verb. ſignif.* ¶. 2. IMMVNITAS autem vel PERSONIS datur, *l. 4. §. 3. D. de cenſ.* vel GENERI, et POSTERIS, *l. 1. §. 2. D. de iur. immunit.* vel generaliter eo iure, vt ad POSTEROS transmittatur: *l. 4. D. eod. tit.* vel generaliter LOCIS et CIVITATIBVS. *l. 4. §. 3. D. de cenſib.* SEV REBVS: *l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* Perſonae quibus decimae IMMVNITATEM imperator tribuit. *Collat. Leg. Moſaic. et Rom. tit. vlt. §. 9.* Ilienſibus pleniſſima IMMVNITAS tributa eſt, vt etiam tutelae excuſationem babeant: *l. 17. §. 1. D. de excuſat.* IMMVNITAS a muneribus publicis: *l. pen. §. 8. D. iur. immun.* perſonalium, ſiue etiam ciuilium munerum IMMVNITAS: *l. vlt. §. 29. D. de mun. et honor.*: ἀλειτουργησίαν πολιτικῶν, ἢ δημοσίων λειτουργιῶν vocat Modeſtinus, *l. 15. D. de excuſat.* IMMVNITAS, ne hoſpitem reciperent: *d. l. vlt. §. 8. eod. tit.* [IMMVNITAS operum publicorum, pro immunitate a collatione ad opera publica. *l. 6. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] ¶. 3. IMMVNITAS vero dicitur concedi: *l. vlt. §. 29. D. de mun. et hon. l. 3. §. vlt. D. de cenſ.* dari: *l. 4. §. 3. D. de cenſ. l. 1. D. de iur. immun.* indulgeri: *l. vlt. §. vlt. D. de mun. et honor.* tribui. *l. 4. D. de iur. immun. l. 17. §. 1. D. de excuſat.*

[IMMVRMVRARE. Qui noxiis quaeſita graminibus, et diris IMMVRMVRATA ſecretis, mentis et corporis venena compoſuit. *l. 6. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38.* Inde *murmur magicum*, de quo Iac. Gothofred. *Comment. ad l. 5. C. Theod. de malef. et math. Lib. IX. tit. 16.*]

IMMVTABILIS, E. IMMVTABILIS cauſſa: *l. 9. §. 1. D. de ſtatulib.* IMMVTABILIA ſunt rerum vocabula. *l. 4. D. de legat. I.*

IMMVTABILITER verum. *l. 99. §. vlt. D. de verb. obligat.*

IMMVTARE, *l. 8. D. ad leg. Iul. pecul.* Praetoriis ſtipulationibus nihil IMMVTARE licet, neque addere, neque detrahere: *l. 52. D. de verb. oblig.* Vt omnes iidem remaneant, vel omnes IMMVTATI ſint: *l. 7. §. vlt. D. quod cuiusc. uniu. nom.* Excolere, quod inuenit, fructuarius poteſt, qualitate aedium non IMMVTATA: *l. 13. §. 7. D. de vſufr.* Si ea res curſum fluminis ad aliquid IMMVTAVERIT. *l. 1. §. 7. D. ne quid in flum. publ.*

IMMVTATIO, mutatio. IMMVTATIONE perſonarum facta. *l. 10. §. 17. D. de grad. et adfin.*

IMMVTILATVS, A, VM. IMMVTILATA voluntas, id eſt integra, cui nihil detrahitur. *l. 4. in fine C. de poſtum. hered. inſt.* HEIN.

IMPACTVS, A, VM. IMPACTI in carcerem: *l. 13. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Nauis tua IMPACTA in meam ſcapham. *l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquil.*

IMPAR matrimonium, teſte Vlpiano *Reg. tit. XVII. §. 4.* adpellabatur, ſi maior quinquagenaria minori ſexagenario nupſiſſet. Verum Iuſtinianus eiusmodi nuptias, quae inter maſculos et feminas maiores vel minores ſexagenariis vel quinquagenariis, lege Iulia Papia Poppaea prohibitae erant, ratas eſſe voluit. *l. 27. C. de nupt.* Et hoc eſt, quod in *l. 12. C. de legit. hered.* idem ait: *Quum et anteriore noſtra lege huiusmodi nuptias permiſimus,* IMPARES *eas videri minime concedentes.* Multis erroribus implicatum illud legis Iuliae et Papiae Poppaeae caput in ordinem redigere ſtuduimus *in Comment. ad leg. Iul. et Pap. Popp. Lib. II. Cap. 3. p. 152. ſequ.* vbi oſtendimus, primum lege Iulia et Papia cautum fuiſſe, *vt ſexagenarii maſculi, et quinquagenariae feminae, nec non ſpadones, a poenis eius legis liberi haberentur.* Vlp. *tit. XVI. §. 3.* Non ergo horum nuptias prohibuerat lex illa, ſed potius ſenes poenis legum exemerat. Sed ſub Tiberio porro SC. Perniciano vel Perſiciano cautum fuerat, *vti ſexagenariorum et quinquagenariarum, nec non ſpadonum, nuptiae non eſſent, et, ſi eſſent, vir et vxor poenis caelibatus perpetuo tenerentur.* Vlpian. *ibid.* At Claudius Imp. poſtea

ſtea ei SC. obrogauit, teſte Suet. *Claud. Cap. XXIII.* et eatenus quidem, vt, *qui maior ſexagenario minorem quinquagenaria duxiſſet, perinde haberetur ac ſi minor ſexaginta annorum vxorem duxiſſet:* Vlpian. *ibid.* Sequutum denique SC. Caluitianum, vel Caluiſianum, quo conſtitutum, *vt non eadem* eſſet ratio nuptiarum quinquagenaria maioris cum minore ſexagenario, id potius haberetur IMPAR MATRIMONIVM, *et nec ad capiendas hereditates, nec ad dotes legatas, coniugibus proficeret, ſed dos potius, mortua muliere, caduca eſſet.* Vlpian. *ibid.* IMPAR ergo matrimonium non fuit quodlibet, a perſonis imparis aetatis contractum, ceu ſibi perſuaſerat Iac. Gothofred. *ad leg. Iul. et Pap. p. 332.* ſed ſi imberbis vetulam duxiſſet. Poſtremo addimus, non primum Iuſtinianum poenas harum nuptiarum ſuſtuliſſe, ſed ante eum iam Conſtantini M. temporibus illas corruiſſe videri, poenis caelibatus orbitatisque generali lege ſublatis, *l. vn. C. Theod. de infirm. poen. caelib.* HEIN. ¶. 2. IMPAR etiam *matrimonium* Boeth. *in Topic. Cicer.* vocat, quod ciuis Romana cum Latino vel peregrino, vel ſeruo, quibuscum connubium non eſt, contraxit. Ita Apuleius *Lib. VI. metam. p. 183. de nuptiis* Cupidinis et Pſyches ancillae; *Iam faxo,* inquit, *nuptias, non* IMPARES, *ſed legitimas, et iure ciuili congruas.* Idem *Lib. V.* IMPARES *porro nuptiae, et in villa, ſine teſtibus, patre non conſentiente factae, legitimae non poſſunt videri.* ¶. 3. Sic et aedes in loco IMPARI poſitae: *l. 25. §. 1. D. de ſeru. praed. vrban.* IMPAR numerus arbitrorum: *l. 17. §. 6. D. de recept. arbitr.* teſtium; *l. 21. §. vlt. D. de teſt.* IMPAR obligatio: *l. 9. §. 1. D. de duob. reis.* IMPAR oneri iniuncto: *l. 7. D. de excuſat.* Paupertas, quae operi et oneri tutelae IMPAR eſt: *l. 40. D. de excuſat.* IMPAR ſumtui. *l. 10. D. de negot. geſt.*

IMPARTIRI, vel IMPERTIRI, paſſiue. In cauſſa adulterii dilatio poſtulata IMPARTIRI non poteſt. Paull. *Sent. Lib. II. tit. 27. §. 17.* Vbi quidem Cuiacius legere maluit *impetrari.* Sed Vlpianus quoque *l. 7. D. de fer.* dixit, *Dilatio* IMPERTIRI *ſolet.* HEIN.

IMPATIENS doloris. *l. 2. C. qui teſtam. fac.*

IMPATIENTIA. Alii tanta ſunt IMPATIENTIA, vt quaeuis mentiri, quam pati tormenta, velint. *l. 1. §. 23. D. de quaeſt.* Miles, qui IMPATIENTIA doloris mori maluit: *l. 34. D. de teſtam. milit. l. 6. §. 7. D. de re milit.* Si quis IMPATIENTIA doloris ſibi manus intulit: *l. 1. §. 22. D. de SC. Silan. l. vlt. §. D. de bon. eor.* Miles, qui ſibi manus intulit, niſi IMPATIENTIA doloris fecerit: *l. 38. §. vlt. D. de poen.* Maritus, qui vxorem deprehenſam cum adultero occidit, quia hoc IMPATIENTIA iuſti doloris admiſit, leuius punitur: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 27. §. 5.* Si quis valetudinis aduerſae IMPATIENTIA mori maluit. *l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit.* Si valetudinis alicuius IMPATIENTIA hoc admiſit. *l. 45. §. 2. D. de iure fiſc.* et Paull. *Lib. V. Sent. tit. 12. §. 1.*

IMPEDIMENTVM, id, quod impedit. IMPEDIMENTO eſt, vel non eſt: *l. 1. D. de rip. mun. l. 31. D. ad municip. l. 23. D. de procurat.* Vt nullum adquiſitioni dominii eius adferat IMPEDIMENTVM: *l. 44. D. de donat. int. vir. et vx.* Sine IMPEDIMENTO agitur: *l. 1. §. vlt. D. quod legat.* IMPEDIMENTVM conditioni fecit heres: *l. 33. §. 1. D. de fideic. libert.* IMPEDIMENTVM ab heredis perſona interueniens: *l. 35. D. de ſtatulib.* IMPEDIMENTVM iuris: *l. 76. §. 2. D. de legat. II.* legis: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 26. §. 2. l. 2. C. de lib. praeterit.* naturale: *l. 137. §. 4. D. de verb. oblig.* IMPEDIMENTO nuptiis non eſt: *l. 11. D. de his, qui not. inf.* IMPEDIMENTO non eſt SCum: regula iuris: *l. 28. D. de tut. dat. l. 11. D. de legat. III. l. 43. §. 1. D. de legat. I.* IMPEDIMENTVM Senatusconſulti: *l. 3. §. vlt. D. de SC. Silan.* IMPEDIMENTO eſſe ſponſalibus: *l. 8. D. de ſponſalib.* IMPEDIMENTVM ſtipulatoris: *l. 137. §. 4. D. de verb. obl.* IMPEDIMENTO fuit, ne teſtamentum ordinaretur. *l. vlt. C. ſi quis aliqu. teſt.*

IMPEDIRE, et IRI. IMPEDITVR alienatio: *l. 7. D. de reb. eor.* IMPEDIRI imbecillitate: *l. 1. §. 10. D. quod vi aut clam.* Inuicem ſe IMPEDIENT.: *l. 34. D. de vſufr. l. 2. §. vlt. D. quib. mod. vſusfr.* At priore loco non legitur: *Inuicem* ſe IMPEDIENT, ſed dandi caſu: Inuicem SIBI IMPEDIENT, plane vt apud Varronem *de lingua Lat. Lib. VIII.* *Nouitati non* IMPEDIT *vetus conſuetudo.* V. A. Corn. van Bynkerſh. *Lib. VI. Obſ. Cap. 25.* HEIN. Quidam lege IMPEDIVNTVR, ne iudices ſint, quidam natura, quidam moribus: *l. 12. §. 2. D. de iudic.* IMPEDIENTE iure: Vlpian. *Regul. tit. I. §. 6.* nullo IVRE impediente: *l. 10. D. de condit. inſt.* Non IMPEDITVR iure ciuili: *l. 3. §. 12. D. de donat. int. vir. et vx.* IMPEDITVR legatum: *l. 10. D. de reb. dub.* IMPEDIT lex libertatem: *l. 29. D. qui et a quib. l. 83. D. de hered. inſtit.* IMPEDITVR libertas: *l. 29. §. 1. D. de teſtam. milit. l. 50. D. de condit. et demonſtr. l. 21. D. de manumiſſ. l. 24. D. qui et a quib. l. 36. §. 1. D. de legat. III.* [IMPEDIRE manumittentem: *l. 4. in fine D. de manumiſſ. vind.*] manumiſſionem: *l. 66. D. de verb. oblig.* matrimonium, filio recuſante, IMPEDITVM: *l. 1. C. de inſt. et ſubſt.* IMPEDITVS morbo: *l. 75. §. 1. D. de iudic.* Nihil IMPEDIT nuptias: *l. 55. D. de ritu. nupt.* Ad IMPEDIENDAS nuptias: *l. 29. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* IMPEDIRI valetudine, vel alia iuſta cauſſa: *l. 40. D. de procur. l. 1. §. 2. D. quod cuiusc. vniu. nom.* IMPEDITVR venditio fundi: *l. 2. D. de fund. dot.* Non IMPEDITVR: *l. 15. §. vlt. D. pro ſoc.* IMPEDIT lex vſucapionem: *l. 8. D. de leg. Iul. repetund.* IMPEDITVR vſucapio. *l. 25. D. de donat. int. vir. et vxor.*

IMPELLERE. Quum vi ventorum nauis eſſet IMPVLSA in funes anchorarum alterius: *l. 29. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Quidam ex his ſeruum IMPVLIT: ſeruus cecidit, et crus fregit. *l. 52. §. vlt. D. ad leg. Aquill.*

IMPENDEO, ERE, idem ac immine-

Digitized by Google

mibere. Si arbor alienis aedibus IMPENDEAT: *l. 1. ſ. 2. D. de arbor. caed.* Quae arbor ex agro ſuo in agrum alterius IMPENDET: *l. 1. ſ. 7. D. eod. tit.* IMPENDET arbor in alienum agrum: *l. 2. C. de interd.* Si arborem IMPENDENTEM habeat vicinus, quae viam, vel iter, inuium vel inhabile faciat. *l. 4. §. 3. D. ſi ſeru. vindic.* ¶. 2. IMPENDERE etiam dicitur, quod metuitur. Ob metum IMPENDENTIS damni: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 10. ſ. 1.* IMPENDENTE metu mortis. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 23. §. 1.* ¶. 3. [IMPENDERE in *l. 11. ſ. 14. D. de donat. int. vir. et vxor.* idem eſſe videtur, *quod in pendenti haberi*, vti loquitur Vlpianus eiusdem legis *ſ. 9.*]

IMPENDO, ERE, erogare, expendere, et ſumtum facere ſignificat. *l. 12. ſ. 2. D. de religioſ. l. 55. ſ. 1. D. locat.* IMPENDERE aliquid de ſuo: *l. 1. D. de contrar. tut. l. 5. D. de obl. et act.* Nihil de ſuo IMPENDIT. *l. 4. D. de manumiſſ.* ¶. 2. IMPENDI autem poteſt vel in *perſonas*, vel in *res*. In *perſonas*, puta, in aegri ſerui curationem: *l. 13. §. 22. D. de action. emt. vend.* Si quid in diſciplinas ſeruorum IMPENSVM eſt: *d. l. 13. ſ. 22. D. eod. tit.* IMPENSVM funeris cauſſa: *l. 14. §. 3. D. de religioſ.* in funus mortui: *d. l. 13. ſ. 22. D. de act. emt.* in medicos: *l. 52. §. 4. D. pro ſoc.* in obſonio, aut in vnguentis, aut in cibariis familiae pecuniam IMPENDIT: *l. 31. ſ 9 D. de donat. inter vir. et vxor.* Maritus IMPENDIT in pueros, aut in doctrinam, aut alimenta; *l. 28. ſ. 1. D. eod. tit.* in valetudinem ſeruorum: *l. 2. D. de impenſ. in res dot.* ¶. 3. IMPENDITVR etiam in res: veluti, fructuum percipiendorum cauſſa, puta, quod in arando ſerendoque agro IMPENSVM eſt: *l. 7. ſ. 16. D. ſolut. matrim.* Quod in fructus redigendos IMPENSVM eſt: *l. 42. D. de vſur.* IMPENDERE in praedio: *l. 41. D. de vſuſr.* in rationem domini: *l. 6. ſ. 4. D. de pecul. legat.* in rem: *l. 29. D. commun. diuid. l. 13. ſ. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* in rem abſentis: *l. 2. D. de negot. geſt.* in rem conſeruandam: *l. 5. D. qui pot. in pign.* in res dotales: *l. 15. D. de impenſ. in res dot.* in rem pupilli: *l. 5. ſ. 1. D. de obl. et act.* in rem vxoris. *l. 47. D. de donat. int. vir. et vxor.* Si circa res meas aliquid IMPENDERIT: *l. 6. ſ. 2. D. de negot. geſt.* IMPENSVM propter ſocietatem: *l. l. 60. §. vlt. D. pro ſoc.* Quidquid explicandarum venditionum cauſſa IMPENDITVR. *l. 72. D. ad leg. Falcid.*

IMPENDIVM et IMPENDIA, ſumtus et impenſas ſignificant. *l. 14. §. 1. l. 29. D. commun. diuid. l. 1. ſ. 2. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* IMPENDIIS actoris perferenda res eo loci, vbi actum eſt: *l. 11. D. ad exhib.* IMPENDIA olbariorum: *l. 45 D. de vſuſr.* id eſt, impenſae, vt *l. 18. D. commod.* IMPENDIA, quae pro curatione filii fecerit: *l. 7. D. ad leg. Aquill.* quae in curatione facta ſunt: *l. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* id eſt, impenſae in curationem factae, vt *l. 3. D. ſi quadr. paup. fec.* Ex genere et magnitudine IMPENDIORVM. *l. 15. D. de impenſ. in res dot. fact.* Nullum IMPENDIVM intercedit heredis: *l. 44. ſ. vlt. D. ad SC. Trebell.* IMPENDIA, quae ad iter explicandum neceſſaria eſſent: *l. 7. D. ad SC. Trebell.* Litis IMPENDIA: *l. 46. §. 6. D. de procurat.* id eſt, IMPENDIA in litem facta, vt loquitur *l. 8. ſ. vlt. D. rat. rem hab.* quae et impenſae litis: *l. 22. ſ. 4. D. eod. tit.* impenſae in litem factae: *l. 30. D. de procur.* ſeu litis ſumtus: *l. 79. D. de iudic. l. 17. D. de tutel. et rat. diſtrah.* ſumtus litis cauſſa: *l. vlt. D. ſi ventr. nom. mul. in poſſeſſ.* IMPENDIA, mandati exſequendi gratia facta: *l. 27. ſ. 4. D. mandat.* IMPENDIA, quae ad nuptias facienda ſunt: *l. 52. D. de adminiſtr. et pericul.* Ex his rebus, quae patrimonium onerare IMPENDIO ſolent: *l. 1. §. 20. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* IMPENDIA in ſtatuam ponendam facta: *l. 44. ſ. vlt. D. famil. ercisc.* IMPENDIO ſuo vnusquisque, quod ſpopondit, dare debet: *l. 20. D. de op. libert.* IMPENDIA de teſtibus: *l. 3. ſ. 4. D. de teſtib.* IMPENDIA valetudinis: *l. 4. D. de vſuſr.* id eſt, impenſae in valetudinem ſerui factae. *l. 18. §. 2. D. commod.*

IMPENSA. IMPENSARVM ſpecies ſunt tres: Aut enim NECESSARIAE dicuntur, aut VTILES, aut VOLVPTVOSAE. Vlpian. *Regul. tit. VI. ſ. 14. l. 1. D. de impenſ. in rem dot. fact.* ¶. 2. IMPENSAE *neceſſariae*: *l. 5. D. de pact. dotal. l. 56. §. 3. D. de iure dot. l. 2. D. de dot. praeleg. l. 61. D. de rit. nupt. l. 38. D. de hered. petit. l. 10. §. 20. D. quae in fraud. credit.* Hae dicuntur, ait Vlpianus, quae habent in ſe neceſſitatem impendendi: *l. 1. D. de impenſ. in res dot.* vel, vt Paullus ait, quae ſi factae non ſint, res aut peritura, aut deterior futura eſſet; *l. 79. D. de verb. ſignif.* item, vt Vlpianus, *tit. VI. §. 15. quibus non factis, dos imminuitur.* Sic neceſſariae impenſae habentur aggeres facere, flumina auertere, aedificia vetera fulcire, et reficere, arbores in locum demortuarum reponere: *l. 14. D. de impenſ. in rem dot fact.* Vlpian. *tit. VI. §. 15.* In neceſſariis etiam IMPENSIS habentur moles, in mare vel flumen proiectae: piſtrinum vel horreum, neceſſario factum: ſi aedificium ruens, quod habere mulieri vtile erat, refecerit: ſi oliueta reiecta reſtaurauerit, vel ex ſtipulatione damni infecti, ne committatur, praeſtiterit; vel in valetudinem ſeruorum IMPENDERIT: vel ſi vites propagauerit: vel arbores curauerit: vel ſeminaria pro vtilitate agri fecerit; *l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. D. de impenſ. in res dotat.* Non minus autem in *perſonas*, quam in *res*, impenſae neceſſariae fiunt, *l. 4. l. vlt. D. de oper. libert.* Et ita in *l. 8. D. de pign. act.* *Si neceſſarias*, ait Vlpianus, IMPENSAS *fecerim in ſeruum, aut in fundum.* In ſeruum, puta, ſi medicis, quum aegrotaret, pecunias dederim. Enimuero cibaria mancipiis dotalibus data, item modica aedificiorum refectio, agrorum quoque cultura, nec non impenſae quaerendorum cogendorumque fructuum cauſſa factae, in ſpecie quidem neceſſariarum IMPENSARVM ſunt, verum tamen hoc a ſuperioribus differunt, quod dotem non demiouunt, propterea, quod ipſae res ita praeſtari intelliguntur, vt non tam IMPENSAS in eas, quam, deducto eo, minus ex his percepiſſe videaris. *l. 15. l. vlt. D. de impenſ. in res dot. fact.* Fructus enim, eiusmodi impenſis deductis, accipi, docuimus ſupra *Lib. VI.* ¶. 3. *Vtiles* IMPENSAE ſunt, quae meliorem dotem faci-

faciant, deteriorem eſſe, non ſinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur: ſicuti arbuſti paſtinatione vltra quam neceſſe fuerat, item doctrina puerorum, et piſtrinum vel horreum, ioſulae dotali adiectum; *l. 79. D. de verb. ſignif.* Vlpianus *tit. VI.* §. 16. Vtiles IMPENSAE ſunt, quibus non factis, quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuoſior effecta eſt, veluti ſi vineta et oliueta fecerit. Idem Vlpianus *tit. VI. Regul.* §. *16.* Vtiles IMPENSAE ſunt, veluti pecora praediis imponere, id eſt, ſtercorare: *l. 14. D. de impenſ. in res dotal. fact.* Vtiles IMPENSAE ſunt, quas maritus vtiliter fecit, veluti ſi nouelletum in fundo ſactum ſit, aut, ſi in domo piſtrinum, aut tabernam adiecerit: ſi ſeruos artes docuerit: *l. 5. §. vlt. l. 6. D. eod. tit.* IMPENSA in lapicidinas marmoreas aperiendas facta, neceſſaria quidem non eſt, ſed VTILIS: ſi tales ſunt lapicidinae, in quibus lapis creſcere poſſit: *l. vlt. D. de fund. dot.* ¶. 4. *Vtiles neceſſariaeque* ſunt IMPENSAE, veluti quae fiunt reficiendorum aedificiorum gratia, aut in nouelleta, aut quum ſeruorum gratia litis aeſtimatio ſuluitur, quum id vtilius ſit, quam ipſos dedi. *l. 39. D. de hered. petit.* Si nouam villam neceſſario exſtruxit, vel veterem totam, ſine culpa ſua collapſam, reſtituerit, aut ſi paſtina inſtituit, hae IMPENSAE aut in res *neceſſarias*, aut *in vtiles* cedunt. *l. 7. §. vlt. D. ſolut. matrim.* IMPENSAE circa ſubſtantiam tam neceſſariae, quam vtiliter factae. *l. 51. D. de hered. petit.* ¶. 5. *Voluptuariae* IMPENSAE, *l. 9. l. 11. D. de impenſ. in res dot. fact.* quae et *voluptuoſae* ab Vlpiano *tit. VI. §. 14.* vocaotur, ſuot, vt Paullus ait, quae ſpeciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent, vt ſunt viridia, et aquae ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturae. Vlpian. *ibid. §. 17. Voluptuoſae IMPENSAE ſunt, quibus neque omiſſis deterior dos fieret, neque factis, fructuoſior effecta eſt, quod euenit in viridarus, et picturis, ſimilibusue rebus.* Vuluptuariae, ait idem Vlpianus IMPENSAE ſunt, quas maritus ad voluptatem fecit, et quae ſpecies exornant. *l. 7. D. de impenſ. in res dot. fact.* Idem in *l. 14. D. eod. tit.* Voluptuoſae IMPENSAE ſunt, balnea exſtruere. Sic picturarum, marmorum, et ceterarum voluptuariarum rerum IMPENSAE. *l. 39. D. de hered. petit.* Si ſeruus domum dominicam exornauit tectoriis et quibusdam aliis, quae magis ad voluptatem pertinent, quam ad vtilitatem. *l. 3 §. 4. D. de in rem verſ.* ¶. 5. IMPENSA furis, facta caelatura: *l. 13. D. de condict. furtiu.* peregre mortui, quae facta eſt, vt corpus perferretur: *l. 14. §. 4. D. de religioſ.* IMPENSA perſerendi corporis in aliam regionem: *l. 112. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* Si quis ita legauerit: ſi P. Cornelius IMPENSAM, quam in fundo Seiano feci, heredi meo dederit: IMPENSAE verbo pretium oon ſignificari, ſed eos dumtaxat ſumtus, quos in ſundum, poſteaquam emtus eſſet, fecit teſtator, ait *l. 40. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* IMPENSA facta in communem riuum reficiendum: *l. 52. §. 12. D. pro ſoc.* in rem communem: *l. 11. D. commun. diuid.* in refectionem aedium: *l. 44. §. 1. D. de damn. infect.* in culturam ſundi factae: *l. 34. §. 1. D. de vſufruct.* ad meliorandam rem: *l. 16. C. de euiction.* in viam: *l. 19. §. 2. D. comm. diuid.* quam in curando ſe ſocius fecerit: *l. 60. §. vlt. D. pro ſoc.* in curandum ſeruum factae: *l. 30. §. vlt. D. de Aedil. edict.* in valetudinem ſerui factae: *l. 18. §. 2. D. commod. l. 12. D. de impenſ. in rem dot. fact.* id eſt ſumtus, in ſalutem et ſanitatem ſerui factus: *l. 27. §. 17. D. ad leg. Aquill.* IMPENSA ſuoeris: *l. 8. §. vlt. l. 11. D. de legat. II. l. 2. §. 17. D. de hered. vel act. vend.* id eſt, funeris ſumtus: *l. 37. D. de religioſ.* ſeu funeris cauſſa factus ſumtus: *l. 12. §. 2.* et *l. 14. §. 3. D. de religioſ.* IMPENSAE in iudicio factae: *l. 22. D. rat. rem habitur.* IMPENSAE litis: *l. 22. §. 4. D. eod. tit.* IMPENSAE ob litem: *l. 102. D. de verb. oblig.* Propter IMPENSAS, quas in litem fecit: *l. 30. D. de procurat.* Sua IMPENSA opus reſtituere: *l. 7. §. 1. D. quod vi aut clam.* IMPENSAM ad reſtituendum praebere; *l. 13. §. vlt. D. eod. tit.* IMPENSAE ſcripturae librorum: *l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* IMPENSIS meis vel alterius opus tollere: *l. 3. §. 2. D. de alien. iudic. mut. cauſſ.* IMPENSA tollendi operis: *l. 16 §. 2. D. quod vi aut clam.* IMPENSA mea tollere: *l. 6. §. vlt. D. de aqu. et aqu. plun.* ¶. 6. [IMPENSA, pro re, in quam impenſae factae: *l. 30. §. 2. D. de donat. int. vir. et vxor.*] Immo haec notio occurrit, quoties IMPENSA tolli dicitur. *l. 9. D. de impenſ. in rem dot. l. 39. §. 1. D. de hered. petit.* Nec enim IMPENSAS, ſed rem, in quam impendia facta, tollimus. HEIN.

IMPERARE, id eſt, iubere, praecipere. Seneca *Lib. I. de clement. Cap. 6. Non eſt vnum* IMPERANDI *genus.* IMPERAT *princeps ciuibus ſuis, pater liberis, praeceptor diſcentibus, Tribunus vel centurio militibus.* IMPERARE ſibi quisquam non poteſt: *l. 51. D. de recept. arbitr.* Legis virtus eſt IMPERARE: *l. 7. D. de legib.* Dum IMPERAT ſeruo arbores cingi: Et mox: Si libero IMPERET: *l. 7. §. 4. D. arb. furt. caeſ.* Actio legis Aquilliae cum eo eſt, qui iuſſit, ſi modo IMPERANDI ius habuit: *l. 37. D. ad leg. Aquill.* IDONEI non videntur eſſe teſtes, quibus IMPERARI poteſt, vt teſtes fiant: *l. 6. D. de teſtib.* [Eſt, qui ius IMPERANDI habet: *l. 38. §. 2. D. de hered. inſtit.*] Medicus libertus, quod putaret, ſi liberti ſui medicinam non facerent, multo plures IMPERANTES ſibi habiturum: *l. 26 D. de oper. libertor.* Quo genere loquendi non vnus Alfenus, aut item Seneca, quod quidam exiſtimarunt, vtitur. Etenim apud Varronem *Lib. I. de re ruſt. Cap. 60.* inuenio; *Itaque in hoc genere coloni potius anniuerſarios habent vicinos; quibus* IMPERANT, *medicos, fullones; fabros, quam in villa ſuos habeant.* IMPERARE tamen aegris medicos, ait Seneca *Lib. I. de ira Cap. 16.* his verbis: *Si intraſſem valetudinarium, exercitus et ſciens, non idem* IMPERASSEM *omnibus per diuerſa aegrotantibus.* Et ipſum IMPERANDI verbum medicis conuenire, notat Donatus *in Andr. Terent. Act. III. ſcen. 2.* ad haec verba: *Quod iuſſi ei dare bibere, et, quantum* IMPERAVI, *date.* vbi ſcholiaſtes: *Vide,* ait ille, *vt auctoritatem et iactantiam medicorum imitetur, dicendo:* QVOD IVSSI, *Et non ſufficiebat, ſed etiam* IMPERAVI, *dixit, ſimul haec, quae ſolent medici promittere frequenter:* MOX EGO HVC REVERTAR. [Inde eſt, quod medicum, IMPERATOREM *vitae necisque* adpellet Plin. *Lib. XIX. Cap. 1.* et *vnam ar-*

tium

tium medicinam *Imperatoribus quoque* IMPERARE, tradat idem *Lib. XXIV. Capit. in fine.* Addendi hic Obert. Giphan. *Obſeru. lingu. Lat. verb.* IMPERATOR, *et* IMPERANS *p. 113.* Alciat. *Lib. VII. Parerg. Cap. 13.* Lycklama *Membran. Lib. II. eclog. 19.* Car. du Freſne in Gloſſar. *hac voce.*]

IMPERATIVE, legis modo, legatum relinquere. Vlpian. *Regul. tit. XXIV. §. 1.*

IMPERATIVVS, A, VM. IMPERATIVA verba flexis opponuntur. *l. 15. C. de teſtament.*

IMPERATOR. IMPERATORES olim, ſtante republica, duces belli, rebus proſpere geſtis a militibus adpellatos et ſalutatos, docuimus *Lib. IV. Formul. Cap. XXXII. p. 230.* Et ita Florentinus: IMPERATORES captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent. *l. 4. §. 1. D. de ſtatu. hom. §. 3. Inſt. de iur. perſon.* Huius autem nominis honore, non niſi legitimo hoſtium numero caeſo, quemquam adfici, moris fuiſſe, teſtatur Dio Caſſ. *Lib. XXXVII. p. 48.* de Antonio loquens his verbis: *Καὶ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ νίκῃ, καίτοι* (ſic enim emendo,) *τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος παρὰ τὸ νενομισμένον ὄντος, ἐπεκλήθη. Ipſe huius victoriae cauſſa IMPERATOR, quamquam caeſorum numerus conſtituto minor eſſet, adpellatus eſt.* Quis autem fuerit legitimus ille numerus, quaeri poteſt. Lege quidem certe cautum fuiſſe, ne quis triumpharet, niſi qui quinque millia hoſtium vna acie occidiſſet, Valer. Max. *Lib. II. Cap. 8.* memoriae prodidit. Sed ad IMPERATORIS adpellationem obtinendam eumdem numerum exigi conſueuiſſe, nusquam legi. Nec vero, niſi ſemel, cuiquam haec adpellationem ex vna eademque adpellatione contigiſſe, tradit idem Dio *Lib. LX. p. 679.* vbi de Claudio eiusque expeditione Britannica: Αὐτοκράτωρ, inquit, *πολλάκις ἐπωνομάσθη παρὰ τὰ πάτρια. οὐ γάρ ἐστιν ἐν οὐδενὶ πλέον ἢ ἅπαξ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολέμου τὴν ἐπίκλησιν ταύτην λαβεῖν.* IMPERATOR *ob haec aliquoties dictus eſt, contra inſtitutum Romanorum. neque enim ſaepius, quam ſemel, licet vno de bello id nomen adſumere.* Sunt, quae et hic moneamus. Ignorare ſe fatetur Briſſonius, quinam fuerit legitimus ille caeſorum hoſtium numerus, ob quem IMPERATOR dux exercitus conſalutari potuerit. At diſcere id potuiſſet ex Appiani *Lib. II. de bello ciu. p. 455. edit. Henr. Steph.* vbi de ritu illo ex inſtituto agens: *Ἔστι δὲ τιμὴ τοῖς στρατηγοῖς τόδε τὸ προσαγόρευμα παρὰ τῶν στρατῶν, καθάπερ αὐτοῖς ἐπιμαρτυρούντων ἀξίως σφῶν αὐτοκράτορας εἶναι, καὶ τήνδε τὴν τιμὴν οἱ στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσίεντο, νῦν δ' ὅρον εἶναι τῇδε τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι τὸ μυρίους πεσεῖν. Id honoris olim ducibus conferebatur a ſuis militibus, tamquam virtutis teſtimonium, quem illi poſt quoduis praeclarum belli facinus admittebant: noſtra autem aetate, vt audio, nemini contingit huiusmodi adclamatio, niſi caeſis hoſtium decem millibus.* Ex quo loco diſcimus, nullum olim certum numerum finiiſſe leges: at Appiani aetate, (floruit autem Traiani temporibus,) decem hoſtium millia caeſa eſſe oportuiſſe, vt huic honori locus eſſet. Res ita ſe habet. Tempore liberae reip. non caeſorum hoſtium numerus, ſed ipſius victoriae praeſtantia, conſiderabatur. Et hinc Cicero *Philipp. XIV. Cap. 5. At ſi quis Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia, occidiſſet, non eum hac conſuetudine, quae increbuit, IMPERATOREM adpellaret Senatus?* Ac proinde ſuae aetatis morem ob oculos habuit Dio Caſſius, dum Antonio eum honorem contigiſſe miratur, ignarus ſcilicet, eo tempore qualemcumque numerum ſuffeciſſe. At ex quo Caeſares ſibi IMPERATORIS nomen, tamquam praecipuum, ſumſerant: non viſum eſt amplius id nomen priuatis conuenire. Auguſtus equidem id quibusdam tribui paſſus fuerat: Tiberius vero vni Iunio Blaeſo, quem ad ſuam vsque aetatem poſtremum eo honore ornatum eſſe teſtatur Tacitus *Annal. Lib. III. Cap. 74. Tiberius id Blaeſo tribuit, vt IMPERATOR a legionibus ſalutaretur: priſco erga duces honore, qui bene geſta republica gaudio et impetu victoris exercitus conclamabantur: erantque plures ſimul* IMPERATORES, *nec ſuper ceterorum aequalitatem. Conceſſit quibusdam et Auguſtus id vocabulum: at tunc Tiberius Blaeſo poſtremum.* Nec tamen plane ſublatum id inſtitutum voluerant Caeſares, ſed, vt rarius tribueretur, grandem illum decem millium numerum finiuerant, ceu ex laudato Appiani loco luculenter intelligimus. Ceterum, quamuis in vno eodemque bello non ſoleret victor niſi ſemel IMPERATOR conſalutari: nihil tamen impediebat, quo minus id iterum, ac ſaepius fieret, ſi quis diuerſis expeditionibus victoriam reportaſſet. Auguſtum ſane ſemel et vicies IMPERATOREM eſſe conſalutatum, teſtes ſunt Dio *Lib. LII. p. 494.* et Tacit. *Annal. Lib. I. Cap. 9.* HEIN.

¶. 2. Poſtea ad principes, rerum potitos IMPERATORIS vocabulum translatum eſt, initio orto a Iulio Caeſare, quem a Senatu perpetuo hoc praenomine, quod ad poſteros quoque transiret, ornatum, ipſemet Dio *Lib. XLIII. p. 235.* ſcribit, his verbis: Τό τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα οὐ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι μόνον, ὥσπερ ἄλλοι τε, καὶ ἐκεῖνος, ὡς πολλάκις, ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλήθησαν, οὐδ' ὡς οἱ τινὰ αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες ὠνομάζοντο, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι διδόμενον ἐκείνῳ τότε πρώτῳ τε καὶ πρῶτον, ὥσπερ τι κύριον προσέθεσαν. IMPERATORIS *quoque nomen, non pro antiqua tantum conſuetudine, qua cum alii, tum ipſe quoque, id ſaepius ex bello reportauerat, neque ea ratione, qua vocantur ii, quibus merum aliquod imperium, aut alia quaedam poteſtas defertur, ſed eo modo, quo nunc iis datur, qui ſummum obtinent imperium, tanquam proprium quid, eidem impoſuerunt.* Suetonius *in Iulio Cap. LXXVI. Non enim honores modo nimios recepit, vt continuum conſulatum, perpetuam dictaturam, morum praefecturam, praenomen* IMPERATORIS. Et hoc IMPERATORIS praenomen a Iulio Caeſare ad reliquos deinceps principes, ceu proprium, non aliter, ac Caeſaris, manaſſe, idem Dion ſignificat, quum ait: Ὅθεν περ καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορας ἡ ἐπίκλησις αὕτη, ὥσπερ τις ἰδία τῆς ἀρχῆς αὐτῶν οὖσα, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος, ἀφίκετο. *Id vero cognomen* IMPERATORIS *a Iulio, quem-*

 ad-

admodum et Caeſaris nomen , tanquam peculiare ſummi imperii cognomentum, ad omnes deinceps IMPERATORES *dimanauit.* Ita quippe eum locum reponendum cenſeo. Ac plane populo Romano inuiſum Regum nomen vitante, non potuerunt modeſtiore gratioreque adpellatione ad rempublicam opprimendam accedere. Fuit haec Caeſarum ſeu modeſtia, ſeu aſtutia, verbi lenitate inuidiam facti mollire, et ſub conſularis, tribunitiae, pontificalis, cenſoriae poteſtatis ſpecie, omnia ſenſim in ius ſuum redigere, regiumque dominatum vi ipſa ſibi vindicare, eo nomine adſumto, quod quilibet ex ſenatoribus, qui, quum exercitui praeſſet, rem bene geſſiſſet, virtute adſequi poterat.

¶. 3. Ad poſteriorem notionem pertinent illa: Quodcumque IMPERATOR per *epiſtolam*, vel *ſubſcriptionem* ſtatuit, vel cognoſcens *decreuit*, vel de plano *interloquutus eſt*, vel *edicto* praecepit, legem eſſe conſtat: *l. 1. D. de conſtit. princ.* §. *6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* IMPERATOR, quum ſeruum manumittit, non vindictam imponit, ſed, quum voluerit, fit liber is, qui manomittitur: *l. 14. §. vlt D. de manumiſſ.* Nemo poteſt commeatum remeatumue dare exſuli, niſi IMPERATORI *l. 4. D. de poen.* Si quis reſtitutionem relegato impetrauerit ab IMPERATORE: *l. 5. D. de reb. dub.* Indulgentia IMPERATORIS reſtitutus deportatus: *l. 1. §. 5. D. de legat. III.* Quum IMPERATOR inſulam adſignauerit: *l. 7. D. de interd. et relegat.* Quem ſanctiſſimus et nobiliſſimus IMPERATOR natalibus ſuis reſtituit: *l. 3. D. de natal. reſtituend.* Non facile ſolent IMPERATORES: *l. 2. D. eod. tit.* Qui ſe IMPERATOREM facturum heredem eſſe iactauit: *l. vlt. D. qui teſtam. fac.* IMPERATOREM litis cauſſa heredem inſtitui, inuidioſum eſt: *l. 91. D. de hered. inſtit.* Ex imperfecto teſtamento IMPERATOREM legata vindicare, inuerecundum eſt: *l. 23. D. de legat. III. l. 7. C. de teſtam.* Si IMPERATOR ſit heres inſtitutus, poſſe inofficioſum dici teſtamentum: *l. 8. §. 2. D. de inoffic. teſtam.* IMPERATOR ſeruo praeturam decernere poteſt: *l. 3. D. de offic. praet.* Permiſſu IMPERATORIS: *l. 13. D. ad SC. Turpill.* [IMPERATORIBVS tam hereditas, quam legatum, ſeu fideicommiſſum, relinqui poteſt: *l. 16. C. de teſtam.*] Beneficium IMPERATORIS, quod a diuina eius indulgentia proficiſcitur: *l. 3. D. de conſtitut. princ.* IMPERATORI ſcribere debet praeſes: *l. 7. D. de interdict. et releg. l. 1. D. quand. adpell. l. 6. §. 9. D. de iniuſt. rupt. irrit.* deſcribi debet: *l. 13. D. de leg. Corn. de falſ.* ad IMPERATOREM cauſſa remiſſa: *l. 26. D. de adpell.* IMPERATOR noſter Seuerus, ait Calliſtratus: *l. 38. D. de legib.* IMPERATOR noſter, Arrius Menander. *l. 4. §. 9. D. de re milit.*

¶. 4. Sane quoties apud Vlpianum legis IMPERATOR noſter, vti *l. 43. D. de iur. fiſc. l. 1. §. vlt. D. de pollicit. l. 1. l. 3. §. vlt. D. de cenſib. l. 1. §. 3. D. de calumniat. l. 1. §. 9. D. de legat. III. l. 9. D. de excuſat. l. 3. D. de quaeſt. l. 2. D. ad SC. Tertull. et Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 9.* Antoninum Caracallam intellige, vti ipſemet Vlpianus indicat, quum ait: IMPERATOR noſter, Antoninus Auguſtus: *l. 14. §. 5. D. offic. proconſ.* IMPERATOR noſter Antoninus: *l. 6. §. 1. D. de pollicitat. l. 5. D. de adpell. recip.* oratione IMPERATORIS noſtri Antonini Auguſti: *l. 3. D. de donat. int. vir. et uxor.* Ab IMPERATORE noſtro Antonino Auguſto: *l. 1. §. 1. D. de ſuis et legitim. her.* Ab IMPERATORE noſtro Auguſto, et diuo patre eius: *l. 2. §. vlt D. ad SC. Tertull.* Recte Briſſonius haec omnia refert ad Antoninum Caracallam, ſub quo Vlpianum pleraque opera ſua edidiſſe, per inductionem, quam vocant, probauit Ant. Schulting. *in Not. ad Io. Bertrandi vitam Vlpiani p. 547. ſequ.* faſſus tamen *p. 551.* libros de adulteriis poſt Antonini Caracallae imperium prodiiſſe, quia in illis Imperatorem iſtum diuum vocet. *l. 13. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulter.* HEIN. Quare verba haec Vlpiani: IMPERATOR *noſter cum diuo patre ſuo reſcripſit*, vti *l. 1. D. de pollicitat. l. 1. §. 10. D. de quaeſt. l. 7. §. 10. D. de interdict. et releg.* ita accipienda ſunt: Diuus Seuerus et Antoninus reſcripſerunt. Reſcriptu IMPERATORIS noſtri et diui patris eius: *l. 6. D. de pollic.* Ab IMPERATORE noſtro, et diuo patre eius: *l. 5. §. 1. D. de publ. iudic. l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit. l. 14. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 15. §. 3. D. de re iudic.* Reſcriptum IMPERATORIS noſtri, et patris eius: *l. 6. §. 4. D. de pecul. legat.* IMPERATOR noſter cum patre: *l. 3. §. vlt. D. de iure iur. l. 29. §. vlt. D. de iur. fiſc. l. 26. §. 2. et 3. D. de fideic. libert.* Ab IMPERATORE noſtro cum patre reſcriptum: *l. 1. §. 7. D. ſi is, qui teſtam. liber eſſe iuſſ.* IMPERATOR Antoninus cum patre reſcripſit: *l. 12. D. de religioſ.* Conſtitutione IMPERATORIS noſtri et diui Seueri. *l. 3. D. de quaeſtion.* At male in *l. 3. §. vlt. D. de decurion.* Florentiae legitur *Diui Seuerus et Antoninus*, quamuis eam lectionem defenderit Io. Bertrandus. Libros enim *de officio Procoſ.* non mortuo, ſed viuente ac imperante Antonino Caracalla, elucubraſſe Vlpianum, perſpicue intelligitur ex *l. 1. §. 10. 15. 18. D. de quaeſt.* Vt adeo manifeſto reſcribendum ſit: *Diuus Seuerus et Antoninus.* Vid. Schulting. *ibid. p. 552.* HEIN. De iiſdem IMPERATORIBVS ſenſit Tryphoninus, in *l. 41. D. de excuſ.* quum ait: IMPERATOR *noſter cum Diuo patre ſuo reſcripſit.* Contra IMPERATOR *noſter, Alexander*, ait Macer *l. 1. D. ſi pend. adpellat.*

IMPERATORIVS, A, VM.

IMPERATORIA maieſtas. *princ. prooem. Inſtit.*

IMPERFECTVS, A, VM.

perfecto opponitur, *l. 35. D. de teſtam. milit.* et ita *perfectum*, et IMPERFECTVM flagitium, opponuntur, *l. 1. §. vlt. D. de extr. crim.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4.* §. *14.* Item IMPERFECTVM opus, et factum. *l. 30. §. 3. D. locat.* Aliquando IMPERFECTVM etiam, quod inualidum et nullius momenti eſt: quam notionem ad ſingula exempla notabimus. Sic IMPERFECTA aetas, id eſt, minor: *l. vlt. C. in quib cauſſ. in integr. reſtit.* [*l. 3. C. Th. de ſponſal. Lib. III. tit. 5.*] cui *iuſta* et *legitima* aduerſatur. IMPERFECTA donatio: *l. 7. D. de mort. cauſſ. donat.* emtio *l. 9. D. de contr. emt. l. 43. §. 9. D. de Aedilit. edict.* [IMPERFECTO iure corrigentes: *l. 4. §. 9. C. de bon. libert. §. 7. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.*] IMPERFECTA liberatio: *l. 14. D. de acceptilat.* IMPERFECTVM monimentum: *l. vlt. D. de mort. infer.* IMPERFECTVM eſt negotium, id eſt, nullum: *l. 35. §. 1. D. de contrab. emt.* IMPERFECTA res dicitur, in *l. 9. §. 3. D.*

quod

quod met. cauſſ. ſi ſtipulationem numeratio non ſit ſequuta: IMPERFECTA ſcriptura teſtamenti: *l. 30. l. 77. §. 22. D. de legat. II. l. 1. §. 5. D. de tab. exhib.* IMPERFECTAE diuerſae ſpecies: *l. 1. C. qui num. tut.* IMPERFECTA ſtipulatio, id eſt, inualida: *l. 115. D. de verb. ſignif.* IMPERFECTO tempore; id eſt, nondum impleto: *l. 26. D. de vſufr.* IMPERFECTVM teſtamentum: *l. 23. D. de legat. III. l. 3. l. 35. D. de teſtam. milit. l. 23. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 2. §. 1. D. teſtam. quemadm. aper. l. 3. l. 21. C. de teſtam.* id eſt, cui ſollemnia iuris deſunt, ſeu, *quod perfectum non eſt*, vti loquitur *l. 28. D. de fideic. libert. l. 12. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* Si teſtamentum, quod reſignauerit teſtator, iterum ſignatum fuerit ſeptem teſtium ſignis, non erit IMPERFECTVM: *l. 23. D. qui teſtam. fac. poſſ.* IMPERFECTA transactio, id eſt, inualida: *l. 65. D. de condict. indeb.* IMPERFECTA venditio, id eſt nulla. *l. 8. C. de peric. et commod. rei vend.*

IMPERIALIS, E, quod ab Imperatore proficiſcitur. [IMPERIALIS auctoritas: *l. 30. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* IMPERIALE auxilium: *l. vn. C. Th. de his, qui ven. aet. Lib. II. tit. 17.*] beneficium: *l. 2. D. de reb. cor.* id eſt, principale, vti loquitur *l. 13. §. 4. D. ad SC. Trebell.* IMPERIALIS beneuolentia: *l. 23. C. de nupt.* [IMPERIALIS largitas: *l. 2. C. Theod. de aquaeduct. Lib. XV. tit. 2.* IMPERIALIA praecepta: *l. 2. C. Theod. de oper. publ.* id eſt, mandata Principum, quae dabantur iudicibus. [IMPERIALIVM *ſententiarum, in cognitionibus prolatarum* ☞ Paullus *Libros VI.* ſcripſerat. Iidem videntur hi libri cum illis, quos in indice Florentino, *Sententiωn* ἤτοι *factωn* βιβλία ἕξ adpellari, animaduertimus. Proferuntur quaedam ex his libris, ſed ſeruato vetere titulo, *l. vlt. D. de condit. et demonſtr. l. 10. D. de manumiſſ. l. 240. D. de verb. ſignif.* Vocantur etiam libri Decretorum, *l. vlt. D. de hered. inſtit. l. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 24. D. de iur. patron.* HEIN. IMPERIALIA ſtatuta. *l. 3. §. 5. D. de ſepulcr. viol.*

[IMPERIALITER, βασιλικῶς. *l. vn. §. 14. in fin. C. de caduc. toll.*]

IMPERITE. Si ſeruum medicus IMPERITE ſecuerit: *l. 7. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* IMPERITE verſatus menſor. *l. 1. §. 8. D. ſi menſ. falſ. mod.*

IMPERITIA, peritiae contraria eſt. IMPERITIA peccauit artifex: *l. 9. §. 5. D. locat.* IMPERITIA artificis: *l. 13. §. 5. D. locat. l. 27. §. 29. D. ad leg. Aquill.* Cuiusmodi IMPERITIA culpae adnumeratur: *l. 132. D. de reg. iur. l. 9. §. 5. D. locat.* Quod per IMPERITIAM commiſit medicus: *l. 6. §. 7. D. de offic. praeſid.* Si gemma inſculpenda aut includenda data IMPERITIA facientis fracta ſit: *l. 13. §. 5. D. locat.* Si calicem diatretum faciendum dediſti, ſiquidem IMPERITIA fregit: *l. 27. §. 29. D. ad leg. Aquill.* Si per IMPERITIAM mulio impetum mularum retinere non potuerit. *l. 8. D. eod. tit.*

¶. 2. IMPERITIA, pro ignorantia qualibet. Si per AGNORANTIAM aperuerit: *l. 3. §. 22. D. de SC. Silan.* Si non per errorem, aut IMPERITIAM deceptus fuerit: *l. 20. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Si per IMPERITIAM fecerit: *l. 7. D. de iuriſdict.* Si non malitia, ſed IMPERITIA mulieris, factum fuerit. *l. 2. D. de inſpic. ventr.*

¶. 3. IMPERITIA, pro ignorantia iuris. *pr. Inſt. de milit. teſtam.* IMPERITIA coheredum: *l. 20. D. fam. erciſc.* IMPERITIAM error detegit: *l. 15. D. de iuriſdict.* IMPERITIA iudicantis: *l. 14. §. 4. D. de bon. libert. l. 23. D. de poen.* IMPERITIA lapſus: *l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ignor.* lapſus fideiuſſor: *l. 32. D. de negot. geſt.* lapſus praeſes: *l. 26. D. de teſtam. tutel.* Mulieri propter IMPERITIAM ſuccurrendum eſt: *l. 8. §. 2. D. qui ſatisd. cog.* IMPERITIAE venia datur. *l. 40. D. de adminiſtr. et peric. tut.*

IMPERITVS ſeruus, et *peritus*, opponuntur. *l. 27. §. 34. D. ad leg. Aquill.*

IMPERIVM, aliquando ſignificat αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ ἐξουσίαν, *merum imperium vel poteſtatem*, vt loquitur Dio Caſſ. *Lib. XLIII. p. 235.* Eleganter autem Ammianus Marcellinus *Lib. XXIX. Cap. 15.* definiuit, IMPERIVM *aliud nihil eſſe, quam curam ſalutis alienae.* Sic: omnibus ciuitatibus, quae ſub IMPERIO populi Romani ſunt: *l. 26. D. ad SC. Trebell.* Vlpian. *Regul. tit. XXIV. §. 28.* Hominibus, qui ſub IMPERIO Romano ſunt. *l. 1. D. de his, qui ſui vel al. iur.* ¶. 2. IMPERIVM, pro ipſo regno, vel republica. Sic ampliari IMPERIVM hominum adiectione potius, quam pecuniarum copia, malle ſe dixit Hadrianus Imp. in *l. vlt. §. 3. D. de bon. damnat.*

¶. 3. IMPERIVM, pro auctoritate, et poteſtate magiſtratuum. *l. 215. D. de verb ſign.* IMPERIVM habere magiſtratus dicuntur, veluti conſul, praefectus vrbi, praetor, proconſul, et ceteri, qui et coercere aliquem poſſunt, et iubere in carcerem duci iubere: *l. 2. D. de in ius voc.* Conſulem, praetorem ceteroſque, qui IMPERIVM poteſtatemue quam habent: *l. 26. §. 2. D. ex quib. cauſſ. maior.* Et contra ſine IMPERIO eſſe dicuntur minores magiſtratus, qui hanc poteſtatem non habent: *l. 32. D. de iniur.* Iudicem dare poſſunt hi, quibus id more conceſſum eſt, propter vim IMPERII, ſicut praefectus vrbi, ceterique Romae magiſtratus. *l. 12. §. 1. D. de iudic.* IMPERIO eius, qui iubendi habet poteſtatem: *l. 214. D. de verb. ſignif.* Qui hoc IMPERIO vtitur: *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* Hinc IMPERIO magiſtratus adoptari dicuntur, qui apud Praetorem, vel Praeſidem, adoptantur: *l. 2. D. de adopt. §. 1. Inſt. eod. tit.* IMPERIVM in praetorem vel conſulem arbiter non habet: *l. 3. §. vlt. D. de recept. arbitr.* Proconſul portam Romae ingreſſus IMPERIVM deponit: *l. vlt. D. de offic. proconſ.* [*l. 1. D. de offic. praef. Aug.*] Vetante eo, qui maius IMPERIVM in eadem iuriſdictione habet, vel etiam, ſi ipſe iudex eiuſdem IMPERII eſſe coeperit, cuius erat, qui iudicare iuſſit: *l. 58. D. de iudic.* Proconſul maius IMPERIVM in prouincia habet omnibus, poſt principem. *l. 8. D. de offic. proconſ.* Qui IMPERIO magiſtratus non paruit: *l. 199. D. de reg. iur.* IM-

PERIVM praetoris. *l. 27. D. de oblig. et act. l. vlt. D. ne quid in loc. publ.* In operis noui nunciatione praetoris IMPERIVM verſatur: *l. 7. §. 14. D. de pact.* Quod iuſſit vetuitue praetor, contrario IMPERIO tollere et repetere licet: *l. 14. D. de re iud.* Et ſi praetor ſit is, qui alienam iuriſdictionem exſequitur, non tamen pro ſuo IMPERIO agit: *l. 3. D. de offic. eius, cui mand. eſt iurisd.* Praeſes prouinciae maius IMPERIVM habet in ea prouincia omnibus, poſt principem: *l. 4. D. de offic. praeſ.* Praeſes prouinciae in ſuae prouinciae homines tantum IMPERIVM habet: interdum et aduerſus extraneos homines, ſi quid manu commiſerint: *l. 3. D. eod.* Magiſtratus ſuperiore aut pari IMPERIO. *l. 4. D. de recept. arbitr.* ¶ 4. IMPERIVM, et *poteſtas* aliquando ſeparantur. *l. 26. §. 2. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 7. l. 10. D. ad leg. Iul. de vi publ.* [*l. 1. §. 1. l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.*] Paull. *Lib. V. tit. 5. §. 1.* Sicuti *magiſtratus*, et IMPERIA, apud Sueton. *in Iul. Cap. LXXV.* ¶. 5. IMPERIVM aut MERVM, aut MIXTVM eſt. MERVM eſt habere gladii poteſtatem, ad animaduertendum facinoroſos homines: MIXTVM eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit. *l. 3. D. de iuriſdict.* *MERVM IMPERIVM*, quod lege datur: item IMPERIVM, quod iuriſdictioni cohaeret: *l. 1. §. vlt. D. de offic. ei. cui mand. iurisd.* IMPERIVM, quod non eſt merum, quod nimirum in modica coercitione conſiſtit, ſine qua iuriſdictio nulla eſt: *l. vlt. D. eod. tit.* Ea quae magis IMPERII ſunt, quam iuriſdictionis: *l. 26. D. ad municip.* Iubere caueri praetoria ſtipulatione, et in poſſeſſionem mittere, IMPERII magis eſt, quam iuriſdictionis: *l. 4. D. de iuriſdict.* Tutoris datio neque IMPERII eſt, neque iuriſdictionis. *l. 6. §. 2. D. de tutel.* ¶. 6. IMPERIVM, pro iuſſu. Sic velle non creditur, qui obſequitur IMPERIO patris, vel domini. *l. 4. D. de reg. iur.* Scitum eſt illud M. Senecae: *Lib. III. Controu. 5. Seruum herilis IMPERII non cenſorem, ſed miniſtrum, eſſe.*

IMPERSONALITER dari ſtipulatur. *l. 15. D. de ſtipul. ſeru.*

IMPERTIRE auxilium: *l. 18. D. ex quib. cauſſ. mai. l. 1. C. ſi adu. vendit. l. 10. C. de pignor.* IMPERTIENDA cognitione: *l. 2. C. ſi adu. rem iudic.* IMPERTIRE conſilium: *l. 79. §. vlt. D. de iudic.* Dilatio IMPERTIRI ſolet: *l. 7. D. de fer.* IMPERTIRI iuriſdictionem. *l. 14. C. de fideiuſſ.* Vid. ſupra IMPARTIRI.

IMPETIGINOSVS, qui impetigine laborat. *l. 6. §. 1. D. de Aedil. edict.*

IMPETIGO, *l. 6. §. 1. D. de Aedil. edict.* IMPETIGINIS autem Cornelius Celſ. *Lib. V. Cap. vlt.* ſpecies quatuor facit, vnam, *quae ſimilitudine ſcabiem repraeſentat, ſed magis exulcerata eſt, et varis ſimiles puſtulas habet, videnturque in ea eſſe quaſi bullulae quaedam, ex quibus interpoſito tempore ſquamulae reſoluuntur:* alteram *papulae fere ſimilem, ſed aſperiorem, rubicundioremque, figuras varias habentem, quae RVBRICA cognominatur:* tertiam, *quae craſſior eſt, et durior, et magis tumet, in ſumma cute finditur, et vehementius rodit. NIGRAE cognomen eſt:* quartam, *quae curationem omnino non recipit, diſtantem colore: nam ſubalbida eſt, et recenti cicatrici ſimilis, ſquammulasque habet pallidas, quasdam ſubalbidas, quasdam lenticulae ſimiles.* Quibusdam videtur IMPETIGO eadem eſſe, quae Graecis λειχὴν, id eſt, *ſummae cutis aſperitas, cum leni pruritu.* IMPETIGINVM autem remedia prodit Plinius *Lib. XX. Cap. 9. Lib. XXII. Cap. vlt. Lib. XXIII. prooem. et Lib. XXV. Cap. 7.*

[IMPETRABILIS, E. IMPETRABILE poſtulatum, pro eo, quod iuſtum et aequum eſt, adeoque impetrari poteſt. *l. vlt. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.*]

IMPETRARE, conſequi, obtinere. Abolitio priuatim a praeſidibus poſtulari, et IMPETRARI ſolet: *l. 1. §. 8. D. ad SC. Turpill.* IMPETRARE actionem: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 7.* Si quis a principe ſimpliciter IMPETRAVERIT, vt in publico aedificet: *l. 2. §. 16. D. ne quid in loco publ.* IMPETRARE beneficium; *l. 45. D. de excuſ. l. 2. D. de ſent. paſſ.* IMPETRARE bonorum latitantis poſſeſſionem: *l. 9. C. de bonis auct. iud. poſſid.* IMPETRAT debitor a creditore: *l. 34. D. de pignorat. act.* IMPETRARE dilationem: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 26. §. 17.* (vbi tamen legitur IMPARTIRI. HEIN.) IMPETRARE, vt diuidatur actio: *l. vlt. D. rem pupill. ſalu.* excuſationem: *l. 1. §. vlt. D. de oper. publ.* iter: *l. 12. D. de religioſ.* iudicium: *l. 51. §. 1. D. famil. erciſc.* ius anulorum aureorum: *l. vlt. D. de iur. aur. anul.* ius anulorum: *l. 42. D. de excuſat.* ius aquae ducendae a principe: *l. 1. §. 42. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* ius iniquum aduerſus aliquem: *l. 3. D. quod quisqu. iur. in alt.* Solet a principe IMPETRARI, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat: *l. 10. D. de his, qui not. infam.* Si IMPETRASSET creditor a Caeſare, vt pignus poſſideret: *l. 24. D. de pignor. act.* Fideiuſſor IMPETRAVIT a poteſtate, vt, antequam ſolueret, pignora ipſe poſſideret: *l. 26. D. de pignor.* IMPETRARE precibus: *l. 6. §. 3. D. de his qui not. infam.* IMPETRARE bonorum reſtitutionem: *l. 2. C. de ſentent. paſſ.* reſtitutionem in integrum; *l. 7. §. 10. D. de minorib. l. 6. C. de reſtit.* reſtitutionem relegati: *l. 5. D. de reb. dub.* ſeparationem bonorum: *l. 1. l. 5. D. de ſeparat.* [IMPETRATA ſubreptitia, ſcilicet reſcripta: *l. 13. C. Theod. de medic. et profeſſ. Lib. XIII. tit. 3.*] Qui filium habebat mutum puberem, IMPETRAVIT a principe, vt ſubſtitueret ei liceret: *l. 43. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* IMPETRARE tempus ad deliberationem, ſeu ad deliberandum: *l. 9. D. ad SC. Trebell. l. 5. D. de interrog. in iur. fac.* Si mutus, aut ſurdus, vt liceret ſibi teſtamentum facere, a principe IMPETRAVERIT: *l. 27. D. qui teſt. fac. poſſ.* IMPETRARE veniam aetatis: *tit. C. de his, qui ven. aetat.* Si ſine edicto veniam IMPETRATA liberta patronum in ius vocauerit. *l. vlt. D. de in ius voc.*

IMPETRATIO. IMPETRATIO-
NES

NES formularum: *rubr. C. de form. et impetr. ſubl.* [IMPETRATIO (ita enim omnino legendum,) obſcura, pro ſubreptione. *l. 10. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*]

IMPETVS amnis: *l. 1. C. de alluuion.* aquae: *l. 23. D quib. mod. vſusfr.* fluminis: *l. 30. §. 3. D. de adquir. rer. domin. l. 14. §. vlt. D. quemadm. ſeru. amitt.* id eſt, vis, vtieſt in *l. 7. §. 4. D. de adquir. rer. domin.* Si quis inopinato fortunae IMPETV rem familiarem amiſerit: *l. 4. D. vt in poſſeſſ. legat.* vis eſt maioris rei IMPETVS, qui repelli non poteſt. *l. 29. D. quod met. cauſſ.*

¶. 2. IMPETVS, id eſt, incurſus, et ſic IMPETVS praedonum. *l. 23. D. de reg. iur.*

¶. 3. IMPETVS, interdum efferueſcentem animi motum et calorem ſignificat. Mariti calor et IMPETVS, facile decernentis, fuit refraenandus: *l. 22. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* Si maritus vxorem, in adulterio deprehenſam, IMPETV tractus doloris, interfecerit: *l. 38. §. 8. D. eod. tit.* Si quis vno IMPETV pluribus vulneribus aliquem occiderit: *l. 32. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Debet prope vno ictu, et eodem IMPETV, vtrumque occidere: *l. 23. §. vlt. D. eod. tit.* IMPETV delinquitur, quum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum, venitur. *l. 11. §. 2. D. de poen.*

IMPIISSIMVS. vid. IMPIVS

IMPILIA, *l. 25. §. 4. D. de aur. arg. legat.* tegumenta ſunt pedum, e coacta lana. [Habetur hoc vocabulum etiam in nonnullis Plinii editionibus *Lib. XIX. Hiſt. nat. Cap. 2. Theophraſtus auctor eſt eſſe, bulbi genus circa ripas amnium naſcens, cuius inter ſummum corticem eamque partem, qua veſcuntur, eſſe laneam naturam, ex qua* IMPILIA *veſteſque quaedam conficiantur.*] Hauſit haec auctor ex Cuiac. *Lib. V. Obſeru. Cap. 11.* Fuere IMPILIA ſocci lanei, quos et Rabbini vocant אנפלאות, voce ex Latino iſto IMPILIA formata, ceu erudite docuit Io. Selden. *in Vxore Hebr. Lib. I. Cap. 14.* Adde Ant. Bynaeum *de Calc. Hebr. Lib. II. Cap. 4. §. 3. p. 182. ſequ.* HEIN.

IMPINGERE. IMPACTI in carcerem: *l. 13. D. de cuſt. et exhib. reor.* IMPACTA nauis in ſcapham. *l. 29. §. 2. D. ad leg. Aquill.*

IMPIVS, A, VM. Satis IMPIVM eſſet, ſeruum alienum, qui ab hoſtibus redemtus, et heres cum libertate inſtitutus eſt, iterum eius ſeruum fieri, cuius erat, antequam caperetur: *l. 71. D. de adquir. vel omitt. her.* IMPIISSIMVS filius: *l. 48. D. de her. inſt.* IMPIAS manus inferre parentibus: *l. 1. D. de obſequ. par.* IMPIA ſacra: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 15.* [IMPIVS terminus, pro morte videtur poni, in *l. 11. C. Theod. de domeſt. et protect. Lib. VI. tit. 24.*] IMPIVM et inofficioſum teſtamentum dixit Quinctilian *Declam. CCLXIV.* ¶. 2. [IMPIVS, pro eo, qui patriam vitat, ſeu fugit. *l. 2. C. Theod. ſi curial. relict. ciuit. rus hab. Lib. XII. tit. 18.* et *l. vn. C. Iuſtin. eod. tit.*]

IMPLERE, explere et complere ſignificat. IMPLERE aetatem: *l. 21. §. 2. D. de ann. legat. l. 10. C. de fideic. libert.* IMPLETA legitima aetas: *l. 41. D. de fideiuſſ. l. 1. C. de curat. furioſ. l. 2. C. de temp. in int. reſtit.* IMPLET animus, quod deeſt poſſeſſioni: *l. 3. §. 3. D. de adquir. vel amit. poſſeſſ.* IMPLETVS annus: *l. 49. §. 1. D. de legat. I. l. 6. D. de excuſ.* poſt IMPLETVM annum: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 1.* IMPLETO anno: *l. 3. C. ſi mancip.* IMPLERE annos: *l. 40. D. ad SC. Trebell. l. 14. C. de adminiſtr. tut.* legitimae aetatis: *l. 12. C. eod. tit.* octodecim *l. 37. D. de vſu et vſufr.* ſedecim. *l. 41. §. 10. D. de fideic. libert.* IMPLERE annum duodecimum: *l. 13. §. vlt. D. de tut. et cur. l. 14. C. de fideic. libert.* quartum decimum: *l. 2. C. quand. prouoc.* viceſimum quintum: *l. 15. D. quod vi aut clam. l. 21. §. 2. D. de ann. legat. l. 5. C. quando dies legat.* ante IMPLETVM quintum et vigeſimum annum: *l. 14. C. de adminiſtr. et peric. tut.* IMPLETO aſſe, id eſt, expleto et diſtributo: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 6.* poſt IMPLETAM militiam: *rubr. C. quib. munerib.* IMPLETVS numerus liberorum: *l. 2. §. 1. D. de vacat. et excuſ. mun.* IMPLERE poſſeſſionem: *l. 7. D. pro emt. l. 23. §. 1. D. ex quib. cauſſ. mai.* ante IMPLETAM poſſeſſionem: *l. 13. D. pro emt.* IMPLETO quinquennio: *l. 35. D. de vſu et vſufr. leg.* IMPLERE ſtipendia: *l. 2. C. de re milit.* IMPLETIS ſtipendiis: *l. 9. D. eod. tit.* non IMPLETIS ſtipendiis: *rubr. C. de his, qui non impl.* ante IMPLETVM tempus: *l. 24. D. de donat. int. vir. et vx.* poſt IMPLETVM tempus: *l. 6. C. ex quib. cauſſ. infam. irr.* IMPLETO tempore conductionis: *l. 9. §. 1. D. de publican.* locationis: *l. 11. C. de locat. et conduct.* militiae: *l. 13. §. 3. D. de re milit.* Si vtriusque poſſeſſio IMPLEAT tempora conſtitutionibus ſtatuta: *l. 76. §. vlt. D. de contrah. emt.* IMPLERE vſucapionem: *l. 30. D. ex quib. cauſſ. maior: l. 7. D. de vſurpat.* IMPLETVR vſucapio: *l. 40. D. eod. tit l. 4. C. de vſucap.* IMPLETA vſucapione *l. 2. D. pro hered.*

¶. 2. IMPLERE, pro exſequi. IMPLETA cautio; *l. 24. D. de vſu et vſufr leg.* collationem IMPLERE: *l. 1. §. 13. D. de collat.* conditionem: *l. 13. D. de manum. teſt. l. 3. D. de ſtatulib.* [*l. 5. D. de condit. et demonſtr.*] IMPLETA conditio: *l. 11. §. vlt. l. 86. D. de condit. et demonſtr. l. 18. D. de condict. indeb. l. 104. §. 6. in fine D. de legat. I. l. 34. §. 4. D. de legat. III. l. 15. D. de ſtat. hom. l. 7. D. de contr. emt. l. 9. §. 1 D. qui potior. l. 137. §. 6. D. de verb. oblig.* conditionis IMPLENDAE cauſſa: *l. 15. D. de manum. vind. l. 91. D. ad leg. Falc. l. 8. D. de mort. cauſſ. donat.* IMPLETA conditio: *l. 5. l. 7. § 2. D. de condit. et demonſtr.* Necdum IMPLETA conditione: *l. 6. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* Si bonae fidei contractum IMPLERI poſtules: *l. 1. C. de furt.* IMPLETVR conuentio: *l. 2 D. pro emt.* IMPLERE fidem: *l 4. D. de manum. l. 8. C. depoſ. l. vlt. C de condict. ob cauſſ. l. 20. C. mand. l. 26. C. de locat. cond. l. 2. C. de pact. pign.* Non IMPLETA fide: *l. 3. C. de donat, quae ſub mod. l. 6. C. de pact. int. emt. et vend.* [IMPLERE functiones: *l. 140. l. 148. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*] IMPLERE iudicium vxoris defunctae: *l. 15. C. ad leg. Falcid.* IMPLETA eſt numeratio: *l. 2. D. qui potior.* IMPLERE officium debitum: *l. 21. §. vlt. D. de SC. Silan.* officium, quod in ſe recepit:

pit: *l. 3. §. 1. D. de recept. arb.* IMPLERE placitum: *l. 1. C. commod.* IMPLERE, quod pollicitatae ſunt: *l. 6. §. 2. D. de pollicitat.* IMPLERE quantitatem: *l. 27. §. 16. D. ad SC. Trebell.* Vt quarta IMPLEATVR, id eſt, repleatur: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 5. §. 7.* IMPLERE partem religionis: *l. 3. C. arbitr. tut.* IMPLERE ſatisdationem: *l. 2. D. de cuſt. et exhib. reor.* IMPLETA ſatisdatione: *l. 17. D. de teſt. tut.* IMPLERE ſtipulationem; *l. 2. D. de fideiuſſ.* IMPLENDAE ſtipulationis gratia: *l. 7. D. de nouat.* IMPLERE teſtamentum; *l. vlt. C. famil. erciſc. l. 14. D. de legat. I.* IMPLERE venditionem: *l. 46. D. de act. emt.* IMPLETA venditio: *l. 10. §. 4. et 5. D. de iure dot.* IMPLENDA eſt voluntas. *l. 8. §. 6. D. de condit. inſtit.* ‖. 3. IMPLERE, interdum eſt probare. *l. 23. D. de probat. l. 1. C. eod. tit.* Eo IMPLETO, id eſt, probato: *l. 1. C. de condict. ob turp. cauſſ.* Quo non IMPLETO: *l. 3. C. de non num. pecun.* IMPLERE accuſationem; *l. 14. D. ad SC. Turpill.* IMPLETVR accuſatio argumentis: *l. 15. D. de quaeſt.* IMPLETIS accuſationibus: *l. 6. C. ad exhib* IMPLERE adfirmationem: *l. 5. C. de lib. cauſſ.* cauſſam adpellationis; *l. 2. C. quand. prouoc.* delationes: *l. 5. §. vlt. D. de iure fiſc.* exceptionem: *l. 19. D. de probat. et praeſ.* intentionem: *l. 19. D. de probat. l. 14. D. de inoffic. teſt. l. 21. l. vlt. C. de rei vind. l. 9. C. de obl. et act. l. 9. C. de praeſcr. long. temp.* intentiones: *l. vlt. C. de eo, qui pro tut.* quod intenderit: *l. 3. §. 3. D. de teſt.* litem: *l. vlt. C. de praeſcr. trig. vel quadr. ann.* petitionem: *l. 30. §. vlt. D. de except. rei iud.* probationem: *l. 26. §. vlt. D. depoſ.* Quinctil. *Decl. VII. Ego vero, iudices, ex hoc, qui recuſat diues quaeſtionem, partem probationis* IMPLERI. Lactant. *Lib. VII. Cap. 8. Parum habent firmitatis ad probandam et* IMPLENDAM *veritatem.* IMPLERE profeſſionem: *l. 42. §. vlt. D. de iur. fiſc.* prouocationis certamen: *l. 6. C. de his, quae vt indign.* ſollemnia: *l. 11. C. de adminiſtr. tut.* ſollemnia accuſationis. *l. 18. D. de accuſat. l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.*

IMPLICARE. IMPLICARI moleſtiis hereditariis: *l. 4. §. 11. D. de dol. et met. except.* negotiis hereditariis: *l. 22. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. l. 87. D. de legat. I.* Ne oneribus patris pupilli hereditas IMPLICETVR: *l. 42. D. de adquir. vel omitt.* Qui ſcire potuit, ſe oneribus fore IMPLICITVM: *l. 38. D. eod. tit.* Quae IMPLICANTVR rebus ſoli. *l. 30. §. 1. D. de vſurpat.*

IMPLICITVS, A, VM. IMPLICITVS ſtatulibero caſus libertatis; *l. vlt. C. ſi ex noxal. cauſſ.* IMPLICITA facti quaeſtio: *l. 52. D. pro ſoc.* Menſularium, cum quo rationem IMPLICITAM habebat. *l. 47. D. de pact.*

IMPLORARE, petere, rogare. IMPLORARE auxilium: *l. 13. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 52. §. 1. D. de fideiuſſ. l. 15. D. de adpell. l. 58. D ad leg. Falcid. l. 4. C. quib. ex cauſſ. maior. l. 15. C. ad leg. Falcid. l. 1. C. de reſtitut. l. 1. C. de his qui ven. aet.* IMPLORATVM auxilium: *l. 1. C. de his, qui per met.* auxilium reſtitutionis: *l. 52. §. 1. l. 55. l. 56. D. de fideiuſſ. l. 8. l. 46. D. de minor. l. 33. D. ex quib. cauſſ. maior. l. vlt. C. ſi aduerſ. transact.* beneficium; *l. 1. C. ſi aduerſ. ſolut.* beneficium legis Falcidiae; *l. 89. D. ad leg. Falcid.* compenſationem: *l. 2. C. de compenſ.* decretum: *l. 39. §. 9. D. de adminiſtr. et peric. tut.* fruſtra IMPLORATVR edictum: *l. 1. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat.* IMPLORARE iudicium liberale: *l. 3. §. 10. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* iudicium et cognitionem: *l. 7. D. de hered. petit. l. 3. §. 1. D. vt in poſſeſſ. legat.* legem Falcidiam: *l. 87. §. vlt. D. de legat. II.* reſtitutionem in integrum: *l. 86. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 13. §. 1. l. 35. D. de minor. l. 1. C. de filiof. min.* IMPLORATA reſtitutio. *l. 6. C. de in integr. reſtit.*

IMPONERE. IMPONERE ſupra ſuum aedificium: *l. 24. D. de ſeru. praed. vrb.* eodemque ſenſu IMPONERE dixit Paullus, *l. 33. D. eod. tit.* IMPOSITVM aedificium areae: *l. 39. D. de legat. II.* IMPOSITA conditio ei, qui Alexandriae agit: *l. 4. §. 1. D. de hered. inſtit.* legato: *l. 86. D. de condit. et demonſtr.* IMPONERE feneſtras, et oſtia, in aedificia; *l. 59. D. de rei vindic.* IMPONERE libertatem: *l. 7. §. 8. D. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. D. qui et a quib. manum. l. 11. §. 1. D. de minor.* libertatis cauſſa: *l. vlt. D. de liber. cauſſ. l. 8. D. de donat. l. 33. l. 37. D. de bon. libert.* Quae liberto IMPONVNTVR: *l. 1. §. 5. D. quar. rer. act.* IMPONERE magiſtrum naui; *l. 1. D. de exercit. act.* IMPONITVR ſeruo ancillaeue merces pro opera: *l. 13. D. de vſu et habitat.* IMPONERE merces in nauem: *l. 2. §. 2. D. de lege Rhod. de iact.* IMPONITVR neceſſitas: *l. 31. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 17. D. de ſeruit. praed. vrb. l. 6. C. qui pet. tut.* IMPOSVERVNT neceſſitates: *l. 3. §. vlt. D. de decurion.* IMPONERE neceſſitatem, per mare Aſiam adplicare: *l. 4. §. 5. D. de offic. proconſ.* cognitionis ſuſcipiendae: *l. 8. l. 9. D. de offic. praeſ.* defenſionis; *l. 18. §. vlt. D. de caſtr. pecul.* ſatisdationis: *l. 7. §. 1. D. qui ſatisd. cog.* IMPOSITVM nomen fundo: *l. 106. D. de verb. oblig.* IMPONERE onus: *l. 15. C. de probat.* onera: *l. 88. §. 2. D. de legat. II. l. 36. l. 47. D. de damn. inf.* operas: *l. 7. §. 1. l. 31. l. 33. l. 37. §. 1. l. 38. l. 48. D. de oper. libert. l. 95. D. de legat. I.* IMPOSITAE operae: *l. 1. l. 2. l. 5. C. de oper. libert. l. 6. C. de obſequ. parent.* pecora praediis, id eſt, ſtercorare: *l. 14. D. de impenſ. in rem dot. fact.* IMPONERE poenam: *l. 1. D. nihil innou. pend. adpell.* IMPOSITA poena: *l. 1. §. 1. D. de effractor. l. 13. §. 7. D. de his, qui not. infam* delicto IMPOSITA: *l. 131. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Quadrans, qui heredi imponitur: *l. 49. D. de iure fiſc.* In IMPONENDA ratione: *l. l. 6. l. 8. C. ad leg. Falcid.* IMPOSITAE res in nauem: *l. 4. §. vlt. D. naut. caup. ſtabul.* IMPONERE parietibus riuum: *l. 61. D. de vſufr.* IMPONERE ſeruitutem: *l. 105. D. de cond. et demonſtr. l. 17. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 116. §. vlt. D. de legat. I. l. 84. §. 4. l. 116. §. vlt. D. de legat. I.* aedificiis: *l. 39. D. de ſeru. praed. vrb. l. 23. §. vlt. D. eod. tit.* alieno agro: *l. 30. §. vlt. D. de damn. infect. l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. publ.* fundo; *l. 7. §. 3. D. de dol. mal.* fundo, quem quis vendat: *l. 19. D. de ſeruit.* In IMPONENDA ſeruitute; *l. 2. D. de riuis.* IMPOSITA ſeruitus: *l. 27. §. 2. D. de vſufr.*

vſufr. l. 1. D. de ſeru. legat. iure IMPOSITA ſeruitus: *l. 1. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* IMPONERE ſeruum in machina: *l. 5. §. 10. D. commod.* Qui in conducto ſolo ſuperficiem IMPOSVIT: *l. 18. §. 4. D. de damn. infect.* IMPONERE tectorium nouum parietibus: *l. 44. D. de vſufr.* IMPOSITAE aedificio tegulae: *l. 18. D. de act. emt. vend.* IMPONERE vindictam ſeruo: *l. 19. §. 3. D. de caſtr. pecul. l. 14. D. de manumiſſ.* IMPOSITA vindicta. *l. 12. §. 2. D. de liber. cauſſ.* Horat. *Lib. II. Serm. Sat. 7. v. 76. ſequ.*

Vindicta terque quaterque
IMPOSITA, *haud vſquam miſera formidine priuat.*

IMPORTARE, inferre, intendere. Sic IMPORTARE actionem: *l. vlt. §. vlt. D. de diuort.* crimen. *l. 14. §. 4. D. de bon. libert. l. 9. §. 1. D. de ſtatulib.* ¶. 2. IMPORTARE, id eſt, irrogare. IMPORTARE ignominiam: *l. 5. D. de decurion.* infamiam. *l. 7. D. de publ. iudic. l. 22. D. de his, qui not. infam.* ¶. 3. IMPORTARE, id eſt, inferre. IMPORTATA in habitationem: *l. 1. D. de migrando.* id eſt, illata, ideoque IMPORTATA, ab *inductis* et *inuectis* ſeparantur. *l. 32. D. de pignor.* IMPORTARI, et *exportari* merces aduerſantur. *l. 59. D. de verb. ſignif.* IMPORTATA vi fluminis: *l. 9. §. 1. D. de damn. infect.* vi fluminum. *l. 4. §. vlt. D. de reb. cred.*

IMPORTVNE repetere: *l. 17. §. 3. D. commod.* id eſt, intempeſtiue, vt *ibidem* explicatur.

[IMPORTVNITAS. IMPORTVNITATES in *l. 7. C. Theod. quor. adpellat. Lib. XI. tit. 36.* vocant Imperatores importunas, inanes, et fruſtratorias, non tam adpellationes, quam ludificationes, vt dicuntur *l. 1. D. eod. tit.*]

IMPORTVNVS, A, VM. IMPORTVNO tempore vel loco offerre pecuniam. *l. 30. D. de ſolut.* Cui contrarium eſt oportuno loco. *l. 32. D. de vſur.* Cicero *Lib. II. de Orat. Cap. 5. Aut* IMPORTVNVM *tempus in tanto ocio, quod raro datur.*

IMPOSITIO pilei, id eſt, manumiſſio. *l. 10. C. de teſtam. manum.*

IMPOSITITIVS, A, VM. IMPOSITITII canthari. *l. 41. §. 11. D. de legat. I.*

IMPOSSIBILIS, E. IMPOSSIBILIS conditio, Graeco ſermone ἀδύνατος adpellatur. *l. 20. D. de condit. inſtit. l. 104. §. 1. D. de legat. I.* IMPOSSIBILIS autem conditio, et *poſſibilis*, pugnant. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 1. l. 16. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact.* Quemadmodum ergo POSSIBILIS conditio, vt *ibidem* Paullus definit, eſt, *quae per rerum naturam admitti poteſt:* ita IMPOSSIBILIS, *quae non poteſt.* ¶. 2. At IMPOSSIBILIS conditio dicitur variis modis. Eſt IMPOSSIBILIS, cui natura impedimento eſt, quo minus exſiſtat, veluti, ſi quis ita dixerit: SI DIGITO CAELVM ATTIGERO, DARE SPONDES? *§. 11. Inſt. de inutil. ſtipulat.* Si IMPOSSIBILES ſunt conditiones, veluti Titius, ſi digito caelum tetigerit, heres eſto. *l. 16. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit.* ¶. 3. Sed et IMPOSSIBILIS conditio intelligitur, quae iure impleri non poteſt. *l. 137. §. 6. D. de verb. oblig.* Qui ita heres inſtitutus eſt, ſi ſeruum hereditarium non alienauerit, ſiquidem ſolus heres ſcriptus ſit, ſub IMPOSSIBILI conditione inſtitutus videtur: *l. 4. §. vlt. D. de condit. inſtit.* Si tam difficilem, immo fere IMPOSSIBILEM conditionem adiecerit, vt aliunde ea libertas obtingere non poſſit, veluti, ſi heredi millies dediſſet: *l. 4. §. 1. D. de ſtatulib.* Municipibus, ſi iuraſſent, legatum eſt. Haec conditio non eſt IMPOSSIBILIS. *l. 97. D. de condit. et demonſtr.* ¶. 4. Conditio vero IMPOSSIBILIS, prout variis negotiis adiicitur, diuerſos producit effectus. Nullius momenti ſunt in *contractibus.* Non ſolum enim ſtipulationes IMPOSSIBILI conditione adplicatae nullius momenti ſunt, ſed etiam ceteri quoque contractus, veluti emtiones, locationes, IMPOSSIBILI conditione interpoſita, aeque nullius momenti ſunt. *l. 31. D. de oblig. et act.* Haec ita in contractibus ſe habent, at in ſupremis tabulis non aeque. Etenim ſub IMPOSSIBILI conditione factam *inſtitutionem* placet non vitiari. *l. 1. D. de condit. inſtit.* Si in non faciendo IMPOSSIBILIS conditio inſtitutione heredis ſit expreſſa, heres erit, perinde ac ſi pure inſtitutus ſit: *l. 50. §. 1. D. de hered. inſtit.* Si quis ita inſtitutus ſit, ſi monimentum poſt mortem teſtatoris in triduo proximo mortis eius feciſſet: quum monimentum in triduo perfici non poſſit, dicendum erit, conditionem euaneſcere, quaſi IMPOSSIBILEM: *l. 6. D. de condit. inſtit.* Idem dicendum de eo, quod ſub IMPOSSIBILI conditione *legatum* eſt, ſiquidem tale legatum pro puro habetur: *l. 5. D. quando dies legat. ced.* An quaſi ſub IMPOSSIBILI conditione legatum debeatur? *l. 12. D. de dote praeleg.* IMPOSSIBILIVM nulla eſt *obligatio*: *l. 185. D. de regul. iur.* Non autem IMPOSSIBILE eſt hoc *pactum*, ne facias furem ſeruum meum, hoc eſt, ne ſollicites, vt fur fiat: *l. 50. D. de pact.* Quod IMPOSSIBILE eſt, neque *pacto*, neque ſtipulatione, poteſt comprehendi: *l. 32. D. de reg. iur.* Ea enim, quae dari IMPOSSIBILIA ſunt, pro non adiectis habentur: *l. 135. D. eod. tit.* Non moriturum ſeruum IMPOSSIBILIS *promiſſio* eſt: *l. 8. C. de contrah. et committ. ſtipul.* IMPOSSIBILE eſt, quod *promittitur*, ſeruum ſanum eſſe, furem non eſſe, veſpillonem non eſſe, ſi quis in hac cauſſa non eſt. *l. 31. D. de euict.* Nullius quoque momenti eſt; ſi ſub IMPOSSIBILI conditione *ſtipuler.* IMPOSSIBILIS enim conditio, quum in faciendum concipitur, ſtipulationibus obſtat: *l. 7. D. de verb. oblig.* Si IMPOSSIBILIS conditio obligationibus adiiciatur, nihil valet ſtipulatio: *§. 11. Inſt. de inutil. ſtipul.* Sub IMPOSSIBILI condicione factam ſtipulationem conſtat inutilem eſſe: *l. 1. §. 9. D. de oblig. et act.* Si ſub IMPOSSIBILI conditione ſtipulatus ſim, fideiuſſor adhiberi non poteſt: *l. 29. D. de fideiuſſ.* Si ita ſtipulatus fuero: SISTI? et niſi ſtiteris, aliquid dari, quod promittenti IMPOSSIBILE eſt: *l. 126. §. vlt. D. de verb. obligat.* Si enim homo mortuus

ſiſti

Digitized by Google

non poteſt, nec poena rei IMPOSSIBILIS committetur: *l. 68. D. de verb. oblig.* Si inter eos, qui Romae ſunt, talis fiat ſtipulatio: HODIE CARTHAGINE DARI SPONDES? quidam putant, non ſemper videri IMPOSSIBILEM cauſſam ſtipulatione contineri: *l. vlt. §. 4. D. de verb. obligat.* Non denique *teſtamentum* vitiat IMPOSSIBILIS conditio. Obtinuit enim, IMPOSSIBILES conditiones, teſtamento adſcriptas, pro nullis habendas: *l. 3. D. de condit. et demonſtr.* Ἀδύνατος conditio pro non ſcripta habetur: *l. 104. §. 1. D. de legat. I.* IMPOSSIBILES conditiones, in teſtamentis poſitae, pro non ſcriptis ſunt: *l. 6. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* Id, quod IMPOSSIBILE in teſtamento ſcriptum eſt, nullam vim habet: *l. 45. D. de hered. inſtit.* Perinde eſt, quaſi conditio adſcripta non ſit, quae IMPOSSIBILIS. *l. 16. §. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit.* ¶. 5. Haec de conditionibus IMPOSSIBILIBVS. Notanda et ſequentia: IMPOSSIBILE eſt, vt alucus fluminis publici non ſit publicus: *l. 1. §. 7. D. de flumin.* Ne iniungatur IMPOSSIBILE tutelae munus, quod obiri a liberto non poteſt, qui tanta corporis, aut mentis valetudine ab agendis rebus prohibetur, vt ne ſuis quidem rebus ſufficiat: *l. 45. §. vlt. D. de excuſ. tut.* IMPOSSIBILE praeceptum iudicis habetur, cui pareri per rerum naturam non poſſit: *l. vlt. D. quae ſent. ſine adpellat.* IMPOSSIBILIS ſeparatio. *l. 1. §. 12. D. de ſeparat.* ¶. 6. [IMPOSSIBILE aliquando idem eſt, ac difficile, vt in *l. 2. D. de his, qui effud. l. 60. §. 2. D. locat. l. 6. C. de curat. furioſ.*]

IMPOSTOR. *l. 4. §. 2. D. de Aedilit. edict.* IMPOSTORVM verbum eſt exorcizare. *l. 1. §. 3. D. de extraord. cogn.*

IMPOSTVRA callida mathematicorum. *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XV. §. 2.* IMPOSTVRAM facere. *l. 3. D. de ſtellionat.* Trebell. Pollio *in Gallien. Cap. XII. Quum quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet eius vxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet; ſurripi quaſi ad leonem venditorem iuſſit. Deinde e cauea caponem emittit, mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iuſſit:* IMPOSTVRAM *fecit;* IMPOSTVRAM *paſſus eſt. Deinde negotiatorem dimiſit.*

IMPOTENTER ſe gerere. *l. 9. §. vlt. D. de offic. proconſ.* Quinctilian. *Lib. II. Cap. 3. Ne quid* IMPOTENTER *faciat.* IMPOTENTEM autem *nimis potentem* interpretatur Donat. *in Terent. Andr. Act. V. ſcen. 3.*

IMPRECARI. *l. 1. §. 3. D. de extraord. cogn.* vbi et

IMPRECATIONES incantationibus aequiparantur.

IMPRESSIO, [pro concuſſione.] Si per IMPRESSIONEM quis rei ſuae fecerit ceſſionem: *l. 11. C. de his, quae vi.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 1. §. 4.* IMPRESSIONE *alicuius terroris*

Cicero *ad Famil. Lib. V. Epiſt. 2. Non iudicio atque diſceptatione, ſed vi atque* IMPRESSIONE, *euertere.*

IMPRIMERE. Indicia ferro IMPRESSA, id eſt, ſtigmata fronti inuſta. Caius *Inſtit. Lib. I. tit. 1. §. 3.* HEIN. Signum anulo IMPRESSVM. *l. 22. §. 5. D. qui teſtam. fac. poſſ.* Ita Seneca *Lib. III. de Benefic. Cap. 15. In quid iſti viri ornati adhibiti ſunt? In quid* IMPRIMVNT *ſigna?* Signa pecori IMPRIMERE dixit Virgil. *Lib. I. Georg.* et ſigilla IMPRIMERE Cicero *Acad. Quaeſt. Lib. IV. Cap. 26.*

IMPROBABILIS, E. pro improbato. Proxenetae emtionibus venditionibus, commerciis, contractibus licitis, vtiles, non IMPROBABILI more ſe exhibent. *l. vlt. D. de proxenet.*

IMPROBARE, et *probare,* ſeu *adprobare,* contraria ſunt. *l. 47. D. ſolut. matr. l. 10. D. qui ſatiſd. cog.* IMPROBARE enim eſt reprobare, vt loquitur *l. 9. D. de negot. geſt.* IMPROBATVR adpellatio: *l. 13. D. de adpellat.* contractus: *l. 9. §. 2. D. de SC. Macedon.* IMPROBATVR conuentio moribus: *l. 27. D. de pact. dotal.* Qui creditor proſtituit ancillam, vel aliud IMPROBATVM facere coegit: *l. 24. §. vlt. D. de pignor. act.* Si fideiuſſores ex cauſſa IMPROBAT, ab arbitro probatos, alios IMPROBATOS probat: *l. 10. D. qui ſatiſd. cog.* IMPROBARE iuriſdictionem: *l. 57. D. de re iud.* IMPROBAT Labeo: *l. 32. §. 1. D. de aur. arg. leg.* IMPROBATAE lectionis libri, magici forte: *l. 4. §. 1. D. famil. erciſc.* Cur IMPROBET maritus mores, quos ipſe aut ante corrupit, aut poſtea adprobauit? *l. 10. D. ſolut. matrim.* IMPROBATO more verſatus in celanda ſeruitute: *l. 1. §. 1. D. de act. emt. vend.* IMPROBANDAE operae cauſſa remotus propter iuſtam cauſſam a negotiis: *l. 13. D. de ann. legat.* Pomponius dicit, non ſe IMPROBARE: *l. 18. §. 5. D. de damn. infect.* Non IMPROBAT Praetor: *l. 4. §. 1. D. de alienat. iudic. mut. cauſſ.* Conditiones, quas praetores IMPROBAVERVNT: *l. 14. D. de condit. inſt.* IMPROBATAE publice religionis iuſiurandum: *l. 5. §. 3. D. de iureiur.* Sub ea conditione ſcriptus heres, quam ſenatus aut princeps IMPROBANT: *l. 15. D. de condit. inſt.* Captatorias inſtitutiones non eas Senatus IMPROBAVIT: *l. 70. D. de hered. inſt.* IMPROBARE ſententiam: *l. 60. D. de adquir. vel omitt. hered.* IMPROBARE vinum: *l. 34. §. 3. D. de contrah. emt.* Quod Vlpianus IMPROBAT: *l. 68. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* IMPROBATVR vociferatio bonis moribus. *l. 15. §. 5. D. de iniur.*

IMPROBE, eſt non probe, vel parum probe, non iure, iniuſte, inciuiliter, contra bonam fidem. IMPROBE ad negotia acceſſiſſe dicitur, qui ſui lucri cauſſa, et depraedandi ſtudio negotia geſſit: *l. 6. §. 3. D. de negot. geſt.* Nec etiam IMPROBE cauſſari poteſt, iudicatum pro ſe per gratiam: *l. 56. §. 1. D. de legat. I.* IMPROBE coire in alienam litem: *l. 6. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* IMPROBE conabitur interpellare: *l. 45. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Deportatus, qui a principe reſti-

ſtitutus bona ſua recepit, protegere ſe ſceleris poena contra creditores, quo minus aes alienum ſoluat, IMPROBE conatur: *l. 12. C. de ſent. paſſ.* IMPROBE deſiderabit petitor, fructus aeſtimari, qui ex artificio ſerui percipi potuerunt, quod artificium ſumtibus poſſeſſoris didicit: *l. 31. D. de rei vind.* In poſſeſſionem earum rerum, quas mortis tempore non poſſedit, heres ſcriptus, priusquam iure ordinario experiatur, IMPROBE mitti deſiderat: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 5. §. 18.* id eſt, nec probe, vt. *l. 17. D. de his, quae vt indign.* Sic contra, non IMPROBE deſiderare. *l. 26. §. 2. D. de pact. dotal.* Qui teſtamentum inofficioſum IMPROBE dixit: *l. 8. §. 14. D. de inoff. teſt.* Non IMPROBE dicturus mihi videtur. *l. 12. D. de transact.* Ad aliquid faciendum vel cogitandum IMPROBE: *l. 1. §. 3. D. de ſeru. corrupt.* IMPROBE factum: *l. 5. C. de his, quae vi.* Nimis IMPROBE negatur: *l. 5. C. de nouat.* IMPROBE vir vſuras petit, promiſſas in exhibitionem vxoris, in quam nulli ſumtus ab eo facti ſunt: *l. 69. §. 1. D. de iur. dot.* Quinctilian. *Declam. CCCVI. Plus eſt in animi moderatione, nequid* IMPROBE *petas.* IMPROBE poſtulatis. *l. 3. C. vnde vi.* IMPROBE recuſare reſtitutionem: *l. 14. C. de donat. ante nupt.* Non IMPROBE recuſat: *l. 10. §. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* IMPROBE reſiſti arbitror: *l. 41. D. de pignor. act.* IMPROBE reſpondit: *l. 11. §. 8. D. de interrog.* IMPROBE retinere poſſeſſionem. *l. 9. C. de adquir. poſſeſſ.*

IMPROBITAS cauponum, nautarum, ſtabulariorum: *l. 3. §. 1. D. naut. caup. ſtabular.* heredis; *l. 49. D. de fideiuſſ.* Nemo de IMPROBITATE ſua conſequitur actionem. *l. 12. §. 1. D. de furt.*

[IMPROBVLVS, deminutiuum ab IMPROBVS, contemtus cauſſa inuentum. IMPROBVLI atque refractarii. *Edict. Iuſtin. XIII. Cap. 12.*] Sed id vocabulum eo loco neque Iuſtiniano, neque vlli alii veterum, debetur, quia haec Edicta Graece ſcripta eſſe, conſtat. HEIN.

IMPROBVS, A, VM, impium, iniuſtum, inciuile. IMPROBA accuſatio: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill. l. 19. C. ad leg. Corn. de falſ.* et apud Caſſiodor. *Lib. IV. Var. Cap. 44.* NON PROBE de hereditate viuentis agitur: *l. 27. §. 4. D. ad SC. Trebell.* Sic et Plin. *Lib. VIII. Epiſt. 18.* IMPROBAS *ſpes* adpellat eorum, qui hereditates captant. Et Liu. *Lib. IV. Cap. 18.* Viuo, et ſpirante me hereditatem meam ambo ſpe et cupiditate IMPROBA creuiſtis. Iuſtinus etiam Cyrenarum Regem, *ſpe* IMPROBA regnum Africae amplexum, ſcribit, *Lib. XXII. Cap. 7.* Et apud eumdem *Lib. XXIX. Cap. 2.* Demetrius queritur, *Romanos, non contentos Italiae terminis IMPROBA ſpe imperium totius orbis amplexos.* Sed in his omnibus IMPROBA ſpes eſt audacior, maior, quam quae capi poſſit: vt IMPROBVS *labor*, apud Virgil. *Georg. Lib. I. p. 145.* *IMPROBVM lumen*, pro nimio, apud Senecam *Epiſt. XCIV.* Amant hanc loquutionem Martialis, et Stat. Papinius. HEIN. IMPROBA alienatio: *l. 5. C. de diſtr. pign.* Ob cauſſam non IMPROBAM accepit, qui ideo accepit, vt fugitiuum indicaret: *l. 15. D. de praeſcr. verb.* IMPROBVS eſt, qui velit iterum conſequi quod accepit: *l. 51. §. vlt. D. de re iud.* IMPROBO deſiderio poſtulare: *l. 27. C. de transact.* IMPROBVM deſiderium: *l. 10. C. de his, quae vi. l. 16. C. de procurat.* Quoties heres iurare iubetur, daturum ſe aliquid, vel facturum, quod non IMPROBVM eſt: *l. 8. §. 6. D. de condit. inſtit.* Nec enim IMPROBVM eſt, ſi quis hactenus deſideret conueniri, quatenus facultates: *l. 49. D. de pact.* IMPROBISSIMA femina: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* IMPROBVM foenus: *l. 20. C. ex quib. cauſſ. maior.* Qui vi rapuit, fur IMPROBIOR eſt: *l. 2. §. 10. D. de vi bon. rapt. l. 14. §. 12. D. quod met. cauſſ.* Sed et IMPROBIVS furtum vocatur expilatio hereditatis: *l. 12. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* Quinctilian. *Declam. CCCXLVII. Sed rumor de morte mariti venit, haec ſtatim nupſit alii marito. Quid eſt hoc aliud, quam IMPROBIVS adulterium?* IMPROBVS non eſt, qui ignorat, quantum ſoluere debeat: *l. 99. D. de reg. iur.* IMPROBA lis: *l. 10. D. de iudic. l. 8. §. 14. D. de inoffic. teſt.* IMPROBVS litigator: *l. 2. C. de iuram. propt. calumn. §. 1. Inſt. de poen. tem. litig.* IMPROBA poſſeſſio: *l. 7. C. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Nec IMPROBAE reputationis: *l. 2. D. vbi pup. educ. vel mor.* IMPROBVS eſt, qui de viui hereditate ſollicitus eſt: *l. 2. §. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. Teſtamentum non IMPROBVM.* Cic. *in Verr. I. Cap. 42.*

IMPROFESSVS ſeruus. *l. vlt. §. 1. D. de publican.* Quinctilian. *Decl. CCCXLI.*

IMPROVISVS, A, VM. IMPROVISA abſentia: *l. vlt. D. vbi pupill. educ.* Ex IMPROVISO capi: *l. 3. §. 12. l. 5. §. 5. D. de re milit.* indictae collationes: *l. 8. §. 3 D. de vacat. et excuſ. mun.* IMPROVISVS caſus: *l. 36. §. 2. D. de teſtam. mil.* Quae ex IMPROVISO caſu accidunt: *l. 1. C. ad leg. Corn. de ſicar. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. I. §. 9.* IMPROVISVM debitum: *l. vlt. §. 1. C. de iur. delib.* IMPROVISVM onus: *l. 41. D. de act. emt.*

IMPRVDENS, et *prudens*, inuicem pugnant: *l. 66. §. 4. D. ſol. matr.* vt IMPRVDENS et ſciens, apud Terent. *Hecyr. Act. V. ſcen. vlt.* Damna fatalia, quae IMPRVDENTIBVS accidunt, id eſt, nihil tale opinantibus, et praeter ſpem et cogitationem: *l. 52. §. 3. D. pro ſoc.* IMPRVDENTIS *caedis damnatus.* Quinctil. *Declam. CCXLVIII.* et in argumento *Declam. CCCV.* IMPRVDENS emere dicitur, qui bona fide rem a non domino emit: *l. 24. §. 1. D. de act. emt. l. 19. §. 3. D. de negot. geſt. l. 31. §. 1. D. de reb. cred. l. 38. l. 58. D. de rei vindic.* IMPRVDENS vendidiſti, id eſt, ignorans: *l. 41. §. vlt. D. de contr. emt.* vel inſciens. *l. 17. §. 4. D. de Aedil. edict.* ¶. 2. IMPRVDENTES, pro imperitis iuris. *l. 17. §. 4. D. eod. tit.*

IMPRVDENTER, id eſt, minus conſiderate. *l. 21. §. vlt. D. de negot. geſt.* Qui caſu teli hominem IMPRVDENTER ferierit, id eſt, per imprudentiam. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. 1. §. 7.*

IMPRVDENTIA, imperitiam ſignificat. Sic IMPRVDENTIA adſeſſoris: *l. 2.*

D. quod quisque iur. in alt. iudicis. l. 51. D. de euict. l. 5. §. 4. D. de obl. et act. l. vlt. D. de extraord. cogn. §. vlt. Inſt. de obl. quae quaſ. ex delict.

¶. 2. IMPRVOENTIA, alias pro quouis ignorantia ponitur, vt et Dunatus *in Terent. prol. Eunuchi* notat. Cicero *Lib. II. Rhet. ad Herenn. Cap. 16. Si autem IMPRVDENTIA reus ſe dicet peccaſſe, primum quaeretur, vtrum potuerit ſcire, aut non potuerit: deinde, vtrum caſu fecerit.* Idem *in partit. orat. Cap. 37.* IMPRVDENTIAM ait eſſe, *aut in caſu, aut in quadam animi permotione.* Quinctilian. in Argumento *Declam CCXLVIII. Qui eaedem per IMPRVDENTIAM commiſerat.* Et hoc ſenſo IMPRVUENTIAE ſere in omnibus poenalibus iudiciis ſuccurritur: *l. 100. D. de reg. iur.* Per IMPRVUENTIAM; id eſt, incunſulta, uſcitanter, ex errore. *l. 22. §. 7. D. rat. rem habit. l. 4. §. 3. D. de dol. mal. et met. except. l. 10. D. de cond. indeb.*

IMPVBES, eſt nondum pubes factus. *l. 139. D. de verb. ſignif.* Proinde IMPVBER et *pubes* aduerſantur. *l. 3. §. 3. D. de Carbon. edict. l. 9. D. de reb. dub.* IMPVBERES autem intelliguntur maſculi minores quatuordecim annorum, puellae minores duodecim. Caius *Lib. II. Inſt. tit. 2. §. 2. princ. Inſt. quib. mod. tutel. fin.* Liberis IMPVBERIBVS teſtamentum facere quis poteſt, id eſt, donec maſculi ad quatuordecim annos perueniant, feminae ad duodecim: *l. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Hinc facile intelliguntur illa: IMPVBERES ad honores non admittendi; *l. 2. § . D. de iur. immun.* IMPVBERVM aetas, quud videt, ignorat: *l. 1. C. de falſ. monet.* IMPVBES doli vel iniuriae faciendae capax nun eſt: *l. 3. §. 1. D. de iniur.* IMPVBES tenetur furti, ſi ſit iam duli capax; *l. 23. D. de furt.* IMPVBER filiusfamilias: *l. 1. §. 4. D. de pecul.* IMPVBES Aquillia tenetur, ſi ſit iam iniuriae capax: *l. 5. § 2. D. ad l. Aquill.* IMPVBES iudicio caret: *l. 12. D. de iudic.* IMPVBERVM nullum animi iudicium eſt: *§. 1. Inſt. quibus non eſt perm. fac. teſt.* IMPVBES proximus pubertati: *§. penult. Inſt. de oblig. quae ex delict.* IMPVBERES puellae: *l. 22. D. de in ius voc.* IMPVBES pupillus: *l. 139. D. de verb. ſign.* IMPVBERES ſine tutore agentes nihil poſſe ſcire intelliguntur: *l. vlt. D. de iur. et fact. ignor.* IMPVBES ſeruus, vel ancilla nondum viripotens: *l. 1. §. 32. D. de SC. Silan.* IMPVBERES nuu torquentur, terreri tamen ſolent, vel habena, vel ferula caedi. *d. l. 1. §. 33. D. de SC. Silan.*

IMPVDENTIA eius, qui diuerſa duobus teſtimonia praebuit. *l. 27. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſ.*

IMPVDICITIAE gratis quid facere: *l. 1. §. 1. D. de extraord. crim.*

IMPVDICVS, et *pudicus* aduerſantur. *l. 10. D. de iniur.* Ad IMPVDICITIAM ſeruos compellere: *l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur.* Siue quis, tam feminam, quam maſculum, ſiue ingenuos, ſiue libertinos, IMPVDICOS facere attentauit: *l. 9. §. vlt. D. de iniur.* IMPVDICVM viſum eſt. *princ. Inſt. quib. mod. tut. finit.*

IMPVGNARE iudicium: *l. 2. D. de his, quae vt indign.* id eſt, oppugnare, vt *l. 40. D. de adquir. vel omitt. hered.* Non IMPVGNATVR iudicium defuncti ab eo, qui iuſtis rationibus noluit negotiis hereditariis implicari: *l. 87. D. de legat.* E Pactu, ne ob res amotas agatur, ius ciuile IMPVGNATVR: *l. 5. D. de pact. dot.* Haec ſententia IMPVGNAT vtilitatem pupilli. *l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered.*

IMPVLSVS, VS. Cum eo, cuius IMPVLSV ceciderat: *l. 52. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Si quis alterius IMPVLSV damnum dederit. *l. 7. §. 3. D. eod. tit.*

IMPVNE, id eſt, citra metum poenae, abſque poena, et, vt ait Horatius, *vindice nullo.* IMPVNE admittendum, quod per furorem alicuius accidit: *l. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* IMPVNE aedificare: *l. 21. §. 3. D. de nou. op. nunc.* Licet vnicuique naufragium ſuum colligere: *l. vlt. D. de incend. ruin. naufrag.* Non IMPVNE me daturum: *l. 24. D. de recept. arbitr.* IMPVNE deiicitur: Paull. *Lib. V. Sent. 6. §. 5.* Neque enim IMPVNE periturum deſeret: *l. 17. § 3. D. commod.* IMPVNE feret: *l. 9. D. ad leg. Corn. de ſicar.* IMPVNE fit: *l. 1. §. 2. D. de alcat.* IMPVNE nubere: *l. 47. D. de rit. nupt.* In facinore deprehenſum ſeruum dominus IMPVNE occidit: *l. 96. D. de verb. oblig.* IMPVNE non parere, id eſt, ſine metu poenae compromiſſae: *l. 21. §. 1. D. de recept. arbitr.* Extra territorium ius dicenti IMPVNE non paretur: *l. vlt. D. de iuriſdict.* IMPVNE praetermittere hereditatem: *l. 5. D. ſi quis omiſſ. cauſ.* IMPVNE prohibere: *l. 1. §. 18. D. de aqu. quotid. et aeſt.* Teſtamentum, quod nullo iure valet, IMPVNE ſupprimitur: *l. 38. §. 6. D. de poen.* IMPVNE vis fit: *l. 4. l. 5. §. 1. D. de itin. actuque priu.* vim patitur: *l. 1. D. eod.* IMPVNE in ius vocare, vel vocari, *l. 7. l. 8. §. vlt. D. de in ius voc.* id eſt, citra offenſam edicti.

IMPVNITAS. IMPVNITATEM ſibi captantes: *l. 1. §. 26. D. de quaeſt.* Item: Sed neque paſſim IMPVNITAS eis per huiusmodi proditiones conceſſa eſt: *ibid.* IMPVNITAS SCo datur ei, qui intra praeſtituta tempora, quum reperit fugitiuos in agro ſuo, dominis vel magiſtratibus tradidit: *l. 1. §. 1. D. de fugit.* IMPVNITAS delicti propter aetatem non datur: *l. 7. C. de poen.* Numquam plura delicta concurrentia faciunt, vt vnius IMPVNITAS detur: *l. 2. D. de priuat. delict.* [IMPVNITATE donare probatum crimen; *l. vlt. C. Theod. ad leg. Iul. de vi Lib. IX. tit. 10.*] Sub ſpecie IMPVNITATIS. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 26. §. 9.*

IMPVNITVS eſſe dicitur, qui impune quid facit. *l. 11. D. de leg. Corn. de falſ.* Qui permiſſu Imperatoris ab accuſatione deſtitit, IMPVNITVS eſt: *l. 13. D. ad SC Turpill.* Si per furorem aliquis patrem occiderit, IMPVNITVS erit: *l. 9. D. ad leg. Pompei. de parric.* Quod infans vel furioſus poſſeſſor perdidit vel corrupit, IMPVNITVM eſt: *l. vlt. D. de rei vind.* Natura aequum eſt, non eſſe IMPVNITVM eum. *l. 1. §. 1.*

Digitized by Google

§. 1. *D. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ.* Dolum ſerui IMPVNITVM eſſe, iniquum eſt: *l. 4. §. 2. D. de noxal. act.* IMPVNITVS non debet eſſe ludus pernicioſus: *l. 50. § vlt. D. de furt.* IMPVNITAM Praetor calumniam mulieris non relinquit: *l. 1. §. 1. D. ſi mul. ventr. nom.* Non oportere fruſtrationem IMPVNITAM eſſe: *l. 3. §. vlt. D. de vſur.* Non debet IMPVNITVM delictum eſſe eius, qui occidit: *l. 20. D. de interrog. in iur. fac.* IMPVNITVM eſt factum eius: *l 16. D. de damn. infect.* IMPVNITVM relinqui facinus nocentis: *l. 5. D. de poen.* IMPVNITA non debent eſſe admiſſa: *l. 95. D. de ſolut.* IMPVNITA maleficia eſſe non oportet. *l. 51. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 18. §. vlt. D. de iudic.*

IMPVRE. [IMPVRIVS ad patriam reuerti, id eſt, cum nota et dedecore. *l. 1. C. Theod. de ſtud. lib. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 9.*]

IMPVRVS, A, VM. IMPVRVM flagitium. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 26. §. 13.*

IMPVTARE, interdum ſignificat vel acceptum, vel expenſum. Sic: Si medio tempore tutor ſoluendo eſſe deſierit, IMPVTABITVR contutoribus, cur non egerint cum eo *l 9. §. 4. D. de tutel. et rat. diſtrah.* Non hoc IMPVTATVR creditori, cur in poſſeſſionem non venerit, neque illud, cur de poſſeſſione deceſſerit, quum voluntarium, et ſuum potius, negotium gerat: *l. 9. §. 6. D. de reb. auct. iud. poſſid.* IMPVTARI poteſt ei, qui abſentem defendit, ſi condemnatus non adpellauit, quum poſſet: *l. 31. §. 2. D. de neg. geſt.* Non permittendum ei, cauſſari tempeſtatem, vel vim fluminis, ſi quid ſit, quod ei IMPVTETVR: *l. 2. §. 8. D. ſi quis caut. in iud. ſiſt.* [Qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradidit, non ei, ſed ſuae facilitati IMPVTARE debet: *§. 3. Inſt. quib. mod. re contr. obl*] IMPVTARI non debet fideiuſſoribus, quod reus principalis propter ſuam poenam praeſtitit: *l. vlt. D. de fideiuſſ.* IMPVTARI non poteſt negotium geſtori, cur alios debitores non conuenerit, quoniam conueniendi eos iudicio facultatem non habuit, qui nullam actionem intendere potuit, tamen a ſemet ipſo cur non exegerit, ei IMPVTABITVR. *l. 6. §. vlt. D. de negot. geſt.* Heredi IMPVTARI non poteſt, ſi ignarus ſit conditionis legatariorum, quum non ſponte cum iis contrahat: *l. 19. D. de reg. iur.* Non poteſt eis, qui poſt heredis victoriam facti ſunt heredes, ſilentium IMPVTARI, quum ad hereditatem poſt victoriam heredis peruenerint: *l. 7. D. famil. erciſc.* IMPVTARI non poteſt ei, cui nondum libertas debetur, ſi venire ſe patiatur: *l. 4. D. quib. ad libert.* IMPVTATVR magiſtratibus municipalibus, ſi omnino tutor vel curator datus non ſit: *l. 1. §. 6. D. de magiſtr. conu.* Nihil eſt, quod IMPVTETVR magiſtratui, qui ſatis exegit, et idoneos elegit, quamuis poſtea ſint lapſi facultatibus: *l. 1. §. 11. D. eod. tit.* IMPVTATVR matri, cur in locum excuſati tutoris alium non petierit: non item, cur ſuſpectum tutorem non fecerit: *l. 2. §. 24. D. ad SC. Tertull.* IMPVTARI medico non debet effectus mortalitatis: *l. 6. §. 7. D. de offic. praeſ.* Qui damni infecti in poſſeſſionem miſſus eſt, quum ob hoc tantum miſſus ſit, vt vice cautionis in poſſeſſione ſit, nihil ei IMPVTARI, ſi non reſecerit: *l. 15. §. 30. D de damn. infect.* IMPVTATVR poſſeſſori, ſi non diſtraxerit hominem, non neceſſarium hereditati: *l. 33. D. de hered. pet.* IMPVTARI praedoni non poteſt, cur paſſus ſit debitores liberari, et pauperiores fieri, et eos non conuenerit, quum actionem non habuerit: *l. 31. §. 4. D. de hered. petit.* Non IMPVTATVR publicano, qui non inſtruxit transgredientem: *l. vlt. §. vlt. D. de publican.* Frequens in primis eſt formula: IMPVTARE ſibi debet. e. g. Sibi IMPVTENT, qui minus idoneos fideiuſſores acceperint: *l 1. §. 11. D. de ſeparat.* qui imperitum menſorem adhibuerint. *l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* qui defenſorem ſine ſatisdatione admiſerint: *l. 5. §. 3. D. iudicat. ſolu.* Sibi IMPVTARE debet creditor, qui ſatisdationem admiſit vice ſolutionis: *l. 6. §. 1. D. quib. mod pign. vel hypoth.* [Qui parum diligentem ſocium ſibi adſciuit, de ſe queri, ſibique hoc IMPVTARE debet *§. vlt. Inſt. de ſociet*] Si alia actio tempore finita ſit, de dolo non competit, ſibi IMPVTATVRVS eo, qui agere ſuperſedit: *l. 1. §. 5. D. de dol. mal.* IMPVTARE ſibi patronus debet, qui quum poſſet bonorum poſſeſſionem accipere contra tabulas, propter ea, quae alienata, vel mortis cauſſa donata ſunt, non fecit: *l. 3. D. ſi quid in fraud patron.* Sibi debet IMPVTARE dominus, cur minori rem commiſerit: *l. 3. §. vlt. D. de minor.* Stari debet ſententiae arbitri, quam de re dixerit, ſiue aequa, ſiue iniqua ſit, et ſibi IMPVTET, qui compromiſit: *l. 27. D. de recept. arb.* Qui ab initio vitioſas aedes conduxerunt, habent, quod ſibi IMPVTENT: *l. 13 §. 6. D. de damn. infect.* IMPVTARE ſibi quis debebit, cur contraxerit cum his, qui capite minuti ſunt: *l. 2. §. 2. D. de cap. minut.* qui cum tali contraxerunt: *l. 1. § 5. D. de ſeparat.* IMPVTARE ſibi debet, qui credulus fuit *l. 1. §. 2. D. de eo, per quem fact. fuer.* An ſibi IMPVTARE deberent, qui dederunt eis poſtulandi aduerſus ſe facultatem: *l. 7. D. vt legat. ſeu fideicomm. cauſſ. cau.* IMPVTARE minori non poſſumus, cur non deſeruerit accuſationem, vel cur abolitionem non petierit: *l. 14. §. 1. D. de bon. libert.* Sibi aduerſarius IMPVTABIT, qui ſeruo detulit iuſiurandum: *l. 23. D. de iureiur.* Qui impetrauit ſeparationem, ſibi debet IMPVTARE ſuam facilitatem, ſi quum eſſent bona idonea heredis, maluerit bona potius defuncti ſibi ſeparari, *l. 1. §. 17. D. de ſeparat.* id eſt, expenſum ferre debent facilitati ſuae, vt loquitur *l. 3. D. vt in poſſeſſ. legat.* Sibi IMPVTET tutor, ſi non poſtulauit a praetore, vt promatur pecunia ſibi debita: *l. 3. §. 4. 5. D de contrar. tutel. act* Pupillus inſtitor obligat eum, qui eum praepoſuit, quoniam ſibi IMPVTARE debet, qui eum praepoſuit: *l. 7. §. vlt. D de inſtitor.* Si quis ſic praepoſuit, ne alter ſine altero gerat, qui contraxit cum vno, ſibi IMPVTET: *l. 1. §. 13. D. de exerc. act.* Cuius conditionis ſit magiſter, nihil intereſt, vtrum liber, an ſeruus ſit, ſed nec cuius aetatis ſit intereſt, ſibi IMPVTATVRO, qui praepoſuit: *l. 1. §. 4. et §. 9. D. eod. tit.* Sibi IMPVTET, qui proceſſit ad delationem iuriſiurandi, nec prius de calumnia iurauit *l. 37. D. de iureiur.* qui damni infecti cautione ſibi non proſpexit: *l. 3. §. 3. D. de aqu. et aqu pluu.*

ore. poſſeſſor, qui rem non reſtituit: *l. 35. §. 2. D. de rei vindic.* qui indebitum pro alio ſoluit: *l. 23. D. de negot. geſt.* Quid poteſt IMPVTARI ei, qui ſoluere, etiamſi vellet, non potuit? *l. 17. §. 3. D. de vſur.* Si quis ibi tondebat, vbi ex conſuetudine ludebatur, vel vbi tranſitus frequens erat, eſt, quod IMPVTETVR. *l. 11. D. ad leg. Aquill.*

¶. 2. Et ita IMPVTATVR culpa: *l. 14. §. vlt. D. de re milit. l. 9. D. de diſtract. pign.* contutoris factum collegae, ſi potuit et debuit ſuſpectum facere: *l. 14. D. de adminiſtr. et peric. tut.* IMPVTANTVR honoraria pupillo: *l. 9. §. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut.* impenſae: *l. 36. §. vlt. D. de hered. petit.* Nequaquam poteſt IMPVTARI ſocietati, non eſſe ſolutam pecuniam: *l. 81. D. pro ſoc.* IMPVTANTVR ſumtus coheredi: *l. 11. §. 23. D. de legat. III.* ſocietati: *l. 52. §. 15. D. pro ſoc.* Vt neque plus IMPVTETVR ſumtus nomine, quam factum eſt: *l. 14. §. 6. D. de religioſ.* Puto ei IMPVTANDAM tutelam: *l. 31. §. 1. D. de excuſ.* IMPVTARE viatica et vecturas: *l. 52. §. 15. D. pro ſoc.* His, qui horrea locant, maiorem vim IMPVTARI non poſſe. *Collat. Leg. Moſ. et Roman. tit. X. §. 9.* ¶. 3. IMPVTARE, pro reputare. Tutelae iudicio pupilla IMPVTAVIT: *l. vlt. §. vlt. D. de condict. indeb.* Non IMPVTATVRVM pupillo: *l. 1. §. 4. D. de tutel. et rat. diſtrah.* IMPVTARE debet debito creditor totum, quidquid percepit: *l. 22. D. de pign. act.* IMPVTARE ſorti: *l. 26. D. de condict. indeb.* Simplum ei IMPVTARI: *l. 48. D. ad leg. Falcid.* IMPVTARE peculio: *l. 21. D. de pecul.* IMPVTARI fideicommiſſo. *l. 78. §. 11 D. ad SC. Trebell.*

¶. 4. IMPVTARI etiam dicitur, quod in quadrantis computationem venit. Et ita in Falcidiam IMPVTARI dicimus, id quod heredi ad quartam explendam computatur: *l. 19. l. 29. l. 50. l. 91. D. ad leg. Falcid. l. 26. D. de bon. libert. l. 44. D. de ſolut. l. 8. §. 12. D. ad SC. Vellei.* IMPVTARE portioni: *l. 58. §. 6. D. ad SC. Trebell.* in portionem: *l. 20. §. 2. D. de bon. libert.* portioni quadrantis: *l. 58. §. 5. D. ad SC. Trebell.* IMPVTARE quadranti: *l. 76. D. ad leg. Falcid.* in quartam: *l. 18. D. ad SC. Trebell. l. 24. l. 29. l. 50. D. ad leg. Falcid.* in quartam partem: *l. 86. D. ad leg. Falcid.* in quartam hereditatis, quam per legem Falcidiam heres habere debet: *l. 91. D. eod. tit.* in ratione legis Falcidiae: *l. 25. D. eod. tit.* Aliquando IMPVTARI dicitur in Falcidiam, quod Falcidiam patitur: *l. 1. §. 8. D. ad leg. Falcid.* Porro IMPVTARI dicimus diem: *l. 40. D. de cond. et demonſtr. l. vlt. §. 1. D. quis ord. in bon. poſſeſſ. l. 4. §. 5. D. de ſtatulib.* in numerum: *l. 60. §. 1. D. de rit. nuptiar.* tempus. *l. 3. C. quib. non obiic.*

IMV.

IMVS, A, VM, id eſt, *infimus*: IMVS fundus, et *ſummus* aduerſantur, *l. 31. D. de ſeru. praed. ruſt.* vti Ianus IMVS et *ſummus* apud Horat. *Lib. I. Epiſt. 1.* [IMA ſcelerum nequitia: *l. 5. C. de haeret. l. 65. Cod. Theod. eod. Lib. XVI. tit. 5.*] Ex IMO ordine: *l. 21. D. de appellat.* In IMO pariete conclauis vel triclinii. *l. 28. D. de ſeruit. praed. vrban.*

IN.

IN, praepoſitio variae admodum ſignificationis, aliquando terminum ad quem, quem vocant, denotat, idemque eſt ac vsque in. Sic: IN aduentum ſucceſſoris, id eſt, vsque in aduentum: *l. 10. D. de offic. proconſ.* IN quam aetatem: *l. 69. §. 1. D. de legat. III.* [IN annos decem liber eſſe iuſſus: *l. 49. D. de condit. et demonſtr.*] IN ANNOS decem ſatisdare: *l. 15. pr. iuncto §. 2. D. de damn. inf.* IN calendas poſſidere: *l. 12. D. de precar.* id eſt, vsque in calendas, vt *l. 56. §. 4. D. de verb. oblig.* IN eum diem, quo actio confuſa eſt, vſurae computabantur: *l. 58. D. ad SC. Trebell.* IN eum diem, quo creditor pignora diſtraxit: *l. 40. D. de vſur.* IN diem finitae litis: *l. 3. §. 4. D. de lib. exhib.* IN diem mortis: *l. 78. §. 2. l. 91. §. 1. l. 92. l. 93. §. 3. D. de legat. III. l. 27. §. 1. D. de inſtr. vel inſtr. leg. l. vlt. §. 3. D. de dol. except. l. 16. D. de donat.* IN eam diem, quam ſtatuero: *l. 7. D. de damn. infect.* IN diem finitae tutelae: *l. 53. D. de adminiſtr. et peric. tut.* IN diem, quo tutelam reſtituit: *l. 7. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Quo minus IN diem vitae noſtrae matrimonium permaneat: *l. 57. D. de donat. int. vir. et uxor.* id eſt, quoad vixerimus. IN diem vitae teſtatoris, id eſt, vsque in diem mortis: *l. 14. §. 2. D. de legat. III.* IN quinquennium fundum locare: *l. 25. §. 4. D. de ſol. matr.* IN quinquennium: *l. 14. l. 16. D. de liberat. legat. l. 9. § 1. l. 24. §. 1. D. locat.* IN triennium caueri iuſſerat, poſtea IN longum tempus caueri praecepit. *l. 10. D. de praetor. ſtipul.* ¶. 2. IN, etiam ſignificat tempus, quo quid fieri debet. [IN diem addicere: *l. 1. et tot. tit. D. de in diem addict.* IN diem confertur obligatio: *l. 44. D. de obl. et act.* IN diem de hypotheca conuenit: *l. 12. §. 2. D. qui potior.* IN diem dare, et *praeſenti die*, opponuntur: *l. 22. D. de condit. inſtit.* IN diem deberi dicitur, quod die certa dari debet. IN diem debitor: *l. 16. D. de hered. petit. l. 14. D. de liberat. leg.* IN diem debitum: *l. 27. D. qui et a quib.* IN diem differto mandatum: *l. 1. D. mandat.* IN diem heredem inſtituere: *l. 3. D. de hered. inſt.* IN diem obligatio: *l. 43. D. de iure dot. l. 5. D. de nouat.* IN diem relicta legata: *l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 8. D. de nouat.* IN diem rogatus reſtituere: *l. 6. §. vlt. l. 22. §. 2. D. ad SC. Trebell.* IN diem ſtipulari: *l. 22. D. de oblig. et act. l. 8. D. de nouat.* IN tempus capiendae hereditatis inſtitui heredem: *l. 62. D. de hered. inſtit.* IN id tempus adquiri, quo. *l. 32. D. de ſeru. praed. ruſtic.* ¶. 3. IN, aliquando certum caſum denotat. IN MORTEM differri, id eſt in caſum mortis. *l. 22. D. ad SC. Trebell. l. 31. §. 2. D. de mort. cauſſ. donat.* ¶. 4. IN, pro intra: IN diebus, ſine adiuto, intra biduum: *l. 217. §. vlt. in fine D. de verb. ſignif.* IN centum diebus, in cretionis formula ſic accipiendum, vt et centeſimus dies contineatur: *l. 1. §. 8. D. de ſucceſſ. edict.* IN diebus triginta proximis: *l. 3. §. 11. D. de ſtatulib. l. 40. D. de contr. emt.* IN decem menſibus. *l. 29. D. de lib. et poſtum.*

¶. 5. [IN, pro poſt. IN mortem quoque inquiſitio tendat. *l. 40. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*] ¶. 6. [IN, pro de. Criminibus, IN quibus videntur argui: *l. 27. in fine C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.*] Eodem referri ſolet locus Caii

l. 73. pr. in fin. D. ad leg. Falcid. Neceſſe eſt legatariis, cum herede IN *portione legatorum paciſci*; vel, vt Florentiae legi dicitur, *in portionem*; nec non *l. 6. §. 4. D. de iur. patron. Iuſiurandum, quod liberto IN hoc impoſitum eſt.* HEIN. ¶. 7. [IN, inſtrumentum ſignificat. IN gladio: *l. 1. §. 3. D. ad leg. Corn. de ſicar.*] ¶. 8. [IN pro inter, vel in numero. IN teſtibus: §. *9. Inſt. de teſtam. ordin.*] IN ſuis heredibus habere, id eſt, ſuorum numero. *l. 78. §. 1. D. de reg. iur.* ¶. 9. Notandae etiam variae compoſitiones. IN bello amiſſum, id eſt, propter cauſſam belli: *l. 1. §. 2. D. de incend. ruin. naufrag.* IN ſe confiteri: *l. 1. §. 27. D. de quaeſtion.* IN difficili eſſe, pro difficile eſſe: *l. 29. §. 15. D. de liber. et poſtum.* Sic et Liu. *Lib III. Cap. 65. Moderatio tuendae libertatis* IN *difficili eſt.* Eodem modo idem Liu. *Lib. III. Cap. 8.* dixit IN *facili eſt*: nec minus frequentes formulae: IN *procliui*, IN *expedito*, *ex facili*, *e difficili*; de quibus Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 390.* HEIN. IN eo eſt, vt rumpatur teſtamentum: *l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* Quum IN eo eſſet pupillus, vt ab hereditate patris abſtineretur: *l. 44. D. de pact.* Quum IN eo eſſet, vt bona debitoris mihi venirent: *l. 24. D. quae in fraud. credit.* IN hoc accipit: *l. 31. §. 2. D. de mort. cauſſ. donat.* IN hoc adoptare, vt: *l. 7. §. 2. D. de bon. damnat.* IN hoc legatus: *l. 14. D. de manum. vindict.* IN hoc manumittatur: *l. 3. D. eod. tit.* IN hoc relicta: *l. 21. D. de fideic. libert.* IN hoc ſolum, vt: *l. 7. §. D. pro emt.* IN hoc traditus: *l. 4. D. de pact. dot.* IN hoc, vt. *l. 75. D. mandat:* Aliquot alia exempla ſupra *Libro VIII.* adduxi. IN infinitum, IN tantum, IN totum, require ſuis locis. IN ſe interrogari, Paull. *Lib. V. Sent. tit. 16. §. 1.* IN *libertate eſſe*, aliud longe eſt, quam *liberum eſſe.* IN libertate enim ſunt, qui ſe liberos putant, et ſe pro liberis gerunt, quamuis ſerui ſint. *l. 7. § vlt. l. 11. l. 12. l. 28. D. de liber. cauſſ.* Quod eleganter exponitur a Quinctiliano *Declam. CCCXL. et CCCXLIII.* vnde multa ad interpretationem ſuperiorum legum deſumi poſſunt. Sic et aliud eſt IN *poſſeſſione eſſe*, aliud *poſſidere.* Denique rei ſeruandae cauſſa, legatorum, damni infecti, non poſſident, ſed ſunt IN poſſeſſione cuſtodiae cauſſa. *l. 10. D. de adquir. poſſeſſ.* IN pendenti eſſe, pro pendere, vel incertum eſſe. *l. 25. §. 1. D. de vſufr. l. 43. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* Sic et IN *ſuſpenſo tenere*, dixit Seneca *de ira Lib. II. Cap. 23.* Tacit. *Hiſt. I. Cap. 78.* Add. Ducker. *de Latin. vet. ICt. p. 389. ſeq.* HEIN. IN praeſenti: *l. 17. §. 10. D. de Aedilit. edict.* IN praeſentia: Senec. *Epiſt. CX.* Terent. *Phorm. Act. V. ſcen. 2. v. 14.*

Prouiſum eſt, ne IN *praeſentia haec hinc abeat*, et Cicero *paſſim.* IN praeſentiarum: *l. 1. §. 1. D. de tab. exhib. l. 2. §. 31. D. ne quid in loc. publ. l. 11. §. 8. D de interrog. in iur.* [*l. 1. §. 15. D. de magiſtr. conuen. l. 1. §. 9. D. quod vi aut clam.* Vſi eadem forma ſunt Cato *de re ruſt. Cap. CXLIV.* Corn. Nepos, Tacitus, et Apuleius: quamuis de analogia certent viri docti, et adhuc ſub iudice lis ſit. IN reliquum, id eſt, deinceps: *l. 3. C. Theod. de prox. Comit. diſpoſ. Lib. VI. tit. 26*] IN ſe torqueri, id eſt, contra ſe. *l. 1. §. 19. D. de quaeſt.* ¶. 10. Quamuis vero notae ſint regulae grammaticorum de praepoſitione IN, vel accuſatiuum, vel ablatiuum regente: ſaepe tamen caſus quartus pro ſexto ponitur, vt IN accuſationem, pro in accuſatione: *l. 22. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* IN dotis cauſſam eſſe: *l. vlt. §. vlt. D. de pact. dot.* [Conuenticula IN domos, pro in domibus: *l. 58. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* IN functionem permanere: *l. 16. C. Theod. de murileg. et gynaec. Lib. X. tit. 20.*] Quum IN moram promiſſor eſſet. *l. 8. D. de nouat.* [IN poſſeſſionem eſſe, dixit Cicero, IN mentem eſſe, Plaut. apud Gell. *Lib. I. Noct. Attic. Cap. 7.* ſicut et apud alios optimi commatis auctores eiuſmodi loquutionum multa copia eſt. Exempla congeſſit Philipp. Pareus *in Lexico Plaut. hac voce.*] Vſus hac forma Cicero *pro Quinct. Cap. V. pro Arch. Cap. V.* Sed et Plaut. *Aulul. Act. IV. ſcen. 8. v. 6.* dixit: *collocare* IN ARBOREM. Gell. *Lib. I. Cap. 7. et IX. v. 14. Scribere* IN *ordinem.* vti in *l. 1. pr. D. ad leg. Iul. de vi priu. Sedere in eum ordinem.* Add. Io. Fr. Gronou. *ad Liu. Lib. II. Cap. 14.* Nic. Heinſ. *ad Ouid. Epiſt. Parid. v. 138.* Bruuekhuſ. *ad Propert. Lib. II. Eleg. 7. v. 50.* Nec minus ſaepe caſum ſextum pro quarto poſitum videas. IN *ſenatusconſulto incidit*: *l. 1. §. vlt. D. ad SC. Turpill. Succedere* IN *loco*: *l. 1. §. 7. D. de coni. cum emanc. lib.* IN *rationibus referre*: *l. 53. D. de manum. teſt.* IN *Deorum numero referre*: Cic. *Lib. I. de natur. Deor. Cap. 12.* Similia exempla collegit Gronou. pater *in Senec. Nat. Quaeſt. Lib. IV. p. 327.* HEIN. ¶. 11. Saepe huic praepoſitioni iungitur ſub finem VE. INVE littore: *l. 1. §. D. de flumin.* INVE eum locum: *l. 1. D. ne quid in loc. ſacr. l. 2. D. ne quid in loc. publ.* INVE ripa: *l. 1. pr. D. de flum.* INVE ſe: *l. 9. §. 2. D. de recept. arb.* INVE ſtipulatum eius: *l. 33. §. vlt. D. de legat. III.* INVE vinculis. *l. 23. D. ex quib. cauſſ. maior.*

INA.

INAEDIFICARE. *l. 15. D. de vſufruct.* INAEDIFICARE lapides: *l. 43. D. de rei vind.* INAEDIFICARE locum: *l. vlt. D. de pignor. act.* ſuper pilas: *l. 30. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* Si quid ex ſuperiore taberna in inferiorem INAEDIFICATVM eſſet: *l. 1. D. de ſeruit. legat.* Seneca *de Conſol. ad Marc. Cap. II. Quantumcunque auunculus imponere illi, et* INAEDIFICARE *vellet, laturum.*

INAEQVALIS, E. INAEQVALES partes: *l. 22. D. de hered. inſtit. l. 7. §. vlt. D. de oper. libert.* penſiones. *l. 3. D. de ann. legat.*

INAEQVALITAS brachiorum, maxillarum, oculorum. *l. 12. D. de Aedil. edict.*

INAEQVALITER factum. *l. 3. C. commun. vtriusqu. iudic.*

INAEQVVS, A, VM. INAEQVIS penſionibus, id eſt, inaequalibus. *l. 3. D. de ann. legat.*

INAESTIMABILIS E. INAESTIMABILIS res libertas: *§. vlt. Inſt. quib. ex cauſſ.*

cauſſ. manum. non lic. patria poteſtas. l. 16. D. de regul. iur.

INAESTIMATVS, A, VM. INAESTIMATVS fundus: l. 75. D. de iur. dot. INAESTIMATA praedia. l. 10. D. eod. tit.

INANIS, E. proprie vacuum ſignificat. Et ita INANES amphorae, et, quae vinum habent, opponuntur: l. 206. D. de verb. ſignif. INANIA vaſa. l. 1. §. 3. D. de peric. et commod. rei vend. ¶. 2. INANE, etiam dicitur μεταφορικῶς, quod inutile eſt, ſine vi, et ſine effectu. l. 19. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. Et ita INANIS actio adpellatur, quam inopia aduerſarii, vel aliqua exceptio ratioque excludit, vel eludit. l. 6. D. de dol. mal. l. 24. D. de liberal. cauſſ. Ac proinde INANIS actio, et vtilis opponuntur. l. 24. D. de liber. cauſſ. INANES rei actiones: l. 24. D. mand. et apud Paull. Lib. II. Sent. tit. 15. §. 1. INANIS actus: l. 11. D. de oblig. et act. INANIS cautio, nulla ſequuta numeratione: l. vlt. C. ſi pign. conuent. INANE fit chirographum ſolutione: l. 15. D. ad exhib. INANES ergo tabulae, et INANE chirographum, poſt ſolutam pecuniam: l. 27. D. de furt. l. vlt. D. ad exhib. l. vlt. C. Theod. ſi debit. perſol. INANIS clamor: l. 1. §. 34. D. de SC. Silan. INANISSIMA turpiſſimaque doctrina vocatur Manichaeorum mataeologia a Diocletiano et Maximiano Auguſtis. l. 1. Cod. Hermogen. de maleſ. et Manich. et in Collat. Leg. Moſaic. et Rom. tit. XV. §. 3. Vbi ſine ratione P. Pithoeus legi mauult IMMANISSIMA. Nam eodem ſenſu et magicas artes INANES vocat Plin. Lib. XVIII. Hiſt. Nat. Cap. 7. et INANIA, Tacit. Annal. Lib. II. Cap. 27. HEIN. INANIS epiſtola et ſcriptura: l. 38. D. de dol. mal. l. 12. D. de probat. INANE fideicommiſſum: l. vlt. D. vt legat. vel fideic. nom. cau. Nec tamen INANEM eam fideiuſſionem creditori futuram: l. 21. §. 4. D. de fideiuſſ. INANE inſtrumentum: l. 19. C. de ſolut. INANE nomen heredis, id eſt, nudum et ſine re. l. 3. C. de inoffic. donat. et apud Ouid. Epiſt. Heroid. X. v. 116. Plin. Panegyr. ad Traian. Cap. LXXXV. In principum domo nomen tantum amicitiae INANE irriſumque manebat. INANIS obligatio: l. 8. §. 9. D. ad SC. Vellei. l. 95. §. 2. D. de ſolut. INANIS obſeruatio; l. 15. C. de teſtam. INANIS eſt querela: l. 2. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert. INANIS ſtipulatio, id eſt, inutilis, nullius momenti, ex qua actio non datur, ſeu, quae inefficax eſt propter exceptionem: l. pen. D. de condict. ob turp. l. 42. §. 2. D. ſolut. matrim. INANIBVS ſumtibus vexari: l. 1. D. de inoffic. teſtam. INANIS timor, id eſt, vanus. l. 5. §. vlt. C. ſi cert. petat. Eodem exemplo INANE iudicium eleganter Iuuenalis Sat. I. v. 47. vocat illud, quo exſilium decretum ſine publicatione bonorum. En verba:

.. Et hic damnatus INANI
IVDICIO, (quid enim ſaluis infamia nummis?)
Exſul ab octaua Marius bibit, et fruitur Dis
Iratis. HEIN.

[INANITER reſidere apud aliquem dicitur, quod vel omnino ſine cauſſa, vel ſine iuſta cauſſa apud eum eſt. l. 6. C. Theod. de pact. Lib. II. tit. 9.]

INARARE pro arare, poſuit Vlpianus l. 9. D. quod vi aut clam. quum alias ſit terrae arando quid immiſcere, vt apud Caton. de re ruſt. Cap. XXXVIII. Varron. Lib. I. de re ruſt. Cap. 23. Columell. Lib. II. Cap. 2. et 5. Pallad. in Septembre tit. III. et Plin. Lib. XVIII. Hiſt. nat. Cap. 18. et 25. Vid. Ducker. de Latinit. vet. iurisc. p. 420. vbi non ineleganter primam illam ſyllabam in INARARE, ex praecedente littera im natam eſſe ſuſpicatur. HEIN.

INARGENTARE. INARGENTATI lecti: l. 3. §. 3. D. de ſupellect. legat. Lecti teſtudinis pedibus INARGENTATI. l. 100. §. vlt. D. de legat. III.

INARGVTVS, A, VM. Quae ſententia mihi non INARGVTA videtur. l. 5. §. 1. D. de vſufr. ear. rer.

INAVDITVS, A, VM. INAVDITA cauſſa quemquam damnare aequitatis ratio non patitur: l. 1. D. de requir. reis. INAVDITVM filium pater occidere non poteſt. l. 2. D. ad leg. Corn. de ſicar.

INAVRARE, auro obducere. [INAVRATA baſilica: l. 21. C. de oper. publ.] INAVRATI lecti: l. 3. D. de ſupell. leg. INAVRARE res apud Paull. Lib. V. Sent. tit. 25. §. 5. ¶. 2. INAVRATVM aureo opponitur l. 14. D de contr. emt. Aura legato ea, quae INAVRATA ſunt non debentur. Ibi vero INAVRATVM non videtur auro obductum: ſed argentum vel aes auro mixtum. Alias hanc legem vix in gratiam reduces cum l. 41. §. 1. D. eod. tit. Sane et Catull. in Epithalam. Thetid. et Pel. v. 5. aureum vellus vocare AVRATVM, et Ennium plane INAVRATVM, obſeruauit V. A. Corn. van Bynkerſh. Obſ. Lib. VI. Cap. 14. HEIN.

INAVRIS. INAVRES in l. 27. et l. 32. §. vlt. D. de aur. arg. leg. ab aurium foraminibus ita nuncupatae, ex quibus pretioſi lapilli pendebant, auctore Iſidoro Lib. IX. Etymolog. Cap. 30. Solebant enim veteres foratis auribus gemmas et lapillos inſerere. Tertull. de cultu femin. Lib. I. Cap. VIII. In graciles aurium cutes calendarium expendunt. Idemque auctor eodem libro Cap. V. anxie forari margaritas conſueuiſſe, ait, vt penderent. Sed et in libro de pallio Cap. IV. Aurem foratu effeminari meminit. Plinius Lib. IX. Cap. 35. de elenchis loquens: Hos digitis ſuſpendere, ac binos et ternos auribus, feminarum gloria eſt. Cyprianus de habitu virginum: An vulnera inferre auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, et mali ſaeculeris ignara crucietur, vt poſtea de aurium cicatricibus et cauernis pretioſa grana dependeant? [Plaut. Epidic. Actu V. ſcen. I. v. 33. Non meminiſti me INAVREM, (ita habet Schobingeri Codex MSC. teſte Pareo,) ad te adferre natali die] Sed haec omnia ad feminarum cultum pertinent. Maſculos enim aures

aures habere foratas turpe habebatur, eoque nomine male audiebant Carthaginienſes, aliique barbari, INAVRIRVS ſeſe iactantes. Inter Lucillii fragmenta et illud eſt:

Nequam eſt, aurium aures cuius vehementius ambit.

Plaut. *Act. V. Poenul. ſcen. 2. v. 20.*

Atque, vt opinor, digitos in manibus non habent.

AG. *Quid iam?* MI. *Quia incedunt cum* ANVLATIS *auribus.* HEIN.

INCALESCERE. INCALESCENS ſexus: *l. 15. §. vlt. D. de teſtib.* id eſt, qui in hermaphrodito praeualet, vt loquitur *l. 10. D. de ſtat. hom.* Hinc Rittersh. *ad Paull. recept. ſent. Lib. III. tit. 4.* legendum putat INVALESCENTIS ſexus: quod et mihi probabile videtur, maxime quum et Baſilica hic habeant, εἰ τὰ ἀῤῥένων ἐπικρατεῖ ἐν αὐτῷ. *ſi virilia in eo praeualeant.* Attamen et ſcholiaſtes ibi legit πεπυρωμένης φύσεως, *incaleſcentis naturae vel ſexus.* Vid. Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſt. p. 344.* HEIN.

INCANTARE, *l. 1. §. 3. D. de extraord. cognit.* Tritum eſt illud XII. Tabularum caput: QVI MALVM CARMEN INCANTASSIT, apud Plin. *Lib. XXVIII. Cap. 2.*

INCAVTE factum. *l. 1. §. 1. D. de his, quae in teſt. del.*

INCAVTVS, A, VM. INCAVTA negligentia. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 5.*

INCENDERE. Ne INCENSARVM aedium agatur: *l. 7. §. 13. D. de pact.* Si arbuſtum meum, vel villam meam incenderit: *l. 27. §. 7. D. ad leg. Aquill.* INCENDERE caſam, aut villam: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 20. §. 2. Collat. Leg. Moſaic. et Rom. tit. XII. §. 2.* Qui ob inimicitias vel praedae cauſſa incenderint: *l. 28. §. 12. D. de poen.* INCENDERE inſulam. *l. 18. §. 2. D. de dol. mal.*

INCENDIARIVS. *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil. l. 10. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 28. §. 12. D. de poen.* Paull. *Lib. V. tit. 20. §. 1. 2. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tot. tit. XII.* INCENDIARII, qui conſulto incendium inferunt. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 3. §. 6.*

INCENDIVM. Eo abſumtae aedes: Suet. *Aug. Cap. XXX.* Si INCENDII arcendi cauſſa vicini aedes intercidi: *l. 7. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 49. §. 1. D. ad leg. Aquill.* INCENDIIS arcendis praeerant triumuiri nocturni: *l. 1. pr. D. de offic. praef. vig.* INCENDII cauſſa depoſitum: *l. 1. D. depoſ.* parata: *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil. l. 12. §. 16. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* INCENDIO conſumtae villae vel aedes: *l. 1. §. 35. D. de vi et vi arm.* INCENDIO conſumtae aedes: *l. 14. D. de donat. inter vir. et vx.* Val. Max. *Lib. I. Cap. 8.* conſumta domus: *l. 57. D. de contr. emt.*

l. pen. C. de donat. conſumta inſula: *l. 15. D. de verb. obl. l. 19. §. 6. D. locat.* INCENDIO exarſae res: *l. 11. C. de his, qui accuſ.* INCENDII exſtinguendi cauſſa: *l. 12. §. 18. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* INCENDIO exuſta chirographa: *l. 57. D. de admin. et peric. tut.* INCENDIVM facere: *l. vlt. D. de offic. praef. vigil. l. 5. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. vlt. §. vlt. D. de incend. ruin. naufr. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 5.* INCENDIO facto: *l. 30. D. loc.* INCENDIVM inferre. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 3. §. 6.* Si defendendi mei cauſſa viciniae aedificium orto INCENDIO diſſipauerim: *l. 3. §. 7. D. de inc. ruin. naufr.* Caſus INCENDII repentini: *l. 15. §. 3. D. locat.* INCENDIO ſubiecta transactio. *l. 8. §. vlt. D. de transact.*

¶. 2. INCENDIORVM autem quaedam FORTVITO fiunt: *l. 11. D. de incend. ruin. naufr.* quae et FORTVITA vocantur: *l. 28. §. 12. D. de poen. l. vlt. D. ne quid in loco ſacr. Collat. Leg. Moſ et Rom. tit. X. §. 2.* Symmach. *Lib. X. Epiſt. 27* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 20. §. 3. Fortuita INCENDIA, quae caſu venti ferente, vel incuria ignem ſupponentis, ad vſque vicini agros euadunt.* Si fortuitus caſus admiſit INCENDIVM. *l. 11. §. 1. D. locat. cond.* Si fortuitus caſus INCENDII cauſſam intulerit. *l. 9. §. 3. D. locat.* Atque huiusmodi INCENDIA inter caſus fortuitos numerantur. *§. 2. Inſt. quib. mod. re contr. oblig. l. 23. D. de regul. iur.*

¶. 3. Quaedam CVLPA inhabitantium fiunt. *l. 3. D. de offic. praef. vigil.* Quum INCENDIVM ſine culpa fieri non poſſit. *l. 11. D. de peric. et commod. rei vend.* ¶. 4. Quaedam CONSVLTO, vt Paullus ait, *Lib V. Sent. tit. 3. §. 6.* ſeu data opera, vt *l. vlt. D. de incend. ruin. naufr. l. 11. C. de his, qui accuſ.* et *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XII. §. 5.* Qui dolo feciſſe INCENDIVM conuincentur: *l. vlt. D. de offic. praef. vig.* Aduerſus INCENDIA autem excubias nocturnas vigilesque commentum eſſe Auguſtum, refert Sueton. *in Auguſt. Cap. XXX.* et Paullus *l. 1. l. 3. D. de offic. praef. vigil.*

INCENSOR. INCENSORES meſſium. *l. 16. §. vlt. D. de poen.* et apud Paull. *Lib V. Sent. tit. 20. §. 5.*

INCENSVS, vel INCENSITVS, qui cenſum non eſt profeſſus, ſeu qui bona in cenſum non detulit. Vlp. *Reg. tit. XI. §. 11.* Cic. *pro Caecina. Cap. XXXVIII. Quum autem INCENSVM vendit, hoc iudicat, quum ii qui in ſeruitute iuſta fuerunt, CENSV liberentur, eum, qui quum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe.* Idem Cicero *pro Flacc.* INCENSA *praedia* dixit. Sed ibi INCENSA ſunt combuſta, incendio deleta. ¶. 2. INCENSITI *l. vn. C. de claſſic. Lib. XI. tit. 12.* [Sunt iidem, qui *incenſeti* vocantur *l.* vn. *C. Theod. eod. tit. Lib. X. tit. 23.* id eſt, non, vt putant Cuiacius et Dionyſ. Gothofredus *ad d. l. vn. C. de claſſ.* qui colonariae conditioni, ſed ii qui cenſualibus paginis nondum erant adſcripti, quique in locum exemtorum cenſu ſurrogabantur. Vid. Iac. Gothofredus *ad d. l. vn. C. Th. de claſſic.*] Sed et in *l. 7. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13.* pro INCENSITIS legitur *inceſſibus*, antiqua ſcriptura pro *incenſibus* ſeu *incenſis*.

ſit. Apud recentiores tamen ſcriptores plane contrario ſenſu, haec vox reperitur, quibus INCENSITVS idem aliquando eſt, quod *cenſitus.* Vid. Car. du Freſne *Gloſſar. med. et inf. Lat. voc. cenſire* et *cenſitus.*] Haec additio multa potius, quam bona complectitur. De INCENSIS et INCENSITIS euoluendus potius Ez. Spanh. *Orb. Rom. Exerc. II. Cap. 5. p. 158. ſequ.* INCENSI erant, qui cenſum militiae cauſſa ſubterfugiebant. INCENSITI, qui ob inopiam in tabulas cenſuales non referebantur. Porro non ſcripturam antiquam, ſed merum ſcriptoris vitium deprehendimus in illo *inceſſibus*, barbariem vero manifeſtam in vocabulo *incenſibus.* Multa eius generis ſunt apud Iac. Gothofredum, cui non doctrinae varietas, ſed εὐςοχία critica, defuit. HEIN.

INCERTVS, A, VM. quod non poteſt ſine formidine oppoſiti vel adfirmari, vel negari. [INCERTVM vero aliquid eſt vel *abſolute*, quod nihil certi habet, ad quod referatur, vt alea et fortuna: *l. 7. D. de hered. vel act. vend.* vel *relate* ad certam rem vel perſonam. *l. 11. D. eod. tit.*] ¶. 2. Frequens formula: INCERTVS, vel INCERTVM eſt. Si INCERTVM ſit, an lex Falcidia locum habeat: *l. 2. D. commun. diuid.* Vbicumque merito quis INCERTVS eſt, quam partem vindicet: *l. 1. §. vlt. D. ſi pars hered. pet.* Nequaquam INCERTVM eſt: *l. 83. §. vlt. D. de legat. III.* Quamdio INCERTVM eſt, vtrum exſiſtat ſucceſſor, annon: *l. 4. D. de fideic. libert.* Quia INCERTVM eſſet, muliere praegnante, an tres naſcerentur: *l. 28. §. vlt. D. de iudic.* Quum INCERTVM eſſet, quid accepiſſet, quantumque ab eo peteretur: *l. vlt. C. de ſent. quae pro eo, quod intereſt, prof.* Quoties INCERTVM eſt, quae potius actio teneat: *l. 1. §. 4. D. quod legat.* De quantitate ponderis INCERTVM eſt: *l. 1. §. 40. D. depoſ.* INCERTO adhue, an defunctus inteſtatus deceſſerit: *l. 1. C. de bonor. poſſeſſ. ſec. tabul.* INCERTO eo, an: *l. 36. D. ad leg. Falcid.* INCERTO hoc, quantum ab aduerſariis debetur: *l. 3. D. de tutel. et rat. diſtrah.* INCERTA haec atque inopinata. *l. 4. §. 4. D. de offic. proconſ.* ¶. 3. INCERTI actio condictioue ex variis cauſſarum figuris datur. Nam ſiquidem ſtipulatio incerta eſt, quae ex ſtipolatu hoc caſu datur actio, INCERTI actio eſt. *pr. Inſt. de verb. oblig.* Et ita ſi ſtipulatus ſit, vacuam poſſeſſionem tradi, fructus poſtea captos actione INCERTI ex ſtipulatu conſequuturum te, ait. *l. 4. D. de vſur.* Quum quis in iudicio ſiſti promiſerit, neque adiecerit poenam, ſi ſtatus non eſſet, INCERTI cum eo agendum eſt, in id, quod intereſt: *l. vlt. D. ſi quis in ius vocat.* Si poena noo fuerit adiecta compromiſſo, ſed ſimpliciter ſententia ſtari quis promiſerit, INCERTI aduerſus eum erit actio: *l. 27. §. vlt. D. de recept. arbitr.* [illegible] ex ſtipulatu modo, ſed et ex teſtamento INCERTI actio eſt, vt in ſpecie *d. l. 8. D. de vſufr. ear. rer.* Sed et ſi heres vetitus ſit agere cum eo, qui negotia defuncti geſſit, INCERTI ex teſtamento legatarius agit, vt ei negotiorum geſtorum actio remittatur: *l. 8. §. 6. D. de liberat. leg.* Si quis ita ſtipulatus: Stichum aut decem, vtrum ego volam, Stichum legauerit: INCERTI actio legatario aduerſus heredem competit, per quam compellat heredem experiri: *l. 75. §. vlt. D. de legat. I.* Vſufructu itineris, actus, viae legato, INCERTI actio erit cum herede, vt legatario, quamdiu vixerit, eundi agendi ducendi facultatem praeſtet. Hinc INCERTI agere: *l. 8. §. 6. D. de lib. legat. l. 33. D. depoſ. l. 8. D. de vſufr. ear. rer. l. 59. §. 1. D. de iure dot.* condicere: *l. 22. §. vlt. D. de condict. indeb. l. 16. §. 1. D. de minor.* [INCERTI agi, vt fideicommiſſi praeſtet aeſtimationem. *l. 59. §. 1. D. de iure dot.*] ¶. 4. INCERTI condictio ſeruitutum etiam conſtituendarum nomine datur. Quum iter excipere deberem, fundum liberum per errorem tradidi, INCERTI condicam, vt iter mihi concedatur: *l. 22. §. vlt. D. de condict. indeb.* Si tibi liberum praedium tradidero, quum ſeruiens tradere deberem, etiam condictio INCERTI competit mihi, vt patiaris eam ſeruitutem, quam debui, imponi: *l. 8. D. de act. emt.* Si binarum aedium dominus dixiſſet, eas, quas venderet, ſeruas fore, ſed in traditione non feciſſet mentionem ſeruitutis, INCERTVM condicere poteſt, vt ſeruitus imponatur: *l. 35. D. de ſeruit. praed. urban.* INCERTI condicitur cautio praeſtita: *l. 16. §. 1. D. de minor.* Omiſſa cautio fructuaria INCERTI condictione condicitur. *l. 5. §. 1. D. de vſufr. ear. rer.* ¶. 5. Praeterea INCERTI condictio liberationis cooſeqoendae gratia competit. Nam qui ſine cauſſa obligantur, INCERTI condictione conſequi poſſunt, vt liberentur: *l. 3. D. de condict. ſine cauſſ.* Si falſo exiſtimans, ſe damnatum dare, promiſerit, INCERTI condicere poteſt, vt liberetur: *l. 5. D. de act. emt. vend.* Si quis debitorem, qui doli mali exceptiooe tueri ſe poterat, per ignorantiam circumuentum, delegauerat, tenebitur condictione, vel INCERTI, ſi non pecunia ſoluta ſit, vel CERTI, ſi ſoluta ſit: *l. 12. D. nouat.* Si pecuniam, quam me tibi debere exiſtimabam, iuſſu tuo ſpopondetim ei, cui donare volebas, INCERTI condictione ſtipulatorem compellam, vt mihi acceptam faciat ſtipulationem: *l. 2. pr. D. de donat.* Idem erit, ſi ei, quem creditorem tuum putabas, iuſſu tuo pecuniam, quam me tibi debere exiſtimabam promiſero: *l. 2. §. 1. D. eod. tit.* Si ſine deductione impenſae in domum legatam, antequam legati dies cederet, factae, heres domum tradiderit, poterit INCERTI condici, quaſi plus debito dederit: *l. 40. §. 1. D. de condict. indebit.* INCERTI agetur ſtipulationis vtiliter interponendae gratia: *l. 121. D. de verb. oblig.* INCERTI condictione agit is, cui pignori res data ſit, ſi ea ſurrepta eſt. *l. 12. D. de condict. indeb.* ¶. 6. Alias INCERTI actio condictioue eſt praeſcriptis verbis actio. Sic ciuilem INCERTI actionem, id eſt, praeſcriptis verbis, ſufficere, legimus *l. 7. D. de pact.* ciuili intentione INCERTI agendum eſt: *l. 6. D. de praeſcript. verb.* INCERTI condictione, id eſt, praeſcriptis verbis: *l. 19. §. vlt. D. de praeſcript. verb.* Actio INCERTI ciuilis: *l. 23. D. commun. diuid. l. 22. C. de donat.* INCERTA quoque actio, pro INCERTI dicitur. *l. 3. C. de inutil. ſtipul.* ¶. 7. INCERTI agere, id eſt, ad exhibendum. *l. 33. D. depoſit.* ¶. 8. INCERTVM eſt aes alienum, quia forte vel conditio eius pendet, vel creditor litem conteſtatus eſt, et necdum lis finita eſt. *l. 1. §. 1. D. ſi cui plus,*

quam

INC.

quam per leg. Falcid. ¶. 9. INCERTI caſus, qui certam noo habent quantitatem vel naturam: *l. vn. C. de ſent. quae pro eo, quod intereſt, prof.* INCERTA cauſſa rationis: *l. 5. C. de ſtatulib.* INCERTA libelli confeſſio: *l. vlt. C. de ann. except.* INCERTVS contractus: *l. 1. §. 6. D. de pecun. conſt. l. 9. D. de reb. cred. l. 18. D. de acceptilat.* qui proprium et ſpeciale nomen ooo habet. INCERTVM corpus. *l. 85. D. de legat. III. l. 1. §. 7. D. ad leg. Falcid.* ¶. 10. INCERTVS, vel INCERTA dies: *l. 30. D. de legat. I. l. 77. §. 10. D. de legat. II. l. 75. D. de condit. et demonſtr. l. 46. D. ad SC. Trebell.* INCERTA die: *l. 12. §. vlt. D. de legat. II. l. 1. §. 20. D. vt leg. vel fideic. cauſſ. cau.* Dies autem incertus eſt, quum ita ſcribitur: HERES MEVS, QVVM MORIETVR, DATO. Nam diem INCERTVM mors habet eius. *l. 1. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* Quod ſub INCERTO die debetur, veluti, ſi CVM MORIAR, dare promiſero: *l. 16. l. 17. D. de condict. indeb.* Si dies INCERTA adiecta ſit legato, quaſi, QVVM PVBES ERIT, QVVM IN FAMILIAM NVPSERIT, QVVM MAGISTRATVM INIERIT. *l. 21. D. quando dies legat.* INCERTVM dimittere interrogatorem: *l. 11. §. 7. D. de interrogat. in iur. fac.* Ne quarumdam rerum diu et fere ſemper incerta dominia eſſent: *l. 1. D. de vſurp.* ¶. 11. INCERTVS euentus cauſſae: *l. vlt. §. 7. D. de bon. eor. qui ante ſent.* exſequutionis: *l. 51. D. de pecul.* INCERTVS exitus fortunae: *l. 34. C. de donat.* ſucceſſionis. *l. 6. C. de inſtit. et ſubſtitut.* ¶. 12. INCERTVS homo legari promittiue dicitur, qui generaliter et indiſtincte legatur promittiturue. *l. 13. D. de legat. I. l. 25. §. 17. D. famil. erciſc. l. 3. D. qui ſine manumiſſ.* ¶. 13. INCERTI iudicio, id eſt, praeſcriptis verbis, agere debes: *l. 9. C. de donat.* INCERTI iuris eſt: *l. 3. C. de interdict.* Non eſt INCERTI iuris. *l. 5. C. de condict. indeb. l. 19. C. famil. erciſc. l. 7. C. arbitr. tutel. l. 8. C. de inſtit. l. 14. C. de pignor. l. 11. C. de donat. l. 1. C. de ſatiſdat.* ¶. 14. INCERTO lapide ictato: *l. 5. D. ad leg. Iul. maieſt.* INCERTA lis: *l. 1. D. de transact.* INCERTIS nomioibus credere. *l. 2. D. ad SC. Macedon.* ¶. 15. Noo eſt opinionis INCERTAE. *l. 2. C. de ſeru. reip.* ¶. 16. INCERTA pars, quae, quota ſit, noo adparet, veluti: Quidquid mei iuris in eo fundo eſt. Quidquid Titius poſſidet. *l. 3. §. 2. l. 26. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 32. §. vlt. D. de vſurpat.* INCERTAE partis vindicatio datur, ſi forte legi Falcidiae locus ſit in teſtamento: *l. 76. §. 1. D. de rei vindic.* Ex INCERTA parte inſtitutus. *l. 11. §. 3. D. de interrogat. in iur.* INCERTVS pater: *l. 3. C. ſolut. matrim. §. pen. Inſt. de nupt.* id eſt, non certus, et, vt Ouid. *Lib. II. Triſt. v. 253.* loquitur, *dubius*, qualis vulgo quaeſitorum pater. Certus enim is demum pater, quem iuſtae nuptiae demonſtrant. Quamobrem ſpurium quemdam lapides in vulgus iactantem, Cynicus hoc ſcommate repreſſit: *Caue, patrem ferias.* Diog. Laert. *Lib. VI. ſegm 62.* Nec minus facete eiusdem ſectae alter eam, quae vulgo ſui copiam faciens, ex vago illo complexu grauida facta, partum ediderat, non magis certo cuiquam patri partum adſignare poſſe ait, quam eam, quae per ſpinas incedens icta fuerit, adſerere, quae potiſſimum ſpina

INC.

eam pupugerit. INCERTVM periculum nauis: *l. 2. C. de foenor. naut.* INCERTA perſona: Vlpianus *Reg. tit. XXIV. §. 18.* INCERTAE *perſonae legari non poteſt, veluti, quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonio collocauerit, ei homini tot millia doto.* Iuſtinianus *§. 25. Inſt. de legat.* INCERTA *perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubiiciebat: veluti ſi quis ita dicat: Quicumque filio filiam ſuam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato. Illud quoque, quod iis relinquitur, qui poſt teſtamentum factum primi Coſſ. deſignati erant, aeque* INCERTAE *perſonae legari videbatur.* INCERTA pollicitatio: *l. 56. §. vlt. D. mand. l. 17. C. eod. tit.* INCERTI poſſeſſor eſt, quem ignoramus. *l. 39. §. vlt. D. de verb. ſignif.* INCERTVM non eſt pretium; ſi quis ita emtor rogauerit: Quanti tu eum emiſti? quantum pretii in arca habeo: *l. 7. §. 1. D. de contrab. emt.* INCERTI pretii ratio: *l. 23. C. de vſur.* INCERTI fructuum prouentus. *l. 17. C. de vſur.* ¶. 17. INCERTAM quantitatem continet ſtipulatio iudicatum ſolui, et rem ratam habiturum dominum, et damni infecti, et his ſimiles: *l. 2. §. 2. D. de praet. ſtipul.* De quantitate ponderis INCERTVM eſt. *l. 1. §. 40. D. depoſ.* ¶. 18. INCERTAE res, *l. 30. §. 5. D. ad leg. Falcid.* id eſt, generaliter legatae. ¶. 19. INCERTVS ſenſus: *l. 3. C. de annal. except.* INCERTA ſententia: *l. 21. §. 3. D. de recept. arbitr. l. 59. D. de re iudic.* Qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen impoſitum fuerat, vnum fundum, ſine vlla oota demonſtrationis, ſtipulatur, INCERTVM ſtipulatur: *l. 106. D. de verb. obligat.* INCERTA ſtipulatio eſt, vbi non adparet, quid, quale, quaotumque eſt in ſtipulatione: *l. 75. D. de verb. oblig.* INCERTI ſtipulatio: *l. 118. §. 2. D. de verb. obl. Certi* vel INCERTI ſtipulatio: *l. 6. C. de contrab. vel committ. ſtipul.* Si ita ſtipulatus fuero, pecuniam te mihi crediturum, ſpondes? INCERTA eſt ſtipulatio, quia id venit in ſtipulationem, quod mea intereſt: *l. 68. D. de verb. obl.* INCERTA ſumma, vt puta, quanti ea res erit: *l. 28. D. de recept. arbitr.* Si INCERTAE ſummae debitor dictus eſt: *l. 5. D. de hered. vel act. vend.* INCERTA ſumma fideicommiſſi. *l. 6. D vt legat. ſeu fideicomm. cauſſ. cau.* ¶. 20. Tempus INCERTVM, et *certum* opponuntur. *l. 2. C. de donat. quae ſub mod.* ¶. 21. INCERTA libertatis voluntas. *l. 10. §. vlt. D. de ann. legat.* ¶. 22. IN INCERTO eſt, pro incertum eſt. *l. 75. §. 8. D. de verb. oblig. l. 43. D. de bon. libert.* Sub INCERTO: *l. 1. §. 5. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* ¶. 23. INCERTVM abſolute plerumque pro ipſa incertitudine vſurpatur. Sic INCERTVM aetatis, ac reſtitutionis: *l. 48. D. de fideiuſſ.* antiquitatis INCERTVM: *l. 1. C. Th. de reſponſ. prud.* INCERTVM belli: Tacit. *Lib. IV. Cap. 23.* INCERTVM cautionis: *l. 16. §. 14. D. ad SC. Trebell.* pro incerto euentu, vt in *l. 6. D. quod falſ. tut.* conditionis INCERTVM. *l. 11. D. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 1. C. de pact.* INCERTVM contentionis: *l. 1. C. Theod. de equ. curul.* INCERTVM litis: *l. 20. C. mand.* INCERTVM maris. Tacit. *Lib. III. Ann. Cap. 54.* INCERTVM eius rei aeſtimandum eſt: *l. 12. D. de act. emt.* Ipſum INCERTVM rei venit: *l. 11. D. de hered.*

red. vel act. vendit. INCERTVM ſucceſſionis: l. 14. D. de tranſact. [INCERTVM venerationis. Apulei. Lib. IV. Metam. p. 156. Add. Voſſ. de vit. ſerm. Lib. I. Cap. 16. Ob. Giphan. ad l. 2. C. de pact. Andr. Alciat. Parerg. iur. Lib. IX. Cap. 20.]

[INCESSANTER, ſine intermiſſione. l. 28. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.]

[INCESTARE, pro polluere. INCESTARE ſacramenta, quod de rebaptizantibus vſurpatur: l. 2. C. Theod. ne ſanct. baptiſm. iter. Lib. XVI. tit. 6. INCESTARE publicos oculos et confundere adſpectum: l. 13. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1. infauſtis adſpectibus oculos hominum. l. 3. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.]

☞ INCESTVM, I, vel INCESTVS, VS. Vtraque enim declinatione vti iuriſconſultos, ipſe Briſſonius noſter in Parergis Cap. LIV. obſeruauerat. Sed non eſt haec forma iuriſconſultis propria. Ipſe enim Cicero non modo INCESTV dixit, Partit. Orat. Cap. XXXIV. et pro Milone Cap. XXII. verum etiam INCESTA, Lib. IV. Tuſc. Qu. Cap. 35. et INCESTIS: Lib. II. de Leg. Cap. 16. Sed et Liuius promiſcue dixit INCESTV, Lib. IV. Cap. 44. et INCESTO, Lib. VIII. Cap. 15. nec non INCESTI Lib. II. Cap. 42. Vid. Ducker. de Latin. iuriſc. p. 338. Praeterea et adiectiuum INCESTVS, A, VM in iure noſtro frequentiſſimum eſſe, exempla docebunt. HEIN. INCESTVM vero committere dicitur, ſi quis ex his, quas moribus prohibemur vxores ducere, duxerit. l. 39. D. de rit. nupt. Vlpianus Regul. tit. V. §. 7. *Si quis eam, quam non licet, vxorem duxerit, INCESTVM matrimonium contrahit.* Iuſtinianus §. 1. Inſt. de nupt. *Inter eas perſonas, quae parentium liberorumue locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiae non poſſunt: veluti inter patrem et filiam, vel auum et neptem, vel matrem et filium, vel auiam et nepotem, et vſque ad infinitum. Et ſi tales perſonae inter ſe coierint, nefarias atque INCESTAS nuptias contraxiſſe dicuntur.* Idem habet Caius Lib. I. Inſt. tit. 4. §. 8. ¶. 2. INCESTVM vel iure gentium, vel ciuili committitur. IVRE GENTIVM inceſtum committit, qui ex gradu deſcendentium vxorem duxerit. l. vlt. D. de rit. nupt. IVRE vero CIVILI, quoties ſola iuris ciuilis obſeruatio interuenit, veluti quum ex latere eam ducimus, quam vetamur, vel adfinem, quam propter publicam honeſtatem impedimur. d. l. vlt. D. de rit. nupt. et l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. Si nouerca priuigno, nurus ſocero, pecuniam dotis nomine dedit, IVRE GENTIVM INCESTVM committitur: l. vlt. §. vlt. D. de condict. ſine cauſſ. nimirum, quod hae perſonae inter ſe parentum liberorumque loco ſunt. l. 16. D. ſolut. matrim. §. 7. Inſt. de nupt. Spartian. in Antonin. Carac. Cap. X. de eius cum Iulia nouerca nuptiis agens: *Ad parricidium*, inquit, *iunxit* INCESTVM. ¶. 3. Porro INCESTVM aliquando per matrimonium illicitum contrahitur: l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. vt in ſuperioribus exemplis. Et ita accipe INCESTVM coniugium: l. 7. C. de natural. liber. ἀθέμιτον καὶ ἐναντίον τῇ φύσει, ὃν ὁ νόμος INCESTVM τε καὶ NEFARIVM, καὶ DAMNATVM καλεῖ γάμον. *Illegitimum, et naturae aduerſum, et, vt a lege vocatur, INCESTVM, nefarium, et damnatum coniugium.* Nouell. XII. Cap. 1. NEFARIAS et INCESTAS coniunctiones: l. 23. C. de nupt. INCESTAS nuptias: l. 52. D. de rit. nupt. l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. rubr. C. de inceſt. et nefar. nupt. Tacit. Lib. XI. Ann. Cap. 25. Si qua mihi vxor fuit, deinde a me repudiata, nupſit Seio, quem ego poſtea adrogaui, non ſunt nuptiae INCESTAE. l. 12. D. de rit. nupt. Interdum vero citra vllam matrimonii coniunctionem, ſolo nefario coitu, INCESTVM committitur. Etiam ſi concubinam quis habuerit ſororis filiam, licet libertinam, INCESTVM committitur. l. 56. D. de rit. nupt. Sueton. in Neron. Cap. V. *INCESTIque cum ſorore Lepida ſub exceſſu Tiberii reus.* Non. Marcell. *INCESTVM vſu dicitur flagitium, in adfines admiſſum.* Rectius ☜ haec omnia ſe habent, quam ſententia Cuiacii, qui, quum in l. 1. D. de concub. legiſſet, eas perſonas, quas vxores habere non liceret, concubinas haberi potuiſſe: Libro V. Obſeru. Cap. 6. etiam proximas cognatas, et adfines, non quidem duci in matrimonium, at in concubinatu tamen haberi potuiſſe, ſtatuit, idque probare nititur ex l. 16. D. de his, quae vt indign. ex qua colligit, Cocceium Caſſianum, V. C. primum Rufinam in matrimonio, ac deinde eius filiam, priuignam ſuam, in concubinatu habuiſſe. Sed Rufina ipſa fuerat Caſſiani concubina, eiusque filiam vulgo quaeſitam ante concubinatum Caſſianus nepti ſuae heredem ſubſtituerat, vti pluribus oſtendimus in Comment. ad Leg. Iul. et Pap. Lib. II. Cap. 1. p. 108. ſequ. HEIN. ¶. 4. Denique INCESTI crimen, vel *ſolum* eſt, vel *adulterio coniungitur.* l. 39. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult. Si per adulterium INCESTVM eſſe contractum, dicatur. d. l. 39. §. vlt. D. eod. tit. Si adulterium cum INCESTO committatur, vt puta, cum priuigno, nuru, nouerca: l. 38. D. eod. tit. Si quis viduam, vel alii nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit, duplex crimen eſt, et INCESTVM, quia cognatam violauit contra fas, et *adulterium*, vel ſtuprum adiungit. l. 5. D. de quaeſtion. ¶. 5. Hinc illa: INCESTI crimen: l. 7. §. vlt. l. 79. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. Ex INCESTO natus: l. 6. D. de decurion. INCESTI poena: Paull. Lib. II. Sentent. tit. 26. §. 15. In INCESTO ſeruorum tormenta ceſſant. l. 4. D. de quaeſtion. ¶. 6. INCESTA etiam Veſtalium virginum dicebantur, vt apud Plin. Lib. XXVIII. Cap. 2. et Sueton. Domit. Cap. VIII. Quo exemplo Iſidor. Lib. V. Orig. Cap. 26. INCESTI, ait, *iudicium in virgines ſacratas, ſiue in propinquos ſanguine, conſtitutum eſt.* Idem Lib. IX. *INCESTVS propter illicitam commixtionem vocatur, quaſi incaſtus, ſicut, qui virginem ſacram, vel adfinitatis ſuae proximam ſtuprauerit.*

INCHOARE, incipere eſt, ſeu noui quid adgredi. Hinc *rem acceptam perficere*, et nouam INCHOARE, aduerſantur l. 42. §. 1. D. de adqu. vel omitt. hered. Noua quoque negotia INCHOARE, et *vetera explicare*, opponuntur. l. 21. §. 2. D. de negot. geſt. itemque *factam* donationem confirmare, et nouam INCHOARE: l. 36. §. vlt.

D. de donat. int. vir. et vxor. Non ad *perficiendam* retractationem, ſed ad INCHOANDAM. *l. 2. D. de colluſ. deteg.* ¶. 2. Hinc loquutiones: INCHOATA accuſatio: *l. 8. C. de his, quae vt indign.* actio: *l. 21. D. de inoffic. teſtam.* aedificium INCHOARE, conſummare: *l. 61. §. 1. D. de vſufruct.* INCHOATI anni, id eſt, coepti, quibus opponuntur *pleni*, et *impleti*: *l. 8. D. de mun. et hon.* INCHOATA cauſſa; *l. 23. C. de procurat.* INCHOATVM crimen: *l. 13. C. ad leg. Iul. de adulter.* INCHOATA delatio: *l. 5. §. vlt. D. de publ. iud.* INCHOATA detentatio, cui opponitur *finita*: *l. 15. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.* Quae per defunctum INCHOATA ſunt, per heredem *explicari* debent: *l. 4. D. pro ſoc. l. 1. D. de fidei tut.* INCHOATVM liberale iudicium: *l. 1. §. 22. D. de vi et vi arm.* INCHOATA *iudicia*, apud Quinctilian. *Declam.* CCL. INCHOATA lis: *l. 5. D. rat. rem hab. l. 5. D. de hered. petit. l. 1. C. ne de ſtat. defunct. l. 18. D. de vſur. l. 54. §. vlt. D. de re iud. l. 11. D. fin. reg. l. 26. D. de obl. et act. l. 44. D. de iudic. l. 1. C. de hered. tut. l. 12. C. qui dare tut. l. vlt. C. quom. et quando l. 6. C. de in integr. reſt.* INCHOARE litem: *l. 5. D. rat. rem hab.* INCHOARE negotia, et *conſummare*, opponuntur. *l. 21. §. 2. D. de negot. ruſt.* INCHOARI opus; *l. 137. §. 3. D. de verb. oblig. l. vlt. D. de oper. publ.* INCHOATVM opus: *l. 16. §. 1. D. de mun. et hon. l. 1. §. 1. l. 11. D. de pollicitat.* INCHOATA quaeſtio: *l. 30. D. de min.* INCHOARE ſocietatem: *l. 42. §. 1. D. de adqu. vel omitt. hered.* Priorem ſocietatem *finitam*, et ex integro alteram INCHOATAM: *l. 58. §. vlt. D. pro ſoc.* INCHOATA vſucapio. *l. 24. D. de vſurp. et vſucap.*

INCIDERE, antepenultima correpta, pro cadere, vel decidere. Si bos meus in foſſam inciderit: *l. 7. §. 8. D. quod vi aut clam.* Cic. *Philipp. IV. Cap. 5. Quum immanis tetraque bellua, quae, quoniam in foueam* INCIDIT, *obruatur.* In laqueum, quem venandi cauſſa poſueras, aper incidit: *l. 55. D. de adquir. rer. domin.* Si pecus vicini in laqueos INCIDISSET: *l. 29. D. ad leg. Aquil.* id eſt, decidiſſet, vt eſt in *l. 28. D. eod. tit.* INCIDIT glans in fundum: *l. 9. §. 1. D. ad exhib.* aedes vitioſae in aedes non vitioſas incidentes. *l. 13. §. 2. D. de damn. infect.* ¶. 2. Metaphorice INCIDERE dicimur in ea, in quae caſu et euentu magis, quam voluntate, aut iudicio, deuenimus. Etiamſi mater in cauſſam furtiuam INCIDERIT: *l. 3. C. de vſuc. pro emt.* Cum coherede non contrahimus, ſed in eum INCIDIMVS: *l. 25. §. 16. D. famil. ercisc.* Quum non adfectione ſocietatis INCIDIMVS in communionem, vt euenit in re duobus legata: *l. 31. D. pro ſoc.* Quidquid per vim fit, aut in vis publicae, aut in vis priuatae crimen INCIDIT: *l. 152. D. de reg. iur.* INCIDERE in eam definitionem: *l. 27. D. de aur. arg. leg.* in aduerſam fortunam: *l. vlt. C. depoſ.* Pecus in fures INCIDIT: *l. 50. §. vlt. D. de furt.* INCIDERE in furorem: *l. 44. §. 6. D. de adquir. rer. dom.* in latrones: *l. 52. §. 4. D. pro ſoc.* et apud Quinctilian. *Declam. CCCXXXVI.* in tempeſtatem et vim fluminis: *l. 2. D. ſi quis cantion. in iudic. ſiſt.* INCIDIT dies in tempus pupilli: *l. 38. D. de minor.* Pupillus non ipſe contraxit, ſed in furorem INCIDIT: *l. vlt. D. rem pupill. ſalu.* INCIDERE in aduerſam valetudinem: *l. vlt. D. de iniuſt. rupt. irr.* in eam valetudinem, propter quam operae eius inutiles ſunt: *l. 79. D. de rei vind.* in eam valetudinem, vt certum ſit, eum ciuilia officia ſubire non poſſe. *l. 13. D. de vacat. et excuſat. mun.* ¶. 3. INCIDERE dicuntur in iura, qui contra ea peccati quid committunt; ſed et facta INCIDVNT in legem, quae legi ſunt obnoxia. *l. 60. D. ad leg. Falcid.* In iuſtam accuſationem INCIDIT: *l. 5. C. de accuſat.* Non INCIDIT in actionem arborum furtim caeſarum: *l. 8. D. arb. furt. caeſ.* INCIDIT in iniuriarum actionem: *l. 34. D. de obl. et action.* Poenalibus actionibus non adſtringuntur, in quas INCIDERVNT hi, pro quibus interuenerunt: *l. 27. §. vlt. D. ad munic.* INCIDERE in Aquilliam: *l. 34. D. de obl. et act.* Quod proprio nomine in cauſſam commiſſi INCIDIT: *l. 16. §. 1. D. de publican.* In Corneliam non INCIDIT: *l. 13. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ.* Curate, ne non tantum in damnum huiuſmodi, ſed etiam nec in criminis ſuſpicionem INCIDATIS: *l. 2. C. de furt.* INCIDERE in edictum: *l. 8. §. vlt. D. de edend. l. 1. l. 6. §. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 24. l. 40. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 15. §. 23. D. de iniur. l. 3. §. 25. et §. 28. D. de SC. Silan. l. 22. D. de leg. Corn. de falſ. l. 3. D. quod quisque iur. in alt. ſtat.* in interdictum: *l. 20. D. quod vi aut clam.* in legum laqueos: *l. vlt. C. de bon. quae lib.* in legem: *l. 8. D. quod met. cauſſ. l. vlt. D. qui et a quib. l. 3. §. 6. D. de tabul. exhib.* et apud Quinctilian. *Declam. CCLXIII.* Liberabor, aut, quod verius eſt, non INCIDAM in obligationem: *l. 81. D. de ſolution.* INCIDERE in poenam: *l. 7. D. de ſeru. export.* in poenam edicti; *l. 14. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ.* in poenam SCi; *l. 22. §. 1. D. eod. tit. l. 15. §. 2. D. et l. 5. C. ad SC. Turpill. l. 5. C. de his, qui ſibi adſcrib.* in Senatusconſultum: *l. 22. §. 7. D. de lege Corn. de falſ. l. 12. D. de legation. l. 1. §. 16. et l. 11. D. ad SC. Turpill. l. 1. C. eod. tit.* in ſententiam edicti: *l. 20. §. 1. l. 27. D. ſi quis omiſſ. l. 8. D. ſi tab. teſtam.* INCIDIT quidem in verba conſtitutionis, ſed ſententia excuſatur: *l. vlt. D. qui pet. tut.* et ibidem: INCIDIT in ſententiam conſtitutionis. INCIDERE in ſententiam SCi: *l. 71. D. de hered. inſt.* in ſeueritatem legis: *l. 8. C. de leg. Cornel. de falſ.* in Turpillianum: *l. 14. §. 1. D. de bon. libert.* in voluntatem SCi. *l. 71. §. 1. D. de hered. inſt.* ¶. 4. INCIDERE denique dicitur, quod contingit, accidit, euenit. Quicumque caſus inciderit: *l. 30. §. 1. D. de fideic. libert.* Ex his cauſſis, quae ante alienationem INCIDERVNT: *l. 58. §. vlt. D. pro ſoc.* INCIDVNT cauſſae: *l. 8. §. 8. D. de transact.* et apud Ciceron. *de offic. Lib. III. Cap. 3. Quaecumque* INCIDISSET controuerſia: *l. 6. §. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom.* INCIDENTIA damna: *l. 30. §. 5. D. ad leg. Falcid.* Iuſta deliberatio INCIDIT: *l. 13. §. [illegible] D. ad SC. Trebell.* Vbi falſi examen INCIDERIT: *l. 22. C. ad leg. Corn. de falſ.* Ex facto quum INCIDISSET: *l. 39. D. de furt.* Scio, illud aliquando INCIDISSE: *l. 3. §. 2. D. de minor.* id eſt, ex facto accidiſſe, vt *l. 35. D. de hered. inſtit.* Si qua alia incommoditas ei poſt arbitrium ſuſceptum INCIDAT: *l. 16. D.*

de

de recept. arbitr. INCIDENTE infirmitate, vel neceſſaria protectione, vel rei ſuae familiaris periculo: l. 18. §. 1. D. de iudic. Molta merita INCIDERE poſſunt: l. 15. §. 1. D. de manum. vindict. Si nihil horum INCIDERIT: l. 20. §. vlt. D. de teſtam. milit. [INCIDIT quaeſtio: l. 3. C. de ord. iud. l. 1. C. eod. tit.] Quidquid eorum INCIDERIT, quod donationem aut perimat, aut confirmet: l. 20. D. de donat. int. vir. et vx. Prout res INCIDIT: l. 7. D. de iurisdict. Ex facto INCIDIT ſpecies talis: l. 83. D. de legat. II. Si talis ſpecies INCIDERIT: l. 2. D. de reb. eor. Plures ſpecies INCIDERVNT: Plin. Lib. VIII. Epiſt. 7. INCIDVNT tempora: Cic. Lib. I. de offic. Cap. 10. Si quid INCIDAT transuerſarium: l. 27. D. locat. Si forte INCIDERIT, vt. l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt.

INCIDERE, antepenultima producta, ſignificat excidere, exſecare, concidere. INCIDITVR lapis, vel terra: l. 1. §. 1. D. de riu. INCISO lino: l. 28. §. 1. D. de lib. leg. INCISIS tabulis: l. 16. §. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 1. §. 8. D. ſi tab. teſt. null. exſtab. INCIDERE tabulas: l. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. vlt. D. de his, quae in teſt. del. l. 16. §. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 11. §. vlt. D. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 20. §. vlt. D. de teſtam. mil. non eſt, ipſas ceratas tabulas ipſumue linum concidere, et in partes ſecare, ſed linum, quo ligatae erant tabulae, ſeu quod tabulis ter quaterue erat circumductum, incidere, et rumpere, vt docent l. 3. §. 23. D. de SC. Silan. l. 1. §. 10. et §. 11. D. de bon. poſſ. ſecund. tab. Plerumque enim teſtatores non ea mente, vt inteſtati morerentur, tabulas INCIDEBANT, ſed, vt aperirent, et quod in iis ſcriptum erat, recognoſcerent, deinde eas rurſus ſuo ſigno et ſigillo ſignabant, vt conciderentur: l. 1. §. 3. D. de his, quae in teſtam. vt adparet ex d. l. 20. § vlt. D. de teſtam. mil. INCIDERE teſtamentum: l. 15. §. 1. D. de teſt. mil. id eſt, delere: INCIDERE venas. dixit Cic. Orat. de haruſp. reſponſ. et ſanguinem INCISA vena mittere Celſ. Lib. II. Cap. 10. INCISAS venas, vt libitum, obligatas, aperire rurſum. Tacit. Lib. XVI. Ann. Cap. 19. quod Vlpiano noſtro eſt venas ſecare, in l. 7. §. vlt. D. ad leg. Aquill.

INCILE, IS, eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur. INCIDITVR enim vel lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit. l. 1. §. 1. D. de riu. [Attamen Menagio Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIX. potior videtur originatio Voſſii, qui ab incidendo deriuat.] Si INCILE ducat: l. 1. §. 5. D. ne quid ex flum. publ. Prima INCILIA, vel principia foſſarum, quibus aquae, ex flumine, vel ex lacu, in primum riuum commonem pelli ſolent: l. 1. §. 8. D. de aqu. quot. et aeſtiu. Cato de re ruſt. Cap. CLV. In monte foſſas INCILES puras habere oportet. Et mox: INCILIA aperire, aquas diducere. Columella Lib. III. Cap. 9. Si olea in oliuo ſit, INCILIA excitantur, quae limoſam aquam ad codicem deducant. Sed de illo Catonis loco ſuſpicionem meam tacitus praeterire non poſſum. Nam, niſi me animus fallit, vox foſſas e gloſſemate eſt, non ab auctore. Feſtus: INCILAE, vel, vt alii legunt, INCILIA, foſſae, quae in viis fiunt, ad deducendam aquam; ſiue deriuationes de riuo communi factae. Apulei. Lib. IX. de aſ. aur. p. 221. Rurſum ad viam prodeunt, lacunoſis INCILIBVS voraginoſam.

INCIPERE, et finiri, aduerſantur. l. 1. §. 32. D. de aqu. quotid. et aeſt. INCIPIT actio: l. 73. D. de verb. oblig. l. 9. D. de negot. geſt. actiones ab heredibus, et contra heredes: rubr. C. vt act. ab hered. et contr. hered. aeſtas: l. 1. §. 32. D. de aqu. quotid. et aeſt. INCIPIVNT cedere operae: l. 13. §. 2. D. de oper. libert. Inferior et ſuperior cognatio INCIPIT a primo gradu: l. 1. D. de grad. et adfin. INCIPIT locum habere Falcidia: l. 1. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. INCIPIT ad eum pertinere: l. 6. §. 4. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. INCIPERE poſſidere: l. 1. §. 26. D. de vi et vi arm. l. 1. §. 10. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. INCIPIENDVM non eſt a filio teſtamento: l. 2. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt. Inde teſtamentum INCIPERET, vbi: l. 75. D. de hered. inſt. INCIPERE vti frui. l. 3. §. 14. D. de vi et vi arm.

[INCISIO, proprium architectonicae vocabulum. l. 3. C. Theod. de excuſ. artific. Lib. XIII. tit. 4.]

INCIVILIS, E. Ita dicitur, quod iniquum, iniuſtum, nouum et rationi aequitatique conſentaneum non eſt. Curatoris libertum eam pupillam, cuius patronus res adminiſtrat, vxorem ducere, ſatis INCIVILE eſt; l. 66. §. vlt. D. de rit. nupt. Inſcium procuratorem teneri, ſatis INCIVILE eſt; l. 15. D. de procurat. INCIVILE eſt, fideiuſſorem ex ſua promiſſione non teneri: l. 70. §. 2. D. de fideiuſſ. Quae ſolutioni debitarum quantitatum profuerunt, reuocare, INCIVILE eſt; l. vlt. §. vlt. D. quod met. cauſſ. Scriptis heredibus auferre poſſeſſionem, INCIVILE eſt: l. 2. C. de inoffic. teſt. Cogi poſſeſſorem ab eo, qui expetit, titulum ſuae poſſeſſionis dicere, INCIVILE eſt: l. 11. C. de petit. hered. INCIVILE eſt, vt vnus ex chirographariis creditoribus debitoris bona compellatur ſuſcipere: l. 4. C. de bon. auct. iud. poſſid. INCIVILE eſt, niſi tota lege perſpecta, vna eius particula propoſita, iudicare: l. 24. D. de legib. INCIVILIS debitoris audacia: l. 3. C. de naut. foen. INCIVILEM rem deſideratis, vt agnitas res furtiuas non prius reddatis, quam pretium fuerit ſolutum a dominis: l. 2. C. de furt. INCIVILE factum medici, qui compulit aegrum, ei poſſeſſiones ſuas vendere: l. 3. D. de extraord. cognit. INCIVILES poenae, quibus inuitus homo facere iubetur, quod facere non poteſt. l. 9. §. 10. D. de poen.

INCIVILITER, et ciuiliter, opponuntur. l. vlt. §. vlt. D. quod met. cauſſ. vbi INCIVILITER extorta dicuntur, quae quis ab aduerſario per vim, adparitione praeſidis interueniente, coactus eſt dare. INCIVILITER cuſtodiendo athletam: l. vlt. §. 2. D. eod. tit. INCIVILITER inſtituti riui. l. 2. D. de extraord. cogn.

[INCLEMENS fortuna, de naufragio. l. 5. C. Theod. de naufrag. Lib. XIII. tit. 9.]

IN-

INCLINARE, paſſiue labi, peſſum ire. [Sic miſerae humilitatis INCLINATI deſpectu: *l. 41. C Theod. de epiſc. Lib. XVI. tit. 2.* INCLINATA dignitas: *l. 12. C. Theod. de legat. Lib. XII. tit. 12.*] Si opere abs te facto, in aedes meas INCLINAVERIT ſe paries communis; *l. 14. D. ſi ſeru. vind.* Si arbor ex vicini fundo, vento INCLINATA, in tuum fundum ſit. *l. vlt. D. de arb. caedend.* ¶. 2. INCLINARE, procliuem eſſe, ad aliquid. INCLINANDVM eſt: *l. 22. §. 1. D. de inoffic. teſt. l. 81. §. 3. D. de legat. I.* In contrarium INCLINAT pater: *l. 8. §. 2. C. de bon. quae lib.* INCLINAT Iulianus in hoc: *l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered.* In hanc ſententiam INCLINAT. *l. 7. §. 2. D. de pecul.*

INCLVDERE. INCLVDERE iudicio actiones: *l. 130. D. de reg. iur.* Rem aedificio INCLVDERE: *l. 11. D. de tign. iunct.* INCLVSAS aues habere: *l. 3. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* INCLVSA gemma auro alieno: *l. 6. D. ad exhib. l. 19. D. de aur. arg. leg.* INCLVDERE feras viuariis: *l. 3. §. 14. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* INCLVDENDA gemma data: *l. 13. § 5. D. locat.* INCLVDERE hominem: *l. 5. D. ad leg. Iul. de vi. Paull. Lib. V. Sent. tit. 6. §. 14.* hominem in arcula: *l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* INCLVSAE litteris interrogationes: *l. 6. D. de cuſtod. et exhib. reor.* INCLVSI lautumiis: *l. 9. D. ex quib. cauſſ. mai.* INCLVDERE pecus: *l. 39 §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Si per vim abductum pecus INCLVSERIT quis: *l. 2. §. 20. et §. 21. D. de vi bon. rapt.* furtiuum non eſt, quod ſciente domino INCLVSVM eſt; *l. 63. D. de donat. int. vir. et vxor.* Procurator, qui non res INCLVSAS ſubtraxit. *l. 55. D. mandat.*

INCLYTVS, A, VM, vel INCLVTVS. Id Seruius Graecum vocabulum eſſe notat *ad Aen. Lib. VI. v. 781. Nam* κλυτὸν, inquit, *glorioſum dicunt.* INCLYTAE ciuitates: *l. vlt. C. de commerc. et mercat.* INCLYTA nobilitas: *l. 17. §. 1. D. de excuſat.* INCLYTA vrbs, id eſt, Conſtantinopolis. *l. 11. C. de adſeſſor.*

INCOGNITVS, A, VM. Non INCOGNITA adfectio: *l. 17. §. 4. D. de adoption.* INCOGNITA cauſſa condemnare. Cic. *de Nat. Deor. Lib. II. Cap. 29.* INCOGNITVM non eſt: *l. 8. §. vlt. D. de inoff. teſt. l. 6. C. de procurat.* INCOGNITVM legibus. *l. 21. in fine C. de legib.*

INCOLA eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, quem Graeci πάροικον adpellitant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, INCOLAE ſunt, ſed etiam, qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem, recipiant. *l. 239. §. 2. D. de verb. ſigniſ.* INCOLA *habetur* ὁ ἐν ἀγρῷ καταμένων; ὁ γὰρ ἐκείνης τῆς πόλεως, ἐξαιρέτοις μὴ χρώμενος, οὗτος οὐ νομίζεται εἶναι INCOLA. INCOLA *habetur, qui in agro permanet. At qui extra agrum illius ciuitatis praecipuis non vtitur, non exiſtimatur eſſe* INCOLA. *l. 35. D. ad municip.* Vetus Gloſſarium Graecum: INCOLA, ὁ πάροικος, ὃς καὶ ἀλλαχοῦ ἐν πόλει, ἢ ἐν χωρίῳ τὴν οἴκησιν ἐκτήσατο, *qui et alibi in vrbe, vel ruri, domicilium poſſidet.* Mulier, quamdiu nupta eſt, INCOLA eiuſdem ciuitatis videtur, cuius maritus eius eſt: *l. vlt. §. 3. D. ad municip.* INCOLAE, quos ſibi quaeque ciuitates vindicant: *l. 37. D. eod. tit.* INCOLAE ſunt apud ciuitates: *l. 2. D. de veteran.* Qui quum INCOLAE non eſſent. *l. 7. §. 10. D. de interd. et relegat.*

¶. 2. INCOLA porro a *ciue* et *municipe* ſeparatur. *l. 20. l. 29. l. 34. D. ad municip. l. 6. in fine l. vlt. §. 22. D. de mun. et honor. l. 11. C. de adpellat.* Nam *ciues* vel origo, vel manumiſſio, vel adlectio, vel adoptio, INCOLAS vero domicilium facit. *l. 7. C. de incol. Lib. X.*

INCOLATVS. *l. 34. D. ad municipal. l. 5. l. 12. l. 46. l. 52. l. 141. C. Theod. de decurion.* [vbi in *l. 52.* male, vt videtur, legitur INCOLONATVS.]

INCOLERE. In ea prouincia, quam INCOLIT. *l. 7. §. 11. D. de interd. et relegat.*

INCOLORATE reſtitui deſiderantem. *l. 18. D. de minor.* COLORATE, inquit V. C. Car. Andr. Duck. *de Latin. iuriſconſ. p. 322. habet Quinctilian. Declam. CCLXXXV.* COLORATE *adfert quidem iſte tale patrocinium Itaque nec* INCOLORATE *reiiciendum opinor.* HEIN.

INCOLVMIS, E, ſanus, ſaluus. INCOLVMIS actio perſeuerat: *l. 1. C. de commun. rer. alien.* INCOLVMES aedes, id eſt, integrae, non vitioſae: *l. 13. §. 2. D. de damn. infect.* INCOLVMES filii: *l. 1. C. de ſumt. recup. Lib. X.* INCOLVME ius proprietatis: *l. 16. C. de don. int. vir.* INCOLVMIS libertas: *l. vlt. C. de poſtlim. reuerſ.* liberi: *l. 1. §. vlt. l. 2. §. 2. D. de vacat. et excuſ. l. 30. D. de ſolution. l. 1. C. qui num. liber.* INCOLVMIA manere: *l. 3. D. de interd. et relegat.* Vt quartam partem debitae ab inteſtato portionis praeſtet INCOLVMEM. *l. 2. C. de inoffic. teſt.* ¶. 2. [INCOLVMES liberi, in legibus ſupra laudatis, ſpeciatim ſunt ſuperſtites, vti explicatur in *pr. Inſt. de excuſat. tut.* vel viui, vt *l. 2. §. 4. D. eod. tit.*] Quinque INCOLVMIVM liberorum pater: *l. 4. D. de mun. et honor. l. 1. C. de legation.* Cicero *Lib. I. de Inuent. Cap. 30. Nemo eſt, qui non liberos ſuos, et* INCOLVMES, *et beatos eſſe, cupiat.*

INCOMMODARE. Si INCOMMODATVR ad vſum manus: *l. 14. §. 6. D. de Aedil. edict.* INCOMMODARE nauigationem, *l. 1. §. 15. D. de flumin.* id eſt, difficiliorem facere, vel prorſus impedire.

INCOMMODE. Non INCOMMODE dici poteſt: *l. 1. §. 4. D. de collat.* Non INCOMMODE poteſt adhiberi diſtinctio: *l. 95. §. 5. D. de ſolut.* [Quicumque locus in palatio huius vrbis priuatis aedificiis INCOMMODE occupatus eſt. *l. 47. C. Theod. de operib. publ. Lib. XV. tit. I.*]

INCOMMODITAS incidit arbitro;

tro: *l. 16. D. de recept. arbitr.* Sine INCOMMODITATE eius, cuius ager eſt: *l. pen.* §. 2. *D. de rut.* INCOMMODITATEM pati: *l. 3. §. 4. de alien. iudic. mut.* INCOMMODITAS riui. *l. 1. §. 6. D. de itin. actuqu. priu.*

INCOMMODVM, ſubſtantiue, quaeuis moleſtia. Hinc opponuntur COMMODVM, et *incommodum* perſonae: *l. 137. §. 4. D. de verb. oblig.* COMMODA et *incommoda* hereditaria: *l. 1. D. de bonor. poſſeſſ.* Iunguntur etiam COMMODVM INCOMMODVMQVE emtoris. *l. 7. D. de peric. et comm.* Secundum naturam enim eſt, cuiusque rei commoda eum ſequi, quem ſequuntur INCOMMODA: *l. 10. D. de regul. iur.* Si plus INCOMMODI, quam *commodi* haec bonorum poſſeſſio habeat: *l. 11. D. eod. tit.* Inter coheredes *commoda* et INCOMMODA communicantur. *l. 19. D. fam. erciſc.* ¶. 2. Huc pertinent loquutiones: Si factum eius INCOMMODVM circa colentibus adferat: *l. 1. §. 4. D. ne quid in flum. publ.* INCOMMODO adfici: *l. 15. D. ſi quis omiſſ.* INCOMMODVM aquae: *l. 1. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu.* Quod INCOMMODI cauſſa fit: *l. 1. §. 2. D. ne quid in loc. ſacr.* cum INCOMMODO accedentium: *l. 1. §. 4. D. ne quid in flum. publ.* alicuius: *l. 2. §. 16. D. ne quid in loc. publ.* pupilli: *l. 45. §. vlt. D. de excuſat.* Ex INCOMMODO dando illis: *l. 26. §. vlt. D. de oper. libert.* Aliquam partem paruulam INCOMMODI ſuſtinere: *l. 37. D. locat.* [Reipublicae INCOMMODVM eſt, curias hominum paucitate langueſcere: *l. 32. C. Theod. de decurion.*] INCOMMODVM ſentit: *l. 4. D. de nouat.* Illud INCOMMODI ſequitur: *l. 5. §. 4. D. de nou. op. nunc.* Sine magno INCOMMODO: *l. 35. D. de Aedil. edict.* Sine INCOMMODO heredis: *l. 3. D. de ann. legat.* litigantium: *l. 59. D. de iudic.* Quum ſine INCOMMODO meo potero: *l. 125. D. de verb. ſignif.* Sine INCOMMODO publico: *l. 14. D. de ſeruit.* rei familiaris: *l. 96. D. de legat. I.* Si cum aliquo INCOMMODO vtatur. *l. 1. §. vlt. D. ſi vſusfr. petat.* ¶. 3. [INCOMMODVM, pro poena. Sic INCOMMODVM deportationis: *l. 92. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.* Quinque librarum auri mulctetur INCOMMODO. *l. 18. C. Theod. de diuerſ. offic. Lib. VIII. tit. 7.*]

INCOMMODVS, A, VM. INCOMMODIOR exhibitio: *l. 15. D. ad exhib.* Per quod INCOMMODIOR fit vſusfructus. *l. 19. §. vlt. D. de vſufr.*

INCONCVSSVS, A, VM. [INCONCVSSA aeternitas: *l. vlt. C. Theod. de conſ. Lib. XIII. tit. 10.* Volumus INCONCVSSVM aeternumque durare: *l. 6. C. Theod. de domeſt. et protect. Lib. VI. tit. 24.*] INCONCVSSA firmitas: *l. 30. in fin. C. de donat.* INCONCVSSVM ius: *l. 5. C. de liber. cauſſ.* [*l. 9. C. Theod. de oper. publ.*] INCONCVSSA poſſeſſio: *l. 4. C. quib. non obiic.* [INCONCVSSVM robur. *l. 50. C. Theod. de oper. publ.*]

INCONGRVENS eſt, vxorem marito annuum praeſtare: *l. 33. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* INCONGRVENS inſinuatio: *l. 17. in fin. C. de teſtam.* INCONGRVENS videbatur. *l. 4. §. 1. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.*

INCONGRVVS, A, VM. [INCONGRVVS iudex: *l. 1. C. de iuriſd. omn. iudic.* Ea voce praeter *Veget. Lib. II. Cap. 19.* vtuntur Apuleius *Lib. III. de habit. doctr. Plat.* et Symmach. *Lib. IV. Epiſt. 8.* vt adeo e cenſu Latinarum non videatur penitus excludenda, quamuis INCONGRVENS Latinius dici, non negemus.]

INCONSIDERANTER. *l. 3. §. 17. D. de ſuſp. tut.*

INCONSVLTE, id eſt, inconſulta facilitate, vel leuitate. Non INCONSVLTE accidens damnum, ſed fato: *l. 11. §. 4. D. de minor.* INCONSVLTE adita hereditate: *l. 3. D. de condict. indeb.* Ne minores INCONSVLTE libertatem amittant: *l. 16. C. de liber. cauſſ.* Minor INCONSVLTE praedia in ſolutum dedit: *l. 40. §. vlt. D. de minor.* INCONSVLTE deleta: *l. 12. C. de teſtam.* INCONSVLTE iurare: *l. 2. C. ad leg. Iul. maieſt.* id eſt, προπετῶς, vt in *l. 13. §. vlt. D. de iureiur.* ſeu calore quodam, vt *l. 2. C. de reb. cred.* Si INCONSVLTIVS hoc fecerit, id eſt, non optimo conſilio vſus. *l. 67. §. vlt. D. de rit. nupt.*

INCONSVLTO, id eſt, imprudenter, inconſiderate, per imprudentiam. Vnde INCONSVLTO et *conſulto* opponuntur. *l. 1. §. 1. §. 3. D. de his, quae in teſtam. del.* INCONSVLTO deletum nomen heredis. *l. 1. D. ſi tab. teſtam. null. exſt.*

INCONSVLTVS, A, VM. Vt INCONSVLTI animi a repudio mittendo detrimento retrahantur: *l. 8. C. de repud.* INCONSVLTVS calor calumniae vitio caret: *l. 1. §. 5. D. ad SC. Turpill.* Qui INCONSVLTO calore ducti adulteros interfecerunt: *Collat. leg. Moſaic. et Rom. tit. IV. §. 3.* In rixam INCONSVLTO calore lapſus: *l. 5. C. de iniur.* Si INCONSVLTO dolore adulterum interemit: *l. 4. C. ad leg. Iul. de adulter.* INCONSVLTO errore lapſus: *l. 1. C. ſi mai. fact. alienat. fact. ſine decreto rat. habuer.* INCONSVLTA facilitas: *l. 11. §. 4. D. de minor.* INCONSVLTO praetore: *l. 5. §. 4. et §. 5. D. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur.* *l. 8. §. 14. D. de transact.* id eſt, ſine praetoris auctoritate, *vt ibidem.* INCONSVLTO principe: *l. 13. D. de transact. l. 6. §. 1. D. de cadau. punit.* INCONSVLTIS principibus. *l. 46. §. 7. D. de iure fiſci* [*l. un. C. vt armor. vſ. Lib. XI. tit. 46.*]

INCONVENIENS, id eſt, incongruens, et indecorum. *l. 34. D. de oper. libert.* [*l. 2. §. 31. D. de orig. iur.*] INCONVENIENS bellico operi, id eſt, inhabilis. *l. 23. C. Theod. de decurion.*

INCORPORALIS, E. Ius INCORPORALE poſſideri non intelligitur: *l. 4. §. 27. D. de vſurp. et vſuc.* INCORPORALIA iura: *l. 3. §. et nemo C. de quadr. praeſcript.* INCORPORALES res, *corporalibus* aduerſantur.

Sunt

Digitized by Google

Sunt autem tales, quae tangi non poſſunt, qualia ſunt ea, quae in iure conſiſtunt, ſicut hereditas, vſusfructus, obligationes, quoque modo contractae, item ſeruitutes praediorum vrbanorum et ruſticorum: *l. 1. §. 1. D. de rer. diuiſ. §. vn. Inſt. de reb. corpor. et incorpor.* Seruitutes etiam praediorum, ruſticorum, etiamſi corporibus accedunt, INCORPORALES tamen ſunt: *l. 14. D. de ſeruit.* INCORPORALES res, quae in iure conſiſtunt, velut vſusfructus, et ceterae ſeruitutes. *l. vlt. §. vlt. C. de praeſcript. long. temp.* INCORPORALES res traditionem et vſucapionem non recipere, manifeſtum eſt. *l. 43. §. 1. D. de adquir. rer. dom.*

INCORPORATIO bonorum, ad fiſcum deuolutorum. *l. 1. l. 2. l. vlt. C. Theod. de incorporat.*

INCORPORATVS, A, VM. *l. 1. C. Theod. de bon. proſcript.*

INCORRVPTVS, A, VM. [INCORRVPTA ordinis adſtipulatio: *l. 177. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*] INCORRVPTVM depoſitum: *l. vlt. D. depoſ.* INCORRVPTA fides inſtrumentorum: *l. 11. C. de fid. inſtrum.* INCORRVPTVM ius: *l. 9. D. de liber. cauſſ.* INCORRVPTA obligatio: *l. 26. §. 4. D. de condict. indeb.* INCORRVPTIS probationibus: *l. 1. C. quib. ex cauſſ. ſeru.* INCORRVPTAS villas habere. *l. 25. §. 3. D. locat. conduct.*

INCREDIBILIS, E. Multa tam varia et INCREDIBILIA creduntur. *l. 3. D. ſi pars hered. pet.* INCREDIBILE eſt: *l. 6. D. de ſeru. export.* *Ante quatuordecim annos* INCREDIBILE eſt *adulterii crimen.* Quinctilian. *Declam. CCCLV.* INCREDIBILE eſt, diligentem et ſtudioſum patremfamilias in aliquo facile erraſſe: *l. 23. D. de probat.* INCREDIBILE eſt, liberum hominem, vt vinculis perpetuis contineretur, eſſe damnatum. *l. 6. C. de poen.*

INCREDIBILITAS. INCREDIBILITATIS praetextu patientiam adumbrare. *l. 29. D. ad leg. Iul. de adult.* Alibi vix legitur hoc vocabulum. Immo in hac ipſa *l. 29.* vulgata editio habet INCREDVLITAS, quo et Apulei. *Lib. I. Metam. p. 111.* vſus eſt. HEIN.

INCREMENTVM, generaliter pro quolibet augmento ponitur. Et ita alluuio definitur eſſe INCREMENTVM latens: *§. 30. Inſt. de rer. diuiſ.* ſimiliterque in alluuione latitare INCREMENTVM, ait Vlpianus in *l. 9. §. 4. D. de vſufr.* ¶. 2. Huc pertinent loquutiones: Actionis, quae per inficiationem creſcit, INCREMENTVM: id eſt, duplum. *l. 20. §. 4. D. de her. petit.* INCREMENTA aetatis: *l. 10. §. vlt. D. de alim. et cibar. legat.* Omne artificium INCREMENTA recipit: *l. 65. §. 3. D. de legat. III.* INCREMENTVM conductioni factae offerre: *l. 2. C. de reb. ciuit. Lib. XI.* Qui INCREMENTVM doti dedit; *l. 2. C. de dot. caut.* Negotiatio pro INCREMENTO facultatium exercenda eſt: *l. 5. §. 8. D. de iur. immunit.* INCREMENTO gregis foetus accedunt: *l. 10. D. de vſur.* INCREMENTVM negotiationis: *l. 58. D. de adm. et peric. tut.* INCREMENTO ſuo Nilus Aegyptum operit: *l. 1. §. 5. D. de flumin.* INCREMENTA Nili: *l. 10. D. de extr. crimin.* INCREMENTA Nilotica, apud Apulei. *Lib. II. Metamorph. p. 127.* Plin. *Lib. V. Cap. 9. Iuſtum,* ait, *Nili* INCREMENTVM *eſt cubitorum decem et octo.* Rurſus *eodem capite: Cauſſas huius* INCREMENTI *varias prodidere.* Vide etiam de INCREMENTO Nili eumdem *Lib. XVIII. Cap. 18.* INCREMENTVM peculii: *l. 56. D. ad leg. Falcid. l. 47. §. 2. D. de pecul.* Omnia INCREMENTA peculii, quoquo modo adquiſita: *l. 57. D. eod. tit.* INCREMENTA ex rebus peculiaribus. *l. 8. §. vlt. D. de pecul. leg.* ¶. 3. INCREMENTVM, ſpecialiter pro acceſſionibus, fructibus, vel vſuris vſurpatur. Cum INCREMENTO fideicommiſſum praeſtare: *l. 43. §. 2. D. de legat. II.* Ex INCREMENTO et fructibus ſummae: *l. 27. §. 16. D. ad SC. Treb.* INCREMENTO fructuum augetur portio hereditatis: *l. 9. D. famil. ercíſc.* Quod de frumentaria ratione in alium vſum conuerſum eſt, ſua cauſſa cum INCREMENTO debito reſtituatur: *l. 2. §. 2. D. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert.* Cum INCREMENTO reſtituere hereditatem rogatus heres: *l. 3. §. 5. D. de SC. Trebell.* Sueton. *in Auguſto Cap. LXVI. Legata vel partes hereditatum, a quibuscumque parentibus relicta ſibi, aut ſtatim liberis eorum concedere, aut, ſi pupillari aetate eſſent, die virilis togae, vel nuptiarum, cum* INCREMENTO *reſtituere conſueuerat.* Id eſt, μετὰ προσόδων, vt Dio *Lib. LVI. p. 591.* vbi haec, quae modo citaui, Suetonii verba Graece ita referuntur: Καὶ τοῖς παισὶν, ὧν μικρῶν ἔτι ὄντων, τοὺς πατέρας τῶν ἀστῶν ἐκεκληρονομήκει, προσέταξε πάντας, μετὰ τῶν προσόδων, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν ἀποδοθῆναι, ὅπερ που καὶ ζῶν ἐποίει, εἰ γάρ τινα τέκνα ἔχοντα διεδέξατο τοῖς παισὶν αὐτοῦ παντὸς, εἰ μὲν ἤδη τότε τέλειοι ἦσαν, εὐθὺς, εἰ δὲ μὴ, μετὰ τοῦτο πάντα ἀπεδίδου. *Pueris etiam, quorum paternas, ipſis adhuc puerilem aetatem agentibus, hereditates adierat, patrimonia cum* INCREMENTO *iuſſit reddi, ſimul ac virilem aetatem attigiſſent, quod idem ſuperſtes etiam obſeruauerat, vt, ſi cuius heres fieret, cui liberi eſſent, omnino his paterna bona, vel ſtatim, ſi adulti eſſent, vel poſtea, omnia reſtitueret.* Ex INCREMENTO ſummae eos alere te volo: *l. 9. pr. D. de alim. vel cibar. leg.* INCREMENTVM vſurarum: *l. 24. D. depoſ.* Ne commodorum commoda, et vſurae vſurarum INCREMENTVM faciant. *l. 2. §. 5. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.*

INCRESCERE, Φυσικῶς dicitur aqua imbri. *l. 1. §. 16. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* At vereor ego, vt ibi locus ſit verbo INCRESCERE. Quem enim ſenſum habent verba: *Creſcere eam aquam, quae colorem mutet, et* INCRESCAT? Acutum hic vidiſſe crediderim Radulph. Forner. *Rer. quotid. Lib. I. Cap. 16.* ſubſtituentem *nigreſcit.* Nam et quod de *colore mutato* praecedit, id poſtulat, et ea emendatio ſatis conuenit veterum ſententiae, qui aquam fluctibus nigreſcere exiſtimabant. Gell. *Lib. II. Noct. Attic. Cap. vlt.* HEIN.

INCRVSTARE parietem. *l. 13. D. de ſeru*

ſeru. vrb. praed. id eſt, *cruſta marmoris operire*, vti loquitur Plin. *Lib. XXXV. Cap. 6.* ſeu marmore, in tenues cruſtas, ſeu lamellas, ſecto tegere; quod vtique in vſum luxuria inuenit. M. Seneca *Lib. II. Controu. 1. In hos ergo exitus varius ille ſecatur lapis, vt tenui fronte parietem tegat.* Lucan. *Lib. X. v. 114.*

Nec ſummis CRVSTATA *domus, ſectiſque nitebat*
Marmoribus.

L. Seneca *Epiſt. LXXXVI. Pauper ſibi videtur ac ſordidus, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint.* Marmor autem vt in eam rem ſecaretur, Plin. *Lib. XXXV. Cap. 30.* tradit his verbis: *Arena hoc fit, et ſoeno videtur fieri, terra in praetenui linea premente arenas, verſandoque tractu ipſo ſecante,* Quem locum, ſuppreſſo auctoris nomine, transſcripſit Iſidor. *Lib. XIX. Orig. Cap. 10.*

INCRVSTATIO. *d. l. 13. D. de ſeru. praed vrb.* Vnde INCRVSTATIONES in impenſis voluptariis numerantur. *l. 79. D. de verb. ſignif.* Ceterum INCRVSTATIONES a tectoriis eo differunt, quod illae ſolido de marmore, ſubductis et detractis cruſtis, parietes operirent, his vero e marmore contuſo, cribriſque excreto, et arenato, cum calce mixto, parietes inducerentur, diligentique fricatione laeuigarentur, vt Vitruu. *Lib. VII. Archit. Cap. 6.* docet.

INCVBARE, vt Seru. in *Lib. I. Aen. v. 93.* ad verba: *Ponto nox INCVBAT atra.* ſcribit, *proprie eſt, per vim rem alienam velle retinere.* Vnde

INCVBATIO, detentatio rei: *l. vlt. C. ne rei domin.* [INCVBATIO diuturna: *l. 15. C. Th. de iur. fiſc.* quae in eadem lege longi temporis praeſcriptio dicitur.] Et

INCVBATOR, adpellatur iniuſtus poſſeſſor. B. Auguſtin. *Homil. XXX. Non erit vox iuſti poſſeſſoris, ſed impudentis* INCVBATORIS *improbitas.* Et ita INCVBATORES, pro iniuſtis detentoribus, in *l. 20. C. Theod. de pagan. ſacrif.* Hinc et Seru. *in Lib. VII. Aen. v. 266.* tyrannum ex ſuorum temporum vſu loquendi *imperii* INCVBATOREM interpretatur.

INCVLPATIM. *l. 20. C. Theod. de palatin. ſacr. largit.*

INCVLPATVS, A, VM. qui culpa caret. *l. 34. §. 4. D. de legat. II.* Macrob. *Lib. VI. Saturn. Cap. 7. Omnis culpae priuatio* INCVLPATVM *facit.* Hinc honeſtae et INCVLPATAE vitae teſtis, et *notatus* et *reprehenſibilis.* aduerſantur. *l. 3. D. de teſtib.* INCVLPATA eſt mora: *l. 9. §. vlt. D. de vſur.* id eſt, reprehenſione caret. INCVLPATAE tutelae moderatio. *l. 1. C. vnde vi.*

INCVLTVS, A, VM. INCVLTI agri. *l. 7. D. de iure delib.*

INCVMBERE, detinere. INCVMBERE bonis alienis, velut praedonem: *l. 3. §. 15. D. de ſuſpect. tut.* pignori: *l. 55. D. de furt. §. 14. Inſt. de obl. quae ex delict.* poſſeſſioni bonorum: *l. 1. §. 1. D. vt legit. ſeu fideic. l. 8. C. quom. et quand. iud.* ciuiliter aut naturaliter: *l. 3. §. vlt. D. ad exhib.* corpore et animo: *l. 19. D. de adquir. poſſeſſ.* poſſeſſioni rei obligatae: *l. 1. C. ſi aduerſ. cred. praeſcr.* INCVMBERE rei alienae. *l. 2. C. de fructib. et lit. expenſ.* ¶. 2. INCVMBERE alicui dicitur id, cuius onus ei iniunctum, neceſſitasue impoſita eſt. Nam nec ipſi domino haec INCVMBEBAT cautio: *l. 39. §. 2. D. de procurat.* Cui praecipua cura rerum INCVMBIT: *l. 57. D. de verb. ſignif.* Heredi defenſio mortis incumbit: *l. 5. §. vlt. D. de SC. Silan.* Accuſandi neceſſitas INCVMBIT domino: *l. 5. D. de accuſat.* Nec adpellandi tibi neceſſitas INCVMBEBAT: *l. vlt. C. de filiiſ. et quemadm. Lib. X.* INCVMBEBAT ei neceſſitas prouocandi: *l. 8. §. 8. D. mand.* probandi: *l. 37. D. de liberal. cauſſ. l. 22. D de probat.* Paull. *Lib. I. Sent. tit. 13. §. 7.* neceſſitas probationis: *l. 2. l. 16. C. de probat.* Iudici omnium rerum officium INCVMBIT, quaecumque in iudicio verſantur: *l. 25. §. 8. D. de Aedil. edict.* Vſufructuario hoc onus INCVMBIT: *l. 64. D. de vſufr.* onerum eorum releuandorum cauſſa, quae in parietem INCVMBVNT: *l. 28. D. de damn. infect.* INCVMBIT onus probandi: *l. 20. C. de probat.* onus probationis: *l. vlt. C. de ſolut.* Vnicuique pro parte hereditaria preſtatio INCVMBIT: *l. 139. D. de verb. oblig.* INCVMBIT probatio. *l. 1. l. 2. D. de probat. l. 14. D. de Carbon. edict. l. 1. §. 13. D. de magiſtrat. conuen.*

INCVNCTABILIS, E. INCVNCTABILE eſt, id eſt, nullam habet dubitationem. *l. 21. D. de teſtib.*

INCVNCTANTER. *l. 20. D. de manum. vind.* [*l. 58. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

INCVRIA, Feſto negligentia eſt. Per INCVRIAM domini: *l. 5. C. vnde vi.* INCVRIA necatus: *l. 5. §. vlt. D. de SC. Silan.* id eſt, per ſeruorum incautam negligentiam. INCVRIA ſupponentis ignem. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 20. §. 5.*

INCVRRERE, eſt incidere, emergere, interuenire. Sic INCVRRERE aculeus legis: *l. 1. C. vt intr. cert. temp.* quamuis temporis INCVRRAT compendium: *l. 17. §. vlt. D. de caſtr. pecul.* maieſtatis crimen INCVRSVRVS eſt: *l. 1. C. de priuat. carcer.* INCVRREBAT haeſitatio: *l. 42. D. de mort. cauſſ. donat.* INCVRRERE in legem: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 12.* Si, fune rupto, aut quum a nullo regeretur, nauis INCVRRISSET: *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill.* INCVRRERE periculum: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 13. B. §. 5.* [Nihil penitus nec praeiudicii, nec iniuſti diſpendii cuicumque INCVRRET: *l. 12. §. 2. C. de reb. cred.*] Si quis ſtilum praeſcriptionis INCVRRERIT: *l. 7. C. de bon. proſcript.* id eſt, exceperit, vt *l. 9. C. eod. tit.* Si nulla fraudis INCVMBAT ſuſpicio: *l. 3. D. de ſeparat.* In

his,

Digitized by Google

his, quae extra teſtamentum INCVRRERENT: *l. 16. D. de cond. et demonſtr.* INCVRRIT tractatus: *l. vlt. D. ſi pars hered.* vitium. *l. 13. ſ. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.*

INCVRSVS, VS, id eſt, impetus fluminis: Plin. *Lib. X. Epiſt. 73.* hoſtium: *l. 15. ſ. 1. D. locat. l. 18. D. commodat.* hoſtilis: *l. 1. C. de commod.* latronum: *l. 24. D. locat. l. 50. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 18. D. commod. l. 1. C. depoſ.* [Reciprocos poenae ſortiatur INCVRSVS: *l. 7. C. Theod. de accuſ. et inſcript. Lib. IX. tit. 1.* obſcura phraſis, de cuius genuina ſignificatione diſputat ibi Iac. Gothofredus.] praedonum: *l. 1. ſ. 1. D. de obl. et act.* id eſt, impetus, vt *l. 23. in fine D. de reg. iur.*

INCVS, DIS, eſt, vt ait Papias, inſtrumentum, *quo fabri ferrum domant.* Si INCVDEM aut malleum fregit faber. *l. 2. §. 1. D. de lege Rhod.*

INCVSTODITVS, A, VM. INCVSTODITAE aediculae. *l. 19. D. ad leg. Iul. pecul.*

IND.

INDAGATIO, NIS, id eſt, inueſtigatio, vel inquiſitio: *l. 9. C. ad leg. Corn. de falſ.* ſeuera: *l. 20. Cod. Theod. de exaction.* ſeuera per tormenta: *l. 3. C. Theod. de quaeſtion.* Sera INDAGATIONE detractus. *l. 83. C. Theod. de decurion.*

INDAGO, INIS, eſt retium, ſeu plagarum ambitus, quo ſiluae colleſque a venatoribus, ferarum includendarum cauſſa, cinguntur. INDAGINEM plagis poſitis a venatore emere: *l. 11. ſ. vlt. D. de act. emt.* Tibull. *Lib. IV. Eleg. 3. v. 7.*

Denſos INDAGINE *colles*
Claudentem.

Ouid. *Lib. VII. Metam. v. 767.*

Venimus, et latos INDAGINE *cinximus agros.*

Lucan. *Lib. VI. v. 42.*

Et vaſta ſiluas INDAGINE *clauſit.*

Silius Italic. *Lib. X.*

Tacitoque premens veſtigia roſtro,
Luſtrat inacceſſos venantum INDAGINE *ſaltus.*

Idem *Lib. XIII.*

Moenia flexa ſinu, ſpiſſa vallata corona,
Alligat, et telis in morem INDAGINIS *ambit.*

Stat. Papin. *Lib. III. ſilu. 5. v. 8.*

Non grege Maſſylo curuaque INDAGINE *clauſus.*

Idem *Lib. II. Thebaid. v. 553.*

Vt clauſos INDAGINE *proferet*
In medium vox prima feras.

Symmach. *Lib. II. Epiſt. 37. Interea loci ferarum domus* INDAGO *ſollicitat.* ¶. 2. Atque haec eſt propria huius verbi ſignificatio, quae ad alia quoque μεταφορικῶς transfertur. Quinctilian. *Declam. CCLII. Hac lege omnem malitiam, velut quadam* INDAGINE *cinxerunt, vt quidquid aliarum legum effugiſſet auxilium, quaſi extrinſecus circumdaretur.* Flor. *Lib. III. Cap. 6.* de bello piratico: *Quidquid piratarum fuit, quadam* INDAGINE *incluſum, et oppreſſum eſt.* ¶. 3. INDAGO pro indagatione. *l. 22. C. ad leg. Corn. de falſ. l. 2. C. Theod. eod. tit. l. 2. C. Theod. ſi vag. pet. manc. l. 45. C. Theod. de decurion. l. 1. C. eod. de frum. vrb. Conſtant.*

INDE, proinde. INDE dicimus: *l. 7. D. quand. dies leg.* INDE quaerit Iulianus: *l. 14. ſ. 1. D. quand. dies legat.* INDE quaeritur: *l. 1. ſ. 10. D. de op. nou. nunc. l. 16. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 6. ſ. 2. D. de aqu. et aqu. pluu.* INDE Neratius ſcribit. *l. 23. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. INDE, pro loco, ex quo: INDE, id eſt, ex domo ſua. *l. 8. D. de diuort.*

INDEBITE, [Iniuſte, ſine re. Sic habitum philoſophiae INDEBITE, ac inſolenter vſurpare dicuntur, qui nullo ſuo merito et indigni eumdem vſurpant. *l. 8. C. de profeſſ. et medic.*
¶. 2. Alio ſenſu vocula haec reperitur in *l. 25. ſ. vlt. D. de probat.* eo ſcilicet, quo INDEBITO dixit Vlpianus, *l. 25. D. de condict. indeb.* de eo, quod non debetur, quamuis pro aduerbio adiectiuum INDEBITA nonnullae editiones reponant.]

INDEBITVS, A, VM. INDEBITVM ſolutum accipimus, non tantum quod omnino non debetur, ſed et quod alii debetur, ſi alii ſoluatur. *l. 65. §. vlt. D. de condict. indeb.* immo et, quod per aliquam exceptionem perpetuam peti non poteſt. *l. 26. ſ. vlt. D. eod. tit.* Vetus Gloſſarium Graecum INDEBITVM interpretatur κατὰ πλάνην καταβληθὲν *per errorem ſolutum.* Nam per errorem, non item conſulto dati, repetitio eſt. *l. 54. D. de reg. iur.* Vnde idem vetus Gloſſarium: INDEBITI, ait, CONDICTIO, ἐν κινῶ εἰς ἀπαίτησιν τοῦ κατὰ πλάνην καταβληθέντος ὥσπερ εἰ κατὰ πλάνην ἔδοξέ τινα χρεωστεῖν ρ νομίσματα ἀντὶ ν, καὶ κατέβαλεν αὐτά· *quam moueo ad repetendum id, quod per errorem ſolutum: veluti ſi per errorem quis putarit, ſe debere centum, quum quinquaginta debeat, et tantum ſoluerit.* INDEBITVM ergo ſolutum, quum de repetitione agitur, eſt non debitum, per errorem ſolutum. *ſ. 6. Inſt. de oblig. quae quaſi ex contr. §. 1. Inſt. quib. mod. re contr. oblig.* Et ita INDEBITVM *ſolutum* accipe in *l. 50. D. de ſolut. l. 16. D. rat. rem habit.* Sic INDEBITI actio: *l. 8. D. de aliment. vel cibar. leg.* quae paſſim *condictio* INDEBITI. INDEBITA iure gentium pecunia: *l. 47. D. de condict. indeb.* Quinctilian. *Declam. CCLXIX.* INDEBITAM *pecuniam ab amico peto in frumento.* Debiti enim vel non debiti ratio in condictione naturaliter intelligenda eſt; *l. 64. D. eod. tit.* INDEBITO ſoluto. *l. 65. ſ. 6. D. eod. tit.* ¶. 2. [INDEBITVS honor dicitur, qui ante tempus adripitur. *l. 4. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] ¶. 3. [INDEBITAE lucis vſurpandae mora, induciae, quae reis condemnatis conceduntur. *l. 7. C. Theod. quor. adpell. non recip. Lib. XI. tit. 36.*]

INDECORE. *l. 48. D. de operis libert.* et apud Caſſiod. *Lib. II. Var. Cap. 34.*

INDECORVS, A, VM. INDECO-

CORVM eſt, patrem a filio regi. *l. 12. D. de tutor. et curat. dat.*

INDEFENSVS, A, VM, qui non defenditur. *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.* Tutoris praecipuum eſt officium, ne INDEFENSVM pupillum relinquat: *l. 30. D. de adminiſtr. et peric.* Contra pupillum INDEFENSVM: *l. 54. D. de re iudic.* INDEFENSI minores: *l. 45. §. vlt. D. eod. tit. l. 4. C. ſi aduerſ. rem. iudic.* id eſt, defenſione iuſta, et curatoris auxilio, deſtituti, vt loquitur *l. 6. C. quom. et quand. iud.* Abſens et INDEFENSVS: *l. 2. C. de contr. iudic. l. 3. C. quom. et quand. iud. l. 1. D. de negot. geſt.* INDEFENSVS ſeruus, *l. 23. D. de pecul.* quem dominus vel alius, noxali iudicio non defendit: INDEFENSAM perſonam relinquere: *l. 29. D. de noxal. act.* INDEFENSA perſona: *l. 5. §. 20. D. vt in poſſeſſ. legat.* INDEFENSVM ius: *l. 40. §. 1. D. de heredit. petit.* INDEFENSA reſpublica: *l. 1. C. de iur. reip.* INDEFENSVS autem recte dici non poteſt, qui dominum praeſentem non habuit. *l. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor.*

INDEMNATVS, A, VM, non damnatus. INDEMNATVS cuſtodia defunctus: *l. 9. D. qui teſt. fac. poſſ.* id eſt antequam de eo iudicium redditum, et pronunciatum eſſet, vt *l. 2. §. vlt. D. de bon. eor. qui ante ſent.* Cicero *pro domo Cap. IV. Poteſt igitur damnati poenam ſuſtinere* INDEMNATVS? Et in L. Piſon. *Cap. XIII.* INDEMNATI *ciuis atque integri capitis praeſcriptio.*

INDEMNIS, E. INDEMNIS adpellatur, qui damnum non ſentit, qui nullo damno adficitur. Hinc INDEMNES fieri et *damnum ſentire*, opponuntur. *l. 5. §. 16. D. de tributor. act.* INDEMNIS emtor diſcedere debet: *l. 27. D. de Aedil. edict.* Cauere coheredi, INDEMNEM eum fore: *l. 29. D. famil. ercifc.* Si cauerit, INDEMNEM hoc nomine heredem futurum: *l. 29. §. vlt. D. de iur. dot.* INDEMNES eſſe oportere: *l. vlt. §. 6. D. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* INDEMNEM praeſtare: *l. 17. D. de admin. et peric. l. 31. D. de pign. act. l. 16. C. de iure dot. l. 29. § vlt. de Aedil. edict. l. 70. D. de legat. I. l. 19. §. 2. D. ad SC. Vellei.* INDEMNES ſocios praeſtare: *l. 23. D. pro ſoc.* INDEMNEM praeſtari ab herede: *l. 14. §. 1. D. de religioſ.* a coherede: *l. 38. D. de condict. indeb.* INDEMNES praeſtari coheredes. *l. 107. D. de legat. I.*

INDEMNITAS, damni reſtitutio. Actio cum ſua INDEMNITATE competit: *l. 23. D. de dolo mal.* De INDEMNITATE cauere: id eſt, ſatisdato cauere alicui, INDEMNEM eum futurum, eius negotii nomine, quo de agatur: *l. 16. §. 14. D. ad SC. Trebell. l. 29. D. fam. ercifc. l. 29. D. de iur. dot.* Non ante ſoluere legatum cogendus eſt, quam ei cautum fuerit de INDEMNITATE: *l. 7. D. de dot. praeleg.* Niſi prius de INDEMNITATE cautum: *l. 59. D. ad SC. Trebell.* INDEMNITATIS cautio: *l. 14. §. vlt. D. eod. tit.* INDEMNITATI conſulere: *l. 1. C. ne pro dote. l. 32. D. de negot. geſt. l. 4. C. commun. vtr. l. 2. C. ſi aduerſ. libert. l. 2. §. vlt. C. ſi propt. publ.* INDEMNITATEM conſequi iudicio: *l. 1. §. 5. D. de contrar. tut.* INDEMNITATEM praeſtare: *l. 63. D. de legat. II. l. 11. C. de adm. tut. l. 8. D. de magiſtr. conuen. l. 19. C. famil. ercifc.* Vt INDEMNITATEM fiſco praeſtarent: *l. 5. C. de ſent. et interloquut.* INDEMNITATEM reipublicae praeſtari iuſſit: *l. 2. C. de ſent. quae ſine cert. quantit.* INDEMNITATI proſpicere: *l. 3. C. fam. ercifc. l. vlt. C. de in lit. iur.* INDEMNITATE repromiſſa: *l. 1. C. de conuen. fiſci deb.* INDEMNITATI ſatisfacere: *l. 36. §. vlt. D. ad municipal. l. 1. l. 4. C. de magiſtr. conuen. l. 2. l. 3. C. de conuen. fiſc. debit.* INDEMNITATI fiſcali ſatisfieri: *l. 15. C. de donat.* [INDEMNITATIS ſecuritatem conſequi: *l. 3. C. de conuen. fiſci deb.*] INDEMNITATEM ſeruare per arbitrum. *l. 38. D. de Aedil. edict.*

INDERE, [INDITA actis: *l. 15. C. de adpell. et conſult. l. 9. C. Theod. eod. tit.* id eſt, actis inſerta, vel in acta relata.] INDERE quid in aurum, argentum, aes publicum: *l. 1. D. ad leg. Iul. peculat.* Pretium, quod dotali inſtrumento INDITVM eſt: *l. 6. C. ſolut. matrim.* Si vera ſunt, quae precibus INDIDISTI. *l. 18. C. de probat.*

INDEVOTIO *heredit*, legitur in *l. 1. in fine D. de penu leg.* quae tamen verba Triboniani magis, quam Vlpiani, phraſin ſapiunt, vt ex *l. vlt. C. de fideic. libert. l. vlt. C. de teſtam. manumiſſ. l. 35. C. de donat.* colligitur. Quamquam INDEVOTIONIS vocem a barbarie adſerit Ambroſ. *de Elia Cap. XVII.* quo peregrinum quidem receptum tamen bibendi pro ſalute principis morem, iam inde ſuis temporibus inualuiſſe, oſtendit. *Quid memorem*, ait, *ſacramenta, quae violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt, pro ſalute Imperatorum, et, qui non biberit, ſit reus* INDEVOTIONIS: ſic enim eum locum emendo, quod et ſequentia verba confirmant: *Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro eius ſalute non biberit. O piae* DEVOTIONIS *obſequium!* Alia quaedam de hoc vocabulo adnotauit V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latinit. iuriſc. p. 362. ſequ.* faſſus tamen, nec *deuotionem*, nec INDEVOTIONEM vſquam apud bonum auctorem hac notione legi. HEIN. ¶. 2. [INDEVOTIO et ei, qui vitat et fugit patriae munera, tribuitur. *l. 119. C. Theod. de decurion Lib. XII. tit. 1.*]

INDEVOTVS, A, VM [INDEVOTA deſidia. Ita enim pro *deuota* reſcribit Iac. Gothofredus, interpretaturque per moram, in tributis exigendis transferendisque commiſſam. *l. vn. C. Theod. de offic. vicar. Lib. I. tit. 6.*]

INDEX, vt Aſconius Paedian. *in Diuinat.* explicat, eſt, *qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita.* Graeci μηνυτὴν ab eadem origine dicunt, et ita apud Ciceronem, Salluſtium, Liuium, Tranquillum, vox haec accipienda eſt. *Ab* INDICE *nominati.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 97.* ¶. 2. Alias INDEX, ſcripturae alicuius exemplum, ex authentico deſcriptum, ſignificat. *l. 2. D. de fid. inſtrum.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 12. §. 11.* Quidam tamen (cum Cuiac. *Lib. V. Obſ. Cap. 25.*) magis putant, INDICEM breuem

breuem quamdam eſſe ſubnotationem ex ampliori pleniorique ſcriptura delibatam. Ac plane per INDICEM διὰ συντόμου παραδόσεως explicat Theo- ☞ philus §. *vlt. Inſt. de public. iud.* Sed alius eſt INDEX, de quo Cuiacius; aliud *per* INDICEM, quod παρομιακῶς vſurpatur pro *ſummatim.* Aſcon. Paedian. *in Verrin. III.* Antequam cauſſa ageretur, quaſi per INDICEM res exponebant. Vſus eadem voce Iuſtinianus. *l. 1. §. 12. C. de vet. iur. enucl.* HEIN. ¶. 3. INDEX, *legis*, apud Ciceron. *Philipp. I. Cap. 8.* eſt, quod *ſummarium* vulgari ſermone dicitur. Sic et *librorum* INDICES. Cic. *Lib. II. de Orat. Cap. 14.* Gell. *Lib. XX. Cap. 11.* quos a Graecis συλλαίβους adpellari ait idem Cicero *Lib. IV. ad Attic. Epiſt. 4.* nimirum, quod breuiter et ſummatim indicant, quid illis continetur. Vnde Iuſtinianus *Conſtit. de Conceptione Digeſt. §. 12.* commentarios in Digeſta conſcribi vetans: *Per* INDICES, inquit, *tantummodo titulorum ſubtilitatem, quae παράτιτλα nuncupantur, quaedam ad-* ☞ *moniteria eius facere* permittit. Sed ne παράτιτλα quidem ſunt ſummaria titulorum. Dicemus ea de re infra ſub voce ΠΑΡΑΤΙΤΛΟΝ. HEIN.

INDICARE, interprete Vlpiano, eſt deferre, arguere, accuſare et conuincere. *l. 197. D. de verb. ſignif.* quae referenda eſt ad *l. 3. §. 13. et 14. D. de SC. Silan. et Claudian.* quod inſcriptio ipſa oſtendit. Graeci in eumdem ſenſum vtuntur verbo ἐνδείκνυσθαι, vt ex *l. 3. D. de via publ.* patet. INDICANDO conſcios ſuos: *l. vlt. D. ad exhib.* Quinctilian. *Declam. CCCVII.* INDICARE fugitiuos dominis, vbi celentur. *l. 15. D. de praeſcr. verb.* INDICARE fugitiuum, vel furem: *l. 4. §. vlt. D. de condict. ob turp. cauſſ. l. 48. §. 1. D. de furt.* Si a ſeruo meo pecuniam quis accepiſſet, ne furtum ab eo factum indicaret: *l. 5. D. de condict. ob turp. cauſſ.* Qui cognouerat tantum, nec patri INDICAVERAT: *l. 2. D. de leg. Pompei. de parricid.* INDICANTIBVS proditores ſuos: *l. 1. §. 26. D. de quaeſtion.* Inſpectio tabularum et lectionem earum INDICAT. *l. 2. §. 5. D. teſtam. quemadm. aperiant.*

INDICATIO temeraria eius, qui, ignorans furem eſſe, adſeuerauit bonae frugi, et fidum, et caro vendidit. *l. 13. § 3. D. de act. emt.*

INDICIVM, interdum ſignificat mercedem operae exhibitae ad indicandum ſeruum fugitiuum. Nam, vt ait Vlpianus, in *l. 15. D. de praeſcript. verb. Solent, qui nouerunt, ſeruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis, vbi celentur. Solent et mercedem huius rei accipere, et ſic indicare.* Et mox: *Si pactio interceſſit ob INDICIVM, hoc eſt, vt, ſi indicaſſet, adprehenſusque eſſet fugitiuus, certum aliquid daretur.* Idem *l. 4. §. vlt. D. de condict. ob turp. cauſſ. Si tibi INDICIVM dedero, vt fugitiuum meum INDICES, vel furem rerum mearum.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 31. §. 24.* Apuleius *Lib. VI. Metamorph. p. 176.* Mercurium, praemium inueſtigationis Pſyches publico praeconio edicentem facit, in haec verba: *Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam, conueniat Mercurium praedicatorem, accepturus* INDICII *nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuauia.* Idemque *Lib. VII. p. 199.* eiuſdem argumenti, quod eiuſmodi indicii nomine datur INDICINAE *praemium* vocat. INDICIVM ergo, vt ex ſupra dictis locis patet, tam id, quod mercedis praemiique nomine ob indicandum furem fugitiuumque datur, quam ipſum indicationis factum deſignat. Illud autem INDICII praemium, ſeu mercedem Graeci μήνυτρα vocant. Dio Chryſoſt. in Orat. quae Ἐυβοϊκὸς ἢ κυνηγὸς inſcribitur. Οὐδὲ κήρυκας τῶν ὠνίων, οὐδὲ κλοπῶν, ἢ δρασμῶν μήνυτρα προτιθέντας ἐν ὁδοῖς. *Nec praecones rerum venalium, furtorum, fugaeue,* INDICII *praemium promittentes in viis publicis.* Lucianus ἐν δραπέταις, *in fugitiuis p. 604. Tom. II.* Ἀλλὰ καιρὸς ἀποδιδόναι τὰ μήνυτρα, ὡς ἔγωγε πάνυ σαφῶς, ὃν ζητεῖτε, οἶδα. *Sed tempus eſt, vt mihi detis* INDICINAE *praemium. Ego enim plane noui, quem quaeratis.* ¶. 2. INDICIVM etiam criminis nunciationem, magiſtratui factam, ſignificat. Et ita Vindicem, Vitelliorum ſeruum, coniurationem INDICIO ſuo detexiſſe, ait Pomponius *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* Coniurationem Sergii Catilinae mulier detexit, et M. Tullium, conſulem INDICIVM eius inſtruxit: *l. 8. D. ad leg. Iul. maieſt.* Propter INDICIVM proditae mortis, vel detectae coniurationis: *l. 39. D. ad leg. Falcid.* Nunciatores per notoria INDICIA ſua produnt. *l. 6. §. 3. D. ad SC. Turpill.* Proinde qui crimen nunciat, defert, detegit, INDICIVM profiteri dicitur. Aithales ſeruus profeſſus eſt INDICIVM, ſe poſſe probare falſum teſtamentum Vetiti, *l. 24. D. de leg. Cornel. de falſ.* Qui operam dediſſet, quo quis falſum INDICIVM profiteretur, vt quis innocens conueniretur: *l. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Plin. *Lib. III. Epiſt. 16. Eadem apud Claudium vxori Scriboniani, quum illa profiteretur* INDICIVM: *Egone, inquit, te audiam.* Quo genere loquendi etiam Tacit. *Lib. VI. Ann. Cap. 3.* vtitur. Attamen contra hunc receptum loquendi morem Marcianus, *l. 3. §. 4. D. ad leg. Corn. de ſicar.* Qui falſa INDICIA *confeſſus* fuerit, ait, *confidendaque* curauerit, quo quis innocens circumueniretur. Sane eodem ſenſu INDICIVM deferre Q. Curtius non ſemel ait; veluti *Lib. V. Cap. 11. Tamen ſtimulante conſcientia* INDICIVM *detuliſſe credebat.* Idem *Lib. VI. Cap. 7. Rurſusque inſtitit quaerere, quotus dies eſſet, ex quo Nicomachus ad eum detuliſſet* INDICIVM? Et alias *Lib. VI. Cap. 9. Quum rex: Qualis ergo animi vobis videtur, qui huius rei delatum* INDICIVM *ſuppreſſit?* Similiter Seneca *Lib. I. de clement. Cap. 9. Delatum eſt ad eum* INDICIVM, *L. Cinnam inſidias ei ſtruere.* INDICIA ſeruorum contra dominos admittenda non ſunt. *l. 1. §. 16. D. de quaeſtion.* ¶. 3. Praeterea INDICIA ſunt ſigna vel argumenta, ad fidem faciendam idonea, ſeu per quae aliquis coarguitur, conuincitur, comprobatur. *l. 30. C. de euict.* INDICIA certa, quae iure non reſpuuntur, non minorem probationis, quam inſtrumenta continent fidem: *l. 19. C. de rei vindic.* Quum nec cetera probationum indicia reprobentur; *l. 21. C. de probat.* Amiſſis inſtrumentis cetera probationum INDICIA iure prodita non habentur irrita. *l. 15. C. de iur. dot.* Omiſſa ſcriptura, cetera nuptiarum INDICIA non ſunt irrita; *l. 3. C. de nupt.* Iudices argumentis, veluti certis INDICIIS ducti; *l. 8. §. 1. C. de quaeſt.* Facinus manifeſta fide atque INDICIIS euidentibus publi-

publicare: *l. 34. C. ad leg. Iul. de adult.* Manifeſtis INDICIIS accuſationem comprobare: *l. 3. C. ad leg. Iul. maieſt.* Debitum autem aliis INDICIIS comprobari oportet: *l. 10. C. arbitr. tut.* Dolum ex INDICIIS perſpicuis probari conuenit: *l. 6. C. de dol. mal.* Notio apertiſſimis documentis, vel INDICIIS ad probationem indubitatis, et luce clarioribus expedita: *l. vlt. C. de probat.* Quinctilian. *Lib. III. Inſt. orat. Cap. 9.* ſignum, quod Graeci vocant σημεῖον id proprie eſſe tradit, *quod ex eo, de quo quaeritur, natum ſub oculos venit: quod quidam* INDICIVM, *quidam veſtigium nominauerunt, per quod alia res intelligitur, vt per ſanguinem caedes.* Ibidem *ſignorum alia indubitata et neceſſaria, quae aliter habere ſe non poſſunt, quae Graeci vocant* τεκμήρια, *alia non neceſſaria et dubia, quae* σημεῖα. ¶. 4. INDICIA; id eſt, notae, ſeu verborum compendia. Scripturae quibuscumque verbis, vel INDICIIS, inueniantur relictae. *l. vlt. C. commun. diuid.*

INDICERE, interdum ſignificat iniungere. Si quum alium contingeret legatio, alii hoc onus duumuir INDIXERIT: *l. 13. §. 5. D. de iniur.* Sic ex improuiſo INDICTAE collationes: *l. 8. §. 2. D. de vacat. et excuſ. mun.* Si feriae extra ordinem ſint INDICTAE: *l. 26. §. 7. D. ex quib. cauſſ. maior.* Macrob. *Lib. I Saturnal. Cap. 16. Imperatiuae feriae ſunt, quas Coſſ. vel praetores pro arbitrio poteſtatis* INDICVNT. Seru. *in Lib. I. Aen. v. 636.* ad eum verſum:

Simul Diuum templis INDICIT *honorem.*

id eſt, iuſſit fieri ſupplicationes. Et bene INDICIT, *quia Troiani inopinato venerant. Feriae autem aut legitimae ſunt, aut* INDICTAE. *Indici autem dicuntur, quia paupertas maiorum ex collatione ſacrificabat, aut certe de bonis damnatorum.* Mulctae INDICENDAE ius: *l. 2. C. de mod. mulct.* id eſt, irrogandae; vt loquitur *l. 6. §. 9. D. de offic. praeſ.* INDICI munera, id eſt, iniungi, vt adparet ex *l. 6. §. vlt. D. de mun. et honor.* Patrimoniorum munera poſſeſſionibus ſiue patrimoniis INDICVNTVR: *l. vlt. §. 21. D. de muner. et honor.* Munera, quae patrimoniis publicae vtilitatis gratia, INDICVNTVR: *l. 2. C. de muner. patrim. Lib. X.* Munera, quae non patrimoniis INDICVNTVR: *l. 7. D. de vacat. et excuſ.* Sordida munera vobis non INDICENTVR: *l. 2. C. de re milit. Lib. XII.* INDICTI muneris adminiſtratio: *l. 5. D. de iure immun.* Ab his oneribus, quae poſſeſſionibus, vel patrimonio INDICVNTVR: *l. 10. D. de vacat. et excuſ. mun.* INDICERE operas liberto patronus dicitur, dum illi operas, quas edat, aut praeſtet, imponit, diemque illarum praeſtationi ſtatuit: *l. 23. §. vlt. D. de oper. libert.* Seneca *Lib. III. de ira. Quum aliquis ſit, et quidem de illuſtribus philoſophis, qui illi* INDICAT *operas.* Cedere incipiunt operae, poſtquam fuerint INDICTAE: *l. 13. §. 2. l. 23. §. vlt. l. 24. D. de oper. libert.* Si operas a liberto quis ſtipulatus ſit, non ante dies earum cedit, quam INDICTAE fuerint: *l. 73. D. de verb. oblig.* Si INDICTAE operae praeſtitae non ſint: *l. 6. C. de oper. libert.* Libertus, qui poſt indictionem operarum valetudine impeditur, quo minus praeſtet operas, non tenetur: *l. 15. D. de oper. libert.* In his ſpeciebus, quae poſtea INDICVNTVR: *l. 28. D. de vſu et vſufr.* INDIXISSE viduitatem. *l. 2. C. de inſtit. et ſubſt. et rubr. C. de ind. viduit. et lege Iul. Miſcell. toll.* ¶. 2. INDICERE, denunciare. INDICTVM bellum. *l. vlt. D. de legationib.* ¶. 3. INDICTVM iis nomen, pro inditum, eſt in *l. vlt. pr. D. de bon. damnat.* Aliae editiones ibi habent *inductum.* Quidni, vna extrita litterula, legas *inditum?* HEIN.

INDICTIO, pro munere, ſeu onere, quod patrimoniis indicitur, annuaque penſitatione, quae pro poſſeſſionibus praeſtatur. Aſcon. Paedian. *in Verrin. II. Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt, canonis, oblationis,* INDICTIONIS. Si qua tributorum, aut vectigalis, INDICTIONISue quid nomine praeſtare oportet: *l. 13. §. 6. D. de act. emt. vend.* Ab omni INDICTIONIS onere immunes: *l. 11. C. de adſeſſor.* INDICTIONIS canonicae tributum: *l. 14. C. Theod. de proxim. com. diſpoſ.* INDICTIONES ergo erant anniuerſariae tributorum et annonarum praeſtationes penſitationesue, quarum onus quisque pro modo poſſeſſionum adgnoſcebat. Itaque patrimoniorum ea munera erant. *rubr. C. de indict. Lib. X.* INDICTIONES non perſonis, ſed rebus, indici ſolent: *l. 3. C. de ann. et tribut. Lib. X.* Ac plane onus id fructuum fuiſſe, perinde ac tributa, et alia, quae referuntur in *l. 27. §. 3. D. de vſufruct.* oſtendit Paulus in *l. 28. D. de vſu et vſufr. legat.* in qua fundo, cuius vſusfructus legatus erat, temporarias INDICTIONES indictas fuiſſe, proponit. ¶. 2. Sane collationes quasdam *per magiſtratus* ex improuiſo INDICTAS, quasdam vero *e lege factas*, docet Papinianus *l. 8. §. 3. D. de vacat. et excuſ. mun.* Illas EXTRAORDINARIAS INDICTIONES vocant Imperatores *l. 10. C. de muner. patrim. Lib. X.* nimirum, quae extra ordinem imperabantur, vt loquitur *l. 6. D. de vacat. et excuſ. mun.* Altera ergo ſpecies INDICTIONVM CANONICARVM; altera EXTRAORDINARIARVM nomen habebat, vt loquuntur Imperatores. *l. 1. C. de indict. Lib. X.* Ceterum quod ſupra conſuetudinariam functionem augmenti nomine indicebatur, SVPERINDICTVM vocabatur. *l. 1. et rubr. C. de ſuperind. l. 15. C. de excuſ. mun. Lib. X.* Ab omnibus INDICTIONIBVS, tam ciuilium, quam militarium iudicum ſemper habeantur immunes. *l. vlt. C. de adparit. praef. Lib. XII.* ¶. 3. INDICTIO, etiam ſignificat ſpatium XV. annorum in orbem circumactorum, ſeu quindecim annorum, in ſe reuolutorum iterationem; cuius modi partitione tempora numerari computarique Conſtantinus inſtituit. Vnde et ἐπινέμησιν a Graecis, [et κύκλον] adpellatam, vero propius accedit. [Vid. Fr. Raguel. *ad Deciſ. Iuſtin. p. 5.*] quamuis et aliam verbi ἐπινέμησις notationem quibusdam magis placere, ſcio, quam nec improbo. Exſtat certe Graeca haec vox in *Nouell. XLVII. Cap. I.* et *Nouell. LXXIV. in epilogo.* Latina vero *l. 3. l. 7. l. 8. l. 9. l. 11. l. 16. C. Theod. de indulg. debit. l. 33. C. Th. de annon. et trib. l. 173. C. Th. de decur. l. 11. C. Theod. de iur. fiſc. l. 3. C. Theod. de equor. coll. l. 6. C. Th. de collat. don. vel relev. et Conſt. Iuſtiniani de codice confirmando.* Fit autem INDICTIONIS

Digitized by Google

IND.

NIS quintaedecimae mentio: *l. 3. C. Theod. de indulg. deb.* quem numerum INDICTIONES non excedebant, ſed ad primum exinde annum earum computatio reuoluebatur. Ceterum INDICTIONIS duas notationes Georg. Cedrenus adfert, ridiculam vnam *p. 268.* ab Actiaca victoria deductam, alteram *p. 178.* neque reiiciendam ab INDICANDO: ac demum: Ἡ δὲ Ἑλλὰς φερωμένως ἔθηκε τὴν ἐπινέμησιν. Οὐ γὰρ εἰς ἀπαράβατον καὶ ὡρισμένον βάρος τὸ παλαιὸν οἱ φόροι τοῖς ὑπηκόοις ἐτάττοντο, ἀλλ', ἡ καρπῶν γένεσις τὴν σύνταξιν αὐτοῖς ἐφιλανθρωπεύσατο· σπανίζουσαν γὰρ ἠλάφρυνεν, εὐθηνοῦσαν δὲ ἐπεβάρυνε· καὶ διετέλουν ἀλύπως φορολογούμενοι τὸ ἀνάλογον, καὶ τότε ὅτε χρεία ἐκάλει. *Graecia ab euentu nomen impoſuit, vt* ἐπινέμησιν *adpellaret. Antiquitus enim tributum ſubditis non ita impoſitum erat, vt eius fixa eſſet et immutabilis ratio, ſed iuxta frugum prouentum humaniter iis imponebatur, ita, vt, eo tenuiore, minus penderent, neque eo vberiore cenſus augeretur. Itaque exactoribus proportione tribuebant, idque tunc, quando neceſſitas poſtulabat.* Vtut ſit, INDICTIONVM computationem, a menſe Septembri inchoatam, conſtat, eiusque rei locuples teſtis eſt D. Ambroſius cuius *libro de Noe Cap. XVII.* verba ſunt haec: *Etſi a Septembri menſe annus videatur incipere, ſicut* INDICTIONVM *praeſentium vſus oſtendit.* Idemque *Lib. X. Epiſt. 83.* INDICTIO *enim Septembre menſe incipit.* Vulgo autem INDICTIONVM auctor Conſtantinus laudatur. Cedrenus tamen *p. 268.* Theodoſii principatu, morem hunc, abrogatis exploſisque Olympiadibus, coepiſſe ſcribit, his verbis: Ἐν τούτοις ἥ τε τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο· ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις, ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε, καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου· καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτοι, ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιέ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. *Tum Olympiorum deſiit feſtiuitas, quarti cuiusque anni exitu ſolita celebrari, inſtituta eo tempore, quo Manaſſes Iudae rex fuit, et vsque ad imperium Theodoſii perducta, coeperuntque numerari* INDICTIONES, *quarum principium in decimum quintum annum imperii Auguſti incidit.*

INDICTITIVS, A, VM. INDICTITIA onera, apud Caſſiodor. *Lib. I. Var. Cap. 14.*

INDICTVS, A, VM. INDICTA cauſſa animaduertere in aliquem: Cic. *Lib. II. ad famil. Epiſt. 2.* capitis condemnari: Idem *pro C. Rabir. perduell. reo Cap. IV.* damnari et eiecti: Cic. *Act. I. in Verr. Cap. 5.* in vincula conicere: Idem *in Verr. V. Cap. 8.* in vincula duci: Liu. *Lib. III. Cap. 58.* profugere. Cic. *pro Sulla Cap. VII.* res indicata. Idem *Philipp. II. Cap. 23.* id eſt, incognita cauſſa, vt idem ſaepe alias loquitur.

[INDICTVM, pro interdicto legitur *l. 1. C. Theod. et Iuſtin. de commeatu*] niſi forte id librarii potius ſit vitium. HEIN.

INDIFFERENTER, id eſt, promiſcue, ſine vlla differentia. *l. 1. §. 3. D. de offic. quaeſt. l. 10. D. de verb. ſignif.* Non INDIFFERENTER de cetero facient. *l. 10. D. de cuſtod. et exhib. reor.*

[INDIFFICILIS, *l. 29. §. 13. D. de lib. et poſtum.* vbi tamen meliores codices diuidunt vocem, nusquam, puto, alias apud probae quidem notae ſcriptores occurrentem, et IN DIFFICILI habent. Pro eo *in diſſimili* legendum putat Gothofredus pater in nota ad *d. l. 29. litt. t.* et *ad l. 1. §. 2. D. de migrando litt. l.* Sic et INGRAVIS valetudo, pro valde graui, vt nonnulli interpretantur, in *l. 3. pr. D. de SC. Silan.* quam tamen lectionem non minus corruptam, atque adeo inter vitioſas ab Alciato *Lib. IV. de verb. ſignif. in fine.* recte relatam eſſe, cenſeo.] Probum et Latinum eſt illud: IN DIFFICILI eſt, quo non modo Vlpianus alibi vſus, *l. 4. §. 1. D. de hered. inſtit.* ſed et Tertullianus imitatus eſt, dum *de cultu femin. Cap. IX. Dignoſcere,* inquit, IN FACILI *eſt.* Bynkersh. *Lib. I. Obſ. Cap. 25.* Eodem exemplo veteres dixere: in occulto, in procliui, in proximo eſſe. In *l. 3. pr. D. de SC. Silan.* non legendum: INGRAVI *valetudine adfectus*, ſed IN GRAVI valetudine adfectus, quemadmodum IN ADVERSA *valetudine exhauſtus*, dixit Celſus *Lib. II. Medicin. Cap. 22.* Ducker. *de Latinit. iuriſc. p. 350.* HEIN.

INDIGERE. Qui grauiore animaduerſione INDIGENT: *l. 1. §. 7. D. de offic. praef. vrb.* Quae poſtea emergunt, auxilio INDIGENT: *l. 11. §. 8. D. de interrogation.* filium non INDIGERE exheredatione a ſequentibus gradibus: *l. 4. §. vlt. D. de hered. inſtit.* Riuus, qui refectione INDIGET: *l. 1. §. 7. D. de riu.* Si tutelae aetas INDIGEAT: *l. 3. D. de tutel.* INDIGET venia fortuito factum incendium. *l. 11. D. de incend. ruin. naufr.*

INDIGNARI. Qui contaminationi ſuae non INDIGNATVR. *l. 2. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.*

INDIGNATIO filii eſt: *l. 22. D. de inoff. teſtam.* INDIGNATIO non irrogatae poenae: *l. 7. D. de ſeru. export.* Lex parem in eos, qui deprehenſi ſunt, INDIGNATIONEM exigit: *l. 33. D. ad leg. Iul. de adult.* Citra INDIGNATIONEM principis: *l. 2. §. 1. D. de his, qui not. infam.* Sine cuiusquam INDIGNATIONE iuſta. *l. 1. D. quod quisqu. iur.*

INDIGNE eſſe praeteritum, id eſt, nullo merito ſuo: *l. 5. D. de inoffic. teſtam.* Non INDIGNE vxorem ſortiturus ſit, *l. 20. §. 1. D. de manumiſſ. vind.* id eſt, non contra conditionis ſuae ſtatum dignitatemue.

INDIGNVS, A, VM. INDIGNVS dicitur, qui non meretur id, de quo agitur. Hinc modo abſolute ponitur, vt INDIGNVM praeferre: *l. 24. D. de legat. II.* Ab eis, quaſi ab INDIGNIS, quae donata ſunt ablata fiſco vindicantur; *l. 32. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* Ei vt INDIGNO aufertur hereditas, quoniam ad-

uerſus bonos mores et ius gentium feſtinauerit: *l. 29. §. vlt. l. 30. D. de donat.* Eos, qui vt INDIGNI repelluntur: *l. 13. §. 9. D. de iur. fiſc.* Ad ea, quae vt INDIGNIS, legibus cogentibus auferuntur: *l. 22. C. de adpellat.* Vt INDIGNO dos aufertur ei, qui mortem vxoris non defendit: *l. 20. D. de his, quae vt indign.* INDIGNVM eſt, *l. 20. D. de minor.* ciuem Romanum fieri hoſtium ſeruum: *l. 24. D. de fideic. libert.* vxorem, quae data opera partum abegit, impune maritum liberis fraudaſſe: *l. 4. D. de extraord. crimin.* Quod INDIGNIVS eſt? *l. 27. §. vlt. D. de iniur.* ¶. 2. Aliquando cum infinitiuo: vt: INDIGNVS eſt heres, ſeruos habere, ne quidem libertos habebit. *l. 53. D. de fideic. libert.* INDIGNVS eſt, quid habere. *l. 7. §. 2. D. de lib. cauſſ.* : ¶. 3. Plerumque cum ablatiuo, vel demonſtratiuo *qui.* e. g. INDIGNVS eſt auxilio praetoris fideicommiſſarii, qui potuit petere libertatem, et maluit ſe venundari: *l. 4. in fin. D. quib. ad libert. proclam.* Beneficio legis Falcidiae INDIGNVS eſt; *l. 54. D. ad leg. Falcid.* INDIGNVS eſt humanitate, qui poſt damnationem commiſit in legem: *l. 10. C. Theod. de indulg. crim.* Qui INDIGNVS inferiore ordine, INDIGNIOR eſt ſuperiore: *l. 40. D. de ſenator.* INDIGNVS eſt iudicio patris, qui vt ſuſpectus remotus eſt a tutela filii: *l. 35. D. de excuſat.* INDIGNI qui libertatem conſequantur: *l. 28. D. de manumiſſ. teſtam.* INDIGNVS militia iudicandus eſt, qui patrem et matrem, a quibus ſe educatum dixerit, maleficos adpellauerit: *l. 1. D. de obſequ. par. et patron.* Si INDIGNVM moribus, vel turpem ſponſum ei pater eligat: *l. 12. D. de ſponſal.* Si INDIGNVS ſit nuptiis eius iſte Titius. *l. 63. D. de condit. et demonſtrat.*

¶ 4. INDIGNVS heres, non dignus iudicio teſtatoris. Quinctil. *Declamat. CCCVIII.* Porro in iure ciuili INDIGNI heredes ex his cauſſis habentur, ſi defuncti mortem vlti non ſint, vel iudicium eius impugnauerint, vel id egerint, vt per negligentiam et culpam ſuam defunctus moreretur, vel in fraudem fiſci fidem adcommodauerint, vel bona viuentis adhuc alienauerint. His enim ex cauſſis hereditas ab heredibus, quaſi ab INDIGNIS, aufertur. *tit. D. et C. de his, quae vt indign. l. 26. D. de SC. Silan. l. 23. D. de iur. patron. l. 8. §. 14. D. de inoffic. teſt. l. 46. D. de iur. fiſci.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 12. §. 2.* Si quis fuit heres, deinde hereditas ablata ſit, quaſi INDIGNO, magis eſt, vt penes eum iura ſepulcrorum maneant: *l. 33. D. de religioſ.* Si ex voluntate patris tui filio tutoris nupta es, quia INDIGNA perſona eius fuit, qui nec maritus poteſt dici: *l. 7. C. de donat. int. vir. et vxor.* INDIGNI tutores, id eſt, minus habiles. *l. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull.*

INDISCRETE, id eſt, ἀδιακρίτως, indifferenter. INDISCRETE loquitur cautio: *l. 25. D. de probat.* ſubiici quaeſtioni. *l. 5. C. de quaeſtion.*

INDISCRETIM, *l. 47. C. Theod. de Epiſc. et. cler. Lib. XVI. tit. 2.* [*l. 18. C. Theod. de extraord. et ſord. muner.*]

INDISCRETVS, A, VM. INDISCRETA dignitas, pro pari. Praefectum vrbi, praefectum praetorio, magiſtros equitum ac peditum, INDISCRETAE ducimus dignitatis: *l. 1. C. Theod. de praef. praet. Lib. VI. tit. 7.* INDISCRETA dignitate poenae debitae exigantur, id eſt, ſine diſtinctione dignitatum: *l. 1. C. Theod. de priuil. cor. qui in ſacr. palat. milit. Lib. VI. tit. 35.* Sic et INDISCRETA merita: *l. 19. C. Th. de agent. in reb.* INDISCRETA obſequia, id eſt, alimenta, quae tum ex fiſco, tum ex re principis priuata parentibus egenis praebebantur: *l. 1. C. Theod. de alim. quae inop. par. de publ. pet. deb. Lib. XI. tit. 27.* INDISCRETA profeſſio. *l. 2. C. Theod. de ſenator. et glebal. collat. Lib. VI. tit. 2.*

INDISTINCTE, interdum idem eſt, ac generaliter. Si INDISTINCTE homo legatus ſit: *l. 3. D. qui et a quib.* Numis INDISTINCTE legatis. *l. 75. D. de legat. III.*

¶. 2. Alias, vt in *l. 49. D. de adquir. rer. dom.* INDISTINCTE, eſt abſolute, omnino, et ſine vlla diſtinctione, vt loquitur *l. 25. D. de probat. l. 24. D. de iudic. l. 30. §. 1. D. ad leg. Falcid. §. 2. Inſt. de vulg. ſubſtit.* INDISTINCTE ipſi ſeruo defenſio danda eſt: *l. 33. D. de noxal. act.* INDISTINCTE datus curator, id eſt, ſimpliciter, non ſpecialiter in rem, ſeu litem: *l. 3. §. vlt. D. de tutel.* Poſt annos INDISTINCTE liber eſſe iuſſus: *l. 17. §. 3. D. de manumiſſ. teſtam.* Nec ipſi tutori INDISTINCTE reſtitui poteſt: *l. 39. D. ad SC. Trebell.* Iulianus INDISTINCTE ſcribit: *l. 92. §. 6. D. de recept. arbitr.* INDISTINCTE pauperes ſcripti heredes: *l. 49. §. 3. C. de epiſc. et cler.* [vbi tamen alii codices habent *indiſcrete.*] Quoties INDISTINCTE quid ſoluitur: *l. 5. D. de ſolut.* id eſt, quoties debitor ex pluribus cauſſis, vnum debitum ſoluit, nec dicit, quod potius debitum voluerit ſolutum, vt *l. 1. D. eod. tit.* Hoc iure INDISTINCTE vtimur. *l. 11. §. vlt. D. de iniur.*

INDIVIDVVS, A, VM, adpellatur, quod diuiſionem non recipit. Si factum, de quo cautum, INDIVIDVVM ſit, veluti iter fieri: *l. 2. §. 1. D. de arbor. oblig.* id eſt, ſi in partes diuidi non poſſit, vt *ibidem* Paullus loquitur. Cui opponitur, quod diuiſionem recipit. Si opus municipibus heres facere iuſſus ſit, INDIVIDVVM videtur eſſe legatum: *l. 80. §. 1. D. ad leg. Falc.* Curatoribus bonorum INDIVIDVVM officium curae a magiſtratibus iniunctum eſt: *l. 46. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Magiſtratuum municipalium officium INDIVIDVVM, ac periculum commune eſt: *l. 11. l. 13. D. ad municip.* Licet opus, ex quo damnum futurum ſit, INDIVIDVVM ſit: *l. 11. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu.* INDIVIDVAE ſunt ſeruitutes, praeter vſumfructum: *l. 1. §. 9. D. ad leg. Falc.* id eſt, diuidi non poſſunt: *l. 7. D. eod. tit.* ſeu diuiſionem non recipiunt: *l. 72. D. de verb. obl.* INDIVIDVVM viae ius eſt. *l. 6. D. quemadm. ſeru. amitt.* ¶. 2. Interdum INDIVIDVVM ſignificat, non quod diuidi non poteſt, ſed quod indiuiſum eſt, vt in *l. 32. §. 6. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Pro communi et INDIVIDVA hereditate annonas praeſtitit. Vnus INDIVIDVVM commune pro ſolido poſſidens. *l. 3. C. in quib. cauſſ. ceſſat long. temp.*

¶. 3. Plane matrimonium definitur INDIVIDVA vitae conſuetudo, *l. 1. D. de rit. nupt.* et *§. 1. Inſt. de patr. poteſt.* non quod diſſolui aut ſeparari non poſſit, (dirimi enim poteſt diuortio, vel morte:) verum ob eam, quae inter coniuges, quamdiu matrimonium manet, intercedit, vitae iuriſque diuini et humani ſocietatem: *l. 1. D. de act. rer. amot.* per quam commixta familia et vna domus eſt. *l. 1. §. 15. D. de SC. Silan.* Aut INDIVIDVA dicitur, ex voto et propoſito coniugum; non aliter, atque dotis cauſſa perpetua eſſe dicitur, quod cum voto eius, qui dat, ita contrahitur, vt ſemper apud maritum ſit. *l. 1. D. de iure dot.* Vnde et Theophilus verba, de quibus agimus, ita expreſſit: *συνάφεια, ἀχώριστον τῦ βίυ τὴν συνήθειαν ἀπαγγελλομένη, ἤτοι περιέχυσα.* *Coniunctio, indiuiduam vitae conſuetudinem ſiue promittens, ſiue continens.* Immo INDIVIDVA conſuetudo dicitur quoduis arctius conſortium, quando homines vna viuunt, nec vnus ab alterius latere facile diſcedit. Quemadmodum ergo *dux militi teſtis geſtorum indiuiduus eſt:* Ammian. Marcellin. *Lib. XVI. Cap. 12.* quemadmodum amicus *cum amico* INDIVIDVO *contubernio vixit:* Apulei. *Apolog. p. 320.* ita et matrimonium INDIVIDVA *vitae conſuetudo* dicitur. Marqu. Freher. *Veroſimil. Lib. I. Cap. 11.* HEIN.

INDIVISVS, A, VM. Ea adpellatione aliquando ſignificatur, quod diuiſum non eſt. Licet INDIVISA bona fratres habeant: *l. 7. C. de decurion.* Communis pro INDIVISO arbor: *l. 83. D. pro ſoc.* Communio pro INDIVISO in ſingulis numis: *l. 94. D. de ſolut.* Si quis communis rei partem pro INDIVISO dederit hypothecae: *l. 7. §. vlt. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* A pluribus pro INDIVISO factum: *l. 15. §. 2. quod vi aut clam.* INDIVISVS fundus: *l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt.* Si fratres parentum INDIVISAS hereditates retinuerunt: *l. 52. D. pro ſoc.* Iudex familiae erciſcundae nihil debet INDIVISVM relinquere: *l. 25. §. 20. D. famil. erciſc.* Si nihil INDIVISVM reliquiſſet pater: *l. 39. §. 1. D. eod. tit.* Pro INDIVISO pars: *l. 7. §. 3. l. 8. §. 3. D. quib. mod. pign. l. 4. §. vlt. D. pro emtor. l. 7. D. de except. rei iud. l. 26. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Pro partibus INDIVISIS: *l. 5. D. de ſtipul. ſeruor.* INDIVISVM patrimonium: *l. 3. D. de excuſat.* Pro INDIVISO portio: *l. 17. C. famil. erciſc. l. 16. C. de iur. dot.* Si certus locus ſit euictus, non pro INDIVISO portio fundi: *l. 1. D. de euiction.* Si frater agri portionem pro INDIVISO pignori datam a creditore ſuo non liberaſſet: *l. 3. §. vlt. D. qui pot. in pign.* Si vna res INDIVISA relicta ſit: *l. 4. §. 2. D. comm. diuid. l. 20. §. 4. D. famil. erciſc.* Qui INDIVISAM cum fratre ſuo rem habebat. *l. vlt. §. 1. D. de legat. II.* INDIVISAE res: *l. 23. D. de adim. legat. l. 6. C. commun. vtriuſqu. iudic.* INDIVISAM ſucceſſionem habuiſſe. *l. 1. C. qui teſt. fac. poſſ.*

¶. 2. Interdum INDIVISVM adpellatur, quod diuiſionem non recipit. Propter INDIVISAM pignoris cauſſam: *l. 65. D. de euict.* Si res vel naturaliter INDIVISAE ſunt, vel ſine damno diuiſio earum fieri non poteſt: *l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* In ſolidum defendenda eſt venditio, cuius INDIVISA natura eſt; *l. 39. D. de verb. obl.* Viae, itineris, actus, aquaeductus vſus INDIVISVS eſt. *l. 17. D. de ſeruit.*

INDOTATVS, A, VM. dote caſſa, vel, *quae dote caret*, vt apud Terent. *in Adelph. Act. III. ſcen. 2.* [INDOTATA, cui ipſo iure actio dotis non competit: *l. 1. C. de repud. et iudic. mor. ſubl.* INDOTATIS *patrocinari:* Terent. *Phorm. Act. V. ſcen. 8.* Ne maneat INDOTATA: *l. 9. §. 1. in fine D. de iur. dot.* Inuenitur INDOTATA: *l. vlt. pr. C. de iur. dot.* Non INDOTATA redire in matrimonium voluit: *l. 40. D. eod.* INDOTATA conſtituitur filia: *l. 77. §. 9. D. de legat. II.* [Non eſt ferendum, quaſi caſu fortuito interueniente, mulierem fieri INDOTATAM: *l. vlt. C. ad SC. Vellei.*] Ne INDOTATA fiat mulier: *l. 4. §. 20. ſequ. de doli mal. et met. except.* Quamuis INDOTATA mulier futura ſit: *l. 24. D. de euiction.* Prope INDOTATAM mulierem hoc pacto fieri: *l. 4. D. de pact. dotal.* [Ne INDOTATA ſit mulier: *l. 63. D. de iur. dot.* Mulieres INDOTATAE: *l. 11. §. 1. 2. C. de repud.* Ne INDOTATA mulier eſſe videatur: *l. 59. §. 1. D. de iur. dot.* Mulier INDOTATA erit: *l. 78. §. 2. D. eod. tit.* Si conuenerit, ne omnino dos petatur, INDOTATA erit mulier: *l. 12. §. 1. D. de pact. dot.*] Si INDOTATAM vxorem habere cogatur maritus: *l. 9. §. vlt. D. de condict. cauſſ. dat.* Quum maritus INDOTATAM vxorem ducturus non fuerit: *l. vlt. §. 1. D. quae in fraud. credit.* [Aliter videbitur INDOTATAM vxorem habere. *l. 85. D. ad leg. Falcid.*]

INDVBITABILIS, E. INDVBITABILE ſignum. *l. 9. §. 1. D. de hered. inſtit.*

INDVBITANTER. *l. 2. §. 7. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* [*l. 29. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30. l. 3. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

INDVBITATE, id eſt, ſine dubio. *l. 7. D. famil. erciſc. l. 4. §. vlt. D. de leg. Rhod. l. 6. §. 3. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 1. §. 44. D. de aqua quotid. et aeſt. l. 1. D. a quib. adpell. l. 45. D. de furt. l. 1. §. vlt. D. de legat. III.*

INDVBITATVS, A, VM. INDVBITATVM eſt: *l. 8. D. de negot. geſt.* INDVBITATI iuris eſt: *l. 49. D. de re iudic. l. 2. C. de confirm. tut.* INDVBITATIOR fluxus: *l. 1. §. 8. D. ne quid in flum. publ.* Ex INDVBITATO matrimonio: *l. vlt. C. de Carbon. edict.* INDVBITATVS ſtatus. *l. 3. §. 11. D. de Carbonian. edict.*

INDVBIVS, A, VM. INDVBIAE probationes. *l. 11. C. de fid. inſtrum.*

INDVCERE, noui aliquid introducere. Sic: Aequitas merum ius compenſationis INDVCIT: *l. 36. D. de admin. et peric. tut.* Conſtitutio D. Pii hoc INDVXIT: *l. 37. §. 3. D. de legat. III.* Gallus ſic poſſe inſtitui nepotes poſtumos, INDVXIT: *l. 29. D. de lib. et poſtum.* Imago ſocietatis INDVXIT praeſtationem: *l. 1. D. de bon. libert.*

bert. Interpretatione INDVCI: *l. 29. §. 14. D. de lib. et poſtum.* Iuſiurandum et actionem, et exceptionem INDVCIT: *l. 28. §. vlt. D. de iureiur.* Non INDVCIT pactum condictionem: *l. 56. D. de cond. indeb.* Papinianus et Meſſius nouam ſententiam INDVXERVNT: *l. vlt. D. de iur. fiſc.* Praetor INDVXIT in vſum contrariam tutelae actionem: *l. 1. D. de contr. tut. et vtil. act.* Neque ratio iuris, ac poſſeſſionis varietas, INDVCIT diuiſionem voluntatis. *l. 18. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* Tullus Hoſtilius primus in rempublicam INDVXISSE quaeſtores dicitur: *l. 1. D. de offic. Quaeſt.* Neque per SC. accuſatio publica INDVCTA eſt: *l. 3. D. de praeuaric.* INDVCTA accuſatio: *l. 4. C. de ord. cogn.* Ad exhibendum actiu maxime propter vindicationes INDVCTA eſt: *l. 1. D. ad exhib.* Cur honoraria actio ſit INDVCTA: *l. 3. §. 1. D. naut. caupon. ſtabular.* Denuo INDVCI cauſſa: *l. 19. D. de adpell.* Vel propter has pecunias, quae nondum peti poſſunt, conſtituta INDVCTA: *l. 3. §. 1. D. de pecun. conſt.* Edictum remediumque noui operis nunciationis aduerſus futurum opus INDVCTVM eſt: *l. 1. §. 1. D. de nou. op. nunc.* INDVCERE Falcidiam: *l. 11. §. 6. l. 32. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* INDVCITVR hereditas lege Cornelia: *l. 12. D. de captiu. et poſtl.* Praeuaricationis iudicium moribus INDVCTVM eſt: *l. 3. §. 1. D. de pecun. conſtit.* INDVCERE ius SCi: *l. 3. §. 1. D. de adſign. libert.* Lex Falcidia INDVCTA eſt a D. Pio, etiam in inteſtatorum ſucceſſionibus: *l. 18. D. ad leg. Falcid.* In hoc INDVCERE legem, ne: *l. 29. §. vlt. D. de lib. et poſtum.* Traditio et patientia ſeruitutium INDVCET officium praetoris: *l. 1. §. vlt. D de ſeruit. praed. ruſtic.* Edicto praetoris INDVCETVR pater: *l. 5. D. ad SC. Tertull.* Non INDVCVNTVR perſonae: *l. vlt. D. ad SC. Tertull.* INDVCITVR pignus: *l. 5. §. 1. D. in quib. cauſſ. pign.* INDVCITVR poteſtas legis: *l. 1. §. 1. D. ad leg. Falcid.* INDVCERE rationem Falcidiae *l. 41. §. 6. D. ad leg Falcid.* INDVCERE nouas religiones: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 21. §. 2.* INDVCERE Trebellianum SC *l. 18. §. vlt. D. ad leg. Falcid.*

¶. 2. INDVCERE, interdum ſignificat intrumittere. INDVCERE aquam in fundo: *l. 31. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* Aquam Claudiam INDVXIT: *l. 2. §. 36. D. de orig. iur.* id eſt, in vrbem perduxit, vt loquitur Sueton. *in Claud. Cap. XX.* Et ſic INDVCTA aqua, apud Frontin. *de Aquaeduct. Lib. I.* et Aurel. Victor de *vir. illuſtr. Cap. XXXIV.* INDVCIT Praetor in bonorum poſſeſſionem, quos admittit ad bonorum poſſeſſionem: *l. 1. §. 6. D. de bon. poſſeſſ. contr. tabul.* INDVCITVR canis per locum: *l. 1. §. 5. D. ſi quadrup. paup. fec.* INDVCERE fabrum ad refectionem domus: *l. 67. D. de rei vindic.* INDVCERE familiam: *l. 1. §. 15. D. de ventr. in poſſeſſ.* INDVCERE in fundum fruendi cauſſa: *l. 18. D. de vſu et vſufr.* in fundum vel aedes: *l. 11. §. 1. D. de pignor.* INDVCTI fures, id eſt, intromiſſi: *l. 39. D. de furt.* INDVCTA et illata: *l. 9. C. in quib. cauſſ. pign.* INDVCERE legatarium in fundum: *l. 3. §. 1. D. de vſufr.* INDVCERE in poſſeſſionem: *l. 33. §. vlt. l. 52. l. 53. D. de adquir. poſſeſſ. l. 5. D. de vi et vi arm. l. 15. §. 6. D. de re iud. l. 3. D. ne vis fiat ei. l. vlt. D. de adpellat. recip. l. 7. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 2. C. qui potior. l. 2. C. de edict. D. Hadr. toll. l. 2. C. de adquir. et retin. poſſ. l. 1. C. de reuoc. donat.* Q. Curt. *Lib. VIII. Cap. VIII. Non eſt diuturna poſſeſſio, in quam gladio* INDVCIMVR. INDVCI in poſſeſſionem per praetorem, aut praeſidem: *l. 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fid. cauſſ. cau.* INDVCI in poſſeſſionem rerum hereditariarum: *l. 7. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* Species INDVCENDI in poſſeſſionem alicuius rei eſt prohibere, ingredienti vim fieri. *l. 52. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* INDVCERE in vacuam poſſeſſionem: *l. 33. D. eod. tit. l. 12. C. de probat. l. 8. C. de act. emt. l. 3. C. de contr. emt. l. 12. C. de donat. ant. nupt. l. 23. C. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. §. 1. D. de donat. l. vlt. D. de iur. fiſc. l. 13. C. de diſtr. pign. l. 12. C. de fid. inſtrum* INDVCTA in praedia, vel domum: *l. 4. l. 7. §. vlt. D. in quib. cauſſ. pign. l. 11. §. 1. D. qui potior.* INDVCTA res in domum; *l. 1. § 1. D. de migrand.* INDVCI in res hereditarias: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 1. §. 17.* INDVCERE ſeruos in domum. *l. 11. pr. D. locat.*

¶. 3. INDVCERE, ſuperinducere. INDVCERE vitricum filiis mater dicitur, quae ad ſecundas nuptias conuolat, exſtantibus ex priore matrimonio liberis. *l. 1. C. vbi pupill. educ. deb.* Sic et pater *nouercam liberis inducere* dicitur, apud Plin. *Lib. VI. Epiſt. 38. et 39. Filia ab octogenario patre exheredata, intra vndecim dies, quam ille nouercam ei, amore captus,* INDVXERAT. Eodem loquendi genere Diodorus Sicul. *Lib. XII. p. 79.* Τοῖς, ait, μητρυιὰν ἐπαγομένοις κατὰ τῶν ἰδίων τέκνων ἔθηκε πρόστιμον. *Eum, qui nouercam liberis ex ſe natis* INDVXISSET, *ſenatu conſilioque patriae omnino ſubmouendum, ſtatuit.* SVPERDVCERE *liberis nouercam,* dixit Seneca *Lib. III. Declam. Quidam filio* SVPERDVXIT *nouercam:* Quinctil. *in argum. Declam. CCCLXXXI.* SVPERDVXIT *ille puero nouercam.* Calpurn. *Argum Declam. XXXIV.*

¶. 4. INDVCERE, imbuere, inſtituere. INDVCERE pueros primis litteris. *l. 11. §. vlt D. de mun. et hon.*

¶. 5. INDVCERE, inferre. Qui iniuriam aduerſus liberos ſuos teſtamento INDVCVNT. *l. 4. D. de inoffic. teſt.*

¶. 6. INDVCERE, obducere, tegere. INDVCERE tectorium: *l. 38. D. de rei vind.* [Et ita: INDVCERE *munus comitate orationis*, id eſt, ornare munus oratione. Plin. *Lib. I. Epiſt. 8.* quem locum eleganter expoſuit Schefferus *in Lect. Academ p. 69.*]

¶. 7. INDVCERE, impellere, vel illicere. Calore INDVCTI: *l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. repetundar.* Dolo creditoris INDVCTVS: *l. 48. D. de fideiuſſ* Si generum ſocer ſpecie futurae dotis INDVXERIT: *l 64. §. pen. D. de iur. dot.* Et per hoc in fraudem legatarii INDVCANTVR. *l. 95. §. vlt. D. ad leg. Falcid.*

¶ 8. INDVCERE, cancellare, oblitterare, expungere, linea ducta tegere. INDVCTVM, id eſt, cancellatum, nec ne, ſit chirographum veſtrum: *l. 22. C. de ſolution.* Deleta et INDVCTA: *l. 1. D. de his, quae* INDVCTA inſtitutio: *l. 3. D. de his quae in teſt. deb.* INDVCERE nomen heredis: *l. 12. §. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 2. §. 7. D. de bon. poſſ. ſecund. tab.* Nomen vnius ex heredibus: *l. 16. §. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 2. D. de his, quae in teſt. del. Nominibus* INDVCTIS, id eſt, deletis: Cicero

Lib.

Lib. IV. ad Attic. Epiſt. vlt. INDVCITVR, quod ſcriptum eſt: *l. 16. D. de adim. legat.* INDVCERE tabulis publicis: *l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul.* INDVCERE teſtamentum. *l. 15. §. 1. D. de teſtam. milit. l. 2. D. de his, quae in teſtam. del.* ¶. 9. Hinc INDVCERE etiam eſt tollere, abolere. Sic: INDVCTA totius temporis cauſſa: *l. 37. in fine D. de adminiſtr. et peric. tut.* INDVCI cognitio dicitur, quae ex actis tollitur, et aboletur. *l. 9. D. de iur. fiſc.* ſeu quae circumducitur, vt eſt in *l. 27. §. 1. D. de lib. cauſſ. l. 73. §. 1. D. de indic. l. 45. D. de re iudic.* INDVCI iudicium: *l. 7. D. de hered. petit.* INDVCI locatio, quae fit irrita. Cic. *Lib. I. ad Attic. Epiſt. 17. Aſiani, qui de cenſoribus queſti ſunt, nimium magno conduxiſſe, vt* INDVCATVR *locatio poſtulantes.* Liu. *Lib. XXXIX. Cap 44. Quas locationes quum Senatus, precibus et lacrymis publicanorum victus,* INDVCI, *et de integro locari iuſſiſſet.*

INDVCIAE, ARVM. INDVCIAS Paullus in *l. 89. D. de capt. et poſtlim. reuerſ.* definit, quum in breui et praeſenti tempore conuenit, ne inuicem ſe laceſſerent. Varro vero, vt eſt apud Gell. *Lib. I. Cap. 25.*, INDVCIAS definiebat *pacem caſtrenſem, paucorum dierum, vel belli ferias.* Ipſe vero Gellius *pactitiam belli ceſſationem, quae Graecis ἐκεχειρία, quod eo tempore non pugnetur, et manus cohibeantur.* Donat. in *Eunuch. Terent. Act. I. ſcen. I.* INDVCIAE *ſunt pax in paucos dies: vel quod in diem dentur, vel quod in dies ocium praebeant.* Attamen centum annorum INDVCIAS legimus apud Liu. *Lib. I. Cap. 15. et Lib. VII. Cap. 20.* et in annos triginta *Lib. IX. Cap. 37.* et in annos quadraginta *Lib. II. Cap. 28. Lib. VII. Cap. 22. Lib. X. Cap. 37.* ¶. 2 INDVCIAE etiam pro qualibet dilatione vſurpantur. Et ita: INDVCIAE quadrimeſtres: *l. 3. C. de vſur. rei iudic.* ſemeſtres: *l. 26. C. de fideiuſſ.* vnius anni: *l. 1. C. in quib. cauſſ. milit. for. praeſcr.* INDVCIAE quinquennales: *l. vlt. C. qui bon. ced. poſſ.* [INDVCIAE viginti dierum: *l. 62. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* quatuor menſium: *l. 34. eod. Cod. de annona Lib. XI. tit. 1.*] ¶. 3. INDVCIAS pro interuallis, ſeu intermiſſione furoris Imperatores dicunt. Furioſum in ſuis INDVCIIS vltimum condere elogium poſſe placuit: *l. 9. C. qui teſt. fac. poſſ.* Breues et maiores morbi INDVCIAE. *l. 9. C. de curat. furioſ.*

INDVCTIO, id eſt, litura. *l. 2. C. de his. quae in teſtam. del.* Lituras, INDVCTIONES, ſuperinductiones, ipſe feci. *l. 1. §. 1. D. eod. tit.*

INDVERE imaginem nauicularii: *l. 5. §. 9. D. de iur. immunit.* INDVERE nomen ſucceſſionis: *l. 2. §. vlt. D. ad SC. Tertull.* At vix locus hic eſt verbo INDVERE, et pleraeque editiones habent INDVCERE, quod magis probarim. HEIN. [INDVTI nomen Chriſtianitatis: *l. vlt. §. Theod. de apoſt. et l. 4. C. Iuſtin. eod. tit.* vbi auferendi caſu legitur *nomine*] INDVERE veſtem, qua is fuerit INDVTVS. *l. 6. D. de bon. damnat.* Elegans eſt ille verbi vſus, quo INDVERE pro ſimulare accipitur. Liu. *Lib. I. Cap. 56. Cuius ſimulationem* INDVERAT. Seneca *de Benefic. Lib. II. Cap. 2.* INDVIT *ſibi animi ſui vultum.* Plura exempla attulit Gronou. *ad Tacit. Annal. Lib. I. Cap. 7.* HEIN.

INDVLGENS, TIS, mitis. INDVLGENTIOR annus. *l. 2. C. Theod. de fer. Lib. II. tit. 8.*]

INDVLGENTIA, id eſt, benigna conceſſio, per quam poenae liberatio contingit. *l. 10. C. Theod. de indulg. crim.* Ita enim deportati, in metallum damnati, aut alias ſerui poenae effecti, INDVLGENTIA principis reſtitui dicuntur. *l. 2. l. 3. l. 11. C. de ſent. paſſ.* [INDVLGENTIA ad contumaciam abuti: *l. 3. C. Theod. de exact. Lib. XI. tit. 3.*] INDVLGENTIA noſtra crimina extinxit. *l. 2. C. de gener. abolit.* INDVLGENTIA criminis communis: *l. 5. C. de ſentent. paſſ. l. 4. l. 7. l. 9. C. eod. titul.* INDVLGENTIA principis dignitatem recuperauit deportatus *l. 2. D. de ſent. paſſ.* INDVLGENTIA principali libertatem conſequutus, qui ſeruus effectus erat: *l. 30. D. de obl. et act.* INDVLGENTIA principis poena metalli liberatus: *l. 24. §. 5. D. de fideic. libert. l. 4. C. de bon. proſcript.* INDVLGENTIA principis reſtitutus, qui in metallum damnatus erat: *l. 11. D. de alim. vel cibar.* Si damnati per omnia in integrum INDVLGENTIA principali reſtituantur: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 8. §. 24.* Reſtitutus ex INDVLGENTIA principis, qui ſeptem annos in deſertione egerat: *l. 5. C. de re milit.* Si deportationis in inſulam veniam, INDVLGENTIA noſtra, conſequuta: *l. 22. C. de ſent paſſ. et reſtit.* ¶ 2. INDVLGENTIA, pro quauis gratia et beneficio quocumque. Beneficium imperatoris, quod a diuina eius INDVLGENTIA proficiſcitur: *l. 3. D. de conſtit. princ.* Bonorum poſſeſſio nudam habet Praetoris INDVLGENTIAM: *l. 1. D. vnde cognat.* INDVLGENTIA dominorum erga ſeruos: *l. 1. D. de colluſ. deteg. l. 3. §. 17 D. de SC. Silan.* [Quo nos veteranos factos, ſi nullam INDVLGENTIAM habemus? *l. 1. C. de veteran*] Ex INDVLGENTIA Imperatoris noſtri: *l. 5. §. 4. D de re milit.* Diuus Nerua pleniſſimam INDVLGENTIAM in milites contulit: *l. 1. D. de teſtam. mil.* INDVLGENTIA principalis *l. vlt. C. Theod. de bon. proſcript.* Ex INDVLGENTIA principum. *l. 41. D. de excuſ.* ¶. 3. [INDVLGENTIA debitorum, id eſt, gratia, qua debitores a debitis tributis, et publicis functionibus abſoluebantur, de qua integer exſtat *titulus 38. in Codice Theodoſiano Lib. XI.* Erat autem harum INDVLGENTIARVM genus triplex, RELIQVORVM, ſeu praeteriti temporis, IN FVTVRVM, immunitates ſcilicet a publicis functionibus, et MIXTVM, partim in praeteritum, partim in futurum. Vid. Iac. Gothofred. *Paratitl. ibid.*] Ceterum INDVLGENTIA eo ſenſu ſaepiſſime in numis et ſaeculi quarti ſcriptoribus occurrit, ceu oſtendit Gisb. Cuper. *ad Lactant. de mort. perſequ. Cap. XXXIV* HEIN.

¶ 4. [INDVLGENTIA ſecunda, de iterato baptiſmate, in *l. 4. pr. C. Theod. ne ſanct. bapt. iter. Lib. XVI. tit. 6.*]

INDVLGERE, id eſt, concedere, tribuere, dare. INDVLGETVR abolitio: *l. 17. D. ad SC. Turpill.* INDVLGENTIA abolita: *ibidem.* INDVLGETVR actio: *l. 28. D. de procurat.* non paſſim actio de dolo INDVLGENDA eſt: *l. 9. §. vlt. D. de dol. mal.* INDVLTVM adnotationis: *l. 39. C. Theodoſ. de nauicular.* INDVLGERE aduocatos petentibus: *l. 9. §. 5. D. de offic. proconſ.* INDVLGENDVM non eſt auxilium: *l. 10. §. 1. D. de fideiuſſ.* INDVLGERI legis beneficium: *l. 18. D. ad leg. Falcid.* INDVLGETVR bonorum poſſeſſio: *l. 20. D. de inoffic. teſtam.* INDVLTVM conſtituti: *l. 9. C. Theod. de ſuar. et pecuar.* Propter Criſpi atque Helenae partum criminibus INDVLGEMVS, id eſt, gratiam delictorum facimus, ſeu veniam concedimus: *l. 1. C. Theod. de indulg. crim.* INDVLGETVR exceptio: *l. 15. D. de iureiur.* Nec tamen facile INDVLGENDVM: *l. 4. §. 8. D. de re milit.* INDVLGETVR honori perſonarum et maieſtati Dei: *l. 32. §. 4. D. de recept. arb.* Quum lex in praeteritum quid INDVLGET: *l. 22. D. de legib.* vbi INDVLGERE, et vetare opponuntur. INDVLTVM legis: *l. 1. C. Theod. de quinquenn. praeſcr. l. 22. eod. Cod. de nauicular.* Niſi hoc liberalitas principis ſpecialiter INDVLSERIT: *l. 10. D. de re milit.* INDVLGERE libertatem: *l. 10. D. qui et a quib.* Nec oportet liberto hoc INDVLGERE: *l. 39. §. vlt. D. de oper. libert.* Non eſt INDVLGENDVM malitiis: *l. 38. D. de rei vind.* INDVLGETVR miſſio: *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. inf.* INDVLGET iudici natura actionis: *l. 14. §. 13. D. de religioſ. Non vides, quando aliter patres, aliter matres INDVLGEANT?* Seneca *quare bonis vir. mala accidant. Cap. II.* INDVLTVM praeſidibus: *l. 7. §. 14. D. de interd. et relegat.* INDVLGET Praetor poſtulantibus: *l. 26. §. vlt. D. de noxal. act.* INDVLGET princeps: *l. 13. C. de decur.* Quae Princeps alicui ob merita INDVLSIT: *l. 1. §. vlt. D. de conſtit. princ.* INDVLTVM principis: *l. 1. C. Theod. ſi nupt. ex reſcript. pet.* INDVLTVM priuilegium: *l. 17. §. 3. D. de excuſ. l. 5. §. 6. D. de iur. immun.* Reſtitutio, quam Princeps vel ſenatus INDVLSIT: *l. 1. §. 10. D. de poſtul.* INDVLGETVR reſtitutio: *l. 17. §. . D. de vſur. l. 26. D. quib. ex cauſſ. mai.* Quis ſacrilegis diebus ſanctis INDVLGEAT, id eſt, ignoſcat? *l. 8. C. Theod. de indulg. crim.* INDVLTVM ſacrum. *l. 2. C. Th. ſi vag. pet. mancip.* Qui INDVLTVRVS eſt ſeparationem: *l. 1. §. 14. D. de ſeparat.* Multis petentibus Seuerus et Antoninus hoc ipſum INDVLSERVNT: *l. 2. D. de cadau. punit.* INDVLGERE quinquennale ſpacium: *l. vlt. C. qui bon. ced.* An tale aliquid in paganorum teſtamentis INDVLGENDVM eſſet: *l. 14. D. de teſtam. mil.* INDVLTVM tempus. *l. 1. D. indicat. ſolu.*

INDVSTRIA, AE. [INDVSTRIAE captare famam nouis molitionibus: *l. 31. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* INDVSTRIAE fauor: *l. 116. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] Ne INDVSTRIA poenas deſidiae ſoluat: *l. vlt. C. depoſ.* Si alter plus operae ac INDVSTRIAE in ſocietatem collaturus ſit: *l. 80. D. pro ſoc.* Plerumque tanti eſt INDVSTRIA ſocii, vt plus ſocietati conferat, quam pecunia: *l. 29. D. pro ſoc.*

¶. 2. De INDVSTRIA, id eſt, data opera. *l. 62. §. 1. D. de euict. l. 3. D. de pignorat. act.* Donat. *in Andr. Terent. Act. V. ſcen. 6.* De INDVSTRIA, ait, *id eſt, ſcientia et prouidentia. Ea enim, quae diſcimus et ſcimus operatione genita,* INDVSTRIA *quadam ſcimus.*

INDVSTRIVS, A, VM. Si actibus publicis INDVSTRIVM ſe praebuerit: *l. 1. C. qui et aduerſ. quos.* Minus INDVSTRIO alumno. *l. 71. D. de condit. et demonſtr.*

INE.

INEFFICACITER condemnatus. *l. 2. pr. D. quae ſent. ſine adpellat.*

INEFFICAX actio: *l. 13. D. de iur. dot.* [*l. 1. C. ſi adu. cred. praeſcr. oppon*] ademtio: *l. 14. §. vlt. D. de adimend. legat.* decretum: *l. 3. D. de colluſ. deteg.* legatum: *l. 2. D. de aur. arg. leg.* libertas: *l. 24. §. 2. D. de fideicomm. libertat.* pactum: *l. 27. §. 2. D. de pact.* ſententia: *l. 11. §. vlt. D. de recept. arbitr.* traditio. *l. 36. D. de adquir. rer. domin.*

INELEGANTER. Non INELEGANTER dicetur: *l. 2. D. de aur. arg. leg.* probatum eſt: *l. 66. §. 1. D. de legat. II.* videbitur. *l. 27. D. ad SC. Trebellian.*

INEMTVS, A, VM, cuius venditio ex lege dicta reſoluitur, ſeu, aliqua conditione exſiſtente, pro infecta habetur: quo fit, vt ad venditorem priſtinum eius dominium redeat. INEMTVS fundus: *l. 1. l. 2. l. 6. §. 1. D. de leg. commiſſor. l. 6. §. 1. D. de contrah. emt.* INEMTVS homo fieret: *l. 19. D. de vſurp. et vſuc.* INEMTVM praedium: *l. 1. §. 13. D. quod vi aut clam.* Res INEMTA ſit: *l. 5. D. de leg. commiſſ.* [*l. 7. C. de pact. int. emt. et vend.*] fieret: *l. vlt. pr. D. de reſcind. vendit.* Quamdiu res INEMTA fieri poſſit: *l. 26. D. de ſolut.* Si pretio non ſoluto INEMTA res facta ſit: *l. 22. D. de locat.* Si ſeruus INEMTVS erit: *l. 17. D. de in diem addict.* [*l. 67. §. 3. D. de furt.*] INEMTAE villae eſſent. *l. vlt. D. de leg. commiſſor.*

INEPTIA. Ob INEPTIAM remotus tutor. *l. 3. §. vlt. D de ſuſp. tut.*

INEPTVS, A, VM, id eſt, abſurdum, abſonum. INEPTISSIMVM eſt: *l. 3. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſ.* INEPTA fieret conditio haec: ſi nolet heres eſſe, exheres eſto: *l. 86. D. de hered. inſt.* INEPTA res in extraneo exheredatio et emancipatio: *l. 132. D. de verb. obl.* INEPTAE voluntates defunctorum circa ſepulturam, veluti veſtes, et ſi qua alia ſuperuacua, vt in funus inferantur. *l. 13. §. vlt. D. de legat. I.*

INERMIS, non armatus. *l. 3. §. 4. D. de vi et vi arm.*

[**INERS** obſequium: *l. 10. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.* vbi INERTIS obſequii ſtudium tribuitur iis, qui iuuenes militiae idoneos penes ſe quo-

quocumque obtentu retinent, militiaeque et patriae muneribus ſubducunt.]

INERTIA. Non debet alterius INERTIA alteri ius corrumpi; *l. 9. D. de liber. cauſſ.* Ob INERTIAM remotus tutor. *l. 3. §. vlt. D. de ſuſpect. tut.*

INESSE dicitur, quod continetur. In maiori parte minus INEST: *l. 29. §. 1. D. de legat. III.* viginti INSVNT decem: *l. 1. §. 4. D. de verb. oblig.* INEST contractui, id eſt, contractu continetur: *l. 72. D. de contr. emt.* Doli praeſtatio et bona fides INESSE contractibus: *l. 152. in fine D. de regul. iur.* INEST dolo et fraus: *l. 7. §. 10. D. de pact.* Fructui et vſus INEST: *l. 14. §. 1. D. de vſu et habitat.* Specialia generalibus INSVNT: *l. 147. D. de reg. iur.* INEST iuriſdictio imperio: *l. 3. D. de iuriſd.* Pacta conuenta INESSE bonae fidei iudiciis, ſic accipiendum eſt, vt ſiquidem ex continenti ſubſequuta ſint, etiam ex parte actoris INSINT, ſi ex interuallo, non INSINT. *l. 7. §. 5. D. de pact.* Et *ibidem:* Ea pacta INSVNT, quae legem contractui dant, id eſt, quae ingreſſu contractus facta ſunt. Sic et pacti, et doli exceptiones, bonae fidei iudiciis INESSE dicuntur, *l. 3. D. de reſc. vendit. l. 21. D. ſolut. matr.* id eſt, contineri, vt eſt in *l. 84. §. 5. D. de legat. I.* INEST mandati iudicio, vt ſibi actiones mandet: *l. 8. §. 5. D. mandat.* Pacta, in continenti facta, ſtipulationi INESSE creduntur: *l. 40. D. de reb. credit.* Arbitrium boni viri INEST ſtipulationi: *l. 3. §. 6. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* Si quis rogatus ſit, quod ex hereditate ſuperfuerit, reſtituere: his verbis bonam fidem, et boni viri arbitrium ineſſe, conſtat. *l. 54. D. ad SC. Trebell.*

§. 2. INESSE etiam dicuntur, quae, tametſi verbis expreſſa non ſint, tacite tamen intelliguntur. Hinc *expreſſum eſſe*, et INESSE, ſibi ſaepe opponuntur: conditiones extrinſecus, non ex teſtamento venientes, id eſt, quae tacite INESSE videantur, non faciunt legata conditionalia: *l. 99. D. de condit. et demonſtrat.* Diuerſa cauſſa eſt voluntatis *expreſſae*, et eius, quae INEST. *l. 138. §. vlt. D. de verb. obligat.* Et huc pertinent loquutiones: Id dotis legato INEST, quod actioni de dote INERAT; *l. 1. D. dote praeleg.* Solida res INESSE conuentioni videtur: *l. 15. §. vlt. D. de pign. et hypoth.* Si manumiſſionis gratia inter virum et vxorem donatio facta ſit, INESSE conditio donationi videtur, vt, manente matrimonio, ſeruus manumittatur: *l. 7. §. vlt. l. 8. D. de donat. int. vir. et vx.* In emto paratum INEST; *l. 47. §. 1. D. de legat. III.* In illa inſtitutione, ex qua parte me Titius heredem ſcripſit, Seius heres eſto, creditur INESSE conditio: *l. 2. D. de hered. inſt.* Huiusmodi inſtitutioni: Titius et Seius, vterue eorum viuet, heres mihi eſto, tacita ſubſtitutio INESSE videtur: *l. 24. l. 25. D. de hered. inſt.* Inſtructo fundo legato, INESSE veſtem, propter ſeceſſum ibi depoſitam: *l. 12. §. 41. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Inſtrumento piſtorio legato, ipſi piſtores ineſſe videri poſſunt: *l. 18. §. 1. D. eod. tit.* INEST ipſa conditio legatis, veluti, quum ita legamus: quod ex Arethuſa natum fuerit, aut fructus, qui eo fundo percepti fuerint: *l. 1. §. vlt. D. de condit. et demonſtr.* Legato in ſingulos annos INEST conditio, ſi legatarius viuat: *l. 4. D. de ann. legat.* Quum ita legatum ſit pupillo, ſiue pupillae, arbitrio tutorum: non INEST conditio legato, neque mora: *l. 1. D. de legat. II.* Stipulationi, quae legati nomine interponitur, easdem cauſſas et conditiones INESSE, quae legato INSVNT: *l. 1. §. 14. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. cau.* Si alimenta fuerint legata, dici poteſt, etiam aquam huic legato INESSE: *l. 1. D. de alim. vel cib. leg.* Argentum, quod neque in mundo, neque in ornamentis INEST: *l. 27. §. vlt. D. de aur. arg. mund.* Quoties certa ſpecies operarum in ſtipulationem deducitur, veluti pictoriae, fabriles, etſi non verbis, at re tamen ipſa, INEST obligationi tractus temporis: *l. 24. D. de oper. libert.* Quum conueniſſet, vt, donec vſurae ſoluerentur, ſors non peteretur, et ſtipulatio pure concepta fuiſſet: conditionem INESSE ſtipulationi, atque ſi hoc expreſſum fuiſſet, *l. 4. §. vlt. D. de pact.* Quum quis ſibi, aut Titio, dari ſtipulatus ſit: tacite haec INESSE conuentio ſtipulationi videtur, ſi in eadem cauſſa maneat: *l. 38. D. de ſolut.* In ſatisdationis ſtipulatione interdum tota ſors INEST: *l. 12. D. de verb. oblig.* Stipulationi fructuariae interdum INERIT aeſtimatio: *l. 1. §. vlt. D. vſufr. quemadm. cau.* INEST tempus ſtipulationibus: *l. 34. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 126. §. 2. l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* Si ſeruum tibi tradidero ad hoc, vt eum poſt quinquennium manumittas, donatio aliqua INESSE videtur: *l. 18. D. de donat.* Si ſeruus alienus pure tutor datus ſit, videtur INESSE conditio, quum liber erit. *l. 10. §. vlt. D. de teſt. tut.*

INEXCVSABILIS, E, quod excuſari vel purgari non poteſt. INEXCVSABILIS neceſſitas. *l. 15. C. Theod. de legat. et decret.* [et *l. 7. C. Theod. de extraord. Lib. XI. tit. 16.*] INEXCVSABILIA onera. *l. 50. §. 1. D. de iudic.*

[INEXPIABILIS, E. INEXPIABILIS poena: *l. 9. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* INEXPIABILIS vltio: *l. 9. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13.*]

INEXPLETVS, A, VM, pro inexplebili. INEXPLETA auiditas. *l. 1. C. Theod. de offic. rect. prou. Lib. I. tit. 7.*] Ita et veteres ſcriptores loquuntur. Stat. Papin. *Lib. II. Thebaid. v. 518.* INEXPLETA *aluus.* Sed INEXPLETVM *lacrymans* aduerbialiter dixit Virgil. *Aen. Lib. VIII. v. 559.* HEIN.

INEXPLICABILIS, E. INEXPLICABILIS difficultas: *l. 6. D. de except. rei iudic.* [INEXPLICABILES leges: *l. vlt. C. de tabular. ſcrib. logograph.* vbi tamen alii legunt *inexorabiles.*]

INF.

INFAMARE, eſt alicuius famam et exiſtimationem dicto, ſcripto, factoue laceſſere, laedere, pudorem eius ſugillare. Eum, qui nocentem INFAMAVIT. *l. 18. D. de iniur.* Quodcumque quis dixerit, vt alium INFAMET: *l. 15. §. 27. D. de iniur.* Haec res non numquam INFAMAT: *l. 79. D. de iudic.* Ad INFAMANDVM dominum

ſeruus ad ſtatuam fugit: *l. 5. D. de extraord. crim.* Ea, quae INFAMANDI alterius cauſſa in monimenta publica poſita ſunt: *l. 37. D. de iniur.* INFAMANDI cauſſa dictum intelligitur maledictum, quod non in caetu, nec vociferatione dictum eſt: *l. 15. §. 12. D. eod. tit.* Si arbitrum INFAMARVNT litigatores: *l. 9. §. vlt. et l. 15. D. de recept. arbitr.* INFAMANDI gratia liberos ſeruos dicere: *l. 9. l. 10. C. de iniur.* INFAMANDAE vxoris ſuae cauſſa: *l. 14. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Si dicat INFAMATVM ſe eſſe, debet adjicere, quemadmodum, INFAMATVS ſit. *Collat. Leg. Moſ. tit. II. §. 6.*
¶. 2. INFAMARI etiam dicitur, cui fama aliqua differtur, vt contemtior fiat. Sic: non INFAMATA natio, id eſt, diffamata: *l. 31. §. 21. D. de edict. Aedilit.* Quos vitae humilitas INFAMAVERIT, id eſt, contemtui expoſuerit. Paull. *recept. ſent. Lib. V. tit. 15. §. 1.* ¶. 3. INFAMARE, id eſt, infamia notare. INFAMATVR vterque. *l. 66. D. de rit. nupt.*

INFAMIA, quamuis famae et exiſtimationis labem ac maculam ſignificat. Proinde ad INFAMIAM alicuius fieri, (quod generaliter edicto praetor vetuit,) intelliguntur haec, ſi in inuidiam alicuius veſte lugubri vtatur, aut ſqualida, aut ſi barbam demittat, vel capillos ſubmittat, vel ſi carmen conſcribat, aut proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicuius laedat: *l. 15. §. 27. D. de iniur.* Si quis librum ad alicuius INFAMIAM ſcripſerit: *l. 5. §. 9. D. eod. tit.* Ad INFAMIAM pertinet iniuria, quum pudicitia attentatur: *l. 1. §. 2. D. eod. tit.* INFAMIAE timor. *l. 7. D. quod met. cauſſ.*
¶. 2. INFAMIA, etiam contemtum, et quoduis probrum et dedecus ſignificat. [Quo ſenſu haeretici dogmatis INFAMIA dicitur, *l. 1. §. 2. C. Iuſtin. de ſumma trinit.* et *l. 2. C. Theod. de fide cathol. Lib. XVI. tit. 1.*] Praeter notam et INFAMIAM vitae ſuae: *l. 3. §. 5. D. de teſtib.* Periculo vitae INFAMIAEque liberare. *l. 9. D. de manum. vind.*
¶. 3. INFAMIA, etiam ignominiam, et famae inflictam notam demonſtrat, toto *tit. D. de his, qui not. infam. et C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* Non poterit praeſes efficere, vt furti damnatum non ſequatur INFAMIA: *l. 63. D. de furt.* id eſt, *famae damnum*, vt loquitur *l. 8. C. ex quib. cauſſ. inf. irrog.* et *l. 1. C. de mod. mulct.* Si cauſſa damnationis INFAMIAM perpetuam contineat: *l. 4. §. 4. D. de re milit.* Ex ea cauſſa, quae INFAMIAM irrogat: *l. 10. §. vlt. D. de poen.* Ex ea cauſſa, quae INFAMIAM non irrogat: *l. 9. D. de poſtul.* Nec INFAMIAM criminis tollit: *l. vlt. C. de gen. abolit.* INFAMIA eximi: *l. 1. §. 10. D. de poſtul.* Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi INFAMIA eſt: *l. 105. D. de reg. iur.* Sub INFAMIA deberi dicitur pecunia, quae ex famoſa debetur. *l. 97. D. de ſolut.*

INFAMIS, E, et de perſonis, et de rebus, dicitur. INFAMIS, quando perſona ita dicitur, idem eſt, ac famoſus et ignominioſus, qui integrae famae non eſt, ſed notatus. Proinde INFAMES *perſonae*, et *integrae dignitatis homines* opponuntur. *l. 1, C. de infamib. Lib. X. tit. 57.* Et ita INFAMES accipiuntur, *l. 8. D. de accuſat. l. 2. D. de offic. adſeſſ.* Qui autem inter INFAMES ſint, explanatur *tit. D. de his, qui not. infam. tit. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. l. 1. l. vlt. D. ad leg. Iul. de vi priuat. l. 10. §. 2. D. de poen. l. 12. D. de decurion.* INFAMEM non ex omni crimine ſententia facit, ſed eo, quod iudicii publici cauſſam habuit: *l. 7. D. de publ. iudic.* Honori parentium ac patronorum tribuendum eſt, vt, quamuis per procuratorem iudicium accipiant, nec actio de dolo, aut iniuriarum in eos detur. Licet enim verbis edicti non habeantur INFAMES ita condemnati: re tamen ipſa et opinione hominum non effugiunt infamiae notam: *l. 2. D. de obſequ. par. et patr.* Omni honore, quaſi INFAMIS, carebit. *l. 1. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* ¶. 2. INFAMIS, quando res dicitur: idem eſt, ac quod infert ignominiam, vel famam et exiſtimationem laedit. INFAMI iniuria adfectus: (per ſtuprum intentatum.) *l. 2. D. de his qui ſui, vel al. iur.* [INFAMISSIMA vilitas tribuitur procuratoribus alienarum facultatum. *l. 34. l. 92. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Erat enim hoc ſeruile munus, ac proinde tales fundorum procuratores ſeruis paſſim iunguntur. *l. 2. C. Theod. de pignor. Lib. II. tit. 30. l. vn. C. Theod. de pecul. Lib. II. tit. 32. l. vn. C. Theod. quod iuſſu Lib. II. tit. 31.* Non ergo intelligendi procuratores, qui in iudiciis operam amicis praeſtant, ceu docuit Iac. Gothofredus *in Commentar. ad l. 92. D. de decurion.*]

[INFANDVS, A, VM. INFANDAE et ferales mentes apoſtatarum: *l. 5. C. Theod. de apoſtat. Lib. XVI. tit. 5.* INFANDISSIMVS tyrannorum Maximus adpellatur, *l. 7. C. Theod. de infirm. his, quae ſub tyrann. Lib. XV. tit. 14.*]

INFANS in *l. 37. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 19. §. 7. D. locat. l. 2. l. 13. D. de condict. furt. l. 12. §. 1. D. de lib. cauſſ. l. 60. D. de rei vind. l. 6. D. de lib. cauſſ. l. 36. D. de fideic. libert. l. 10. D. de op. nou. nunc. l. 32. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l. 3. C. eod. tit. l. 2. §. 13. D. ad SC. Tertull. l. 42. D. de adopt. l. 25. D. de manumiſſ. l. 3. C. qui admitti ad bon. poſſ. l. 12. §. 5. D. de Public. in rem act.* eſt, qui fari non poteſt, vt in *l. 66. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 70. D. de verb. oblig. l. 2. D. rem pupill. ſalu. l. 30. §. 1. 2. et 4. D. de fideic. libert.* Fari autem non poſſe creditur, et INFANTIS adpellatione continetur, qui infra ſeptimum aetatis annum eſt. *l. 1. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Si INFANTI, id eſt, minori ſeptem annis, hereditas ſit derelicta. *l. 18. C. de iure delib.* Vetus Gloſſar. Graecum: INFANS ἥττων τῶν ἑπτὰ ἐτῶν, *minor ſeptem annis.* In alio vetere Gloſſario inuenio: INFANS, νήπιος, ὁ ἑπταετής. *paruulus vel paruula ſeptennis.* Ac plane Conſt. Harmenopulus INFANTEM interpretatur ἑπταετῆ, ſeptennem, *Lib. VI. tit. 6. §. 7.* eoque modo INFANTIS aetas exaudienda eſt in *l. 55. D. de vſufr.* Proximos vero INFANTIAE Theophilus *in §. 9. Inſt. de inutil. ſtipul.* accipit τοὺς ἀρξαμένους λαλεῖν καλῶς, ὁποῖοί εἰσιν οἱ ἕβδομον ἢ ὄγδοον ἄγοντες ἐνιαυτόν. *Incipientes recte fari, quales ſunt, qui ſeptimum vel octauum annum agunt.* Sic et apud Graecos παιδίον intelligi ἑπτὰ ἄχρι ἐτῶν, ὀδόντων ἐκβολῇ, *vſque ad annum ſeptimum, quo dentes excidunt primulum,* Moſchopul. in *libro* περὶ σχεδῶν, et in *libro*, qui ſuh-

Digitized by Google

λογὴ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων inſcribitur, tradit. ☞ Sequutus eſt Moſchopulus Hippocratem, qui hominis aetatem in ſeptem gradus diſtribuit, finemque primae putauit ſeptimum annum. Cenſorin. *de die natali Cap. XIV.* Laudatur iſte Hippocratis locus a Philone *de creat. mundi p. 16.* ipſoque Moſchopulo *περὶ σχεδῶν p. 14.* Attamen Graeci non eamdem ſemper ſeruant loquendi rationem. Nam Ariſtophanes Grammaticus apud Euſtathium obſeruat, βρέφος eſſe eum, qui modo natus ſit: *παιδίον, ὃ ἡ τιθὴ τρέφει, quem alat nutrix; παιδάριον,* qui iam ambulet et loquatur; *παιδίσκον*, qui ſit aetatis illi proximae; *παῖδα* denique, qui iam per diſciplinas encyclicas curſum peragere poſſit. HEIN. ¶. 2. Sic: INFANS nondum anniculus: *l. 23. §. 7. D. ad leg. Aquill.* [*l. 12. §. 5. D. de Public. in rem act.*] Nutrices ob alimoniam INFANTIVM, apud praeſides, quod ſibi debetur, petunt. *l. 1. §. 14. D. de extraord. cognit.* Vnde et INFANTES Theophilus *in §. 9. Inſt. de inutil. ſtipul.* ait dici τοὺς ἐπὶ θηλάζοντας, καὶ μικρῷ μείζονας, *qui adhuc lactent, et his paullo maiores.* Pupillus INFANS: *l. 66. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Non INFANS pupillus: *l. 24. D. de manumiſſ.* INFANTES pueri, apud Cic. *pro Sex. Roſc. Cap. LII.* Si filiam procreauit, et eam INFANTEM reliquerit: *l. 26. §. vlt. D. de ſtipul. ſeruor.* INFANTIS nullae operae ſunt: *l. 12. §. 3. D. de vſufruct.* nec vſusfructus: *l. 55 D. eod. tit.* nec ſenſus vllus in accipienda poſſeſſione. *l. 32. §. vlt. D. de adquir. poſſ.*

INFANTILIS, E. INFANTILIS veſtis: *l. 25. §. 9. D. de aur. arg. mund. leg.* ☞ Vſus hoc adiectiuo etiam eſt Iuſtinus *Lib. XVII. extr.* INFANTILIBVS *blandimentis inductus.* Et INFANTILEM *uterum* dixit Apulei. *Lib. V. p. 164.* HEIN.

INFAVORABILIS, E. INFAVORABILIS ſententia eſt. *l. 6. D. de collat. bonor.*

INFAVORABILITER. *l. 2. §. 6. D. de decurion.*

INFAVSTVS, A, VM. [INFAVSTI adſpectus, de cadaueribus, per conſertam populi frequentiam elatis, vt loquitur *l. 5. C. de ſepulcr. viol.* INFAVSTAE ceruices Heracliani: *l. 21. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.* INFAVSTI damnatique haereticorum conuentus: *l. 34. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* INFAVSTVS error, de haereſi *l. 63. C. Theod. eod. tit.* INFAVSTIS defunctorum obſequiis occupati, in *l. 12. C. Theod. de veteran. Lib. VII. tit. 20.* iidem, qui *copiatae* vocantur, *l. 1. C. Theod. de luſtr. collat. Lib. XIII. tit. 1. l. 15. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2. et Nouell. Iuſtin. LX.* De iis ſupra ſub verbo COPIATA. INFAVSTVM officium tribunorum per Africam, ad requirendos vagos et deſertores miſſorum. *l. 17. C. Theod. de deſert. et occultat. eor. Lib. VII. tit. 18.* INFAVSTA hoſpitalitatis praebitio: *l. 6. C. de metat. Lib. XII. tit. 41. l. 12. C. Theod. eod. tit.* Vid. ſupra in verbo, HOSPITALITAS. INFAVSTVS praeſumtor, de tyranno: *l. vlt. C. Theod. de Epiſc. Lib XVI. tit. 2.* INFAVSTAS voces iactare. *l. 9. §. 1. D. de his, quae vt indign.*

[INFECTIO pro colore. *l. vlt. C. Theod. de veſt. olouer. Lib. X. tit. 21.* Eiusdem INFECTIONIS filo, id eſt, eodem colore tincta.]

INFECTVS, vel, vti in *l. 12. §. 2. D. de captiu.* legitur INFACTVS, A, VM, quod nondum factum eſt. Hinc pro INFECTIS haberi dicuntur, quae nulla ſunt: *l. 3. C. qui manum. non poſſ. l. 20. C. de donat. int. vir. et vx.* Sic INFECTVM aes, apud Feſtum *Lib. XVI. in verbo rodus*, *ſignato* opponitur. INFECTI argenti adpellatio rudem materiam continet, id eſt, non factam: *l. 19. §. 11. D. de aur. arg.* INFECTO argento legato, fractum vel colliſum continetur: *l. 27. §. 3. D. eod. tit.* Si INFECTVM argentum legatum eſt, quod eius ita factum eſt, vt eo, quod ad rem comparatum eſt, non poſſis vti ſine refectione, id legatum videtur: *d. l. 27. §. 4. D. eod. tit.* Si quis INFECTVM argentum petat, et maſſam argenteam dicere, et pondus debebit ponere: *l. 19. D. de furt.* INFECTVM damnum, quod nondum factum eſt, ſed futurum veremur: *l. 2. D. de damn. infect. l. vn. D. de rip. mun.* Quod damnum et INFACTVM adpellatur, in *l. 3. §. 1. D. de riuis.* INFECTVM efficere diuortium: *l. 11. D. de diuort. et repud.* INFECTA fit emtio: *l. 2. D. de reſcind. vendit.* INFECTA quoque lana *factae*, et INFECTVM linum *facto* opponitur: *l. 70. D. de legat. III.* INFECTAE materiae pondus; *ſignatae* numerum; *factae* ſpeciem dici oportet. *l. 6. D. de rei vind.* Si purpura INFECTA ſit, vel lana: pondus adiiciendum: *l. 1. §. 40. D. depoſ.* ¶. 2. Aliud eſt INFECTVS, participium a verbo INFICERE, de quo infra in ipſo verbo INFICERE.

INFELICITAS. INFELICITAS fati furioſum excuſat: *l. 12. D. ad leg. Corn. de ſicar.* INFELICITATEM vxoris, in ſaeuiſſimo furore conſtitutae, ſpernere: *l. 22. §. 7. D ſolut. matrim.*

INFERIOR, VS, et *ſuperior* opponuntur: *l. 4. D. de ſenator. l. 1. D. de ſeruit. legat. l. 1. §. vlt. l. 2. D. de aqu. et aqu. pluu l. 8. §. 5. D. ſi ſeru. vindic. l. 86. §. vlt. D. de legat. II.* In primis quae loca alteris ſitu depreſſiore ſunt, INFERIORA vocantur. Ex ſuperiore in INFERIORA immitti licet; *l. 8. §. 5. D. ſi. ſeru. vindic.* Sic INFERIORES aedes: *l. 25. §. 1. D. de ſeru. praed. urban.* INFERIORA aedificia: *l. 24. D. et l. 25. pr. D. eod. tit.* INFERIOR ager: *l. 1. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* locus: *l. 2. D. eod. tit.* pars fundi: *l. 80. §. vlt. D. de legat. II.* pars molae: *l. 18. §. 5. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* (vid ſupra CATILLVS.) INFERIORA praedia: *l. 1. §. 22. D. de aqu. et aqu. pluu.* INFERIOR riuus: *l. 3. §. vlt. D. de aqu. quotid. et aeſt.* INFERIOR taberna: *l. 1. D. de ſeruit. legat.* INFERIORA verba ſtipulationis, et ſuperiora pugnant. *l. 4. D. de vſur.* INFERIORA verba teſtamenti. *l. 15. C. de fideicommiſſ.* ¶. 2. INFERIVS pro ordine

dine

dine vel tempore poſteriore. In INFERIORIBVS, id eſt, poſtremo loco, ſeu extremo: *l. 3. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* INFERIORES creditores, id eſt, poſteriores: *l. 24. §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſid.* INFERIVS teſtamentum, pro poſteriore. Eoque modo *ſuperiori*? id eſt, priori aduerſatur. *l. 3. §. 4. D. de iniuſt. rupt. irr. teſtam. l. 19. D. de teſtam. mil.* ¶. 3. INFERIORES etiam ſunt viliores, vel minoris dignitatis. INFERIOR dignitas: *l. 6. l. 8. D. de ſenat. l. 49. D. de rit. nupt.* INFERIOR gradus: *l. vlt. D. de ſucceſſ. edict. l. 49. D. de rit. nupt.* [INFERIORIS gradus iudices: *l. 12. C. Theod. de adpellat. Lib. XII. tit. 30.* INFERIORIS loci Chriſtianae legis minister: *l. 41. C. Theod. de epiſc. Lib. XVI tit. 2.*] INFERIORES magiſtratus, id eſt, in inferiore dignitatis grado poſiti: *l. 4. D. de recept. arbitr.* INFERIOR ordo. *l. 4. D. de ſenator.*

INFERRE, id eſt, importare. Si ferrum venenumue in carcerem INFERRI carceri praepoſitus paſſus eſt: *l. 8. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Quod in domo cuiusque intuliſſent: *l. 32. D. de lib. cauſſ.* INFERRE res in domum: *l. 9. §. vlt. D. de iur. dot.* Si pedem finibus INTVLISSEM: *l. 18. §. 2. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* INFERRE res in fundom: *l. 1. D. de Salu. interdict.* mortuum in fundum: *l. 39. D. pro ſoc. l. 17. D. de vſufr.* Ex rebos non legatis in horreum INTVLIT: *l. 32. §. 3. D. de legat. II.* Quae, vt ibi ſint, ILLATA ſunt: *l. 7. §. vlt. D. in quib. cauſſ. pign.* id eſt, importata, vt *l. 32. D. de pign.* Si victum vel ſtratum INFERRI quis iudicato non patitur: *l. 34. D. de re iudic.* INFERRE monimento corpus: *l. 2. C. quae res pign.* Quae in praedia vrbana inducta ILLATA ſunt: *l. 4. D. in quib. cauſſ.* INFERRE ſepulcra: Suet. *in Aug. Cap. CI.* in ſepulcrum INFERRE mortuum, in locum ſuum, vel alienum, item INFERRE, abſolute. *l. 6. §. 1. D. de diuiſ. rer. l. 20. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 30. D. de adqu. poſſ. l. 3. §. 3. D. de ſepulcr. viol. l. 6. §. 6. D. comm. diuid.* vel INFERRE mortuum: *l. 2. l. 4. D. de mort. inf. l. 43. D. de religioſ.* INFERRI quacumque ſepulturae mea cauſſa feram: *l. vlt. §. vlt. D. de aur. arg. mund. leg.* INFERRE merces in tabernam: *l. 34. D. de pignor.* INFERRE *oſſa tumulo.* Tacit. *Ann. Lib. IV. Cap. 44.* ¶. 2. INFERRE pro adferre, infligere, iniicere, deſerre. Qui latronem, ſibi caedem INFERENTEM, occiderit: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 23. §. 8.* INFERTVR condicio: *l. 74. D. de reg. iur.* INFERRE concuſſionem: *l. 1. C. de delict.* INFERRE damnum: *l. 41. D. de Aedil. edict. l. 24. D. de damn. infect. l. 1. l. 3. C. ſi aduerſ. libert. l. 12. C. de locat.* INFERRE iniuriam: *l. 1. D. de lib. cauſſ.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 4.* iniuriam INFERRE in corpus: *l. 1. §. 1. D. de iniur.* Maligne circa ſanguinem ſuum INFERRE iudicium: *l. 4. D. de inoffic. teſt.* INFERRE iusiurandum: *l. 11. C. de reb. cred.* Si forte reus extra iudicium, actore INFERENTE, iurauerit, id eſt, actore deferente: *l. 28. §. vlt. D. de iureiur.* INFERRE manum centurioni: *l. 13. D. de re milit.* INFERRE ſibi manus: *l. vlt. pr. D. de bon. eor. l. 45. §. 2. D. de iur. fiſc. l. 1. §. 22. D. de SC. Silan.* Re fit iniuria, quoties manus INFERVNTVR: *l. 1. §. 1. D. de iniur.* Hunc metum ſibi ipſa intulit: *l. 21. D. quod. met. cauſſ.* ILLATO metu mortis: *l. 8. D. eod. tit.* INFERRE neceſſitatem: *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* Qui ſtuprum vel adulterium INTVLIT: *l. 12. D. ad leg. Iul. de adult.* Qui per vim ſtuprum INTVLIT, vel mari, vel feminae: *l. 29. §. vlt. D. eod. tit.* Qui ſtuprum ſuis per vim INFERENTEM occidit: *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Cui ſtuprum INFERTVR: Paull. *Lib. V. tit. 4. §. 4.* Illum ſolum, qui vim INFERT, ferire conceditur: *l. 45. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Qui vim INTVLIT: *l. 14. §. 12. D. quod. metus cauſſ.* INFERRE vim viſceribus: *l. 8. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Si qua viſceribus ſuis vim INTVLERIT: *l. 39. D. de poen.* ILLATAM vim propulſare: *l. 1. C. vnde vi.* ILLATVM vulnus. *l. 7. §. vlt. D. de iniur.*

¶. 3. INFERRE, id eſt, ſoluere. *l. 34. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 42. §. vlt. D. de iure fiſc.* INFERRE iuſtam aeſtimationem: *l. 14. §. vlt. D. de legat. III.* Iniuriae aeſtimationem INFERRE iuſſus: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 9.* INFERRE aliquid pro filio: *l. vlt. C. ne vx. pro marit.* argentum: *l. 2. C. de conu. fiſc. debit.* Si heredibus centum INTVLISSET: *l. 8. §. 7. D. de pecul. leg.* A praetore maiores fructus INFERRE iuſſus erat: *l. 6. §. vlt. D. mandati.* INFERRE partem aeſtimationis: *l. 80. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* partem debiti: *l. vlt. D. qui pot. in pign.* partem pretii: *l. 11. D. de euiction.* INFERRE pecuniam: *l. 23. D. de pecul. legat. l. 2. C. de his, qui in prior. cred.* Foricarii, qui tardius pecuniam INFERVNT: *l. 17. §. 5. D. de vſur.* Qui ex cauſſa pecuniam tardius INTVLISSET: *l. vlt. §. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* Non pecunias pro operibus INFERRE: *l. 13. D. de pollicit.* Si pecuniam non INTVLISSES: *l. 14. §. vlt. D. de diuerſ. temp. praeſcr.* ILLATA pecunia, id eſt, ſoluta: *l. 53. D. de manum. teſt. l. 4. C. de fide inſtrum.* Tardius ILLATAE pecuniae vſuras debere: *l. 17. §. 4. D. de vſur.* Negat, curatoribus ſuis recte pecuniam INLATAM: *l. 53. D. de manum. teſt.* INFERTVR in aerarium pecunia: *l. 15. §. vlt. D. de iur. fiſc.* Si non INTVLIT rationibus creditoris pecuniam: *l. 38. D. de negot. geſt.* INFERRE penſiones: *l. 58. D. de vſufruct.* INFERRE plus debito: *l. 101. D. de ſolut.* INFERRE poenam: *l. 12. D. de manumiſſ. l. 5. D. de praetor. ſtipul. l. 29. fin. D. de leg. Corn. de falſ. l. 2. C. de fiſcal. vſur. Lib. X.* poenas: *l. 3. C. vbi cauſſ. fiſc.* INFERENDA eſt poena: *l. 40. C. de transact.* Poenam ſtatuit quadraginta aureorum, quam fiſco iuſſit INFERRI: *l. 3. §. 5. D. de ſepulcr. viol.* Qui virilem portionem ex cauſſa fiſci INFERRE debuerant: *l. 101. D. de ſolut.* INFERRE pretium: *l. 9. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* Iuſſi INFERRE pro pretio: *l. 30. §. 7. D. ad leg. Falcid.* ILLATVM pretium emtori: *l. 9. D. de hered. vel act. vend.* ILLATVM nomine pretii: *l. 1. C. de reſcind. vendit.* ILLATO pretio: *l. 34. §. 1. D. de legat. II.* Pretio hereditati ILLATO: *l. 41. §. 9. D. de legat. III.* INFERRE quantitatem: *l. 10. C. de transact. l. 2. C. qui bon. ced.* Debitam quantitatem INFERENTI: *l. 3. C. de iur. fiſc. Lib. X.* INFERRI debitae quantitatis ſuis temporibus: *l. 1. C. de adminiſtr. rer. publ. Lib. XI.* INFERRE reliqua: *l. 40. §. 3. D. de ſtatulib. l. 4. C. de teſt. manumiſſ.* Viginti ſolidos a ſingulis hominibus

Digitized by Google

INFERENDOS eſſe heredi: *l. 47. D. de manumiſſ. teſtam.* Quingentos ſolidos INFERRE fiſco iuſſus: *l. 34. D. de iur. fiſc.* INFERRE ſummas: *l. 40. D. de ſtatulib.* ILLATA ſumma: *l. 78. §. 14. D. ad SC. Trebell.* Summam dotis, quam mihi pro ea pater eius intulit: *l. 12. D. de dot. praeleg.* INFERRE vectigal: *l. 7. in fin. D. de publican.* INFERRE vſuras: *l. 1. C. de his, quib. vt indign. l. 11. D. de vſur.* Eodem pertinent loquutiones ſequentes: ILLATA calendario: *l. 40. §. 4. D. de ſtatulib.* INFERRE fiſco: *l. 1. D. ad leg. Iul. ambit.* Quamuis ſeruus pecuniam rationibus ſuis INTVLISSET: *l. 22. §. 8. D. mandat.* Si non INTVLIT rationibus creditoris pecuniam: *l. 38. D. de negot. geſt.* Quod amplius fuerit, rationibus heredis heredumue meorum INFERATVR: *l. 32. §. 4. D. de vſu et vſufr. leg.* ILLATVM pupilli rationibus: *l. 3. D. quand. ex fact. tut.* INFERRE in rationes: *l. 12. D. de liberat. legat.* INFERET *rationibus*: Sueton. *in Iul. Cap. XLI. Veſpaſ. Cap. XXII.* quod vulgo *collocari in computis* dicimus. Ad ſtudia liberalia fratris tui INFERRAS matri eius annua tot. *l. 21. §. vlt. D. de ann. legat.* ¶. 4. INFERRE, id eſt, intendere, mouere. INFERRE accuſationem: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill.* actionem: *l. 39. D. de adm. et peric. tut. l. 77. §. 14. D. de legat. II. l. 8. C. de rei vind. l. 1. C. ſi adu. rem iudic. l. 5. C. pro ſoc. l. 1. C. de furt.* actiones: *l. 24. §. 1. D. de lib. cauſ.* INFERTVR actio: *l. 52. §. vlt. D. de pecul.* actio in perſonam vel in rem: *l. 28. D. de obl. et action.* INFERTVR controuerſia: *l. 1. C. de his, quib. vt ind.* Nondum ILLATA controuerſia: *l. 4. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* INFERRE crimen: *l. 11. l. 18. C. ad leg. Iul. de adult.* plura crimina: *l. 2. §. 9. D. ad SC. Turpill.* *Auctor ad Herenn. Lib. IV. Cap. 35.* *Accuſatoris officium eſt, INFERRE crimina.* INFERTVR crimen: *l. 11. l. 18. C. ad leg. Iul. de adult. l. 3. C. de ord. cognit. l. 2. C. de reb. credit.* crimen perduellionis: *l. 76. §. vlt. D. de legat. II.* Ante crimen ILLATVM: *l. 12. D. de lege Corn. de falſ.* INFERRE litem: *l. 44. D. de iudic. l. 10. D. de except. l. vlt. C. ſi ex plurib.* Specie ILLATAE litis: *l. 2. §. vlt. D. ne de ſtatu defunct.* INFERRE quaeſtionem: *l. vlt. C. de ſeru. pign. dat.* quaeſtionem ſtatus: *l. 39. §. vlt. D. de lib. cauſ.* quaeſtionem de paterna ſucceſſione ac ſtatu: *l. 10. C. de transact.* INFERTVR quaeſtio: *l. 3. C. de his, quib. vt indign. l. 3. C. ne de ſtat. defunct.* Non eſt quaeſtio libertatis INFERENDA: *l. 2. D. eod. tit.* ILLATAE quaeſtionis non ignarus. *l. 2. C. de hered. petit.*

INFESTARE [alterius domum: *l. 15. C. Theod. de metat. Lib. VII. tit. 8.*] INFESTARI per latrunculos. *l. 3. §. 2. D. de incend. ruin. naufr.*

INFESTVS, A, VM. [INFESTVM nomen delatorum: *l. 24. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.*] Non INFESTVS: *l. 11. §. 8. D. de legat. III.* Non amare, nec tamquam inter INFESTOS. *l. 28. §. 2. D. de donat. int. vir. et uxor.*

[INFICERE contagione profanae repetitionis (baptiſmi) homines, ſemel munere diuinitatis ablutos. *l. 4. pr. C. Theod. ne ſanct. bapt. iter. Lib. XVI. tit. 6.* INFECTA cruore conchylii pallia et tunicae. *l. vlt. C. Theod. de veſt. oloser. Lib. X. tit. 21.*]

INFICIARI, interdum eſt ſimpliciter negare. Inter fideiuſſores diuiditur actio, ſi non INFICIANTVR, id eſt, ſi non negant, ſe fideiuſſiſſe: *l. 10. §. 1. D. de fideiuſſ.* Non prorſus litem INFICIATVR: *l. 2. §. vlt. D. de except.* INFICIANTEM coercet Aquillia, *l. 5. §. 2. D. de ſeru. corrupt.* vbi INFICIANTI *fatentem* opponit Vlpianus. Aduerſus INFICIANTEM in duplum actio eſt ex lege Aquillia: *l. 2. D. ad leg. Aquill.* id eſt, aduerſus negantem, vt *l. 23. §. 10. l. 4. C. eod. tit.* quibus locis INFICIANTI *confitentem* opponi, animaduertimus. Actio quae INFICIANDO creſcit. *l. 30. D. de iureiur.* ¶. 2. Interdum INFICIARI eſt creditum vel depoſitum abnegare, vt *l. 13. D. depoſ.* Feſtus *Lib. IX.* *INFICIARI*, ait, *eſt creditum fraudare.* Quinctilian. *Declam. CCXLV.* *Depoſitum qui INFICIATVS fuerit, quadruplum ſoluat. INFICIARI eſt depoſitum nolle ſoluere. INFICIANDO* depoſitum nemo facit furtum; *l. 47. D. de furt.* Si rem depoſitam loco non moueris, vel INFICIANDI animum habeas: *l. 3. §. 18. D. de adqu. vel amitt. poſſ.* Iuuenal. *Sat. XIII.*

Aut qui depoſitum non INFICIATVS amici.

Quod autem illis locis INFICIARI depoſitum, hoc abnegare dicitur *l. 1. D. de furt. l. 11. D. depoſ.* et apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 97.* et Tertull. *ad Scapul.*

INFICIAS. Ad INFICIAS ire: *l. 44. §. 4. D. famil. erciſc.* Quod INFICIAS ire, abſque praepoſitione, dicunt Terent. *Adelph. Act. III. ſcen. 2.* Quinctilian. *Lib. III. Inſt. orat. Cap. 7.* Gell. *Lib. XVI. Cap. 19.* De ea phraſi diximus *ſub articulo* AD ¶. 21.

INFICIATIO, *l. 1. §. 4. D. de his, qui effud. vel deiec.* pro *negatione facti*, vt Cicero loquitur. Sic INFICIATIONE duplicantur actiones: *§. 23. Inſt. de act.* INFICIATIONE creſcens cauſſa: *l. 7. D. de ſolut.* id eſt, quae aduerſus confitentem in ſimplum, aduerſus negantem in duplum competit, qualis eſt actio ex lege Aquillia. *l. 23. §. 10. D. ad leg. Aquill.* Ad INFICIATIONEM compelli: *l. 16. D. de iudic. ſolu.* Plane Iſidor. *Orig. Lib V. Cap. 26.* *INFICIATIONEM, ait, eſſe rei debitae negationem, quum ea a creditore repoſcitur.* INFICIATIO depoſiti. *l. 67. D. de furt.*

INFICIATOR, qui debitum inficiatur, qui debere ſe negat, nec bonam fidem adgnoſcit, ſed fruſtratur, et tergiuerſatur. Cicero *de Orat. Lib. I. Cap. 37.* *Vt ſi ille INFICIATOR probaſſet iudici, ante petitam pecuniam, quam eſſet coepta deberi.* Seneca *de Benef. Lib. II. Cap. 17.* *Quum alter triſtis ſit, et ſollicitus, qualis eſſe INFICIATOR et fraudulentus ſolet.* Quinctil. *Lib. VII. Cap. 2.* *An petitorem calumniari, an reum INFICIATOREM eſſe.* Martial. *Lib. I. Epigr. 9.*

In ius, o fallax, atque INFICIATOR, eamus.

IN-

INFIDVS, A, VM. INFIDAE aduocationes. *l. 16. D. de poen.*

INFIGERE. INFIXA *inaedificatis* iunguntur. *l. 21. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* INFIGERE vulnera: *l. 32. D. ad leg. Iul. de adulter.* INFIXA nauis: *l. 7. D. de incend. ruin. naufrag.* In Florentino codice non eſt INFIXA nauis, ſed INFICTA. Et ita quidem loqui et ſcribere conſueuiſſe veteres, pluribus exemplis docuerunt Iac. Cuiac. *Lib. IX. Obſ. Cap. 9.* et Iac. Durantius Caſell. *Lib. II. Var. Cap. 15.* Sed quum, quod ad ſenſum attinet, perinde ſit, vtramuis recipias lectionem, abſonum eſſet, de lectione vera diſceptare velle. HEIN.

INFINDERE. Qui ſiluam INFINDVNT. *l. vlt. D. de iur. immunit.* Vſus eodem vocabulo Virgilius *Lib. V. Aeneid. v. 142.*

INFINDVNT pariter ſulcos.

Magis tamen proprie id iuriſconſulti de ligno et ſilua, quam poeta de ſulcis, videntur vſurpaſſe. HEIN.

INFINITE, id eſt, in infinitum. *l. 28. D. de probat.* et apud Vlpian. *Regul. tit. V. §. 6.*

INFINITVS, A, VM, quod finem aut modum certum non habet. [At plerumque tamen magis ἀόριςον, quam id, quod fines et extremum non habet, ſignificat, idemque eſt ac indefinitum, vel immodicum.] Hinc loquutiones: Ad INFINITVM. Ad INFINITVM extenditur aeſtimatio: *l. 8. §. vlt. D. rat. rem habit.* Perſonae, quae in numero parentium liberorumue ſunt, ſiue proximi, ſiue vlterioris gradus ſint, vsque ad INFINITVM: *l. 53. D. de rit. nupt.* IN INFINITVM. In INFINITVM parentibus et liberis praeſtabitur: *l. 1. §. 1. D. de legat. praeſt.* In INFINITVM iurare: id eſt, ſine vlla taxatione, vt ipſa explicat *l. 68. D. de rei vind. l. 4. §. 2. D. de in lit. iur.* Omnes in INFINITVM etiam ſupra tritauum parentes dicit: *l. 4. D. de in ius voc.* Quintis in ſingulos liberos in INFINITVM relictis: Vlpian. *tit. VI. §. 4.* Deincepsque ceteri in INFINITVM: *. 2. D. de ſuis et legit.* In INFINITVM donarem: Paull. *Lib. VI. Sent. tit. 11. §. 6.* In INFINITVM obiicitur exceptio: *l. 4. §. 17. D. dol. et met. cauſſ. except.* Nec enim in INFINITVM obligatus eſſe debet: *l. 13. §. vlt. D. de damn. infect.* In INFINITVM procedere verba: *l. 18. §. 3. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* In INFINITVM, quoties perdiderit, reſtituere: *l. 11. §. 18. D. de legat. III.* [Lex in INFINITVM capere permittit: *l. 7. §. 1. D. de leg. Iul. repetund.* Vsque in INFINITVM, quot quis heredes velit facere, licet: *§. 6. Inſt. de hered. inſt.* Dici etiam in caſu ſexto ſolet IN INFINITO. Non onerandus eſt heres IN INFINITO, vt quoties is perdiderit, reſtituere ei tantumdem debeat: *l. 1. §. 11. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. cau.* In INFINITO hoc modo multos ſanos eſſe negaremus: *l. 1. §. 9. D. de Aedil. edict.* In INFINITO videlicet per quamlibet fundi partem ire agere licebit: *l. 9. D. de ſeruitut.* In INFINITO ſupra ſuum aedificium imponere: *l. 24. D. de ſeru. praed. vrban.* Sic et INFINITA vel immoderata aeſtimatio: *l. 40. D. de damn. infect.* INFINITA aeſtimatio eſt libertatis: *l. 178. §. vlt. D. de reg. iur.* INFINITA cuſtodia: *l. 4. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend.* Non INFINITA pecunia, ſed modica: *l. 192. D. de verb. ſignif.* [INFINITO pretio emere: *l. 61. D. ad leg. Falcid.* INFINITAE ſpecies vnius generis: *l. 3. §. 21. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Tempus INFINITVM, et *certum* aduerſantur: *l. 91. D. de condit. et demonſtr.* INFINITAE vſurae. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 14. §. 3.*

INFIRMARE, facere vt effectum non ſortiatur. INFIRMATVR actio per exceptionem: *l. 112. D. de reg. iur.* confeſſio: *l. 29. §. 1. D. de donat.* INFIRMATO contractu: *l. 46. §. 2. D. de iur. fiſc.* INFIRMATVR donatio: *l. 11. §. 5. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 11. D. de inoffic. teſt. l. 66. D. ad leg. Falcid. l. vlt. C. de his, quae vi metusu. cauſſ.* exceptio replicatione: *l. 4. §. vlt. D. ſi quis cautionib.* factum: *l. vlt. C. ſi in fraud. patron.* fideicommiſſum: *l. 18. D. de legat. III.* inſtitutio: Paull. *Lib. III. ſent. tit. 4. §. 7.* Non eſſe INFIRMANDAM inſtitutionem: *l. 2. D. de his, quae in teſt. del.* INFIRMATVR legatum: *l. 108. §. 9. D. de legat. I.* libertas: *l. 29. D. de manum. teſt.* obligatio: *l. 136. D. de verb. obl. l. 61. D. de iur. dot.* promiſſio: *l. 9. C. de contrah. ſtipulat.* Res facti INFIRMARI iure ciuili non poteſt: *l. 1. D. de adquir. vel amitt. poſſ.* ſcriptura: *l. 4. C. de iur. et facti ignor.* ſententia: *l. 1. D. de fer. l. 7. §. 1. D. de interd. et relegat.* teſtamentum patris: *l. 15. D. de condit. et demonſtr.* An voluerit totum teſtamentum INFIRMARE: *l. 2. D. de his, quae in teſt. del.* Non totum teſtamentum INFIRMANT filii, ſed tantum eum gradum, qui ab initio non valuit: *l. 43. §. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Non in totum teſtamentum INFIRMATVR: *l. 19. D. de inoffic. teſtam.* Teſtamentum, iure factum, INFIRMATVR duobus modis: Vlpianus *tit. XXIII. Regul. §. 1.* INFIRMATVR tranſactio Senatusconſulto. *l. 23. §. 1. D. de condict. indeb.* ¶. 2. [Saepe ergo INFIRMARI et id dicitur, quod non valuit. *l. 43. §. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 15. D. de condit. inſtit. l. 46. §. 2. D. de iur. fiſc.*

INFIRMITAS, id eſt, imbecillitas, vt *l. 2. §. 2. D. ad SC. Vellcian.* Si propter INFIRMITATEM retinere equi impetum non potuit, vel ſuſtinere mularum impetum: *l. 8. §. 1. D. ad leg. Aquill.* vbi INFIRMITATEM culpae adnumerari, Caius ait. Nec de perſonis tantum dicitur, ſed et de rebus, quae anima carent, ſicuti *aedificii* INFIRMITAS dicitur *l. 43. D. de damn. infect.* Frequentius tamen de perſonis vſurpatur. Hinc INFIRMITAS aetatis: *l. 8. D. de minor. l. 9. D. de curat. furioſ. l. 1. C. quand. tutor.* Curatores ſiue puberibus, ſiue impuberibus dari, propter aetatis INFIRMITATEM: *l. 6. D. rem pupill. ſalu.* Maſculis, impuberibus dumtaxat, propter aetatis INFIRMITATEM tutores conſtituuntur: Vlpian. *Regul. tit. XI. §. 1.* Ita INFIRMITAS *puerorum* apud Ciceron. *de Senect. Cap. X.* Nec tenerae modo, aut minoris, ſed et prolixae aetatis INFIRMITAS dicitur. In metallum damnari, ſi aetatis INFIRMITATE inutiles operi faciendo deprehendantur: *l. 22. D. de poen.* INFIR-

INF.

FIRMITAS corporis: *l. 17. D. de op. libert.* et apud Quinctilian. *Declam. CCCXXXV.* INFIRMITAS feminae: *l. 1. C. quando mul.* feminarum: *l. 2. §. 2. D. ad SC. Vellei.* Quinctil. *Decl. CCCXXXVIII. Per ſe imbecilla res eſt femina, et adfert* INFIRMITATI *naturali non leue pondus, quod vidua eſt.* INFIRMITATEM filii commendatam habere: *l. 21. §. 2. D. de ann. legat.* INFIRMITAS humana: *l. 1. §. 4. D. de obl. et action* INFIRMITATE memoriae: *l. 44. D. de adqu. vel amitt. poſſ.* Propter INFIRMITATEM mutus teſtari non poteſt: *l. 43. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* INFIRMITAS ſexus feminini: *l. 9. D. de curat. furioſ.* Deferre non poſſunt mulieres, propter ſexus INFIRMITATEM: *l. 18. D. de iur. fiſc.* Feminis in quibuſdam cauſſis, propter ſexus INFIRMITATEM, ius ignorare permiſſum eſt: *l. 9. D. de iur. et fact. ignor.* Feminis tam puberibus, quam impuberibus, tutores conſtituuntur, propter ſexus INFIRMITATEM. Vlpian. *Reg. tit. XI. §. 1.* ¶ 2. INFIRMITAS pro infirma ac aduerſa valetudine, vti apud Ciceron. *de clar. orat. Cap. XCI.* INFIRMITAS *valetudinis* et apud Cornel. Celſum *Lib. II. Cap. 2.* INFIRMITAS *corporis.* Si ex INFIRMITATE deceſſerit: *l. 30. §. vlt. D. de adim. legat.* Quod te in mortui INFIRMITATEM erogaſſe probaueris: *l. 4. C. de petit. hered.* Seruus, quem pro derelicto dominus ob grauem INFIRMITATEM habuit: *l. 2. D. qui ſine manumiſſ.* INFIRMITATE impeditus: *l. 38. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 2. §. 43. D. ad SC. Tertull.* Incidente INFIRMITATE: *l. 18. D. de iudic.* Si conſtet, maritum aliquamdiu cum vxore non concubuiſſe, INFIRMITATE interueniente. *l. 6. D. de his, qui ſui vel alien. iur.*

INFIRMVS, A, VM, imbecillus. INFIRMA aetas ſeniorum, pupillorum, puellarum: *l. 122. D. de legat. I.* INFIRMVM eſt aetatium minorum conſilium: *l. 1. D. de minor.* INFIRMVM iudicium pupilli: *l. vlt. D. de manumiſſ. vindict.* id eſt, parum firmum, vt eſt in *l. 4. D. de ſeru. export.* Tam eſſe INFIRMOS, tamque pauperes patronos: *l. vlt. D. de agnoſc. et alend. lib.* INFIRMA perſona: *l. 3. §. 4. D. de lib. exhib.* Senes et INFIRMOS: *l. 33. §. vlt. D. de vſu et vſufr. legat.* INFIRMA valetudo. *l. 3. D. de mort. cauſſ. donat.*

INFLARE, pro augere. Vectigalia, quae calor licitationis vltra modum ſolitae conductionis INFLAVIT, id eſt, auxit. *l. 9. D. de publican.*

INFLIGERE damnum: *l. 50. D. ad SC. Trebell. l. 6. §. 11. D. quae in fraud. credit.* INFLICTVM damnum: *l. 2. C. de praed. minor.* INFLIGERE maculam: *l. 26. D. de poen.* notam: *l. 10. C. de teſtam. mil.* poenam: *l. 2. D. ad leg. Iul. de adulter.* Paoll. *Sent. Lib. V. tit. 23. §. 1.* ſummam poenae nomine: *l. 1. C. de fiſcal. vſur.* vſuras: *l. 3. §. 4. D. vbi pupill. l. 11. l. 17. §. 3. D. de vſur.* Iungantur hic, quae ſupra notauimus ad verbum AFFLIGERE. HEIN.

INF.

INFLVERE. Si aqua INFLVXERIT ipſa ſibi, me non ducente: *l. 1. §. 21. D. de aqu. quotid. et aeſt.* id eſt, ſi per riuum ſua ſponte fluxerit, vt eſt in *l. 12. D. ſeru. quemadm. amitt.* Aqua, ſi in partem aquagii INFLVXIT. *l. 9. D. quemadm. ſeru. amitt.*

INFODERE. INFOSSA dolia fundo. *l. 54. §. vlt. D. de act. emt.*

[INFORMARE, de nouo excitare, vel condere: *l. 1. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* Nullus iudex nouum opus INFORMET. At INFORMARE actiones petitoris, in *l. 12. C. Theod. de fid. teſt. Lib. XI. tit. 39.* dicitur reus, qui titulum ſuae poſſeſſioois actori edit.]

INFORTVNIVM, [INFORTVNIO alieni criminis ſtringi: *l. 1. pr. C. Theod. de bon. proſcript. Lib. XI. tit. 42*] INFORTVNIVM naufragii. *l. vlt. C. de nautic. foen.*

INFRA, id eſt, alio poſteriore legis capite. *l. 2. D. ad leg. Aquill.*

INFREQVENS interdictum. *l. 1. D. de migrando.*

INFRINGERE actionem aequitate defenſionis: *l. 12. D. de dol. mal. et met. except.* INFRINGITVR datio: *l. 10. D. de reb. dub.* fides venditionis: *l. 2. C. de comm. rer. alienat.* immunitas: *l. 11. §. 2. D. de mun. et hon.* ius libertatis: *l. 71. §. 3 D. de cond. et demonſtr.* ius publicum: *l. 20. D. de religioſ.* INFRINGIT officium tutoris: *l. 5. §. 8. D. de admin. et peric. tut.* Hereditas materterae petita non INFRINGIT alterius hereditatis petitionem: *l. 3. C. de pet. her.* INFRINGITVR ſpes: *l. 9. §. 7. D. de ſtatulib.* INFRINGERE teſtamentum teſtimonio ſuo. *l. 5. §. 15. D. de his, quae vt indign.*

INFRVCTVOSVS, A, VM. INFRVCTVOSAE arbores: *l. 13. §. 4. D. de vſufruct.* INFRVCTVOSVS fundus: *l. 13. D. de reb. cor. qui ſub tut.* INFRVCTVOSVM rationi ſuae praedium. *l. vlt. §. vlt. D. de legat. III.*

[INFVLA. INFVLAE pro quauis dignitate accipiuntur. Sic INFVLIS dicati: *l. 122. C. Theod. de decur. Lib XII. tit. 1.* INFVLAE dignitatis: *l. 27. l. 42. l. 155. C. Theod. eod. tit. l. 16. C. Theod. de murileg. Lib. XVI. tit. 20. l. vn. pr. C. Theod. qui a praebit. tiron. et equ. excuſ.* INFVLAE duumuiratus aliorumque honorum: *l. 19. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 36.* INFVLAS adfectati honoris amittere: *l. 8. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.* INFVLAE Imperiales: *l. vlt. in fin. C. de quadr. praeſcr.* INFVLAE poteſtatis: *l. vn. C. Theod. ne ſine iuſſ. princ. Lib. IX. tit. 41.* INFVLARVM ſplendore decorari. *l. vlt. C. Theod. de pal. ſacr. largit. et rer. priuat.*]

INFVNDERE aquam in ahenum: *l. 18. D. de inſtruct. vel inſtrum.* INFVNDERE quid in aedes inferiores: *l. 44. D. de iniur.* INFVSVM venenum per vim: *l. 1. §. 19. D. de SC. Silan.* vinum vel oleum in vaſis. *l. 18. D. commod.*

ING.

INGENIVM, indoles, natura, habilitas, prudentia. Circa aduocatos diligentem eſſe oportet, ſed cum INGENIO: *l. 9. D. de offic. proconſ.* Inter artifices longa eſt differentia INGENII et naturae: *l. 31. D. de ſolut.* Ex natura INGENIOque eius, cui relictum eſt, ſtatuendum erit: *l. 12. D. de legat. III.* Magno INGENIO de iure aperto reſpondit *l. 109. D. de condit. et demonſtr.* [Simulatae obſeruationis INGENIA et fraudes depellere: *l. 6. C. Theod. de curioſ: Lib. VI. tit. 29.* Mentiri callide paupertatis INGENIVM: *l. 1. C. Theod. de cenſitor. Lib. XIII. tit. 11.*] Seruilis INGENII nequitia: *l. 3. C. de libertis et eor. lib.* Subtili ingenio auferatur: *l. 2. C. de commerc.* Auctoritatem dignitatis INGENIO ſuo augeat. *l. 19. D. de offic. praeſid.* ¶. 2. INGENIVM etiam ingenitam cuique animali vim denotat, vt in *l. 34. §. 9. D. de Aedil. edict.* Si nata ſit mula eo INGENIO, vt alterum iugum non patiatur. ¶. 3. Quin nomen hoc ad ea quoque, quae anima et ſenſu carent, transfertur, vt in *l. 6. C. de bon proſcript.* *INGENIVM ruris*: Virgil. *Lib. II. Georg. v. 177.*

Nunc locus aruorum INGENIIS

INGENIVM loci, apud Ouid. *ex Ponto Lib. II. v. 52.* Tacit. *Lib. VI. Ann. Cap. 41. Locorumque INGENIO ſeſe contra imbelles regias copias tutabantur.* Salluſtius *Lib. I. Hiſt.* apud Non. Marcell. *Caſtriſque collatis, pugna tamen INGENIO prohibebantur*: ſcilicet INGENIO loci [Apulei. *de mundo Libro I. p 56. INGENIA loci qualitateſque.* et *de Deo Socr. p 47. INGENIVM regionis.* Flor. *Lib. II Cap. 6. Obſeruato loci INGENIO.* Idem *Lib. II. Cap. 16.* INGENIVM *ſitus* dixit Gellius *Lib. XII. Noct. Attic. Cap. I. INGENIA lactis et proprietates.*] Eadem loquutione vſi ſunt Columella *de re ruſt. Lib. VI. Cap. 1.* vbi INGENIVM *animi in pecudibus*; Gell. *Noct. Attic. III, 6.* vbi INGENIVM palmae. Add. Tertull. *de habit. mulier. Cap. II.* Pompon. Mela *de ſit. orb. Lib. I. Cap. 13.* Quidquid enim rei cuidam veluti ingenitum et naturale erat, id veteres INGENIVM adpellabant. HEIN.

INGENVITAS, ſtatum ingenuorum, eorumque conditionem ſignificat. *l. 2. §. vlt. l. 5. D. ſi ingen. eſſ. dic. l. 4. l. vlt. D. de colluſ. deteg. l. 2. D. de iur. aur. anulor. l. 37. princ. et §. 1. D. de lib. cauſſ. l. 1. C. de teſtib.* Hinc INGENVITAS, *et libertinitas* opponuntur. *l. 2. §. 1. D. ſi ing. eſſe dicer.* Qui ex libertinitate in INGENVITATEM ſe defendebat: *l. 2. §. 1. D. quand. adpell.* Ex ſeruitute aut libertinitate in INGENVITATEM vindicati: *l. 32. D. de lib. cauſſ.* Si, qui in poſſeſſione INGENVITATIS ſit, libertinus eſſe dicatur: *l. 34. D. de probat.* Si ex ſeruitute in INGENVITATEM ſe adlegat: *l. 27. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* Sic: INGENVITATEM conſequi: *l. 10. §. vlt. D. de reb. dub.* Ne pueri INGENVITATE deſtinata fraudentur: *l. 26. §. 2. D. de fideic. libert.* INGENVITATIS inſtrumenta: *l. 2. §. vlt. D. quib. ad libert. procl.* INGENVITATIS iura: *l. 4. D. de iurel. ius: l. 3. D. de natal. reſt. l. 1. C. de iur. aur. anul.* munia: *l. 10. §. 3. D. de in ius voc.* INGENVITATI reſtituere: *l. 11. C. de poſtl. reuerſ.* INGENVITATIS ſtatus: *l. 3. D. de natal. reſtit. l. 2. C. de iur. aur. anul. l. 9. C. de quaeſt.* INGENVITATEM tribuere. *l. 27. §. vlt. D. de liber. cauſſ.*

INGENVVS, A, VM, is eſt, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis natus ſit, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino, et altero ingenuo. Item qui ex matre libera, licet patre ſeruo, natus eſt. *pr. Inſt. de ingen.* et apud Caium *Lib. I. Inſt. tit. I. princ.* INGENVI ſunt, qui ex matre libera nati ſunt. Sufficit enim liberam fuiſſe eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla conceperit: *l. 5. §. 2. D. de ſtatu hom.* Quod ex liberta muliere naſcitur, INGENVVM eſt; *l. 11. C. de oper. libert.* INGENVVM etiam accipere debemus eum, de quo ſententia lata eſt, quamuis fuerit libertinus, quia res iudicata pro veritate accipitur: *l. 25. D. eod. tit.* Hinc opponuntur INGENVVS et *libertinus*: *l. 7. D. de recept. arbitr. l. 44. D. de excuſat. l. 8. §. 7. D. de transact.* INGENVA mater, et *libertina*: *l. 1. l. 2. D. ad SC. Tertull.* Etenim, vt ait *l. 8. C. de ingen. manum.* INGENVI naſcuntur, libertini manumiſſione tantum conſtituuntur. Quidquid natiuum, non factitium eſt, veteribus erat INGENVVM. Sic INGENVI *fontes*, apud Lucret. *Lib. I. v. 230.* opponuntur puteis foſſis. INGENVAE *agri opes*, apud Prudent. *hymn. ante cib. v. 51.* ſunt fructus, in agro nati, INGENVI *crines*, apud Statium *Lib. II. ſilu. I. v. 44.* ſunt natiui et proprii, oppoſiti adſcititiis et peregrinis, eo tempore maxime vſitatis. Quemadmodum ergo INGENVVM dicebatur, quidquid non erat factitium: ita et homines liberi id nomen ferebant, qui non facti, ſed ſtatim, vt nati eſſent, liberi erant. HEIN. ¶. 2. INGENVVM Graeci εὐγενῆ adpellant. In cuius verbi interpretatione plerique iuris ignorantia lapſi ſunt, vt apud Galenum *in libro de cognoſc. curandiſque animi morb. Cap. IX. p. 534. Tom. VI.* Τὸ δ' ἐν πλούτῳ προτεύειν ἐκ ἀρετῆς, ἀλλὰ τύχης ἔργον, ἥτις καὶ δούλοις καὶ ἀπελευθέροις ἐργάζεται, ἡμῶν τῶν ὀνομαζομένων εὐγενῶν πλουσιωτέρους. *Diuitiis excellere, non virtutis, ſed fortunae eſt, quae et ſeruis, et libertinis dat operam, nobis, qui INGENVI dicimur, multo opulentioribus.* Vbi male interpretes *generoſi* et *nobiles.* ¶. 3 Huc pertinent loquutiones: Si libertus INGENVVS pronunciatus eſſe dicetur: *l. 1. D. ſi ingen. eſſ. dic.* Libertus, qui iudicatus eſt INGENVVS: *l. 1. D. de iur. aur. anul. l. 2. D. ſi a par. quis manum.* Qui ſe ex libertinitate INGENVVM dicit: *l. 14. D. de probat.* Seruus INGENVVS pronunciatus: *l. 58. D. de condict. indeb.* INGENVI homines: *l. 2. D. ſi a par. quis manum.* INGENVI *ex libertis, qui manumiſſi ſunt, pronunciati.* Sueton. *in Claud. Cap. XXIV.*

INGERERE, offerre, inferre, inſerere. [Vnde quum eo ſenſu INGERERE occurrat in *l. vlt. C. Theod. de indict. Lib. XI. tit. 5,* verbum *inferre*

inferre pro eo repoſuit Tribonianus. *l. vlt. C. Inſt. eod. tit.* Qualis mutatio etiam obſeruatur in *l. vnic. C. de oblat. votor.* iuncta *l. vn. C. Theod. eod. tit.*] Huc pertinent illa: Cuius ſe defenſor INGERIT: *l. 21. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. mai.* [INGERERE libellos adpellatorios: *l. 56. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30.*] Qui maledictum aut conuicium INGESSERIT: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 20.* [INGERERE manus audaces: *l. 8. §. 3. C. de repud.* INGERERE numerum perſonarum: *l. 6. C. Theod. de cuſtod. reor. Lib. IX. tit. 3.*] Qui operas ſuas INGERIT inuito: *l. 25. D. de procurat.* [INGERERE poenam: *l. 6. C. Theod. ad leg. Iul. repet. Lib. IX. tit. 27.* INGERERE aliquid refutatoriis. *l. 11. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30.*]

INGRATVS, A, VM. beneficiorum immemor, eaque malefactis penſans. INGRATI actio heredibus patronorum, ſicut ipſis manumiſſoribus, defertur: *l. 3. C. de libert. et eor. lib.* INGRATI aduerſus beneficium diui Traiani: *l. 42. §. vlt. D. de iur. fiſci.* INGRATVS circa donatorem: *l. vlt. C. de reuoc. donat.* INGRATVS heres: *l. 2. D. de SC. Silan.* Id quod ad ſubmouendam inofficioſi teſtamenti querelam non INGRATIS liberis relinqui neceſſe eſt: *l. 5. C. de inoffic. teſtam.* Patrona dotem pro liberta iure promiſſam, quod eſſet INGRATA, non retinebit: *l. 69. §. 6. D. de iure dot.* Liberta INGRATA non eſt, quod arte ſua contra patroni voluntatem vtitur: *l. vlt. D. de obſequ. parent.* INGRATVS libertus: *l. 7. §. vlt. D. de iure patr.* id eſt, qui patrono obſequium aut honorem debitum non praeſtat: INGRATVS libertus eſt, qui patrooo obſequium non praeſtat, vel res eius filiorumue tutelam adminiſtrare detrectat: *l. 19. D. de iure patron.* INGRATVS a teſtatore adpellatus libertus: *l. 29. D. de adim. legat.* Libertum, vt INGRATVM, accuſare: *l. 35. §. 1. D. de procurat. l. 30. D. qui et a quib. manum. l. 70. D. de verb. ſign. l. 2. C. de libert. et eor. lib.* INGRATVM libertum argui: *l. 4. D. de obſ. parent.* Plane vt INGRATVS a patrono puniri non poteſt, qui ſuis numis emtus eſt ab eo, a quo manumiſſus eſt: *l. 7. C. de oper. libert.* Theodoſius et Valentinianus *in Nouell. tit. 6.* antiquas, aiunt, ſanctiones ſic opprimere ſub INGRATI actione libertos, vt ab heredibus defunctorum praecipiant in ſeruitutem reuocari, velut iniuriarum et ſuperbiae reos. Sueton. *in Claud. Cap. XXV.* INGRATOS *et de quibus patroni quererentur, reuocauit in ſeruitutem.* Si manumiſſus INGRATVS circa patroоum exſtiterit: *l. 1. C. de libert. et eor. lib.* Mulier contra patronum ſuum INGRATA facta: *l. 21. D. quod. met. cauſſ.* INGRATA teſtamenta vocabantur eorum, qui bene de ſe meritis honorem teſtamento non habuerant, nec eos legato vllo erant proſequuti. Ideoque primipilariorum, quos ipſe promouiſſet, teſtamenta, vt INGRATA, reſcidiſſe Caligulam, refert Sueton. *in Caio Cap. XXVIII.* ¶. 2. INGRATVS, in *l. 36. §. vlt. D. mand.* pro inuito et nolente. Vnde INGRATIIS, aduerbialiter acceptum, apud Plaut. *Mil. glor. Act. II. ſcen. 5. v. 39.* et alibi paſſim, et Terent, *Heaut. Act. III. ſcen. 1. v. 37.*

[INGRAVARE, pro grauare, multare, poena adficere. *l. 2. C. Theod. de aquaed. Lib. XV. tit. 2.*]

[INGRAVIS, E. INGRAVIS valetudo: *l. 3. pr. D. de SC. Silan.* Vid. ſupra INDIFFICILIS.]

INGREDI, inire, in locum ſe conferre. INGREDI quis agrum alienum prohiberi poteſt: *l. 13. §. vlt. D. de iniur.* Si nulla ex iuſta cauſſa ingreſſum agrum tuum, ſiue vineas, eum repererit: *l. 6. C. de adquir. poſſeſſ.* INGRESSVS Alexandriam: *l. 1. D. de offic. praef. Aug.* Si quis creditorem prohibuerit bona debitoris INGREDI, datur in eum actio: *l. 14. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. eat.* Si qui reus vel accuſator domum iudicis INGREDIATVR, in legem ambitus committit: *l. 1. D. de leg. Iul. de ambit.* INGRESSVS fines prouinciae: *l. 4. §. 3. D. de offic. proconſ.* Qui in alienum fundum INGREDITVR venandi aucupandiue gratia, poteſt a domino, ſi is praeuiderit, iure prohiberi, ne INGREDIATVR: *l. 3. l. 5. §. 3. D. de adquir. rer. dom.* INGRESSVS portam Romae: *l. vlt. D. de off. proconſ.* INGREDI poſſeſſionem: *l. 44. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 9. C. ſol. matrim. l. 12. C. de hered. vel act. vend.* Si non traditam poſſeſſionem INGREDIATVR ſine vitio legatarius: *l. 8. D. pro legat.* D. Marcus facultatem dedit INGREOIRNDI aliena praedia volentibus fugitiuos inquirere: *l. 3. D. de fugitiu.* INGREDI prouinciam per eam partem, per quam INGREDI moris eſt: *l. 4. §. 4. D. de offic. proconſ.* INGREDI vrbem non licet ignominia miſſis. *l. 8. §. 9. D. de excuſat.* ¶. 2. INGREDI, auſpicari. INGRESSVS annum: *l. 48. D. de condit. et demonſtr. l. 8. D. de ann. legat. l. 74. §. 1. D. ad SC. Trebell.* INGRESSVS ſeptuageſimum annum, et *egreſſus* opponuntur *l. 3. D. de iur. immunit.* INGRESSVS eſt conſulatum ex calendis Ianuariis. *l. 36. D. de condit. et demonſtr.*.

INGRESSVS, VS, pro introitu et initio. Quaeſturam INGRESSVS eſt, quaſi primordium gerendorum honorum: *l. 2. D. de offic. quaeſtor.* Dum in iudicio honor petitur, qui in INGRESSV ſacramenti offerri debuit: *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.* Pacta, quae in INGRESSV contractus facta ſunt: *l. 7. §. 5. D. de pact.* [INGRESSVS litis. *l. 15. C. de iudic.*]

INGRVERE. INGRVENTIS conſilium: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 8.* Si hiems INGRVERIT. *l. 6. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſtic.*

INH.

INHABILIS, E, minus idoneus. INHABILIS ad agendum: *l. 1. §. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom.* ad honorem decurionum: *l. 8. C. quand. prouoc. non eſt nec.* INHABILE iter: *l. 4. §. 5 D. ſi ſeru. vind.* INHABILES naues ad onera: *l. 1. §. 12. D. de exercit. act.* INHABILIS ad eam rem: *l. 13. D. de curat. furioſ.* tueri rempublicam. *l. 11. D. de decurion.*

INHABITARE, aliquando abſolute poni-

ponitur, aliquando addito caſu. Abſolute, vt: Vt INHABITARE liceat: *l. 32. D. de vſufr.* Qui INHABITATI *l. 1. §. 4. D. de his, qui effud. vel deiec.* Dum ipſe quoque INHABITAT: *l. 4. D. de vſu et habit.* Inquilini vel domini aedium, ſiue INHABITENT, ſiue non: *l. 5. §. 8. D. de his qui effud. vel deiec.* Qui INHABITANT, non momenti cauſſa: *l. 5. §. 5. D. de iniur.* Plerumque incendia culpa INHABITANTIVM fiunt: *l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil.* INHABITANTES manumittimus. *l. 9. D. ex quib. cauſſ. pign.* ¶. 2. Sed et caſus accedit aliquando, ſiue quartus, ſiue ſextus. INHABITARE domum: *l. 14. C. de vſur. l. 4. §. 6. D. de damn. inf.* INHABITANTES in fundo: *l. 78. D. de legat. III.* Qui INHABITAT eam partem, vnde effuſum eſt. *l. 5. D. de his, qui effud. vel deiec.*

INHABITATOR, qui inhabitat. INHABITATOR aedium: *l. 5. §. 12. D. de his, qui effud. vel deiec.* INHABITATORES perpetui, qui non diuertendi, ſed habitandi cauſſa, in caupona ſunt. *l. 1. §. vlt. D. furt. adu. naut. caup. ſtabular.*

INHAERERE. Bibliothecae parietibus INHAERENTES: *l. 41. §. 9. D. de legat. I.* INHAERET cauſſa ſtipulationi. *l. 13. D. iudicat. ſolu.*

INHIARE fortunis alienis: *l. 21. C. mand.* [INHIANTIBVS populis: *l. 4. C. Theod. ne quid publ. laetit. nunc.* id eſt, occurrentibus vndique hominibus, magnoque ſacrorum vultuum viſendorum deſiderio ſtudioque confluentibus.]

[INHIATIO, cupiditas, vel deſiderium. INHIATIO inuerecunda petentium. *l. 15. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.*]

INHIBERE, [verbum nauticum, eſſe tradunt grammatici, erroremque ſuum vltro aiunt agnouiſſe Ciceronem, quod eo pro Latino vſus ſit. Alex. Mor. *in praef. Euſeb. Theſauro temporum Scalig. praemiſſa p. 1. B.* * Add. Io. Fridr. Gronou. *Lib. IV. Obſ. Cap. 26.*] Locus Ciceronis eſt *Lib. XIII. ad Attic. Epiſt. 21.* Ex eo vero patet, verbum hoc illum non tamquam nauticum, et parum Latinum, damnaſſe, ſed *quod arbitratus eſſet, ſuſtineri remos, quum* INHIBERI *eſſent remiges iuſſi,* quum poſtea coram viderit, *non ſuſtineri, quum inhibeant: ſed alio modo remigare.* Reiicit ergo non vocem, ſed vſum eius pro ἐποχῆ, quam ſimilitudo illa vel metaphora, a nautis petita, plane non exprimit. Plura ad eum locum notant viri docti, qui omnino ſunt ab elegantiae ſtudioſioribus adeundi. HEIN. ¶. 2. In iure noſtro id verbum pro prohibere, vel impedire, accipitur. Sic INHIBENTVR actiones: *l. 31. D. de noxal. act. l. 52. D. de pecul.* alienatio: *l. 56. §. vlt. D. de iur. dot.* arbiter: *l. 32. §. 10. D. de recept. arbitr.* conamen: *l. 22. C. mand.* curſus vſurarum: *l. 4. C. de vſur. pupill.* donatio: *l. 7. D. de donat.* exactio: *l. 3. C. de nouat.* INHIBETVR per nunciationem; *l. 1. D. de nou. op. nunciat.* INHIBET oratio nuptias: *l. 16. D. de ſponſal.* INHIBERE opus: *l. 9. D. comm. diuid.* INHIBERE fundi perſequutionem: *l. 109. §. vlt. D. de legat. I.* INHIBENDAM perſequutionem: *l. 44. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* INHIBENDA petitio operarum: *l. 47. D. de oper. libert.* INHIBENDAE petitiones creditorum: *l. 35. D. de iur. fiſc.* Naturalis cauſſa INHIBET repetitionem: *l. 3. §. vlt. D. quod quisque. iur.* INHIBERE reſtitutionem: *l. 6. C. de pact. conuent.* Haec ſententia per praetorem INHIBENDA eſt: *l. 34. D. de oblig. et action.* INHIBETVR vindicatio: *l. 10. D. de reb. cor. qui ſub tutel.* INHIBET lex vſucapionem. *l. 24. D. de vſur.*

INHONESTE, turpiter, cum dedecore, contra bonos mores. Titio, cui INHONESTE nuptura ſit: *l. 63. D. de condit. et demonſtrat.* Eam, quae non INHONESTE vixit. *l. 48. §. vlt. D. de verb. ſignif.*

INHONESTVS, A, VM. Aliquando abſolute ponitur: INHONESTVM eſt, aliquando eſt epitheton hominum vel rerum. Abſolute: INHONESTVM viſum eſt, vinculo poenae matrimonia obſtringi, ſiue futura, ſiue iam contracta: *l. 134. D. de verb. oblig.* vbi, id *non eſſe ſecundum bonos mores*, ait. INHONESTVM eſt, qui vtenſilia negotiantur et vendunt, ab aedilibus flagellis caeſas, et flagellorum ictibus ſubiectas perſonas in ordinem recipi. *l. 12. D. de decurion.* ¶. 2. Epitheton eſt in illis: INHONESTA adfectio, veluti erga meretrices: *l. 5. D. de donat.* INHONESTA cauſſa ſponſionis fuit: *l. 17. §. vlt. D. de praeſcr. verb.* INHONESTVS locus, veluti popina, vel lupanar: *l. 24. §. 11. D. de recept. arbitr.* INHONESTA profeſſio eius, qui, ſe in alterius fraudem donaſſe, profeſſus eſt: *l. 4. C. de reuoc. donat.* INHONESTI quaeſtus: *l. 52. D. de hered. petit.* Si ob rem non INHONESTAM data ſit pecunia, puta, vt filius emanciparetur, vt ſeruus manumitteretur, vel a lite diſcederetur: *l. 1. D. de condict. cauſſ. dat.* INHONESTARVM rerum nulla eſt ſocietas. *l. 57. D. pro ſoc.*

INHVMANVS, A, VM. INHVMANVM eſt: *l. 6. §. 3. D. de his, qui not. infam.* INHVMANVM erat, ſpoliatum fortunis ſuis in ſolidum damnari: *§. vlt. Inſt. de action.* [Satis fuerat INHVMANVM, viuos quidem, cetera. *tit. Inſt. de lege Fuſ. Can. toll.*] Valde INHVMANVS eſt mos iſte, quo retinentur conductores vectigalium publicorum et agrorum, ſi tantidem locari non poſſunt. *l. 3. §. 6. D. de iur. fiſc.*

INI.

INIECTIO. INIECTIONEM manus excepiſſe venditor dicitur, *l. 10. §. 1. D. de in ius voc.* qui eam legem in vendendo mancipio dixit; vt, ſi mancipium proſtitueretur, manus in id iniicere ſibi liceret, et id abducere. *l. 1. D. qui ſine manumiſſ. l. 1. §. 4. C. de Lat. libert. toll.* Erat hic vetus ritus rem ſuam vindicandi. Quod quum rudiore ſaeculo extra ius, et priuato arbitrio, fieret: poſtea in ipſo iure ille ritus adumbratus eſt, quo-

ties

ties lis erat de vindiciis. Tunc enim is, qui ſibi vindicias dari poſtulabat, rei praeſenti, vel eius ſymbolo, veluti glebae, iniiciebat manum. Ad quem morem ſaepiſſime adludunt poetae. Virgil. *Aen. Lib. X. v. 419.*

INIECERE *manum Parcae.*

Ad quae verba Seruius: *Sermone iuris*, inquit, *vſus eſt. Nam manus* INIECTIO *dicitur, quoties, nulla iudicis auctoritate exſpectata, rem nobis debitam vindicamus.* Ex quo loco ſimul patet, ſaepe ſibi homines hoc ius manus iniiciendi ſtipulatos eſſe, ne opus eſſet iudicii ambagibus. Ouid. *Amor. Lib. I, 4.*

Et dicam: mea ſunt, INIICIAM*que manum.*

Et *lib. II. eleg. 5. v. 38.*

INIICIAM *dominas in mea iura manus.*

Martial. *Lib. I. Epigr. 5.*

Et quum ſe dominum vocabit ille:
Dicas, eſſe meos, manuque miſſos.

Inde ergo intelligitur, ſtipulationem illam, qua veteres ſibi manus iniectionem, vendito mancipio, excipiebant, ad id comparatam fuiſſe, vt liceret venditori mancipium ſine iudicis auxilio ſibi vindicare, ſi legibus contractus non ſtetiſſet emtor. HEIN.

INIICERE quid in collum: *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi publ.* conditionem: *l. 13. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 12. §. vlt. D. de manum. teſt. l. 34. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. hered.* conditionem legato: *l. 6. D. de legat. I.* INIICERE in ſegetem alienam lolium, aut auenam: *l. 27. §. 14. D. ad leg. Aquil.* INIICERE manus in ſeruum: *l. 9. D. de ſeru. export. l. 2. C. eod. tit. l. 20. §. 1. D. de manumiſſ.* Vide plura de hoc loquendi genere infra *Lib. XI.* Si quando alterius generis materia auro argentoue INIECTA ſit: *l. 29. D. de aur. arg. mund. leg.* In ſtratum omne veſtimentum contineri quod iniicitur, Labeo ait. *l. 45. D. de verb. ſignif.*

INIMICITIA. INIMICITIAS, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum, exercuit, ſi CAPITALES fuerunt, nec reconciliatio interuenit: *§. 11. Inſt. de excuſ. tut.* Si INIMICITIAE capitales interuenerunt inter ipſum procuratorem et dominum: *l. 8. §. vlt. D. de procurat.* inter legatarium et teſtatorem: *l. 9. D. de his, quae vt indign.* Si poſt datum procuratorem capitales INIMICITIAE interceſſerunt: *l. 14. D. de procurat.* Si INIMICITIAE capitales inter arbitrum et litigatores interceſſerint: *l. 15. D. de recept. arbitr.* Si capitales, vel grauiſſimae INIMICITIAE interceſſerint: *l. 3. §. vlt. D. de adimend. legat.* Si capitalium INIMICITIARVM cauſſa excuſationes adleget: *l. 23. D. mand.* Si INIMICITIARVM cauſſa furtum fecerit: *l. 50. §. 1. D. de furt.* Si propter INIMICITIAS coloni vicinus arbores exciderit: *l. 25. §. 4. D. locat.* Non ex INIMICITIA creationes fieri debent: *l. vn. C. ſi propt. inimic. creat. fact. ſit Lib. X. tit. 66.* Si INIMICITIAE cum patre exarſerunt: *l. 8. D. de conſ. tut.* Eum teſtator INIMICITIIS grauiſſimis perſequutus: *l. 22. D. de adim. legat.* INIMICITIIS interpoſitis: *l. 3. §. vlt. D. de adim. legat.* Qui ob INIMICITIAS incenderunt. *l. 28. §. 12. D. de poen.*

INIMICVS, ſubſtantiuum et adiectiuum, et *amicus* opponuntur. *l. 3. D. de teſtib.* Si ex amico INIMICVS effectus ſit: *l. 4. D. de teſtam. tut.* Quum arbiter ex aliis cauſſis INIMICVS manifeſte adparuiſſet: *l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr.* Si INIMICVS poſtea fiat: *l. 21. D. de procur.* Si eum iudicem ſibi INIMICVM adfirmet: *l. 9. D. de lib. cauſſ.* Plerique INIMICORVM ſolent in praediis INIMICORVM ſcopulos ponere: *l. 9. §. vlt. D. de extr. crim.* INIMICORVM quaeſtioni fides haberi non debet, quia facile mentiuntur: *l. 1. §. 24. D. de quaeſt.* Contra ſe cum INIMICIS ſuis conſpiraſſe: *l. 1. §. 14. D. de offic. praef. vrb.* [Secta catholicis INIMICA: *l. 62. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* INIMICI humani generis, delatores vocantur: *l. 10. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.* itemque magi: *l. 6. C. Theod. de malefic. Lib. IX. tit. 16.* INIMICVS ſanctae legis: *l. 51. C. Theod. de haeret.*] Ne tam INIMICO marito filium procrearet: *l. 39. D. de poen.* [*l. 78. §. 2. D. de iur. dot.* Publicus ac noſter INIMICVS: *l. 1. C. Theod. de immun. conceſſ. Lib. XI. tit. 12.*] Si tutor INIMICVS pupillo, parentibusue eius ſit: *l. 3. §. 12. D. de ſuſp. tut.* [INIMICVS catholicae ſectae. *l. 42. C. Theod. de haeret.*]

INIQVE condemnare: *l. 28. D. de adpell.* INIQVE decernit Praetor: *l. 11. D. de iuſt. et iur.* INIQVE indebitum ſoluiſſe: *l. vlt. D. quod met. cauſſ.* INIQVE poſtulare: *l. 1. §. 4. D. de collat. bon.* Niſi ſi aperte iudices INIQVE ſecundum ſcriptum heredem pronunciaſſe adparebit: *l. 10. D. de inoffic. teſtam.* Quum quis INIQVE, vel iniuſte, ſententiam dixit: *l. 1. D. de iniur.* Non INIQVE. *l. 57. §. vlt. D. ſol. matr. l. 9. D. de damn. infect. l. 2. D. de except. rei iud. l. 80. §. 5. D. de furt. l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.*

INIQVITAS actionis: Cic. *in Partit. orat. Cap. XXXVI.* Si arbitrium ita prauum eſt, vt manifeſta eius INIQVITAS adpareat: *l. 79. D. pro ſoc.* INIQVITAS repentini caſus: *l. 3. C. de inoff. teſtam.* Si mulctam dixerit legatus, poteſt de INIQVITATE eius proconſul cognoſcere: *l. 2. D. quis a quo adpell.* INIQVITAS iudicantium: *l. 1. D. de adpellat.* INIQVITAS loci: *l. 1. §. 1. D. ſi quadr. pauper.* Quod minimum habebat INIQVITATIS: *l. 200. D. de reg. iur.* INIQVITATI occurrere: *l. 77. §. 32. D. de legat. II.* [INIQVITAS ponderum: *l. 32. C. Theod. de ſuſcept. Lib. XII. tit. 6.* INIQVITAS praeſidis: *l. 21. §. vlt. D. de SC. Silan.* INIQVITAS ſententiae: *l. 18. §. 1. D. de mun. et hon. l. 1. D. ſi pend. adpell.* INIQVITATE ſumma adfici. *l. 28. D. de noxal. act.*

INIQVVS, A, VM, *aequo* opponitur. *l. 76. §. vlt. D pro ſoc. l. 1. §. 1. D. de iuſt. et iur.* Sic INIQVVM arbitrium: *l. 9. D. qui ſatisd.* INIQVVM incipit fieri beneficium principis: *l. 43. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* INIQVA conditio: *l. 74. D. de reg. iur.* INIQVA diſtributio: *l. 3. D. quand. ex fact. tut.* INIQVISSIMVM genus ſocietatis eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum ſpectet: *l. 29. §. vlt. D. pro ſoc.* INIQVVM lucrum

 et

et damnum: *l. 6. 6. D. de offic. praeſ.* [INIQVAE menſurae, id eſt, non iuſtae, nec aequae. *l. 13. §. 8. D. locat.* Perſ. *Sat. I. v. 143.*

Seſe aliquem credens, Italo quod honore ſupinus

Fregerat HEMINAS *Areti Aedilis* INIQVAS.

INIQVA nominatio: *l. 1. C. quando prouoc. non eſt nec.* INIQVA obligatio; *l. 39. §. vlt. D. de oper. libert.* INIQVA pondera: *l. 32. D. de act. emt.* INIQVVM pretium, id eſt, immodicum, vt eſt *l. 31. §. 4. D. de fideic. libert.* cui *iuſtum* opponitur, *ibid.* Siue aequa, ſiue INIQVA ſit ſententia: *l. 27. §. 2. D. de recept. arbitr.* INIQVA venditio. *l. 5. D. de adquir. poſſeſſ.* ¶. 2. Aliquando quid abſolute vel INIQVVM, vel NON INIQVVM eſſe dicitur. INIQVVM eſt, de alieno facto alium iurare: *l. 11. §. 2. D. de act. rer. amot.* INIQVVM eſt, aliquem ſuae rei iudicem fieri: *l. 17. D. de iudic.* In re propria INIQVVM admodum eſt, licentiam tribuere ſententiae: *l. 1. C. ne quis in ſua cauſſ.* INIQVVM eſt, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem: *l. 2. D. ſi a par. quis manumiſſ.* INIQVVM eſt, dominum et ſeruo carere, et pretio eius: *l. vlt. §. vlt. D. quar. rer. act.* INIQVVM eſt, abſentis negotia diſperire: *l. 5. D. de obl. et act.* ex eadem ſocietate alium plus, alium minus conſequi: *l. 63. §. 5. D. pro ſoc.* dolum ſerui impunitum eſſe: *l. 4. §. 2. D. de noxal. act.* hominem poſſidere, et poenam exigere: *l. 4. §. 7. D. de dol. et met. except.* eum, quem praeſes inuitum ſoluere cogat, impune non ſoluere: *l. 6. §. 6. D. ne quid in fraud. cred.* communem malitiam petitori quidem praemio eſſe, ei vero, quocum ageretur, poenae eſſe: *l. 4. §. 7. D. de dol. et met. except.* perimi pacto id, de quo cogitatum non fuit: *l. 9. §. vlt. D. de transact.* cogi iudicium accipere eum, qui paratus ſit pecuniam ſoluere: *l. 73. D. de procurat.* non eſſe mihi cum illo actionem, ſi nolit, ſi velit, mecum eſſe: *l. 3. D. de mandat.* heredem lucrari: *l. 14. §. 15. D. de religioſ.* ad fideicommiſſarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet: *l. 33. D. ad SC. Trebell.* fraudatorem, cui bona ablata eſſent, actionem poſt bonorum venditionem dare: *l. vlt. §. vlt. D. quae in fraud. credit.* Si ex duobus ſociis alter prohibuerit adminiſtrare, alter non, INIQVVM eſt, eum, qui non prohibuit, alieno facto liberari: *l. 8. §. vlt. D. de negot. geſt.* INIQVVM eſt, vſuras exigi ab emtore, qui fructus non percepiſſet: *l. 16. D. de vſur.* eum, qui opus non fecit, id reſtituere oportere, quoniam communi diuidundo agere poteſt: *l. 11. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* damnoſum eſſe cuiquam officium ſuum: *l. 7. D. teſtam. quemadm. aper.* omnimodo caueri, nondum illata controuerſia litis, quum poſſint ei luſoriae minae fieri: *l. 4. D. ſi cui plus quam per leg. Falc.* Si proprietarius de damno infecto repromiſiſſet, vel forte aliquid praeſtitiſſet, aut contra fructuarius aliquid praeſtitit, INIQVVM eſt, alterum ſine damno vti aedibus, aut aedes habere: *l. 22. D. de damn. infect.* INIQVVM eſt, poſteaquam venditor agnouit, recipiendo mancipium, eſſe id in cauſſa redhibitionis, tunc quaeri, vtrum debuerit redhiberi: *l. 31. §. 17. D. de Aedilit. edict.* ex alieno facto alium condemnare: *l. 14. §. 3. D. quod met. cauſſ.* remoueri quidem a tutela vel cura, in futurum autem non eſſe ſecurum: *l. 10. D. de ſuſpect. tut.* voluntatem vnius ex modica forte porticuncula domini praeiudicium ſociis facere: *l. 10. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Si vites mortuae, vel arbores aruerint, INIQVVM eſt, eum numerum inſerere cenſui: *l. 4. §. 1. D. de cenſib.* INIQVISSIMVM eſt, ex furto ſerui dominum locupletari: *l. 3. §. 12. D. de pecul.* plus ferre legatarium ideo, quia ſuſpecta dicta eſt hereditas, quam laturus eſſet, ſi ſponte adita fuiſſet: *l. 3. D. ad SC. Trebell.* auferre domino, quod vſus non abſtulit: *l. 20. D. de ex quib. cauſſ. maior.* cuiquam ſcientiam alterius, quam ſuam, nocere, vel ignorantiam alterius alii profuturam. *l. 5. C. de iur. et fact. ign.* INIQVISSIMVM quis merito dixerit, patrem egere, quum filius ſit in facultatibus: *l. 5. §. 13. D. de agnoſc. et alend. lib.* Euidenter INIQVISSIMVM eſt, proficere rei iudicatae exceptionem ei, contra quem iudicatum eſt: *l. 16. D. de exc. rei iud.* PERINIQVVM eſt, eum, cui forte poſt viginti annos, vel amplius, in mentem venit, tutelam repoſcere, etiam vſuras poſtulare: *l. 29. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Alia praeterea, quae INIQVA cenſentur, vid. *l. 47. §. vlt. l. vlt. D. de iur. fiſc. l. 39. §. vlt. D. de oper. libert. l. 22. §. vlt. D. rat. rem hab. l. 60. §. 2. D. de rit. nupt. l. 4. §. 3. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 5. §. 18. D. de tribut. act. l. 24. D. de de adquir. vel omitt. hered. l. 25. §. 4. D. de Aedil. edict. l. 17. D. de noxal. act.* ¶. 3. Quibus aduerſantur haec: NON EST INIQVVM: *l. 48. D. de ſolut. l. 3. §. vlt. D. de hom. lib. exhib. l. 15. D. de ſeruit. l. 37. §. vlt. D. de pecul. l. 38. §. 4. D. de vſur. l. 4. §. 7. D. de dol. except. l. 10. l. 70. D. de legat. III. l. 15. D. ad exhib. l. 13. §. 8. D. locat.* NON ERIT INIQVVM: *l. 3. D. de magiſtr. conuen. l. 7. D. ad SC. Velleian.* NON ESSE INIQVVM: *l. 1. §. 12. D. de flumin. l. 9. §. 2. D. de edend. l. 44. §. vlt. D. fam. erciſc.* NON ESSE INIQVVM actum. *l. 81. D. pro ſocio.* NEC ID INIQVVM EST: *l. 15. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* NON VIDETVR INIQVVM: *l. 8. §. 1. D. de iur. fiſc.* Nec videtur INIQVVM. *l. 8. D. ad leg. Aquill.*

INIRE, ingredi, et capeſſere ſignificat. Sic INIRE conſulatum: *l. 19. D. de condict. indeb.* honorem: *l. 11. D. de pollicitat.* magiſtratum: *l. 54. D. de procurat. l. 21. D. quand. dies leg. l. 11. D. de pollicit.* officium. *l. 39. §. 9. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 2. Quidquid etiam ſuſcipitur, vel calculo ſubiicitur, INIRI dicitur. INITVR aeſtimatio: *l. 41. D. ad leg. Aquill.* INIRE computationem: *l. 68. D. ad leg. Falcid. l. 22. D. eod. tit.* INIRE conſilium: *l. 43. §. 7. D. de Aedil. edict. l. 51. D. pro ſoc. l. 67. D. ad SC. Trebell.* INITVR numerus; Paull. *Sent. Lib. IV. tit. 14. §. 3.* INEVNDAE nauigationis cauſſa: *l. 3 D de mort. cauſſ. don.* Ad INEVNDAM quantitatem bonorum: *l. 1. §. 6. ſi cui plus, quam per leg. Falc.* INEVNDA legis Falcidiae ratio. *l. 2. D. ad SC. Trebell.*

¶. 3. Alias INIRE, de pactis et contractibus vſurpatur. Vt INIRE communionem: *l. 67. D. pro ſoc.* Si inter fratres voluntarium conſortium INITVM fuerit: *l. 52. §. 8. D. eod. tit.* INIRE contractum metu: *l. 6. C. de his, quae vi et met.* conuentionem: *l. 1. C. de duob. reis.* negotiationem: *l. 11. D. de negot. geſt.* ſocietatem: *l. 65. §. 3. et §. 4. D. pro ſoc. l. 35. §. 5. D. de mort. cauſſ. donat. l. 20. D.*

de leg.

de leg. Cornel. de falſ. l. 45. D. de adquir. vel omitt. hered.

INITIARE. INITIATA his cunabulis auctoritas: *l. 1. D. de offic. praeſ. praet.* [INITIATA opera: *l. vlt. C. de op. publ.* INITIATI orthodoxorum ritu: *l. 6. C. Theod. ne ſanct. bapt. Lib. XVI. tit. 6.* INITIATI curiae ſacris: *l. vlt. C. Theod. quemadm. mun. ciuil. Lib. XII. tit. 5.* INITIATVS ſponte, et, qui conſortio maiorum retinetur, opponuntur. *l. 16. C. Theod. de diuerſ. offic. Lib. VIII. tit. 7*]

INITIO, aduerbialiter. Iam INITIO euectae cotes: *l. 15. D. de publican.*

INITIVM, pro principio et origine alicuius negotii. Ab INITIO, et *poſtea* aduerſantur: *l. 3. D. de pign. act. l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conuen.* Similiter pugnant: AB INITIO inutile legatum fuiſſe, et *ex* accidenti *poſtea* in eum caſum perueniſſe: *l. 51. D. ad leg. Falcid.* AB INITIO oportet agi: *l. 7. §. 1. D. quib. mod. pign.* Si AB INITIO per procuratorem cauſſa agitata eſt: *l. 6. §. 1. D. de his, qui not. infam.* At in *l. 19. D. de adpell.* AB INITIO cauſſam agere, eſt, ex integro: [ſicuti in *l. 24. in fine D. depoſ.* AB INITIO idem eſt, quod dicitur in continenti, *l. 13. C. de pact.* et ex tempore contractus: *l. pen. C. de pact. int. emt. et vend.*] Si AB INITIO hoc agebatur, vt: *l. 34. §. 4. D. de contrah. emt.* Si non hoc AB INITIO eſſet actum: *l. 4. §. 1. D. de manumiſſ.* AB INITIO conuenit: *l. 24. D. depoſ.* Statim AB INITIO diſtribuere legata: *l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* Quae AB INITIO inutilis fuit, inſtitutio, ex poſt facto conualeſcere non poteſt: *l. 210. D. de regul. iur.* AB INITIO promiſerit: *l. 37. §. 4. D. de oper. libert.* Vt AB INITIO mulier in locum alterius ſubdatur: *l. 8. §. 10. D. ad SC. Velleian.* Gradus, qui AB INITIO non valuit: *l. 43. §. 2. D. de vulg. et pup. ſubſtit.* Quod AB INITIO vitioſum eſt: *l. 30. D. de reg. iur.* INITIO anni: *l. 2. D. de ann. legat.* cuiusque anni: *l. 12. l. 26. §. vlt. D. quand. dies leg.* id eſt, in ingreſſu cuiuslibet anni: *l. 8. D. de ann. legat.* ſeu in principio, vt *l. 41. D. de manum. teſtam.* AB INITIO cuiuslibet anni: *l. 1. C. quand. dies legat.* INITIO ciuitatis noſtrae: *l. 2. pr. D. de orig. iur.* Si INITIVM ſine vitio ceperunt: *l. 201. D. de reg. iur.* Caſus, a quo INITIVM capere non potuerunt: *l. 85. §. 1. eod. tit.* contractus: *l. 6. §. 1. D. de vſurp.* INITIVM contractus ſpectandum: *l. 12. D. ad SC. Macedon. l. 8. D. mand.* vel inſpiciendum: [*l. 5. C. de pact. int. emt. et vend. l. 19. C. de fidei. et mandator.*] *l. 58. §. 2. D. pro ſoc.* INITIVM accipit donatio: *l. 42. D. de mort. cauſſ. donat.* INITIO dotis dandae: *l. 7. D. de pact. dot.* INITIO inſpecto: *l. 3. §. 2. D. de minor.* INTER INITIA. *l. 2. §. 5. D. de doli except. l. 3. §. 1. D. quod vi aut clam.* [INITIVM iuſtum, pro titulo: *l. 2. C. de long. temp. de long. temp praeſcr. quae pro libert. l. 8. C. de praeſcr. dec. vel vig. ann.* AD INITIVM nuptiarum: *l. 13. D. de his, qui not. infam.* INITIO conſtituendae ſeruitutis: *l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt.* Si INITIVM tabularum diem habet: *l. 6. §. 6. D. de edend.* INITIVM temporis: *l. 46. D. de condit. et demonſtr.* INITIO cuiusque temporis: *l. 15. D. de negot. geſt.* INITIVM teſtamenti facere: *l. 1. D. de hered. inſt.* INITIO venditionis: *l. 31. D. de vſurpat.* INITIA vrbis: *l. 1. D. de orig. iur.* INITIA vſucapionis. *l. 4. §. 16. D. de vſucap.*

INIVNGERE, id eſt, mandare. INIVNCTA perſonae conditio: *l. 69. D. de condit. et demonſtr.* Ea res praeſentem ac momentariam curam INIVNGIT: *l. 8. D. de aliment. et cibar. legat.* INIVNGITVR cura liberorum a teſtatore: *l. 62. §. vlt. D. de cond. et demonſtr.* INIVNCTA educatio teſtamento: *l. 1. §. vlt. D. vbi pupill.* INIVNGITVR munus duobus: *l. 2. C. quo quisqu. ord. l. 1. C. de vacat.* Ne impoſſibile INIVNGATVR tutelae munus: *l. 45. §. vlt. D. de excuſat.* INIVNCTI muneris periculum: *l. vlt. C. ſi tut. vel curat. falſ. adleg.* ſumtus: *rubr. C. ſumt. iniunct. mun. Lib. XI.* Italicarum tantum rerum munus INIVNCTVM: *l. 12. C. de excuſ. tut.* Ad munus, quod INIVNCTVM eſt: *l. 9. D. de mun. et hon.* INIVNGITVR neceſſitas: *l. 25. §. 4. D. de Aedil. edict.* INIVNGIT praetor ſatisdationem: *l. 15. §. 1. D. de damn. infect.* INIVNGITVR ſatisdatio: *l. 1. §. 11. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. cau.* INIVNXISSE ſeparationem: *l. 12. §. 7. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* INIVNGERE ſeruitutem, *l. 9. D. comm. praed.* id eſt, imponere.

§. 2. INIVNGERE, adferre, inferre. INIVNGERE damnum *l. 135. D. de verbor. ſignif.* poenam: Vlpian. *Reg. tit. I. §. 2. l. 2. D. de praeuaric. l. 7. §. 21 D. de interd. et releg. collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XIV. §. 3.* INIVNGERE ſeruitutem, id eſt, in poenam ſeruitutem cui irrogare. *l. 6. §. vlt. D. de poen.* §. 3 INIVNGERE pro adiungere. INIVNCTA domui area: *l. 57. D. locat.* INIVNCTA morti poſſeſſio: *l. 13. §. 5. D. de aquir. vel amitt. poſſeſſ.* Eamdem huius verbi notionem probant ex *l. 2. §. 19. D. de orig. iur.* vbi Pomponius: *Et his Dictatoribus Magiſtri equitum INIVNGEBANTVR ſic, quomodo regibus tribuni celerum.* Sed dubiae ſanitatis eſt hic locus, et in plerisque codicibus legitur ADIVNGEBANTVR. Bynkersh. *Praetermiſſ. p. 38.* HEIN.

INIVRIA, ait Vlpianus, *ex eo dicta eſt, quod non iure fiat. Omne enim, quod non iure fit, INIVRIA fieri dicitur. Interdum INIVRIAE adpellatione damnum culpa datum ſignificatur, vt in lege Aquillia dicere ſollemne. l. 1. D. de iniur.* Idem Vlpianus in *l. 5. §. 1. D. ad leg. Aquill. INIVRIAM autem hic accipere nos oportet non, quemadmodum circa iniuriarum actionem, contumeliam quamdam, ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt, contra ius, id eſt, ſi culpa quis occiderit.* Et mox: *Igitur INIVRIAM hic accipiemus damnum, culpa datum etiam ab eo, qui nocere noluit.* Iuſtinianus *pr. Inſt. de iniur. Generaliter INIVRIA dicitur omne, quod non iure fit. Specialiter alias culpa, quam Graeci ἀδίκημα dicunt, ſicut in lege Aquillia damnum INIVRIAE accipitur.* Vnde, quod a quadrupede datur, INIVRIA factum non dicitur, ſed proprio nomine *pauperies* adpellatur. Nam, vt denuo ait Vlpianus, *pauperies eſt damnum, ſine INIVRIA facientis datum, nec enim poteſt animal INIVRIAM feciſſe, quod ſenſu caret. l. 1.*

D ſi

INI.

D. ſi quadr. paup. fec. [*§. 2. Inſt. eod. tit:* Bene Seneca *Lib. II. de ira Cap. 26. Nulla eſt INIVRIA, niſi a conſilio profecta. Nocere itaque nobis poſſunt* (muta animalia) *et ferrum aut lapis: INIVRIAM quidem facere non poſſunt.*] Hoc pertinent illa: INIVRIA occidere intelligitur, qui nullo iure occidit: *§. 2. Inſt. de lege Aquill.* Qui liberos INIVRIA prohibuerint vxores ducere, id eſt, non iure: *l. 19. D. de rit. nupt.* Ne INIVRIA rem ſuam amittant: *l. 1. D. de negot. geſt.* Nec de INIVRIA queri aduerſarius poteſt: *l. 34. D. de iure-iur.* Per INIVRIAM occupati fundi: *l. 1. C. de vi bonor. raptor.* Ferre INIVRIAM eius, quem prohibere non poſſis: *l. 35. D. locat.* [Per INIVRIAM, hoc eſt, per vim, ex bonis alienis aliquid auferre: *l. 3. §. 2. D. ad leg. Iul. de vi priuat.*] Ea autem ſignificatione, qua INIVRIA culpam ſignificat, accipe *l. 9. §. 2. D. de minor. l. 6. D. naut. caupon. ſtabul. l. 19. D. commod. l. 41. D. locat.* Vnde legis Aquilliae actio *damni INIVRIAE* actio vocatur: *l. 1. D. de publican. l. 54. D. de adquir. rer. dom. l. 10. in fine D. de edendo. l. 6. §. 1. D. naut. caup. ſtabul. l. 111. D. de reg. iur.* Cuius actionis fit mentio apud Ciceron. *pro Q. Roſcio Comoedo Cap. XI.* et Quinctil. *Declam. XIII.* et *Declam. CCCLXXXV.* de qua etiam vide, quae ſupra *Lib. IV.* diximus. Damnum autem INIVRIA non videtur dediſſe, qui defendendi ſui cauſſa vicini aedificium, orto incendio, diſturbauit. *l. 3. §. pen. D. de incend. ruin. naufr. l. 49. §. vlt. D. ad leg. Aquill.*

¶. 2. INIVRIA, et pro damno, detrimento, incommodo vſurpatur. Nullam poteſt videri INIVRIAM accipere, qui ſemel voluit: *l. 9. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* [Sic et pater veniendo ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas, INIVRIAM facere liberis ſuis dicitur, *l. 1. §. 13. D. de coniung. cum emancip. lib.* quamuis illud iure aequiſſimo faciat:] Ne mutatus alueus vicinis INIVRIAM aliquam adferat: *l. 1. pr. D. ne quid in flum. publ.* Ne praeſumtio Carbonianae bonorum poſſeſſionis INIVRIAM aduerſarius adferat: *l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict.* INIVRIA adfici, id eſt, damno: *l. 11. §. 4. D. de pign. act. l. 22. §. 2. D. rat. rem habit.* Nec videtur INIVRIA adfici, qui ignorauit: *l. 6. §. 11. D. quae in fraud. credit.* Nec in cuiusdam INIVRIAM beneficia tribuere, moris eſt noſtri: *l. 4. C. de emancipat.* Tueri ius ſuum debuit, non INIVRIAM committere: *l. 1. D. quod vi aut clam.* INIVRIAM facit libertati: *l. 45. §. 1. D. de fideic. libert.* Nec fit INIVRIA ei, cuius fundus ſeruit: *l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt.* [INIVRIA fortunae miſerabiles: *l. 2. C. Theod. de offic. omn. iudic.*] INIVRIA irrogatur fundo eius, in quem quis publicam viam reiecerit: *l. 3. D. de via publ.* [INIVRIA neceſſitatis, voluntati opponitur: *l. 4. C. Theod. de aur. coronar. Lib. XII. tit. 13.* Inde INIVRIOSAE neceſſitatis ſors: *l. 1. C. Theod. ne quid publ. laet. nunc. Lib. VIII. tit. 11.*] INIVRIAM pati, id eſt, damno adfici: *l. 10. D. de collat. bonor. l. 31. §. 5. D. Aedilit. edict.* Si interdum patiaris INIVRIAM: *l. 3. §. 3. D. quod quisqu. iur.* Quum INIVRIAM per bonorum poſſeſſionem patiatur: *l. 10. D. de collat. bonor.* Priuilegium militum ad alienam INIVRIAM porrigi non oportet: *l. 40. D. de adm. et peric. tut.* Si nouum beneficium cum alterius INIVRIA poſtularetur: *l. 12. D. ad SC. Trebell.* Non debet negligentiam ſuam ad alienam INIVRIAM referre: *l. 3. D. de transact.* Ita oportet permitti in publico fieri, vt ſine INIVRIA cuiusdam fiat: *l. 2. §. 10. D. ne quid in loc. publ.* id eſt, ſine damno et incommodo, vt eadem *l. 2. §. 11. D. eod. tit.*

¶. 3. Interdum et iniquitatem INIVRIAM dicemus. Nam quum quis inique, vel iniuſte, ſententiam dixit, INIVRIAM ex eo dictam, quod iure et iuſtitia caret, quaſi non *iuriam. l. 1. D. de iniur.* Iuſtinianus *pr. Inſt. de iniur.* INIVRIA *alias dicitur iniquitas et iniuſtitia, quam Graeci ἀδικίαν vocant. Quum enim praetor vel iudex non iure contra quem pronunciat:* INIVRIAM *accepiſſe dicitur.* Quae verba ſumta videntur ex Paulli libro ſingulari *de iniuriis*, vti adparet ex *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. II. §. 5.* Hoc pertinent ſequentia: Niſi forte quaſi aduerſus INIVRIAM adpellandum ei, quis putet: *l. 7. §. 1. D. de minor.* Gell. *Lib. X. Cap. 3. Honeſtos viros virgis per INIVRIAM caeſos a magiſtratibus populi Romani*, id eſt, *contra ius, et contra leges*, vt ibidem inferius loquitur. Nec eſt hoc beneficium, ſed INIVRIA, ſi quis forte non impetrauerit: *l. 1. §. 44. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* INIVRIA, quae fit emtori, non debet auctorem contingere: *l. 50. D. de euiction.* Qui per INIVRIAM ab extraneis detinebatur: *l. 19. D. de capt. et poſtlim.* INIVRIAM iudicis paſſus: *l. 52. §. vlt. D. pro ſoc.* a iudice paſſus emtor: *l. 5. D. de euict.* INIVRIA iudicis condemnari: *l. 50. D. de pecul.* damnatus: *l. 67. D. de fideiuſſ. l. 10. §. vlt. D. mandat. l. 10. C. eod. tit.* ſuperatus: *l. 10. C. de euict.* victus heres: *l. 29. §. vlt. D. de ſtatulib.* Ne INIVRIA iudicis dominus aliquid conſequatur. Numquam enim propter INIVRIAM iudicis fideiuſſores obligantur: *l. 22. §. 4. D. rat. rem habit.* Non INIVRIA iudicis euictum: *l. 1. C. de rer. permut.* Si per INIVRIAM quid fecit populi Romani magiſtratus, vel praeſes: *l. 3. D. quod met. cauſſ.* Ab eo, cuius ea de re nomino fuit, INIVRIAM paſſus: *l. 6. C. de excuſ. tut.* Per INIVRIAM iudicis non debitum conſequutus: *l. 46. §. 4. D. de procur.* Quum per INIVRIAM iudicis domino rem abſtuliſſet creditor: *l. 12. §. vlt. D. de diſtr. pign.* A iudice, quamuis per INIVRIAM, abſolutus: *l. 13. D. quib. mod. pign.* Per INIVRIAM pronunciatum: *l. 50. §. 1. D. de legat. I.* Ne emtori INIVRIAM feciſſe videatur Senatus. *l. 8. D. de SC. Silanian.*

¶. 4. Specialiter etiam INIVRIA, vt ait Vlpianus, dicitur contumelia. *l. 1. D. de iniur.* Idem, vt iam diximus, in *l. 5. §. 1. D. ad leg. Aquill.* INIVRIAM circa INIVRIARVM actionem accipere oportet contumeliam quamdam. Iuſtinianus *princ. Inſt. de iniur.* INIVRIA *alias ſpecialiter contumelia, quae a contemnendo dicta eſt, quam Graeci ὕβριν adpellant.* Talis INIVRIA fit, aut RE, aut VERBIS. RE quoties manus inferuntur: VERBIS, quoties non manus inferuntur, ſed conuicium fit. Omnisque INIVRIA aut in CORPVS infertur, aut ad DIGNITATEM, aut ad INFAMIAM pertinet. In CORPVS fit, quum quis pulſatur. ad DIGNITATEM, quum comes matronae abducitur: ad INFAMIAM, quum pudicitia attentatur: *l. 1. §. 2. D. eod. tit.* Paullus *libro ſing. de iniuriis* vt eſt in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. II. §. 5. Edictum*, inquit, *de* INIVRIIS *ad eam*

IN-

INI.

INIVRIAM *pertinet, quae contumeliae cauſſa fit. Fit autem* INIVRIA *vel* in CORPORE, *dum caedimur, vel* VERBIS, *dum conuicium patimur, vel quum* DIGNITAS *laeditur, vt quum matronae vel praetextatae comites abducuntur.* Iuſtinianus § 1. *Inſt. de iniur.* INIVRIA committitur, non ſolum, quum quis, pugno puta, aut fuſtibus caeſus, vel etiam verberatus erit, ſed et ſi cui conuicium factum fuerit, ſiue cuius bona quaſi debitoris, quum nihil deberet, poſſeſſa fuerint ab eo, qui intellegebat, nihil eum ſibi debere: vel ſi quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, doloue malo fecerit, quo quid eorum fieret: ſiue quis matremfamilias, aut praetextatum praetextatamue, adſectatus fuerit: ſiue cuius pudicitia attentata eſſe dicetur. Auctor *rhet. ad Herenn. Lib. IV. Cap. 25.* INIVRIAE *ſunt, quae aut pulſatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam alicuius violant.* Idem *Lib. II. Cap. 26. falſam eſſe ait definitionem, ſi quis dicat,* INIVRIAM *eſſe nullam, niſi quae ex pulſatione aut conuicio conſtet.* Sic: Quodcumque quis fecerit, vel dixerit, vt alium infamet, erit actio INIVRIARVM: *l. 15. §. 27. D. de iniur.* INIVRIARVM actio magis vindictae, quam pecuniae, habet perſequutionem: *l. 2. §. 4. D. de collat. bonor.* [INIVRIA carceris, tormentorum, verberum, catenarum: *l. 2. C. Theod. de abolit. Lib. IX. tit. 37*] INIVRIARVM cauſſa non publici iudicii, ſed priuati, continet querelam: *l. 7. C. de iniur.* [INIVRIA exhibitionis: *l. 8. C. Theod. de accuſat. et inſcript. Lib. IX. tit. 1.*] INIVRIA viri videtur, quondam vxorem eius inſepultam relinqui: *l. 28. D. de religioſ.* [INIVRIA maieſtatis, pro crimine maieſtatis: *l. 4. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38.*] INIVRIAM matrimonii ſui exſequi: *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* Eſt hoc idem, ac adulterum adulteramque accuſare, immo et occidere adulterum. Papinianus vero apud *Auct. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. IV. §. 12.* id elegantius exprimit *INIVRIAM lecti et domus non tranſlatitie perſequi.* Similique loquutione vſus Conſtantinus M. maritum, accuſatorem adulteri adulteraeque, non minus eleganter *genialis tori vindicem* vocat. *l. 30. pr. C. ad leg. Iul. de adult.* HEIN. [INIVRIA quaeſtionis: *l. 10. C. Theod. de fid. teſt. et inſtrum. Lib. XI. tit. vlt.* quae et INIVRIA corporis adpellatur, *l. 39. l. 75. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* itemque corporalis INIVRIA: *d. l. 10. de fid. teſt. et inſtrum. l. 47. l. 80. l. 190. C. Th. de decurion.* et *l. 6. C. Theod. de quaeſt. Lib. IX. tit. 35.*] ¶. 5. INIVRIA alia *atrox*, alia *leuis*, alia *grauiſſima*, alia *intolerabilis* dicitur. Vid. ſuis locis. ¶. 6. [INIVRIAE adpellatione et munera perſonalia veniunt. *l. 36. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.*] ¶. 7. Eleganter INIVRIA iniuſtam liberorum exheredationem ſignificat, *l. 4. D. de inoffic. teſtam.* vbi iuriſconſultus: *Non conſentiendum eſt, inquit, parentibus, qui INIVRIAM aduerſus liberos ſuos teſtamenta inducunt.* Ex *l. 8. pr. D. eod. tit.* ſcribit Papinianus: *INOFFICIOSI querelam patrem filii ſui nomine inſtituere non poſſe, inuito eo: ipſius enim INIVRIAM eſſe.* Vſus eadem loquutione eſt Valer. Max. *Lib. VII. Cap. 8.* Vid. V. C Euer. Otto *Papinian. Lib. VI. Cap. 2. p. 57. ſequ.* HEIN.

INIVRIOSE, id eſt, per iniuriam, ſeu iniuriae cauſſa. INIVRIOSE auferre res: *l. 11. C. de donat.* Si quid INIVRIOSE exſtruxit: *l. 5. C. de ſeruitut.* Nec magiſtratibus licet aliquid INIVRIOSE facere: *l. 32. D. de iniur.* id eſt, per iniuriam, vt *ibid.* Quum INIVRIOSE Decemuiri tractarent: *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* Qui ſeruum alienum INIVRIOSE verberat: *l. 34. D. de oblig. et act.* Ne contumelioſe INIVRIOSEue vtatur vſufructu. *l. 27. §. 1. D. de vſufr.*

INIVRIOSVS, A, VM. id eſt, facilis ad contumeliam faciendam, conuiciumque dicendum. *l. vlt. D. de offic. procurat. caeſ. l. 14. D. pro ſoc.* INIVRIOSVM aliquid dicere: *l. 5. C. de iniur.* Impune, tibi eum INIVRIOSVM eſſe, non patietur. *l. 8. C. de ſentent. paſſ.* id eſt, non feret eum, tibi iniuriam inferentem: Paternos libertos INIVRIOSOS tibi fuiſſe, non eſt ferendum: *l. 7. C. de obſequ. patron. praeſt.* Perquam INIVRIOSVM eſt. *l. 3. C. de obl. et act.* Ne contrarium ius ipſi INIVRIOSVM ſit. *l. 19. §. 5. D. de capt. et poſtlim.*

INIVSSVS, VS. [INIVSSV patris: *l. 25. pr. D. ſolut. matr.*] INIVSSV Praetoris, *l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.*

INIVSTE adpellare: *l. 19. C. de adpellat.* poſſidere. *l. 3. §. 5. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.*

INIVSTVS, A, VM. INIVSTA adpellatio, non iure, neque recte, neque iuſta ex cauſſa, interpoſita: *l. 6. D. de his, qui not. infam.* INIVSTA adpellatio prouocatione pronunciatur: *l. 2. D. quand. adpellat. l. 122. §. 5. D. de verb oblig. l. 39. D. de minor. l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. vlt. D. de re iudic. l. 24. D. de adpellat. l. 6. C. de adpell.* INIVSTA cauſſa abſentiae: *l. 28. §. 5. D. de fideic. libert.* Id quod ex INIVSTA cauſſa apud aliquem eſt, condici poteſt: *l. 6. et rubr. D. de condict. ob turp. vel iniuſt. cauſſ.* id eſt, quod non ex iuſta cauſſa ad quem peruenit: *l. 1. D. de condict. ſine cauſſ.* Fructus, ex INIVSTA cauſſa percepti, condicendi ſunt: *l. 4. §. 1. D. de reb. credit.* Condici res poſſunt, quia ex INIVSTA cauſſa apud eum ſunt: *l. 6. §. 5. D. de act. rer. amot.* INIVSTVM matrimonium, contra leges contractum: *l. 1. D. vnde vir et vx.* INIVSTA et *iuſta* poſſeſſio, opponuntur. *l. 2. l. 3. D. vti poſſid.* INIVSTA eſt poſſeſſio, ſi quis vi, vel clam, poſſidet: *l. 7. §. 4. D. comm. diuid.* INIVSTVM repudium apud Quinctil. *Inſt. orat. Lib. VII. Cap. 5.* et *Declam. LXII.* Iuſti atque INIVSTI ſcientia: *l. 10. D. de iuſt. et iur.* INIVSTA et *iuſta* ſententia aduerſantur. *l. 21. D. de his, qui not. infam.* INIVSTVM teſtamentum, in *rubr. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* accipe, quod non iure factum eſt, vbi ſollemnia iuris defuerunt, vt loquitur Papinianus *l. 1. D. eod. tit.* et Paullus *l. 5. D. de his, quae vt indign.* et Iuſtinianus *§. 5. Inſt. quib. mod. teſt. infirm.* Teſtamentum autem non iure factum id adpellatur, in quo, ſi omnia recte facta eſſent, iure factum teſtamentum diceretur: *l. 6. D. de leg. Corn. de falſ.* Et ita INIVSTVM teſtamentum exaudiendum eſt: *l. 2.*

teſtam. quemadm. aper. l. 26. D. de inoffic. teſtam. l. 47. D. de hered. petit. l. 9. C. de ſuis et legit. hered. quod et NON IVSTVM teſtamentum adpellatur. *l. 1. D. de except. rei iudic. l. 3. D. de confirm. tut. l. 22. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 3. C. de repudianda vel abſtin. hered.* INIVSTVM etiam dicitur teſtamentum, quod inutile, et nullius momenti eſt, praeterito eo, qui in poteſtate erat. *l. 3. §. 3. l. 6. §. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* coniuncta *l. 3. D. de lib. et poſtum. l. 9. C. de ſuis et legit. hered.*

INL.

INLACRYMARI. Vid. ſupra ILLACRYMARI.

INLAESVS, A, VM. non laeſus, ſaluus. INLAESA exiſtimatione: *l. 27. D. de procurat.* id eſt, integra, vt in *l. 4. D. de ſuſpect. tutor.* INLAESIS horreis: *l. 1. C. de locat.* INLAESAE res: *Collat. leg. Moſaic. et Rom. tit. X. §. 9.* id eſt, ſaluae.

INLECTVS, A, VM. Vid. ſupra ILLECTVS.

INLIDERE. Si quis puerum ſaxo INLISISSET. *l. 7. §. 7. D. ad leg. Aquill.*

INLVSTRARE et INLVSTRIS, vid. ſupra in ILLVSTRARE et ILLVSTRIS.

INN.

INNASCI. [INNATA libertas, id eſt *ingenuitas*: *l. 17. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13.*] INNATVM in publico, publicum eſt. *l. 65. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*

INNOCENS, expers criminis, *integer vitae, ſceleriſque purus*, vt Horatius loquitur, *Lib. I. od. 22. v. 1. l. 5. D. de poen.* [Quamuis ex iuris principiis et is INNOCENS credatur, cui defuit accuſator., quamuis non defuerit inimicus. *l. 6. C. Theod. de famoſ. libell. Lib. IX. tit. 34.*] Quibus adſinia ſunt illa apud Paullum *recept. Sent. Lib. IV. tit. 12. §. 5.* Certe humanae rationis eſt, fauere miſerioribus, et prope INNOCENTES dicere, quos abſolute nocentes pronunciare non poſſumus. Sunt ergo INNOCENTES, qui numquam criminis acuſati, PROPE INNOCENTES ſerui communes, qui ab alterutro tantum domino vincti fuerunt. Si qui vero accuſati iudicium ſalui euaſiſſent, ii eleganter vocabantur AMBVSTI. Valer. Max. *Lib. VIII. Cap. I.* Vid. Schulting. *ad Paulli locum p. 424.* HEIN. Qui in accuſationem INNOCENTIVM coierunt: *§. 2. D. de concuſſ.* INNOCENTEM defunctum oſtendere: *l. vlt. §. 1. D. de bon. eor.* INNOCENTES conueniuntur ex eo crimine, ex quo impacti ſunt in carcerem: *l. 13. D. de cuſt. et exhib. reor.* Societatem coire ad obligationem INNOCENTIVM: *l. 1. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſ.* Plerique INNOCENTIVM: *l. 41. D. de ſolut.* Boni atque INNOCENTIS viri officio fungi. *l. 4. §. 1. D. fam. erciſc.* ¶. 2. INNOCENTES, etiam dicuntur res, quae ſunt innoxii vſus, vel nemini nocent. Vt INNOCENS ignis, id eſt, innoxius: *l. 9. §. 3. l. 11. §. 1. D. locat.* [INNOCENS induſtria. *l. 12. C. Theod. de luſtr. collat. Lib. XIII. tit. 1.*]

INNOCENTIA. [INNOCENTIAM ſuam quodammodo iureiurando adprobauit: *l. 6. §. 4. D. de his, qui not. infam.* [INNOCENTIAE auctoritate ſecurum eſſe: *l. 6. C. Theod. de quaeſt. Lib. IX. tit. 35.*] INNOCENTIA conſilii infantem excuſat: *l. 12. D. ad leg. Corn. de ſicar.* Cuius INNOCENTIAE ſint, explorare: *l. vlt. §. 4. D. naut. caupon. ſtabul.* INNOCENTIAM excuſare: *l. 33. §. 1. D. de procurat.* Non relatione criminum, ſed INNOCENTIA reus, purgatur: *l. 5. pr. D. de publ. iud.* Si quando ei, qui nocens videbatur, poſtea ratio INNOCENTIAE, conſtiterit: *l. 1. §. vlt. D. de quaeſtion.* Vt ſeruus ſaluus ſit, vel INNOCENTIA, vel ſupplicio. *l. 7. D. de quaeſtion.*

INNOTESCERE, notum fieri, ad notitiam peruenire. Deinde INNOTVIT, id admiſſum eſſe; *l. 23. D. de SC. Silan.* Ex quo adnotatio publice INNOTVIT: *l. 4. D. de requir. et abſent. damn.* INNOTESCERE qualitercumque: *l. 5. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Vt INNOTESCERET Praetor, curam agere. *l. 3. §. 1. D. naut. caup. ſtabul.* Sunt qui ſibi hic Graeciſmum videntur obſeruare, vt INNOTESCERET *praetor curam agere, reprimendae improbitatis*, idem ſit, ac *INNOTESCERET, praetorem curam agere.* Scip. Gentil. *Lib. I. Parerg. Cap. 6.* Et ſane non infrequens iſta conſtructio in iure noſtro. Saltim eius manifeſtiſſima exempla exſtant in *l. 22. §. 8. D. ſolut. matr. l. 3. D. de dot. praeleg. l. 33. D. de legat.* I. nec non apud Tacit. *Annal. Lib. II. Cap. 57. Diſſentire manifeſtus*: Et *Lib. XV. Cap. LIV. Magnae cogitationis manifeſtus.* At mihi tamen veroſimilius videtur, INNOTESCERE, verbum alioqui neutrum tranſitiue hic accipi, pro *notum facere.* Sic *inſueſcere* pro adſuefacere apud Horat. *Lib. I. Serm. ſat. 4. v. 105.*

INSVEVIT pater optimus, hoc, me,
Vt fugerem.

requieſcere, pro quietum facere, apud Virgil. *Eclog. VIII. v. 4.* Propert. *Lib. II. Eleg. 22. v. 47.* Gloſſarium vetus: VILESCIT, ἐξευτελίζει. Ita et *Lucere cereum* Plaut. *Curcul. act. I. ſcen. 1. v. 9. lucere nouae nuptae.* Idem *Caſin. Act. I. ſcen. I. v. 30. Praelucere faces*, Martial. *Lib. XII. Epigr. 42.* ἐνεργητικῶς dixerunt. Adde Guil Bud. *Comment. lingu. Graec. p. 1103.* et Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 270.* HEIN.

INNOVARE, mutare, noua inuehere. INNOVARE aliquid: *l. 1. §. 9. D. de font.* INNOVARE contra veterem formam: *l. 7. C. de ſeruit.* Ius prouinciae non INNOVAT: *l. 166. D. de reg. iur.* Labeo plurima INNOVARE inſtituit: *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* [INNOVARE et noua tempora prorogare. *l. vn. C. Theod. ſi pend. adpell.*]

INNOXIVS, A, VM, id eſt, inno-

Google

nocens; vnde INNOXII, et *nocentes* opponuntur. *l. 12. §. 1. D. de publ. iudic.* Qui quum aliter tueri ſe non poſſent, damnum culpa dederint, INNOXII ſunt. *l. 45. §. 4. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. INNOXIVM, impune, vel vacuum a poena. INNOXIVM eſſe delictum non debet. *l. 6. §. 7. D. de offic. praeſid.* ¶. 3. INNOXIVM, quod non nocet. INNOXIVM ignem habere. *l. 11. §. 1. D. locat.*

[INNVBERE. Mulier, quae in ſecundi matrimonii foedus INNVPSERIT: *l. 1. C. Theod. de reuoc. donat. Lib. VIII. tit. 3.* Si qua ex feminis, perdito marito, intra anni ſpatium alteri feſtinarit INNVBERE: *l. 1. C. Theod. de ſecund. nupt. Lib. III. tit. 8.* Vbi pro INNVBERE, *nubere* repoſuit Tribonianus in *l. 2. C. eod. tit.*]

[INNVMERABILIS, E. INNVMERABILES actiones: *§. 12. Inſt. de act.*]

INNVMERVS. A, VM, pro numeroſis, ſeu multis. *l. 1. C. in quib. cauſ. in int. reſt. neceſſ. non eſt.* INNVMERAE prouinciae. *§. 1. prooem. Inſtitut.*]

INO.

[INOFFENSVS, A, VM. INOFFENSA diſciplina. *l. 9. C. de procurat.*]

INOFFICIOSVS, A, VM, de perſonis et rebus vſurpatur. Perſonae INOFFICIOSAE ſunt, quae in officio debito peccant. Hinc libertus INOFFICIOSVS: *l. 1. D. de iure patron.* Libertus a praefecto vrbis, tamquam INOFFICIOSVS, caſtigatur: *l. vlt. D. de in ius voc.* ¶. 2. De rebus vſurpatur frequentius, veluti de DONATIONIBVS, et DOTIBVS. *Rubr. C. de inoff. donat. et dot,* et maxime de TESTAMENTIS. Ita vero adpellatur, quod recte quidem factum eſt, ſed non ex officio pietatis, vt loquitur Marcianus *l. 2. D. de inoffic. teſt.* vel vt Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 5. §. 1. quod fruſtra liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur eſſe conſcriptum.* Quam definitionem Iſidorus tranſcripſit, *Lib. V. Orig. Cap. 24.* Huius enim verbi de INOFFICIOSO vis illa eſt, docere, immerentem ſe, et ideo indigne praeteritum, vel exheredatione ſummotum. *l. 5. D. de inoffic. teſtam.* Denique INOFFICIOSVM teſtamentum dicere, hoc eſt, adlegare, quare exheredari vel praeteriri non debuerint: *l. 3. D. eod. tit.* Reſque hoc colore defenditur, quaſi parum ſanae mentis fuerit, quum teſtamentum inique ordinaret. *l. 2. l. 5. l. 13. D. de inoff. teſtam. l. 36. D. de legat. III.* Sic INOFFICIOSVM teſtamentum accuſare: *l. 22. D. de inoff. teſt.* INOFFICIOSI teſtamenti accuſatio: *l. 6. §. vlt. l. 17. l. 29. § 2. l. 31. l. vlt. D. de inoffic. teſtam.* de INOFFICIOSO teſtamento accuſatio: *l. 27. D. l. 11. C. eod. tit.* INOFFICIOSI teſtamenti actio: *l. 76. D. de legat. II. l. 12. §. vlt. l. 15. §. 2. D eod. tit. l. 25. l. 27. C. eod. tit. 6.* De INOFFICIOSO teſtamento agere: *l. 6. §. 1. l. 16. l. 17. l. 23. §. vlt. l. 27. §. 3. l. 29. l. 30. D. eod. tit. l. 32. D. de hered. petit. l. 135. §. vlt. D. de verb. obl.* De INOFFICIOSO teſtamento agunt liberi, qui queruntur, aut inique ſe exheredatos, aut inique praeteritos, hoc colore, quaſi ſanae mentis non fuerint, quum teſtamentum ordinarent *princ. Inſt. de inoff. teſtam.* De INOFFICIOSO arguere teſtamentum: *l. 31. §. 2. D. de inoff. teſtam.* Quinctil. *Declam. CCLXIV. Arguerunt teſtamentum, tamquam impium, tamquam* INOFFICIOSVM. INOFFICIOSI teſtamenti cauſſa: *l. 27. D. de inoff. teſt.* De INOFFICIOSI cauſſa: *l. 8 §. 16. D. eod. tit.* INOFFICIOSVM teſtamentum dicere: *l. 6. l. 8 §. 5. l. 20. l. 27. §. 3. l. 29. §. 1. D. eod. l. 1. l. 5. l. 6. C. eod.* et aliis locis, quos ſupra *Lib. IV.* adduximus. INOFFICIOSI teſtamenti lis: *l. 6. D. de dot. collat.* vel de INOFFICIOSO teſtamento: *l. 15. §. 1. l. 22. D. de inoffic. teſt.* INOFFICIOSVM teſtamentum pronunciatur: *l. 26. D. l. 4. C. eod. tit.* INOFFICIOSI teſtamenti quaeſtio: *l. 16. §. 1. D. eod. l. 8. C. de inoffic. donat.* De INOFFICIOSI quaeſtio: *l. 14. D. de inoff. teſt.* INOFFICIOSI teſtamenti querela: *l. 87. §. 3. D. de legat. II. l. 6. §. vlt. l. 8. pr. et §. ſequ. l. 11. l. 12. §. 2. l. 21. l. 24. l. 25. l. 31. §. 1. D. de inoffic. teſtam. l. 14. l. 15. l. 18. C. eod. tit. l. 1. l. 2. l. 5. l. 7. l. vlt. C. de inoffic. donat.* De INOFFICIOSO teſtamento querela: *l. 15. §. 1. l. 35. l. vlt. C. de inoff. teſtam.* De INOFFICIOSI querela: *l. 21. §. 1. D. de inoffic. teſt.* Vetus Gloſſarium: INOFFICIOSI QVERELA, μέμψις κατὰ διαθήκης. De INOFFICIOSO teſtamento queri: *l. 8. §. 15. l. 23. l. 25. l. 27. §. vlt. D. de inoff. teſt. l. 9. l. 22. C. eod.* Vt INOFFICIOSAM voluntatem accuſare. *l. 8. C. eod. tit.*

[INOLESCERE. INOLITA licentia: *l. 21. C. Theod. de praet. et quaeſt. Lib. VI. tit. 4.*] *In moribus* INOLESCENDIS, ſimiliter paſſiue dixit Gell. *Noct. Attic. Lib. XII. Cap. 1.* HEIN.

INOPIA, egeſtas, paupertas, penuria. *l. 28. §. 2. D. de donat. int. vir. et vxor.* Propter INOPIAM aduerſarii inanis actio: *l. 6. D. de dol. mal.* Si per INOPIAM non caueat: *l. 1. §. 13. D. de collat. bonor.* Propter INOPIAM debitoris: *l. 30. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Propter INOPIAM eius cui ſolutum eſt: *l. 17. D. de hered. petit.* Excuſata eſt INOPIA fideiuſſorum, ſi paupertas eos adpellare non permiſit: *l. 8. § 8. D. mand.* Si quis fideiuſſorum ad INOPIAM peruenerit: *l. 26. D. de fideiuſſ.* INOPIA dignoſcitur laborare: *l. vlt. D. de in ius voc.* Si nec INOPIA laborantem eum creditores oſtendere poterint: *l. 31. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Si conſtante matrimonio propter INOPIAM mariti mulier agere volet: *l. 24. D. de ſol. matr.* INOPIA patroni: *l. 41. D. de oper. libert.* Propter INOPIAM pupilli: *l. 27. §. 3. D. de inoff. teſt.* Remiſſa propter INOPIAM multa: *l. 6. §. vlt. D. de offic. praeſid.* ¶. 2. INOPIA pro quouis defectu. INOPIA probationum. *l. 3. C. de reb. cred. l. 1. C. de quaeſt.*

INOPINABILIS, E. quod nemo temere opinatus eſſet futurum. *Si quid* INOPINABILE *natura adinuenerit. Nouell. LXXII. Cap. 5. §. 1. extr.* HEIN.

INO. INQ.

INOPINATVS, A, VM. Si oʋna et INOPINATA cauſſa hereditatem abſtulit, veluti nato poſtumo, quem heres in vtero eſſe, ignorabat, vel etiam ab hoſtibus reuerſo filio, quem pater obiiſſe, falſo praeſumſerat: *l. 3. D. de condict. indeb.* Si aliquid INOPINATVM emergat: *l. 7. D. de feriis.* Ex INOPINATO. *l. 24. §. 16. D. de fideic. libert.* Iura conſtitui oportet, vt dixit Theophraſtus, in his, quae *επὶ τὸ πλεῖστον*, *vt plurimum* accidunt, non quae *ἐκ παραλόγου*, *id eſt, ex* INOPINATO. *l. 3. D. de legib.* HEIN. INOPINATVS fortunae impetus: *l. 5. D. vt in poſſeſſ.* INOPINATA ſeruitus; *l. 1. D. de act. emt.* INOPINATA turbant prouinciales. *l. 4. §. 4. D. de offic. proconſ.*

INOPS, pauper, egenus, non idoneus, nec ſoluendo. *l. 26. D. de negot. geſt.* Vnde INOPS debitor, *et idoneus* aduerſator. *l. 27. §. 2. D. de minor.* Ne liberalitate ſua INOPS fieri periclitetur: *l. 50. D. de re iudic.* INOPES onera patrimonii, ipſa non habendi neceſſitate, non ſuſtinent. *l. 4. §. 2. D. de mun. et honor.*

[INORMITAS *vehiculi vel ponderis*, pro enormitas: *l. 30. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. 5.* ſicut INORMIS pro enormis, priſca dictione, Spartiano quoque vſurpata *in Aelio Vero Cap. 1.* vbi plura eiuſmodi exempla congeſſit Salmaſ. *in Not. p. 61.* et poſt eum Lod. de la Cerda *in Aduerſ. ſacr. Cap. CXXXIV. ſect. 13.* Add. Car. du Freſne *Gloſſ. Lat. h. v.*]

INQ.

INQVIETARE, turbare, vexare, interpellare. Ei, quem ſine cauſſa ſaepius INQVIETABIT: *l. 1. D. de vacat. et excuſ. mun.* A coherede relictum, quem non INQVIETAVIT: *l. 41. D. de his, quae vt indign.* Ne iudicia eius INQVIETET: *l. 1. §. 3. D. ſi a par. quis manum.* Dominus amplius INQVIETET: *l. 27. §. 14. D. ad leg. Aquill.* Quieſcens matrimonium non debet alius turbare atque INQVIETARE: *l. 26. D. ad leg. Iul. de adult.* Magiſtratum INQVIETANS: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* Nec minus in mari, quam in villa, per latrunculos INQVIETAMVR: *l. 3. §. 3. D. de incend. ruin. naufr.* id eſt, infeſtari poſſumus, vt *ibid.* Ne iuſtae ſepulturae traditum corpus INQVIETETVR. *l. 39. D. de relig. et ſumt. fun.* ¶. 2. INQVIETARI dicitur et is, cui controuerſia fit, et quaeſtio mouetur. Sic INQVIETANDA non eſt: *l. 1. C. de praeſcr. long. temp.* Et is per viginti annos non fuerit INQVIETATVS: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 2. §. 5.* [Nulla erit licentia, eos vel INQVIETARE, vel ad iudicium vocare: *l. vlt. §. 11. C. de iure delib.*] Dum ſuper hoc ab aduerſario INQVIETATVR: *l. 1. D. vtrubi.* Eum qui bonis ceſſit, ne quidem ab aliis, quibus debet, poſſe INQVIETARI: *l. 4. D. de ceſſ. bon.* In ſortem INQVIETARI debitores non debent: *l. 33. D. de vſur.* id eſt, *adpellari de ſorte*, vt loquitur Valer. Max. *Lib. IV. Cap. 8.* Propietatis dominus ne INQVIETETVR: *l. 5. §. vlt. D. ſi vſusfr. pet.* Dum a correo meo petitur, ego INQVIETOR: *l. 4. §. 1. D. de liberat. leg.* Qui Fauiana INQVIETETVR: *l. 1. §. 14. D. ſi quid in fraud. patron.* Conſuluit ei, vt minus INQVIETETVR: *l. 2. §. 45. D. ad SC. Tertull.* Pro filio patrem INQVIETARI non poſſe, iure manifeſtiſſimum eſt: *l. 3. C. ne fil. pro patr.* INQVIETARI prohibetur: *l. 13. §. 1. D. de re milit.* Hoc nomine vxorem INQVIETARI nolo: *l. 34. §. 3. D. de legat. II.* Ob maritorum culpam vxores INQVIETARI, leges vetant. *l. 2. C. ne vxor. pro marit.* ¶. 3. Nec perſonae modo, ſed et bona, INQVIETARI ob debita dicuntur: *l. 5. C. an ſeru. ex ſuo fact.* itemque donationes: *l. 1. C. de reuoc. donat.* [INQVIETARI deſcribique facultates, controuerſia adhoc pendente, fas non eſt. *l. 5. C. Theod. de iur. fiſc. Lib. X. tit. 1.* ¶. 4. INQVIETARE, violare. Eum, qui hanc formam auſus fuerit INQVIETARE. *l. 3. C. Theod. de frum. vrb. Conſtantinop.*

[INQVIETATOR. Si quis in vllam rem INQVIETATOR exſtiterit. *l. 1. C. de primicer. et ſecundocer.*]

INQVIETVDO. *l. 2. C. de long. temp. praeſcript.* Nulla ei moleſtia, vel INQVIETVDINE inferenda: *l. 36. C. de donat.* INQVIETVDINEM ſuſtinere. *l. 5. C. de ingen. manumitt.*

INQVILINVS eſt, qui conductis aedibus habitat: et proprie vrbani praedii conductorem ſignificat. *l. 37. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. vlt. D. de migrando. l. 4. §. 5. l. 13. §. 3. l. 18. §. 1. l. 21. l. 28. D. de damn. infect. l. 4. §. 8. D. de cenſib. l. 17. D. quod vi aut clam. l. 19. §. 4. l. 25. §. 2. l. 58. D. locat. l. 3. §. 3. D. vti poſſid. l. 2. D. in quib. cauſſ. pign. l. 20. D. de pignor. l. 1. C. de repud. hered.* Ac plane Appian. *Lib. II. de bell. ciuil. p. 428.* vbi Ciceronem a Catilina *ἐγκουιλῖνον*, *inquilinum* adpellatum eſſe, refert, ſtatim addit, INQVILINVM Romanorum lingua adpellari *τὸν ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις ἐνοικοῦντα*, *alienas aedes inhabitantem.* Vnde a *colono*, id eſt, fundi condoctore, INQVILINVM ſeparari, docuimus ſupra, voce *coloni, Lib. III.* vt et confirmat *l. 25. §. 1. C. de adquir. poſſeſſ. l. 6. §. 1. D. de precar. l. 1. §. 1. D. de migrand.* Eo pertinent loqutiones: Cum INQVILINIS ſuis dominus aedium cauere poſſit: *l. 13. §. 6. D. de damn. infect.* INQVILINI caſtrorum: *l. 17. §. vlt. D. de excuſat.* Nec vero totius modo domus vel inſulae, ſed et coenaculi, conductor INQVILINVS vocatur. *l. 3. §. vlt. D. de offic. praef. vigil.* Circa INQVILINORVM inſulae perſonas: *l. 27. §. 11. D. ad legem Aquill.* id eſt, circa conductores inſularum, ceu vocantur *l. 53. D. de action. emt. vend.* Superficiarius quaſi INQVILINVS eſt. *l. 3. § 3. D. de nou. op. nunc.* ¶. 2. INQVILINI, pro his, qui praediis adſcribuntur, iiſque adhaerent. *l. 112. D. de legat. I.* [vbi Cuiacius eodem trahit *l. 4. §. 8. D. de cenſ. et l. 17. §. vlt. D. de excuſat.* Elegante translatione Seneca *Epiſt. CVIII.* eos, qui multos annos apud philoſophos perſederint, pertinaciſſimos quidem et adſiduos

duos, ſed qui ne colorem quidem duxerint, *non diſcipulos, ſed* INQVILINOS *philoſophorum* vocat.]

INQVINARE, commaculare, conſpurcare. INQVINARE ampliſſimum ordinem: *l. 1. D. de colluſ. deteg.* Quos ſcelus aut vitae turpitudo INQVINATI *l. 2. C. de dignit. Lib. XII.* Si lolium aut auenam in alienam ſegetem inieceris, quo eam INQVINARES: *l. 27. §. 14. D. ad leg. Aquill.* Si quis veſtimenta ſciderit, vel INQVINAVERIT. *l. 27. §. 18. D. eod. tit.* ¶. 2. [Eleganter emta a Iudaeis Chriſtiana mancipia INQVINARI emtorum dominio dicuntur. *l. 5. C. Theod. ne Chriſt. mancip. Iud. hab. Lib. XVI. tit. 9.*]

INQVIRERE, inueſtigare, excutere, ſcrutari. INQVIRETVR vtrum; *l. 13. §. 3. D. de damn. infect.* INQVIRERE iudex debet: *l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* Hoc praetor INQVIRERE debet: *l. 8. D. de conf. tut.* Non INQVIRIT praetor: *l. 1. §. 1. D. de itin. act. priu.* Si praetor non de omnibus INQVIRIT, quae oratio mandat: *l. 8. §. 17. D. de transact.* INQVIRENDI cauſſa, quod vulgo dicimus ad informandum. Cic. *in Verr. Act. I. Cap. 2.* INQVIRI facultates: *l. 3. C. qui bon. ced. poſſ.* INQVISITA fide: *l. 5. C. de adquir. poſſ.* INQVIRERE fortunas contutoris: *l. 55. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tutor.* INQVIRERE fugitiuos: *l. 3. D. de fugit.* INQVIRERE ex vicinis ciuitatibus honeſtiſſimum quemque: *l. 24. D. de tut. et curat.* INQVIRERE nomina: *l. 1. §. 2. D. de magiſtr. conuen.* In principio quaeſtionis perſona debet INQVIRI procuratoris: *l. 24. C. de procur.* INQVIRERE rationes eorum, quae conſtituuntur: *l. 21. D. de legib.* Ad INQVIRENDAS res ſuas: *l. 1. D. de vſurp.* In reum maieſtatis INQVIRI prius conuenit, quibus opibus: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 29. §. 2.* Species et cauſſas fugitiuorum INQVIRERE: *l. 44. §. 2. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Si ego in Titium INQVISIII *l. 66. §. 4. D. de furt.* Seneca *Lib. I. de benef. Cap. I.* *Nomina facturi diligenter in patrimonium, et vaſa debitoris* INQVIRIMVS. INQVIRERE in eum, qui teſtamento matris datus eſt tutor: *l. 4. D. de teſtam. tut.* INQVIRERE venas metallorum: *l. 13. §. 5. D. de vſufr.* Vt veritas INQVIRATVR. *l. 17. D. ſi quis cautiou.*

INQVISITIO, id eſt, diſquiſitio. Plin. *Lib. VIII. Epiſt. 2.* *Inducti in ſenatum,* INQVISITIONEM *poſtulauerunt.* id eſt, vt vulgo loquimur, permiſſionem informandi. Idem *Lib. III. Epiſt. 9.* *Nominatimque in eos* INQVISITIONEM *poſtulauerunt*: Rurſus *Lib. VI. Epiſt. 29.* *Quaeſitum eſt, an danda eſſet* INQVISITIO? Idem *Lib. V. Epiſt. 20.* INQVISITIONEM *mandare*; Tertull. *Apologet. Cap. II.* *Atqui inuenimus,* INQVISITIONEM *quoque in nos prohibitam.* [INQVISITIO cenſus: *l. 5. C. Theod. de cenſ. Lib. XIII. tit. 10.*] CITRA INQVISITIONEM confirmare: *l. 6. D. de confirm. tut.* EX INQVISITIONE, *et non ex inquiſitione* dari curatores opponuntur. *l. 8. D. de curat. furioſ.* EX INQVISITIONE vero dari con-

firmarique tutor curatorue dicitur, qui cauſſa cognita, et moribus, fide, facultatibus eius aeſtimatis, magiſtratuum decreto datur, vel confirmatur. *l. 1. §. 17. C. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 14. §. 5. D. de ſolut. l. vlt. C. de auct. praeſt. l. 4. C. de tutor. qui ſatisd. cog.* Hinc decreto praetoris ex INQVISITIONE confirmatus tutor: *l. 2. D. de confirm. tut.* creatus; *§. 4. Inſt. de Atil. tut.* datus: *l. 26. D. de tut. et curat. dat. l. 7. §. 1. D. de confirm. tut. §. 1. D. de confirm. tut. §. 1. Inſt. de ſatisd. tut.* Si ex INQVISITIONE propter rei notitiam libertus fuerit datus tutor: *l. 1. §. 7. D. de tutel. et rat. diſtrah.* INQVISITIONIS fides: *l. 28. §. vlt. D. de teſtam. tut. l. 13. §. vlt. D. de tut. et cur. dat.* INQVISITIO fugitiuorum: *l. vlt. D. de fugitiu.* INQVISITIONE per praetorem habita: *l. vlt. in fine D. qui pet. tut. l. 1. C. de confirm. tut.* [INQVISITIONEM in eos, qui ſe haereticorum erroribus dederunt, facere: *Edict. Iuſtiniani II. Cap. 1. pr.* Carol. du Freſne *Gloſſar. h. v.*] Per INQVISITIONEM idonei pronunciati: *l. 5. D. de conf. tut.* Eius rei INQVISITIO arbitrio cognoſcentis committitur: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpill.* Diligens INQVISITIO rei, quae ſub cuſtodia noſtra eſt: *l. 3. §. 13. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* INQVISITIO ſcrupuloſa. *l. 119. D. de legat. I.*

INQVISITOR, qui inquirendi in reum cauſſa in prouinciam mittitur, apud Plin. *Lib. III. Epiſt. 9.*

INR.

INREVERENS, qui parum reueretur eos, quibus debet reuerentiam. INREVERENS miles. *l. 13. §. 4. D. de re milit.*

INS.

INSANIA, pro dementia. Si maledictum aduerſus Imperatorem ex INSANIA proceſſit, miſeratione digniſſimum eſt. *l. 1. C. ſi quis Imp. maledix.* Quid vero interſit inter INSANIAM, et furorem, docet Cicero *Tuſc. Quaeſt. Lib. III. Cap. 5.* ¶. 2. INSANIA, pro errore peſtilente. [INSANIA nouae praeſumtionis: *l. 12. C. Theod. de praet. et quaeſt. Lib. VI. tit. 4.* ſacrificiorum. *l. 2. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10*]

INSANVS, A, VM, qui ſanae mentis non eſt. *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maieſt.* INSANORVM more per vicos deridenda loqui. *l. 4. §. 1. D. de Aedil. edict.*

INSCIENS, id eſt, ignarus, vt interpretatur Donatus in Terent *Phorm. Act. I. ſcen. 2.* Peculiares res etiam INSCIENTES vſucapere ſolemus: *l. 29. D. de captiu. et poſtlim.* INSCIENTE domino: *l. 2. D. de act. noxal.* INSCIENTE ſocio. *l. 55. D. pro ſoc.* ¶. 2. [INSCIENS dominus, in *l. 34. D. de vſurpat.* idem quibusdam ac ſciens eſſe videtur, notante Dion. Gothofredo, eique adſtipolante Wiſſenbachio *Exerc. ad Dig. Part. II. diſp. 20. theſ. 10.* vt particula IN ſit προσθετική, quemadmodum in lege Mamilia, quam e codice MSC. Hygini reſtituit Lipſ. *Elect. Lib. I. Cap. 15.* Ex ſimilia exempla eius notionis videri poſſe: *l. 1. §. 2. D.*

2. D. migrand. vbi INFREQVENS interdictum, valde frequens, *l. 29. §. pen. D. de lib. et poſtum.* vbi INDIFFICILIS caſus, pro valde difficili, nec non *l. 3. pr. D. ad SC. Silan.* vbi INGRAVIS valetudo pro grauiſſima occurrit. Enimuero legis Mamiliae *caput V.* in mendo cubare, ipſe Lipſius obſeruauit. De INDIFFICILIS et INGRAVIS idem videtur Alciato *Lib. IV. de verb. ſignif. ſub finem.* In *l. 1. §. 2. D. de migr.* nihil eſt, quod nos a vulgari vocabuli INFREQVENS ſignificatione recedere cogat. Malim igitur *d. l. 34.* aliam modelam quaeri, aut, donec melior reperiatur, textum, inſerta particula NON negatiue legi, cum Cuiacio *Lib. XV. Obſ. Cap. 18.* Inter quem et Io. Robertum quae diſputata ſint, patet ex *Lib. I. Controu. Cap. 19.*] Sed quid opus eſt tanto tumultu, quum hic textus *l. 34. D. de vſurpat.* et ſine emendatione, et tam inoſitata vocabuli notione, recte ſe habeat? Ait Alfenus Varus, caſtiſſimae Latinitatis auctor: *Si ſeruus*, INSCIENTE *domino, rem peculiarem vendidiſſet, emtorem vſucapere poſſe.* Si legas NON INSCIENTE, vel INSCIENTEM accipias pro ſciente, vel conſcio domino: quid opus erat, monuiſſe, emtorem poſſe vſucapere, quum ſeruus, ſciente et non prohibente domino, rem peculiarem vendens, dominium procul dubio transferat? Loquitur ergo procul dubio de caſu quodam, quo et inſciente domino vendente ſeruo emtor ſit in conditione vſucapiendi. At vero talem caſum iam Accurſius euidentiſſimum oſtendit in *l. 10. C. quod cum eo, qui in alien. poteſt.* Nam ſi liberam habens, peculii adminiſtrationem ſeruus equas aliasue res peculiares vendidit, rata eſſe dicitur venditio. Quis ergo neget emtorem tunc vſucapere poſſe? Si ſeruo non fuerit libera adminiſtratio, nec dominium inſciente domino transferre potuit ſeruus, nec emtori iuſtum eſt poſſidendi initium, ſcienti ſeruilem venditoris conditionem, quia res furtiua eſt. *l. 56. §. 3. D. de furt.* Si vero nec ſeruus animo amouendi furandive, ſed quia credidit, id dominum non non nolle, vendiderit, et emtor iſtas res bona fide, vel ignarus conditionis eius acceperit: nulla eſt ratio, cur emtor vſucapere nequeat, quum res furtiua ſine animo conſilioque furandi non intelligatur. Ita recte Accurſii ſententiam defendiſſe videtur Io. Robert. *recept. lect. Lib. II. Cap. 18. et Controu. Lib. I. Cap. 19.* HEIN.

INSCIENTIA, id eſt, imperitia, ignorantia. *l. 28. in fine D. de iudic.* [*l. 23. C. de loc. cond.*] INSCIENTIA medici, id eſt, imperitia. *l. 52. D. ad leg. Aquill.* Quod verbum in Ciceronis Rhetoricis frequens librariorum ignorantia deprauauit. Sunt ii loci in *Lib. II. de inuent. Cap. 2. Lib. I. de Orat. Cap. 46. et 54.* vbi plerique olim legerunt INSCITIA. Sed veram lectionem iam Victorius, aliique viri docti pridem reſtituerunt. HEIN.

INSCIVS, A, VM. INSCIVS pater. *l. 44. §. 2. D. de rit. nupt.*

INSCRIBERE, INSCRIPTIO. Illud eſt in crimen ſubſcribere. Quae res ſimilitudini ſupplicii accuſatores obligabat. *l. vlt. C. de iniur.* Vnde INSCRIPTIO, pro ſubſcriptione illa, quae ab accuſatore fiebat. *l. 15. §. 5. D. ad SC. Turpill. l. 1. C. eod. tit. l. 8. C. vnde vi. l. 1. l. 19. C. qui accuſ. non poſſ.* Symmach. *Lib. I. Epiſt. 49.* *Quid habeat conditionis* INSCRIPTIO, *noſtis prae ceteris, iuris publici conditores. cet. Prouiſum enim eſt, ne quis temere in alieni capitis diſcrimen irrueret, ni ſe idem prius poenae ſponſione vinciret.* Ad eamdem INSCRIPTIONEM pertinent verba Gratiani, Valentiniani et Theodoſii Imp. *l. 2. D. de exhib. et tranſm. reis: Ex longinquo ſi quis accüendus, non prius inſimulanti adcommodetur adſenſus, quam ſollemni lege ſi vinxerit, et in* POENAM RECIPROCI *ſtilo trepidante reuocauerit.* Dirum illud INSCRIPTIONIS vinculum accuſatoribus iniecerunt etiam Germanicae originis gentes in *lege Wiſigoth. Lib. II. tit. 1. §. 1. et lege Baiuuar. tit. VIII. Cap. 17.* Vere ergo Romana eſt formula ſubſcriptionis, quam ex Odoranni, Monachi Senonenſis, ſchedis ſeu compilatione eccleſiaſtica exſcripſit Briſſonius noſter *de Formul. Lib. V. §. CLXXXIX. p. 442.* IGITVR EGO ILLE ADVERSVM TE IN RATIONIBVS PVBLICIS ADSISTO. SI TE INIVSTE INTERPELLAVERO ET VICTVS EXINDE ADPARVERO, EADEM POENA, QVAM IN TE VINDICARE PVLSAVI, ME CONSTRINGO, ATQVE CONSCRIBO PARTIBVS TVIS ESSE DAMNANDVM, ATQVE SVBITVRVM. ET PRO REI TOTIVS FIRMITATE MANV PROPRIA FIRMO ET BONORVM VIRORVM IVDICIO ROBORANDVM TRADO. HEIN. ¶. 2. INSCRIPTIO dicitur etiam ipſe libellus accuſatorius. Hinc INSCRIPTIONVM libelli: *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. l. 3. pr. et §. 1. D. de accuſat.* INSCRIPTIONVM paginae. *l. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* Eo ſenſu libelli INSCRIPTIONVM occurrunt etiam *l. 2. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* iique et INSCRIPTIONVM nomine veniunt. *l. 16. C. de accuſ. et inſcript.* Formulam huiusmodi libelli INSCRIPTIONVM ſuppeditauit Paullus *l. 3. pr. D. de accuſat. et inſcript.* HEIN. ¶. 3. INSCRIBERE, etiam eſt ſubſcribere nomen. INSCRIBERE nomen inſtrumento: *l. 5. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Non pati nomina ſua inſtrumentis INSCRIBI: *l. 5. §. vlt. D. de auct. et conſ. tut.* Sublato alieno nomine, INSCRIPTOque ſuo. *l. 36. D. ad municip.* ¶. 4. INSCRIPTIO, etiam titulum, operi alicui, vel ſepulcro praefixum ſignificat. *l. 2. l. 3. in fine D. de oper. publ.* INSCRIPTIONES monimentorum: *l. 6. C. de relig. et ſumt.* INSCRIBERE nomen operi publico: *l. 3. D. de oper. publ.* nomina. *l. 2. §. vlt. D. eod. tit.*

INSCVLPERE. Si INSCVLPENDA gemma data ſit. *l. 13. §. 5. D. locat.*

INSECTARI. INSECTARI calumnioſis criminibus innocentes: *l. 6. §. 2. D. de offic. praeſid.* famam alienam libello dato principi, vel alii. *l. 15. §. 29. D. de iniur.*

[INSECTATIO criminis. *l. 26. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.*]

INSEPVLTVS, A, VM. INSEPVLTVS iacet: *l. 14. §. 7. D de religioſ.* Vxorem INSEPVLTAM relinqui: *l. 28. D. eod. tit.* Ne

IN-

Digitized by Google

INS.

INSEPVLTA corpora iacerent: *l. 12. §. 2. D. eod. tit.*

INSEQVI, ſequi. INSEQVENTIS anni: *l. 35. §. vlt. locat.* INSEQVENS gradus: Vlpian. *tit. XXV. §. 5.* INSEQVVTAE nuptiae: *l. 7. §. vlt. l. 10. D. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſequ.* Non INSEQVVTIS nuptiis: *l. 8. C. de teſtam. manumiſſ.* INSEQVVTA obligatione: *l. 13. C. de donat. int. vir. et vxor.* INSEQVVTA ratihabitione: *l. 7. §. vlt. D. rat. rem habit.* Qui tacitus frequenter INSEQVITVR: *l. 15. §. 22. D. de minor.* Temporis, quod INSEQVITVR, periculum: *l. 11. C. arbitr. tut.* Temporis, quod INSEQVVTVM eſt, vſurae: *l. 9. §. 4. D. locat.* INSEQVENTIA tempora. *l. 7. §. vlt. D. de edendo.* ¶. 2. INSEQVI etiam dicitur, quod poſtea contingit, vel euenit. Antequam mors INSEQVATVR: *l. 32. D. de mort. cauſſ. donat.* Quum mors INSEQVETVR: *l. 11. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* Quum mors fuerit INSEQVVTA: *l. 2. D. de mort. cauſſ. don.* Si mors ſit INSEQVVTA: *l. 13. D. mandat.* Morte INSEQVVTA: *l. 42. §. vlt. D. eod. tit. l. 34. §. vlt. D. mand.* id eſt, ſequuta, vt *l. 18. §. 2. et l. 40. D. de mort. cauſſ. don.*

INSERERE arbitrium ſtipulationi: *l. 3. C. de dot. promiſſ.* Mandato INSERI coepit caput tale: *l. 1. D. de teſtam. mil.* INSERIT conditionem teſtator, *l. 19. §. 1. D. de condit. et demonſtr.* id eſt, addit: *l. 9. D. de hered. inſtit.* INSERERE conditionem legato: *l. 11. D. de legat. II.* fideicommiſſo vel legato: *l. 5. C. quando dies leg.* INSERTA conditio: *l. 44. §. 1. D. de obl. et act. l. 8. l. 9. D. de condit. inſtit. l. 9. §. 5. D. de her. inſtit. l. 2. D. de condit. et demonſtr.* Quae dubitationis tollendae cauſſa contractibus INSERVNTVR: *l. 81. D. de reg. iur. l. 56. D. mandat.* Conuentio, quae quotidie INSERI ſolet cautionibus: *l. 15. §. 1. D. de pignor.* INSERTVS dies ſtipulationi: *l. 13. §. vlt. D. de damn. infect. l. 118. §. 1. D. de verbor. oblig.* INSERTVM eſt edicto: *l. 5. §. vlt. D. de collat. bonor.* INSERERE libello epiſtolam: *l. 1. C. de contr. et committ. ſtipul.* INSERTA, ſtipulationi exceptio: *l. 39. §. 3. D. de damn. infect.* INSERERE pacti exemplum: *l. 15. C. de transact.* INSERVNTVR poſtremis iudiciis: *l. 14. C. de donat. int. vir. et vxor.* Venditor eam legem INSERVIT: *l. vlt. §. 1. D. de reſcind. vendit.* Loca INSERI ſtipulationi ſolent: *§ 5. Inſt. de verb. oblig.* INSERTVM nomen ſtipulationi: *l. 12. D. ſolut. matrim.* INSERERE doti pactum: *l. 10. C. de iure dot.* INSERTVM pacto: *l. 3. C. ſi mancip.* Venditioni inſeruit pactum conuentum: *l. vlt. D. de ſeru. export.* INSERITVR nouiſſima parte pactorum: *l. 7. §. 10. D. de pact.* INSERERE perſonas: *l. vlt. D. de liber. cauſſ.* INSERITVR perſona pacto: *d. l. 7. §. 8. D. de pact.* INSERTA pactis poena: *l. 41. C. de transact.* INSERTVM reſponſum: *l. 39. §. 1. D. de legat. III.* Omnia, quae INSERI ſtipulationibus poſſunt: *l. 7. D. de reb. credit.* Codicillis haec verba INSERVIT: *l. 78. D. ad SC. Trebell.* Pro conditione haec verba INSERVIT: *l. 2. D. de condit. inſtit.* Propter INSERTA fideicommiſſaria verba. *l. 29. D. ad SC. Trebell.*

INS.

INSIDERE, INSIDENS regionis viſceribus praedator: *l. 9. C. Theod. de exſequut. et exactor. Lib. VIII. tit. 8.* pro quo in *l. 3. C. Theod. eod. tit.* INSIDIANS, praeter neceſſitatem, repoſuit Tribonianus.]

INSIDIAE, ARVM. INSIDIAE aedificiorum: *l. 2. §. 7. C. de vet. iur. enucl.* In INSIDIAS deductus exercitus populi Romani: *l. 4. D. ad leg. Iul. maieſtat.* Quod INSIDIAS detexerit: *l. 15. §. 1. D. de manumiſſ. vind.* Multorum INSIDIIS expoſitum minorum aetatium conſilium: *l. 1. D. de minorib.* INSIDIIS medici necatus: *l. 5. §. vlt. D. de SC. Silan.* INSIDIIS perimi: *l. 5. C. de his, quae vt indign.* Malo letho periturus INSIDIIS eorum, qui ſcopulos poſuiſſent: *l. 9. D. de extraord. crimin.* INSIDIAE piratarum: *l. 18. D. commodati.* Si qua opera moenibus, vel publicis operibus, ita cohaerent, vt ex his incendium vel INSIDIAS vicinitas reformidet. *l. 13. C. de oper. publ.* [INSIDIAE tutorum: *l. 1. C. Theod. de in integr. reſtit. Lib. II. tit. 16.* INSIDIAE venenorum: *l. 4. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38.*] INSIDIAS vitae prioris domini ſtruxiſſe. *l. 30. D. mandat.*

INSIDIARI, eſt inſidias ſtruere. Id egit, vt genero INSIDIARETVR: *l. 84. D. de iure dot.* Hominem homini INSIDIARI, nefas: *l. 3. D. de iuſtit. et iur.* Si ſeruum tuum latronem, mihi INSIDIANTEM, occidero: *l. 4. D. ad leg. Aquill.* Qui pudicitiae impuberis INSIDIARI poſſunt: *l. 5. D. vbi pupill. educ. vel mor.* Qui veneno, vel quo alio more, INSIDIANTVR: *l. 1. §. 17. D. de SC. Silan.* [INSIDIARI alienae verecundiae: *l. 41. C. Theodoſ. de epiſc. Lib. XVI. tit. 2.* id eſt, calumnioſam accuſationem inſtituere.] ¶. 2. Reperitur etiam INSIDIARE in forma actiua: *l. 28. §. 11. D. de poen.* vbi Calliſtratus: *Qui ſaluti dominorum ſuorum INSIDIAVERINT.* De eo loco ex inſtituto *Scip. Gentil. Lib. I. Parerg. Cap. 18.* Voſſ. *de analog. Lib. III. Cap. 7.* Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 328.* Sed Haloander ibi habet: INSIDIATERVNT: quae lectio valde probabilis eſt. Ceterum non raro veteres deponentibus etiam forma actiua vſi ſunt, vt *molior*, et *mollo*: Valer. Max. *V. 10. ex Rom. 2. arbitror*, et *arbitro*: Plaut. *Stich. Act. I. ſcen. 2. v. 87.* et *Pſeudol. Act. IV. ſcen. 2. v. 57.* vt alia eius generis omittamus exempla, quae poſt Voſſium attulit Perizon. *ad Sanctii Mineru. Lib. III. Cap. 2. et 3.* Non ergo ſoloecum erit illud INSIDIAVERIT, quamuis exemplo deſtituatur. HEIN.

INSIDIOSE, callide, fraudulenter. INSIDIOSE diſſimulare. *l. 43. D. de contrah. emt.*

INSIDIOSVS, A, VM. [INSIDIOSAE artes: *l. 49. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] INSIDIOSA loca. *l. 36. §. 1. D. de rei vind. l. 4. D. de mort. cauſſ. donat.*

INSIGNIA, ornamenta, ſymbola dignitatis. Appianus *Lib. I. de bell. ciuil. p. 417.* σημεῖα τῆς ἀρχῆς, *ſigna magiſtratus*, Dio vero Caſſ. *Lib.*

Lib. XXXXVIII. p. 238. τὰ ἀρχικὰ, *ſigna magiſtratus et* κοσμήματα τῆς ἡγεμονίας, *ornamenta curationis publicae* vocat. Cicero *pro Sext. Cap. VI. Se illis faſcibus ceteriſque* INSIGNIBVS *ſummi honoris atque imperii eſſe ornatos.* Idem *Epiſt. 1. ad Quintum fratrem Cap. 4. Maioraque praeſerant faſces illi ac ſecures dignitatis INSIGNIA, quam poteſtatis.* Sic; INSIGNIA conſularia: *l. 2. pr. D. de his, qui not. infam.* [conſularitatis: *l. 2. C. Theod. de ſenat. et gleb. collat. Lib. VI. tit. 2.* dignitatum: *l. 25. C. Theod. de decurion. l. 122. Cod. Theod. eod. tit.* clarae domus: *l. 27. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.* honoris: *l. 4. C. Theod. de decurion.*] INSIGNIBVS illicitis vſus: *l. 27. §. vlt. D. de leg. Corn. de falſ.* [INSIGNIA palatini laboris: *l. 73. C. Theod. de decur.*] magiſtratuum: *l. 1. §. 5. D. de poſtul.* militaria: *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam.* ordinis: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 25. §. 12.* [praetorum; *l. 15. C. Theod. de praetor. Lib. VI. tit. 4.* praeturae: *l. 12. C. Theod. eod. tit. l. 74. C. Theod. de decurion.*] proconſularia. *l. 1. D. de offic. proconſ.* ¶. 2 INSIGNIA, pro quibusuis ſignis. Vtriusque cauſſae quaedam habebat INSIGNIA: *§. 1. Inſt. de donat.* INSIGNIA luctus. *l. 15. C ex quib. cauſſ. infam. irrog.*

INSIGNIS, E. INSIGNIS calamitas; *l. 10. D. qui ſatisd. cog.* dies *l. 8. D. ad SC. Turpill.* id eſt, celebris et feſtus. INSIGNES latrones: *l. 16. D. de adpellat.* id eſt, *famoſi.* vt *l. 28. §. 15. D. de poen.*

INSINVARE, notum facere. [INSINVATVM eſt, quosdam patres: *l. 3. C. Theod. de matern. bon.* INSINVARE iudici deſiderium: *l. 9. C. Theod. de decurion.* INSINVARE fidem: *l. 24. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* INSINVATA a diuino Petro, apoſtolo, religio: *l. 2. C. Theod. de fide cathol. Lib. XVI. tit. 1. l. 1. C. Iuſtin. eod. tit.*] INSINVAVIT voluntatem ſuam teſtator. *l. 11. §. 2. D. de legat. III.* Verbum hoc iſto ſignificatu tantum Solino, Spartiano, aliisque recentioris aeui ſcriptoribus familiare fuiſſe, obſeruant Salmaſ. *ad Iul. Capitolin. in Vero Cap. I.* et Ducker. *de Lat. vet. iurisc. p. 439.* HEIN.

¶. 2. INSINVARE, apud magiſtratus actis interuenientibus intimare, et publicare. *l. 30. l. 31. C. de donat.* INSINVARE actis donationes: *l. 31. C. de donat.* actis interuenientibus; *§. 2. Inſt. de donat.* geſtis interuenientibus; *l. 36. §. vlt. C. de donat.* Vnde donationes, geſtorum teſtificatione confectae. *l. 25. §. vlt. l. 27. D. de donat. l. 17. C. de donat. ant. nupt.* ¶. 3. [INSINVARE litem, id eſt, denunciare. *l. 1. C. Theod. de denunciat. Lib. II. tit. 4.*]

INSISTERE, permanere, perſiſtere. INSISTERE poſſeſſioni. *l. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* [*l. 2. C. Theod. de his, qui ſuper. relig. Lib. XVI. tit. 4.* ¶. 2. INSISTENTIVM, id eſt, in via ſtantium, denſitas. *l. 5. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.*]

INSITVS, A, VM. INSITA conditio legato: *l. 82. D. de condit. et demonſtrat.* id eſt, adiecta, ſeu inſerta.

INSOLENTIA curioſa: *l. 33. D. de vſur.* [iudicum. *l. 3. C. Theod. de exact. Lib. XI. tit. 7.*]

INSOLITVS, A, VM. INSOLITVM eſt, eſſe, fieri. *l. 18. D. de minor. l. 2. C. de quaeſtion. l. 27. D. de poen.*

[INSONS victima. *l. 10. l. 12. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.*]

INSPECTARE. INSPECTATVR conditio, id eſt, inſpicitur, ſpectatur. *l. 12. D. de vſur.*

INSPECTATIO, pro inſpectio. *l. 12. §. 9. D. de capt. et poſtlim.* Ita et Seneca *Natur. Quaeſt. Lib. VI. Cap. 4. Quorum dulcis mihi INSPECTATIO.* HEIN.

INSPECTIO [aequa rerum ac perſonarum, quae priuatam degunt vitam, in publicis functionibus: *l. 3. C. Theod. de immunit. conceſſ. Lib. XI. tit. 2.*] INSPECTIONES diſcuſſionesque: *l. 11. l. 12. C. Theod. de cenſitor. peraequat.* [INSPECTIO iecoris. *l. 9. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10. Ne quis INSPECTIONE iecoris, extorumque praeſagio, vanae ſpem promiſſionis accipiat.* Pro eo extorum INSPICIA dixit Tertullian. *Lib. I. poem. adu. Marcion. v. 13.* ſollemni in his ſacrificiis voce, notante Barthio *Lib. XXV. Aduerſ. Cap. XI.* Adde de hoc augurandi genere Alex. ab Alexandro *Genial. dier. Lib. V. Cap. 25.* INSPECTIO militis: *l. 28. C. Theod. de erog. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.* et ibi Iac. Gothofredus.] INSPECTIO et peraequatio: *l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iud. Nouell. Theod. et Valent. de poſtul.* INSPECTIO rationum; *l. 4. C. de fid. inſtrum.* tabularum: in *tit. D. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, etiam earumdem lectionem comprehendit: *l. 2. §. 4. D. teſtam. quemadm. aper.* INSPECTIO virginis et genitalium ſecretorum, apud D. Ambroſ. *Epiſt. LIV.* pro viſitatione, vti vulgo loquimur. ¶. 2. INSPECTIO, pro viſione, et quod Graeci θεωρίαν vocant. *l. 63. §. 3. D. de adquir. rer. domin. l. 31. §. 1. D. depoſ.* INSPECTIO duplex. *l. 44. §. 1. D. de oblig. et act.* [*l. 91. D. de verb. oblig.*

INSPECTOR, cui venalis res, pretii exquirendi explorandique cauſſa, vel ſtatuendi apud ſe, an emere velit, inſpicienda datur. *l. 10. §. 1. D. commod.* coniuncta *l. 17. §. 2. D. praeſcr. verb.* ¶. 2. Eodem nomine veniunt, qui ad inſpicienda prouincialium praedia reuelandaque, vel cenſitioni ſubiicienda, a Principe mittebantur. *rubr. C. de cenſib. et cenſit. et peraequat. et inſpect. Lib. XI. l. 2. C. Theod. de indulg. tribut. l. 31. l. 33. C. Theod. de annon. Nouell. Theodoſ. et Valentin. de reuelat. adaerat.* Vetus Gloſſarium: INSPECTOR, ἐπόπτης, ὁ ἐξεταστής.

INSTANS, praeſens, vel proxime futurum. INSTANS aeſtas; *l. 1. §. 8. D. ne quid in flum. publ.* id eſt praeſens, vel eius temporis, quo

quo interdictum redditur. [INSTANS enim non de futuro tantum, ſed et de praeſenti dici, veterum teſtimoniis probauit Coel. Rhodigin. *Lib. VIII. Lect. ant. Cap. 15. p. 428.*] INSTANS annus: *l. 7. §. 1. D. ſolut. matrim.* id eſt, annus, quo fit diuortium, ſeu annus currens, vt paſſim loquimur. Ab INSTANTI octaua indictione: *l. 173. C. Theod. de decurion.* INSTANS periculum, id eſt, imminens et impendens. *l. 6. D. de mort. cauſſ. don.*

INSTANTER, et ſaepius petere. *l. 1. D. de libell. dimiſſor.*

INSTANTIA, diligentem et adſiduam debiti repetitionem, flagitationem, exactionemque ſignificat. Reus, putans, ſe bona INSTANTIA vti: *§. 1. Inſt. de poen. tem. litig.* At hic INSTANTIA non eſt exactio, ſed ipſum ſuſceptum iudicium. Iurat enim de calumnia reus, id eſt, ſe putare, quod propitio iure aduerſus actorem conſiſtat, actionemque excipiat. HEIN. Sic et alibi: Sacramenti timore contentioſa litigantium INSTANTIA compeſcitur: *l. 1. C. de iureiur. propt. calumn. dand.* INSTANTIA creditoris reciperati ſunt cullei: *l. vlt. §. vlt. D. de pign. act.* Cum INSTANTIA humanum ſe exactorem praebere; *l. 33. D. de vſur.* Si omiſſa eſſet debiti repetendi INSTANTIA: *l. 32. D. de vſur.* [Diligenti ſtudio INSTANTIAque complere incepta opera. *l. vlt. C. de oper. publ.*] Hic vero INSTANTIA eſt diligentia, et acre rem perſequendi ſtudium: et eo etiam ſenſu dicitur: Praeſes prouinciae efficaci INSTANTIA compellet: *l. 6. C. de poſtlim. reuerſ.* INSTANTIAM repetentis dimiſſorias conſtitutiones deſiderat: *l. 1. D. de libell. dimiſſ.* Stricta INSTANTIA falſum arguere. *l. vlt. C. ad leg. Corn. de falſ.* HEIN. ¶. 2. INSTANTIA etiam eſt iis, coram vno tribunali inſtituta. Vnde aliquando a lite ſeparatur. Salua quidem lis eſt, verum INSTANTIA tantum edicti perierit. *l. 73. §. 2. D. de iudic.*

INSTAR, aliquid ſimile denotat. INSTAR actionum habent ſtipulationes praetoriae: *l. 10. §. vlt. D. de compenſat. l. 37. D. de obl. et act.* ad INSTAR actionis inſtitoriae: *l. vlt. C. de inſtit. et exercit.* INSTAR conditionis habet ſermo: *l. 120. D. de verb. oblig.* [Quum duae partes ordinis in vrbe poſitae totius curiae INSTAR exhibeant: *l. 142. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] Ad INSTAR decreti: *l. 2. C. quand. decret.* Donationis, an legati INSTAR obtinere: *§. 1. Inſt. de donat.* [*l. 3. C. Theod. de dot. Lib. III. tit. 13.*] INSTAR donationis inducit: *l. 46. D. legat.* Ad INSTAR legitimi filii: *l. 4. C. de natur. lib.* [INSTAR humanitatis exhibere: *l. 6. C. Theod. de ſepulcr. viol. Libr. IX. tit. 17.* Ad INSTAR interdicti: *l. 4. C. vnde vi. l. vlt. C. de lib. exhib. l. vlt. C. de act. emt. vend.* INSTAR iudicii habet iusiurandum. *l. 26. §. vlt. D. de iureiur.* INSTAR legatorum obtinent: *l. 17. D. de mort. cauſſ. donat.* INSTAR quoddam, et quaſi facies quaedam operis: *l. 21. §. 3. D. de op. nou. nunciat.* [Publiciana ad INSTAR proprietatis, non ad INSTAR poſſeſſionis reſpicit: *l. 7. §. 6. D. de Public. in rem act.* INSTAR rei iudicatae obtinere: *l. 2. C. de iur. fiſc.* INSTAR ſceleris eſt: *l. 16. D. de poen.* Ad INSTAR inofficioſi teſtamenti: *l. 5. C. de inoffic. dotib.* Ex omnibus cauſſis, quae INSTAR habent venditionis. *l. 3. §. 7. D. de itin. actuque priuat.* ¶. 2. Sed talis loquendi figura, qua praepoſitione AD iungitur, vti iuriſconſultis ac Imperatoribus placuit, ita bonis Latinitatis auctoribus improbata, vt docet Seruius *in Aeneid. II. v. 15.* his verbis: INSTAR, *eſt nomen indeclinabile, licet Probus declinauerit, vt nectaris, et caret praepoſitione, ſicut peregre: quamuis Serenus, lyricus,* AD INSTAR *dixerit.* [Sed quum INSTAR nomen ſubſtantiuum eſſe, ne Seruius quidem inficietur, quid obſtet, quo minus admittat praepoſitionem? Praepoſitioni ſane iunxerunt Solinus, et Apuleius Metamorph. *Lib. IV. p. 154. Lib. VII p. 189. L. X. p. 248. et p. 253. Lib. XI. p. 267.* Fatendum tamen, apud antiquiores et melioris aeui auctores ita non reperiri.]

INSTARE, vrgere. INSTANDVM accuſatori; *l. 18. §. 2. D. de quaeſt.* INSTANT creditores: *l. 1. §. 18. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* INSTANTIBVS libertis: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* Negotio gerendo INSTARE. *l. 3. D. de inſtitor. act.*

INSTAVRARE, redintegrare, ſiue ex integro quid facere. Seru. *Aeneid. II. v. 15.* ad verba Virgilii:

> *Inſtar montis equum diuina Palladis arte*
> *Aedificant.*

INSTAR, ait, *eſt ad ſimilitudinem. Vnde INSTAVRATA, non reſtaurata, dicuntur aedificia ad antiquam ſimilitudinem facta.* Sic INSTAVRARE accuſationem: *l. 3. C. ad SC. Turpill.* actiones: *l. 14. D. quae in fraud. cred.* aedificia: *l. 29. C. de locat.* agonem: *l. 1. C. de expenſ. publ. lud.* cauſſam: *l. 7. C. de iur. et fact. ignor. l. 2. C. quib. ex cauſſ. maior.* crimen: *l. 4. D. ad SC. Turpill.* finita, vel ſemel finita: *l. 5. C. de re iudic. l. 1. C. de abolit.* litem: *l. 39. C. de transact.* mandatum: *l. 56. §. 2. D. mandat.* litis materiam: *l. 20. D. de tutel. et rat. diſtrah.* matrimonium: *l. 62. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* quaeſtiones: *l. 13. C. de transact.* querelam. *l. 6. C. eod. tit.* ¶. 2. [INSTAVRARE, damnum ſarcire. Quidquid ille dilapidauit, ipſe de propriis rebus INSTAVRET. *l. 1. C. Theod. de ſuſcept. Lib. XII. tit. 6.*]

INSTAVRATIO, redintegratio. [INSTAVRATIO, de reparatione adpellationis: *l. 7. C. Theod. de reparat. adpell. Lib. XI. tit. 31.*] INSTAVRATIO cauſſae: Paull. *Sent. Lib V. tit. 5. §. 10.* [itinerum: *l. 4. C. Theod. de itin. mun. Lib. XV. tit. 3.*] litis: *l. 1. C. ſi adu. libert. l. 20. C. de euiction.* militiae: *l. 6. C. de re milit.* negotii. *l. vlt. C. ſi aduerſ. transact.*

INSTERNERE. Quae INSTERNENDI iniiciendiue cauſſa parata ſunt. *l. 23. §. 1. D. de aur. arg. leg.*

INSTIGARE accuſatorem. *l. 1. D. ad SC. Turpill.*

INSTIGATIO. INSTIGA-

TIONIBVS nouercalibus corruptus. *l. 4. D. de inoffic. teſtam.*

INSTIGATOR accuſationis, *l. 20. D. de his, qui not. infam.*

INSTIGATVS, VS, pro inſtigatione. *l. 1. §. 6. D. ſi quadrup. paup.* Quamuis non refragetur huic vocabulo analogia, inter rariora tamen omnino habendum videtur. HEIN.

INSTIMVLARE. INSTIMVLATI falſo parentes. *l. 3. D. de inoffic. teſt.*

INSTINCTVS, VS, pro impulſione. *l. 3. D. de extraord. crim.* INSTINCTV libidinis: *Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. 6. §. 4.* [INSTINCTV ſanctae religionis: *l. 13. C. de exact. Lib. XI. tit. 7.* pro quo tamen *l. 3. C. de exſequut. et exact.* vbi ea conſtitutio repetitur, INSTITVTVM *ſanctae religionis* legitur.]

INSTITOR eſt, qui tabernae locoue, ad emendum vendendumue praeponitur, quique ſine loco ad eumdem actum praeponitur: *l. 18. D. de inſtit. act.* adpellatus ex eo, quod negotio gerendo inſtet. *l. 3. D. eod. tit.* [Pluribus eam etymologiam firmat Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 291.* Nae diſſentit Iuſt. Ioſ. Scalig. *in Priap. Carm. LXVIII.*] Nec multum facit, tabernae ſit praepoſitus, an cuilibet alii negotiationi. *d. l. 3.* Quicumque enim negotio praepoſitus eſt, INSTITOR recte adpellabitur. *l. 5. D. eod. tit. §. 2. Inſt. quod cum eo, qui in al. poteſt.* Gloſſarium: INSTITOR, ὁ προϊςάμενος ἐγγαςηρία, *praepoſitus officinae.* Si INSTITOR erit ſeruus, et operis eius vtor in taberna, mercibus emendis vendendisque: *l. 28. D. de vſu et habit.* Seruus, INSTSTOR dominicae mercis: *l. 37. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Si homo prouincialis ſeruum INSTITOREM, vendendarum mercium cauſſa, Romae habeat: *l. 19. §. 3. D. de iudic.* Seneca *Lib. VI. de benef. Cap. 38.* *INSTITORES delicatarum mercium iuuentus corrupta locupletat.* Ouid. *Lib. I. de arte amand. v. 421.*

INSTITOR *ad dominam veniet diſcinctus emacem.*

¶. 2. INSTITOR praeterea eſt ſeruus, mutuis pecuniis dandis, et pignoribus accipiendis praepoſitus. *l. vlt. D. quod cum eo, qui in al. poteſt.* Si dominus, qui ſeruum INSTITOREM apud menſam pecuniis accipiendis habuit: *l. 19. §. 1. D. de inſtit.* Proinde menſae nummulariae praepoſitus libertus INSTITOR adpellatur. *l. vlt. D. eod. tit.*

¶. 3. Sed et eos INSTITORES dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam et diſtrahendam, quos vulgo circitores adpellamus: item fullonum et ſareinatorum praepoſiti, muliones, ſtabularii quoque, nec non ſeruus a tabernario ad merces comparandas peregre miſſus, INSTITORVM loco habendi ſunt. *l. 5. §. 1. D. de inſtitor.* Sic INSTITORES cauponum et ſtabulariorum: *l. 5. §. 5. D. naut. caup. ſtab. l. 13. l. 15. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Seneca *Lib. VI. de benef. Cap. 17.* *Sordidiſſimorum quoque artificiorum INSTITORIBVS ſupra conſtitutum aliquid adiicimus.*

INSTITORIA actio, tunc locum habet, vt Iuſtinianus *§. 2. Inſt. quod cum eo, qui in al. pot.* mouet, quum quis tabernae forte vel cuilibet alii negotiationi ſeruum praepoſuerit, et quid cum eo eius rei cauſſa, cui praepoſitus erit, contractum fuerit. *tit. D. et C. de inſtitor. act. l. 3. §. 1. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. 4. D. de minor.* Vetus Gloſſarium Graecum: INSTITORIA ἀγωγὴ κατὰ τοῦ ἐνςήσαντος αὐτοῦ ὑπεξούσιον, εἰς καπηλεῖον, ἢ εἰς ὅμοιον, *actio, quae datur aduerſus eum, qui poteſtati ſuae ſubiectum praepoſuit tabernae vel ſimili negotiationi,* ¶. 2. Sed et vtilis INSTITORIA actio datur, in ſpecie *l. 16. l. 19. D. de inſtit. l. 5. l. vlt. C. eod. tit. l. 13. §. 25. D. de act. emt. l. 31. D. de negot. geſt.*

INSTITVERE, interdum ſignificat sutendere, inferre, mouere. Ita INSTITVERE dicimur accuſationem: *l. 14. §. 1. et §. 7. D. de bon. libert. l. 22. D. de his, quae vt indign. l. 5. l. 7. §. 1. D. de accuſat. l. 4. §. vlt. l. 9. §. 1. l. 13. l. 17. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult. l. 2. l. 16. l. 21. l. 26. C. eod. tit. l. 15. C. de his, qui accuſ. non poſſ. l. 3. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 18. C. ad leg. Corn. de falſ. l. 3. C. ſi reus vel accuſ. l. 4. C. de noxal. act. l. 12. C. de noxal. act. l. 10. C. de his, quae vi.* INSTITVITVR accuſatio: *l. 1. D. de lib. hom. exhib. l. 8. C. de his, quae vt indign. l. 9. C. de contrah. et committ. ſtipul. l. 10. C. ad leg. Cornel. de falſ. l. 1. C. ad leg. Fab. de plagiar. l. 2. C. de gener. abolit. l. vlt. C. ad SC. Turpill.* Si accuſatio alicuius publice INSTITVTA ſit: *l. 4. §. 1. D. de legation.* INSTITVTA inofficioſi teſtamenti accuſatione: *l. 6. l. 29. §. vlt. D. de inoff. teſt.* de inofficioſo teſtamento accuſatione: *l. 27. D. eod. tit.* Poſt INSTITVTAM accuſationem: *l. 31. §. 2. D. de adim. legat.* INSTITVERE actionem: *l. 2. D. de act. rer. amot. l. 5. D. de except. rei iudic. l. 21. §. 2. D. de pact. l. 36. D. de rei vind. l. 34. §. 5. D. de legat. II. l. 43. D. de iniur. l. 11. §. 1. D. de act. rer. amot. l. 3. C. de inoffic. teſtam. l. 1. C. de magiſtrat. conuen. l. 6. C. de adminiſtr. tut. l. 1. C. ſi tut. vel curat. l. 5. C. de obſequ. patr.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 11.* actiones: *l. 40. D. de procurat.* INSTITVTA actio: *l. 1. D. de interrog. l. 1. C. de precar. l. 11. §. 1. D. de interrog. l. 12. §. vlt. D. eod. tit.* INSTITVERE crimen: *l. 3. C. de his. qui accuſ. non poſſ. l. 1. C. de ſtellion.* INSTITVTVM crimen: *l. 3. C. de extraord. crim.* Falſi crimine INSTITVTO: *l. 14. C. de inoffic. teſt.* INSTITVERE iudicium: *l. vlt. D. de act. rer. amot.* litem: *l. 10. D. de iudic. l. 9. §. 6. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 15. §. vlt. D. de inoffic. teſtam.* INSTITVERE vero, et *peragere* litem, diuerſa facit *l. 22. D. de inoffic. teſt.* Altero enim verbo initium et exordium litis, altero finis et exitus ſignificatur. Non ſuffieit litem INSTITVERE, ſi non in ea perſeueret: *l. 15. §. 1. D. eod. tit.* INSTITVTA lis, id eſt, inchoata, et nondum peracta: *l. 57. §. vlt. D. de condict. indeb.* INSTITVTA petitio: *l. 28. D. de excuſat.* INSTITVERE inofficioſi querelam: *l. 8. D. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. 8. pr. l. 21. l. 25. §. vlt. D. de inoffic. teſt.*

l. 3.

Digitized by Google

l. 3. C. eod. tit. Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 5. §. 2.*

◀|. 2. INSTITVIT, ſaepe ponitur pro coepit: et hinc ſicuti poſterius, ita et prius, non raro abundat. Sic INSTITVIT accuſare: *l. 4. l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* INSTITVIT agere: *l. 5. l. 9. D. de except. rei iudic. l. 135. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 47. D. ad leg. Aquil. l. 84. §. 5. et §. 6. D. de legat. I. l. 66. D. de fideiuſſor. l. 11. D. qui ſatisd. cog. l. 6. §. 9. D. comm. diuid.* Hinc in *l. 2. §. 1. D. de orig. iur.* Populus *ſine lege certa, ſine iure certa agere* INSTITVIT, nihil aliud eſt, quam agere coepit. Cicero *pro Cluent. Cap. III. Sicuti facere INSTITVISTIS.* Sic et Graeci: Ἐπιχείρησαν ἀνατάξασθαι. INSTITVERVNT *componere. Luc. I, 1.* Ἤρξατο ποιεῖν, *coepit facere, Act. I, 1.* ἄρξασθαι λαλεῖν, *coepiſſe loqui,* vel loquutus eſt. *Act. XI, 15.* vbi ſimiles veterum locus protulit Caſaubonus. Polyb. *Lib. II. Cap. 37.* γράφειν ἐπικεχειρήκαμεν. *Scribere* INSTITVIMVS. Add. Rupert. et V. A. Corn. van Bynckersh. *Praeterit. ad l. 2. §. 1. D. de orig. iur.* Georg. Raphel. *Adnot. in nou. teſt. ex Polyb. et Arriano p. 158.* HEIN. Sic et: Quantum dare filiae INSTITVERAT: *l. vlt. D. de in rem verſ.* Teſtamentum aliud facere INSTITVIT: *l. 22. D. de adim. legat.* Libertus duos patronus habere INSTITVIT. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 2. §. 2.* Vbi tamen dubia lectio. Codices enim quidam habent: *Libertus duos heredes inſtituit.* Schultingius mallet: *Libertus, duos patronos habens, heredes* INSTITVIT. HEIN. INSTITVIT petere: *l. 22. D. rat. rem hab. l. 15. D. de fideiuſſor.*

◀|. 3. INSTITVERE, noui quid inducere, inchoare, ordinare, diſponere [Nihil auſpicari noui operis patieris, exceptis ſtabulorum fabricis, quas ex vſu publico, ſi ita res tulerit, non prohibemus INSTITVI: *l. 16. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] INSTITVTVS a maioribus fauor: *l. 12. §. 9. D. de capt. et poſtlim.* INSTITVERE aeris, argenti, auri, ferri, et ceterorum fodinas, cretifodinas, arenifodinas, lapicidinas: *l. 3. §. 5. D. de vſufr.* fullonicas: *l. 13. D. de aqu. et aqu. pluu.* Si conductor, ſua opera, in fundo aliquid neceſſario vel vtiliter INSTITVERIT: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 18. §. 2. l. 55. §. 1. D. locat.* Quoties aliud noui operis INSTITVENDVM petitur: *l. 2. §. 10. D. ne quid in loc. public.* INSTITVTA poena: *l. 9. D. de leg. Pomp. de parricid.* INSTITVERE prata; Columella *Lib. XII. de re ruſt. Cap. 18.* nouam rem: *l. 11. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult.* De riuis nouis inciuiliter INSTITVTIS: *l. 2. D. de extr. cognit.* INSTITVERE ſalictum: *l. 3. C. de arbor. furt. caeſ.* INSTITVTAE ſegetes, apud Varron. *Lib. I. de re ruſt. Cap. 37.* INSTITVERE vectigal nouum: *l. 1. D. ad leg. Iul. ambit. l. 2. C. vectigal. nou.* vineas: *l. 64. D. locat. l. 1. C. Greg. de rei vind.* Cic. *In Rull. de leg. agrar. Cap. XXV. Iugera trecenta, vbi INSTITVI vineae poſſunt.* INSTITVERE vineta. Columella *Lib. III. Cap. 4.*

◀|. 4. INSTITVERE, facere, inire, gerere. INSTITVERE contractum: *l. 2. D. de reb. cred.* INSTITVERE heredem, id eſt, facere, ſcribere, et quaſi ſuo loco ponere et collocare: INSTITVVNTVR autem heredes, qui primo gradu ſcribuntur *ſubſtitui* dicuntur, qui ſecundo gradu: *l. 1. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Paull. *Sent. Lib. III. tit. 4. §. 4.* Itaque vt illi *primi*; ſic hi *ſecundi* heredes adpellantur, quemadmodum ſuo loco dicemus. INSTITVTVM accipimus eum quoque, qui heres ſcriptus non eſt, ſed ſolummodo nuncupatus: *l. 1. D. de hered. inſtit.* Similique loquendi figura legimus INSTITVERE obligationem: *l. 8. §. 14. D. ad SC. Velleian.* procuratorem, id eſt, dare: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 3. §. 2.* tabulas teſtamenti: Cic. *Lib. VII. ad familiar. Epiſt. 21.* tutorem: Cic. *Lib. XIII. ad famil. Epiſt. 61.* Teſtamento declarauit, qui meum tutorem, et etiam ſecundum heredem INSTITVERAT. Liu. *Lib. I. Cap. 34. Tutor liberis regis teſtamento* INSTITVERETVR.

◀|. 5. INSTITVERE, inſtruere, docere. Vt INSTITVERE diſciplinis vel arte ſeruum: *l. 27. §. 2. D. de vſufruct.* INSTITVERE liberalibus artibus: *l. 4. D. vbi pupill. educ.* Qui facilius multos liberalibus ſtudiis et memoratis artibus INSTITVANT: *l. 6. C. de profeſſ. et medic. Lib. X.* Accuſationem probationibus INSTITVENTE: *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* INSTITVERE cauſſam probationibus. *l. 15. §. vlt. D. de quaeſt.*

INSTITVTIO, inſtructio, vel informatio. Inter artifices longa eſt differentia doctrinae et INSTITVTIONIS: *l. 31. D. de ſolut.* [INSTITVTIO diuina: *l. 65. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Deo et hominibus exoſa: *l. 12. C. Theod. eod. tit.* grammaticae vtriusque: *l. 18. C. Theod. de extraord. ſeu ſord. mun. Lib. XI. tit. 16.* vel, vt in *l. 15. eod. tit.* eſt, eruditionis vtriusque, id eſt, Atticae, Romanaeque doctrinae, vt loquitur *l. 11. C. Theod. de med. et profeſſ. Lib. XIII. tit. 3.* INSTITVTIO profana. *l. 3. C. Theod. de haeret.*]

◀|. 2. INSTITVTIO, ſcriptio vel nuncupatio heredis: *l. 34. l. 42. §. vlt. l. 48. l. 51. l. 70. l. 72. D. de hered. inſt. l. 28. D. de legat. II.* Vetus Gloſſarium Graecum: Ἔνστασις ἐστὶν ὁ φύσει πρῶτος βαθμὸς τοῦ κληρονόμου. INSTITVTIO *eſt primi gradus heredis.*

◀|. 3. INSTITVTIONES ſuas Iuſtinianus prima legum cunabula, et totius legitimae ſcientiae elementa vocat. *§. 3. et 4. prooem. Inſtit.* Lactant. *Lib. I. diuinar. Inſtit. Cap. I. Quidam prudentes,* inquit, *et arbitri aequitatis,* INSTITVTIONES *ciuilis iuris compoſitas ediderunt.* INSTITVTIONVM autem libros, ad ius ciuile pertinentes, inuenio ſcripſiſſe CAIVM, PAVLLVM, VLPIANVM, FLORENTINVM, CALLISTRATVM, MARCIANVM. Longum hic locum Caſp Barthii *ex Lib. II. Aduerſ. Cap. 17.* adſuit Tabor: qui tamen non aliud nos docet, quam INSTITVTIONES eſſe libros, quibus prima elementa docendae alicuius artis aut ſcientiae ita concludantur, vt rudis aliquis per gradus ad eius cognitionem peruenire poſſit. Additur, praeter iurisconſultorum INSTITVTIONES et aliorum auctorum eius generis libellos exſtare, veluti Quinctiliani INSTITVTIONES *oratorias,* Vegetii *rei militaris,* Lactantii *rerum diuinarum,* Vitruuii Pollionis *Architectonicae,* Caſſiani *rerum, ad vitam monaſticam abſoluendam obſeruandarum;* denique ſubbarbarum eſſe vocabulum INSTITVTA, pro INSTITVTIONIBVS, quamuis in Codicibus MSSC. eadem inſcriptio librorum Vegetii et Caſſiani legatur. Quae, quum maximam partem vulgaria ſint, merito in compendium contraximus. HEIN.

INSTITVTVM [publicum: *l. 4. C. Theod. quor. adpellat. Lib. XI. tit. 36.*] vel propoſitum vitae: *l. 17. D. de oper. libert.* Sciens, eum eſſe huius INSTITVTI et vitae: *l 12. §. 4. D. de vſu et habitat.* [INSTITVTVM illod vitae et voluntatis. *l. 10. C. Theod. de luſtr. collat. Lib. XIII. tit. 1.*] ¶. 2. INSTITVTA, pro praeceptis ſacris. *l. 1. l. 2. C. Theod. ne ſanct. bapt. reit. Lib. XVI. tit. 6.*]

INSTRVCTIO, pro fabricatione, vel ſtructura: vt INSTRVCTIO operis: *l. 12. §. vlt. D. de pollicitat.* INSTRVCTIONES pontium itinerumque: *l. 7. C. de ſacroſ. eccl.* [viae publicae et pontium ſtratarumque. *l. 6. C. Theod. de itin. mun. Lib. XV. tit. 3*] ¶. 2. INSTRVCTIO, pro inſtitutione. Ad INSTRVCTIONEM pupillorum vel adoleſcentium. *l. 3. §. 6. D. vbi pupill. educ.* ¶. 3. [INSTRVCTIO prouinciae, id eſt, prouiſio annonae rerumque neceſſariarum ad tuendum limitem, militemque alendum. *l. 28. C. Theod. de ſuſceptor. Lib. XII. tit. 6.* ¶ 4. INSTRVCTIONES legatorum, id eſt, mandata, quae legatis dantur. *l. 14. C. Theod. de legat. et decret. Lib. XII. tit. 12.* ¶. 5. INSTRVCTIO, id eſt, breuis relatio de modo ſenatoriarum poſſeſſionum, quam cenſuales ad palatinos ſacrarum largitionum mittere tenebantur, vt conſtaret, quantum per nouorum ſenatorum acceſſionem fiſco adcreuiſſet. *l. 2. l. 6. C. Theod. de ſenator. Lib. VI. tit. 2.* Symmach. *Lib. X. Epiſt. 60.* ¶. 6. INSTRVCTIO, in *l. 6. l. 9. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* dicitur, quidquid ad inſtructionem cauſſae pertinet, vt exponitur *d. l. 9.* veluti, quae probationis cauſſa recitantur. *l. 29 eod. tit.* Quales INSTRVCTIONES *neceſſarias* et *vniuerſas* iudex inferior ad principem, ſi quando ad eum eſſet prouocatum, mittere tenebatur.] ¶. 7. INSTRVCTIO etiam eſt omne id, quo fundus inſtruitur. Paull. *Sent. Lib. III. tit. 4. §. 40. Vxores vero eorum, qui mercedes praeſtare conſueuerunt, neque* INSTRVCTIONIS, *neque inſtrumenti, adpellatione continentur*: id eſt, neque ad INSTRVCTVM neque ad *inſtrumentum* pertinent. HEIN.

INSTRVERE, id eſt, certiorem facere. Ea ſola pars rationum, quae ad INSTRVENDVM aliquem pertinet: *l. 10. §. 1. D. de edend.* INSTRVERE conſilium: *l. 1. § 16. D. de quaeſt.* Ad INSTRVENDOS contutores datus: *l. 14. §. 6. D. de ſolut.* Ad INSTRVENDAM diligentiam iudicantis: *l. 34. D. de admin. et peric. tut.* Qui non vltra INSTRVXIT emtorem: *l. 14. §. 2. D. de liber. cauſſ.* Iudex, quum de fide generis INSTRVI non poteſt: *l. 18. §. 4. D. de quaeſtion.* Iudex ex dolo tutoris inſidiis INSTRVCTVS: *l. 5. C. de in lit. iur.* [INSTRVERE notionem praeſidis: *l. 1. C. Theod. de offic. rector. prouinc. Lib. I. tit. 6.*] INSTRVCTVS plenius: *l. 11. §. vlt. D. de interrog. in iur. fac.* Peto, pleniſſime INSTRVAS: *l. 4. D. qui et a quib.* Exemplo eorum, qui praetorem INSTRVVNT: *l. 1. §. 2. D. de magiſtrat. conuen.* INSTRVCTVS ſua prudentia: *l. 9. §. 3. D. de iur. et fact. ignor.* Si nulla probatio religionem cognoſcentis INSTRVAT: *l. 1. §. 17. D. de quaeſt.* Si nulla ſuſpicio colluſionis religionem praetoris INSTRVXERIT: *l. 6. §. 3. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* Aduocatum pupillo dare, qui INSTRVERE poſſit praetoris religionem: *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* Vt INSTRVERE ſe poſſint: *l. 5. D. de iure delib.* Si praeſes prouinciae ad magiſtratus municipales remiſerit, vt ſe de nominibus INSTRVANT: *l. 1. §. 2. D. de magiſtrat. conuen.* Requirere debet eum, qui ſe INSTRVAT de fortunis pupilli: *l. 5. §. 4. D. de reb. eorum, qui ſub tut.* INSTRVERE de ſingulis: *l. 37. in fine D. de fideic. libert.* Matris pietas INSTRVERE te poteſt: *l. 6. C. qui pet. tut.* Quod non INSTRVXIT transgredientem: *l. vlt. §. 6. D. de public.* Vt INSTRVCTVS veniat ad agendum. *l. 1. D. de edendo.* ¶. 2. INSTRVERE, parare, iuuare, idoneum reddere, INSTRVERE accuſationem: *l. 14. D. de bon. libert.* Qui INSTRVIT eum ad accuſationem capitalem: *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* [INSTRVERE aedes: *l. 13. C. Theod. de annon. ciuic. Lib. XIV. tit. 17.*] INSTRVVNTVR balneae: *l. 35. §. vlt. D. de legat. III.* INSTRVERE calumniam: *l. 1. §. 1. D. de iure patron.* Calumniae in ſe INSTRVCTAE: *l. 1. §. 26. D. ad SC. Turpill.* Vt cauſſam INSTRVANT: *l. 21. C. de euict.* Cauſſam, ab alio delatam, conuenienti diligentia INSTRVERE: *l. 2. C. de delator. Lib. X.* . Morae litis cauſſam poſſeſſionis non INSTRVVNT: *l. 26. C. de rei vindic.* Quibus cauſſa INSTRVI poteſt: *l. 1. D. de fid. inſtr.* INSTRVERE cauſſam nouis defenſionibus: *l. 2. C. ſi saep. in integr. reſtit.* INSTRVERE epulas: Paull. *Lib. III. Sent. tit 6. §. 44.* INSTRVCTVM funibus praelum vel trapetum: *l. 19. §. 2 D. locat.* Quod ad INSTRVENDVM forum, theatrum, ſtadium, legatum fuerit: *l. 122. D. de legat. I.* INSTRVERE fugam: *l. vlt. D. de requir et abſ. damn.* Qui INSTRVIT conſilio ad furtum faciendum: *l. 50. §. 1. D. de furt.* INSTRVCTVS eſſe poteſt inſtrumentis profeſſionis ſuae: *l. 6. §. 8. D. de edend.* Qui ob INSTRVENDAS lites pecuniam acceperunt: *l 9 §. vlt. D. de leg. Cornel. de falſ.* id eſt, INSTRVENDAS aduocatione, vel teſtibus, vt in *l. 20. D. eod. tit.* INSTRVENDA erit menſura a tua inſula: *l. 65. §. 3. D. de adqu. rer. domin.* INSTRVERE monimentum: *l. 42 D. de legat. III.* Quod quis nauis INSTRVENDAE cauſſa crediderit: *l. 34. D. de reb. auct. iud poſſid.* INSTRVENDAE nauis cauſſa ſumtus factus: *l. 6. D. de lege Rhod.* Si ad armandam INSTRVENDAMue nauem mutuatus eſt: *l. 1. §. 7. D. de exercit. act.* INSTRVCTA praeſidio: *l. 1. C. de expenſ. publ. iud.* Si vtrubique ita ſe INSTRVXIT: *l. 6. §. 2. D. ad municipal.* Quae tabernarum INSTRVENDARVM cauſſa facta parataque ſunt. *l. 15. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* ¶. 3. INSTRVERE, inſtituere, informare, docere. Qui INSTRVVNTVR, id eſt, inſtituuntur: *l 3. §. 5. D. vbi pupill. educ. vel mor.* INSTRVERE artificiis ſeruos: *l. 25. D. de pign. act.* [INSTRVERE legationes. *l. 10. C. Theod. de legat. et decret. Lib. XII tit. 12.*] ¶. 4. INSTRVCTVM dicitur, quidquid ita rebus neceſſariis abundat, vt nihil deſit. Vnde D. Auguſtin. *Lib. II. Quaeſt. ſuper Geneſ.* Graecum *ἀποσκευὴν* INSTRVCTVM vertiſſe dicit. Sic INSTRVCTVM fundum legare, eſt cum omni inſtru-

Digitized by Google

inſtrumento, et ita, vti inſtructus eſt, legare. Sane quum INSTRVCTVS fundus legatur, plus eſt, quam ſi *cum inſtrumento* legetur, et hoc legato vberius illud eſt. *l. 5. l. 12. §. 27. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Continetur enim illo, quod in agro, vel in domo, vel in hortis eſt, quo dominus, vel paterfamilias ibi eſſet inſtructior. *d. l. 12. §. 27. et §. vlt. D. eod. tit.* Pater INSTRVCTOS hortos filiae legauit: *l. 24. §. vlt. D. de adimend. legat.* Praedia, vt INSTRVCTA ſunt, cum vino, grano, calendario: *l. 6. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Qoum non INSTRVCTA praedia legantur: *l. 2. §. vlt. D. eod. tit.* INSTRVCTA taberna: *l. 5. §. 10. D. de inſtitor. act.* INSTRVCTAM tabernam ſic accipimus, quae et rebus, et hominibus, ad negotiandum paratis conſtat. *l. 185. D. de verb. ſignif.*

INSTRVMENTVM. Hoc nomine ea omnia veniunt, quibus cauſſa inſtrui poteſt. Et ideo tam teſtimonia, quam perſonae, INSTRVMENTORVM loco habentur. *l. 1. D. de fid. inſtr.* Quae INSTRVMENTORVM adpellatione contineantur, vbi eorum gratia dilatio petitur, vide *l. 99. §. vlt. D. de verb. ſignif.* quod fragmentum pertinet ad interpretationem *l. 7. D. de fer. l. vlt. §. 1. D. de adpellat. l. 1. C. de dilat. l. 18. C. Theod. quor. adpell. non recip.* Res non INSTRVMENTIS geruntur, ſed in his rei geſtae teſtimonium confertur; *l. 12. D. de probat.* Ea formant tabelliones, ſeu pragmatici: *l. 9. §. 1. D. de poen.* Huc pertinent INSTRVMENTA cauſſae: *l. 8. D. mand.* ad cauſſam pertinentia: *l. 3. D. de edendo.* ad cauſſam fiſci: *l. 2. §. 1. D. de iur. fiſc.* INSTRVMENTI male concepti tenor: *l. 8. D. de ſtatu. hom.* INSTRVMENTA, ad contractum pertinentia: *l. vlt. C. ad exhib.* debitorum: *l. 92. §. vlt. D. de legat. III. l. vlt. §. vlt. D. de donat.* diuiſionis: *l. 20. D. quand. ex facto tut. l. 35. D. de pact.* domeſtica: *l. 5. C. de probat.* donationis: *l. 23. C. de donat.* dotale, ſeu dotis; *l. 5. D. de iudic. l. 49. D. ſol. matr. l. 43. §. 1. D. de adm. et peric. tut. l. 5. C. de falſ. cauſſ. l. 4. C. de dot. promiſſ.* emtionis, vel emtionum; *l. 20. C. de probat. l. 3. C. de fid. inſtrum. l. 58. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 4. C. de donat. l. 4. C. de iudic. l. 5. C. de donat. int. vir. et vxor.* emtionum mancipiorum: *l. 1. C. de donat.* ſatis idonea ad victoriam: *l. 3. §. 5. D. de edict. Carbon.* ingenuitatis: *l. 2. §. vlt. D. ſi ingen. eſſe dic.* [tui iuris, *l. 4. C. ad exhib.* id eſt, ad ius tuum pertinentia, vt explicatur *l. 6. D. eod. tit.*] litis: *l. 36. D. de iudic. l. 38. §. 8. D. de poen.* manumiſſionis recte factae: *l. 25. C. de lib. cauſſ.* ad matrimonium pertinentis: *l. 2. C. de nupt.* noua: *l. 35. D. de re iud. l. 4. C. eod. tit.* id eſt, poſtea reperta. Noptialia: *l. 1. C. de dot. promiſſ.* praediorum: *l. 15. C. ad leg. Falcid.* id eſt, INSTRVMENTA originis auctoritatis fundorum et praediorum, vt *l. vlt. D. de pign. act.* vel INSTRVMENTA praediorum, quae ad probationem eorum originis pertinent: *l. 24. C. de fideicomm.* probationis vel probationum: *l. 3. C. de fid. et iur. haſt. Lib. X. l. 27. D. de poen.* Diſſolutae quantitatis retentum INSTRVMENTVM: *l. 2. C. de condict. ex leg.* Tabulae INSTRVMENTORVM reipublicae municipii; *l. 31. D. de furt.* INSTRVMENTVM ſolidorum decem: *l. 49. D. ſolut. matr.* ſtatus: *l. 8. D. quod met. cauſſ.* tabularum teſtamenti: *l. 2. D. teſtam. quemadm. aper.* teſtationis: *l. 12. C. de contrab. emt.* tutelaria: *l. vlt. D. de fideiuſſ. tut.* vera et falſa: *l. 11. D. de except.* voluntatis. *l. 77. §. 26. D. de legat. II.*

¶. 2. INSTRVMENTVM, eſt adparatus rerum, diotius manſurarum, ſine quibus exerceri nequiret poſſeſſio. *l. 12. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Immo quocumque vel ad exercendum artificiom, certamue negotiatiooem, quis inſtruitur, id INSTRVMENTI nomine in iure noſtro venit. HEIN. Et ſic accipitur INSTRVMENTVM agri: *l. 9. §. 6. D. de vſufr.* Vetus Gloſſarium: INSTRVMENTVM *τὸ τῦ ἀγρῦ παρακολέθημα, οἷον δικέλλας, δρέπανα, καὶ τὰ ἑξῆς. agri acceſſorium, veluti ligones, falces, et ſimilia.* INSTRVMENTVM argentariae: *l. 4. §. vlt. D. de edend.* Si quis ex argentariis in villa habeat INSTRVMENTVM: *l. 6. D. eod. tit.* Inſtructus eſſe poteſt argentarius INSTRVMENTO ſuae profeſſionis: *d. l. 6. §. 9. D. eod. tit.* INSTRVMENTVM balnearium: *l. 13. §. vlt. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* balneatorium: *l. 17. §. vlt. D. eod. tit.* cauponb: *l. 13. D. eod. tit.* cauponium: *l. 15. l. 17. §. vlt. D. eod. tit.* domus, id eſt, quod tempeſtatis arcendae, aut incendii cauſſa paratur, non quod voluptatis gratia. INSTRVMENTA enim ea eſſe, quae ad tutelam domus pertinent: *ornamenti*, quae ad voluptatem. *l. 12. §. 16. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Et ita INSTRVMENTVM *et ornamenta villae* ſeparat Cicero *pro domo ſua Cap. XXIV.* INSTRVMENTO fundi quid contineatur, exponitur pleniſſime in *l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12.* et *l. 15. D. de inſtr. vel inſtr. leg. l. 33. in fine D. de Aedil. edict. l. 17. D de act. emt.* Gell. *Lib. VII. Noct. Attic. Cap. 10.* INSTRVMENTVM autem, et INSTRVCTVS fundus, ſeparantur. *tit. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Plenius enim eſt et vberius INSTRVCTI, quam INSTRVMENTI legatum, quum illo non loci tantum, ſed et patrisfamilias ipſius inſtrumentum, quod, vt inſtructior eſſet, habuit, contineatur. *l. 12. §. 27. D. eod. tit.* INSTRVMENTVM inſtrumenti: *l. 12. §. 6. D. eod. tit.* itineris: Quinctilian. *in argum. Declam. CLIX.* lanionis: *l. 18. D. eod. tit.* medici: *l. 18. §. 10. D. eod. tit.* nauis: *l. 3. D. de leg. Rhod. de iact. l. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* INSTRVMENTVM pictoris: *l. 17. D. eod. tit.* piſcatorium: *l. 17. §. 1. D. eod. tit.* piſtorium: *l. 18. §. 1. D. eod. tit.* ruſticum et vrbanum: *l. 18. §. 9. l. 27. §. 4. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 43. 44.* tabernae: *l. 88. §. 3. D. de legat. II. l. 23. D. de inſtr. et inſtrum. leg.* tabernae cauponiae; *l. 13. D. eod. tit.* Qoum quaeritur, quod ſit tabernae INSTRVMENTVM, intereſt, quod genus negotiationis in ea exerceri ſolitum ſit: *l. 23. D. eod. tit.* Si praeter merces ſeruus in tabernam habeat INSTRVMENTVM, plerumque hic adparatus ex merce eſt, immo ſemper: *l. 5. §. 13. D. de tributor. act.* INSTRVMENTVM villae. *l. 12. l. 16. pr. l. 19. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

¶. 3. INSTRVMENTVM hoc ſenſu plerumque et ſeruos, fundo, vel certae negotiationi deſtinatos, complectitur. Sic INSTRVMENTO piſtorio continentur piſtores: *l. 18. §. 1. D. de inſtr. vel inſtrum.* balneatorio balneatores, et fornacatores, qui balnei

caminum accendunt: *l. 13. in fine l. 17. §. vlt. l. 14. D. eod. tit.* piſcatorio piſcatores; *l. 17. §. 1. D. eod. tit.* cauponio corpora quaeſtuaria. *arg. l. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam.* Cuiac. *Lib. XXVII. Obſ. Cap. 38.* HEIN.

INSVBTILIS, E. INSVBTILI ratione motus. *l. 11. D. de legat. I.*

INSVBTILITER. *l. 7. §. 6. D. de pact.*

INSVERE. Auro INSVTO graues veſtes: Ouid. *Lib. III. de art. amandi v. 131.* INSVTI veſtibus claui; *l. 23. D. de aur. arg. leg.* INSVITVR culleo parricida. *l. 9. D. de leg. Pomp. de parricid. §. 6. Inſt. de publ. iud.* Valer. Max. *Lib. I. Cap. 1.*

INSVLA, vulgari ſignificatu locum denotat, qui vndique aquis ambitur. Ac plane INSVLAS dictas, *quod in ſalo ſint*, obſeruat Martianus Capella *de nupt. philol. Lib. VI.* Ad hanc vocis ſignificationem pertinent ſequentia: [INSVLA, quae alueo fluminis non cohaeret, ſed virgultis, aut alia qualibet materia ita ſuſtinetur in flumine, vt ſolum eius non tangat; *l. pen. §. 2. D. de adquir. rer. dom* id eſt, *inſula natans*, qualem deſcribit Ouid. Metamorph. *Lib. VI. v. 333.*

Quam vix erratica Delos
Orantem accepit tum, quum leuis INSVLA NABAT.

De eius generis INSVLIS plura Grot. *de iure belli et pac. Lib. II. Cap. 8. §. 9. n. 3.* et Gryphiand. *de Inſulis Cap. VI. §. 1, 43.*] INSVLA eſt enata in flumine: *l. 56. D. de adquir. rer. dom.* Tribus modis INSVLA in flumine fit: *l. 30. §. 2. D. de adquir. rer. domin.* INSVLA in flumine nata: *l. 7. §. 3. l. 29. D. eod. tit. l. 9. §. 4. D. de vſufruct. l. 26. § vlt. D. de except. rei iudic. l. 1. §. 6. D. de flumin.* INSVLAE Italiae; *l. 9. D. de iudic.* INSVLAE maritimae: *l. 11. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* INSVLA vel in mari, vel in fluminibus, nata: *l. 17. D. de legat. III.* INSVLA quae in mari naſcitur, quod raro accidit: *l. 7. §. 3. D. de adquir. rer. dom. §. 22. Inſt. de rer. diuiſ.* Exempla pete ex Plin. *Lib. II. Hiſt. nat. Cap. 86.* Liu. *Lib. XXXIX. Cap. 56. Nunciatumque erat, haud procul Sicilia,* INSVLAM, *quae non ante fuerat, nouam editam in mari eſſe.* [Iuſtin. *Lib. XXX. Cap. 4. Inter* INSVLAS *Theramenem et Theraſiam medio vtriusque ripae et maris ſpacio terrae motus fuit. In quo cum admiratione nauigantium repente ex profundo cum calidis aquis* INSVLA *emerſit.* Praeſidem INSVLARVM, in *l. 4. C. de nauicul. Lib. XI* et in inſcriptione *l. penult. C. vbi de cauſſ. ſtat.* nec non in *Nouella VIII.* intelligimus inſularum, in mari Aegeo et Ionio, et circa Aſianum tractum, ſitarum, puta Cycladum, Rhodi, Cypri, aliarumque, vt in *l. 33. C. de adpell.* Eodem pertinent loquutiones; Quibus princeps INSVLAS adnotauit: *l. 1. §. 3. D. de legat. III.* Imperator INSVLAM adſignat: *l. 7. D. de interd. et releg.* Deportandi in INSVLA, quam Imperator adſignauerit; *l. 1. D. de offic. praef. vrb.* INSVLAE deportatio: *l. 6. D. de interd. et releg.* In INSVLAM deportari: *l. 6. D. de interd. et releg. l. 1. §. 5. D. de legat. III. l. 121. §. 1. D. de verb. oblig. l. 4. l. 17. D. de poen.* In INSVLAM relegare: *l. 7. §. 2. D. de interd. et releg.* relegari. *d. l. 7. eod. tit.* ¶. 2. [INSVLA etiam dicitur domus, ab aliis ſeparata, nec coniuncta vicinis parietibus. Exempla ſunt in *l. 30. D. locat. l. 91. §. vlt. D. de legat. III. l. 2. §. 14. D. ne quid in flum. publ.* Eodem ſenſu ea vox occurrit apud Tacit. *Lib. VI. Ann. Cap. 45. Lib. I. Hiſt. Cap. 86.* nec non in Inſcriptione, apud Reineſ. *Claſſ. I, 138.* Addantur Alciat. *Comment. ad l. 160. D. de verb. ſignif.* Cuiac. *Obſ. Lib. XIX. Cap. 21.*]

[**INSVLARIVS,** modo inquilinus, vti *l. vlt. D. de off. praef vrb.* modo cuſtos inſulae ſeu aedium, inſula comprehenſarum. *l. 16. §. 1. D. de vſu et habit. l. 5. §. 1. D. de inſtitor. act.* Reineſ. *Claſſ. I. Inſcr. 138.* Quod vero Alex. ab Alexandro *Lib. III. genial. dier. Cap. 25.* et Coel. Rhodigin. *Lib. VII. Lect. antiqu. Cap. 31. p. 390.* etiam ſeruos apolidas, et in inſulas deportatos, INSVLARIOS a iurisconſultis adpellari ſcribunt, id vix vllo idoneo teſtimonio probant, merito proinde notari ab Alciato *Comment. in l. 166. D. de verb. ſign.*]

INSVPER, id eſt, praeterea, et hoc amplius. *l. 3. §. 16. D. de ſuſpect. tut. l. 20. D. de inſtr. vel inſtrum. legat. §. 2. Inſt. de donat.* [Terent. Eunuch. *Act. V. ſcen. 6. v. 12.*

An poenitebat flagitii, te auctore quod feciſſet
Adoleſcens, ni miſerum INSVPER *etiam patri indicares?*]

¶. 2. INSVPER *habere*, pro negligere et poſthabere, ſiue ſuſque deque habere; *l. 43. D. de religioſ. l. 17. D. de his, quae vt indign.* vt notauit Cuiac. *Lib. III. Obſeru. Cap. 22.* cui ex Gellio, Apuleio, Symmacho auctariom adiiciam. Gellius enim *Libro IV. Noct. Attic. Cap. 1. Haec ego*, inquit, *quum philoſophiae me dediſſem, non* INSVPER *habui diſcere.* Idem *Lib. I. Cap. 19. Tarquinius ora iam ſerio, atque attentiore animo, eam conſtantiam non* INSVPER *habendam intelligit.* Apulei. *Lib. IV. de aſino aur. p. 154. Lacrymis iſtis, quas parui pendere latrones conſueuerant,* INSVPER *habitis.* [Idem *Lib. I. p. 107. Hic eſt, qui diebus ac noctibus aetatulam meam illuſit. Hic eſt, qui meis amoribus* INSVPER *habitis, non ſolum me diffamat, probris, verum etiam fugam inſtruit.* Symmach. *in Epiſt. Haec me, atque alia huiusmodi perpulerunt, ſcribendi munus* INSVPER *non habere.*] Fuit de hac loquutione controuerſia inter Cuiacium et Io. Robertum. Ille pro vna voce habet INSVPERHABERE, idque interpretatur negligere, vel, vt *l. 43. D. de relig.* habent Baſilica, παρορᾶν. *Lib. V. Obſ. Cap. II.* Robertus *Lib. III. Animadu. Cap. XIX.* in omnibus iuris locis INSVPER HABERE diuiſim ſcribendum putat, vt idem ſit, ac praeterea aliquid habere; et quamuis is non eſſet bonus iſte Robertus, cui quis deferre vellet de terſa Latinitate iudicium, magno tamen cum ſupercilio ſcribere non dubitat: *Gellius, Apuleius, Symmachus non ſunt purae Latinitatis auctores. Hos hinc faceſſere iubeo cum aliis plerisque impuris vocabulis ſuis.* Quaſi omnes iuris noſtri auctores felice illa atque aurea Latinitatis aetate floruiſſent, vt abſurdum ſit, eo-

rum

rum Latinitatem ex Gellio, Apuleio, Symmacho illuſtrare velle. Raeuardus *Var. Lib. III. Cap. 3.* et Taubm. *ad Plaut. Mercat. Act. I. ſcen. 2. §. 82.* plane in tria vocabula IN SVPER HABERE hanc loquutionem diſtrahunt, nec auctoritate, nec analogia, vt mihi quidem videtur, ſuffragante. Sed ſolida omnino eſt obſeruatio Cuiacii, quam etiam ex MSS. firmat Muret. *Lib. XI. Var. lect. Cap. 17.* HEIN.

INSVRGERE. [Iobemus INSVRGERE leges: armari iura vltore gladio. *l. 32. C. ad leg. Iul. de adult. l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 7.*]

INT.

INTEGER, A, VM, ſaluus, illaeſus, inoffenſus, nulla infamia notatus. INTEGRA manet actio: *l. 89. D. de ſolut. l. 10. C. de oblig. et action.* INTEGRA remanebit dotis actio: *l. 2. D. ſolut. matrim.* INTEGRA fit actio tutori: *l. 1. §. 5. D. de contr. tutel. act.* INTEGRA adhuc cauſſa: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 15. §. 1.* Apod Terent. *Hecyr. act. I. ſcen. 2.* verba haec: *Cauſſa hac* INTEGRA, Donatus interpretatur, *non dicta.* INTEGER perſeuerat conſenſus: *l. 5. C. pro ſoc.* INTEGRAS vobis omnes defenſiones eſſe: *l. 4. C. de except.* INTEGRA dignitas: *l. 24. §. 1. D. de ſeru. corrupt.* INTEGRAE dignitatis: *l. 1. C. de infamib. l. 3. C de re milit.* INTEGRA exiſtimatio: *l. 15. C. de his, qui accuſ. non poſſ. l. 7. C. de ſent. paſſ. et reſtit.* et apud Ciceron. *pro Quinct. Cap. XV.* id eſt, inuiolata, vt loquitur *l. 20. C. ad leg. Iul. de adulter.* INTEGRA exiſtimatione abire a tutela vel cura: *l. 3. §. vlt. l. 4. D. de ſuſpect. tutor.* id eſt, illaeſa, vt loquitur *l. 25. D. de procurat.* INTEGRAM facultatem accuſandi habere: *l. 21. C. ad leg. Iul. de adult.* INTEGRAE famae arbiter, et *ignominioſus* opponuntur: *l. 7. D. de recept. arbitr.* INTEGRAE famae homines, et *famoſi* ſeparantur *l. 28. §. vlt. D. de poen.* Dignitate et fama INTEGRA manente: *l. 24. §. 1. D. de ſeruo corrupt.* INTEGRAM famam retinere: *l. 1. C. de excuſ. veteran.* INTEGRAE frontis homo: *l. 43. D. de teſt.* cuius fronti nulla eſt infamiae nota inuſta. INTEGRVM ius, id eſt, ſaluum: *l. vlt. §. vlt. D. ad SC. Tertull.* conſeruari: *l. 28. D. eod. tit.* eſſe: *l. 1. C. de precar.* habere: *l. 15. §. 35. D. de damn. infect.* manere: *l. 57. D. de vſufr.* [INTEGRI iuris fratres: *§. 1. Inſt. de ſucceſſ. cognat.* ſunt non emancipati, ſeu capitis deminutionem, viuo patre non paſſi.] Si negotium INTEGRVM eſt: *l. 23. C. de fideicommiſſ.* id eſt, ſi necdum heres adgnouerit iudicium defuncti, nec vel tranſegerit, vel ſoluerit, quod relictum eſt. Numis INTEGRIS, id eſt, intactis, et nondum conſumtis: *l. 94. D. de ſolut.* INTEGRAE manent omnes obligationes: *l. 5. §. 2. D. quib. mod. pign.* INTEGRIS omnibus: *l. 58. D. de pact. l. 15. §. 4. D. de re iud.* id eſt, nullo praeiudicio facto iuri cuiusquam: INTEGRIS omnibus manentibus: *l. 77. D. de contrab. emt. l. 65. §. 10. D. pro ſoc.* id eſt, ante finem negotio impoſitum, ſeu antequam ſequuta ſit res, de qua ſocietas coita eſt. INTEGRAE opinionis ſeruus: *l. 21. D. de rei vindic.* INTEGRAM ei optionem manere: *l. 4. D. de opt. vel elect. leg.* INTEGRO *patrimonio exſulare*: Sueton. *in Iul. Cap. XLII.* INTEGRA eſt

perſequutio: *l. 1. C. de his, quae vi metusue.* INTEGRA perſona, id eſt, cui per edictum poſtulare licet: *l. 4. D. de popul. act.* INTEGRA manet reſidui debiti petitio: *l. 21. C. de ſolut.* Petitio INTEGRA debiti heredi competit: *l. 21. §. vlt. D. de inoff. teſtam.* An INTEGRAE ſint vtraeque L. Titio petitiones: *l. 29. D de obl. et act.* INTEGER quadrans, apud Vlpian. *Regul. tit. XXIV. §. 32.* id eſt, illibatus. Exuberantis debiti INTEGRA eſt repetitio competit: *l. 6. C. de ſolut.* INTEGRAM rem ſuam habere: *l. vlt. D. de requir. vel abſ. damn.* Si res INTEGRA eſt: *l. 21. C. de euict. l. 13. C. de procurat. l. 18. C. fam. ercifc.* Re INTEGRA: *l. 3. C. mand. l. 6. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 47. §. 3. D. de pecul. l. 9. D. de curat. furioſ. l. 8. D. de damn. infect.* Quaſi re INTEGRA: *l. 6 D. de cuſtod. et exhib. reor.* vt re INTEGRA: *l. 1. C. de ſent. et interloqu.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 77.* *Ideoque rem* INTEGRAM *ſuſtuli.* Poteſt, dum res INTEGRA eſt, conuentione noſtra infecta fieri emtio: *l. 2. D. de reſcind. vend.* id eſt, ante pretium ſolutum, vt *ibid.* ſeu antequam res ſequuta fuerit, vt *l. 5. §. vlt. D. eod. tit.* Re INTEGRA ab emtione et venditione, vtriusque partis conſenſu, recedi poteſt: *l. 1. C. quand. lic. ab emt.* Perfecta emtio venditio, re INTEGRA tantum, pacto et conſenſu poteſt diſſolui: *l. vlt. C. eod. tit.* id eſt, ante traditionem interpoſitam, vt *d. l. 1.* ſeu re nondum ſequuta, vt *l. 7. §. 6. D. de pact.* vel ſi nondum impleta ſunt, quae vtrimque praeſtari debuerunt, vt ait Pomponius in *l. 6. D. de contrab. emt.* Mandatum re INTEGRA domini morte finitur: *l. 15. C. mand.* id eſt, dum adhuc INTEGRA res ſit, vt *§. 9. Inſt. de mand.* vel adhuc INTEGRO mandato: *l. 27. §. 3. D. mandat.* id eſt, antequam res ab eo geri coeperit, cui mandatum eſt, *l. 6. D. de iurisd.* vel nondum explicato negotio, vt *l. 9. D. de curat. furioſ.* Vetus Gloſſarium Graecom: INTEGRA RE, *μήπω ἀρξαμένου ποιῆσαί τι τοῦ ἐνταλθέντος. antequam mandatarius quidquam facere coeperit.* Et alibi: *ἀκεραίου δηλαδὴ τοῦ πράγματος μένοντος· intacto adhuc manente negotio.* INTEGER riuus: *l. 1. §. 6. D. de riuis.* id eſt, qui nulla refectione indiget. INTEGER ſtatus eſſe videtur deportati, adpellatione interpoſita: *l. 1. §. 1. D. nihil. innou.* INTEGRO manente ſtatu: *l. 11. C. de exception.* Quinctilian. *Declam. CCLXXIII. INTEGRO ſtatu debitoris mei, ſi a me petere maluiſſes.* INTEGRA terra eſt, in quam nondum dominus paſcendi gratia pecus immiſit: *l. 30. §. 2. D. de verb. ſignif.* INTEGRA permanet vindicatio. *l. 24. C. de rei vindic.* ¶. 2. INTEGER, ſincerus et incorruptus. Iure ciuili, vt INTEGRA ſint, quae acceſſura, dictum fuerit, ex emto actio eſt *l. 35. D. de Aedilit. edict.* INTEGRA aedificia: *l. 2. C. de aedif. priuat. l. 29. C. de locat.* INTEGRAM conuentionem ſeruari: *l. 8. C. de pact. int. emt. et vend.* [INTEGRA deliberatione ſancimus: *l. 47. C. Theod. de adpellat. et conſult. Lib. XI. tit. 30.* id eſt, iuſta, ſeria et matura.] INTEGRA dolia, et *non integra*, itemque quaſſa pugnantia ſunt: *l. 27. et l. 54. §. vlt. D. de act. emt.* INTEGRAM et abſtinentem omni lucro fidem praeſtare: *l. 38. D. de negot. geſt.* INTEGRA fide: *l. 1. §. vlt. D. de Carbon. edict.* INTEGRAM legem cuſtodiri: *l. 12. C. mand.* INTEGRVM vas. *l. 6. D. de act. emt.* ¶. 3. INTEGRA aetas eſt,

Digitized by Google

eſt, *quae in flore conſiſtit, cui neque addendum iam ſit, neque quidquam adhuc ſit imminutum*, inquit Donatus *in Terent. Andr. Act. I. ſcen. I.* [Virgil. *Lib. IX. Aen. v. 255.*

INTEGER *aeui*
Aſcanius.

Et *Libro II. v. 638. INTEGER aeui ſanguis.* vbi plura Seruius. Apud Statium quoque *Lib. V. ſilu. 2. v. 13. Decor* INTEGER *aeui* legitur.] ¶. 4. INTEGER, ſanus, incolumis. Vnde INTEGER *claudo, luſco et manco* opponitur. *§. 9. Inſt. de leg. Aquill.* Seneca *Lib. V. de Benefic. Cap. 24. Quum hoc factum eſt, INTEGER eram: poſtea ad Mundam in acie oculus mihi effoſſus eſt, et in capite lecta oſſa.* Sic: Si non INTEGRVM animal editum ſit: *l. 12. D. de lib. et poſtum.* INTEGRA mente et valetudine: *l. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit.* Horat. *Lib. I. Ode 3. At precor INTEGRA cum mente,* id eſt, ſana, vt ibidem interpres explicat, quemadmodum et Iuuenalis *Sat. X.* loquitur:

Orandum eſt, vt ſit mens, ſana in corpore ſano.

INTEGRVM ac ſanum: *l. 27. D. de action. emt. vend.* INTEGRVM praeſtari, id eſt, incolume ac incorruptum. *l. 33. D. de Aedilit. edict.*

¶. 5. INTEGRVM, totum, ſolidum, indiuiſum. INTEGRA dotis actio: *l. 3. C. de pact. conu.* INTEGER dies: *l. 3. D. de verb. ſignif.* id eſt, ſolidus, vt loquitur Horat. *Lib. II. tit. 1.* INTEGRI dies: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 33. §. 1.* INTEGRI fructus: *l. 1. C. de his, quae vt indign.* Fundus, INTEGRVM aliquid eſt: *l. 60. D. de verb. ſign.* INTEGER fundus capietur: *l. 23. D. ad leg. Falcid.* INTEGRVM locum adſignare: *l. 7. D. fin. regund.* INTEGRA materia auri: *l. 33. D. de aur. arg. legat.* INTEGRAS partes petere: *l. 77. §. 27. D. de legat. II.* INTEGRAM pecuniam ſoluere: *l. 12. C. ſi cert. pet.* INTEGRA penſio: *l. 58. D. de vſufruct.* INTEGRA poena committitur: *l. 9. D. ſi quis caution.* INTEGRA ſeruitus petetur: *l. 76. D. de legat. II.* INTEGRO ſtatuto tempore: *l. 32. §. vlt. D. de ſeru. praed. vrb.* In INTEGRVM teneri, id eſt, in ſolidum. *l. 25. D. de re iud.*

¶. 6. EX INTEGRO, id eſt, rurſus, vel denuo, et, vt vulgo loquimur, de nouo. Sic EX INTEGRO agere: *l. 45. § vlt. D. de minor. l. 25. D. de dol. l. 7. D. rat. rem hab. l. vlt. C. ſi aduerſ. tranſact.* De INTEGRO audiendi: *l. 6. D. de cuſtod. et exhibit.* cauere: *l. 8. §. 2. D. qui ſatisd. cog. l. 3. §. 3. D. iudicat. ſolu. l. 15. D. de damn. infect.* cauſſam agere: *l. 31. D. de iureiurand. l. 14. C. de tranſact.* Praeſes prouinciae ex INTEGRO inter vos cognoſcat: *l. 9. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* Ex INTEGRO alius curator faciendus eſt: *l. 9. D. de curat. furioſ.* datur ad libertatem proclamatio: *l. 25. D. de liberal. cauſſ.* defenſionibus vti: *l. 1. C. ex quib. cauſſ. maior.* edere: *l. 7. D. de edend.* experiri: *§. vlt. Inſt. de act.* Omnia facienda ſunt: *l. 21. §. 1. D. qui teſt. fac. poſſ.* priore ſocietate finita, alteram inchoare: *l. 58. §. vlt. D. pro ſoc.* iurandum eſt: *l. 33. D. de iureiur.* litigare: *l. 73. §. 2. D. de iudic.* locare: *l. 14. D. locat.* locationem facere: *l. 8. §. 1. D. de reb. auct. iud. poſſid.* petere: *l. 25. §. vlt. D. de except. rei iud.* legis Falcidiae ratio ponenda: *l. 97. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* repetere reum: *l. 3. §. 1. et §. vlt. D. de accuſation.* ſatisdandum erit: *l. 10. D. qui ſatisd. cog.* ſtipulatio interponitur: *l. 10. §. 14. D. quae in fraud. cred.* venditionem facere. *d. l. 8. §. 1. D. de reb. auct. iud. poſſid.* ¶. 7. IN INTEGRO eſſe, pro integrum vel ſaluum eſſe. IN INTEGRO ſit iudicium familiae erciſcundae *l. 44. D. famil. erciſc.* ſi omnia IN INTEGRO ſint: *l. 24. §. 2. D. de minor.* Omnia colono IN INTEGRO ſint. *l. 24. §. 4. D. locat.*

¶. 8. IN INTEGRVM, modo eſt in ſolidum, modo in priorem ſtatum, vel conditionem. Quum in INTEGRVM ſummam, qua obligatus eſt, obtulerit: *l. 122. D. de verb. oblig.* id eſt, ſolidam ſummam. IN INTEGRVM reſtituere, quod nihil aliud eſt, quam in priſtinam cauſſam, priſtinumque ius reſtituere. Quod contingit primum illis, qui capti, fraudati, circumſcripti ſunt. Hinc illa: In INTEGRVM cauſſa reſtituitur: *l. 33. D. de re iud.* quando nimirum de integro et rurſus iudicatur. Propter aetatem abſtinendi cauſſa IN INTEGRVM reſtituta: *l. 31. D. de minor.* Si hereditate patris, aetatis beneficio IN INTEGRVM reſtitutus, minor abſtinuit: *l. 2. §. vlt. D. de minor.* Si quis famoſo iudicio condemnatus, per IN INTEGRVM reſtitutionem fuerit abſolutus: *l. 1. §. 10. D. de poſtul.* Ob aetatem ſi reſtituatur IN INTEGRVM vnus fideiuſſor: *l. 48. §. 1. D. de fideiuſſ.* Si minorem, vel alium, quem reſtituere Praetor IN INTEGRVM ſolet, reſtituerit ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas petendam, quam omiſerat: *l. 1. §. 2. D. de collat. bon.* IN INTEGRVM reſtitutis, quae ego tibi praeſtitiſſem: *l. 58. D. de pact.* id eſt, rurſus praeſtitis, vt exponitur *ibidem.* Sic et IN INTEGRVM reſtituere vſumfructum, et *in cauſſam priſtinam*, pro iisdem ponuntur: *l. 8. §. vlt. D. de bon. libert.* Singularis loquutio eſt, quando IN INTEGRVM ſe reſtituere dicitur minor, qui impetrat in INTEGRVM reſtitutionem. *l. 48. D. de minor.* Deinde et deportati, in metallum damnati, aut alias ſerui poenae effecti IN INTEGRVM reſtitui dicuntur, indulgentia principali: apud Paull. *Lib. IV. tit. 8. §. 24.* IN INTEGRVM reſtituere, eſt honoribus, et ordini, et omnibus ceteris aliquem reſtituere. *l. 1. C. de ſent. paſſ.* Sic ambitus damnatus, ſi alium conuicerit, IN INTEGRVM reſtituitur: *l. 1. D. de lege Iul. de ambitu.* Hinc IN INTEGRVM reſtitutio, quae et INTEGRI reſtitutio, *l. 34. §. vlt. D. de minor.* eſt redintegrandae rei vel cauſſae actio, Paull. *Sent. Lib. I, tit. 7. §. 1.* quam praetor his tribuit, qui ſiue metu, ſiue dolo, ſiue aetate, ſiue abſentia inciderunt in captionem, ſiue per ſtatus mutationem, aut iuſtum errorem: *l. 1. l. 2. D. de in int. reſtit.* Haec reſtitutio IN INTEGRVM dicitur dari: *l. 3. D. rat. rem hab.* decerni, impertiri, impetrari, indulgeri, peti, poſtulari, vt *l. 22. D. de minor. l. 1. C. de in int. reſt. poſtul.* praeſtari, de quibus ſuis locis. IN INTEGRVM teneri, id eſt, in ſolidum. *l. 25. D. de re iud.*

INTEGRARE, eſt redintegrare, denuo quid inchoare, et inſtaurare. Donat. *in Andr. Act IV. ſcen. 2.* INTEGRATVR, *quod in integrum redit, quod repetitur, quod inſtauratur:* INTEGRATVR dominium: *l. 7. C. de adquir. poſſeſſ.* ius debiti: *l. 21. §. 1. D. de SC. Silan.* ſumma debiti: Paull. *Sent. Lib. II. tit. 15. §. 3.* Finita tutela iure poſtliminii INTEGRATVR: *l. 8. D.*

de

de tutel. et rat. diſtrah. Poſtremo loco Papinianus INTEGRARE poſuit pro *recipere*, ceu patebit, ſi iungas, ex *§. 2. Inſt. de Atilian. tut.* Alias ITERARE, quatenus ſignificat renouare, reficere, de nouo facere, omnino eſt Latinum, quo vſi ſunt Gell. *Lib. XV. Cap. 2.* Lucret. *de rer. nat. Lib II. v. 1146.* et ipſe Cicero *de inuent. Lib. I. Cap. 17.* Vid. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 407.* HEIN.

INTEGRITAS, incolumitas. INTEGRITAS mentis. *l. 21. D. qui teſt. fac. poſſ.*

INTEGRITVDO, pro integritate. INTEGRITVDO animi: *l. 1. D. de teſtam. milit.* Hoc vocabulum ſola analogia defenditur. Quum enim veteres et boni auctores habeant *pinguitudo* pro pinguedine, vt Varro *de re ruſt. Lib. II. Cap. 4.* et *Lib. III. Cap. 9. dulcitudo* pro dulcedine, Cicero *Lib. III. de orat. Cap. 25.* et Vlpianus *l. 10. §. 10. D. quae in fraud. credit.* cur barbarum videatur INTEGRITVDO, quamuis id vocabulum apud meliores auctores nemo adhuc obſeruarit. HEIN.

INTELLECTVS, facultas intelligendi quam rationem vocamus. Hinc INTELLECTVM habere, in *l. 124. D. de reg. iur.* eſt intellectu et cognitione praeditum eſſe. Et quod illic Paullus ait: Mutus, ſi INTELLECTVM habet, hoc ipſum exprimitur alibi, ſi INTELLECTV non caret. *l. 93. §. 1. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Eius aetatis, vt intellectum capiant: *l. 1. §. 3. D. de adquir. poſſeſſ. l. 14. §. vlt. D. de SC. Silan.* Vbicumque vel tenuis INTELLECTVS videri poteſt, nolentis nuptam: *l. vlt. §. vlt. D. de diuort.* Demonſtrandi INTELLECTVS cauſſa. *l. 3. §. vlt. D. de obl. et act.* ¶. 2. INTELLECTVS, pro ſenſu verborum. Videamus, qualem INTELLECTVM habet, *l. 93. §. 1. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* id eſt, quem ſenſum habeat, et vt ſit accipiendum. Sic INTELLECTVS inſtitutionis: *l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid.* INTELLECTVM habere. *l. 124. D. de reg. iur.* ¶. 3. INTELLECTVM habere dicitur, quod intelligitur, quamuis in ſenſus non incurrat. Hereditas, etiam ſine vllo corpore, iuris INTELLECTVM habet: *l. 50. D. de hered. petit.* id eſt, intelligitur. Iuris enim magis eſt, quam corporis poſſeſſio, vt ait *l. 3. §. 1. D. de bon. poſſ.* INTELLECTV magis, quam corpore, partes habere: *l. 5. D. de ſtipulat. ſeruor.* Quod magis INTELLECTV percipi, quam ex loquutione, (fortaſſis eloquutione, vt in *l. 12. D. rat. rem. hab.*) exprimi poſſit: *l. 13. D. de ſolut. l. 12. § 2. D. rat. rem hab.* Si quis non ipſe prohibitus ſit, ſed procurator eius, INTELLECTV aliquo prohibitus ipſe videtur: *l. 14. §. vlt. D. de religioſ.* Si inter maritum et ſocerum id actum eſſet, vel tacito INTELLECTV. *l. 60. §. 3. D. mandat.* Eſt haec loquutio ex vetere philoſophia depromta. Veteres enim res quaſdam *eſſe*, quaſdam INTELLIGI, dicebant. Cic. *Topic. Cap. V. Definitionum duo ſunt genera prima. Vnum earum rerum, quae SVNT: alterum earum, quae* INTELLIGVNTVR. ESSE *ea dico, quae cerni tangiue poſſunt, vt fundum, aedes, parietem, ſtillicidium, mancipium, pecudem, ſupellectilem, penus, cetera, quo ex genere quaedam interdum nobis definienda ſunt.* NON ESSE *rurſus ea dico, quae tangi demonſtrariue non poſſunt, cerni tamen animo, atque* INTELLIGI *poſſunt, vt ſi vſucapionem, ſi tutelam, ſi gentem, ſi adgnationem definias, quarum rerum nullum quaſi ſubeſt* CORPVS, *eſt tamen quaedam conformatio inſignita, et impreſſa* INTELLIGENTIA, *quam notionem voco.* Et Seneca *Epiſt. LVIII.* in rerum natura, *quaedam* ESSE, *quaedam* NON ESSE, *et animo tamen ſuccurrere*, id eſt, INTELLIGI, tradit, *quamuis non habeant ſubſtantiam.* Omnes ergo res, quas *corporales* vocant iuriſconſulti, ESSE; *incorporales* non tam *eſſe*, vel in CORPORE vel SVBSTANTIA conſiſtere, quam INTELLIGI, putabant. HEIN.

INTELLIGENTIA, quod intelligit, vel intelligitur. INTELLIGENTIA ſermonis. *l. 20. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.*

INTELLIGERE, eſt animo conſequi, et mente percipere, quod agitur. *l. 208. D. de verb. ſign.* Donat. *in prolog. Andriae: Quod credimus, plerumque falſum: quod* INTELLIGIMVS, *certum eſt.* Si pupillus fari poſſit, etiamſi eius aetatis ſit, vt INTELLIGAT, quid agat: *l. 6. D. rem pupilli ſalu. for.* Licet eius aetatis ſit, vt cauſſam adquirendae hereditatis non INTELLIGAT: *l. 9. D. de adquir. vel omitt. hered.* Non INTELLIGO, quid ſit, de quo me conſulis: *l. 27. D. qui teſt. fac. poſſ.* Si extrinſecus INTELLIGANTVR: *l. 1 princ. D. de his, quae in teſtam. del.* Vt vterque alterius linguam INTELLIGAT, ſiue per ſe, ſiue per interpretem: *l. 1. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered.* Non intelligere, quod omnes INTELLIGVNT: *l. 213. D. de verb. ſignif.* Quae in teſtamento ita ſcripta ſunt, vt INTELLIGI non poſſint: *l. 73. §. 1. D. de regul. iur.* ¶. 2. INTELLIGERE, ſcire, exiſtimare, ſtatuere, cenſere, perſpicere, ſcire. Nulla INTELLIGITVR mora fieri: *l. 88. D de reg. iur.* Praedonis loco INTELLIGENDVS eſt: *l. 46. D. de hered. petit.* Non intelligitur veniſſe: *l. 165. D. de verb. ſignif.* Huc referas loquutiones frequentiſſimas: INTELLIGIS: *l. 8. C ad exhib. l. 18. l. 20. C de euict.* id eſt, perſpicis, vides. INTELLIGERE debes, *l. 2 C. de luit. pign.* id eſt ſcire: Vel INTELLIGIT, vel INTELLIGERE debet: *l. 8. D. ad leg. Aquill.* INTELLIGITVR, id eſt, videtur, creditur. *l. 3. D. de his, qui not. infam. l. 56. D. de verb. oblig. l. 32. l. 140. l. 156. l. 162. l. 165. l. 188. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 84. D. de regul. iur. l. 47. §. vlt. D. de ſolut.* ¶ 3. INTELLIGERE, in aliquem ſenſum accipere, vel interpretari. INTELLIGENDA eſt, id eſt accipienda: *l. 35. D. de condit. et demonſtr.* INTELLIGENDI ſunt: *l. 228. D. de verb. ſignif.* INTELLIGERE debemus, *l. 17. §. vlt. l. 229. D. de verb. ſign.* id eſt, accipere debemus, vt Vlpiano loqui moris eſt. ¶ 4 [Etiam, quae eſſe ponimus, fingimusque, INTELLIGERE dicimur, notante Alciato *Comment. in l. 4. D de reb. cred.* Sic diremto etiam matrimonio, dotale praedium eſſe INTELLIGITVR, *l. 12. D. de fund. dot.*

INTEMERATE. [Popolaribus plauſibus INTEMERATE ſeruire. *l. 3. C. Theod. de ſpectac. Lib. XV. tit. 56.* Pro quo Codex Iuſtinianeus in *l. 5. eod. tit.* habet INTEMPERANTER, Iac. Gothofredus INTEMPERATE, mallet.]

INTEMERATVS, A, VM, inuiolatus, illibatus, illaeſus. [INTEMERATA beneficia permanere: *l. 4. C. Theod. de itin. mun. Lib. XV. tit. 3.* Dignitates INTEMERATAE inconcuſſaeque: *l. 25. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* INTEMERATAE fidei ſenſus: *l. 2. §. 1. C. de ſumm. trinit. et l. 6. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Frumentum INTEGRVM, atque INTEMERATVM: *l. 1. C. Theod. de can. frument. vrb. Rom.* INTEMERATA iura: *l. 41. C. de transact.* INTEMERATVM apud accipientium iura perſiſtere: *l. 1. C. Theod. de bon. proſcript. Lib. IX. tit. 42. l. 9. §. 2. C. Iuſtin. eod. tit.* INTEMERATA obſeruatio: *l. 21. C. Theod. de extraord. ſeu ſordid. mun. Lib. XI. tit. 16.* INTEMERATA virginitas. *l. vn. C. Theod. ſi quis eam, cuius tutor. Lib. IX. tit. 8.*]

[**INTEMPERANTER** minores ad curiae conſortium deuocare: *l. 19. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* id eſt, indiſcrete, et nulla habita diſtinctione aetatis.]

INTEMPERANTIA. [INTEMPERANTIAE vina praebere: *l. 29. C. de adult. l. 1. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 7.* ſiue intelligatur vinum merum et *ἄκρατον*, quod ad intemperantiam inuitat, ſiue quod intemperanter ſumitur.]

INTEMPESTIVE, id eſt, non opportuno vel congruo tempore. INTEMPESTIVE rei commodatae vſum auferre: *l. 17. §. 3. D. commod.* caeſa ſilua: *l. 48. §. vlt. D. de vſufr.* miſericordiam exercere: *l. 7. D. depoſ.* iter facere: *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* renunciare ſocietati. *l. 14. D. pro ſoc.*

INTEMPESTIVVS, A, VM, non ſuo tempore factum, ſerum. [INTEMPESTIVA conuiuia adpetere: *l. 1. C. Theod. de ſtud. liber. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 9.* quibus opponuntur tempeſtiua, quae iuſto tempore et loco fiunt.] ☞ De his vid. Turneb. *Aduerſ. Lib. VI. Cap. 16.* HEIN. INTEMPESTIVA cultura: *l. 25. §. 3. D. locat.* INTEMPESTIVA ſocietatis renunciatio. *l. 17. §. vlt. D. pro ſoc.*

INTENDERE, pro agere, ſeu, vt vulgo loquimur, agendo concludere: quo ſenſu, Iuriſconſultis fere proprio, tum abſolute, tum cum caſu quarto, ponitur. INTENDERE accuſationem: *l. 30. D. de leg. Corn. de falſ. l. 1. C. de leg. Fab. de plagiar. l. 8. C. de his, qui accuſ. non poſſ. l. 4. C. de noxal.* INTENDERE actionem: *l. 7. D. de iniur. l. 34. D. de procur.* actiones: *l. 24. D. de lib. cauſſ. l. 33. l. 55. D. de procurat. l. 3. §. 3. D. quod quiſqu. iur. l. 5. §. 1. D. de Carbon. edict. l. 20. D. rat. rem habit. l. 7. D. de nou. oper. nunc. l. 49. §. 5. D. de legat. I. l. 2. C. de act. emt.* INTENDITVR actio: *l. 2. D. de contrar. tut. act. l. vlt. D. ſi ingen. eſſ. dic. l. 15. D. de negot. geſt.* Quum ex cauſſa euictionis INTENDITVR: *l. 85. §. 5. D. de verb. oblig.* ex cauſſa duplae ſtipulationis: *l. 139. D. eod. tit.* INTENDERE crimen, id eſt, obiicere: *l. 14. §. vlt. D. de bon. libert. l. 1. pr. D. ad SC. Turpill. l. 6. C. de noxal. act. l. 11. C. de donat. int. vir. et vxor. l. 19. C. ad leg. Iul. de adult. l. 3. C. ſi reus vel accuſat. l. 7. C. de his, qui accuſ. non poſſ. l. 4. C. de crim. expil. hered. l. 3. C. de calumniat.* Actio in perſonam, qua actor INTENDIT, ſibi dari oportere: *§. 15. Inſt. de act.* In perſonam actiones, per quas INTENDIT, aduerſarium, aut dare, aut facere oportere: *§. 1. Inſt. eod. tit.* Si INTENDAT, dari ſibi oportere: *l. 93. D. de ſolut.* Non poſſe te, decem dari oportere, INTENDERE: *l. vlt. §. vlt. D. de reb. cred.* Nec dari oportere INTENDI: *l. 163. D. de verb. oblig.* Improbe cibariorum exactionem INTENDIT: *Collat. leg. Moſaic. et Roman. tit. X. §. 2.* Titii hereditatem noſtram eſſe, INTENDERE poſſumus: *l. 3. D. de hered. petit.* Qui hoc INTENDERIT, nec impleuerit: *l. 5. D. de manumiſſ.* Poſſum INTENDERE, ius mihi eſſe, ire, agere: *l. 9. D. ſi ſeru. vindic.* ius eſſe, vti frui: *l. 5. D. ſi vſusfr. petat.* inuito altero aedificatum habere: *l. 17. D. commun. praedior. ruſt. et vrb.* INTENDERE litem: *l. 44. §. 4. D. famil. erciſc.* petitionem hereditatis: *l. 3. D. de adgnoſc. et alend.* Qui non probat, quod INTENDIT: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpill.* Si Titius, rem ſuam eſſe, INTENDAT, in rem actio eſt: *§. 1. Inſt. de action.* Si is, cuius ex parte res eſt, totam eam, vel maiore ex parte, ſuam eſſe, INTENDERIT: *§. 33. Inſtit. de actionib.* [Res, pro quibus actor a reo detentis, INTENDIT: *l. 2. C. de litigioſ.*] INTENDITVR recte: *l. 30. D. de pecul.* Vtiliter INTENDERE, ſibi filiaeue ſuae reddi dotem, poteſt. *l. 22. §. 9. D. ſolut. matr.*

INTENTIO, adpellatur, quod actor vel accuſator iudicio intendit. *l. 17. D. comm. diuid. l. 32. pr. D. de pecul.* In vſu noſtro forenſi *fines* et *concluſiones* vocamus. Vetus Gloſſarium Graecum: INTENTIO, *ἀρχὴ τῆς ἐπαγωγῆς.* Qui habet INTENTIONEM ſecundum id, quod intendit. *l. 12. D. de except.* Obſcuriſſima loquutio, ☜ et *ἀκυρολογία*, quae paene idoneum ſenſum non fundit. Quid enim eſt: *actoris partes ſuſtinere eum, qui habeat INTENTIONEM, ſecundum id, quod intendit?* Senſum tamen eruere laborat Cuiac. *Obſeru. Lib. V. Cap. 37.* HEIN. INTENTIONE, (id eſt, condictione,) incerti agendum eſt: *l. 6. D. de praeſcript. verb.* Sic accipe INTENTIONEM accuſatoris: *l. 5. §. 10. D. de his, quae vt indign.* agentis: *l. 7. C. de petit. hered.* Si quis INTENTIONE ambigua vſus ſit: *l. 69. D. de iudic.* INTENTIO delatoris: *l. 5. §. 13. D. de his, quae vt indign.* INTENTIO dominii: *l. 1. §. 2. D. de pignor. l. 24. C. de rei vind.* [Libera INTENTIONE, id eſt, actione, ſeu accuſatione in iudicium deuocare: *l. 4. C. Theod. de famoſ. libell. Lib. IX. tit. 34.* INTENTIONEM publicae neceſſitatis eludere: *l. vlt. C. Theod. de fiſc. debit. Lib. X. tit. 16.*] INTENTIO patris: *l. 14. D. de inoffic. teſt.* Petitionis

tionis INTENTIO: *l. vlt. C. de edend.* INTENTIO dati pignoris: *l. 1. C. de non num. pecun.* [*l. 1. C. ſi pign. conu. non num. pec. ſequ. non ſit*] ſeruitutium: *l. 6. §. 3. D. ſi ſeruit. vindic.* Non repelli ab INTENTIONE non iure facti teſtamenti: *l. 47. D. de hered. petit.* INTENTIO vindicantis: *l. 4. C. de vſucap.* Ad eamdem notionem pertinent loquutiones ſequentes; [Contra exceptionem replicatione ſuam INTENTIONEM adiuuare: *l. 7. C. de except.* INTENTIONI nullum praebet adminiculum: *l. 21. C. de probat.*] INTENTIO non conſtitit; *l. 16. C. de probat.* Quod in INTENTIONEM condemnationemue deductum eſt: *l. 2. pr. D. de except.* [Si INTENTIONEM actoris probatione deficere confidis: *l. 9. C. de except.* INTENTIONE ſua detecta: *l. 20. C. de probat.*] INTENTIONE exceptione eliſa: *l. 17. D. de euict.* [Reus exceptionem velut INTENTIONEM implet: *l. 19. pr. D. de probat.* Actores ſuam INTENTIONEM munient replicationibus, non exceptionibus: *l. 10. C. de except.*] Si petitor INTENTIONEM ſuam perdiderit: *l. 9. §. 6. D. ad exhib.* Si quis agens in INTENTIONE ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat: *§. 33. Inſt. de action.* INTENTIONEM ſuſcipere: *l. 9. §. 6. ad exhib.* Si ex locato fuerit actum, dicendum erit, nec tenere INTENTIONEM. *l. 1. pr. D. ſi menſ. falſ. mod. dix.*

¶. 2. INTENTIO, pro mente et voluntate: vt INTENTIO defuncti: *l. 16. D. de alim. et cibar. legat* INTENTIO voluntatis. *l. 77. §. 26. D. de legat. II.*

INTENTARE, idem, ac intendere et inſtituere. INTENTARE accuſationem: *l. 4. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 40. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* actionem: *l. 13. C. de procurat.* crimen: *l. 4. C. de accuſat. l. 7. §. vlt. l. 40. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. C. de crim. expil. hered. l. 1. C. de requir.* [INTENTATA depellere. *l. pen. C. Theod. ad leg. Iul. de adult. Lib. IX. tit. 7.*]

INTER ceteros exheredare, id eſt, non nominatim, ſed *ἀοϱίστως* et indefinite: *pr. et §. 3. Inſt. de exher. liberor.* [*l. 25. D. de lib. et poſtum.*] Loquutio haec, iuriſconſultis propria eſt, ex formula, qua teſtatores, alios, praeter filios ſuos, excluſuri vti ſolebant: CETERI EXHEREDES SVNTO. Theophil. *in §. 1. Inſt. de exhered. lib.* Quum enim ceterorum iſtorum numero et filiae et nepotes neptesque et fratres ſororesque comprehenderentur: INTER CETEROS *exheredari* recte dicebantur HEIN.

¶. 2. Aliud eſt INTER CETERA, qua formula iuriſconſulti vtebantur, ſi quando non totam conſtitutionem, ſed partem illius, ad rem pertinentem, recitarent. Tunc enim adſcribebant: INTER CETERA, vel ſi paragraphum citarent, AD LOCVM. Exempla, praeter codicem Theodoſianum, in quo frequentiſſimus huius formulae vſus eſt, ſuggerent *Codex Gregor. l. 14. de pactis et transaction. et auctor vetus Conſultat. Cap. IV. V. VI. IX.* Plura de ea citandi ratione Iac. Gothofred. *Comment. in l. 3. C. Theod. de poſtul.* HEIN.

¶. 3. INTER, pro de, vt INTER ſicarios. Cicero *de Inuent. Lib. II. Cap. 20 Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius malefici, de quo* INTER SICARIOS *quaeritur, praeiudicium fieri.* Idem pro *Cluent. Cap. VII. In Q. Sergii, ſenatoris eius, qui* INTER *ſicarios damnatus eſt, manus incidit.* Et *Lib. II. de fin. Cap. 16.* INTER *ſicarios quaeſtionem exercere.*

¶. 4. Vt INTER BONOS BENE AGIER OPORTET: notiſſima formula, qua in contractu fiduciae vti ſolebant. Vnde eadem et in formula, qua arbiter de eo contractu conſtituebatur, exprimi conſueuerat. Cicero *Lib. III. de offic. Cap. 17. Nam quanti verba illa: vti ne propter te fidemue tuam captus fraudatusue ſiem? Quam illa aurea:* VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, *et, ſine fraudatione.* Idem *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 12. Vbi porro illa erit formula fiduciae:* INTER BONOS BENE AGIER, *et* SINE FRAVDATIONE? HEIN.

[INTERAESTIMATIO, in *l. 64. pr. D. de Aedil. edict.* eſt pretium, ſeu interpretium redhibiti vel euicti hominis, quod emtor praeſtat ſoluitue emtori. Cuiac. *Lib. XVI. Obſ. Cap. 4.*]

INTERCALARE eſt interponere, vel inſerere faſtis diem, vt ratio motus ſolaris ſibi conſtet. *l. 3. D. de minor. l. 98. D. de verb. ſignific.* Macrob. *Lib. I. Saturnal. Cap. 14.*

INTERCALARIS, E. INTERCALARIS dies: *l. 2. D. de diuerſ. temp* et apud Plin. *Lib. II. Cap. 8.* qui, vt anni ratio ſolis curſui conueniret, menſi Februario inſeritur. *Ἐμβολιμαῖον* Graeci vocant. Macrob. *Lib. I. Saturn. Cap. 14. Caeſar decem dies obſeruationi veteri ſuperadiecit: vt annum trecenti ſexaginta quinque dies, quibus ſol zodiacum luſtrat, efficerent, et ne quadrans deeſſet, ſtatuit, vt quarto quoque anno ſacerdotes, qui curabant menſibus ac diebus, vnum* INTERCALARENT *diem, eo ſcilicet menſe ac loco, quo etiam apud veteres* INTERCALABATVR, *id eſt, ante quinque vltimos Februarii menſis dies, idque* BISSEXTVM *cenſuit nominandum.* Iſidorus *Lib. VI. Orig. Cap. 16.* INTERCALARES *dies idcirco vocantur, quia interponuntur, vt ratio lunae ſolisque conueniat.* CALARE *enim ponere dicitur:* INTERCALARE *interponere.* Sed falſa eſt haec Iſidori etymologia. CALARE enim non eſt *ponere*, ſed *vocare*, a Graeco *καλεῖν*. Hinc INCALARE, teſte Feſto, *inuocare*: INCALATIONES *inuocationes*, INTERCALARE, *inter alia verba quid clamare.* Ita enim, vt paullo poſt ipſe Briſſonius notat, veteres carminibus ſuis ſaepe inſerebant verſum, quem quauis finita ſtropha repetebant, et quo potiſſimum Deum quemdam, maxime in carminibus nuptialibus, inuocabant, e. g. apud Catullum *Carm. LXII.*

Io Hymen, Hymenaee io,
Io Hymen, Hymenaee!

Et *Carm. LXIII:*

Hymen, o Hymenaee, Hymen, ades o Hymenaee!

Hae *inuocationes*, quum ſingulis ſtrophis interponerentur, dictae ſunt INTERCALARES: et ab his demum tranſlata eſt haec denominatio ad dies et menſes, qui reliquis extra ordinem inſerebantur. Hinc recte Scaliger *de Emend. temp. Lib. VII. Dierum* INTERCALATIONEM *vocarunt a carmine*

ſuccentiuo, quod, colis et ſtrophis abſolutis, iterabatur. Quam etymologiam et Voſſius probat *in Etymol. p. 107. Tomo I. Op.* HEIN. ¶. 2. INTERCALARIS menſis, apud Macrobium *Lib. I. Saturn. Cap.* 13. De eo Modeſtinus *l. 98. §. 1. 2. D. de verb. ſignif. Cato* inquit, *putat, menſem* INTERCALAREM *addititium eſſe: omnesque eius dies pro momento temporis obſeruat: extremoque diei menſis Februarii attribuit Quintus Mucius. Menſis autem* INTERCALARIS *conſtat diebus viginti et octo.* Sueton. *in Iulia Cap. XL. Annum ad curſum ſolis adcommodauit, vt* CCCLXV. *dierum eſſet, et* INTERCALARIO *menſe ſublato, vnus dies quarto quoque adderetur* INTERCALARIS. Omnia haec multo accuratius ad rationes aſtronomicas et hiſtoricas exegerunt, qui hic prae ceteris conſulendi erunt Cenſorinus *de die natali Cap. XX.* et *ὁ πάνυ* Ioſ. Scaliger *de emend. temp. Lib. IV.* HEIN.

¶. 3. INTERCALARIS annus, apud Plin. *Hiſt. natural. Lib. II. Cap.* 47. ¶. 4. INTERCALARES calendae apud Ciceron. *pro Quinct. Cap. XXV.* et *Lib. VI. ad familiar. Epiſt.* 14. De kalendis INTERCALARIBVS erudite egit Io. Fridr. Gronouius *Obſeru. Lib. II. Cap.* 18 et Graeu. *ad Ciceron. pro Quinct. Cap. XXV.* Nimirum Decemuiri inſtituerant, vt Februarius menſis ſecundus eſſet, intercalarius autem poſt Terminalia, quae in diem iſtius menſis XXIII. incidebant, interiiceretur, vt quo die viceſimus quartus Februarii numerandus eſſet, eo die calendae INTERCALARES dicerentur. Macrob. *Lib. I. Saturn. Cap.* 15. Ergo *V. Kal.* INTERCALARES eſt dies Februarii XX. HEIN. ¶. 5. INTERCALARIS verſus, teſte Seruio in *Eclog. VIII. Virg. v.* 21. dicebatur, *qui frequenter, poſt aliquantulos interponitur verſus.* Tales permulti occurrunt apud veteres. Vt enim iam non repetam, quae ſupra de epithalamiis dixi, in quibus illud: *Hymen o Hymenaee, Hymen, ades, o Hymenaee,* vtramque faciebat paginam: quis ignorat verſum intercalarem Virgilii *in Ecloga VIII.*

Incipe Maenalios, mea tibia, dicere verſus.

qui in illa ecloga octies repetitur, donec *v.* 61. huic carmini hunc finem imponit Damon:

Deſine Maenalios, iam deſine, tibia, verſus.

Hinc eum imitatus Alphaeſiboeus, ſimili verſu intercalari ſe oblectat:

Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

quam nouies repeti videmus in eadem ecloga, antequam *v.* 109. ſequitur hic epilogus:

Parcite, ab vrbe venit, iam parcite, carmina, Daphnis.

Qua in re Virgilius imitatus videtur Theocritum, qui et ipſe ſtatim *Eidyll. I.* vtitur verſu:

Ἄρχετε βουκολικᾶς, μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Incipe bucolicas mecum, mea Muſa, Camoenas.

Et deinde idem eidyllion ita concludit:

Λήγετε βουκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.

Deſine bucolicas mecum, mea Muſa, Camoenas.

Similis eſt verſus intercalaris in peruigilio Veneris:

Cras amet, qui numquam amauit, quique amauit, cras amet.

ad quem lepidum verſum plura notauit Andr. Riuinus *in Notis p. 58. ſequ.* quibuscum iungenda, quae diſſeruit Iul. Caeſ. Scaliger *Lib. II. Poetic. Cap.* 30. HEIN.

INTERCAPEDO, pro interuallo. INTERCAPEDO indicato dilationem dare, non lucrum adferre debet: *l. 3. D. de vſur.* INTERCAPEDO temporis. *l. 3. §. 3. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc.*

INTERCEDERE, interuenire, interponi. *l. 4. D. commodat.* Sic INTERCEDIT acceptilatio: *l. vlt. D. de acceptilat.* actus: *l. 1. C. quando lic. ab emt.* adpellatio: *l. 5. §. 12. D. de his, quae vt indign.* INTERCEDVNT anni ante impletam conditionem: *l. 64 D. de verb. oblig.* viginti anni: *l. 1. C. de praeſcript. long. temp.* auctoritas tutoris: *l. 8. D. de adopt. l. 11. §. 1. D. quod falſ. tut.* calliditas: *l. 9. §. 1. D. de duob. reis.* capitis deminutio: *l. 2. D. quibus mod. vſusfr. amitt.* Quaſi in medio nulla captiuitas INTERCESSISSET: *l. 12. §. 5. D. de captiu. et poſtlim. reuerſ.* cauſſa: *l. 35. D. de ſolut.* iuſta cauſſa: *l. 26. C. de fideicommiſſ.* conſenſus: *l. 9. D. de contrah. emt.* contractus: *l. 25. D. de pignor.* conuentio: *l. 21. C. de pact.* diuortium: *l. 66. §. 1. D. ſolut. matrim. l. 8. D. de condict. cauſſ. dat. l. 32. §. 10. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 62. §. 1. D. eod. tit.* dolus: *l. 47. D. de reg. iur. l. 3. §. 4. D. de hom. lib. exhibendo.* donatio: *l. 2. C. de poſtlim. reuerſ.* error: *l. 25. D. de lib. et poſthum.* magni errores: *l. 1. D. de eo, qui pro tut.* feminae heredes: *l. 73. D. de reg. iur.* nullum impendium heredis: *l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* inimicitiae: *l. 43. §. vlt. D. de procurat.* inſtrumentum: *l. vlt. C. de commun. rer. alienat.* mandatum: *l. 54. D. mand. l. 34. §. 4. D. de ſolut.* mora: *l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 3. §. 1. D. de adim. legat. l. 122. §. 5. D. de verb. oblig. l. 4. C. de peric. et comm. rei vend. l. 5. l. 13. §. vlt. C. de act. emt. l. 3. C. de exſequ. rei iud.* nulla mora: *l. 90. D. de verb. oblig.* INTERCESSIT nota: *l. 7. C. de re milit. Lib. XII.* nuptiae deinde non INTERCESSERVNT: *l. 7. D. de condict. cauſſ. dat.* INTERCESSIT obligatio verborum: *l. 6. C. de iur. dot.* pactum: *l. 63. D. de fideiuſſ. l. 82. D. de ſolut. l. 50. D. ſolut. matrim. l. 5. C. de except. l. 1. C. etiam ob chirograph. deb. l. 6. C. de vſuſr.* Si INTERCESSIT pater, et quaſi periculum in ſe recepit: *l. 21. D. de admin. et peric. tut.* infantia perſona: *l. 30. §. 5. D. de fideic. libert.* pignus: *l. 59. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. de heredit. action.* pollicitatio vel promiſſio: *l. 1. C. de iur. dot.* prouocatio: *l. 5. C. de ſentent. et interloqut.* quaeſtio: *l. 24. §. 1. D. ad leg. Falcid.* ratihabitio: *l. 14. D. de condict. cauſſ. dat.* iuſta ratio: *l. 1. §. 8. D. de tut. et rat. diſtrah.* Re obligamur, quum res ipſa INTERCEDIT: *l. 52. D. de oblig. et act.* res pro his INTERCESSIT: *l. 8. D. de donat.* Si nondum res INTERCESSIT: *l. vlt. D. de acceptil.* id eſt, re nondum ſequuta, ſeu, dum res integra eſt. INTERCESSIT ſatisdatio: *l. 1. D. vt in poſſeſſ.* ſtatutum temporis ſpacium: *l. 3. C. ſi quis ignor.* ſtipulatio: *l. 72. §. 1. D. de ſolut. l. 132. D. de verb. oblig. l. 1. D. de ſtipul. ſeruor. l. 108. §. 4. D. de legat. I. l. 4. C. de rer. permutat. l. 4. C. de pact. conuent.* tempus: *l. 19. D. quemadm. ſeru. amitt.*

l. 8. D.

Digitized by Google

§. D. de incend. ruin. naufrag. l. 20. D. de Aedil. edict. l. 32. §. vlt. D. de vſurpat. titulus: l. vlt. C. ne de ſtatu defunct. tutor: l. 5. D. de oper. nou. nunciat. vitium: l. 8. C. qui petant tut. volontas: l. 1. C. ad leg. Corn. de falſ. l. 3. C. de donat. noua voluntas: l. 4. C. de remiſſ. pign. ¶. 2. INTERCEDERE, prohibere, impedire. Praetor INTERCEDIT interdicto ſuo: l. 2. §. 5. D. ne quid in loc. publ. INTERCEDIT lex Falcidia: l. 87. §. vlt. D. de legat. II. neceſſitas: l. 6. §. vlt. D vt legator. ſeu fideicomm. Filio INTERCEDERE pater eius non habet: l. 3. §. 4. D. de mun. et honor. ¶. 3 INTERCEDIT aliquid, quod interiacet. Si inter meas et Titii aedes tuae INTERCEDANT: l. 5. D. ſi ſeruit. vindic. Quamuis inter eiusdem domini praedia flumen publicum INTERCEDAT: l. vlt. D. de ſeru. ruſt. praed. Si fundus medius alterius inter te et me INTERCEDIT: l. 17. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. Si tam ampla ſit domus, vt et ſpacia inter vitioſam partem INTERCEDANT: l. 15. §. 13. D. de damn. infect. Si INTERCEDAT ſolum publicom: l. 1. D. de ſeruit. praed. vrban. Via publica INTERCEDENTE. d. l. 1. D. de ſeru. praed. vrb. l. 17. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. ¶. 4. INTERCEDERE, fidem ſuam pro alio obligare, alienamque obligationem in ſe ſuſcipere, ſignificat: l. 2. §. vlt. et paſſim tit. ad SC. Velleian. [Immo in hoc SCo id vocabulum ſignificationem habet plane τεχνολογικὴν, et arti noſtrae propriam.] Comprehendit enim non modo fideiuſſionem, l. 2. §. 1. l. 25. §. 1. D. eod. tit. verum etiam mandatum, vt alter credat: l. 6. l. 7. D. eod. tit. immo et defenſionem: l. 2. §. 5. D. eod. tit. pignorum dationem: l. vlt. §. 1. D. eod. conſtitutionem pecuniae: l. 28. D. de conſtit. pec. expromiſſionem; l. 8. §. 9. D. ad SC. Vellei. l. 30. §. 1. D. de pact. correalem obligationem, pro pecunia alii ſoluta. l. 4. l. 19. C. l. 8. §. 14. l. 11. l. 12. l. 28. §. 1. D. ad SC. Vellei. HEIN. [Vnde et Graeci, quod animadoerterent, nullum eſſe in lingua ſua verbum, quo tam amplam ſignificationem ſatis exprimerent, ipſum verbum INTERCEDERE in ſuam linguam deformarunt] Sie: INTERCEDERE pro alio: l. 3. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 95. §. 1. D. de ſolut. Si pro ea, contra quam ſupplicas, fideiuſſor ſeu mandator INTERCESSISTI: l. 10. C. mand. INTERCESSERVNT fideiuſſores et mandatores: l. 9. §. 3. D. de SC. Macedon. Siue fideiuſſorio, ſiue mandatario, vel qoocumque alio nomine, pro debitore INTERCESSISTI: l. 19. C. de fideiuſſor. Ea, pro qua te mandatario nomine INTERCESSISSE commemoras: l. 22. C. eod. tit. Si apud minorem mulier pro alio INTERCESSIT: l. 11. D de minor. Mulier, quae INTERCEDENS fundum pignori dedit: l. 39 §. vlt. D. de rei vindic. INTERCEDERE non videtur mater, quae pietati dans, litem filii praeparandam curare maluit: l. 1. D. de adpellat. recip. INTERCEDERE donandi animo. l. 9. §. 3. D. de SC. Macedon.

INTERCESSIO pro interuentu. Praetor INTERCESSIONE auctoritatis ſuae proſpiciet. l. 7. C. de abolit. ¶. 2. INTERCESSIO, pro fideiuſſione. Vetus Gloſſar. Graecum: INTERCESSIO ἐστὶ τὸ ὑπὲρ ἄλλου παρασχεῖν ἐνέχυρον μὴ τὸ ἀναδοῦναι τῷ χρεώστῃ τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ. INTERCESSIO eſt, quando quis ab altero pignus accipit, in caſum, ſi ille non luat pignus ſuum. Et iterum: INTERCESSIO, τὸ ὑπὲρ ἄλλου ὑποβληθὲν ἐνέχυρον. Aliod vetus Gloſſar. Graec. INTERCESSIONIS ἀντιφωνήσεως ἢ ἐγγύης. Sic: INTERCESSIONIS exceptio: l. 7. §. vlt. D. de except. Per INTERCESSIONEM aes alienum ſuſcipere: l. 19. §. vlt. D. de inſtitor. act. Pignoris datio INTERCESSIONEM facit: l. 8. D. ad SC. Velleian. Creditor, qui pignus per INTERCESSIONEM accepit: l. vlt. § 3. D. ad SC. Velleian. Res, a muliere pignori data per INTERCESSIONEM: ibid. INTERCESSIO eſt, quom mulier alieno nomine compromittat. l. 32. §. 1. D. de recept. arbitr. Vnde SC. Velleianum SC. de INTERCESSIONIBVS vocatur in l. 40. D. de condict. indeb. ¶. 2. [INTERCESSIO, pro exſequotione: l. 1. C. de princ. agent in reb. Lib. XII. tit. 22. l. 4. C. Theod. eod. tit. Lib. VI. tit 28. Sie militares INTERCESSIONES: l. 1. C. Theod. de lucr. offic. Lib. VIII. tit. 9. quae exſequutiones militares adpellantur, in l. 1. C. de offic. milit. iud. et l. vn. C. Theod. eod. tit. Lib. 1. tit. 9.] ¶. 3. [INTERCESSIONIS quoque ſpecies eſt ſubſcribere et ſignare chirographum alienum. l. 15. C. de adminiſtr. tut. et curat.]

INTERCESSOR, id eſt, interuentor, fideiuſſor, mandator, adpromiſſor. l. 23. D. de hered. vel act. vend. l. 3. §. 4. D de pecul. l. 11. C. de except. l. 20. l. 21. C. de fideiuſſor. ¶. 2. [INTERCESSORES, et pro exſequutoribus accipiuntur. l. 1. C. Theod. de pignor. Lib. II. tit. 30. vbi Tribonianus repoſuit exſequutures. l. 7. C. quae res pign. Adde et l. 8. C. de offic. rect. prouinc.]

INTERCIDERE, actioe et antepenoltima producta dicitur, qoi aliquid concidit. Sic: incendii arcendi cauſſa vicini aedes INTERCIDVNTVR: l. 7. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 49. §. 1. D. ad leg. Aquill. INTERCIDERE aquaeductum: l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquill. codicillos: l. 3. l. 24. D. de lege Cornel. de falſis. rationes dominicas: l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corr. [ſectam. l. 4. pr. C. Theod. ne ſanct. bapt. iter. Lib. XVI. tit. 6.]

INTERCIDERE neutraliter, et antepenultima correpta, dicitur, quod exſtinguitur, deperit, interit Sie INTERCIDVNT actio: l. 30. §. vlt. D. ad SC. Velleian. l. 63. D. de iur. dot. l. 51. §. 2. D. de euict. actiones: l. 49. D. de hered. petit. morte reorum poenales actiones: l. 32. D. ad leg. Falcid. morte crimen: l. 2. C. de teſtam. manum. exemplum teſtamenti: Paull. Lib. IV. Sent. tit. 6. §. 1. facultas ſoluendi: l. 95. §. 6. D. de ſolution. fideicommiſſum: l. 16. l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebellian. l. 59. D. ad leg. Falcid. legatum, ſi ea perſona deceſſerit, cui legatum eſt ſub conditione: l. 59. D de condit. et demonſtrat legata: l. 17. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. libertas: l. 77. §. 29. D. de legat. II. l. 30. §. 6. l. 33. §. vlt. D de fideic. libert. l. 10. C. eod. tit. Vnde INTERCIDERE libertas, et ſalua eſſe, opponuntur: l. 26. §. 6. D. de fideic. libert. mandatum, defuncto eo, qui manda-

tum ſuſcepit: *l. 57. D. mandat.* INTERCIDIT materia: *l. 2. C. de teſtam.* obligatio: *l. 50. D. de fideiuſſor. l. 80. D. ad SC. Trebell.* operae: *l. 34. D. de oper. libert.* peculium: *l. 9. D. commun. diuid.* res ſua natura: *l. 14. §. vlt. D. depoſ.* vel caſo: *l. 18. in fine D. commod.* [Quae deformibus ruinis INTERCIDISSE dicuntur: *l. 11. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] INTERCIDIT ſpes: *l. 2. D. de ſtatulib.* via: *l. 33. D. ad leg. Falcid.* voluntas: *l. 18. §. 2. D. famil. erciſc.* vſusfructus. *l. vlt. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. l. 60. D. de vſufr. l. 32. D. ad leg. Falcid.*

INTERCIPERE, lucrandi conſilio rem interuertere vel contrectare. *l. 1. §. 1. l. 33. D. de furt. l. 38. §. 1. D. de ſolution. l. 44. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* Si id argentum mali homines INTERCEPISSENT: *l. 20. D. commod.* Qui bona eorum, quibus ſeruiebant, INTERCEPISSENT: *l. 43. D. de liber. cauſſ.* Si epiſtola, quam tibi miſi, INTERCEPTA ſit: *l. 14. §. vlt. D. de furt.* INTERCIPERE numos: *l. 38. §. vlt. D. de noxal. act.* pecuniam: *l. 1. §. 2. D. de tutel. et ration. l. 43. D. de liber. cauſſ.* INTERCEPTARVM *pecuniarum reus*, apud Sueton. *in Domit. Cap. VII.* INTERCEPTI ſerui: *l. 6. D. de leg. Fab. de plagiar.* INTERCEPTO vſufructu. *l. vlt. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* ¶. 2. [INTERCIPERE, pro impedire, prohibere, intercedere. INTERCIPERE contractum: *l. 2. pr. C. de praed. nauicular.* INTERCIPERE contractum emendi vendendique fas prohibet. *l. 7. C. Theod. eod. tit. Lib. XIII. tit. 7.*]

INTERCLVDERE, occludere, [INTERCLVSVS ſenatoriae dignitatis aditus: *l. 110. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] INTERCLVDITVR via prouocandi: *l. 1. D. quand. adpell.* INTERCLVDITVR vſus neceſſarius alicuius rei. *l. 13. §. vlt. D. commun. praedior.*

[INTERCOLVMNIA, in *l. 45. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* ſunt ſpacia inter columnas, porticus, eadem forma, qua *interſcalmium*, ſpacium, inter remigum ordines, *intertignium* ſpacium, inter duo tigna, apud Vitruu. *Lib. I. Cap. 2.* et *Lib. IV. Cap. 2.* qui et intercolumniorum paſſim meminit, aeque ac Cicero *ad Quint. fratr. Lib. III. Ep. 2. Cap.* a. longe Caroli du Freſne *Gloſſar. Latin. hac voce.*]

INTERDICERE, eſt denunciare et prohibere, ait Iuſtinianus in *§. 1. Inſt. de interdict.* Ita auctoribus INTERDICTA a praetore adminiſtratio: *l. 14. §. 1. D. de ſolut.* INTERDICITVR cui aduocationibus: *l. 9. D. de poen. l. 13. D. de decurion.* Cui aduocationibus in quinquennio INTERDICTVM eſt: *l. 8. D. de poſtul.* id eſt, qui prohibitus eſt, pro alio poſtulare, vt *l. 9. D. eod. tit.* Quibus poſthac aduocationibus INTERDICETVR: *l. 1. C. de his, qui in exſil. dat.* INTERDICERE aqua et igni: *l. vlt. D. de legation.* et aliis locis, quos ſupra *Lib. I.* notaui. alicui arte ſua vti: *l. vlt. D. de poen.* INTERDICERE bonis, eſt, adminiſtrationem bonorum ſuorum, curatore dato alicui adimere, ob id, quod neque modum, neque finem expenſarum faciat: cuius interdictionis ſollemnis verba a Paullo referuntur *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 7.* Cicero *de Senect. Cap. VII. Vt quemadmodum more noſtro male rem gerentibus bonis* INTERDICI *ſolet.* Valer. [Maximus *Lib. III. Cap. 5.* de filio Q. Fabii: *Ei Q. Pompeius, praetor, paternis bonis* INTERDIXIT. Quod ſignificat Horat. *Serm. Lib. II. ſat. 3.*

> INTERDICTO *huic omne adimat ius*
> *Praetor, et ad ſanos abeat tutela propinquos.*

Lege XII. tabolarum prodigo INTERDICITVR bonorum ſuorum adminiſtratio: *l. 1. D. de curat. furioſ.* Eum, cui bonis lege INTERDICITVR: *l. 5. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 18. D. qui teſtam. fac. poſſ.* et apud Vlpianum *tit. XX. §. 13.* Eos, quibus per praetorem bonis INTERDICTVM eſt: *l. 10. D. de curat. furioſ.* Is, cui bonis INTERDICTVM eſt: *l. 6. D. de verb. oblig. l. 19. §. 7. D. de reb. cred. l. 3. D. de nouat. l. 26. D. de contrah. emt. l. 40. D. de reg. iur. l. 18. §. 2. 3. D. de caſtr. pecul. l. 1. §. 9. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* Si eius vitae ſit, vt merito etiam bonis debeat INTERDICI: *l. 27. D. de minorib.* Prodigo commercio INTERDICTVM eſt: Vlpian. *tit. XX. §. 13.* INTERDICERE foro: *l. 9. §. 4. D. de poen.* id eſt, prohibere forenſibus negotiis ſeſe adcommodare: vt *ibid.* INTERDICTA loca: *l. 4. D. de poen.* INTERDICERE negociatione: *l. 6. D. de extraord. cognit.* teſtimonii officio ei, qui adulterii damnatus eſt: *l. 14. D. de teſtib.* ordine: *l. 7. §. 20. D. de interd. et releg.* Cui pomoerio ciuitatis INTERDICTVM eſt, vrbe etiam INTERDICTVM videtur: *l. 5. D. de ſeru. exportand.* INTERDICERE prouincia: *l. 7. §. 10. et §. 11. D. de interd. et releg.* id eſt, vetare in ea prouincia commorari. Vnde INTERDICTI, in *rubr. D. de interdict. et relegat.* accipiendi ſunt, quibus vrbe, patria, regioneue aliqua interdictum eſt, aut, qui certae rei interdictione puniti ſunt. ¶. 2. INTERDICERE aliquando eſt interdicto vti, et experiri. *l. 1. §. pen. D. de via publ. l. 3. §. 6. D. de tab. exhib. l. pen. D. ne quid in loc. public. l. 1. §. 13. D. de vi et vi armat. l. 1. §. 22. D. de aqu. quotid. et aeſt. l. 8. §. 2. D. de precar. l. 5. §. 10. l. 7. §. 1. D. quod vi aut clam.* Hac pertinent illa Quinctiliani *Lib. III. Inſt. Orat. Cap. 6. Non debuiſti* INTERDICERE, *ſed petere.* Sic et auctores noſtri: INTERDICTVRVS, id eſt, interdicto vſurus: *l. 3. §. 3. et §. 11. D. ad exhib.* INTERDICIS mecum. *l. 3. §. 6. D. vti poſſidet.* ¶. 3. INTERDICERE alias praetor dicitur, qui interdictum dat, et proponit. *l. vn. D. vt in flum. publ. l. 1. §. 28. D. de aqu. quot. et aeſtiu. l. vn. D. de fonte. l. 1. D. de loc. publ. l. 1. §. 8. D. ne quid. in flum. publ. l. 1. §. vlt. l. 2. D. de cloac. l. vlt. D. de riu. l. 1. D. de loc. et itin.* ¶. 4. Immo et INTERDICIT praetor, quoties aliquid imperat. Vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat, INTERDICAM: *l. 1. D. de flum. publ.* quamuis et id ad interdictum recte referatur. Vid. Scip. Gentil. *de iurisdict. Lib. I. Cap. 30.* HEIN.

INTERDICTIO, id eſt, prohibitio. INTERDICTIO aquae et ignis, de qua ſupra *Libro*

Libro I. INTERDICTIO bonorum; *l. 18. D. qui teſtam. fac. poſſ.* certorum bonorum: *l. 5. D. de interd. et relegat.* matrimonii: *l. 9. D. de iur. dot.* negotiationis, profeſſionis, aduocationis: *l. 9. D. de poen. l. 1. §. vlt. D. de offic. praef. vrb. l. 3. D. de decurion.* INTERDICTIONE certae rei coercere. *l. vlt. D. de iniur.*

INTERDICTVM, vt Iuſtinianus tradit, adpellabatur forma ac conceptio verborum, qna praetor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. Quod tum maxime fiebat, quum de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſinne, inter aliquos contendebatur. *princip. Inſt. de interdict.* Cuius adpellationis originem non a prohibitione, ſed quia inter duos diceretur, deducit idem Iuſtinianus *§. 1. Inſt. eod. tit.* [licet eam etymologiam nnn contemnendis rationibus reiiciat Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXVIII. p. 292.*] Iſidorus plane *Lib. V. Orig. Cap. 24.* INTERDICTVM definit, *quod a iudice non perpetuum, ſed pro reformando momento, ad tempus, INTERIM DICITVR, ſalua propoſitione actionis.* Vetus Gloſſarium Graecum: INTERDICTVM *διαλεγόμενον μεταξὺ δύο ἀμφισβητέντων περὶ νομῆς interloquutio inter duos, de poſſeſſione diſceptantes.* Quo adludens Cicero *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 32. Vrbanitatis,* ait, *poſſeſſionem, amabo, quibuuis INTERDICTIS defendamus.* ¶. 2. Summa INTERDICTORVM diuiſin haec eſt, qund aut *prohibitoria* ſunt, aut *reſtitutoria,* aut *exhibitoria*: *l. 1. §. 1. D. de interdict. §. 1. Inſt. eod. tit. l. 6. §. 2. D. de confeſſ.* INTERDICTA quae ad rem familiarem ſpectant, aut *adipiſcendae* ſunt *poſſeſſionis,* aut *recuperandae,* aut *retinendae*: *l. 2. §. 3. D. de interdict. §. 2. Inſt. eod. tit.* INTERDICTA porro aeque, ac actiones, *accipi, edi, moueri, reddi,* dicuntur. Item INTERDICTO *agere, experiri,* vti aiunt iuriſconſulti, vt et INTERDICTO *teneri.* INTERDICTA plane etiam *actiones* vocantur. Et ita *actionem* quod vi aut clam dicit *l. 43. in fine D. ad leg. Aquill.* Et Iuſtinianus interdictum vnde vi recuperandae pnſſeſſionis actionem adpellat in *l. 1. C. ſi per vim vel al. mod.* ¶. 3. INTERDICTVM, prohibitio. Contra INTERDICTVM accedere. *l. 1. C. de tutor. vel curat. qui ſatisd. non deb.* Ita et Horatius *Lib. II. Serm. ſat. 3.* INTERDICTO, pro interdictione bonorum, vſus eſt.

INTERDIV, durante die. INTERDIV deiectum eſt: *l. 6. D. de his, qui effud. vel deiec.* INTERDIV deprehenſus fur; *l. 54. §. 2. D. de furt.* INTERDIV dumtaxat ire. *l. 14. D. commun. praed.* [Pro INTERDIV, *interdius* eſt apud Plautum *Aſinar. Act. III. ſcen. 3. v. 9. Aulular. Act. I ſcen. 1. v. 34. Moſtell. Act. 2. ſcen. 2. v. 2. Mercat. Act. V. ſcen. 2. v. 51. Pſeudol. Act. V. ſcen. 2. v. 8. Rudent. Prolog. v. 7.* Inde INTERDIARIVS, qun nomine adpellatur iunioribus auctoribus is, qui interdio furatur, notanto Vnſſio *de vitiis ſerm. Lib. III. Cap. 16.* Gloſſarium vetus: INTERDIARIVS *ἡμεροκλέπτης, fur diurnus,* cui npponitur, *ἡμερόκοιτος, dormiens per diem,* vel *dormitator,* id eſt, fur nocturnus. Cuiac. *Lib. XI. Obſ. Cap. 27.*]

[INTERDVM, pro interim: *l. 16. §. 1. D. de recept. arbit.* Cuiac. *in Paull. Lib. XIII. ad edict. p. 189.* Similiter et INTERIM, aliquando pro INTERDVM reperimus, veluti *l. pen. §. vlt. D. de condit. et demonſtr. l. 3. pr. D. mand.* apud Quinctilianum *Lib. VII. Cap. 2. Lib. V. Cap. 10. Declam. IX.* Plautum *Trucul. Act. IV. ſcen. 4. v. 29.* Senecam *Lib. I. de ira Cap. XVI. INTERIM optimum miſericordiae genus eſt, occidere.* Et apud Senecam tragoedum *in Hercule Oet. v. 481.* INTERIM *ſcelus eſt fides,* id eſt, interdum.] Promiſcue ergo INTERDVM et INTERIM vſi ſunt ſecundi ſaeculi ſcriptores, quia INTERDVM idem eſſe credebant, ac *interea dum.* Ita Apuleius *Lib. IX. Metam. p. 226. INTERDVM Philaſiaeterus, cognito ſtrepitu, raptim tunicam iniectus, ſed plane prae turbatione pedibus intectis, procurrit cubiculo.* Et *Lib. V. p. 171. INTERDVM Pſyche errabundo rurſus gradu peruenit ad ciuitatem aliam.* Neſcio an alius ita loqoutus ſit. Sed quum fas fuerit INTERIM dicere pro interdum; non video, quid eos prohibuerit pro INTERIM INTERDVM vſurpare. HRIN.

INTERESSE, tam *publice,* quam *priuatim* dicitur. *Publice* intereſt, qund in commune expedit, et ad totius reipublicae vtilitatem pertinet; *l. 44. pr. D. de vſurp. et vſucap. priuatim,* quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat. *l. 65. §. 5. D. pro ſoc.* Sic [*publice* INTEREST, abſentes a quibuscumque defendi: *l. 33. §. 2. D. de procurat.*] INTEREST publicae diſciplinae, opinionem vniuscuiusque a turpi carminis infamia vindicari; Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 15.* Publice INTEREST, dotes mulieribus conſeruari, quum dotatas eſſe feminas ad ſnbnlem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, maxime ſit neceſſarium: *l. 1. D. ſolut. matrim.* Publice INTEREST, artem geometriae diſcere, et exercere: *l. 2. C. de malef. et mathem.* INTEREST publice, partus non ſobiici, vt ordn dignitasqoe familiarum ſalua ſit: *l. 1. §. 13. D. de inſpic. ventr.* Publice INTEREST, facile non remitti poenam: *l. 14. C. de poen.* inſignes latrones vel ſeditionum concitatores, vel duces factionum, damnatos ſtatim poniri: *l. 16. D. de adpell.* nihil rapi ex incendio, ruina, naufragio: *l. 1. §. 1. D. de incend. ruin. naufrag.* INTEREST reipublicae, mulieres dotes ſaluas habere, propter quas nubere poſſunt: *l. 2. D. de iur. dot.* eam, quae minnr doodecim annis in dnmum, quaſi vxnr, ſit deducta, licet nondum vxnr ſit, ſolidum tamen conſequi, vt, aetate permittente, nubere poſſit: *l. 17. §. vlt. l. 18. D. de reb. auct. iud. poſſid.* quamplurimos ad defendendam ſuam cauſſam admittere: *l. 4. D. de nou. oper. nunciat.* INTEREST religionis, monimenta exſtrui, et exornari: *l. 1. §. 6. D. de mort. infer.* Quum praetor, cognita cauſſa, per errorem, vel etiam ambitinſe iuberet hereditatem, vt ex fideicommiſſo, reſtitui, etiam publice INTEREST, reſtitui, propter rerum iudicatarum auctoritatem. *l. 65. §. 2. D. ad SC. Trebell. Non minus ſalubritatis, quam decoris INTEREST, cloacam, quae peſtilens eſt, et deterrimo odore, contegi*: Plin. *Lib. X. Epiſt. 99.* Publicae ſalutis et ſecuritatis INTEREST, cloacas et riuos

pur-

Digitized by Google

purgari: *l. 5. §. 11. D. de oper. nou. nunc.* [Conditiones donationibus adpoſitae, quae in rempublicam fiunt, ita demum ratae ſunt, ſi vtilitatis publicae INTEREST. *l. 13. §. 1. D. de pollicit.* ¶. 2.

Sed et *priuatim* ſaepe INTEREST, veluti agentis, quod litigat, quod conſumit, quod aduocat, quod damnatus ſoluit: *l. 28. D. ratam rem habit.* Si teſtator iuſſerit, quoſdam ex heredibus aes alienum ſoluere, non creditores habebunt actionem, ſed coheredes, quorum INTEREST: *l. 69. §. 2. D. de legat. I.* Intereſt creditoris, duos reos habere: *l. 3. §. vlt. D. de liberat. legat.* Creditoris, cuius pignus ſubreptum eſt, non credito tenus INTEREST: *l. 15. D. de furt.* Si teſtator ſeruum pluris, quam quanti eſt, redimi ac manumitti voluit, domino erit fideicommiſſi perſequutio, cuius INTEREST, praeter verum pretium id, quod plus iuſſus eſt dare, conſequi: *l. 32. §. 1. 2. D. de fideic. libert.* Is cuius INTEREST, furti habet actionem, ſi ex honeſta cauſſa INTEREST: *l. 10. l. 11. l. 14. §. 23. D. de furt.* Non is, cuiuscumque INTERERIT, rem non perire, habet furti actionem, ſed, qui ob eam rem tenetur, quod ea res culpa eius perit: *l. 14. §. 10. D. eod. tit.* INTEREST debitoris liberari: *l. 49. §. 6. D. de legat. I.* INTEREST defunctorum, ſucceſſores habere. INTEREST viuentium, non praecipitari, quamdiu iuſte deliberant, hereditatem adeant, nec ne: *l. 6. pr. D. de interrog. in iur. fac.* INTEREST domini proprietatis, fines praedii, cuius vſusfructus vel vſus abeſt, tueri: *l. 16. §. 1. D. de vſu et habit.* ne auxilium contra ſaeuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuſte deprecantur: *l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur.* INTEREST emtoris primi, ſecundo rem non euinci: *l. vlt. pr. D. de except. rei vend. et trad.* INTEREST fideiuſſoris, pecuniam retinere potius, quam ſolutam ſtipulatori a reo repetere: *l. 15. pr. D. de fideiuſſ.* ſolui creditori, quam ipſum conuentum mandati actionem intendere: *l. 49. §. 5. D. de legat. I.* Nihil INTEREST fideiuſſoris, a debitore pecuniam non peti: *l. 23. D. de pact.* INTEREST fructuarii, bonae frugi ſeruum eſſe: *l. 9. §. 1. D. de ſeru. corrupt.* heredis, defuncti exiſtimationem purgare: *l. 1. §. 6. D. de iniur.* Si monimentum iuſſit teſtator fieri, heredum INTEREST, quos ius monimenti ſequitur: *l. 18. §. 2. D. famil. erciſc.* Sic heredis INTERESSE dicitur, in ſpecie *l. 71. D. de condit. et demonſtr.* INTEREST hominis, hominem beneficiis adfici: *l. 7. D. de ſeru. export.* eius, cui ſub conditione legatum eſt, cautum habere: *l. 14. §. 1. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ.* legatariorum, adiri hereditatem: *l. 1. §. 9. 10. D. ſi mul. ventr. nom.* minoris, rem, quae maiorum eius fuerit, emtam habere: *l. 35. D. de minor.* mulieris, dotem ei, cui nuptura eſt, ſolui, vt incipiat eſſe dotata: *l. 71. §. vlt. D. de cond. et demonſtr. l. 69. §. 2. D. de legat. I.* INTEREST noſtra, ne fallamur in modi renunciatione: *l. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* ſi liberis, qui in poteſtate ſunt, aut vxori fiat iniuria, vindicare: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 3.* libertos libertasque habere: *l. 5. pr. D. de lib. cauſſ.* potius non ſoluere, quam ſolutum repetere: *l. 3. D. de compenſat.* Nullorum magis INTEREST, quam ipſorum, quibus id priuilegium datum eſt: *l. 24. in fine D. de teſtam. milit.* INTEREST parentis, filium ſeruientem non ſubire: *l. 1. D. de liber. cauſſ.* patris, filiam dotatam habere: *l. 71. D. de euiction.* malae fidei poſſeſſoris, rem non ſurripi, quippe quum periculo eius res ſit: *l. 12. §. 1. D. de furt.* Rei INTEREST: *l. 2. pr. D. de eo, quod cert. loc.* ſocietatis: *l. 65. §. 5. D. pro ſoc.* ſocii interdum, non dirimi ſocietatem. *l. 65. §. 5. eod.* ¶. 4.

Plerumque autem INTERESSE pecuniariter accipimus. Mandati actio tunc competit, quum coepit INTERESSE eius, qui mandauit: *l. 8. §. 6. D. mand.* Ad exhibendum poſſunt agere omnes, quorum INTEREST: *l. 3. §. 9. D. ad exhib.* quod vt accipiendum ſit, vid. *l. 19. D. eod. tit.* Actio ad exhibendum ei creditur competere, cuius peculiariter INTEREST: *l. 13. D. eod. tit.* Actio datur, ſi INTERSIT: *l. 5. §. vlt. D. ne quis eum, qui in ius voc.* In iudicio finium regundorum etiam eius ratio ſit, quod INTEREST: *l. 4. §. 1. D. fin. regund.* id eſt, ſi aliquam vtilitatem reus ex eo loco percepit, quam vicini eſſe adparuit. Si nihil INTERSIT actoris: *l. 2. §. vlt. D. ſi quis in ius vocat.* id eſt, ſi ius eius non factum ſit deterius, vt *l. 8. D. ſi quis caution. in iudic.* vel ſi nullum ex hoc damnum paſſus ſit. Aeſtimatio eius, quod INTERSIT agentis: *l. 12. §. vlt. D. ſi quis caut.* Quanti actoris INTEREST: *l. 37. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Quanti actoris INTERFVERIT, per eum effectum: *l. 12. §. 4. D. ad exhib.* Quod INTEREST creditoris: *l. 54. D. de fideiuſſ.* Si aliquid litigantium INTERSIT: *l. 32. §. 5. D. de recept. qui arbitr.* Nihil INTEREST petitoris: *l. 95. §. 9. D. de ſolution.* In rem pacta omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe, eius, qui paciſcebatur, INTERFVIT: *l. 21. §. vlt. D. de pact.* Non quoquo modo cuiusque INTEREST, ſed ita, ſi alioquin pecuniarum damnum immineat. *l. 13. D. eod. tit.*

¶. 5. Id, quod INTEREST, a re, ſeique aeſtimatione ſeparatur: *l. 1. §. 20. D. de tut. et rat. diſtr. l. 1. D. de act. emt.* Et proinde id, *quod* INTEREST, et *quanti ea res eſt*, diuerſa noſtri auctores faciunt: *l. vn. in fin. D. ſi quis ius dic. l. 56. D. ad leg. Aquill. l. 4. §. 7. D. de damn. infect.* His enim verbis verum rei pretium; illis omnis vtilitas, quae modo circa rem conſiſtat, continetur. *l. 193. D. de verb. ſignif. l. 21. §. 3. D. de act. emt.* Vnde Paullus in *l. 13. D. rat. rem habit.* IN QVANTVM INTERFVIT, ſic interpretatur, id eſt, quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potui. Exempla eius, quod INTEREST, peti poſſunt ex *l. 21. §. vlt. cum ſequ. D. ad leg. Aquill. l. 3. D. de condict. furt. l. 8. D. de euict. l. 10. §. 3. D. de edend. l. vlt. D. de eo, per quem fact. l. 33. D. locat.* Quanti INTERFVIT noſtra, non eſſe occiſum: *l. 21. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Quanti mea INTERFVERIT, certo loco dari: *l. 15. D. de compenſat.* Sic intelligendae loquutiones: Si INTERFVIT aedium, hoc fieri *l. 6. §. vlt. D. comm. diuid.* In popularibus actionibus is, cuius INTEREST, praefertur: *l. 3. §. 1. D. de popul. action.* Si hereditatis INTERFVIT, hominem emi: *l. 20. §. 1. D. de hered. petit.* Cuius magis INTERFVIT: *l. vlt. §. 10. D. de colluſ. deteg.* [Mea INTEREST: *l. 15. D. de compenſat.*] Deſiit mea INTERESSE: *l. 14. §. 6. D. de furt.* Quia nihil vicinorum INTEREST: *l. 15. D. de ſeruit.* INTERESSE pluris vel minoris: *l. 8. §. vlt. D. de edend.* Quanti INTEREST, inſtru-

Digitized by Google

menta proferre: *l. 10. D. de in lit. iur.* actoris, pecuniam ſolutam eſſe: *l. 8. D. de eo, quod cert. loc.* Quatenus INTERSIT cuius: *l. 3. §. 8. D. de ſepulcr. viol. l. 24. D. de reg. iur.* Quanti ſua INTEREST, exhiberi: *l. vlt. §. 1. D. de adpell.* Quod ſua INTERFVIT, numos ſua die ſibi redditos eſſe: *l. 3. D. de in lit. iur.* Qui ſua INTERESSE dicit, propriam cauſſam defendit: *l. 2. §. vlt. D. quand. adpell.* Si tanti INTERFVIT: *l. 27. D. de furt.* Tua INTEREST: *l. 15. §. vlt. D. de furt.* Niſi forte tua INTERSIT, te accepiſſe ob hanc cauſſam pecuniam: *l. 5. D. de cond. cauſſ. dat.* Si valde INTERESSE compererit: *l. 9. §. 6. D. de interrog.* Quia nihil vicinorum INTEREST: *l. 15. D. de ſeruit.* In id quod vniuscuiusque INTEREST, agitur. *l. 3. §. 9. D. de ſepulcr. viol.*

¶. 5. Quorum INTEREST, pro, ad quorum officium ſpectat: *l. 56. D. locat. l. 3. C. de conf. tut. l. 7. §. 5. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 2. C. Theod. ad leg. Iul. de amb. l. 4. C. de fabric. Lib. XI.* [*l. 3. C. de ſport. et ſumt. in iud. fac. l. 6. §. 3. C. de adpellat. l. vlt. C. de aquaed. Lib. XI.*] Hoc modo et Iuſtinianus Graece loqui ſolet in Nouellis: ἐξέςαι τῇ σῇ ὑπεροχῇ, pro eo, quod eſt, *ſpectabit ad celſitudinis tuae officium.* ¶. 6. INTERESSE, in *l. 4. §. vlt. D. ſi quis caut. in iudic.* eſt referre. *l. 39. D. de adquir. poſſeſſ.* INTEREST, diſcrimen eſt, diſtinguendum eſt. *l. 3. D. ad leg. Aquill.* Sic: Multum INTEREST: *l. 10. l. 41. D. de manumiſſ. teſt. l. 5. §. vlt. D. qui et a quib. l. 75 §. 1. D. de legat. I. l. 7. §. vlt. D. de iniur. l. 19. D. de Aedil. edict. l. 13. l. 20. D. de his, qui not. infam. l. 2. D. fin. regund. l. 3. D. de adquir. poſſeſſ. l. 36. D. de iur. dot. l. 6. C. ſi quis alter. l. 21. C. de ſolution.* Nec INTEREST: *l. 62. D. de condit. et demonſtr. l 36. D. de ſeru. praed. vrb.* Nec quidquam INTEREST: *l. 5. D. de vſurp. l. 25. §. 1. D. de adquir poſſeſſ.* Neque INTEREST: *l. 48. D. de vſurp.* Nihil INTEREST: *l. 50. D. de bon. libert. l. 12. D. de inoff. teſtam. l. 13. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 20. D. de pecul. leg. l. 16. D. de liberat. leg.* Plurimum INTEREST: *l. 18. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Quid INTEREST? *l. 56. D. ad leg. Falcid. l. 3. D. de coniung. cum emanc. lib.*

¶. 7. INTERESSE, pro adeſſe. INTERESSE frumentationibus et principiis. *l. 12. §. vlt. D. de adpellat.*

[INTERFICERE, proprie occidere. Sed INTERFECTVM negotium in *l. 2. C. Theod. vnde vi.* dicitur exſtinctum, vel finitum, quod, vt Plautus in *Captiu. Act. III. ſcen. 4. v. 7.* et *in Menaechm. Act. V. ſcen. 2. v. 46.* loquitur, *occiſum eſt.* Idem *in Mercat. Act II. ſcen. 1. v. 3. 4.*

Vſusfructus, victus, cultus iam mihi harum aedium
Interemtus, INTERFECTVS *eſt, alienatus eſt, occidit*

Apuleius INTERFECTAM *virginitatem* dixit, *Lib. V. metamorph. p. 160.* ſimilique loquendi figura *vulnerata cauſſa. vulneratum negotium* dicitur in *l. 15. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30. et alibi.*]

INTERIM, id eſt, pendente die, vel conditione. *l. 10. D. de adſign. libert. l. 46. D. famil. erciſc. l. 22. D. mand. l. 41. D. de cond. et demonſtr. l. 16. D. de manum. teſtam. l. 36. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 96. §. vlt. D. de legat. I. l. 6. D. de vſufr. adcreſc. l. 19. D. de quaeſt. l. 2. D. pro ſoc. l. 39. D. de vſufr. l. 6. D. de condict. indeb. l. 34. D. de religioſ. l. 10. l. 46. D. famil. erciſc. l. 27. D. de inoff. teſt.* Ceterum ex coniunctis iudicandum, de quo temporis interuallo, cuiusue negotii ſuſpenſione, intelligendum ſit illud INTERIM. Sic INTERIM, eſt pendente adpellatione: *l. 21. §. 1. D. de adpell. l. 27. § 3. D. de inoffic. teſt. l. 7. D. de mun. et hon. l. 6. §. 9. D. de iniuſt. rupt. irrit.* donec aetatem infantis exceſſerit: *l. 55. D. de vſufr.* donec ad iuſtam aetatem peruenerit: *l. 8. D. condict. cauſſ. dat.* intra annum: *l. 81. §. 2. D. de legat. I.* dum conſtituitur: *l. 11. D. de pecun. conſt.* dum deliberat heres: *l. 9. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ.* donec dies venerit: *l. 16. D. de ann. legat.* antequam dominium auferatur: *l. 36. D. de noxal. act.* dum totum emat: *l. 36. §. vlt. D. mand.* durante furore: *l. 11. D. de ſuſp. tutor. l. 12. D. de excuſat.* quoad apud hoſtes eſt: *l. 6. fin. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 1. §. 1. l. 7. §. 6. D. de SC. Maced.* pendente iudicio: *l. 78. D. de legat. II.* conſtante matrimonio: *l. 5. D. de bon. damnat.* quamdiu nolit: *l. 41. §. penult. D. de legat. III.* quamdiu in ſenatorio ordine manet: *l. 27. D. de rit. nupt.* donec poſtumus naſcatur: *l. 29. D. de negot. geſt.* pendente criminis quaeſtione: *l. 8. D ad leg. Pompei. de parricid. l. 7. D de agnoſc. al. lib.* quoad res euincatur: *l. 29. D. de negot. geſt.* quamdiu res apud eos manet: *l. 37. D. de noxal. act.* donec ſucceſſio pupilli locum habet: *l. 34. §. 10. D. de legat. I.* ante tempus: *l. 113. D. de legat. I.* aliquo tempore: *l. 242. in fine D. de verb. ſignif.* ante triennium: *l. 56. §. 1. D. ad leg. Falcid.* ventre pleno, et antequam mulier enixa ſit: *l. 3. §. vlt. l. 5. D. ſi pars hered. petat.* inter vulnus et mortem. *l. 51. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. INTERIM, pro interdum, aliquando accipi, diximus ſupra in INTERDVM.

INTERIMERE, vel, vt in Florentino legitur, INTEREMERE, idem ac occidere. Vbicumque vis adhibita eſt, quae INTERIMERE ſolet: *l. 1. §. 17. D. de SC. Silan.* Si alius tenuit, alius INTEREMIT: *l. 11. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Si quis veneno, vel etiam quo alio, quod clam necare ſoleat, INTEREMTVS ſit. *l. 1. §. 17. D. de SC. Silan.* ¶. 2. INTERIMERE, perimere, tollere. INTEREMTA dilatione, id eſt, ſublata. *l. 3. §. 14. D. de ſtatulib.*

INTERIRE, exſtingui, perire. INTEREVNT enim et *homines*, vel morte, vel maxima et media capitis deminutione: vel *res*, quum aut nullae relinquuntur, aut conditionem mutant. *l. 63. §. vlt. D. pro ſoc.* Nec res animatae tantum, ſed et inanimatae, immo et incorporales vel iura, INTERIRE dicuntur. Sic INTEREVNT actiones, quando exſtinguuntur, vel finiuntur. *l. 10. D. de tutel. et rat. diſtr.* Si quae tales ſint actiones, vt tempore vel morte INTEREANT: *l. 24. D. de liber. cauſſ.* INTERIT frumentum, vel vinum, quod quis familiae parauit: *l. 22. D. de neg. geſt.* fundus inundatione aquarum, vel chaſmate, alioue quo caſu: *l. 10. in fin. D. de peric. et commod. rei vend.*

Digitized by Google

l. 1. C. de iur. emphyt. id eſt, perit, vt eſt in *l. 47. §. vlt. D. de legat. I.* Licet peculium INTERIERIT: *l. 19. §. vlt. D. de conſtit. pecun.* INTEREVNT pignora ruina aedium: *l. 34. D. de damn. infect. l. 5. C. de pignorat. act.* poſſeſſio: *l. 44. D. de adquir. poſſ.* res: *l. 1. C. de his, quae vi metusu. l. 14. §. vlt. D. depoſ.* ſine dolo malo et culpa: *l. 16. D. de condict. furt.* ſeruitutes: *l. 11. D. comm. praed.* tabulae, quae interciderunt: *l. 1. D. ſi tab. null. exſtab.* vſusfructus; *l. 10. §. 5. D. quib. mod. vſusfr.* rei mutatione: *l. 5. §. 2. D. eod. tit.* id eſt, exſtinguitur, vt *ead. lege §. vlt.*

INTERITVS actorum: *l. 11. C. de fid. inſtrum.* perſonae: *l. 4. D. de nouat.* rei: *l. 11. D. comm. diuid. l. 14. §. vlt. D. depoſ.* vſosfructus: *l. 15. D. famil. erciſc. l. 14. D. quib. mod. vſusfr.*

INTERLINERE, id eſt, inducere, lituram inducere. Vnde ſeparantur: INTERLINERE et *delere.* Qui teſtamentum deleuerit, INTERLEVERIT: *l. 2. D. de leg. Corn. de falſ.* Si vnus ex heredibus rationes hereditarias deleuerit vel INTERLEVERIT: *l. 16. §. 5. D. famil. erciſc. l. 11. §. 1. D. de ſeru. corrupt.* Separantur etiam INTERLINERE, et *ſuperducere,* in *l. 20. §. vlt. D. de teſtam. mil.* Huc pertinent illa: Si chirographum INTERLEVERO: *l. 5. §. 8. D. commod.* INTERLEVIT inſtrumenta: *l. 27. §. vlt. D. de furt.* rationes: *l. 67. D. de legat. I.* tabulas hereditarias: *l. 18. D. fam. erciſc.* teſtamentum: Cic. *pro Cluent. Cap. XIV.* vbi tamen non INTERLEVIT, ſed *deleuit, legitur.* HEIN.

INTERLOQVI iudex, praeſes, praetor, immo et princeps, dicitur, quum quid inter cognoſcendum pronunciat. INTERLOQVVTVS eſt Imperator, etiamſi nihil ab inteſtato pater petiſſet, pios tamen filios debuiſſe manumittere eam, quam pater dilexiſſet. Pronunciauit ergo, recte eam manomiſſam: *l. 38. D. de fideic. libert.* Quodcumque Imperator de plano INTERLOQVVTVS eſt: *l. 1. D. de conſtit. princ.* Si quaeſtionem in ciuili negotio habendam, iudex INTERLOQVVTVS ſit: *l. 2. D. de adpell. recip.* Iudices ſie INTERLOQVI ſolent, vt ſi mouentia non ſint, res ſoli quoqoe capiantur: *l. 15. §. 2. D. de re iudic.* Si Praeſes vel iudex ita INTERLOQVVTVS ſit: vim feeiſti: *l. 32. D. de poen.* Si de decurione poniendo, vel filio nepoteue, Praeſes ſcribendum principi, INTERLOQVVTVS eſt: *l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 1. §. 2. D. de adpell.* Praetor INTERLOQVVTVS eſt, vt ſiue actione vellet aduerſus Campanos experiri, eſſe propoſitam: ſiue exceptione aduerſus petentes, non deeſſe exceptionem: *l. 9. §. 3. 5. V. ex facto D. quod met. cauſſ.* Si ita fuerit INTERLOQVVTVS: Lucius Titius temere accuſaſſe videtur. *l. 1. §. 5. D. ad SC. Turpill.*

INTERLOQVVTIO, eſt pronunciatio Imperatoris de plano, *l. 1. D. de conſtitut. princ.* itemque iudicis, praeſidisue, in exordio medioue litis interoeniens, quae principale negotium plerumque non omnino finit, vel perimit. *l. 9. C. de ſent. et interloquut.* INTERLOQVVTIO iudicis; *l. 17. C. ex quibus cauſſ. infam.* praeſidis: *l. 19. C. eod. tit.* ſeuera. *l. 3. §. D. de offic. praef. vigil.*

[INTERMINARI, minari, comminari. INTERMINATA poena: *l. 60. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* INTERMINARI vitam, apud Plaut. *in Caſin. Act. III. ſcen. 5. v. 28.*]

INTERMINATIO, comminatio. Sic INTERMINATIO in ſeruos conſtituta: *l. 2. C. Theod. de deſert. et occultator. Lib. VII. tit. 18.* Tributa nauiculariis priuilegia hac INTERMINATIONE firmamus: *l. 36. C. Theod. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5.* INTERMINATIO iudicii: *l. 8. C. Theod. de haeret.* Monuimus ſub viginti INTERMINATIONE librarum auri: *l. 21. C. Theod. de diuerſ. offic. Lib. VIII. tit. 7.* INTERMINATIONE moneri: *l. vn. C. ſi curial. vel. ciuit. l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. 18.* INTERMINATIO poenae: *l. 30. C. Theod. de epiſc. Lib. XVI. tit. 2. et l. 22. C. Theod. de extraord. Lib. XI. tit. 16.* Grauiſſimae poenae INTERMINATIONE propoſitae: *l. 4. C. Theod. de ſpectac.* Purpurae nundinas recenti INTERMINATIONE vetamus: *l. vlt. C. de veſtib. olober. l. vlt. C. Theod. de murileg. et gynaec. Lib. X. tit. 20.* Metu ſeueriſſimae INTERMINATIONIS: *l. 6. C. Theod. ne ſanct. baptiſm. Lib. XVI. tit. 6.* INTERMINATIONI, quam noſtra ſedes ſtatuerit, ſubiacebit. *l. 1. C. de apoch. publ. l. 173. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

[INTERMINVS, A, VM. aeternus, infinitus. INTERMINA aetas. *l. 13. C. Theod. de indulg. debit. Lib. IX. tit. 28.* Sic et Prudent. *Cathemer. hymn. XII. v, 37. ſequ.*

Illuſtre quiddam cernimus,
Quod neſciat finem pati,
Sublime, celſum, INTERMINVM,
Antiquius caelo, et chao.

Idem περιστεφ, *hymn. II. v. 298. aeuum* INTERMINVM, et Sidon. Apollin. *Lib. VII. Epiſt. 4.* INTERMINAM *interceſſionem* dixit. Sed et apud Apuleium *de mundo. p. 57.* legitur: *agere ſtellarum choros* INTERMINO *lapſu.* Poſſumus addere locum Auſonii *Epiſt. XVI. v. 38.* vbi libellum ſuum adloquutus:

Perge, libelle, et vtere
Felicitate INTERMINA.

Ex quibus teſtimoniis patet, eſſe hanc vocem cadentis iam Latinitatis, eamdemque in primis ſcriptoribus Chriſtianis in deliciis fuiſſe. HEIN.

INTERMISCERE actum alienum teſtamento. *l. 21. §. 1. D. qui teſtam. fac.*

INTERMISSIO. INTERMISSIONEM habet furioſus, *l. 20. §. 4. D. qui teſt. fac.* id eſt, interualla inſaniae.

INTERMITTERE adminiſtrationem: *l. 14. D. de tutel. et rat. diſtr.* negotia: *l. 21. § 2. D. denegat. geſt.* INTEERMISSO legitimo ſpacio: *l. 14. D. de ſeru. praed. vrban.* INTERMISSI furoris tempore. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 5.*

Digitized by Google

Turpitudo, quae poſtea INTERMISSA eſt. *l. pen. D. de his, qui not. infam.*

INTERMORI, mori. Sed μεταφορικῶς et viae INTERMORI dicuntur. *l. vlt. D. de loc. et itin. publ.*

INTERNECINVS, A, VM. [veteribus eſt, quidquid mortem homini accelerat. INTERCINI actio, et crimen ſuſpecti mortis, ſeu homicidii, de quibus *l. 14. C. Theod. de accuſ. Lib. IX. tit. 1.* ſunt accuſationes de morte, teſtatori veneno, incantatione vel alia quacumque defixione magica dolo malo illata. Eo ſenſu et Iuſtinus *Lib. VI. Cap. 2.* et *Lib. XI. Cap. 9.* dixit INTERNECINA *odia*: et *bellum* INTERNECINVM. *Lib. XXVI. Cap. 2.* et Apulei: *Lib. V. metamorph. p. 164.*] ¶ 2. INTERNECINVM teſtamentum, ait Feſtus, eſt, *propter quod dominus eius necatus eſt.* INTERNECINVM iudicium, quod, interprete Iſidoro *Lib. V. Etymol. Cap. 26. in eum dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat, et ob hoc hominem occidit.* Plura de INTERNECINO teſtamento, et actione INTERNECINI diſſeruit Cuiac. *Lib. I. Obſeru. Cap. 2.* HEIN.

INTERNOSCERE, adgnoſcere, diſtinguere ab alio. *l. 31. D. locat. cond.*

INTERNVNCIVS, vel vt in *l. 2. D. de obl. et act.* vocatur, *nuncius*, eſt proxeneta, vel interpres, [vti in *l. 1. C. Theod. de nupt. Lib. III. tit. 7.* adpellatur.] per quem aliqoid facimus. Sic per INTERNVNCIVM iuſſum fieri poteſt: *l. 25. § 4. D. de adquir. vel omitt. hered.* Per INTERNVNCIVM ſponſalia recte conſtituuntur. *l. vlt. D. de ſponſal.* Contra actus legitimi et actiones legis, quia procuratorem non admittebant, *l. 123. pr. D. de reg. iur.* per INTERNVNCIVM non iure explicabantur. Et generatim, vbi qoid per epiſtolam fieri non poterat, ibi nec internuncius admittebatur, veluti in adoptionibns, auctoritate, a tutore interponenda, ſtipulationibus, acceptilationibus. *l. 4. C. de adopt 9. Inſt. de auct. et conſ. tut. l. 9. §. 5. D. eod. tit. §. 12. Inſt. de inut. ſtipul. l. 3. l. 13. §. 10. D. de acceptil.* HEIN.

INTERNVS, A, VM. [INTERNA vocant veteres interiora et praecipua negotii alicuius momenta, quibus capiunt ſubſtantiam. Sic cauſſae principalis INTERNA: *l. 1. C. Theod. vnde vi. Lib. IV. tit. 24. l. 2. C. Theod. ſi vag. pet. mancip. Lib. X. tit. 12.* INTERNA negotii: *l. vn. C. Theod. de offic. praeſ. praet. Lib. I. tit. 15.* Simili translatione indolem vitamque hominis INTERIOREM hominem vocat Plaut. *Aſinar. Act. III. ſcen. 3. v. 66.*]

INTERPELLARE, eſt extra iudicium petere, denunciare, efflagitare: *l. 23. D. de obl. et act.* Exempli gratia: Si omnino debitor INTERPELLATVS non fuerit: *l. 23. D. de obl. et action.* Si INTERPELLATVS non dediſti: *l. 23. D. de verb. obl.* Quum INTERPELLATVS heres fundum non dediſſet: *l. 24. D. quand. dies leg. ced.* Si interpellatus emtor non ſoluat: *l. 4. §. vlt. D. de leg. commiſſ.* Quum INTERPELLATVS cum aliquo ſpacio, qui conferre potuit, non facit: *l. 5. §. 1. D. de collat. bonor.* Si INTERPELLET pars heredum: *l. 81. D. de ſolut.* INTERPELLATAE pecuniae a parte promiſſoris: *l. 2. D. de naut. foen.* Si promiſſor INTERPELLATVS non ſit: *l. 49. §. vlt. D. de verb. oblig.* Si INTERPELLATVS oportuno loco non ſoluerit: *l. 32. D. de vſur.* Solus tutor INTERPELLATVR: *l. 24. D. de verb. obl.* De vſuris ſoluendis INTERPELLATA non eſt. *l. 18. §. 1. D. de alim. vel cibar. leg.* ¶. 2. Alias INTERPELLARE, eſt debitorem adpellare, et in iudicio conuenire. *l. 45. D. de admin. et peric. tut.* INTERPELLAT creditor: *l. vlt C. ſi antiqu. cred. pign.* INTERPELLANTVR matres, ex perſona filiorum: *l. 3. C. ne vxor. pro marit.* nominatores: *l. vlt. C. quo quiſqu. ord.* Improbe illum alterius nomine conabitur interpellare: *l 46. D de adminiſtr. et peric. tut.* Extra ordinem INTERPELLETVR: *l. 12. D. de relig. et ſumt. fun.* INTERPELLARI in reliqua collegarum. *l. 21. D. ad municipal.* ¶. 3. INTERPELLARE, adire, implorare. INTERPELLARE iudicem: *l. 41. C. de transact.* praeſidem: *l. 6. C. de vſur.* [*l. 14. D. de in ius voc.*] *l. 5. C. de ingen. manum.* virum clariſſimum, praeſidem prouinciae. *l. 9. C. de transact.* ¶. 4. INTERPELLARE, id eſt, interrumpere. Sic INTERPELLARI dicuntur bona: *l. 5. C. de iur. fiſc.* Qui ius ſuum INTERPELLAVIT: *l. 18. §. vlt. D. quemadmod. ſeru. amitt.* INTERPELLATA petitio: *l. 6. C. de adquir. poſſeſſ.* poſſeſſio: *l. 2. D. pro her. l. 14. D. de ſeruit.* cui opponitur *poſſeſſio coepta durare*: *l. 12. D. pro emt.* [poſſeſſionis ſtatum INTERPELLARE: *l. 5. C. Theod. vnde vi Lib. IV. tit. 22.* pro quo innouare ſcripſit Tribonianus *l. 2. D. ſi per vim vel al. mod.*] Lex Iulia non INTERPELLAT eam poſſeſſionem, quae per longum tempus fit: *l. 16. D. de fund. dot.* INTERPELLARE poſſeſſores. *l. 1. D. de diſtract. pign.* vſucapionem: *l. 1. §. vlt. D. vſufruct. quemadm. cau. l. 2. §. vlt. D. pro emt. l. 84. D. de furt. l. 29. D. de pign. act. l. 33. §. vlt. D. de vſurpat. et vſuc. l. 13. D pro emt. l. 32. D. de ſeruit. praed. vrban.* vſucapiones. *l. 1. D. de muner.* ¶. 5. INTERPELLARE, impedire. Si ab eo INTERPELLABITVR: *l. 33. D. locat.* id eſt, frui prohibebitur. Nihil facit ad INTERPELLANDAM iuriſdictionem eius, qui de fideicommiſſa libertate cognoſcit: *l. 36. §. vlt D. de fideic. libert.* INTERPELLATVR libertas lege: *l. 67. D. qui et a quib.* Si procurator iuſtam cauſſam habuerit INTERPELLANDI manumiſſionem ſerui: *l. 30. D. mandat.* Ne venditio INTERPELLETVR. *l. 6. D. de opt. vel elect. leg.* ¶. 6. INTERPELLARE, adpellare de ſtupro. Qui mulierem puellamue INTERPELLAVERIT: *l. 1. §. vlt. D. de extraord. crim.* id eſt, blanda oratione mulieris puellaeue pudicitiam attentauerit, vt loquitur *l. 15. §. 20. D. de iniur.* INTERPELLARE de ſtupro. Paull. *Lib. V. tit. 4. §. 4. et 14.*

INTERPELLATIO, pro iudiciaria perſequutione: *l. 23. D. de iudic.* Sine INTERPELLATIONE, id eſt, controuerſia: *l. 188.*

Digitized by Google

D. de verb. ſignif. l. 2. C. de long. temp. praeſcr. [INTERPELLATIONE apud iudicem celebrata: *l. 3. C. ſi propt. publ. penſit.* INTERPELLATIONE facta. *l. 20. C. de donat. ant. nupt.*]

INTERPELLATOR matrimoniorum, id eſt, ſollicitator nuptiarum alienae mulieris, quamuis Cuiacius *ad Paull. p. 439. ed. Schult. ſollicitatorem* ab INTERPELLATORE ita diſtinguat, vt ille pudicitiam alienae vxoris adpellet, hic eius nuptias adfectet et adpetat. Rectius Schultingius *ibid. ſollicitatores* ſponſas alienas; INTERPELLATORES nuptas corrumpere et earum matrimonia ambire, cenſet. HEIN. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 5. l. 1. pr. D. de extraord. crim.*

INTERPOLARE, veteratores. *l. 37. D. de Aedil. edict.* [id eſt, immutare, nouamque formam e vetere fingere. Plaut. *Amphitr. Act. I. ſcen. 1. v. 161.*

Illic homo me INTERPOLABIT, *meumque*
os finget denuo.

Plin. *Lib. XXXV. Hiſt. nat. Cap. 16. Tectorium albaria* INTERPOLATVR.

INTERPOLVS, A, VM, interpolatus. INTERPOLA veſtimenta: *l. 23. D. de contrah. emt.* vbi nouis opponuntur. Proinde apud Iſidor. *Orig. Lib. XIX. Cap. 22.* vbi vulgo legitur: INTRIPOLA, *veſtis illa vocatur, quae dum ſit vetus, ad nouam ſpeciem recuratur*, emenda INTERPOLA. [Vſi veteres ſunt etiam forma INTERPOLIS, E. Vnde INTERPOLES feminae, quae fucum ad tegendam deformitatem inducunt, vt pro vetulis iuuenculae videantur. Plaut. *Moſtell. Act. I. ſcen. 3. v. 117.*

Mulier recte olet, vbi nihil olet.
Nam iſtae veteres, quae ſe vnguentis, vnctitant, INTERPOLES,
Vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuca occulunt. Cetera.]

INTERPONERE, cum pronomine, eſt partes ſuas adcommodare, et auxilium impartiri. INTERPONIT officium ſuum arbiter: *l. 30. D. fam. erciſc.* auctoritatem tutor: Vlpian. *tit. XI. §. 25. l. 18. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 25. §. 4. D. de adqu. vel omitt. her. l. 9. l. 13. D. de auct. tut.* INTERPONERE ſe ſuamque beneuolentiam, diuus Pius reſcripſit: *l. 52. D. de adqu. vel omitt. her.* INTERPONERE edictum: *l. 7. §. 7. D. de Carbon. edict.* Nec in priuatorum contractibus fiſcus ſe INTERPONERE debet: *l. 5. C. ſi mancip. ita fuer.* Magis eſt, vt vtrobique ſe iudex INTERPONAT: *l. 5. §. 1. D. de adgnoſc. et al. lib.* INTERPONERE ſe in his iudex non debet: *l. 41. §. 1. D. fam. erciſc.* Non INTERPONENTE ſe magiſtratu: *l. 4. §. 9 D. de damn. infect.* Si mulier ipſa ſe INTERPOSVIT: *l. 6. C. ad SC. Vellei.* INTERPONERE ſe negotiis, *l. 8. D. de legation.* id eſt, interuenire: *l. vlt. §. 2. D. ad SC. Vellei.* INTERPONITVR officium iudicis: *l. 22. §. 6. D. ſolut. matr.* Praetoris partes INTERPONENDAE ſunt: *l. 5. D. de liberal. cauſſ.* Praeſes prouinciae auctoritatem ſuam INTERPONAT: *l. 2. §. vlt. D. de oper. publ.* Praetor INTERPONERE ſe non debet: *l. 34. §. 1. D. de minor.* Contractus, in quibus Praetor ſe non INTERPONIT: *l. 6. §. 6. D. quae in fraud. credit.* Vt praetor ſe non INTERPONAT: *l. 32. §. 3. D. de recept. arbitr.* Coepit ſenatus ſe INTERPONERE. *l. 2. §. 9. D. de orig. iur.* ¶. 2. Idem verbum iuriſconſultos de omnibus fere actibus, tum in iudicio, tum extra illud explicandis, vſurpare animaduertimus. Sic INTERPONI dicitur acceptilatio: *l. 13. §. 6. D. de acceptil.* adpellatio: *l. 24. §. vlt. l. 28. l. vlt. princ. D. de adpell. l. 9. l. 3. C. eod. tit. l. 1. §. vlt. D. quae ſent. ſin. adpell. l. 6. C ſi pend. adpell. l. 1. D. apud eum a quo adpell. l. 5. C. ſi reus vel accuſ. l. 6. §. 1. D. de bon. libert. l. 1. D. nihil innou. l. 1. C. de vacat. l. 1. D. de libell. dimiſſ.* cautio: *l. 7. D. de hered. petit. l. 52. §. vlt. D. de pecul. l. 41. D. de iudic. l. 2. C. de non num. pecun. l. 6. §. vlt. D. quod cuiuſc. vniu. nom. l. 11. D. vſufr. quemadm. cau. l. 35. §. 1. D. de hered. inſt. l. 5. l. 19. D. fam. erciſc l. 27. D. pro ſoc. l. 3. §. 1. §. vlt. D. ſi cui plus. l. 69. §. vlt. D. de legat. I. l. 73. D. de condit. et demonſtr. l. 69. D. de legat. I. l. 4. C. de cond. indeb.* vel non INTERPONI: *l. 7. D. de dat. prael. l. 1. §. 1. D. vt legat.* Cautio INTERPONENDA: *l. 71. D. de cond. et demonſtr. l. 8. D. de legat. II.* INTERPOSITA: *l. 1. D. de condict. ob turp. cauſſ. l. 32. D. de damn. inf. l. 42. §. 1. D. de mort. cauſſ. don. l. 52. §. vlt. D. de pecul. l. 13. D. de quaeſt. l. 3. C. de poſtul. l. vlt. C. qui aet. vel profeſſ. l. 6. C. de damn. inf. l. 3. D. quae res pign. l. 78. D. de hered. inſt. l. 57. D. ſolut. matr. l. 132. D. de verb. obl. l. 15. D. comm diuid. l. 29. D. de vſu et vſufr. leg. l. 21. §. vlt. D. de euict.* Porro INTERPONITVR conditio impoſſibilis: *l. 31. D. de obl. et act.* contractus: *l. 73. D. ad SC. Trebell.* decretum: *l. 5. D. de confirm. tut. l. 7. §. 1. D. de curat. furioſ l. 7. D. de Carbon. edict. l. 11. C. de fideic. libert. l. 6. C. de praed. minor. l. 29. §. vlt. D. de minor. l. 30. pr. D. de fideic. libert. l. 3. C. de adminiſtr. tut. l. 29. §. vlt. D. de min. l. 1. C. qui dar. tut. l. vlt. C. de fideiuſſ. min. l. 54. D. de manum. teſt. l. 1. C. ſi maior. fact. l. 6. D. de Carb. edict. l. 48. D. de re iud.* delegatio: *l. 3. C. de nouat. l. 40. §. 2. D. de pact. l. 77. §. 4. D. de legat. II.* denunciatio: *l. vlt. C. debit. vend. pign. imp. non poſſ. l. vlt. C. de vſur. pupill. l. 4. C. ad SC. Turpill.* dolus: *l. 1. C. de iur. dot.* donatio: *l. 40. D. de mort. cauſſ. donat.* edictum: *l. 7. §. 7. D. de Carbon. edict.* fides: *l. 10. §. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 3. C. de SC. Vellei.* fraus: *l. 3. §. 1. D. de iure fiſc.* inſtrumentum: *l. 134. D. de verb. obl. l. 72. D. de euict. l. 35. D. de pact.* iuſiurandum: *l. 28. §. 1. l. 40. l. 42. D. de iureiur.* liberalitas: *l. 2. C. de dote caut.* locatio: *l. 44. D. de fideiuſſ.* obligatio: *l. 12. §. 1. D. de diſtr. pign. l.* [illegible] *D. de acceptil.* pactio: *l. 15. D. ad SC. Turpill. l. 4. C. de inutil. ſtip. l. 1. C. ſolut. matr.* pactum: *l. 1. D. de diſtr. pign. l. 3. D. quae res pign. l. 55. l. 27. C. de pact. l. 2. C. de iur. dot. l. 12. §. 1. D. de pact. dotal. l. 9. §. vlt. D. de transact. l. 5. D. quib. mod. pign. l. 4. C. de iur. dot. l. 1. C. de cond. ob cauſſ. l. 22. C. de vſur.* placitum: *l. 7. C. de transact.* prouocatio: *l. 18. D. de adpell. l. 1. C. ſent. reſc. non poſſ. l. 3. l. 7. C. quand. prouoc. l. 10. D. de transact. l. 6. §. vlt. C. de adpell. l. 1. D. nihil innou. l. 1. §. 1. D. ſi pend.*

ſi pend. adpellat. ſatisdatio: l. vlt. C. de tut. vel cur. qui ſatisd. l. 20. D. de op. non. nunc. l. 5. D. de conf. tut. l. 6. D. quand. ex fact. tut. l. 67. D. de cond. et demonſtr. l. 31. D. de reb. auct. iud. l. 3. §. vlt. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. ſcriptura: l. vlt. D. de obl. et act. l. 3. D. de cond. indeb. l. 1. C. ſi maior. fact. ſtipulatio: l. 35. D. de act. emt. l. 5. D. de dol. except. l. 6. D. de negot. geſt. l. 49. famil. erciſc. l. 41. D. de verb. obl. l. 84. D. ad leg. Falc. l. 36. D. de act. emt. l. 18. l. 23. l. 24. D. de damn. infect. l. 38. D. de ſolut. l. 5. D. de transact. l. 1. §. 1. vſufruct. quemadm. cau. l. 1. pr. D. ſi cui plus. l. 8. §. vlt. l. 13. l. 20. l. 21. D. de nou. op. nunc. l. 7. D. de damn. infect. et innumeris locis alibi. Teſtatio: l. 16. D. de SC. Macedon. traditio: l. 1. C. quand. liceat. transactio. l. 2. l. 7. l. 8. l. 11. l. 13. C. de transact.

¶. 3. INTERPOSITVM, quod interuenit, ſegregat, et diſtinguit. Sic: INTERPOSITIS aedibus alienis: l. 7. §. 1. D. comm. diuid. horis: l. 23. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. inimicitiis: l. 3. §. 11. D. de adim. legat. INTERPOSITO aliquo momento: l. 11. §. 7. D. de donat. int. vir. et vxor. Nuptiis aliis INTERPOSITIS: l. 21. D. qui et a quib. manum. Nec longum ſpacium INTERPONITVR: l. 6. §. vlt. D. de duob. rei. INTERPOSITO tempore. l. 33. D. de oblig. et action. l. 4. D. de Carbon. edict. l. 135. §. 2. D. de verb. obl. l. 33. D. de rit. nupt. ¶. 4. INTERPONI etiam dicuntur perſonae, quarum opera vtimur. Et ſic INTERPOSITVS, pro perſona interpoſita: l. 12. D. ſi quid in fraud. patr. l. 57. D. ad leg. Falc. INTERPOSITO curatore vendidit: l. 32. §. 4. D. de admin. et peric. tut. INTERPOSITVS a marito: l. 11. §. 7. D. de donat. int. vir. et vx. INTERPOSITA perſona: l. 13. D. de verb. obl. l. 14. §. 1. D. quae in fraud. cred. l. 5. pr. D. de donat. int. vir. et vx. l. 87. D. ad leg. Falcid. l. 4. D. de donat. l. 5. D. de ſtipul. l. vlt. D. de ſponſal. INTERPOSITVS procurator: l. 3. D. rat. rem hab. Si ſeruum INTERPOSVIT mulier. l. 11. §. 6. D. de donat. int. vir. et vx.

INTERPOSITIO decreti: l. vlt. C. de praed. et al. l. vlt. C. quando decr. l. 3. C. ſi quis ignor.

INTERPRES, is, cuius miniſterio ad alienam et extraneam linguam intelligendam vtimur. l. 1. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 5. in fin. D. de captiu. et poſtl. reuerſ. Liu. Lib. VII. Cap. 26. *Gallus proceſſit, magnitudine atque armis inſignis, quatiensque ſcutum haſta, quum ſilentium feciſſet, prouocat per* INTERPRETEM *vnum ex Romanis.* Cic. in Verr. III. Cap. 37. *Valentius eſt in Sicilia* INTERPRES, *quo interprete non ad Graecam, ſed ad furta et flagitia, vti ſolebat.* Idem pro Cornel. Balbo Cap. XI. *Quem apud maiores legati noſtri, in Graeciam proficiſcentes,* INTERPRETEM *ſuum habere voluerunt.* Q. Curt. Lib. V. Cap. 11. *Iuſſusque propius accedere, ſine* INTERPRETE, *(nam haud rudis Graecae linguae Darius erat.)* Et mox: INTERPRETE *Graeco relato ſermone exemta dubitatio.* Plin. Hiſt. nat. Lib. XXV. Cap. 2. de Mithridate: *Illum ſolum mortalium viginti duabus loquutum linguis, certum eſt, nec de ſubiectis hominibus vllum hominem per* INTERPRETEM *adpellaſſe.* Firmic. Matern. Lib. III. Matheſ. Cap. 8. *Reddit etiam ſic, per noctem colloquutus, Imperatorum aut potentiſſimorum iudicum* INTERPRETES. ¶. 2. [INTERPRES, proxeneta vel internuncius, cuius opera ac miniſterio ad conciliandos contractus, aliaque peragenda negotia, vtimur, in l. 1. C. Theod. de nupt. Lib. III. tit. 3. l. vlt. D. de ſponſal. Plaut. Mil. glor. Act. III. ſcen. 1. v. 200. Act. III. ſcen. 3. v. 36. Act. IV. ſcen. 1. v. 6. Curcul. Act. III. v. 64.] Hinc talium etiam INTERPRETVM ſalarium ἑρμηνευτικὸν adpellatur. l. vlt. D. de proxenet.

*. INTERPRETARI, explicare, exponere, accipere. Aliter INTERPRETARI: l. 77. D. de contr. emt. Beneficium principis, quam pleniſſime INTERPRETARI debemus: l. 3. D. de conſt. princ. INTERPRETARI iura publice: §. 8. Inſt. de iur. natur. gent. et ciuil. an iure INTERPRETATVM ſit: l. 4. D. de adpell. Ambiguum pactum contra venditorem INTERPRETANDVM eſt: l. 135. D. de reg. iur. Plenius INTERPRETAMVR: l. 1. D. de opt. vel elect. leg. Ab eo, qui male ſententiam INTERPRETARI dicitur: l. 4. D. de adpellat. INTERPRETATVS eſt Traianus: l. 10. §. vlt. D. ad SC. Turpill. Verba contra ſtipulationem INTERPRETANDA ſunt: l. 38. §. 18. D. de verb. obl. In teſtamento plenius voluntates teſtantium INTERPRETANTVR: l. 12. D. de regul. iur. Tam ſtricte non ſunt INTERPRETANDAE voluntates defunctorum: l. 12. §. 2. D. de vſ. et habit. INTERPRETANDVM eſt: l. 64. D. de condit. et demonſtr.

INTERPRETATIO, explicatio. INTERPRETATIONEM adhibere: l. 5. D. de incend. ruin. naufrag. INTERPRETATIONE adiuuanda lex: l. 64. D. de condit. et demonſtr. Aptanda eſt verbis ſingulis SCi congruens INTERPRETATIO: l. 20. §. 6. D. de hered. petit. INTERPRETATIO edicti; l. 1. §. 11. D. de inſp. ventr. [edicti perpetui: l. 2. C. quod cum eo, qui in al. pot. id eſt, manifeſtus edicti perpetui intellectus, vel ſenſus.] Eiusdem INTERPRETATIONIS ſunt omnes ſtipulationes: l. 32. § 1. D. ad leg. Falcid. INTERPRETATIONEM SC. facere: l. 20. §. 6. D. de hered. petit. Facturus legum vetuſtarum INTERPRETATIONEM: l. 1. D. de orig. iur. INTERPRETATIO facienda: l. 29. D. de legat. III. l. 51. §. vlt. D. de manum. teſt. INTERPRETATIO facta eſt: l. 1. §. vlt. D. de vſur. INTERPRETATIO legum: l. 42. D. de poen. Hanc INTERPRETATIONEM obtinuit: l. 45. D. de legat. III. INTERPRETATIO perdura: l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor. Praetoris erit INTERPRETATIO: l. 9. D. de ſtipul. praed. INTERPRETATIO prudentium. l. 5. D. de transact. l. 2. §. 11. D. de orig. iur. ¶. 2. [INTERPRETATIO, rariore ſenſu, pro exceptione vel limitatione. Quamuis adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omni ſine aliqua legis INTERPRETATIONE conceditur: l. 30. C. ad leg. Iul. de adult.] Immo INTERPRETATIO hoc etiam loco ſenſu proprio videtur accipi: INTERPRETATIO enim aliquando etiam reſtringit. Senſus ergo eſt; In aliis criminibus pu-

publicis accuſationem omnibus promiſcue patere, neque vllam eſſe interpretationem, quae ius accuſandi intra certas perſonas coarctet. In adulterio vero, ob manifeſtam legis Iuliae ſanctionem, rem aliter ſe habere. HEIN.

INTERROGARE, quaeſtionem habere de crimine. INTERROGARE latrones de ſociis et receptatoribus: *l. 6. D. de cuſtod. et exhib.* INTERROGARI legibus dicebatur is, cui apud Praetorem accuſatio intendebatur, quemadmodum exemplis comprobaui *Lib. II. Antiqu. Sel. Cap. I.* Salluſt. *de bell. Catilin. Cap. XVIII. P. Antonius et P. Sulla deſignati Coſſ. legibus* INTERROGATI, *poenas dederant.* Et rurſus *eodem libro Cap. XXXI. Et ipſe lege Plautia* INTERROGATVS *erat a Paullo.* Sidon. Apoll. *Lib. I. Epiſt. 3. I nunc, et legibus me ambitus* INTERROGATVM *ſenatu moue.*

¶. 2. INTERROGARE etiam dicuntur, qui quaeſtionem habent, adhibitis tormentis. *l. 1. §. 21. D. de quaeſtion.* Sic INTERROGARI in caput domini: *l. 11. §. 1. l. 18. §. 6. D. de quaeſt.* INTERROGATVR familia: *l. 17. D. de SC. Silan.* De ſe INTERROGATI ſerui: *l. 1. §. 22. D. de quaeſt.* itemque in ſe: *l. 7. D. de probat.* [Sed et INTERROGARI *tormentis*, vel *per tormenta*, dixit Tacit. *Lib. II. Annal. Cap. 30. Lib. III. Cap. 22.* et *Cap. 67.*]

¶. 3. [INTERROGARE dicuntur, qui quem criminis arguunt, accuſatores.] Tacit. *Lib. XIV. Annal. Cap. 46. Damnatus iisdem Coſſ. Tarquinius Priſcus, repetundarum, Bithynis INTERROGANTIBVS.* Idem *Lib. XVI. Annal. Cap. 21. Capitonem repetundarum INTERROGAVIT.*

¶. 4. INTERROGARE, in ſenſu proprio, quaerere, quaeſtionem proponere. *l. 13. D. ad SC. Vellei. l. 22. D. de reb. cred.* Qui adoptat, INTERROGATVR: *l. 2. D. de adopt.* INTERROGATVS fideiuſſor: *l. 3. §. vlt. D. de admin. rer. ad ciu. pert.* Quum ita INTERROGARETVR: id fide tua iubes? *l. 75. §. 6. D. de verb. oblig.* In iure INTERROGATVS: *l. 39. D. de procur. l. 29. D. de donat.* INTERROGATVS Iulianus, de hoc ſcribit: *l. 9. §. 1. D. de reb. cred.* INTERROGANTE magiſtratu, id eſt, populum rogante in comitiis: *§. 4. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* INTERROGATVS Proculus ait: *l. 17. §. 4. D. de Aedil. edict.* INTERROGARE quoque dicitur, qui ſtipulatur: INTERROGARI, qui ſpondet. Qui praeſens INTERROGAVIT, ſi antequam reſponderetur, diſceſſerit: *l. 1. §. 1. D. de verb. oblig.* Duos reos facturus, ſi vtrumque INTERROGAVERO: *l. 6. D. de duob. reis.* INTERROGARE teſtes. *l. 3. §. 3. D. de teſt: l. 24. D. eod. tit.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 15. §. 2. Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. IX. §. 3.*

INTERROGATIO, proprie rogatio, veluti reorum promittendi. *l. 137. D. de verb. oblig. l. 6. D. de duob. reis.* Verbis obligatio contrahitur ex INTERROGATIONE, et reſponſu. *l. 1. §. 7. D de oblig. et act.* In ſtipulatione eius rei facta INTERROGATIO: *l. 7. D. de negot. geſt.* Mutua INTERROGATIO: *l. 1. D. de acceptilat.* INTERROOATIO nuda: id eſt, abſque tormentis, *l. 15. §. 41. D. de iniur.* ¶. 2. INTERROGATIO, pro diris quaeſtionibus. INTERROGATIO ſerui in tormentis. *l. 1. §. 22. D. de quaeſt.* ¶. 3. INTERROGATIO, pro quaeſtione de crimine. INTERROGATIO latronum. *l. 6. D. de cuſt. et exhib. reor.*

INTERROGATORIVS, A, VM. INTERROGATORIAE actiones, *rubr. D. de interrog. in iur. fac. et de interrog. act.* quae ſcilicet in ſimplici interrogatione verſabantur, ex qua iudicium inchoabatur. Quas in deſuetudinem abiiſſe, Calliſtratus ſcribit, quod nemo ante iudicium aliquid de ſuo iure reſpondere cogatur. *l. 1. §. vlt. D. de interr. in iur. fac.* Alii actiones INTERROGATORIAS interpretantur, quae in eos dabantur, qui interrogati in iure, aut confitebantur, aut negabant, aut omnino non reſpondebant. At fieri vix poteſt, vt quisquam eam ſententiam animo imbibere poſſit. Quum enim interrogatum aut confiteri, aut negare, aut tacere oporteat: quid faceret reus, ſi, quoduis ex tribus his eligens, nihilominus actionibus interrogatoriis fuiſſet obſtrictus? Potius ergo tenendum eſt, INTERROGATORIAS actiones propter plus petitionis periculum fuiſſe inuentas, interrogatumque, quota ex parte heres ſit, vel an poſſideat, et in quaotum poſſideat, reſponſione ſua ſe ita obſtrinxiſſe, vt exceptione illa vti non poſſet, ſed ex reſponſione ſua obligaretur in tantum, pro quanta parte ſe heredem eſſe, vel poſſidere, faſſus eſſet, et coouenĭri poſſet actione INTERROGATORIA ex illa reſponſione, quemadmodum confeſſus *confeſſoria*, iudicatus *rei iudicatae* actione. Luculenter id probatur ex *l. 1. pr. l. 4. pr. l. 7. l. 8. l. 11. §. 9. D. de interr. in iur.* HEIN.

INTERROGATVS, VS, pro interrogatione. Ad INTERROGATVM reſpondere: *l. vlt. §. 3. D. de verb. oblig.* Nec ad INTERROGATVM eſſe reſponſum. *l. 83. §. 2. D. eod. tit.*

INTERRVMPERE, id eſt, interpellare. INTERRVPTIS formae lateribus atque perfoſſis: *l. vlt. C. Theod. de aquaed. Lib. XV. tit. 2.* artificioſis obſtaculis: *l. 1. C. Theod. de domin. rei quae poſc. Lib. II. tit. 5.* id eſt, exploſis atque reiectis, vt initium eius loci habet.] Naturaliter INTERRVMPITVR poſſeſſio: *l. 5. D. de vſurp. et vſuc. l. 44. D. de don. int. vir. et vxor.* Non INTERRVPTA poſſeſſio: *l. 2. C. de praeſcript. long. temp.* INTERRVMPERE ſeruitutem: *l. vlt. D. de ſeru. praed. ruſtic. l. 30. §. vlt. D. de ſeru. praed. vrban.* tempus: *l. 4. C. de vectigal.* viam publicam: *l. 1. §. 6. D. de itin. actuqu. priuat.* vſucapionem. *l. 12. §. 2. D. de capt. et poſtl. l. 5. l. vlt. D. pro donat. l. 2. D. de vſurpat. et vſucap.*

INTERRVPTIO, vel, vti Florentiae legitur, INTERRVMPTIO vſucapionis. *l. 2. D. de vſurpat.*

INTERTRIMENTVM, et INTERTRITVRA *l. vlt. §. 1. D. de pign. actione.* [idem fere ac detrimentum, id eſt, quod in rei alicuius vſu ac tractatione deperit, ac decedit. Liu. *Lib. XXXIV. Cap. 7. In auro vero, in quo praeter manus pretium nihil INTFRTRIMENTI fit.*

Idem

Idem *Lib. XXXII. Cap. 2. Argenti* INTERTRIMENTVM.] Vſus eo vocabulo eſt etiam Terent. *Heautont. Act. III. ſcen. 1. v. 39. Nunc quum ſine magno INTERTRIMENTO non poteſt haberi.* Eſt ergo vocabulum vere Latinum, optimaeque notae, quod et damnum emergens, et lucram ceſſans comprehendit. HEIN.

INTERVALLVM, vti locorum, ita et temporum, tractum ac ſpacium ſignificat. Vnde ex INTERVALLO, et *ex continenti*, opponuntur, in *Collat. leg. Moſ. et Rom. Tit. IV.* §. 2. ſicut *ſtatim*, et poſt aliquod INTERVALLVM. *l. 24. §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Poſt aliquod INTERVALLVM: *l. 24. §. vlt. D. de ſolut.* [Dare debitori INTERVALLVM: *l. 12. §. 14. D. mand.*] INTERVALLVM dierum et horarum: *l. 4. §. vlt. D. de ſeruit.* INTERVALLA furoris: *l. 14. D. de offic. praeſ.* pro intermiſſione. INTERVALLA honorum: *l. 6. D. de legat. l. 14. C. de mun. et honor. non contin. Lib. X.* INTERVALLA longiora aquae: *l. 15. D. de ſeru. praed. ruſt.* Longi temporis INTERVALLVM: *l. 17. §. 1. D. de interuall.* medium: *l. 2. §. 1. D. de verb. oblig.* modicum: *l. 6. §. vlt. D. de duob. reis.* INTERVALLVM temporis: *l. 66. D. ad leg. Falcid.* temporum: *l. 18. D. ad municip. l. 3. C. de mun. et hon.* [in continuandis hoooribus: *l. 18. D. ad municipal.* id eſt, vacationum conceſſa tempora his, qui ad eosdem, vel alios honores, muneraue, denuo vocantur: *l. 1. C. de munerib. Lib. X.* ſignificaturque in *l. 12. D. de vacat. et excuſ. mun.* Eaque eſt temporum praeſcriptio, quam in honoribus repetendis, vel aliis ſuſcipiendis, dari, ait Papinianus. *l. 17. §. 3. D. ad municipal.*]

INTERVENIRE, eſt interponere, intercedere: et tam de *perſonis*, quam de locis, temporibus, et *rebus* quibuslibet, ſiue corporalibus, ſiue incorporalibus, vſurpatur. Ac de *perſonis* quidem oon voo modo. Nam primo, qui in iudicio pro aliis, ſiue intercedente mandato, ſiue citra mandatum, conſiſtunt, quique alienae litis exſequutionem, vel defenſionem ſuſcipiunt, INTERVENIRE dicuntur. *l. 10. §. 1. D. de fideic. libert.* Sic: actor municipum, tutor, ceterique, qui pro aliis INTERVENIVNT: *l. 17. D. de damn. infect.* actor pro republica, vel vniuerſitate INTERVENIT: *l. 2. D. quod cuiusc. vniuerſ.* Praetoris auctoritas INTERVENIET: *l. 1. §. 7. D. de inſp. ventr.* tutoris auctoritas: *l. 2. D. de auctor. et conſ. tut.* Creditore INTERVENIENTE: *l. 4. §. 1. D. de adpellat.* Si extrinſecus perſona defenſoris INTERVENIAT: *l. 5. §. 3. D. iudicat. ſolu.* Ne quis extraneus INTERVENIAT naufragiis colligendis: *l. 7. D. de incend. ruin. naufr.* INTERVENIENTE filia: *l. 19. D. de pact. dot.* filio communi: *l. 1. D. de dot. praeleg.* id eſt, exſtante. Si forte ex liberis, vel parentibus aliquis INTERVENIAT, vel vir vxoris nomine, a quibus mandatum non exigitur: *l. 3. §. 1. D. iudic. ſolu.* Etiamſi liberi non INTERVENIANT: *l. 12. D. de pact. dotal.* Ob INTERVENIENTES liberos: *l. 23. D. de pact. dotal.* INTERVENIENTIBVS liberis: *l. 2. l. 24. D. eod. tit.* [*l. 1. §. 1. D. de dot. praeleg.*] INTERVENIT magiſtratus: *l. 2. §. 25. D. ne quid in loc. publ.* mercede menſor: *l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* INTERVENIRE negotiis: id eſt, intereſſe. *l. 9. §. 1. D. de poen. l. 48. D. de oblig. et action. l. 24. D. de minor.* INTERVENIT praetor: *l. 10. §. 1. D. commun. diuid. l. 9. D. de edend.* INTERVENIRE praetor debet: *l. 8. D. quod met. cauſſ. l. 30. D. de recept. arbitr. l. 14. D. de religioſ. l. 8. D. de transact.* INTERVENIVNT principes: *l. 11. §. 2. D. de minor.* proconſul: *l. 27. D. de noxal. act.* procurator: *l. 13. D. de publ. iudic. l. 1. C. de ſatisd.* procurator in rem ſuam: *l. 33. §. vlt. D. de procurat.* procurator, tutor, ceterique, qui pro aliis INTERVENIRE ſolent: *l. 11. §. 2. D. de in ius.* Si proxeneta INTERVENERIT. *l. 2. D. de proxen.* Si euidens ſit, perſonas, in quibus mandatum non exigimus, contra voluntatem experiri eorum, pro quibus INTERVENIVNT: *l. 40. §. 2. D. de procurat.* INTERVENIRE rebus matris: *l. 58. D. de donat. int. vir. et vxor.* INTERVENIVNT facto teſtes: *l. 18. D. de quaeſtion.* Si quaſi tutor, vel curator, vel defenſor, vel actor, interueniat patronus: *l. 10. §. vlt. D. de in ius voc.* Tutores quoque, qui auctoritatem interponunt, INTERVENIRE dicuntur. *l. 1. §. 4. D. l. 11. C. de procurat. l. 57. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.*

¶|. 2. Deinde et, qui alienam in ſe obligationem ſuſcipiunt, INTERVENIRE dicuntur, ac proinde ſaepe hoc verbum idem eſt, ac fideiubere, intercedere, acceſſionis nomine promittere, vel etiam nouandi animo alienam obligationem in ſe transferre. *l. vlt. D. de minor. l. 3. §. 5. D. de pecul. l. 6. §. 2. D. mand. l. 11. l. 17. §. vlt. D. ad municipal. l. 1. §. 3. D. quod iuſſ. l. 1. C. de reputat.* Sic INTERVENIT fideiuſſor: *l. 6. D. de verb. oblig. l. 2. §. 1. D. de liberat. leg. l. 27. §. vlt. D. de fideiuſſ.* fideiuſſor, donationis cauſſa: *l. 1. §. 19. D. ſi quid in fraud. patron. l. 5. D. de liberat. leg.* INTERVENERVNT fideiuſſores: *l. 5. D. de adpellat.* Quaſi interceſſor INTERVENERIT: *l. 3. §. 4. D. de pecul.* Praetoriae ſtipulationes perſonas deſiderant, pro ſe INTERVENIENTIVM: *l. 7. D. de praet. ſtipulat.* Qui non prohibet pro ſe INTERVENIRE, mandare creditur: *l. 60. D. de reg. iur.* [*l. 24. D. de fideiuſſor.*] Hi enim in quantitatem INTERVENERVNT. *l. 5. §. 5. D. iudic. ſolu.*

¶|. 3. INTERVENIRE etiam dicuntur variae res, quae vel inciduot, vel rem diſtioguunt. Sic INTERVENIVNT abolitio: *l. 12. l. 77. D. ad SC. Turpill.* accuſatio: *l. 1. §. 10. D. eod. tit.* non iure adrogatio: *l. 44. D. de vſucap.* aedificia: *l. 1. D. fin. regund.* aes alienum: *l. 66. D. ad leg. Falcid. l. 5. §. 13. D. de reb. eor. qui ſub tut.* nulla aeſtimatio: *l. 50. D. ſolut. matr.* auctoritas: *l. 1. C. de acceptil.* capitis minutio: *l. 1. §. vlt. D. quib. mod. vſusfr. amitt.* capitis deminutio: *l. 1. §. 8. D. ad SC. Tertull.* multi caſus: *l. 30. D. de bon. libert.* cauſſa: *l. vlt. D. ſi ingen. eſſe dic. l. 8. D. de capt. et poſtlim.* iuſtiſſima cauſſa: *l. 5. D. depoſ.* noua cauſſa: *l. 12. §. 1. D. ad exhib. l. 1. D. de oblig. et act.* cautio: *l. 5. §. 1. D. de vſufr. ear. rer. quae vſu conſ. l. 16. D. comm. diuid. l. 1. §. 10. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* conſtitutio: *l. 4. §. 8. D. de manumiſſ.* culpa: *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig. l. 9. D. comm. diuid. l. 22. D. commodat.* decretum: *l. 1. §. 1. D. de tutel. et rat. diſtr.* delictum vel caſus: *l. 17. C. de liber.*

Digitized by Google

liber. cauſſ. diuortium: *l. 57. D. ſolut. matr.* donatio: *l. 25. D. de donat. int. vir. et vxor.* dolus: *l. 4. §. 17. D. de doli except. l. 1. §. vlt. D. ſi mul. ventr. nom. l. 7. §. 3. D. de tribut. act.* error: *l. 17. D. de condit. et demonſtr.* Falcidia: *l. 35. §. 1. D. de hered. inſtit. l. 6. D. de fideic. libert. l. 43. D. de cond. et demonſtr. l. 7. l. 36. §. 1. l. 44. l. 71. l. 50. l. 82. D. ad leg. Falcid.* Falcidiae ratio: *l. 77. §. 2. D. de legat. II.* Nihil aliud, ſub occaſione legis Falcidiae, INTERVENIRE poteſt. *l. 56. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* Porro INTERVENIVNT fraus: *l. 7. §. vlt. D. comm. diuid. l. 10. §. 1. D. de his, quae vt indign.* fuga: *l. 3. C. de aedil. action.* impedimentum: *l. 38. D. de ſtatulib.* indulgentia: *l. 10. C. de ſent. paſſ.* inimicitiae capitales inter legatarium et teſtatorem: *l. 9. D. de his, quae vt indign.* inter ipſum procuratorem et dominum: *l. 8. §. vlt. D. de procurat.* inſtrumenta: *l. 24. C. de loc. conduct. l. 9. C. de fid. inſtrum.* loca media: *l. 8. D. de oper. nou. nunc.* publica: *l. 14. §. vlt. D. de ſeruit.* ſacra, vel religioſa, vel ſancta: *l. 17. §. 2. l. 18. D. de aqu. et aqu. pluu.* mandatum: *l. 3. D. rat. rem habit.* metus: *l. 9. §. 3. D. quod met. cauſſ.* momentum: *l. 137. D. de verb. obl.* mora: *l. 3. pr. et §. vlt. D. de vſur. l. 87. §. 1. D. de legat. II. l. 14. §. 2. D. de pecun. conſtit.* mortalitas mariti: *l. 2. D. de pact. dotal.* aliae ouptiae mediae: *l. 58. D. de iur. dot.* pactum: *l. 4 §. vlt. D. de pact. dot. l. 5. C. quae res pign.* pactum ſpeciale: *l. 22 C. de neg. geſt.* medius paries, qui vtrasque aedes diſtinguat: *l. 4. D. de ſeruit. legat.* pecunia: *l. 1. §. vlt. D. mand.* probatio: *l. 12. C. de fideiuſſ.* publicum: *l. 3. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu.* quaeſtio: *l. 15. C. ad leg. Falcid. l. 24. D. de collat. bon.* ratio: *l. 32. D. ad leg. Aquill.* res iudicata: *l. 3. D. de colluſ. deteg.* ſtipulatio: *l. 13. §. 1. D. de recept. arbitr.* ſuſpicio: *l. 17. §. 9. D. ad municipal.* turpitudo: *l. 6. C. de condict. ob turp cauſſ.* varietas: *l. 6. C. ne de ſtatu defunct.* via publica. *l. 4. §. vlt. D. fin. regund. l. 14. §. vlt. D. de ſeruit.*

[INTERVENTIO gratiae: *l. 13. C. Theod. de haeret. Lib. XVI tit. 5.* INTERVENTIO motui: *l. 1. C. de his, quae ex publ. collat. l. 1. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. 9.*] ¶. 2. INTERVENTIO, fideiuſſio, vel interceſſio. *l. 7. §. 3. D. de minor.*

INTERVENTOR, qui pro alio interuenit, alienaeque obligationi accedit, et alieno nomine obligatur. *l. 13. §. 9. D. de pecul. l. 7. in fin. D. de obſequ. parent. et patr. l. vlt. §. vlt. C. de vſur. rei iud.*

INTERVENTVS, VS. interuentio. Sic INTERVENTV arbitri: *l. 7. D. de tributor. act.* capitis deminutionis: *l. 35. §. vlt. D. de vſufr.* emancipati: *l. 1. §. 5. D. de collat.* feriarum: *l. 26. §. 7. D. ex quib. cauſſ. maior.* iudicis: *l. 7. D. de ann. legat.* iuris: *l. 2. D. de natal. reſt.* legis Falcidiae: *l. 82. D. ad leg. Falcid. l. 4. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ſacri et religioſi loci: *l. 14. §. vlt. D. de ſeruit.* cuiusdam perſonae: *l. 11. §. D. de inſtit. act.* Sempronii: *l. 10. §. D. mand.* triumuirorum capitalium: *l. 2. §. 30. D. de orig. iur.* tutoris: *l. 68. D. de ſolut.* viri. *l. 50. D. de donat. int. vir. et vx.*

[INTERVERSIO. *l. 12. C. de ſuſcept.*]

[INTERVERSOR pecuniae fiſcalis: *l. 8. C. de iure fiſc.* adminiſtrator puta, qui dolo malo dilapidat rem pecuniamque fiſcalem, vel *euerſor*, vti vocatur *l. 2. C. de palat. ſacr. largit.*]

INTERVERTERE, id eſt, intercipere, et lucrifacere. Si INTERVERTENDI cauſſa id fecerit: *l. 19. D. de ſolut.* Ne aquaeductum INTERVERTERET: *l. vlt. D. de aqu. quotid.* INTERVERTENDI fideicommiſſi gratia: *l. 54. D. ad SC. Trebell.* Qui inſtrumenta ſtatus mei INTERVERSVRVS eſt: *l. 8. §. 1. D. quod met. cauſſ.* Publica iura non INTERVERTI, conſtat: *l. 5. D. de cap. minut.* id eſt, ſalua et integra manere. INTERVERTERE pecuniam: *l. vlt. D. de fugitiu.* [Ita et Petron. *Satyr. p. 47. Si, mehercule,* INTERVORTISSENT *pecuniam veſtram.* Ex Plaut. *Aſinar. Act. II. ſcen. 2. v. 91. ſequ.*

> *Quid nunc conſilii captandum cenſes, dic.* LIB.
> *Hem iſtuc ago,*
> *Quomodo argentum* INTERVORTAM,
> *et aduentorem, et Sauream.*]

INTERVERTERE poſſeſſionem: *l. 20. D. de adquir. poſſeſſ.* INTERVERTENDAE querelae: *l. 87. §. 3. D. de legat. II.* [INTERVERSA ratione fiſcali: *l. 4. C. de epiſc. et cler.*] INTERVERTERE rem pignori datam: *l. 20. D. de furt.* Res non INTERVERTITVR ei, qui eam ſponte abiecit: *l. 43. §. 10. D. de furt.* Legitimae tutelae ex duodecim tabulis INTERVERTVNTVR: *l. 7. D. de cap. minut.* id eſt, intercidunt.

INTERVSVRIVM, commodum vſurarum medii temporis adpellatur. *l. 82. pr. D. de legat. II. l. 66. D. ad leg. Falcid. l. 9. §. vlt. D. de pecul.* *Reditum medii temporis*, vocat Sueton. *in Calig. Cap. XVIII.* vſuras medii temporis, *l. vlt. D. de rei iud.*].

INTESTABILIS, E. INTESTABILIS, qui teſtimonii dicendi ius non habet, vt vetus Gloſſarium interpretatur, *μὴ προσδεκτέος εἰς μαρτυρίαν, ἀδόκιμος, καὶ ἀμάρτυρος· qui admittendus non eſt ad teſtimonium, exiſtimationis experſ, inteſtabilis.* Plane *quum lege quis* INTESTABILIS *iubetur eſſe, eo pertinet, vt ne teſtimonium eius recipiatur, et eo amplius, vt quidam putant, neue ipſi dicatur teſtimonium*, inquit Gellius *Lib. XV. Cap. 13.* vbi verba legis XII. Tabularum, quibus quis INTESTABILIS eſſe iubetur, recenſet. Similiter *l. 26. D. qui teſt. fac. poſſ. §. 6. Inſt. de teſtam. ordin.* Proinde qoum SCo expreſſum eſſet, vt ob carmen famoſum damnatus INTESTABILIS eſſet: *l. 21. D. de teſtib.* ex eo refert Vlpianus, oec teſtamentum eum facere poſſe, nec ad teſtamentum adhiberi. *l. 18. in fine D. qui teſtam. fac. poſſ.* Vetus interpres Horatii *in Lib. II. Serm.*

INT.

Serm. ſat. 3. INTESTABILIS, ait, *cui non licet teſtamentum condere, vel teſtamenta quid ab alio accipere.* Et ita in *l. 5. §. pen. D. de iniur. l. 21. D. de teſtib.* hoc verbum exaudiendum eſt. Quo adludens Plaut. *in Curcul. Act. I. ſcen. 1. v. 30. Semper curato*, ait, *ne ſis* INTESTABILIS, *Quod amas, ama, teſtibus praeſentibus.* Quoniam autem inuiſi erant, qui INTESTABILES eſſe iubebantur, inde factum eſt, vt pro exſecrando, abominando, et deteſtabili verbum hoc acciperetur, vt apud Horat. *Lib. II. Serm. Sat. 3. v. 191.*

Sacer, INTESTABILIS *eſto.*

Salluſt. *in Iugurt. Cap. LXVII. Improbus* INTESTABILISque. Tacit. *Annal. Lib. XV. Cap. 55. Incuſat vltro* INTESTABILEM *et conſceleratum.* Plin. *Lib. XXX. Cap. 2.* de magia: *Proinde ita perſuaſum ſit*, INTESTABILEM, *irritam, inanem eſſe, habentem tamen quasdam vtilitatis vmbras.* Gell. *Lib. VII. Cap. 18. Et tamen, qui ad Hannibalem non rediſſent, vſque adeo* INTESTABILES *inuiſosque fuiſſe, vt taedium vitae ceperint.*

INTESTATO, adverbium, id eſt, teſtamento non facto. Itaque *teſtato*, et INTESTATO opponuntur: *l. 19. D. de teſtam. milit. l. 7. D. de reg. iur.* item INTESTATO, et teſtamento facto, apud Vlpian. *Regul. tit. XXIX. §. 1.* ſicut ab INTESTATO, et ex teſtamento. *l. 39. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 93. D. eod. tit.* Sic INTESTATO facti codicilli: *l. 16. D. de iur. codicill.* INTESTATO decedere: *l. 4. D. vnde cogn. l. 86. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 4. D. de manum. vind. l. 20. D. de iur. patron. l. 37. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 15. D. de aur. arg. leg. l. 5. D. de ſuis et legit. hered.* Vlpian. *ibid.* INTESTAMENTO defuncta: *l. 3. C. ad SC. Orfic.* INTESTATO data fideicommiſſa: *l. 13. D. de inoff. teſt.* hereditatem petere: *l. 19. D. eod. tit.* poſſidere: *l. 29. D. de manum. teſtam. l. 2. §. 1. D. de vulg. et pup. ſubſt.* hereditas ad quem pertinet: *l. 3. D. de hered. petit.* iure INTESTATO heres bonorumue poſſeſſor: *l. 13. D. de inoff. teſt.* moriens: *l. vlt. D. ad SC. Trebell. l. vlt. §. 3. D. de legat. II.* mortuus: *l. 31. §. 1. D. de fideicomm. l. 3. C. de legit. hered.* obire: *l. 77. §. 26. D. de legat.* bonorum poſſeſſionem accipere: *l. 6. D. de inoff. teſt.* rem auferre. *l. 12. D. de iniuſt. rupt. irr. fact.*

INTESTATVS, A, VM. INTESTATVS eſt, non tantum, qui teſtamentum non fecit, ſed etiam cuius ex teſtamento hereditas adita non eſt. *l. 64. D. de verb. ſignif.* INTESTATVS decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum irritumue factum eſt, aut nemo ex eo heres exſtitit. *princ. Inſt. de hered. quae ab inteſt.* INTESTATI proprie adpellabantur, qui, quum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. Sed et is, qui teſtamentum fecit, ſi eius hereditas adita non eſt, vel ruptum, vel irritum eſt teſtamentum, INTESTATVS non improprie dicetur deceſſiſſe. Sed et hos quoque pro INTESTATIS accipere debemus, qui teſtari non potuerunt. *l. 1. D. de ſuis et legit. hered.* Paullus *in Collat. leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 3. INTESTATI dicuntur, qui teſtamentum facere non poſſunt, qui ipſi licum, vt INTESTATI decederent, abruperunt, vel hi, quorum hereditas repudiata eſt, cuiusue conditio defecerit.* Quinctilian. *Declam. CCCVIII. Neque ego negauerim, non vno genere fieri INTESTATOS. Aut enim is eſt INTESTATVS, qui non ſcripſit omnino teſtamentum, aut qui id ſcripſit, quod valere non poſſit.* Nam ita eum locum emendandum eſſe, pridem monui. ¶. 2. INTESTATVS quoque, quantum ad tutelam, deceſſiſſe dicitur, qui teſtamento liberis ſuis tutores non dedit. *l. 6. D. de legit. tut.* ¶. 3. Et ſic accipienda illa: INTESTATI cauſſa: *l. 41. D. de teſt. milit.* INTESTATVM decedere: *l. 2. D. de fideic. libert. l. 1. §. vlt. D. de legat. III. l. 19. D. de iur. codicill.* defunctum eſſe: *l. 6. ſi tab. teſt.* Pro parte INTESTATA efficitur: *l. 19. D. de inoffic. teſt.* INTESTATI exitum facere: *l. 3. D. de his, quae in teſt. del.* Ad exitum INTESTATI recidere: *l. 20. D. de bon. poſſ. contr. tab.* INTESTATVM patrem facere, vel non facere: *l. 4. D. de hered. inſtit.* INTESTATO heredem exſiſtere: *l. 88. D. de ſolut. l. vlt. in fine D. de condit. inſtit.* INTESTATI iure bona deferuntur: *l. 42. §. 1. D. de bon. libert.* INTESTATVM mori: *l. 3. D. de interd. et releg.* Vlp. *tit. vlt. §. 1. l. 20. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* INTESTATI ſucceſſor. *l. 16. D. de iur. codicill. §. 10. C. ad leg. Falcid.* ¶. 4. AB INTESTATO, idem, ac INTESTATO, aduerbium. Sic AB INTESTATO heredem eſſe: *l. 1. §. 8. D. de dot. collat.* heredem vel bonorum poſſeſſorem: *l. 13. D. de inoffic. teſt.* primum locum tenere: *l. 1. §. 14. D. de inſpic. ventr.* poſſeſſor: *l. 17. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* ſuccedere: *l. 6. D. de iur. codicill.* neminem ſucceſſorem exſtare. *l. 4. §. 1. D. de fideic. libertat.*

[INTESTINARIVS, cuius mentio fit in *l. 2. C. Theod. de excuſ. artif. Lib. XIII. tit. 4.* eſt artifex, qui *inteſtinum* opus facit. *Opera* aut *inteſtina* vocabantur, quae ex ligno fiebant, ſed fabrica elegantiore, quae minutiaria hodie adpellantur. Dicta vero ſunt *inteſtina* ideo, quod intra ipſam domum locum tantum habeant, et in interiore aedium parte ſita ſint, veluti ſcamna, ſedes, fulcra, abaci, armaria, ſcrinia, quae pro exemplis adducunt Alciat. *in l. 241. D. de verb. ſignif.* Iac. Gothofred. *ad d. l. 2. C. Theod. de excuſat. artif.* Car. du Freſne *in Gloſſar. Latin. hac voce.*]

INTEXERE. INTEXERE purpuram veſtimento. *l. 7. D. ad exhib.*

[INTHRONISTICA. Vide ſupra ΕΝΘΡΟΝΙΣΤΙΚΑ.]

INTIMARE, inſinuare actis. [INTIMARE caeleſtes apices: *l. 5. C. de aquaed. l. vlt. C. eod. tit.* Pancirol. *Notit. Imp. Lib. I. Cap. 24. p. 12.* INTIMATA adrogatio: *l. 2. C. de adopt*] donatio actis: *l. 16. l. 19. C. de ſacroſ. eccleſ.* apud magiſtratus: *l. 30. C. eod.* [INTIMATA geſta. *l. 22. §. 4. C. de reb. credit.*] ¶. 2. [INTIMARE, docere, ſignificare, notum facere, iudicare. Cunctis per Aegyptum INTIMETVR: *l. 1.*

 C. Theod.

C. Theod. de nau. non excuſ. Lib. XIII. tit. 7. Quae clementiae noſtrae auribus INTIMANDA videantur: *l. 4. C. Theod. de legat. et decret. Lib. XII. l. vn. C. Theod. ne praefectian. exact. vel curioſ. Lib. XII. tit. 10.* Conſultationes eorum noſtris auribus INTIMARE cogantur: *l. 66. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* Iubemus id noſtrae INTIMARI clementiae: *l. 7. C. Theod. de extraord. ſeu ſord. mun. Lib. XI. tit. 16.* Scripturae continentia INTIMATA: *l. 3. C. Theod. de teſtament. Lib. IV. tit. 4.* Iudaeis et caelicolis et maioribus eorum, et patriarchis volumus INTIMARI: *l. 3. C. de Iud. et caelic. l. 1. C. Theod. eod. tit. Lib. XI. tit. 30.* Hoc ſingulis quibusque iudicibus INTIMETVR: *l. 22. C. de poen. l. 18. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 40.* Quam legem cunctarum prouinciarum iudicibus INTIMARI conuenict: *l. 6. C. Theod. de itin. mun. Lib. XV. tit. 3.* Eo tempore, quo reſcriptum adlegatur, et liberalitas INTIMATVR: *l. 12. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.* Lis INTIMATA, *l. 1. C. Theod. de denunc. Lib. II. tit. 4.* id eſt, denunciata, ſeu inſinuata, vt *ea ipſa lege et ſequent.* Si huius ſanctionis noſtrae normam vmquam etiam inſequentibus magiſtris deſierint INTIMARE: *l. 3. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 26.* Eorum nominibus INTIMATIS: *l. 42. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.* Rerum nobis notitia INTIMETVR: *l. vlt. C. Iuſtin. et Th. de bon. vacant.* Cunctis piſtoribus INTIMARI oportet: *l. 1. C. Theod. de piſtor. et catabol. Lib. XIV. tit. 3.* Si quando fauſtorum nunciorum gaudia prouincialibus INTIMANTVR: *l. 3. C. Theod. ne quid publ. laetit. Lib. VIII. tit. 11.* Deſcriptiones apud acta prouinciarum rectoribus INTIMENTVR: *l. 1. C. de apoch. publ. l. 173. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Relatio tui culminis INTIMAVIT: *l. 5. C. Theod. de ſpectacul. Lib. XV. tit. 5.* Reſcripto aduerſario ſollemniter INTIMATO: *l. 2. C. Theod. vnde vi Lib. IV. tit. 22.* Scriptis conpetentibus INTIMETVR: *l. 3. C. Theod. de bon. proſcript. Lib. IX. tit. 42.* Quum vel ad nos mittenda eſt legatio, vel noſtrae ſedi aliquid INTIMANDVM. *l. 5. C. de legation. l. 12. C. Theod. de legat. et decret. Lib. XII. tit. 22.*]

INTIMATIO, denunciatio. *l. 1. C. de requir. reis.*

INTIMVS, A, VM. Poſt nudata vtriusque INTIMA: *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* INTIMA pars domus: *l. 13. §. vlt. D. de vſufruct.* [INTIMAE ſedis tenebras pati debet: pro carcere abſtruſiore. *l. 1. C. de cuſtod. reor.*]

[INTOLERABILIS, E. INTOLERABILIS iniuria. *l. 2. D. de his, qui ſui vel al. iur.*]

[INTONARE dominis dicuntur ſerui, qui deferunt eos, vel accuſant. *l. 2. C. Theod. ne praet. crim. maieſt. Lib. IX. tit. 6.*]

INTRA, notae ſignificationis praepoſitio, et de temporibus, et de locis, vſurpatur. INTRA aetatem legitimam; *l. 20. §. 1. D. de liberat. leg.* INTRA annum: *l. 34. D. de teſt. milit.* id eſt, INTRA annum miſſionis, vt *l. 17. §. vlt. D. eod. tit. l. 40. D. ad leg. Falcid.* vel INTRA annum poſt miſſionem: *l. 21. D. de teſt. milit.* INTRA annum, quam miſſus eſt: *l. 38. D. eod. tit.* Sic INTRA annum, et *poſt annum*; opponuntur: *l. 1. D. de calumniat.* INTRA duodecim annos decedere: *l. 11. §. vlt. D. quod. falſ. tut.* quatuordecim annos, vel INTRA viceſimum quintum annum: *l. 15. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* INTRA calendas facere quid iuſſus, an etiam calendis ipſis recte faciat, dubitat Gell. *Lib. XII. Cap. 13.* Sed hoc duobus iurisconſultorum locis rectiſſime definitur. Vnus eſt in *l. 133. D. de verb. ſignif.* alter in *l. 1. §. 9. D. de ſucceſſor. edict.* cuius verba ſubieci: *Quod dicimus, INTRA dies centum bonorum poſſeſſionem peti poſſe, ita intelligendum eſt, vt ipſo die centeſimo peti poſſit, quemadmodum INTRA calendas etiam ipſae calendae ſunt.* INTRA fines agri: *l. 7. D. de incend. ruin. naufr.* INTRA fines imperii: *l. vlt. D. de capt.* Argentum, quod INTRA horreum fuit: *l. 32. §. 4. D. de aur. arg. legat.* INTRA numerum eſſe: *l. vlt. D. de excuſ. profeſſ.* [INTRA quam: *l. 38. pr. D. de teſtam. milit. l. 17. §. 1. D. de in rem verſ. l. 15. §. 3. D. ex quib. cauſſ. maior.*] INTRA vtile tempus petere reſtitutionem: *l. 39. D. de minor.* INTRA viam publicam praedia. *l. vlt. D. de ſeruit. ruſt. praed.* [§. 2. Hinc INTRA, minuere ſolet. Sic INTRA pretium emere, eſt minoris emere. *l. 5. §. vlt. D. mand.* Elegans haec loquutio, cuius complura exempla collegit Io. Fridr. Gronou. *Lib. I. Obſeru. Cap. 10. p. 94.* HEIN.

INTRARE, introire. INTRARE apud eumdem iudicem: *l. 61. D. de iure dot.* [portum: *l. 4. C. Theod. de naucul. Lib. XIII. tit. 5.*] in poſſeſſionem: *l. 4. D. de vſurpat. l. 1. §. 17. D. de adquir. poſſeſſ.* in rem debitoris. *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priuat.*

INTRIBVERE, contribuere. *l. 9. §. vlt. D. de tribut. act.* Traianus, apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 35. Poſſumus deſiderio eorum indulgere, modo ne quid ideo aut INTRIBVANT, aut minus illis in poſterum fiat ad neceſſarias erogationes.*

INTRIBVTIO, pro collatione et contributione. *l. 6. §. vlt. D. de mun. et hon. l. pen. D. de veteran. l. 22. §. vlt. D. ad municipal. l. 27. §. 1. D. de verb. ſignif.* Pauli. *Lib. II. Sent. tit. 5. §. 5.*

INTRICARE, implicare multis litibus. INTRICARE peculium. *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corrupt. l. 21. D. de pecul.*

INTRINSECVS, aduerbium. INTRINSECVS adiri. *l. 91. §. 4. D. de legat. III.*

INTRODVCERE, eſt nouum aliquid inſtituere, et in vſum inducere. Officium praetoris eſt INTRODVCERE vtilem actionem: *l. 43. D. ex quib. cauſſ. mai.* Proconſul INTRODVCIT actionem; *l. 1. D. quod cum eo, qui in*

al. pot

al. pot. Ignorantia domini non INTRODVCIT hanc actionem: *l. 2. D. ſi is, qui teſtam. lib.* INTRODVCTA actio lege, aut more. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4 §. 6.* INTROOVCITVR in perſona computatio: *l. 60. D. de condit. et demonſtr.* Condictio indebiti ex aequo et bono INTRODVCTA eſt: *l. 66. D. de condict. indeb.* Non ratione iuris introductum, ſed errore: *l. 39. D. de legib.* INTRODVCTA exceptio Senatusconſulto: *l. 20. D. ad SC. Vellei.* Interdictum de precario merito INTRODVCTVM eſt: *l. 14. D. de precar.* Ius, quod lex XII. Tabularum INTRODVXIT: Vlpian. *Regul. tit. XXIX. §. 6.* INTROOVCTVM moribus: *l. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 1. D. de curat. furioſ.* Si obligatio lege noua INTRODVCTA ſit: *l. 1. D. de condict. ex leg.* INTRODVCITVR petitio: *l. 58. D. de verb. oblig.* [INTROOVCERE poſtulationem: *l. 4. in fine C. Theod. de princip. agent. Lib. VI. tit. 28. et l. 1. C. Inſtin. eod. tit. Lib. XII. tit. 22.*] Id Praetor INTRODVXIT: *l. 26. D. de noxal. act.* Remedio INTRODVCTO: *l. 2. D. de vſufr. ear. rer.* Senatusconſulta INTRODVCTA ſunt de quaeſtionibus. *l. 1. pr. D. de SC. Silan.* ¶. 2. INTRODVCERE, alias eſt intromittere, vel immittere. INTROOVCTA in habitationem, qua de agitur: *l. 1. D. de migrand.* id eſt, INTRODVCTA ab inquilino, vt *ibid.* INTROOVCERE in poſſeſſionem: *l. vlt. D. ſi ventr. nom. l. 5. §. 27. D. vt in poſſeſſ* SNTROOVCERE teſtamentarium. *l. 3 §. vlt. D. ad SC. Trebell.*

INTROIRE, intrare, ingredi. Cuius domus INTROITVR. Paull. *Sent. Lib. V. tit. 4. §. 4.* Domum ſuam vi INTROITAM eſſe dicit: *l. 5. D. de iniur.* INTROIRE partem fundi. *l. 3. D. de adquir. poſſeſſ.*

INTROITVS [militiae: *l. pen. §. pen. l. vlt. D. de legat. III.*] Pro INTROITV militiae erogare. *l. 102. §. vlt. D. de legat. III.*

INTROMITTERE, immittere. INTROMISSI in arenam. *l. 4. D. de accuſat.*

INTVERI, inſpicere, conſiderare. INTVERI ios: *l. 31. D. depoſit.* Totum peculium INTVITVS eſt: *l. 19. §. 1. D. de pecul.* INTVETVR praetor: *l. 3. D. vnde cognat.* Nouiſſimam ſcripturam INTVEMVR: *l. 10. §. 1. D. de teſtam.* INTVERI tempus: *l. 12. D. de manum.* Tempus INTVENOVM. *l. 22. D. de mort. cauſſ. donat.*

INTVITVS, VS, contemplatio, et in caſu ſexto contemplatione, ratione, gratia. INTVITV adfectionis: *l. 67. §. 1. D. de rit. nupt.* humanitatis: *l. 47. §. vlt. D. de fideiuſſ. l. 5. D. de bon. damnat. l. 41. D. de manum. teſtam.* pietatis. *l. 16. D. de alim. et cibar. leg.*

INVADERE, impetum facere, ſibi adrogare INVADERE negotia: *l. 5. D. de oblig. et act.* id eſt, negotiis gerendis ſeſe vltro et

ſine maodatu offerre. INVADERE pecuniam communem: *l. 1. §. 1. D. de vſur.* poſſeſſionem; *l. 3. §. 8. D. de vi et vi arm.* res mobiles. *l. 57. D. de adquir. poſſeſſ.*

INVALESCERE. INVALESCIT ſententia. *l. 12. §. 27. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.*

INVALIDVS, A, VM, infirmus. INVALIDVM argumentum: *l. 1. §. 26. D. de quaeſtion.* [INVALIOI et imbecilles. *l. 5. C. Theod. de milit. adparit. Lib. VIII. tit. 22.*]

INVASOR locorum, *l. 5. C. vnde vi.* qui alienos fundos vi occupat.

INVEHERE merces per naoem: *l. 122. D. de verb. obl.* ¶. 2. INVECTA ILLATA modo *ἀσυνθέτως* a iuriſconſultis adpellantur, quae ab inquilinis in aedes condoctas et in praedia vrbana inducuntur, importanturqoe: *l. 4. D. de pact. l. 3. D. in quib. cauſſ. pign. l. 32. D. de pign. l. 14. §. 1. D. de relig.* item INDVCTA, INVECTA, IMPORTATA: *l. 32. D. de pignor. l. 14. D. quib. mod. pign.* Modo, interiecta copula, legimus INVECTA et *illata*, vt *l. 2. D. in quib. cauſſ. pign. l. 11. § 5. D. de pignor. act.* Modo ſimpliciter et ſine addito vocatur INVECTA. Si in fundum communem duorum pignora ſint ab aliquo INVECTA: *l. vlt. D. de Saluian. interd.* Tertullian. *de patient. Cap. XIII. Rector animus facile communicat ſpiritui* INVECTA *cum habitaculo ſuo.*

INVENDITVS, A, VM. INVENDITA praedia. *l. vlt. §. vlt. D. de reſcind. vendit.*

INVENIRE, reperire, excogitare. Non INVENIRE aduocatum: *l. 8. §. vlt. D. de offic. proconſ.* Aquam quaerere, et INVENTAM ducere: *l. 10. D. de ſeru. ruſt. praed. l. vlt. D. ſi ſeru. vindic.* Aquae fons ſecundum riuum INVENTVS: *l. 20. D. de ſeru. ruſt. praedior.* Quum res in bonis debitoris INVENIATVR: *l. 9. §. vlt. D. qui potior. in pign.* Niſi intra certum diem meliorem conditionem INVENISSET: *l. 3. D. quib. mod. pign.* Mortis tempore INVENTA actori in contubernio tradita: *l. 59. D. de manum. teſt.* INVENIRE creditorem: *l. 137. §. vlt. D. de verb. oblig.* emtorem: *l. 59. D. ad SC. Trebell. l. 3. D. ad leg. Falcid. l. 66. D. de legat. I. l. vlt. C. ſi in cauſſ. iudic.* fideiuſſores: *l. 2. §. vlt. D. de collat. bon. l. 15. §. 3. D. de re iudic.* Soluendo eſt hereditas, quae heredem INVENIT: *l. 36. D. de bon. libert* INVENITVR heres: *l. 23. D. de lib. et poſtum.* Dos in hereditate patris non INVENITVR: *l. 14. D. ad leg. Falcid.* Si decem tantum INVENIANTVR in hereditate: *l. 65. D. de legat. I.* INVENTI fructus in hereditate: *l. 15. D de vulg. et pupill. ſubſtit.* Res quae in hereditate INVENTA eſt: *l 2. D. pro ſoc. l. 18. D. de aur. arg. leg.* INVENTAE in hereditate ſpecies: *l. 38. D. eod. tit.* inſtrumenta: *l. vlt. D. de donat.*

nat. [INVENIRE hominem talem: *l. 1. pr. D. de curat. ſurioſ.* id eſt, talem ex probatione deprehendere. Sic *l. 23. §. 1. D. de lib. et poſtum. l. 11. §. 6. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 2. §. 22. D. ad SC. Tertull. l. 1. §. 8. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. l. 59. D. de manumiſſ. teſtam. l. 1. §. 1. D. de iur. fiſc. l. vlt. C. famil. ercifc. l. 18. C. de fid. inſtrum. l. 13. §. 3. C. de iudic*] Non INVENIRE inſtrumenta: *l. vlt. §. vlt. D. de fideiuſſ.* INVENIRE noua inſtrumenta. *l. 21. D. de iureiur.* INVENITVR liber: *l. 11. §. 6 D. de donat. int. vir.* Appius R. litteram INVENIT: *l. 2. §. 36. D. de orig. iur.* Quae in litture INVENIMVS *l. 3. D. de rer. diuiſ.* Quum minor modus INVENITVR, vel quid amplius in modo INVENITVR: *l. 42. D. de act. emt. vend.* Si ea ſit, quae alicubi nuptias non facile poſſit INVENIRE: *l. 64. D. de condit. et demonſtr.* INVENTAE ſunt obligationes: *l. 38. § 17. D. de verb. oblig.* Quoad emtionis occaſiu INVENIATVR: *l. 3. §. 16. D. de ſuſp. tut.* INVENITVR paterfamilias: *l. 1. §. 8 D de bon. poſſeſſ. ſec. tabulas.* INVENIVNTVR pecuniae facilius vel difficilius: *l. 3 D. de eo, quod cert. loc. l. vlt. D. de oper. publ.* Quum pro fructuum modo fundus pretium INVENTVRVS ſit: *l. 13. D. de reb. eor.* Si INVENIATVR vel INVENTA ſit ratio: *l. 24. §. 2. D. de liber. cauſſ. l. 5. § 5. D. de reb. eor. l. 1. §. 5. D. de Carbon. edict.* Res in hereditate INVENTA: *l. 62. D. pro ſuo.* Res ad id INVENTA eſt: *l. 7. D. de accuſat.* INVENIMVS, reſcriptum ab Imperatore noſtro; *l. 2 §. vlt. D. ad SC. Tertull. l. 14. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 15. §. 16. D. de excuſat.* INVENIRE, qui ſatisdent: *l. 2. § 6. D. de iudic.* Vt praetor quam primum INVENIAT ſucceſſorem: *l. 10 D. de iur. delib.* INVENTVS eſt ſui iuris: *l. 1. §. vlt. D. vt legat.* INVENIRE theſaurum: *l. 63. D. de adquir. rer. domin. l. 3. §. vlt. D. de iur. fiſci* INVENTVS theſaurus: *l. 4. §. 6 D. ad leg. Iul. pecul.* Si verum non INVENIATVR: *l. 2. §. 1. D. de iur. fiſci.* Viriula INVENTA, magna ex parte aenea. *l. 14. D. de contrab. emt.*

INVENTARIVM, id eſt, repertorium, quod bonorum deſcriptionem continet. *l. 1. §. 3. D. de tut. et rat. diſtrah. l. 7. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 1. §. pen. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Vetus Gloſſarium: INVENTARIVM *dicitur quidam libellus, in quo omnia bona, quae apud aliquem inueniuntur, conſcribuntur.*

§. 2. Nec bonorum modo, ſed et inſtrumentorum elenchus INVENTARIVM dicitur. *l. 15 D. de reb. auct. iud. poſſid* Ex INVENTARIO debitores conuenire: *l. 57. D. de adminiſtr. et peric. tut* Ceterum de Latinitate huius vocabuli hic dubitat Tabor, et indignatur tamen collegae, qui vocem, tamquam parum Latinam, auſu non minus vano, quam irrito, ac temerario proſcripſerit. Sed verum tamen eſt, nec INVENTARIVM, nec *repertorium*, apud bonus ſcriptores reperiri: vtrumque tamen tum analogia, tum vſu diuturno iuriſconſultorum et ſatis antiquo, tamquam τεχνικὸν, recte defendi. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Iuriſc. p. 441.* HEIN.

INVENTOR, quisquis reperit. INVENTORI theſauri. *l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.*

INVERECVNDE, aduerbium. INVERECVNDE deſiderat: *l. 8 §. 6. D. quib. mod. pign. ſolu.* id eſt, non ſine rubore. vt *l. 1. §. 1. D. de vſur.* INVERECVNDE poſtulans. *l. 1. §. 5. D. de poſtul.*

INVERECVNDVS, A, VM. INVERECVNDVM deſiderium: *l. 22. D. de hered. petit.* INVERECVNDVM eſt: *l. 23. D. de legat. III.* [Plerumque in nonnullis cauſſis INVERECVNDA petentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus. *l. 1. C. de petit. bon. ſubl.*]

INVESTIGARE, inquirere, quaerere. INVESTIGARE arbitrum debet praetor, ſi ſeſe celare tentauerit: *l. 32. §. 12. D. de recept. arbitr.* INVESTIGANDA fides: *l. 1. C. de fugit.* INVESTIGARE fugitiuum: *l. 1. §. 1. D. de fugit.* INVESTIGARE maleficia ſine quaeſtione: *l. 8. D. de quaeſt.* Quoties nihil ſine captione INVESTIGARI poteſt. *l. 200. D. de regul. iur.*

INVESTIGATIO veritatis. *l. 8. C. de quaeſtion.*

INVETERATVS, A, VM. INVETERATAE *ἀντιάδες*, id eſt, tonſillae: *l. 14 §. 8. D de Aedilit. edict.* INVETERATA conſuetudo: *l. 32. D. de legib.* [INVETERATAE leges: *l. 2. C. de ſuſcept. l. 8. C Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. 6.* INVETERATVM malum: *l. 41. C. Theod. de haeret.* INVETERATAE militiae teſtimonium. *l. vn. C. Theod. qui praebit. tiron. Lib. XI. tit. 18*]

INVICEM, reciproce. Viro atque vxore INVICEM mores accuſantibus: *l. 39. D. ſolut. matrim.* INVICEM actio competit: *l. 14. D. de negot. geſt.* actionem habere: *l. 18 §. 4. D. damn. infect. l. 7. D. de annu. legat. l. 36. D. de ſeruit. vrban. praed. l. 9. D quib. mod. pign.* propoſitas habere. *l. 17. §. 3. D. commod.* INVICEM factae adiudicationes: *l. 36. D. famil. ercifc.* INVICEM admitti aduerſus ſe: *l. 5. C. de teſtib.* agere; *l. 34 D. de procurat. l. 36. D. de dol. mal. l. 3. §. 1. D. de reb. cred. l. 24 §. 1 D. de act. emt. l. vlt. §. 2. D. quod vi aut clam l. 31. §. 1. D. de reb. cred.* Ouid. *Heroid. Epiſt. XVII. v. 180.*

INQVE VICEM, *tua me, te mea forma capit.*

INVICEM cauere: id eſt, inter ſe cauere, vt loquitur *l. 73. D. ad leg. Falcid.* Ita reperies *l. 18. D. vſufr. quemadm. cau. l. 38. §. 7. D. de legat. III.* INVICEM ſibi praebere cautionem: *l. 39. §. 5. D. de admin. et per tut.* INVICEM ſe celare: *l. 36. §. vlt. D. de furt.* ſe circumſcribere: *l. 22. § vlt. D. locat.* facta compenſatio: *l. 3. C. comm. diuid.* ſibi cognati: *l. 2. D. vnd. cogn.* condemnare: *§. 4. et §. 5. Inſt. de offic. iud. l. 3. D. fin. reg.* id eſt, alterum alteri, vt ait *l. 52 §. 2. D. famil. ercifc.* competit condictio: *l. 36. D. famil. ercifc.* conferre *l. 1. §. vlt.*

§. vlt. D. de collat. conſequi: l. 18. §. vlt. D. commod. l. 4. C. de praed. min. contributio: l. 11. §. 7. D. ad leg. Falcid. INVICEM, id eſt, inter ſe vti. l. 1. D. de compenſ. INVICEM creditor, idemque debitor: l. 30. D. de condict. indeb. Id, quod INVICEM debetur: l. 21. D. de compenſ. l. 3. l. 4. C. eod. tit. INVICEM defendere: l. 34. D. de procur. INVICEM ſibi derogantes ſcripturae: l. 14. C. de fid. inſtrum. INVICEM dicere teſtimonium: l. 9. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſ. donare: l. 26. D. de mort. cauſſ. donat. l. 7. §. 2. l. 32. §. 19. D. de donat. int. vir. et vxor. exaudire: l. 1. §. vlt. D. de obl. et act. experiri: l. 5. D. de obl. et action. INVICEM ſibi impedient: l. 34. D. de vſufr. legata dare: l. 22. D. ad leg. Falc. liberatio: l. 10. D. de compenſat. actio mandata: l. 1. C. de oblig. manet actio: l. vlt. §. 4. D. de legat. II. Deſinere nos, INVICEM eſſe obligatos: l. 10. D. de compenſ. INVICEM obligati: l. 7. §. 1. D. de reſc. vend. INVICEM eos ſibi obſtare: l. 43. D. de hered. inſtit. INVICEM apud eumdem iudicem petere: l. 1. §. vlt. D. quae ſent. ſine adpell. petere hereditatem: l. 15. D. de except. rei iud. ſibi praebere cautionem: l. 39. §. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut. INVICEM praeſtare: l. 5. D de dot. prael. perſonales INVICEM praeſtationes: l. 1. D. comm. diuid. INVICEM ſe prouocare: l. 5. §. 1. D. de legit. tut. INVICEM ratio habetur: l. 4. §. 1. D. de leg. Rhod. INVICEM rogati reſtituunt: l. 18. D. de reb. dub. INVICEM ſatisdare: l. 6. D. de vſufr. ear. rer. l. 5. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat. bona fide ſeruire: l. 41. §. vlt. D. de reb. cred. ſtipulari: l. 122. §. 3. D. de verb. obl. l. 32. §. 18. D. de recept. arbitr. l. 54. §. 1. D. locat. INVICEM de ſe ſtipulari: l. 54. §. vlt. D. eod. tit. ſubſtituere: l. 27. D ad leg. Falcid. l. 37. l. 40. l. 53. D. de hered. inſt. l. 19. §. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit. teſt. l. 23. l. 25. l. 41. §. 1. l. 45. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 14. l. 23. D. ad leg. Falcid. l. 1. C. de impub. et al. ſubſt. l. 1. C. de liber. praeter. INVICEM ſubſtitutio facta: l. 66. D. de teſtam. milit. l. 24. l. 41. §. vlt. D. de vulg. et pupill. ſubſt. INVICEM teneri: l. 77. D. ad SC. Trebell. INVICEM tradere. l. 32. D. de ſeruit. praed. ruſt. Multa hic de notione huius aduerbii ſuo more obſeruaſſe ſibi viſus eſt Tabor, ſed quae pleraque falſa ſunt. Nam nec in l. 28. §. vlt. D. de lib. et poſtum. et l. 7. D. de condit. inſtit. INVICEM ſignificat ſua vice: nec in princ. Inſt. de auct. tut. et apud Liuium ſignificat e contrario: ſed vbique nota ſignificatio locum habet. HEIN.

INVICTVS, A, VM. INVICTISSIMVS princeps: l. 23. §. 5. C. de nupt. [Fuit hoc ſollemne elogium Imperatorum. Iul. Capitolin. in Maximo et Balbin. Cap. XVII. Suſcepiſſe vos rempublicam, a nefarii latronis ſcelere ſeruandam, reddendamque Romanis legibus, domini ſanctiſſimi, et INVICISSIMI Auguſti. Addatur Sueton. Tiber. Cap. VII.

INVIDENDVS, A, VM. INVIDENDVM non erit. l. 4. D. de vſu et habit.

INVIDIA, ſaepe pro quouis odio accipitur, ſaepe pro ignominia et diffamatione. Ad INVIDIAM alicui nocere nullam dignitatem oportet; l. 6. C. de his, quae vi met. Ad INVIDIAM eius, qui prouinciae praeeſt, ſpectat, opprimi aliquem per aduerſarii potentiam: l. 9. §. vlt. D. de offic. proconſ. Sub quodam potentiae terrore infimos fatigari, ad iudiciorum ſpectat INVIDIAM: l. 6. C. Theod. de pact. et transact.] Si quis ad INVIDIAM alicuius veſte lugubri, aut ſqualida, vtatur: l. 15. §. 27. D. de iniur. Ad INVIDIAM alterius imaginem Imp. praeferre et portare: l. 28. §. 7. D. de poen. l. 38. D. de iniur. [Sic ſaepe loquuntur Imperatores. e. g. Criminis conflatur INVIDIA: l. 61. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30. In quos totius criminis confertur INVIDIA: l. 16. C. Theod. de piſtor. et catabolian. Lib. XIV. tit. 3. Qui cauſſarias vel honeſtas indepti ſunt miſſiones, ab INVIDIA et formidine deſertionis amoueantur: l. 9. C. Theod. de deſert. et occult. Lib. VII. tit. 18. Amputata radicitus INVIDIAE lingua vellatur, de delatoribus dicitur: l. 2. C Theodoſ. de petition. Lib. X. tit. 10. Maleficiorum inſimulatione atque INVIDIA ſtringi: l. 10. C. Theod. de malef. et mathem. Lib. IX. tit. 16. Nec INVIDIAM metuat, qui ad publicum deduxerit criminoſum: l. 21. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40. Nec emenſa militia relictae originis INVIDIA quatiatur: l. 14. pr. C. Theod. de priuil. eor. qui in ſacr. palat. mil. Lib. VI. tit. 35. Sola ſit huiusmodi legibus (fortaſſis litibus) vna praeſcriptio, quae improbi petitoris refraenare poſſit INVIDIAM: l. 4. C. Theod. fin. reg. Lib. II. tit. 26. Ad INVIDIAM placatarum rerum callidis litigatorum obiectionibus non vocentur. l. 14. C. Theod. de infirm. his, quae ſub tyrann. Lib. XV. tit. 14.]

INVIDIOSVS, A, VM. Tam INVIDIOSO commento: l. 22. §. 2. D. de iure fiſc. INVIDIOSVM eſt, Imperatorem litis cauſſa heredem INSTITVI: l. 41. D. de hered. inſt. [INVIDIOSA dicendi vox, pro criminatione. l. 12. C. Theod. de accuſat. Lib. IX. tit. 1.]

[INVIDVS, A, VM. INVIDA quodammodo eſt lex Fuſia Caninia. tit. Inſt. de leg. Fuſ. Canin. toll.]

INVIGILARE hereditati. l. 25. §. 8. D. de adquir. vel omitt. hered.

[INVINCTVS, A, VM, pro vinctus. l. 6. §. vlt. D. de leg. Fab. de plagiar.]

[INVIOLABILIS, E. INVIOLABILIS obſeruatio. l. 6. C. de offic. rect. prou.]

[INVIOLABILITER cuſtodiantur, id eſt, abſque vlla violatione. Auth. Sacramenta pub. C. ſi aduerſ. vendit.]

[INVISIBILIS, E. INVISIBILES vocantur ii, qui latitant. l. 53. §. 1. C. de epiſc. et cler.] Quae loquutio Germanis inprimis admodum eſt familiaris, quippe qui de fugitiuis et latitantibus dicere ſolent: ſie haben ſich vnſichtbar gemacht, vel, ſie wären vnſichtbar worden. HEIN.

INVITARE, vocare, excitare. IN-

VITARE ad bonorum poſſeſſionem: *l. 1. D. vnd. cogn. l. 3. §. 10. D. de bon. libert. l. 1. §. 6. D. ſi tab. teſt. null. l. 2. §. 5. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* Quaſi amicos ad coenam INVITATVRVS: *l. 1. §. 1. D. de obl. et act. l. 18. D. commod.* INVITARE ad fideicommiſſum: *l. 77. §. 27. D. de legat. II.* fiſcum: *l. 1. §. 1. D. de ſucceſſ. edict.* [Quum proſperior flatus INVITAT: *l. vlt. C. de navicular. Lib. XI. tit. 1.*] INVITARE ad furandum: *l. 5. D. de pact. dotal.* ad hereditatem: *l. 14. D. de capt. et poſtl. reuerſ.* ad honores: *l. 6. §. 1. D. de mun. et honor.* manumiſſorem; *l. 42. §. 1. D. de bon. libert.* INVITATVS videtur proximus: *l. 69. §. vlt. D. de legat. II.* Certa lege ad teſtamentum INVITARI: *l. 71. §. 1. D. de cond. et demonſtrat.* INVITATI ſecundum voluntatem. *l. 77. §. 11. De de legat. II.*

INVITVS, A, VM. aliquando pro nolente, contradicente ac reluctante accipitur. *l. 53. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 91. D. de ſolut. l. 3. D. de leg. commiſſor. rubr. C. vt nemo inuit. l. 11. C. de contrab. emt. l. 1. C de nouat. l. 8. D. de teſtib. l. 1. D. de liberal. cauſſ.* Sic INVITO beneficium non datur; *l. 70. D. de reg. iur.* INVITO nemini bonorum poſſeſſio adquiritur: *l. 3. §. 3. D. de bon. poſſeſſ* An INVITVS curator fieri poteſt: *l. 2. §. 3. D. de curat. bon. dand.* INVITVS nemo rem cogitur defendere: *l. 156. D. de reg. iur.* Qui non habet excuſationem, etiam INVITVS iudicare cogitur: *l. 13. §. 2. D de vacat. et excuſ. mun.* Soluendo quisque pro alio, licet INVITO, liberat eum; *l. 39. D. de negot. geſt.* INVITI ſolutione liberari poſſumus; *l. 32. D. de ſolut.* Inter INVITOS matrimonium non contrahitur: *l. 22. D. de rit. nupt.* [Profecto indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus INVITVS; *l. 31. C. de epiſc. et cler.*] INVITO reo: *l. 32. D. de fideiuſſ. l. 24. D. de donat.* Aliud pro alio, INVITO creditore, ſolui non poteſt: *l. 2. §. 3. D. de reb. cred.* Credidit, dominum non INVITVM fore huius ſolutionis: *l. 11. D. de poſ.* id eſt, non inuito domino ſe hanc ſolutionem facturum. INVITO ſtipulatore: *l. 9. D. de eo, quod cert. loc.* Quod cuique praeſtatur, INVITO non tribuitur. *l. 109. §. vlt. D. de reg. iur.*

§. 2. Alias INVITI etiam dicuntur, qui tametſi non contradicant, vel reluctentur, non tamen conſentiunt. Quando INVITVS procurator non dicitur dari, INVITVM accipimus non eum tantum, qui contradicit, verum eum etiam, qui conſenſiſſe non probatur: *l. 8. §. 1. D. de procurat.* Sed et in ſeruitutibus INVITVM accipere debemus, non eum, qui contradicit, ſed eum, qui non conſentit; *l. 5. D. de ſeru. praed. vrban.* Denique et in eo iure, quod dicit, INVITO patrono libertam, quae ei nupta eſt, alii nubere non poſſe, INVITVM accipere debemus eum, qui non conſentit ad diuortium: *l. 45. princ. D. de rit. nupt.* Sic et INVITO domino ſeruus ſtipulatus adquirit: *l. 46. D. de iur. dot.* Etiam INVITIS nobis per ſeruos adquiritur: *l. 32. D. de adquir. rer. dom.* [IN INVITVM redditur iudicium. *l. 83. §. 1. D. de verb. obl.*]

INVIVS, A, VM. INVIVM iter. *l. 4. §. 5. D. ſi ſeru. vindic.*

INVLTVS, A, VM. INVLTAM ſibi accuſationem non futuram: *l. 7. D. de accuſat.* INVLTVM crimen; *l. 3. C. de condict. ob turp. cauſſ.* INVLTA relinquitur iniuria: *l. 15. §. 35. D. de iniur.* INVLTAE mortis crimen: *l. 6. C. de his, quib. vt indign.* Ob INVLTAM mortem: *l. 39. D. famil. erciſc. l. 9. D. de SC. Silan.* Si filius patris necem INVLTAM reliquerit. *l. 23. D. de iur. patron.*

INVMBRATVS, A, VM. INVMBRATAE quietis conſpectus. *l. 28. §. 1. D. de adquir. poſſ.*

INVNDARE. INVNDARI dicitur ager et praedium, quum vno eodemque impetu aqua cooperitur. *l. 7. §. 6. l. 30. §. 3. D. de adquir. rer. dom. l. 12. in fine D. de reb. auct. iud. poſſ. l. 1. §. 9. D. de flumin.* Si ager flumine vel mari INVNDATVS fuerit; *l. 23. D. quib. mod. vſusfr.* id eſt, aqua opertus, vt loquitur *l. 1. §. 9. D. de flumin.* Ager, vel locus, ſi fuerit INVNDATVS, vt ſtagnum iam ſit, aut palus; *l. 10. §. 2. D. quib. mod. vſusfr.* Fiſtulae ruptae INVNDANT parietem: *l. 13. D. ſi ſeru. vindic.* INVNDAT flumen terram: id eſt, abundans incremento ſuo, eam aqua operit: *l. 1. §. 9. D. de flum.* INVNDATA pluuiis adſiduis terra. *l. 57. D. locati.*

INVNDATIO, ſpeciem fundi non mutat: *l. 7. §. 6. D. de adquir. rer. domin.* Ager INVNDATIONE fluminis occupatus: *l. 30. C. eod. tit.* Flumen INVNDATIONE hortum occupauit: *l. 24. D. quib. mod. vſusfr.* Propter INVNDATIONEM non vſus itinere. *l. 1. §. 9. D. de itin. actuqu. priu.*

INVOCARE ius publicum; *l. vlt. D. quod met. cauſſ.* arbitri officium. *l. 13. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſtic.*

INVOLARE. INVOLANTVR anchorae de mare. *l. 6. D. de incend. ruin. naufr.*

INVOLVERE, implicare. [Si dominum quoque conſcientia talis INVOLVERIT: *l. 6. C. Theod. de deſert. Lib. VII. tit. 18.* INVOLVTA criminibus magnis conſcientia: *l. 2. C. Theod. de repud. Lib. III. tit. 16.* Publicis functionibus INVOLVTVS: *l. 183. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*] INVOLVTAE tabulae linteo; *l. 22. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.* [Viginti librarum auri mulcta et litigatorem et iudicem INVOLVAT; *l. 26. C. Theod. quor. adpellat. Lib. XI. tit. 36. l. 6. C. eod. tit.* Publicis priuatisque rationibus INVOLVTVS: *l. 3. C. Theod. de his, qui ad eccleſ. Lib. IX. tit. vlt.* Et accipientem, et dantem, illicitae transactionis reatus INVOLVAT: *l. 4. C. Theod. trib in ipſ. ſpecieb. Lib. XI. tit. 3.* Priuatarum quoque litium cognitor, itemque mercator, parem capitis ac vitae, quae peculatus reos conſueuit INVOLVERE, cogetur ſubire iacturam: *l. 9. C. Theod. ad leg. Iul. repetund. Lib. IX. tit. vlt.* Profeſſis teſtatisque ſceleribus INVOLVTVS: *l. vlt. C. Theod. de bon. proſcr. Lib. IX. tit.*

tit. 42.] Pelles, quibus INVOLVVNTVR veſtimenta. *l.* 5. *D. de ſupell. legat.*

INVOLVCRVM. *l.* 21. §. 8. *D. de furt.*

INVRERE. Auita elogia INVRENDA impiis elogiis: *l.* 4. *C. Theod. de legit. hered. Lib. V. tit.* 1. Perpetua INVSTI infamia: *l.* 34. *C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit.* 5. *l.* 85. *C. Th. de decurion. Lib. XII. tit.* 1. *l. vlt. C. Theod. de pact. et transact. Lib. II. tit.* 9. vbi pro INVRATVR, *notetur* ſubſtituit Tribonianus *l.* 41. *C. de transact.* Probroſis INVSTA notis: *l.* 1. *C. Theod. de ſec. nupt. l.* 2. *C. Iuſtin. eod. tit.* INVSTAE notae deteſtabilis turpitudinis: *l.* 1. *C. Theod. de inoff. teſtam.* pro quo, turpitudinis macula adſpergi, eſt in *l.* 27. *C. Iuſtin. eod. tit.*

INVSITATVS, A, VM. INVSITATIS miniſteriis artificum ſeruos corrumpere: *l.* 17. §. 1. *D. de vſufr.* INVSITATAM rem deſiderat. *l.* 19. *C. de excuſat.*

INVTILIS, E. modo quod nulli vſui, modo quod noxium, modo quod nullum et nullius effectus eſt. INVTILIS acceptilatio: *l.* 8. *D. de acceptil.* INVTILIS actio: *l.* 8. §. 5. *D. mand. l.* 2. *D. quod iuſſ. l.* 20. *D. de tutel. et rat. diſtrah. l. vlt.* §. *vlt. D. ſi ventr. nom. l.* 11. §. *vlt. D. qui potior.* INVTILE eſt: *l.* 1. §. 4. *D. depoſ.* INVTILE eſt pupillis: *l.* 12. §. 1. *D. de adminiſtr. et peric. tut.* INVTILIS factus liber homo: propter corpus eius laeſum: *l. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* INVTILIS inſtitutio: *l.* 6. *D. de bon. poſſ. ſec. tab.* INVTILE interdictum: *l.* 1. §. 6. *D. de itin. actuqu. priu. l. vlt. D. de lib. exhib.* legatum: *l.* 82. §. 5. *D. de legat. I. l.* 65. *D. ad leg. Falcid. l.* 11. *D. de liberat. legat. l.* 6. *D. de pecul. leg. l.* 82. *D. de legat. II.* [INVTILIA legationis: *l.* 42. *C. Theodoſ. de Epiſc. Lib. XVI. tit.* 11.] INVTILIS nunciatio: *l.* 2. *D. de op. nou. nunc.* Si his homo in eam valetudinem inciderit, propter quam operae eius INVTILES factae ſunt: *l.* 79. *D. de rei vindic.* INVTILES operi faciundo: *l.* 22. *D. de poen.* [Qui in totum nihil poſſident, ac patrimonio INVTILES ſunt. *l.* 11. *C. Theod. de Epiſc.*] INVTILIS eſſet futura proprietas: *l.* 56. *D. de vſufr. l.* 3. §. *vlt. D. eod.* INVTILIS ſtipulatio. *l.* 1. §. *vlt. D. de oblig. et act. l.* 8. *D. rat. rem habit.*

[**INVTILITAS** fructuum: *l. vlt. in fine C. de ſeruit. et aqu.* rationum: *l.* 3. *C. de fid. et iur. haſt. fiſc. Lib. X. tit.* 3. Ita enim pro *In vtilitatem* ibi legi iubet Cuiacius *in Comment. ad d. l.* idemque tentat in *l.* 1. §. 4. *D. depoſ.* acriter eo nomine acceptus a Io. Roberto *Lib. I. recept. lect. Cap.* 31.]

INVTILITER, fruſtra, ſine effectu. INVTILITER agi: *l.* 4. *D. de vſu et habit.* facta conuentio: *l.* 5. *C. de remiſſ. pignor.* exceptio doli non INVTILITER opponitur: *l.* 42. *D. de mort. cauſſ. donat.* itemque exceptio pacti: *l.* 96. §. 2. *D. de ſolut.* INVTILITER fideicommiſſum

relictum: *l.* 5. *C. de fideicomm.* fideiubere: *l.* 1. §. 5. *D. quod iuſſu.* inſtitui: *l.* 6. *D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* intercedere: *l.* 1. §. 1. *D. de migr.* legare: *l.* 30. §. 8. *D. ad leg. Falc. l.* 79. §. 3. *D. de condit. et demonſtr. l.* 34. §. *vlt. D. de fideic. libert.* datur libertas: *l.* 4. §. 1. *D. de ſtatulib. l.* 39. *D. de manumiſſ. teſt.* obligatus: *l.* 29. §. 1. *D. mand.* promittere: *l.* 38. *D. de verb. oblig. l.* 65. *D. de fideiuſſor.* ſtipulari: *l.* 38. *D. de damn. inf. l.* 110. *D. de verb. obl. l.* 25. *D. de ſtipul. ſeru.* concepta ſtipulatio: *l.* 45. *D. ſolut. matrim.* factum teſtamentum. *l.* 97. *D. de adquir. vel omitt. hered.*

IOC.

IOCVS. Si per IOCVM tibi dixerit. *l.* 3. *D. de obl. et act.*

IPS.

[**IPSE, A, VM.** aliquando exprimit, quod aduerbio *omnino* exprimere ſolemus: Sed ſi IPSORVM viginti annorum erit, in *l.* 66. *D. de verb. oblig.* opponitur illi *ſi minor ſit viginti annis.* Cicero *Brut. XV. Cato mortuus eſt annis ipſis LXXXIII. ante me conſulem.* Et *Lib. III. ad Attic. Epiſt.* 21. *Triginta dies erant IPSI, quum has dabam litteras.* Et *lib. V. Epiſt.* 11. *Quum ibi decem IPSOS fuiſſem dies, venerat Pontinius.*] Elegans eſt haec loquutio, et Ciceroni perquam familiaris, qua vſus etiam eſt *Lib. II. ad famil. Epiſt.* 8. *Lib. VI. ad Attic. Epiſt.* 8. et alibi paſſim. Sed et Graeci ita loquuti ſunt, veluti Lucianus *in Hermot. p.* 505. *Tomo I. Op.* εἴκοσιν ἔτη ταὐτά ἐςι. *IPSI iam viginti anni circumacti ſunt.* Alii ſcriptores id exprimunt per *ſolidos, totos, vnos dies,* vel annos. Varro apud Non. Marcell. *Cap. IV. n.* 451. *Vlyſſem decem annos SOLIDOS erraſſe.* Terent. *Adelph. Act. III. ſcen.* 3. *v.* 43. *An non ſex TOTOS menſes olfeciſſem, quam ille quidquam caperet?* Plaut. *in Trinum. Act. I. ſcen.* 2. *v.* 129.

Quia rure dum ſum
Ego, VNOS *ſex dies.*

Plura notant viri docti ad Ciceronem. HEIN.

IRA. Cum IRA ſui animi: *l.* 32. §. 10. *D. de donat. int. vir. et vxor.* [Sopita IRA, et per haec ſpacia mentis tranquillitate recepta, ad ſupremam actionem cum ratione veniant, atque conſilio. *l.* 5. *C. Theod. de accuſat. Lib. IX. tit.* 1.]

IRACVNDIA. IRACVNDIAE calor. Ex quo quod factum eſt diuortium non prius ratum eſt, quam ſi ex perſeuerantia adparuit, iudicium animi fuiſſe. *l.* 3. *D. de diuort.*

IRASCI. A matre IRATA. *l.* 29. §. *vlt. D. de probat.*

IRE.

IRE, et *ambulare* in iure coniunguntur, *l.* 1. *pr. D. de ſeru. ruſt. praed.* hac nimirum differentia, quod qui IT, porro pergit, et vlterius progreditur, qui vero AMBVLAT, ſpaciis factis in ſua veſtigia ſaepius recurrit, et regreditur. Immo videntur potius duo iſta verba ideo iunxiſſe veteres iuriſconſulti, ne quis exiſtimaret, ei, cui itineris ſeruitus

uitus conſtituta ſit, non poſſe, niſi vrgente neceſſitate, per alterius fundum ire. Erat enim is iuris antiqui rigor, vt ſeruitus ſolius voluptatis, veluti *ſpaciandi*, coenandiue in alieno cauſſa, conſtitui non poſſe videretur. *l. 8. pr. D. de ſeruit.* At, qui iter habet, poteſt et ſella, vel lectica, puta geſtatoria, ibi ferri. *l. 7. pr. D. de ſeru. praed. ruſt.* Quod voluptatia cauſſa factum eſſe, pluribus oſtenderunt Ger. Noodt *de Vſufruct. Lib. I. Cap. 5.* Aueran. *Interpr. iur. Lib. I. Cap. vlt.* Atqui IRE, et *ambulare*, ita differunt, vt illud ſit neceſſitatis, hoc voluptatia, vt recte docuit Auſon. Popma *de diff. verb. Lib. I. voce ambulare.* Senſus ergo, quantum video, non alius eſt, quam eum, cui iter debetur, et vrgente neceſſitate ea ire, et voluptatia vel animi cauſſa ambulare, ſpaciari, et lectica ſellaue ferri poſſe. Addatur Ger. Noodt *Comment. in Pandect. Lib. VIII. tit. 3. p. 215.* HEIN.

¶. 2. Sic iunguntur etiam IRE AGERE, inter quae tamen ea differentia eſt, quod IRE dicitur, qui pedes vel eques abſque vehiculo incedit, commeat, iter facit. *l. 12. D. de ſeruit. praed. ruſt.* AGERE vero eſt iumentum minare, vel vehiculum agere. *l. 1. D. eod. tit. pr. Inſt. de ſeruit.* ¶. 3. Nota ſignificatione IRE accipitur, dum dicimus IRE ad arbitrium: *l. 10. l. 11. l. 32. §. 16. D. de recept. arb.* ad arbitrum; *l. 37. D. eod. tit. l. 76. D. pro ſoc. l. 32. §. 6. D. de recept. arbitr.* IRE in bona, id eſt, in eorum poſſeſſionem a magiſtratu mitti: *l. 3. §. vlt. et l. vlt. in fin. D. de lib. hom. exhib.* IRE ad cognitionem: *l. vlt. §. 1. D. quod met. cauſſ.* IRE ad fideiuſſores: *l. 76. D. de procurat.* [ad gentem aliquam, tamquam legatum: *l. 2. C. Theod. de legat. et decret. Lib. XII. tit. 12.*] ad interdictum: *l. 4. D. de lib. exhibend.* ad iudicem; *l. 9. l. 11. l. 16. D. de recept. arbitr. l. vlt. §. 4. D. ad SC. Vellei. l. 6. D. de fideiuſſ.* ad eumdem iudicem: *l. 5. C. arbitr. tutel. rubr. D. ex quib. cauſſ. ad eumd. iud.* ad liberale iudicium: *l. 7. §. 1. D. de hered. petit.* in ius, id eſt, vocantem ſequi; *rubr. D. in ius voc. vt eant.* Auctor ad Herenn. *Lib. II. Cap. 13.* *In ius vt* EAS, *quum voceris.* Seneca *in Apocolocynt.* *oſi In ius* EAMVS; *ego tibi ſellas oſtendam.* Martial. *Lib. I. Epigr. 104. v. 11.*

In ius, o fallax, atque inficiator, EAMVS.

Idem *Lib. XII. Epigr. 99. v. 10.*

Sit tandem pudor, aut EAMVS *in ius.*

[Plaut. *in Trucul. Act. IV, ſcen. 3. v. 66.* EAMVS, *tu, in ius.* OIN. *Quid vis in ius me ire? Tu et praetor mihi?*] IRE in poſſeſſionem. *l. 3. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 18. D. de vi et vi arm. l. 3. §. 3. D. de itinere. l. 1. §. 14. D. de ventr. in poſſeſſ. l. 30. §. 3. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*

¶. 4. [Singulares ſunt loquutiones: IRE in creditum: *l. 19. §. vlt. D. ad SC. Velleian.* IRE defenſu aduerſus creditores; *l. 18. D. de pecul. leg.* heredem. *l. 1. §. 9. D. de dot. praelegat.*] Quae loquutio omnino maxime inuſitata, et analogiae vix conſentanea eſt, vt non dubitem, librarios omiſiſſe lineolam vltimae litterae imponendam, tamquam ſignum litterae M. legendumque adeo vtroque loco eſſe DEFENSVM pro *defenſu.* HEIN. [IRE in obligationem. *§. 3. Inſt. quib. mod. toll. oblig.*]

IRENARCHA. Ita adpellabatur, qui diſciplinae publicae et corrigendis moribus, [*moti*-

bus legendum cenſet Iac. Gothofredus *ad tit. Cod. Theod. de irenarch. Lib. XII. tit. 14.*] praeficiebatur, quique facinoroſos homines conquirebat, ac denique, vt cum Imperatoribus loquar, qui ad prouinciae tutelam, quietis ac pacis ſtare faciebat concordiam. *l. 6. D. de cuſtod. reor. l. vlt. §. 7. D de muner. et honor. l. vn. C. de irenarch. Lib. X. l. 9. C. de iur. fiſc. l. vlt. C. Theod. eod. tit. l. vlt. C. Theod. de patron. vicor.* Euſeb. *Lib. IV. Hiſt. eccl. Cap. 15.* ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρηνάρχης Ἡρώδης. Rufinus ita vertit: *Obuius illi praefectus pacis, Herodes.* Similique modo IRENARCHAE *praepoſiti pacis,* [pro qua voce *pagis* legit Iac. Gothofr. *in Comm. ad Cod. Theod. tit. de decur.*] vocantur in *l. 49. C. Theod. de decurion.* Ad eoa pertinent, quos D. Auguſtinus *Epiſt. CLX.* ait: *circumcelliones quoſdam et clericos Donatiſtas, cura eorum, qui diſciplinae publicae ſeruiunt, praemiſſa notoria, ad iudicia legesque perduxiſſe.* Et *Epiſt. CLIX. Illorum notoria, ad quos tuendae pacis vigilantia pertinebat.* Vtroque enim verborum circuitu vim Graeci verbi *εἰρηνάρχης* exprimere voluit. Etenim ad eorum officium ſpectabat, nunciare crimina, noxios prebendere, eosque ad praeſides et magiſtratus deducere. Et ita Polycarpum ab Herode, irenarcha, comprehenſum legimus, tum apud Euſebium, tum apud Niceph. *Lib. III. Hiſt. eccleſ. Cap. 35.*

IRR.

IRREPERE. Quum vtilitas pignorum IRREPSERIT. *l. 14. §. 1. D. de pecun. conſtit.*

IRREVOCABILIS donatio. *l. 34. §. vlt. D. de donat.*

IRRIGARE. IRRIGANDIS agris vſum aquae frigidae praeſtant: *l. 1. §. 13. D. de aqu. quotid. et aeſt.* Ad IRRIGANDOS agros aqua de flumine publico pro modo poſſeſſionum diuidenda: *l. 17. D. de ſeru. praed. ruſtic.* Ad IRRIGANDVM aqua ducitur. *l. 3. D. de aqu. quotid.*

IRRIGATIO. *l. 3. §. 2. D. de aqu et aqu. pluu.*

IRRIGVVS, A, VM. IRRIGVA loca. *l. 7. §. 6. D. ſolut. matrim.*

IRRITARE, ad iram accendere. IRRITARE canem. *l. 11. §. 5. D. ad leg. Aquil.*

¶. 2. [IRRITARE in *l. 2. C. de feriis* eſt irritum facere. Locos quosdam recentiorum, qui ita loquuti ſunt, attulerunt Barth. *Lib. XXXIII. Aduerſ. Cap. 8.* Voſſ. *de Vit. ſerm. Lib. I. Cap. 23.*]

IRRITVS, A, VM, inualidum, vel quod ratum non eſt. Vet. Gloſſar. Graecum: IRRITVS ἄκυρος. Sic IRRITA eſt adprobatio: *l. 24. D. locat.* IRRITA cautio facta: *l. 39. §. 5. D. de adm. et peric. tut.* IRRITI codicilli: *l. 30. §. vlt. D. de fideic. libert.* IRRITVM conſtitui: *l. 4. C. qui manum. non poſſ.* IRRITVS contractus: *l. 9. l. 14. C. de reſcind. vend.* IRRITA diuiſio: *l. 22. C. famil. erciſc.* IRRITA non habetur diuiſio; *l. 9. C. de fid. inſtrum.* IRRITA donatio; *l. 3. §. 4.*

D. de

D. de donat. int. vir. et vxor. l. 6. C. eod. tit. l. 20. C. de donat. ant. nupt. IRRITA non habetur donatio: *l. 20. C. de donat.* IRRITA emtio: *l. vlt. D. de reſcind. vend.* [IRRITVM ipſo iure. *l. 3. C. de tut. vel curat. qui ſatis non ded.*] Ad IRRITVM recidit legatum: *l. 38. §. 2. D. de her. inſtit. l. 42. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Suet. *in Domit. Cap. IX. Legatum ex teſtamento Ruſci Caepionis, quo cauerat, vt quotannis ingredientibus curiam ſenatoribus certam ſummam viritim praeſtaret heres ſuus,* IRRITVM *fecit.* IRRITA pactio: *l. 31. §. 4. D. de donat. int. vir. et vx.* Rebus ſoli ad IRRITVM perductis: *l. 24. D. quae in fraud. cred.* Ad IRRITVM reuocari: *l. 7. C. de reſtitut.* IRRITA ſententia: *l. 6. C. de ſent. et interloqu.* IRRITA ſolutio: *l. 59. D. de condict. indeb.* IRRITA facta ſubſtitutio: *l. 41. §. 7. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* IRRITVM teſtamentum: *l. 36. §. 3. D. de teſt. milit. l. 26. D. de negot. geſt. l. vlt. D. de reb cor. l. 1. D. de except. rei iudic. l. 76. §. vlt. D. de legat. II. l. 1. D. de ſuis et legit. hered. l. 8. C. ad leg. Falcid. l. 2. §. 1. D. teſtam. quemadm. aper. l. 30. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered.* IRRITO facto teſtamento: *l. 49. D. de manum. teſt.* IRRITVM autem fit teſtamentum, vel ipſo Iſidoro *Lib. V. Etymol. Cap. 44.* teſte, quoties teſtatori poſt teſtamentum factum aliquid contingit, quod ciuitatem vel libertatem adimat: *l. 6. §. 5. D. de iniuſt rupt. irrit. fact. teſt.* IN IRRITVM quoque conſtituitur teſtamentum, non adita hereditate: *l. 1. D. eod. tit.* Vlpian. *tit. XXIII. §. 4.* IRRITVM *fit teſtamentum, ſi teſtator capite deminutus fuerit, aut, ſi iure facto teſtamento, nemo exſtiterit heres:* Et Iuſtinianus §. 4. *Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* IRRITA *fieri teſtamenta dicuntur, quum is, qui fecit teſtamentum capite deminutus ſit. Licet enim, et quae rumpuntur, teſtamenta,* IRRITA *fiant: et quae ſtatim ab initio non iure fiunt,* IRRITA *ſint, et ea, quae iure facta ſunt, et poſtea propter capitis deminutionem IRRITA fiunt, poſſimus nihilominus rupta dicere: tamen quia commodius viſum eſt, ſingulas cauſſas ſingulis adpellationibus diſtingui, ideo quaedam non iure facta dicuntur, quaedam iure facta rumpi, vel irrita fieri.* Quin etiam eorum, qui ob conſcientiam criminis mortem ſibi conſciuerunt, IRRITA ſunt teſtamenta: *l. 6. §. 8. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* Atque his modis IRRITVM interpretabimur, in *l. vlt. D. de reb. cor. l. 30. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 2. §. 1. D. teſtam. quemadm. aper. l. 10. D. de SC. Silan. l. 2. §. 1. D. de condict. indeb. l. 1. D. de except. rei iud. l. 10. §. vlt. D. de diuerſ. temp. praeſcr. l. 87. D. de legat. II.* Tranquill. *in Tiber. Cap. LI. Teſtamentumque eius* IRRITVM *habuit.* Idem *in Calig. Cap. VIII. Teſtamenta* IRRITA *ac vana.* Tacit. *Lib. V. Annal. Cap. I. Teſtamentum Liuiae diu* IRRITVM *fuit.* Idem *Lib. I. Hiſt. Cap. 48. Teſtamentum Vinii magnitudine opum* IRRITVM. Feſtus Pompeius: PROCITVM *teſtamentum dicebatur, veluti procatum, prouocatum, id eſt,* IRRITVM *ac ruptum.* Athen. *Lib. IV. Deipnoſoph.* ἄκυρον τὴν διαθήκην vocat. IRRITA venditio: *l. 52. D. de contrah. emt.* IRRITAM facere venditionem: *l. vlt. C. de vſucap. pro dot. l. 77. §. 5. D. de legat. II. l. 8. D. de leg. Iul. repetund.* IRRITAE voluntates. *l. 12. C. de codicill.*

IRROGARE, inferre. IRROGARE damnum aut incommodum: *l. 1. C. ſi aduerſ. delict. l. 4. C. ſi vend. pign.* IRROGATA deportatio debitori: *l. 47. D. de fideiuſſ.* IRROGARI exſilium: *l. 8. D. de poſtul.* infamia: *l. 1. D. de ſepulcr. viol. l. 13. l. 20. l. 22. §. vlt. D. de his, qui not. infam. l. 9. D. de poſtul. et rubr. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* iniuria: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 10.* mulcta: *l. 1. C. de fiſcal. vſur. l. 5. C. quand. prouoc. l. 6. §. 9. D. de offic. praeſid.* mutatio militiae: *l. 6. §. 7. D. de re milit.* IRROGATA neceſſitas: *l. 23. C. de rei vindic.* IRROGARE poenam: *l. 1. D. de conſtit. princ. l. 6. §. 4. D. de offic. praeſid. l. 40. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 8. D. de calumniat. l. 7. §. 1. D. de iur. patron. l. 11. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 12. §. vlt. D. de accuſat. l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpill. l. 131. §. 1. D. de verb. ſignif. l. 2. C. de inutil. ſtipul. l. 3. C. de his, qui ſibi adſcr. l. 3. C. ſi pend. adpellat. Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. 8. §. 7.* IRROGATA poena: *l. 6. l. 7. §. vlt. D. de ſeru. export. l. 21. D. de minor. l. 40. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 3. C. ſi pend. adpellat. l. 2. C. de bon. proſcript.* legibus aut edicto: *l. 42. D. de bon. libert.* IRROGANDA poena: *l. 1. l. 5. D. de requir. reis vel abſent. l. 5. D. de poen.* IRROGARE praeiudicium: *l. 2. C. quibus res iudic.* Seruo alieno IRROGARI non poterit: *l. 9. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam.* IRROGARE ſeruitutem: *l. 26. §. 3. D. de fideicomm. libert. l. 59. D. de condit. et demonſtr.* IRROGANDVM totum alicui ex fideiuſſoribus. *l. 48. D. de fideiuſſ.*

IRRVMPERE, vi introire. IRRVMPERE fundum. *l. 9. D. de adquir. poſſeſſ.*

IRRVPTIO fluminis, id eſt, impetus, incurſus. *l. 8. D. fin. regund.*

IS.

IS, EA, ID. pro idem. *l. 6. §. 1. D. ſi ſeru. vind.* Vid. ſupra EI.

ISA.

ISAVRI. Eorum fit mentio *l. vlt. C. de fer. l. vlt. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. vlt. C. de quaeſt.* quos infami latrocinio iam inde ab antiquis temporibus nobilitatos oſtendit Dio Caſſ. *Lib. LV. p. 567.* Ἴσαυροί τε γὰρ ἐκ λῃστείας ἀρξάμενοι, καὶ ἐς πολέμου δεινότητα προήχθησαν, μέχρι οὗ κατεδαμάσθησαν. ISAVRI, *facto a latrocinuis initio, vſque ad belli molem prouecti ſunt, donec perdomarentur.* Confirmat Ammian. Marcellinus *Lib. XIV. Cap. 2. Namque et* ISAVRI, *ait, quibus vſitatum eſt, ſaepe pacari, ſaepeque inopinis excurſibus cuncta miſcere, ex latrociniis occultis, alente impunitate adoleſcentem in peius audaciam, ad bella grauiora proruperunt.* Eorum furta et latrocinia, quibus finitimos adflictabant, idem auctor *Lib. XIX. Cap. 13.* memorat. Quamobrem a Zonara *Tomo III. p. 42.* ἔθνος αἴσχιστον, *peſſimus populus* merito adpellantur. Vetus Gloſſarium Graecum: ISAVRI, οἱ ἅρπαγες, οἱ φονεῖς, καὶ οἱ σικάριοι. ISAVRI, *fures, ſicarii, praedones.* Auctor eſt Vopiſcus *in Probo Cap. XVI.* Imperatorem illum, quum Iſaurorum loca peragraſſet, dixiſſe: *Facilius eſſe ab*

illis

illis locis latrones arceri, quam tolli: conſtituiſſeque, vt Iſaurorum filii ab anno octauodecimo, mares duntaxat, ad militiam mitterentur: *ne ante latrocinari, quam militare, diſcerent.*

ΙΣΑΖΟΝ, *l. 13. D. de ſtipulat. ſeru.* Eſt vero τὸ ἰσάζον hic *aequiualens.*

ISG.

☞ ISGINVS color: *l. 78. §. 5. D. de legat. III. Quin minus porro coracinum, aut ISGINVM, aut melinum, ſuo nomine, quam coccum, purpurane deſignatur?* Eſt vero color flauus, in hyacinthorum ſimilitudinem tingens. Plin. *Lib. XXI. Hiſt. nat. Cap. 26. Hyacinthus in Gallia eximie prouenit: hoc ibi pro cocco* HISGINVM tingitur. Addatur idem *Lib. XXXVIII. Cap. 6.* HEIN.

ITA.

ITA pro deinde: *l. 47. §. 2. D. de fideic. libert. l. 22. D. de manumiſſ. teſtam. l. 13. D. qui teſt. fac. l. 36. D. de condit. et demonſtr. l. 7. §. vlt. D. de iur. patron. l. 7. pr. D. ſi tab. teſtam. null. exſt. l. 38. D. de iudic. l. 20. D. de excuſat. l. 38. D. ſol. matrim. l. 51. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 8. §. 3. D. de iur. codicill. l. 6. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.*

¶. 2. [ITA, pro item. *l. 1. §. 18. D. de ſeparat.*] ☞ Immo ibi ITA potius eſt illatiuum, vti apud Plaut. *Amphitr. Act. V. ſcen. 1. v. 3. c. 9. 15. 48. Aulul. prol. v. 9. Act. III. ſcen. 6. v. 28. 29. Act. IV. ſcen. 2. v. 2. Mil. glor. Act. II. ſcen. 4. v. 44.* Nuſquam vero ITA ſignificat *item:* nec tales notiones attribuendae particulis, quae earum naturae et vſui refragantur. HEIN. ¶. 3. [ITA, VT, ſaepe non tam conditionem, quam modum, faciunt: vt *l. 42. D. de op. libert. l. 17. §. 2. D. de manumiſſ. teſt. l. 17. pr. et §. 1. et 2. D. de condit. et demonſtr.*]

[ITAQVE, pro itemque. *l. 3. D. de reb.* ☞ *dub.*] ITAQVE ibi eſt illatiuum, idemque ſonat, ac ergo, proinde. Aeque ergo vana eſt haec obſeruatio, ac quam paullo ante vidimus, *ita* puta idem denotare ac *item.* HEIN.

ITALICENSIS, *l. 27. D. de poen.* ab Italica, Hiſpaniae vrbe Gell. *Lib. XVI. Cap. 13. Hadrianus in oratione, quum de* ITALICENSIBVS, *vnde ipſe ortus fuit, in Senatu habuit.* Eutrop. *Lib. VIII. Cap. 3.* de Hadriano: *Natus eſt ipſe Italicae in Hiſpania.* Spartianus *in Hadrian. Cap. I.* originem eius ab Hiſpanienſibus repetens, *maiores eius, Hadria ortos, apud* ITALICAM, *Scipionum temporibus, reſediſſe,* refert. Stephanus *de vrbib. p. 425.* Ἔστι καὶ Ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας· τὸ ἐθνικὸν Ἰταλικήσιος. *Eſt et* ITALICA, *vrbs Hiſpaniae, cuius gentilitium Italicenſis.*

ITALICVS, A, VM, variis adiicitur ſubſtantiuis. Sic ITALICVM ius: *l. 1. l. vlt.* ☞ *D. de cenſib.* De eo vero iure ITALICO quaedam dici merentur paullo accuratius, quia nec Car. Sigon. *in libro de Iure Italiae,* nec Cuiac. *Lib. X. Obſ. Cap. 35.* rem vbique acu attigerunt. Iſtud ius initio diſcernebatur a iure ciuitatis, Latii, et prouinciarum, et ſicuti poſtremo pinguius, ita prioribus haud paullo deterius erat. Habebant Itali ſuos magiſtratus, eaque in re melior eorum erat, quam prouinciarum, conditio. Sed et cenſebantur in ciuitatibus ſuis, et pendebant vectigalia, et certum ſociorum militum numerum ex foedere ſubmittebant, neque honorum participes vllatenus erant. Quin ex ipſis Italis quidam in duriorem redacti ſunt conditionem, Hannibale Italia ſubmoto, et in his praecipue Bruttii, Picentini et Lucani, qui non amplius pro ſociis habiti, nec milites amplius, ſed ſeruos publicos dabant. Gell. *Noct. Attic. Lib. X. Cap. 3.* Enimuero ab anno ab V. C. DCLXIV. confecto bello ſociali, gentes pleraeque Italicae per leges Iuliam et Plotiam ius ciuitatis paullatim ſunt conſequutae. Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap. 16. ſequ.* Appian. *de bell. ciuil. Lib. I. p. 379.* participes ex eo tempore iuris ſuffragii, honorum, cenſus, ſacrorum, vectigalium, quin et iuris priuati, ſi populi fundi fieri vellent. Gell. *Noct. Attic. Lib. XXI. Cap. 13.* Cicero *pro Cornel. Balbo Cap. VIII.* Ceterum magnam mutationem ius ITALICVM ſubiit, primum ſub Auguſto, poſteaque ſub reliquis principibus. Ipſi Itali ſua quique in ciuitate ſuffragia dare coeperunt ſub Auguſto: Suet. *Aug. Cap. XXXVI.* poſt ea tempora vero ius illud ſuffragii paullatim plane euanuit. Remiſſa quoque illis ſunt munera militaria. Herodian. *Hiſt. Lib. II. Cap. II.* Iisdem Hadrianus praefectos praepoſuit conſulares: Spart. *Hadrian. Cap. XXII.* iuridicos Marcus Aurelius Antoninus. Iul. Capitolin. *in Marco Cap. XI.* Seuerus Italos intra centeſimum ab vrbe lapidem praefecto vrbi; reliquos correctoribus parere iuſſit. Quamuis vero ad ius ciuitatis pridem adſpiraſſent Itali: ius tamen ITALICVM multis extra Italiam ciuitatibus dari coepit, de quibus plura iuriſconſulti, in *l. 1. et l. vlt. D. de cenſib.* Id vero tunc conſtitit in immunitate a cenſu capitis et ſoli, (vnde Barcinonenſes in *d. l. vlt.* immunes vocantur.) quam immunitatem contra Cuiacium praeclare euicit V. C. Chriſt. Gottl. Schwarz. *de Iure Ital. §. 9. et 10.* quocum iungendus ampliſſimus Bynkersh. *Lib. V. Obſeru. Cap. 21.* Praeterea ciuitates iſtae gaudebant iuribus dominii legitimi, vſucapionis, praeſcriptionis, excuſationis a muneribus publicis ob numerum quatuor liberorum, ſimilibusque priuilegiis, de quibus Vlpian. *Fragm. tit. XIX. §. 1.* et Cuiac. *Paratitl. C. tit. de vſuc. transf. et tit. de annal. exc. Ital. contr. toll.* A Diocletiani et Maximiani temporibus etiam coloniae iuris Italici, praeter pauciſſimas, tributa pendere coactae, vix vmbram priſtinae immunitatis retinuerunt. *l. vn. C. Theod. de ann. et trib.* Reliquas etiam praerogatiuas euanuiſſe paullatim, poſtquam Iuſtinianus ſoli Italici et prouincialis diſcrimen ſuſtulit, *l. vn. C. de vſuc. transf.* et *l. vn. C. de nud. iur. Quirit. toll.* neminem dubitaturum, arbitramur. HEIN. His praemiſſis, tanto facilius intelligetur, qualia ſint negotia ITALICA: *l. 160. D. de ſolut.* ITALICVM patrimonium: *l. 35. §. 3. et §. vlt. D. de hered. inſtit.* ITALICA praedia: quae prouincialibus oppoſuit Plin. *Lib. VI. Epiſt. 9.* Italicae res: *l. 2. §. 2. D. de curat. bon. dand. l. 111. D. de legat. I. l. 3. §. 3. l. 39. §. 7. l. 47. §. 2. et §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut.* quae, vti accipiendae ſint, docet *l. 35. pr. et §. 3. D. de adm. et peric. tutor.* Opponuntur iis res prouinciales: in *l. 16. §. 6. D. ad SC. Trebell. d. l. 35. pr. de her. inſt. d. l.*

111. D.

vlt. D. de legat. I. et l. 2. C. de excuſ. tut. ITALICVM ſolum: *pr. Inſt. de vſucap.* ITALICA terra: *l. 8. §. 1. D. qui teſt. fac. poſſ.* vel terra ITALIA, vt in *l. vlt. D. de abig.*

ITE.

ITER, eſt via, qua publice commeamus, et ipſe commeandi actus eſt. Sic ITER agentes, id eſt, viatores. *l. vn. in fine C. de furt. aduerſ. naut.* per ITINERA ſine periculo et metu commeare: *l. 1. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* ITINERIS compendium: *l. 16. D. de legationib.* ITER continuare: *l. 38. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.* diebus ac noctibus: *l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* ITINERIS dinumeratio: *l. 1. D. ſi quis caution.* ITER facere per publicum, vel per priuatum: *l. 31. D. ad leg. Aquill.* ITINERE faciendo viginti millia paſſuum in dies ſingulos peragenda: *l. 3. D. de verb. ſignif. l. 2. §. 3. D. quis ord. in poſſeſſ. §. 16. Inſt. de excuſ.* Dum ITER facit: *l. 3. §. 12. D. de re milit.* ITER facere ad fundum: *l. 1. §. 7. D. de itin. actuque priu.* ITER facientes: *l. 1. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* Per vias, per quas vulgo ITER fit: *l. 6. D. de his, qui effud. l. 42. D. de Aedilit. edict.* Graſſatores IN ITINERIBVS: *l. 28. §. 10. D. de poen.* ITINERIS laxamentum: *l. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* Terra ITER metiri: *l. 2. §. 8. D. ſi quis caut. in iudic. ſiſt.* Qui fugitiuo ITER monſtrauit: *l. 62. D. de furt.* ITER pedeſtre: *l. 1. §. 14. D. de flumin.* priuatum: *rubr. D. de itin. actuqu. priu.* publicum. *rubr. D. de locis et itin. publ.* ❘❘. 2. ITER etiam dicitur de aliis profectionibus, quae non fiunt pedibus: immo et de rebus inanimatis; vt ITER aquae: *l. pen. D. ſi ſeru. vind. l. 16. in fine l. 17. l. 19. D. quemadm. ſeru. amitt. l. vlt. D. de aqu. quotid. et aeſt. l. 19. §. vlt. D. comm. diuid. l. 40. §. 1. D. de contrah. emt. l. 15. D. de ſeru. praed. ruſt.* ITER nauigio deterius fit: *l. 1. pr. et §. 19. D. de flumin.* Et ſic ITER nauibus ſaepiſſime attribuunt ſcriptores Graeci et Latini. Exempla, quae hic repetere nihil attinet, habes apud V. C. Euer. Otton. *de Tutel. viar. p. 255. et 523.* HEIN. ❘❘. 3. ITER, praeterea eſt ſeruitus ruſticorum praediorum, quam auctores noſtri definiunt ius eundi, ambulandi homini, non etiam iumentum agendi: *l. 1. D. de ſeru. ruſt. praed.* ITER enim eſt, qua quis pedes, vel eques commeare poteſt: *l. 12. D. eod. tit.* Iumentum vero ducere non poteſt, qui tantum ITER habet. *l. 7. D. eod. tit.* Vetus Gloſſarium interpretatur *τοῦ βαδίζειν δίκαιόν με πεζὸν διὰ τοῦ σοῦ ἀγροῦ. ius, per quod mihi licet pediti per agrum tuum commeare.* Varro *Lib. IV. de lingua Lat.* ITER, *via. Quidam iter, quod vehendo teritur: actus, iter in agris, quod agendo teritur. Etiam ambitus* ITER, *quod circumeundo teratur.* Itineris autem certa et definita non eſt latitudo, ſed prout demonſtrata eſt, vel ab arbitro definita, ita ſeruatur. *l. 13. §. 16. D. de ſeruit. praed. ruſt.* ITER nihil prohibet ſic conſtitui, vt quis interdiu dumtaxat eat. *l. 14. D. commun. praed.* ITER dilatare, producere, deprimere, exaggerare: *l. 3. §. 14. D. de itin. actuqu. priu.* ITER ad hauriendum: *l. 11. D. de ſeru. vrban. praed. l. 3. §. vlt. D. de ſeru. praed. ruſtic.* ITER ſepulcri: *l. 5. D. de ſepulcr. viol.* ſepulcro debitum: *l. 4. D. quemadm. ſeruit. amitt.* [Ceterum de diſcrimine ITINERIS, actus, et viae legenda omnino epiſtola erudita Aegidii Menagii ad Car. Hannib. Fabrott. inſerta *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXVI.*]

ITERARE, repetere. ITERATVR reſtitutionis auxilium: *l. vlt. C. ſi ſaep. reſt. in int. pet.* baptiſmus: *rubr. C. ne ſanct. bapt. iter.* conductio: *l. 9. §. 1. D. de publican.* honores: *rubr. C. de non iter. honor.* munera: *l. 14. §. vlt. D. de munerib. et hon.* ſacerdotium. *l. 17. D. de munerib. et honor.*

ITERATIO. ITERATIONE fiebat ciuis Romanus, qui poſt Latinitatem, quam acceperat, maior XXX annorum, iterum iuſte manumittebatur ab eo, cuius ex iure Quiritium ſeruus fuerat. Vlpian. *Reg. tit. III. §. 4.* ex quibus interpretationem recipiunt verba haec Iuſtiniani *Nouell. LXXVIII. praef.* καὶ τὰς λατινικὰς ὡς ἀτελεῖς ἐξεβάλομεν, καὶ τὰς ἰτερατίωνας περιττὰς ἀπεφήναμεν. *Et Latinitates, tamquam imperfectas, excluſimus, et* ITERATIONES *ſuperfluas demonſtrauimus.*

ITERATO, id eſt, iterum, et vt vulgo loquimur, ſecunda vice. ITERATO inferre actionem: *l. 1. C. ſi adu. rem iudic.* Si ITERATO hoc admiſerint: *l. 3. §. 9. D. de re milit.* ITERATO deſiderare: *l. 3. C. de bon. auct. iudic. poſſid.* reum facere: *l. 17. D. ad SC. Turpill.* ſuccedere: *l. 1. C. de ſeru. reipubl.* bona venumdare. *l. 6. D. de ceſſion. bon.*

ITERVM, duas res, auctore Paullo, ſignificat, alteram, qua demonſtratur tempus ſecundum, quod Graeci *δεύτερον* dicunt; alterum, quae ad inſequentia quoque tempora pertinent, quae Graece valent πάλιν. *l. 7. D. de edend. l. 2. §. 7. D. ſi quis caut. in iud.* Priore ergo caſu eſt ſecundum, vt quando ITERVM et *ſemel* opponuntur. *l. 7. D. de fer. l. 15. §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Poſteriore rurſum, denuo. *l. 1. D. de iur. patron. l. 2. §. 7. D. ſi quis caution.* Deſinit tutor, et ITERVM coepit eſſe. *l. 9. §. 2. D. de tutel. et rat. diſtrah.* ITERVM cauere: *l. 15. D. de damn. infect.* ITERVM deferendo: *l. 5. §. 3. D. de re milit.* ITERVM nubere: *l. 68. D. de condit. et demonſtrat.* Si ad te ITERVM peruenerit; *l. 20. D. depoſ.* ITERVM ſignatum teſtamentum, quod reſignauerat teſtator. *l. 23. D. qui teſt. fac. poſſ.*

IVB.

IVBENTIVS Celſus: *l. 7. D. de op. lib. l. 27. D. qui teſt. fac. poſſ. l. 18. D. de iur. codicill. l. 13. D. de lib. et poſtum. l. vlt. C. de ſeru. reip. manum.* Vide, quae de Celſo vtroque ſupra *Lib. III.* ſub CELSVS diximus. At male id nomen ſcribitur IVBENTIVS, quum rectius exaretur IVVENTIVS. Nam hanc formam et numi praeferunt, et impreſſa Iuuentiorum denariis *Iuuentae* Deae figura argumento luculentiſſimo eſt, eos nomen ſuum non a *iubendo*, ſed a *iuuentute* deriuaſſe. Vid. denarium gentis Iuuentiae apud Hub. Golz. *Faſt. magiſtr. et triumph. p. CXXXIV.* HEIN.

IVBERE, praecipere, Vnde IVBERE

et *vetare* opponuntur. *l. 14. D. de re iud. l. 58. D. de iudic.* In primis vero iubent ſuperiores, vt principes, magiſtratus, patres, domini. Sic IVBENT aediles: *l. 23. §. 1. D. de Aedil. edict.* IVBERE bona poſſidere: *l. 26. §. vlt. D. ad municipal.* IVBERE caueri praetoria ſtipulatione: *l. 4. D. de iuriſdict.* IVBERE cautum praetor: *l. 10. §. vlt. D. de praetor. ſtip.* IVSSIT Claudius: *l. 5. D. de iur. patron.* IVBET conſtitutio: *l. 2. D. de fideic. libert.* IVBET dominus vel pater: *l. 3. l. vlt. D. quod iuſſ.* [IVSSIT ei. *§. 2. Inſt. de offic. iudic. l. 1. §. 4. C. de vet. iur. enucl. l. 26. D. de adquir. vel amitt. poſſ.* Sic et alii loquuti, veluti Liu. *Lib. XXVII. Cap. 24.* Curt. *Lib. V. Cap. 6.* Tacit. *Lib. XIII. Annal. Cap. 15.* immo ipſe Cicero *Lib. IX. ad Attic. Epiſt. 15.* Quae aliaque loca attulerunt Sanct. *in Minerua p. 125.* et ibi Iac. Perizonius] Exſulare iuſſus: *l. 28. D. de excuſat. l. 5. D. de decur. l. 39. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* IVBET, imperat iudex: *l. 19. §. 3. D. comm. diuid.* IVBET iudicare: *l. vlt. D. de offic. praef. vrb. l. 58. l. 59. D. de iudic.* [*l. 13. §. 1. D. de iuriſdict.*] *l. 29. D. de re iud.* vt iudicet: *l. 7. D. de leg. Iul. repetund.* IVBET lex, vtpote cuius virtus eſt imperare, et praecipere: *l. 7. D. de legib. l. 7. D. ad leg. Iul. repetund.* lex XII Tabularum Vlpian. *Reg. tit. XII. §. 2.* IVBET lex Falcidia: Vlpian. *tit. XXIV. §. 32.* lex Furia Caninia: Vlpian. *tit. I. §. 24.* Iulia de adulteriis: *l. 27. §. 6. et §. 11. D. ad leg. Iul. de adulter.* IVSSVS eſſe liber pro praemio: *l. 3. §. 13. D. de SC. Silan.* IVBEBAT populus, vt ex formulis rogationum adparet. Hinc IVSSA *populorum*, apud Ciceron. *de Legib. Lib. II. Cap. 4.* IVSSVS poſſidere *l. 1. D. de fund. dot.* Praetor latitantis bona poſſidere iubet: *l. 2. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.* IVBERE poſſidere aedes: *l. 15. §. 13. D. de damn. infect.* bona: *l. 26. §. vlt. D. ad munic.* IVBET Praetor: *l. 1. D. ſi quis caution. l. 14. D. de re iudic. l. 2. §. 41. D. ad SC. Trebell.* Ex SCo relegari IVSSA eſt: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Ouid. *Lib. II. Triſt. v. 132.*

Nec mea ſelecto iudice IVSSA *fuga eſt.*

Et alibi *Lib. I. eleg. 3. v. 50.*

Vltima ſed IVSSAE *nox fuit illa fugae.*

id eſt relegationis irrogatae. Qui IVSSV a eſt ab eo, qui IVBENDI habet poteſtatem, tutelam gerere. *l. 17. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 2. IVBERE etiam dicitur teſtator. Sic IVBERE ſeruum liberum eſſe, id eſt, teſtamento directam libertatem dare: *l. 25. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 6. D. de manum. l. 6. §. 3. l. 8. §. 5. D. de pecul. leg. l. 29. pr. et l. 57. §. 1. D. de pecul. l. 1. §. 7. D. quand. adpell.* IVSSVS eſſe liber ſeruus: *l. 82. D. de cond. et demonſtr. l. 32. pr. D. de pecul. l. 65. §. 2. et §. vlt. D. de legat. II. l. 49. l. 96. §. vlt. D. de condit. et demonſtr. l. 20. D. de vſu et vſufr. leg. l. 44. §. 7. l. 68. §. 1. l. 108. §. 9. D. de legat. I. l. 9. l. 10. l. 11. §. vlt. l. 13. §. vlt. l. 24. ſequ. l. 46. D. de manum. teſt. l. 68. D. de ſolut. l. 14. D. de legat. II. l. 51. §. 1. D. de euict. l. 6. D. de adſign. lib.* IVSSIT eſſe ſibi ſubſtitutum. *l. 41. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* ¶. 3. [IVBERE etiam aliquando dicitur, qui permittit magis, quam praecipit. *l. vlt. C. vbi in rem act.* Reſtitui debere et poſſe hereditatem, fideicommiſſam, Apronianum SC. IVBET: *l. 26. D. ad SC. Trebell.* Nec enim ad eos tranſire quidquam

IVBEMVS: *l. 1. in fine C. Theod. de legit. heredit. Lib. V. tit. 1.* Contra ea NON IVBERE idem aliquando eſt, ac vetare, vel inhibere, vti *l. 14. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1. l. vlt. C. Theod. quib. equor. vſus Lib. IX. tit. 30.*] ¶. 4. [Immo et IVBEO aliquando pro *volo* ponitur. Donat. *Andr. Act. III. ſcen. 3.* Cuiac. *Lib. XI. Obſ. Cap. 25.* et Voſſ. *Lib. IV. Rhet. Cap. 10.*]

IVD.

IVDAEVS. IVDAEIS tantum filios ſuos circumcidere permittimus. *l. 11. D. ad leg. Corn. de ſicar.* Fit et IVDAEORVM mentio. *l. 15. D. de excuſ. et tit. C. Iuſt. et Theod. de Iudaeis.* Per latus Iudaeorum in Pandectis plerumque perſtringi Chriſtianos, maxime vero *l. 15. §. 6. D. de excuſ.* et *l. 3. D. de decur.* exiſtimant Andr. Alciatus et Guill. Budaeus. Quamuis vero negari non poſſit, initio naſcentis Chriſtianiſmi ſatis frequentem fuiſſe Iudaeorum Chriſtianorumque confuſionem, de qua viri docti ad Suetop. *in Claud. Cap. XXV.* Pith. *Lib. II. Aduerſ. Cap. 2.* et Caſp. Barth. *ad Rutil. Numatian. Itinerar. Lib. I. v. 159.* notius tamen Vlpiani, Paulli, et Modeſtini temporibus fuit Chriſtianorum nomen, notiorque capitalis illa inter vtroſque inimicitia, quam vt ſectas, parum inter ſe amicas concordeſque confundere potuerint. Vid. Ezech. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc. I. Cap. 15. p. 190. ſequ.* HEIN.

[**IVDAICE** contradicere, *l. 7. §. 1. D. de ſumm. trinit.* id eſt pertinaciter.]

IVDAICVS, A, VM. [IVDAICA nota foedare, id eſt, circumcidere. *l. 22. C. Theod. de Iud. Lib. XVI. tit. 8.*] IVDAICO ritu: Paull. *Sent. Lib. V. tit. 22. §. 3.* IVDAICA ſuperſtitio: *l. 3. §. vlt. D. de decurion.* Quinctilian. *Lib. V. Cap. 1. Infamis eſt primus Iudaicae ſuperſtitionis auctor.*

IVDEX eſt, qui de re aliqua, vel iure ſuo, vel magiſtratus, qui iubendi poteſtatem habet, auctoritate, cognoſcit et iudicat. Praetor ipſe, teſte Liuio *Lib. III. Cap. 55.* IVDEX olim adpellabatur. Varro *de Lingu. Lat. Lib. V.* *Hinc* IVDEX, *quod tunc ius dicat, accepta poteſtate, id eſt, quibusdam verbis finit.* Et ita, qui tribunali praeeſt, vel aliam iuriſdictionem habet, IVDEX vocatur. *l. 1. D. de iudic. rubr. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Tales maiores IVDICES: *l. 32. §. 7. D. de recept. arb.* Hilar. *ad Conſtantium Lib. I. Cap. I. p. 535. edit. Maff.* *Prouideat et decernat clementia tua, vt omnes ſe vbique IVDICES, quibus prouinciarum adminiſtrationes creditae ſunt, a religioſa obſeruantia abſtineant.* Auguſtin. *Homil. XLIX:* *Non dico* IVDICES *publicos, non proconſulem, non vicarium.* [Sic et rectores prouinciarum vocantur IVDICES, *l. 2. l. 5. l. 7. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* et IVDICES prouinciarum. *l. 2. C. Theod. eod. tit.*] ¶. 2. Plerumque vero magiſtratus et IVDICES ſeparantur, vt. *l. 2. D. de reg. iur.* IVDICVMque numine veniunt hi, qui et IVDICES *dati*, et *ſpeciales* IVDICES, et *pedanei*, et *delegati* adpellantur. *l. 46. D. de iudic. l. pen. D. iudicat. ſolu. l. vlt.*

l. vlt. D. de offic. praet. l. 4. D. de tut. dat. l. 3. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 5. D. de offic. praeſid. Quales IVDICES *poſtulari, dari, addici, adiri, accipi, et ſumi* dicuntur a litigantibus. *l. 1. D. de quib. reb. ad eumd. iud. l. pen. D. de iudic. l. 2. C. eod. tit. l. 6. D. de fideiuſſ. tut. l. 1. §. 1. D. de vſur. l. 38. D. mandat. l. 1. C. de in lit. iur.* ¶. 3. Sic ergo accipiendae loquutiones: IVDEX adulterii: *l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. D. adult,* IVDEX, apud quem furti agitur: *l. 38. D. de damn. infect.* IVDEX inter aliquos: *l. 19. §. 3. D. comm diuid.* [bonae fidei: *l. 4. §. 2. D. de in lit. iur. l. 1. §. 2. D. de vſur.* bonus; *l. 38. D. de rei vindic. l. 3. §. 3. D. comm.* Boni et innocentis viri officio fungi debet: *l. 4. D. de fam. ercisc.* Ad IVDICEM, id eſt, virum bonum: *l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* Arbitratu IVDICIS, quaſi boni viri *l. 17. §. 5. et §. 9. D. de iniur.* IVDEX, κατ᾽ ἐξοχὴν dicebatur *vir* bonus, quia honeſtiſſimi ordinis ſenatorii atque equeſtris viri in iudicum *decurias* legebantur. Dictum ea de re ſopra *Lib. II.* HEIN. IVDEX, qui de damno infecto cognoſcit: *l. 17. §. vlt. D. de damn infect.* de dote: *l. 27. §. vlt. D. de rei vindic.* ex hac actione: *l. 4. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* quandoque: *l. 7. §. 7. D. de admin. et peric.* Qui ſuper ea re cogniturus eſt: *l. 3. C. eod. tit.* IVDEX competens: vide ſupra *Lib. III.* compromiſſarius: *l. 41. D. de recept. arbitr.* dandus: *l. 7. D. de lege Iul. repet.* IVDICVM a ſe datorum, vel arbitrorum ſententia: *l. 15. D. de re iudic.* ad certam rem datus; *l. 1. C. ſi a non comp.* in cauſſa legati datus: *l. 73. D. de leg. II.* datus ab Imperatore: *l. 18. D. de minor.* edititius: vide ſupra; *Libro. V.* [qui ex fideicommiſſo ius dicit: *l. 2. C. de vſur. et fruct. legat.* IVDEX hereditatis: *l. 50. §. 1. D. de legat. I.* iuſtus: *l. 14. §. 13. D. de religioſ.* [ad quem eius profeſſionis vel negotiationis cura pertinet: *l. vlt. C. de iurisd. omn. iudic.* Cuiuſmodi in emporiis et inſulanorum rebuspublicis erant ναυτοδίκαι, οἱ ἐπὶ τοῦ ἐμπορίου δικασταί. qui mercaturibus et corpori nautico ius dicebant: de quibus Reineſ. *Claſſ. I. Inſcr. 204.* et ab hoc citatus Peritus *Lib. V. iur. Att. tit. 5. p. 423*] IVDEX quaeſtionis, in qua quaeritur, iudicatum ſit, nec ne: *l. 1. D. quae ſent. ſine adpell.* IVDEX tutelae. *l. 10. D. de reb. eor. l. 9. D. de nonat. l. 20. §. vlt. D. de tutel. et rat. diſtrab.*

¶. 4 Quod ergo IVDICIS arbitrio, auctoritate et iuſſu fit, id PER IVDICEM fieri dicitur. Sic: PER IVDICEM auferre: *l. 4. §. 6. D. de dol. mal. except.* conſequi: *l. 16. D. iudic. ſolu.* exercere actionem: *l. 1. C. de ſeruit.* exigere: *l. 8. D. de legat. III. l. 22. §. 1. D. rat. rem. hab.* petere: *l. 22. D. de reb. credit. et d. l. 22. §. 1. D. rat. rem habitur.* ratio habebitur: *l. 13. D. de rei vindic.* repoſcere, quod ſibi debetur: *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priu.* ſoluere. *l. 9. §. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶ 5. His aduerſatur SINE IVDICE, id eſt, ſine interuentu IVDICIS, vel non imminente IVDICE. Sic: SINE IVDICE accepta pecunia: *l. 58. D. de condict. indeb.* Si praetendentibus aliquid SINE IVDICE credatur: *l. 1. D. de vocat. et excuſ.* SINE IVDICE dare paratus: *l. 16. D. iudic. ſolut.* dati ad beſtias; *l. 11. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* diuidere: *l. 36. D. fam. erciſc.* id eſt, conſenſu, vt ait *l. vlt. D. eod. tit.* exigere: *l. 22. §. 1. rat. rem hab.* poſſidere; *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priu.* id eſt, ſine eius auctoritate, vt *l. vlt. D. eod. tit.* reddere dotem: *l. vlt. §. 1. D. quae in fraud. cred.* redhibere: *l. 23. D. de Aedil. edict.* reſtituta res: *l. 18. §. vlt. D. commod.* ſoluere. *l. 9. C. de reb. cred. l. 13. D. rat. rem hab. l. 1. D. teſtam. quemadm. aper.*

¶. 6. APVD IVDICEM *agere, experiri, litigare, petere.* Vide ſupra: *Libro I.*

IVDICARE, inuitus cogitur, qui non habet excuſationem: *l. 13. D. de excuſ. vel vacat. mun.* lege Iulia cautum, ne minor XX. annis IVDICARE cogatur: *l. 41. D. de recept. arbitr.* IVDICANDI neceſſitas inter munera perſonalia habetur: *l. vlt. §. 14. D. de mun. et honor.* Rem rurſum IVDICANDAM nouo iudici committere: *l. 13. §. vlt. D. de vacat. et excuſ. mun.* Priusquam de mea petitione IVDICETVR: *l. 1. §. vlt. D. quae ſent. ſine adpell.* Ob IVDICANDVM decernendumue pecuniam accipere. *l. 3. D. de leg. Iul. repet.* ¶. 2. Hinc IVDICANS, pro iudice. [IVDICANTIVM diſceptatione finiri: *l. vlt. C. Theod. de denunc. Lib. II. tit. 4*] Officium de dote IVDICANTIS: *l. 7. D. de fund. dot.* [IVDICANTEM oportet cuncta rimari, et ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere *l. 1. C. Th. de iudic. Lib. II. tit. 18.* iuncta *l. 9. C. Iuſtin. eod. tit.*] IVDICANTI placuit. *l. 14. §. 4. D. de bon. libert.* ¶. 3. IVDICATVS, condemnatus, vel ſententia victor. Pro condemnatione accipitur, quando legimus IVDICATVS contutor: *l. 1. C. de contrar. tut. iud.* iudicio publico calumniae praeuaricationisue cauſſa feciſſe IVDICATVS: *l. 1. D. de his, qui not. infam.* IVDICATVS ſeruus: *l. 8. § vlt. D. rat. rem. hab. l. 3. C. ſolut. matrim.* Et ſic IVDICATI accipiendi: *l. 51. D de pecul. l. 1. C. qui bon. ced.* [*l. 3. in pr. D. de vſur. l. 7. D. de re iudic. l. 4. §. 3. l. 6. §. 2. l. 15. §. 6. in fine §. 7. l. 29. l. 34. l. 56. D eod. tit. l. 1. l. 3. l. 6. pr. §. 2. 3. D. de confeſſ.*] Contra victor dicitur IVDICATVS, veluti INGENVVS. *l. 3. D. de liber. cauſſ.* ¶. 4 IVDICATVM vocatur, quando cauſſa finem, pronunciatione iudicis, ſiue abſolutoria, ſiue condemnatoria, accepit. Et ſic dicitur IVDICATI actio, quae ex ſententia datur: *l. 28. §. 8. D. de iureiur. l. 33. D. de donat. l. 4. l. 6. §. vlt. l. 4. §. vlt. l. 61. D. de re iud. l. 28. l. 31. D. de procurat. l. 69. l. 86. D. de ſolut. l 24. D. de liber. cauſſ. l. 7. D. famil. erciſc. l. 6. §. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom. l. 5. l. 7. D. quand. ex fact. tut. l. vlt. D. ſi quis caution. l. 8. C. de reb. cred. l. 1. C de recept. arbitr. l. 1. C. quand. ex fact. tut.* [Ad actionem IVDICATI mitti: *l. 26. D. de Aedil. edict.*] IVDICATI agere: *l. 28. D. de procurat. l. 69. D. de ſolut. l. 9. D. de dol. mal. except.* IVDICATI conueniri: *l. 41. §. vlt. D. de fideiuſſ.* IVDICATVM facere, id eſt, ſoluere: *l. 6. D de ſer. l. vlt. §. vlt. D. ſi cert. pet. l. 45. §. vlt. D de iudic. l. pen. D. de auct. tut. l. 35. D de noxal. act. l. 28. in fine l. 26. D. de tutel. et rat. diſtrab. l. 5. D. quand. ex fact. tut. l. 25. D. de admin. et peric. l. 5. C. eod. tit. l. 15. D. de re iud. l. 45. D. de fideiuſſ. l. vlt. D. de reb. cred. l. 47. D. de iudic. l. 2. C. ſi in cauſſ iud. pign.* Quae loquutio ex XII. Tab. manauit, in quibus teſte Gellio *Lib. XX. Noct. Attic. Cap. 1* ſcriptum fuit: NI IVDICATVM FAXIT. Vtitur ea

et Cicero *pro Flacco Cap. XIX. Iſte, quum* IVDICATVM *non faceres, Hermippo addictus, et ab hoc ductus eſt.* IVDICATVM debitor facit: *l. 13. §. 4. D. de pign.* IVDICATVM fieri, id eſt, ſolui: *l. 21 D. de tutel. et rat diſtrab. l. 2. C. ſi in cauſſ. iudic.* IVDICATI obligatio: *l. 8. §. 3. D. de nouat.* IVDICATVM ſoluere: *l. 6. D. de fer. l. 78 §. 2. D. de legat. II.* IVDICATVM ſolui ſtipulatio tres clauſulas in vnum collatas habet: de re defendenda, de iudicato ſoluendo, et de dolo malo. *l. 6. D. iudic. ſolu.* Vetus Gloſſarium interpretatur τῆς κρίσεως λύσιν. *ſolutionem eius, quod iudicatum eſt* Λέγει γὰρ ὁ Ἄκτωρ πρὸς τὸν ῥέον· ὁμολογεῖς, καταβαλεῖν μοι ὃ ἂν γένηται κριθὲν ἐπὶ τῷ λυθῆναι τὴν κρίσιν. *Ait enim actor reo: Tune te praeſtiturum, ais, iudicatum, ſeu ſoluturum iudicatum?* ¶. 5. Idem eſt RES IVDICATA, quae eodem modo deſcribitur *l. 1. D. de re iud.* Hinc REI IVDICATAE, vel RERVM IVDICATARVM, auctoritas: *l. 7. C. de condict. indeb. l. 65. §. 2. D. ad SC. Trebell.* Exceptio REI IVDICATAE: *tot. tit D. de except. rei iud.* [Iudex REI IVDICATAE: *l. 74. §. 1. D. de euict.*] IVDICATA enim accipere debemus, ab eo, cui iudicandi ius fuit: *l. 1. § vlt. D. ad SC. Tertullian.* REBVS IVDICATIS ſtandum eſt: *l. 12. §. 3. D. de bon. libert.* RES IVDICATA pro veritate accipitur. *l. 25. D. de ſtat. hom.* Et hinc, quod ſemel iudicatum, retractari non poteſt. Hinc eleganter Donat *ad Terent. Andr. Act. III. ſcen. 1. v. 75.* et *Adelph Act. II. ſcen. 2. v. 27.* explicans formulam, comicis perſamiliarem; ACTVM EST, haec ſubiicit: *Haec res ſecundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur, ne quis rem actam apud iudicem repetat. Sic ipſe in Phormione:* ACTVM, *aiunt*, NE AGAS. *Et alibi:* ACTVM AGAM, *prouerbium eſt, id eſt, nihil agam Quod enim in iure ſemel IVDICATVM fuerit, reſcindi et iterum agi non poteſt.* HEIN.

IVDICATIO, iudicandi facultas: *l. 4. §. 8. D. de re milit. l. 2. in fine D. fin. regund. l. 5. C. de re iudic. l. 18. C. Theod. de appellat.* Cui IVDICATIO data eſt. *l. 131. § vlt. D. de verb. ſignif.* ¶ 2. IVDICATIO, pro iudicato. Vt ſibi ex IVDICATIONE ſatisfiat. *l. 30. D. de procurat.* Hoc verbo vſi ſunt Cicero de Inuent. *Lib. I. Cap. 13. et 14.* et Quinctilian. *Lib. III. Inſt. Orat. Cap. 13.*

IVDICIALIS, E. IVDICIALIS quaeſtio: *l. 38. D. mand.* IVDICIALES ſtipulationes, a *praetoriis* ſeparantur: *l. 5. D. de verb. oblig. pr. Inſt. de diuiſ ſtipulat.* IVDICIALES enim eas accipimus, quae ex mero iudicis, qui actioni addictus eſt, officio proficiſcuntur. Quamquam et praetoriarum ſtipulationum quaedam IVDICIALES eſſe dicuntur, quae ſcilicet propter iudicium interponuntur, vt ratam rem haberi, et iudicatum ſolui. *l. 1. §. 1. D. de ſtipul. praetor.*

IVDICIARIVS, A, VM, [IVDICIARIA conuentio, id eſt, aditio iudicis: *l. vn. C. Theod. ſi cert. pet. ex chirogr. Lib. II. tit. 27.* IVDICIARIA domus: *l. 8. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* item, ac iudicis praetorium, vti in ea ipſa lege; ſeu publica domus, vt *l 4. C. Iuſtin. eod. tit.* vocatur. IVDICIARIA emendatio: id eſt, animaduerſio: *l. 153. in fine C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] IVDICIARIA lex: *l. 1. in fine D. de lege Iul. amb.* id eſt, lex Iulia iudiciorum, vt *l. 2. §. 1. D. de iudic.* [Luſoriae, ſeu naues IVDICIARIAE: in *l. vn. C. Theod. de luſor. Danub.* id eſt, naues, quae vltro citroque diſcurrebant, exploratoriae, ſpeculatoriae, et prohibiturae, ne qua parte hoſtis perrumpat, vt ad eam legem pluribus oſtendit Iac. Gothofredus. IVDICIARIA ſeueritas. *l. 2. C. Theod. ad leg. Iul. de adult. Lib. IX. tit. 7*]

IVDICIVM pro diſceptatione forenſi, ipſaque actione, quae in iudicium deducitur. Sic: IVDICIO abſolui *l. 14 §. vlt. D. iudic. ſolu.* IVDICIVM accipiunt, vel ſuſcipiunt litigatores: *l. 36. D. famil. erciſc. l. 7. D. de aqua et aqu. pluu. l. 7. D. de liber. cauſſ. l. 3. D. de iudic. l. 7. §. 1. D. de bon. poſſeſſ. l. 18. D. iudic. ſolu. l 45. §. 1. D. de procurat.* Cic. *pro Quinct. Cap. XX.* Accipitur autem IVDICIVM litis conteſtatione, adeoque haec verba: *accepto* IVDICIO, et *lite* conteſtata, idem ſignificant. Vbi acceptum eſt ſemel IVDICIVM, ibi et finem accipere debet: *l. 30. D. de iudic.* IVDICIVM accipere per procuratorem: *l. 1. D. de obſequ. parent.* Actionem in IVDICIVM perducere: vel rem in IVDICIVM deducere, idem valent. *l. 31. D. de iudic. l. 66. l. vlt. D. de procur. l. 13. D. de pact. l. 17. §. pen. D. de iureiur.* Res autem in IVDICIVM deducta non videtur, ſi tantum poſtulatio ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante iudicium cognita reo: *l. 1. C. de lit. conteſt.* Ob IVDICIVM capitis pecuniaeue faciendum: *l. 7. D. de leg. Iul. repetund.* IVDICIO coepto: *l. 1. C. de iudic.* IVDICIVM communi diuidundo: *l. 3. D. de op. nou. nunc.* IVDICIVM dare dicitur Praetor, quum agendi poteſtatem facit, in eamque rem actionem et iudicem dat: *l. 26. D. de dol. mal. l. 1. D. naut. caup. ſtabular. et paſſim.* IVDICIVM mihi dari in eum: *l. 16. D. iudic. ſolu.* IVDICIO deſtringi: *l. 16. D. eod. tit* [IVDICII exſequutio: *l. 78. §. 15. D. ad SC. Trebell.*] IVDICIVM factum: *l. 18 D. de rei vind.*] famoſum: *l. 1. §. 10. D. de poſtul.* Lege de ſicariis IVDICIVM fiat: *l. 25. §. 1. D. de SC. Silan.* IVDICIO nondum finito: *l. 9. D. de lib. cauſſ.* IVDICIO intereſſe: *l. 6. C. de iudic.* IVDICIVM manet et pendet, quamdiu ſententia dicta non eſt: *l 60. D. de condict. indeb. l. 45. D. mandat. l 14. D. de interrog. in iure fac. l. 18. in fine D. de vi et vi arm.* Finitur enim lata ſententia. IVDICIO petita res: *l. 71. D. de legat. I* [IVDICIVM primum: *l. 5. C. de dilat.*] IVDICIVM proponere: *l. vlt. D. ne vis fiat ei.* IVDICIVM publicum et priuatum: *l. 20. D. de procurat.* IVDICIVM reddere: *l. 21. D. de negot. geſt. l. 4. D. de aqu. quotid.* redditum; *l. 2. §. vlt. D. de bon. eor.* IVDICIVM tutelae: *l. 28. D. de adpell. l. 20. §. vlt. D. de tutel. et rat. diſtrab.* Porro IVDICIVM vt actor *dictare, edere, exercere*, ita reus *accipere, excipere, ſuſcipere* dicitur, de quibus verbis ſuo loco. ¶. 2. IVDICIVM, pro re iudicata. Si non IVDICIVM a curatoribus factum ſit, id eſt, iudicatum non ſolutum. *l. 20. §. vlt. D. de tutel. et ration. diſtrab.*

¶. 3.

IVD. IVG.

¶ 3. IVDICIVM, pro facultate animi res recte diſcernendi. Sic IVDICIVM animi: *l. 48. D. de reg. iur. l. 3. D. de diuort.* Vlpian. *tit. XX. §. 12.* [*l. 4. C. Theod. de donat. Lib. VIII. tit. 12.*] *§. 1. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* IVDICIO carent mutus, ſurdus, perpetuo furioſus et impubes: *l. 12. §. 2. D. de iudic.* Qui dignitates principis IVDICIO conſequuti ſunt. *l. vlt. D. de albo ſcrib.*

¶. 4. IVDICIVM, etiam pro iuſta voluntatis noſtrae ſententia, ſeu teſtamento accipitur. *l. 22. in fine D. de adopt. l. 8. in fine D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 16. D. de legat. praeſt. l. 6. in fine D. de legat. III. l. 13. D. de doli except.* et aliis multis locis. [Seneca *Lib. II. de ira Cap. 7. Alius* IVDICIA *patris accuſat, quae mereri ſatius fuerat; alius cum matre conſiſtit.* Sic: deficientium IVDICIVM: *l. 9. C. Theod. de infirm. his, quae ſub tyrann. Lib. XV. tit. 14.*] IVDICIVM defuncti adgnoſcere: *l. 8. §. 10. l. 23. §. 1. D. de inoff. teſtam. l. 2. l. 8. §. vlt. D. de bon. libert.* IVDICIO defuncti admitti: *l. 1. §. 3. D. vt legat.* Illud amplecti: *l. 19. D. de inoff. teſtam.* eo conſequi hereditatem, vel legatum: *l. 6. §. vlt. D. de legat. III.* Illud comprobare: *l. 14. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. vlt. D. de inoffic. teſtam.* conſeruare: *l. 77. D. de legat. II.* contra illud facere: *l. 5. §. 2. D. de his, quae vt indign.* Illud ſequi: *l. 14. D. de bon. poſſ. contr. tab.* [IVDICIVM extremum: *l. 20. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.*] Ex IVDICIO: *l. 1. D. de legat. praeſt.* id eſt, ex voluntate: vt *l. 5. §. 4. D. de legat. III.* Ex IVDICIO defuncti deberi: *l. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* Quod habuit ex IVDICIO: *l. 3. D. de dot. collat.* Ex IVDICIO venit heres: *l. 8. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Ex IVDICIO parentis: *l. 8. C. de inoff. teſt.* patris: *l. 2. D. de dot. praeleg. l. 40. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 3. D. de dot. collat.* teſtatoris: *l. vn. D. de manum. vind.* Ex eo percepti fructus: *l. 22. D. ad SC. Trebell.* IVDICIVM ſupremum. *l. 20. §. 3. D. famil. erciſc.*

¶ 5. [IVDICIVM, pro iudice: *l. vlt. C. Theod. de iurisdict. Lib. II. tit. 1. l. 9. l. 10. C. Theod. eod. tit. l. 58. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30. l. vlt. C. Theod. de ſuperexact. Lib. XI. tit. 8. l. 1. C. Theod. de reparat. adpell. Lib. XI tit. 31.*]

¶. 6. [IVDICIVM, pro reſcripto principis. *l. 2. C. Theod. de offic. omn. iudic. Lib. I. tit. 10.* Eodem pertinet *l. 11. C. de fundo patrim.* in qua additionum auctor IVDICIVM de aerario falſo interpretatur.

IVG.

IVGATIO, agrorum poſſeſſionumue menſuram ſignificat, pro cuius modo certa Caeſaribus penſitatio praeſtabatur. *l. 1. C. de quib. muner. vel praeſt. Lib. X. l. 10. C. de ſuſceptor. Lib. X. l. 1. C. de impon. lucrat. Lib. X. l. 9. C. de agric. et cenſit. Lib. XI. l. 4. C. Theod. de indulg. debit.* Dicta eſt a iugis animalium, quibus poſſeſſiones exercebantur, pro qoorum numero ea praeſtatio inferebatur. *l. 6. C. Theod. de extraord. mun. l. 1. C. Theod. de impon. lucrat. deſcript.* Et ita IVGA et IVGATIONEM accipe in *l. 3. C. Theod. de Epiſc. et cleric. l. 1. l. 2. l. 3. C. Theod. de immun. conceſſ. l. 1. l. 2. l. 3. C. Theod. ne collat. transl. poſtul. l. 1. C. Th. de protoſtaſ. l. 1. C. Theod. de priuil. dom. Aug. l. vn. C. Theod. ne collat. per logogr. celebr. l. 6. C. Theod. de collat. donat. l. 11. C. Theod. de exact. l. vn. C. Theod. ſi per obreption.* Iuſtinianus *Nouella XVII. Cap. 8.* Ἀναγκάσεις δὲ τοὺς δημοσίους πράκτορας, ἤτοι τοὺς ἀπαιτητὰς ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποχαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα, ἐφ᾽ οἷς αὐτὰς διδόασιν· τουτέστι τό, τε ποσὸν τῶν ζυγοκεφάλων ἢ ἰούγων, ἢ ἰουγαλίων, ἢ ὅπως δήποτε ἂν αὐτὰ κατὰ χώραν καλοῦσιν, καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ ποίων χωρίων ἀπαιτοῦσι. *Coges autem publicos exactores in ſuis de ſuſceptis* (apochis) *manifeſta facere omnia, in quibus ea dederunt, nempe quantitatem Zygocephalorum, aut* IVGERVM, *aut* IVGALIVM, *aut quolibet modo per regiones nuncupantur, et pro quibus haec et quaelibet a praediis exiguntur.* Sane id agri ſpacium, quod iuncti boues vno die exarare poterant, olim in Hiſpania vlteriore IVGVM adpellatum, Varro *de re ruſt. Lib. I. Cap. 10.* tradit. Cicero *in Verr. III. Cap. 11. Quid qui in ſingulis iugis arant?* Caſſiodor. *Lib. IV. Var. Cap. 20. Conſtanti ſupplicatione comperimus ſacroſanctae eccleſiae, ipſius vnum IVGVM, veterum principum pietate collatum, nunc quorumdam violenta vſurpatione detineri.*

[IVGERATIO idem, qood iugatio, in *l. 33. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

IVGERVM. IVGERA vineae vel olioeti: *l. 4. §. vlt. D. de act. emt.* IVGERIBVS enim arua, prata, et paſcua metiebantur. Vnde Vlpianus: *Id aruum, quod in decem annos proximos ſatum erit, quot* IVGERVM *ſit; vinea quot vites habeat: oliuae quot ſint IVGERVM, et quot arbores habeant: pratum, quod intra annos decem proximos ſectum ſit, quot* IVGERVM: *paſcua quot* IVGERVM *eſſe videantur. l. 4. D. de cenſib.* IVGERVM autem adpellatum, quod vno iugo boum in die exarari poſſet, Plin. *Lib. XVIII. Cap. 3.* tradit. Varro *Lib. II. D. re ruſt. Cap. 10.* IVGERVM *quadratos duos actus habere*, ſcribit. Similiterque Columella *Lib. V. Cap. I.* de actu quadrato loquens: *Hoc duplicatum,* ait, IVGERVM: *et ab eo, quod erat iunctum, nomen* IVGERI *vſurpauit.* Vid. ſupra ACTVS *Libro I.*

[IVGIS, E. continuus. Eius portionem conſequatur, IVGI dominio poſſidendam: *l. vlt. C. Theodoſ. de bon. matern. Lib. VIII. tit. 10.* Litigatio ſub conſultationis ambiguo IVGI exſpectatione pendet: *l. 55. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30.* Poſt IVGIS militiae tempus: *l. 13. C. Theod. de agentib. Lib. VI. tit. 27.* IVGE obſeqoium: *l. 21 C. Theod. de epiſc. Lib. XVI. tit. 2.* IVGIS obſeruatio: *l. 2. C. Theod. in grad. praeſ. Lib. VII. tit. 3.* IVGIS poſſeſſio: *l. 3. C. Theod. de locat. fund. iur. emphyteut.* IVGE quinquennium: *l. vn. C. Thaod. ſi cert. pet.* Triginta annorum IVGI ſilentio: *l. vn. C. Theod. de act. cert. temp. fin.* Ad finiendas cauſſas IVGE tempus habeant praeſtiturum: *l. 2. C. Theod. de in int. reſt.* Triennio IVGI. *l. 11. C. Theod. de ſuſcept. Lib. XII. tit. 6.*]

[IVGITAS, perpetuitas, copia IVGITAS conceſſa illibata ſeruatur: *l. 32. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. VIII.* Mali IVGITAS. *l. 186. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*]

[**IVGITER**, continuo, perpetuo. Securi reliquum tempus aetatis IVGITER agitabitis: *l. 4. C. Theod. de medic. et profeſſ. Lib. XVI. tit. 3.* Deſertorum IVGITER pretia vindicamus: *l. 6. C. Theod. de deſert. Lib. VII. tit. 18.* IVGITER obſequuti: *l. 2. C. Theod. de inoffic. teſtam. Lib. II. tit. 19.* IVGITER obſeruare, praeceptum eſt: *l. 2. C. Theod. de canon. frum. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 15.* IVGITER patere decernimus: *l. 8. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* Adminiſtratione apud vnum IVGITER permanente: *l. 1. C. Theod. de muner. Lib. VIII. tit. 1.* Ea IVGITER atque perpetuo poena comitatur: *l. 3. C. Theod. de apoſtat. Lib. XVI. tit. 7.* Per decennium IVGITER ſilere. *l. 28. C. Theod. de cohort. Lib. VIII. tit. 4.*]

IVGVLATVS. *l. 1. §. 17. D. ad SC. Silan.*

IVGVM, proprie eſt copula iumentorum. *l. 31. D. de aedilit. edict.* ¶. 2. Μεταφορικῶς ita vocatur quoduis onus. [Ceruicibus impoſita velut quaedam IVGA: *l. vn. C. Theod. de infirm. poen. celib. Lib. VIII. tit. 16*] IVGVM nuptiale: *l. 10. D. de condit. et demonſtr.* IVGVM ſeruitutis: *l. 8. C. de poſtlim. reuerſ.* [IVGVM ſeruitutis illicite imponere. *l. 25. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.*]

IVL.

IVLIVS, A, VM. Sic IVLIAE leges permultae referuntur, a Iuliis, id eſt, a C. Iulio Caeſare et Octauio Auguſto, in idem nomen adoptato, latae, veluti IVLIA *maieſtatis*, IVLIA *de adulteriis coercendis*, ad quam olim librum ſingularem ſcripſi. Hanc legem ſignat Iuuenal. *Sat. II. v. 37.* quum ait:

Vbi nunc lex IVLIA? *dormis.*

Et Martial. *Lib. VI. Epigr. 7.*

IVLIA *lex populis ex quo, Fauſtine, renata,*
Atque intrare domos iuſſa pudicitia eſt:
Aut minus, aut certe non plus, triceſima lux eſt,
Et nubit decimo iam Theleſina viro.

☞ Ad eamdem legem pertinent illa eiuſdem Martialis *Lib. VI. epigr. 22.*

Quod nubis, Proculina, concubino,
Et moechum modo nunc facis maritum,
Ne lex IVLIA *te notare poſſit:*
Non nubis, Proculina, ſed fateris.

Nec non locus notiſſimus Horatii *Lib. IV. Od. 5. v. 20.*

Nullis polluitur caſta domus ſtupris:
Mos et LEX *maculoſum edomuit nefas.*
Laudantur ſimili prole puerperae:
Culpam poena premit comes.

Sed locos veterum omnes, qui ad hanc legem pertinent, erudite expoſuit, totamque huius rogationis Iuliae hiſtoriam accurate exſequutus eſt Guil. Hofmanus *de lege Iul. de adult. Cap. II.* HEIN.

¶. 2. LEX IVLIA agraria memoratur *l. 2. D. de term. mot.* et apud Sueton. *in Iul. Cap. XX.*

¶. 3. LEX IVLIA de ambitu, itemque de annona: *l. 1. D. de publ. iudic.* et *§. 11. Inſt. eod. tit.*

¶. 4. LEX IVLIA de bonis cedendis, memoratur *l. 4. C. qui bon. ced. poſſ. rubr. C. Theod. eod. tit.*

¶. 5. LEX IVLIA de fundo dotali: *l. 1. l. 13. D. de fund. dot.* id eſt, quae vetat fundum dotalem alienari vel oppignorari, vt *l. 16. D. eod. tit.* et *pr. Inſt. quib. alien. lic. vel non.* Non ſingularis fuit ea lex Iulia, ſed pars legis alterius, et quidem non Iuliae et Papiae, ceu viſum Paullo Manut. *de Leg. Rom. Cap. XVI.* et Iac Gothofr. *ad leg. Iul. et Pap. Popp. Cap. XX.* ſed IVLIAE de adulteriis, vti tradit Paull. *Sent. Lib. II. tit. 21. §. 2.* HEIN.

¶. 6. LEX IVLIA iudiciaria: *l. 1. D. de leg. Iul. ambit.* quae et *lex iudiciorum* dicitur. *l. 2. §. 1. D. de iudic.* Eaque lex IVLIAE legis adpellatione exaudienda eſt *l. 9. §. 2. l. 41. D. de recept. arbitr.* et apud Gell: *Lib. XIV. Cap. 2.*

¶. 7. LEX IVLIA de maritandis ordinibus, cuius fit mentio *l. vn. D. vnde vir et vxor. l. 6. §. vlt. D. de iur. patron. l. 44. D. de rit. nupt.* et apud Vlpian. Reg. *tit. XI. §. 20.* Ei lex Papia Poppaea propter argumenti adfinitatem in infinitis prope legum noſtrarum inſcriptionibus connectitur. Complectebatur autem ea lex totam matrimoniorum inter pop. Romani ordines, pro cuiusque ſtatu et conditione contrahendorum, rationem. Eam legem, quae in pandectis vtramque facit paginam ipſi integritati ſuae reſtituere, et explicare conati ſumus ſingulari *commentario ad legem Iul. et Papiam*, edito Amſtelod. MDCCXXVII. Pars eius fuit etiam LEX IVLIA caducaria, ad quam pertinet *l. 96. §. vlt. D. de legat. I.* IVLIA LEGE vacantia bona ad fiſcum pertinent.

¶. 8. LEX IVLIA peculatus, itemque de reſiduis, memorantur *l. 1. D. de publ. iudic.* et *§. 11. Inſt. de publ. iud.*

¶. 9. LEX IVLIA repetundarum, ſeu de pecuniis repetundis, de qua proprio titulo in Pandectis tractatur, et eo amplius in *l. 10. §. vlt. D. de offic. proconſ. l. 1. §. 1. D. de calumniat. l. 12. D. de ſenat. l. 3. D. de vacat. mun.*

¶. 10. LEGEM etiam IVLIAM ſumtuariam, memorat Gellius *Lib. II. Cap. 24.* *Poſtremo*, inquiens LEX IVLIA *ad populum peruenit, Caeſare Auguſto imperante, qua profeſtis quidem diebus ducenti finiuntur, calendis, nonis, idibus, et aliis quibusdam feſtis, trecenti.*

¶. 11. Praeterea et LEX IVLIA cum Titia nominatur, quae mulieribus pupilliſue, non habentibus, tutores dari a praeſidibus prouinciarum iubebat, quemadmodum ſcribunt Vlpianus *Fragm. tit. XI. §. 18.* et Iuſtinianus *pr. Inſt. de Atil. tut.* Videtur auctor exiſtimaſſe diuerſas fuiſſe leges IVLIAM et *Titiam*: quam ſententiam nuper ſingulari diſſertatione Lipſiae edita defendit clariſſimus Aug. Chriſt. Marchius. Sed me nondum poenitet ſententiae, vnam eamdemque legem fuiſſe Iuliam et Titiam, ob ea, quae notauit Henr. Valeſ. *in Exc. Peireſc. p. 61.* HEIN.

¶. 12. LEX IVLIA de vi, quae duplex eſt: altera de *vi publica*, altera *de vi priuata. §. 6. Inſt. de interdict.* Quas leges etiam IVLIAS *priuatorum* et *publicorum* adpellari, notandum eſt. *l. 1. §. 1. D. de vi et vi arm. l. 32. D. de poen.* Haec etiam IVLIA *vis priuatae*, vocatur *in l. 4. C. vnde vi.* Harum legum, earumque aliquot capitum, fit mentio in *l. 3. §. 5. D. de teſt. l. 3. §. 4. l. 12. §. 4. D. de accuſ. l. 8. D. de ſepulcr. viol. l. vlt. D. de vi bon. rapt. §. 2. Inſt. de vſucap.*

¶. 13.

§. 13. LEGEM etiam IVLIAM de caede et veneficio laudat Sueton. *in Ner. Cap. XXXIII.* Crediderim tamen, eam potius partem legis de vi publica et priuata fuiſſe. HEIN.

IVLIANVS Saluius, Iuriſconſultus, de quo infra Lib. XVIII. in SALVIVS.

[IVLIVS Caeſar, dicitur Imperator maximus, *Nouella XLVII. Cap.* 1.]

IVLIVS Paullus, aequalis Vlpiani temporum, quem *iuriſperitiſſimum* Lampridius in Alexandro *Cap. LXVIII.* vocat: Imperatorique Alexandro in conſilio fuiſſe, refert. Hic in auditorio Aemilii Papiniani, praefecti praetorio, agitatam quaeſtionem proponit, in *l. 40. D. reb. cred.* Fuit hic πολυγραφώτατος, Scripſit enim, vt ex Pandectis colligimus, AD EDICTVM *libros LXXX.* QVAESTIONVM *libros XXVI.* RESPONSORVM *libros XXIII.* BREVIVM *libros XXIII.* AD SABINVM *libros XVI.* AD VITELLIVM *libros IV.* AD NERATIVM *libros totidem*, AD LEGES, ſeu, *ad legem Iuliam et Papiam Libros X.* AD LEGEM AELIAM SENTIAM *libros III.* REGVLARVM *libros VII.* SENTENTIARVM RECEPTARVM *libros V.* FIDEICOMMISSORVM *libros III.* DECRETORVM, ſeu imperialium ſententiarum, in cognitionibus prolatarum *libros VI.* DE ADVLTERIIS *libros III.* MANVALIVM aeque *tres*: INSTITVTIONVM *libros II.* DE OFFICIO PROCOS. *totidem*: DE IVRE FISCI *totidem*: DE CENSIBVS *totidem*; AD EDICTVM AEDILIVM CVRVL. *totidem.* Praeterea μονόβιβλα, ſeu libros ſingulares plures, quos ordine alphabetico recenſebimus. Sunt vero ſequentes: De *adpellationibus*: de *adſignatione libertorum*: de *adulteriis*: de *articulis liberalis cauſſae*: de *cognitionibus*: de *conceptione formularum*: de *dotis repetitione*: de *excuſationibus tutelarum*, ſeu *tutorum*: de *extraordinariis criminibus*: de *forma teſtamenti*: de *gradibus et adfinibus*: de *inofficioſo teſtamento*: de *inſtructo et inſtrumento*, ſeu de *inſtrumenti ſignificatione*: de *iure codicillorum*: de *iure ſingulari*: de *iuris et facti ignorantia*: ad *legem Cinciam*: ad *legem Falcidiam*: ad *legem Fuſiam Caniniam*: ad *legem Velleiam*: de *liberali cauſſa*; ad *municipalem*: de *officio adſeſſorum*: de *officio Conſulis*: de *officio praefecti vigilum*: de *officio praefecti vrbi*: de *officio praetoris tutelaris*: ad *orationem D. Marci, ſeu Antonini et Commodi*: ad *orationem Diui Seueri*. de *poenis militum*: de *poenis omnium legum*: de *poenis paganorum*: de *portionibus, quae liberis damnatorum conceduntur*: de *publicis iudiciis*: ad *regulam Catonianam*: de *ſecundis tabulis*: ad *Senatusconſultum Libonianum, ſeu Claudianum*: ad *SC Orphitianum*: ad *SC. Silanianum*: ad *SC. Tertullianum*: ad *SC. Turpillianum*: ad *SC. Velleianum*: de *ſeptemuiralibus iudiciis*: de *tacito fideicommiſſo, ſeu de tacitis fideicommiſſis*: de *variis lectionibus*: de *vſuris*: τῶν ὑποθηκαρίων. Hoc amplius, et *Epitomarum*, ſeu *Epitomatorum Alpheni digeſtorum Libros V.* ſcripſerat: *Notas* item ad *libros Digeſtorum* IVLIANI. Eius quoque *Notae*, *additae* MARCELLI *Notis ad* IVLIANVM citantur in *l. 14. D. de in rem verſ.* *Notas* etiam *ad libros Quaeſtionum* et *Reſponſorum* PAPINIANI ſcripſerat: nec non et *Notas ad* SCAEVOLAM. Quin et ad IAVOLENVM *Notas* ſcripſiſſe eum, teſtatur *l. 60. D. de adquir. vel omitt. hered.* Similiterque *ad* PLAVTIVM *Notas* ſcripſiſſe illum, teſtatur *l. 13. D. de opt. vel elect. legat.* Atque adeo ex *XII.* eius *ad Plautium libro* deſumta eſt *l. 49. D. ad leg. Falcid.* Sed et LABEONIS Πιθανῶν libros in epitomen eum contraxiſſe, notis additis, teſtimonio ſunt *l. 5. D. de inſtruct. vel inſtrum. l. vlt. D. de bon. libert. l. 65. D. de adquir. rer. dom. l. 23. D. de acceptilat. l. 91. D. de furt. l. 29. et l. vlt. D. de captiu. l. vlt. D. de vſurpat. et vſucap. l. 244. D. de verb. ſignif.* quae omnia capita hanc inſcriptionem habent: LABEO *libro πιθανῶν a Paullo epitomatorum.* Citatur ab Herennio Modeſtino: in *l. 9. D. de inoffic. teſtam. l. 6. l. 13. D. de excuſat. l. 18. D. de SC. Silan.* vt et ab Aemilio Macro. *l. 1. D. de veteran. et milit. ſucceſſ. l. 2. D. quand. adpell. ſit* et *l. 13. D. de re milit.* Ipſe vero Vlpianum citat, in *l. 43. D. de act. emt.* Conſultum etiam per litteras non ſemel a Latino Largo, et Neſennio Apollinari, indicant *l. vlt. D. qui ſin. manumiſſ. l. 30. §. 1. D. de except. rei iudic. l. 83. D. de legat. II. l. 34. D. de negot. geſt.* et *l. 22. D. ad leg. Falcid.* vt et a Licinio Rufino. *l. 4. D. quib. ad libert. procl.* Vir prudentiſſimus vocatur a Gordiano: *l. 6. C. de nupt.* eiusque liber tertius Fideicommiſſorum citatur in *l. 1. C. de comm. ſeru. manumiſſ.* Eiusdem liber ſingularis ad SC. Tertullianum laudatur, *l. 14. C. de legit. hered.* et liber ſingularis de publicis iudiciis, *l. 6. C. ad leg. Iul. maieſtat.* et notae ad Papinianum, in *l. 13. D. de ſentent. paſſ. et in l. 1. C. Theod. de reſponſ. prud.* Citatur et a Iuſtiniano, *l. 5. C. de recept. arbitr.* et *§. 1. Inſt. de hered. inſt.* Licebit hic quaedam, quae ad celeberrimi iuriſconſulti vitam pertinent, per modum ſpicilegii ſubiicere. Eum alii Patauinum, alii Phoenicium, alii Graeculum fuiſſe contendunt: Laur. vero Pignorius *Epiſt. Symb. l. I, 41.* et *ſingulari libello*, ea de re ſcripto, Romanum fuiſſe cenſet. Sed origo vere incerta eſt, et, ſi ex orationis et ſtili ſtribiligine, vbique ferme obuiis, i'dicandum, vix Romae, vel in Italia, (um lucem vidiſſe credideris. Fuit in Seueri Imperatoris conſilio: *l. vlt. D. de iur. fiſc. l. 97. D. de adqu. vel omitt. hered.* eamdemque poſtea operam nauauit Antonino Caracallae. *l. 38. D. de minor.* Fuit etiam inter Papiniani adſeſſores, *l. 40. D. de reb. credit.* et ab Elagabalo actus in exſilium, ſub Alexandro priſtinam dignitatem recuperauit. Aurel. Victor *de Caeſ. Cap. XXIV.* quin et ad praefecturam praetorianam ſub eo adſpirauit. Lamprid. *Alex. Cap. XXVI.* Vapulat plerisque, tamquam optimorum iuriſconſultorum, ipſiusque Papiniani defricator: Balduin. *Iuriſpr. Mucian. p. 299.* Petr. Faber *ad l. 145. D. de reg. iur.* Euer. Otto *in Papin. p. 294.* nec non tamquam Vlpiani obtrectator. Merill. *Lib. I. Cap. 33.* Sunt etiam, qui in eo variationes deprehendere ſibi videntur, vt idem Merill. *Lib. I. Obſ. Cap. 9.* eidemque exprobrant ſubtilitatem paene ridiculam, tantasque ſtili tenebras, vt ſaepe rem data opera nebulis inuoluere voluiſſe videatur. Nos nec adgnoſcimus haec Paulli noſtri elogia, et viro de arte noſtra immortaliter merito naeuos quosdam facile condonamus. Filiam, vel cognatam ſaltim,

habuiſſe videtur IVLIAM PAVLLAM, *γυναῖκα εὐγενεστάτην*, *illuſtris proſapiae feminam*, vti vocatur apud Herodianum *Lib. V. Cap. 6.* quam Elagabalus aliquamdiu vxorem habuit, et cuius numos expoſuit Vaillant. *de numiſm. Imp. p. 137.* et *p. 269.* HEIN.

☞ IVLIVS Aquila, iuriſconſultus incertae aetatis, cuios ex *Reſponſorum* libro non niſi doo ſuperſunt in Pandectis fragmenta, puta *l. 34. D. de adm:n. et peric. tut.* et *l. 12. D. de ſuſpect. tut.* Elagabalus vti IVLIAM PAVLLAM, de qua paullo ante, ita et IVLIAM AQVILLIAM SEVERAM, virginem Veſtâlem, in matrimonio habuit. Vaill. *Numiſm. Imp. p. 270.* Eam cognatam iuriſconſulto noſtro fuiſſe, ex nomine et cognomine colligere par eſſet, niſi iam illo tempore maxima fuiſſet gentium familiarumque coofuſio. HEIN.

IVM.

IVMENTVM. Ea adpellatione equus, equa, mulus, mula, et cetera *νωτοφόρα* et dorſuaria animalia continentur. Seneca *Epiſt. LXXVI. Quare fortia dorſo* IVMENTA *ſint, quaeris. Quia eorum bic vnus eſt vſus, ſarcinam ferre.* Hinc elephanti et cameli IVMENTORVM operam praeſtare dicuntur. *l. 2. in fine D. ad leg. Aquill.* Plin. *Lib. VIII. Cap. 18.* de camelis: *Omnes autem* IVMENTORVM *in iis terris dorſo funguntur.* Columella *Lib. VI. Cap. vlt.* IVMENTA nomen a re traxerunt, quod noſtrum laborem, vel onera ſubuectando, vel arando IVVARENT. At apud veteres aliam verbi huius ſignificationem et notationem fuiſſe ſciendum eſt. Gellius enim *Lib. XXI. Cap. I.* ex Sex. Caecilio: IVMENTVM in duodecim tabulis, vti acciperetur, docet his verbis: IVMENTVM *quoque non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim noſtri* IVMENTVM *a* IVNGENDO *dixerunt.* Sed et Nonius Marcellus: IVMENTVM *a iungendo veteres dictum putant, littera in eo nomine adtrita. Nam et vectabulum dicunt, quod nunc vehiculum.* ¶. 2. In Aedilium tamen edicto IVMENTORVM adpellatione omne pecus non continetur. Nam aliud ſignificant IVMENTA, aliud ſignificatur pecoris adpellatione. Boues vtique IVMENTORVM adpellatione non contineri, ſed pecoris, verius eſt. *l. 37. §. 4. 5. 6. D. de Aedil. edict.* Boues enim magis *armentorum*, quam IVMENTORVM generis adpellantur: *l. 89. D. de verb. ſignif.* ac proinde IVMENTIS legatis, boues non continentur, nec contra. *l. 65. §. 5. D. de legat. III.* ¶. 3. Et eo ſenſu accipienda illa veterum iuriſconſultorum: IVMENTVM agere: *l. 11. D. quemadm ſeru. amitt.* ducere: *l. 7. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 13. D. de ſeruit.* vendendi cauſſa ornare: *l. 38. §. 11. D. de Aedil. edict.* IVMENTA paria: *d. l. 38. §. 14. D. eod. tit.* pauida et calcitroſa: *l. 4. §. 3. D. eod. tit.* IVMENTORVM ſequela, equuleus: *l. 14. §. 15. D. de furt.* IVMENTORVM ſtatio: *l. 13. §. vlt. D. de vſufr.* [IVMENTA ſua, id eſt, equos, ne ſuppeditent milites: *Cod. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1*] IVMENTA, quae ſine cauſſa turbantur, et ſemet eripiunt: *l. 43. D. de aedilit. edict.* IVMENTA vſibus patrisfamilias et amicorum deſeruientia, vel agris, vel quae locabantur. *l. 3. §. 6. D. de pen. leg.*

IVN.

IVNCIANVM SC. *l. 51. §. 8. D. de fideic. libert.* Conditum eſt ſub Commodo, Aemilio Iunio, et Iulio Seuero, Coſſ. anno ab V. C. DCCCCXXXV. *l. 28. §. 4. D. eod. tit.* Iuncum *Iunctum*, et alterum Coſ. *Atilium Seuerum* vocat Lamprid. *in Commod. Cap. IV.* Immo hic in faſtis quibusdam *A. Hibius Seuerus* vocatur. Eo cautum fuerat, vt retineret ius patronatus heres, qui non teſtatoris, ſed ſuum ſeruum manumittere rogatus eſſet, ſi vel maxime ſeruus libertatem pronunciatione praetoris eſſet conſequutus. HEIN.

[IVNCTOR ſeruus: *l. 203. D. de verb. ſignif.* vbi Cuiacius et alii *vnctores*, pro *iunctoribus* ſubſtituunt. Goeddeus craſin ſubeſſe cenſet, quaſi IVNCTORES dicantur pro *iniunctoribus*. Alciatus *in Commentar. ad d. l. vectores* legit. Albericus Gentilis IVNCTORES interpretatur lecticarios, qui lecticae geſtandae iuncti fuerint. Sed quum alii ſint *iuncti*, alii IVNCTORES; magis eſt, vt intelligamus ſeruos vectores, qui iumenta vehiculis iungunt.] *Vnctores* pro IVNCTORIBVS ſubſtituit etiam Victorius *Lib. XXXVII. Var. Cap. I.* Sed ipſe Cuiacius coniecturae ſuae nuncium miſit *Lib. XIV. Obſ. Cap. 3.* vbi Florentinam lectionem praetulit. Et IVNCTORES etiam probat Laur. Pignor. *de ſeru. p. 213.* Et ſane quum voce ADIVNCTOR vſus ſit Cicero *Lib. VIII. ad Attic. Epiſt 3.* quis Latinum neget illud Alfeni IVNCTOR? HEIN.

[IVNCTVRA, in *l. 6. C. Theod. de ſcenic. Lib. XV. tit. 7.* pro biga equorum. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. § 91. Carruca cum* IVNCTVRA *legata, mulae quoque legatae, non mulio videtur, propter quotidianam loquendi conſuetudinem:* vbi Alciatus *Lib. VIII. Parerg. Cap. 14.* pro ſimplici negatione *non*, legendum *nec non mulio* exiſtimat. Alias IVNCTVRA eſt, qua mulae carrucariae, boues, aut iumenta ad aratrum iunguntur. Iac. Gothofred. *in C. Theod. d. l. 6.*] Iac. Gothofredi interpretatio ſatis ſolida videtur. At tanto minus admittenda coniectura Alciati, quamuis quaedam veteres editiones habeant: *nec non et mulio.* Mulionem enim iuncturae legato contineri, diſerte ibi in ſubiuncta interpretatione negatur. HEIN.

IVNGERE. Si ea, quae legauit aedibus IVNXIT: *l. 41. §. vlt. D. de legat. I.* IVNGERE tignum aedibus: *l. 23. §. 6. D. de rei vindic. l. 6. D. ad exhib. l. 7. §. 10. D. de adquir. rer. dom. l. 1. l. 2. D. de tign. iunct.* Si domus IVNCTA ſit contextu aedificiorum: *l. 15. §. 13. D. de damn. infect.* Mulier, quum audiſſet, maritum abſentem vita functum eſſe, alii ſe iunxit: *l. 11. § 12. D. ad leg. Iul. de adult.* Fiſtulae, quae ſalientibus iunctae: *l. vlt. D. de act. emt.* IVNCTOS duos fundos habere: *l. 20. D. ſi ſeru. vind.* Domus mari IVNCTA: *l. 52. §. vlt. D. de act. emt.* IVNGI matrimonio: *l. 17. D. de rit. nupt. l. 2. C. de interd. matrim. l. 12. C. de inſtit. et ſubſtit. §. 1. Inſt.*

Inſt. de nupt. IVNCTA legitimis nuptiis ſecundis: *l. 11. ſ. 12. D. ad leg. Iul. de adult.* IVNGITVR patri natus: *l. 1. §. 13. D. de ventr. in poſſeſſ.* IVNCTVM pecus pecori: *l. 1. ſ. 18. D. de aqu. quotid.* IVNGERE popillam filio ſuo? *l. 66. D. de rit. nupt.* Mulieres quae ſe ſeruis propriis IVNGVNT: *rubr. C. de mulier. quae ſe ſeru. propr.* Si ſtatuae ferruminatione IVNCTVM ſit brachinm: *l. 23. ſ. 5. D. de rei vind.* Horti vrbi IVNCTI. *l. 4. ſ. 5. D. de penu leg.*

IVNIANVS. Latinus IVNIANVS, apud Vlpian. *tit. I. Regul. §. 10. et tit. XI. ſ. 16.*

IVNIORES, aetate minores. IVNIORES ludi poena adfici ſolent: *l. 8. ſ. 11. D. de poen.* Semper ſeniorem IVNIORI praeferemus. *l. vlt. D. de fid. inſtrum.* ¶. 2. [IVNIORES, pro tironibus, in *tit. C. Theod. de tiron. et agent. in reb.* paſſim.]

IVNIVS, A, VM. LEX IVNIA NORBANA, de Latinis libertis, a M. Iunio et L. Norbano Flacco Coſſ. quos tempore Tiberii conſolatum geſſiſſe Dio Caſſ. *Lib. LVII. p. 615.* teſtis eſt, lata: cuius meminit Iuſtinianus *ſ. vlt. Inſt. de libert. et ſ. vlt. Inſt. de ſucc. libert. l. vn. pr. C. de Lat. libert. toll. Nouell. LXXVIII. praef.* vt et Vlpian. *Reg. tit. I. ſ. 10. tit. III. ſ. 3* Conſules iſti, a quibus lex nomen tulit, rectius vocantur M. Iunius Silanus, et L. Iunius Norbanus, qui faſces tenuerunt anno V. C. IↃCCLXXI. V. C. Hermannum Noordkerkium, qui in *Diſquiſ. de lege Petron. p. 91.* legem hanc centum annis ante, C. Iunio Norbano Balbo et L. Cornelio Coſſ. latam exiſtimat, refellit Io. Guil. Hoffmannus *de leg. Iul. de adult. Cap. V. p. 107.* HEIN. ¶. 2. LEX IVNIA PETRONIA, memoratur in *l. 24. D. de manumiſſ.* ¶. 3. IVNIA VELLEIA lex: *l. 10. ſ. 2. D. de teſtam. tut. l. 13. in fine D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Et ita emendandum hoc nomen eſt in *§. 2. Inſt. de exhered. liber.* vbi vulgo perperam *Iulia* legitur. Idemque error eſt apud Vlpian. *Regul tit. XXII. ſ. 19.* Ad eam vero legem Paullum librum ſingularem ſcripſiſſe, index Piſanus teſtatur. Fit praeterea eius mentio in *l. 29. D. de lib. et poſtum. l. 3. ſ. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. 6. ſ. 1 D. de hered. inſt. l. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 2. C. de lib. praet. l. 34. C. de inoffic. teſtam.*

[IVNIVS, abſolute, citatur in *l. 1. ſ. 1. D. de offic. quaeſtor.*] Immo in principio iſtius legis totum eius nomen exprimitur, *Gracchanus* IVNIVS, additurque, eum libros de poteſtatibus, quorum ſeptimus ibi laudatur, ſcripſiſſe. De eo vide Guil. Grot. *de vit. iurisc. Lib. I. Cap. 9. ſ. 9.* vbi eum e iorisconſultorum numero exclodit. HEIN.

IVNIVS MAVRICIANVS, iuriſconſultus, Imperatoris Antonini temporibus, vt adparet ex *l. 23. D. de vſu et vſufr. l. 57. D. ad legat. II.* Hic AD LEGES, ſeu, ad legem Iuliam et Papiam, *libros VI.* ſcripſit: DE POENIS *libros aliquot*, ex quibus, ſupra ſecundum, alius nullus in pan-

dectis laudatur. Atqoe hic eſt *Mauricianus*, a quo Iulianum recte reprehenſum, ait Vlpianus *l. 7. ſ. 2. D. de pact.* Nec vno hoc loco, verum etiam in *l. 25. ſ. 1. D. de vſufr.* notatum a *Mauriciano* Iulianum, inuenio. Fuit hic IVNIVS MAVRICIANVS procul dubio filius adoptiuus Iunii Maurici, fratris celeberrimi Stoici Iunii Aruleni Ruſtici. Hic enim quum plures filios reliquiſſet, vnum ex his a patruo Iunio Maurico fuiſſe adoptatum, tradit Plinius *Lib. II. Epiſt. 5* ex qua adoptione ipſi nomen adoptiuum IVNII MAVRICIANI haeſiſſe oportet. Vid. quae de tota illa celeberrima gente ſcripſimus, in *Hiſtor. iur. ciuil. Lib. I. §. 237. et 309.* HEIN.

IVP.

IVPITER Tarpeius, inter eos fuit Deos, quibus Romani ridiculo inſtituto ius liberorum dederant, vt ex teſtamentis capere poſſent. Dio Caſſ. *Lib. LV. init.* Vlpian. *Regul. tit. XXII. ſ. 6.* cognomen hic Iupiter habuit a rupe Tarpeia, cui Capitolium impoſitum. De eo plura Petr. Faber *Lib. III. Semeſtr. Cap. 4.* HEIN.

IVR.

IVRARE, iusiurandum praeſtare. Sic IVRARE de calumnia; *l. 16. D. de iurei. l. 7. l. 13. ſ. 3. D. de damn. infect. l. 3. D. teſt. quemadm. aper. l. 15. ſ. 1. D. de reb. auct. iud. poſſid.* id eſt, iurare, ſe non calumniae cauſſa quid poſtulare vel deſiderare, vt *l. 15. D. ad exhibend.* IVRARE per caput ſuum vel filiorum ſuorum: *l. 3. ſ. vlt. l. 4. D. de iureiur.* conceptis verbis: Gell. *Lib. VII. Noct. Attic. Cap. 11.* per Deum: *l. 3. ſ. vlt. l. 33. D. de iureiur.* [propoſitis ſacroſanctis euangeliis: *l. 2. pr. l. 1. ſ. 1. C. de iureiur. propt. calumn. Auth ſed iudex C. de epiſc. et cler. l. 20. C. de epiſc. aud. l. 12. ſ. 5. C. de reb. cred. l. 14. ſ. 1. C. de iudic.*] Faciles ſunt nonnulli hominum ad IVRANDVM, contemtu religionis: alii perquam timidi, metu diuini numinis. *l. 8. D. de condit. inſtit.* per genium principis: *l. 13. §. vlt. D. de iureiur.* Iusiurandum, per quod voluit ſibi quis IVRARI: *l. 5. D. de iureiur.* Iusiurandum, quod propria ſuperſtitione iuratum eſt: *l. 5. ſ. 1. D. eod. tit.* IVRARE in litem: *rubr. D. de in lit. iurand.* per ſalutem ſuam. *l. 5. l. 33. D. de iureiur.* ¶. 2. IVRATVS, pro adiuratus. IVRATVS ſcripſit. *l. 14. D. de dot. praeleg.*

IVRATO, aduerbium. IVRATO promittere. *l. vlt. D. qui ſatisd. cog.*

[IVRAMENTVM. Id vocabulum occurrit in *l. 25. ſ. 3. D. de probat.* Sed eum locum a Triboniano eſſe interpolatum, credit Cuiacius. At eodem vocabulo et alibi vſus eſt Vlpianus. *l. 34. ſ. 5. D. de iureiur.* quin et Seneca *Lib II. de Clement. Cap. 1.* vbi philoſophus: *O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regesque* IVRAMENTVM *faciant.* Qoamquam et hoc loco damnarint eam vocem Lipſius, Muretus, Gruterus et And. Schottus, qui pro IVRAMENTVM *faciant*, reſcripſerunt IVRENT. Alias Iuſtiniano vſitatiſſimum eſt hoc vocabulum. Vid. *l. 1.*

Qqq q 2 *pr. l. 2.*

pr. l. 2. pr. §. 2. in fine §. 3 §. 8. C. de iureiur. propt. calumn. l. 4 §. 1. ſequ. C. de recept. arbitr. l. 14. §. 1. C. de C. de teſtic. l. 11. in fine l. 12. pr. §. 1. 3. 4. 5. C. de iureiur.] Haec Tabor, niſi quod ſub finem acriter inuehitur in homines delicatos et faſtidioſos, qui ſolius ferme Ciceronianae dictionis finibus vniuerſam Latinam philologiam concludant, et a talibus vocabolis ſuperſtitioſe abſtineant. Sed ei quidem licuit ſuo arbitrio barbaro eſſe: modo aliis eam non imponat neceſſitatem, vt adfectent barbariem. Certum ſaltim eſt, id vocabulum ante quartum ſaeculum a nullo bono auctore eſſe vſurpatum: et nec Senecae, nec Vlpiani, teſtimonia eſſe indubiae lectionis Vid. Chriſt. Cellar. *in Cur. poſter. ſub hac voce.* HEIN.

IVRGARE, Eutych. *Lib. II. de diſcernend. coniug. p.* 2177. ab eo, quod eſt *iure vrgeo*, deductum ait. Verbum erat XII Tabularum, ex quibus Cicero *Lib. IV. de republ.* haec retulit: SI IVRGANT: ſubditque, *beneuolorum concertatio, non lis inimicorum,* IVRGIVM *dicitur.* Et mox, IVRGARE *igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare.* IVRGANTIBVS, id eſt, litigantibus: *l. 6. C. de poſtul.* [Reſutatorios libellos intra praeſcriptum tempus a IVRGANTIBVS flagitari iobemus: *l. 24. C. Theod. de adpell. Lib XI. tit. 30.* Prouocationis auxilium IVRGANTIBVS denegare: *l. 30. eod. tit.* IVRGANTIBVS licentia pandatur: *l. vn. C. Theod de dom n. rei, quae p. ſc. Lib. II. tit. 5.* Qoi non ante in proprio foro IVRGAVERINT: *l. 6. C Theod. de iuriſdict. Lib. II. tit. 1.* Ne aetates IVRGANTIVM veternoſis litibus conſeneſcant. *l. vn. C. Theod. de aetat. ex conſenſ. Lib. XI. tit. 33*]

IVRGIVM, litem et controuerſiam ſignificat. [Vetere IVRGIO exploſo: *l. 35. §. 1. C. de donat.*] IVRGIO peremtu: *l. vlt. D. famil. erciſc.* ¶ 2. Apud veteres IVRGIA plerumqoe a *litibus* ſeparantur. Cic. *Lib. I. de diuinat. Cap. 45. Litibus et* IVRGIIS *ſe abſtinere:* Idem *Lib. II. de legib. Cap. 8.* IVRGIA *ſerili amouento.* Ouid. *Lib. I. Faſtor. v. 75.*

Lite vacent aures, inſanaque protinus abſint
IVRGIA.

¶. 3. [IVRGIVM, vox veluti propria iis, qoi de finibus regundis litigaot. Hinc IVRGIVM finale. *l. 4. i 5. C. Theod. fin. regund. Lib. II. tit. 26. l. 5. C. Iuſtin. eod. tit*] ¶ 4. IVRGIVM quoque iram et animorum contentionem inter coniuges ſignificat. *l. 27. D. de pact. dot.* Et ita IVRGIVM, a *diuortio* ſeparatur in *l. 31. D. de iur. dot.* Iuuenal. *Satyr. III.*

Semper habet lites, alternaque IVRGIA, *lectus,*
In quo nupta iacet.

Sed et in lapide apud Gruter. *p. DCCCCLXIII, 2.* Irenaeus quidam laodat Aureliam Cattam, coniugem, QVAE VIXIT ANN. XXIIII. SINE IVRGIO. HEIN.

IVRIDICVS, qui ius aliquo loco dicit, ac reddit; *l. 41. §. 5. D. de fideic. libert.* et apud Iul. Firmic. Matern. *Lib. III. Mathem Cap. 12.* et Apulei. *de Aſin. aur. Lib. I. p. 104.* Iul. Capitol. *in M. Anton. Cap. XI. Datis* IVRIDICIS, *Italiae conſuluit, ad id exemplum, quo Hadrianus conſulares viros iura reddere praeceperat.* ¶ 2. Atque hoc ſpeciali IVRIDICI nomine inſignitus fuit is, qui Alexandrinae iuriſdictioni praeerat: *rubr. tit. D. et C. de offic. iurid. Alex. ciuit.* δικαιοδότην vocat Strabo *Lib. XVII. p. 1147.* IVRIDICORVM vocabulum maxime notum fuit ſaeculo Chriſtiano ſecundo, et ſequentibus, quibus celebrantur IVRIDICI PER FLAMINIAM ET PICENVM, apud Gruter. *p. MXCIII, 3.* itemqoe PER APVLIAM ET PICENVM, *ibid. p. CCCCLXV, 5. 6.* IVRIDICVS ASTVRIAE, ET GALLAECIAE. *p. CCCCLXIII, 4.* IVRIDICVS Alexandrinae ciuitatis, qui veluti κατ' ἐξοχὴν id nomen tulit, non vni illi ciuitati ius dixit, ceu credidiſſe videtur Briſſonius, ſed cum Praefecto Aug. vniuerſam Aegyptum rexit, cuius actiones videtur ſimul ſpeculatus, ne res nouas moliretur. Cuiac. *Lib. XX. Obſ. Cap. 31.* Reineſ. *ad Inſcript. p. 271.* Hinc vocatur IVRIDICVS PER AEGYPTVM, apud Gruter. *p. CCCLXXII, 4.* quin ex conſtitutione Graeca, qoam laodatus Cuiacius eo loco protulit, patet, ſolum IVRIDICVM Alexandriae, et Thebaidos praeſidem relegare potuiſſe in Oaſin. Relegare autem in locum, qui ipſi non ſubeſſet, nemo poterat, *l. 7. §. 6. D. de interd. et relegat.* adeoque non ſolum Alexandriam, ſed totam Aegyptum Libyamque, ſub eius non minus, quam praefecti Auguſtalis, diſpoſitione fuiſſe oportet. HEIN.

IVRISCONSVLTVS. Ita adpellatus, qui iura publice interpretatus eſt, vel cui a Caeſare ius reſpondendi datum, et, cui permiſſum iura condere. §. *8. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu. l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* Cic. *de Orat. Lib. I. Cap 48. Sin autem quaeretur,* IVRISCONSVLTVS *quisnam vere nominaretur, eum dicerem, qui legum, et conſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vterentur, et ad reſpondendum, et ad agendum, et ad cauendum peritus eſſet.* Theophilus *in §. 8. Inſt de iur. nat.* Ἐπετέτραπτο δὲ τούτοις δημοσίᾳ νομοθετεῖν, ἤτοι τοὺς νόμους ἑρμηνεύειν, οἵτινες IVRISCONSVLTI προσηγορεύοντο, τουτέστιν, οἱ περὶ τοῦ νόμου ἐπερωτώμενοι. conſulere γάρ ἐστι τὸ ἐρωτᾷν. *Conceſſum autem erat iis, vt publice iura conſtituerent, vel interpretarentur, qui et* IVRISCONSVLTI *adpellati ſunt, quod de iure conſulerentur, nam conſulere* INTERROGARE *eſt.* Aliquando inuerſo vocabulorum ordine *conſulti iuris* adpellantur, vt docui ſupra *Libro III.* et IVRIS *periti*, in *l. 17. §. 2. D. ſi ſeru. vindic. l. 30. D. de excuſat.* et *l. 1. C. de his, qui ſibi adſcrib.* [*l. 2. §. 13. D. de orig. iur.*] *periti* IVRIS, a Plin. *Lib. I. Epiſt. 24.* IVRIS item *auctores*, et *ſtudioſi*, et IVRIS *prudentes* vocantur. Horum partes erant *cauere, conſilium dare, in conſilium adhiberi a magiſtratibus, iisque adſidere, libellos agere, reſcribere, de iure reſpondere, vadimonia concipere*, de quibus ſingulis ſuo loco. [Teſtamentis etiam condendis ſcribendisque adhibitos eſſe, conſtat ex Ciceron. *Lib II. de Orat. Cap. 6.* Sueton. *in Nerone Cap. XXXII* aliisque: ad eumque morem reſpiciens Lucios Titius, *l. 88. §. vlt. D de legat. II. Lucius Titius*, inquit, *hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine vllo* IVRISPERITO, *rationes animi mei potius ſequu-*

quntur, quam nimiam et miſeram diligentiam, et ſi minus aliquid legitime minusue perite fecero: pro iure legitimo haberi debet hominis ſani voluntas.]

¶. 2. Admonendi autem ſumus, diuerſas iuriſconſultorum ſcholas exſtitiſſe. Quae res originem ab Antiſtio Labeone, et Ateio Capitone, duxit, qui duo, vt ait Pomponius in, *l. 2. §. 47. D. de orig. iur. primum diuerſas ſectas fecerunt. Nam Ateius Capito in his, quae ei tradita fuerant, perſeuerabat: Labeo ingenii qualitate, et fiducia doctrinae, qui et ceteris operis ſapientiae operam dederat, plurima innouare inſtituit.* Proculus plane, et Sabinus, et Caſſius, eas diſſenſiones valde auxerunt. Et inde adpellati ſunt partim PROCVLEIANI, partim SABINIANI, partim CASSIANI, vt idem Pomponius *d. l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* ſcribit. Quarum inuicem pugnantium ſcholarum fit mentio *l. 11. D de adqu. rer. domin. §. 2. Inſt. de emt. vendit. §. 8. Inſt. de mandat. §. 25. Inſt. de rer. diuiſ.* et apud Vlpian. *Regul. tit. XI. §. 28.* Earum diſſidentes aliquas ſententias reperies, cum in locis iam indicatis, tum in *l. 1. D. de contrab. emt. l. 7. §. 7. D. de adqu. rer. domin. l. 27. l. 28. l. 138. D. de verb. oblig. l. 26. §. 2. D. de legat. I. l. 1. §. 14. D. ad leg. Falcid. l. 14. D. de iure codicill.* Obſeruandae etiam ſunt diſſenſiones iuriſconſultorum in *l. 5. §. 1. l. 30. D. de legat. I. l. 29. pr. et §. 1. l. 100. §. 1. D. de legat. III. l. 15. l. 26. D. de inſtr. vel inſtrum. leg l. 6. §. 4. D. de pecul. legat. l. 36. D. de aur. arg. mund. leg. l. 12. D. quand. dies leg. ced.* Interdum tamen Nerua et Caſſius conſentiunt, et a Proculo et Sabino diſſentiunt, vt in *l. 1. D. de act. rer. amot.* Quin et Proculus et Pegaſus diſſentiunt, vt in *l. 11. D. de iurisd.* Succeſſio vtique Labeonis ſcholae fuit huiusmodi:

I. M. ANTISTIVS LABEO.	V. PEGASVS.
II. M. COCCEIVS NERVA, pater.	VI. IVVENTIVS CELSVS, pater.
III. M. COCCEIVS NERVA, filius.	VII. IVVENTIVS CELSVS, filius.
IV. SEMPRONIVS PROCVLVS.	VIII. NERATIVS PRISCVS.

In alias vero partes diſceſſerunt, diuerſamque ſectam amplexi ſunt:

I. C. ATEIVS CAPITO.	V. PRISCVS IAVOLENVS
II. MASSVRIVS SABINVS.	VI. ABVRNVS VALENS.
III. C. CASSIVS LONGINVS.	VII. TVSCIANVS
IV. COELIVS SABINVS.	VIII. SALVIVS IVLIANVS.

¶. 3. Ceterum non alienum hoc loco fuerit, iuris auctores omnes, qui tam praeclaram boni et aequi artem, diuinarum atque humanarum rerum notitiam, iuſti atque iniuſti ſcientiam, ſcriptis reſponſisque ſuis excultam, ad ſummum faſtigium euexerunt, nomina edere, et ſub vno veluti adſpectu ponere. IVRISCONSVLTI certe, qui in pandectis memorantur, fere ſunt ii, quos ſeriem litterarum, non ordinem rationemue temporum, ſequutus ſubieci:

Aburnus Valens.
Aelius Gallus.
Aelius Marcianus.
Aelius Tubero.
Aemilius Macer.
Aemilius Papinianus.
Alfenus Varus.
Anteus.
Antiſtius Labeo.
Appius Claudius, vnus ex decemuiris.
Appius Claudius Centimanus.
Arrianus.
Artius Menander.
Ateius Capito.
Atilicinus.
Aufidius Namuſa.
Aufidius Tucca.
Aulus Caſcellius.
Aulus Ofilius.
Aurelius Arcadius Chariſius.
Balbus Lucilius.
Blaeſus.
Brutus.
Coelius Antipater.
Coelius Sabinus.
C. Aquillius Gallus.
C. Ateius Pacuuius.
C. Caſſius Longinus.
Caius Iuuentius.
C. Scipio Naſica.
C. Trebatius Teſta.
Calliſtratus.
Campanus.
Cartilius.
Cinna
Claudius Tryphoninus.
Claudius Venuleius Saturninus.
Cornelius Maximus.
Domitius Vlpianus.
Druſus.
Flauius Mela.
Flauius Priſcus.
Florentinus.
Fufidius.
Furius Anthianus.
Gaius.
Gallus Aquila.
Granius Flaccus.
Herennius Modeſtinus.
Hermogenianus.
Iulius Paullus.
Iunius Gracchanus.
Iunius Mauricianus.
Iuuentius Celſus, pater.
Labeo.
Laelius.
Licinius Rufinus.
L. Craſſus Mucianus.
M. Manilius.
M. Porcius Cato.
Maſſurius Sabinus.
Meſſius.
Minicius.
Nerua, pater.
Nerua, filius
Octauenus.
Paconius.
Papirius Fronto.
Papirius Iuſtus.
Paullus Virginius.
Pegaſus.
Plautius.
Pomponius Priſcus.
Priſcus Fulcinius.
Priſcus Iauolenus.
Priſcus Neratius.
Publicius Gellius.
Publius Aelius.
Publius Atilius, Sapiens.
P. Iuuentius Celſus, filius.
Publius Mucius.
P. Rutilius Rufus.
Puteolanus.
Q. Ceruidius Scaeuola.
Q. Mucius Scaeuola. P F. Pontif. max.
Q. Mucius, Voluſi auditor.
Q. Saturninus.
Q Tubero.
Rutilius Maximus.
Saluius Ariſto.
Saluius Iulianus.
Sempronius Proculus.
Sempronius Sophus.
Seruilius.
Seruius Sulpicius.
Sex Aelius.
Sex. Caecilius Africanus.
Sex Papirius.
Sex. Pedius.
Sex. Pompeius.
Sex Pomponius.
Tarunteius Paternus.
Terentius Clemens.
Tertullianus.
Tiberius Coruncanius.
Titus Caeſius.
Tuſcianus.
Valerius Seuerus.
Varius Lucullus.
Venuleius Saturninus.
Vindius.
Vitellius.
Viuianus.
Vlpius Neratius. Marcellus.
Voluſius Maecianus.
Vrſeius Ferox.

IVRISDICTIO, poteſtas iuris dicundi. Ea vero, et *notio*, ſeparantur. *l. 5. D. de re iudic. l. 99. D. de verb. ſignif* IVRISDICTIONEM enim habent et explicant, qui iuri dicundo prae-

praeſunt, ſiue ipſi extra ordinem cognoſcant, ſiue dent iudices, eoſque iudicare iubeant. Vlpianus *l. 3. §. vlt. D. de iuriſd.* IVRISDICTIO, ait, eſt etiam iudicis dandi licentia. τὸ γὰρ διδόναι δικαστὴν δικαιοδοσίας ἐστὶν. *Iudicem dare*, IVRISDICTIONIS *eſt*, inquit Harmenopul. *Lib. I. tit. 4. §. 1.* Iudicem vtique dare poſſunt, quibus hoc lege, vel conſtitutione, vel SC. conceditur: item hi, quibus id more conceſſum eſt propter vim imperii, ſicut praefectus vrbi, ceterique Romae magiſtratus. *l. 12. §. 1. D. de iudic.* IVRISDICTIO ergo eſt magiſtratuum, non etiam iudicum datorum: *l. 5. l. 57. D. de re iudic. l. 5. D. de verb. oblig. tot. tit. Inſt. de diuiſ. ſtipul.* eaque complectitur poteſtatem in poſſeſſionem mittendi, in integrum reſtituendi, iudicem dandi. ¶. 2. IVRISDICTIO autem alia CONTENTIOSA eſt, alia VOLVNTARIA. Illa vel in inuitos ſiue praeſentes, ſiue contumaces, exercetur: haec inter volentes locum habet, eaque explicantur emancipationes, manumiſſiones, adoptiones, quae magiſtratus auctoritate etiam extra territorium, et quocumque loco, recte fiunt *l. 2. D. de offic. proconſ.*

¶. 3. Et huc pertinent loquutiones: IVRISDICTIONE ſua praetor id agere debet: *l. 29. D. de vſu et vſufr.* Si quis ex aliena IVRISDICTIONE ad praetorem vocetur: *l. 5. D. de iudic.* [Antiquae IVRISDICTIONIS retia et difficillimos nodos reſoluere: *l. 23. pr. C. ad SC Velleian.* In IVRISDICTIONEM aſſiduam conuerſum: *§. 1. Inſt. de fideicommiſſ. hered.* Vbi Scipio Gentilis *Lib. I. de Iuriſd. Cap. I. p. 5.* hunc locum comparat cum *l. 3. §. 1. D de recept. arbitr.* in qua quid extra neceſſitatem iuriſdictionis eſſe dicitur, vt ſenſus ſit, fideicommiſſa initio libera fuiſſe, poſtea homines a magiſtratibus ea ſoluere coactos. Sed Imperator ibi manifeſto iuriſdictionem adſiduam opponit extraordinariae, in huiusque locum iuriſdictionem perpetuam praetorum fideicommiſſariorum ſurrogatam eſſe, ait. HEIN. Cur ad arma et rixam procedere patiatur praeter eos quos poteſt iuriſdictione ſua componere? *l. 13. §. 3. D. de vſufr.* In criminalibus controuerſiis, et publicis tributis, congruam IVRISDICTIONEM obſeruare: *l. 2. C. de priuil. ſcholar. Lib. XII. tit 30 l. 3. pr. C. eod. tit.* Sub quorum IVRISDICTIONEM militia, ſeu dignitas conſtituta eſt: *l. vlt. C. de iuriſd. omn. iud.* Cuius ea de re IVRISDICTIO eſt: *l. 3. C ſi aduerſ. libert. l. 1. C. ſi mai. ſe minor. l. 1 C. ſi mancip. ita ven.* IVRISDICTIONEM et praeceptionem declinare eorum iudicum: *l. vlt. C. de iuriſd. omn. iud.* Ad IVRISDICTIONEM delegantis pertinet: *l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.* [IVRISDICTIONEM denegare *l. 26. §. 6 D. ex quib. cauſſ maior.* quod idem eſſe videtur, ac denegare actionem. *l. 26. §. 4 eod*] IVRISDICTIO eius, qui de fideicommiſſa libertate cognoſcit: *l 36. §. 1. D de fideic. libert.* Si quis eum, qui non eſſet IVRISDICTIONIS ſuae, damnauerit *l. 6 § 10. D. de iniuſt. rupt. irrit.* [IVRISDICTIO extraordinaria: *l. 14. C. de fidei. et mand. l. 14 C. eod. tit*] IVRISDICTIONIS formam imperitia coheredum mutare non poteſt: *l. 20. D. famil. erciſc.* Sequi formam IVRISDICTIONIS, quae exerceri aduerſus indefenſos poteſt: *l 3. C. de procurat.*] Quae magis *imperii* ſunt, quam IVRISDICTIONIS: *l.*

26. D. ad municipal. *Imperii* magis eſt, quam IVRISDICTIONIS, iubere caueri praetoria ſtipulatione, et in poſſeſſionem mittere: *l. 4. D. de iuriſdict.* Tutoris datio neque *imperii* eſt, neque IVRISDICTIONIS: *l. 6. §. 2. D de tutel.* Imperium, quod IVRISDICTIONI cohaeret: *l. 1. §. vlt. D. de offic. et cui mand. iuriſd.* Si inter eos quis dixerit Ius, inter quos IVRISDICTIONEM non habuit: *l. 1. §. vlt. D. quod quiſqu. iur.* [Intercapedo IVRISDICTIONIS: Sueton. *in Veſpaſ. Cap. X.* IVRISDICTIO interpellatur: *l. 36. §. vlt. D. de fideic. libertat.*] Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum ſingularum quantitas intra IVRISDICTIONEM iudicantis ſit: coaceruatio vero omnium excedat modum IVRISDICTIONIS: *l. 11. D. de iuriſdict.* Non iuris, ſed IVRISDICTIONIS eſt: *l. 36. D. de admin. et peric. tut.* Mandat IVRISDICTIONEM praetor: *l. 8. §. 18. D. de tranſact.* proconſul: *l. 5. D. de offic. proconſ.* Mandare IVRISDICTIONEM is demum poteſt, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio habet: *l. 5. D. de iuriſd.* Mandata IVRISDICTIO: *l. 12. l. 13. D. de offic proconſ.* Illa mandata, ea demum, quae iure magiſtratus competant, non item, quae ſpeciali lege, vel SCo, vel conſtitutionibus principum tribuuntur, transferuntur: *l. 1. D. de offic. eius, cui mand iuriſdict.* Moderanda Praetoris IVRISDICTIO *l. 11. D. de in ius voc.* IVRISDICTIONI municipali ſubiici: *l. 29. D. ad municipal.* Res libera et ſoluta, et extra neceſſitatem IVRISDICTIONIS poſita: *l. 3 §. 1. D. de recept. arbitr.* id eſt, ad quod a magiſtratu cogi quis non poteſt: [Ex IVRISDICTIONE pendens quaeſtio *l. 88. in fin. D. de ſolut.* Ad IVRISDICTIONEM pertinet: *l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. l. 5. C. de emancip. l. 6. C. de fabricenſ*] IVRISDICTIONI praeeſſe dicuntur, qui tribunali praeſunt: *l. 10. D. de iuriſdict. l. 1. §. 3. D. quod quiſque iur. l. 2. D. ſi quis in ius vocat. l. 81. D. de iudic. l. 1. §. 1. D. de poſtul.* Per IVRISDICTIONEM praeſidis praeſtabitur: *l. 57. D. de legat. I.* IVRISDICTIO praetoria: *l. 1. §. vlt. D. de ſtipul. praet.* praetoris: *l. 13. §. 3. D. de damn. infect. l. 1 §. 9. D. de op. nou. nunciat.* Praetor, cuius de liberali cauſſa IVRISDICTIO eſt: *l. 1. C. ſi manc. ita fuer. alien.* Pro IVRISDICTIONE ſua, id eſt, ſecundum ius poteſtatis ſuae: *l. 2. §. 1. D ſi quis in ius voc. non ier. l. vn D. ſi quis ius dic. non obtemp. l. 16. in fin. D. de minor. l. 3. §. 2. D. de poſtul.* Tam praefectus vrbi, quam ceteri magiſtratus, pro IVRISDICTIONE ſua, reſtituere in integrum poſſunt: *l 16. §. vlt. D de minor.* IVRISDICTIONEM reſeruare, et IVRISDICTIONI ſuae reſeruare: *l. 1. l 4. §. 3. D. de damn. infect.* Reſtituenda IVRISDICTIO: *l. 5 §. 1. in fin. D vt legator. vel fideic. cauſſ. cau.* Conſenſiſſe videntur, qui ſciunt ſe non eſſe ſubiectos IVRISDICTIONI, in eum conſentiunt: *l. 2. pr. D. de iudic.* Subiicere aliquem iuriſdictioni: *l. 2. § 5. D. eod. tit.* Fideiuſſor, non ſuppoſitus IVRISDICTIONI illius, ad quem vocatur: *l. 1 D. ſi quis in ius voc.* Si quis ſupra IVRISDICTIONEM ſuam velit ius dicere. *l vlt. D. de iuriſd.*

¶. 4 [IVRISDICTIO, aliquando denotat legem iudiciariam, vel edictum perpetuum, vt in *l. 2. C. de reſtit. mil. l. 31. D. de leg. Cornel. de falſ. l.*

2. C.

Google

2. *C. de condit. inſert. l. 1. C. vbi in rem act. l. 20. D. famil. erciſc. l 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. l. 2. C. de bon. auct. iud. poſſid. §. 2. Inſt. de bon. poſſeſſ. §. 1. Inſt. de oblig. §. 3. et 4. §. 7. 8. 10 §. 12. et 13. Inſt. de actionib. pr. Inſt. de perp. et temp. act. l. 2. D. de extraord. cognit. l. 36. D. de adminiſtr. et peric. tut.*] Hanc vocis acceptionem obſeruauit iam Scipio Gentilis *de Iuriſdict. Lib. I. Cap. I. p. 3. ſequ.* Edictum praeterea vocatur modo FORMA IVRISDICTIONIS: *l. 5. §. 1. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. l. 13. C. de teſtam. l. 9. C. de legat.* modo IVRISDICTIONIS TENOR: *l. 5. C. de his, quae vi metuſue cauſſa.* modo PERPETVA IVRISDICTIO. *l. 2. C. de reſtit. milit.* Et eo pertinent loquutiones: *moderari* IVRISDICTIONEM: *l. 11. D. de in ius voc.* itemque *eam temperare. l. 2. C. quae res pign.* HEIN.

IVRISPERITVS. Vid. IVRISCONSVLTVS.

IVS.

IVS, vocabulum valde *πολύσημον*, pluribus modis dicitur: vno modo quum id, quod ſemper aequum et bonum eſt, IVS dicitur, vt eſt ius naturale: altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt, vt eſt IVS ciuile, et honorarium. Omnes enim populi, ait Caius, qui legibus et moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum IVRE vtuntur. Nam quod quisque populus ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt, vocaturque IVS ciuile, quaſi IVS proprium ciuitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peraeque cuſtoditur, vocaturque IVS gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur. *l 9. D. de iuſt et iur. l. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 2. l. 3. D. de diuiſ. rerum.* Auctor ad Herenn. *Lib. II. Cap. 13.* IVS *ex his partibus conſtat*: NATVRA, LEGE, CONSVETVDINE, IVDICATO, AEQVO *et* BONO, PACTO. NATVRA IVS *eſt, quod cognationis aut pietatis cauſſa obſeruatur, quo iure parentes a liberis, et a parentibus liberi coluntur.* LEGE IVS *eſt id, quod populi iuſſu ſancitum eſt, quod genus eſt, in ius vt eas, quum voceris.* CONSVETVDINE IVS *id eſt, quod ſine lege, aeque ac ſi legitimum ſit, vſitatum eſt.* IVDICATVM *eſt id, de quo ſententia lata eſt, aut decretum interpoſitum. Ex* AEQVO *et* BONO IVS *conſtat, quod ad veritatem, et ad vtilitatem communem, videtur pertinere. Ex* PACTO IVS *eſt, ſi qui inter ſe pepigerunt, ſiue quid inter eos conuenit.* Sed operae pretium fuerit, diuerſas iuris acceptiones paullo accuratius diſtinguere. ¶. 2. Primo ergo IVS generatim accipitur pro lege et vniuerſo iure, vel pro iurisprudentia. Sic IVS, vt Celſus definit, eſt ipſa ars aequi et boni. *l. 1 §. 1. D. de iuſt. et iur.* IVRIS praecepta ſunt haec: honeſte viuere, neminem laedere, ſuum cuique tribuere. *d. l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* IVS, quod diu aequum viſum eſt: *l. 2. D. de conſtit. princ.* [Et hoc IVS a iuſtitia adpellatum dicitur: *l 1. pr. D. de iuſt. et iur.* de qua deriuatione videndi Iac. Raeuard. *Lib. I. Var. Cap. 2.* Bachou. *in πρόϊτ. ad d. l.* Strauch. *Exercit. Iuſtin. I. aphor. I.* et Aegid. Menag. *Cap. XXXIX. Amoen. iur. ciu. p. 294. ſequ.*] Sic memoratur IVS antiquum: de quo ſupra *Lib. I.* IVRIS auctores: de quibus itidem ſupra *Lib. I.* IVRIS auctoritas: *ibidem*: IVS commune, quod interdum IVRI proprio cuiusque ciuitatis, interdum IVRI ſingulari, veluti militari, opponitur: vt exemplis ſupra *Libro III.* demonſtraui. IVRE conceſſi: *l. 17. C. de poſtlim. reuerſ.* IVS vel IVRA condere: *§. 8. Inſt. de iuſt. et iur* IVS conſtitutum, de quo *Lib. III.* IVS conſuetum: *l. 2. C. de decurion.* IVRISconſulti: de quibus paullo ante. IVS diuinum, quod quale ſit docui ſupra *Libro IV.* et *Lib. IV. Antiq. ſelect. Cap. 16.* IVRIS dubitatio: *l. 85. §. vlt. D. de reg. iur.* error: Vid. ſupra *Lib. V.* Eſt IVRIS: *l. 4. D. ad SC. Tertull.* Idem IVRIS erit: *l. 28. D. de vſufr. legat.* Quid iuris eſt? *l. 58. D. de donat int. vir. et vxor. l 88. D. ad leg. Falcid. l. 11. D. de peric. et comm. l. 30. D. de teſt tut. l. 3. D. de coniung. cum emanc. lib. l. 7. §. vlt. D. de diſtr. pign. l. 15. D. de manumiſſ. teſtam.* Videamus, vel videndum quid IVRIS ſit: *l. 7. D. qui ſatisd. cog. l. 80. D. ad leg. Falcid.* Quid in his IVRIS eſſet, conſulebatur: *l. 41. D. de reb. credit.* quaeritur: *l. 31. §. vlt. D. de mort. cauſſ. don. l. 19 D. de teſtam.* Senatus IVS facere poteſt: *l. 9. D de legib.* Fiſcale ius: *l. 20. D. de manumiſſ.* Secundum vulgarem formam IVRIS: *l. 114. §. 7. D. de legat. I.* Contra IVRIS formam: *l. 49. §. vlt. D. de fideiuſſ.* IVS humanum: cuius interpretationem pete ſupra ex *Libro VIII.* IVRIS ignorantia Vid. ſupra hoc ipſo libro. IVRIS intellectus: *l. 62. §. 1. D. de legat. II. l. 50 D. de hered. petit.* IVRIS interpres: Cic. *in Topic. Cap. I.* IVRA interpretari: *§. 8. Inſt de iur nat. gent. et ciu.* IVS legitimum: *l. 6. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ.* Cic. *Lib. VIII. ad familiar. Epiſt. 6.* IVRE legitimo; *l. 4. §. vlt. D. de fideiuſſ. tut.* Pro IVRE legitimo haberi debet hominis ſani voluntas: *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* IVRE licito: *l. 3. D. quod met. cauſſ. l. 7. D. de oper. libert.* IVS militare: Vid. infra *Lib. XI.* IVRIS obſeruatio: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* In hac parte IVRIS: *l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcid.* [IVS partitum, cuius libros ſcripſit Ofilius: *l. 55. §. 7. D. de legat III.*] IVRIS peritus: *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* IVRIS peritus, amicus noſter, aiunt diui fratres: *l. 17 D. de iur. patron.* IVRIS periti, in conſilium principis adſumti: *l. 30. D. de excuſat.* IVS praetorium, quod praetores introduxerunt, adiuuandi, ſupplendi, corrigendiue iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod et honorarium dicitur, ad honorem praetorum ſic nominatum: *l. 7. D. de iuſt. et iur.* IVRIS ciuilis profeſſores: *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.* IVRIS prudentes: *l. 10. D. de bon. poſſeſſ. l. 2. §. 5. D. quis ord. in poſſeſſ. ſerv.* IVRIS prudentia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia: *l. 10. D. de iuſtit et iur.* IVS publicum: *l. 14. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. de his, qui ſponte. Lib. X.* IVS *publicum* eſt, quod ad ſtatum rei Romanae ſpectat, quod in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus, conſiſtit: priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat. *l. 1. §. 2. D. de iuſtit. et iur.* Et ita IVS *publicum*, et priuatum opponuntur. *l. 2 §. 46. D de orig. iur.* Aliquando tamen generaliter IVS publicum pro eo iure, quo generatim omnes ciues vtuntur, et quod omnium in quaque ciuitate commune eſt, vſurpatur. Sic IVRE publico: *l. 5. §. 1. D. ad leg. Falc.*

IVS.

Falcid. l. 77. §. vlt. D. de condit. et demonſtr. Priuatorum conoentio IVRI publico non derogat: *l. 45. §. vlt. D. de regul. iur.* Quia pacto hoc IVS poblicum infringi non poreſt: *l. 20. D. de regul. inr.* IVS publicum priuatorum pactis mutari non poteſt: *l. 38. D. de pact.* Qui IVS publicum ſequitur: *l. 116. §. 1. D. de reg. iur.* IVRE publico vti: *l. 36. §. vlt. D. de excuſat. l. 13. §. 1. D. de iniur. l. 42. §. 1. D. de act. emt.* [Demipho apud Terent. *Phorm. Act. II. ſcen. 3. v. 64.*

Quid eſt? num iniquum poſtulo?
Annon hoc quidem adipiſcar ego, quod IVS PVBLICVM *eſt?*]

IVRIS ratio: *l. 25. D. de manumiſſ. l. 3. D. de ſeparat. l. 18. §. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 14. l. 15. l. 25. l. 39. D. de legib. l. 140. §. 1. D. de reg. iur. l. 16. D. de condit. et demonſtr. l. 1. C. ſol. matrim. l. 2. C. de hered. vend. l. 10. C. de hered. inſtit.* IVRIS rationes: *l. 16. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* [Recentia etiam iura in vetuſtatem conſuetudine vertuntur. Tacit. *Lib. IV. Hiſt. Cap. 65.*] Magno ingenio de IVRE reſpondere: *l. 90. D. de cond. et demonſtr.* Horat. *Lib. I. Epiſt. 3.*

Seu ciuica IVRA
Reſpondere paras.

Publice de IVRE reſponſitare: *l. 1. §. 1. D. de poſtul.* IVS ſcriptum: *l. 16. D. de condit. et demonſtr.* ſcripta IVRA: *l. 35. D. de leg.* IVS ciuile, conſtat aut *ex ſcripto*, aut *ſine ſcripto. l. 6. D. de iuſtit. et iur.* IVS ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis, propter aliquam vtilitatem, auctoritate conſtituentium receptum eſt: *l. 16. D. de legib.* Sententia IVRE ſingulari recepta: *l. 53. §. 3. D. de fideic. libert.* Propria atque ſingularia IVRA in teſtamentis militum obſeruantur: *l. 2. D. de teſtam. milit.* IVS ſollemne: *l. 27. D. de diuerſ. reg. iur.* IVRIS ſtudioſi: *l. 1. D. de offic. adſeſſ. l. 9. D. de poen. l. 4. D. de extraord. cognit.* Sueton. *in Nerone Cap XXXII.* Gell. *Lib. XII. Noct. Attic. Cap. 13.* IVS ſubtile: *l. 24. §. 10. D. de fideic. libert.* Subtilis IVRIS regula: *l. 13. princ. D. de lib. et poſtum.* IVS *vetus*, et *nouum* aduerſantur: *l. 91. D. de reg. iur. l. 1. D. de hered. petit.* EO IVRE vtimur: *l. 7. D. de lib. et poſtum. l. 3. l. 4. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 13. §. 7. D. de acceptil. l. 152. D. de reg. iur. l. 4. D. de transact. l. 4. D. de pign. act. l. 18. D. de his, quae vt indign, l. 3. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* de qua loquutione vide plura infra *Libro vltimo.*

¶. 3. Saepe IVS naturae et gentium IVRIS nomine venit. Sic hoc iure vtimur, vt IVRIS gentium ſit acceptilatio: *l. 8. §. vlt. D. de acceptilat.* Quas res natura et gentium IVS commercio exemerunt: *l. 34. §. 1. D. de contrah. emt.* IVS commune, pro iure gentium. Sic *κοινὸν νόμιμον, ius commune,* apud Euripid. *in Oreſte v. 496.* interpres exponit: *ἐφ᾽ ᾧ πάντες οἱ Ἕλληνες ὁμογνωμονοῦσι. in quod omnes Graeci conſentiunt.* IVRE gentium condici poſſunt res ab his, qui non ex iuſta cauſſa poſſident: *l. 25. D. de act. rer. amot.* IVRIS gentium conuentiones quaedam actionem pariunt, quaedam exceptionem: *l. 7. D. de pact.* Si naturale et gentium ius intuemur, depoſitum ei reddendum eſt, qui depoſuit: *l. 31. D. depoſ.* Dominatio ex IVRE gentium introducta eſt: *l. 64. D. de condict. indeb.* item dominium: *l. 5. D. de iuſtit. et iur.* Emtio IVRIS gentium eſt, et ideo conſenſu peragitur: *l. 1. §. 2. D. de contrah. emt.* Aduerſus IVS gentium feſtinaſſe dicitur, qui bona proximae cognatae viuentis donauit: *l. 29. §. vlt. D. de donation.* Deportati ea quidem, quae IVRIS ciuilis ſunt non habent, quae vero IVRIS gentium ſunt, habent. *l. 17. D. de poen.* IVRE gentium indebita pecunia: *l. 47. D. de condict. indeb.* Aliis dando, vt aliud reddatur, obligari IVRE gentium poſſumus: *l. 25. D. de praeſcript. verb.* IVRIS gentium eſt poteſtas dominorum in ſeruos: *l. 1. D. de his, qui ſui vel al. iur.* Ex IVRE gentium deſcendit precarium: *l. 1. D. de precar.* Publica loca IVRIS gentium: *l. 45. D. de vſurpat.* IVRE gentium ſuum facit, qui quid in mari, vel littore, aedificat: *l. 1. §. 18. D. de oper. nou. nunc.* Alia, quae ex mente veterum IVRE gentium introducta ſunt, vide *l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. D. de iuſtit. et iur.*

¶. 4. Saepe et IVS ciuile eo vocabulo deſignatur, quod neque in totum a naturali vel gentium iure recedit, nec per omnia ei ſeruit: itaque quum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi: IVS proprium, id eſt, ciuile efficimus. *l. 6. D. de iuſt. et iur.* IVS autem CIVILE eſt, quod ex legibus, plebiſcitis, SCtis, decretis principum, auctoritate prudentium, venit. *l. 7. D. de iuſt. et iur.* Sic IVRE ciuili actio eſt: *l. 33. D. de Aedil. edict.* vbi IVS ciuile Aedilitio edicto opponitur: vti et alibi IVS CIVILE, et *edictum* ſeparantur. *l. 44. D. eod. tit.* nec non IVS CIVILE, et *lex Iulia*, apud Vlpian. *Reg. tit. XIV. §. 1.* Non oportet ius ciuile calumniari: *l. 19. D. ad exhib.* IVRE ciuili conſtitutum: *l. 53. D. de ſolut.* Poteſtas, IVRE ciuili data et permiſſa: *l. 1. D. de tutel.* IVRE ciuili deficiunt liberi, qui propter capitis deminutionem deſierunt ſui heredes eſſe: *l. 6. D. de bonor. poſſ.* Pacto, ne ob res donatas agatur, IVS ciuile impugnatur: *l. 5. D. de pact. dotal.* IPSO IVRE, id eſt, mero iure, ſola iuris ciuilis auctoritate, citra praetoris auxilium, interuentum, tuitionemue. IPSO ergo IVRE, vel IVRE in libris noſtris fieri dicitur, quod ipſo IVRE ciuili, et ipſa legis poteſtate et auctoritate, abſque magiſtratus auxilio, et ſine exceptionis ope fit. Ac proinde illi aduerſatur, quod fit IVRE *praetorio*, vel per tuitionem praetoris. *l. 1. D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 1. in fine D. de ſuperfic. l. 1. § 5. et pen. D. quod falſ. tut. l. 9. §. 1. vſusfruct. quemadm. cau. princ. Inſt. de perpet. act. tempor. act.* Opponuntur etiam haec: IPSO IVRE, et per exceptionem: *l. 17. §. 1. ſequ. D. de pact. l. 34. §. 1. D. de oblig. et action. l. 60. D. de fideiuſſ. l. 38. §. 1. D. de ſolut. l. 22. §. pen. D. rat. rem habit. l. 1. § 7. D. quar. rer. act. non dat. §. 30. Inſt. de action.* IPSO IVRE et *per fideicommiſſum*: *l. 19. in fine D. de teſtam. milit.* Nam inſtitutiones et legata IPSO IVRE, id eſt, directo, et imperatiue valent, quippe quae lege XII. Tabularum firmantur: quum fideicommiſſa ſola praetoris fideicommiſſarii tuitione conſiſtant. Qua ratione et *legitime*, et *ex cauſſa fideicommiſſi* ſeparantur. *l. 3. D. ſi vſusfruct. pet.* IPSO ergo IVRE fit, quod ex legibus fit, veluti XII. tabularum: *l. 1. l. 25. §. 13. D. famil. erciſc. l. 6. C. eod. tit. l. 49. §. 1. D. de fideiuſſor. l. 26. C. de pact. l. 1. §. 19. D. vt legat. vel fideic. cauſſ. cau.* vel ex alia lege, vti ex Falcidia. *l. 1. §. 5. D. quod legator.* Nonnumquam IPSO IVRE fieri dicitur, quod fit, etiamſi de eo lege nihil cautum ſit: *l. 17. §. vlt.*

IVS.

§. *vlt. D. pro ſoc.* Poſtremo in eo, quod ipſo IVRE fit, partes praetoris ceſſant, nec ſe interponit Praetor. *l. 16. D. de minor. l. 4. et l. vlt. C. in quib. cauſſ. in integr. reſt. l. 3. C. ſi aduerſ. libert.* Ceterum IPSO IVRE, COMMVNI AVXILIO, et MERO IVRE, idem valent. Et ita intelligendae loquutiones: IPSO IVRE non habere actionem: *l. 112. D. de regul. iur.* IPSO IVRE adcreſcit, *l. 2. §. 8. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* id eſt, ſine impetrata bonorum poſſeſſione: IPSO IVRE adempta: *l. 14. §. 1. D. de legat. I.* id eſt, vi legis: adquiſita: *l. 4. D. rem pupill. ſalu.* IPSO IVRE adquiſita cautio, *l. 1. §. 16. 17. D. quod legator.* id eſt, citra ceſſionem: IPSO IVRE agere non poteſt: *l. 28. D. de act. emt. l. 4. D. vſufr. quemadm. cau.* non committitur ſtipulatio: *l. 40 D. de reb. cred. l. 3. §. vlt. D. vſufruct. quemadm. cau.* non committitur poena: *l. 23. §. vlt. D. de recept. arbitr.* IPSO IVRE compenſatio negligentiae facta; *l. 10. D. de compenſ.* pro ſoluto haberi compenſationem oportet: *l. 4. C. de compenſat.* debetur ſeruitus: *l. 81. §. 3. D. de legat. I.* vel aliud quid: *l. 17. §. 1. D. de teſtam. mil. l. 4. D. de compenſ. l. 49. §. 1. D. de fideiuſſor.* Non IPSO IVRE corporis, ſed dotis, fit deminutio. Ibi enim admittimus deminutionem dotis *ipſo iure* fieri, vbi non ſunt corpora in dotem, ſed pecunia. Proinde ſi aeſtimata corpora data ſint, IPSO IVRE dos deminuetur per impenſas neceſſarias: *l. 5. D. de impenſ. in res dot. fact.* IPSO IVRE deſinunt eſſe in poteſtate, *l. 1. D. de curat. furioſ.* id eſt, ſine decreto praetoris: IPSO IVRE detrahitur creditum: *l. 8. D. de pecul. legat.* IPSO IVRE diuiditur vſusfructus, legatus pluribus: *l. 81. pr. D. ad leg. Falcid.* non diuiditur obligatio: *l. 26. D. de fideiuſſor.* Prius pactum per poſterius eliditur, non quidem IPSO IVRE, ſicut tollitur ſtipulatio per ſtipulationem: *l. 27. §. 2. D. de pact.* IPSO IVRE euaneſcit ſtipulatio: *l. 4. §. 2. D. de pact.* non competit exactio: *l. 1. C. de repud.* fideicommiſſum non eſt amiſſum; *l. 34. §. 2. D. de legat. II.* res fiunt eius, cui donatae ſunt: *l. 32. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* ita ſe res habet, etiam non adiectu eo: *l. 9. §. 1. D. de diſtract. pign.* IPSO IVRE, quippe ſuus, deprehenditur heres: *l. 5. §. 4. 5. D. de bon. libert.* intercidunt operae: *l. 34. D. de oper. libert.* irrita *l. 4. C. in quibus cauſſ.* [pro ea parte legata debent, qua heredes ſunt, ſiquidem IPSO IVRE minuatur portio hereditatis: *l. 1. §. 19. D vt legat. vel fideic. cauſſ. cau.* IPSO IVRE liberari: *l. 51. D. de pact. l. 46. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 42. D. de furt. l. 8. §. 3. D. de fideiuſſ. l. 25. §. 17. in fine D. de hered. petit. l 31. §. vlt. D. eod. tit.* liberatus; *l. 12. §. vlt. D. de iure dot.* non liberatus: *l. 23. D. de tutel. et rat. diſtrab.* liberatum pignus: *l. 1. C. de diſtrab. pign.* IPSO IVRE non manet in obligatione: *l. 34 §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Impenſae neceſſariae dotem IPSO IVRE minuunt: *l. 5. D. de pact. dotal.* dos neceſſariis ſumtibus IPSO IVRE minuitur: *§. 37. Inſt. de action.* Vtiles impenſae non minuunt IPSO IVRE dotem: *l. 7. D. de impenſ. in res dot. fact.* IPSO IVRE minuuntur per legem Falcidiam ſupra dodrantem relicta: *l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* IPSO IVRE minuitur portio hereditatis: *l. 1. §. 19. D. vt legator. vel fideic. cauſſ* IPSO IVRE minutum peculium: *l. 30. D. de act. emt. vend.* IPSO IVRE, quae inter virum et vxorem donationis cauſſa geruntur, nullius momenti ſunt: *l. 3. §. 10. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 3. §. vlt. D. pro ſoc.* IPSO IVRE intercidunt operae: *l. 34. D. de oper. libert.* perfecta donatio: *l. 34. D. de donat.* perimitur, quod inductum eſt; *l. 3. D. de his, quae in teſtam. del.* Non per in integrum reſtitutionem, ſed ipſo iure, perſequi poteſtis: *l. 3. C. ſi aduerſ. libert.* An bona, quae ſoluendo non ſunt, IPSO IVRE ad fiſcum pertinent: *l. 1. D. de iur. fiſc.* IPSO IVRE remanet apud heredem portio legis Falcidiae: *l. 1. §. 5. D. quod legat.* reſcinditur, quod fraudandae legis gratia adſcriptum eſt: *l. 64. D. de condit. et demonſtr.* non reuocatur alienatum; *l. 16. §. vlt. D. de iur. patron.* Seruitutes IPSO quidem IVRE neque ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, conſtitui poſſunt. *l. 4. D. de ſeruitut.* IPSO IVRE non tenetur tutor, datus ab auo materno. *l. 13. §. 12. D. de ſuſpect. tut.* Naturalis obligatio, vt pecuniae numeratione, ita iuſto pacto, vel iureiurando, IPSO IVRE tollitur; *l. 95. §. 4. D. de ſolution.* IPSO IVRE tutor eſt, antequam excuſetur: *l. 31. pr. D. de excuſat.* Qui IPSO IVRE tutores non ſunt: *l. 8. pr. D. de reb. eor.* IPSO IVRE non valet, et intercidit: *l. 34. l. 36. D. de oper. libert. l. 1. D. ad SC. Vellei.* non valet quod actum eſt: *l. 16. D. de iur. patron.* non valet inſtitutio: *l. 9. D. de lib. et poſtum.* IPSO IVRE vindicari non poſſunt legata: *l. 86. §. 1. D. de legat. I.* IVRE ciuili obligata: *l. 17. D. ſolut. matrim.* IVRE ciuili receptum eſt: *l. 24. D. de condit. et demonſtrat.* Contra IVRIS ciuilis regulas: *l. 27. D. de pact.* IVRE ciuili ad ſucceſſionem admitti non poſſunt cognati: *l. 1. D. vnd. cogn.* Exheredatione notati et remoti IVRE CIVILI teſtamenta parentum non turbant: *l. 8. D. de bonor. poſ. contra tab.* IVS CIVILE vigilantibus ſcriptum eſt: *l. 24. D. quae in fraud. credit.* Ceterum id IVS CIVILE variis modis in libris noſtris deſcribi animaduertimus, veluti: In omni IVRE: *l. 13. D. de reg. iur.* Totum IVS, aut, in toto IVRE *l. vlt. D. de legib. l. 67. D. de contrab. emt l. 80. D. de reg. iur* Ita ius habet: *l. 12. D. de bon. poſſeſſ. contra tab.* IVS noſtrum. *l. 7 D. de reg. iur. l. 6. D. de iuſtit. et iur. l. 26 D. de teſtam. tutel.* Ex IVRE Romano. *l. 1. §. 1. D de rei vind.*

¶. 5. [IVS ciuile, modo ius publicum denotat, vti *l. vlt. pr. C. Theod. de collat. donat.*] modo ius priuatum, proprium ciuium Romanorum, quod et IVS QVIRITIVM vocatur: *§. 2. Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil.* vt in formula vindicationis apud Ciceron. *pro Muraena Cap. XI.* apud Vlpian. *Reg. tit. III. §. 1.* et Iuſtinianum in *l. vnic. C. de vſucap. transf.* et *rubr. C. de nud. iur. Quirit. toll.* Seneca *Epiſt XCI. Haec res efficit, non ex* IVRE QVIRITIVM *liberum eſſe, ſed ex iure naturae.* Ex IVRE porro QVIRITIVM alicuius id eſſe dicebatur, quod eius ex legitimis adquirendi dominii cauſſa factum erat, quae ab eodem Vlpiano referuntur *tit. XIX. §. 2. ſequ.* Ex hoc iure eſt patria poteſtas. *l. 1. §. 1. D. de rei vindic* Nam, vt ait Iuſtinianus, ius quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum. *§ 2. Inſt. de patr. poteſt.* Sed haec paullo diſtinctius concipienda ſunt. Aliquando IVS QVIRITIVM eſt ipſum ius ciuile Romanorum, vti obſeruat Iuſtinianus *§. 2. Inſt. de iur. natur. gent. et ciuil.* Aliquando non pro lege, ſed pro facultate perſonae, ſeu ciuis Romani accipitur,

Digitized by Google

tur, et tunc modo latiore ſignificatu vniuerſa iura ciuitatis Romanae, tum publica, tum priuata, complectitur, eoque ſenſu Vlpianus *tit. III. Regul.* quod *§. 1.* vocauerat IVS QVIRITIVM, paullo poſt *§. 6.* CIVITATEM ROMANAM adpellat, adeoque haec promiſcue accipit. Modo illud QVIRITIVM IVS a *iure ciuitatis Romanae* ita diſtinguitur, vt vnum ſine altero datum eſſe animaduertamus, vti apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 4. et 6.* Et tunc praerogatiuas ciuium, ad ius tantum priuatum pertinentes, comprehendit, quemadmodum CIVITATIS ROM. IVRA potius ad ius publicum, veluti iura ſacrorum, honorum, militiae, ſuffragii, et ſimilia, referenda ſunt. Qua de re plura notarunt viri eximii, Car. Sigon. *de iur. ciu. Rom. Lib. I. Cap. 6. ſequ. de antiqu. iur. Ital. Lib. II. Cap. 3.* Ez. Spanh. *Orb. Rom. Exerc. I. Cap. 4. ſequ.* Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 574.* HEIN. ¶. 6. Eſt, vbi IVS ciuile in ſenſu anguſtiore eam iurisprudentiae partem, quae interpretationi prudentum et diſputationi fori originem debet, denotat, veluti *l. 2. §. 5. §. 12. §. 35. §. 39. §. 41. D. de orig. iur.* HEIN. [Et hoc ſenſu IVS, et *conſtitutiones*, ſeparantur: veluti *l. 25. C. Theod. et l. 5. C. Iuſtin. quor. adpellat*] ¶. 7. IVS eſſe, et IVRE fieri dicitur, quidquid iuſtum eſt, et iuſte fit. Et ſic pugnant IVS, et *iniuria. l. 1. D. de iniur. l. 1. D. de oper. nou. nunciat.* Donat. ad haec verba Terentii *in Andria Act. I. ſcen. 3. Quo* IVRE *quaque iniuria*, ait: *Prouerbiale hoc eſt, qualia ſint, fas et nefas, velis, nolis.* Attamen alias IVS et *fas* ſeparantur. Virgil. *Lib. I. Georg. v. 269.*

Fas et IVRA *ſinunt.*

[IVS *faſque exuere*; Tacit. *Lib. III. Hiſt. Cap. 5.*] Scholiaſtes Euripidis *in Hecubam*: Τὸ δίκαιον, ὥσπερ γένος ὂν διαιρεῖται εἰς ὅσιον, καὶ δίκαιον καὶ τὸ μὲν πρὸς θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον, ὅσιον καλοῦμεν, τὸ δὲ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιον. IVS, *tanquam genus, in* FAS *et* IVS *diuiditur. Nam, quae erga Deos obſeruare decet homines*, FAS; *quae erga homines*, IVS *adpellamus.* Sic: IVRE vel non IVRE aedificare: *l. 20. §. 11. D. de op. nou. nunc.* IVRE amiſiſſe: *l. 29. §. 1. D. de donat.* Non IVRE fiet arcus: *l. 11. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* IVRE caeſus: *l. 4. C. ad leg. Iul. de ſicar.* et apud Sueton. *in Iul. Cap. LXXVI.* et in aliis locis, quos pete ex noſtro formularum *Lib. V. Cap. 218. p. 457.* Nullo IVRE cogente: *l. 82. D. de reg. iur.* Licet hoc IVRE contingat. *l. 32. princ. D. de pecul.* IVRE contractum matrimonium: *l. 34. §. 1. D. de rit. nupt.* contrahere: *l. 1. §. 9. D. de lege Corn. de falſ.* contrahi: *l. 100. D. de reg. iur.* conueniri: *l. 2. C. de repud. vel abſtin. hered.* conueniri in vſuras: *l. 2. §. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.* dati tutores: *l. 6. C. de petit. hered.* datus tutor: *l. 1. C. de teſtam. tut. l. 39. D. de adm. et peric. tut.* IVRE non deleri: *l. 122. §. 5. D. de verb. oblig.* IVRE vel non deſiderant: *l. 34. §. vlt. D. de minor. l. 2. C. de teſtam. milit.* Neque IVRE vllo, neque aequitate, tale deſiderium admittitur: *l. 52. §. vlt. D. de pact.* IVRE diſtrahere: *l. 46. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* emancipari: *l. 25. D. de adoption.* Nullo IVRE emtus: *l. 1. §. 15. D. de quaeſtion.* IVRE exigere: *l. 39. D. de negot. geſt.* Non IVRE facere: *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priuat. l. 13. D. de peric. et commod. rei vend.* Nullo IVRE facere teſtamentum: *l. 77. §. 23. D. de legat. II.* IVRE fecit teſtamentum: *l. 31. D. de lib. et poſtum.* factum teſtamentum: *l. 30. D. de legat. III. l. 12. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 5. D. de his, quae vt indign. l. 1. D. de hered. petit. l. 7. C. de impub. et al. ſubſt. l. 2. C. quand. prouoc.* Non IVRE factum: *l. 24. D. de his, quae vt indign. l. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit.* Non IVRE autem factum teſtamentum illud adpellatur, in quo ſi omnia rite facta eſſent, IVRE factum diceretur. *l. 6. D. de leg. Cornel. de falſ.* IVRE teſtamentifactionem habuit: *l. 8. D. de iur. codicill.* IVRE factum ſit, an non: *l. 20. §. 1. D. de op. nou. nunc.* Nullo IVRE feneſtras immiſit: *l. 40. D. de ſeruit. praed. vrban.* Quod non IVRE fit: *l. 1. D. de iniur.* Quod non IVRE factum eſt, id eſt, contra ius: *l. 5. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 15. D. de ſeruit. vindic.* Non IVRE facta adoptio: *l. 38. D. de adopt.* IVRE geſtum, vel geſta: *l. 3. C. de confirm. tut. l. vlt. D. de his, quae in teſtam. del.* IVRE legare: *l. 66. D. de legat. III.* IVRE liberari: *l. 1. §. vlt. D. de aur. arg. legat. l. 88. D. de ſolut. l. 60. D. de fideiuſſ.* IVRE manumiſſus: *l. 1. C. de vectigal.* IVRE facta obligatio: *l. 137. §. 5. D. de verb. obl.* perfecta venditio: *l. 5. C. de reſcind. vendit.* Non IVRE petis: *l. 7. C. de pact. int. emt. et vend.* IVRE ac merito poſtulatur: *l. 45. §. 12. D. de iur. fiſc.* De IVRE poſtolabis: *l. 1. C. ſi tut. vel curat.* Non IVRE poſtulant: *l. 6. C. de bon. auct. iud.* IVRE quaeſiti liberi: *l. 18. D. de bon. libert.* Non IVRE fertur ſententia: *l. 19. D. de adpellat.* IVRE ſoluta quantitas: *l. 53. D. de manum. teſtam.* IVRE teneri ſententia: *l. 4. C. quando prou.* non tenet ſtipulatio: *l. 6. D. de ſeru. export.* Ad irritum recidit, quod ante IVRE valuit: *l. 31. D. de donation.* IVRE teſtamentum valet: *l. 24. D. ad SC. Trebell.* IVRE valuit teſtamentum: *l. 41. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* Nullo IVRE valet: *l. 38. §. 6. D. de poen. l. 9. C. de teſtam.* [Si quis ſcit, venalem de IVRE fuiſſe ſententiam: *l. 4. C. ad leg. Iul. repetund.*] Nullo IVRE bona titulo pignoris vendidit: *l. 1. D. de diſtract. pign.* IVRE veniſſe bona: *l. 30. D. de reb. auctor. iud. poſſ.* nullo IVRE veniſſe: *l. 2. C. ſi vend. pign.* IVRE vindicare. *l. 56. D. de adminiſtr. et per. tut.* ¶. 8. IVS, interdum pro qualibet facultate vſurpatur, veluti in definitione actionis, vſusfructus, itineris, actus, viae, et generaliter, quidquid ad aliquem ſpectat, pertinet, quidquid licet, conceditur, permittitur, IVRIS adpellatione cenſetur. Sic: IVS accuſandi non habere: *l. 4. D. de accuſat. l. 7. D. ad leg. Iul. maieſt.* IVRE accuſationem inſtituere: *l. 13. D. ad leg. Iul. de adult.* Si IVS actoris, ex mora deterius factum non ſit: *l. 8. D. ſi quis caut.* IVS aedificandi: *l. 8. §. 2. D. de nou. op. nunc.* Qui IVRE alio venit, quam quod amiſit: *l. 42. D. de bon. libert.* IVRE aliquo poſſidere rem: *l. 181. D. de verb. ſignific.* IVS alluuionis: *l. 97. D. de adqu. rer. dom.* Alterius IVRIS eſt: *l. 73. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* IVS anulorum: *l. 11. D. de SC. Silan. l. 44. D. de excuſat. l. 42. D. ad leg. Iul. de adult. l. 10. D. de in ius voc.* aquae ducendae: *l. 10. D. ſi ſeruit. vindic.* IVRA captiuitatium: *l. 21. D. de captiu. et poſtl.* compaſcendi: *l. 20. §. vlt. D. ſi ſeru. vind.* IVRE conuentionis pignus vendere: *l. 3. D. de diſtr. pign.* IVS crediti: *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priu. l. 12. §. vlt.*

l. 13.

l. 13. D. quod met. cauſſ. IVS debiti: l. 21. D. de SC. Silan. Saluo IVRE debitoris: l. 68. D. de legat. III. IVS dominii: l. 4. C. de aedif. priuat. IVRE domini facere: l. 181. D. de verb. ſignif. l. 15. §. 36. D. de iniur. poſſidere: l. 15. §. 32. D. de damn. infect. Cui IVS eſt donandi, vendendi, concedendi: l. 163. D. de regul. iur. Quae IVRE emti continentur: l. 15. D. de doli except. IVRE extranei accuſationem inſtituere: l. 13. D. ad leg. Iul. de adult. agere: l. 6. C. eod. tit. IVRE familiaritatis amici fundum ingredi: l. 31. D. de adquir. poſſeſſ. Quibus fuerint IVRA cum patrefamilias honeſtis familiaritatis quaeſita rationibus: l. 223. §. vlt. D. de verb. ſignif. IVRE filii obtinere hereditatem; l. 7. §. 1. D. de Carbon. edict. Ad IVS fiſci pertinere: l. 4. C. de bon. proſcriptor. IVS gladii, l. 6. §. 8. D. de offic. praeſid. id eſt, gladii poteſtas vt l. 3. D. de iuriſdict. IVS habere in rem: l. 20. D. de legat. III. Siue domini ſint, ſiue aliquid in ea re IVS habeant, qualis eſt creditor, et fructuarius, et ſuperficiarius: l. 19. D. de damn. infect. Si nihil IVRIS habere ſe ſciat: l. 49. D. de heredit. petit. Nihil IVRIS in Stichum habitorum: l. 15. D. de manumiſſ. teſtam. IVS habere aduerſus libertos: l. 10 D. de bon. libert. IVS haſtae fiſcalis: rubr. C. de fid. inſtr. et iur. haſt. fiſc. IVRE hereditario adquiſiuit: l. 6. D. de religioſ. ſuccedere: l. 1. §. 9. D. de leg. Cornel. de falſ. Vide plura ſupra Lib. VIII. IVS inferendi mortuum: l. 14. C. de legat. Ingenui IVRA conſequutus: l. 32. D. de rit. nupt. l. 4. D. de iur. aur. anul. IVS integrum, imminutum, priſtinum, ſaluum: vid. ſuis locis. IVS Italicum, vid. ſupra hoc libro. Iudicis dandi IVS: l. 12. C. de offic. proconſ. IVS liberationis: l. 1. D. de liberat. leg. libertorum: l. 11. D de Carbon. edict. aduerſus libertos: l. 11. D. de bon. libert. in libertos: l. 40. D. eod. tit. IVRE mariti: l. 40. D. ad leg. Iul. de adulter. accuſare l. 14. §. vlt. D. eod. tit. IVS monimenti: l. 13. §. 7 D. de damn. infect. IVS mulctae dicendae: l. 1. D. de iudic. IVS occidendi patri conceditur: l. 22. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. IVS offerendae pecuniae: l. 3. D. de diſtr. pign. IVRE pignoris retinere: l. vlt. §. vlt. D. qui potior. in pign. Si creditor domum, acceptam IVRE pignoris, vendiderit: l. 78. §. vlt. D. de legat. II. Plus IVRIS: l. 30. §. 1. D. de legat. III. l. 54. D. de reg. iur. IVS ponendi laqueos non habere: l. 29. D. ad leg. Aquil. IVS poſtliminii: l. 5. D. de captiu. [IVRE poſſeſſionis frui: l. 2. §. 38. D. ne quid in loc. publ.] IVS poſtulandi: l. 9. D. de poſtul. [IVRE proprio vti: l. 10. C. de ſeru. et aqua.] Aut IVRE proprio ipſorum, aut communi vniuerſae cognationis; l. 195. §. 1. D. de verb. ſignif. IVS reuocandi doni: l. 28. §. 4. D. quib. ex cauſſ. maior. IVRE ſeruitutis tenetur: l. 52. D. de manumiſſ. teſtam. Quum IVRE ſeruitutis, quam quis habet alieno agro impoſitam, opus in alieno faciat: l. 30. D. de damn. infect. IVRE ſtipulationis ſoluere: l. 106. D. de ſolut. In vniuerſum IVS ſucceſſio: l. 62. D. de reg. iur. Sui IVRIS perſequutio: l. 46. D. de pact. IVRE ſuo vtitur auus, nepotem exheredans: l. 3. §. 5. D. de bon poſſeſſ. contr. tabul. vtitur creditor: l. 1. D. de ſtatulib. Quum filius IVRE ſuo vtitur: l. 44. D. de legat. I. Qui IVRE ſuo vtitur: l. 55. l. 155. §. 1. D. de reg. iur. l 51. D. pro ſoc. Qui ſuo IVRE vti ſe, credidit: l. vlt. D. quemadm. ſeru. amitt. Qui ſe putat ſuo IVRE vti: l. 1. §. 19. D. de aqu. quotid. et aeſtiu. IVS teſtandi non habuiſſe; l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebell. De teſtamenti iure quaeritur; l. 7. §. 1. D. de Carbon edict. IVRE teſtati et inteſtati: l. 7. D. ſi tabul. teſtam. IVRIS tui ſons; l. 6. C. de ſeruit. Ouid. Lib. VI. Faſtor. v. 71.

Remque mei IVRIS malim tenuiſſe precando.

Tui IVRIS inſtrumenta, l. 4. C. ad exhib id eſt, ad IVS tuum pertinentia, vt l. 6. C. eod. tit. IVRE viri accuſare: l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter. [IVS vitae et necis. l. vlt. C. de patr. poteſt]

¶. 9. Hoc amplius, IVS in ſpecie poteſtatem ſignificat. Ex eo perſonae quaedam alieni IVRIS, id eſt, in aliena poteſtate eſſe, dicuntur, l. 4. D. de his, qui ſui vel al. iur. Et in alienum IVS tranſire, vel peruenire. l. 14. §. vlt. D quando dies legat. Alieno IVRI ſubiecta perſona: pr. Inſt. de his, qui ſui vel al. iur. Eiusdem poteſtatis IVRISque: l. 59. D. de reg. iur. IVRI noſtro ſubiecta perſona: l. 4. §. 17. D. de doli except. l. 12. D. de captiu. l. 11. §. 1. D. de vſufr. Contra ea, ſui IVRIS ſunt, l. 2. D. ſolut. matr. qui ſunt ſuae poteſtatis. l. vlt. D. de liberal. cauſſ. l. 2. D. ad leg. Iul. de adult. l. 5. D. de adoption. l. 4. D. de his, qui ſui vel al. iur. Tales ſunt familiarum ſuarum principes, interprete Vlpiano tit. IV. Regul. §. 1. [Sic: ſui IVRIS adfectus, Seneca Lib. II. de ira Cap. 12. eleganter vocat liberos, indomitos, et nulli ſubiectos, vt ibi Lipſius interpretatur.] Sui IVRIS effectus; l. 195 § 2. D. de verb. ſignif. l. 38. D. de bon. libert. Quum IVRIS fuerit factus. Quae ſcriptura ex coniectura mentis teſtatoris interpretationem accipit, vt alias poteſtatis liberationem, alias pubertatem, alias perfectam aetatem ſignificet. l. 50. §. vlt. D. de legat. III.

¶. 10. Nonnumquam IVS pro neceſſitudine dicimus, veluti. Eſt mihi IVS cognationis vel adfinitatis: l. vlt. D de iuſtit. et iur. IVS agnationis: l. 38. D. de pact. IVS cognationis: l. vlt. D. de ſentent. paſſ. IVS vel IVRA ſanguinis. l. 23. D. de adopt. l. 8. D. de regul. iur.

¶. 11. IVS, interdum facto aduerſatur, vt in rubr. D. de iur. et fact. ignor. Quod nos abunde teſtimoniis firmauimus ſupra Lib. VI. ad quae accedere velim etiam, quae ſequuntur: Multum intereſt, conditio facti, an IVRIS eſſet: l. 21. D. de condit. et demonſtr. Quatenus cuius interſit, in facto, non in IVRE conſiſtit: l. 24. D. de reg. iur. Probatio traditae vel non traditae poſſeſſionis non tam in IVRE, quam in facto, conſiſtit: Paull. Lib. V. Sent. tit. 11. §. 2. Hoc in his verum eſt, quae IVRIS ſunt, alioqui ſi factum conferatur in perſonam, cetera: l. 13. D. de verb. oblig. In illis, quae non IVRIS, ſed facti ſunt: l. 7. D. de iur. codicill. Hoc enim ad IVS, id eſt, ad capionem, illud ad factum pertinet: l. 48. §. 1. D. de adquir. rer. domin. Illa verba: arbitratu Titii fieri, IVS ſignificant, et in ſeruum non cadunt. l. 68. D. de verb ſignif.

¶. 12. Sed et IVS corpori opponitur, tamquam res incorporalis. Incorporales enim res ſunt, quae tangi non poſſunt, qualia ſunt ea, quae in IVRE conſiſtunt, ſicut hereditas, vſusfructus, obligationes, quoquo modo contractae: § vn. Inſt. de reb corp. et incorp. l. 1. §. 1. D. de rer. diuiſ. Vſusfructus in IVRE, non in parte, conſiſtit: l. 66. §. 4. D. de legat.

legat. II. Ea, quae in IVRE conſiſtunt, vt immiſſa, vel protecta: *l. 15. §. 2. D. de precar.* IVS fundi deterius factum intelligitur, amiſſa ſeruitute: *l. 7. in fine D. de fund. dot. l. 11. §. 2. D. locat. l. 13. §. 1. D. de damn. infect.* Siue *corporis* dominus, ſiue is, qui IVS habet, vt ſeruitutem: *l. 13. §. 1. D. de damn. infect.* Hereditas etiam, ſine vllo *corpore* IVRIS intellectum habet: *l. 50. D. de hered. petit.* IVRA praediorum, id eſt, ſeruitutes: *l. 9. §. 5. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Si de IVRE praedii controuerſia ſit: *l. 47. D. famil. erciſc.* IVRA praediorum vrbanorum et ruſticorum, quae etiam ſeruitutes vocantur: *l. 1. D. de diuiſ. rer. l. 2. l. 6. D. de ſeru. praed. vrb. l. 4. §. 4. D. de alienat. iud. mut. l. 15. D. de pign. act. l. 11. §. vlt. D. de pigner. l. 3. D. quemadm. ſeru. amitt.* IVRA praediorum ruſticorum, veluti iter, actus, via: *pr. Inſt. de ſeruit.* Siue IVS ſtipulatus quis ſit, veluti vſumfructum, vel ſeruitutem vtrorumque praediorum: *l. 1. D. de condict. triticiar.* IVRIS magis, quam *corporis*, ſucceſſio: *l. 3. §. 1. D. de bon. poſſeſſ.* Hinc legatarius, qui in rem ſuccedit, et in certum *corpus*, IVRIS ſucceſſor non eſſe, dicitur: *l. 9. §. 1. D. de edend.* Interdum latius IVRIS hoc ſenſu acceptum nomen patet. Nam vt dicit Celſus, *l. 86. D de verb. ſignific: quid aliud ſunt* IVRA *praediorum, quam praedia, qualiter ſe habentia, vt bonitas, ſalubritas, amplitudo.* Et ita accipiendum illud: *Quamdiu aliquid* IVRI *rei deeſt. l. 27. D. de ſolution.*

¶. 13. Alia ſignificatione IVS dicitur locus, in quo ius redditur, adpellatione collata ab eo, quod fit, in eo, vbi fit. Quem locum ita determinare poſſumus: vbicumque praetor, ſalua maieſtate imperii ſui, ſaluoque more maiorum, ius dicere conſtituit, is locus recte IVS adpellatur. *l. 11. D. de iuſtit. et iur.* Hinc Victorinus *Lib. II. de inuent.* et Donat. *in Eunuch. Act. IV. ſcen. 7. in* IVRE, interpretantur *apud praetorem.* Idem Donat in Phorm. *Act. I. ſcen. 7. In* IVS, inquit, *eamus, id eſt, ad praetoris ſellam. Modo enim locum ſignificat.* Hinc *in* IVRE, et in iudicio, ſeparantur: *l. 12. D. de interrog. in iur. fac.* quandoquidem *in* IVRE eſt apud magiſtratum, *in iudicio* apud iudicem datum, vt ex *l. 1. §. 4. D. de poſtul. et l. 3. D. ne quis eum, qui in ius voc.* colligi poteſt. Nimirum omnis diſceptatio aut IN IVRE fiebat, aut IN IVDICIO, aut APVD POPVLVM. Quidquid in iudiciis ordinariis ante litis conteſtationem, vel in extraordinariis, cognitionibus peragebatur, id in IVRE fieri dicebatur. Poſt litis conteſtationem res redibat ad iudices pedaneos, arbitros, recuperatores: et, quidquid apud eos explicabatur, id fieri dicebatur *in iudicio.* Denique, ſi quando de capite ciuis Romani erat iudicandum, id fieri oportebat *apud populum*, teſte Pomponio *l. 2. §. 16. D. de orig. iur.* Ad quem fori Romani morem adludens Plaut. *in Menaechm. Act. IV. ſcen. 2. v. 18.* tria illa eleganter coniungit: *Aut* AD POPVLVM, inquit, *aut* IN IVRE, *aut* AD IVDICEM *res eſt.* HEIN. Sed et IN IVRE, et *extra ius*, opponuntur. *l. vlt. D. de ceſſion.* Ad quem ea de re in IVS aditum erit: *l. 6. D. de fer.* Confeſſio in IVRE facta: *l. 56. D. de re iudic.* In IVRE confeſſus: *l. 29. §. 1. D. de donat. l. 56. D. de re iudic. l. 4. C. de repud. vel abſtin. hered.* IN IVRE confiteri: *l. 8. D. de ceſſ. bon.* Ceſſio in IVRE, apud Vlpian. *tit. XIX. §. 9. ſequ.* Boeth. *Lib. III. Comment. in Cicer. Topica.* Itaque quod ait praetor: QVI IN IVRE INTERROGATVS RESPONDERIT, ſic accipiendum eſſe, Vlpianus ait, apud magiſtratum populi Romani, vel praeſides prouinciarum, vel alios iudices. IVS enim tunc ſaltim locum eſſe, vbi iuris dicundi vel iudicandi gratia conſiſtit. *l. 4. §. vlt. D. de interr. in iure fac.* Et ſic dicitur quis in IVRE interrogare: *l. 10. l. vlt. D. eod. tit.* interrogatus: *l. 4. §. 1. l. 7. l. 12. l. 15. §. vlt. l. 20. §. vlt. D. eod. tit. l. 29. §. 1. D. de donation.* In IVRE, id eſt, apud magiſtratum. Ea enim interpretatio verborum facienda in *l. vlt. D. de ceſſion. bon. l. 56. §. 1. D. mandat. l. 2. D. ad SC. Velleian. l. 6. D. de fer. l. 1. §. 7. D. ſi quid in fraud. patron. l. 1. §. 12. D. de ſucceſſ. edict. l. 12. §. 2. D. de liberal. cauſſ.* vt et in illa veteri formula: QVANDO EGO TE IN IVRE CONSPICIO, cuius meminit Cicero *in Muraena Cap. XI.* itemque apud Plaut. *in Rudent. prolog. v. 14. Quique in* IVRE *abiurant pecuniam.* In IVRE *manu conſertum*, apud Ciceron. *pro Muraena Cap. XI.* et *Lib. VII. ad famil. Epiſt. 13.* Quae verba Gellius *Lib. XX. Cap. 9.* manaſſe docet ex duodecim tabulis, in quibus ſcriptum erat: SI QVI IN IVRE MANVM CONSERANT. In IVRE offerre pecuniam: *l. 56. §. 1. D. mandati.* IN IVS produci, id eſt, vocari: *l. 23. §. vlt. D. de hered. inſt.* Sic *in* IVS *adducere*, dixit Cicero *pro P. Quinct. Cap. IX.* Et ambulare in IVS, Plaut *Curcul. Act. V. ſcen. 2. Perſ. Act. IV. ſcen. vlt. Rudent. Act. III. ſcen. vlt.* Terent. *Phorm. Act. V. ſcen. 7.* Ire in IVS, Martial *Lib. I. Epigr. 104. v. 11.* et *Lib XII. Epigr. 99. v. 10.* In IVS rapere, Horat. *Lib. I. ſat. 9.* IN IVS venire, Plin. *in panegyr. Cap. XXXVI.* IN IVRE reſpondere: *l. 26. §. 3. l. 27. §. vlt. D. de noxal. act.* In IVRE ſiſti: *l. 4. D. de in ius voc.* In IVS vocare, id eſt, iuris experiundi cauſſa ad magiſtratum vocare: *l. 1. D. de in ius voc.* Et ita verbum hoc accipiendum eſt illo *toto titulo*, et *l. 26. §. 4. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 19. D. rat. rem habit.* et apud Plaut. *Aſinar. Act II. ſcen. 4. et Act. IV. ſcen. vlt. in Poenul. Act. V. ſcen. 4. Perſa Act. IV. ſcen. vlt.* In IVS vocari: *l. 32. D. de iniur. l. 8. D. de accuſat.* De domo ſua in IVS vocari: *l. 13. D. de in ius voc.* A vinea et balneis et theatro in IVS vocare: *l. 20. D. eod. tit.* Quandoque poetae, ſeueris numerorum legibus adſtricti, *in* IVRA *vocare* dicunt. Vt idem Horat.

Quum rapies in IVRA *malis ridentem alienis.*

Et Iuuenalis *ſat. XV. v. 135.*

Pupillum in IVRA *vocantem,*
Circumſcriptorem.

¶. 14. Aliquando tota diſceptatio forenſis IVS vocatur. [IVRA *differri* debent, natalitiis diebus vrbium maximarum, quia et ab ipſis nata ſunt. Ita *l. 7. C. de fer.* Nam in *l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. II. tit. 8.* pro *differri* legitur *deferre.* At Iuſtinianeam lectionem, praeter codicem Animi Regium, probant libri Baſilicorum, quae ἀργεῖν τὰ δικαστήρια, *feriari iudicia*, habent. Vid. Iac. Gothofred. *ad d. l. 2.*]

¶. 15. IVS, pro ſententia. Attamen IVS *dicere*, et *iudicare*, et *ſententiam proferre*, diuerſa faciunt praeceptores noſtri in *l. 4. in fine D. de interr. in iur. fac. l. 57. D. de re ind. l. 1. C. ne quis in ſua cauſſ.* Etenim IVS *dicere*, eſt actiones et iudicia dare, eaque omnia facere, quae ad officium magiſtratus vel IVS dicentis pertinere, ſcribit Vlpianus

l. 1.

IVS.

l. 1. D. de iuriſd. Ac plane IVS dicere ſoli magiſtratus dicebantur, qui tribunali et iuriſdictiooi praeeraot. *l. 5. D. de fer. l. 11. D. de iuſtit. et iur. l. 2. §. 13. D. de orig. iur. l. 3. D. de offic. eius, cui mand. iuriſd. l. 18. D. de iuriſdict. l. 1. §. 10. D. de poſtul.* Iudicare autem, et proferre ſententiàm, iudicum erat, immo poſterius etiam arbitrorum. *rubr. D. de recept. arbitr.* Hinc IVS dicens eſt magiſtratus. *rubr. ſi quis ius dic. non obtemp. l. 2. D. quod quisque iur. in alt. l. 13. D. de vulg. et pupill. ſubſt. l. 1. D. de iure delib.* IVS dicentis officium latiſſimum eſt. Nam et bonorum poſſeſſionem dare poteſt, et in poſſeſſionem mittere, pupillis non habentibus tutores conſtituere, iudices litigantibus dare. *l. 1. D. de iuriſdict.* Extra territorium IVS dicere: *l. vlt. D. de iuriſd.* An IVS faciat iudex: *l. 14. D. de adpell.* IVS facit pronunciatio: *l. 50. §. 1. D. de legat. I.* IVS fit ex ſeotentia. *l. 17. §. vlt. D. de inoffic. teſt.* De fideicommiſſis IVS dicit. *l. 2. C. de vſur. et fruct. legat.* Hactenus ei IVS dicendum eſt, vt litem conteſtetur: *l. 16 D. de offic. praeſ.* Solet practor in eos IVS dicere: *l. 13. §. 4. D. ad SC. Trebell.* In eum omni tempore IVS dicitur: *l. 3. §. vlt. D. de fer.* Si inter eos quis dixerit IVS, inter quos iuriſdictioneiu non habuit; *l. 1. D. quod quisqu. iur.* Omnium partes, qui Romae, vel quaſi magiſtratus, vel extra ordinem, IVS dicunt: *l. 7. §. vlt. D. de offic. proconſ.* Si per gratiam, aut ſordes, magiſtratus IVS non dixerit: *l. 26. §. 4. v. per magiſtratus D. ex quib. cauſſ. maior.* Ouid. *Lib. IV. ex Pont. 5. v. 17.* de conſule loquens:

Aut reget ille ſuos, dicendo IVRA, *Quiritee.*

[Ludi litterarii magiſtris IVS dicitur: *l. 1. §. 6. D. de extraord. cogn.* Medicis extra ordinem IVS dici debet: *l. 1. §. 1. D. eod.* de mercedibus IVS dicere praeceptoribus: *l. 1. pr. D. eod. tit.*] Sic et Seneca *Lib. IV. de benefic. Cap. 28.* IVS *fori omnibus dicitur.* Et *de menſuris* IVS *dicere*, dixir Iuuenal. *Sat. X.* [Opificibus IVS dicere extra ordinem non debebit praeſes: *l. 1. §. 7. D. de extraord. cogn.*] Parciſſime IVS dicatur: *l. 16. D. de offic. praeſ.* Qui IVRI dicundo praeſunt: *l. vlt. D. de a.qu. et a.qn. pluu.* Per eos, qui IVRI dicundo praeſunt, effectus rei accipitur: *l. 2. §. 13. D. de orig iur.* Vid. infra PRAEESSE. [IVS proconſulare dicere: *l. 25. C. de procur.* id eſt, iuriſdictionem proconſularem exercere: IVRIS ciuilis profeſſoribus IVS non dicent: *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.* IVS dicere de rebus: *l. 3. pr. D. de fer.*] Idem ſibi IVS dici, quod ipſe aliis dixir, vel dici effecir *l. 1. D. quod quisque iur.* ¶. 16. Priuati vero *ſibi* SVS *dicere* dicuntur, qui ſine auctoritate iudicis res debitoris occupant, vel quod deberi ſibi putant, non per iudicem repoſcunt. Aequiſſimum vero Practori viſum eſt, vnumquemque non ſibi ipſum IVS dicere, occupatis legatis, ſed ab herede petere: *l. 1. D. quod legator.* Quisquis probatus fuerit rem vllam debitoris, non ab ipſo ſibi traditam, ſine vllo iudice temere poſſidere, eumque ſibi IVS in eam rem dixiſſe: *l. 13 D quod met. cauſſ. l 7. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* ¶ 17. Porro non de re pecuniaria tantum, ſed et de capite, IVS *dici* legimus. Pomponius in *l. 2. §. 23. D. de orig. iur.* *De capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum conſulibus* IVS *dicere.* ¶. 18. Ius reddere, idem, ac ius dicere: Praetor quoque IVS reddere dicitur, etiam quum inique decernit, relatione ſcilicet facta non ad id, quod ita praetor fecit, ſed ad illud, quod praetorem facere coouenir *l. 11. D. de iuſt. et iur.* Praetor in vrbe IVS reddit: *l. 2. §. 27. D. de orig. iur.* Reddere IVRA *d. l. 2. §. 34. D. eod. tit.* Ita et Ouid. *Lib. I. Faſtor. v. 252.*

Nullus erat, iuſtis reddere IVRA, *labor.*

Obſeruandum eſt IVS reddenti: *l. 19. D. de offic. praeſ.* et *ibid.* Ita IVS reddi debet. Denique et IVS eo loco repraeſentare dicitur praeſes prouinciae. *l. 1. C. vbi cauſſ. ſtat.*

IVSIVRANDVM, eſt adfirmatio religioſa per diuinum uumen, vel religionem aliquam interpoſita, vt Cicero *Lib III. de offic. Cap. 29.* docet. Cuius tres ſpecies ſtatuuntur. Aliud enim eſt VOLVNTARIVM, aliud IVDICIALE, aliud NECESSARIVM. *rubr. D. de iureiur. volunt. iudic. et neceſſ.* VOLVNTARIVM eſt, quod ex conuentione partium extra iudicium defertur, et ſuſcipitur, *l. 17. D. de iureiu.* quo ex pactione ipſorum litigatorum deciduntur controuerſiae: *l. 1. D. eod. tit.* vel quo ex conſenſu vtriusque partis cauſſa deciditur, *l. 1. C. de reb. credit.* vti in ſpecie *l. 39. D. de iureiur.* IVDICIALE, quod in iudicio, imminento aduerſario, ex auctoritate iudicis defertur vel refertur. *l. 1. D. de iureiur.* NECESSARIVM, quod iudex in dubiis cauſſis, et probationum inopia, pro motu ſuo defert. *l. 31. D. de iureiur. l. 3. C. eod. tit.* Quibusdam tamen, non ſine ſumma ratione id, quod vulgo IVDICIALE dicitur, NECESSARIVM magis placet adpellare, et contra IVDICIALE, quod neceſſarium Quorum ſententia Graeci interpretis auctoritate nititur, cuius verba ſunt haec: Γ'ουδικιάλιος ὅρκος ἐστὶν ὁ παρὰ κριτοῦ διδόμενος· βολουντάριος, ὁ κατὰ συναίνεσιν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν· Νεκεσσάριος, ὁ ἐντὸς τοῦ δικαστηρίου ἐξ αἰτήσεως τοῦ ἀντιδίκου. IVDICIALE *iuſiurandum eſt, quod a iudice delatum eſt:* VOLVNTARIVM, *quod ex conſenſu vtriusque partis praeſtatur:* NECESSARIVM, *quod in iudicio defertur ab aduerſario.* Memorantur etiam IVSIVRANDVM CALVMNIAE: *l. 8. §. 5 D. qui ſatisd. cog.* et IVSIVRANDVM propter calumniam, *rubr. tit. C. de iureiur. propt. calumn.* item IVSIVRANDVM in litem: *l. 1. l. 3. D. de in lit. iur. l. 15. §. 9. D. quod vi aut clam.* Defertur autem id iuſiurandum a iudice ad litem, id eſt, rem, in iudicium deductam, aeſtimandam. *tot. tit. D. de in lit. iur.* Vetus Gloſſarium Grrecum: ὁ ἔνδικος ὅρκος ἢ ὁ μονομερής. IVSIVRANDVM *in litem, quod vna pars praeſtat.* Quae tamen definitio hoc iuſiurandum a ſolo iureiurando calumniae, non a reliquis, diſcernit. Et alias: Ὅρκος ἀπαιτούμενος παρὰ δανειστῶν ἐν τοῖς πράγμασι τῶν ἀποθανόντων αὐτῶν χρεωφειλετῶν ἐκ τῶν κληρονόμων. IVSIVRANDVM, *quod exigunt negotiatores, mortuis debitoribus, ab heredibus eorum.* Sed ne huic quidem definitioni quidquam ſani ineſt. ¶. 2. Ceterum in libris noſtris paſſim occurrunt phraſes: [In IVSIVRANDVM admitti: *l. 5 §. vlt. D. de iureiur.*] IVREIVRANDO decidere; *l. 22. §. vlt. D. de noxal.* deciſa res: *l. 56. D. de re iudic.* [Cauſſa in conditionem IVRISIVRANDI deducta: *l. 39. D. de iureiur*] IVSIVRANDVM deferre, id eſt, aduerſario ſuo iuriſiurandi conditionem ferre, eumque veluti iudicem cauſſae ſuae facere;

eere: *l. 1. D. quar. rer. act.* Tale IVSIVRANDVM, hoe modo delatum, *datur*, *praeſtatur*, *ſuſcipitur*, *recuſatur*, *refertur*. Immo et *remittitur*, ſi deferens, aduerſario parato iurare, gratiam iurisiurandi facit, contentus voluntate ſuſcepti iurisiurandi. *l. 6. D. de iureiur.* [In IVSIVRANDVM demiſſa res; *l. 34. §. vlt. D. eod. tit.* IVSIVRANDVM exigere: *l. 14. l. 28. §. 1. l. 30. §. 3. l. 31. l. 40. D. de iureiur.* inſerre: *l. 28. §. vlt. D. eod. tit.*] referre: id eſt, delatam ſibi conditionem iurandi in aduerſarium transferre. IVRISIVRANDI religio: *l. 1. D. de iureiur. l. 2. C de reb. cred.* et alias, vt notauimus infra *Lib. XVI.* In *d. l. 2. C. de reb. cred.* IVRIS IVRANDI *contemta religio ſatis Deum vltorem habere*, dicitur. Quod ipſum et Tiberius reſcripſit conſulibus: *Deorum iniurias Diis curae fore*, apud Tacitum *Lib. I. Annal Cap. 73.* Ceterum an certa olim periurii poena fuerit, disquirit V. C. Henr. Bern. Reinoldus *Varior. Cap. XV.* HEIN.

IVSSIO, pro iuſſu. IVSSIO legis: *l 16. C. ad leg. Falcid.* [IVSSIO patris: *l. vlt. C. ad SC. Macedon.*] IVSSIO teſtatricis. *l. 44. D. de manum. teſt.*

IVSSVM, I. aliquando pro voluntate ac conſenſu aecipimus, vt *in l. 1. D. de his, qui not. infam. princ. Inſt. de nupt.* vt adparet ex coniunctione *l. 3. §. 5. D. de bon. poſſ. contra tab.* et Paull. *Lib. II. Recept. ſent. tit. 19. §. 2.*

IVSSVS, VS eſt quodlibet praeceptum ſuperioris, ſiue teſtato quis, ſiue per epiſtolam, ſiue verbis, aut per nuncium, ſiue ſpecialiter in vno contractu iuſſerit, ſiue generaliter. *l. 1. D. quod iuſſu.* IVSSVM etiam eius, qui in poteſtate habet, non eſt ſimile tutoris auctoritati, quae interponitur perfectu negotio, ſed praecedere debet: *l. 25. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered.* Sic IVSSV domini: *l. 22. D. de acceptilat. l. 31. D. de reb. credit.* Ex IVSSV domini in ſolidum aduerſus eum iudieium datur. *l. 1. D. quod iuſſ.* [IVSSV eius, a quo praepoſitus ſit inſtitor: *l. 29. D. de reb. cred.*] eius, qui adminiſtrationi rerum ciuitatis praepoſitus eſt: *l. 4. D. quod iuſſu.* IVSSVS iudicis: *l. 12. §. 4. D. ad exhib. l. 13. D. de adquir. poſſeſſ.* magiſtratus: *l. 25. D. de pignorat. act. l. 3. §. 1. D. de reb. eorum, qui ſub tut. l. 3. § vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* [IVSSV meo promiſiſti ſub conditione pecuniam, quam mihi ſine conditione debebas: *l. 36. pr. D. de reb. cred.* IVSSV patris: *l. 14. D. de SC. Maced. l. 2. §. 1. D. quod. iuſſ.* IVSSV praeſidis ſublata pecunia: *l. 102. D. de ſolution.* IVSSV praetoris: *l. 26. §. vlt. D. de noxal. l 1. §. 10. D. de op. nou. nunc. l. 6. §. 3. D. de his, qui not. infam.* IVSSV principis: *l. 29. §. 3. D. de inoff. teſt. l. 8. D. de religioſ.* [Principis aut ſenatus IVSSV: *l. 23. pr. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend*] IVSSV tutoris. *l. 2. D. quod iuſſ.*

IVSTE, id eſt, iure. IVSTISSIME adlegare: *l. 61. §. 5. D. de furt.* IVSTE adpellare: *l. 7. C. de adpellat.* non IVSTE: *l. 21. D. de adpell. l. 11. §. 3. D. ad leg. Falcid.* Aduerſus petitiones, ſi quae IVSTE competiiſſe, probari poſſunt: *l. 1. C. quib. nou. obiicit.* IVSTE contradicere petenti: *l. 14. D. de fideic. libert.* IVSTE dare cogetur: *l. 94. §. 2. D. de legat. I.* IVSTE deprecari: *l. 2. D. de his, qui ſui vel alien.* IVSTISSIME dicendum putaui: *l. 7. D. quod cuiusc. vniu. nom.* IVSTE dubitari: *l. 1. §. 14. D. de ventr. in poſſeſſ. l. 1. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* IVSTE exigere: *l. 24. D. quae in fraud.* IVSTIVS facturum praetorem: *l. 12. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* IVSTE manumiſſus, apud Vlpian. *Reg. tit. III. §. 4.* accipi debet is, qui vindicta, vel teſtamento, vel cenſu manumiſſus eſt. IVSTISSIME Aedilea noluerunt: *l. 44. D. de Aedil. edict.* Parum IVSTE petit: *l. 17. §. 1. D. de vſur.* IVSTE poſſeſſionem nactus: *l. 4. §. 12. D. de vſurpat.* IVSTE, et INIVSTE poſſidere, pugnant. *l. 3. §. 5. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Nec reſert, IVSTE, an INIVSTE poſſideat: *l. 12. D. quemadm. ſeru. amitt.* IVSTE poſſidet, qui auctore praetore poſſidet: *l. 11. D. de adqu vel amitt. poſſeſſ.* Is, qui pignori accipit, vel qui precario rogauit, licet IVSTE poſſideant, non tamen opinione domini poſſident: *l. 22. §. 1. D de noxal. act.* IVSTE praeſcriptione vtetur: *l. 5. D. de accuſat.* IVSTE procreati, *l. 2. D. ad SC. Tertull.* id eſt, ex iuſtis nuptiis, ad differentiam eorum, qui vulgo quaeſiti ſunt: *l. 5. §. 2. D. de ſtatu hom.* IVSTE procreata filia: *l. 5. §. 6. D. de agnoſc. et al. lib.* IVSTE ab eo prouocatum eſt: *l. 1. C. de adpell.* Si IVSTE ad iudicium prouocauit: *l. 24. D. de vſur.* IVSTIVS putem: *l. 50. §. 1. D. de iudic.* IVSTE putare: *l. vlt. D. de in rem verſ. l. 34. D. de adminiſtr. et peric. tut.* IVSTE queri: *l. 6. D. ſi tabul. teſtam.* IVSTE recuſat: *l. 8. §. 10. D. ad SC. Vellei. l. 27. D. de procurat.* An IVSTE reſponſum ſit: *l. 11. §. 10. D. ad leg. Iul. de adult.* IVSTE, nec ne, ſuſceperit. *l. 43. D. de mort. cauſſ. donat.*

IVSTINIANEA vrbs, *Nouell. XXVIII. praeſ.* Variae vrbes id nomen a conditore ac inſtauratore ſuo Iuſtiniano ſunt conſequutae, quarum XVIII. recenſet Eichelius *ad Procop. Anecdot. p. 194. ſequ.* Haec, cuius in *Nouella XXVIII.* fit mentio, fuit in tractu Colchidis, quem Lazii occupauerant, antea dicta Petrea. HEIN.

IVSTITIA, eſt conſtans et perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi. *l. 10. D. de iuſtit. et iur. pr. Inſt. eod. tit.* Et probo, ait Tryphoninus, hanc eſſe IVSTITIAM, quae ſuum cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonae iuſtiore repetione. *l. 31. §. 1. D. depoſ.* Hinc multum intereſt inter IVSTITIAM, et PIETATEM, Nam pietas pars IVSTITIAE eſt, ſed naturalis, ſicut ſeueritas, ait Seruius *in Lib. I. Aen. v. 548.* Et mox: PIETAS in *Deos*: IVSTITIA *in homines eſt: quibus duabus virtutibus regem ornatum eſſe conuenit.* [Sic et IVSTITIA, et aequitas opponuntur. *l. 8. C. de indic.* Si probauerint, IVSTITIAM petitioni adeſſe: *l. 1. C Theod. de iur. fiſc.*] Ad fugiendam IVSTITIAM animaduerſionis: *l. vlt. D. de fugitiu.* Vt IVSTITIAM cauſſarum examinet: *l. 3. D. de in integr. reſtit.* [A IVSTITIA deflectere: *l. 17. C. de quaeſt.* Quod a tutoribus

ſeu curatoribus bona fide erogatur, potius IVSTITIA, quam aliena auctoritate, firmatur: *l. 3. C. de adminiſtr. et peric. tut.*] Obtinet IVSTITIA: *l. 17. §. vlt. D. ad leg. Iul de adult.* [IVSTITIA oppreſſa: *l. 29. C. de adpell. l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* Qui vaga mancipia iuris alieni petunt, ſi IVSTITIA eadem probant: *l. 1. C. Theod. ſi vag. pet. mancip.* id eſt, ſi iuſte et rite probent, vaga mancipia eſſe.]

IVSTITIVM, ait Soſipater *Lib. I. Inſtit. grammat. p. 19.* eſt, *quando ius ſtat.* Gell. *Lib. XX. Cap. I.* IVSTITIVM, *iuris quaſi interſtitio quaedam, et ceſſatio.* Lucanus *Pharſal. Lib. V. v. 32.*

Clauſaque IVSTITIO triſti fora.

IVSTITIVM *indicere.* Sueton. *in Galba Cap. X.* Vide plura *Lib. II. Formul. Cap. 158. p. 241.*

IVSTVS, A, VM. plerumque pro legitimo accipitur, IVSTVS accuſator, quem leges accuſare patiuntur: *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* IVSTA aetas, plerumque XXV. annorum accipitur, quippe lege Laetoria adoleſcentibus, ad rerum ſuarum adminiſtrationem conſequendam, praeſtituta. *l. 16. D. de iur. fiſci. l. 2. §. 1. D. de vacat. et excuſ. mun.* Ex mente tamen teſtatoris ad pubertatem ſolam refertur. *l. 50. in fine D. de legat. III.* Sed in *l. 8. D. de condict. cauſſ. dat.* IVSTA aetas et duodecim annorum aetatem ſignificat, puellis ad matrimonium contrahendum ex Auguſti conſtitutione definitam, vt Dio Caſſ. *Lib. LIV. p. 531.* tradit. Fuit haec legitima vel iuſta aetas puellarum ex lege Iulia et Papia. Dio Caſſius *ibid.* Δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται. *Puellis enim duodecimus annus plenus ad nuptias definita aetas cenſetur.* Legibus ergo illis definita ad nubendum aetas recte dicta eſt *legitima*, vel IVSTA Prius certe vocabulum legimus in marmore apud Gruter. *p. DCXC, 4.*

D. M.
IVLIAE. SECVNDINAE. FILIAE.
ET. FORMA. SINGVLARI. ET.
MORIBVS. PIISSIMIS. DOCTRI
NAQVE. SVPER. LEGITIMAM.
SEXVS. SVI. AETATEM. PRAES
TANTISSIMAE. QVAE. VIX
IT. ANN. XI. MENS. VIIII.
D. XX.

Iulia certe illa Secundina vix duobus menſibus abfuit ab anno duodecimo, nondum aetatem legitimam adſequuta: dotibus tamen ingenii moribusque duodecennes longe ſuperaſſe dicitur. HEIN. IVSTA coniux, apud Senecam *in Octau. Act. I. ſcen. 3.* Sic et apud Ouid. *Lib. II. de art. amand. v. 597.*

Quos faciet IVSTOS ignis et vnda viros

id eſt, legitimos, et iuſtis nuptiis coniunctos, eo ritu, quo aqua et igni noua nupta accipi ſolebat. IVSTVS contradictor: *l. 3. D. de colluſ. deteg. l. 4. C. de praeſcript. long. temp.* IVSTA conuentio, *nudae* opponitur. *l. 5. §. vlt. D. de reſcind. vend.* IVSTA igitur conuentio eſt, cui cauſſa aliqua ſubeſt, praeter conuentionem. *l. 19. D. de iureiur.*

IVSTA cauſſa conuentionis: *l. 18. D. de pact. dotal. l. 56. D. de pact.* IVSTI dies dicebantur, qui iudicatis ad ſoluendum ex lege XII tabularum dabantur, vt eſt apud Gell. *Lib. XX. Cap. 1.* IVSTI quoque dies adpellabantur illi, quibus, exercitu imperato, vexillum in arce ponebatur, vt Feſtus Pompei. *Lib. IX.* et Macrob. *Lib. I. Saturn. Cap. 16.* docent. IVSTOS etiam dies, pro ſtatis et ſollemnibus dixit Cicero *de Legib. Lib. II. Cap. 9* his verbis: *Praeter Idaeae matris famulos, eosque* IVSTIS *diebus, ne quis ſtipem cogito.* IVSTVM dominium: *l. 16. D. de Public. in rem act. l. 57. D. mand.* id eſt, legitimum, vt loquitur Varro *Lib. II. de re ruſt. Cap. 10.* IVSTA emtio: *l. 5. §. vlt. D. de reſcind. vend. l. 1. C. de ingen. manum.* IVSTA excuſatio: *l. 184. D. de reg. iur.* IVSTVS filius: *l. 3. § 5. D. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. 12. D. de adopt. l. 12. D. de ſtatu. hom. l. 15. C. de nupt.* Ac IVSTVM quidem filium Sophocles δίκαιον γόνον adpellat, vbi IVSTVM pro *vero* Sophoclem dixiſſe, Priſcianus *Lib. XVIII. p. 1180.* notat. His opponuntur *vulgo quaeſiti*, quos μὴ ἐρθῶς γιγνομένους, *non recte generatos*, vocauit Iſaeus ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου. IVSTA hereditas, quae iure legitimo obuenit: *l. 3. §. 2. D pro ſoc.* Varro *Lib. II. de re ruſt Cap. 10.* *Si hereditatem* IVSTAM *adiit.* Cicero *Lib. III. de natur. deor Cap. 35.* *Eamque poteſtatem, quam ipſe per ſcelus erat nactus, quaſi* IVSTAM *et legitimam, hereditatis loco, filio tradidit.* IVSTVS heres, apud Iuſtin. *Lib. XV. Cap. 2.* Vnde iocus Apuleii *in Apolog p. 335.* de patruo immerente, ſed ad quem lege redibant bona: *Etiam ſuam ſpem bonus patruus temperat in iſto, et fouet, qui ſciat, inteſtati pueri, legitimum magis, quam* IVSTVM *heredem, futurum.* IVSTI liberi, id eſt, legitimi, ex iuſtis nuptiis procreati: *l. 25. D. de capt. et poſtlim. l. 12. D. de ſtatu hom.* Hinc IVSTI liberi, et *vulgo quaeſiti* opponuntur. *l. 4. §. vlt. D. de in ius voc.* IVSTA *materfamilias*, apud Macrob. *Lib. I. Cap. 6.* Liu. *Lib. XXXIX. Cap. 53.* *Hunc tamen ex* IVSTA *matrefamilias; illum pellice ortum eſſe.* IVSTVM matrimonium: *l. 13. D. de his, quae vt indign. l. 1. D. vnd vir et vx. l. 65. D. de rit. nupt. l. 6. C. de nupt.* et apud Quinctil. *Lib. V. Cap. X.* Sueton. *in Neron. Cap XXVIII.* *Acten, libertam, paullulum abfuit, quin* IVSTO *matrimonio ſibi coniungeret.* IVSTVM autem matrimonium, interprete Vlpiano *tit. V. Regul. §. 2.* *eſt, ſi inter eos, qui nuptias contrahunt, conubium ſit, et tam maſculus pubes, quam femina viripotens ſit, et vtrique conſentiant, ſi ſui iuris ſint.* Cui contrarium eſt INIVSTVM *matrimonium*: *l. 1. C. vnd. vir. et vx.* itemque *pellicatus*, cui IVSTVM matrimonium opponitur, apud Iuſtin. *Lib. X. Cap. 1.* et *Lib. XXXVI. Cap. 4.* [Merita IVSTAE militiae: *l. 73. C. Theod de decur. Lib. XII. tit. 1*] IVSTAE nuptiae, id eſt, legitimae, quae ſecundum iura ciuitatis Romanae inter puberes ciues contrahuntur. *l. 3. l. 5. l. 12. l. 18. D. de ſtat. hom. l. 18. l. 53. l. 54 l. 65. D. de rit. nupt. l. 38. D. de legat. III. l. vlt. C. qui pet. tut. l. 6. C. de nupt.* IVSTAS nimirum nuptias inter ſe ciues Romani contrahunt, qui ſecundum praecepta legum coeunt, maſculi quidem puberes, feminae autem viripotentes, ſiue patresfamilias ſint, ſiue filiifamilias. *§. 1. Inſt. de nupt.* Ex IVSTIS nuptiis con-

IVS.

concipere et *vulgo*, opponuntur. *l. 5. §. 2. l. 18. D. de ſtatu hom.* IVSTIS nuptiis contractis: *l. 4. §. 2. D. de grad. et adfin.* Ex IVSTIS nuptiis liberis *l. 38. D. de legat. III.* IVSTIS nuptiis nati: *l. 1. D. de bon. damnat.* IVSTIS nuptiis quaeſiti liberi: *l. 1. D. de adſign. libert.* Quos IVSTIS nuptiis procreauimus: *l. 17. §. 3. D. de adopt. princ. Inſt. de patr. poteſt.* IVSTA obligatio: *l. 1. C. ſi in cauſſ. iudic.* IVSTVM pactum: *l. 95. §. 3. D. de ſolut.* IVSTVS *partus:* Plin. *Lib. VII. Cap. 11.* IVSTVS pater, qui ex legitimis nuptiis pater eſt, quem iuſtae nuptiae demonſtrant: *l. 44. §. 3. D. de rit. nupt. l. 25. D. de captiu. et poſtl. l. 9. D. ad municip.* in qua IVSTVS pater *naturali* opponitur, vt in *l. 3. C. ad leg. Iul. de adulter.* IVSTAM perſonam habere, id eſt, idoneam, et legitimam: *l. 11. C. qui dar. tut.* IVSTA ſeruitus, quae gentium, vel ciuili iure conſiſtit: *l. 6. D. de ſtat. hom. l. 28. l. 34. D. de noxal. act. l. 34. D. de ſtipul. ſeru. princ. Inſt. de libertin.* Cicero *pro Caecin. Cap. XXXIV. Quum hi, qui in ſeruitute* IVSTA *fuerint, cenſu liberentur.* Plane apud Terent. *Andr. Act. I. ſcen. I. v. 9.* IVSTA *ſeruitus*, pro facili, humana, et clemente vſurpatur, ex Donati ſententia. IVSTISSIMA ſeueritas: *l. 1. D. de incend. ruin. naufrag.* IVSTVS ſucceſſor, pro legitimo, et qui ab inteſtato rem habiturus erat: *l. 1. C. de his, qui ſibi adſcr. l. 20. §. 13. D. de hered. petit.* IVSTO tempore: *l. 3. §. vlt. D. de ſuis et leg.* IVSTVM teſtamentum, id eſt, iure factum, et in quo ſollemnia iuris omnia interuenerunt: *l. 3. D. de legit. tut. l. 22. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 2. §. 1. D. teſtam. quemadm. aper.* IVSTVS titulus: *l. 23. D. de rei vind.* [IVSTO titulo interueniente, ea res, de qua lis eſt, tranſitum fecit. *l. vlt. C. ſi quis ignor. rem minor.* IVSTVS tutor, iure datus, vel iuſto teſtamento ſcriptus: *l. 27. D. de teſt. tut.* IVSTA voluntatis noſtrae ſententia: *l. 1. D. qui teſt. fac. poſſ.* IVSTA vxor: *l. 31. D. de rit. nupt.* quae ciuiliter, id eſt, ſecundum iuris ciuilis regulas, nupta dicitur in *l. 28. §. 3. D. de lib. et poſtum.* alias legitima vxor. *l. 4. D. de rit. nupt.* Sueton. *in Calig. Cap. XXIV. Mox L. Caſſio Longino, conſulari, collocatam abduxit, et in modum* IVSTAE *vxoris propalam habuit.* Idem *in Veſpaſ. Cap. III. Antoniam, libertam, quondam dilectam, reuocauit in contubernium, habuitque etiam Imperator paene* IVSTAE *vxoris loco.* At in *l. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* IVSTA, *et iniuſta* vxor vti accipienda ſit, expoſui in *libro ſingulari ad leg. Iul. de adulter.* ¶. 2. IVSTVM etiam dicitur, quidquid rationem habet, vel probabile, et aequitati conſentaneum eſt. Huc pertinent illa: IVSTA abſentia: *l. 2. C. quib. non obiicit.* IVSTA aeſtimatio: *l. 12. §. 1. D. de iur. dot. l. 72. D. de verb. oblig. l. 54. D. de legat. II.* IVSTA cauſſa: *l. 13. D. de negot. geſt. l. 20. D. ſolut. matrim. l. 15. l. 30. D mand. l. 10. D. de procurat. l. 5. D. de reb. cred.* Magna et IVSTA cauſſa: *l. 15. §. 5. D. quod vi aut clam.* IVSTA et neceſſaria cauſſa: *l. 1. C. de relig.* IVSTA et probabilis cauſſa: *l. 155. §. vlt. D. locat. l. 12. D. de vi et vi arm.* IVSTA, an *iniuſta* cauſſa, abſit: *l. 29. D. de fideicomm. libert.* Ex IVSTA cauſſa abeſſe: *l. 19. l. 20. l. 28. §. 3. l. 36. D. de fideic. libertat.* IVSTAM cauſſam adferre· *l. 9. D. de liber. cauſſ.* adlegare: *l. 14. §. 1. D. ad SC. Trebell.* IVSTA cauſſa adrogandi; *l. 15. §. vlt. D. de adopt.* Ex IVSTA cauſſa condemnatio ſit: *l. 41. D. de iudic.* IVSTA de cauſſa: *l. 16. D. de accuſat.* IVSTA cauſſa debiti: *l. 5. C. de non num. pecun.* IVSTISSIMA eſt cauſſa dotis, ſiue aeſtimata res in dotem data ſit, ſiue inaeſtimata: *l. 3. D. de Publician.* IVSTA ex cauſſa propoſitum edictum: *l. 12. D. de religioſ.* IVSTA cauſſa errandi; *l. 16. §. 1. D. de bon. libert.* erroris: *l. 11. D. pro emtore.* Ex IVSTA cauſſa: *l. 45. D. de fideiuſſ.* IVSTAM cauſſam habere: *l. 2. §. 3. D. de doli except. l. 50. D. de pact. l. 3. D. de Public. in rem act. l. 45. D. de his qui not. infam.* cauſſas excuſationis: *l. 37. D. de excuſ.* IVSTA cauſſa interueniente: *l. 5. D. depoſ.* IVSTA cauſſa manumiſſionis: *l. 9. D. de manum. vind.* metuendi: *l. 10. C. mand.* Ob IVSTAM cauſſam: *l. 23. D. mand. l. 19. D. de donat.* Ex IVSTA cauſſa poſſidere: *l. 25. D. de act. rer. amot.* Quibusdam vel aetate, vel alia IVSTA cauſſa, ſubuenitur: *l. 15. §. 32. D. de damn. infect.* Si cauſſa timoris IVSTA non fuiſſet: *l. 27. §. vlt. D. locat.* Ex IVSTA cauſſa traditae res: Vlpian. *Regul. tit. XIX. §. 7.* Tales vero IVSTAE traditionis cauſſae enumerantur *l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. D. de Public. in rem act.* IVSTA defenſio: *l. 4. C. ſi adu. rem iudic. l. 13. C. de his qui in prior.* IVSTA deliberatio incidit: *l. 3. §. 1. D. ad SC. Trebell.* IVSTVM eſt deſiderium: *l. 6. D. de edend.* IVSTVS dolor mariti, vxorem ſuam in adulterio deprehendentis: *l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult. l. 4. C. eod. tit. l. 3. §. 3. D. de SC. Silan.* et apud Paull. *Lib. II. Sent. tit. 27. §. 5.* IVSTA dubitatio eſt: *l. 68. D. de fideiuſſor. l. 66. D. de reg. iur.* IVSTAE erogationes: *l. 3. C. quod cum eo.* IVSTVS error, id eſt, probabilis, et excuſatione dignus: *l. 2. D. de min. l. 44. D. de vſurpat. l. 2. D. de in integr. reſtit. l. 7. D. de reſcin. vend. l. 50. D. de adquir. vel amitt. poſſ. l. 11. §. 10. D. de interr. in iur. fac.* IVSTVM eſt: *l. 16. D. ſolut. matr.* IVSTA ignorantia: *l. vlt. §. vlt. D. de legat. II. l. 2. D. ſi is, qui teſtam.* IVSTAM ignorantiam habet: *l. 76. §. vlt. D. de rei vind.* IVSTAM cauſſam ignorantiae: *l. 42. D. de reg. iur.* IVSTISSIMAM ignorantiae cauſſam: *l. 1. §. 17. D. de ſeparat.* [IVSTA infamia: *l. 7. pr. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* non *iniuſta*, vt ibi legendum putat Iac Gothofredus. Eſt enim talis, quae merito irrogatur. IVSTAE inſtigationis (an *indignationis*) ſenſu: *d. l. 7. eod. tit.*] IVSTA interpretatio: *l. 3. C. de interd. matrim.* IVSTA interpretatione recipiendum eſt: *l. 201. D. de verb. ſignif.* IVSTVS metus, id eſt, non vanus, ſed qui in conſtantem hominem cadat: *l. 7. D. quod met. cauſſ.* IVSTISSIMVS mortis metus: *l. 43. D. de mort. cauſſ. donat.* IVSTVS metus ruinae: *l. 28. D. de damn. inf. l. 49. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* IVSTA nominatio: *l. 11. C. de adpellat.* IVSTA poſſeſſio, ciuilem ſignificat, corporalique opponitur. *l. 23. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Alias vero IVSTA poſſeſſio opponitur *iniuſtae*, quae vel vi, clam, precario, adprehenſa, vel iuſta poſſidendi cauſſa deſtituta eſt. *l. 7. §. 3. D. comm. diuid.* Hinc illa: Pignoratitiae et precariae poſſeſſiones IVSTAE ſunt, nec tamen ex his Publicianum iudicium competit, quia neque creditor, neque is, qui precario rogauit, eo animo nanciſcitur poſſeſſionem, vt credat, ſe dominum eſſe: *l. 13. §. 1. D. de Public. in*

rem act. Clandeſtina poſſeſſio INIVSTA eſt, precaria vero IVSTA quidem, ſed quae non pergat ad iudicii communi diuidundi vigorem. *l. 7. §. 4. D. commun. diuid.* IVSTA cauſſa poſſeſſionis: *l. 7. C. de adquir. poſſeſſ.* poſſidendi: *l. 7. §. 3. et §. 8. D. comm. diuid.* retinendae poſſeſſionis: *l. 35. D. famil. erciſc.* poſſidere ex IVSTA cauſſa: *l. 3. D. vti poſſid.* IVSTVS poſſeſſor, qui bona fide, et ex IVSTA cauſſa poſſidet. *l. 31. §. 2. D. de hered. petit. l. 9. D. qui pot.* IVSTVS poſſeſſor et petitor eſt, qui liberalitatem accepit. *l. 7. §. 3. D. de Public. in rem action.* IVSTA praeſtatio: *l. 51. D. de pecul.* [IVSTA priuilegia: *l. 15. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13.* opponuntur beneficiis, corruptione vel ambitu quaeſitis.] IVSTA prouocatio, et *iniuſta*: *l. 6. C. de adpellat.* IVSTA pronunciatur adpellatio: *l. 1. l. 2. C. ſi vnus ex plurib. l. 6. C. de adpellat.* Si IVSTVM putauerit: *l. 75. D. de legat. I.* IVSTA querela: *l. 11. D. ad leg. Corn. de ſicar.* IVSTA ratio, et adprobata: *l. 5. D. de ſeru. corrupt.* IVSTIS rationibus ductus: vel *non iuſtis*: *l. 12. §. 2. D. de lib. cauſſ. l. 1. §. vlt. D. de abig.* IVSTA ratione edocere: *l. 1. C. ad SC. Maced.* IVSTA ratio intercedit: *l. 6. §. vlt. D. pro ſoc.* IVSTA ratio manumiſſionis: *l. 7. C. de ſeru. corrupt.* IVSTA ratione motus: *l. 7. D. de donat. l. 11. D. de depoſ.* IVSTIS rationibus noluit: *l. 87. D. de legat. I.* Non IVSTIS rationibus neglectus: *l. 3. C. de inoff. teſtam.* IVSTA ratione poteſt opinari: *l. 11. §. 3. D. de interrog. in iur. fac.* IVSTAM rem poſtulat: *l. 39. D. de euiction.* IVSTA retentio pignoris: *l. 14. D. de damn. infect. l. 53. §. vlt. D. de furt.* IVSTA ſententia: *l. 3. C. de ingen. manum.* cui opponitur *iniuſta*, in *l. 21. D. de his, qui not. infam.* IVSTISSIMA ſententia videtur: *l. 38. D. de Aedil. edict.* IVSTI ſumtus: *l. 6. §. vlt. D. ſi pars hered.* id eſt, probabiles, vt *l. 31. §. vlt. D. de negot. geſt. l. 4. §. 9. D. de dol. except.* IVSTVS timor mortis, vel cruciatus corporis: *l. 3. D. ex quib. cauſſ. maior.* IVSTVM videtur. *l. 24. D. de Aedil. edict. l. 1. §. 1. D. ſi quadrup.* ¶. 3. IVSTVM porro, quod vel legibus conſuetudiniue conuenit, vel perfectum ſuisque veluti numeris abſolutum eſt. Sic [IVSTA arma: Tacit. *Lib. XIV. Annal. Cap. 32.*] IVSTAE claſſes: Sueton. *in Domitian. Cap. IV.* IVSTVM exſilium: Liu. *Lib. XXVI. Cap. 3.* IVSTVM imperium: Liu. *Lib. XXII. Cap. 10.* (vbi tamen potius eſt *maximum*) IVSTVM incrementum Nili: Plin. *Lib. V. Cap. 9.* IVSTVM iter: Caeſ. *Lib. III. de bell ciu. Cap. 76.* IVSTA libertas, id eſt, plena, abſoluta, et perfecta, ex qua nimirum ciuitas Romana contingebat, vti eueniebat, quum teſtamento, vindicta, cenſu, ab eo, qui et dominus ex iure Quiritium, et maior viginti annis erat, libertas ſeruis maioribus triginta annorum, et quorum ſtatus non erat extrinſecus ſuſpenſus, dabatur: quemadmodum Cicero *pro Caec. Cap. XXXIV.* Vlpianus *Reg. tit. I §. 6. ſequ.* et Theophil. *in §. 3. Inſt. de libert.* docent. Atque ita verbum IVSTAE libertatis accipimus in *l. 26. D. qui et a quib. l. 8. §. vlt. D. de manumiſſ. l. 1. D. ſi is, qui teſtam. lib. l. 11. D. vt in poſſeſſ legat. l. 16. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. ſi aduerſ. libert. l. 4. C. de teſtam. mil. l. 2. C. de fideic. libert. l. 1. C. de munic. Libro X* et apud Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 12. §. 2.* Seneca *de beata vita Cap. XXIV.* *Hominibus prodeſſe natura iubet, ſerui liberiue ſint hi, ingenui, an libertini,* IVSTAE *libertatis, an inter amicos datae.* Nam qui inter amicos manumittebantur, Latini tantum, non ciues Romani, fiebant, teſte Vlpiano *ibid.* Sic et apud Suetonium *in Aug. Cap. XL.* verbum hoc interpretandum eſt, quum ait: *Seruos non contentus multis difficultatibus a libertate* IVSTA *remouiſſe.* Hanc *legitimam libertatem* vocant auctor *fragmenti regularum §. 6.* apud Schult. *p. 804.* et Imperatores *l. 1. §. 1 C. commun. ſeru. manum. maiorem libertatem* Iuſtinianos *§. 3. Inſt. de libertin.* IVSTI milites: Suet. *in Galba Cap. XII.* Seruorum obſequium IVSTIS operibus contineri oportet. *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. III. §. 3.* IVSTAE ſepulturae traditum, id eſt, terra conditum, corpus: *l. 39. D. de religioſ.* quae et *perpetua ſepultura* dicitur. *l. 3. §. 4. D. de ſepulcr. viol. l. 10. C. de religioſ.* Hinc IVSTVM ſepulcrum, quod religione tenetur: *l. 43. D. de religioſ.* Lucan. *Lib. IX. v. 1091.*

IVSTO *date tura ſepulcro.*

Sed et IVSTA facere, in *l. 2. in fine D. de in ius voc. l. 20. D de adquir. vel omitt. hered.* id eſt, IVSTA *ſoluere*, vt Cicero pro *Sex. Roſc. Amer. Cap. VIII.* dicit. Graeci τὰ νομιζόμενα vocant. Fortaſſis autem funerum ſollemnia Latini IVSTA vocant ab eo, quod lege XII Tabularum praeſcripta eſſent, vt apud Atbenienſes Solonis legibus. Sic et *ſollemnia et* IVSTA *ludorum*, dixit Cicero *de aruſp. reſponſ. Cap. X.* [Sanctius *in Minerua Lib. IV. p. 304.* ſubintelligit *funera*, Scioppius multo probabilius *officia*.] IVSTVS triumphus: Sueton. *in Aug. Cap. XXXVIII.* et *in Claud. Cap. XVII.* IVSTA victoria. Cicero *Lib. II. ad famil. Epiſt. 43.* ¶. 4. IVSTVM pretium, id eſt, verum. *l. 66. D. de legat. II. l. 31. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 12. D. de religioſ.* [*l. 6. C. ſolut. matrim*] Sic IVSTO pretio aeſtimare: *l. 10. §. vlt. D. commun. diuid.* res aeſtimanda: *l. 16. §. vlt. D. de pignor.* aeſtimatio facienda: *l. 36. pr. D. de donat. int. vir. et uxor.* IVSTO pretio rem comparare: *l. 7. D. de rei vind.* IVSTA pretia non ex praeterita emtione conſtitui, ſed ex praeſenti aeſtimatione: *l. 3. §. 5. D. de iure fiſc.* IVSTO pretio dato: *l. 31. D. de fideicomm. libert.* IVSTO pretio vendere. *l. 18. C. de fideiuſſor.* Vlpian. *Reg. tit. II. §. 11.* ¶. 5. Nota quoque loquutio: *Plus* IVSTO. PLVS IVSTO onerare mulum: *l. 27. §. 23. D. ad leg. Aquill.* PLVS IVSTO onerata quadrupes: *l. 1. §. 1. D. ſi quadrup. paup. fec.* Plus IVSTO temporis conſumere: *l. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* Pluris IVSTO vendere. *l. 31. §. vlt. D. de fideic. libert.* ¶. 6. IVDEX IVSTVS, in *l. 14. §. 13. D. de religioſ.* eſt aequitatis et iuſtitiae amans.

IVV.

IVVARE, ſubuenire, auxilium ferre. IVVARE cauſſam per conſtitutiones: *l. 32. D. de re iudic.* [IVVARE erogationem publicam: *l. 6. C. Theod. de luſtral. collat.* Proximis IVVANTIBVS: *l. 74. C Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* id eſt, ſuffragantibus. IVVARE rem annonariam: *l. 19. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* Virilem IVVANDAE reipublicae partem ſuſtinere iuſſimus, *l. 6. C. Theod. de luſtr. collat.*

Digitized by Google

IVVENCVS, quem bos peperit. *l. 10. §. vlt. D. de vſurpat.*

IVVENILIS, E. IVVENILIS facilitas: *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* leuitas. *l. 24. §. 2. D. de minorib.*

IVVENIS, plerumque pro adoleſcente ponitur, qui nondum eam aetatem attigit, qua virilis vigor completur. *l. 17. §. 1. l. 25. §. vlt. D. de minor.* Et ita curatorem IVVENIS intellige. *l. 24. §. vlt. D. de adpellat.* At quum quidam codicillis ſuis ita cauiſſet: *Omnes* IVVENES, *quos in miniſterio habeo, dari volo,* Marcellus interrogatus, reſpondit, exiſtimari poſſe, IVVENEM eum, qui adoleſcentis exceſſiſſet aetatem, quoad inciperet inter ſeniores numerari. *l. 69. §. vlt. D. de legat. III.* Quidam, qui vulgo IVVENES ſe adpellant: *l. 28. §. 3. D. de poen.* A ſene potius manumitti, quam a IVVENE. *l. 15. D. de fideic. libert.* ¶. 2. [IVVENIS etiam dicitur, qui pupillus eſt; *l. vlt. §. vlt. D. de adpell. et relat.*] ¶. 3. IVVENES et clericis iunguntur: in *l. 10. C. Theod. de Epiſc. Lib. XVI. tit. 2.* Qui quales ſint, non bene conſtare, ait Car. du Freſne *in Gloſſar. Lat. voce iuniores p. 144.* Acoluthos vero intelligit Iac. Gothofredus *in Comment. ad eam legem.*]

IVVENTIVS Celſus, iuriſconſultus, de quo ſupra *Libro III.* in articulo CELSVS.

IVX.

IVXTA, id eſt, prope. IVXTA aedificium, et IVXTA monimentum. *l. 13. §. 7. D. de damn. infect.* ¶. 2. Cadente Latinitate et pro ſecundum vſurpari coepit. IVXTA iuris publici auctoritatem: *l. 2. C. qui morbo, Lib. X.* IVXTA conſtituta: *l. 3. C. qui num. liberor. Lib. X.* IVXTA hoc reſcripſit: *l. 1. §. 28. D. de SC. Silan.* [IVXTA inoeteratas leges. *l. 8. C. Theod. de ſuſcept. Lib. XII. tit. 6.*]

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER X.

LAB.

LABEFACTARE [caſtimoniam viduae: *l. 5. C. Theod. de rapt. vel matrim. ſanctimon. Lib. IX. tit. 25.*] Nec LABEFACTATVR immunitas: *l. 2. D. de veteran.* LABEFACTARE vitam inſontium. *l. 2. C. de maleſ. et mathem.* [*l. 5. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 16*]

LABEFACTATIO, atque oppugnatio libertatis. *l. 1. C. Theod. de lib. cauſſ. l. 9. C. Theod. de cenſ. peraequ. et inſpic.*

LABEO. De eo, quantum ſatis, dictum ſupra, in ANTISTIVS.

LABES, vt ait Feſtus, *macula in veſtimento dicitur, et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines, vituperatione dignos.* Atque ita intelligenda LABES maleficiorum: *l. vlt. C. de maleſ.* Sine vlla opinionis LABE: *l. 9. C. de aduoc. diuerſ. iudiciorum.* [Photinianae LABIS contaminatio: *l. 6. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*] Labes pudoris, *l. 11. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. l. 17. C. de excuſ tut.* notam, pudori famaeque inuſtam, detrimentumqoe exiſtimationis ſignificat: [LABES ſaeculi. *l. 17. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.* LABES tyrannici temporis. *l. 12. C. Theod. de infirm. his, quae ſub tyrann.*] ¶. 2. LABES etiam de corporis infirmitate dicitur. [Sic aegri corporis LABES: *l. 16. C. Theod. de cohort. Lib. VI. tit. 4.*] et *corporis* LABEM, pro imbecillitate dixit Sueton. *in Aug. Cap. XXXVIII.* ¶. 3. Alias LABES caſum vel *χάσμα*, ſeu hiatum, qui in terra deſidente contingit, ſignificat. Cicero *de diuin. Lib. I. Cap. 35. Tantos terrae motus in Liguribus, Gallia, compluribusque inſulis, totaque in Italia, factos eſſe, vt multa oppida corruerint, multis locis LABES factae ſint, terraeque deſederint.* Et *eiusdem Libri Cap. XLIII. Delata etiam ad ſenatum LABES agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet.* Vat. Auctores *de limit. apud Goeſ. p. 259.* Tum etiam terra a tempeſtatibus vel turbinibus, plerumque LABE, mouebitur. Paullus *in l. vlt. D. locat. Si riuum* LABES *corrumpit,* quod vel ſoli, vel operis vitio accidiſſe, ibidem oſtenditur. Seru. *in Lib. II. Aen. v. 97.* LABES *ruinam ſignificat, a lapſu.* ¶. 4. Eſt et alia, quae abſque ſoli ruina fructus laedit, LABES. Vlpianus in *l. 15. §. 2. D. locat. Si* LABES *facta ſit, omnemque fructum tulerit.* Quo pertinent haec Quinctiliani *in Declamationibus: Non enim vulgaris illa frumenti* LABES *fuit, nec qualis alias accuſari ab agricolis ſolet, perfidia terrarum* Budaeus, immemor huius ſignificationis, pro LABES reſcribit *tabes*, merito ideo notatus a Cuiac. *Lib. XV. Obſeru. Cap. 27.* quum et in Baſilicis *Lib. XX. tit. 1. p. 421. Tom. II.* ſit: Ἐὰν ἀπὸ ὀλίσθα πάντες ἀρθῶσιν οἱ καρποί. *Si* LABE, *fructus omnis ablatus ſit.* HEIN.

LABI, interdum ſignificat cadere. Si LAPSVS aliquis ſeruum alienum onere preſſerit: *l. 7. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Si ex fundo too cruſta LAPSA ſit. *l. 9. §. 2. D. de damn. infect.* ¶. 2. LABI, alias eſt corruere: et ita LABI dicuntur aedificium vi fluminis, quod erat alioquin firmum: *l. 24. §. 5. D. de damn. infect.* LAPSVM monimentum: *l. 7. D. de ſepulcr. viol.* LABENTES parietes: *l. 6. C. de aedif. priuat.* LABENTIA ſepulcra: *l. 2. C. Theod. de ſepulcr. viol.* Qui id agit, VT LABATVR ſepulcrum: *l. 1. §. 10. D. de mort. infer.* Ne vrbes vel oppida vetuſtate LABANTVR. *l. 10. C. de operib. publ.* ¶. 3. Refertur etiam ad animum, et tunc LABI errare ſignificat, ſiue imperitia, ſiue iuris ignorantia aliquo caſo imprudenter quis peccet. Vnde LAPSI, et errantes opponuntur perditis, *l. 4. C. Th. de apoſtat. Lib. XVI. tit. 7.* verbis: LAPSIS *enim et errantibus ſubuenire, perditis vero, hoc eſt, ſanctum baptiſma profanantibus, nullo remedio poenitentiae ſuccurri.*] Sic LAPSI ob aetatem, ruſticitatem, vel ob ſexum: *l. 1. § vlt. D. de edend.* LAPSVS per aetatem: *l. 1. C. qui et adu. quos.* Aetatis lubrico LAPSI: *l. vlt. C. ſi aduerſ. delict.* Errore LABI: *l. 19. D. de vſu et vſufr. leg.* Errore LAPSI: *l. 13. §. 1. D. de reb. cor. l. 77. §. 6. D. de legat. II. l. 58. D. mand. l. 25. D. de pact. dotal.* LAPSVS iuris ignoratione: *l. 7. D de legat. II.* ignorantia iuris: *l. 17. §. vlt. D. ſolut. matrim.* LABI in perſona: *l. 29. D. commun diuid.* in deſignanda regione fundi: *l. 35. §. 2 D. de legat. III.* Per vinum aut laſciuiam LAPSI. *l. 6. §. 7. D. de re milit.* ¶ 4 LABI facultatibus, dicuntur, qui rediguntur ad inopiam, ſiue ſuu vitio bona dilapidsuerint, ſiue alia ratione amiſſis deminutisue bonis, facti ſint noo ſoluendo. *l. 9. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conuen l. 8. D. de decurion.* Ineſt vtique hoc in verbo repenti-

 ni

ni caſus ſubitaeque mutationis ſignificatio. Itaque LABI *facultatibus* belliſſime, cum Papiniano, interpretabimur, *rem familiarem inopinato fortunae impetu amittere. l. 4. D. vt in poſſeſſ. legat.* Sed et abſolute LABI, pro facultatibus labi. Si idoneus ſubito LAPSVS ſit: *l. 14. D. de admin. et peric. tut.* Si ſubito hereditas LAPSA ſit. *l. 11. §. 5. D. de minor.*

LABOR, vt ait Cicero *Lib. II. Tuſcul. Cap. 15.* eſt *functio quaedam animi vel corporis grauioris operis et muneris.* Per amici LABOREM domino conſulitur: *l. 39. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Munus perſonale, quod corporibus, LABORE, cum ſollicitudine animi et vigilantia ſollemniter exſtitit: *l. 1. §. 3. D. de mun. et honor.* LABOR diuiſionem recipit: *l. 1. D. de ann. legat.* LABORES hominum: *l. 4. C. de malef. et mathem.* [De operis ruſticis inprimis accipiendi. Vnde LABORATORES, apud recentioris aetatis ſcriptores, agricolae dicti. Car. du Freſne *Gloſſ. Lat. voce laborare*] LABOREM iniungere: *l. 13. §. 5. D. de iniur.* LABORIS eximii merces: *l. 34. §. 1. D. de donat* Nullus LABOR: *l. 2. §. 2. D. de capit. minut.* id eſt, expeditum eſt, nec vllam res habet dubitationem: Ad paratam pecuniam, LABORIBVS ſubſtituti, venire: *l. 24. §. 2. D. de minor.* [LABORE, non ſuffragio: *l. 1. C. de offic. magiſtri offic*] Equus, qui cum LABOREM ſuſtinere non potuit. *l. vlt. D. commod.* ¶. 2. [LABOR, in primis de re militari vſurpatur. Quo pertinent ſequentia: Honoris augmentum non *ambitione*, ſed LABORE, ad vnumquemque conuenit deuenire: *l. 14. C. de re milit.* quae eſt *l. vlt. C. Theod. eod. tit. Lib. 7. tit. 1.* Ordine militiae ſub armorum labore decurſo: *l. 1. C. Th. de teſtim. ex tribun. Lib. VII. tit. 21.* LABOR caſtrorum: *l. vlt. C. Theod. de priuil. cor. qui in ſacr. pal. Lib. VI. tit. 35.* Teſtimonium emeriti LABORIS: *l. 7. C. Theod. de re milit.* Impoſitus militiae LABOR: *l. 10. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 20.* In LABORE poſiti: *l. 7. C. Theod. de re milit.* Si quis armatae ſacramenta militiae impigro quinquenni LABORE pertulerit: *l. 6. C. Theod. de re milit.* Is potiſſimum potiorem mereatur gradum, qui meruerit de LABORE ſuffragium: *l. 1. C. Theod. quis in grad. praeſ. Lib. VII. tit. 3.* Vt LABORVM. ſuffragiis incrementa militiae conſequatur: *l. 14. C. Theod. de re milit.* Quiete, poſt LABORES ſuos, perenniter fruantur. *l. 2. C. Theod. de veteran. Lib. VII. tit. 20.*]

LABORARE, alias eſt labores ferre, itemque ſollicitum eſſe, vt in *l. 1. §. 5. D. de dol. mal. l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 2. Plerumque vſurpatum pro periclitari, vel angi. Vt: LABORANT aedificia vento, vel pluuia: *l. 12. §. 17. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* LABORARE aduerſo caſu: *l. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* egeſtate: *l. 31. D. depoſ. l. 18. §. vlt. D. de iudic.* [incendiis aedificia: *l. 4. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] infamia: *l. 6. §. 1. D. de his, qui not. infam.* inopia: *l. vlt. D. de in ius voc.* morbo: *l. 13. D. de vacat. et excuſ. mun.* LABORANTE naue, iactus factus eſt: *l. 4. D. de lege Rhod.* Quum hoc facto pudicitia LABORETVR, (paſſiue vel deponenter pro LABORET.) *l. 11. §. 11. D. ad leg. Iul. de adult.*

LABORIOSVS, A, VM, *l. 18. D. de Aedil. edict.* cui ibidem *deſidioſus* opponitur. Cicero vtique induſtrios homines LABORIOSOS dici ait, *Lib. II. Tuſculan. Cap. 15.*

LABORVM, vel LABARVM, vexilli genus. Hinc praepoſiti in *l. 1. C. de praepoſ. labor. Lib. XII.* fuot ſigniferi in exercitu Romano, qui ex bellicis ſignis praecipuum, et ſummae dignitatis habitum, geſtabant. Τὸ παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενον LABORVM, quemadmodum Sozomenus *Lib. I. Hiſt. eccl. Cap. 4.* ſcribit, additque fuiſſe hoc σημεῖον πολεμικὸν, τῶν ἄλλων τιμιώτερον, καθότι ἀεὶ τοῦ βασιλέως ἡγεῖσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι νενόμιστο παρὰ τῶν στρατιωτῶν. *vexillum bellicum, honoratius reliquis, eo, quod Imperatorem ſemper praecedere, et adorari a militibus conſueuiſſet.* Ibidemque hoc ἐπισημότατον σύμβολον τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, *nobiliſſimum Romani imperii ſymbolum* adpellat. Scripſere quidem veteres Graeci λάβωρον, LABORVM: ſed verum nomen apud Latinos fuit LABARVM, vel LABARVS, Ambroſ. *Lib. VI. Epiſt. 29.* Prudent. *contra Symmach. Lib. I.* Fulgent. *Homil. LX. de Laurent.* eſt vexillum, cum inſigni XP, ad ſimilitudinem illius, quod in caelo vidiſſe Conſtantinum M. ferunt. Sozom. *Hiſt. eccl. Lib. I. Cap. 4.* Eius figura frequentiſſime ab eo tempore in numis Imperatorum Chriſtianorum conſpicitur, ex quibus illud illuſtrat Burc. Mencken *Diſſertatione ſingulari de monogrammate Chriſti* XP. De origine vocis diſputant Hadrian. Turneb. *Lib. XV. Adu. Cap. 16.* Fuller. *Miſcell. Sacr. Lib. II. Cap. 1. Lib. IV. Cap. 12.* Stewech. *ad Veget. Lib. III. Cap. 17.* Gretzer. *de Cruce Lib. I. Cap. 4.* Iac. Gothofred. *ad tit. C. Theod. de praepoſ. labor.* et Car. du Freſne *Gloſſar. Lat. ſub hac voce*, qui vt rem, id eſt, vexilli formam, ita et vocabulum, a Germanis, Dacis, Pannonibus, vel Armeniis repetit: cui adſtipulatus Wachter. *Gloſſar. Germ. p. 903.* LABARVM a Germanico *larp, lapr*, hodie *lappe*, quod panniculum ſignificat, dictum eſſe cenſet. His coniecturis aliam elegantem Vlrici Obrechti ſubiicit ad hunc locum Tabor. Is enim *in diſſert. de vexillo imperii Cap. II.* tale vexillum a *lauro* primo LAVARVM, indeque, familiari quarto et inſequentibus ſaeculis litterarum permutatione et flexu, LAVARVM vocatum eſſe, exiſtimat. Sed hae quidem merae diuinationes ſunt. Id certius, quod et Sozomenus *Lib. IX. Cap. 4.* obſeruat, duo fuiſſe LABARA, quorum alterum ad orientis, alterum ad occidentis imperium pertinuerit. Refert enim, Stilichonem θάτερον τῶν σκήπτρων, ὃ Λάβωρον Ῥωμαῖοι καλοῦσι, *vnum ex ſceptris, quod Romani LABARVM vocant*, ſumſiſſe, et cum eo in orientem eſſe profectum. Vbi notandum, vexillum illud etiam σκήπτρου nomine venire. HEIN.

LABRVM, in *l. 15. D. de action. emt. vend.* accipe pro phiala, qua aqua ex fiſtulis manans excipitur. Et ita LABRVM *in balneo* dixerunt Cicero *Lib. XIV. ad famil. Epiſt. 20.* et Vitruu. *Lib. V. Cap. 7.* Et LABRA *aquae aena* Virgil. *Lib. VIII. Aen. v. 22.*

LAC.

LAC pecoris et gregis ouilis, in fructu eſſe *l. 12.*

l. 12. *§.* 3. *D. de vſu et habit.* pecudum in fructu eſt. *l.* 28. *D. de vſur.* ſuum facit bonae fidei emtor, quamuis plenis vberibus venierint. *l.* 28. *§. vlt. D. de adquir. rer. domin.*

LACCARIVS, in *l.* 1. *C. de excuſ. artif.* Graeci interpretes BACCARIOS exponunt τὺς τὰ λάκκια ποιῦντας, *qui lacus et foſſas aquarias operiunt, vel faciunt.* Adde paullo poſt articulum LACVS.

LACEDAEMONIVS. *l.* 22. *§.* 1. *D. ad SC. Trebell.* LACEDAEMONII magis ea, quae pro legibus obſeruabant, memoriae mandabant. *§.* 10. *Inſt. de iur. nat. gent. et ciuil.* Atqui auctores ſunt Xenophon, Plutarchus *in Lycurgo p.* 47. et alii veteres, Lycurgum leges ſuas omnino ſcripſiſſe. Immo eas, teſte Herodoto *Lib. VI. Cap.* 57. regibus cuſtodiendas tradidit, quamuis easdem more aliorum legislatorum in tabulis non promulgarit, ſed memoriae tantum mandari iuſſerit. Quod vt eo fieret facilius, eas verſibus comprehendiſſe dicitur Terpander. Clemens Alex. *Lib. I. Stromat. p.* 308. Μέλος τε ἂυ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τὺς Λακεδαιμονίων νόμυς ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Αντισσαῖος. *Modos poematibus primus adiecit, et Lacedaemoniorum leges numeroſis verſibus ſcripſit* (vel potius verſibus comprehenſas *populo decantandas modulandasque exhibuit*) *Terpander Antiſſaeus.* Idem et de Tyrtaeo tradunt alii. Proprie ergo ius Lacedaemoniorum non ideo fuit non ſcriptum, quod moribus tantum inoleuiſſet, ſed quod non proſtaret in publico, litteris conſignatum, vti ius Athenienſium. Vid. V. C. Euerardi Otton. *Not. ad §.* 10. *Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* HEIN.

LACERARE. [LACERANTVR commoda publica: *l.* 36. *C. Theod. de decur. Lib. XII. tit.* 1.] Si membri quid LACERATVM: *l.* 10. *D. de Aedil. edict.* [Ocioſis aedium cultibus patrimonia fortunaeque prouincialium LACERANTVR: *l.* 15. *C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit.* 5. LACERARE rationes ciuitatum verſutis fraudibus: *l* 6. *C. Theod. de numerar. Lib. VIII. tit.* 1. LACERARE rationes fiſcales. *l.* 1. *C. Theod. de fiſci deb. Lib. X. tit.* 16.]

[LACERATIO. Subiacere lacerationibus: *l.* 4. *C. Theod. de numerar. l.* 4. *C. Iuſtin. eod. tit.* vbi LACERATIONES vngularum fodicationes interpretatur Iac. Gothofredus.]

LACERTA, cum muria ſua: *l.* 3. *§.* 3. *D. de penu legat.* Fuere LACERTAE, aut LACERTI, inter piſces, qui cum garo vel liquamine ſuo recondebantur. Apicius *de arte coquin. Lib. IV. Cap.* 2. *Patina de* LACERTIS. LACERTOS *rades, lauas, oua confringis, et cum lacertis commiſces: adiicies liquamen, vinum, oleum: facies, vt ferueat: quum ferbuerit, oenogarum ſimplex perfundis, piper adſperges, et inferes.* Et *Lib. X. Cap.* 9. *Ius in* LACERTOS *elixos. Piper, liguſticum, cuminum, rutam viridem, cepam, mel, acetum, liquamen, oleum modice: quum bullierit, amylo obligas.* Celſus *Lib. II. medic. Cap.* 18. *Piſcium eorum, qui ex media materia ſunt, quibus maxime vtimur, tamen grauiſſimi ſunt, ex quibus ſalſamenta quoque fieri poſſunt; qualis eſt* LACERTVS. HEIN.

LACESSERE, id eſt, bello perſequi, prouocare. Quum conuenit, vt ſe inuicem LACESSANT. *l.* 19 *§.* 1. *D. de captiu.* ¶. 2. LACESSERE, inſectari, et ſugillare. LACESSERE famam. *l.* 38. *§.* 9. *D. ad leg. Iul. de adult. l.* 1. *§.* 4. *D. de iniur.*

LACVNAR, *l.* 12. *§.* 22. *D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Seru. *in Aen. VIII. v.* 25. ad illa Virgilii: *ſummique ferit laquearia tecti: Multi,* inquit, LACVNARIA *legunt, nam lacus dicuntur. Vnde eſt in Horatio: Nec mea renidet in domo* LACVNAR. *Nec enim a laqueis dicitur, ſed ab eo, quod ſunt lacus.* Et ad illa *Lib. I. Aen. v.* 730.

Dependent lychni laquearibus aureis.

LAQVEARIAVS, inquit, *principaliter lacus dicitur, vt Lucillius Reſultant aedesque lacusque. Deminutio* LACVNAR *facit. Horatius: Nec mea renidet in domo* LACVNAR. *Inde fit alia deminutio* LACVNARIVM, *et per* ἀντίςοιχον LAQVEARIVM. Quae verba transſcribens Iſidorus *Lib. XIX. Orig. Cap* 10. addit. LACVNARIA dici, *quae cameram ſubtegunt et ornant, inde dicta, quod lacus quosdam quadratos, vel rotundos, ligno, gypſo, vel coloribus habeant pictos, cum ſignis intermicantibus. Alii* LACVNARIA *contignationum caelum interpretantur.*

LACVS, ait Varro *de lingua Lat. Lib. IV.* lacuna magna, vbi aqua contineri poteſt. Seruius *in Aen. Lib. VIII. v.* 74. LACVS *eſt quoddam adhuc latentis aquae receptaculum, et dictus, quaſi lacuna quaedam, ex qua erumpens aqua efficit fontem: qui, quum fluere coepit, alueum facit.* LACVM vero, a *ſtagno*, in Edicti praetorii interpretatione Vlpianus eo ſeparat, quod LACVS perpetuam habeat aquam, *ſtagnum* temporalem, ibidem ſtagnantem. *l. vn. D. ne in flum. publ. l. vn. in fine D. de rip. mun.* Neque ex LACV, neque ex *ſtagno* aquaeductum concedi poſſe, Paullus ait *l.* 28. *D. de ſeru. praed. vrban. quod perpetuam cauſſam non habeant*, adeoque LACVM intelligit, qui non continet aquam perpetuam. Et talis LACVS interdum creſcere, interdum exareſcere, et ſuos nihilominus terminos retinere dicitur. *l.* 12 *D. de adquir. rer. domin. l* 24. *§. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* LACVS piſcatorii: *l* 4. *§.* 6. *D. de cenſ.* Huiusmodi olim erat lacus Lucrinus, qui in vectigalibus publice primus fruendus locabatur, auctore Feſto *Lib. IX.* Si LACVS perpetuus in fondo tuo eſt: *l.* 13. *§.* 1. *D. de ſeruit. praed. ruſt.* Rotilia Polla emit LACVM Sabatenen angularium. *l.* 69. *D. de contrab. emt.* De ipſo LACO illo videndus Cluuer. *Ital. antiqu. Lib. II. Cap.* 3. et Guidus Pancirol. *Var. Lect. Lib. II. Cap.* 38. Cur vero *angularius* dictus ſit, diſquiſiuimus ſupra *Lib. I.* articulo ANGVLARIVS. HEIN. ¶. 2. LACVS, pro cupa, vel vaſe maiore, in quo vua calcatur, vt muſtum defluat. Gloſſarium vetus Palaemonis: LACVS, *calcatorium, torcular.* Sic

LAC.

LACVS vino plenus: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* LACVS *vinarii*, apud Columell. *Lib. XII. Cap. 18.* Idem in *Carmine de cultu hortorum.*

Ferueat vt lacus et multo completa Falerno
Exſudent pingui ſpumantia dolia muſto.

[Sic et in *Priapeis Carm. LIII.*

Contentus modico Bacchus ſolet eſſe racemo:
Quum capiant alti vix ſua muſta LACVS.

Et Tibullus:

Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper aceruos
Praebeat, et pleno pinguia muſta LACV.]

Iſidor *Lib. XV. Etymol. Cap. 6.* LACCVM dictum ſcribit, *quod ibi decurrat frugum liquor.* At LACVS, vel LACCVS, in *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* non eſt vas, in quo vuae calcantur, ſed vini receptaculum, qualia domi habebant beatiores, vt inde familia, quantum vellet, hauriret. Talia vaſa non numquam ſub terra erant depreſſa, tectorioque opere incruſtata, ceu ex Xenophonte docuit Cuiac. *Lib. X. Obſeru. Cap. 9.* Aliquando illa in parte aliqua aedium proſtabant, vti oſtendit V. C. Petr. Burman. *ad Petron. Cap. LXX. p. 346.* vbi et talem LACVM repraeſentari putat in figura veteris vaſis, apud Boiſſardum *Tomo III. Antiqu. Rom. Cap. 145.* quia totum racemis vitium ornetur. Sed vrnam potius eſſe, argumento eſt epigraphe:

DIIS. MANIBVS.
SACRVM.
Q. MINVCIVS. FELIX.

quae ſane non vaſi, vino pleno, et deſtinato familiae vſibus, ſed vrnae, vel ſarcophago, quadrat. Vid. Marqu. Gud. *ad Grut. Inſcr. p. DCCCCXVIII, 17.* HEIN.

LAE.

LAEDERE. LAEDI proprie dicitur corpus, vulnere illato. Quum liberi hominis corpus ex eo, quod deiectum effuſumue quid erit, LAESVM fuerit: *l. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* Sola LAESI et inutilis corporis infirmitas. *l. vlt. D. de muner. et honor.* ¶. 2. LAEDERE, etiam de omni damno illato accipitur. Hinc LAESVS, qui damnum paſſus eſt. *l. 44. D. ex quib. cauſſ. maior.* Sic LAEDI dicuntur adlegationes: *l. 2. C. de error. aduoc.* Alterum non laedere, iuris praeceptum, *l. 10. §. 1. D. de iuſt. et iur.* id eſt, alterum damno, vel iniuria, non adficere: LAEDI cauſſa: *l. 69. §. 1. D. de legat. III.* per procuratorem: *l. 9. C. mandat.* LAEDI conditio: *l. 7. C. de iur. dot.* LAESI fructus: *l. 25. §. 6. D. locat.* Si immodice LAESA es: *l. 5. C. de dol.* LAESVM ius: *l. 3. D. de transact. l. 68. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. D. ex quib. cauſſ maior.* iura: *l. 24. C. de donat. l. 2. C. de crim. ſtellion.* LAESA maieſtas publica: *l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt.* LAESAE maieſtatis quaeſtiones: *l. 8. D. eod. tit. Maieſtatem minuere* dixit Auctor *ad Herenn. Lib. II. Cap. 12. Maieſtatem autem minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento adficit.* LAESA pars: *l. vlt. C. quand. prouoc. non eſt nec.* LAESA ratio: *l. 3. C. ſi aduerſ. libert. l. 10. C. de adminiſtr. et peric. tut.* LAESAE religionis crimen: *l. 1. C. de ſepulcr. viol.* Per ciuiles diſſenſiones ſaepe respublica LAEDITVR: *l. 21. D. de capt. et poſtlim.*

LAE.

Si ignis alienam ſegetem, vel vineam, LAESERIT: *l. 30. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Si hoc facto ſocietatem LAESIT: *l. 49. D. pro ſoc.* Neceſſitates eis impoſuerunt, quae ſuperſtitionem eorum non LAEDERENT. *l. 3. §. vlt. D. de decur.* ¶. 3. In primis μεταφορικῶς hoc verbum ad famam, exiſtimationem, pudoremque, transfertur. Quum venditoris adfectionem forte ſimul ac verecundiam LAESERIT: *l. 6. D. de ſeru. export.* LAEDITVR dignitas: *Collat. Leg. Moſ. et Roman. tit. II. §. 5.* cui aduerſatur *illaeſa dignitas, et exiſtimatio*: cuius loquutionis exempla ſupra dedimus. LAEDERE exiſtimationem: *l. 8. C. ex quib. cauſſ. infam. l. 7. C. de re milit.* Haec miſſio exiſtimationem non LAEDIT: *l. 2. §. 1. D. de his, qui not. inf.* Quae facta LAEDVNT pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram: *l. 15. D. de condit. inſtit.* Vt et Cicero *pro Sex. Roſc. Amer. Cap. XIII. vultu* LAEDI *pietatem*, dixit. LAEDERE pudorem. *l. 15. §. 27. D. de iniur.*

LAELIVS, iuriſconſultus, qui citatur a Paullo. *l. 43. D. de hered. petit.* Eum temporibus Hadriani vixiſſe, indicat *l. 3. D. ſi pars hered. petit.* Dubitatur, an idem ſit hic iuriſconſultus cum LAELIO FELICE, cuius adnotationes ad Q. Mucium citat Gellius *Noct. Attic. Lib. XV. Cap. 27.* Sed quum et hic iuriſconſultus fuerit, et hiſtoria illa de fecunditate Aegyptiae mulieris ex illis ipſis aduerſariis Mucianis depromta eſſe poſſit: non puto Laelios illos diuerſos fuiſſe, ſicut nec putat Guid. Panciroll. *Var. Lect. Lib. I. Cap. 27.* ſecus ac V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. III. Obſ. Cap. 8.* HEIN.

LAESIO, pro damno, et iniuria. *Si quid* abſente ſocio ad LAESIONEM eius fecit: *l. 28. D. commun. diuid.* LAESIO, illata rebus minoris: *l. vlt. C. de magiſtr. conuen.* LAESIONEM inferre: *l. 4. C. de vſufruct.* Si nullam LAESIONEM ex hoc ſentiet patronus: *l. 45. D. de oper. libert.* Sine LAESIONE prioris ſtatus rei. *l. 5. C. de rei vindic.*

[LAETI, ſeu LETI, vocabantur barbari, qui ſponte in Romanum ſolum tranſierant, terramque deſertam, quae inde LAETICA dicebatur, pro ſe liberisque ſuis a Romanis colendam accipiebant, quorum mentio fit, in *l. 10. et l. 12. C. Theod. de veteran. Lib. VII. tit. 20.* vbi fuſe in *Commentariis* ſuis Iac. Gothofredus.] De LAETIS illis frequentiſſimis per Galliam et Germaniam colonis, terraque LAETICA, copioſius egerunt Henr. Valeſ. *ad Ammian. Marcellin. Lib. XVI. Cap. 5. p. 111.* et *Lib. XX. Cap. 9. p. 194.* Tillemont *dans l' hiſtoire des Empereurs Liu. IV. part. 1. art. 8.* Cangius in *Gloſſar. Lat. p. 129. Tomi IV. edit. nou.* Ceterum probabilis eſt coniectura Aub. Miraei, qui in *notis ad Diplom. Belg. p. 548.* illam eſſe originem exiſtimat colonorum, in Germania paſſim obuiorum, quos nos vocamus *Laſſen*, Saxones *Laten*, Belgae *Laeten*: quamuis LAETOS, laſſos, et lidos, notationibus, et re ipſa diſtinguat Wachter. in *Gloſſar. Germ. Tomo I. p. 908. ſeqq. p. 930. p. 988.* HEIN.

LAETORIVS, A, VM. LAETORIA lex, cuius capita quaedam, obiter a me notata, expoſui *Lib. III. Select. Antiqu. Cap. 2.*

Vbi recte ſuſpicatus eſt doctiſſimus Briſſonius, lege hac LAETORIA aetatem legitimam XXV annis fuiſſe finitam. Praeterquam enim, quod Plautus *Pſeud. Act. I. ſcen. 3. v. 68.* eam legem inde vocat QVINAMVICENNARIAM; in *l. 2. C. Theod. de donat.* diſerte legimus: *Donec annos* LAETORIAE *legis egreſſus, legitimam compleuerit aetatem* Eius capita propoſuimus et nos, in *Hiſt. iur. ciuil. Lib. I. §. 99.* HEIN.

LAG.

LAGYNVS, I, menſurae genus. Scaeuola *l. 37. §. 2. D. de legat. III. Maenio liberto meo, de me nihil merito, dari volo* LAGYNOS *vini vetuſti centum quinquaginta.* Eſt ipſum Graecum λάγενος, male ſcriptum per Y. Ex λάγενος vero eſt Latinum LAGENA. Vtrumque pro menſura certa acceptum, reperio. Hieronymus certe *in vita S. Hilarionis* meminit *vineae centum* LAGENIS *vini aeſtimatae*, id eſt, ex qua tot lagenarum prouentus eſſe conſueuerit. HEIN.

LAI.

LAICI, λαϊκοὶ, ἀπὸ τῦ λαῦ, quaſi populares, clericis opponi ſolent. Ea vox ſaltim Saluiani temporibus non fuit ignota, qui ea vtitur *Lib. I. et Lib. V. de gubern. Dei.* Ceterum ridicula eſt vocabuli etymologia, quam ex Ioanne de Ianua adfert Cangius *ſub hac voce:* LAICVS *dicitur a* λαὸς, *populus, vel potius a* λᾶς vel λᾶος, *lapis. Inde* LAICVS, *id eſt, lapideus, quia durus, et extraneus a ſcientia litterarum.* Durum os, dignumqoe, cui ooo pugno, ſed lapide os exoſſuetur. HEIN.

LAM.

LAMINA, vel vt in Florentino ſcribitur, LAMNA, maſſa metalli tenuior, vel bractea. Argentum factum, quod neque in maſſa, neque in LAMNA inſit. *l. 27. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Vitruu. *Lib. VII. Cap. 9.* et *Lib. X. Cap. 9. Ferrea* LAMNA *fumatur.* Idem *Lib. V. Cap. 3. In aeneis* LAMINIS, *aut corneis.* Seneca *de benef. Lib VII. Cap. 10.* LAMINAE *vtriusque materiae Et de vita beata Cap. XXI. Paucae argenti* LAMELLAE.

LAMPADARIVS, *l. vlt. C. diuerſ. offic.* qui lampadibus ſeu facibus accendendis deſeruiont. Cuiusmodi officialium etiam fit mentio apud Iulianum Anteceſſorem *Nouell XXXVIII.* et in *Nouella Valentiniani vnica de lampadariis.* [Hanc Briſſonii interpretationem nocuit Cangius *in Gloſſar. p. 35. Tom. IV.*] Nimirum quum ex textibus laudatis pateat, LAMPADARIOS bos in comitatu praefectorum aliorumque maiorum magiſtratuom fuiſſe, eorumque numerum ſollicite definiri, vt quaternarium non poſſent excedere: recte negat Cangius, LAMPADARIIS accendendarum in palatio lampadum curam incubuiſſe, eosque potius magiſtratus, in publicum prodeuntes, cum lampadibus comitatos eſſe exiſtimat, in honorem imaginis Principis, quae iisdem magiſtratibus, teſte Caſſiodoro *Lib. VI. Var. Cap. 20.* praeferebatur, quamque μετὰ κηρῶν καὶ μετὰ κηρωψίας, *cum cereis et cereorum lumine* deferri conſueuiſſe, ex *Actis Synodi VII. act. I.* obſeruat. Hinc eosdem cum LAMPADARIIS eſſe ſtatuit ΔΑΔΟΥΧΟΥΣ, quorum fit mentio in marmore apud Spon. *Tom. III. Itinerar. Part. II. p. 18.* Hagc Cangius, qui et de LAMPADARIIS eccleſiae Graecae ibi erudite diſſeruit. HEIN.

LAN.

LANA, variis animalibus, molliore pilo praeditis, tribuitur. Sic reperimus LANAM anſerinam, caprinam, leporinam: *l. 70. §. 9. D. de legat. III.* ouium: *l. 4. §. vlt. D. de vſurpat. et vſucap. l. 7. §. 9. D. ſolut. matrim.* pecudum. *l. 28. D. de vſur.* ¶. 2. Eſt et LANA de ligno, quam ἐριόξυλον adpellant. *d. l. 70. §. 9. D. de legat. III.* Iul. Pollux *Lib. VII. Onomaſt. Cap. 17. ſegm. 75.* ἤδη δὲ καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλȣ τὶ ἔριον γίγνεται, ἐξ ȣ̃ τὴν ἐσθῆτα λινῆ ἄν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι, πλὴν τȣ̃ πάχȣς. *Nunc vero apud Aegyptios ex arbore* LANA *quaedam fit* LANA, *ex qua veſtem confectam lino maxime ſimilem eſſe, quiſpiam dixerit, ſola denſitate excepta.* Plin. *Lib. XVI Cap. 24. Inferior pars omnium lanuginem quantulamcumque habet, quae in aliis gentium* LANA *eſt.* Meminit lanigerarum arborum idem Plin. *Lib XII. Cap. 10. et 11.* qui et de generibus LANARVM, et earum praeſtantia conſulendus eſt, *Lib. VIII. Cap. 48.* ¶. 3. LANARVM vtique hae ex legibus differentiae colliguntur: *facta, infecta, lota, non lota, neta non neta ſuccida, tincta.* Addenda erat LANA *Marocorum*, cuius ioter merces vectigales fit mentio *l. 16. §. 7. D. de publican. et vectig.* De ea erudite ſuo more diſputat V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. IV. Obſeru. Cap. 5.* HEIN. ¶. 4. Ceterum de LANA notanda ſequentia: Si vir vxori LANAM donauit, et ex ea LANA veſtimenta ſibi confecit: *l. 39. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* [LANAM expedire: *l. 12. §. 5. D. de vſu et habit.*] LANA, ex qua quis quaſi veſtimentum fecerit: *l. 12. §. 1. D. ad exhib.* et quidem valetudinis vel deliciarum gratia: *l. 70. §. 1. D. de legat. III.* Si meam LANAM feceris purpuram: *l. 36. §. vlt. D. de adqu. rer. domin.* Si ex LANA furtiua veſtimentum feceris: *l. 4. §. 20. D. de vſurp. et vſucap.* LANAE infectae pondus: *l. 1. §. 40. D. depoſ.* Si cui LANA legetur, id legatum videtur, quod TINCTVM non eſt, ſed αὐτοφυές. Siue autem LANA FACTA eſt, ſiue INFECTA, et tam, quae NETA eſt, quam quae NETA NON eſt, item SVCCIDA et LOTA, modo TINCTA non ſit, LANAE adpellatione continetur. LANAE certe adpellationem eatenus extendi placet, quoad ad telam peruieniſſet: *l. 70. pr. et §. 1. D. de legat. III.* vbi, vt et apud Paullum *Lib. III. Sent. tit. VI. §. 82.* plora de huius vocis ſignificatione tractantur, ſimulque mentio fit LANAE *ſuccidae, lotae, pectinatae, et verſicoloriae*; purpura vero, aut ſtamen ſubtemenue hoc nomine contineri, negatur contra *d. l. 70. §. 2. D. de legat. III.* Vid. Schulting *Iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 375.* HEIN. LANA legata, veſtem, quae ex ea facta ſit, deberi non placet: *l. 88. D. de legat. III.* Si vxor LANA ſua operis ancillarum, viri veſtimenta ſui nomine confecit. *l. 31. §. 1. D. eod. tit.* LANA vti. *l. 12. §. 2. D. de vſu et habit.*

LANATVS, A, VM. LANA-

TAE

TAE pelles. *l. 70. §. 1. D. de legat. III.* Feſtus: *In pelle* LANATA *noua nupta conſidere ſolet.*

LANEVS, A, VM. LANEVM corpus: *l. 26. D. de adquir. rer. domin.* LANEA veſtimenta. *l. 23. §. 1. D. de aur. arg. leg.*

LANGVERE, aegrotare. Dum LANGVET libertus. *l. 34. D. de oper. libert.*

LANGVESCERE, *l. 22. D. de SC. Silan.* id eſt, aegrotare. ¶. 2. [Metaphorice ad rempublicam transfertur. Reipublicae incommodum eſt, curias hominum paucitate LANGVESCERE. *l. 32 C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

LANGVOR, IS. vt ait Non. Marcellus, *eſt torpor et deſidia, item diſſolutio, et defectio.* LANGVOR animi; *l. 44. §. 6. D. de vſurp. et vſucap.* LANGVOREM ſimulare: *l. 6. §. 5. D. de re milit.* LANGVORE ſuo ſuorumque adprehenſus. *l. 26. §. 6. D. mand.*

[LANIFICIVM. Ancillam mittere ad lanificium. *l. 12. §. 6. D. de vſu et habit.*]

LANIFICVS, A, VM. LANIFICAE, quae familiam ruſticam veſtiunt. *l. 12. §. 5. et 6. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* De hac voce plura Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 407.* HEIN.

LANIPENDIA, *l. 31. D. de donat. int. vir. et vx.* quae operas ad laneum veſtimentum conficiendum praeſtat, aut, vt alii ſentiunt, quae lanam carminandam, pectendam, nendam, texendamue lanificis praebet. Ita recte interpretatur Cuiac. *Lib. IX. Obſeru. Cap. 30.* Nam in Gloſſario vetere LANIPENDIVS, vertitur *σταθμοῦχος ἐρίων, qui lanas adpendit.* et LANIPENDENS *σταθμοῦχος γυνή, ἡ τὸν σταθμὸν παρέχουσα ταῖς ἄλλαις. Mulier quae adpendit, et aliis penſum tribuit.* Alibi eſt *ταμιακὴ τῶν ἐρίων, lanarum cuſtos.* Apud Reineſ. *Claſſ XI. Inſcr. 38.* et apud Sponium *Miſc. VI. p. 223.* LANIPENDA vocatur. Adde Ducker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 407.* HEIN.

LANISTA, *l. 11. C. Theod. de poen.* gladiatorum magiſter.

LANIO. LANIONIS inſtrumentum: *l. 18. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* LANIONIS taberna. *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.*

LANIVS, victimarius. *l. vlt. D. de iur. immunit.* Varro *Lib. III. de re ruſt. Cap. 5.* LANII, *qui ad cultrum bouem emunt, et qui ad altaria, hoſtiae ſanitatem non ſolent ſtipulari.* Feſtus: *Lacerare, diuidere, comminuere eſt: ex quo dictus* LANIVS, *qui diſcidendo lacerat pecora.* Donat. *in Terent. Eunuch. Act. II. ſcen. 2.* LANII, *qui laniant pecora: vnde et laniſtae dicti, qui laniandis praeſunt gladiatoribus.*

LANX, paropſis. Si me rogaueris, vt ſeruum tibi cum LANCE commodarem, et ſeruus LANCEM perdiderit: *l. 5. §. 13. D. commod.* Si LANCEM conflauerint, aut conflari ab aliquo paſſi fuerint: *l. 22. D. depoſ.* Si LANCEM legauerit, et maſſam fecerit: *l. 44. §. 2. D. de legat. I.* LANCES numero duas, leues, quas de ſigillaribus emi: *l. 102. §. 1. D. de legat. III.* LANCI adſcribenda etiam materia eſt, vtrum argentea, an aurea, an alia quae ſit: *l. 19. D. de furt.* LANCIS materia et pondus: *l. 1. §. 40. D. depoſ.* LANX maxima, minor, minima, mediae magnitudinis: *l. 81. D. de aur. arg.* LANX quadrata, rotunda: *l. 6. D. de rei vind.* Qui LANCEM raſit, totius fur eſt: *l. 22. D. de furt.* LANCIS praeterea fit mentio in *l. 7. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 4. D. de reſcind. vendit.* ¶. 2. LANX pro trutina. Vnde *aequa* LANCE. *l. 20. D. de re iudic.* id eſt, ex aequo, vel aequaliter. Aequa LANCE hereditatem et agrum diuidere: *l. 23. C. de legat.* Liberis tam maſculi, quam feminini ſexus, aequa LANCE parique modo proſpici poſſit: *l. 17. C. de collation.* Vt ex vtraque parte aequa LANCE, et aequitas, et poena ſeruetur: *l. vlt. C. de repud.* Aequa LANCE et mares, et feminae vocantur. *l. 4. C. de liber. praeterit.* ¶. 3. LANCE *et licio* furtum concipere quid fuerit, explicat Feſtus, ex quo lucem accipit Gell. *Lib. I. Cap. vlt.* Adde infra LICIVM.

LAP.

LAPICIDINA, ait Feſtus, locus, vbi exſcinduntur lapides. Ita *l. 3. D. de ſeruit. praed. ruſt. l. 3. §. vlt. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* vel fundus, in quo lapis caeditur. *l. 8. D. ſolut. matr.* Tales LAPICIDINAS primus Cadmus Thebis, aut, vt alii cenſent, in Phoenice inueniſſe fertur, quemadmodum Plin. *Lib. VIII. Cap. 56.* tradit. LAPICIDINARVM vero differentias vide apud Vitruu. *Lib. II. Cap. 7.* ¶. 2. Huc pertinent loquutiones: LAPICIDINAS aperire: *l. vlt. D. de fund. dot.* Si conſtat, in tuo agro LAPICIDINAS eſſe: *l. 13. §. 1. D. commod.* LAPICIDINAS in eo fundo, vbique eſſent, exceptae erant: *l. 77. D. de contrah. emt.* Si LAPICIDINAS habeant fundus: *l. 9. §. 2. D. de vſufruct.* Cuius LAPICIDINAE fundo tuo immineant; *l. 5. D. de ſeru. praed. ruſt.* LAPICIDINAS inuenire: *l. 7. §. 13. D. ſolut. matr.* LAPICIDINAE marmoreae; *d. l. 7. § 13. D. ſol. matr. l. vlt. D. de fund. dot.* In eo fundo repertae erant LAPICIDINAE. *l. 77. D. de contr. emt.*

LAPIDARIVS, *l. vlt. D. de iur. immunit. l. 2. C. Theod. de excuſ. artif.* LAPIDARIVS faber, cui commodatus ſeruus ſub machina periit. *l. 5. §. 7. D. commod.* Sed, qui lapides caedunt, LAPICIDAS vocari, Varro *Lib. VII. de lingu. Lat.* ſcribit.

[LAPIDATIO grandinis. *l. 4. C. de maleſ. et mathem. l. 3. C Theod. eod. tit.*]

[LAPIDEVS, A, VM. LAPIDEVM

DEVM riuum facere: *l. 1. §. 10. D. de riuis.* quamuis τὸ LAPIDEVM ibi a manu Triboniani eſſe cenſeat cum Briſſonio Dionyſ. Gothofredus.]

LAPILLVS, per deminutionem a lapide. Hinc LAPILLVM *iactare*, et iactus LAPILLI. Vel manum opponentis, LAPILLVMue iactantis, prohibendi gratia: *l. 20. D. quod vi aut clam.* Per manum, id eſt, LAPILLI ictum prohibere: *l. 5. §. 10. D. de oper. nou. nunc.* Si quis iacto vel minimi LAPILLI prohibetur facere: *l. 1. §. 6. D. quod vi aut clam.* Si LAPILLI iactu impedierit. *l. 6. §. 1. D. ſi ſeru. vindic.* Ex tot vero locis, ſatis perſpicuis abunde intelligitur, iactum lapilli non eſſe diiectionem materiae, quam interpretationem ne verba quidem admittunt, ſed ritum quemdam ſymbolicum, quo nouum opus nuncians vti ſolebat, ſi priuatim aedificantem prohibere vellet. Rem ſuo more erudite et ſolide illuſtrauit V. C. Eu. Otto *in Iurisprud. Symbol. Exerc. II. Cap. 9 p. 179.* HEIN. ¶. 2. LAPILLI etiam gemmae, et quilibet lapides minuti, colore, ſplendore vel pretio excellentes ab auctoribus noſtris vocantur. Sic LAPILLI, quos in littore inuenimus; *l. 3. D. de diuiſ. rer.* LAPILLI contrariae gemmis naturae, et Obſiani Venientani (Veientani,) *l. 19. §. 17. D. de aur. arg. legat.* LAPILLI rudes: *d. l. 25. §. 11. D. eod. tit.* vti LAPILLI *niuei et virides* apud Horat. *Lib. I. Serm. ſat. 2. v. 80.* Notum eſt, quid inter viros doctos de diſcrimine quod inter LAPILLOS et *gemmas* ſtatuit Vlpianus, *l. 19. §. 17. D. de aur. arg. legat.* diſputetur. Quum enim gemmas pro perlucidis, lapillos pro contrariae naturae materia accipiat, iam pridem obſeruarunt viri docti, veteres auctores id diſcrimen non ſeruaſſe, qui et gemmas vocarint lapides, et lapidum perlucentium paſſim meminerint. Vid. Ducker. *de Latin. vet. iurisconſ. p. 291. ſequ.* Sed quum Vlpianus eo loco auctoritate Seruii, Sabini, Caſſii, vtatur: vix dubitare licet, Vlpianum, non quae ex vſu ſit horum vocabulorum ſignificatio, ſed quomodo ea iurisconſulti intelligant, tradere voluiſſe. Quis enim dixerit, ea, quae auctores noſtri de notione vocabulorum auri, argenti, veſtimentorum, tritici, vini, olei tradunt, vſui eorum vocabulorum quotidiano conuenire? HEIN.

LAPIS. Ea adpellatione generaliter Saxum quodlibet, ſiue ad aedificandum aptum, ſiue non, continetur, qui ex lapicidinis caeditur. *l. 13. §. vlt. D. commun. praed. ruſtic.* Sic: per LAPIDEM aqua ducitur. *l. 17. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu.* [id eſt per incilia lapide ſolido constructa: *l. 1. §. 5.* et *§. 10. D. de riu.* Cuiac. *ad l. 15. D. de ſeruit. praed. ruſtic.*] LAPIDEM caedere: *l. 13. §. vlt. D. commun. praed. l. 9. §. 2. D. de vſufr. l. 39. §. 4. D. de legat. I.* Ius illi non eſſe, in ſuo LAPIDEM caedere, vt in meum fundum fragmenta cadant: *l. 8. §. 5. D. ſi ſeru. vindic.* Fundus, in quo LAPIS caeditur: *l. 8. D. ſol. matr.* Si ex plauſtro LAPIS ceciderit: *l. 27. §. 33. D. ad leg. Aquill.* LAPIDES in Tiberim demerſi naufragio, et poſtea extracti *l. 13. D. de adquir. poſſeſſ.* Si is, qui LAPIDES ex fundo emerit, tollere eos nolit: *l. 9. D. de action. emt.* Si in confinio LAPIS naſcatur, et ſint pro indiuiſo communia praedia: tunc erit lapis pro indiuiſo communis, ſi terra exemtus ſit: *l. 8. D. de adquir. rer. dom.* LAPIDES eximendi ius. *l. 6. §. 1. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* Statim quum LAPIS exemtus eſt; *l. 6. D. de donat.* LAPIS, qui per vtrumque fundum extenditur, quamdiu cohaeret fundo, e regione cuiusque finium, vtriusque eſt, nec in communi diuidundo iudicium venit: ſed quum exemtus eſt, communis pro indiuiſo fit. *l. 19. D. comm. diuid. l. 83. D. pro ſoc.* Eouehere lapidem: *l. 6. D. de donat.* LAPIDES inaedificati remoti, in hoc detracti, vt alibi reponerentur: *l. 43. D. de rit. nuptiar.* Vicino, cuius lapicidinae fundo tuo immineant, poſſe te cedere ius ei eſſe, terram, rudus, ſaxa iacere, poſita habere, et vt in tuum LAPIDES prouoluantur, ibique poſiti habeantur, et inde exportentur: *l. 3. §. 2. D. de ſeru. praed. ruſtic.* LAPIDVM vero in iure noſtro hae differentiae occurrunt, LAPIS *quadratus*, ſtratus, ſtructilis: *l. 6. §. 5. D. ſi ſeruit vindic. l. 17. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* *Super pilas* LAPIDE *quadrato ſolum ſtratum eſt.* Curt. *Lib. V. Cap. I.* Vitruu. *Lib. II. Cap. 7.* *Nec ſolum ea in quadratis* LAPIDIBVS *ſunt obſeruanda, ſed etiam in caementitiis ſtructuris.* Eiusdemque capitis initio *quadratorum ſaxorum* et *caementorum* diuerſam cauſſam facit. Apud eumdem Vitruuium haec quoque lapidum genera memorantur: *durus, mollis, rudis, frontatus, centenarius.* Si toto fundo ſub terra eſt LAPIS: *l. 77. D. de contrah. emt.* E ſepulcris hoſtium LAPIDES ſublatos in quemlibet vſum conuertere poſſumus. *l. 13. D. de ſepulcr. violat.* ¶. 2. LAPIS teli nomine continetur. *l. 233. §. 2. D. de verb. ſignific. §. 5. Inſt. de iudic. publ.* Arma ſunt omnia tela, hoc eſt, fuſtes et LAPIDES. *l. 3. §. 2. D. de vi et vi arm.* Cum telis LAPIDIBVSue in vrbe ſint. *l. 1. D. ad leg. Iul. maieſt.* Si defendendi mei cauſſa LAPIDEM in aduerſarium miſero: *l. 45. §. 4. D. eod. tit.* LAPIDE iactato: *l. 5. D. ad leg. Iul. maieſt.* LAPIDE percuſſus: *l. 1. §. 17. D. ad SC Silan.* LAPIDE vulnerare: *l. 6. §. 6. D. de re milit.* ¶. 3. LAPIDES ſpeciatim pro marmoribus. *l. vlt. §. vlt. D. qui pot. in pign.* ¶. 4. LAPIS pro gemma vel lapillo. LAPIS vniuerſus: *l. vlt. § 7. D. de public. et vectigal.* LAPIDES exemtibiles: *l. 25. §. 11. D. de aur. arg. legat.* ¶. 5. LAPIDES, id eſt, termini finium cauſſa poſiti: *l. 2. D. de term. mot.* Tibull. *Lib. I. Eleg. 3.*

Non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arua, LAPIS.

Ouid. *Lib. II. Faſtor. v. 641.*

Termine, ſiue LAPIS, *ſiue es defoſſus in agro*
Stipes.

¶. 6. Porro LAPIDIBVS, id eſt, lapideis columnis, olim diſtincta fuiſſe viarum ſpatia, docui *Lib. IV. ſelect. antiqu. Cap 8.* quorum dinumerationem ab vrbis milliario inchoabant, ., vt inde primum, ſecundum, tertium, et deinde reliquos numerarent. LAPIDES autem illi mille paſſuum interuallo disiungebantur, ac proinde *primo ab vrbe lapide*, nihil aliud eſt, quam primo milliario, ſeu mille paſſibus ab vrbe. Si quid intra centeſimum LAPIDEM admiſſum; *l. 1. §. 4. D. de offic. praef. vrb.* Tutor excuſare ſe poteſt, ne vltra centeſimum LAPIDEM tutelam gerat. *l. 21. §. 2. D. de excuſat.*

§. 16. *Inſt. eod. tit.* *Vltra* LAPIDEM *tertium.* Sueton. *in Claud. Cap. XXIII.*

LAPSVS, VS. in primis de tempore ſinito praeterito vſurpatur. Sic: LAPSV gemino et ſecundo: *l. vn C. Theod. de ſecund. lapſ. Lib. XI. tit. 32.* LAPSVS temporis iteratus. *l. 2. C. Th. de reparat.*

LAQ.

LAQVEARIVS, *l. 2. C. Theod. de excuſat. artif. Lib. XIII. tit. 4.* [Eos LAQVEARIOS Iuſtinianus omiſit in *l. 1. C. eod. tit.* Erant vero, qui laquearia, vel lacunaria, de quibus ſupra, affabre conſtruebant.] Vid. ſupra LACVNAR.

LAQVEVS, reſtis, ex linu tortus. Hinc LAQVEO animadoertere: *l. 8. §. 1. D. de poen.* quae eſt ſuſpendii poena, apud Romanos, vt ex hac ipſa lege patet, iouſitata. Cic. *in Verr. IV, 17. Collum in* LAQVEVM *inſerente.* Auſon. *Epigr. XXII.* *Qui LAQVEVM collo nectebat.* In LAQVEVM, quem venandi cauſſa poſueras, aper incidit: *l. 55. D. de adquir. rer. domin.* Si LAQVEOS eo loco poſuiſſes, quo ius ponendi non haberet, et pecus vicinum in eus inciderit. *l. 29. D. ad leg. Aquill.* LAQVEVM torſit ſeruus: *l. 23. §. 3. D. de Aedil. edict.* ¶. 2. Metaphorice LAQVEI vocantur res omnes, quae intricant. LAQVEI actionum perpetui: *l. 1. C. Theod. de Epiſcop. iud.* nouae conſtitutionis: *l. 3. C. Theod. de veſt. olouer. Lib. X. tit. 21.* diſcuſſionum: *Nouell. Theodoſ. et Valent. ne curial. praed. alien.* LAQVEI ignorationis deceptae: *l. 16. Cod. Theod. de petit. et vltr. dat.* LAQVEI iuris: *l. vn. C. ſi rect. pronunc.* legis: *l. 9. C. Theod. de diuerſ. offic. l. 4. C. eod. de habitu, quo vt. Nouell. Theodoſ. et Valentin. ne curial. praed. alien.* [In *l. 2. C. Theod. de abolit. Lib. IX. tit. 37.* LAQVEVS legis, quo ſe accuſator adſtringit, eſt inſcriptio in crimen.] LAQVEVS neceſſitatis. *l. 2. C. Theod. de his, qui per met. iud. non adpell.*

LAR.

LAR, et in numero pluratiuo LARES, erant Dii familiares Romanorum. At apud iurisconſultos in vtroque numero ſignificat domicilium. Si LARIBVS carendom haberet: *l. 38. D. de rei vind.* Eodem ſenſu LARES *patrios* dixit Ouid. *de remed. amor. v. 239.* Et Tibull. *Lib. II. Eleg. 4.*

Quin etiam ſedes iubeat ſi vendere auitas:
Ite ſub imperium, ſub titulumque LARES.

LAREM matrimonio collocare: *l. 1. §. 2. D. de adgnoſt. et alend. lib.* [Ad eam prouinciam, ex qua oriundus eſt, vel in qua collocauerit LAREM atque domicilium: *l. 4. C. Theod. de exſequutor. Lib. VIII. tit. 8.* LARIS collocatio: *l. 52. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] Vbi quis LAREM, rerumque ac fortunarum ſuarum ſommam conſtituit: *l. 7. C. de incol. Lib. X.* [LAREM transferre familiarem: *l. 1. C. Theod. ſi curial. relict. ciuit. Lib. XII. tit. 18.* LAREM fouere in prouinciis: *l. 5. l. 9. C. Theod. de ſenator. Lib. VI. tit. 2.* Inſtruendi LARIS idoneum tempus: *l. 27. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.* Qui poſuerunt LAREM atqoe domicilium: *l. vlt. C. Theodoſ. de teſtimon. Lib. VII. tit. 21.* Vxor in priore LARE derelicta, pro ea, quae in domum mariti nondum deducta eſt. *l. 6. pr. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 3.*] Ad LARES ſuos reuerti: *l. 11. C. de ſentent. paſſ.* [Ad propriae originis ſtirpem LAREMque reuocari: *l. vlt. C. Theod. de metall. Lib. X. tit. 19.* Extra prouinciam LAREMque ſuum: *l. 3. C. Theod. de donat. Lib. VIII. tit. 12.*]

LARDVM vel LARIDVM, *l. 1. C. de erogat. milit. annon. Lib. XII.* Macrob. *Lib. VII. Saturn. Cap. 12.* *Salitam carnem, quam* LARIDVM *vocamus, vt opinor, quaſi large aridum.* LARDVM autem militibus erogari conſueuiſſe, ex *d. l. 1.* adparet. Exſtat apud Trebell. Pollion. *in Claud. Cap. XIV.* Valeriani *Epiſtola ad Zoſimionem,* procuratorem Syriae, qua Claudio, tribuno legionis, dari inter cetera LARDI *libras duo millia* praecipit. Qoin etiam inter annonarias ſpecies *carnis porcinae pondo triginta* legere eſt apud Vopiſcum *in Aureliano Cap. IX.* Ac plane LARDI adpellatione porcinam carnem ſalitam, non illud tantum pingue et candidum ſuillum, quod vulgo apud nos LARDI nomen obtinet, intelligi, iudicio eſt *rubentis* epitheton, LARDO adiunctum a Martiale *Lib. V. Epigr. 79.* illo verſu:

Et pallens faba, cum rubente LARDO.

LARGIANVS, A, VM. LARGIANVM SC. de libertorum ſucceſſione ſcriptum, quo cauebatur, vt liberi manumiſſoris non nominatim exheredati in Latinorum libertorum bonis extraneis eorum heredibus praeferrentur. *§. vlt. Inſt. de ſucceſſ. libert. l. vn. pr. C. de Latin. libert. toll. Nouell. LXXVIII. praefat.* Conditum eſt hoc SC. primo imperii Claudii Caeſaris anno, ipſo Claudio et L. Licinio Caecina Largo Coſſ. vti oſtendimus *in Hiſt. iur. ciu. Lib. I. §. 218. p. 214.* HEIN.

LARGE, LARGIVS, aduerbium. LARGIVS poſſunt libertates per fideicommiſſum dari, quam directo. *l. 16. D. de fideicomm. libert.*

LARGIRI, vulgo eſt liberaliter aliquid dare vel erogare, ſeu liberalitatem aliquam exercere. Siue dimiſerint, ſiue LARGITI ſint: *l. 4. D. de decret. ab ord. fac.* LARGIRI ex alieno: *l. 54. §. 1. D. de furt.* Liu. *Lib. III. Cap. 1.* *Tribunitiis ſeſe iactare actionibus principem ciuitatis, et,* LARGIENDO *de alieno, popularem fieri quaerentes.* Sponte munus LARGIVNTVR: *rubr. Nou. Theod. et Valent. de his, qui ſpont. mun. larg.* LARGIRI de ſuo: *l. 40. D. de iur. fiſc.* ¶. 2. LARGIRI etiam pati, ferre, admittere, concedere ſignificat. Si auus LARGIRETVR: *l. 14. §. 2. D. quod met. cauſſ.* Si beneficium aetatis LARGITVR: *l. 2. C. de in int. reſtitut. l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic.* Licet portio LARGIATVR: *l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid.* Si LARGIATVR portio: *l. 7. D. de fideic. libert.* Quum reditus LARGIATVR annuam praeſtationem, id eſt, ſi ſufficiat annuae praeſtationi: *l. 25. §. vlt. D. ad leg. Falc.*

Quum

Quum ex reditu legata ſint, qui LARGITVR, id eſt, ex quo annua praeſtatio redigi poteſt: *l. 21. §. 1. D. de ann. legat.* Si bonorum poſſeſſionis tempus LARGIRETVR: *l. 30. D. de minor.* Columella *de re ruſt. Lib. V. Cap. 9.* *Vel, ſi tempus non LARGITVR, priusquam ſtramentis incendantur ſcrobes.* Si tempora LARGIVNTVR: *l. 31. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 1. §. 1. D. de ſucceſſ. edict.* Si tempora petendae bonorum poſſeſſionis ex teſtamento LARGIEBANTVR. *l. 1. §. 1. D. ſi tab. teſt. non exſtab.*

LARGITAS, id eſt, liberalitas, ſeu indulgentia. *l. 4. C. de ſecund. nupt.* LARGITAS animi: *l. 5. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* LARGITAS Auguſta: *Nouella Valentiniani et Marciani de praed. piſtor.* fructuaria: *Nouell. Theod. et Valentin. vn. neque domum diuinam.* Imperialis: *l. vlt. §. 13. C. de iur. delib. l. 53. C. Theod. de oper. publ.* noſtra: *l. 2. C. de quadr. praeſcr.* principalis: *l. 4. C. Theod. de conlat. donat.* ſpecialis: *l. vlt. C. de fruct. et lit.* ſponſalis: *l. 2. C. Theod. de repud.* ſponſalitia: *l. 4. §. 1. C. de ſecund. nupt. Nouell. Leon. et Maiorian. vn. de ſanctimonial.* ἡ διὰ τὺς γάμυς δωρεὰ vocatur *Nouell. CXIX. Cap. 1.* ſponſalium: *l. 4. C. de ſecund. nupt.* cuiuslibet tituli: *l. 8. C. Theod. de matern. bon.*

LARGITER, prolixe. LARGITER refert, *l. 5. C. de fideic. libert.* id eſt, multum intereſt. LARGE autem et LARGITER hoc differre Iulius Modeſtus exiſtimabat, quod LARGE *ſit qualitatis*; LARGITER *quantitatis*, vt Soſipat. Chariſ. *Lib. I.* refert.

LARGITIO, id eſt, donatio. *l. 24. C. de donat. int. vir. et vxor. l. 1. C. Theod. de bon. proſcript.* LARGITIO principalis. *l. 2. C. quib. ad libert. proclam.* ‖. 2. LARGITIONES, pro aerario principis, fiſco, theſauris, et, vt vulgo loquimur, *finanstis. l. 12. l. 13. C. Theod. de ſuſceptor. praepoſ.* Hinc ſeparantur ab *arca* ſublimium poteſtatum. *l. 6. C. Theod. de indulg. debit.* Vnde in *l. 3. C. Theod. eod. tit.* *Omnium titulorum, ſiue quae ad illuſtres viros, praefectos praetorio, ſiue qui ad* LARGITIONES *noſtras pertinent.* Ita intelligendae LARGITIONES diuinae: *l. 13. C. de murilegul. Lib. XI.* LARGITIONIBVS inferre; *l. 21. C. de appellat. l. 13. §. 8. C. de iudic. l. 2. C. Theod. de ſepulcr. viol. l. vlt. C. Theod. de Iudaeis.* Relatae in LARGITIONIBVS facultates: *l. 6. C. Theod. de falſ. mon.* LARGITIONES ſacrae: *l. vlt. C. de his, qui ex pub. ratioc. Lib. X. l. 1. C. de can. largit. tit. Lib. X. l. 13. C. Theod. de murileg. et gynaec. l. 2. C. Theod. de his, qui cum diſp. contr. l. 38. C. Theod. de nauicular. Nouell. Theodoſ. et Valentiniani de metat.* et aliis infinitis Codicis Iuſtinianei et Theodoſiani locis. Ceterum qui palatini ſacrarum LARGITIONVM dicuntur in *rubr. C. de palat. ſacr. largit. Lib. XII.* hi in *l. 10. eod. tit.* adpellantur *palatini ſacrarum remunerationum, rationem tractantes.* Symmach. *Lib. I Epiſt 29.* *Palatini muneratiouum ſacrarum comites.* Sed et *munerationum ſacrarum comites* in *l. 2. C. de commeat. Lib. XII.* adpellantur, qui alias comites LARGITIONVM vocantur. Vetus Gloſſarium Bibliothecae Regiae: Πριβάτα τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδίως διαφέροντα. Ἄλλα δέ ἐςι τὰ δημόσια τέλη, ὑπὸ τὸν Κόμητα λαργιτιόνων ταῖς δημοσίαις ὑπουργῦντα χρείαις. Λαργιτίονες δέ εἰσι δύο, τὰ σάκρα, καὶ τὰ πριβάτα. Δύο γάρ εἰσι βασιλικοὶ θησαυροὶ, οἱ ἰδιάζοντες τῆς βασιλείας, ὅιον τῶν Λαργιτιόνων, καὶ ὁ δημόσιος ὁ τῦ Φίσκυ. *Priuata, quae ad domum Auguſtam ſeparatim pertinent. Ab his enim diuerſi ſunt publici reditus, qui ſub Comite* LARGITIONVM *publicis neceſſitatibus deſeruiunt.* LARGITIONES *vero ſunt duorum generum, ſacrae et priuatae: ſiquidem et duorum generum ſunt imperatorum theſauri, vnus priuatus domus auguſtae, qualis eſt largitionum: alter publicus, fiſci.* LARGITIONES ſacrae, vel priuatae. *l. 2. C. de canon. largit. tit. Lib. X.* LARGITIONIBVS noſtris vindicandum. *l. 7. C. Theod. de falſ. monet.* Sed de his omnibus vide ſupra *Lib. III.* articulum COMES.

LARGITIONALIS. *l. 13. C. de ſuſcept. praepoſ. et arc. l. 1. C. de agent. in reb.* LARGITIONALE aurum, *l. 3. C. de ſuſcept. praepoſ. et arear.* [*l. 30. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. 6.* id eſt, quod ad ſacras largitiones pertinet] LARGITIONALES ciuitatum: *l. 10. C. de ſuſc. praed. et dec. l. vn. C. de praeſ. adp. magiſtr.* LARGITIONALES comitatenſes et officiales: *l. 6. C. Theod. de diuerſ. offic.* LARGITIONALES tituli: *l. 12. C. de vectigal. rubr. C. de canon. largition. tit. Lib. X.* et λαργιτιοναλίων τίτλων in *Edicto Iuſtiniani XIII.* LARGITIONALES vrbium ſingularum. *l. 3. C. de priuileg. cor.* Sunt ergo LARGITIONALES, vel palatini LARGITIONALES, qui pecuniam illam, vel ſpecies, ad ſacras vel priuatas largitiones pertinentes, vt veſtes, purpuram, aurum, ſuſcipiebant, et in aerarium fiſcumue inferebant. Tituli LARGITIONALES ipſae ſpecies, ſacris vel priuatis largitionibus inferendae. Rem omnem accuratiſſime expoſuit Claud. Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. 175. ſequ.* HEIN.

LARGVS, A, VM. LARGAE facultates: *l. 1. §. 4. D. de tut. et rat. diſtr.* LARGIVS tempus tribuitur. *l. 1. D. de ſucceſſ. edict.*

LARVALIS, E. LARVALIS habitus. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 2.* Sed ibi dubia lectio. Alii enim codices habent barbarum habitum, alii latronalem, alii laruslem, quod probat etiam Cuiac. *Obſ. Lib. XXI. Cap. 22.* Adde Schulting. *Iuriſpr. vet. anteiuſt. p. 345. ſequ.* HEIN.

LAS.

LASCIVIA, pro petulantia, et inſolentia. Et hinc iunguntur *per* LASCIVIAM, et *non data opera. §. 11. Inſt. de obligat. quae quaſi ex delict.* Si exercitus praeteriens per LASCIVIAM aliquid abſtulit: *l. 15. §. 2. D. locat.* Per LASCIVIAM lapſi: *l. 6. §. 7. D. re milit.* Quum quidam per LASCIVIAM cauſſam mortis praebuiſſet. *l. 4. §. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* ‖ 2. LASCIVIAE vero nomen non in homines modo, ſed in cetera quoque animantia cadit. Animalium nomine, quae ratione carent, ſi qua LASCIVIA pauperiem fecerint. *princ. Inſt. ſi quadr. paup. fec. dic.*

LAS.

LASER, eſt laſerpitii, quod Graeci σίλφιον vocant, ſuccus, Columella *Lib. VI. de re ruſt. Cap.* 17. *Radix, quam Graeci σίλφιον vocant, vulgus, noſtra conſuetudine,* LASERPITIVM *adpellat.* Cuius vnam Cyrenaicam prouinciam, (vt non omnis fert omnia tellus,) feracem olim habitam, Vitruu. *Lib. VIII. Cap.* 3. docet his verbis: *Quod ſi terra generibus humorum non eſſet diſſimilis et diſparata, non tantum in Syria et Arabia, in arundinibus et iuncis, herbisque omnibus eſſent odores, neque arbores turiferae, neque piperis darent baccas, nec myrrhae glebulas, nec Cyrenis in glebulis* LASER *naſceretur.* Vnde *Cyrenas* LASERPITIFERAS. Catullus *in Carmine ad Lesbiam VII.* dixit. Columella quoque *de Arborib. Lib. I. Cap.* 23. LASER *Cyrenaicum* adpellat. Plin. *Lib XIX. Cap.* 3. *Ad proximum dicetur auctoritate clariſſimum* LASERPITIVM, *quod Graeci σίλφιον vocant, in Cyrenaica prouincia repertum, cuius ſuccum vocant* LASER, *magnificum in vſu medicamentisque, et ad pondus argentei denarii penſum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani, qui paſcua conducunt, maius ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis, noſtra repertus memoria, Neroni principi miſſus eſt.* Quamquam aliam ob cauſſam inde a Strabonis, qui ſub Auguſto vixit, temporibus rareſcere, ac propemodum deficere coepiſſe ſuccum hunc, ipſemet Strabo *Libro XVII. p.* 1194. teſtatur his verbis: Ὁμορεῖ δὲ τῷ κυρηναίῳ ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα, καὶ τὸν ὀπὸν κυρηναικὸν, ὃν ἐκφέρει τὸ σίλφιον ὀπισθέν· ἐγγὺς δ᾽ ἦλθε τοῦ ἐκλιπεῖν ἐπελθόντων τῶν βαρβάρων κατὰ ἔχθραν τινὰ καὶ φθειράντων τὰς ῥίζας τοῦ φυτοῦ. *Cyrenaeis finitima eſt regio, quae laſerpitium producit, et Cyrenaicum ſuccum, quem ſilphium expreſſo et coagulato ſucco dat. Id propemodum defecit, quum aliquando barbari, impreſſione facta radices eius paene omnes, odio impulſi, eruiſſent.* Atque hoc eſt σίλφιον λιβυκὸν, *laſerpitium Libycum*, in illis verſibus, quos ex Antiphanis Philothebaeo citat Athenaeus *Lib. XIV. Cap.* 4. *p.* 623. Interpres Ariſtophanis *in Equitibus:* Σίλφιον δὲ ῥίζα κατά τινας ἡδύοσμος, ἐν λιβύῃ γινομένη, ἀρτυτικὴ καὶ θεραπευτική. Καλλεῖται δὲ ἡ κυρηναική, ὅτι τῷ ὀπῷ, καὶ τῇ ῥίζῃ, καὶ τῷ καυλῷ τοῦ σιλφίου, ἐχρῶντο. *Silphium vero eſt radix, ſecundum quosdam iucunde olens, quae in Libya prouenit, condimentis apta, et in medico vſu ſalubris. Optimum eſt Cyrenaicum, quod et ſucco eius, et radice, et caule vti poſſis.* Idem in *Auibus:* Σίλφιον τὸ ἐν λιβύῃ γενόμενον, θεραπεύει πολλά. ἔστι δὲ καὶ πολυτίμητον. *Silphium, quod in Libya naſcitur, ad multa ſalubre eſt. Eſt vero magni pretii.* Sed et in Pluto de laſerpitio agens: Καὶ τὸ φύλλον, ait δὲ αὐτοῦ, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ κλάδος, καὶ ὁ ὀπὸς, καὶ ἁπλῶς τὸ πᾶν αὐτοῦ, πολλῆς τιμῆς ἄξιόν ἐστιν. *Et folium eius, et fructus, et caulis, et ſuccus, et ſimpliciter omne, quod in eo eſt, magni pretii eſt.* Admonendi tamen ſumus, ne in fraudem Vitruuii verbis inducamur, Syriam quoque, et Mediam, laſerpitium tuliſſe, quemadmodum Theophraſtus *Lib. VI. Cap.* 3. et Dioſcorid. *Lib. III. Cap.* 78. teſtantur. Huiusmodi autem laſerpitii ſuccus propter praeſtantiam ſuam ſibi proprium fecit commune ὀποῦ, id eſt, *ſucci* nomen. Ὀποῦ namque adpellatione apud medicos Graecos, LASER κατ᾽ ἐξοχὴν exauditur. Galenus *Lib. VIII. de ſimplici medic. facult. Cap.* 12. *p.* 215. *Tom. XIII. Oper.* quo capite de ſucco Cyrenaico agit: Ῥίζης γὰρ ἧς τινὸς οὖν, ἢ καυλοῦ τμηθέντος τὸ ῥέον ἐκ τῆς τομῆς παχὺ καὶ γλίσχρον ὀπός ἐστιν. ἰδιαίτερον δὲ οὕτω καθ᾽ ὑπεροχήν τινα τὸν Κυρηναϊκὸν, οὕτως ὀνομάζουσι, καὶ τὸν Μηδικὸν, καὶ τὸν Συριακόν. *Quauis namque radice inciſa, aut caule, quod ex vulnere craſſum ac lentum effluit, ſuccus eſt. Ceterum ſpecialius, et velut per excellentiam quamdam Cyrenaicum ita adpellant, et Medicum, et Syriacum.* Ac plane a Palladio *Lib. III. Cap.* 29. LASER ὀπὸς κυρηναικὸς, *ſuccus Cyrenaicus* adpellatur. Verum ὀπὸν hunc inſcite ac perperam, qui Galenum ſequuti ſunt, Paullus Aegineta et Oribaſius in OPIVM transformarunt: qui error etiam ad Iſidorum manauit, cuius verba *Lib. XVII. Orig. Cap.* 9. ſunt haec: LASER, herba, naſcitur in monte Oſcobagi, vbi et Ganges fluuius oritur. Cuius fructus dictus primum LACER, quoniam manat in modum lactis. Deinde vſu dominante LASER nominatum eſt. Hoc eſt a quibusdam opium Cyrenaicum adpellatum, quia et apud Cyrenas naſcitur. Tertullianus vtique, Graeciſmi amantior, λάσαρον noſtrum LASER, Latini ſermonis imitatione vocat. Poſtremo, vt me huius vocis laqueis, quibus irretitus teneor, expediam, apud Soſipatrum *Lib. I. Inſt. grammat. p.* 56. haec Catonis *Lib. III. Orig.* verba inuenio: *laſerpitium pro pulmentario habet.* Erudita ſunt, quae hic ex optimis auctoribus collegit Briſſonius. At quum iampridem defecerit plantae iſtius ſpecies: eam procul dubio quis coram intueri cuperet. Voti vero huius nos damnant veteres numi, in quibus tota haec planta cum caulibus et fructibus ſiſtitur, apud Laur. Beger. *Theſaur. Brandenb. Vol. I. p.* 520. et Ez. Spanhem. *de Vſu et praeſt. num. Diſſ. VI. Cap.* 1. *p.* 290. *Tom. I.* HEIN. ¶. 2. Huc ex libris noſtris pertinent: *l.* 5. *De de penu leg.* LASER *in penu eſt.* nec non *l. vlt. §.* 7. *D. de publican. et vectigal.* vbi inter ſpecies ad vectigal pertinentes refertur. Eius vſum ad gulae delicias et ciborum condimenta prodit Apic. *Lib. I. de re culinar. Cap.* 2 *et Lib. VII. Cap.* 1. Inde carnes LASERE infectas dixit Apulei. *de aſino aur. Lib. X. p.* 246. Meminit LASERIS et Auguſtin. *in libro de morib. Manichaeor.*

LASSARE, defatigare. LASSATVS vi fluminis. *l.* 7. *§.* 7. *D. ad leg. Aquil.*

LAT.

LATE. Vinculorum adpellatio LATIVS accipitur: *l.* 9. *D. ex quib. cauſſ. mai.* Verba LATE concipere: *l.* 99. *D. de verb. oblig.* LATE diffuſum patrimonium: *l.* 3. *C. in quib. cauſſ.* Circa eam aquam LATE decem pedes acceperat: *l.* 30. *D. de ſeruit. praed. ruſt.* LATE patent verba: *l.* 7. *§.* 5. *D. quod vi aut clam.* LATISSIME patet. *l.* 18. *D. de verb. ſignif.*

LATEBRA, vbi quis latet. Metallarii, qui incolunt LATEBRAS, producantur: *l.* 5. *C. Theod. de metall. Lib. X. tit.* 19. Qui aliquem ex familiis gynaecei in LATEBRIS habere comperti ſunt: *l.* 7. *C. Theod. de murileg. Lib. X. tit.* 20. In quibus LATEBRAM collocauerit: *l. vn. C. de ſaturian.* LATEBRAM praebere: *l.* 4. *pr.*

C. Th.

Digitized by Google

C. Theod. de deſert. Lib. VII. tit. 18. l. 7. C. Theod. de metall. l. 1. C. Theod. de patrocin. vicor. Lib. XI. tit. 25. praeſtare: *l. 6. l. 8. C. Theod. de deſertor.* Nullum ſibi ad LATEBRAM abulitionis recurſum: *l. 2. C. Theod. de abolit.* Fugae LATEBRAE: *l. 15. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.* Ignauiae LATEBRAE. *l. 7. C. Theod. de fil. mil. adpar. Lib. VII. tit. 22. l. 83. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*

LATENTER, in latenti. LATENTER et clam: *l. 54. D. de admin. et peric. tut.* quibus *ibidem* PALAM APERTEQVE aduerſantur.

LATER, IS, Iſidor. *Lib. XXV. Cap. 8.* et *Lib. XIX. Cap. 10. crudos* LATERES *eſſe*, ait, *inde nominatos, quod latiligneis formis efficiantur, formenturque circumactis vndique quatuor tabulis.* De iis plura Vitruu. *Lib. II. Cap. 3.* LATERIBVS circumſtructum aenum; *l. 38. §. 2. D. de action. emt. vend.*

LATERALE. LATERALIA viatoria, in quibus chirographa et pecunias condidiſſe teſtatorem, proponitur: *l. 102. D. de legat. III.*

LATERCVLENSIS adpellabatur, cui laterculi cura et cuſtudia mandata erat: *l. 5. C. qui milit. poſſ. Lib. XII.* Quem in ſcrinio ſacrae memoriae militaſſe, docent *l. 13. l. vlt. C. qui milit. poſſ.* [Vid. Iac. Guther *de offic. dom. aug. Lib. III. Cap. 7. p. 568.*]

LATERCVLVM, librum, ſeu codicem ſcrinii memoriae ſignificat, qui officiorum, dignitatum adminiſtrationumque tam ciuilium, quam militarium, necnon codicillorum et conſuetudinum, chartarum, pronunciationisque cuiusque notitiam indiculumque continebat. Codices, in ſacro ſcrinio memoriae poſitos, vocat Imperator Leo in *l. 3. C. de agent. in reb. Lib. XII.* Georg. Cedren. *p. 140.* alieno loco voces quasdam Romanas explicans: Ἡ παρ' Ἕλλησιν ὀπτὴ πλίνθος λατέρκουλον παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται· ἦν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' ᾗ τά τε τῶν βουλευτῶν, καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο, καὶ ἐγράφετο ἐπὶ τείχους εἰς τετράγωνον σχῆμα τύπος τις καὶ γραμμὴ πλίνθος. *Plinthon Graeci vocant laterem coctum: apud Romanos* LATERCVLVM *vocatur. Erat autem* LATERCVLVM *quoddam publicum, in quo ſenatorum et legionum nomina inſcribebantur. Inſcribebatur vero plinthus in muro in figura quadrata.* Ac denique LATERCVLVM τετράγωνον γραμμήν, *quadratam figuram* eſſe, concludit. Duplex autem olim LATERCVLVM fuiſſe, *maius* et *minus*, ex Mariani notitia colligitur. Illud dignitatum omnium, quae a principe mandabantur, deferebanturque prologum continebat: ſacroque memoriae ſcrinio conditum adſeruabatur. *l. vlt. C. de offic. magiſtr.* Ad quod in *l. 1. §. vlt. C. de offic. praef. praet. Afric.* pertinent haec verba: *In noſtro* LATERCVLO. Atque *maius* hoc LATERCVLVM *primicerius notariorum* tractabat, eiusque figuram Marianus, vbi de primicerio Notariorum agit, exhibet, oblongam et quadratam: dein ſubiicit: *Sub diſpoſitione Viri ſpectabilis, primicerii notariorum omnis dignitatum et adminiſtrationum notitia, tam militarium, quam ciuilium. Minoris* vero LATERCVLI cura ad Quaeſtoris ſollicitudinem pertinebat, praefecturasque, tribunatus et praepoſituras caſtrorum, et alias eius generis dignitates, quae ſub cura ac ſollicitudine Quaeſtoris erant, complectebatur. *l. 1. i 2. C. de offic. quaeſt.* [De hoc quoque LATERCVLO Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. 9.*]

LATERE, id eſt, deliteſcere. Quod LATET, id eſt, quod in obſcuro eſt: *l. 13. D. de iur. fiſc.* Incrementum LATENS: *§. 20. Inſt. de rer. diuiſ.* Sine receptatoribus latro diutius LATERE non poteſt: *l. 13. D. de offic praeſ. l. 1. D. de receptat.* Seruus, qui domi LATVISSET. *l. 17. §. 4. D. de Aedil. edict.* Seruus, quamdiu latuit in dignitate praetoria; *l. 3. D. de offic. praetor.* LATENS fugitiui vitium: *l. 35. D. de Aedil. edict.*
¶. 2. In LATENTI, et publice, opponuntur. *l. 2. §. 35. D. de orig. iur.*

LATINE. In teſte, qui LATINE non nouerat: *l. 20. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.* id eſt, qui Latini ſermonis ignarus erat, vt loquitur Sueton. *in Claud. Cap. XVI.* Paullus apud Feſtum: LATINE *loqui a Latio dictum eſt, quae loquutio adeo eſt verſa, vt vix vlla pars eius maneat in notitia.* Decreta a praetoribus LATINE interponi debent: *l. 48. D. de re iud.* Si quis LATINE interrogauerit, reſpondeatur ei Graece. *l. 1. §. 6. D. de verb. oblig.* LATINE ſcire, *l. vlt. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* et apud Ciceron. *de clar. orat. Cap. XXXVII.* id eſt, Latinum ſermonem tenere: et contra LATINE *neſcire.* Iuuenal. *Sat. VI.*
Quum ſit turpe magis noſtris, neſcire LATINE.

LATINITAS, *§. vlt. Inſt de ſucceſſ. libert.* et apud Vlpian *Regul. tit. III § 4* eſt Latinorum libertinorum ſtatus, ſeu Latina conditio. Eum ſeruum, qui tantum in bonis noſtris eſt, nec cum libertate heredem inſtituere poſſumus, quia LATINITATEM conſequitur. Vlpian. *tit XXII. §. 8.* LATINITATE donari: *l. 1. C. Theod. de rapt. virg.* id eſt, iure ſeu beneficio Latinae libertatis donari. At apud Ciceron. *ad Attic. Lib. XIV. Epiſt. 12.* LATINITAS ius Latii ſignificat.

LATINVS, A, VM a Latio dicitur. LATINORVM autem, incolis Latii iure ciuitatis donatis, duo erant genera: vnum eorum quos COLONARIOS vocat Vlpian. *tit. XIX. §. 4.*
¶. 2. Alterum eorum, qui quod iuſtis legitimisque modis manumiſſi non eſſent, ad iuſtam, plenam, perpetuam, perfectam et omnibus numeris abſolutam libertatem, ex qua et ciuitas Romana contingebat, non perducebantur, ſed minorem, inferiorem et imperfectam, hoc eſt, ciuitatis Romanae expertem, atque adeo, vt Plautino verbo vtar, vſuariam tantum libertatem conſequebantur, quos LATINOS IVNIANOS adpellat idem Vlpianus *tit. I. §. 5. tit. XIX. §. 4. tit. XXV. §. 7.* Nimirum quod eorum origo ex lege Iunia deſcenderet, *§. 3. Inſt. de libert.* quam a Iuniis rogatam, ſupra docuimus. Ac plane a lege Iunia LATINOS nominatos ait idem Vlpianus *tit. I. Reg. §. 10.* Theophil.

phil. *in §. 3. Inſt. de libertin.* καὶ ἀπεκαλοῦντο LATINI IVNIANI ἀπὸ νόμου IVNII NORBANI, ὃς εὑρετὴς ἐγεγόνει τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. *Et vocantur* LATINI *Iuniani, a lege Iunii Narbani, qui inuentor fuit eius conditionis.* Inuentum ergo hoc Iunii Norbani fuit, qui ea ratione libertatium indulgendarum modos auxit. Quibus enim cenſu, vindicta, vel teſtamento manumittendi facultas non ſuppetebat, his beneficio Iuniae Norbanae legis in facili erat, menſa dignari, epulisque adhibere ſeruos, eoque modo efficere, e ſeruis vt eſſent liberti ſibi, vel coram amicis, illisque praeſentibus, aut etiam per epiſtolam ſeruis abſentibus libertatem dare. Praeterea mutus et ſurdus, quibus ſeruos vindicta, (propterea, quod verba ſollemnia fari et exaudire non poterant,) manumittere non licebat inter amicos tamen, et per epiſtolam, manumittere non prohibebantur, teſte Paullo, *Rec. Sent. Lib. IV. tit. 12. §. 2.* Et quidem *ad ſimilitudinem antiquae Latinitatis, quae in colonias miſſa erat,* LATINOS hoſce *libertos videri*, ſcribit Iuſtinianus *l. 1. C. de Latin. libert. toll.* LATINI autem liberti, auctore Caio *Inſtit. Lib. I. tit. 1. §. 2.* et Vlpiano *tit. I. Reg. §. 5.* fiebant, qui per epiſtolam, aut inter amicos, aut conuiuii adhibitione, aut ab eo, qui tantum in bonis, non ex iure Quiritium habebat, manumittebantur. Hae namque minus ſollemnes manumiſſionum ſpecies liberam duntaxat viuendi poteſtatem, ſeruili iugo depoſito, non item ciuitatem Romanam, quae iuſtae libertati cohaerebat, inerat que, dabant. Quin immo libertatem ipſam, vſu, vt ita dixerim, non mancipio tribuebant, quam illi cum anima adflabant, et in Orci familiam, non vt liberi, ſed vt ſerui adſcribebantur. Etenim vt Iuſtinianus in *§. vlt. Inſt. de ſucceſſ. libert.* loquitur, LATINI *liberti, licet vt liberti vitam ſuam peragebant, attamen ipſo vltimo ſpiritu, ſimul animam atque libertatem amittebant, et quaſi ſeruorum, ita bona eorum, iure quodammodo peculii ex lege Iunia manumiſſores detinebant.* Vnde eueniſſe idem Iuſtinianus ait, *vt ipſo tempore mortis ſimul et libertas, et ſeruitus concurrerent, et, qui quaſi liber moratus erat, eriperetur non ſolum in mortem, ſed et in ſeruitutem. l. 1. §. 1. C. de Lat. libert. toll.* Cui et Saluianus Maſſil. *Lib. III. aduerſ. auaritiam p. 240.* adſtipulatur, his verbis: *More ergo illorum vteris, qui ſeruos ſuos, non bene de ſe meritos, quia ciuitate Romana indignos iudicant, iugo Latinae libertatis addicunt, quos quidem iubent ſub libertorum titulo agere viuentes: ſed nolunt quidquam habere morientes. Negato enim his vltimae voluntatis arbitrio, etiam quae ſuperſtites habent, morientes donare non poſſunt.* Nimirum Iunianis iſtis manumiſſionum generibus Φυσικὴν duntaxat, id eſt, *naturalem*, non item ἔννομον, id eſt, iuſtam libertatem nactos eſſe libertos, Theophilus *in §. vlt. Inſt. de libertin.* tradit, in haec verba: Φυσικοὶ δὲ τρόποι ἐλευθερίας ἦσαν τρεῖς· inter amicos, per menſam, per epiſtolam, καὶ inter amicos μὲν ἡνίκα φίλων παρόντων ἠλευθέρουν τινά· per menſam, ὅτι συνεστιαθῆναι ἐπὶ ἐλευθερίας δόσει προσέταττον τῷ οἰκέτῃ· Per epiſtolam, ἡνίκα ὄντι αὐτῷ ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ, δι' ἐπιστολῆς ἐπέτρεπον διάγειν ἐν ἐλευθερίᾳ. *Naturales quoque modi manumiſſionis erant tres: inter amicos, per menſam, et per epiſtolam. Et quidem inter amicos, quum praeſentibus amicis quempiam manumittebant. Per menſam vero, quum libertatis dandae gratia ſeruum conuiuio adhibebant. Per epiſtolam, quando aliis in locis agenti ſeruo miſſis litteris, permittebant, vt liber ageret.* Neque tamen LATINIS libertis, ſicuti *dedititiis* omnis ad ciuitatem Romanam aditus praecluſus erat. Ad eam enim illis non vna via patebat, poterantque eo certis modis peruenire, quos Caius *Lib. I. Inſt. tit. I. §. 4.* perſtringit. Atque ita *ius Quiritium* conſequi dicebantur. Vlpianus *tit. III. Reg. §. 1.* LATINI *ius Quiritium conſequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, aedificio, piſtrino. Praeterea ex SCo, veluti quae ſit ter enixa.* Quorum omnium explicationem ex ipſo auctore pete. Vnde idem Vlpianus *tit. XVII. Reg. §. 1.* *Si* LATINVS, inquit, *ius Quiritium conſequutus ſit.* Secundum quae Plinius libertis alienis, ſed patronis conſentientibus, *ius Quiritium* a Traiano petit *Lib. X. Epiſt. 4. et 6.* deque eo impetrato gratias eidem Imperatori agit *eiusdem Libri epiſtola 22.* ¶. 3. Huc ergo pertinent illa: Si qui LATINVS ſit, ciuis fiat Romanus: *l. 1. C. Theod. de rapt. virg.* Cum Latinis ciues Romani connubium habent ita, ſi conceſſum ſit: Vlpian. *tit. V. Reg. §. 4.* Si is, qui dignitate Romanae ciuitatis omiſſa Latinus fuerit effectus: *l. 1. C. Theod. de hered. pet.* LATINVS Iunianus et familiae emtor et teſtis, et libripens fieri poteſt, quoniam cum eo teſtamentifactio eſt: Vlpian. *tit. XX. §. 8.* LATINVS Iunianus fideicommiſſum capere poteſt: Vlpian. *tit. XXV. §. 7.* Si LATINO Iuniano legatum ſit, nec intra dies centum ius Quiritium conſequutus ſit, caducum legatum fit. Vlpian. *tit. XVII. §. 1.* Mancipatio locum habet inter ciues Romanos et Latinos colonarios Latinosque Iunianos; Vlpian. *tit XIX. §. 4.* Si LATINVS manſerit, qui heres inſtitutus eſt, lege Iunia capere hereditatem prohibetur: Vlpian. *tit. XXII. §. 3.* Ex ciue Romano et LATINA LATINVS naſcitur. Vlpian. *tit. V. §. 9.* LATINVS Iunianus teſtamentum facere non poteſt, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus eſt: Vlpian. *tit. XX. §. 14.* Teſtamento tutores dari poſſunt hi, cum quibus teſtamenti faciendi jus eſt, praeter LATINVM Iunianum. Nam LATINVS habet quidem teſtamentifactionem, ſed tamen tutor dari non poteſt. Id enim lex Iunia prohibet. Vlpian. *tit. XI. §. 16.* Lex Iunia tutorem fieri iubet LATINO vel LATINIS impuberibus eum, cuius etiam ante manumiſſionem ex iure Quiritium fuit. Vlpian. *ibid. §. 19.* Ex quibus perſpicue liquet, quis fuerit eius mulieris ſtatus, quam LATINAE conditionis habitam, Suetonius *in Veſpaſ. Cap. III.* refert. ¶. 3. LATINAE feriae, quarum cauſſa praefectus vrbi introductus dicitur. *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* Hae inter conceptiuas ferias numerantur a Macrobio *Lib. I. Saturn. Cap. 16.* Sollemne autem Latinarum idem LATIAR adpellat, [ſicuti et Cicero *Lib. II. ad Quinct. fratr. Epiſt. 4.* extrema: *Dies erant duo, qui poſt* LATINAS *habentur religioſi. Ceterum qui confectum erat, LATIAR erat exiturus.* De cuius loci omnium conſenſu corruptiſſimi reſtitutione veroque ſenſu ſententiam dicit Io. Fridr. Gronou. *Lib. IV. nou. obſeru. Cap. 25.*] ¶. 4. LATINA etiam dicitur lingua, quae Romanis erat vernacula: Iudices tam LATINA, quam Graeca lin-

gua.

Digitized by Google

gua ſententias proferre poſſunt; *l. 12. C. de ſent. et interloqu.* Litteris LATINIS proſcribere: *l. 11. §. 3. de inſtit. act.* Vt LATINIS verbis ſolet: *l. 8. §. vlt. D. de acceptilat. §. 1. Inſt. quib. mod. oblig. toll.*

LATITARE eſt cum tractu aliquo latere, quemadmodum factitare, eſt frequenter facere: *l. 7. §. 8. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ.* LATITARE plane dicitur, qui ſe occultat, qui non comparet, qui ſui copiam poteſtatemque, vt ſecum agi vel lis ad exitum perduci poſſit, non facit; qui ne actio aliqua ſecum moueatur, vel vt actio eximatur, eiusue dies exeat, vrbe profugit, vt ſe occultet; *l. 21. §. 2. l. 23. §. vlt. D. quib. ex cauſſ. maior. l. 50. D. de pecul. l. 42. §. vlt. D. de procurat. l. 19. D. de in ius voc.* LATITARE ergo eſt, non vt Cicero definit, turpis occultatio ſui: poteſt enim quis LATITARE non turpi de cauſſa. *l. 7. §. 4. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* [Et hoc modo LATITARE et *contemnere venire* opponuntur. *l. 28. §. 1. D. de fideic. libertat.*] Proinde non ſimpliciter interdixit praetor: QVI LATITAVIT, ſed QVI FRAVDATIONIS CAVSSA LATITAVIT. *d. l. 7. §. 1. D. eod. tit.* id eſt, hoc animo, vt fraudentur creditores, quemadmodum *ibidem* explicat Vlpianus *§. 5.* Siue quis eodem loci agat, ſiue alio, ſiue peregre, ſi tamen occurſum creditorum euitet, LATITARE videtur. Eum quoque qui in foro eodem agat, ſi circa columnas aut ſtationes ſe occultet, videri LATITARE veteres reſponderunt. *d. l. 7. §. 13. D. eod. tit.* Eum, qui circa columnas ſe ſe occultat, vt creditorem euitet, LATITARE placet. Nam et eum, qui recedit, hoc eſt, vt ſubterfugiat, ne ſecum aliqua actio moueatur, LATI-☞TARE placet. *l. 36. D. de reb. auct. iud. poſſid.* De eo more LATITANDI circa columnas, pluribus egit Iac. Cuiac. *Lib. I. Obſeru. Cap. 13.* et *Lib. I. Cap. 28.* HEIN. ¶. 2. Et ad hanc ſignificationem verbi pertinent loci ſequentes: Si ad circumſcriptionem tui iuris LATITAT debitor: *l. 9. C. de bon. auct. iud. poſſ.* LATITANTEM debitorem exhibere quisquam non cogitur: *l. vlt. §. vlt. D. de bon. libert.* Contra LATITANTEM propoſitum edictum: *l. vlt. C. de requir. reis.* Fideicommiſſi fraudandi gratia LATITARE dicuntur, qui vt libertatis praeſtationem differant, ſui poteſtatem non faciont; *l. 1. §. 1. l. 26. §. vlt. l. 27. l. 28. D. de fideic. libert. l. 11. C. eod. tit. l. 1. §. vlt. D. de legit. tutor.* Fraudationis cauſſa LATITARE non videtur minor, qui ſui idoneus defenſor non eſt. *l. 5. D. de reb. auct. iud. poſſid.* Non videtur fruſtrandae actionis cauſſa LATITARE, qui praeſens iudicium ſuſcipere non compellitur. *l. 3. D. de iudic.* Si LATITENT latrones in poſſeſſione: *l. vlt. C. de his, qui latron.* Si LATITANT tutores: *l. 2. §. 41. D. de SC. Tertull.* ¶. 3. Singularis eſt conſtructio huius verbi cum accuſatiuo: LATITANS patronum. *l. 8. D. de condit. et demonſtr.* ☞ Et de ea conſtructione diſputat Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iuriſconſ. p. 365.* Sed quum LATERE cum caſu quarto poſuerint Virgil. *Lib. I. Aen. v. 130.*

Nec LATVERE *doli fratrem Iunonis:*

Ouid. *Lib. V. faſt. v. 361.*

Quorum me cauſſa LATEBAT;

Iuſtin. *Lib. XXXI. Cap. 2. Res Hannibalem non* LATVIT: immo et Plin. *Lib. II. Hiſt. nat. Cap. 20.* LATET *plerosque:* non video, quidni et iuriſconſulto condonanda ſit loquutio: LATITANS *patronum.* Frequentatiua enim eodem modo conſtrui, ac themata ſua, experientia docet. HEIN. ¶. 4. LATITARE etiam dicitur, quod in occulto vel latenti ſit. Hinc *vbi* LATITET incrementum, et *vbi adpareat*, opponuntur. *l. 9. §. 4. D. de vſufruct.*

LATITATIO, id eſt, occultatio ſui. *l. 7. §. 4. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat.*

LATITVDO actus: *l. 13. §. 2. D. de ſeru. praed. ruſt.* itineris: *l. 6. l. 9. D. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. 13. D. de ſeru. praed. ruſt.* loci: *l. vlt. D. de pignor. act. l. 13. §. 2. D de ſeru. ruſt. praed.* praediorum: *l. 23. D. de ſeruit. praed. ruſt. l. 7. §. 3. D. de adqu. rer. dom.* viae: *l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeruit. amitt. l. 23. D. de ſeruit. ruſtic. praed. l. 1. D. de via publ. l. 2. §. 21. D. ne quid in loc. publ.*

LATRINA, LATRINIS ſtercorandis ſeruum praeponere. *l. 15. §. 1. D. de vſufr.* [Vbi mira verbi *ſtercorare* ſignificatio pro ſtercore liberare, vel purgare. Cuiac. *Lib. XI. Obſ. Cap. 36.*]

LATRO, vti ait Varro *Lib. VI. de lingu. Lat. dicti a latere, quia circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos poſtea a ſtipatione ſtipatores adpellarunt: et quia conducebantur mercede. Ea enim merces dicitur Graeca* λάτρον καὶ σάτρον. *Ab eo veteres poetae nonnumquam milites adpellarunt LATRONES, quod itent, vt alii milites, cum ferro, aut quod lateant ad inſidias faciendas.* Seru. *in Lib. XII. Aeneid. non procul ab initio:* LATRONES *vocantur conducti milites.* Feſtus: LATRONES *eos antiqui dicebant, qui conducti militabant,* ἀπὸ τῆς λατρείας. *At nunc viarum obſeſſores dicuntur, quod a latere adoriuntur, vel quod latenter inſidiantur.* Vnde hauſit Iſidorus, quae de huius vocis etymo *Lib. X. Orig.* tradit. Ergo hoc vocabulum ex eorum numero eſt, quae ab honeſta origine in inuidiam poſtea abierunt. Quo ex genere ſunt *tyrannus* et *ſophiſta.* ¶. 2. LATRONES vtique in iure noſtro ſemper adpellantur, qui nullo indicto bello praedantur, et praedas agunt. *l. 9. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 21. D. ſolut. matr.* Nam *hoſtes* ſunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decreuimus: ceteri LATRONES aut praedones ſunt. *l. 118. D. de verb. ſignif. l. 24. D. de capt. et poſtl.* Vnde et ab *hoſtibus* perpetuo LATRONES ſeparantur. *l. 18. D. commod. l. 9. §. 1. D. quod met. cauſſ. l. 5. §. 4. D. de iur. dot. l. 199. D. de verb. ſignif. l. 1. §. 3. D. de dol. mal. l. 30. D. ad leg. Falcid. l. 12. in fine D. de reb. auct. iud. poſſid.* et apud Paull. *Lib. I. Sent. tit. 7. §. 5.* et *Lib. V. tit. 3. §. 5.* Ac plane nulla cum iis iuris gentium communio intercedit. Itaque non vt ab hoſtibus captus eorum ſeruus fit, ita, qui a LATRONIBVS captus eſt, eorum ſeruus efficitur. *l. 1. D. de legat. III.* Quin immo a LATRONIBVS capti liberi permanent. *l. 19. §. 2.*

D. de capt. et poſtlim. Qui a LATRONIBVS capti ſunt, quum liberi maneant, poſſunt facere teſtamentum. *l. 13. D. qui teſtam. fac. poſſ.* Seneca *Lib. V. de benefic. Cap. 14.* *LATRO eſt etiam, antequam manus inquinet: quia ad occidendum iam armatus eſt, et habet ſpoliandi atque interficiendi voluntatem.* ¶. 3. Huc pertinent loci ſequentes: LATRONES capras abegerunt: *l. 9. §. 4. D. locat.* LATRONES adprehendere: *l. 1. D. de receptat. l. 5. §. vlt. D. de re milit.* Qui cadauera ſpoliant, ſi armati more LATRONVM id egerint: *l. 5. §. 7. D. de ſepulcr. viol.* A LATRONIBVS capi: *l. 13. D. qui teſt. fac. poſſ.* A LATRONIBVS captus; *l. 1. D. de legat. III.* circumuentus: *l. 6. §. vlt. D. de re milit.* Praeſes prouinciae LATRONES conquirere debet, receptatoresque eorum coercere, ſine quibus LATRO diutius latere non poteſt: *l. 13. D. de offic. praeſ. l. 1. D. de receptat.* A LATRONIBVS detineri: *l. 169. D. de verb. ſignif.* LATRONES tibi ſeruum eripuerant: *l. 27. D. de captiu. et poſtlim.* Famoſos LATRONES in his locis, vbi graſſati ſunt, furca figendos, compluribus placuit. *l. 28. §. 15. D. de poen.* Ad merces comparandas profectus in LATRONES incidit: *l. 52. §. 4. D. pro ſoc.* Incurſus LATRONVM, quem inter *caſus, quibus reſiſti non poſſit*, numerat Caius *l. 18. D. commodat.* vt et Alexander, Imperator, inter *caſus fortuitas*, *l. 1. C. depoſ.* Si ſeruum tuum, LATRONEM, mihi inſidiantem occidero: *l. 4. D. ad leg. Aquil.* LATRONIS magis, quam patris iure interfeciſſe filium dicitur, qui eum in venatione interfecit, quod nouercam adulteraſſet. *l. 5. D. ad leg. Pompei. de parricid.* [A LATRONIBVS nominati, ſi, corruptis accuſatoribus diem ſuum obierint, vt confeſſi de crimine habentur. *l. 2. pr. D. de bon. eor. qui ant. ſent.* vbi vide, quae notauit Cuiac. *Lib. VI. Obſeru. Cap. 24.*] A LATRONIBVS oppreſſus: *l. 9. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 5. §. 4. D. de iur. dot.* LATRONIBVS proximi habentur graſſatores, qui praedae cauſſa id faciunt: *l. 28. §. 10. D. de poen.* Inſignes LATRONES damnatos ſtatim puniri, publice intereſt: *l. 16. D. de adpell.* Qui arbores, et maxime vites, ceciderint, tamquam LATRONES puniendi: *l. 2. D. arb. furt. caeſ.* Qui nihil ad ſe pertinentes LATRONES recipiunt: *l. vlt. D. de recept.* A LATRONIBVS redimere neceſſarias perſonas: *l. 21. D. ſolut. matrim.* LATRO ſpolia, quae mihi abſtulit, poſuit apud Seium: *l. 31. D. depoſ.* Spoliatus a LATRONIBVS: *l. 26. §. 6. D. mandat.* Quum quis LATRONES tradidit: *l. 1. §. 26. D. de quaeſtion.* Quod contra LATRONEM dominum tuitus ſit ſeruus: *l. 15. §. 1. D. de manumiſſ. vindict.* Si quo magis te de vi LATRONVM tuerer, vel liberarem, aliquid a te accepero: *l. 9. §. 1. 2. D. quod met. cauſſ.* Quod vi LATRONVM ereptum eſt. *l. 5. §. 4. D. commod.*

LATROCINARI. Si LATROCINANTEM peremiſti, qui voluntate inferendae caedis proceſſerat, iure eum caeſum videri. *l. 4. C. ad leg. Corn. de ſicar.*

LATROCINIVM, inter damna fatalia ponitur. *l. 52. §. 3. D. pro ſoc.* LATROCINIVM facere: *l. 27. §. vlt. D. de poen.* Praetextu LATROCINII commiſſi vel alterius fortuiti caſus: *l. 1. C. depoſ.* LATROCINIO quaeſitum. *l. 4. §. vlt. D. famil. erciſc.* ¶. 2. [LATROCINIVM, in *l. 1. C. Theod. de offic. rect. prouinc.* vocatur rapacitas officialium, litigatores variis modis artibusque depraedantium. Eodem ſchemate cauſſidicinam et famoſas rabularum artes, quibus litigatores pecunia turpiter emungere ſolent, Columella *Lib. I. de re ruſt. Cap. I. comm. 9.* eleganter vocat *caninum, ſicut dixere veteres, ſtudium, locupletiſſimum quemque adlatrandi, et contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum a maioribus, a nobis etiam conceſſum intra moenia, et in ipſo foro,* LATROCINIVM. HEIN.

LATRVNCVLATOR, *l. 61. §. vlt. D. de iudic.* qui ad conquirendos perſequendosque latrones a principe mittitur, quem Iuſtinianus λῃςοδιώκτην vocat *Nouell. VIII. Cap. 13.* Eorum etiam mentionem faciunt Euſeb. *Hiſt. eccleſ. Lib. IV. Cap. 15.* et Auguſtin. *Epiſt. CLIX. et ſequ.* HEIN.

LATRVNCVLVS, et latro, idem ſonant, vt adparet ex *l. 24. D. de captiu. et poſtlim.* iuncta *l. 118. D. de verb. ſignif.* et ex *l. 1. D. de legat. III. l. 34. §. vlt. D. de donat.* A LATRVNCVLIS exterae gentis capta mulier: *l. 6. D. de captiu. et poſtl.* Si quis aliquem a LATRVNCVLIS eripuit: *l. 34. §. vlt. D. de donat.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 11. §. 6.* Non minus in mari, quam in villa, per LATRVNCVLOS inquietamur, vel infeſtari poſſumus; *l. 3. §. 2. D. de incend. ruin. naufr.* A LATRVNCVLIS obſeſſus. *l. 1. D. de legat. III.*

LATVS, ERIS, laeua pars corporis, quia incentibus nobis latet, inquit Iſid. *Lib. XI. Orig. Cap. I.* At a veteribus pro vtraque corporis vel animati, vel inanimati, parte vſurpatur. LATVS breuius poteſt adferre impedimentum: *l. 12. §. 1. D. de aedil. edict.* Si vno LATERE proruperit flumen: *l. 7. §. 4. D. de adquir. rer. dom.* [LATERA formae interrumpere ac perfodere. *l. 9. C. Theod. de aquaed. Lib. XV. tit. 2.*] ¶. 2. Hoc LATERE, pro hac parte: *l. 118. D. de verb. oblig. l. 49. §. vlt. D. de fideiuſſ.* In contrario LATERE, id eſt, in aduerſa et contraria parte: *l. 11. D. de damn. infect.* Ex vno LATERE conſtat contractus, ſi quis a pupillo ſine tutoris auctoritate emerit: *l. 13. §. 29. D. de act. emt.* Ex vtroque LATERE, id eſt, ex vtraque parte, vel vtrimque: *l. 39. §. 5. D. de procurat.* Ex vtroque LATERE naſcitur obligatio. *l. 6. §. 4. D. de negot. geſt.*
¶. 3. A LATERE, ſeu ex LATERE, id eſt, ex transuerſo. Cognatio alia *ſupra* numeratur, alia *infra*, alia *ex transuerſo* quae etiam a LATERE dicitur. *princ. Inſt. de grad. cognat.* Gradus cognationis quidam ſunt *ex transuerſo*, ſiue a LATERE, cuiusmodi ſunt fratres et ſorores, liberique eorum: *l. 1. pr. D. de gradib.* Sunt et ex LATERIBVS cognati, vt fratres ſororesque, et ex his prognati, patrui, amitae, et auunculi, et materterae: *l. 10. §. 8. D. eod. tit.* Qui ex LATERE eam duxerit,

quam vetatur: *l. vlt. D. de rit. nupt.* Circa matrimonium, quod ex LATERE non bene contrahitur: *ibid.* Contrahere matrimonium ex LATERE, cum amita, matertera, ſorore, ſororis filia, et ex ea nepote: *l. 17. C. de nupt.* De LATERE frater, ſoror, patruus, amita; *l. 6. C. de inceſt. nupt.* Hosce ex LATERIBVS cognatos Conſtantinus Harmenopul. *Lib. IV. tit. 6. §. 5.* τοὺς ἐκ πλαγίου vocat, ſequutus Iuſtinianum *Nouell. LXXXIX. Cap. 4.* et *Nouell. CXVIII. Cap. 3.* eosque ita definit: οἱ μήτε ἡμᾶς γεγεννηκότες, μήτε ἐξ ἡμῶν γεννώμενοι, τῆς δὲ αὐτῆς γονῆς καὶ ῥίζης ἡμῖν κεκοινωνηκότες· οἷον ἀδελφός, ἀδελφή, θεῖος θεία, ἀνεψιός, ἀνεψιά, ἐξάδελφος, ἐξαδέλφη, καὶ οἱ ἐκ τούτων καταγόμενοι. *qui neque nos progenuerunt, neque e nobis ſunt progeniti, ſed eamdem ſtirpem ac radicem nobiscum communicarunt, veluti frater, ſoror, pater vel auunculus, amita vel matertera, conſobrinus, conſobrina, frater patruelis, ſoror patruelis, et qui ex his deducuntur.* Theophilus vero *in princ. Inſt. de grad. cognat.* τοὺς ἀπὸ λοξότητος ἐρχομένους, οἵτινες λέγονται ἐκ πλαγίου. *eos, qui ex* LATERE *veniunt, qui dicuntur ex transuerſo.*

‖ 4. Circa LATVS principis agere, et militare dicuntur, qui circa principem ſunt occupati: *l. 30. D. de excuſat. l. vlt. C. eod. tit.* iuncta *l. 11. §. 2. D. de minor.* Stat. Papin. *Lib. III. ſilu. 3. v. 64.*

Semperque gradu prope numina: ſemper
Caeſareum coluiſſe LATVS.

LATVS, A, VM, anguſto opponitur. LATVS CLAVVS, cuius fit mentio apud Vlpian. *Reg. tit. VII. §. 1. l. 43. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 9. C. de teſtam. milit. l. 17. C. Theod. de praet. et quaeſt.* fuit ſenatorii ordinis inſigne, vt ſupra *Libro III.* docuimus, et hinc opponitur *clauo anguſto*, ſeu dignitati equeſtri, apud Sueton. *Aug. Cap. XXIII.* et LATI claui, *anguſtis* apud Varron. *de Lat. lingu. Lib. VIII.* [Horat. *Lib. I. Sat. 6.*

Quo tibi, Tulli,
Sumere depoſitum CLAVVM, *fierique tribunum?*
Inuidia adcreuit, priuato quae minor eſſet.
Nam vt quisque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus, et LATVM *demiſit pectore* CLAVVM,
Audit continuo: Quis homo hic eſt?

Tale inſigne ab Imperatoribus peti darique ſolitum eſſe, docet locus Plinii *Lib. II. Epiſt. 9.* et exemplum apud Spartian. *in Seuero Cap. XV.*] LATA culpa: *l. 31. §. 12. D. de Aedil. edict. l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 5. §. 15. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 2. §. 5. D de hered. vel act. vend. l. 2. C. arbitr. tutel. l. 2. C. de in lit. iur. l. 2. C. de heredib. tut. l. 2. C. de magiſtr. conuen. l. 17. C. de negot. geſt. l. 1. C. depoſ.* vocatur et *magna culpa l. 226. D. de verb. ſignif.* et *manifeſta* negligentia: *l. 2. C. arb. tut.* id eſt, craſſa, ſupina, et diſſoluta negligentia, et proxime ad dolum accedens, quae et LATIOR culpa: *l. 32. D. depoſ.* nimia negligentia, id eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt. *l. 213. §. vlt. D. de verb. ſignif. l. 223. D. eod. tit.* LATAE culpae reus eſt, qui non ad ſuum modum curam in depoſito praeſtat: *l. 32. D. depoſ.* Rebus vtique ſuis conſueta negligentia in LATAE culpae crimen non cadit, vt adparet

ex *l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Procurator LATA culpa emere neglexiſſe intelligitur, ſi gratia ductus, paſſus ſit alium emere rem, de qua ſcilicet emenda mandatum ſuſceperat. *l. 8. §. vlt. D. mandat.* Niſi tam LATA culpa fuit, vt luxuriae aut dolo ſit proxima: *l. 2. D. de incend. ruin. naufr.* Vnde et LATA culpa dolo proxima adpellatur: *l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. de magiſtrat. conuen. l. 1. §. 2. D. ſi quis teſt. lib.* culpa, quae prope fraudem accedit. *l. 7. D. de ſuſpect. tutor.* Etenim LATA culpa dolo comparatur. *l. 1. D ſi menſ. falſ. mod.* Quod tamen perpetuum non eſt In lege namque Cornelia de ſicariis culpa LATA pro dolo non accipitur. *l. 7. D. de leg. Cornel. de ſicar.* LATA fuga, vt omnium locorum interdicatur, praeter certum locum; *l. 5. D. de interdict. et relegat.* LATIOR interpretatio facta: *l. 1. §. vlt. D. de vſur.* Si LATIORE itinere vſus eſſet: *l. 11. D. quemadm. ſeruit. amitt.* LATIOR negligentia: *l. 7. §. 8. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 7. §. 1. D. de ſuſp. tut. l. 6. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* LATISSIMVM eſt ius dicentis officium: *l. 6. D. de iurisdict.* LATISSIMA poteſtas: *l. 120. D. de verb. ſign.* LATIOR via, *l. 1. §. 2. D. de via publ.* cui *anguſtior* opponitur, in *l. 9. §. vlt. D. ſi ſeru. vindic. l. 23. D. de ſeru. praed. ruſt. l. 2. §. 32. D. ne quid in loc. publ.*

LAV.

LAVACRVM, pro balneo. *l. 18. C. de oper. publ. l. 10. C. de epiſc. audient. l. vlt. C. Th. de cuſtod. reor. l. 13. C. Theod. de nauicular.* [*rubr. C. Theod. ne comit. et tribun. lauacr. praeſtentur Lib. VII. tit. 11. l. 52. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1. l. 20. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* et *l. 3. C. Theod. de aquaeduct. Lib. XV. tit. 2.* Sic LAVACRVM *Agrippae* apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXIX. extr.* Conſtantianum, Siluani, Valentini, apud *eundem.* Oſtienſe, inter opera Antonini Pii, apud Iulium Capitolin. *in vita Cap. VIII.*] LAVACRA populi Romani: *l. 3. C. Theod. de collat. donat. leu. poſſeſſ.* λουτρὰ καὶ θερμὰς Graeci vocant. [Eadem ratione de Hadriano Spartianus *in vita Cap. XVIII.* ſcribit, *eum LAVACRA pro ſexibus ſeparaſſe.* ‖ 2. LAVACRVM, pro ſacro baptiſmate, quod *caeleſte* adpellatur, *l. 3. C. Theod. de ſpectac.* et *venerabile*, in *l. 2. eod. Cod. ne ſanct. baptiſm.*

LAVARE, veteribus ſignificat corpus aqua in balneo abluere. Aqua ad LAVANDAM familiam paratur: *l. 12. §. 10. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Vt habiles ad LAVANDVM balineae fierent: *l. 35. §. vlt. D. de legat. III.* In publico balneo LAVARE: *l. 2. §. 9. D. ne quid in loc. publ.* mulieres, quae ſe mundauerint, lotae in balneo: *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. leg.* Quum LAVANDI gratia prodierit praetor: *l. 7. D. de manum. vindict.* Aedilis in municipio balneas conduxerat, vt eo anno municipes gratis LAVARENTVR: *l. 30. D. locat.* Qui in publicum LAVARE non patiebantur: *l. 13. §. vlt. D. de iniur.* Terent: Eunuch. *Act III. ſcen 5. v. 44. Arceſſitur LAVATVM interea virgo: it,* LAVIT, *redit.* Idem *Heautont. Act. IV. ſcen. 1. v. 42. Ea* LAVATVM *dum it.* Horat. *Lib. I. Serm. ſat. 6.*

Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire LAVATVM
Admonuit.

Martial. *Lib. I. Epigr.* 24.

Inuitas nullum, niſi quocum, Cotta, LAVARIS:
Et dant conuiuium balnea ſola tibi.

Atque ita accipe, quod Cicero *Lib. I. de Offic. Cap. XXXV.* ait: *Maiores noſtri neque patrem cum filio, neque ſocerum cum genero* LAVARI *voluerunt.* Tertullian. *in Apologet. Cap. XLII.* Non LAVOR *diluculo Saturnalibus, ne et noctem, et diem perdam: attamen LAVOR honeſta hora, et ſalubri, quae mihi calorem et ſanguinem ſeruet.* Itaque apud eumdem *Cap. XLIX.* eiusdem libri, LAVANTIVM *praedo*, eſt fur balnearius. Porro veterem LAVANDI morem refert Seneca *Epiſt. LXXXVI.* ¶. 2. LAVARI etiam dicuntur aliae res, dum ablountur. LOTA lana. *l. 70. §. 1. D. de legat. III,*

LAVATIO, mundo mulieris continetur, quum per eam mundior fiat. *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. leg.* LAVATIONEM praebere: *l. 30. §. 1. D. locat.* [LAVATIO in publico nou inſtituenda: *l. 12. C. de re milit. Lib. XII.*] LAVATIO frigida, quam Graeci λετρὸν vocaot. Vitruu. *Lib. V. Cap. 11.* [Phaedr. *Lib. IV. fab.* 4.

Seponit moechae veſtem, mundum muliebrem,
Lauationem argenteam: eunuchos glabros.]

LAVDABILIS, E. Quos emeritos felicibos caſtris vulnerum laudabilis excuſatio abſoluit: *l. 3. C. Theod. de teſtimonial. Lib. VII. tit. 21,* LAVDABILIS intentio accuſare clericos criminoſos: *l. 41. C. Theod. de Epiſcop. Lib. XVI. tit 2.* LAVDABILIS titulus, id eſt, inſtructio reparatioque itinerum, et viae publicae. *l. vlt. C. Theod. de itin. muniend. Lib. XV. tit. 3.*]

LAVDABILITAS. LAVDABILITAS tua: quibus verbis comitem metallorum adſantur Imperatores. *l. 3. C. Theod. de metall.*

LAVDARE, laudibus ornare. Quum mei decipiendi gratia aliom falſo LAVDASTI: *l. 8. D. de dol. mal.* LAVDANDVS eſt magis, quam excuſandus beres: *l. 27. D. de condit. inſtit.* LAVDAT nomen proxeneta, qui facieudi nominis cauſſa interuenit: *l. 1. D. de proxenet.* LAVDAMVS praetores ſuae homanitatis. *§. 3. Inſt. de legit. adgn. ſucceſſ.* ¶. 2. LAVDARE, vt Gell. *Lib. II. Noct. Attic. Cap. 6.* Feſtus *Libro X.* et Macrob. *Lib. VI. Saturn. Cap.* 7. ſcribunt, priſca lingua *nominare* ſignificabat. Et ita in actionibus ciuilibus vſurpatur. Inde illa loquutio: AVCTOREM laudare: *l. 6. §. 5. D. de* [illegible]*. emt. vend. l. 63. §. 1. D. de euict.* id eſt, certum facere, vt loquitur *l. 17. C. de euiction.* LAVDATVS auctor: *l. 7. C. eod. tit. l. 14. C. eod. tit. l. 2. C. de in lit. iur.* Sic et teſtem LAVDARE, Non. Marcellus ex veterum libris interpretatur. LAVDARE leges, pro eo, qood vulgo dicimus, eitare. Quinctilian. *Declamat. CCCVIII.*

LAVDATOR huios propoſiti exſtitit: *l. 1. §. 4. D. de ſern. corrupt.*

LAVDEMIVM, vocabulum recentioris vſus, de quo plura Cangius *in Gloſſar. med. et inf. Latinit. ſub hac voce.* Res ipſa tamen praeſidium reperit in *l. 2. C. de iur. emphyteut.* HEIN.

[LAVREATVS, A, VM. LAVREATVS praetor, *l. 19. et l. 25. C. Theod. de praetor. Lib. VI. tit. 4.*]

[LAVRENTVM ſocietas conſortiumque. *l. 47. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. 5.*]

LAVS. LAVS ineſt: *l. 214. D. de verb. ſignif.* Quae ad nudam laudem pertinent: *l. 19. D. de aedilit. edict.* LAVDES ſuas non grauate aodire proconſul debet. *l. 7. D. de offic. proconſ.*

LAVTE, liberaliter. LAVTIVS vti re ſua: *l. 25. §. 12. D. de hered. petit.* id eſt, liberalius, ſplendidius, et magnificentius. Sic LAVTIVS *aedificata villa*, apud Ciceron. *de legib. Lib. II. Cap. 1.*

LAVTICA, vox nihili, legitur in quibusdam editionibus *l. 25. §. 10. D. de aur. arg.* LAVTICA, *acus, cum margarita.* Sed legendum CALAVTICA, de quo tegmine muliebri ſupra *Lib. III.* ſuo loco dictum eſt. HEIN.

LAVTVMIA, interprete Aſconio *in Verr. III.* adpellantur *lapidibus caeſis exſecta loca, in quae noxii damnari ſolebant.* Huiusmodi erant lapicidinae Syracuſis, in Sicilia. Cic. *in Verr. V. Cap. 27. Carcer ille, qui eſt a crudeliſſimo tyranno, Dionyſio, factus Syracuſis, quae LAVTVMIAE vocantur, in iſtius imperio domicilium ciuium Romanorum fuit.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. Carcer, a coercendo, quod exire probibet. In hoc pars, quae ſub terra, Tullianum, ideo, quod additum a Tullio, rege: quod Syracuſis, vbi ſimili de cauſſa cuſtodiuntur, vocantur LAVTVMIAE, et de lautumiis tranſlatum, quod bic quoque lapicidinae fuerunt.* Feſtus: LAVTVMIAS *ex Graeco, et maxime a Syracuſanis, qui LAVTVMIAS et adpellant, et babent, ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad exſtruendam vrbem.* Plato λατομίας vocat. Sic enim ille *Epiſt. II. ad Dionyſium;* ὑπέχετο δέ μοι καὶ Φιλιςίων, εἰ σὺ αἰφῆς αὐτὸν, ἥξειν προθύμως Ἀθήναζε, τὸν ἐκ τῶν λατομιῶν εὖ ἐποίησας ἀφείς. Quae poſtrema verba non adſequutus eſt interpres. Hoc enim vult Plato, *bene factum a Dionyſio, quod Philiſtionem de LAVTVMIIS, id eſt, de cuſtodia illa publica, dimiſiſſet, ac liberaſſet.* Aelianos vero *Libro XII. Var. biſt. Cap. 44.* λιθοτομίας adpellat, vbi earum longitudinem recenſet, additqoe iis incluſum Philoxenum, Cyclopem fabulam ſcripſiſſe. Quod et refertur a Tzetze *Chiliad. X Cap. 358.* qui λατομίας cum Platone nominat. Sic qooque LATOMIAS *lapidarias* dixit Plaotua *in Captin. Act. III. ſcen. vlt. v. 65.* [At *in Poenul. Act. IV. ſcen. 2. v. 5.* LAVTVMIAS.

Ita me Dii ament, vel in LATVMIIS, vel
in piſtrino, mauelim
Agere aetatem.

vbi videnda, quae Taubmannus adnotauit.] ¶. 2. Sic: LAVTVMIIS (ita enim Pandectae Flor. ſcriptum habent,) incluſi: *l. 9. D. quib. ex cauſſ. maior.* In LAVTVMIAS, vel in vincula publica ducatur: *l. 1. §. vlt. D. de aleator.* Cuiusmodi vocis huius ſcripturam rectam eſſe docet elegans Sabi-

LAV. LAX.

Sabini iocus, qui a M. Seneca *Lib. IX. controu. 4.* refertur. Sabinum enim, narrat, e carcere in ſenatum introductum, poſt flebilem orationem, ad ſales tandem rediiſſe, rogaſſeque, *vt in LAVTVMIAS transferretur. Non eſt*, inquit, *vt quem veſtrum decipiat ipſum nomen LAVTVMIAE: animo nec LAVTA res eſt.* Ambroſ. *Lib. VII. Comment. in Luc. Cap. XIII. Numquid illic quoque carcer aliquis*, LAVTVMIAE*que ſubeundae ſunt?* Sidon. Apollinar. *Lib. I. Epiſt. 7. Quis enim ſuper ſtatu eius nimis inflecteretur, quem videret adcuratum delibutumque LAVTVMIIS aut ergaſtulo inferri?* [Probant eamdem vocabuli ſcripturam Turneb. *Lib. XXII. Aduerſar. Cap. 17.* Cuiac. *Lib. VI. Obſeru. Cap. 7.* Petrus Faber *Lib. II. Semeſtr. Cap. 7.*] Praecipue de vocis huius vſu et notione diſputatur ob *l. 1. §. vlt. D. de aleat.* vbi quum is, qui alterum ludere vi coegit, in LAVTVMIAS ducendus eſſe dicatur, fuerunt, qui ex eo loco colligerent, praetorem quoque maleficia quotidiana coercere potuiſſe. Huber. *Praelect. in Pandect. Lib. XI. tit. 5. §. 3. Locus hic*, inquit, *notabilis eſt, ad probandum, Praetoris officium quoque in maleficiis quotidianis verſari puniendis, quatenus modicae coercitionis rigor admittat, eiusque ſpecies fuiſſe deductionem in vincula publica, et in lapicidinas, ad tempus ſcilicet non longum: nam alioqui non leue ſupplicii genus id eſſet, vt ad titulum de poenis videbimus.* Sed recte obſeruauit V. C. Gerard. Noodt. *in Comment. ad Pand. p. 259.* LAVTVMIAS eo loco non eſſe lapicidinas, ſed carcerem, cuius poteſtatem habuiſſe praetorem, iure mixti imperii, vel ex *l. 2. D. de in ius voc.* patet. Et ſane ita et Liuium *Lib. XXVI. Cap. 27.* loquutum eſſe, obſeruat, et ſatis notum eſt, praetori, deſtituto mero imperio, non fuiſſe ius damnandi in metalla vel operas publicas. HEIN.

LAX.

LAXAMENTVM, ſpacium et temperamentum ſignificat. [Pretio LAXAMENTA tribuantur: *l. 2. C. Theod. tribut. in ipſ. ſpec. inferri. Lib. XI. tit. 21* id eſt, aliquid de pretio detrahatur vel remittatur,] Cum quodam LAXAMENTO itineris: *l. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* LAXAMENTVM temporis: *l. 7. §. 11. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Iuſtinianus *Nouell. LXXII. Cap. 6.* Ἐχέτω μὲν τῶν δύο μηνῶν καθ᾽ ἕκαστον ἔτος ἐνδόσιμον, τοῦτο, ὅπερ οἱ νόμοι LAXAMENTVM καλοῦσι. *Tunc habeat quidem duorum menſium per ſingulos annos inducias, hoc quod leges* LAXAMENTVM *vocant.*

LAXARE, remittere. LAXARE aliquid ex iuris rigore. *l. 32. D. de donat. int. vir. et vxor.*

[**LAXITAS**, laxamentum, dilatio. LAXITAS reliquorum fiſci debitoribus non concedenda. *l. 4. C. Theod. de exact. Lib. XI. tit. 7.*]

LAXVS, A, VM. LAXIOR facultas agendi: *l. 76. §. 8. D. de legat. II.* [LAXIOR ſumtus: *l. 14. C. Theod. de luſtr. collat. Lib. XIII. tit. 1.* id eſt, maior et amplior.]

LAZ. LEC.

LAZ.

LAZICVS. Eo titulo, inter reliquos, vſus aliquando eſt Iuſtinianus, veluti *Nouella XLIII. praef.* a gente Lazica, quae Cochidem eo tempore incolebat, dubia erga Romanos Perſasque fide, donec eam partim armorum terrore, partim beneficiis, ad officium reuocaret Iuſtinianus, inde LAZICI cognomen iure adoptans. Acta Iuſtiniani cum Lazis operoſe exſequutus eſt V. I. Io. Petrus a Ludewig *in Iuſtiniano Cap. VIII. §. 120. p. 526. ſequ.* HEIN.

LEC.

LECTICA, *l. 49. D. de legat. III.* LECTICA vehi: *l. 7. D. de ſeru. praed. ruſtic.* Erat ſellae genus, quo delicatiores matronae vehebantur, ſuccollantibus ſeruis, teſte Tertull. *de pall. Cap. IV.* Eoque pertinent haec verba Iuuenalis *Sat. VI. v. 351. Quam quae longorum vehitur ceruice Syrorum.* Viros quoque diuites et beatos eodem luxus genere vſos, oſtendit Seneca *Epiſt. XXIX. Non turba ſeruorum*, LECTICAM *tuam per itinera urbana et peregrina portantium.* Idem *Epiſt. C. Cohors culta ſeruorum*, LECTICA *formoſis impoſita calonibus.* Multis autem ſeruorum ceruicibus hoc onus impoſitum fuiſſe, argumento ſunt *hexaphori*, et *octophori* nomina, apud Martial. *Lib. II. Epigr. 81.* et *Lib. VI. Epigramm. 84.* Ciceron. *Lib. II. ad Q. fratrem Epiſt. 9.* At inſequentibus temporibus tam vulgaris erat LECTICAE vſus, vt pauperes viderentur, qui pedites incederent. Iuuenal. *Sat. V. v. 350.*

Nec melior, pedibus ſilicem quae conterit atram.

vbi Scholiaſtes: *id eſt, quae pedibus ſuis ambulat, et per hoc pauper.* Prudent. adu. Symmach. *Lib. I. v. 583.*

Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram.

vbi legendus Io. Weitz. *in Notis p. 746.* Plura de lecticis Lipſius *Elect. Lib. I. Cap. 19.* et *Centur. miſcell. Epiſt. XI.* Io. Scheffer *de re vehic. Lib. I. Cap. 10. p. 108.* HEIN.

LECTICARIVS, ſeruus, qui cum aliis lecticam geſtabat, eam humeris ſubiens. *l. 8. §. vlt. D. de legat. I. l. 65. D. de legat. II. l. 99. §. 4. D. de legat. III. l. 29. D. de verb. obligat. l. 13. D. de aur. argent. leg.* Seneca *libro, in ſapientem non cadere iniuriam. Cap. XIV. Quid refert, quot habeat* LECTICARIOS. M. Seneca *Lib. X. Controu. 5. Ex* LECTICARIO *vſque ad amicitiam Caeſaris felix.* LECTICARII, qui ſolum matresfamilias portabant. *l. 49. D. de legat. III.* LECTICARIOS, *ad lecticam homines* eleganter vocat Catullus *Epigr. XII.* A. TERENTII. A. L. SELEVCI. LECTICARII, mentio fit apud Reineſium *Claſſ. XI. Inſcr. 104.* HEIN.

¶. 2. LECTICARII, ſeu decani, olim eccleſiaſticum munus obibant, efferendis cadaueribus deſeruientes. *Nouell. XLIII. Cap. I.* qui et κοπιαταὶ vocantur, τὰς τῶν νεκρῶν κλίνας ἄγοντες. De his LECTICARIIS, qui et κλινοφόροι dicti, videndi [Fabrott. *enarrat. ad Cuiac. Paratitl. Cod. de S. S. eccleſ. p. 10*] et, qui de iis ex inſtituto egit, Kirchmannus *de funer. Rom. II, 8.* HEIN.

LECTIO, actus legendi. LECTIO tabularum. *l. 2. §. 5. D. teſtam. quemadm. aper.*

¶. 2. [In *l. 1. C. Theod. de reſponſ. prud. Lib. I. tit.*

 4. Pa-

4. *Papiniani*, *Caii*, *Paulli*, *Vlpiani*, *atque Modeſtini ſcripta vniuerſa firmamus*, *ita vt Caium*, *Paullum*, *Vlpianum*, *et ceteros*, *comitetur auctoritas* LECTIONIS: id indicari videtur, teſtimoniis ex horum iuriſconſultorum operibus depromtis ſtare teneri iudices, vel, vt in *§. 8. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* res exprimitur, *eorum ſententias et opiniones eam auctoritatem tenere in poſterum debere*, *vt iudici recedere a reſponſis eorum non liceat.*]

¶. 3. LECTIONVM, vel *variarum* LECTIONVM libros ſcripſerat Pomponius, vt ex catalogo, pandectis Florentinis praepoſito, et ex ipſis pandectarum capitibus, adparet. Sed et Gellius, quosdam libris ſuis titulum indidiſſe LECTIONIS *ſuae*, alios *antiquarum* LECTIUNVM, *libro XX. Noct. Attic. Cap. 8.* obſeruauit.

LECTOR, in clericis numeratur. *l. 6. C. de epiſc. et cleric.* Et quidem inter ordines tertio gradu conſtituuntur apud Iſidor. *Lib. VII. Orig. Cap. 12.* qui *Lib. II. de eccleſ. offic. Cap. 11.* et de eorum origine agit. Eorum erat, diuinas litteras eccleſiae praelegere. Vnde et LECTORES diuinorum apicum vocantur. *l. 7. C. Theod. de Epiſc. et cler.* Et hoc ſeu munere, ſeu miniſterio, functum in eccleſia Iulianum imperatorem, priusquam a Chriſtiana fide deficiens, ad paganiſmum transfugeret, hiſtoriarum eccleſiaſticarum monimenta teſtantur. Sic enim de eo Socrates *Lib. III. Hiſt. eccl. Cap. I.* Ἐν δὲ τῷ φανερῷ τὰ ἱερὰ τῶν χριστιανῶν ἀνεγίνωσκε γράμματα· καὶ δὴ τῆς ἐν Νικομηδείᾳ ἐκκλησίας ἀναγνώστης καθίσταται. *Palam enim ſacras Chriſtianorum ſcripturas praelegebat*, *in Nicomedienſi eccleſia* LECTOR *conſtitutus.* Theodoritus quoque *Lib. III. Cap. 2.* τοῦ τῶν ἀναγνωστῶν ἠξιώθη χοροῦ, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ὑπανεγίνωσκε τῷ λαῷ. *Dignus habebatur* LECTORVM *ordine*, *et libros ſacros in eccleſiaſticis conuentibus populo praelegebat.* Denique Sozomenus *Lib. V. Cap. 2.* eum cum Gallo fratre ſacris litteris imbutum, narrans, addit: ὡς τῷ κλήρῳ ἐγκαταλεγῆναι, καὶ ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους. *Vt et in clerum cooptaretur*, *populoque libros eccleſiaſticos praelegeret.*

[LECTVLVS. Si herilem LECTVLVM ancilla adſcenderit: *l. 3. C. Theod. de lib. cauſſ. Lib. IV. tit. 8.* Qui genialis tori ac LECTVLI fuit inuaſor alieni. *l. 6. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38*]

LECTVS argenteus. *l. 19. §. 8. D. de aur. arg. leg.* Eum ſupellectili cedere, poſterior aetas recepit. *l. 9 §. 1. D. de ſupell. leg.* [LECTVM ex auro et argento viuentis arboris truncis aedificatum ornauit Vlyxes. *ibid.*] LECTOS emtos Aediles, quum in via poſiti eſſent, concidit: *l. 12. D. de peric. et comm. rei vend.* LECTO fulcrum additum: *l. 26. D. de adquir. rer. domin.* LECTI inargentati, vel inaurati, atque gemmati: *l. 3. §. 3. D. de ſupell. leg.* LECTI teſtudinei pedibus inargentati: *l. 100. §. vlt. D. de legat. III.* In LECTO ſomno vinoque preſſus, aut etiam pigritia ſurgendi, vrinam facit. *l. 14. §. 4. D. de Aedil edict.* LECTORVM autem hae ſunt notandae differentiae: CONVIVALES, CORNATORII, CVBICVLARES, FVNEBRES; GENIALES. ¶. 2. LECTORVM legatum continet et fulcra *l. 52. §. vlt. D. de legat. III.* Vbi LECTVM neutro genere dictum, vos, o grammatici, obſeruate. Immo obſeruarunt, et notarunt tamquam, barbarum tum hoc loco, tum altero *l. 19. §. 8. D. de aur. et arg. leg.* At videtur id vocabulum inter ea fuiſſe, quae in VS et VM exeunt, quorum exempla collegit Voſſ. *Lib. I. Anal. Cap. 36.* quamuis non videatur vetuſtioris laudari auctoritatem, quam Gloſſarii Latini, in quo hoc legitur: LECTVM, κλίνη. Vid. Duckerus *de Latin. vet. iurisc. p. 339.* HEIN.

LEGARE [in XII Tabulis pro qualibet deficientium ſeu morientium voluntate accipi, patet ex *l. 120. D. de verb. ſignif.*] Nimirum LEGARE aſt mandare, iubere, veluti apud Plaut. *in Caſin. Act. I. ſcen. I. v. 12.*

Quin potius, quod LEGATVM *tibi eſt negotium, Id curas.*

Ipſi quoque teſtatores, dum teſtabantur, LEGARE dicebantur, non ſolum in XII Tabulis, ſed in formula nuncupandi notiſſima apud Vlpianum *tit. XX. §. 9.* HAEC VTI IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE VOS, QVIRITES, TESTIMONIVM PRAEBITOTE. Idque ex ea ratione, quod teſtamentum eſſet quaſi lex, quam teſtator dicebat rebus ſuis, in qua omnia verbis directis et legiſlatoriis, vel, vt idem Vlpianus *tit. XXIV. §. 1.* loquitur, LEGIS MODO, id eſt, imperatiue, proferebantur. Hinc et Graecis teſtamentum condere eſt νομοθετεῖν, *legem ferre: Nouell. XXII. Cap. 2.* et apud Chryſoſt. *in Act. Apoſt. ſerm. I.* Ipſum teſtamentum νόμος, *lex*, apud Priſcum *in Excerpt. de legat. p. 62.* Vid. Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 599.* LEGARE enim vere a *lege* dicitur, ceu obſeruauit Voſſ. *in etymol. p. 329.* HEIN.

¶. 2. In ſenſu ſtrictiore acceptum hoc verbum ſignificat *legatum* relinquere, vel rem ſingularem verbis directis dare. Hinc LEGARE *a filio*, *ab herede*, et ſimilia, paſſim in pandectis occurrunt.

LEGATARIA, femina, cui legatum relictum eſt. *l. 43. D. de act. emt. l. 102. in fine princ. D. de legat. III.* [*l. 2. D. de dot. praeleg.*]

LEGATARIVS, cui legatum datum eſt. In acceſſione temporis, quo teſtator poſſedit, LEGATARIVS quodammodo quaſi heres eſt: *l. 14. § vlt. D. de vſurpat.* LEGATARII non iuris ſucceſſores ſunt. *§. 11. Inſt. de teſtam. ord. l. 9. §. 1. D. de edendo.*

LEGATIO, munus et officium, quo legati funguntur. LEGATIONE abeſt: *l. 14. D. de legation.* LEGATIO Alexandrina: *l. 42. C. Theod. de epiſc. et cler.* Qui LEGATIONIS cauſſa Romae erat: *l. 86. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* LEGATIONIS cauſſa abſens: *l. 30. D. eod. tit.* demorari: *l. 2. §. 4 D. de iudic.* LEGATIO ad cenſus accipiendum: *l. 1. D. de mun. et honor.* In LEGATIONE compromittere: *l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr.* conſtituere: *l. 8. D. de iudic.* Si quum alium contingeret LEGATIO,

alii

LEG.

alii hoc onus duumuir indixerit: *l. 13. §. 5. D. de tutor.* LEGATIONEM deferere: *l. 2. D. de legation.* Quoties LEGATIO deſtinatur: *l. 15. C. Theod. de legat. et decret.* [*l. vlt. C. de legat.*] In LEGATIONE eſſe: *l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr. l. 3. D. de legation.* LEGATIONE quis pro ciuitate functus eſt: *l. 26. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 4. l. 7. l. 8. l. 15. D. de legation.* Qui apud externos LEGATIONE funguntur, poſſunt facere teſtamentum: *l. 13. D. qui teſtam. fac.* munere LEGATIONIS fungi: *l. 4. §. 5. D. de legation.* Debitor reipublicae LEGATIONE fungi non poteſt: *l. 4. D. eod.* Si filiusfamilias LEGATIONIS gratia aberit: *l. 18. §. 1. D. de iudic.* Ne impediatur LEGATIO: *l. 26. D. de iudic.* LEGATIO iniuncta: *l. 11. D. de legation.* Libera LEGATIO: *l. 14. D. de legation. l. 15. C. Theod. de legat. et decret.* de qua plura infra in LIBER. LEGATIO mandata: *l. 8. §. 1. D. de legation.* LEGATIONES ſolo miniſterio obeuntur: *l. 6. D. de legation.* LEGATIONIS officium: *l. 10. l. 11. §. vlt. D. de legation.* Ante perfectam LEGATIONEM, ſeu nondum perfecta LEGATIONE: *l. 16. D. de legation.* perfecta LEGATIONE: *l. 2. § 4. D. de iudic.* LEGATIO proconſularis prouinciae: *l. 186. C. Theod. de decurion.* LEGATIONES prouinciales: *l. 15. C. Theod. de legat. et decret.* LEGATIONEM ſuſcipere: *l. 3. l. 11. §. vlt. l. 13. D. de legation. l. 16. D. eod. tit.* Suſceptae LEGATIONES: *l. 12. l. 16. D. eod. tit.* LEGATIONIS tempore: *l. 30. D. ad SC. Trebell. l. 3. D. de legation. l. 26. D. de iudic.* Si quis Romam in LEGATIONEM venerit: *l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr.*

LEGATIVVM, viaticum legatorum adpellatur. *l. vlt. §. 12. D. de mun. et honor. l. 2. §. vlt. D. de legation.* [Vid. Cuiac. *ad l. 36. D. de legat. II.*]

LEGATOR, pro teſtatore, qui legauerat. Sueton. *Tiber. Cap. XXXI.*

LEGATVM, Florentinus in *l. 116. D. de legat. I.* definit delibationem hereditatis, qua teſtator, ex eo, quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum vult: Modeſtinus in *l. 36. D. de legat. II.* donationem teſtamento relictam: Iuſtinianus *§. 1. Inſt. de legat.* donationem quamdam, a teſtatore relictam, ab herede praeſtandam. Vlpian. *tit. XXIV. §. 1.* quod legis modo, id eſt, imperatiue, teſtamento relinquitur. Nam ea, quae precario modo relinquuntur, *fideicommiſſa* vocantur. Dicitur autem LEGATVM a lege, vt Eutych. *Lib. II. de diſcern. coniugat. p. 2176.* ſcribit. Porro et fideicommiſſum, et mortis cauſſa donatio LEGATI adpellatione continentur. *l. 87. D. de legat. III.* In generali quoque repetitione LEGATORVM etiam libertates datas contineri, ex mente legum XII Tabularum, traditur *l. 80. D. de verb. ſignif.* Verbis enim legum XII. Tabularum his: VTI LEGASSIT SVAE REI, ITA IVS ESTO, latiſſima poteſtas tributa videtur, et heredis inſtituendi, et LEGATA, et libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi. *l. 120. D. eod. tit.* Plane Suidas hanc LEGATORVM et *fideicommiſſorum* differentiam ſtatuit, quod

LEG.

LEGATA ſint *τὰ ἐκ διαθήκης, ex teſtamento;* FIDEICOMMISSA, *τὰ ἐν πίστει καταλιμπανόμενα ὑπὸ τοῦ μέλλοντος τελευτᾷν. fidei alicuius relicta a moribundo.* ¶. 2. LEGATORVM olim genera quatuor erant: *per* DAMNATIONEM, VINDICATIONEM, SINENDI MODO, et *per* PRAECEPTIONEM. Et certa quaedam verba cuique generi adſignata erant, vt Iuſtinianus ait *§. 1. Inſt. de legat.* Vetus Gloſſarium: LEGATA *adempta ſunt illa, quae teſtator admit legatario, voluntate mutata. Translata ſunt, quae teſtator legatario adempta transfert in alium.* ¶. 3. LEGATORVM ſtipulatio, *l. 29. §. 1. D. de verb. oblig.* et *l. 5. D. de dol. mal. except.* adpellatur, quae legatorum, vel in diem, vel ſub conditione relictorum, vel etiam praeſentium, nomine interponitur. *tit. D. vt legat. ſeu fideic. nom.* Vlpianus ſtipulationes de LEGATIS vocat, in *l. 1. §. 2. D. de ſtipulat. praetor.*

LEGATVS ex eo nomen habet, quemadmodum Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* ſcribit, *quod publico mittuntur, leguntur.* [Idem *Lib. IV.* LEGATI, *qui lecti publice, quorum opera conſilioque vteretur peregre magiſtratus, quiue nuncii ſenatus aut populi eſſent.*] Ita quidem Varro: ſed vnusquisque ſtatim animaduertit, hanc etymologiam non magis probabilem eſſe, quam, qua iſtud vocabulum ab Hebraeo לאך, *miſit*, vnde מלאך *legatus*, vel *nuncius*, denotatur. Eſt enim a LEGANDO, quia mandata magiſtratus ad alios perferunt. Voſſ. *Etymolog. p. 329.* HEIN. Ita autem in libris noſtris adpellantur, qui a municipio, ciuitate, republica, patria ſua, vel prouincia, cum mandatis ad principem mittuntur. *l. 2. §. 1. l. 8. l. 24. D. de iudic.* Et ita LEGATVM ad principem ſalutandum omnibus annis a Byzantinis mitti ſolitum, oſtendit Plin. *Lib. X. Epiſt 52.* vbi et ad eum, qui Moeſiae praefuerit, publice ſalutandum, LEGATVM ab iisdem miſſum eſſe, teſtatur. Edicto vero Veſpaſiani praeceptum omnibus ciuitatibus fuerat, ne plures, quam ternos LEGATOS mitterent. *l. 4. §. vlt. D. de legation.* Sic LEGATI Achiuorum: *l. 18. C Theod. de exact.* LEGATI, qui ad comitatum noſtrum aduenerunt: *l. 6. C. Theod. de legat. et decret.* LEGATVS, creatus a patria ſua *l. ſed. 12. D. de legation.* LEGATVS Hierapolitanae ciuitatis: *l. 8. C. Theod. de cenſit. peraequ. inſpect.* municipalis: *l. 1. D. eod. tit.* LEGATI municipiorum: *l. 8. D. ex quib. cauſſ. maior.* prouinciales: *l. 35. §. vlt. D. de iureiur.* LEGATVS reipublicae: *l. 2. D. de legation.* LEGATI, qui ad ſacrarium principis mittuntur: *l. vlt. §. 12. D. de mun. et hon.* ¶. 2. LEGATI etiam ſunt, qui a populo libero vel principe ad alium populum liberum vel principem mittuntur. Sic LEGATVS gentilium: *l. 5. C. Theod. de leg. et decret.* hoſtium: *l. vlt. D. de legation.* LEGATI populi Romani, qui ſagmina ferre ſolebant, ne quis eos violaret, ſicuti LEGATI Graecorum ferunt ea, quae vocantur *κηρύκεια. l. 8. §. 1. D. de rer. diuiſ.* ¶. 3. Denique LEGATVS etiam vicarium, et qui aliena vice fungitur, ſignificat. Caeſar *Lib. I. de bello ciu. Cap. 17. Neque ſe ignorare, quod eſſet officium* LEGATI, *qui fiduciariam operam obtineret.* Appian.

LEG.

Lib. I. de bell. ciuil. p. 374. Ἐπαμφέθη δ' αὐτῷ καὶ Φοντήιος, ὃς ἐπρέσβευεν αὐτῷ· καλοῦσι δὲ οὕτως τοὺς τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐθνῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἑπομένους εἰς βοήθειαν. *Interiit et Fonteius, qui ei* LEGATVS *fuerat. Ita vero Romani vocant eos, qui a Senatu rectoribus prouinciarum adiutores dantur.* Sic LEGATVS Aquitaniae; *l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor.* LEGATVS Caeſaris, id eſt, praeſes, vel corrector prouinciae: *l. 20. D. de offic. praeſid.* Hinc ii praeſidum nomen ſibi vindicant: *l. 1. D. eodem tit.* Ac plane qui Caeſarum prouincias cum imperio obtinebant, LEGATI *Caeſaris* dicebantur. *l. 19. §. vlt. D. locat. l. 7. D. de manum. vind. l. 4. D. de offic. adſeſſ.* Vera ac genuina horum praeſidum denominatio erat: LEGATI AVG. PROCOS, vel PROPRAETORE: Ez. Spanh. *de vſu et praeſt. numiſm. Tom. II. p. 180.* praeter eos, qui Aegypto praeerant, qui PRAEFECTI AVGVSTALES, *rubr. D. de offic. praef. Auguſt.* VICARII AVGVSTALES, *l. 2. C. de his, quae met. cauſſ.* AVGVSTALES, *l. 59. C. de decurion.* et PRAEFECTI Aegypti dicebantur. *l. 21. D. de manum. vind. l. 1. D. de tut. et curat. dat.* et apud Reineſ. *Inſcr. p. 460.* HEIN. Pontius, LEGATVS Caii Caeſaris: Plin. *Lib. XXXV. Cap. 3.* LEGATVS Ciliciae: *l. 2. D. de iur. immunit. l. 3. D. de teſtib.* LEGATI conſulares: Suet. *Veſpaſ. Cap. VI.* LEGATVS Galliae: Plin. *Lib. IX. Cap. 5.* LEGATVS legionis; Idem *in Veſp. Cap. IV.* Lugdunenſis: *l. 15. D. de excuſ. tut.* Lugdunenſis prouinciae: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. II. §. 2.* Lyciae, apud Plin. *Lib. XII. Cap. 1.* Numidiae: *l. 7. D. de legat. praeſt.* praeſidis: *l. 9. §. 2. D. de poen.* proconſulis. Ingreſſus enim prouinciam proconſul iuriſdictionem LEGATO ſuo mandabat, nec, antequam ingreſſus eſſet, mandabat, niſi neceſſariam moram in itinere pateretur. *l. 4. §. vlt. l. 5. D. de offic. procoſ.* adeoque LEGATVS procos. vocatur, qui eius partibus, mandata ab eo iuriſdictione, fungebatur: *l. 4. §. vlt. l. 6. D. de offic. proconſ. l. 1. D. de bon. poſſeſſ. ex teſt. mil. l. 2. D. qui et a quib. l. 17. D. de manumiſſ. vindict.* Plin. *praefat. Lib. XIX.* Vetus Gloſſarium: LEGATVS *proconſulis eſt, cui proconſul, ingreſſus prouinciam, mandat iuriſdictionem, aut quum in itinere moram patitur neceſſariam.* Hinc et iudicis, et tutoris dandi ius habebat LEGATVS proconſulis; *l. 12. l. 15. D. de offic. proconſ.* animaduertendi vero, coercendi, vel atrociter verberandi ius non habebat: ſed, ſi quid eſſet, quod maiorem animaduerſionem exigeret, reiicere ad proconſulem debebat *l. 11. D. eod. tit.* Ad LEGATOS hos pertinent ſequentia: Adpellari a LEGATIS proconſul poteſt: *l. 3. D. quis a quo adpell.* LEGATI principem non conſulebant, ſed proconſulem ſuum, et is ad conſultationes eorum debebat reſpondere: *l. 6. §. 2. D. de offic. proconſ.* LEGATVM ante ſe de prouincia dimittere proconſul non debet: *l. 10. §. vlt. D. eod. tit.* Quum propriam iuriſdictionem LEGATIS tuis dederis: *l. 4. D. de offic. ei. cui mand. eſt iuriſd.* Apud LEGATVM proconſulis nemo manumittere vel adoptare poteſt, quia non eſt apud eum legis actio: *l. 2. et l. 3. D. de offic. proconſ.* [Contra ea Paullus *l. 17. pr. et §. 1. D. de manum. vind.* vbi iuriſconſultus: *Apud procoſ. poſtquam vrbem egreſſus eſt, vindicta manumittere poſſumus. Sed et apud* LEGATVM *eius manumittere poſſumus.* De quo loco, ſine ſuſpecto, diſputant Iac. Cuiac. *Lib. I. Obſeru. Cap. I.* et Petr. de Marca *de concord. ſacerd. et imper. Lib. V. Cap. I. §. 6*] LEGATVS prouinciae: Plin. *Lib. XII. Cap. 1.* LEGATVS Syriae. Spartian. *in Hadrian. Cap. V.*

LEGERE, vulgari ſignificatione, eſt ſcriptum aliquid oculis perſpicere, quod vel tacito murmure quis apud ſe facere poteſt, vel clara voce recitando. LECTA eſt in auditorio Aemilii Papiniani cautio: *l. 40. D. de reb. cred.* LEGERE libellos pro tribunali: *l. 72. D. de furt.* LEGERE libros: *l. 19. D. ad exhib.* Vnde de plano recte LEGI poſſit: *l. 11. §. 3. D. de inſtitor. act.* Quae in teſtamento LEGI poſſunt. At quae extrinſecus intelliguntur, non videbuntur LEGI poſſe: *l. 1. D. de his, quae in teſtam. del.* LECTVM eſt reſponſum Domitii Vlpiani: *l. 43. D. de act. emt.* Qui tabulas teſtamenti, aut alicuius rei inſtrumentum, ita deleuit, vt legi non poſſit. *l. 42. D. ad leg. Aquill.*

¶. 2. LEGERE, eligere, vt, LEGERE glandem: *l. 1. D. de gland. leg.* oleam: *l. 42. D. de vſu et vſufr. leg.* oleam immaturam. *l. 48. D. de vſu et vſufr. legat.* Cato *de re ruſt. Cap. LXIV. et CXLIV.* LEGERE vuam, et lectam calcare. *l. 25. D. de act. emt.* [Sic et *in Priapei. Carm. LI. et LXVIII,* vbi Priapus:

Ruſticus indocte ſi quid dixiſſe videbor:
Da veniam, libros non LEGO; *poma* LEGO.

LEGERE etiam vinum, eſt apud Varronem *Lib. V. de lingu. Lat.* et LEGERE vuam ſquallidam, apud Plin. *Lib. XVIII. Cap. 31.*] ¶. 3. LEGERE, adlegare, vel cooptare. Sic LEGI milites et tirones dicuntur, vtpote quorum delectus habetur. Qui milites LEGENDI curam agerent: *l. 35. D. ex quib. cauſſ. maior.* Miles, qui ſe LEGI paſſus eſt: *l. 4. §. 1. D. de re milit.* Ne quis ob militem LEGENDVM mittendumue aes accipiat: *l. 6. §. 2. D. de leg. Iul. repetund.* LECTVS miles. *l. 4. §. 1. D. de re milit.* Traianus apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 39. Refert autem, voluntarii ſe obtulerint, an* LECTI *ſint, vel etiam vicarii dati.* LECTI *ſi ſunt, inquiſitor peccauit.* LEGI in ordinem. *l. vlt. D. de veteran.*

LEGIBILIS, E, quod legi poteſt. LEGIBILIA. *l. 1. D. teſtam quemadm. aper.*

LEGIO, vt ait Iſidor. *Lib. IX. Orig. Cap. 3. ſex millium armatorum eſt: quae ſexaginta habet centurias, manipulos triginta, cohortes XII. turmas ducentas.* Qui LEGIONEM vel LEGIONES, cum ſuis auxiliis ab Imperatore miſſas, adminiſtrat: *l. 2. §. 1. D. de his, qui not. infam.* LEGIONI bona ſunt vindicanda: *l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* Si LEGIO deficiat: *l. 3. §. vlt. D. re milit.* [Ceterum LEGIONES et auxilia vt differant, vid. ſupra *Libro I.* in AVXILIA.]

LEGIONARIVS miles: *l. 8. §. 6. D. de excuſat.* [LEGIONARIA militia. *l. 2. C. Theod. de fil. militar. adpar. Lib. VII. tit. 22.*]

LEGISLATOR, *l. 23. §. 1. l. 29. §. 5. D. ad*

Digitized by Google

D. ad leg. Iul. de adult. l. 32. D. de legib. Quinctil. *Lib. XI. Apud Graecos* LATOR LEGVM *ad iudicem vocabatur.*

LEGITIME, id eſt, ſecundum leges, iure legitimo vel legitimo modo. LEGITIME adoptare *l. 132. D. de verb oblig* Relicta filia, quam LEGITIME in adoptionem dederat: *l. 2. §. 9. D. ad SC. Tertull.* LEGITIME in iure cedi: Vlpian. *tit. XIX. Regul. §. 13.* (vbi tamen aliae editiones habent a legitimo herede in iure cedi.) In his, qui non LEGITIME concipiuntur: Vlpian. *Reg tit. V. §. 10.* id eſt, non ex iuſtis nuptiis. LEGITIME defendi *l. 4. C. qui pet. tut.* LEGITIME diſtracta res: *l 12. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tut.* LEGITIME confecta donatio: *l. 2. C. de dot. caut. non num.* LEGITIME factum: *l. 4. C. ad leg. Iul. de adult.* Si minus LEGITIME aliquid fecero: *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* LEGITIME mercari: *l. 7. §. 1. D. de curat. furioſ.* LEGITIME perfecta nouatio: *l. 4. C. de fideiuſſ.* LEGITIME quaeſitus, ſpurio opponitur. *l. 3. §. 1. D. de decurion.*

LEGITIMVS, A, VM, vt plurimum eſt, quod ex vetere lege, nimirum XII. Tabularum, deſcendit, et tam, quod ex verbis, quam quod ex mente eius legis, introductum receptumque eſt, LEGITIMI nomen obtinet. Verumtamen et quod nouis legibus, atque adeo, quod SCis. et conſtitutionibus principum introductum, inſtitutum, confirmatum, comprobatumque eſt, LEGITIMI adpellationem ſibi vindicat. Idque epitheton tam perſonis, quam rebus, actionibus, temporibus, adplicatur. ¶. 2. Sic LEGITIMA accuſatio, quae ex lege Iulia de adulteriis inſtituitur *l. 11. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* LEGITIMAE actiones, in *l. 19. D. de op. nou. nunc.* quae legibus proditae ſunt, vt loquitur Pompon. *l. 11. D. de praeſcript. verb.* quae ex legitimis et ciuilibus cauſſis deſcendunt, vt *§. 3. Inſt. de action.* Et ita LEGITIMAE actiones honorariis opponuntur. *l. 32. D. ad leg. Falcid.* Paullus apud Auctorem *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. II. §. 5.* INIVRIARVM *actio aut* LEGITIMA *eſt, aut honoraria.* LEGITIMA *ex lege XII. Tabularum.* Sic et LEGITIMAE actiones, veluti de paſtu pecoris, de pauperie, ex lege XII. Tabularum proficiſcuntur, item damni iniuriae, ex lege Aquillia: *l. 14. §. vlt. D. de praeſcript. verb.* Actio quoque aquae pluuiae arcendae LEGITIMA adpellatur, vt quae ex lege XII Tabularum deſcendat: *l. 22. §. vlt. D. de aqu et aqu. pluu. arc.* vbi LEGITIMA actio, et *vtilis* opponuntur. Ac plane LEGITIMAS actiones ex legibus XII. tabularum compoſitas fuiſſe, ait Pomponius *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* de quibus ſentit Papinianus, quum ait: Ceſſantibus iudiciis proditis et vulgaribus actionibus: *l. 1. D. de praeſcr. verb.* at Celſus, quum vulgaria atque vſitata actionum nomina dicit. *l. 2. D. eod. tit:* ACTVS legitimi, veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris: *l. 77. D. de regul. iur.* LEGITIMA aetas, viginti quinque annorum aetas adpellatur, quod lege Laetoria in id vſque tempus adoleſcentes curatorum auctoritate regerentur. Quam adpellationem ipſe olim, ſola coniectura ductus, inde fluxiſſe, docui. Verum omnem dubitationem poſtea prolata Imperatoris Conſtantini M. conſtitutio exemit, quae eſt *l. 2. C. Theod. de donat.* cuius haec verba ſunt: *Donec annos Laetoriae legis egreſſus,* LEGITIMAM *compleuerit aetatem.* Et ita LEGITIMA aetas accipitur in *l. 32. §. vlt. D. teſtam. tut. l. 20. §. vlt. D. de liberat. leg. l. 1. D. de fideiuſſor. tut. l. vlt. in fine D. de adpellat. l. 27. D. de negot. geſt. l. 41. D. de fideiuſſor. l. 16. C. eod. tit. l. 12. C. de adminiſtr. tut. l. 1. C. de tut. et cur. qui ſatis non ded. l. 2. C. ſi mat. indemnit. l. 1. C. de curat. furioſ. l. 1. C. ſi quis ignor. rem minor. l. 1. C. ſi mai. fact. l. 2. C. de temp. in integr. reſtit. l. 4. et l. 5. C. de tranſact. l. 1. C. ſi tut. vel curat. interu. l. 1. C. ſi adu. rem iudic. l. 2. C. in quibus cauſſ. reſtit. in integr. l. vlt. C. de his, qui ven. aetat. l. 2. C. qui aetat. vel profeſſ. Lib. X.* Ad LEGITIMAM aetatem peruenire: *l. 10. C. de adpellat.* LEGITIMAE aetatis eſſe; *l. 1. C. ſi quis ignor.* Sic et LEGITIMVM ſtatum aetatis interpretor, in *l. 77. §. 14. D. de legat. II.* et *l. pen. C. quand. dies legat.* At apud Liuium *Lib. XXXX. Cap. 43.* LEGITIMA *aetas* eſt, legibus annalibus praeſcripta, de quibus vide Cicer. *Philipp. V. Cap. 17.* Feſtus Pompeius: *Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magiſtratus capiendi.* Vnde Ouid. *Lib. V. Faſtor. v. 65.*

Finitaque certis
Legibus eſt aetas, vnde petatur honos.

LEGITIMVM auxilium: *l 8. §. vlt. D. de bon. libert.* ¶. 3. LEGITIMAM cauſſam habet actio, per quam quaeritur, an aliquis liber ſit. *§. 13. Inſt. de action.* LEGITIMAM *ceram* tabellam iudiciariam adpellat Cicero *in Diuinat. Cap. VII.* LEGITIMI ciues: *l. 32. D. de iur. fiſc.* LEGITIMA cognatio, vt ait Caius in *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 2.* ea eſt, quae per virilis ſexus perſonas coniungitur, qua LEGITIMA cognatione coniuncti ADGNATI adpellantur. LEGITIMAE ergo cognationes ſunt, quae adgnatorum ius habent, quod ipſum ciuile, et legibus XII. Tab. introductum eſt. *l. 12. §. vlt. D. de rit. nupt.* Etiam Modeſtinus LEGITIMAM cognationem, quae et ciuilis dicitur, per ſe, ſine iure naturali, intelligi ait eamque eſſe, quae per adoptionem contingit. *l. 4. §. 2 D. de grad. et adfinit.* LEGITIMA collegia apud Sueton. *in Aug. Cap. XIII,* id eſt, legibus regiis inſtituta, ſeu, quorum corpus SCtis atque conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt, vt Caius *l. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom.* definit. Alias enim collegium *illicitum* eſt, vt docet *l. 3. D. de colleg. et corp.* Eadem, ac legitima, ſunt collegia antiquitus conſtituta, apud Sueton. *in Iulio Cap. XLII.* LEGITIMA computatio: *l. 6. C. ad leg. Falc.* LEGITIMA coniunctio: *l. 7. C. de nupt. conſtitutio: Auct. ad Herenn. Lib. I. Cap. 12.* LEGITIMA conuentio, quae lege aliqua confirmatur: *l. 6. D. de pact.* Quales ſunt, quae de furto et iniuria fiunt, quas lex XII. *tabul.* comprobat. De furto enim paciſci lex permittit, *l. 7. §. 14. D. de pact.* vt et de iniuria, hoc carmine: SI MEMBRVM RVPSIT, NI CVM EO PACIT, TALIO ESTO. Feſtus *in voce talio.* Vnde et iniuriarum, itemque furti actiones per pactum ipſo iure tolli, ait Paullus *l. 17. §. 1. D. de pact.* LEGITIMA crimina, de quibus lege aliqua quaeſtio conſtituta eſt, vel quae lege aliqua vindicantur, vt ſunt publica; *l. 3. §. 2. D. de crim. ſtell.*

Digitized by Google

ſtell. iuncta *l. 13. §. vlt. D. de ſtellion.* LEGITIMVS curator, ad quem ex lege XII. Tabularum curatio furioſi aut prodigi pertinet: *l. 13. D. de curat. furioſ.* LEGITIMI curatores ſont, qui ex lege XII. Tabularum dantur, quae lex furioſum, itemque prodigum, cui bonis interdictum eſt, in curatione iubet eſſe adgnatorum. Vlpian. *Reg. Tit. XII.* §. 2.

¶. 4. LEGITIMI defenſores: *l. 10. C. vbi pet. tut.* Intra dies LEGITIMOS, quibus adpellare licet: *l. vlt. de his, qui per met. iud. non adpell.* id eſt, intra biduum, vel triduum, ex die ſententiae latae computandum, vt docet *l. 1. §. 5. D. quand. adpell.* ſeu altera die, vel tertia, vt *d. l. 1. §. 6. D. eod. tit.* Quod tempus oratione D. Marci praeſcriptum fuiſſe, non male colligitur ex eadem *l. 1. §. 7. D. eod. tit.* [LEGITIMAE dignitates, id eſt, ἔμπρακτοι, quae honorariis, et imaginariis opponuntur, in *l. 2. C. Theod. ad leg. Iul. repetund.* Vid. Iac. Gothofred. *Paratitl. Lib. VI. Cod. Theod. tit. 22.*]

¶. 5. LEGITIMVS *equus*, apud Ouid. *Lib. III. Faſt. v. 130.* id eſt, publicus, vt loquuntur Varro *Lib. VII. de lingu. Lat.* et Vlpianus *l. 2. D. de in ius voc.* quo ſcilicet equites merebant. LEGITIMA exactio. *l. 23. C. de ſolution.*

¶. 6. LEGITIMA hereditas, *l. 3. pr. D. de adſign. libert. l. 7. D. ſi tab. teſtam. l. 2. l. 4. D. vnde legit. l. 16. D. de his, quae vt indign. l. 27. D. de negot. geſt. l. 6. l. 13. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. l. 22. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* id eſt, quae iure legitimo obuenit, vt *l. 3. §. D. pro ſocio.* vel quae lege obuenit, vt *l. 130. D. de verb. ſignif.* Sicuti, quae proximo adgnato defertur ex lege XII. Tabularum, item quae ex nouis legibus, SCis et conſtitutionibus principum: *l. 1. l. 3. D. de hered. petit. l. 2. D. famil. erciſc. l. 7. D. de cap. minut.* LEGITIMAE hereditates, quae ex lege XII. tabularum veniunt, item, quae ex legibus aut SCis: *l. 11. D. de ſuis et legit.* Ad LEGITIMAM matris hereditatem filii ex SC Orphitiano admittuntur: *l. 1. D. ad SC. Tertull.* LEGITIMA hereditas, quae patrono defertur: *l. 3. §. 1. D. de ſuis et legit. l. 6.* §. *8. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* LEGITIMARVM hereditatium ius: *l. 37. D. de vulg. et pupill ſubſtit.* LEGITIMVS heres, *l. 26. D. de negot. geſt. l. 17. D. de caſtr. pecul. l. 30. D. de except. rei iudic. l. 1. D. quis ord. in bon. poſſ. l. 2. D. de ſuis et legit. l. 1. C. eod. tit. §. 3. Inſt. de bon. poſſeſſ.* qui lege heres eſt, ab inteſtato, vt loquitur Pomponius *l. 29. §. vlt. D. de ſtatulib.* ſeu, qui ab inteſtato ſuccedit, vt *l. 28. D. de iur. codicill.* qui et *iuſtus heres*, vt docui ſuperiore libro. Itaque bonorum poſſeſſio, ex capite VNDE LEGITIMI, omnem vocat, qui ab inteſtato potuit eſſe heres: ſiue lex XII. Tabularum, eum LEGITIMVM heredem faciat, ſiue alia lex ſenatusue conſultum. Denique mater, quae ex SC. venit Tertulliano, item, qui ex Orphitiano ad legitimam hereditatem admittuntur, hanc bonorum poſſeſſionem petere poſſunt. *l. 2. D. vnde legit.* Et generaliter, quotiescumque vel lex, vel Senatus, defert hereditatem, non etiam bonorum poſſeſſionem, ex hac parte eam petere poteſt. *l. 3. D. eod. tit. l. 1. §. 5. D. ad SC. Tertull.* Et ita *l. 74. § 1. D. ad SC. Trebell.* mater inteſtata deceſſiſſe proponitur, vtrisque liberis LEGITIMIS heredibus relictis, quibus nimirum ex SC. Orphitiano hereditas defertur; ante quod SC. dumtaxat ex capite VNDE PROXIMI COGNATI, non etiam VNDE LEGITIMI bonorum matris ſuae poſſeſſionem petere liberi poterant. *l. 1. §. 9. D. vnd. cognat.* Iure LEGITIMI heredis poſſeſſio defertur adgnatis, *l. 8. D. vnd. cogn.* LEGITIMI heredis iure bonorum poſſeſſio LEGITIMIS capite deminutis non datur: *l. 5. D. eod. tit.* LEGITIMVS heres, et *ſcriptus* opponuntur apud Vlpianum *tit. XIX. Reg.* §. *13.* Filius eius, qui ab hoſtibus captus eſt, ſi deceſſerit, patre captiuo viuo, ſiquidem pater ibi deceſſerit, quaſi paterfamilias, LEGITIMVM habebit ſucceſſorem: *l. 9. D. de caſtr. pecul.*

¶. 7. LEGITIMVM ius: Cic. *Lib. II. de inuent. Cap. 22.* LEGITIMVM ius Quiritium: Idem *pro domo Cap. XIII.* LEGITIMVM vero ius et *naturale* ſeparantur, §. *14. Inſt. de hered. quae ab inteſt. def.* ſicut *ciuile* et *naturale*, in *l. 4. §. 2. D. de grad.* LEGITIMVM ius adgnationis: Vlpian. *tit. XXVIII. Reg. §. 9.* Bonorum poſſeſſiones quaedam ab inteſtato competunt habentibus ius LEGITIMVM, vel non habentibus propter capitis deminutionem: *l. 6. §. 1. D. de bon. poſſeſſ.* Exemplo iuris LEGITIMI: *l. 11. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ contr. tab.* id eſt, *iuris ciuilis*, vt *l. 2. §. 1. D. eod. tit.* Quae iure LEGITIMO obuenit hereditas: *l. 3. §. 2. D. pro ſoc.* Pro hereditate, quam tibi reliqui, quae ad fratrem meum iure LEGITIMO rediret: *l. 69. D. de legat. II.* LEGITIMO iure euincere hereditatem: Vlpian. *tit. XXVIII. Regul. §. 13.* id eſt, *ciuili*, vt ibidem. LEGITIMO iure pertinet hereditas: *l. 22. D. de iure patron.* LEGITIMO iure poſſidere hereditatem: *l. 1. §. 9. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* LEGITIMO iure ſubnixus: *l. 4. C. de legit. hereditn.* Ad agnatos pupilli iure LEGITIMO ſollicitudo tutelae pertinet: *l. 2. C. de legit. tut.* Siue ex teſtamento, ſiue ex iure LEGITIMO, onus tutelae ad te perueniat: *l. vlt. C. de in lit. dand. tut.* Pro iure LEGITIMO haberi debet hominis ſani voluntas: *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* Perinde, ac ſi iure LEGITIMO ſtipulatio interpoſita fuiſſet. *l. 4. §. vlt. D. de fideiuſſ. et nominat. tut.*

¶. 8. LEGITIMA latitudo viae: *l. 13. §. 2. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* id eſt, lege finita, vt loquitur Celſus in *l. 6. §. 1. v. poſſunt. D. quemadm. ſeru. amitt.* ſeu lege XII. Tabularum comprehenſa: *d. l. 13. §. vlt. D. eod. tit.* Haec autem latitudo ex lege XII. Tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum ſedecim. *l. 8. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* LEGITIMI liberi, *naturalibus* oppoſiti, eos ſignificant, qui ex legitimis et iuſtis nuptiis quaeſiti ſunt. *l. 45. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit.*

¶. 9. LEGITIMI magiſtratus: *l. 2. §. 19. D. de orig. iur.* Ex iuſto et LEGITIMO matrimonio editi: *l. 6. C. de inceſt. nupt.* Qui naſcitur ſine LEGITIMO matrimonio: *l. 24. D. de ſtat. homin.* Quae in matrimonium ſe dederint non LEGITIMVM: *l. 37. §. vlt. D. ad municipal.* LEGITIMVS modus, in *l. 3. §. 1. D. de mort. infer.* quo abeſſe ab aedificiis buſta monimentaque lex XII. tabularum conſtituit, teſte Cicerone *de Legib. Lib. II. Cap. 23.* LEGITIMVS modus, in *l. 21. D. de donat.* qui donationibus lege praeſtitutus olim erat, cuius meminere *l. 24. D. eod. tit. l. 36. D. de mort. cauſſ. donat. l. 5. §. 2. et §. 5. D. de dol. except. l. 1. D. quib. mod. pign.* Quod et illa Paulli verba comprobant, quae exſtant *Lib.*

vel

LEG.

V. ſent. tit. 11. *§.* 6. *Ei, qui aliquem a latrunculis, vel hoſtibus, eripuit, in infinitum dare non prohibemur.* Legem autem, quae donationibus modum ſtatuit, Cinciam fuiſſe, indicat *l.* 4. *C. Theod. de donat.* Idem patet ex verbis Vlpiani *tit. I. §.* 1. *Imperfecta lex eſt, veluti Cincia, quae ſupra certum* MODVM *donari prohibet, exceptis quibusdam cognatis.* Quantus vero ex lege Cincia ille modus fuerit, nec Brummerus *de lege Cinc. Cap. XII.* nec quisquam alius, adhuc expediuit. Vid. Schulting. *ad iurispr. vet. anteiuſtin. p.* 561. *ſequ.* HEIN. LEGITIMVS modus honorarii in ſingulis cauſſis vsque ad centum aureos; *l.* 1. *§.* 10. *et §.* 12. *D. de extraord. cognit. l.* 3. *D. de poſtul.* quem SCo conſtitutum, Tacit. *Lib. XI. Annal. Cap.* 5. oſtendit. LEGITIMO modo alienare; *l.* 7. *§.* 1. *D. de curat. fur.* LEGITIMO modo ſatisfacere creditori. *l.* 8. *C. de inoffic. teſtam.* ¶. 10. LEGITIMVS numerus decurionum: *l.* 2. *D. de decret. ab ord. fac.* id eſt, lege municipali praefinitus: *l.* 7. *D. eod. tit.* qua cautum fuiſſe, vt ordo non aliter haberetur, quam duabus partibus adhibitis, tradit Vlpianus. *l.* 3. *D. eod. tit.* Vnde in *l.* 3. *D. quod cuiusc. vniv. nom.* aut lege ceſſante ordo dedit, quum duae partes adeſſent, aut amplius, quam duae. Quae quidem duae partes ordinis totius curiae inſtar exhibent. *l.* 45. *C. de decurion. Lib. X.* Similiterque LEGITIMVS *numerus*, apud Plin. *Lib. X. Epiſt.* 113. eſt lege Pompeia, qua Bythyni et Pontici vtebantur, aut certe lege aliqua municipali, praeſcriptus. LEGITIMVS numerus apud Paull. *Lib. IV. Sent. tit.* 1. *§.* 16. eſt lege Fuſia Caninia definitus, et praeſtitutus. LEGITIMAE nuptiae, *l.* 11. *§.* 12. *D. ad leg. Iul. de adult. l.* 11. *D. de ſtat. hom. l.* 6. *C. de ſuis et legit. hered. l.* 7. *et* 8. *C. de patr. poteſt.* quae videlicet ſecundum iura ciuitatis Romanae contractae ſunt. *pr. Inſt. de nupt.* Cai. *Lib. I. Inſt. tit.* 4. *§.* 1. *l.* 19. *D. de ſtat. hom.* ¶. 11. LEGITIMA obſeruatio, quae diuortio faciendo lege XII. Tabularum, vel lege Iulia de adulteriis, praefinita eſt. *l.* 35. *D. de donat. int. vir. et vxor. l.* 43. *D. ad leg. Iul. de adult.* Milites quomodocumque teſtamentum fecerint, valet etiam ſine LEGITIMA obſeruatione: Vlpian. *tit. XXIII. §.* 10. id eſt, etiam non obſeruatis iuris ciuilis regulis.

¶. 12. LEGITIMA pars: *l.* 19. *D. de bon. libert. l.* 1. *C. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. libert. l.* 1. *C. ſi in fraud. patron.* id eſt, patrono debita ex lege Papia, vt *§.* 3. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* Iuſtinianus *νόμιμον μέρος* vocat. *Nouell. LXXXIX. Cap.* 6. LEGITIMA perſona ſtandi in iudicio: *rubr. C. qui legit. perſ. ſtandi in iud.* LEGITIMAE perſonae: *l. vlt. C. de Carbon. edict.* LEGITIMA poena furti: *l.* 7. *§.* 1. *D. de condict. furt. l.* 9. *C. de furt.* In *l.* 1. *§.* 3. *D. ad SC. Turpill.* LEGITIMA poena eſt, ex lege Remmia calumniatoribus irroganda. LEGITIMA poena nulla eſt ſtellionatus, quum nec legitimum crimen ſit: *l.* 3. *§.* 1. *D. ſtellionat.* Sic et apud Sueton. *in Claud. Cap. XIII.* LEGITIMA *poena* eſt legibus impoſita. LEGITIMAE poenae, in *l.* 9 *C. ad leg. Iul. de adult* quae lege Iulia de adulteriis irrogantur. LEGITIMA portio, liberis debita, olim quarta pars bonorum, quae ab inteſtato ad liberos perueniſſent, ſiue lege Glicia, ſiue qua alia, vel conſtitutionibus principum, definita. *§.* 3. *Inſt. de inoff. teſtam.* iuncta *l.* 8. *C. eod. tit.* LEGITIMA poſtulatio, apud Plin. *Lib. V. Epiſt.* 14. quae legibus ſubnixa erat. LEGITIMA *praemia militum*, apud Sueton. *in Veſpaſ. Cap. VIII.* ſiue quae parta victoria, ſiue quae, impletis ſtipendiis, militibus debentur, quae *commoda emeritorum praemiorum* idem Suetonius *in Octau. Cap. XXIII.* vocat. LEGITIMIS probaionibus oſtendi. *l.* 40. *D. de teſtam. milit.* ¶. 13. LEGITIMA quaeſtio, apud Ciceron. *pro Cluent. Cap.* 33. nimirum lege Cornelia de veneficiis conſtituta. LEGITIMA quantitas, in *l.* 25. *C. de donat. int. vir. et vxor.* quae legibus et conſtitutionibus definita et praeſcripta eſt. *l.* 34. *C. de donat.* ¶. 14. LEGITIMVS ſenatus, apud Spartian. *in Hadr. Cap. VIII.* et Iul. Capitolin. *in Pertinace Cap. IX.* LEGITIMA ſoboles. *l.* 5. *C. de adopt.* LEGITIMVM ſpacium: *l.* 14. *D. de ſeru. vrb. praed.* quo nimirum Lex XII. tabularum ambitum aedium definiuit. LEGITIMA ſucceſſio: *l. vlt. D. de Carbon. edict. l.* 11. *C. de inoff. teſt.* LEGITIMA ſucceſſio adgnatorum; *rubr. Inſt. de legit. adgn. ſucceſſ.* LEGITIMVS ſucceſſor. *l.* 9. *D. de caſtr. pecul.* ¶. 15. LEGITIMVM tempus, in *l.* 5. *D. de vſufr. l.* 3. *D. quemadm. ſeru. amitt. l.* 24. *D. de donat. int. vir. et vx.* Lege XII. Tabularum vſucapioni praefinitum tempus ſignificat, quod *tempus lege definitum* dicitur, in *l.* 3. *D de vſurpat. et vſuc.* et *ſtatutum tempus*, *l.* 1. *D. eod. tit.* item *conſtitutum tempus*, vti ſupra *Libro III.* docuimus. LEGITIMVM autem hoc vſucapionis tempus in rebus mobilibus anni fuiſſe, in rebus vero ſoli biennii, docent Cicero *in Top Cap. III.* et *pro Caecina Cap. XIX.* Vlpian. *tit. XIX. §.* 8 et Iuſtinianus *proœc. Inſt de vſucap.* LEGITIMVM tempus, quo ſeruitutes pereunt: *l.* 13. *D. quemadm. ſeruit. amitt.* id eſt, tempus, quod ad amittendam ſeruitutem ſufficit, *l.* 14. *D. eod. tit.* vel LEGITIMVM ſpacium: *l.* 1. *C. de praeſcript. trig vel quadrag. ann.* Si reum conueniat intra LEGITIMVM tempus: *l.* 72. *D. de procurat.* LEGITIMA tempora, quibus lis perit: *l.* 72. *D. de procurat. l.* 2. *D. de diuerſ. tempor. l.* 7. *D. de man et honor. l.* 11. *D. de iudic. l. vn. C. vt intra cert. temp.* LEGITIMVM tempus, in *l.* 32. *D. de iudic.* ad iudicandum lege, credo Iulia iudiciaria, praeſtitutum. LEGITIMVM tempus luctus: *l.* 8. *l.* 10. *l.* 11. *D. de his, qui not. infam. l.* 2. *§.* 1. *C. de ſecund. nupt.* idcirco, opinor, quod lege regia decem menſium ſpacium ad lugendos viros mulieribus ſtatutum fuit, vt Ouid. *Lib. III. Faſt. v.* 134. docet, quod poſtea duobus menſibus auctum eſt. Seneca *Epiſt. LXXIII. Annum feminis ad lugendum conſtituere maiores; non vt tamdiu lugerent, ſed ne diutius.* Viris nullum LEGITIMVM tempus eſt. Apulei. *Lib. VIII. de aſin. aur. p.* 205. *Boni ergo et optimi conſules, ſi luctui* LEGITIMO *miſerrimae feminae neceſſarium conceſſeris tempus, quoad reſiduis menſibus ſpacium reliquum compleatur anni.* At in *l.* 3. *D. de vſur.* et *l.* 4. *§.* 5. *D. de re iudic.* et *l.* 1. *C. de vſur. rei iud.* LEGITIMVM tempus intelligitur, quod condemnatis ad ſoluendum lege XII. Tabularum datur. Eadem lege ſtatutum ad dotem reſtituendam tempus, LEGITIMVM appellatur, in *l.* 24. *§.* 3. *D ſolut. matr.* et *l.* 7. *§.* 8. *D. de pact.* LEGITIMVM tempus in *l.* 19. *D. de minor.* legibus ſtatutum tempus ad petendam in integrum reſtitutionem, vt *l.* 1.

Digitized by Google

C. ſi min. ſe maior. LEGITIMVM tempus, in *l. 8. C. de non num. pecun.* quinquennii eſt, intra quod ex principalibus conſtitutionibus non numeratae pecuniae exceptio opponi debuit. *l. 9. l. 14. C. eod. tit. §. vn. Inſt. de litt. oblig. l. 1. C. de caut. et non num. pecun.* Theophil. *in §. 2. Inſt. de except.* Quomodo etiam *ſtatutum tempus* interpretari oportet, in *l. vlt. C. de condict. ex lege*, et *l. 5. C. ſi cert. pet.* LEGITIMVM *tempus honorum petendorum*, apud Sueton. *in Galba Cap. VI.* id eſt, ex lege annali. LEGITIMVM *tempus*, apud Ciceronem *Lib. VII. ad Attic. Epiſt. 8.* quo per legem Iuliam prouinciis decedere proconſules iubebantur, easque diutius retinere vetabantur. LEGITIMVM *tempus*, apud eumdem *in Verr. Act. I. Cap. 11.* accuſatori ad dicendum lege praeſtitutum. LEGITIMVM *ſalarii tempus*, apud Plin. *Lib. III. Epiſt. 12.* poſt annum muneris confectum in prouincia. LEGITIMI teſtes, qui ex legibus teſtamento adhibendi ſunt: *l. 16. §. 1. D de vulg. et pupill ſubſtit.* LEGITIMAE tutelae: *l. 7. D. de capit. minut.* LEGITIMAE tutelae lege XII. tabul. adgnatis delatae ſunt, et conſanguineis, item patronis, id eſt, his, qui ad legitimam hereditatem admitti poſſunt. *l. 1. D. de legit. tut.* Tutela LEGITIMA, quae patronis defertur, e lege XII. tabularum, non quidem ſpecialiter vel nominatim delata eſt, ſed per conſequens hereditatium, quae ex ipſa lege patronis datae ſunt. *l. 3. D. eod. tit.* Ex lege XII. Tabularum libertorum et libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quae et ipſa LEGITIMA tutela vocatur, non, quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet. *§. 1. Inſt. de legit. patr. tut.* Exemplo patronorum et alia recepta eſt tutela, quae et ipſa LEGITIMA vocatur. Nam ſi quis filium, aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, et deinceps; impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit. *§. vn. Inſt. de legit. par. tut.* Praeterea ſi parens filium vel filiam, nepotem vel neptem, vel deinceps impuberem, manumiſerit, LEGITIMAM nanciſcitur eorum tutelam. *§. vn. Inſt. de fiduciar. tut.* Sed et LEGITIMAM tutelam adpellant Imperatores, quam matres ex legis permiſſu ſuſcipiunt. *l. 6. C. de SC. Tertull.* Et ita in *l. 6. C. in quib. cauſſ. pign. Si mater* LEGITIMA *liberorum tutela ſuſcepta.* LEGITIMVS tutor: *l. 19. D. ad SC. Vellei. l. 1. §. 5. D. de ſuſp. tut. l. 5. C. de dol. mal.* Vlpianus *tit. XI. Reg. §. 3.* LEGITIMI *tutores ſunt, qui ex lege aliqua deſcendunt. Per eminentiam tamen* LEGITIMI *dicuntur, qui ex lege XII. Tabularum introducuntur: ſeu propalam, quales ſunt adgnati, ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni:* Iuſtinianus *pr. Inſt. de legit. adgn. tutel. Quibus teſtamento tutor datus non eſt, his ex legibus XII. Tabularum adgnati ſunt tutores, qui vocantur* LEGITIMI. LEGITIMOS tutores nemo dat, ſed lex XII. tabularum fecit tutores: *l. 5. D. de legit. tut.* Patrono, LEGITIMO tutore mortuo, liberi eius ſunt LEGITIMI tutores: *§. vn. Inſt. de fiduciar. tut.* LEGITIMI tutores *et teſtamentarii*, ſiue ex inquiſitione dati, opponuntur. *l. 14. §. 5. D. de ſolut.* ¶. 16. LEGITIMA verba in *l. vlt. C. de teſtam. tut. l. 14. C. de teſtam. manumiſſ.* Latina intelligenda ſunt. Graece enim directo nihil olim teſtamento relinqui poterat, vt oſtendit Vlpian. *tit. XXV. Reg. §. 9.* Apud Varronem *Lib. V. de lingu. Lat.* LEGITIMA verba accipiuntur pro ſollemnibus; vt et apud Ouid. *Lib. II. Faſtor. v. 527.* his verbis:

Curio LEGITIMIS *tunc fornicalia verbis*
Maximus indicit.

LEGITIMAM vſuram centeſimam eſſe, docui *Lib. III. Select. antiqu. Cap. I.* eaque LEGITIMARVM vſurarum interpretatio facienda eſt, in *l. 7. §. 4. 7. 10. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 13. §. 26. D. de act. emt. vend. l. 1. §. 3. D. de pignor. l. 14. l. 15. l. 16. C. de vſur. l. 1. C. de vſur. pupill.* Proinde LEGITIMAE vſurae eaedem *grauiſſimae* et *maximae* ſunt, vt adparet ex *l. 7. §. 4. et §. 8. D. de adminiſtr. et peric.* iuncta *l. 38. D. de negot. geſt.* Eodemque modo LEGITIMVM modum vſurarum accipio in *l. 2. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* LEGITIMAS vtique vſuras in *l. 17. C. de locat.* licitas, et quae ex more regionis frequentantur, intelligere debemus. Qua loquendi figura Vlpianus in *l. 10. §. 3. D. mand.* In vſuras, ait, conuenietur, quae LEGITIMO modo in regionibus frequentantur. Et ita quoque in *l. 8. D. in quib. cauſſ. pign.* verba haec: *Poteſt creditor de fructibus rei ſibi pignoratae ad modum* LEGITIMVM *vſuras retinere*, ad eas vſuras refero, quae ſecundum morem regionis praeſtantur, aeque, ac in *l. 26. D. de condict. indeb.* Verba haec: *Si vſuras ſupra* LEGITIMVM *modum ſoluit.* LEGITIMA vxor: *l. 4. D. de ritu nupt.* et apud Caſſiodor. *Lib. VII. Var. Cap. 40.* quae et *iuſta* alias adpellatur, vt ſuperiore libro docuimus, nimirum, quae ſecundum leges ducta eſt, et *ciuiliter nupta*, vti loquitur *l. 28. §. 3. D. de lib. et poſtum.* Quod vocabulum in iocum non inſulſe trahens Martialis, eam, quae vt legi Iuliae et Papiae pareret, caelibatusque poenas effugeret, matrimonium contraxerat, iure ac merito LEGITIMAM vxorem adpellandam, cenſet *Lib. V. epigr. 76.* his verſibus:

Quae legis cauſſa nupſit tibi, Laelia, Quinte;
Vxorem potes hanc dicere LEGITIMAM.

Quin etiam Iuuenal. *Satyr. VI.* LEGITIMIS *pactam iunctamque tabellis* ait eam, quae iuſta vxor futura ſit.

[LEGVLVS in *l. 13. §. 6. D. de vſufr.* pro quo alii figulus legunt. Sunt vero LEGVLI, qui legunt oleas, vt ex loco Catonis *de re ruſt. Cap. CXLV.* patet: LEGVLOS, *quot opus erunt, praebeto, et factores*, ſeu ſtrictores, vt mauult Turneb. *Lib. X. Aduerſ. Cap. 18.* Vid. ſupra LEGERE *vuam.*] Vtuntur ea voce idem Cato *de re ruſt. Cap. LXV. et CXLVII.* itemque Varro *de lingu. Lat. Lib. IV. p. 25.* et *Lib. V. p. 57.* et alii; HEIN.

LEGVMEN. Siue quid LEGVMINIS in cella penuaria habuit: *l. 3. § 8. de penu leg.* Quod frumentis aut LEGVMINIBVS capitur: *l. 77. D. de verbor. ſignif.* Area ad frumenta, ceteraque LEGVMINA exprimenda. *l. 77. §. vlt. D. de alim. vel cibar. legat.*

LEI.

[ΛΕΙΨΑΝΑ, reliquiae, mortua cadauera. Vide infra RELIQVIAE.]

LENA. Ita dicitur, quae mulieres qoaeſtuarias proſtituit, et ea, quae alterius nomine hoc vitae genus exercet, et, quae caoponam exercens, in ea corpora quaeſtuaria habet *l. 43. §. 7. D. de rit. nupt.* Quae definitio ad legis Iuliae de maritandis ordinibus interpretationem pertinet, qua lege omnes ingenui prohibentur ducere a lenone LENAVE manumiſſam, teſte Vlpiano *tit. XIII. Regul. §. 2.*

LENIRE, lenius reddere. LENIENDA poena eius, qui in rixa, caſu magis, quam voluntate, homicidium admiſit. *l. 1. §. 3. D. ad leg. Corn. de ſicar.*

LENIS, E. LENIVS facere ſtillicidium, et *acrius*, opponuntur. *l. 20. §. 5. D. de ſeru. praed. vrban.*

LENITAS. [LENITATIS paternae teſtis, emancipatio liberorum. *l. vn. Cod. Theodoſ. de ſent. paſſ Lib. IX. tit. 43*] Proniores ad LENITATEM iudices eſſe debent. *l. 11. D. de poen.*

[**LENITVDO** iudicantis: *l. 7. C. de accuſat. Lib. IX. tit. 1.* LENITVDO mendicantium: *l. vn. C. Theod. de mendic. non inualid. Lib. XIV. tit. 18.* Deſidiam et inertiam ſignificare videtur Iac. Gothofredo *ad d. l. 7.* Nam deſidia iudicum, et quaedam lenitatis ambitio, iunguntur in *l. 18. C. Theod. de accuſat.*]

LENO eſt, qui proſtituta habet mancipia, vt Seneca *Lib. VI. de beneſic.* definit. Vetus Gloſſarium: LENO προαγωγὸς λέγεται, ὁ πόρον ποιῶν ἀπὸ δούλων, ἢ ἐλευθέρων ποιούμενος, εἴτε πρωτοτύπως τοῦτο πραγματεύεται, εἴτε προσχήματι πραγματείας ἑτέρας ἔχει τοιαῦτα πρόσωπα, ὡς κάπηλος ἢ πανδοχεύς, ἢ βαλανεύς. LENO *Graece* προαγωγὸς *dicitur, qui quaeſtum illum in ſeruis liberisue hominibus facit, ſiue principaliter hoc negotium faciat, ſiue ſub obtentu alterius negociationis habeat talia corpora, tamquam caupo, ſtabularius, vel balneator.* Quae gloſſographus ille ex *l. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam.* delineauit. Qui LENO fuerit: *l. 24. D. ad leg. Iul. de adult.* Si LENONES patres vel domini, ſuis filiabus, vel ancillis, peccandi neceſſitatem impoſuerint. *l. 13. C. de epiſc. audient.*

LENOCINIVM, turpis ille quaeſtus, hactenus deſcriptus. LENOCINII maritum accuſare: *l. 26. D. ad leg. Iul de adulter.* Crimen LENOCINII contrahunt, qui deprehenſam in adulterio vxorem in matrimonio retinuerunt, non qui ſuſpectam adulteram habuerunt: *l. 2. C. ad leg. Iul. de adult.* LENOCINII crimen lege Iulia praeſcriptum eſt, quum ſit in eum maritum poena ſtatuta, qui de adulterio vxoris ſuae quid ceperit. Item in eum, qui in adulterio deprehenſam retinuit. *l. 2. §. 2. D. eod. tit.* Non mediocriter deliquit, qui LENOCINIVM in vxore exercuit: *l. 29. §. 3. D. ad leg. Iul. de adult.* LENOCINIVM autem exercere, vt ibidem indicatur, intelligitur, qui quaeſtum ex adulterio vxoris fecit, et aliquid accepit, vt vxorem pateretur adulterari, meretricio quodam genere. LENOCINIVM facere non minus eſt, quam corpore quaeſtum exercere: *l. 43. D. de rit. nupt.* Qui LENOCINIVM fecerit, infamia notatur: *l. 1. D. de his, qui not. infam.* LENOCINIVM facit, Vlpiano interprete, qui quaeſtuaria mancipia habuerit, et, qui in liberis hunc quaeſtum exercet; ſiue principaliter hoc negotium gerat, ſiue alterius negociationis acceſſione vtatur, vt puta, ſi caupo fuit, vel ſtabularius, vel balneator: *l. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam.* Mariti LENOCINIVM lex coercuit: *l. 29. D. ad leg. Iul. de adult.* LATROCINII poena: *d. l. 4. §. 2. D. de his, qui not. inf.* infamia eſt, ex praetoris edicto deſcendens. LENOCINII vir poſtulatur: *l. 26. D. ad leg. Iul. de adult.* Qui adulterii damnatam ſciens duxerit vxorem, vel reduxerit, lege Iulia, ex cauſſa LENOCINII punietur: *l. 9. C. eod. tit.* Qui patitur vxorem ſuam delinquere, matrimoniumque ſuum contemnit, quique contaminationi non indignatur, LENOCINII reus eſt: *l. 2. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* Quum mulier viri LENOCINIO adulterata ſit, nihil ex dote retinetur. *l. 47. D. ſolut. matrim.*

[**LENTVLVS et LENTVLI** filia, memorantur *princ. Inſt. de codicill.*] Fuit hic Lentulus cuius occaſione et fideicommiſſariae hereditates iure perfecto deberi, et codicilli mortuorum heredes obligare coeperunt, non *Coſſus*, vt viſum eſt Steph. Vin. Pighio, nec praenomine *Cnaeus*, vti eum vocat Car. Sigon. *in Faſt. p. 351.* ſed L. CORNELIVS L. F. LENTVLVS, qui anno ab V. C. DCCLI, cum M. Valerio Meſſalino Conſul fuit, ceu docet laterculum Coſſ. apud Dion. Caſſium *Lib. LV. p. 548. et marm.* apud Reineſ. *IX. Inſcr. 3. p. 597.* et poſtea Africae proconſul praefuit, ibique, vt ex laudato Inſtitutionum loco diſcimus, deceſſit. HEIN.

LEO.

LEO, feris adnumeratur. *l. 29. §. 6. D. ad leg. Aquill.* LEONES beſtiarum, non pecudum, numero ſunt: *l. 2. §. vlt. D. eod. tit.* LEO manſuetus. *l. 1. §. 6. D. de poſtul.* Cuiusmodi fuit ille Androdi leo, quem loro tenui reuinctum, vrbe tota circum tabernas iiſſe, floribusque ſparſum, ait Gellius *Lib. V. Cap. 14.* Vsque adeo autem manſuefactos leones Romae, vt contrectari ſe, iubamque inaurari paterentur, teſtis eſt Seneca *Epiſt. XLI. Aliter*, inquiens, LEO *aurata iuba nitet, dum contrectatur, et ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus.* Deſcribit aliquod eiusdem generis leones Martialis, veluti *Lib. I. Epigr. 61.* vbi leonem laudat, cum lepore colludentem:

Intres ampla licet torui, lepus, ora LEONIS;
Eſſe tamen vacuo ſe leo dente putat.

Quo etiam pertinet *eiusdem libri Epigramma 23.* Ex *Libro II. Epigr 75.* alterius meminit, ſed ad feritatem naturalem reuerſi:

Verbera ſecuri ſolitus LEO *ferre magiſtri,*
Inſertamque pati blandus in ora manum,
Dedidicit pacem, ſubita feritate reuerſa,
Quanta nec in Libycis debuit eſſe iugis.

De LEONE et ariete, contubernio, et conuictu eodem, mira concordia, vtentibus, elegans eſt *epigramma 73. Libri IX.* Primum LEONEM manſue-

ſuefactum manu tractare et oſtendere auſum eſſe Hannonem, clariſſimum Carthaginienſem, tradit Plin. *Lib. VIII. Hiſt. nat. Cap. 16.* et Aelianus *Libro V. de animal. Cap. 39.* qui et alia exempla LEONVM manſuetorum et manſuefactorum dedit, *Lib. XII. Cap. 23.* et priore loco huius belluae naturam ita deſcripſit; Ἡμερωθεὶς γε μὴν ἐξ ἔτι νεαρῶ πρᾳότατόν ἐςι, καὶ ἐντυχεῖν ἡδὺς, καὶ ἔςι φιλόπαις, καὶ πᾶν ὅτιὖν ὑπομένει πρᾴως τῷ τροφῷ χαριζόμενος. *A prima aetate cicur factus, cum manſuetiſſimus eſt, tum vero occurſu facilis et iucundus. Pueros enim amat, et quiduis, modo id ſuo altori gratum eſſe ſentiat, lubenter ſuſtinet.* HEIN.

LEONIS fit mentio in *Nouella Theodoſii et Valentiniani de manichaeis*, vbi *beatiſſimus* adpellatur. Idem Imperatores *Nouella de Epiſcoporum ordinatione*: *Sicut venerabilis viri*, LEONIS *Papae fideli relatione comperimus.*

LEONINVS, A, VM. LEONINA lex: *l. 38. D. de epiſc. et cleric.* id eſt, Leonis Imperatoris, vti *l. 12. C. de pact.* LEONINA ſocietas, ex qua alter lucrum tantum, alter damnum ſentiat. *l. 29. §. vlt. D. pro ſoc.*

LEP.

LEPORINVS, A, VM. LEPORINA lana. *l. 70. §. 9. D. de legat. III.*

LET.

LETVM, vel LETHVM, (ita enim ſcribunt, qui hoc vocabulum cum Varrone ἀπὸ τῆς λήθης deriuant,) pro morte. Malo LETO periturus. *l. 9. D. de extraord. crimin.*

LEV.

LEVAMENTARIVS, *l. 1. C. Theodoſ. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5* [Iac. Gothofredus *in Comment.* LEVAMENTARIVM interpretatur eum, qui in lintre ſeu ſcapha naui onerariae maiori adiuncta inſeruierit.] Belgae vocant *een Lichter* [Add. *l. 4. D. de leg. Rhod. de iact. l. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. 44. D. de euict.*]

LEVAMENTVM edicti. *l. 3. in fine D. ſi famil. furt. fec.*

LEVARE, leuius reddere. Vnde LEVARI et *grauari* opponuntur: *l. vlt. C. quemadm. ciuil. mun.* vt et LEVARI et *onerari* culpa, pugnant. *l. 14. D. de offic. praef.* Manus aduerſus quem LEVATAE: *l. 15. §. 1. D. de iniur.* LEVANDAE nauis gratia iactus fit: *l. 1. l. 4. l. 8. D. de lege Rhod. de iact.* Nauis LEVATA inſtrumercium: *l. 4. §. 1. D. eod. tit.* [LEVARI obligationis onere: *l. 67. D. de procurat.* LEVATO velo. *l. vlt. C. Theod. de commerc. Lib. XIII tit. 9.* Quod quid ſit, vid. apud Menoch. *de arbitr. iud. quaeſt. Lib. II. Caſ. 297*] De eo plura infra ſub articulo VELVM.

LEVIR, mariti frater adpellatur. *l. 4. §. 6. D. de grad. et adfin.* Feſtus *Lib. X.* quaſi leuis vir, vt ſcribit Non. Marcell. *de propr. ſerm. Cap. vlt.*

Vetus Gloſſarium; LEVIR, ἀνδράδελφος, *viri frater.* Alias Graecis eſt δαήρ, ceu ex Homero probat Modeſtinus *d. l. 4. §. 6. verſu viri frater. D. de grad. et adfin.* HEIN.

LEVIS, E quando inter animi vitia ponitur, vti *l. 1. §. 9. D. de Aedilit. edict.* conſtanti aduerſatur. *l. 18. D. eod. tit.* Si pater ſit vitae probatae, filia LEVIS mulier: *l. 22. §. 6. D. ſolut. matrim.* LEVES hominum animi: *l. 30. D. de poen.* Si LEVIS perſona cuſtodiae fuit. *l. vlt. §. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor.* id eſt, vilis, et humilis.

§. 2. LEVE, opponitur *graui*, ſeu *ponderoſo*. Sic LEVES anuli, qui rem non excedunt aureorum quinque. *l. 6. D. de bon. damnat.* LEVES lances. *l. 102. §. 1. D. de legat III.*

§. 3. LEVE, temperatum, mollius, non magni momenti. e. g. LEVIS caſtigatio magiſtris conceſſa: *l. 13. §. 4. D. locat.* LEVIS duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti: *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* id eſt, modica, vt *l. 12. D. de iurisd. l. 23. §. 1. D. de vſufr.* LEVIOR cauſſa delicti: *l. 32. D eod. tit.* Opponuntur vero LEVIS cauſſa, et *deterior*: *l. 34. D. de fideiuſſorib.* itemque LEVIS et durior vel deterior. *l. 8. §. 7. l. 34. D. de fideiuſſ.* LEVIORES cauſſae: *l. 11. D. de poen.* LEVIS coercitio in libertam, etiam nuptam, cur patrono denegetur? *l. 11. §. 7. D. de iniur.* LEVEM vtique coercitionem patrono aduerſus libertum dabimus. *l. 7. §. 2. D. eod. tit.* LEVIORIBVS conditionibus emere: *l. 5. §. vlt. D. de in diem addict.* Sub diuerſis conditionibus, diſiunctim poſitis, liber eſſe iuſſus, eam conditionem eligere poteſt, quae ſibi LEVIOR eſſe videtur: *l. 51. D. de condit. et demonſtr.* LEVISSIMA conditio libertatis: *l. 45. D. de manumiſſ teſt.* Talis autem intelligenda eſt, quae ad libertatem perducit, quamuis natura grauior et durior ſit: *l. 35. D. de condit. et demonſtr.* LEVISSIMA conditio, id eſt, quae commodior ſit legatario: *l. 87. l. 90. D. de condit. et demonſtr. l. 64. §. 1. D. ad SC. Trebell.* LEVIVS crimen: *l. 5. D. de decurion.* LEVIA crimina: *l. 6. D. de decurion.* LEVIS culpa: *l. 47. §. 5. D. de legat. I. l. 22. C. de negot. geſt. l. 7. C. arbitr. tut.* LEVEM vtique culpam praeſtare, eſt rebus ſois conſuetam diligentiam adhibere, ſeu ad ſuum modum curam in re aliena, vel negotiis alienis, praeſtare. LEVISSIMAM vero culpam qui praeſtare debet, is exactiſſimam rei cuſtodiendae diligentiam exhibere tenetur. Sic LEVISSIMA culpa: *l. 44. D. ad leg. Aquill.* LEVISSIMA culpa ad exactiſſimam diligentiam dirigitur: LEVIS ad eam, quam quis rebus ſuis adhibere ſolet, vt colligimus ex Caio. *l. 72. D. pro ſoc.* [LEVIORA non curat praetor: *l. 1. §. vlt. D. de inſpic. ventre.*] LEVIVS delictum: *l. 4. §. 13. D. de re milit.* Non vtique quodlibet quam LEVISSIMVM efficere: *l. 1. §. 8. D. de Aedil. edict.* LEVIS febricula: *d. l. 1. §. 8. D. eod. tit.* LEVISSIMA febris: *l. 60. D. de re iudic.* LEVISSIMVM genus adminiſtrationis: Sueton. *Octau Cap. XXXIX.* LEVIS iniuria, et *atrox* opponuntur: apud Paull *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 10.* LEVIS lippitudo, aut LEVIS dentis auriculaeue dolor: *l. 4. §. vlt. D. de Aedil. edict.* LEVIORES mores, qui et *minores*, inter virum et vxorem cenſebantur reliqui omnes, praeter adulterium: Vlpian. *tit. VI. Reg. §. 12.* His aduerſan-

ſantur *grauiores. ibid.* LEVIS, et rebus ſuis conſueta negligentia: *l. 22. §. 3 D. ad SC. Trebell.* LEVIS notitia: *l. 223. §. vlt. D. de verb. ſignif.* LEVIS offenſa: *l. 3. D. de adim. legat.* LEVIOR poena, et *grauior* opponuntur: *l 14. D. de poen.* LEVIS querela: *l. 3. §. 20. D. de re milit.* LEVISSIMA ſcriptura, [id eſt conditio] in libertatibus ea intelligitur, quae manumiſſo facilior eſt: *l. 5. D. de manum. teſt.* LEVIOR, et *grauior* ſententia: *l 13. D. de poen.* LEVIOR fit ſeruitus, ſi altius tollatur ſtillicidium: *l. 20. §. 5. D. de ſeru. praed. vrb.* Si LEVIOR ſit ſuſpicio: *l. 3. §. 1. D. de minor.* LEVIS territio: *l. 15. §. 41. D. de iniur.* LEVIORA vincula, et *grauiora*, opponuntur: *l. 8. §. 6. D. de poen.* LEVES vſurae: *l. 3. D. de eo quod met. cauſſ.* LEVIORE vſura conſtituta: Plin. *Lib. X. Epiſt. 62.* LEVIORES vſurae: *l. 89. §. 1. D. de ſolution. l. 5. D. de oper. publ. l. un. §. 1. D. de legat.* I. quibus *grauiores* opponuntur. Sueton. *in Octau. Cap. XXXIX. Notauitque aliquos, quod pecunias* LEVIORIBVS *vſuris mutuati, grauiore foenore collocaſſent.*

LEVITAS iuuenilis. *l. 24. §. 2. D. de minor.*

LEVITER. LEVITER caſtigare: *l. 9. D. de incend. ruin. naufr.* LEVITER maledictum: *l. 15. §. 41 D. de iniur.* Si quid ex his, quae LEVITER obſeruanda praetor edixit, non ſit factum: *l. 1. §. 15 D. de ventr. inſpic.* Si quis ſeruum aegrotum LEVITER percuſſerit: *l. 7. §. 5. D. ad leg. Aquill.* LEVIVS puniti: *l. 1 D. de effract. l. 28. § 12. D. de poen.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 26. §. 5.* LEVIVS vero, et *grauius* puniri, opponuntur: *l. vlt. D. de rit. nupt.*

LEX.

LEX, primo eſt omnis iuſti ac iniuſti regula. Seneca *de benef. Lib. IV. Cap 12.* LEGEM *dicimus iuſti iniuſtique regulam eſſe.* Idem *Epiſt XCIV.* LEGES *quid aliud ſunt, quam minis mixta praecepta?* Nec multum abit definitio Papiniani: LEX eſt commune praeceptum, virorum prudentum conſultum, delictorum, quae ſponte, vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis reip. ſponſio. *l. 1. D. de leg.* Quibus verbis Papinianus e Graeco in Latinum conuertere ſtuduit illam *νόμου* definitionem, quae ex Demoſthenis oratione *κατὰ Ἀριστογείτου* a Marciano refertur in *l. 2. D. de legib.* quam et Aphthonius fere in extremo libelli *προγυμνασμάτων* ſequitur. ¶ 2. Deinde LEX, ſpeciatim dicitur ius ſcriptum, ac ſollemniter promulgatum populo. LEX enim, vt ait Cicero *de legib. Lib. I. Cap. VI.* eſt, *quae ſcripto ſancit, quod vult, aut iubendo, aut vetando, a delectu.* ¶ 3. LEX etiam eſt, quam populus Romanus, ſenatorio magiſtratu interrogante, veluti conſule, conſtituebat. *§. 4. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* vel generale iuſſum populi, vt ait Gell. *Lib. X. Cap. 20.* Itemque populiſcitum apud Tacitum *Lib. III. Annal. Cap. 58.* Atque ita LEX diſtinguitur non modo a SCis, conſtitutionibus principum, edictis magiſtratuum, prudentumque reſponſis: verum etiam a plebiſcitis, rogante plebeio magiſtratu, veluti tribuno plebis ſuffragio plebis conſtitutis *d. § 4. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* HEIN. Hinc conſulares rogationes proprie ſibi LEGVM nomen vindicant, ac proinde a plebiscitis et SCis ſeparantur. *l. 7. D. de iuſt. et iur. l. 7. §. 7. D. de pact. l. 1. in fine D. ex quib. cauſſ. maior. l. 2. §. 8. D. de orig. iur. l. 1. D. ne quid in loco publ.* ¶. 4. Veruntamen et tribuniciae rogationes, licet minus proprie, LEGES adpellantur. Ita LEGES AQVILLIAM et FALCIDIAM adpellamus, quae plebiſcita ſunt, quum eas Aquillius et P. Falcidius, tribuni plebis, a plebe rogarint. *l. 1. D. ad leg. Aquill. l. 1. D. ad leg. Falcid. l. 1. D. de offic. ei. cui. mand. iuriſdict. l. 6. D. de pact. l. 7. D. de cap. minut. l. 1. D. de condict. ex lege l. 1. D. vt ex legib. §. 4. v. nouiſſime Inſt. de bonor. poſſeſſ.* Et ita tribuniciam LEGEM dixit Pomponius *l. 2. §. 3. D. de orig. iur.* Atqui *tribunicia* LEX apud Pomponium non fuit plebiſcitum, nec a tribuno plebis, qualis eo tempore nullus erat, ſed a Iunio Bruto, tribuno celerum, lata. Hic vero tribunatus proximus a rege, ac ſenatorius magiſtratus erat. Vid. Liuius *Lib. II. Cap. 1.* Deinde plebiſcita leges dici coeperunt, ex quo iis lege primum *Horatia*, lata anno ab v. c. CCCV. deinde *Publilia*, condita anno CCCCXIV, denique *Hortenſia*, lata anno CCCCLVI. eadem auctoritas data eſt, ac legibus, puta vt patres non minus, quam plebem, obligarent. Vide Liu. *Lib. III. Cap. 55. Lib. VIII. Cap. 12.* Gell. *Lib. XV. Cap. 38. l. 2. §. 8. D. de orig. iur.* HEIN. ¶. 5. Sed et aliae ſpecies iuris ſcripti aliquando LEGVM nomine veniunt. Plane in *l. 7. D. de cap. minut.* haec verba: EX NOVIS LEGIBVS, etiam SCa comprehendunt: et LEX dicitur SC. Macedonianum: *l. 9. §. 3. D. de SC. Macedon.* SC. Turpillianum: *l. 10. D. ad SC. Turpill.* iuncta *l. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor.* oratio Seueri: *l. 49. D. de minor.* iuncta *l. 1. D. de reb. eor. qui ſub tut.* immo et conſtitutiones LEGES vocantur. *l. 22. C. de adminiſtr. et peric. tut.* LEGIS beneficio, *l. 12. D. de legat. praeſt.* id eſt, conſtitutionis, ſeu reſcripti: Nam edictum praetoris legata dumtaxat, et fideicommiſſa, exceptis perſonis conſeruabat. Verum reſcriptum ſeu conſtitutio Diui Pii etiam portionem hereditatis, vt adparet ex *l. 5. §. 6. et l. 7. D. eod. tit.* Denique et edictum praetoris LEGEM *annuam* adpellat Cicero *Lib. I. in Verr. Cap. 42.* ¶ 6. Plerumque LEGIS adpellatione *κατ' ἐξοχὴν* lex XII. tabularum intelligitur: *l. 3. D. de vſurpat. et vſucap. l. 7. §. 14. D. de pact. l. vlt. D. de colleg. l. 18. D. qui teſtam. l. 1. D. de curat. furioſ. l. 5. D. de adqu. vel omitt. heredit. l. 13. §. vlt. D. de ſeruit. ruſt. l. 4. §. 5. l. 6. §. 1. l. 7. D. de re iud. et § vn. Inſt. de legit. patron. tutel.* Eamdem legem accipe, quum antiquam LEGEM audis: *l. 2. §. 1. D. de noxal. action.* LEGIS vero XII. Tabularum ſpeciatim fit mentio, *l. 1. D. de tign. iunct. l. 1. D. arb. furt. caeſ. l. 5. D. ſi famil. furt. fec. dicat. l. 3. D. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. D. ſi tab. teſt. non exſtab. l. 29. §. vlt. D. de ſtatulib. l. 5. D. ne quid in loc. publ. l. 1. D. de hered. petit. l. 23. §. 6. D. de rei vindic. l. 7. D. de capit. minut. l. 1. §. vlt. D. vt ex legib. l. 1. l. 4. D ad leg. Aquill. l 14. §. vlt. D. de praeſcr. verb. l. 28 §. 6. D. de iureiur. l. 25. §. 5. D. locat. l. 1. l. 20. D. de teſtam. tut. l 13. D. de legit. tut. l. 1. l. 2. l. 5. §. 13. D. famil. ercisc. l. 130. D. de verb ſignific. l 54. §. 2. D. de furt. l. 1. §. 1. D. de ſuſp. tut. l. 3. § 9. l. 6. D. de ſuis et legit. hered. l 4. C. de legit. hered. l. 98. §. vlt. D. de*

ſolut. Vlpian. *tit. II. §. 4. tit. X. § 1. tit. XI. §. 3. et §. 14. tit. XII. §. 2. tit. XIX. §. 17. tit. XXVI. §. 1. 2. 7. 8. tit. XXVII. §. 5. tit. XXIX. §. 1. et 4. pr. Inſt. de SC. Tertull. princ. §. 3. 5. Inſt. de legit. adgn ſucceſſ. §. 1. §. 9. Inſt. de hered. quae ab inteſt. §. 1. Inſt. de ſucceſſ. cognat. l. vn D. de legit. patron. tut.* et *in Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. XVI. §. 2.* LEGES XII. Tabolarum putauerunt. *l. 25. D. de ſtatulib.* ¶. 7. Sed et aliae leges abſolute LEGES adpellantur. Sic LEGIS nomine, in *l. 17. §. vlt. l. vlt. pr. D. qui, et a quib. l. 4. D. de teſt. milit. l. 4. D. de ſeru. export.* LEX AELIA SENTIA exaudienda eſt. LEX, in *l. 12. l. 14. §. vlt. D. qui, et a quib. manumiſſ.* eſt LEX IVLIA *de adulteriis.* LEGE cautum eſt: *l. 6. D. de feriis*, id eſt, vt opinor, LEGE IVLIA *iudiciorum.* LEX, ſaepe pro Iulia et Papia Poppaea dicitur, vt in *l. 2. l. 16. D. de inr. patr. l. 6. D. eod. tit. l. 37. §. 4. D. de oper. libert. l. 2. D. de minor. l. 64. §. 6. ſequ. D. ſolut. matrim. l. 45. §. 5. l. 48. D. de rit. nupt. l. 38. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 62. §. vlt. l. 64. D. de condit. et demonſtr.* Ad eam quoque LEGEM pertinent haec verba Ouidii *de remed. amor. Lib. II. v. 157.*

Qui LEGIS *iuſſu lectum veniſtis in vnum.*

Itemque hoc Martialis *Lib. V. Epigr. 76,*

Quae LEGIS *cauſſa nupſit tibi, Laelia, Quinte.*

LEGE *publicorum* cauetur, id eſt, LEGE IVLIA *publicorum iudiciorum. l. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor.* At in *l. 32. D. de poen.* LEX IVLIA *publicorum* eſt Iulia de vi publica. ¶. 8. LEGES autem vt plurimum ab altero conſule, cuius tum, quum eae rogarentur, faſces erant, aut qui conſul primus renunciatus erat, nomen ſortiebantur. Interdum ab ambobus conſulibus, quo poſteriore exemplo LEGEM Papiam et Poppaeam, LEGEM Licinniam et Muciam, LEGEM Liciniam et Iuniam, LEGEM Iuliam et Titiam, LEGEM Caeciliam et Didiam dictas legimus. Sed et praeter gentilitium legislatoris nomen plerumque legibus cognomina a re ſubiecta imponebantur. Et ita *agrarias, annarias, iudiciarias, numarias, ſumtuarias, tabellarias, teſtamentarias* legimus. Interdum ea, quae legibus coercebantur, crimina ſummatim legi adſcribebantur, veluti in hunc modum: *de ſicariis, de veneficiis, de parricidiis, de adulteriis, de vi, de plagiaris, de reſiduis.* Alias vero crimins, quae legibus vindicabantur, hoc loquendi genere exprimebantur: *ambitus, peculatus, repetundarum.* ¶. 9. Verum LEGVM omnium, quae de iure ciuili Iſtae ſunt, quarum in libris noſtris habetur mentio, catalogum non alienum erit ſubiicere, quas ſolo nomine edere contentus ero, ſubiectam cuique materiam, in qua verſaretur, in proprios locos reiiciens:

LEX AELIA SENTIA,
AQVILLIA,
ATILIA,
ATINIA,
CINCIA, *de donis, et muneribus.*
CLAVDIA,
CORNELIA, *de captiuis,*
LEX CORNELIA, *de iniuriis.*
CORNELIA, *de ſicariis, et veneficis.*
CORNELIA, *de falſis, quae et teſtamentaria.*
FABIA *de plagiariis.*
FALCIDIA,
LEX FVRIA,
FVSIA CANINIA,
GLICIA,
HORTENSIA,
HOSTILIA,
IVLIA, *de adulteriis coercendis.*
IVLIA, *agraria.*
IVLIA, *ambitus.*
IVLIA, *de annona.*
IVLIA, *de bonorum ceſſione.*
IVLIA, *de fundo dotali.*
IVLIA, *iudiciorum publicorum, ſeu iudiciaria.*
IVLIA, *maieſtatis.*
IVLIA, *de maritandis ordinibus.*
IVLIA, *peculatus, de ſacrilegis, et de reſiduis.*
LEX IVLIA, *repetundarum, ſeu de repetundis pecuniis.*
IVLIA, *de vi priuata.*
IVLIA, *de vi publica.*
IVLIA et TITIA.
IVNIA NORBANA.
IVNIA PETRONIA.
IVNIA VELLEIA.
LAETORIA.
LICINIA CASSIA,
LICINNIA et CASSIA.
MENSIA,
PAPIA POPPAEA.
POMPEIA *de parricidiis.*
REGIA.
REMMIA.
SCRIBONIA.
VOCONIA.

¶. 10 Porro notandae ſunt variae loqoutiones et formulae, quales ſunt ſequentes: LEGIBVS *abrogatur, obrogatur, derogatur, ſurrogatur, fraus ſit*, de quibus omnibus ſuis locis. LEGIS actiones Pomponius interpretatur legitimas actiones: *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* Vbi ex legibus compoſitas fuiſſe actiones tradit, quibus inter ſe homines diſceptarent; quae pars iuris LEGIS actionum nomen obtinuit. Eodemque in capite *§. 12.* partes, quibus ius conſtat, colligens, in his numerat LEGIS *actiones, quae formam agendi continent.* Quamquam non ad legitimas modo actiones, ſed ad alios quoque legitimos actus, LEGIS *actio* porrigitur. Apud eos enim magiſtratus LEGIS *actio eſſe*, vel LEGIS *actio magiſtratibus data eſſe*, dicitur, apud quos adoptiones manumiſſionesque explicari poſſunt. Vlpianus in *l. 1. D. de offic. iurid. Alex. Adoptare*, inquit, *aliquis apud Iuridicum poteſt, quia data eſt ei* LEGIS *actio.* Paullus *Lib. II. Sent. tit. 25. §. 4. Apud magiſtratus municipales, ſi habeant* LEGIS *actionem, emancipari et manumitti poteſt.* Modeſtinus in *l. 4. D. de adopt. Magiſtratum, apud quem* LEGIS *actio eſt, et emancipare filios ſuos; et in adoptionem dare apud ſe poſſe.* Contra Vlpianus, de legato proconſulis loquens, in *l. 3. D. de offic. proconſ.* adoptare eum poſſe negat, quia omnino apud eum non ſit LEGIS actio, id eſt, vt Marcianus in *l. 2. D. eod. tit.* ait, quia non habet iurisdictionem talem. Hinc LEGE *agere.* Qui apud Praetorem egerunt, vel LEGE, vel quo alio iure: *l. 3. D. de offic. praet.* Vlpian. *tit. XII. Reg. §. 24. et §. 27. Si* LEGE, *aut legitimo iudicio agatur.* Cicero *Lib. I. de Orat. Cap. X. Agerent ſecum* LEGE *primum Pythagoraei omnes.* Et alias *eodem Libro Cap. XXXVI. Alter plus* LEGE *agendo petebat.* Idem *in Verr. Cap. LI. Quis vnquam, iſto praetore, Cheliaone inuita* LEGE *agere potuit?* Valer. Maxim. *Lib. VII. Cap. 7. Bonorum adoleſcentis poſſeſſionem ei dedit, heredesque* LEGE *agere paſſus non eſt.* LEGE agere in hereditatem, eſt hereditatem ab eo, qui poſſidet, petere. Cicero *in Verr. II. Cap. 37. Si quis teſtamento ſe heredem arbitraretur, quod tum non exſtaret,* LEGE *ageret in heredi-*

reditatem. Idem *Lib. I. de Orat. Cap. 38.* *Quum miles domum reueniſſet, egiſſetque* LEGE *in hereditatem paternam.* Apud Terent. *in Phorm. Act. V. ſcen. 7. v. 91.* Phormioni, iniuriam ſibi fieri, querenti, expoſtulantique, Demipho quaſi per ludibrium reſpondet: LEGE *agito ergo*, id eſt, litem eo nomine intende, vel iudicio experire, ſi tibi videatur. Ad quem locum Donatus: LEGE *agito*, ait, *dicebatur ei, cuius intentio contemtibilis aduerſario videbatur.* *Plautus in Aulularia:* LEGE *agito: I, coenam coque.* Ex his adparet, LEGE agere eſſe legitima aliqua actione experiri. Eoque ſenſu LEGE *agi*, dixit Cicero non ſemel: veluti *pro Murena Cap. XI.* *Poſſet* LEGE *agi, nec ne, pauci quondam ſciebant: faſtos enim vulgo non habebant.* Idem *in diuinatione Cap. V.* *Quis neget, oportere eorum arbitratu* LEGE *agi, quorum cauſſa lex ſit conſtituta?* Etiam lictor LEGE agere iubebatur, vt docui *Lib. V. formul. § CCXVII. p. 456.* LEGES antiquiores: *l. 27. D. de legibus*: antiquiores, priores, poſteriores LEGES: *l. 26. D. eod. tit.* LEGES cuiusque ciuitatis: *l. 1. D. de mun. et honor.* Traian. apud Plin. *Lib. X. Epiſt. 114.* *Id ergo, quod ſemper tutiſſimum eſt, ſequendum, cuiusque ciuitatis legem puto.* Idem *Epiſt. CX.* *Quo iure vti debeant Bithyniae vel Ponticae ciuitates in iis pecuniis, quae ex quacumque cauſſa reipublicae debebuntur; ex* LEGE *cuiusque animaduertendum eſt.* Verbum: *ex* LEGIBVS, ſic accipiendum eſt, tam ex LEGVM ſententia, quam ex verbis. *l. 6. §. vlt. D. de verb. ſignif.* [LEGES et conſtitutiones futuris, certum eſt, dare formam negotiis, non ad facta praeterita reuocari, niſi nominatim et de praeterito tempore, et adhuc pendentibus negotiis, cautum ſit. *l. 7. C. de legib.* In quam ſententiam plures aliae exſtant leges, puta *l. 7. D. eod. tit. l. vlt. C. de curat. furioſ. l. 29. in fine C. de teſtam. l. 65. C. de decurion. Lib. X. tit. 31. l. 3. C. Theod. de conſtit. princ. Lib. I. tit. I. Nou. XCIX. Cap. 1.* Aliquando tamen et pendentibus negotiis leges dantur, *l. 21. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 22. §. 1. C. eod. l. 2. §. 9. C. de iureiur. propt. calumn. l. 7. in fine C. Theod. de legit. hered. Lib. V. tit. 1.* itemque praeteritis. Quo pertinent. *l. vn. in fine C. de contract. iud. l. 17. C. de fide inſtr. l. vlt. C. de pact. pign. l. 1. C. Theod. de SC. Claud. Lib. IV. tit. 9. l. vn. C. Theod. de action. cert. temp. finiend. Lib. IV. tit 14. l. 3. C. Theod. de inceſt. nupt. Libro III. tit. 12. l. 2. pr. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX tit. 17. l. 4. C. Theod. de bon. vacant. Lib. X. tit. 8. l. 5. C. Theod. de canon. et comment. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 15. l. 7. l. 17. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5. Nouell CXV. Cap. 1.* LEGES inexorabiles: *l. vlt. C. de tabular. ſcrib. cet. Lib. X. tit. 69.*] LEGES nulla alia ex cauſſa nos tenent, quam quod iuditio populi receptae ſunt: *l. 32. D. de legib.* LEX cuiusque loci: *l. 5. §. 1. D. de iur. immunit.* LEX municipalis. *l. 3. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 1. C. de ſeru. fug.* Si LEX municipalis permittat in ciuitate ſepeliri: *l. 3. §. 5. D. de ſepulcr. viol.* Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, vt LEGE municipali praecipitur. *l. 1. D. de alb. ſcrib.* Magiſtratibus municipalibus plerumque LEGE municipali datur, vt, quum vnum magiſtratum adminiſtrent, etiam vnius hominis vicem ſuſtineant. *l. 25. D. ad municip.* Et ſi LEGE municipali caueatur, vt praeferrentur in honoribus certae conditionis homines: *l. 11. §. 1. D. de muner. et honor.* LEGE municipali cauetur, vt ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus adhibitis. *l. 3. D de decret. ab ord. fac.* Atque huiusmodi LEX municipalis LEGIS nomine intelligenda eſt *l. 11. D. de decurion.* in qua eſt, qui ſecundum LEGEM decurio creatus non ſit. Similiter in *l. 12. D. de adpellat.* Si conſtet, nullo actu ex LEGE habito, duumuirum creatum: et in *l. 3. D. quod cuiusc. vniu. nom.* Nulli permittitur nomine ciuitatis vel curiae experiri, niſi ei, cui LEX permittit, aut LEGE ceſſante, ordo dedit, quam duae partes adeſſent, aut amplius, quam duae. Eodemque modo accipe, quod eſt apud Ciceron. *Lib. VI. Epiſt. ad famil. 18.* *Quaeſiui a Balbo per codicillos, quid eſſet in* LEGE? *Reſcripſit, eos, qui facerent praeconium, vetari eſſe in decurionibus: qui feciſſent, non vetari.* MVNICIPALES vero LEGES patrio municipii cuiusque ſermone conſcriptas fuiſſe, ex *l. vlt. D. de decret. ab ord. fac.* colligimus, in qua municipii LEGEM Graece ſcriptam Scaeuola praefert. Ex hoc genere erat LEX illa Carſeolana, quae captam vulpem viuere vetabat, quemadmodum Ouid. *Lib I. Faſtor. v. 709* ſcribit. Illic enim LEGEM *Corſeolanam* accipe pro LEGE municipii Corſeolani. Corſeolanos autem populos Plin. *Lib. III. Cap. 12.* in regione quarta Italiae ponit. Liuius quoque *Lib. X Cap. 3.* Corſeolum Aequicolarum coloniam adpellat. Strabo etiam *Lib. V. p. 348.* inter Valeriae oppida Καρσεόλους recenſet. Alia videtur eſſe LEX MVNICIPALIS in *titulo D. ad municipalem.* Quamuis enim ibi ſubaudiendam eſſe *legem*, neget Cuiac. *Lib. IX. Obſ. Cap. 37.* potiusque ita refingendam putet illam inſcriptionem, vt ſcribamus: *de municipibus et incolis*, quandoquidem et in libris Baſilic. rubrica ſit περὶ πολιτῶν. LEGEM tamen *municipalem* ea inſcriptione indicari, poſt Guill. Budaeum, Ang. Politianum, et Briſſonium noſtrum, defenderunt Guill. Forner. *Select. Lib. I. Cap. 13.* Iac. Raeuard. *Var. Lib. III. Cap. 15.* et nouiſſime V. C. Eu. Otto *in praef. Tom. II. Theſaur. iur. ciu. p. IX. ſequ.* vbi docet, fuiſſe non modo ſingulis municipiis ſuas leges de decurionibus, duumuiris, aedilibus legendis, muneribus obeundis, adminiſtratione rerum ciuitatis, ſimilibusue, qualis illa Haleſinorum, de qua Cicero in *Verr. II. Cap. 49.* aliaeque in *l. 6. D. de decret. ab ord. fac. l. 3. D. eod. l. 1. D. de alb. ſcrib. l. 11. §. 5. D. de mun. et hon* ſed et exſtitiſſe legem aliquam communem, et ad omnia municipia pertinentem, qualem iam Caeſarem meditatum eſſe, idem tradit Cicero *Lib. VI. ad famil. Ep. 18.* LEGVM etiam *colonicarum* vel *municipalium*, circa agros adſignatos obſeruandarum, et a triumuiris vel decemuiris colon. deduc. praeſcriptarum colonis, meminerunt ſcriptores de finibus, veluti Aggen. Vrbic. *de limit. p. 49.* Hygin. *p. 206.* quas tamen LEGES ad titulum D. ad municip. non pertinere, facile intelligitur. HEIN. LEX municipii: *l. vlt D. de decret. ab ord. faciend.* LEX naturae haec eſt, vt, qui naſcitur ſine legitimo matrimonio, matrem ſequatur: *l. 24. D. de ſtat. hom.* Seneca *Epiſt. IV.* *LEX illa naturae ſcire, quot nobis terminos ſtatuit, non eſurire, non ſitire, non algere.* Atque ita LEGEM naturae accipe apud eumdem Senecam *Epiſt. XXV.* Ex LEGE nubere: *l. vlt. D. de ſtatulib.* LEGE obligamur, quum obtemperantes legibus, aliquid ſecundum praeceptum LEGIS, aut contra fa-

ci-

facimus: *l. 52. §. 5. D. de oblig. et action.* LEGE obuenire proprie dicitur hereditas, quae ab inteſtato LEGE XII. Tab. defertur. Cic. *in Verr. I. Cap. 45.* LEGE *hereditas ad gentem Minuciam veniebat.* Terent. *Andr. Act. V. ſcen. 6. Eius morte ad me redierunt bona.* Vbi Donatus: *Hic ius tractauit, dicendo:* REDIERVNT, *quia in familiam redeunt, ſi non eſt heres de proximo, aut ex teſtamento.* Idem Terent. *Hecyr. Act. II. ſcen. 1. Ea ad nos redibat LEGE hereditas.* Quo loco Donatus: *Verbo*, ait, *iuris vſus eſt. Ea enim LEGITIMA eſt hereditas, quae familiae debebatur.* Sed tamen et eam hereditatem, quae ex teſtamento defertur, non improprie quis LEGE obuenire, dixerit, ait Vlpianus *in l. 130. D. de verb. ſignif.* quia lege XII. Tab. teſtamentariae hereditates confirmantur. LEGE poſſidere hereditatem: *l. 11. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* LEGIBVS prohibetur capere: *l. 18. §. 1. D. de his, quae vt indign.* LEGES etiam prouincialibus datas ab his, qui imperium habebant a populo Romano, auctoritatemque legum dandarum a Senatu. Sic Cicero in *Verr. II, 13.* Siculorum iudiciariam LEGEM Rupiliam laudat, quam praetor Rupilius ex SC. de decem legatorum ſententia ei prouinciae dederat, cuius capita duo adfert: *Siculi*, inquit, *hoc iure ſunt, vt, quod ciuis cum ciue agat, domi certet ſuis legibus: quod Siculus cum Siculo, non eiusdem ciuitatis, de eo praetor iudices ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum ſententia ſtatuit, (quam LEGEM Siculi Rupiliam vocant.) ſortiatur.* Et alibi: *Cap. XV. Tum enim docet Heraclius, non poſſe eo die ſortiri, quod LEX Rupilia vetaret diebus* XXX. *ſortiri, dicam, quibus ſcripta eſſet.* Eodemque ipſo *libro Cap. LX. Inter aratores et decumanos lege frumentaria, quam Hieronicam adpellabant, iudicia fieri ſolita*, docet. Plin. *Lib. X. Epiſt. 83. Cautum eſt Pompeia LEGE, quae Bithynis data eſt, ne quis capiat magiſtratum, neue ſit in ſenatu, minor annorum XXX. Eadem LEGE comprehenſum eſt, vt qui ceperint magiſtratum, ſint in ſenatu.* Idem *Lib. X. Epiſt. 113. LEX Pompeia, qua Bithyni et Pontici vtuntur, eos, qui in bulen a Cenſoribus leguntur, dare pecuniam non iubet.* Rurſumque eiusdem *libri Epiſt. 115. LEGE Pompeia permiſſum Bithynicis ciuitatibus, adſcribere ſibi, quos vellent, ciues, dum ciuitatis non ſint alienae, ſed, ſuarum quisque ciuitatum, quae ſunt in Bithynia. Eadem LEGE ſancitur, quibus de cauſſis e Senatu a cenſoribus eiiciantur.* Ex LEGE Quiritium: *l. 1. D. de rei vind.* LEX Regia, *l. 1. pr. D. de conſt. princ. l. 6. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.* eſt, quae de imperio Principis lata eſt, quaque populus ei, et in eum, omne ſuum imperium et poteſtatem contulit. De ea nos in *Antiqu. Roman. Lib. I. tit. 2 §. 43. ſequ.* et Eu. Otto in *Praefat. theſ. iur. ciu. Tom. V. p. IV. ſequ.* vbi ſatis demonſtratum, per eam intelligi formulam imperii, primum Auguſti in honorem factam, variisque deinde SCtis, quoties nouus princeps imperium auſpicaretur, firmatam, amplificatamque, quae et *ius regium, LEX imperii, Auguſtum priuilegium, LEX, qua regimenta reipublicae ad imperatores perpetuo translata ſunt*, vocatur. *l. 3 C. de teſtam. l. vn. §. 14. C. de caduc. tollend. l. 1. D. de offic. praef. praetor.* Alio ſenſu LEX Regia eſt, ab aliquo Romanorum Rege lata, qualis illa in in *l. 2. D. de mort. inferend.* HEIN. LEGES ſanctae ſunt, ſanctione enim quadam ſubnixae: *l. 9. §. 3. D. de rer. diuiſ.* LEGES omnibus hominibus aequaliter ſecuritatem tribuunt: *l. 28. §. 7. D. de poen.* Solutus LEGIBVS: *l. 31. D. de legib.* LEX ſpecialis: *l. 24. D. de ſtat. hom.* Quaſi LEX quaedam tacita: *l. vlt. D. de bon. damnat.* LEGVM tuendarum cauſſa: *l. 6. §. 1. D. de bon. poſſeſſ.* LEGIS *verba, mens, ſententia, interpretatio*, de quibus ſuis locis. LEGIS virtus haec eſt, imperare, vetare, permittere, punire. *l. 7. D. de legib.* ¶. 11. LEX pro pacto. Aedificiorum LEGES apud Varron. *Lib. IV. de lingu. Lat.* Paullus in *l. 33. D. de ſeruit. vrban. praed.* Quum in LEGE aedium ita ſcriptum eſſet. Plin. *Lib. XXXVI. Cap. 23.* Antiquarum aedium LEGIBVS inuenitur. LEGES etiam agris dicuntur, de eorum conditionibus: *l. 1. §. vlt. D. de aqu. quotid. et aeſt.* ab his ſcilicet, qui eos agros conſtituerunt, finieruntque, vt Hyginus *de limit. agr.* ſignificat. Quum venditor fundi in LEGE ita cauerit: *l. 2. D. de leg. commiſſor.* LEGIBVS praediorum vendendorum cauetur: *l. 5. D. de ſepulcr. viol.* Contra quam LEGEM venditionis cautum eſt: *l. 6 §. vlt. D. de ſeru. export.* LEX cenſoria, quae publicanis, ſeu vectigalium redemtoribus, in publicorum locatione, a cenſoribus dicebatur. *l. 203. D. de verb. ſignif.* et apud Cic. *in Verr. III. Cap. 6. orat. de prouinc. conſul. Cap. V. de nat. deor. Lib. III. Cap. 19. Lib. I. ad Q Fratrem Epiſt. 1. Cap. 12.* Varron. *Lib. II. de re ruſtic. Cap. 1.* Feſt. *Lib. XVII.* Eiusmodi eſt LEX vectigalis de pecore, in *l. 2. §. 20. D. de vi bon. rapt.* LEX colonica: Varr. *Lib. I. de re ruſt Cap. 2.* LEX commiſſoria, quae in venditionibus adiicitur: *l. 3. D. de leg. commiſſor.* Fundus autem LEGE commiſſoria venire dicitur, qui ita venit, vt, niſi intra certum diem pretium ſit exſolutum, inemtus fieret: *l. 4 l. 5. D. de leg. commiſſor.* Vel, quum venditor in LEGE ita cauet, ſi ad diem pecunia ſoluta non ſit, vt fundus inemtus ſit. *l. 1. D eod. tit.* Eoque modo LEGEM non improbatam huic contractui dici, ait Papinianus in *l. 13. §. 26. D. act. emt.* Et talis LEGIS conuentionalis ſit mentio in *l. 38. D. de minor.* aliaque exempla peti poſſunt ex *Libro VI. formul. §. XLIV. p. 480.* In pignoribus vtique eam reprobatam eſſe, docet *rubr. C. de lege commiſſor. in pign. reprob.* Comprehenſum LEGE venditionis: *l. 60. D. de contr. emt.* Quum LEGE locationis comprehenſum eſſet: *l. 77. D. pro ſoc.* Quum LEGE operis locandi comprehenſum eſſet, vt: *l. 13. §. 10. l. 61. D. locat.* LEX conductionis: *l. 25. §. 3. l. 55. §. vlt. D. locat.* LEGEM conſcribit venditor, et is, qui locat: *l. 39. D. de pact.* Vitruu. *Lib. I. Cap 11. Vt* LEGIBVS *ſcribendis prudentia caueri poſſit et locatori, et conductori.* LEGEM conſignare: *l. 13. § 6. D. de act. emt.* LEX contractus: *l. 8. D. de praeſcr. verb. l. 24. D. depoſ.* LEGEM contractui dant pacta, quae in ingreſſu contractus facta ſunt: *l. 7. §. 5. D. de pact. l. 23. D. de reg. iur.* id eſt, contractus LEGEM ex conuentione accipiunt: *l. 1. §. 6. D. depoſit.* LEGEM contractui dicere: *l. 13. §. 26. D. de act. emt.* id eſt conditionem, et pactionem; vt in *l. 2. §. vlt. D. de contrah. emt.* Venditor fundi Geroniani fundo Botroiano, quem retinebat, LEGEM dederat, ne: *l. 13. D. commun. praed.* LEGEM dare operis talem, ne quid noceant vicinis: *l. 15. §. 10. D. de damn. infect.* Martial. *Lib. I. Epigr. 36.*

LEX

LEX *haec criminibus data eſt iocoſis.*

Prior donatio propter LEGEM, in exordio datam, retinetur: *l. 42. D. de mort. cauſſ. donat.* LEGEM ſuae rei dicere; *l. 20. §. 1. D. de pact. dot.* LEGEM, quam rebus tuis donando dixiſti: *l. 9. C. de donat.* Si titulo liberalitatis, res tuas in ſponſam conferendo, certam dixiſti LEGEM: *l. 8. C. de condict. ob cauſſ.* LEGEM traditioni dicere: *l. 6. D. commun. praed. l. 15. §. vlt. D. de ſtatulib.* LEGEM, quam dixiſti, quum dotem pro alumna dares: *l. 10. C. de pact. dot. tot. tit. C. de pact. conu.* Plaut. *Mercat. Act. V. ſcen. vlt. Dicamus ſenibus* LEGES. Quod genus loquendi et Iuſtinus *Libro XXXVIII. Cap. 6.* vſurpat. [Teſtator non ſibi, ſed legatario, LEGEM dixit: *l. 40. §. 1. D. de fideic. libert.* LEGEM, quam ipſe dixerat: *l. 1. C. ſi manc. ita venier.* LEGEM dicit iudex: *l. 1. C. de ſent. quae ſine cert. quantit. profer.*] LEX vectigali fundo dicta erat, vt. *l. 31. D. de pignor.* Horat. *Lib. II. Epiſt. vlt.*

Prudens emiſti: vitiorum dicta tibi eſt LEX.

DICTA lex donationi: *l. 8. C. de condict. ob cauſſ. dat.* LEGE fundo vendito dicta, vt; *l. 5. D. de leg. commiſſor.* LEGE dicta, domus facienda locata erat: *l. 60. §. 3. D. locat.* Ex LEGE dicta libertatis in vendendo; *l. vlt. D. de ſeru. export.* Qui fundum vendiderat, in LEGE ita dixerat; *l. 29. D. de ſeru. praed. ruſtic. l. 40. D. de contrah. emt.* Qui aedem faciendam locauerat, in LEGE dixerat: *l. 30. §. 3. D. locat.* Si quum fundum venderes, in LEGE dixiſſes: *l. 68. D. de contrah. emt.* In LEGE emtionis dictum eſt: *l. 13. §. 14. D. de act. emt.* Fiſtulas emtori acceſſuras, in LEGE dictum erat: *l. 78. D. eod. tit.* LEX donationis, *l. 22. D. de ſtat. hom. l. 16. §. vlt. D. de manumiſſ. vindict. l. 8. D. qui ſine manumiſſ.* Venditor, ſiue donator, non ſibi vult LEGEM imponi, ſed ei, qui accepit; *l. 7. §. 8. D. de don. int. vir. et vxor.* Venditor eam LEGEM inſeruit, vt: *l. vlt. §. vlt. D. de reſcind. vend.* LEX locationis: *l. 1. D. de ſuperfic. l. 1. D. de loc. publ. l. 29. D. locat. l. 77. D. pro ſoc.* LEX obligationis; *l. vlt. D. de ſolution.* LEX praedii apud Ciceron *in partit. Cap. XXXI.* quum ait; *Aut quum ex* LEGE *praedii quaeritur, quae ſint ruta et caeſa.* Et LEGES vrbanorum praediorum apud Varron. *Lib. IV. de lingu. Lat.* LEGIBVS praediorum vendundorum. Pomponius *l. 5. D. de ſepuler. viol.* Sic etiam exaudi LEGEM *mancipii,* apud Ciceron. *Lib. I. de Orat. Cap. 39.* et *Lib. III. de offic. Cap. 17.* Varron. *Lib. V. de lingu. Lat.* et LEGEM ſaltui datam: *l. 2. C. de noxal.* LEGE locationis ſcriptum erat; *l. 29. D. locat.* Quum in LEGE venditionis ita ſit ſcriptum; *l. 33. D. de contr. emt.* Praetoriae ſtipulationes LEGEM accipiunt de mente praetoris, qui eas propoſuit: *l. 52. D. de verb. obligat.* LEGES ſyngraphae apud Plaut. *Aſinar. Act. IV. ſcen. I.* LEX traditionis: *l. 17. §. 3. D. de ſeruit. vrb. praed.* LEX venditionis: *l. 22. l. 60. D. de contr. emt. l. vlt. D. de leg. commiſſ. l. 8. C. de diſtr. pign.* Theophil. *in princ. Inſt. de ſucceſſ. ſublat.* LEGEM *venditionis bonorum ὅρον τῶν διαπιπρασκομένων, determinationem rerum diſtrahendarum* vertit. Et ita Manilianas venalium vendundorum LEGES dicit Cicero *Lib. I. de orat. Cap. 58.* Celeberrimae ſunt illae Manilianae venalium vendundorum leges, quarum et

Varro *de re ruſt. Lib. II. Cap. 5.* et Plin. *Lib. XVIII. Cap. 3.* meminit, qui monet, earum obſeruationem tam ſcrupuloſam fuiſſe, vt ne carnes quidem et ſues, niſi conceptis verbis, a laniis emerentur, neque mulctae dictio aliter iuſta eſſet, niſi in qua ouis maſculino genere efferretur, et niſi iis bubusque ſimul expreſſis, oues prius, quam boues, nominatae eſſent. Erant ergo formulae cautionum, ab emtoribus venditoribusque in vendundis variis rebus adhibendae, niſi damnum incurrere vellent, a celeberrimo iuriſconſulto, M. Manilio, conſcriptae, quarum exempla habes apud Varron. *de re ruſt. Lib. II. Cap. 3.* Vid. *Hiſt. iuris ciuil. noſtram Lib. I. §. CXXXIX. p. 136. edit. nouiſſ.* HEIN. Quum in LEGE venditionis ita ſit ſcriptum: *l. 33. D. de contr. emt.* In LEGE fundi vendendi lapicidinae exceptae erant: *l. 77. D. eod. tit.* Si habitatio LEGE venditionis recepta eſt. *l. 53. §. 2. D. de act. emt. vend.*

¶. 12. LEX pro conditione. [Non alia LEGE ius ſuum transferri paſſus: *l. vlt. C. de pact.*] Si certa LEGE cum eo voluit contrahi: *l. 11. §. 5. D. de inſtitor. act.* Praepoſitio certam LEGEM dat contrahentibus: *l. 1. §. 12. D. de exerc. action.* Ea LEGE, vel hac LEGE, id eſt, ſub hac conditione, vel ſub hoc pacto, vt loquitur *l. 56 D. de contrah. emt.* Ea LEGE donatus ſeruus; *l. 135. §. 3. D. de verb. obl.* Si fundum emiſti ea LEGE, vt: *l. 51. D de act. emt.* Qui fundum ea LEGE emerat, vt: *l. 78. §. 2. D. de contr. emt.* Ea LEGE fundum locaui, vt: *l. 51. D. locat.* Fundi partem dimidiam ea LEGE vendidiſti: *l. 79. D. de contr. emt.* Seruus ea LEGE veniit, ne: *l. 7. D. de ſeru. export.* Villam hac LEGE acceperat, vt: *l. 30. §. vlt. D. locat.* Si hac LEGE accepit, quaſi in nauem impenſurus: *l. 4. D. de exercit.* Si quis minori viginti annis hac LEGE ſeruum dederit: *l. 16. §. vlt. D. de manum. vind.* Si hac LEGE emi, vt manumittam; *l. 10. D. de in ius voc. l. 11. §. 1. D. de minor. l. 3. §. 1. D. de ſuis et legit. hered. l. 6. D. qui ſine manumiſſ. ad libert.* Ei, qui hac LEGE emtus ſit, vt: *l. 4. D. eod. tit. Oleam faciendam hac* LEGE *oportet locare*: Cato *de re ruſt. Cap. CXLV.* id eſt, *hoc modo,* vt idem loquitur, *Cap. CXLIV.* [Si non hac LEGE mutua pecunia data eſt, vti liceret et particulatim, quod acceptum eſt, exſoluere: *l. 41. §. 1. D. de vſur.* Si hac LEGE vendiderit, vt manumittatur: *l. 11. §. 1. D. de minor. Captiuos ſub* LEGE *venumdare*: Sueton. *in Aug. Cap. XXI.* LEGE venditionis illa facta: *l. 72. §. vlt. D. de contr. emt.* Si quis hac LEGE veniit, vt: *l. 3. D. de ſeru. export. l. 7. D. eod. tit.* Cato *de re ruſtic. Cap. CXLVI. Oleam pendentem hac* LEGE *venire oportet.* Et *ibid.* Hac LEGE *vinum pendens venire oportet. Cap. XL. Fructus ouium hac* LEGE *venire oportet*, id eſt, *hoc modo*, vt ait *Cap. CXLVIII.* Idem *Cap. CXLIX.* Qua LEGE *pabulum hibernum venire oporteat.* Teſtator quoque LEGEM dicere teſtamento dicitur: *l. 114. §. 14. D. de legat. I. l. 14. D. qui teſt. fac.* Non tamen ſibi LEGEM dicit teſtator, ſed legatario: *l. 40. §. vlt. D. de fideic. libert.* Nec eam ſibi poteſt legem dicere, vt a priore ei recedere haud liceat. *l. 22. D. de legat. III.* Certa LEGE traditis rebus. *l. 5. C. de rer. permut.*

¶. 13. [LEX etiam pro doctrina fidei, vel religione, accipitur. Sic LEX catholica; *l. 1. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*

Chriſtiana LEX: *l. 13. C. Theod. de Iud. Lib. XVI. tit. 8.* LEGIS Chriſtianae votum: *l. 16. C. Theod. de Epiſc. et cler. Lib. XVI. tit. 2.* LEX ſanctiſſima: *l. 5. C. Theod. eod. tit. l. 18. C. Theod. eod. tit.* Auctor Gloſſarii Codicis Theod. LEGEM *ſanctiſſimam* de clericatu perperam accipit. LEGIS ſupernae antiſtites, id eſt, epiſcopi: *l. 49. in fine C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* LEX venerabilis: *l. 7. C. Theodoſ. de Iudaeis.* veneranda. *l. 13. C. Theod. eod. tit.*]

LIB.

[LIBELLA, minimum numi genus. Cicero *in Verr. II. Cap. 10.* *Quis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, vnam* LIBELLAM *dediſſet?* Idem *pro Roſcio Comoedo Cap. IV.* *Hic niſi planum facit, HS IↃↃↃ ad LIBELLAM ſibi deberi, cauſſam perdit.* Ex *Lib. VII. ad Attic. Epiſt. 2.* *Fecit palam, te ex LIBELLA, me ex teruncio,* ſcilicet heredem. Plaut. *Caſin. Act. II ſcen. 5. v. 7. et 8.*

Voſis ſmitis, atque amborum ingratiis
Vna LIBELLA *liber poſſum fieri.*

Add. *Captiu. Act. V. ſcen. 2. v. 27. Pſeudol. Act. I. ſcen. 1. v. 96. et ibi* Taubmann. et Cuiac. *ad Lib. XXVI. Quaeſt. Papin. l. 54. D mandat.*] Haec neſcio quis adiecerat, indignante altero, vt puto, Tabore, quod hic non de quibuscumque verbis Latinis, ſed de iis, quae ad ius pertineant, agatur, et tamen poſtea faſſo, eam vocem occurrere in *l. 9. C. de epiſc. aud. vel l. 7. C. Theod. de cuſtod. reor.* ibique cum Forcatulo et Alciato *Lib. I. Parerg. Cap. 17.* legendum eſſe: LIBELLIS *duabus vel tribus*, non, vt vulgo ſcribitur *duobus vel tribus.* Recte hoc quidem. At cur indignatur? HEIN.

LIBELLENSIS. LIBELLENSES memorantur, *l. 32. C. de adpell. l. 14. C. de prox. ſacror. ſcrin. Lib. XII.* et LIBELLENSES ſacri ſcrinii vocantur. *l. vlt. C. vbi ſenator.* Fuere ſcribae, vel notarii, a libellis ſcribendis dicti, quos hodie *Cancelliſten*, vel *Cancelley-Verwante* adpellamus. HEIN.

LIBELLVS. LIBELLORVM variae ſunt ſpecies. Quidam enim erant LIBELLI *ſupplices*, vti loquitur Martialis *Lib. VIII Epigramm. 31.* qui eos et *querulos* adpellat, *eiusdem Libri Epigr. vlt. v. 1.* Cuiusmodi erant, qui principibus dabantur. Hoc enim in more poſitum fuiſſe, vt principes non viua voce, ſed per libellum, adirentur, docuimus ſupra *Libro I.* et *Formularum Lib. III. Cap. 21. p. 271.* ex quo teſtimonia de datis principibus LIBELLIS pete. Hujus vero generis LIBELLI nihil aliud erant, quam preces et deſideria, vt adparet ex *l. 15. D. de in ius voc.* Vnde et LIBELLVS huiusmodi ἀξίωσις vocatur in *l. 9. D. de leg. Rhod.* Iis porro tunc ſubſcribebant principes, quid fieri vellent LIBELLO cuiusdam, id querentis, Imperator Antoninus ſubſcripſit: *l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr.* Lamprid. *in Commodo Cap. XIII.* *Ipſe Commodus in ſubſcribendo tardus et negligens, ita, vt LIBELLIS, vna forma multis ſubſcriberet.* Ad hoſce quoque LIBELLOS principes reſcribebant,

Sic diui fratres ad LIBELLVM Cornelii Rufi reſcripſerunt: *l. 2. §. 2. D. de iur. fiſc.* Diuorum fratrum eſt reſcriptum ad LIBELLVM Prociani, et Epitynchani LIBELLVM: *l. 41. §. 7. D. de legat. I.* Et ipſimet diui fratres in *l. 17. D. de iur. patronat.* *Quas reſcriberemus*, aiunt, *ad* LIBELLVM *Caeſidiae* Sic et alias: Idque Imperatores noſtri Seuerus et Antoninus ad LIBELLVM Hermiae reſcripſerunt: *l. vlt. D. de offic. procur. Caeſ.* Imperator Antoninus cum D. Seuero reſcripſit ad LIBELLVM exceptoris: *l. 19. §. 9. D. locat.* Imperator Antoninus ad LIBELLVM reſcripſit: *l. 23. D. de vſu et vſufr. legat.* Quoad princeps reſcripſerit ad LIBELLVM rei: *l. 6. §. 9. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* Qui dicit, ſe LIBELLVM Principi dediſſe, et reſcriptum exſpectare. *l. 4. D. de adpell. reor.* ¶. 2. Dabantur et praeſidibus LIBELLI, *l. 15. D. de in ius voc.* ſi cauſſa talis eſſet, vt nec cauſſae cognitione, nec decreto, opus videretur. Vbi enim decretum neceſſarium eſt, per LIBELLVM id expedire proconſul non poterit. Omnia enim, quaecumque cauſſae cognitionem deſiderant, per LIBELLVM non poſſunt expediri. *l. 9. §. 1. D. de offic. proconſ. l. 71. D. de regul. iur.* [Hinc LIBELLO fieri, et *apud acta, cauſſis probatis*, opponuntur. *l. 6. C. de praed. et al. reb. min. non alienand.*] ¶. 3. Qui ab Imperatoribus in his, ſiue ſubſcriptionibus, ſiue reſcriptis in conſilium adhibebantur, illisque ea in re operam dabant, LIBELLOS *agere* dicebantur. Reſcriptum eſt ab Imperatore, libellos agente Papiniano. *l. 12. D. de diſtr. pign.* Quo munere in comitatu principis ſui functum eſſe Aurelium Arcadium Chariſium, ex eo colligimus, quod *Magiſter* LIBELLORVM adpellatur in inſcriptione *l. 1. D. de offic. praef. praet.* Ita enim dicebantur, qui LIBELLOS agebant. *Magiſtris* vero his ſurrogati erant *Promagiſtri*, vt patet ex marmore apud Gruter. *p. DCVII, 1.* FERETRVM FIERI. PLACET. IVBENTIVS. CELSVS. PROMAGISTER. SVBSCRIPSI. *III.* NON NOVEMBR. ANTIO POLLIONE ET OPTIMO COSS. In alio *p. XXVIII, 2.* laudatur Sextilius Ageſilaus, MAGISTER. LIBELLORVM. ET. COGNITIONVM. SACRARVM. Quo eodem munere poſtea functus eſt Petrus, Magiſter Epiſtolarum, de quo Sidonius Apollin. *Carm V. v. 364.*

Quid loquar hic illum, qui ſcrinia
ſacra gubernat?

Plura de his *magiſtris*, qui et ἀντιγραφεῖς, dedit V. C. Euer. Otto *in Papiniano Cap. XIV. §. 2. p. 309. ſequ.* HEIN. ¶. 4. In reliquis LIBELLIS concipiendis iuris ſtudioſorum opera vtebantur hi, quorum res agebatur. Vnde in *l. 9. §. 1. D. de poen.* Vlpianus: *ſolere*, ait, *vel iuris ſtudioſis, vel aduocatis, vel tabellionibus, interdici, ne LIBELLOS concipiant.* Hinc in *rubr. C. de error. aduoc.* additur: *vel LIBELLOS, ſeu preces, concipientium.* Sed et ſubnotandis LIBELLIS iuris ſtudioſi vacabant, vt indicat *l. 1. D. de offic. adſeſſ.* Plin. *Lib. Epiſt. 10.* diſtringi ſe, narrans officio maximo et moleſtiſſimo: *Sedeo*, inquit, *pro tribunali, ſubnoto LIBELLOS, conficio tabulas.*

¶. 5. Ceterum ad ſupplices LIBELLOS tum Principi, tum magiſtratibus oblatos, pertinent loquutiones, quae ſequuntur: Adire per LIBELLVM prouinciae rectorem: *l. 2. C. quemadm. teſtam. aper.* LIBELLO complexus: *l. 20. §. 6. D. de hered. petit.*

tit. Plin. *Lib. X. Epiſt. 57. Exegi, vt, quae dicebant, quaeque recitabant,* LIBELLO *complecterentur, quem tibi, qualem acceperam, miſi.* Cui reſpondens Traianus: LIBELLVS, ait, *Apamaeorum, quem epiſtolae tuae iunxeras, remiſit mihi perpendendi neceſſitatem.* Quae in LIBELLO contuliſti, aiunt Imperatores: *l. 1. C. de precib. Imp. offer. l. 1. C. de vectig. nou. l. 1. C. de fid. inſtrum. et iur. haſt. Lib. X. l. 2. C. de ſentent.* Si vſque ad denunciationem, vel LIBELLI dationem, proceſſerit, *l. 7. D. de inoffic. teſtam.* LIBELLVM dare de negotiis ſuis: *l. 15. D. de legation.* βιβλίδια ἐπιδοῦναι. Modeſtin. *l. 13. §. pen. D. de excuſat.* Puer de quo LIBELLOS dediſti: *l. 4. C. de poen.* LIBELLIS praeſidi datis teſtatus, ſe recuſaturum: *l. 11. D. ad leg. Iul. de adult.* Per procuratorem delato ad praetorem vel praeſidem prouinciae LIBELLO minorum, poſſeſſionis venditio fieri non poteſt: *l. 6. C. de praed. minor.* Condemnationis mentio, LIBELLO inſerta: *l. 2. C. de error. aduoc.* Si quis obrepſerit praeſidi prouinciae, tam per acta, quam per LIBELLI interpellationem: *l. 29. D. de lege Cornel. de falſ.* LIBELLO minatus, falſum ſe obiecturum: *l. 5. D. ad SC. Turpill.* LIBELLO profeſſus, ſe procuratorem feciſſe: *l. 21. D. rat. rem habit. dom.* LIBELLVM tradere. *l. 6. §. 7. D. de edendo.* ¶. 6 Strictius, per LIBELLVM intelligitur formula, qua quis intentionem ſuam complectitur. Sic: LIBELLI accuſatorii, quibus crimina deferuntur et denunciantur: *l. 17. §. 1. l. 29. §. 8. D. ad leg. Iul. de adulter.* Apulei. *Apol. p. 274.* Quum nihil amplius, quam libellos accuſationis obtuliſti: *l. 17. C. ad leg. Iul. de adult.* Tacit. *Lib. III. Ann. Cap. 44. Quod in tanto rerum motu* LIBELLIS *accuſatorum daret operam.* Quum norum adulterii accuſaturum ſe, LIBELLIS praeſidi datis, teſtatus fuiſſet. *l. 11. §. 3. D. de leg. Iul. de adult.* At hic locus non pertinet ad libellos accuſatorios, ſed ſupplices, vel querulos. Nondum accuſabat, ſed accuſaturum ſe teſtabatur. HEIN. Sempronia LIBELLOS compoſuit, quaſi datura centurioni, vt ad officium transmitterentur: *l. 72. D. de furt.* Quo genere loquendi Cicero *Lib. XVI. ad Attic. Epiſt. 17.* vtitur: *Commotus,* inquit, *Atticus* LIBELLVM *compoſuit, et mihi dedit, vt darem Caeſari.* [Sed nec his locis intelligendi libelli criminales. Crimen enim per alium accuſare non licet. *l. 10. l. 13. D. de publ. iud.*] Magis huc pertinent illa Iuuenalis *Sat. VI.*

Si rea non eſt,
Componunt ipſae per ſe, formantque LIBELLOS.

LIBELLI adpellatorii: *l. 1. §. vlt. l. 5. §. vlt. l. 7. D. de adpellat. l. 2. l. 20. C. eod. tit.* LIBELLVS conuentionis: *§. 24. Inſt. de action.* LIBELLVS criminum apud B. Auguſtin. *Epiſt. XLVIII.* LIBELLI inſcriptionum, iidem ac libelli accuſationis vel criminis: *l. 3. D. de accuſat. l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* Si LIBELLI inſcriptionum legitime ordinati non fuerint: *l. 3. §. 1. D. de accuſat.* id eſt, non ſecundum formam lege Iulia publicorum iudiciorum praeſcriptam concepti. *d. l. 3. §. 1. D. eod. tit.* ¶. 7. Sed et quaelibet alia ſcripta LIBELLORVM nomine veniunt. Sic: LIBELLVM ad ipſas aedes proponere: *l. 4. §. 6. D. de damn. infect.* Vt LIBELLI, aut tituli eorum nominibus aedibus adfigantur alienis: *l. 1. C. de iis, qui pot. nom.* Plane LIBELLIS, ad aedes fixis ſuſpenſiue, abſentium, quorum defenſor non exſtabat, bona permiſſo praetoris proſcribi ſolita, ex Ciceronis *pro Quinctio* oratione *Cap. 6.* elicitur. Illic enim Naeuius, quum a praetore poſtulaſſet, impetraſſetque, vt ſibi Quinctii, quaſi neque ſui copiam faceret, neque defenderetur, bona ex edicto poſſidere liceret: iuſſiſſe Cicero narrat, ea Quinctii bona proſcribi. Alphenum vero, Quinctii procuratorem ſeſe defenſioni offerentem, LIBELLOS, proſcribendae videlicet venditionis cauſſa propoſitos, deieciſſe. Seneca *Lib. IV. de benef. Cap. 12. Spondeo pro iudicato, et ſuſpenſum amici bonis* LIBELLVM *deiicio.* LIBELLI dimiſſorii, qui apoſtoli dicuntur: *rubr. D. de libell. dimiſſor.* LIBELLVS diuortii: *l. 7. D. de diuort.* et LIBELLVS repudii: *l. 6. C. de repud.* βιβλίδιον vocat Iuſtinus Mart. *Apol. I.* pro Chriſtianis, eo loco, qui ab Euſebio *Lib. IV. Hiſt. eccl. Cap. 17.* refertur, ex quo mutilus hac in parte Iuſtini codex ſupplendus eſt. Qua etiam voce in eadem ſignificatione vtitur et idem Iuſtin. Mart. *Apol. II.* LIBELLVS familiae: *l. 99. D. de legat. III.* Sic et in *l. 8. Cod. Theod. de cuſtod. reor. Lib. IX.* Famoſi LIBELLI: *l. 15. D. de poen. rubr. C. de famoſ. libell.* de quibus vide, quae ſupra *Libro VI.* diximus. Si quis LIBELLO dato vel principi, vel alicui, famam alienam inſectatus fuerit: *l. 13. §. 29. D. de iniur.* Rerum LIBELLVS marito datus. Nam mulier res, quas ſolet in vſu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in LIBELLVM ſolet conferre, eumque LIBELLVM marito offerre, vt is ſubſcribat, quaſi res acceperit: *l. 9. §. vlt. D. de iur. dot.* Solent plerique hoc facere, vt LIBELLVM proponant, continentem, inueniſſe, et redditurum ei, qui deſiderauerit: *l. 43. §. 4. D. de furt.* LIBELLO ſua manu ſubſcripto ſignificare. *l. 4. §. 1. D. de publicanis.* Vulgo *certificatum* adpellamus.

[LIBER, numero ſingulari, pro filio, in *l. 8. §. vlt. C. de ſecund. nupt. l. 33. D. de inoffic. teſtam. pr. Inſt. de ſeru. cognat.*] Addunt alii locum Vlpiani *l. 126. §. 1. D. de reg. iur.* vbi tamen Florentiae non *liberum*, ſed *libertum* legitur: nec non Modeſtini *l. 34. D. de pact.* vbi pleraeque editiones illud *liberum* omittunt. Quinctilianum tamen *Declam. II.* Aurelium Victorem *in Caeſ. Cap. XXVI.* et *Epit. XXV.* ita loquutos eſſe, obſeruarunt Voſſ. *Anal. Lib. I. Cap. 42.* et Ducker. *de Latin. iuriſc. p. 585.* Vt adeo de eo, quod vt plurimum obſeruatum, intelligendum videatur illud Caii *l. 148. D. de verb. ſignif. enunciationem illam: Habet, vel non habet* LIBEROS, *ſemper numero plurali proferri.* HEIN.

LIBER. Eo nomine continentur omnia volumina, ſiue in charta, ſiue in membrana, ſiue in tilia, vel philyra, aliaue materia ſcripta *l. 52. D. de legat. III.* Antiquis certe temporibus in tilia vel philyra libros conſcribi ſolitos, non ille tantum iuriſconſultorum noſtrorum locus docet, ſed et Plin. *Lib. XIII. Cap. 12.* et Herodian. *Lib. I Hiſt. Cap. 17.* Marcian. Capell. *de nupt. philolog.* et auctor *Epiſtolae Dictis Cretenſis Hiſtoriae praemiſſae.* ¶. 2. Proprie accipitur LIBER pro codice, vetere mo-

do compacto. Vnde LIBRI, *nondum perſcripti, nondum malleati, vel ornati, nondum conglutinati, vel emendati*, Itemque *membranae nondum conſutae*, memorantur in *l. 52. §. 5. D. de legat. III.* Eodem pertinet locus elegans Paulli *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 87.* LIBRIS *legatis, chartae, volumina, vel membranae, vel philurae continentur. Codices quoque debentur.* LIBRORVM *enim adpellatione non volumina chartarum, ſed ſcripturae modus, qui certo fine concluditur, aeſtimatur.* Vbi lectu digniſſima ſunt, quae notauit Schulting. *Iuriſp. vet. anteiuſt. p. 377.* Qui quaeue hanc operam nauabant compingendis adornandisque LIBRIS, vocabantur LIBRARII, et LIBRARIAE, qualis Mettia Iunia, LIBRARIA, in lapide apud Reineſ. *Claſſ. XI. Inſcr. 113.* nec non STRVCTORES LIBRORVM, ſi recte diuinauit idem Reineſ. *ead. claſſe Inſcr. 123. p. 156.* HEIN. ¶. 3. Ad LIBROS pertinent et ſequentia: Apotheca LIBRORVM: *l. 12. §. 34. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* LIBRI elephantini, in quibus SCa, ad principes pertinentia, ſcribebantur. Vopiſc. *in Tacito Cap. VIII.* LIBRI improbatae lectionis: *l. 4. §. 1. D. famil. erciſc.* LIBRVM ad alicuius infamiam pertinentem, ſcribere, componere, edere: *l. 5. §. 9. D. de iniur.* Qui LIBRIS principalibus in ſenatu legendis vacant. *l. 1. §. 2. D. de quaeſt.* [niſi forte legere ibi malls: *litteris*, argumento *§. vlt. eiusd. legis.*] Sed nihil hac emendatione opus eſt. Nam Quaeſtores candidati et litteras, vel Epiſtolas principum, et eorumdem orationes, et libellos praelegant. LIBELLI ſane Hadriani Caeſ in ſenatu praelecti, cuius in ſententiam poſtea SC. factum eſt, exemplum habemus, in *l. 20. §. 6. D. de heredit. petit.* HEIN.

LIBER, A, VM, et de hominibus, et de rebus, et de actionibus vel actibus, vſurpatur. LIBER homo, *l. 13. l. 37. D. ad leg. Aquill. l. 19. D. de negot. geſt. l. 1. l. 4. D. de leg. Fab. de plagiar. rubr. D. de lib. hom. exhib.* opponitur *ſeruo*: *l. 3. D. de ſtat. hom. l. 1. §. 8. D. de tutel. et rat. diſtr.* LIBERI, et his contrarium, *ſerui. l. 4. D. de inſtit. et iur.* Quamquam et LIBER homo bona fide ſeruire poſſit, cuius rei exempla ſupra *Lib. II.* lector inueniet. LIBERORVM hominum quidam *ingenui* ſunt, quidam libertini. *l. 5. D. de ſtatu hom.* Sic et LIBERAE ciuitates: Plin. *Lib. X. Epiſt. 93.* LIBERVM corpus: *l. 3. D. ſi quadrup. paup. l. vlt. D. de his, qui effud.* LIBERAE perſonae: *l. 3. D. ſi quadrup. l. 38. D. de furt.* Per LIBERAM perſonam quaeritur poſſeſſio: *l. 14. D. de furt. l. 1. C. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* non item obligatio: *l. 11. §. vlt. D. de pign act.* LIBER populus eſt is, qui nullius alterius populi poteſtati ſubiectus eſt, ſiue is foederatus eſt. cet. *l. 7. D. de capt. et poſtlim.* LIBERI populi. *l. 19. D. eod. tit.* ¶. 2. Aliquando tamen LIBERI dicuntur non modo, qui ſerui non ſunt, ſed et, qui nullius poteſtati ſubſunt, id eſt, homines ſui iuris. Sic LIBERVM caput: *l. 1. D. de tutel. pr. Inſt. eod. tit.* Vlpian. *tit. XI. §. 5.* Gell. *Lib. V. Noct. Cap. 9.* Quo adludens ſuo more Tertull. *Lib. II. aduerſ. Marcion. Cap. V.* LIBERVM, inquit, *et ſui arbitrii, et ſuae poteſtatis inuenio hominem a Deo inſtitutum.* ¶. 3. LIBERAE etiam dicuntur res, ſeruituti non obnoxiae. Sic LIBERAE aedes, et *ſeruae*, inuicem pugnant: *l. 6. princ. D. commun. praed.* LIBERAE ſunt aedes, id eſt, nulli ſeruiunt: *l. 90. D. de verb. ſignif.* At apud Liu. *Lib. XXX. Cap. 17. Lib. XXXV. Cap. 23. Lib. XLII. Cap. 41.* LIBERAS *aedes*, legatis a ſenatu decretas, quidam vacuas interpretantur, quidam gratuitas, et absque penſione. LIBERVM caelum: *l. 1. D. de ſeruit. vrban. praed.* LIBER fundus, qui nemini ſeruit, *l. 69. §. 3. D. de legat. I. l. 21. C. de euict.* Quum iter excipere deberent, fundum LIBERVM per errorem tradidi: *l. 22. §. vlt. D. de cond. indeb.* Id eſt, non excepta itineris ſeruitute: [LIBERA mens, id eſt, ingenium, vel animus, nimiis curis non occupatus: *l. 2. C. Theod. de piſtor. Lib. XIV. tit. 3.* vbi Imperator: Vt aliis neceſſitatibus abſoluti eam tantummodo functionem LIBERAE mentis niſibus exſequantur.] LIBERA nexu pignoris pars: *l. 33. D. famil. erciſc.* LIBERVM praedium, cui *ſeruiens*, ſeu *ſeruum* opponitur, *l. 8. D. de act. emt. vend.* Cicero *de lege agrar. II. contra Rull. Cap. 11.* LIBERA *praedia meliore conditione ſunt, quam ſerua.* Aliquando LIBERVM praedium dicitur, non modo, quod non ſeruit, ſed et quod nulli obligatum eſt. *l. 52. §. 1. D. de act. emt. vend.* [*l. 33. C. de transact. l. vlt. §. 1. D. ad SC. Velleian.*]

¶. 4. Sed et actiones dicuntur liberae, quas quis ſuo arbitrio edit, a nemine mortalium prohibendus. Sic: LIBERAM bonorum adminiſtrationem conſequi: *l. 11. D. de lib. et poſtum.* Si cui LIBERA negotiorum adminiſtratio ab eo, qui peregre proficiſcebatur, permiſſa fuerit: *l. 9. §. 3. D. de adqu. rer. dom.* Si cui LIBERA vniuerſorum negotiorum adminiſtratio a domino permiſſa fuerit: *§. 43. Inſt. de rer. diuiſ.* Procurator cui generaliter LIBERA rerum adminiſtratio conceſſa eſt: *l. 58. D. de procurat.* LIBERA peculii adminiſtratio: *l. 3. D. de SC. Macedon. l. 12. D. quae in fraud. credit. l. 7. D. de donat. l. 28. §. 1. D. de pact. l. 41. §. 1. D. de rei vindicat. l. 52. §. 26. D. de furt.* [Filiusfamilias vel ſeruus, licet LIBERAM peculii ſui adminiſtrationem habeant, non habent tamen vsquequaque LIBERAM adminiſtrationem: *l. 1. §. 1. D. quae res pign. vel hypoth.* LIBERA rerum ſuarum alienatio: *l. 2. D. ſi a parent. quis.* LIBERVM arbitrium commorandi: *l. 12. C. de oper. libert.* experiundi: *l. 6. C. de arbitr. tutel.* relinquendi: *l. 5. C. de teſtam. milit.* ſtatuendi: *l. 1. §. 1. D. de effractor.* LIBERVM arbitrium ei eſt: *l. 28. D. de adopt. l. 1. C. de commun. rer. alienat.* datum eſt: *l. 8. §. 3. D. de reb. auct. iud. poſſid.* habere: *l. 5. D. ad leg. Iul. de adulter.* Senatores, qui LIBERVM commeatum, id eſt, vbi velint, morandi arbitrium, impetrarunt. *l. 22. §. 6. D. ad municipal.* LIBERA cuſtodia: *l. 11. C. de exact. trib. Lib. X.* de qua conſule noſtrum *Formul. Lib. V. Cap. CXCIX. p. 447.* LIBERA electio: *l. 19. C. de fideiuſſ.* LIBERA facultas abeundi, vel redeundi: *l. vlt. D. de lib. exhib.* eorum, quae prohibita non ſunt: *l. 7. C. de religioſ. et ſumt. fun.* LIBERAM mortis facultatem concedere: *l. 1. §. 1. D. de poen.* id eſt, LIBERVM mortis arbitrium permittere, vt loquitur Sueton. *in Domit. Cap. VIII.* Quod plerumque Imperatores iis, quos perire expetebant, concedebant.

[LIBE-

Digitized by Google

[LIBERA peragatur intentio: *l. 5. §. fin. regund.* id eſt, ſine vllo metu temporalis praeſcriptionis actio ſeu petitio inſtituatur.] LIBERA legatio, ſoluta, nec adſtricta, ſua ſponte, ſuique, non alieni arbitrii, quo nomine adpellabatur ea LEGATIO, quam quis rei ſuae ergo, ſeu rerum priuatarum cauſſa, ſine mandatis obibat, quemadmodum Cicero *Orat. Agrar. II*, 17. et de *Legib. Lib. I. Cap.* 3. Vnde merito Vlpianus eum, qui LIBERA legatione abeſt, non videri reipublicae cauſſa abeſſe, pronunciat. Hic enim non publici commodi cauſſa, ſed ſui, abeſt. *l. 14. D. de legation.* Huiusmodi legationem decerni ſibi ſatagebant ſenatores, qui hereditatum, aut ſyngrapharum perſequendarum gratia, in prouinciam excurrere neceſſe habebant, vt ſub ea muneris publici, quod eis titulotenus iniungebatur, ſpecie negotia ſua, ſalua dignitate, conficerent. Cicero *Lib. III. de legib. Cap. 8. Omitto, quemadmodum iſti ſe gerant atque geſſerint, qui* LEGATIONE *hereditates aut ſyngraphas ſuas perſequuntur.* Idemque *pro Flacco Cap. XXXIV. An* LEGATIONES *ſumere* LIBERAS, *exigendi cauſſa, ſicut et tu nuper; et multi viri boni ſaepe fecerunt, rectum eſt?* Ex eodem genere et illa erat LEGATIO, quae voti ſoluendi cauſſa ſuſcipiebatur, quam Cicero *Lib. IV. ad Att. Epiſt. 2. votiuam* adpellat. Sed et, qui ſua ſponte vrbe excedere, ſeque oculis ciuium ad tempus ſubtrahere in animum induxerant ſuum, hanc eamdem LEGATIONEM, vt aliquis profectioni honeſtus color quaereretur, poſtulabant. Brutus apud Ciceron. *Lib. X. ad famil. Epiſt. 1. Placitum eſt mihi, vt poſtularem legationem* LIBERAM *mihi reliquisque noſtris, vt aliqua cauſſa proficiſcendi honeſta quaereretur.* Sueton. *in Tiber. Cap. XXX. Negant, eo deſtinatos magiſtratus abeſſe oportere, vt praeſentes honori adquieſcerent, Praetor deſignatus* LIBERAM *legationem impetrauit.* In ſumma ergo nudum erat hoc legatorum nomen, ſine re, quo honorati viri, ne in tranſitu, aut in prouinciis morantes, vileſcerent, inhonoratique agerent, ornabantur. Easque legationes, ne plus iuſto ſenatores abeſſent, definitum habuiſſe tempus lege Iulia, Cicero *Lib. XV. ad Attic. Epiſt. 11.* teſtatur. [Vix ergo iuſtam rationem habuit Cuiac. *Lib. IX. Obſeru. Cap. 29.* qui tales legationes ideo LIBERAS dictas, putat, quod nullo fuerint finitae tempore, ſed redire et abire iis, qui impetrauerint, quandocumque licuerit. Notauit Cuiacium eo nomine Alb. Gentil. *Lib. I. de Legat. Cap. 8.* defendit tamen vtcumque Herm. Kirchner. *Lib. I. de legat. Cap. 2. num. 29.* Alio ſenſu LIBERA dicitur legatio, quae nulli certae formulae, nullis mandatis, adſtricta, liberrimam legato permittit facultatem, agendi, quae e rep. eſſe viderentur: *l. 15. C. Theod. de legat. et decret.* Quales legati Graecis αὐτοκράτορες vocabantur. Exempla recentiora ſunt apud Phil. Cominaeum *Lib. I. Comment. p. 3.* et Herm. Kirchner. *ibid. n. 3. ſequ.* LIBERA luce, id eſt, publice: *l. 2. C. Theod. de maleſic. et mathem. Lib. IX. tit. 16.*] LIBERA debent eſſe matrimonia: *l. 2. C. de inutil. ſtipul.* id eſt, vinculo poenae minime obſtricta, vt *l. 134. D. de verb. ſignif.* Alio ſenſu Caſſiodor. *Lib. VII. Var. Cap. 40.* libertatem matrimoniorum comprobans, eleganter ait: *Durum eſt, libertatem* LIBERAM *non habere, vnde liberi procreantur.* LIBERA poſſeſſio, qua quis vtitur arbitrio ſuo: *l. 11. D. de vi et vi arm.* LIBER proſpectus: *l. 15. D. de ſeru. praed. vrban.* LIBERA res et ſoluta, et extra neceſſitatem iurisdictionis poſita: *l. 3. D. de recept. arbitr.* LIBERA teſtamentifactio: *l. 41. D. de oper. lib. l. 3. l. 12. l. 47. §. 2. D. de bon. libert. l. 1. D. de teſtam. milit.* et apud Vlpian. *Reg. tit. XVI. §. 1.* LIBERA voluntate, et *ex neceſſitate ſeruili*, opponuntur. *l. 19. §. 2. D. de negot. geſt.*

LIBERALIS, pro benefico. LIBERALIS in neceſſitatibus nemo exſiſtit. *l. 18. D. de adim. legat.* ¶. 2. LIBERALE etiam dicitur, quod ad libertatem pertinet, vel libero homine dignum eſt. LIBERALES artes, quas *ingenuas* Cicero *Lib. II. de Orat. Cap. 6.* et *Ouid. II. de art. am. v. 121.* adpellant. Idem Ouid. *I. de art. v. 459.* etiam *bonas* vocat. Quae huiusmodi epithetis a ludicris ſeparantur. Plin. *in prooem. Libri XIV. Omnesque, a maximo bono* LIBERALES *dictae, artes in contrarium cecidere.* Idem *Lib. XXXV. Cap. 10. Apellis auctoritate effectum*, ait, *vt pictura in primum gradum* LIBERALIVM *artium reciperetur.* Additque, *ſemper quidem honorem ei fuiſſe, vt ingenui exercerent, mox, vt honeſti, perpetuo interdicto, ne ſeruitia docerentur.* LIBERALIBVS artibus inſtituere, et inſtitui: *l. 4. D. vbi pupill. educ.* LIBERALIVM artium profeſſores: *l. 10. §. 2. D. de vacat. et excuſat.* Sueton. *in Iul. Cap. XLII.* LIBERALIVM artium doctores, quo libentius et vrbem incolerent, et ceteri adpeterent, ciuitate donauit. Salarium ob LIBERALEM artem conſtitutum: *l. 4. D. de decret. ab ord. fac.* LIBERALIS cauſſa dicitur, in qua libertatis quaeſtio vertitur. *tot. tit. D. et C. de liber. cauſſ. l. 42. §. 1. D. ſolut. matr. l. 32. §. 7. D. de recept. arbitr. l. 36. D. re iudic.* Donat. ad ea Terentii verba *Adelph. Act. II. ſcen. 1. Nam ego illam* LIBERALI *adſero cauſſa manu. Ordo eſt*, inquit, *ego adſero illam* LIBERALI *cauſſa manu, et ſunt iuris verba, a quibus etiam adſertores dicuntur vindices alienae libertatis. Nam et cauſſa ipſa* LIBERALIS *dicitur, quae actionem in ſe continet libertatis.* Cicero *pro Flacco Cap. XVII. Quum in cauſſa* LIBERALI *eum, qui adſerebatur, cognatum ſuum eſſe diceret.* LIBERALES *diſciplinae*: Gell. *Lib. VII. Cap. 17.* LIBERALE iudicium: *l. 1. §. 21. D. de vi et vi arm. l. 6. §. 1. D. de Carb. edict. l. 7. §. 4. l. 12. §. vlt. D. de liber. cauſſ. l. 3. §. 10. D. de adquir. poſſeſſ. l. 12. D. de quaeſtion. l. 1. C. de Lat. libert. l. 4. C. de ord. cognit.* Quinctil. *Lib. VI. Cap. 4. Ei, contra quem* LIBERALI *iudicio aderat.* LIBERALIA iudicia: *l. 7. §. 1. D. de hered. petit. l. 3. D. de ſer.* LIBERALI prius lite terminata: *l. 4. C. de ord. cognit.* LIBERALE negotium: *l. 16. C. Theod. de praetor. et quaeſt.* [*l. 1. C. de offic. praet.*] LIBERALIA ſtudia: *l. 21. §. 5. D. de ann. legat. tit. C. de ſtud. lib. vrb. Rom. Lib. X. l. 1. C. Theod. de decur. vrb. Rom.* et apud Tacit. *Lib. III. Ann. Cap. 43.* LIBERALIA *autem ſtudia*, vt ait Vlpianus, accipimus, quae Graeci ἐλευθέρια adpellant. Rhetores continebuntur, grammatici et geometrae. *l. 1. D. de extraord. cognit.* LIBERALIVM ſtudiorum antiſtites: *l. 1. C. de decret. decur. Lib. X.* LIBERALIBVS ſtudiis eruditus: *l. vlt. §. vlt. D. de Aedil. edict.* operam dare: *l. 1. C. qui art. ſe excuſ.* LIBERALIVM ſtudiorum praeceptores: *l. 1. D. de extraord.*

Digitized by Google

ord. cognit. profeſſores. *l. 4. C. de profeſſor. et med. Lib. X.*

LIBERALITAS, eſt munificentia. *l. 1. C. Theod. de ſponſal. l. 2. C. Theod. de ſecund. nupt.* Amici liberalitate ſeruus redemtus: *l. 4. D. de manumiſſ.* LIBERALITAS Auguſta: *l. 6. C. Theod. de indulg. crim. l. 17. C. Theod. de bon. proſcript. l. 23. C. Theod. de petit. et vltr. dat.* Neceſſariae electionis facultas propriae LIBERALITATIS beneficium non eſt: *l. 67. §. 1. D. de legat. II.* LIBERALITATEM captioſam interpretatio prudentium fregit: *l. 5. D. de transact.* Qui LIBERALITATE, non neceſſitate debiti, reditus ſuos ad opera facienda conceſſit: *l. 2. D. de operib. publ.* Qui rem ex cauſſa ſtipulationis, non ob liberalitatem, conſequutus eſt: *l. vlt. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* Qui ex LIBERALITATE ſua conueniuntur: *l. 33. D. de iur. dot. l. 28. D. de reg. iur.* Precarium genus LIBERALITATIS: *l. 7. D. de precar.* In id opus, quod totum alienae LIBERALITATIS gloriam repraeſentat: *l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ignor.* Ne LIBERALITATE ſua inops fieri periclitetur: *l. 50. D. de re iudicat.* Qui non ex cauſſa reipublicae pecuniam pollicentur, LIBERALITATEM perficere non coguntur: *l. 1. D. de pollicit.* LIBERALITAS principalis: *l. 1. C. Theod. de poſtl. l. 2. C. Theod. de bon. vacant. l. 5. C. Theod. de collat. don. vel rel. l. 1. C. Theod. de curat. calend. l. 13. C. Theod. de agent. in reb. l. 6. C. Theod. de metat.* Niſi LIBERALITAS principalis et hoc ſpecialiter indulſerit: *l. 20. D. de re milit.* LIBERALITATES principales: *l. 35. §. 1. D. de legat. III.* LIBERALITAS regia: *l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron.* LIBERALITATIS, in rempublicam factae, vſurae non exiguntur: *l. 16. D. de vſur.* LIBERALITAS ſacra: *l. 2. C. Theod. de collat. donat. vel rel. l. 15. C. Theod. de indulg. debit.* Quae non incertam LIBERALITATIS voluntatem habuerunt. *l. 10. §. 1. D. de annuis legat.*

LIBERALITER. Si quid LIBERALITER mulier fecerit, veluti ne iudicatus pater eius propter ſolutionem vexetur. *l. 21. §. vlt. D. ad SC. Vellei.*

LIBERARE, id eſt, dimittere debitorem, vt loquitur Vlpianus in *l. 4. D. de decret. ab ord. fac.* Et hinc LIBERARI, et *obligari* aduerſantur. *l. 47. de obl. et action.* Nec tamen creditor dumtaxat debitorem LIBERARE dicitur, verum vice verſa creditorem LIBERARE dicitur debitor, quem dimittit, exſoluta pecunia. Et ita Vlpianus: Creditorem tuum LIBERET: *l. 6. §. 1. D. de negot. geſt.* Heredibus creditorem non LIBERANTIBVS: *l. 26. §. 2. D. de fideic. libert.* Ad priorem ſignificationem, quae notior et frequentior, pertinent ſequentia: Si id, quod mihi deberes, ſolueris, vel qualibet alia ratione liberatus a me fueris: *l. 21. D. de liberat. legat.* LIBERARI acceptilatione: *l. 3. l. 13. §. 7. D. de acceptilat. l. 1. §. vlt. D. quae in fraud. credit. l. 50. §. vlt. D. de bon. libert. l. 1. D. de acceptil.* per acceptilationem: *l. 31. §. vlt. D. de mort. cauſſ. donat. l. 13. §. 10. D. de acceptilat. l. 3. §. 3. D. de liberat. legat. l. 6. C. de ſolut.* Accepto LIBERARE, vid. ſupra *Lib. I.* LIBERARE actione: *l. 3. D. de eo, per quem fact. fuer. l. 28. §. 4. D. de liberat. legat.* Ex locationis actione colonum LIBERARE: *l. 30. §. vlt. D. de vſu et vſufr. leg.* LIBERATVS de domino furti actione: *l. 92. D. de furt.* Actione, qua competente eis, aliquis LIBERATVS fuerit: *l. 2. C. de reſtit. mil.* Quia te aere alieno LIBERAVI: *l. 25. D. commun. diuid.* LIBERARI condictione: *l. 72. §. 3. D. de ſolut.* LIBERARI eos, quibus crimina obiiciuntur: *l. 6. D. de accuſat.* Reus morte crimine LIBERATVR: *l. vlt. D. ad leg. Iul. maieſt.* Hoc crimine LIBERATVS eſt a ſenatu: *l. 4. §. vlt. D. eod. tit.* LIBERATVS criminibus: *l. 7. §. 1. D. de accuſ.* Fideicommiſſo ſunt LIBERATI: *l. 3. C. de fideicomm.* Non eſſe LIBERATVM a fideicommiſſo: *l. 41. §. 12. D. de legat. III.* Licet ipſis legibus poſt hanc aetatem LIBERATVS eſſet: Vlpian. *Reg. tit. XVI. §. 3.* vbi LIBERARI, et *teneri* opponuntur. A neceſſitate praeſtandae dotis LIBERARI: *l. 2. C. de collat.* LIBERARE obligatione: *l. 11. D. de acceptil.* Si teſtamenti obligatione heredes LIBERASSENT: *l. 22. §. 1. D. de liberat. leg.* LIBERABITVR operarum obligatione: *l. 37. D. de oper. libert.* Vt omni obligatione LIBERETVR: *l. 3. D. de condict. ſine cauſſ.* Si quis obligatione LIBERATVS ſit. *l. 2. D. de calumniat.* LIBERATI onere fideicommiſſi: *l. 77. D. ad SC. Trebell.* oneribus hereditariis: *l. 12. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 87. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered.* LIBERARI pacto: *l. 1. D. quae in fraud. credit. l. 3. §. 3. D. de liber. leg.* Pupilla erit tutorum pecunia LIBERATA: *l. 91. §. 1. D. de ſolut.* Quum legatarius heredem a ſua petitione non LIBERASSET: *l. 43. §. 1. D. de act. emt.* In metallum damnatus beneficio principis poena LIBERATVS: *l. 8. §. vlt. D. de poen.* Poena metalli LIBERATVS: *l. 8. C. de ſent. paſſ.* Serui poena SC. LIBERANTVR: *l. 3. §. 2. D. de SC. Silan.* [LIBERARE ſe, id eſt, ſibi ſoluere: *l. 9. §. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut.*] Solutione, vel iudicium pro nobis accipiendo, et inuiti et ignorantes LIBERARI poſſumus: *l. 23. D. de ſolution.* LIBERARE Aquilliana ſtipulatione: *l. 33. D. de dol. mal.* Si paratus ſim ex duplae ſtipulatione eum LIBERARE: *l. 3. D. de dol. mal. et met. except.* LIBERARI tempore: *l. 8. D. de negot. geſt. l. 69. D. de fideiuſſ.* et aliis locis, quos notabo infra *Lib. XVIII.* transactione: *l. 68. §. vlt. D. de fideiuſſ.* Verbis legis non LIBERATVR: *l. 32. D. ad leg. Iul. de adult.* id eſt, non eſt innocens, vel non abſoluitur. Vinculis LIBERARE ſeruum. *l. 2. D. de cuſtod. et exhib. reor.*

¶. 2. LIBERARE, interdum eſt eripere, vel eximere. Adire competentem iudicem, vt vos prouinciali adminiſtratione LIBERET: *l. 2. C. de excuſ. tut.* LIBERARI alieno iure: *princ. Inſt. quib. mod. ius patr. pot.* Qui vobis tutores aut curatores erant, LIBERATI eſſe a munere viſi ſunt: *l. 1. C. ſi tut. vel curat. falſ. all.* LIBERATVM ore beſtiae: *l. 44. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* id eſt, ereptum. Periculo vice mutua non LIBERANTVR: *l. 3. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* LIBERARI periculo: *l. 72. §. 1. D. de ſolut.* LIBERATVS a poteſtate: *l. 18. D. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.* patria poteſtate: *l. 27. D. quand. dies legat. l. 12. D. de adopt. l. 107. D. de verb. oblig. l. 3. C. de inſtit.*

l. 2.

l. 2. C. qui aetat. ſe excuſ. Lib. X. LIBERANTVR tutela maſculi pubertate: Vlpian. *tit. XI. Reg. §. 28.* Pupilli pupillaeque, quum puberes eſſe coeperint, tutela LIBERANTVR: *princ. Inſt. quib. mod. tut. finit.* LIBERARI dicitur tutor, qui a tutela excuſatur: *l. 39. D. de excuſ.* Poſtulare poteſt tutor, vt ab adminiſtratione rerum, quae in alia prouincia erant, LIBERETVR: *l. 10. §. 4. D. de excuſat.* Si quis magis te de vi hoſtium, vel latronum, vel populi tuerer, vel LIBERAREM. *l. 9. §. 1. D. quod met. cauſſ.* ¶. 3. LIBERARE, interdum eſt manumittere. *l. 9. D. in quib. cauſſ. pign.* Caeſ. *Lib. III. de bello ciuili Cap. 9. Seruosque omnes puberes* LIBERAVERVNT. Et mox: *Cum iis, quos nuper manumiſſos* LIBERAVERANT, *in proxima Octauii caſtra irruperunt.* [Plaut. Moſtell. *Act. I. ſcen. 1. v. 20.*

Corrumpe herilem filium, adoleſcentem optimum:
Dies noctesque bibite, pergraecamini,
Amicas emite: LIBERATE: *paſcite*
Paraſitos: obſonate pollucibiliter.]

Et hoc ſenſu id vocabulum accipitur *l. 31. D. de teſtam. mil. l. 32. D. de bon. libert. l. 9. D. in quib. cauſſ. pign.* Vlpian. *tit. 1. Reg. §. 23.* Hinc LIBERATI, id eſt, manumiſſi: *l. 1. C. de vind. manum.* Sueton. *in Aug. Cap. XXI. Captiuos ſub lege venumdedit, ne in vicina regione ſeruirent, neue intra trigeſimum annum* LIBERARENTVR. LIBERATA *familia*, id eſt, libertate donata, apud Ciceron. *Lib. XIV. ad familiar. Epiſt. 8.* Apud hoſtes manumiſſus LIBERATVS: *l. 12. §. 9. D. de capt. et poſtl. reuerſ.* LIBERATA mancipia: *l. vlt. D. de ſeru. export.* Ex ſeruitute LIBERARE: *l. 4. C. de obſequ. par.* Vindicta LIBERARE: *l. 15. D. de manum. vindict.* Plin. *Lib. VII. Epiſt. 16. Si voles vindicta* LIBERARE, *quos proxime inter amicos manumiſiſti.* Liu. *Lib. II. Cap. 5. Vindicta* LIBERATVS. ¶. 4. Non perſonae modo, ſed et res, obligatae LIBERARI dicuntur, quae pignoris nexu, quo tenebantur, ſoluuntur. LIBERARE fundum alii obligatum: *l. 41. D. de contrah. emt.* LIBERATVR hypotheca: *l. 7. D. quib. mod. pign. l. 18. D. de oblig.* Cic. *de lege Agrar. II. Cap. 2. Soluta meliore in cauſſa ſunt, quam obligata. Eodem capite obligata omnia, ſi modo Sullana ſunt,* LIBERANTVR. LIBERARE pignus, eſt luere, ſeu nexum pignoris diſſoluere: *l. 2. D. quae in fraud. credit. l. 40. D. de iureiur. l. 8. §. 9. D. de transact. l. 33. §. vlt. D. de poen. l. 20. D. de iur. fiſc.* Debitor, antequam a priore creditore pignus LIBERARET: *l. 4. D. qui potior. in pign.* Vt pignus tuum LIBERARET: *l. 6. §. 1. D. de negot. geſt.* Quum alter pignus pro parte LIBERASSET: *l. 65. D. de de emt.* Debitoris abſentis amicus pignora pecunia ſua liberauit: *l. 2. D. quib. mod. pign.* LIBERANDI pignoris gratia: *l. 3. C. de negot. geſt.* Atque hoc modo debitor a creditore pignus LIBERAT. Sed et creditor pignora LIBERARE dicitur. *l. 2. D. quae in fraud. cred.* [Si creditrix mulier rem, quam pignori acceperat, debitori LIBERAVERIT, non eſſe interceſſionem: *l. 18. pr. D. ad SC. Vellejan.*] Ex emto actione conſequeris, vt praedia obligata LIBERENTVR: *l. 5. C. de euict.* Si LIBERANDORVM praediorum onus ad heredes ſuos pertinere, teſtator noluerit: *l. 57. D. de legat. I.* Pignoratas res, vel in publicum obligatas, heredem, qui dare iuſſus eſt, LIBERARE debere: *l. 15. D. de dot. praeleg.* Promiſit, rem venditam LIBERARI: *l. 113. §. vlt. D. de verb. oblig.* Ipſam rem diſtrahent, quaſi non vinculo pignoris LIBERATAM: *l. 15. §. 7. D. de re iudic.* ¶. 5. Nec pignoris modo vinculo, ſed et ſeruitute, quam debebant, alioque quocumque onere, LIBERARI dicuntur praedia. LIBERARE religione locum: *l. 9. §. 2. D. diuiſ. rer.* LIBERARE praedia ſeruitutibus: *l. 18. §. 1. D. de caſtr. pecul. l. 30. D. ad leg. Falcid.* Dominus ſoli conſequetur, vt hac ſeruitute, quam debebant, LIBERETVR: *l. 86. §. vlt. D. de legat. I.* Atque ita LIBERARE fundum, et LIBERARI, accipe in *l. 6. §. 1. D. quemadm. ſeru. amitt. l. 2. D. ſi vſusfruct. pet.* ¶. 6. Singularis loquutio eſt: LIBERARE fidem aerario obligatam: Sueton. *in Claud. Cap IX.* LIBERANDAE fidei cauſſa. *l. 46. §. vlt. D. de negot. geſt.*

LIBERATIO. Hoc vocabulum eamdem vim habet, ac ſolutio. *l. 47. D. de verb. ſignif.* In *rubrica* tamen *tit. D. de ſolut. et liberat* haec duo ſeparantur, quod *ſolutio* naturalem numerationem; LIBERATIO ceteros modos, quibus ab obligationis nexu quis dimittitur, complectatur. *Perfecta* enim *ſecuritas*, teſte Donato *in Terent. Andr. Act. II. ſcen. 2.* LIBERATIO *nominatur.* Proinde et acceptilatio LIBERATIO eſſe definitur: *l. 1. D. de acceptil.* Si acceptilatione LIBERATIO interuenit: *l. 9. §. 7. D quod met. cauſſ.* LIBERATIONEM praeſtare acceptilatione, vel nouatione: *l. 8. C. arbitr. tut. l. 17. C. de fideic.* LIBERATIO contingit: *l. 3. D. de oper. libert. l. 11. D. de acceptil. l. 76. D. de ſolut. l. 11. D. depoſ. l. 25. D. de iur. dot. l. 47. D. mandat.* non contingit: *l. 22. §. 8. D. mandat.* LIBERATIONEM conſequi: *l. 21. C. de ſolut.* Facilior ſis ad LIBERATIONEM: *l. 47. D. de obl. et act.* LIBERATIO pignorum: *l. 21. D. de iure fiſc.* LIBERATIO poteſtatis: *l. 50. §. vlt. D. de legat. III.* LIBERATIO ſequuta: *l. 96. §. 2. D. de ſolut.* [Condicere LIBERATIONEM: *l. 8. §. 2. D. ad SC. Vellei. l. vn. C. de error. calc.* id eſt, condictione conſequi, vt liberetur. *l. 46. princ. D. de iur. dot.* Vid. ſupra CONDICERE]

LIBERI. Eorum adpellatione nepotes, et pronepotes, ceterique, qui ex his deſcendunt, continentur. *l. 220. D. de verb. ſignif.* LIBEROS eius, qui adſignatus eſt, accipere debemus, non ſolum filios, verum etiam nepotes, et neptes, et deinceps deſcendentes: *l. 3. §. 6. D de adſign. libert.* Vlpianus, de liberis decurionum agens: LIBEROS, ait, non tantum filios accipere debemus, verum omnes LIBEROS. *l. 9. §. 13. D. de poen.* Proinde ita ſtipulatione interpoſita: *vt* LIBERORVM *nomine dos apud maritum reſideat*, nepotum quoque nomine dos retinebitur. *l. 48. D ſolut. matrim.* Sed et ſi quis tutores LIBERIS dederit, nepotibus quoque dediſſe intelligitur. *§. vlt. Inſt qui teſt. tut.* Inter LIBEROS nepotem quoque ex filia contineri, Diuus Pius reſcripſit: *l. vlt. D. de pollicit.* Eadem eſt apud Graecos τέκνων ſignificatio. Etenim ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τὰς ἐκγόνους ἐκτείνεται. *Natorum adpellatio et ad nepotes extenditur*, ait Modeſtinus. *l. 104. D. de verb. ſignif.*

In

In Edicto de legatis praeſtandis, quo generaliter LIBEROS praetor excepit, nec gradus liberorum enumerauit, in infinitum, ait Vlpianus, iis praeſtabitur, nec refert, vtrum ex virili ſexu, an ex feminino, deſcendent. LIBEROS autem etiam eos ad legatorum petitionem admittimus, qui in adoptionem dati ſont, vel etiam adoptiui, dummodo maneant LIBERI. *l.* 1. *§. vlt. D. de legat. praeſt.* Ceterum Paullus, in *l.* 10. *§.* 7. *D. de grad. et adfin.* LIBEROS vſque ad trinepotes, vltra hos *poſteriores* vocari, ſcribit. Quod ita veteres exiſtimaſſe, didici. Vnde in *l.* 13. *D. de mun. et honor.* LIBERIS, et *poſteris* alicuius, data eſt immunitas. Sed obtinuit Caii Caſſii ſententia, qui vt omnes in infinitum, etiam ſupra tritauum, parentes: ita LIBEROS vltra trinepotem, in infinitum, dici cenſuit. *l.* 4. *§. vlt. D. de in ius voc.* Vlpianus in Edicti de in ius vocando interpretatione LIBEROS, ait, ſecundum Caſſium, vt in parentibus, et vltra trinepotem accipimus. *l.* 10. *§.* 5. *D. eod. tit.* Senatorum LIBEROS accipere debemus non tantum ſenatorum filios, verum omnes, qui ex his geniti, exve liberis eorum, dicantur, ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint LIBERI ſenatorum, ex quibus nati dicuntur. *l.* 10. *D. de ſenator.* In contra tabulas bonorum poſſeſſione LIBEROS accipere debemus, ſiue naturales, ſiue adoptiuos, ſi neque inſtituti, neque exheredati ſint. *l.* 1. *D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* Similiterque in bonorum poſſeſſione, VNDE LIBERI, LIBEROS accipere debemus tam naturales, quam adoptiuos, *l.* 1. *§.* 6. *D. ſi tab. teſt. null. exſtab.*

¶. 2. Alias tamen LIBERORVM nomine naturales tantum et iuſti, non etiam adoptiui, exaudiuntur. Etenim fideicommiſſom, a filiis relictum, ſi quis ex his ſine LIBERIS diem ſuum obierit, adoptionis commento non excluditur: *l.* 76. *D. de condit. et demonſtr.* Is, cui in tempus LIBERORVM tertia pars relicta eſt, vtique non poterit adoptando tertiam partem conſequi. *l.* 51. *§. vlt. D. de legat. II.*

¶. 3. LIBERORVM vtique nomen poſt emancipationem amittunt adoptiui: *l.* 4. *D. ſi tab. teſt. null. exſt.* Enimuero LIBERORVM adpellatione continentur non tantum, qui ſunt in poteſtate, ſed omnes, qui ſui iuris ſunt, ſiue virilis, ſiue feminini ſexus ſint, exve feminino ſexu deſcendentes; *l.* 56. *§. vlt. D. de verb. ſignif.* Quod ait Praetor in edicto, *qui ſatisdare cogantur*, LIBEROSVE SVOS accipiemus et ex feminino ſexu deſcendentes LIBEROS. *l.* 2. *§.* 3. *D. qui ſatisd. cog.* Si quis operas ſit ſtipulatus ſibi, LIBERISque ſuis, etiam ad poſtumos peruenit ſtipulatio: *l.* 5. *D. de oper. libert.* Quod vero ad SC. Tertullianum attinet, LIBERI non ſunt, qui contra formam humani generis, conuerſo more, procreantur; *l.* 14. *D. de ſtatu hom.* Paull. *Lib. IV. Sent. tit.* 9. *§.* 3. Licet in lege Papia etiam portentoſi, monſtroſi, et prodigioſi partus matri proſint: *l.* 13. *D. de verb. ſignific.* Immo non eſt ſine LIBERIS, cui vel vnus filius, vnaue filia eſt. Haec enim enunciatio: HABET LIBEROS, vel NON HABET LIBEROS, ſemper pluratiuo numero profertur, ſicut et pugillares, et codicilli: *l.* 148. *D. de verb. ſignif.* Gell. *Lib. II. Cap.* 13. *Antiqui oratores, hiſtoriaeque aut carminum ſcriptores, etiam vnum filium filiamue* LIBEROS *multitudinis numero adpellarunt.* Quamquam et ſingulari numero extulerit Iuſtinianus, in *l.* 33. *C. de inoff. teſt. l.* 8. *§. vlt. C. de ſecund. nupt.* et *princ. Inſt. de ſeru. cogn.* Vide ſupra LIBER. Sine LIBERIS vno, pluribusue: *l. vlt. §.* 5. *D. de legat. II.* Filios autem Iſidorus *Lib. IX. Orig. Cap.* 5. *in legibus hoc* LIBERORVM *nomine adpellari* tradit, *vt iſto vocabulo ſecernantur a ſeruis: quia ſicut ſeruus in poteſtate domini, ſic et filius in poteſtate eſt patris. Inter filios etiam fit emancipatio, vt filius ſit* LIBER *a patre, ſicut fit, ſeruo manumiſſo, vt ſit liberatus a domino.* Quo adludens Caſſiodorus *Lib. VII. Var. Cap.* 11. de matrimonio loquens: *Durum*, ait, LIBERTATEM *liberam non habere, vnde LIBERI procreantur.* Ceterum inſignia ſunt paſſim LIBERORVM elogia. Cicero *ad Quirit. poſt red. Cap. I. Quid dulcius hominum generi a natura datum eſt, quam ſui cuique* LIBERI*? mihi vero et propter indulgentiam meam, et propter excellens eorum ingenium vita mea cariores.* Et *in Verr. I. Cap.* 44. *Quid enim*, ait, *natura nobis iucundius? quid carius eſſe voluit? quid eſt dignius, in quo omnis noſtra diligentia indulgentiaque conſumatur?* Immo et LIBEROS, conceptos dumtaxat, et in vtero necatos, *ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, heredes familiae, deſignatos reip. ciues*, vocat Cicero *pro Cluent. Cap. XI.*

¶. 4. LIBERORVM haec ſumma diuiſio eſt, quod alii ſunt NATVRALES, alii ADOPTIVI. *l.* 7. *§.* 2. *D. de bon. damnat.* Naturalium rurſus triplex eſt differentia. Nam vel IVSTIS nuptiis, vel vulgo quaeſiti ſunt, vel etiam in ſeruitute ſuſcepti: *l.* 87. *§.* 12. *D. de legat. II.* Sed nec ſemper LIBERORVM nomine naturales, id eſt, non ex iuſtis nuptiis procreati, comprehenduntur. Etenim ſi quis rogatus ſit, vt, ſi ſine LIBERIS deceſſerit, reſtituat hereditatem, voluntatis quaeſtionem eſſe, de qualibus liberis teſtator ſenſerit, de naturalibusne, an de iuſtis, Vlpianus reſpondit, idque ex dignitate, et ex voluntate, et ex conditione eius, qui fideicommiſit, accipiendum eſſe, exiſtimauit. *l.* 17. *§.* 4. *D. ad SC. Trebell.*

¶. 5. Hinc facile intelliguntur loci ſequentes: Mulier maritum, et LIBEROS, ex eo natos, item ex alio, heredes inſtituit. *l.* 19. *D. qui potior. in pign.* Pater, quum tres LIBEROS heredes inſtitueret, Phoebum et Heracliam ex eadem matre, Polycratem ex alia; *l. vlt. D. ad SC. Trebell.* Vir et vxor, ſi ex alio matrimonio LIBEROS habeant: Vlpian. *tit. XV. Reg. §.* 1. LIBERI, ex diuerſis matrimoniis nati: *l.* 4. *D. ad SC. Tertull.*

¶. 6. IVS liberorum commodum ſignificat, quod, ſuſceptis ex iuſto matrimonio liberis, patres matresue conſequuntur: *rubr.* et *l.* 1. *C. de iur. liber.* et apud Vlpian. *tit. XVII. Reg. §.* 1. Paull. *Lib. IV. Sent. tit.* 9. *§.* 2. D. Auguſtin. *Lib. III. contra Iulian.* Iſidor. *Lib. V. Orig. Cap.* 24. IVS LIBERORVM *eſt coniugum, ſine liberis inuicem pro loco pignorum hereditatis alterna conſcriptio.* Huiusmodi autem ius LIBERORVM et ad legis Iuliae et Papiae Poppaeae praemia, ſolidumque ex teſtamento capiendum, et ad legitimam, quae matribus ex SC. Tertulliano deferebatur, hereditatem proficiebat. Itaque circa hoc ius duplex eſt inſpectio. Inprimis autem ſciendum eſt, virum atque vxorem inter ſe, nudo matrimonii nomine, decimam dumtaxat capere potuiſſe. At, ſublatis LIBERIS, vno pluribusue

cuius-

tae, plus capere poterant, quemadmodum Vlpianus *tit. XV. Regularum* exponit. Sed nec ex cuiusquam teſtamento caelibes et orbi capere poterant, vt patet ex *l. 1. C. de infirm. poen. caelibat.* Proinde qui vel caelibem vitam agebant, vel parum felix matrimonium erant experti, ac denique qui LIBEROS nullos ſuſtulerant, vt iudicia amicorum promereri poſſent, IVS LIBERORVM a principe impetrabant, vt eorum bonitas illis indulgeret, quod fortunae malignitas denegauerat, [ſicut Plinius loquitur *Lib. X. Epiſt. 95.*] Vlpianus *tit. XVI. §. 1. Aliquando vir et vxor inter ſe ſolidum capere poſſunt, velut ſi vterque vel alteruter eorum nondum eius aetatis ſint, qua lex* LIBEROS *exigit, aut ſi* IVS LIBERORVM *a Principe impetrauerint.* Atque hoc IVS LIBERORVM Iuuenalis *Sat. III. iura parentis* vocat. Martialis eodem loquendi genere vſus *iura paterna. Lib. III. Epigr. 93.* Idem *Lib. VIII. Epigr. 13.* quo loco eleganter deridet eum, qui, quum vxorem duxiſſet, a Caeſare importune ius hoc, quo de agimus, flagitauerat, quod ipſemet ſibi absque principali beneficio quaerere ac parare, liberis procreandis operam dando, potuiſſet. ¶. 7. Ceterum non modo ius LIBERORVM, verum etiam nominatim trium LIBERORVM, quod plenius erat, latiusque patebat, a principibus peti ſolebat, cuius ſit mentio *l. 5. C. Theod. de legit. hered.* Atque ita IVS trium LIBERORVM et ſibi Plinium, et Suetonio Tranquillo a Traiano imperaſſe, ex eius *Lib. X. Epiſt. 2. et 95.* liquet. Indultum etiam id ſibi a Domitiano, praedicat Martialis *Lib. II. Epigr. 91. et 92.* [Ad eos autem locos, quos de iure trium LIBERORVM accurate congeſſit Franc. Duaren. *Diſp. anniuerſ. Cap. XL.* auctarii loco adiicit illa Statii *Lib. IV. Silu. 8. v. 21.* verſus:

> *Ergo, quod Auſoniae pater auguſtiſſimus vrbis*
> IVS *tibi tergeminae dederat laetabile* PROLIS,
> *Omen erat: venit toties Lucina: piumque,*
> *Intrauit repetita Larem.*

Gell. *Lib. IV. Cap. 17. Memini ego Romae quaeſitum, negotio rei tunc non paruae poſtulante, an octauo menſe infans ex vtero viuus editus, et ſtatim mortuus* IVS TRIVM LIBERORVM *impleuiſſet?* Matres autem hoc *trium* LIBERORVM *iure* ad legitimam filiorum inteſtatorum hereditatem ex SC. Tertulliano admittebantur, quemadmodum Paullus *Lib. IV. ſent. tit. 9. §. 1.* et Iuſtinianus *tit. Inſt. de SC. Tertull.* ſcribunt. Vt vero ius hoc LIBERORVM conſequutae viderentur, ter peperiſſe eas ſufficiebat, dummodo viuos, et pleni temporis peperiſſent: vt idem Paullus *ibid.* Et hoc ita in ingenuis matribus ſeruabatur. Latinam vero libertam, niſi ius Quiritium conſequuta eſſet, quater peperiſſe neceſſe erat, vt ius LIBERORVM conſequi poſſet. Enimuero non ſuperſtites tantum, ſed et amiſſi filii, matribus proderant. Quin etiam abſque vllo partu, matres, quae neque LIBEROS habebant, neque vmquam habuerant, ius trium LIBERORVM beneficio principis adipiſcebantur, quorum omnium auctorem laudo Paullum eo, quem ſupra citaui loco. ☞ Ius hoc modo erat LIBERORVM generatim, ſi vel vnum habuiſſe proficeret, modo *communium* LIBERORVM. ſi vnus vtriusque parentis filius, vel vna filia ſufficeret, vt in ſolidi capacitate. Vlp. *Fragm. tit. XVI. §. 1.* Et id eſt IVS COMMVN. LIBERORVM apud Gruter. *Inſcr. p. CCCXXII, 8.* vbi non COMMVNE, ſed COMMVNIVM legendum eſſe, monuimus *in Commentar. ad leg. Iul. et Pap Lib II. Cap. 15. §. 8. p. 289.* Quum vero ſaepe Italis et libertis libertabusque Latinae conditionis quatuor; prouincialibus quinque liberis ad certa priuilegia opus eſſet: non dubitandum, quin et QVATVOR et QVINQVE LIBERORVM *ius* aliquando datum impetratumque ſit. Impetrabatur autem ioitio a ſenatu, teſte Dione Caſſ. *Lib. LV. p. 549.* poſtea a principe, ſaltim ſub Domitiano, Mart. *Lib. II. Epigr. 91.* et multo magis ſub Traiano et ſequentibus Imperatoribus. Plin. *Lib. II. Epiſt. 13. Lib. VII. Ep. 16. Lib. X. Epiſt. 2. et 95.* Non temere tamen dabatur, niſi vtriusque parentis anni computati, et ſimul ducti centum tranſiiſſe dicerentur. Auguſtin. *Lib III. adu. Iulian.* Multa potius, quam bona, de hoc IVRE liberorum diſſeruit M. Vert. Maurus in Opere *de iure liberorum*, recuſo in *Theſaur. iur. ciu. Tom. III. p. 965.* HEIN. ¶. 7 Addimus loquutiones. LIBERORVM creationi ſtudere *l. 15. §. vlt. D. de adopt.* IVRE LIBERORVM excuſari: *l. 45. §. 1. D. de excuſ.* quod poſſunt, qui tres LIBEROS ſuperſtites Romae, vel in Italia quatuor, vel quinque in prouinciis habent. *pr. Inſt. de excuſ. tut.* Errabat ergo Italus ille, ſiue prouincialis, in ſpecie *l. 37. §. vlt. D. de excuſat.* qui ſe iure trium LIBERORVM, quod allegabat, excuſatum credebat.

LIBERATA, ab aliquo manumiſſa. Communis LIBERTA. *l. 46. D. de rit. nupt.* LIBERTA etiam liberti adpellatione cootinetur. *l. 172. D. de verb. ſignif.* His verbis: LIRERTIS LIBERTABVSQVE MEIS libertum LIBERTAE teſtatoris non contineri. *l. 105. D. eod. tit.*

LIBERTAS, quatenus ſeruituti opponitur, deſinicote Cicerone *Paradox. V. eſt poteſtas viuendi, vt velis:* vel, vt Florentinus noſter deſcribit, *naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibeatur. l. 4. D. de ſtat. hom.* Quod Perſ. *Sat. V. v. 88.* his verſibus expreſſit:

> *Vindicta poſtquam meus a Praetore receſſi:*
> *Cur mihi non liceat, iuſſit quodcumque voluntas,*
> *Excepto ſi quid Maſſuri rubrica notauit?*

Arrian. *Diſſ. Epict. Lib. II. Cap. 4.* Οὕτω νῦν ἄλλο τί ἐστιν ἐλεύθερον, ἢ τὸ ἐξεῖναι, ὡς βουλόμεθα, διαπράττειν; *Quid iam vero aliud eſt* LIBERTAS, *quam vt, quod volumus, poſſimus facere?* Dio Chryſoſtom. *orat.* περὶ δουλείας· Ἀλλὰ μὴν ἑνὶ λόγῳ συλλαβόντα χρὴ ἀποφήνασθαι, ὡς ὅτῳ μὲν ἔξεστιν, ὃ βούλεται πράττειν, ἐλεύθερός ἐστιν. *Sed ſi rem vno verbo complecti velis, dicendum erit, eum, cui licet, quod velis, agere,* LIBERVM *eſſe.* Et mox, quod Perſii verſibus congruit: ἐκεῖνο ὅσα μὴ ἀπείρηται ὑπὸ τῶν νόμων, μηδὲ προστέτακται ὑπὲρ τούτων, ἔχων αὐτὸς τὴν ἐξουσίαν τοῦ πράττειν; *Nonne mihi ea, quae nec prohibentur legibus, nec praecipiuntur, faciendi facultas eſt?* Et haec quidem LIBERTAS naturali iure continetur, et dominatio ex gentium iure introducta eſt *l. 64. D. de condict. indeb.* vtpote quum iure naturali omnes liberi naſcantur. *princ. Inſt. de libertin.* ¶. 2. *Triplex* vero eſt LIBERTAS, ait Auſon. *in gripho v. 65.* videlicet IVSTA, per quam ciuitatem Romanam manumiſſus conſequitur, LATINA, et DEDITITIA. Seneca

de vita beat. Cap. XXXIV. Serui, an libertini, IVSTAE LIBERTATIS, *an inter amicos datae, quid refert?* IVSTA et *legitima*, et *pleniſſima* LIBERTAS vocatur. *l. 1. §. 2. de comm. ſeru. manum.* Quo genere *ex iure Quiritium* LIBERVM *quem fieri*, ait Seneca *Lib. III. Nat. quaeſt.* his verbis: *Quid eſt praecipuum? In primis liberum animum habere: haec res efficit, non e iure Quiritium vt ſit liber, ſed ex iure naturae.* [Eadem eſt LIBERTAS *vera*, in *l. vn. §. 10. C. de Latin. lib. toll.* ceu ex verbis ipſis et oppoſita Latina libertate intelligitur. Vnde hic palmam aduerſario ſuo, Iano Grutero concedit Dionyſ. Gothofredus, *Coniect. et var. Lect. in Senec. p. 18.* dum *veram* LIBERTATEM de praeſente, et non in diem dilata, interpretatur, eamque coniecturam teſtimonio Senecae *Epiſt. VIII.* fulcire nititur, quum tamen de philoſophica LIBERTATE, de qua mox, loquatur Seneca.] ¶. 3. Eiuſdem LIBERTATIS et hae ſpecies ſunt: DIRECTA et FIDEICOMMISSARIA, de quibus ſuis locis diximus. ¶. 4. Et eo pertinent loquutiones: Infinita eſt aeſtimatio LIBERTATIS: *l. 176. §. vlt. D. de reg. iur.* LIBERTATIS aeſtimatio ad infinitum extenditur: *l. 8. §. vlt. D. rat. rem habit.* LIBERTATEM imponere: *l. 41. in fine D. de bon. libert. l. 4. D. de manum. vind. l. 11. §. 1. D. de minor. l. vlt. D. qui ſine man. l. vlt pr. C. de teſtam. manum. l. 1 l. 2. C. commun. de manum. l. 10. C. qui teſt. fac. l. vlt. C. de fideic. libert. l. 1. C. de commun. ſeru. manum.* Quae phraſis ducta ab eo, quod capiti ſerui, vindicta manumittendi, lictoris virga imponi ſolebat. LIBERTAS inaeſtimabilis res eſt; *l. 106. D. de regul. iur.* LIBERTAS pecunia lui non poteſt, nec reparari: *l. 91. §. 2. D. de ſtatulib.* [Damno LIBERTATIS immeritae mulctare: *l. vn. C. Theod. et Iuſt. de ingrat. libert.* Munus LIBERTATIS: *l. 1. C. Theod. de matern. bon. Lib VIII. tit. 18.*] Ad LIBERTATEM perducere: *l. 32. D. de dol. mal.* et aliis locis, quos infra *Lib. XIV.* producam. Ad LIBERTATEM peruenire: *l. 9. §. 2. D. de ſtatulib. l. 4. §. 12. D. de fideic. libert.* peruenire ex teſtamento: *l. 58. D. de condict. indeb.* Petere ex LIBERTATE in ſeruitutem: *l. 39 §. 5. D. de procurator.* [LIBERTATIVM ratio habenda eſt: *l. 22. D. ſi quis omiſſ cauſſ. teſt.*] Si ex poſſeſſione ſeruitutis in LIBERTATEM reclamauerit: *l. 3. §. 10. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* ¶. 5. [LIBERTAS etiam aliquando eſt ſuitas iuris, vel emancipatio. Sic LIBERTAS lenitatis paternae teſtis *l. vn. in fine C. de ſentent. paſſ. Lib IX. tit. 34*] ¶. 6. LIBERTAS opponitur ſeruitutibus, per eamque aedes et praedia, ſeruitutibus ſublatis, liberantur. *l. 4. §. vlt. D. de vſurpat. et vſucap. l. 6. et l. 7. D. de ſeruit. praed. vrban* Non poteſt videri vſucepiſſe vicinus tuus LIBERTATEM aedium ſuarum, qui ius tuum non interpellauit. *l. 8. §. vlt. D. quemadm. ſeruit. amitt.* LIBERTATE huius partis ſeruitutis fruitur. *l. 16. in fine D. eod. tit.* ¶. 7. LIBERTAS etiam auibus et feris, quae cuſtodia humana non coercentur, tribuitur. Naturalem enim LIBERTATEM recipere aues feraeque intelliguntur, quum in ſuam naturalem laxitatem peruenerunt, vel oculos noſtros effugerunt, vel ita ſunt in conſpectu noſtro, vt difficilis ſit earum perſequutio. *l. 44. l. 55. D. de adquir. rer. dom. l. 3. §. 14. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. §. 12. Inſt. de rer. diuiſ.* Quo loquendi genere et Arrianus *Lib. III. Diſſ. Epictet. Cap. 26. p. 403. ſequ.* vſus eſt his verbis, de auibus agens: Κἂν ὅλως εὕρῃ τι παρεωγμένον ἐξεπήδησεν. οὕτως ὀρέγεται τῆς φυσικῆς ἐλευθερίας. *Nihilominus, patefacto qualicumque exitu exſiliunt. Adeo prorſus ſunt adpetentes libertatis iſtius naturalis.* ¶. 8. Diuerſa ab his eſt LIBERTAS philoſophica, quam Seneca *Epiſt. LI.* definit, *nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati, nullis caſibus, fortunam in aequum deducere.* Et libro, cui titulus eſt, *in ſapientem non cadere iniuriam Cap. XIX.* LIBERTATEM *eſſe*, ait, *animum opponere iniuriis, et eum facere ſe, ex quo ſolo ſibi gaudenda veniant, exteriora deducere a ſe, ne inquieta agenda ſit vita, omnium riſus, omnium linguas timenti.* Et hanc libertatem cum illa iuris gentium comparans *Epiſt. VIII. Philoſophiae*, inquit, *ſeruias, oportet, vt tibi contingat vera* LIBERTAS. *Non differtur in diem, qui ſe illi ſubiecit, et tradidit: ſtatim circumagitur. Hoc enim ipſum, ſeruire philoſophiae,* LIBERTAS *eſt.* Ad hanc etiam veram abſolutamque LIBERTATEM, et inaeſtimabile animi bonum reſpiciens *Epiſtola LXXX. Itaque*, inquit, *in tabellas vanum coniicitur nomen* LIBERTATIS, *quam nec qui emerunt, habent, nec qui vendiderunt. Tibi des oportet iſtud bonum: a te petas. Libera te primum metu mortis: illa nobis primum iugum imponit: deinde metu paupertatis.* Sed haec quidem LIBERTAS philoſophica, de qua Stoici potiſſimum tam magnifice loquuntur, ad ius ciuile non pertinet. HEIN.

LIBERTINA et *ingenua* opponuntur. *l. 2. D. ad SC. Tertull.* LIBERTINA pro liberta, *l. 23. l. 27. l. 31. l. 56.* et *l. 58. D. de rit. nupt.* Senec. *Ep. XIII.*

LIBERTINITAS, libertinorum ſtatus et conditio; *l. 14. D. de probat. l. 21. §. 1. D. quib. ad libert. l. 2. D. de colluſ. deteg. l. 2 §. 2. D. quand. adpell. l 2. C. de pedan. Iudic. l. 13. C. de ingen. manum.* Hinc LIBERTINITAS et *ingenuitas* opponuntur. *l. 32. §. 7. D. de recept. arbitr. l. 40. C. de lib. cauſſ.* LIBERTINITATIS cauſſa: *l. 5. C. vbi cauſſ. ſtat.* imago. *l. 2. C. de iur. aur. anul.*

LIBERTINVS opponitur *Ingenuo. l. 8. §. 7. D. de transact.* LIBERTINI enim ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt: *l. 6. D. de ſtat. hom. pr. Inſt. de libertin.* Quinctilian. *Declam. CCCXI. Si illud in confeſſo eſt, eum, qui a ſeruitute in libertatem veniat, non eſſe alio, quam* LIBERTINI *loco.* ¶. 2. [Sed et LIBERTINVS *filius*, et *verus filius* ſeparantur in *l. vlt. D. de iure delib.*] ¶. 3. LIBERTINI ergo manumiſſione tantum conſtituuntur. *l. 9. C. de ingen. manumiſſ.* Quinctilian. *Lib. V. Inſt. Cap. 10. Qui ſeruus eſt, ſi manumittatur, fit* LIBERTINVS, *non itidem addictus.* Et *Lib. VII. Cap. 4.* vbi plenius et fuſius idem argumentum tractat; *Seruus, quum manumittitur, fit* LIBERTINVS. Sed et *Lib. I. Cap. 1.* LIBERTINIS *detrahenda eſt auctoritas. Licet his teſtimonium reddere induſtriae, per quam exierunt de ſeruitute.* Et ita LIBERTINVM accipe *l. 37. D. de op. libert. l. 26. l. 32. l. 34.*

l. 34. §. vlt. l. 42. D. de rit. nupt. ¶. 4. At Appii Claudii Caeci temporibus, et deinceps aliquamdiu LIBERTINOS dictos, non ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos, ex his procreatos, Suetonius *in Claud. Cap. XXIII.* tradit, quos Graeci ἐξελευθέρους vocant, teſte Heſychio, apud quem inuenio: Ἐξελεύθεροι, οἱ τῶν ἐλευθερωμένων υἱοί. *Ἐξελεύθεροι vocantur manumiſſorum ſeu libertorum filii.* Qua voce eodem ſenſu vtitur Dio Caſſ. *Lib. LIV. p. 531.* Similiterque Dionyſ. Halic. *Lib. IV. p. 226.* *LIBERTINORVM tribum* vocat ἐξελευθερικῶν φῦλον. At Modeſtinus ex libertis ortos et deſcendentes ἀπελευθερικοὺς adpellat. *l. 1. D. de excuſat.*

LIBERTINVS, A, VM. LIBERTINAE conditionis efficitur homo liber, qui ſe vendidit, ſi manumittatur. *l. 21. D. de ſtatu hom.* LIBERTINAE conditionis conſtituti: *l. vlt. C. de colluſ. deteg.* LIBERTINAE conditionis homines: *l. 1. C. de libert. et eor. lib. l. 1. C. ad leg. Viſell.* LIBERTINAE perſonae: *l. 2. D. de oper. libert.* A LIBERTINA progenie maculatus. *l. vlt. C. de infant. expoſ.*

LIBERTVS, aliquando idem ae *libertinus.* Sic LIBERTI dicuntur hi, qui deſierant eſſe ſerui: *l. 4. in fine D. de iuſtit. et iur.* ἀπελευθέρους Graeci vocant. *l. 14. D. de excuſat. Theoph. pr. Inſt. de libertin.* Ἀπελεύθερος inquit, ἐστὶν, ὁ ἐκ δικαίας καὶ ἐννόμου δουλείας ἐλευθερωθείς. *LIBERTVS eſt, qui ex iuſta vel legitima ſeruitute eſt manumiſſus.* ¶. 2. [At proprie LIBERTVS dicitur, relatione facta ad patronum, *libertinus* ad ſtatum vel conditionem, vti recte docuit Laur. Valla *Eleg. Lib. IV. Cap. 1.* loquutus omnino de recentioribus iuriſconſultorum, quorum fragmenta in pandectas migrarunt, temporibus. Nam olim ab Appii Claudii Caeci temporibus omnes omnino manumiſſos LIBERTOS dictos eſſe, iam paullo ante, articulo LIBERTINVS notauit Briſſonius.] Hinc iam facile intelliguntur ſequentia: LIBERTVM in cauſſa ſucceſſionis inteſtati accipere debemus eum, quem quis ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit, ſiue ſponte, ſiue neceſſitate, quoniam rogatus fuit eum manumittere. *l. 3. §. 1. D. de ſuis et legit.* LIBERTVM in lege Iulia de adulteriis, capite de diuortiis accipimus etiam eum, qui a patre, auo, proauo, et ceteris ſurſum vorſum manumiſſus eſt *l. 9. D. de diuort.* LIBERTORVM etiam adpellatione contineri intelliguntur ii, qui eodem teſtamento vel poſteriore loco manumiſſi ſunt: *l. 243. D. de verb. ſignif.* ¶. 3. LIBERTORVM horum triplex olim erat differentia. Alii enim erant CIVES ROMANI, alii LATINI, alii DEDITII. *Ciues Romani* fiebant, qui vindicta, cenſu, vel teſtamento, aut, quod a Conſtantino conſtitutum fuit, in ſacroſanctis eccleſiis manumittebantur, vt Cicero *in Topic. Cap. II.* Vlpian. *tit. I. Reg. §. 5. ſequ.* Theophil. *ad §. 3. Inſt. de libertin.* LATINI fiebant, qui in conuiuio, vel inter amicos, vel per epiſtolam, vel ab eo, qui in bonis tantum, non etiam ex iure Quiritium, ſeruum habebat, manumittebantur. DEDITITII vero, qui vincti tortiue aliquando fuerant, quibusue notae inuſtae, vt ex iisdem Vlpiani, Caii, et Theophili locis intelligitur, et ex *C. Iuſtinianeo tit. de Latin. libert. toll. et de dedit. lib. toll.* Quid autem LIBERTIS manumiſſio conferret praeſtaretque, breuiter Tertull *in libro de reſurr. carn. Cap. LVII.* complexus eſt, his verbis: *Si famulum tuum LIBERTATE mutaueris, et veſtis albae nitore, et aurei annuli honore, et patroni nomine, ac tribu menſaque honoratur.* Quinctilianus *Lib. VII. Cap. 4. Propria liberi, quae nemo habet, niſi liber: praenomen, nomen, cognomen, tribum.* Vnde Perſ: *Sat. V. v. 75.* de ſeruo manumiſſo:

> *Verterit hunc dominus: momento turbinis exit*
> *Marcus Dama.*

Id eſt, qui prius vnico ſeruili *Damae* nomine adpellabatur, iam incipit praenomen *Marci* ferre. ¶. 4 Sic: LIBERTVS auitus: vid. ſupra *Lib. I.* LIBERTVS ciuitatis *l. 5. §. 1. D. de diuiſ. rer.* Quemadmodum enim et ciuitatibus, et templis ſui erant ſerui, quorum illi publici, hi a Diis deabusque adpellabantur: ita et LIBERTOS non modo ciuitatium, ſed et templorum fuiſſe, animaduertimus. Prioris generis erant LIBERTI *Tarniſinorum*: apud Gruter. *p. LXXXIII, 13. Celeienſium: ibid. p. CXV. 5. Taurinorum, p. XXXVII, 8. Alſinenſium: p. MCI, 5. Narbonenſium: p. DCCCCLXXXVI, 2. Tergeſtinorum,* apud Reineſ. *Claſſ. XIX. Inſcr. 35.* vbi plura notauit vir iſte doctiſſimus. *p. 890.* Poſterioris generis LIBERTA *Veneris* apud Ciceron. *in Diuinat. Cap. XVII.* LIBERTI VENERIS ERYCINAE, apud Gruter. *p. MVI, 1.* Hos vero et manumiſſos in Deorum templis manſiſſe, et adparuiſſe ſacerdotibus, diſcimus ex formula fideicommiſſi Attiae. *l. 20. §. 1. D. de ann. legat.* HEIN. LIBERTI materni: *l. 6. C. de quaeſtion.* noſtri: *l. 58. §. vlt. D. de verb. ſignif.* LIBERTVS *orcinus*, (vt habet vetus Gloſſarium,) *qui in teſtamento eius, qui eſt apud Orcum, id eſt, qui eſt mortuus, manumittitur.* Vid. infra *Lib. XIII.* LIBERTVS paternus: *l. 58. §. vlt. D. de verb ſignif. l. 2. D. de acenſat.* proprius: *l. 6. C. de quaeſt.* LIBERTI vtriusque ſexus: *l. 88. §. 14. D. de legat. II.*

LIBIDO, pro Venereae voluptatis ſtimulis adpetituque vſurpatur. Ancillam non meretricem LIBIDINIS cauſſa ſurripere: *l. 82. §. 2. D. de furt.* Qui hominem LIBIDINIS cauſſa caſtrauerit: *l. 3. §. 4. D. ad leg. Corn de ſicar.* Qui fores meretricis effregit LIBIDINIS cauſſa: *l. 34. D. de furt.* LIBIDINE ſeruarum ducente: *l. 1. C. de inceſt. nupt.* LIBIDINE intemperatae cupiditatis exarſit: *l. 25. C. ad leg. Iul. de adulter.* Ad LIBIDINEM nequiſſimorum hominum ferri: *l. 1. C. de SC. Claud.* Quod vero Sueton. *in Tiber. Cap. II.* ſcribit, Appium Virginii filiam LIBIDINIS gratia in ſeruitutem adſerere conatum: hoc Pompon. *l. 2 §. 24. D. de orig. iur. captum amore virginis feciſſe*, ait. Propter voluntatem pernicioſae LIBIDINIS: *l. 1. D. de extraord. crim.* ¶. 2. LIBIDO pro quslibet, in primis praua voluntate: Sua LIBIDINE, id eſt, arbitrio voluntatis. *l. 3. C. per quas perſ. nob.* [LIBIDO praue conſulentium iudicum: *l. 61. C. Th.*

 de

de decurion. Lib. XII. tit. 1. petitorum; l. 25. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10. potiorum: l. 3. C. Theod. de extraord. Lib. XI. tit. 16. LIBIDINVM omnium ſeruus: l. vn. C. Theod. de ſent. paſſ. Lib. IX. tit. 43. et apud Plinium Lib. VIII. Epiſt. 22.] LIBIDO, vt ait Donatus in Hecyram Act. II. ſcen. 2. eſt quaelibet voluntas temere ſuſcepta. Idem in Phormion. Act. IV. ſcen. 5. ad haec verba: Dum LIBIDO eadem haec manet. Bene, inquit, LIBIDINEM poſuit pro voluntate hominis incerti ac leuis. [Herald. ad Arnob. Lib. III. p. 150. LIBIDINEM ſaepe dicunt Latini, quam Graeci νόσον, quum naturali et caeco impetu ferimur ad aliquid ſine ratione.]

LIBITINARIVS, quem Graeci νεκροθάπτην vocant, qui funera curat. l. 5. §. 8. D. de inſtit. et apud Senec. Lib. VI. de benefic. Cap. 38. a Libitina, cuius in templo Romae τὰ πρὸς τὰς ταφὰς, id eſt, quae ad funera pertinebant, venibant, vt auctor eſt Plutarch. Quaeſt. Rom. Vetus Gloſſarium: LIBITINARIVS, ἐνταφιαστής.

LIBONIANVS, A, VM. LIBONIANO SCo legis Corneliae de falſis poena aduerſus eos conſtituta eſt, qui in alterius teſtamento, vel codicillis, legatum hereditatemue ſibi ſua manu adſcripſiſſent; rubr. D. de leg. Cornel. de falſ. et de SC. Libonian. l. 29. D. de teſtam. tut. l. 1. D. de his, quae pro non. ſcript. hab. Ad hoc SC. Paullus, vt ex indice Piſano conſtat, librum ſingularem ſcripſerat, eique Claudianum coniunxerat. Ac plane in eamdem ſententiam edictum C. Claudii ſcriptum fuerat, vt oſtendit l. 15. D. de leg. Corn. de falſ. l. 3. C. de his. qui ſibi adſcrib. SCi vtique nomine in l. 15. §. 3. D. de teſtam. milit. l. 14. pr. et l. 15. §. 2. D. de leg. Corn. de falſ l. 3. et l. vlt. C. de his, qui ſib. adſcrib. LIBONIANVM hoc intelligendum eſt. Nomen autem habet a Scribonio Libone, qui Claudii temporibus conſulatum cum Tauro geſſit. [Male. Non enim ſub Claudio, ſed ſub Tiberio vixit ille Scribonius.] Nimirum conditum eſt hoc SC. anno ab V. C. DCCLXIX. T. Statilio Tauro, et L. Scribonio Libone Coſſ. non Statilio et Tauro Coſſ. vti eſt apud Pariat. leg. Moſ. et Rom. tit. VIII. §. 7. Vnum enim hominem ſignificant Statilius et Taurus. HEIN.

LIBRA argenti: l. 35. D. de contrab. emt. l. 89. §. 2. D. de legat. II. Martial. Lib. II. Epigr. 76. LIBRA auri: l. 41. §. 3. D. de fideic. libert. l. 30. D. de adim. legat. LIBRAM auri, ſeptuaginta et duorum ſolidorum eſſe, definiunt; LIBRAM vero argenti quinis ſolidis aeſtimant. l. 5. C. de ſuſcept. et arcar. Lib. XI. l. vn. C. de arg. pret. Lib. X. Vnus autem aureus efficit LIBRAS aeris XXV. l. 1. C. de collat. aer. Lib. X. LIBRAM vero auri, et pondo, pro iisdem vſurpat Pomponius in l. 34. §. 1. D. de aur. arg. legat. [Sic decem LIBRARVM auri mulctam ſubire; et ſub viginti LIBRARVM auri interminatione: l. 5. C. de haeret. Decem LIBRAS auri mulctae nomine fiſco noſtro cogantur inferre: l. 8. §. 3. C. eod. Quinquaginta LIBRAS auri ipſe iudex, quinquaginta etiam officium eius confeſtim fiſco noſtro inferre cogatur. l. 7. C. de pagan.] Iubeo ſignum Dei ex LIBRIS centum in illa ſacra aede, et in patria, ſtatui ſubſcriptione nominis mei. l. 38. §. vlt. D. de aur. arg. legat. ¶. 2. LIBRA, pro ſtatera. Teſtis ad LIBRAE penſa adhiberi non poteſt. Vlpian. tit. XX. §. 3. Sed manifeſtum eſt, ibi legendum eſſe, aut libripens adhiberi non poteſt. Id iam obſeruauit Cuiacius, nec aliter ediderunt Charondas, et nuper Schulting. p. 627. HEIN. Gell. Noct. Lib. XV. Cap. 27. Tertium teſtamentorum genus fuiſſe, ait, per familiae emancipationem, cui aes et LIBRA adhibebatur. Addatur Vlpian. ibid. §. 2. Imperator §. 1. Inſt. de teſtam. ordin. et ibi Theophilus.

LIBRAMENTVM pro aequalitate. Ad LIBRAMENTVM proprium viam redigere: l. 1. §. 1. D. de via et itin. publ. refic. ¶. 2. Vtitur eadem voce, ſed alio ſenſu, et Seneca Natural. Quaeſt. Lib. I. Cap. 12. et Lib. III. Cap. 29. et de benef. Lib. VI. Cap. 22. Eſt enim LIBRAMENTVM ipſum per libram examen. LIBRAMENTVM examinis: l. 3. C. Theod. de petit. et vltr. dat. [Aurum, quod infertur, aequa lance, et LIBRAMENTIS paribus ſuſcipiatur: l. 1. C. Theod. de ponderat. Lib. XII tit. 7. Ad nos documentorum probationumque penſanda LIBRAMENTA mittantur: l. vn. C. Theod. ne ſin. iuſſ. princ. Lib. IX. tit. 41. Si quis praeſcripta moderaminis Imperatorii LIBRAMENTA tranſcenderit: l. 47. in fine C. Theod. de curſ. publ Lib. VIII. tit. 5. LIBRAMENTA liti imponere: l. 4. §. 3. C. Iuſtin. de recept. arb. Nullo examinis LIBRAMENTO ſeruato: l. 1. C. Theod. de ponderat.]

[LIBRARE, ponderare. Caeleſtes praeſcriptiones, quas non ante praecelſa ſedes tua LIBRAVIT: l. 26. C. Theod. de cohort. Lib. VIII. tit. 4. Iudices expenſarum non excedant, duorum ſolidorum LIBRATA impendia: l. 2. C. Theod. de expenſ. lud. Lib. XV. tit. 9.]

LIBRARIA, librorum officina, ſeu librariorum taberna et ſtatio, apud Gell. Libro V. Cap. 4.

LIBRARIVS, qui librorum ſcribendorum operas edit: l. 49. D. de oper. libert. LIBRARIVM ſane libris conſcribendis tranſcribendisque operam impendiſſe indicat Martial. Lib. II. Epigr. 8. Lib. IV. Epigr. vlt. Sueton. Domitian. Cap. X. LIBRARIIS, qui eam hiſtoriam deſcripſerant cruci fixis. Pallad. de re ruſt. in praef. Sed quod volumina haec ruris colendi ſerius, quam iuſſeras, ſcripta ſunt, LIBRARII manus ſegnior fecit, cuius ego tarditatem numquam maligne aeſtimo. LIBRARIVM in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſe, ſcribitur l. 92. D. de reg. iur. Plane D. Hieronym. Epiſt. ad Niciam litterarum ſcriptores, a libris et corticibus arborum, quibus veteres ante chartae et membranae vſum vtebantur, LIBRARIOS adpellatos ait. Et ita LIBRARIOS accipe in l. 28. D. de rei vind. l. 15. §. 1. D. de vſufr. l. 7. §. 5. D. de oper. libert. ex quibus locis, ad hu-

ius-

ſusmodi miniſterium ſeruorum, etiam impuberum opera vſus eſſe veteres, diſcimus. Sic et LIBRARIOS accipe in *l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit.* et λιβραρίους apud Modeſtinum *l. 15. D. de excuſat.* [Alexander Seuerus Imp. *poſt meridianas horas ſubſcriptioni et lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita vt ab epiſtolis et libellis et a memoria ſemper adſiſterent, relegentibus cuncta* LIBRARIIS *et iis, qui ſcrinium gerebant.* Lamprid. *in Vit. Alex. Cap. XXXI.* Vide et Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. 7. p. 569.*] ¶. 2. Videntur tamen et LIBRARII dicti, qui conglutinandis compingendisque membranis librisque operam dabant eam, quae deſcribitur *l. 52 §. 5. D. de legat. III.* Talis ſane fuit STRVCTOR LIBRARIVS, ſi ibi recte legit Reineſ. *Claſſ. XI. Inſcr. 123. p. 650.* Idem eadem *claſſe XI. Inſcr. 113.* edidit aliud vetus monimentum, ex quo intelligimus et ancillas ei ſiue ſcribendorum, ſiue compingendorum librorum operae adhiberi conſueuiſſe. Laudatur enim ibi METTIA IVNIA LIBRARIA. HEIN. ¶. 3. LIBRARII et in caſtris fuerunt, vt Veget. *Lib. II. de re milit. Cap. 7.* docet, qui rationes ad milites pertinentes in libros et commentarios referebant. Hinc LIBRARII *caducorum, depoſitorum* et *horreorum* inter miniſteria militaria recenſentur, in *l. vlt. D. de iure immunit.* LIBRARI *caducorum,* qui caduca legionum, quorum *l. 4. §. 17. D. de fideic. libert.* fit mentio, in libros referebant. LIBRARII *depoſitorum*, qui ſtipendiorum, donatiuorumque partem, a militibus apud ſigna deponi ſolitam, in commentarios referebant, vt idem Veget. *Lib. II. Cap. 20.* comprobat. Sueton. *in Domitiano Cap. VII. Geminari legionum caſtra prohibuit, nec plus quam mille nummos a quoquam ad ſigna deponi: quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna, res nouas moliens, fiduciam cepiſſe etiam ex depoſitorum ſumma videbatur.* [LIBRARII *horreorum*, iidem cum illis, qui in antiquo lapide adpellantur A RATIONIBVS MILITARIS FRVMENTI, id eſt, qui ſpecierum fiſcalium et annonariarum, in horreis conditarum, rationes adminiſtrabant: *l. 6. C. de ſuſcept. praepoſ. et arc. Lib. X. tit. 70.*] ¶ 4. LIBRARII etiam inter decuriales vrbis Romae ponuntur ab Imperatoribus. *l. 1. C. Theod. de decur. vrb. Rom* aut certe inter ordines decurionum, quando ſcribis adiunguntur. *l. 2. eod. Cod. de lucr. officior.*

LIBRATOR aquae *l. 1. C. de excuſ. artif. Lib. X.* eſt, qui vt in *l. vlt. C. eod. tit.* ſcribitur, aquarum inuentos ductus et modos docili libratione oſtendit. Quod vocabulum vſurpant Traianus et Plinius *Lib. X. Epiſt. 69. 70.* et Frontin. *Lib. II. de Aquaed.* Ceterum in *d. l. 1. C. de excuſ. artif* quid manus Triboniani praeſtiterit, intelliget, qui eam cum illa, quae ſub eodem titulo Codicis Theodoſiani legitur, contulerit.

LIBRIPENS adpellabatur, qui in mancipationibus *ſtateram tenebat*, vt eſt hodie apud Caium ſcriptum *Lib. I. Inſtit. tit. 6. §. 3.* quem tamen auctorem ſcripſiſſe puto: *qui* LIBRAM *aeneam tenebat.* Sic enim et Boeth. *in Topic. Ciceron. Lib. III.* et Priſcianus *Lib. VI.* Caii verba de nexu

faciendo referentes, ſcriptum habent. Mancipationem vtique factam certis verbis, LIBRIPENDE et quinque teſtibus praeſentibus, Vlpian. *tit. XX. Reg. §. 1* tradit. Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 3. Et militum ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis ponderandae penſatores,* LIBRIPENDES *dicuntur. Qua conſuetudine in his emtionibus quae mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur.* Tertull. *aduerſ. Marcion. Lib. II. Cap. VI. Adſcripta eſt illi quaſi* LIBRIPENS *emancipati a Deo boni,* LIBERTAS *et poteſtas.* Sed et in teſtamento, quod per aes et libram, id eſt, per imaginariam emancipationem fiebat, LIBRIPENS adhibebatur, vt idem Vlpianus docet *tit. XX. Regul. §. 1.* Iuſtinianus §. *1. Inſt. de teſtam. ordin.* et Quinctilian. *Declam. CCCVIII.* In antiquo quodam vocabulario ſcriptum offendi: LIBRIPENS *dicitur libram tenens, quod de eius manibus pendeat libra, vel libram pendentem ſuſtineat.*

LIC.

[LICENS. Vt ſupremae voluntatis liber ſit ſtilus, et LICENS, quod iterum non redit arbitrium; *l. 4. C. Theod. de epiſc. Lib. XVI. tit. 2.*] At in *l. 1. C. Iuſt. de ſacroſ. eccleſ.* non legimus LICENS, quod vix Latinum eſt, ſed elegantius: LICITVM, *quod iterum non redit arbitrium.* HEIN.

[LICENTER. Si quis citra noſtrae adnotationis indultum id LICENTER exegerit, ſeueriſſimae ſubiaceat vltioni: *l. 29. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. 5.*]

LICENTIA pro facultate, vel poteſtate aliquid faciendi. Sic LICENTIA agenti eſt, ad noxalem cauſſam tranſire; *l. 4. §. 3. D. de noxal. act.* id eſt, liberum eſt ei. *l. 22. §. 4 D. eod. tit.* LICENTIAM dare litigandi *l. 1. D. de liber. cauſſ.* id eſt, facultatem, *vt ibidem.* Praefectis praetorio a principibus data eſt plenior LICENTIA ad diſciplinae publicae emendationem: *l. 1. D. de offic. praeſ. praet.* LICENTIA denegatur: *l. 3. D. quib. ad libert.* [LICENTIA eſt, nihil eorum, quae ad praefatum ius pertinent, ignorare: *§. vlt. Inſt. de teſt. milit.* Iuriſdictio eſt iudicis dandi LICENTIA: *l. 3. D de iuriſd.*] LICENTIA ampliſſimi numeri teſtium: *l. 1. D. de teſtib.* LICENTIAM habere: *l. 33. D. de legat. I. l. 45. D. de minor.* Habet reus LICENTIAM vsque ad ſententiam datam, reſtitutionem ei facere: *l. 14. §. 4. D. quod met. cauſſ.* LICENTIA patet: *l. 8. C. ne pro dot. mul.* permittitur: *l. 5. C. de rei vind.* LICENTIA poteſtatis: *l. 2. C. commun. de ſucceſſ.* teſtandi: *l. 8. C. qui teſt. fac. poſſ.* ¶. 2. Plerumque tamen in deteriorem partem accipitur, pro temerario auſu. Sic; LICENTIA effraenata; *l. 21. C. ad leg. Iul. de adult.* mentiendi; *l. 17. C. de accuſat.* temeraria; *l. 4. C. de obſequ. patron.* [LICENTIA ac temeritas: *l 5. C. Theod. de accuſat. Lib. IX. tit. 1.*] LICENTIAE vſurpatio. *l. 9. C. de vectigal. et commiſſ.*

LICERE, vt Cicero *Philipp. XIII. Cap. 6.* exponit, dicimus, *quod legibus, quod more maiorum*

lorum, inſtitutisque conceditur. Neque enim quod quisque poteſt, id et LICET: *nec ſi non obſtatur, propterea permittitur.* Sic in Edicto Praetoris, *ex quib. cauſſ. maior.* quod eius per leges, plebiſcita, SCa, edicta decretaque principum LICEBIT. *l. 1. in fine l. 28. §. 2. D. ex quib. cauſſ. mai.* LICET ergo, quod lege, vel iure aliquo, permittitur, conceditur que. Et ita in *l. 7. §. 14. D. de pact.* LICERE dicitur, quod lex XII. Tabularum permittit. Et in *l. 7. §. vlt. D. quod met. cauſſ.* LICERE, quod per legem Iuliam de adulteriis licet.

¶. 2 Quum vero quaedam permittant leges, quae virtuti et honeſtati non vsquequaque conueniunt: aliquando quod LICET ei opponitur, quod *honeſtum* vel *vtile* eſt. Non enim omne, quod LICET, *honeſtum* eſt: *l. 144. D. de reg. iur.* Semper in coniunctionibus non ſolum, quid LICEAT, conſiderandum eſt, ſed et, quid *honeſtum* ſit. *l. 42. D. de rit. nupt. l. 197. D. de reg. iur.* M. Seneca *Lib. IX. Controu. 2.* *Quaedam, quae* LICENT, *tempore et loco mutato, non* LICENT. Cicero *pro Cornel. Balbo Cap. III.* *Eſt aliquid, quod non oporteat, tametſi* LICEAT. *Quidquid vero non* LICET, *certe non oportet.* B. Ambroſ. *Lib VIII. Epiſt. 66.* *Quam multa ſunt, quae* LICET *facere, ſed non expediunt?* [Paullus Apoſtolus *I. ad Corinth. VI. v. 12.*]

¶. 3. Hinc facile intelliguntur loquutiones ſequentes: Non debet actori LICERE, quod reo non permittitur: *l. 41. D. de reg. iur.* Adimere mandatam iuriſdictionem LICET quidem proconſuli: non autem debet inconſulto principe hoc facere: *l. 1. §. 1. D. de offic. proconſ.* LICERE vnicuique naufragium ſuum impune colligere, conſtat: *l. vlt. D. de incend. ruin. naufr.* LICET ſui iuris perſequutionem, aut ſpem futurae perceptionis deteriorem conſtituere: *l. 46. D. de pact.* Vectigalia ſine Imperatorum praecepto conſtituere vel reformare non LICET: *l. 10. D. de public. et vectig.* LICET vnicuique contemnere ea, quae pro ſe introducta ſunt: *l. 44. D. de minor.* [LICITVRVM dare: *l. 31. in fine D. de ſtatulib.*] Etiam poſtumis filiis, vel nepotibus, vel ceteris liberis. LICET parentibus teſtamento tutores dare: *l. 1. D. de teſtam. tut.* LICET venditori, vel effundere vinum, ſi diem ad metiendum praeſtituerit, nec intra diem admenſum ſit: *l. 1. §. 3. D. de peric. et comm. rei vend.* LIBEROS et exheredare, et occidere patri LICEBAT: *l. 11. D. de lib. et poſtum.* Qua amplius per Falcidiam LICVERIT: *l. 5. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc.* Habere LICET: vid ſupra *Libro VIII.* Stipulatio iſta: *Habere* LICERE *ſpondes?* hoc continet, vt LICEAT habere, nec per quemquam omnino fieri, quo minus nobis habere LICEAT: *l. 38. D. de verb. oblig.* Non LICET tubulos habere admotos ad parietem communem: *l. 13. pr. D. de ſeru. praed. vrban.* Vt hac lege ſequenti LICEBIT: *l. 1. D. ad leg. Falcid.* Ire agere LICERE: *l. 4. §. 1. D. de verb. oblig.* Quum per leges LICEBIT, liber eſto: *l. 38. D. de manumiſſ. teſtam.* Si quis id, quod poſſidet, non putat ſibi per leges LICERE vſucapere: *l. 32. §. 1. D. de vſurp. et vſucap.* Si quid amplius legaui, vel legauero, quam per legem Falcidiam LICEBIT: *l. 88. princ. D. ad leg. Falcid.* Quod amplius, quam per legem Falcidiam LICVERIT, cepiſſet: *l. 27. §. 16. D. ad SC. Trebell.* Quantum amplius, quam per legem Falcidiam LICVERIT, ceperit: *l. 1. §. 8. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* Amplius legatorum nomine cepiſſe, quam e lege Falcidia capere LICEBIT: *l. 1. pr. D. eod. tit.* Non debet, cui plus LICET, quod minus eſt, non LICERE: *l. 21. D. de reg. iur.* In pretio emtionis et venditionis naturaliter LICET contrahentibus ſe circumuenire: *l. 16. D. de minor.* id eſt, naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere, quod minoris ſit, pluris vendere, et ita inuicem ſe circumſcribere, vt loquitur Paullus *l. 22. §. vlt. D. locat.* Domum ſuam reficere vnicuique LICET, dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet: *l. 61. D. de reg. iur.* [LICET ſeruis naturaliter in ſuum corpus ſaeuire. *l. 9. §. 7. D. de pecul.* LICET ſeruo communi et nominatim alicui ex dominis ſtipulari: *l. 5. D. de ſtipul. ſeruor.*] Quum filio familias militi LICEAT facere teſtamentum, LICEBIT et codicillos: *l. 21. D. de reg. iur.* In publicis criminibus, quae ſanguinis poenam non ingerunt, transigere non licet, citra falſi accuſationem: *l. 18. C. de transact.* A vinea et balineo et theatro in ius vocari LICET: *l. 20. D. de in ius voc.* Nullum de domo ſua in ius vocari LICERE. *l. 18. D. eod. tit.*

¶. 4. LICET, pro facile, vel in procliui eſt. LICET intelligere. *l. 1. §. vlt. D. de iuſt. et iur.* id eſt, datur, ſeu facile eſt.

LICERI, eſt ad pretium aliquid adiicere. Si obiiciatur creditori, quod animoſe LICITVS eſt: *l. 27. D. famil. erciſc.* Si res eius venierit, et exſiſtat, qui plus LICEATVR: *l. 7. §. 8. D. de minor.* Caeſ. *Lib. I. de bell. Gall. Cap. 18.* *Omnia Heduorum vectigalia paruo pretio redempta habeat, propterea, quod illo* LICENTE, *contra* LICERI *audeat nemo?* LICENDO ſuperare: *l. 7 §. 13. D. commun. diuid.* id eſt, plus offerre, eoque modo rem per adiudicationem emere. LICERI de veſtibulo aedium: *l. 19. §. 1. D. comm. diuid.*

LICET, pro etſi, quamuis: *l. 74. D. de legat. I. l. 34. D. de aur. arg. legat. l. 58. D. de verb. ſignif. l. 22. §. 2. D. de iur. fiſc. l. 42. D. de procurat.*

LICINIVS vel LICINNIVS, nomen gentile. Sic memorantur LICINNIA Gracchi vxor: *l. 66. D. ſolut. matrim.* LICINNIVS Locuſta, iuris ſtudioſus, qui Proculum per litteras conſulit. *l. 48. D de legat. II.* LICINNIVS Rufinus Iuriſconſultus, ſcripſit libros REGVLARVM ex quorum decimo tertio ſumta dicitur *l. 34. D. de re iudic.* quamuis in Florentino indice ſoli duodecim eius argumenti libri referantur. Hunc eum ipſum eſſe, qui Paullum per litteras conſulit, *l. 4. D. quib. ad libert. procl.* mihi quidem ſit veriſimile. [LICINNIVM hunc Chriſtianum fuiſſe ſcribit Cuiac. *Lib. VII. Obſ. Cap. 2.* ſed nullo addito argumento, vt inquit Aegid. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. VII.* vbi hunc Briſſonii locum, non laudato auctore fere integrum deſcripſit. Et ſane, quod idem Cuiacius *Lib. XIII. Obſ. Cap. 10. et 16.* itemque *Lib. XXI. Cap. 18.* Rufinum hunc auctorem facit libri, quo leges Moſaicae et Romanae conferuntur, vel ex eo refellitur, quod in collationibus iſtis laudantur

Digitized by Google

tur conſtitutiones ex Codicibus Gregoriano, Hermogeniano et Theodoſiano depromtae, quos Codices Licinnius Rufinus, Iolii Paulli aequalis, per aetatem videre et legere non potuit. Marqu. Freher. *Lib. I. Parerg. Cap. 5.*] ¶. 2. LICINII etiam tyranni mentio fit in *l. 1. C. Theod. de infirm. his quae ſub tyrann.* et apud Eutrop. *Lib. X. Cap. 3. ſequ.* Eum oop minus Chriſtianae religioni, quam Conſtantino, bellum indixiſſe, narrant Euſeb. *Lib. X. Hiſt. eccleſ. Cap. 8.* et Socrat. *Lib. I. Hiſt. eccl. Cap. 2.* Nec praetermittenda, quae de prioribus Licinii huius rebus geſtis memoriae prodidit auctor, quem non vidit Briſſonius, σύγχρονος Lactantius *de morib. perſequut. Cap. XLVIII ſequ.* ¶ 3. LICINNIA lege ei, qui iudicii communi diuidundo euitandi cauſſa alienauerit, interdicitur, ne communi diuidundi iudicio experiatur. *l. vlt. D. de alienat. iud. mut. cauſſ.*

LICITARI, vt vetus Gloſſarium ait, dicitur, *qui vel emendo, vel conducendo rem aliquam, vel aliquid ad negotiandum, plus offerendo contendit impetrare*, vel, vt Feſtus, LICITATI *in mercando ſiue pugnando contendentes.* Ac plane apud veteres LICITARI eſſe *congredi* et *pugnare*, exemplis Non. Marcellus comprobat. Calor LICITANTIS. *l. 8. D. de publican. et vectig.*

LICITATIO, actus contendendi de pretio vel mercede. Per LICITATIONEM rem accipere: *l. vlt. D. de alien. ind. mut. cauſſ.* LICITATIO admittitur. *l. 7. §. 8. D. de minor.* Ad LICITATIONEM admitti: *l. 2. C. ſi in cauſſ. iudic.* Ad LICITATIONEM etiam extraneo emtore admiſſo: *l. 3. C. commun. diuid.* Ad LICITATIONEM rem deducere: *l. 6. D. famil. erciſc.* Penes quem LICITATIO remanſit *l. 19 §. 3. D. comm. diuid.* id eſt, qui plus licendo ſuperauit. LICITANDO vincere dicitur, qui vt vulgo loquimur, manet plus offerens, et poſtremus licitator. *l. 6. D. famil. erciſc. l. 9 D. de publican.* LICITATIONE victus. *l. 7. §. vlt. D. comm. diuid.*

LICITE detrahere: *l. 1. C. vt nem. priuat.* LICITE relictum eſt. *l. 114. §. 5. D. de legat. I.* Contra *illicite* fit, quod contra leges, conſtitutiones, decreta, edicta principum fit. *l. vlt. in fine D. de his, quae vt indign. l. 11. §. 14. D. de legat. III.* coniuncta *l. 2. §. 15. D. ne quid in loc. publ.* et *l. 1. §. 17. D. de nou. oper. nunc.*

[LICITO, idem, quod *licite. l. vlt. C. Theod. de ſuperexact. Lib. XI. tit. 7.*]

LICITVS, A, VM, quod licet. Hinc LICITVM et *illicitum* opponuntur. *l. 1. §. 1. D. de iuſt. et iur.* Illud eſt, quod per leges permittitur; hoc quod prohibetur. Sic LICITVM collegium: *l. 1. §. vlt. D. de colleg. et corp.* LICITVS contractos: *l. vlt. D. de proxenet.* LICITA donatio: *l. 17. D. de don. int. vir. et vxor.* LICITVM honorarium et LICITA quantitas: *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* LICITVM iusiurandum: *l. 5. D. de iureiur.* LICITO iure: *l. 3. D. quod met. cauſſ. l. 7. §. 1. D. de oper. libert. l. 9. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. D. de damn. infect. l. 1. D. de proxenet. l. 20. D. de lib. cauſſ. l. 10. C. de his, quae vt indign. l. 23. C. ad leg. Iul. de adult.* LICITVM matrimonium: *l. 28. §. 3. D. de lib. et poſtum.* LICITVS modus vſurarum: *l. 44. D. de vſur. l. 2. C. de foen. l. 53. D. de pact. l. 6 C. ſi cert. pet. l. 8. l. 19. l. 20. C. de vſur.* LICITA negotiatio: *l. 7. D. de iure patron. l. 6. §. 4. D. de offic. praeſid.* prouocatio: *l. vlt. C. vt lite pend.* Contra LICITVM redimere: *l. 20. C. mand.* LICITA res eſt; *l. 57. D. pro ſoc.* Non LICITAM rem facere; *l. 3. C. vi bon. rapt.* LICITA transactio *l. 16. D. de transact.*

[LICIVM. Furta, quae per lancem LICIVMque concepta erant, ſicut manifeſta puniri iuſſit lex XII. Tabularum, teſte Gellio *Lib XI Noct. Cap. 18.* Eſt autem LICIVM filum, quo textor lanam, linum, aut aliud ſtamen in telis implicat; nonnumquam pro ipſo ſtamine vſurpatum Vim eius magnam fuiſſe ad magicas ſuperſtitiones, vel Plinii locus docet *Lib. XXVIII. Cap. 4.* vbi *inguinibus mederi aliquos ſcribit, LICIVM telae detractum, adligantes nouenis ſeptenisue nodis, ad ſingulos nominantes viduam aliquam.* Vid. Coraſ. *Lib. VII. Miſcell. iuris Cap. 3*] Sed quid, quaeſo, haec ad furta per lancem et LICIVM concepta? De eo, quid hucusque diſputarint viri docti, et nouiſſime Ioannes vande Water, *Lib. II. Obſ. Cap. 1.* et Io. Abr. Wielingius ſingulari ac polito libello *de furto per lanc. et lic. concepto* alio loco oſtendimus. Me ne nunc quidem poenitet ſententiae in Antiqu. Rom *Lib. IV. tit. 1.* olim propoſitae. Feſtus, cuius locum et Briſſonius ſub voce LANX, tamquam hunc ritum vnice illuſtrantem commendat, diſerte ait, eum, qui furtum quaeſitum ierit in domo aliena, LICIO *cinctum intraſſe, lancemque ante oculos tenuiſſe propter matrumfamilias aut virginum praeſentiam.* Multa hic mouentur in contrarium, ſed quae ſua ſponte cadunt, ſi ponas, nudis incedendum fuiſſe iis, qui furtum conceptum irent. Quod Athenis etiā factum docet Scholiaſtes Ariſtophanis. Iam enim patet, cur LICIO opus fuerit, pota vt eo verendas corporis partes tegerent, quemadmodum Athenis χιτῶνα hunc in finem adhibebant. Nec minus intelligis, cur LANCEM ante oculos tenuerint, puta ne a matribus familias vel virginibus dignoſcerentur. Nec iam difficilis quaeſtio, qua ratione rem furtiuam inueſtigare potuerit is, cui viſus tam arcte fuerit obſtrictus? Lance enim etiam pertuſa, id eſt, larua pudori conſulere potuerunt, neque ea tunc impedimento fuit, rem etiam minutiſſimam quaerentibus. Fatemur tamen, abolito hoc concipiendi ritu, eius tantum vmbram aliquam manſiſſe, et ſuperfuiſſe quidem *lancis* et LICII vſum, ſed plane alium, et a vetere illo diuerſiſſimum. Qui enim furtum ibant conceptum, impetratis ſeruis publicis, LICIO cinctis, vt publica auctoritate venire intelligerentur, *lance* praeferebant εὔρετρον, vti poſt Petr. Pithoeum *Lib I. Adu. Cap. 2.* iam alii recte oſtenderunt. Nec alium ritum in mente habuit Petronius Arbiter *in Satyr. Cap. XCVII.* Quamuis enim ibi non rem furtiuam, ſed fugitiuum, vel erronem quaeri, moneat V. C. Petrus Burmannus: attamen et fugitiuum furtum ſui ipſius facere, iura noſtra docent, neque adeo mirum eſt, illum eodem ritu inueſtigatum eſſe, quo ſolitae

tae ſunt res furtiuae. Ceterum LICIVM fuiſſe cingulum vel Zonam diuerſicolorem, (vnde *veſtem diſcoloriam* vocauit Petronius, quo transuerſo lictores, et quicumque magiſtratibus adpatebant, praecingerentur, idque et *limum* dictum eſſe, ex Gellii Noct. *Lib. XII. Cap. 3.* aliisqoe veterum teſtimoniis oſtendit Petr. Pithoeus *Lib. I. Adu. Cap.* 2. Hinc APPARITORES ET LIMO CINCTI TRIBVNALIS EIVS in marmore apud Reineſ. *Claſſ. VI. Inſcr.* 44. HEIN.

LICTOR, *l. 8. l. 25. D. de manumiſſ. vindict.* Feſtus: LICTORES *dicuntur, quod faſces virgarum ligatos ferunt. Hi adparentes magiſtratibus, delinquentibus plagas inferunt.* Non. Marcellus: LICTORIS *proprietatem a* LIGANDO *dictam, vetuſtas putat: ita enim carnificis officio antiquitus fungebantur. Marcus Tullius, pro C. Rabirio:* LICTOR, *inquit, colliga manus.*

LICTORIA conſularis: *l. 1. C. Theod. de lucr. officior.* pro lictorum conſularium officio ponitur. LIGARE. LIGATAE tabulae teſtamenti lino. *l. 1. §. 20. D. de bon. poſſ. ſecund. tab.* Et ita accipe, quod Vlpianus in *l. 3. §. 19. D. de SC. Silan.* ait: *Siue ſint ſignatae, ſiue non ſint* LIGATAE, *ſed tantum naturaliter clauſae.*

LIG.

LIGNARIVS, A, VM. LIGNARII fabri: *l. 235. D. de verb. ſignif.* Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 50.* (vbi tamen Cuiacius et alii ediderunt non LIGNARII, ſed *tignarii*. Vid. Schulting. *Iurispr. vet. anteiuſtin. p. 367.* HEIN.) et Pallad. *Lib. I. Cap. 6.* Iſidorus *Lib. XIX. Orig. Cap. 19.* LIGNARIVS *generaliter ligni opifex adpellatur.* Sic et apud Veget. *Lib. II. Cap. 11.* hoc verbum accipe.

LIGNEVS, A, VM. LIGNEAE tabulae *l. 1. D. de bon. poſſ. ſec. tabul.* Iuſtinus *Lib. XXI. Cap. VI. Tabellis* LIGNEIS *deſuper vacua cera obducta.*

LIGNVM. Eius adpellatio nomen generale eſt, ſed ſic ſeparatur, vt ſit aliquid *materia*, aliquid LIGNVM. *Materia* eſt, quae ad aedificandum, fulciendum, neceſſaria eſt: LIGNVM quidquid comburendi cauſſa paratum eſt. *l. 55. D. de legat. III.* Quod eodem loco fuſius exponitur. Itaque ſatius eſt, in *l. 12. C. de excuſ. mun. Lib. X.* ſic diſiunctim legi: *materiam*, LIGNVM, *tabulata*; vt etiamnum in *l. 15. C. Theod. de extraord. mun.* legitur, quam vt vulgo in Codice Iuſtinianeo ſcriptum eſt, *materiam* LIGNORVM. Nam illam lectionem et *l. 18. C. Theod. de extraord. mun.* comprobat. Hinc pali et perticae in numero materiae redigendi ſunt, et ideo LIGNORVM adpellatione non continentur. *l. 56. D. de legat. III. l. 108. D. de verb. ſignif.* Nec materia eum pro LIGNO vſurum. *l. 12. D. de vſufruct.* LIGNA, quae ex oliueto exciſa ſunt: *l. 8. D. de fund. dot.* LIGNA et carbones, et cetera, per quae penus conficitur: *l. 3. §. 9. D. de pen. leg.* LIGNA cocta, ne fumum faciant. *l. 167. D. de verb. ſignif.* ¶. 2. LIGNVM pro tabulis, apud Iuuenal. *Satyr. vlt.* et Propert. *Lib. III. eleg. 21.* Vnde bonorum poſſeſſio contra tabulas, vulgo *contra* LIGNVM *dari*, dicebatur. *l. 19. D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.*

LIGVSTICVM, *l. 5. D. de penu. leg.* olus eſſe Iſidorus *Lib. XVII. Cap. vlt.* ſcribit, odore aromatico, et guſtu acre, quod a regione ſua nomen accepit. Naſcitur enim plurimom in Liguriae montibus, vt Plinius *Lib. XIX. Cap. 8.* tradit. Columella *Lib. XII. de re ruſtic. Cap. vlt.* LIGVSTICI *vnciam paſſae vuae, detractis vinaceis, ſextantem.*

LIM.

[LIMARE, id eſt, rimari, inueſtigare. Quae tuae cognitionis LIMAVIT examen. *l. 32. C. Theod. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5.*]

LIMEN, vt Siculus Flaccus *de condit. agr. p. 15. introitus exitusque locis praeſtant.* [Sic limina palatii noſtri: *l. 34. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30*] ¶. 2. [Sed et tota domus aliquando LIMINVM nomine venit. Nullus aruſpex LIMEN alterius accedat: *l. 3. C. Iuſtin. l. 1. C. Theod. de maleſ. et mathem.* id eſt, domum alterius, vt *ibidem*. Vt adeo non opus ſit exiſtimare cum Alb Gentile ad *d. l. 3. Cod. p. 32.* ideo mentionem ſpeciatim fieri LIMINIS, *quod in liminibus ianuarum multa huiusmodi maleficia committantur.*] ¶. 3. LIMINA porro ſicut in domibus finem quemdam faciunt, ſic et imperii finem LIMEN eſſe veteres voluerunt. §. *5. Inſt. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu.* Sunt, qui hic erroris arguunt Iuſtinianum, et *limites*, non LIMINA imperii dici poſſe contendunt, qoum vtriusque vocabuli diuerſa ſit origo, et *limes* a limo, LIMEN a liendo, id eſt, a laeuigando, dicatur, quod introitu et egreſſu teratur, et veloci leuigetur. Claud. Salmaſ. *Obſ. ad ius Attic. et Roman. Cap. XXVI. p. 568. ſequ.* At non deeſſe exempla huius notionis apud veteres vel vnus probat locus Virgilii *Aeneid. Lib. XI. v. 267.*

Coniugis infandae prima inter LIMINA *dextra*
Oppetiit.

Vbi Seruius: *In ipſo* LIMINE *imperii, id eſt, in littore, quia ſecundum Homerum Clytemneſtra Agamemnoni occurrit ad littus.* HEIN. ¶. 4. LIMEN pro *omni ingreſſu*, teſte Nonio Marcello, ponitur, et hinc pro introitu etiam et primordio cuiusque negotii vſurpatur. Sic: In ipſo LIMINE contractus *l. 24. C. de euict.* [LIMINE iudiciorum expelli: *l. vlt. C. ſent. reſc. non poſſ.*] In LIMINE litis. *l. 1. C. de ſatisd.*

LIMENARCHAE in municipiis creari ſolebant, partuum cuſtodiae cauſſa. Meminit eorum *l. 3. D. de ſeru. fugit. l. vlt. §. 10. D. de mun. et bonor. l. 38. C de liberal. cauſſ.* De his inprimis videndus Reineſ. *Lib. III. Variar. Lect. Cap. 16.* et *ad Claſſ. I. Inſcr. 204.* Alias λιμενοφύλακες dicti ſunt. HEIN.

LIMES dictus eſt; quaſi finis, quidam et terminus: *§. 5. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu.* et LIMITES a liminibus vocabula acceperunt, iudice

dice Siculo Flacco *de condit. agror. p. 15.* Quemadmodum enim limina introitus exitusque locis praeſtant: ſimiliter introitus et exitus, qui in agris diuiſis et adſignatis ſemper peruii eſſe debent tam itineribus, quam menſoris agendis, LIMITES adpellantur. Hyginus *vero de limit. conſtitut. p. 151.* LIMITES, ait, *adpellatos a limo, antiquo verbo, id eſt, transuerſos.* Vnde Feſtus *Libro X.* LIMITES *nunc terminos, nunc vias transuerſas ſignificare*, ſcribit. Denique *quidquid ad obſeruationem finium in agro, opera manuum, factum eſt*, auctore Aggeno Vrbico *Comment. in Front. p. 46.* LIMES adpellatur. Iſidor. *Lib. XV. Orig. Cap. 14.* LIMITES *adpellati antiquo verbo transuerſi. Nam transuerſa omnia antiqui* LIMA *dicebant: a quo et limina oſtiorum, per quae foris et intus itur, et* LIMITES, *quod per eos foras in agros eatur.* LIMES ergo terminum in agris, finium diſcernendorum cauſſa poſitum ſignificat. Seruius *in Virgilii Eclog. I. v. 54.* LIMES, ait, *eſt agri terminus.* Virgil. *Georg. I. v. 126.*

Nec ſignare quidem, aut partiri LIMITE *campum*

Fas erat.

Ouid. *Libr. I. Metamorph. v. 130.*

Cautus humum longo ſignauit LIMITE *menſor.*

Idem *Lib. II. Faſtor.*

LIMES *erat poſitus, finem vt diſcerneret agris.*

Iuuenalis *Sat. VIII. v. 38.*

Aut ſacrum effodit medio de LIMITE *ſaxum.*

¶. 2. Duos autem fuiſſe maximos agrorum LIMITES, *cardinem* videlicet, et *decumanum*, Feſtus *Lib. IV.* et Iſidor. *Lib. XV. Orig. Cap. IV.* poſt Sicul. Flaccum *de condit. agr. p. 19.* Hygin. *de limit. p. 150.* et alias *p. 215.* tradunt. Et *cardo* quidem a ſeptentrione in meridiem dirigitur, ita adpellatus, quod a cardine caeli fit. Nam in ſeptentrionali axe nobis caelum vertitur. *Decumanus* vero ab oriente in occidentem per transuerſum dirigitur, qui ex eo quod formam denarii numeri faciat, *decumanus* eſt vocatus. Plin. *Lib. XVIII. Cap. 33. Obſeruato ſolis ortu, quocumque libet die, ſtantibus hora diei ſexta, ſic vt ortum eum a ſiniſtra habeant, contra mediam faciem meridiem, a vertice ſeptentrio erit: qui ita limes per agrum currit* CARDO *adpellatur.* Idem *eiusdem Libri Cap. 34. Diximus, vt in media linea deſignaretur vmbilicus: per hunc medium transuerſa currat alia, haec erit ab exortu aequinoctiali ad occaſum aequinoctialem et* LIMES, *qui ita ſecabit agrum,* DECVMANVS *vocabitur.*

¶. 3. LIMITES etiam Romani imperii fines dicuntur. *l. 5. C. de annon. Lib. X.* Vnde Illyricum, Aegyptiacum, Raeticum LIMITEM legimus. *l. 1. C. quib. muner. aut praeſtat. l. 13. C. de adnoc. diuerſ. iudic. l. 13. C. de excuſ. mun. Lib. X.* Hoc amplius et Thracicum, Orientalem, Ponticum, Thebaicum, Libycum LIMITEM, inuenies in *Nouell. Theod. et Valent. de ambitu et loc. limitan.* Fit et apud Marianum *in Notitia* mentio LIMITIS *Mauritaniae Caeſarienſis, Tripolitani, Pannoniae primae, Norici Ripenſis, Pannoniae ſecundae, Valeriae Ripenſis, Raetiae primae et ſecundae, Sequanicae, tractus Armoricani, Neruicani, Belgicae ſecundae, Germaniae primae, Britanniae, Moguntiacenſis.* ¶. 4. Metaphorice, directo LIMITE in duas lineas ſtemmata cognationum ſeparari dicuntur. *l. 9. D. de gradib. et adfin.*

LIMITANEVS, A, VM. LIMITANEI milites, qui in LIMITIBVS excubabant, eorumque defenſioni nauabant operam: *l. vlt. C. de offic. milit. iudic. l. 3. C. de fund. limitroph. Lib. XI.* et apud Spartian. *in Peſcenn. Nigr. Cap. VII.* Extra comitatenſes milites per caſtra limitis LIMITANEI conſtituantur, qui poſſint et caſtra, et ciuitates limitis defendere, et terras colere. *l. 2. §. 8. C. de offic. praef. praet. Afr.* Qui locus, vt retuli, ex ſcriptis codicibus reſtituendus eſt. Vnde et Vetus Gloſſarium: LIMITANEI *ſunt, qui conſtituti ſunt, vt intus caſtra, et ciuitates, et limites defendant, et terram colant.* Lampridius *in Alex. Seuero Cap. LVIII. Sola, quae de hoſtibus capta ſunt,* LIMITANEIS *ducibus et militibus donauit, ita, vt eorum ita eſſent, ſi heredes illorum militarent, nec vmquam ad priuatos pertinerent; dicens, attentius eos militaturos, ſi ſua rura defenderent.* Quod et planiſſime Suidas *in* λιμιτανέοι *Tomo II. p. 448.* his verbis exponit: Οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις πανταχόσε τῶν τῆς πολιτείας ἐσχατιῶν παμπολυ κατεστήσαντο στρατιωτῶν πλῆθος, ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ κατὰ τὴν Ἑῴαν μάλιστα μοῖραν, ταύτῃ τὰς ἐφόδους τῶν Περσῶν τε καὶ Σαρρακηνῶν ἀναστέλλοντες, οὕσπερ λιμιτανέους ἐκάλουν. *Romanorum Imperatores olim in extremis ditionis ſuae partibus ingentem militum multitudinem conſtituere ſolebant, ad tuendos imperii Romani fines, et praecipue in parte orientali, vt ab ea incurſiones Perſarum et Sarracenorum reprimerent, quos* LIMITANEOS *vocabant.* [Ceterum hi LIMITANEI milites comitatenſibus opponuntur etiam in *l. 17. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.*]

¶. 2. Huiusmodi LIMITANEIS militibus attributi agri LIMITANEI vocantur. *l. 3. et rubr. C. de fund. limitroph. Lib. XI.*

LIMITATVS, A, VM, limitibus ſuis circumſcriptum. [LIMITATA actio: *l. 1. C. Theod. de iudic. Lib. II. tit. 18.* id eſt, terminata, finita.] LIMITATI agri, *l. 1. §. 6. D. de flumin. l. 16. D. de adquir. rer. domin.* qui in eorum diuiſione propriis limitibus circumſcripti ſunt. Feſtus Pompeius: LIMITATVS *ager, in centurias diuiſus.* Frontin. *de limit. agror. p. 38.* LIMITATVS *ager decumanis et cardinibus continetur.* Horat. *Lib. II. Sat. 2.* METATVM adpellat, quum ait:

Videas metato in agello

Cum pecore et natis fortem mercede colonum.

Vbi interpres: *Metato, ait, ad menſuram diuiſo, et limitibus diſtincto, cum milite Auguſto.* Agrum autem manu captum LIMITATVM fuiſſe, vt ſciretur, quid cuique datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico relictum eſſet: Florentinus, in *d. l. 16. D. de adquir. rer. dom.* ſcribit.

LIMITROPHI agri, qui in finibus ſunt, et in limitibus imperii, limitaneisque militibus adſignati. *tit. vtriusque Codicis de fund. limitroph.* Hi fundi LIMITROPHI, qui et *limitanei*, et κτήματα στρατιωτικά, ſeu *praedia militaria* adpel-

pellantur in *Nouella Conſtantini Porphyrogen.* apud Cuiac. *in Lib. V. Feud.* vel ideo notari merentur, quod ad illos feudorum origines referre qoibusdam placuit, veloti Franc. Sonsbeckio *in Comment. ad vſus feud. Part. I. u. 32. ſequ.* Iſaaco Caſaob. *ad Lamprid. Alex Seu. Cap. LVIII.* Iac. Gothofredo *in l. 1. C. Theod. de terr. limitau. Tom II. p. 394.* Hert. *de feud. oblat. Part. I. §. 2.* et, qui ſingulari diſſertaione *P. I. Gundlingianorum* eam ſententiam defendere conatus eſt, Nic. Hier. Gundlingio. HEIN.

LIN.

LINEA, apud antiqoos funiculum ſignificat, a genere, vt ait Iſidor. *Lib. XIX. Etymol. Cap. 18.* quod ex lino fieret. Hinc ſaepe pro perpendiculo accipitur. Vitruu. *Lib. II. Cap. vlt. Ab oculo duae* LINEAE *ſi fuerint extenſae, et vna tetigerit imam operis partem, altera ſummam, ea, quae ſummam tetigerit, longior fiet.* In quam ſententiam aliis quoque locis hoc verbo idem ille auctor vſus eſt. Martial. *Lib. III. Epigr. 57. Tremulone captum* LINEA *trahit piſcem.* Gratius *de venat. v. 27.*

Illa operam patiens, illa vſus LINEA *longi.*

Et ſic accipimus illa: Velut LINEA in directum per inſulam transducta: *l. 29. D. de adquir. rer. dom.* LINEA margaritarum: *l. 26. D. ad leg. Falcid. l. 52. §. 25. D. de furt.* LINEAS duas ex margaritis: *l. vlt. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Margarinas perforatas fuiſſe ab vxore, vt his perturatis in LINEA vteretur, Vlpianus proponit, in *l. 27. §. 30. D. ad leg. Aquill.* Ac plane margaritae lino, ſeu filo, inſerebantur, quod Tertull. *de cultu fem Lib. I. Cap. 8. Vno* LINO *decies ſeſtertium inſeritur.* D. Hieronymus *in vita Paulli, eremitae: Vno filo villarum inſuunt pretia.* Eaque eſt LINEA *diues* apud Martialem *Lib. VIII. Epigr. 77.* nimirum ob margaritas.

¶. 2. Sed et generis ac ſanguinis et cognationis LINEA dicitur. Stemmata enim cognationum in duas LINEAS ſeparantur: quarum altera SVPERIOR, altera INFERIOR. EX *ſuperiore* autem et ſecundo gradu TRANSVERSAE LINEAE pendeot. *l. 10. D. de grad. et adfin.* Hinc LINEA adſcendens et deſcendens: *l. 2. C. de legit. hered.* materna et paterna: *l. 10. C. de ſecund. nupt. l. 21. C. de inoffic. teſtam. l. vlt. C. de legit. hered.* LINEA, ex qua mater deſcendit: *l. 18. C. de iur. delib.* Bona, quae ex matre, vel ab eius LINEA peruenerint: *l. 3. C. de bon. quae liber.* Cognati ex materna LINEA deſcendentes, vel adſcendentes: *l. 15. C. de natur. lib.* Maternae res, quae per camdem LINEAM veniunt: *l. 2. C. de bon. quae lib.* Res, quae materna LINEA deſcendunt: *l. 11. C. commun. de ſucceſſ.* Liberi per maſculini ſexus perſonas continua genetis LINEA ſibi coniuncti: *l. 5. C. de emancip. lib.* Si nullum ex qualibet ſanguinis LINEA legitimum reliquerit inteſtatus heredem. *l. 4. C. de bon. vacant.* Stat. *Lib. III. ſilu.*

Non tibi clara quidem, ſenior fidiſſime, gentis
LINEA, *nec proauis demiſſum ſtemma.*

¶. 3. LINEA etiam fuit locus in circo, vbi ſpectatores ſedebant: de quo varie viri docti. Mentionem eius facit Ouid. *Amor. Lib. III. et 2. v. 19. ſequ.* et *de arte amandi I. v. 141. ſequ.* Et hoc ſenſo LINEAM pro *vinea* in *l. 20. D. de in ius voc.* reſcribendam, exiſtimat V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. VII. Cap. 3.* HEIN.

LINEVS, A, VM. LINEA veſtimenta. *l. 23. §. 1. D. de aur. arg. legat.*

LINGVA, pro organo loquendi guſtandique. LINGVA abſciſſa: *l. 8. D. de Aedilit. edict.* Iuſtinianus in *l. 1. C de offic. praeſ. praet. Afr.* barbaram Vandalorum crudelitatem exagitans: *Vidimus,* inquit, *venerabiles viros, qui abſciſſis radicitus* LINGVIS, *poenas ſuas mirabiliter loquebantur.* Eſt haec inſignis, et vt Euagrius *Lib. IV. Hiſt. eccleſ. Cap. 14.* loquitur, μνήμης ἐς ἀεὶ διασωζομένης ἄξια, *ſempiterna hominum memoria digniſſima hiſtoria,* quippe quae non ſolum magni principis, qui ſe αὐτόπτην fatetur, ſed et aliorum, et maxime ipſius Procopii, Chriſtianis alioquin parum aequi, auctoritate nititur. Et Procopii quidem teſtimonium ita exprimit Euagrius, vbi de his elinguatis agit: Τούτους καὶ τὰ θεῖα παραλαβεῖν ὁ Προκόπιος ἔφη, πρὸς τὴν βασιλέως γενομένοις πόλιν αὐτόσε διαδράντας, ἐντυχεῖν τε αὐτοῖς, ἴσα τοῖς μηδὲν πεπονθόσι φθεγγομένοις, καὶ τὰς μὲν γλώσσας ἐξ αὐτοῦ πυθμένος ανακεκόφθαι· τὴν δὲ φωνὴν αὐτοῖς ἔναρθρον εἶναι, καὶ εὔσημα διαλέγεσθαι θαῦμα καινόν τε καὶ παράδοξον. *Hos ab ſe viſos eſſe teſtatur Procopius, quum profugi veniſſent Conſtantinopolin, ſeque illos perinde loquentes audiuiſſe, ac ſi nihil paſſi eſſent. Et* LINGVAS *quidem illis radicitus exciſas fuiſſe: vocem tamen eos articulatam habuiſſe, ac diſtincte loquutos eſſe, nouo atque inuſitato miraculo.* Addit Euagrius, Confeſſorum iſtorum mentionem fieri ἐν Ἰουστίνου διατάξει, *in Iuſtini conſtitutione*: ſed memoria lapſus, Iuſtinum pro Iuſtiniano nominaoit. Eſt enim haec ipſa Iuſtiniani conſtitutio *in l. 1. pr. C. de offic. praeſ. praet. Afric.* Denique eiusdem Procopii fide narrat, *duos ex his confeſſoribus, cum mulieribus commixtos vocem penitus amiſiſſe, martyrii gratia ab illis penitus recedente.* Iungimus ſuperioribus, Iuſtiniano nimirum et Procopio tertiom teſtem, itidem σύγχρονον καὶ αὐτόπτην, Marcellinum Comitem *in Chronico Indict. VII. Theoderico et Venantio Coſſ.* apud Scalig. *in Theſaur. temp. p. 43. Denique ex hoc fidelium contubernio aliquantos ego religioſiſſimos viros, praeciſis* LINGVIS, *manibus truncatis apud Byzantium integra voce* CONSPEXI *loquentes.* Sed et Victor Tununenſis *in Chron. Zenone Aug. III. Conſ.* apud eumdem Scalig. *p. 4. Hunericus, Vandalorum rex, -- confeſſoribus* LINGVAS *abſcidit. Quos confeſſores, quod* LINGVIS *abſciſſis perfecte finem adusque loquuti ſunt, vrbs regia atteſtatur, vbi eorum corpora iacent.* Meminit eorumdem confeſſorum, elinguium quidem, et tamen recte loquentium Victor Vitenſis *de perſequut. Vandal.* vt vix videatur vllum prodigium plurium ſcriptorum coaeuorum et oculatorum teſtium auctoritate firmatum, quam hoc ipſum, de quo et legi meretur Io. Andr. Schmiedtii *Diſſertatio de elinguatis myſterium SS. Trinitatis celebrantibus.* HEIN. Delatoribus, amputata radicitus inuidiae LINGVA vellatur. *l. 2. C. Theod. de petit. et vltr. dat. Lib. X. tit. 10.* Verborum, quae forte feminecis et balbutiens LINGVA profudit. *l. 15. C. de teſtament.* Quod vocibus LINGVA figuratis ſignificator. *l. 38. D. de oblig. et action.* LVBRICVM linguae: *l. 7. D. ad leg. Iul. maieſt.*

¶. 2. LINGVA, pro ſermone. Eadem, an alia LINGVA reſpondeatur, nihil intereſt. Proinde ſi

quis

Digitized by Google

quis Latine interrogauerit, reſpondeatur ei Graece. *l. 1. §. 6. D. de verb. oblig.* Et mox: Sed vtrum hoc vſque ad Graecum ſermonem tantum protrahimus? an vero et ad alium, Poenum forte vel Aſſyrium, vel cuius alterius LINGVAE? Ita tamen, vt vterque alterius LINGVAM intelligat, ſiue per ſe, ſiue per verum interpretem. Iudices tam Latina, quam Graeca LINGVA ſententias proferre poſſunt: *l. 12. C. de ſent. et interloqut.* Vtrum Latina an Graeca, vel qualibet alia lingua ſtipulatio concipiatur, nihil intereſt: *§. 1. Inſt. de verb. oblig.* Fideicommiſſa quocumque ſermone relinqui poſſunt, non ſolum Latina LINGVA, vel Graeca, ſed etiam Punica, vel Gallicana, vel alterius cuiuscumque gentis. *l. 11. D. de legat. III.*

LINIFARIVS, *l. 13. C. de murileg. Lib. XI.* id eſt, linifex, qui et λινοποιός.

LINIFICIVM in Mariani notitia ſunt *textrinae lineae veſtes*, vti vocantur in *l. 16. C. Th. de murileg.* In illa vtique Notitia *procuratores* LINIFICIORVM, ſub diſpoſitione *Comitis ſacrarum largitionum* in partibus occidentis recenſentur *procuratores* LINIFICII (ſeu, vt quidam Codices veteres habent, *linifii*) *Viennenſis Galliarum, et Rauennatium Italiae.*

LINIFICIVS, idem ac *linifex*, *linifarius*, *textor*, λινοπλόκος, λινῦφος, in *l. 8. C. Th. de murilegul.*

LINTEAMEN: *l. 8. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. 5.*

LINTEARIVS: *l. 5. §. 15. D. de tribut. act. l. 13. C. de murileg. Lib. XI.* LINTEARIORVM corpus: *l. 16. C. Theod. de murileg. et gynaec. l. 7. C. de excuſat. mun.*

LINTEO, *l. 8. C. Theod. de murileg. l. 13. eod. Cod. de naucular.* qui et *opifex linteae*, id eſt, lino contextae, *veſtis* adpellatur in *l. 6. C. Th. de murileg.* Eodemque modo LINTEONES interpretari conuenit. *l. 7. C. de excuſ. mun. Lib. X.* et apud Spartian. *in Alex. Cap. XXIV.* Iul. Firmic. *Lib. II. Mathem.* Seru. *in Virgil. Aen. Lib. VII. v. 14.* ad verba:

Arguto tenues percurrens pectine telas.

Percurrens, inquit, *aut manu, aut ictu pectinis, vti videmus; aut, quia apud maiores ſtantes texebant, vt hodie* LINTEONES *videmus.*

LINTEVM, linum. LINTEO inuolutae tabulae: *l. 22. §. vlt. D. qui teſt. fac.* De LINTEIS, quibus vehicula inſternuntur: *l. 5. D. de ſupell. legat.*

LINTEVS, A, VM, LINTEI magiſtratuum libri: Liuius *Lib. IV. Cap. 20.* Plin. *Lib. XIII. Cap. 11.* Vopiſc. *in Aureliano Cap. I.* LINTEIS mappis ſcripta lex: *l. 1. C. Theod. de aliment. quae inop.* LINTEAE veſtis magiſtri: *l. 14. C. de murilegul. Lib. XI.* Opifices veſtis LINTEAE contexendae, in vſu erogationum noſtrarum operam dantes: *l. 6. C. Theod. eod. tit.* Sic Sidon. Apoll. LINTEA veſte indutum LINTEATVM

adpellat *Lib. VIII. Epiſt. 6.* Immo et Liu. *Lib. X. Cap. 38.* et Seneca *de vita beata Cap. XXVII.*

LINTER et LINTRARIVS, vide infra in LINTRARIVS ſub finem huius *Libri X.*

LINVM. Eo legato, tam factum, quam infectum continetur, quodque netum, quodque in tela eſt, quodque nondum eſt detextum. Tinctum plane non continetur. *l. 70. §. 11. D. de legat. III.* ‖. 2. LINVM pro funiculo lineo, quo traiici, circumduci, et ligari tabulae teſtamenti ſolebant, vt Suetonius *in Nerone Cap. XVII.* tradit. Si ter forte, vel quater, LINVM eſſet circumductum: *l. 1. §. vlt. D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tabul.* Et *ibidem*: Si LINVM ruptum, vel vetuſtate putrefactum, vel ſitu. [Teſtamenti partem proprio LINO, propriaque cera conſignare: *§. 3. Inſt. de pupill. ſubſtit.*] Si ipſi LINVM, vt inteſtati decederent abruperunt. Paull. *Lib. IV. Sent. tit.* Quinctil. *Lib. XII. Cap. 8.* Denique LINVM ruptum, aut turbata cera, aut ſine adgnitione ſigna, frequenter inuenies. Si quis tabulas quidem non aperuerit naturaliter, LINVM autem inciderit: *l. 3. §. 23. D. de SC. Silan.* Si LINVM, quo ligatae ſunt tabulae, inciſum ſit: *l. 1. §. D. de bon. poſſ. ſec. tabul.* Inciſo LINO: *l. 8. §. 1. D. de liberat. leg.* De modo ſignandi ligandique tabulas acris fuit controuerſia inter Deſiderium Heraldum, et Claud. Salmaſium, quorum ille ſententiam ſuam in Animaduerſionibus ad ius Rom. et Atticum; hic in libello elegantiſſimo de ſubſcribendis et ſignandis teſtamentis, item de antiquorum et hodiernorum ſigillorum differentia contra Deſ. Heraldum. Lugd. Batau. 1653. HEIN.

LIP.

LIPPITVDO, *l. 4. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* oculorum ex ſtillis adſidue manantibus lacrymisque exſudantibus ſordes. Graeci λήμην, nec non ὀφθαλμίαν vocant. Quidam ex Galeni *Comment. Libro III.* περὶ ἄρθρων, morbum hunc vitiumue oculorum, definiunt eſſe pituitam craſſiorem et ſemicoctam, circa oculos concreſcentem, propter infirmitatem membranarum. Alii definiunt eſſe inflammationem membranae caryatidis, (id eſt, tunicae oculi ſecundae, quam ἐπιπεφυκότα Graeci adpellant, proxime ſubiecta eſt.

LIQ.

LIQVAMEN, quod et *garum*, vti et Graeci interpretantur in *l. 1. C. quae res export. non deb.* Erat enim garum ex piſce ſiluro confectum, ceu ex Caelii Aureliani *Lib. II. Chronicῶν* docuit Cuiac. *Lib. IX. Obſeru. Cap. 9.* Veteribus LIQVAMEN et *muriam* dictam eſſe, teſtatur Acron *ad Horat. Lib. II. Sermon. ſat. 4.* qui Syriacam hanc vocem eſſe, ſomniat. De re ipſa vidimus ſupra ſub articulo GARVM. HEIN.

LIQVERE dicitur, quod conſtat. *l. 2. §. 4. D. teſt. quemadm. aper. l. ● §. 24. D. de SC. Silan. l. 47. §. 2. D. de fideic. libert. l. 27. in fine D. de lib. cauſſ. l. 85. §. 1. D. de adquir. vel. omitt. hered.* LIQVET, ait Donat. *in Eunuch. Act. II. ſcen. 3.* *ſignificat liquidum eſt: et eſt verbum iuris*,

quo vtebantur iudices, quum amplius pronunciabant, obſcuritate commoti cauſſae magis, quam negotii ſimplicitate. Solebant enim iudices in re dubia, et vbi partium iura ambigua aut obſcura erant, ita ſe iudicandi neceſſitate expedire, vt pronunciarent, SIBI NON LIQVERE, hoc eſt vt Aſcon. Paedian. *in Verrem I.* explicat, *obſcuram cauſſam eſſe.* Qua de re vide, quae *Lib. V. Formul. Cap. CCXIV. p.* 454 diximus. ¶. 2. Sic: LIQVERE debet: *l. 1. §. 24. D. de SC. Silan.* LIQVERE omnibus volo: *l. 2. §. 2. D. qui pet. tut.* LIQVERE praetori: *l. 5. §. 1. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* Si LIQVET: *l. 87. §. 3. D. de legat. II.* [Si LIQVERIT, id eſt, ſi manifeſtum fuerit: *l. 2. §. 4. D. teſtam. quemadm. aper.* Add. Cuiac. *Lib. XI. Obſ. Cap. I.*] Parum ſibi LIQVERE: *l. 7. D. de ſupell. legat.* Si arbiter iuret, ſibi de cauſſa nondum LIQVERE: *l. 13. §. vlt. D. de recept. arbitr.* Si vni ex pluribus iudicibus de re non LIQVET. *l. 36. D. de re iudic.*

LIQVIDO, id eſt, euidenter, manifeſto. Si LIQVIDO adpareat: *l. 1. §. 5. D. quar. rer. act.* LIQVIDO adprobatur: *l. 75. D. de iudic.* LIQVIDO compertum. *l. 14. D. de offic. iudic.* LIQVIDO conſtat: *l. 4. D. ſi quis omiſſ. cauſſ.* LIQVIDO *iurare*, id eſt, vere, vt loquitur Cicero *Lib. V. ad familiar. Epiſt. 2.* Docere LIQVIDO ſe iuraſſe: *l. 18. D. de iureiur.* Eodem modo apud Terent. Chaerese verba haec in *Eunucho Act. II. ſcen. 3. Liquet mihi deierare*, ita interpretatur Donatus: *Hoc veriſſimum iusiurandum dare poſſum.* Seneca *Lib. VII. de benef. Cap. 9. Quibus ſumtis, mulier parum* LIQVIDO, *nudam ſe non eſſe, iurabit.* Auſon. *Epiſt. ad Paullinum:* LIQVIDO *adiurare poſſim, nullum tibi ad poeticam facundiam Romanae iuuentutis aequari poſſe.* Ouid. *Lib. IV. ex Ponto. Eleg. 6.*

Te quoque idem LIQVIDO *poſſum*
iurare precari.

Et *Lib. III. ex Ponto Eleg. 3.*

Scis tamen, et LIQVIDO *iuratus dicere poſſes:*
Non me legitimos ſollicitare toros.

LIQVIDO *negare*, dixit Cicero *Lib. XI. ad famil. Epiſt. 27.* LIQVIDO probari: *l. vlt. D. de iureiur. l. 1. C. de teſtam. milit. l. 1. C. de falſ. cauſſ. l. 1. C. de priuileg. fiſc.* probatum: *l. 1. C. de repudiand. vel abſt. hered.*

LIQVIDVS, A, VM. proprie idem, ac fluidum. Quod LIQVIDAE materiae eſt. *l. 4. D. de pen. legat.* ¶. 2. LIQVIDVM pro certo et manifeſto. Ad LIQVIDVM diem et conſulem exquirere: *l. 2. §. 7. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* quod explicat *l. 28. D. de probat.* Vellei. Paterc. *Lib. I. Cap. 16. Nequeo mihi temperare, quin rem ſaepe agitatam animo meo, neque ad* LIQVIDVM *ratione perductam ſignem ſtilo.* LIQVIDIS probationibus innocentia commendatur: *l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ.* LIQVIDIS probationibus oſtendere. *l. 5. C. de peric. tutor.*

LIS.

LIS, rem in iudicium deductam ſignificat. Varro *Lib. VI. de lingu. Lat. Res, quae in controuerſia eſt,* LIS *dicitur. Ideo in actionibus videmus dici: Quam rem, ſiue* LITEM. Atque eo nomine Cicero *pro Muraena Cap. XII.* ridet iuriſconſultos, *quod ambigerent, rem, an* LITEM *dici oporteret:* quae et ideo disiunguntur in *l. 9. C. de ſuis et legit.* Rem magis quam LITEM transferre *l. 11. D. de alienat. iudic. mut. cauſſ. fact.* ¶. 2. LITIS nomen et omnem actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit: *l. 36. D. de verb. ſignif.* Et huic verbo veteres S. litteram praepoſuiſſe, Feſtus *Lib. XVII.* notat. Inde in Inſcriptionibus antiquis DECEMVIRI STLITIBVS IVDICANDIS. ¶. 3. Aliquando LIS et *inſtantia edicti* ſeparantur. *l. 73. §. 2. D. de iudic.* ¶ 4 Ceterum notandae ſunt loquutiones: LITEM aeſtimare dicitur iudex, id eſt, eam rem, quae in iudicium deducta eſt, aeſtimare: *l. 47. D. de rei vind. l. 8. D. de eo, quod cert. loc. l. 15. §. 7. et §. 9. D. quod vi aut clam. l. 7. §. 1. D. de Public. in rem act. l. 22. pr. D. de act. rer. amot. l. 28. D. de negot. geſt. l. 15. §. vlt. D. de euict. l. 7. pr. D. ad leg. Iul. repetund.* Seneca *Lib. II. de clem. Cap. 7. Et ſoluere ellicet, et, quanti vult,* LITEM *aeſtimare.* Idem *Lib. II. de ira. Cap. 13. In conſilium mittamur de vita noſtra. Si verum ipſi dicere voluerimus, pluris* LITEM *noſtram aeſtimabimus.* Gellius *Lib. IV. Cap. 4. Iudex* LITEM *pecunia aeſtimabat, quantique interfuerat, eam vxorem accipi, aut dare eum, qui ſpoſponderat, ei qui ſtipulatus erat, condemnabat.* LIS autem interdum tanti aeſtimatur, quanti ea res eſt, qua de agitur, id eſt, quanti fuit eo die, quo dari mox debuit: *l. vlt. D. de condict. triticiar.* Iudex tanti LITEM aeſtimare debebit, quantum mihi aberit: *l. 82. §. 2. D. de legat. I.* Interdum vero tanti aeſtimatur, quanti actoris intereſt: *l. 8. D. de eo, quod cert. loc.* Nec in pecuniariis duntaxat cauſſis, ſed et in capitis iudiciis, LIS victis aeſtimari dicebatur, vt Cicero *pro Cluent. Cap. XLI.* et Liuius aliquot locis teſtantur Aſcon *in Diuinat.* LIS *aeſtimata ſit, ait, hoc eſt, pecunia, de qua* LIS *fuit, et propter quam condemnatus eſt, in ſummam redacta, quae de eius bonis exigetur.* LITIS aeſtimatio, rei, quae in controuerſia eſt, aeſtimatio: *l. 46. D. de rei vindic. l. 7. §. 1. D. de Public. in rem act. l. 1. l. 3. D. pro emtor. l. 16. §. vlt. l. 25. §. 9. et 10. l. 29. D. famil. erciſc. l. 82. §. 2. et §. 5. D. de legat. I.* Sic: LITIS aeſtimationem accipere: *l. 21. D. de hered. vel act. vend. l. 36. D. de liberal. cauſſ.* LITIS aeſtimatione damnari: *l. 30. D. depoſ.* id eſt, in aeſtimationem rei: vt in *l. 3. D. de confeſſ.* LITIS aeſtimationem euitare: *l. 1. D. de noxal. act.* facere: *l. 11. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu.* offerre: *l. 3. §. 1. D. de reb. eor. qui ſub tut. l. 5. §. 1. D. commod. l. 17. §. 2. D. de vſufr. l. 1. §. 10. D. ſi quadr. pauper. l. 7. §. 12. D. comm. diuid.* [*l. 21. §. vlt. D. de euict.*] pati: *l. 54. §. vlt. D. de hered. petit.* praeſtare: *l. 82. §. 5. D. de legat. I. l. 12. §. 1. D. qui pot. in pign.* reſtituere: *pr. Inſt. de ſatisdat.* ſoluere: *l. 39. D. de hered. petit.* ſufferre: *l. 20. D. de noxal. act. l. 3. §. 13. D. de hom. lib. exhib. l. 22. D. de act. rer. amot. l. 21. §. 2. D. de euict.* LITEM agere: *l. 3. §. 2. D. de tutel.* LITEM amittere: *l. 8. §. 1. D. ratam rem habit. l. 30. §. 1 D. ad leg. Aquill.* ¶ 5. LITIS cauſſa, ex Africa Romam veniens: *l. 27. §. 1. D. de inſtruct. vel inſtrum.* Imperatorem heredem inſtitui, inuidioſum eſt: *l. 91. D. de her. inſtit.*

mili-

Digitized by Google

LIS.

militiam adpetere: *l. 1. C. qui milit. poſſ.* pecunis promiſſa: *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* LIS coepta: *l. 15. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 49. D. de iudic. l. 5. D. de heredit. petit.* LITIVM compendio prouiſum: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 1. §. 1.* LITIS conſortes: vid. ſupra *Lib. III.* LITIBVS conteri, vel teri. Martial. *Lib. VII. Epigr. 64.*

LIS te bis decimae numerantem frigora brumae
Conterit vna tribus, Gargiliane foris.

Quinctil. *Lib. VII. Cap. 1.* LITISVS teri. Plin. *Lib. VIII. Epiſt. 12. An ſi ego LITIBVS tererer, obſtrictum me eſſe crederem obeunti ad vadimonia mea?* Ceterum Epigramma Martialis ad imprudentiam eorum, qui lites immortales leui iniuriae praeferunt, pertinet. Hinc merito exclamat:

Ah miſer, et demens, viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet!

ſignificans id, quod res eſt, ex annoſis litibus non niſi Cadmeam victoriam poſſe contingere. Tritum eſt Chilonis Lacedaemonii praeceptum, aureis litteris Delphico templo conſecratum: *Aeris alieni, atque LITIS comitem eſſe miſeriam*, vt refert Plin. *Lib. VII. Cap. 32.* Quod in ludo ſeptem ſapientum praetermiſiſſe Auſonium, mirum eſt. Ac plane inter eas, quae ad bene beateque viuendum pertinent, Martialis primo loco ponit: LIS NVNQVAM. LITEM conteſtari, eſt iudicium accipere, vt ſupra *Libro III.* demonſtraui. Interdum autem *actiue* LITEM conteſtari, iuriſconſulti dicunt. LITEM cum eo conteſtari actor potuiſſet: *l. 10. §. vlt. D. ſi quis caution.* Si quis, quum procurator non eſſet, LITEM ſit conteſtatus: *l. 11. D. eod. tit.* Quamdiu LITEM conteſtatus non ſim, et contra, ſi LITEM iam conteſtatus ſim: *l. 84. D. de verb. oblig* Hactenus ei ius dicendum eſt, vt LITEM conteſtetur: *l. 16. D de offic praeſ.* Qui prior de legato vel fideicommiſſo litem conteſtatus eſt: *l. 33. D. de legat. I.* Antequam LITEM conteſtemur. *l. 28. D. de reg. iur.* Interdum vero *paſſiue* LIS conteſtari dicitur. Cauſſa eius temporis, quo LIS conteſtatur. *l. 91. §. vlt. D. de legat. I. l. 22. §. 5. D ſol. matr.* Quamdiu LIS cum eo de pecunia conteſtetur: *l. 1. D. de pen. leg.* Iudicium dare debet praetor, vt LIS conteſtetur: *l. 28. §. 4. de iudic.* Antequam LIS aduerſus omnes fideiuſſores conteſtaretur: *l. 16. C. de fideiuſſ.* Si cum vno ex fideiuſſoribus LIS conteſtata eſſet: *l. 3. §. vlt. D. iudic. ſolu.* Si inter primum et ſecundum ſit LIS conteſtata: *l. 1. §. 1. D. de litigioſ.* Quum initio LIS in eum conteſtata non ſit: *l. 14. D. de his, qui not. infam.* LIS cum actore conteſtata: *l. 6. D. de compenſat.* Si LIS conteſtata cum debitore ſit, de ipſo debito: *l. 11. D. de pignorat. act.* Ex eo tempore, quo LIS conteſtata: *l. 1. C. de vſur. et fruct.* LITIS conteſtatae tempore: *l. 27. §. 1. D. de rei vindic. l. 37. D. de negot. geſt. l. 7. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 31. D. de reb. cred. l. 34. D de minor. l. 20 D. quod met. cauſſ.* LITIS conteſtandae tempore: *l. 31. D. de reb. cred.* Ante LITEM conteſtatam: *l. 25. §. 7. D. de hered. petit. l. 1. §. 13. D. ſi quadr. paup. fec. l. 25. §. 8. D. de Aedil. edict. l. 4. D de ſolut. l. 14. D. famil. erciſc. l. 10. §. 1. D ſi quis caut. l. 57. D. de ſolut. l. 19. l. 26. D. quand. dies legat. l. 16. l. 73. D. de procurat.* Poſt LITEM conteſtatam: *l. 2. l. 3. l. 10. D. de vſur. l. 20. l. 79. D. de rei vindic. l. 12. D. fam. erciſc. l. 1. §. 13. D. ſi quadrup. paup. l. 25. §. 7. D. de hered. petit. l. 1. C. eod. tit. l. 1. C. commun. diuid. l. 7. D. de except. rei iud.* Ex omnibus cauſſis LITES conteſtatae in heredem transeunt. *l. 58. D. de obl. et act.* LITE conteſtata: *l. 29. D. de nouat. l. vlt. D. de fideiuſſor. tut. l. 35. D. de vſur. l. 13. D. de iniur.* Quaſi LITE conteſtata cum mortuo: *l. 33. D. de oblig. et action.* LITIS conteſtatio: *l. 18. §. vlt. D. de pecun. conſt. l. 4 D. de his, qui effud. l. vlt. D. de fideiuſſ. tut. l. 1. C. ex delict. defunct.* Ante LITIS conteſtationem: *l. 52. C. de rei vindic. l. vlt. C. de vſur. et fruct.* id eſt, poſt iudicium acceptum, vt *l. 31. D. de reb. cred. l. 50. D. de rei vindic. l. 23. D. de iudic.* Ad LITEM conſtitutus curator: *l. vlt. C. de in lit. iur.* ¶. 6 LITIS damnum: *l. 53. D. de re iudic.* LITES ſuo marte decurrere: *l. 1. C. ne lic. potent.* LIS in iudicium et in condemnationem deduci dicitur *l. 31. §. 2. D. de negot. geſt. l. 3. §. 3. D de act. emt. l. 2. C. de petit. hered.* Res in LITEM deducitur: *l. 31. §. 1. D. de nouation.* Ad officium praetoris pertinet, LITES deminuere: *l 21. D. de reb. credit.* Deſiſtere s LITE: *l. 22. §. vlt. D. de iur. fiſci.* A LITE diſcedere: *l. 65. D. de condict. indeb.* LITIS dominus: vid ſupra *Libro IV.* LITES donatas ſe non ſuſcipere, D Pius reſcripſit: *l. 22. §. 2. D. de iure fiſci* LITIVM donationem admitti, temporum meorum diſciplina non patitur *l. 2. C. ne fiſc. vel respubl.* ¶. 7. LITIS emulumentum: *l. 30. D. de liber. leg.* LITIS euentus: *l. 6 §. vlt. D. mand.* Maximum remedium expediendarum LITIVM iurisiurandi religio: *l. 1. D. de iureiur.* Verecundam cogitationem eius, qui LITES exſecratur, non eſſe vituperandam, ait *l 4 §. 1. D. de alien. iudic. mut. cauſſ.* ſapienterque Cicero *Lib. II. de offic. Cap. 18. a LITIBVS vero, quantum licet, et neſcio, an paullo plus etiam, quam liceat, abhorrendum.* ¶. 8. LITES finiri ſtudet praetor: *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* Ad finiendas lites pertinet compromiſſum: *l. 1. D. eod. tit.* Vt aliquis LITIVM finis eſſet: *l. vlt. D. pro ſuo.* Nullus erit litium finis ſi a transactionibus bona fide interpoſitis coeperit facile diſcedi. *l. 10. C. de transaction.* Futura LIS: *l. 3. D. de procurat.*

¶. 9. LITIS gratia abeſſe: *l. 5. D. ex quib. cauſſ. maior.* ¶. 10. LITEM habere: *l. 4. §. D. de re milit. l. 1. D. de litigioſ. l. 21. D. de excuſat.* ¶. 11. LITIS impendia: *l. 46. §. 6. D. de procurat.* Impenſae quas in LITEM fecit: *l. 30. D. de procur.* LIS inchoata: *l. 12. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 26. D. de oblig. et act. l. 44. D. de iudic.* LITEM inferre, vid ſupra *Lib. IX.* Seneca *de ira Lib. II. Cap.* *Et LITEM ſibi inferri calumniator aegerrime patitur.* Ab initio LITIS: *l. 45. D. de hered. petit.* LIS inofficioſi: *l. 6. D. de collat. dot.* Inſtituere LITEM: *l. 22. D. de inoff. teſt.* LITEM inſtruere aduocatione, vel teſtibus: *l. 20. D. de leg. Corn de falſ.* Inſtrumenta LITIS: *l. 36. D. de iudic.* LITES inter ſe iungere: *l 1 §. vlt. D. de religioſ.* In LITEM iurare, eſt iureiurando rem, quae in controuerſiam deducta eſt, aeſtimare: *tot. tit. D. de in lit. iur.* Tanti condemnet, quanti in LITEM actor iurauerit: *l. 7. D. ſi ſeruit. vindic. l. 40. D. de rei vind. l. 18. D. de dol. mal.* Quanti in LITEM vir iuraſſet: *l. 8. D de act. rer. amot.* In quantum aduerſarius in LITEM ſine vlla taxatione in infinitum iurauerit: *l. 68. D. de rei vindic.* Ad-

LIS.

uerſus heredem iurari in LITEM: *l. 4. D. de fideiuſſ. tut.* Ex eo, quod in LITEM iuratur: *l. 64. D. de iudic.* Tantum, quantum in LITEM eſſet iuratum; *l. 20. §. vlt. D. de hered. petit.* Iuſiurandum in LITEM, quod ad rem, qua de agitur, aeſtimandam a iudice defertur. *tot. tit. D. de in lit. iur. l. 7. D. de adminiſtr. et peric. tut.* ¶. 12. Minuendarum LITIVM cauſſa: *l. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Modus LITIVM multiplicatur: *l. 6. D. de except. rei iudic.* LIS mori dicitur, quum legitimis transactis temporibus perit. *l. 3. §. 1. D. quae in fraud. credit. l. 2. D. iudic. ſolu. l. 18. §. 4. D. de dol. mal. l. 13. §. 5. C. de iudic.* ¶. 13. Offerre ſe liti: *l. 45. D. de hered. petit. l. 21. l. 27. D. de rei vindic.* LIS ordinari, *l. 24. l. 25. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* Vetus Gloſſarium: LITIS *ordinandae gratia*, τετέσι, χάριν τῦ τάξιν τινὰ καὶ ὅιον εἰσαγωγῆς ἀρχὴν λαβεῖν τὴν δίκην. *id eſt, eius rei gratia, vt iudicium ordinem quemdam ac veluti introductionis exordium nanciſcatur.*

¶. 14. LITEM peragere: *l. 57. D. de procurat. l. 22. D. de inoffic.* LITE apud iudicem ſuo ordine peragenda: *l. 30. D. de recept. arbitr.* LITEM perdere: *l. 19. D. ſi ſeru. vindic.* Quo genere loquendi Cicero *Lib. I. de orat. Cap. 36.* et Horat. *Lib. I. ſerm. ſat. 9. et 11.* vtuntur. LITIS periculum: *l. 8. D. de legat. III.* LIS perit: *l. 1. §. 3. D. de calumniat.* In LITE perſeuerare: *l. 10. D. de iudic.* Vna LIS plurium perſonarum; *l. 31. §. 1. D. de procurat.* LITEM praeparare: *l. 7. §. vlt. D. de lib. cauſſ. l. 1. D. de adpell. recip. l. 15. §. 1. D. de inoffic. teſtam* LITEM vero praeparaſſe in inofficioſi querela dicitur, qui vſque ad denunciationem, vel dationem libelli, proceſſit. *l. 7. D. de inoffic. teſt.* LITIS procurator: *l. 88. D. de ſolut.* LIS proprietatis, *l. 33. D. de vſufr. l. 33. D. de dol. mal.* id eſt, LIS, de proprietate inſtituta: vt *l. 102. D. de verb. obl.* ¶. 15. LITIVM redemtor: *l. 22. C. mand.* LITEM, ſeu LITIS incertum redimere: *l. 15. C. de procurat. l. 20. C. mand.* Renunciare LITI: *l. 21. D. de minor. l. 10. D. de iudic.* LITES transactionibus legitimis finitas imperiali reſcripto reſuſcitari non oportet: *l. 16. C. de transact.* ¶. 16. LITEM ſuam facere dicitur iudex, in quem [illegible]s damnum transfertur, quod vel dolo malo, vel ſordibus, vel euidenti gratia, vel per imprudentiam male iudicarit: *l. 5. §. 4. D. de oblig. et act. l. vlt. D. de extraord. cognit. pr. Inſt. de obl. quae quaſi ex del.* vbi Theophilus vertit καθ᾽ ἑαυτῦ δίκην ἐγείρειν, *litem contra ſe ipſum excitare.* Iudex tunc LITEM ſuam facere intelligitur, quum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit. Dolo autem malo videtur hoc facere, ſi euidens eius arguatur vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes, vt verum aeſtimationem litis praeſtare cogatur; *l. 16. D. de iudic.* Cicero *Lib. II. de Orat. Cap. LXXV. Si quum pro alio dicas,* LITEM *tuam facias:* Gellius *Lib. X. Cap. I. Et ego aduerſus eum, qui doctus eſſe videbatur,* LITEM *meam facere nolui.* LITEM quoque ſuam iudex olim feciſſe videtur, qui ad conſtitutum tempus, et qua hora iudicare debebat, non venerat, quum iudex eſſet datus, aut ſumtus: vt colligi poteſt ex C. Cineii apud Macrob. *Lib. II. Saturnal. Cap. 16.* his verbis: *Inde ad comitium vadunt, ne* LITEM *ſuam faciant.* LITEM etiam facere lex dicitur, qua iudicium conſti-

LIS. LIT.

tutum eſt. Quinctil. *Lib. VII Cap. 1.* LITI ſubſiſtere *l. 62. §. 1. D. de euict.* dicitur, qui litem excipit, et, vt volgo loquimur, qui manet in cauſſa. LITIS ſumtus; *l. 79. D. de iudic. l. 30. D. de liberat. legat. l. 5. §. 2. D. iudic. ſolu. l. 5. §. 11. D. commod.* id eſt, in litem facti ſumtus, *l. 39. D. famil. erciſc.* ſeu ſumtus, quos quis in lite fecit. *l. 30. D. de procurat.* LITEM ſuſcipere ſuo nomine: *l. 64. D. de procurat. l. 19. D. de iuriſdict.* ¶. 17. Non differendarum, ſed tollendarum LITIVM cauſſa ad arbitrium itur: *l. 37. D. de recept. arbitr.* LITEM in alium transferre: *l. 4. §. vlt. l. 11. D. de alien. iudic. mut.* Ad LITEM datus tutor: *l. 4. C. de in lit. iur.* ¶. 18. Minoris intereſt: LITIBVS non vexari: *l. 6. D. de minor.* LIS vindiciarum: Ascon. *in Cic. Verr. I.* LIS viuere dicitur. *l. vlt. in fine C. de fid. inſtrum.*

LIT.

[LITANIAS facere, *l. 3. C. Iuſtin. et l. 30. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Ita dictae ſunt initio ſupplicationes et preces, quae in publicis coetibus, ſeu eccleſiis fiebant: deinde pompae illae publicae, quas vulgo proceſſiones vocant. *Nouell. CXXIII. Cap. 32.* Demum ſollemnes ſtataeque rogationes hoc nomine adpellatae ſunt. Iac. Gothofred. *in Comment. ad l. 30. C. Theod. de haeret.* Car. du Freſne *in Gloſſar. hac voce.*]

LITARE, ſacrificiis Deos placare. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 16. Qui hominem immolauerint, exue eius ſanguine* LITAVERINT, *beſtiis obiiciuntur, vel, ſi honeſtiores ſint, capite puniuntur.* Ad quem locum de immani veterum, ipſorumque Romanorum, ἀνθρωποθυσίᾳ erudite differunt interpretes, in primis Schulting. *in Iuriſpr. vet. anteiuſtin. p. 511.* HEIN.

LITIGARE dicitur, qui iudicio certat, et contendit, cuique adhuc ſub iudice lis eſt. *l. 30. D. de liber. legat. l. 18. D. rat. rem. hab.* LITIGANDI cauſſa in iure ſiſtere: *l. 4. D. de in ius voc.* LITIGARE de conditione ſua: *l. 1 D. de lib. cauſſ.* Inter LITIGANTES non aliter LIS expediri poteſt, quam ſi alter petitor, alter poſſeſſor ſit: *l. 62. D. de iudic.* LITIGANTES heredes: *l. 40. D. de pact.* Sine LITIGANTIVM incommodo: *l. 59. D. de iudic.* LITIGARE de libertate: *l. 7. §. vlt. l. 13. §. 1. l. 25. l. 29. D. de lib. cauſſ.* et pro libertate: *l. 4. D. eod. tit.* Cum multis LITIGARE: *l. 44. §. 1 D. de Aedil. edict.* LITIGARE ſuo nomine: *l. 10. D. de alienat. iudic. mut. cauſſ. fact.* Si in partem ſuo nomine, in partem pro alieno LITIGAT: *l. 1. §. 11 D. quand. adpelland. ſit.* LITIGARE de parte ſua, *l. 11. D. de iuriſdict.* de poſſeſſione: *l. 11. D. de alien. iud. mut. cauſſ. fact.* per procuratorem; *l. 4. §. 3. D. de alien. iudic. mut. cauſſ. fact.* ex ſeruitute in libertatem: *l. 39. D. de procurat.* de ſuo ſtatu: *l. 17. D. de tut. et curat. l. 12. D. quib. ex cauſſ. maior. l. 33. §. 1. D. de procurat.* ex ſtipulatione: *l. 3. §. vlt. D. de legat. III.* de teſtamento: *l. 76. D. de legat. I.* LITIGANTIVM vtilitas; *l. 7. D. de ſer.*

LITIGATOR, qui litigat: *l. vlt. D. quod quisqu. iur. l. 26. §. 5. D. ex quib. cauſſ. maior.* *l. 2.*

l. 2. C. de fruct. et lit. expenſ. LITIGATORES, qui litem inter ſe habent *l. 9. §. vlt. l. 11. l. 17. l. 19. §. vlt. l. 47. l. 49. D. de recept. arbitr. l. 36 D. de iudic. l. 2. D. vti poſſid. l. 43. D. famil. erciſc. l. 1. C. vt quae deſunt aduoc.* Sueton. *in Calig Cap. XXXIX. Epit.* Liuii *Lib. LXXXVI.* Quinctil. *Lib. XI. Athenis moris erat, ſcribere* LITIGATORIBVS, *quae ipſi pro ſe dicerent.*

LITIGIOSVS, A, VM. LITIGIOSVM praedium: *l. 27. §. 1. D. ad SC. Velleian. l. 1. §. vlt. D. quae res pign.* LITIGIOSA res eſt ea, de qua controuerſia mota eſt, iudiciumue acceptum: *l. 1. D. de iur. fiſci.* vel res, de qua controuerſia eſt, vt loquitur *l. vlt. D. de litigioſ.* vel res, quae in controuerſia eſt. *l. 22. D. de iur. fiſci.* LITIGIOSAM autem rem Iuſtinianus *Nouell. CXII. Cap. I.* intelligi vult: *πρᾶγμα κινητὸν, ἢ ἀκίνητον, ἢ αὐτοκίνητον ὑπὲρ οὗ περὶ τῆς δεσποτείας ζήτησις μεταξὺ τοῦ ἐνάγοντος καὶ ἐναγομένου κινεῖται, ἢ δι' ἀρχικῆς ὑπομνήσεως, ἢ διὰ δεήσεων βασιλεῖ προσενεχθεισῶν, καὶ τῷ δικαστῇ ἐμφανισθεισῶν, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀντιδίκου τοῦ προσελθόντος γνωσθεισῶν. rem mobilem et immobilem, ſeſeque mouentem, de cuius dominio cauſſa inter petitorem et poſſidentem mouetur, aut per iudiciariam conuentionem, aut per preces principi oblatas et inſinuatas iudici, ac per eum aduerſario interpellatoris cognitas.* LITIGIOSAM plane rem non facit denunciatio, quae impediendae venditionis cauſſa fit. *l. 1. D. de litigioſ.* De rebus LITIGIOSIS et conuenire et transigere poſſumus, Paull. *Lib. I. Sent. tit. 1.* [LITIGIOSVS ſtrepitus: *l. 1. C. Theod. de contrah. emt. Lib. I. tit. 1. §. 5.*

LITIGIVM, *l. 49. pr. D. de recept. arbitr.* [Inferre LITIGIVM: *l. 2. C. Theod. de delat. Lib. II. tit. 7.* LITIGIO pulſari. *ibid.*]

LITTERAE, elementa apiceſque ſignificant, et a *notis* ſeparantur. *l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit. l. 40. D. de teſtam. mil.* Nam *Notae* litterae non ſunt. *l. 6. §. vlt. D. de bon. poſſeſſ.* Quamquam LITTERAE adpellatione *notas* exaudire debemus apud Manil. *Lib. IV. Aſtron. v. 197.*

Hic et ſcriptor erit velox, cui LITTERA *verbum eſt.*

Sic: LITTERAE, licet aureae ſint, chartis membraniſque cedunt: *l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. domin. §. 33. Inſt. de rer. diuiſ.* Proſcribere claris LITTERIS, Graecis vel Latinis: *l. 11. §. 3. D. de inſtit. act.* Non figura LITTERARVM, ſed oratione, quam exprimunt LITTERAE, obligamur. *l. 38. D. de obl. et act.* R LITTERAM Appius Claudius inuenit, vt pro Valeſiis Valerii eſſent. *l. 2. §. 36. D. de orig. iur.* ¶. 2. LITTERAE pro artium liberalium ſtudio. Qui pueros primas LITTERAS docent: *l. 2. D. de vacat. et excuſ. mun.* Qui primis LITTERIS pueros imbuunt: *l. 11. §. vlt. D. de mun. et hon.* [LITTERARVM praeſidia: *l. 1. C. Theod. de prox. comit.*] ¶. 3. LITTERAS neſcire in libris noſtris dicuntur, qui nec legere ſciunt, nec ſcribere. *l. 3. §. 2. D. de accuſat. §. 8. Inſt. de excuſat. tut.* Qui ſe negat LITTERAS ſcire. *l. 6. §. vlt. D. eod. tit.* Sueton. *in Nerone Cap. X. Quum de ſupplicio cuiuſdam capite damnati, vt ex more ſubſcriberet, admoneretur; Quam vellem, inquit, neſcire* LITTERAS! Ignarus LITTERARVM, *l. vlt. §. 14. C. de iur. delib.* id eſt, qui ſcribere neſcit. Imperiti LITTERARVM: *§. 8. Inſt. de excuſ. tut.* Columella *Lib. I. de re ruſt. Cap. 8. Poteſt etiam illiteratus, dummodo tenaciſſimae ſit memoriae, rem ſatis commode adminiſtrare. Eiuſmodi villicum Cornelius Celſus ait, ſaepius nummos domino, quam librum, adferre, quia neſcius litterarum vel ipſe minus poſſit rationes conſtringere, vel per alium, propter conſcientiam fraudis.* Sic LITTERARVM imperitiam accipe etiam in *l. 30. C. de teſtam.* Ne quis cauſſari poſſit ignorantiam LITTERARVM: *l. 11. §. 1. D. de inſtitor. act.* et ex diuerſo ſcientia LITTERARVM. *l. 92. §. 1. D. de adquir. vel amitt. hered.* id eſt, ſcribendi peritia. ¶. 4. LITTERAE, pro epiſtola. Ex continenti acceptis litteris meis: *l. vlt. §. vlt. D. de obl. et action.* Emtio inter abſentes per LITTERAS contrahi poteſt: *l. 1. §. 2. D. de contr. emt.* LITTERIS conuenti accipiuntur, qui litteris ad magiſtratum, vbi conſiſtunt, factis iudicio adeſſe monentur, vel adnotandos ſe eſſe et requirendos, certiorantur. *l. 1. §. 1. D. de adquir. vel abſent. l. 8. C. quom. et quando iud.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 5.* Poſt adpellationem interpoſitam LITTERAE dandae ſunt ab eo, a quo adpellatum eſt, ad eum, qui de adpellatione cogniturus eſt, quas LITTERAS *dimiſſorias* adpellant. *l. 1. D. de libell. dimiſſor. l. 106. D. de verb. ſignif.* Adire praeſidem, LITTERAS ei daturum. *l. 3. D. de fugit.* Ex qua lege pulcre locum Petronii *in Satyr. Cap. XCVII.* illuſtrat V. A. Io. vande Water *Lib. II. Obſ. Cap. 1.* Quum enim ibi Aſcyltos Gytonem fugitiuum inueſtigans, *in lance argentea indicium et fidem praetuliſſe* dicatur, et iam Cl. Burmannus notaſſet, fidem eſſe diploma, a magiſtratu datum, quo cui poteſtas facta introeundi quaſuis ſuſpectas aedes: nemo non intelligit, de eodem diplumatae loqui Petronium, quod hic attigit Vlpianus, dum ait, ex SCo et principum conſtitutionibus *fugitiuos inquirere volentibus* LITTERAS *eſſe dandas, et, ſi res exigeret adparitorem, vt eis ingredi tum permitteretur.* HEIN. Praedia donauit, eorumque ſe tradidiſſe poſſeſſionem, LITTERIS declarauit: *l. 15. D. de fundo dot.* LITTERAS ſuas ad aduerſarium dirigere debebit, quibus ſignificat; *l. 65. D. de procurat.* Ad patrem LITTERAS emiſit: *l. 16. D. de SC. Macedon.* Poſt LITTERAS ad vxorem emiſſas, quibus dotis non fore praedium declarauit. *l. 15. D. de fund. dot.* LITTERAS facere, id eſt, ſcribere, et mittere: *l. 25. D. de pecun. conſtit.* Quidam ad creditorem LITTERAS eiuſmodi fecit: *l. 25. D. de pecun. conſtit.* Ad eum, qui vxorem ducturus erat, LITTERAS tales fecit: *l. 60. §. 1. D. mandat.* LITTERAE, ad magiſtratum factae: *l. 4. D. de requir. et abſent.* LITTERAS ad eum miſit huiuſmodi: *l. 57. D. de donat. int. vir. et vxor.* LITTERAS tales ad aedituum miſit: *l. 77. §. 26. D. de legat. II.* Si miſeris ad me tabellarium tuum, et ego reſcribendi cauſſa LITTERAS tibi miſero, ſimul atque tabellario tuo tradidero, tuae fient. Idem accidet in his LITTERIS, quas tuae duntaxat rei cauſſa miſero. *l. 65. D. de adquir. rer. domin.* LITTERAE, quibus hereditas promittitur, vel animi adfectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent: *l. 17. D. de iur. codicill.*

LOC.

ſione rei vſum vel operam alteri promittere. Sic: LOCARE aedem faciendam: *l. 30. §. 3. D. locat.* Agri ciuitatum vectigales, qui in perpetuum LOCANTVR: *l. 1. D. ſi ager vectigal.* Domus facienda LOCATA erat: *l. 60. §. 3. D. locat.* Inſulam faciendam LOCO: *l. 22. §. 2. D. eod. tit.* Si tectori locaueris lacum curandum: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Cicero *Philipp. XIV. extr. Cenſeo, vt monimentum quam ampliſſimum* LOCANDVM *iubeant.* LOCET artifex operam ſuam, id eſt, faciendi neceſſitatem. *l. 22. §. 2. D. locat.* operas ſuas, id eſt, eas mercede accepta praeſtare: *l. 26. D. de vſufr. l. 6. D. de lege Fab.* Qui operas ſuas LOCAVIT, vt prodiret artis lodicrae cauſſa: *l. 3. D. de his, qui not. infam. l. 1. §. 6. D. de poſtul.* LOCATAE operae· *l. 53. D. de condict. indeb.* LOCARE etiam operas ſerui dicitur vſuarius: *l. 12. §. 5. l. 14. D. de vſu et habit.* LOCARE opus dicitur, qui cum fabro artificeue de opere aliquo efficiendo, mercede praeſtituta, paciſcitur. *l. 1. §. 1. D. de leg. Rhod. de iact. l. 44. D de fideiuſſor.* LOCAT ergo dominus: redemtor vero *conducit. l. 59. D. locat.* Vnde et redemtor *conductor operis* dicitur, vt *Libro III.* demonſtraui: Sic LOCARE opus auerſione: *l. 36. D. locat.* opus exſtruendum: *l. 2. §. 11. D. de admiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* opus faciendum, ita, vt pro opere redemtori certam mercedem in ſingulos dies darem. *l. 51. §. 1. D. locat.* Praedium publicum in quinque annos curator reipublicae LOCAVIT: *l. 3. §. 1. D. de admin. rer. ad ciuit. pert.* LOCARE vectigalia, id eſt, fruenda publicano dare: *l. 2. §. 1. D. ad municipal. l. 45. §. vlt. D. de iur. fiſc. l. 3. C. de priuil. fiſci.* Sed et quoties cui vehendum quid datur, locatio eſt. Mercium ergo dominus eas vehendas LOCAT: *l. 1. D. de praeſcript. verb. l. 2. D. de leg. Rhod* Nauicularius vero et auriga conducere dicuntur *l. 11. §. 3. l. 13. §. 2. l. 19. §. 7. D. locat. l. vlt §. 1. D. de leg. Rhod. de iactu. l. 5. D. ad exhib. l. 3. §. 1. D. naut. caupon. ſtab.* Velleius Paterc. *Lib. I. Cap. 13. Mummius tam rudis fuit, vt, capta Corintho, quum maximorum artificum perfectas manibus tabulas et ſtatuas in Italiam portandas* LOCARET, *iuberet praedici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, nouas eos reddituros.* LOCARE ſcenicam, vel funebrem veſtem: *l. 15. §. 4. D. locat.* vſumfructum. *l. 12. §. 1. D. eod. tit.* ¶. 2.

Hinc LOCATI *actio*, quae locatori competit; *conducti*, quae conductori. *pr. Inſt. de locat. et conduct.* Vetus Gloſſarium: LOCATI actio, ἀγωγὴ ἁρμόζουσα τῷ μισθώσαντι, ἵνα λάβῃ τὸ μίσθωμα. *actio, competens locatori, ad mercedem conſequendam.* Si laborante naue iactus factus eſt, amiſſarum mercium domini, ſi merces vehendas LOCAVERANT, ex LOCATO cum magiſtro nauis agere debent: is deinde cum reliquis, quorum merces ſaluae ſunt, ex conducto, vt detrimentum pro portione communicetur, agere poteſt *l. 2. D. de leg. Rhod.*

¶. 3. [LOCARE etiam proprie eſt in aliquo loco conſtituere. Sic: Iudices, quos poteſtas in excelſo LOCAT: *l. 19. C. Theod. de op. publ. Lib XV. tit. 1.* In medio iure LOCATIS. *l. 2. eod. C. de liber. cauſſ. Lib. IV. tit. 8*]

LOCARIVM, vt tradit Varro *Lib. IV. de Lingu. Lat. adpellatur, quod datur in ſtabulo, et taberna, vbi conſiſtant.*

LOC.

LOCATIO et *conductio* ita contrahi intelligitur, ſi merces conſtituta ſit. *Inſt. de locat. conduct.* Iſidorus *Lib. V. Orig.* LOCATIO dicitur res ad vſum data cum definitione mercedis. Si tibi polienda ſarciendaque veſtimenta dederim, gratis hanc operam te ſuſcipiente, *mandati* eſt obligatio; ſi vero mercede data aut conſtituta, LOCATIONIS conductioniſque negotium geritur: *l. 22. D. de praeſcr. verb.* Mandatum niſi gratuitum nullum eſt: interueniente enim pecunia res ad LOCATIONEM et conductionem potius reſpicit. *l. 1. §. vlt. D. mand.* Adeo familiaritatem aliquam inter ſe habere videntur *venditio* et *emtio*, item LOCATIO et *conductio* vt in quibuſdam cauſſis quaeri ſoleat, vtrum emtio et venditio contrahatur, an LOCATIO et conductio. Vt ecce, ſi cum aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro ſuo certi ponderis certaeque formae anulos ei faceret, et acciperet aureos decem, *emtio et venditio* contrahitur. Quod ſi aurum ſuum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta, LOCATIO et conductio eſt. *§. 3. et §. 4. Inſt. de locat. et cond.* Conuenit mihi tecum, vt certum numerum tegularum mihi dares certo pretio vtrum *emtio* ſit, an LOCATIO? Reſpondit, ſi ex meo fundo tegulas tibi factas vt darem, euenit, *emtionem* puto eſſe, non *conductionem.* Toties enim conductio alicuius rei eſt, quoties materia, in qua aliquid praeſtatur, in eodem ſtatu eiuſdem manet quoties vero et immutatur et alienatur, *emtio* magis, quam LOCATIO intelligi debet. *l. 65. D de contrah. emt.* Si quam rem nobis fieri velimus, veluti ſtatuam, vel vas aliquod, ſeu veſtem, vt nihil aliud quam pecuniam daremus, *emtionem* videri: nec poſſe vllam LOCATIONEM eſſe, vbi corpus ipſum non detur ab eo, cui id fieret, aliter, atque ſi arcam darem, vbi inſulam aedificares, quoniam tunc a me ſubſtantia proficiſcitur. *l. 20 D. eod. tit.* Quum do, vt facias, ſi tale ſit factum, quod LOCARI ſolet, puta, vt tabulam pingas, pecunia data LOCATIO erit: ſin res, non erit LOCATIO. *l. 5. §. 1. D. de praeſcr. verb.* Si mercedem accipiebam pro ſeruo, quem in piſtrinum quis accipiebat, ex LOCATO agere poſſe, quod ſi operae eius ſerui cum cuſtodia penſabantur, quaſi genus LOCATI et *conducti* interuenit. *l. 1. §. 9. D. depoſiti.* Quoties faciendum aliquid datur, LOCATIO eſt; *l. 22. §. 1. D. locat.* Quum inſulam aedificandam LOCO, vt ſua impenſa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, et tamen LOCATIO eſt. Locat enim artifex operam ſuam, id eſt, faciendi neceſſitatem: *l. 22. §. 2. D. locat.*

LOCATOR, *l. 12. D. de vi et vi armat. l. 9. D. qui potior. in pign.* LOCATOR domus: *l. 60. D. locat.* fundi: *l. 35. D. eod.* operis. *l. 36 l. 37. l. 60. §. 3. D. eod. tit.*

LOCVLVS, in pluratiuo numero, *l. 53. § vlt. D de legat. III. l. 23. §. 1, D. de pecul. leg.* arcula obſerata, qua pecuniae condi adſeruarique ſolebant. His enim LOCVLIS claues et clauſtra Vlpianus in *d. l. 53.* adiungit. Horat. *Lib. II. Epiſt. 1. v. 175.*

Geſtit enim in LOCVLOS *numum demittere.*

Vulgares autem huius generis LOCVLOS ligneos fuiſſe, pretioſiores vero eburneos, ex Martiale di-

LOC.

dici, qoi proinde numos aureos eburneis, reliquos vilioribus e ligno LOCVLIS condi aequum cenſet *Lib. XIV. Epigr. 13.* his verſibus, quos LOCVLORVM eburneorum titulo inſcripſit:

Hos niſi de flaua LOCVLVS *implere moneta,*
Non decet: argentum vilia ligna ferant.

Sed et gemmas ac lapillos huiusmodi LOCVLIS adſeruari conſueuiſſe, Iuoenalis *Sat. XIII. v. 139.* indicat, quum ait:

Gemmaque princeps,
Sardonychus, LOCVLIS *quae cuſtoditur eburnis.*

Et quidem, vel me tacente, adparet, quantopere fallantur, qui LOCVLOS eosdem cum ſacco, ſacculo, crumena, marſupio faciunt, quae etiam Martialis diuerſa fuiſſe docet, *Lib. V. Epigr. 40. v. 7.* inquiens: *Excuſſi* LOOVLOS*que ſacculumque.* Ab arca vtique, (quae vt plorimum aerata erat,) magnitudine LOCVLI ſepatabantur, et inter vtrumque χϱηματοφυλάκειον (abſit nouo vocabulo inuidia,) tantumdem intererat, quantum hodie inter eas, quas vocamus boetas, quibus incluſae beatiorum pecuniae circumferuntur, et eos, quos vulgo *coffros* adpellamus. Vnde idem Satyricus, Iuuenal. *Sat. I. v. 89.* caecam et praecipitem luſorum ioſaniam carpens:

Neque enim LOCVLIS *comitantibus itur*
Ad caſum tabulae: poſita ſed luditur arca.

Sane huiusmodi eburneos LOCVLOS iam inde ab Ouidii temporibus in vſo fuiſſe, argumento eſt, quod *Lib. VI. Faſtor. v. 749.* ſcripſit: LOCVLIS *depromit eburnis.* Vetus Gloſſarium: LOCVLI, γλωσσοκόλλοι. Emendo γλωσσόκομον, quod vocabulum in Euangelio D. Ioanois *Cap. XII. v. 6. et Cap. XIII. v. 29.* vetus interpres LOCVLOS vertit. Sed et Galenus *Lib. II. Comment.* εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν *in Hippocratis de fracturis textum 65. p. 218. Tomo XII. Operum* machinam quamdam chirurgicam, fracto femori vel cruri, vbi callus circumdatur, adcommodatam γλωσσόκομον adpellari, docens, addit: Εἴρηται μὲν ἂν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς γλωσσόκομον τὸ σκεῦος τοῦτο. Ἴσως ἂν εἰς πολλὰ μὲν τῶν χρησίμων γραμμάτων ἐμβαίνουσιν οἱ ἄνθρωποι. πολλὰ δὲ τῶν ἀποθέτων γραμμάτων· ἔνιοι δὲ εἰς ὁδοιπορίας αὐτῷ χρῶνται. GLOSSOCOMVM *ab Atticis adpellatur arcula illa, qua ſeruare ſolent homines eas res, quas in pretio habent, et ſcripta quae recondi volunt, qua nonnulli ad itinera vtuntur.* Heſychius cum Suida: γλωσσόκομον, θήκη, σωρὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων, GLOSSOCOMVM, *theca, item arca lignea, qua reliquiae mortuorum continentur.* Ac plane etiam LOCVLVM, numero ſingulari, pro arca, qua mortui corpus conditur, vſurpauit Plinius *Lib. VII. Cap. 2.* et Fulgentius *libro de priſco ſermone, ſtatim initio,* pro feretro.

LOCVPLES, *a locorum copia dictus,* vt ait Quinctilianus *Lib. V. Cap. 10.* M. Tullius *Lib. II. de republica,* citante Nonio Marcello: *Olim,* inquit, *res erat in pecore, et locorum poſſeſſionibus, ex quo pecunioſi et* LOCVPLETES *adpellabantur.* Plin. *Lib. XVIII. Cap. 3.* *Hinc et* LOCVPLETES *dicebant, loci, id eſt, agri plenos.* Nigidius, teſte Gellio *Lib. X. Cap. 5.* LOCVPLETEM *dictum, aiebat ex compoſitis vocibus, qui pleraque loca, id eſt, multas poſſeſſiones, tenet.* Feſtus: LOCVPLETES, *locorum multorum domini.* Ouidius *Lib. V. Faſtor. v. 279.*

LOC.

Cetera luxuriae nondum inſtrumenta vigebant:
Aut pecus, aut latam diues habebat humum.

LOCVPLES ergo, et *egenus,* aduerſaotur. *l. 52. §. 21. D. de furt.* vt LOCVPLES et egenus heres: *l. 57. D. de manumiſſ. teſtam. l. 5. l. 18. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* id eſt, qui ſolendo eſt, vt in *l. 29.* et alias paſſim, *D. eod. tit.* LOCVPLES homo. *l. 3. §. 6. D. de minor.* LOCVPLETEM vtique M. Craſſus negabat eſſe qoemquam, niſi qui ex reditu annuo legionem tueri poſſit, vt refert Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 10.* Cicero *Paradox. VI. Cap. 1.* eumdem Craſſum murdens; *Multi,* ait, *ex te audierunt, quum diceres, neminem eſſe diuitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis ſumtibus:* cui Plutarch. *in Craſſo p. 544.* et Dio *Lib. XL. p. 133.* conſentiunt. Ceterum verbum hoc, LOCVPLES omnis generis eſſe, Priſciaous bene notauit.

§. 2. Huc pertinent ſequentia: In patrem danda actio, in quantum LOCVPLETIOR ex mea adminiſtratione factus eſt: *l. 6. §. 6. D. de neg. geſt.* LOCVPLES debitor: *l. 3. D. de manumiſſ.* LOCVPLETEM eſſe debitorem, praeſtare: *l. 4. D. de hered. vel act. vend.* LOCVPLES numquam habetur, qui rem alienam defendit: *l. 166. D. de reg. iur.* id eſt, ſit licet ſoluendo, numquam taoen ei ſatisdatio remittitur. Nemo anim alienae rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cum ſatisdatione. *l. 1[illegible]. §. 1. D. de reg. iur.* Nemo defenſor in aliena re ſine ſatisdatione idoneus eſſe creditur. *§. 1. Inſt. de ſatisdat.* LOCVPLETIOR eſſe, vel fieri dicitur is, ad quem aliqoid commodi ex re aliqua peruenit. In id, quod LOCVPLETIOR eſſet, danda actio: *l. 28. D. de dol mal.* Cum alterius damno fieri LOCVPLETIOREM: *l. 14. D. de condict. indeb.* In quantum LOCVPLETIOR dominus factus eſſet: *l. 3. §. 12. D. de pecul.* id eſt, in id, quod ad eum peruenit. Quod pupillus, ſine tutoris auctoritate, mutuum accepit, et LOCVPLETIOR factus eſt: *l. 13. §. vlt. D. de condict. indeb. l. 4. §. 4. D. de dol. mal. except.* Pupillus ex ſuo dolo eſt conueniendus, ſi proximus ſit pubertati, maxime ſi LOCVPLETIOR ex hoc factus eſt: *l. 13. §. vlt. D. de dol. mal.* Si dolo quid tutor fecerit, et pupillus ex eo LOCVPLETIOR factus eſt: *l. 4. §. 23. D. de dol. mal. et met. except.* Pupillus, cuius ſine tutoria auctoritate negotia geſta ſunt, eatenus obligatur, qoatenus LOCVPLETIOR ex ea re factus eſt, cuius patitur actionem. *l. 6. l. 37. D. de negot. geſt.* Si pupillus tutoribus auctoribus vendidit, in tantum tenetur, in quantum LOCVPLETIOR ex eo factus eſt. *l. 13. §. 7. D. de act. emti vend.* Si quis pupillo ſoluerit, ſine tutoris aoctoritate id, quod debuit, ex qoo ea ſolutione LOCVPLETIOR factus ſit popillus, *l. 4. §. 4. D. de dol. mal. et met. except.* Pupillus aotem, cui ſine tutoris auctoritate ſolutum eſt, quomodo LOCVPLETIOR factus intelligatur, vide *l. 45. D. de ſolut.* Sic et metus caoſſa actionem praetor in heredem eatenus pollicetur, quatenus LOCVPLETIOR factus eſt, ſeu, quatenus ad eum peruenit. *l. 16. §. vlt. l. 17. l. 19. D. quod met. cauſſ.* Ceterum ſi ipſa res, quae ad heredem peruenit, interiit, non eſſe LOCVPLETEM, dicemus: ſin vero in pecuniam, aliamue rem conoerſa ſit, nihil amplius quaerendum eſt, quis exitus ſit, ſed omnino LOCVPLES factus videtur, licet poſtea deperdat. *l. 18. D.*

18. D. eod. tit. In donationibus inter virum et vxorem iure ciuili impeditis hactenus reuocatur dominium ab eo, ab eaue, cui donatum eſt; vt ſi res conſumta ſit, condicatur, quatenus LOCVPLETIOR quis eorum factus eſt: *l. 5. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* Cuius rei quae ratio habeatur, vide *l. 7. pr. §. 1. et l. 9. §. 1. D. eod. tit.* Bonae fidei poſſeſſores, a quibus hereditas petitur, in id duntaxat tenentur, in quo LOCVPLETIORES facti ſunt. Quod vti accipiendum ſit, vide *l. 23. l. 25. pr. et §. ſequ. D. de hered. petit.* Porro LOCVPLETIOR eſſe non intelligitur, qui populares actiones habet: *l. 7. D. de popul. act.* LOCVPLETIOR non eſt factus, qui libertum adquiſierit. *l. 126. §. 1. D. de reg. iur.* LOCVPLETIOR vero factus cenſetur pupillus, debito liberatus. *l. 66. D. de ſolut.* LOCVPLETIOR quoque ex viri patrimonio facta mulier intelligitur, quae aere alieno ſuo, interuentu viri liberata eſt. *l. 50. D. de donat. int. vir. et vxor.* Et alias, ſi quis obligatione liberatus ſit, poſſe eum videri cepiſſe, Paullus definit. *l. 8. D. de calumniat.* Ceterum, quum quaeritur, an quis LOCVPLETIOR factus ſit, litis conteſtatae tempus inſpicitur. *l. 47. D. de ſolut. l. 34. D. de minor. l. 39. D. de negot. geſt. l. 7. D. de donat. int. vir. et vxor.* excepto eo, quod in bonae fidei poſſeſſore rei iudicatae tempus ſpectatur. *l. 36. §. 4. D. de hered. petit.* Edicto cauetur, vt fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſſa datus, pro rei qualitate LOCVPLES detur. *l. 1. D. de in ius voc.* Talis vero fideiuſſor LOCVPLES videtur dari, non tantum ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate. *l. 2. l. 5. §. 1. D. qui ſatisd. cog.* praeterquam in neceſſariis perſonis, in quibus qualiſcumque fideiuſſor pro LOCVPLETE accipitur. *l. 1. l. 3. D. in ius voc. vt eant.* Plane ſi ab arbitro, ad probandos fideiuſſores conſtituto, (vt fieri ſolet, per *l. 9. D. qui ſatisd. cog.*) probati ſunt fideiuſſores, pro LOCVPLETIBVS habendi ſunt. *l. 10. D. eod. tit.* Vnde Caius in *l. 5. §. 1. D. eod. tit.* *Qui pro rei*, ait, *qualitate euidentiſſime* LOCVPLETEM, *vel ſi dubitetur, adprobatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſſa non acceperit, iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt.* LOCVPLETIOR hereditas: *l. 43. D. ad leg. Falcid. l. 26. D. de dol. mal.* Si LOCVPLETIVS eorum peculium factum eſt. *l. 1. §. 4. D. de pecul. l. 11. C. quod cum eo.* Quia ex re hereditaria LOCVPLETIOR ſit. *l. 22. D. de hered. petit.* Quaſi ex re tua LOCVPLETIOR factus ſim. *l. 23. D. de reb. cred.* LOCVPLES reus, *l. vlt. §. vlt. D. de reb. cred. l. 2. D. de manumiſſ. l. 13. §. 22. D. de act. emt. vend.* et apud Ciceron. *Lib. XII. ad Attic. Epiſt. 16.* intelligitur idoneus, et qui ſoluendo eſt. LOCVPLES (vindex,) Caio interprete in XII. Tabulis, habetur is, qui ſatis idonee cauet pro magnitudine rei, quam actor petit. *l. 234. §. 1. D. de verb. ſign.* Vrbes curialium numeroſitate LOCVPLETES: *l. 52 C. de ſolution.* LOCVPLETISSIMVS. *l. 52. D. de procurat.*

LOCVPLETARI, eſt locupletiorem fieri. *l. 17. D. de donat. int. vir. et vxor.* LOCVPLETARI dominum ex furto ſerui: *l. 3. §. 12. D. de pecul.* Ignorans, ſe LOCVPLETATVM per ſeruos, alio loco agentes. *l. 19. §. 1. D. de caſtr. pecul.*

LOCVS *eſt*, ait Varro, *Lib. IV. de lingu. Lat. vbi quid locatum eſſe poteſt, item, vbi quidquam conſiſtit.* Et alias eodem libro: *Corpus vbi agitatur,* LOCVS *eſt.* Si in locum aliquem inhoneſtum adeſſe iuſſerit, puta in popinam, vel in lupanarium: *l. 21. §. 11 D. de recept arbitr.* Ex LOCO atrox iniuria aeſtimatur, veluti ſi cui in theatro, vel in foro, vel in conſpectu praetoris iniuria facta ſit: *§. 9. Inſt. de iniur.* Si LOCVS in iubendo iudicare non eſt comprehenſus, videtur eo LOCO iudicare iuſſiſſe, quo ſolet iudicari ſine incommodo iudicantium. *l. 5. D. de iudic.* LOCVS facit, vt idem vel furtum, vel ſacrilegium ſit: *l. 16. § 4. D. de poen.* Eum LOCVM compromiſſo ineſſe, de quo actum ſit, vt promitteretur. Impune igitur ei non parebitur, ſi alio LOCI adeſſe iuſſerit. *l. 21. § 10. D. de recept. arbitr.* LOCVS, in quo ius redditur: *l. 11. D. de iuſtit. et iur.* LOCO plus petitur, veluti quum quis id, quod certo LOCO ſibi ſtipulatus eſt, alio LOCO petit ſine commemoratione iſtius LOCI, in quo ſibi dari ſtipulatus fuerit *§. 33. Inſt. de action.*

¶. 2. LOCVS pro parte fundi. LOCVS enim eſt non fundus, ſed portio aliqua fundi: *l. 60. D. de verb. ſignific.* vbi tamen non magnitudinem, ſed opinionem noſtram, conſtitutionem et adfectionem LOCVM a *fundo* ſeparare, Vlpianus ait. Quo fit, vt a *fundo* vel *agro* LOCVM plerumque auctores noſtri ſeparent. *l. 54. in fine D. de euiction. l. 38. in fine D. de vſurpat. l. 10. §. 2. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt. §. 3. Inſt. de vſucap.* LOCI adpellatio non tantum ad ruſtica, verum etiam ad vrbana aedificia pertinet. *l. 60. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Plane in edicto praetoris, *ne quid in loco publ. fiat,* LOCI adpellatio et ad areas, et ad agros, et ad villas itineraque porrigitur. *l. 2. §. 1. D. ne quid in loc. publ.* LOCVS certus ex fundo: *l. 25. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ.* LOCA fundi: *l. 2. §. 1. D. ſi ſeru. vindic.* De LOCO itineris conſentire: *l. 28. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* Medius LOCVS: *l. 2. §. 1. D. ſi ſeru. vind.* LOCVS proximus fundo ſeruienti: *l. 13. D. quemadm. ſeru. amitt.* Ad vltima loca: *l. 9. D. eod. tit.*

¶. 3. LOCVS pro miniſterio vel ſparta ponitur. Et ſane LOCVS iſte deſignatoris hodie a principe non pro modico beneficio datur, *l. 4. §. 1. D de his, qui not. infam.* [Vnde et τάξις vel gradus militaris, LOCVS adpellatur. *l. 14. C. Theod. de re militar. Lib. VII. tit. 1.*]

¶. 4. [LOCVS in *l. 22. C. Theod. de poen Lib. IX. tit. 40.* pro regione, ſeu tractu aliquo minore, quam qui prouinciam per ſe conſtitueret. Vid. Iac. Gothofred. *in Comment. ad eum locum.*]

¶. 5. [LOCA data, pro agris adſignatis. *l. 1. C. Theod. de finib. reg. Lib. II. tit. 26.* Aliter tamen Cuiac. *Lib. XIX. Obſ. Cap. 16.*]

¶. 6. LOCVS iuriſconſultis erat etiam caput vel ſegmentum libri. Libros enim in titulos, hos in LOCOS, vel capita diuidere ſolebant, vti oſtendit V. A Corn van Bynkerſh. *Lib. V. Obſeru. Cap. 15.* Exempla ſunt in *l. 8. pr. D. de inoffic. teſtam. l. 30. §. 7. D. ad leg Falcid.* nec non ex viri doctiſſimi ſententia, apud Iuuenalem *Sat. VI. v. 245.*

Principium atque LOCOS *Celſo dictare paratae.*

quamuis ibi non de libro aliquo, ſed de libello accuſatorio loquatur ſatyricus. HEIN.

¶. 7. Similiter et legum ſegmenta vel capita LOCOS voca-

eabant. Vnde formula: AD LOCVM auctoribus Codicis Greguriani et Theodoſiani, nec non conſultationis veteris iuriſconſulti, et collationis legum Moſaicarom et Romanarum admodum familiaris, de qua ſupra *Libro I.* HEIN.

¶. 8. LOCORVM autem varietates multae exſiſtunt, diuerſique generis deſcriptiones: veluti certus LOCVS: *l. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* Eo LOCI: *l. 11. D. de noxal. act.* Eo LOCI, quo: *l. 29. D. ad leg. Aquill.* [Sic et *aliquo* LOCI: *l. 1. D. de ſeru. export.* item *alio* LOCI: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* denique *certo* LOCI, *d. l. 19. §. 2.* Vid. Auſon. Popma *de vſu antiqu. lection. Lib. II. Cap. 7.*] Inſidioſa LOCA: *l. 36. §. 1. D. de rei vindic.* Si rem LOCO non moueris: *l. 3. §. 18. D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Quum theſaurum LOCO non moueris: *l. 15. D. ad exhib.* Si terminos LOCO muuerint: *l. 3. D de term. mot.* LOCVS opacus, et contra, ſolis plenus LOCVS: *l. 17. D de ſeru. praed. vrban.* Qui eudem teſtamento, vel poſteriore LOCO manumitterentur: *l. 243. D. de verb. ſignif.* Primo LOCO heredem inſtituere: *l. 3. C. de hered. inſtit. l. 27. D. ad leg. Falcid.* ſcribere heredem: *l. 88. § 4. D. de legat. II.* Qui primum LOCVM ab inteſtato tenent: *l. 1. §. 14. D. de inſp. ventr.* Profanus LOCVS *l. 29. D. de religioſ. et ſumt. fun.* LOCVS publicus vel priuatus: *l 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* Purus LOCVS: *l. 1. D. de mort. infer.* Quo LOCO ſcribatur heres ſine parte, vtrum primo, an medio vel nouiſſimo, nihil intereſt: *l. 20. D. de hered. inſt.* Quocumque loco emancipari poteſt: *l. 36. D de adopt.* Quocumque LOCO libertas data fuerit. *l. 22. D. de hered. inſtit.* Quolibet LOCO: *l. 26. §. vlt. D. de condict. ind.* Religioſus factus LOCVS: *l. vlt. D. de mort. infer.* Religioſa LOCA: *l. 30. D. famil. erciſc.* Si ſeruus rem ſurripuerit, deinde eamdem LOCO ſuo reponat. *l. 4 §. 8. D. de vſurp. et vſucap.* LOCVS ſacer, religioſus, ſanctus: *l. 17. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* LOCA ſacra, item religioſa: *l. 23. §. 1. D. de rei vindic.* Secreta LOCA: *l. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* Secundo LOCO datum fideicummiſſum: *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* factum teſtamentum, id eſt, poſterius. *l. 29. D. eod. tit.* Sequenti LOCO ponere: *l. 25. D. de ſeruit. praed. vrban.* Seruiens LOCVS: *l. 20. D. de ſeruit. praed vrban.* LOCVS vrbanus aut peregrinus: *l. 12. D. de ſupellect. legat.*

¶. 9. Frequentes porro ſunt loquutiones quaedam hic omnino notandae. Tales ſunt: IN LOCVM vel, caſu ſexto pro quarto poſitu, IN LOCO, veluti: In LOCVM filii vel nepotis adoptare *l. 22. §. vlt. D. de adopt. l. 2. D. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 1. §. 7. D. ſi tab. teſt. null. exſtab.* Vlpian. *tit. VIII. Regul. §. 7. l. 6. D. de coniung. cum emancip.* In LOCVM filii adoptatur nepos: *l. 1. §. 9. D. eod. tit.* In alterius LOCVM ſuccedere dicuntur heredes, ſimileſque perſonae, quae in vniuerſum ius defuncti ſuccedont. *l. 42. D. de regul. iur.* Martial. *Lib. VI. Epigr. 63.*

Tu tamen hunc tabulis heredem, ſtulte, ſupremis
Scribis, et eſſe tuo vis, furioſe, LOCO.

In LOCVM alterius datus tutor: *l. 28. D. de excuſ.* In LOCVM tutoris dati: *l. 1. C. in quib. caſib.* tutoris excuſati: *l. 41. §. 2. D. de fideic. libert.* tutoris furioſi: *l. 17. D. de tutel.* In LOCVM excuſati alium petere tutorem: *l. 2. §. 24. D. de SC. Tertullian.* In LOCVM et ius ſuccedunt: *l. 9. §. 1. D. de edendo.* Sequenti LOCO ponere: *l. 25. D. de ſeru. praed. vrb.* Plane in interdicto QVOD LEGATORVM in LOCVM ſucceſſiſſe accipimus, ſiue per vniuerſitatem, ſiue in rem his ſit ſucceſſum: *l. 1. §. 13. D. quod legat.* Simili modo in *l. 7. et l. 8. D. de iureiur.* *Neque eos qui in* LOCVM *eius, cui iusiurandum delatum eſt, ſuccedunt, etſi in rem ſucceſſerint.* In LOCVM alterius ſoccedere donatione vel legato: *l. 4. D. de doli except.* His, qui in LOCVM eorum ſucceſſerunt: *l. 20. §. vlt. D. de ann. legat.* Eum, qui in LOCVM emtoris ſucceſſit: *l. 76. §. vlt. D. de contr. emt.* Ab emtore, vel qui ſucceſſit in LOCVM eius: *l. 1. C. ſi ſeru. export.* Sed et in prioris creditoris LOCVM ſuccedere poſterior dicitur, *rubr. C. de his, qui in prior. credit. loc. l. 12. D. quib. mod. pign.* In LOCVM reipublicae ſuccedere: *l. 2. C. de iure reip.* In LOCVM victi ſuccedere: *l. 29. §. vlt. D. de except. rei iudic.* In LOCVM venditoris fiſcus ſuccedit: *l. 1. §. 1. D. quib. mod. pign.* In ſuorom LOCO ſuccedere: *l. 1. §. 7. D. de coniung. cum emancip.* In ſui heredis LOCO: *l. 13. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* LOCO patrum ſuccedentes nepotes: *l. 3. C. de his, qui num. lib vel paupert. excuſ.* In LOCVM litis conteſtatae ſuccedit iusiurandum: *l. 28. §. 1. D. de iudic.*

¶. 10. LOCVM cuius obtinere. Ex adoptiuo natus adoptiui LOCVM obtinet: *l. 27. D. de adopt.* Socer parentis LOCVM obtinet: *l. 26. D. ſolut. matrim.* Inter eas perſonas, quae parentium liberorumue LOCVM inter ſe obtinent, contrahi non poſſunt nuptiae: *§. 1. Inſt. de nupt.* Fideiuſſor rei LOCVM obtinet: *l. 4. D. de fideiuſſ.* id eſt, loco rei eſt: *l. 27. §. vlt. D. eod. tit.* [LOCVM ſeruitutis obtinere. *§. 9. Inſt. de legat.*]

¶. 11. Eiusdem vis ac poteſtatis eſt phraſis: *Eſſe alicuius* LOCO, vel *alicuius* LOCO *accipi, cedere, intelligi, haberi.* Furioſus abſentis LOCO eſt: *l. 124. §. vlt. D. de reg. iur. l. 17. §. 11. D. de iniur.* Qui acceſſionis loco promittunt: *l. 34. D. de fideiuſſor.* Auiae LOCO eſt: *l. 23. D. de adopt.* Domini LOCO habetur hereditas: *l. 15. D. de interrog. in iur. fac.* Fructuum LOCO ſunt mercedes a colonis acceptae: *l. 29. D de hered. petit.* Praetor bonorum poſſeſſorem heredis LOCO in omni cauſſa habet. *l. 117. D. de reg. iuris.* LOCO liberorum haberi: *l. 1. C. de teſtam.* Matrum LOCO ſunt ſocrus et nouerca. *§. 7. Inſt. de nupt.* Adoptare nepotis LOCO: *l. 37. D. de adopt. et emanc.* Nurus LOCO eſt: *l. 14. D. de rit. nupt.* Haec verba taotum pactionis LOCO accipiuntur: *l. 7. §. 12. D. de pact.* Parentis loco ſum ſororis pronepti: *l. 39. princ. D. de rit. nupt.* Praedonis LOCO intelligendus eſt: *l. 46. D. de hered. petit.* Pretii LOCO habetur: *l. 4. D. de dol. except.* LOCO ſolutionis cedit iusiurandum. *l. 27. D. de iudiciis.*

¶. 12. LOCVS *eſt* vel non eſt, huic vel illi rei, et LOCVM *habet* vel non habet, ea res, idem valent. Vtrique opponitur ceſſare: *l. 4. § vlt. l. 12. D. de SC. Macedon. l. 9. D. quod met. cauſſ.* Sic LOCVS eſt actioni: *l. 10. §. 5. D. quae in fraud. credit. l. 2. §. 9. et §. 11. D. de hered. vel act. vend. l. 1. §. 1. D. ſi quadr. paup. fec.*

l. 4.

LOC.

l. 4. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. l.* 12. *l.* 19. *D. de noxal. act. l.* 16. *D. de interrog. in iur. fac.* LOCVM fore actioni: *l.* 10. *§.* 6. *D. quae in fraud. cred.* LOCVM, non eſſe actioni: *l.* 1. *§.* 9. *D. ſi is, qui teſt. lib. eſſe iuſſ. eſt.* LOCVS eſt adpellationi: *l.* 1. *§.* 1. *D. quae ſent. ſine adpell.* bonorum poſſeſſioni: *l.* 4. *D. de bon. poſſ. contr. tab. l.* 1. *C. de bon. poſſ. ſec. tab.* Carboniano: *l.* 1. *§* 4. *D. de Carbon. edict.* caotioni: *l.* 1. *§.* 16. *D. ad leg. Falc.* cautioni Mucianae: *l. vlt. D. de manum. teſtam.* collatiooi: *l.* 1. *§.* 4. *D. de collat. bonor.* compenſationi: *l.* 1. *C. de compenſat.* condictioni: *l.* 10. *D. de condict. ob. turp. cauſſ. l. vlt. D. de mort. cauſſ. donat. l.* 4. *C. de condict. indeb.* conſtitutioni: *l.* 4. *D. de fideic. libert. l.* 12. *D. ad SC. Trebell. l.* 7. *§.* 8. *D de donat. int. vir. et vxor.* contributioni: *l.* 11. *§.* 5. *D. ad leg. Falcid.* crimini: *l.* 28. *D. de leg. Corn. de falſ.* decreto: *l.* 2. *l.* 3. *C. de SC. Macedon.* delationi: *l.* 9. *D. de re milit.* donationi: *l.* 7. *l.* 18. *D. de donat.* edicto: *l.* 6. *§.* 1. *D. de Carbon. edict. l.* 71. *§.* 7. *D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 1. *§.* 5. *D. de Aed. edict. l.* 9. *D. quod met. cauſſ. l.* 8. *§.* 1. *D. de condit. inſtit. l.* 31. *D. de nox. action. l.* 10. *D. de alienat. iud. mut. cauſſ.* electioni *l.* 14 *D. quand dies legat.* exceptioni: *l.* 7. *§.* 5. *D. de reb. eor. qui ſub tutel. l.* 9. *D de iureiur. l.* 93. *D. de ſolut. l.* 67. *D. ad SC. Trebell. l.* 1. *§.* 1. *D. de litigioſ. l.* 53. *D. de condict. indeb. l.* 102. *§.* 1. *D de verb. oblig.* Fauianae: *l.* 1 *§.* 17. *D. ſi quid in fraud. l.* 16. *§. vlt. D. de iur. patronat.* fiſco: *l.* 27. *§. vlt. D. de iur. fiſc. l.* 3. *D. de his, quae vt indign. l.* 8. *D. de bon. damnat* gratificationi: *l.* 45. *D. de religioſ. et ſumt. funer.* interdicto: *l.* 16. *§.* 1. *D. quod vi aut clam. l.* 20. *§.* 1. *D. de non. op. nunc. l.* 1. *§.* 13. *et §.* 16. *D. quod legat.* [*l.* 1. *§.* 5. *D. de migrand.* iudicio: *l.* 5. *§. vlt. D. de mun. et honor. l.* 9. *D. de tutel. et rat. diſtr. l.* 2. *§.* 2. *D. famil. erciſc. l.* 49. *D. eod. tit. l.* 7. *§.* 9. *D. comm. diuid.* iuriurando: *l.* 13. *§.* 13. *D. de damn. infect.* legi: *l.* 72. *D. de her. inſt.* legi Aquilliae: *l.* 27. *D. ad leg. Aquill.* Fabiae: *l.* 4. *C. ad leg. Fab. de plagiar.* Falcidiae: *l.* 76. *§. vlt. D. de rei vindic. l.* 16. *§.* 9. *D. ad SC. Trebell. l.* 44 *§. vlt. D. eod. tit. l.* 22. *D. ad leg. Falcid. l.* 2. *C. de vſur. et fructib. l.* 11. *§.* 6. *ad leg. Falcid.* Non eſt LOCVS mandatis: *l.* 1. *§. vlt. D. de requir. vel abſ.* LOCVS eſt oblationi: *l.* 15. *§.* 32. *D. de damn. inf.* orationi: *l.* 5. *§.* 4. *D. de reb. eor.* pacto: *l.* 20. *D. de religioſ.* parti edicti: *l.* 1. *§.* 10. *D. de coniung. cum emanc. lib.* poenis: *l.* 43. *D. de legat. I.* praeceptioni: *l.* 45. *D. famil. erciſc.* praeſcriptioni: *l.* 9. *D. de diuerſ. temp. praeſcr. l.* 2. *C. ne de ſtatu defunct. l.* 11. *D. de except.* querelae: *l.* 18. *D. de fideicomm. lib* rationi: *l.* 72. *§.* 3. *D. de ſolut.* repetitioni: *l.* 23. *l.* 29. *D. de condict. indeb. l.* 3. *D. de donat.* reſtitutioni: *l.* 7. *§.* 2. *D. de cap. min.* retentioni: *l* 93. *D. ad leg. Falcid.* reuocationi: *l.* 10. *§.* 1. *D. quae in fraud. cred.* Senatusconſulto: *l.* 5. *§. vlt. D. ad SC. Tertull. l.* 23. *D. de his, quae vt indign. l.* 16. *D. ad leg. Iul. de adult. l.* 65. *§.* 3. *D. ad SC Trebell. l.* 24. *D. ad SC. Vellei. l.* 10. *D. de leg. Cornel. de falſ.* ſententiae: *l.* 67. *§.* 8. *D. de legat. II.* Seruianae: *l* 4 *D. quib. mod. pign.* ſubſtituto: *l.* 7. *§.* 10. *D. de minor.* Trebelliano: *l.* 1. *§.* 10. *l.* 22. *§. vlt. l.* 55. *§* 2. *D. ad SC. Trebell.* vindicationi: *l.* 12. *§. vlt. D. quand. dies legat. ced.* ¶. 13. Eodem ſenſu, vti diximus. aliquid LOCVM habere vel non habere dicitur. Et hinc LOCVM *non habere et non conſiſtere*, idem valent. *l.* 139. *D. de reg. iur.* Sic LOCVM habent, vel non habent acceſſiones: *l.* 13. *§.* 12. *D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* actio: *l.* 15. *pr. D. de iniur. l.* 23. *§.* 7. *D. de rei vindic. l.* 1. *§.* 1. *D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l.* 24. *D. de noxal. act. l.* 1. *§.* 9. *et §.* 10. *D. ſi is, qui teſtam. lib. l.* 9. *§.* 4. *D ad exhib. l.* 1. *D ſi quadrup. pauper. l.* 23. *D. commun. diuid. l.* 14. *D. de liber. cauſſ. l.* 14. *§.* 17. *l.* 21. *D. de furt. l.* 1. *C. de iur. dot. l.* 8. *§. vlt. D. de edendo.* bonorum poſſeſſio: *l.* 4. *D. de bon. poſſ. contr. tab. l vlt. C eod. tit.* cautio: *l.* 13. *§. vlt. l.* 20. *D. de damn. inf. l.* 102. *§.* 3. *D. de condit. et demonſtr.* clauſula Senatusconſulti; *l.* 25. *§.* 8. *D. de hered. petit.* compenſatio: *l* 29. *D. de condict. indeb.* condictio: *l. vlt. D. vſufr. quemadm. cau. l. vlt. D. rat. rem habit.* conſtitutio: *l.* 49. *D. de manumiſſ. teſtam. l.* 4. *§.* 15. *D de fideic. libert.* crimen: *l.* 3. *D. de ſtellionat.* edictum: *l.* 9. *D. quod met. cauſſ. l.* 4. *§.* 14. *D. de vi bon. rapt. l.* 1. *§.* 3. *D. de his, qui effud. l.* 1. *§.* 4. *D. de Aedil. edict. l.* 3. *§.* 1. *D. de Carbon. edict. l.* 1. *§.* 4. *et §.* 5. *D. quod falſ. tut. l.* 3. *D. de dol. mal.* exceptio: *l.* 25. *§.* 17. *D. de hered. petit. l.* 53. *§.* 1. *D. de vſufruct. quemadm. cau. l.* 13. *D. de nouat. l.* 24. *D. de condict. indeb. l.* 4. *§.* 4. *D. de dol. except. l.* 29. *D. de iureiur. l.* 12. *§.* 2. *D. rat. rem habit. l.* 21. *l.* 27. *§. vlt D. ad SC. Velleian. l.* 11. *§.* 8. *D. de exc. rei iudic. l.* 72. *§.* 6. *D. de condit. et demonſtr. l.* 4. *§.* 4 *D. de dol. mal. except. l.* 16. *§. vlt D. pro ſoc. l.* 5. *C. de non num. pec. l.* 13. *D. de nouat. l.* 22. *D. de condict. indeb.* Fauiana: *l.* 1. *§.* 17. *D ſi quid in fraud. cred.* Forma, duntaxat intra pubertatis tempora: *l.* 31. *D. de adminiſtr. et peric. tut.* inſtitutio: *l.* 18. *D. de iniuſt rupt. irrit.* interdictum: *l.* 4. *§.* 22. *D. de vſurpat. l.* 7. *§.* 5. *D. quod vi aut clam. l.* 1. *§.* 3. *et l.* 3. *D. de tabul. exhib. l.* 1. *D. de mort infer l.* 20. *§.* 1. *D. de nou. op. nunc.* Quod dicitur, ita LOCVM habet, ſi: *l.* 7. *§.* 13. *D. de SC. Macedon* LOCVM habet iudicium: *l.* 13. *§.* 1. *D. de oper. libert.* lex Aelia Sentia: *l* 8. *D. qui et a quib. manum. l.* 34. *§.* 1. *D. de fideic. libert.* lex Atilia Romae tantum: Vlpian. *tit. XI. Reg* §. 18. lex Falcidia: *l.* 5. *D. de legat. II. l.* 17. *D. de probat. l.* 32. *§.* 16. *D. de donat. int. vir. et vxor. l.* 7. *D. de dot. praelegat. l.* 21. *§. vlt. l.* 66. *l.* 77. *§.* 1. *l.* 87. *l* 88. *§ vlt. D. ad leg. Falcid. l.* 2. *C. eod. tit. l.* 27. *D. de mort. cauſſ. don.* id eſt, intercedit, vt *l.* 87. *§. vlt. D. de legat. II.* vel interuenit, vt *l.* 47. *D. ad leg. Falcid.* lex Iulia: *l.* 1. *C. de fund. dotal* LOCVM habet liberatio: *l.* 17. *D. de donation.* miſſio: *l.* 5. *§.* 10. *et §.* 11. *D. vt in poſſeſſ. legat vel fideic.* nunciatio: *l.* 1. *§.* 1. *l.* 3. *D. de op. non. nunc.* oratio: *l.* 8 *§.* 3. *D. de transact* perſequutio: *l.* 50. *§* 2. *D. de legat. I.* pignoratitia: *l.* 11. *§.* 3. *D. de pignorat. act.* poena: *l.* 1. *§.* 9. *D. de lege Cornel. de falſ.* praeſcriptio: *l.* 50. *D. de iudic. l.* 1. *§.* 10. *D. quand. adpell. ſit. l.* 3. *D. de diuerſ. temp praeſcr.* quaeſtio: *l.* 37. *§.* 2. *D. de adqu. rer dom.* repetitio: *l.* 2. *l.* 23. *§.* 3. *l.* 26 *D de condict. indeb. l.* 9. *C. ad SC Velleian.* id eſt, competit repetitio, vt eſt in *l.* 1. *D. de condict. indeb.* reſtitutio: *l.* 21. *§.* 2. *D. ex quib. cauſſ. mai.* reſcriptum: *l.* 5. *§.* 18. *D. vt in poſſeſſ. legat.* ſenatusconſultum: *l.* 1 *§* 9. *D. ad SC. Silan. l.* 1. *§.* 5. *D. ad SC. Trebell. l.* 20. *§ vlt. D. de hered. petit. l.* 2. *D. ad SC. Tertull. l.* 1. *§. vlt l.* 15. *D. de SC. Macedon. l.* 4 *C. de hered. pet. l.* 7. *D. ſi quid in fraud. l.* 9 *§.* 2.

D. de SC. Maced. [ſententia ad interdicta: *l. 68. in fine D. de rei vindic.*] ſolutio: *l. 11. D. de ſtipul. ſeruor.* ſtipulatio: *l. 28. D. de ſeruit. praed. vrban. l. 14. l. 15. §. vlt. D. vt legat. ſeu fideic. cauſſ. l. 5. §. vlt. D. vſufr. quemadm. cau.* Trebellianum: *l. 27. §. 8. D. ad SC. Trebell.* ¶. 14. Eodem ſenſu veteres vtuntur phraſi: LOCVM *facere rei*, id eſt, efficere, vt illi locus ſit. Sic e. g. Perſonae conditio LOCVM facit beneficio: *l. 68. D. de reg. iur.* LOCVM facere edicto: *l. 27. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. l. 9. D. quod met. cauſſ.* exceptioni: *l. 1. §. 3. D. quar. rer. act.* Falcidiae. *l. 5. §. 5. D. de legat. praeſt.* [fiſco, id eſt, bona alicuius praeſcribi. *l. 1. C. Theod. de curat. calendar. Lib. XII. tit. 11. l. 11. ad Cd. de petition. Lib. X. tit. 10. l. 3. C. Theod. de bon. proſcript. Lib. IX. tit. 42.*] Sibi LOCVM facit poſtumus: *l. 5. D. de iniuſt. rupt. irrit.* Ad ſibi LOCVM faciendum: *l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* LOCVM facere ſubſtitutis: *l. 20. §. 4. D. de bon. libert.* ſucceſſioni. *l. 31. pr. D. de inoffic. teſt.* ¶. 15. LOCVS pro conditione. Deteriore LOCO libertus eſt: *l. 2. D. ne quis eum, qui in ius voc.* Vt actori perſequutio LOCO deteriore non ſit: *l. 11. D. ſi quis caut. in iudic. ſiſt.* Homo honeſtioris LOCI: *l. 3. §. 5. D. ad leg. Corn, de ſicar.* Humilis LOCI: *l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* Humiliore loco poſitus: *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Corn. de ſicar.* opponitur in aliqua dignitate poſito: Qui pari loco erat in litigando, coepit eſſe in duriore. *l. 1. D. ſi ex noxal. cauſſ.*

LOCVSTA. LOCVSTARVM edaci pernicie vitium ſterilitatis interceſſit: *l. 18. C. de locat.* qua de re vid. Plin. *Lib. XI. Cap. 29.* [vbi frequentem hanc perniciem in Africa eſſe, et coortas inde LOCVSTAS Italiam aliquando infeſtare, teſtatur. In Syria, Neronis temporibus *exorta vis* LOCVSTARVM *ambederat, quidquid herbidum, aut frondoſum*: teſte Tacito *Lib. XV. Annal. Cap. 5.* Similia exempla ſunt apud Gregor. Turon. *Lib. IV. Hiſt. Cap. 20.* et Nicol. Burgund. *in vita Ludouici IV. Imp.*]

LOG.

LOGARIVM, rationum libellus. Chartae ad ratiunculam, vel ad LOGARIVM paratae. *l. 3. §. 10. D. de pen. leg.*

LOGISTA, Graecis eſt curator reipublicae vel ciuitatis. *l. 3. C. de mod. mulct.*

LOGOGRAPHVS, *l. vlt. D. de muner. et honor. l. 1. l. vlt. C. de tabular. ſcrib. et logogr. Lib. XI. l. vn. C. Theod. ne conlat. per logogr. celebr. l. 8. eod. Cod. de cohortal. princip. Nouell. CXXVIII. Cap. 13.* Hi tributorum rationes conſcribebant, et tabulariorum ea in re munere fungebantur. Eos certe adſiduo tormentorum periculo obnoxios fuiſſe, ait *l. vn. C. Theod. ne conlat. per logograph.* LOGOGRAPHI ciuitatum: *l. 3. C. Theod. de tabular.* chomatum. *l. 6. C. Theod. de patroc. vicor.*

LOL.

LOLIVM. Si LOLIVM aut auenam in ſegetem alienam inieceris, quod eam inquinares. *l.* *27. §. 14. D. ad leg. Aquill.* Sane Plin. *Lib. XXII. Cap. vlt.* LOLIVM inter *frugum peſtes* aperte poſuit, et a Virgilio *Lib. I. Georg. v. 153. infelix* dictum eſſe, adnotat. Idem *Lib. XVIII. Cap. 17.* LOLIVM, vt et tribulos, et carduos, inter *frugum morbos* potius, quam inter *ipſius terrae peſtes* numeranda cenſet. Ceterum locus ex *d. l. 27. §. 14. D. de leg. Aquill.* mirifice illuſtrat parabolam Chriſti, de homine inimico zizania ſpargente in agro bene conſito. *Matth. XIII. v. 24.* ad quem locum de voce ζιζάνια videndus Io. Conr. Schwarz. *ad Io. Olear. de ſtilo nou. teſtam. p. 176.* HEIN.

LON.

LONGAEVVS, A, VM. LONGAEVVS homo; *l. 56. D. de vſufr.* LONGAEVVS vſus. *l. 2. C. quae ſit long. conſuet.*

LONGE, pro valde poni, Seru. *in Aen. V. v. 406.* notat, citatque illud Salluſt. *ex bello Catilinar. Cap. LII.* LONGE *alia mihi mens eſt.* Aliquando tamen et proprie accipitur. Hinc facile intelliguntur ſequentia: LONGE abeſſe: *l. 17. §. 17. D. de iniur.* eodemque ſenſu LONGE eſſe res dicitur: *l. 16. §. 3. D. de pignor.* LONGE res abibit: *l. 15. §. 7. D. de re iudic.* LONGE abſurdius: *l. 51. D. ad leg. Aquill.* LONGE aequum eſt: *l. 4. §. 13. D. de dol. except.* LONGE aliud eſt: *l. 3. §. vlt. D. vti poſſid.* LONGE differt: *l. 35. §. 1. D. de mort. cauſſ. don.* LONGE diſſimile eſſe: *l. 32. D. mandat.* LONGIVS ducere iumentum: *l. 40. D. de furt.* LONGE LONGEque rem meliorem fecit: *l. 39. §. vlt. D. de minor.* LONGE minus. *l. 11. D. de vſu et habit.* LONGIVS procedit ignis, et LONGIVS ignis producitur: *l. 30. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* LONGE vtile eſt pactum: *l. 28. §. 1. D. de pact.* LONGE vtile viſum eſt. *l. 1. §. 1. D. de ſuperfic.*

LONGINQVITAS ſoli: *l. 14. D. de damn. infect.* temporis. *l. vlt. C. de long. temp. praeſcr.*

LONGINQVO, aduerbialiter. LONGINQVO abſuturus: *l. 44. D. de procurat.* LONGINQVO abſens. *l. 39. D. de legat. I.*

LONGINQVVS, A, VM. LONGINQVA mala conſuetudo, apud Varron. *de lingu. Lat. Lib. VIII.* LONGINQVAE excurſiones: *l. 13. §. vlt. D. de alim. vel cibar. legat.* [LONGINQVA taciturnitas creditoris abſentis. *l. vn. C. Theodoſ. ſi cert. pet. de chirogr. Lib. II. tit. 27.*]

LONGVS, A, VM. LONGA conſuetudo; *l. 1. D. de mun. et honor. l. 35. D. de legib. l. 11. D. de decurion.* id eſt, diuturna, vt *l. 37. D. de legib.* ſeu inueterata, vt *l. 32. §. 1. D. eod.* Ne quid contra LONGAM conſuetudinem fiat, id eſt, contra ea, quae in oppido frequenter in eodem controuerſiarum genere ſeruata ſunt: *l. 1. C. quae ſit long. conſuet.* LONGA conſuetudine comprobata. *l. 35. D. de legib. l. 1. C. quae ſit long. conſu.* LONGI temporis conſuetudo: *l. 1. C. de ſeruit.* LONGIOR dies: *l. 16. l. 18. D. de pact. dotal. l. 15. §. vlt. D. de in diem addict.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 9. §. 1.*

Digitized by Google

LON. LOQ.

9. §. 1. id eſt, longius tempus. Vnde propriori, ſeu citeriori opponitur. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 17. *§. vlt. D. de pact. dotal.* LONGIOREM diem dare. Plin. *Lib. X. Epiſt.* 85. LONGA differentia: *l.* 31. *D. de ſolut.* LONGVM eſt: *l.* 15. *§.* 1. *D. de manum. vind. l.* 2. *§.* 41. *D. de SC. Tertull.* Ne LONGVM ſit. *l.* 67. §. 3. *D. de ritu nupt.* Poſt LONGVM interuallum; *l.* 21. *D. ad leg. Aquill.* LONGVM iter. *l. vlt. D. commod.* Quodammodo manu LONGA tradita pecunia: *l.* 79. *D. de ſolution.* LONGAE naues: *l.* 2. *D. de capt. et poſtlim.* Gell. *Lib. X. Cap.* 25. Varro *de lingu. Lat. Lib. VI.* Ceterum nauem LONGAM definit Iſidorus *Lib. XIX. Cap.* 1. *dromonem, dictam eo, quod longior ſit ceteris, cui contrarius muſculus, breuius nauigium.* LONGA peregrinatio. *l.* 23. *D. de procurat.* Per LONGAM poſſeſſionem capere: *l.* 26. *D. de adquir. poſſeſſ.* id eſt, decennio, vel vicennio. Et ita LONGAM poſſeſſionem in pandectis accipere oportet, in quibus haec verba vſucapioni a Triboniano attributa legimus. Nam quod iuriſconſulti *biennio capere* dixerant, id ipſe poſt vſucapionem a Iuſtiniano transformatam LONGA poſſeſſione vel LONGO tempore capere dixit, vt pandectis cum codice conueniret. *l.* 2. *§.* 6. *l.* 4. *l.* 7. *§. vlt. D. pro emtor. l.* 76. *in fine D. de contrah. emt. l.* 3. *l.* 11. *in fine D. de diuerſ. temp. praeſcr. l.* 15. *in fine D. de condict. indeb. l.* 13. *§.* 2. *D. de iureiur. l.* 10. *D. ſi ſeruit. vindicetur l.* 5. *D. de damn. infect. l.* 3. *§. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l.* 10. *l.* 17. *l.* 33. §. 2. *D. de vſurp. et vſucap. l.* 7. *l.* 10. *C. de petit. hered. l.* 1. *C. de ſeruit.* LONGAE poſſeſſionis praeſcriptio: *l.* 3. *l.* 5. *§. vlt. D. de diuerſ. temp. praeſcr.* LONGVM ſilentium: Paull. *Lib. V. Sent. tit.* 4. *§.* 8. Si LONGIVS ſpacium interceſſit: *l.* 18. *D. de iudic.* LONGVM ſpacium interpoſitum: *l.* 6. *§. vlt. D. de duob. reis.* LONGVM temporis ſpacium: *l.* 14. *D. de bonor. poſſeſſ. l.* 2. *D. de cuſtod. et exhib. reor. l.* 3. *C. de auctor. praeſt.* LONGA ſucceſſio: *l.* 2. *C. de in lit. iur.* LONGO tempore abſens: *l.* 7. *§.* 1. *D. de SC. Macedon.* Si non poſt LONGVM tempus deceſſerit: *l.* 10. *§. vlt. D. ſi quis caut. in iudic.* LONGIVS vero et *receſſius* tempus opponuntur in *l.* 2. *D. de term. moto.* Alias LONGVM tempus decennii inter praeſentes, vicennii inter abſentes ſpacium comprehendit, auctore Paullo *Lib. V. Sent. tit.* 2. §. 3. et *tit.* 5. *§.* 8. Iuſtiniano, *princ. Inſt. de vſucap.* Gratiano, *can. placuit* 6. *quaeſt.* 3. LONGI temporis poſſeſſione quaerere: *l.* 16. *D. de fund. dot.* LONGI temporis praeſcriptio. *l.* 54. *§.* 1. *D. de euiction.* LONGIOREM viam facere. *l.* 1. *§.* 1. *D. de via publ.*

LOQ.

LOQVI, et *fari*, diuerſa facit Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* his verbis: LOQVI *ab loco dictum, quod, qui primo dicitur fari, et vocabula et reliqua verba dicit ante, quam ſuo quidque loco dicere poteſt. Hunc Chryſippus negat* LOQVI, *ſed* VT LOQVI. *Quare vt imago hominis non ſit homo, ſic in coruis, cornicibus, pueris, primitus incipientibus fari, verba non eſſe verba, quod non* LOQVANTVR. *Igitur is* LOQVITVR, *qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit.* Qui grauiter LOQVITVR: *l.* 9. *D. de Aedil. edict.* Qui LOQVI poteſt, niſi ſuperueniens morbus ei impedimento ſit: *l.* 21. *D. de legat. III.* Eos, qui LOQVI non poſſunt, conatu, et ipſo ſono

LOQ. LOR.

quodam, καὶ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ dicere non exiſtimamus: *l.* 7. *§. vlt. D. de ſupell. leg.* Si LOQVI quidem non poſſit, alio tamen modo, quam ſermone, manifeſtum facere poſſit, velle ſe *l.* 29. *D. de Aedilit. edict.* ¶. 2. Sed et teſtamenta, et leges, et reliqua in ſcripturam redacta LOQVI, vel auctores eorum per illa LOQVI dicuntur. Sic LOQVVNTVR Aediles: *l.* 38. *§.* 1. *D. de Aedilit. edict.* LOQVVNTVR conſtitutiones: *l.* 16. *D. de adpellat.* Si defunctus cum eo LOQVATVR, quem precario remuneratur: *l.* 75. *D. de legat. II.* LOQVITVR edictum: *l.* 14. *D. ex quib. cauſſ. maior. l.* 1. *§.* 1. *D. de pecul.* LOQVITVR lex: *l.* 64. *§.* 9. *D. ſolut. matrim. l.* 66. *D. de verb. obligat. l.* 29. *D. ad leg. Iul. de adult.* Praetor: *l.* 9. *D. quod met. cauſſ. l.* 12. *D. ex quib. cauſſ. maior. l.* 1. *§.* 9. *D. de poſtul. l.* 1. *§.* 5. *D. de aqu. quotid. l.* 1. *D. ſi tab. teſt. null. exſt.* princeps: *l.* 8. *§.* 1. *D. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur.* reſcriptum: *l.* 10. *D. de pact.* ſatisdatio: *l.* 19. *D. de adoption.* ſenatus: *l.* 20. *§.* 13. *l.* 23. *§. vlt. l.* 25. *§.* 5. *D. de hered. petit. l.* 40. *D. ad SC. Trebell. l. vlt. §.* 1. *D. de adſign. libert.* ſenatusconſultum: *l.* 11. *D. de vſufr. ear. rer.* Quaeri non oportet, cum quo de ſupremis LOQVATVR, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur: *l.* 77. *§.* 26. *D. de legat II.* LOQVI dicitur teſtamento, qui ſermonem dirigit ad heredem vel legatarium. *l.* 47. *§. vlt. D. de fideic. libert. l.* 69. *l.* 77. *§.* 30. *D. de legat. II. l.* 13. *D. de legat. III. l.* 6. *§.* 3. *D. de pecul. legat.* Intelligitur teſtator quaſi cum tutore loquutus. *l.* 21. *§. vlt. D. de annuis legat.*

LOR.

LORICATIO, pro tectorio, incruſtatione parietum ex marmorato, arenato et huiusmodi. *l.* 79. *in fine D. de verb. ſignif.* De latiore huius vocabuli vſu apud architectos, (nam et omnem contignationum contabulationem ſignificat,) ex Vitruu. *Lib. VII. Cap.* 1. eiusque interprete Philandro, quaedam monuit Ducker. *de Latin. vet. iuriſc. p.* 424. HEIN.

LORVM, ſcutica, qua quis caeditur. LORIS ab aliquo caeſus: *l.* 43. *§.* 5. *D. de Aedil. edict.* et apud Gell. *Lib. XVII. Cap.* 16. LORIS rumpere: *l.* 15. *D. de iniur.* [Cic. *Phil. XIII,* 12. *Quos Antonius deliciarum cauſſa* LORIS *in conuiuio caedi iubebat a ſeruis publicis.*] ¶. 2. LORVM pro quauis corrigia ex corio facta. Vnde: Mulum ad pollicem adligare de LORO: *l.* 27. *§.* 34. *D. ad leg. Aquill.* Varro *Libro VII. de lingu. Lat. Vno enim* LORO *colligare poſſis vel hominem, vel equum, vel aliud quod, quidquid eſt, quod cum altero colligari poſſit.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* LORICA *a loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant.* [Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap.* 19. *Iniecto in collum* LORO *in carcerem Minturnenſem iuſſu duumuiri perductus eſt.* Inde LORARII adpellati, qui magiſtratus in prouincias euntes ſequebantur, et, quos erant iuſſi, vinciebant, aut verberabant, ſicuti Gellius eos deſcribit *Lib. X. Noct. Attic. Cap.* 3. *in fine.* Vid. Petr. Fab. *Lib. II. Semeſtr. Cap.* 24. *p.* 369.] Eorumdem et inter priuata mancipia ſaepe numero meminit Plautus, veluti in Captiuis, vbi et inter perſonas ſunt LORARII. Erant ſerui qui con-

conſeruos vel de fuga ſuſpectos, vel delicti reos dominorum iuſſu vel vinciebant, vel caedebant loris. HEIN.

LVB.

LVBRICVS, A, VM. [LVBRICAE mentes. *l. 3. C. Theod. de apoſtat. Lib. XVI. tit. 7.*] ¶. 2. Saepe tamen neutrum ſubſtantiue vſurpatur pro loco lubrico. Sic in *l. 7. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Seru. in *II. Aeneid. v. 474.* ad haec verba; LVBRICA *terga*: LVBRICVM, inquit, *dicitur, quod labitur, dum tenetur, vt piſcis, ſerpens, et locus, in quo labimur: vt*

Seſe oppoſuit Salio, per LVBRICA *ſurgens.*

¶. 3. Metaphorice LVBRICVM tribuitur ei, ob quod facile quis labitur. Sic LVBRICVM aetatis: *l. 11. §. 5. D. de minor. l. vlt. C. ſi aduerſ. delict.* pro inconſulta facilitate, iuuenili leuitate, ac denique infirmitate aetatis, vt loquitur *l. 18. D. de min.* Plin. *Lib. III. Epiſt. 3.* Cui in hoc LVBRICO aetatis non modo praeceptor, ſed etiam cuſtos rectorque quaerendus eſt. Simili ratione *iuuentae* LVBRICVM dixit Tacit. *Lib. XI. Annal. Cap. 59. adoleſcentiae* LVBRICVM idem *Lib. XIV. Cap. 46.* Latin. Pacat. *panegyrici Theodoſ. Cap. VII. Illo tamen adoleſcentiae* LVBRICV, *vt non cadant, titubent.* Sic et LVBRICVM conſilii: *l. 3. §. 5. D. de teſt.* LVBRICVM linguae. *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maieſt.* LVBRICVM tutelae. *l. 4. §. 1. D. de vſur.*

LVC.

LVCANIA, Italiae regio, quae per correctores regebatur. Eius fit mentio in *l. 6. C. Theod. quib. equor. vſ. l. 7. eod. Cod. de indulg. debit.* et *Nouella Valent. et Martiani de ſuariis.* LVCANIAE autem correctorem ad ſimilitudinem correctoris Apuliae et Calabriae officium habuiſſe, Marianus *in Notitia* docet.

LVCERE. [Diuini ſacerdotii integritate LVCENTES non ſolum vitam ſuam proprio praeſtant ornamento, ſed etiam ſubiectae plebis atque obedientis exemplo. *l. 2. C. Theod. de epiſcop. iudic.*]

LVCERNA, a lychno dicta, et hinc breuis eſt Lucillio et Horatio, vt Seru. *in Aen. XI. v. 657.* LVCERNAM accendere monimento: *l. 44. D. de manum. teſtam.* Seneca *Epiſt. XCV. Accendere aliquem* LVCERNAM *ſabbatis prohibeamus.* Tabernarius in ſemita noctu ſupra lapidem LVCERNAM poſuerat. *l. 52. §. 1. D. ad leg. Aquill.*

LVCIDE, dilucide, clare, manifeſto. LVCIDIVS intelligetur. *l. 1. D. de dol. mal. except.*

LVCIVS *Titius,* vt et *Caius Seius* exempli loco pro ὁ δεῖνα, ſeu *quidam* poni ſolet a iuriſconſultis, vt Dionis et Theonis nomen a philoſophis in exemplis vſurpatur, ceu Plutarch ἐν ἀυτῷ, vel *Quaeſt. Rom. XXIX.* adnotauit. Cuius rei teſtimonia, in pandectis paſſim obuia, nimiae, ne dicam putidae eſſet diligentiae conquirere. Illud vnum monuiſſe contentus ero, non prudentes modo, verum etiam praetores ipſos in edictis ſuis hoc nomine perſonas quaslibet deſignaſſe, vt adparet ex *l. 1. D. de tab. exhib. l. 10. D. quae in fraud. credit.* Addenda hic, quae de talibus ominibus, a iureconſultis in arte ſua adhibitis, obſeruauit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſ. Lib. I. Cap. 22.* HEIN.

LVCRARI, eſt lucrum facere. *l. 13. D. rat. rem habit.* Vnde LVCRARI et *damnum ſentire*, aduerſantur. *l. 6. §. vlt. D. de iur. dot.* LVCRANDI animo adprehendere: *l. 9. D. de adqu. rer. domin.* auferre: *l. 9. §. vlt. D. eod. tit.* [LVCRATI duumuiratus, curas, id eſt, liberati et ſoluti a duumuiratu, et officio curatoris ciuitatis. *l. 1. C. Theod. de bonor. codicill. Lib. VI. tit. 22.*] LVCRARI ex alieno damno: *l. 28. D. de dol. mal.* [LVCRARI debitum: *l. 1. §. 1. D. de lib. legat.*] Ne ex dolo ſuo LVCRETVR: *l. 10. D de dol. mal.* Vt ex dolo defuncti heres non LVCRETVR: *l. 1. §. vlt. D. de eo, per quem fact. erit.* Maritus, qui morte mulieris dotem LVCRATVR: *l. 10. D. de religioſ.* pro portione doris, quam LVCRATVS eſt: *l. 30. D. de religioſ.* In caſibus, quibus maritus dotem, vel in totum, vel in partem, ſi matrimonium conſtabat, eſſet LVCRATVRVS: *l. 11. §. vlt D. quod falſ. tut.* Id autem LVCRARI videtur maritus, quod praeſtaret mulieri, ſi conueniretur. *l. 27. D. de relig.* LVCRARI fructus: *l. 4. §. 2. D. fin. reg.* numos: *l. 38. D. de ſolut.* pretium; *l. 33. D. de hered. petit.* ſumtus ſuis: *l. 3. §. 2. D. de legat. III.* Quod LVCRATVS eſt poſſeſſor ex venditione rei. *l. 22. §. vlt. D. de hered. petit.*

LVCRATIVVS, A, VM, cum lucro coniunctum. Hinc LVCRATIVA cauſſa adpellatur, ex qua accipienti nihil abeſt, veluti donationis, vel legati. *l. 82. §. 2. D. de legat. I. l. 13. §. 15. D. de act. emt. vend. l. 4. §. vlt. D. de dol. except. l. 83. §. 6. D. de verb. oblig. l. 4. in fine D. de manumiſſ. l. 12. D. de captiu. §. 6. Inſt. de legat.* Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 1. §. 1.* Ex LVCRATIVIS cauſſis rem accepit: *l. 7. §. 3. D. de publican.* Qui ſpeciem ex cauſſa LVCRATIVA debent: *l. 17. D. de oblig. et action.* Qui nunc ex LVCRATIVA cauſſa rem habere coepit: *l. 19. D de obl. et act.* Ex quacumque cauſſa, quae prope LVCRATIVAM habet adquiſitionem: *l. 4. §. 31. D. de dol. et met. except.* Ex promiſſione dotis LVCRATIVA cauſſa non eſt: ſed quodammodo creditor aut emtor intelligitur, qui dotem petit. *l. 19. D. de oblig. et act.* LVCRATIVA poſſeſſio: *l. 2. D. ſi quis omiſſ cauſſ teſtam.* id eſt, quam quis ex LVCRATIVA cauſſa nactus eſt. LVCRATIVAS res, eas tantum volumus adpellari, quae hereditatis, legati, fideicommiſſi iure, mortis cauſſa donatione, vel cuiusliber poſtremae voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter viuos etiam donatio, ſimplici liberalitate confecta LVCRATIVAE merebitur et nomen, et ſarcinam. Si vero vel ſocer futurus filii, vel nepotis, vel proneptis ſponſae, adfinitatis coeundae cauſſa donauerit, vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem, curiali, ſeu extraneo nubentem, donauerit: licet caſus euentu res eius, cui data eſt, vertatur ad lucrum, inter LVCRATIVAS

VAS non numerabitur. *l. vn. C. de impon. lucrat. deſcr. Lib. X.* Ex LVCRATIVO titulo poſſidere. *l. 5. D. de vſurp. et vſucap.* [LVCRATIVA in *Lib. X. Cod. Iuſtin. tit. 35.* et *Lib. XII. Cod. Theod. tit. 3.* qui eſt *de impon. lucr. deſcript.* Iac. Gothofredus interpretatur de iis, quae non curialis de ſubſtantia, curialis ex LVCRATIVA cauſſa percepit. *l. 16. in fine C. Theod. de agent.* ſeu de poſſeſſionibus, qua quis ex LVCRATIVA cauſſa detinet, quum antea fuerint curialium. *l. vn. C. Theod. de imp. lucrat. deſcr. l. 123. C. Theodoſ. de decurion. l. 173. eod. tit.* puta, ſi qois non curialis legitimus vel teſtamentarius heres, fideicommiſſarius, aut legatarius curialis fuerit, vel etiam viuentis locupletatus fuerit liberalitate. *l. 107. C. Theod. de decurion.* Huiusmodi LVCRATIVIS certa deſcriptio imponebatur, a poſſeſſore praeſtanda. *l. 16. C. Th. de agent. l. 107. C. Th. de decurion.*]

LVCRIFACERE, eſt lucrari. *l. 11. D. de legat. I.* LVCRIFIT aqua: *l. 5. §. 3. D. de aqua quotid. et aeſt.* LVCRIFACERE dotem: *l. 10. D. ſol. matr. l. 6. D. ad leg. Falcid.* Licet LVCRI dotem FACIAT: *l. 29. D. de religioſ. et ſumt. fun.* Quocumque modo hereditatem LVCRIFACTVRVS: *l. 1. §. 9. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam ab int.* LVCRIFACERE ſeruum: *l. 14. §. 8. D. de ſeru. corrupt.* ſuperficiem. *l. 86. §. vlt. D. de legat. I.*

LVCROSVS, A, VM, cum locro coniunctum. Vnde LVCROSA et *damnoſa* opponuntur. *l. 1. D. de dol. mal.* Si non videantur LVCROSA bona: *l. 8. §. 2. D. qui teſtam. fac.* LVCROSA hereditas: *l. 17. D ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 3. D. de bon. poſſeſſ.* Quamuis LVCROSA ſit hereditas, nec vllum damnum habeat. *§. 1. Inſt. de auct. tut.* Ignorantia pupilli non debet illi eſſe LVCROSA et alteri captioſa. *l. 6. §. 10. D. quae in fraud. credit.*

LVCRVM, commodum, emolumentum et quaeſtom ſignificat, ideoque LVCRVM et *damnum* pugnantia ſunt: *l. 8. §. vlt. D. de eo quod cert. loc.* Sic et LVCRVM *extorqueri*, et *damnum infligi*, diuerſa ſunt. *l. 6. §. 3. D. quae in fraud. credit.* vti *damno adfici*, et LVCRVM *facere. l. 22. D. ex quib. cauſſ. maior.* LVCRVM aduentitium: *l. 4. D. de manumiſſ.* Si quis aliquid LVCRI cauſſa condiderit ſub terra: *l. 31. §. vlt. D. de adqu. rer. dom.* Sui LVCRI cauſſa: *l. 6. §. 2. D. de negot. geſt. l. 25. §. 1. D. de oblig. et action.* LVCRO eius cedit: *l. 22. D. ſolut. matrim.* Ne LVCRO ea res cedat domino: *l. 69. D. de vſufr.* Eam quantitatem LVCRO heredum cedere: *l. 16. D. de vſu et vſufr. legat.* LVCRO mariti cedit dos: *l. 17. D. de fund. dot.* LVCRO poſſeſſoris cedere fructus. *l. 35. D. de rei vindic.* LVCRVM ex dote petere et retinere: *l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulter.* Si quod LVCRVM ex emtione, venditione, locatione conductione deſcendit: *l. 7. D. pro ſoc.* Turpia LVCRA heredibus quoque extorqueri licet. *l. 5. §. 1. D. de calumniat.* LVCRVM facere ex alterius poena vel damno: *l. 18. D. ex quib. cauſſ. maior.* LVCRI faciendi gratia: *l. 1. D. de furt. l. 2. §. vlt. D. pro here le l. 33. §. 1. D. de vſurpat. et vſuc.* In eo qood vel is petit, vel is, a quo petitur LVCRI facturus eſt: *l. 33. D. de reg. iur.* LVCRVM ex eo, quod propter hereditatem acceperit, facere: *l. 55. D. de hered. petit.* Poſſeſſor non facit LVCRVM: *l. 22. D. eod. tit.* Fructus nondum percepti mulieris LVCRO fiunt: *l. 1. D. de pact. dotal.* Cui LVCRI gratia adfirmaſti mihi, idoneum eſſe: *l. 8. D. de dol. mal.* LVCRVM hereditatis: *l. 13. D. de his, quae vt indign.* LVCRVM non intelligitur, niſi omni damno deducto, neque damnum, niſi omni LVCRO deducto: *l. 30. D. pro ſoc.* Penſare LVCRVM cum damno: *l. 11. D. de negot geſt.* Qoum de LVCRO duorum quaeratur: *l. 126. D. §. vlt. D. de reg. iur.* LVCRVM, quod ex quaeſtu venit *l. 13. D. pro ſoc.* Quum LVCRI ratio vertitur *l. 98. D. de regul. iur.* LVCRVM, quod ſenſit: *l. 25. D. de hered. petit.* Qoi LVCRVM ſenſit ex re commodata: *l. 7. D. commod.* Ne de alieoo LVCRVM ſentiat: *l. 10. §. 3. D. mandati.* Suo LVCRO non meo commodo ſtudet: *l. 6. §. 2. D. de neg. geſt.* De LVCRO quoque minoribus ſubuenitur: *l. 7. §. 6. et §. 8. D. de minor.* Multum intereſt, vtrum damnum quis faciat, an LVCRO, qoo adhuc vtebatur, vti prohibeatur. *l. 36. D. de damn. infect.*

[LVCTAMEN, certamen. Adpellationis iniuſtae iuſtaeue diſcrimen competenti ſubire LVCTAMINE: *l. 40. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30.* Etiamſi qood poſſit tribui de proprietate LVCTAMEN: *l. vn. C. Theod. quor. bonor. Lib. IV. tit. 21*]

LVCTVOSVS, A, VM. LVCTVOSA hereditas: *l. vlt. C. de inſtit. et ſubſtit.* LVCTVOSVM lucrum: *l. vlt. C. comm. de ſucceſſ.* LVCTVOSA portio: *l. 28. C. de inoff. teſt.* Ita vocabatur hereditas liberorum, quae ad parentes redibat. Similes loquutiones et alibi paſſim occurrunt. Sic eadem hereditas vocatur triſtis ſocceſſio: *§. 2. Inſt. ad SC. Tertull.* item non grata hereditas, ſed triſte lucrum: *l. 11. C. comm. de ſucceſſ.* quia nimirum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit, liberos naturae ſimol et parentium commone votum. *l. 7. §. 1. D. ſi tab. teſtam. null. exſt.* vel, quia illis nun debetur filiorum hereditas, propter votum parentium, et naturalem erga liberos caritatem, ſed quia, turbato ordine mortalitatis, non minos parentibus, quam liberis pie relinqui debet. *l. 15. pr. D. de inoffic. teſtam* id eſt, quia lucrum iſtod parentes noo niſi cum luctu et gemitu, et contra votum capiunt. HEIN.

LVCTVS. LVCTVM habere memoriae: *l. vlt. D. de his, qui not. infam.* LVCTVS liberorum et parentium: *l. 11. D. eod. tit.* Sponſi nullus LVCTVS eſt: *l. 9. D. eod. tit.* LVCTVS tempus: *l. 8. D. eod. tit.* Paull. *Lib. I. Sent. tit. 21. §. 13.*

LVCVLENTVS, A, VM. LVCVLENTA conſonantia. *§. 2. procem. Inſtitut.*

LVD.

LVDERE aleam: *l. 26. D. de iniur.* Aleae LVDENDAE cauſſa: *l. 1. D. de aleat.* Sueton. *in Aug. Cap. LXXI.* de Auguſto epigramma ſcribit vulgatum eiusmodi: *Poſtquam bis claſſe victus, naues perdidit: aliquando vt vincat, LVDIT adſidue aleam.* LVDERE pila: *l. 11. l. 52. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. [LVDERE, pro eludere. Si poſt has conteſtationum voces longa debitoris abſentia vel redhibitio protelettur, vel nouatio iuſta LVDATVR. *l. vn. C. Theod. ſi cert. pet. de chiragr. Lib. II. tit. 27.* Sic in *l. 5. eod. C. de denunc. vel edit. reſcript.* *Nullis eum temporum moris eſſe* LVDENDVM, *hac lege decernimus*: id eſt, eludendum]

LVDIBRIVM. [LVDIBRIO corporis ſui quaeſtum facere: *l. 15. C. Theod. de ſcenic. Lib. XV. tit 7.*] LVDIBRIO habere filium vel ſeruum. *l. 26. D. de iniur.*

LVDICRVS, A, VM. [LVDICRAS artes concedimus agitari: *l. 2. C. Theod. de maiuma Lib. XV. tit. 6*] De iis vide ſupra *Libro I.* articulum ARS.

LVDIFICARE, illudere. [Mora LVDIFICANTE in longum protrahere poſſidentem: *l. vn. C. Theod. de petit. et deſiſt. Lib. X. tit. 13.*] LVDIFICATVR poſſeſſor. *l. 8. §. 8. D. quib. mod. pign.*

LVDIFICATIO, [Moratorias dilationes fruſtratoriasque, non tam adpellationes, quam LVDIFICATIONES admitti non conuenit. *l. 1. C. Theod. quae adpell. non rec. Lib. XI. tit. 36*]

LVDVS, pro ſpectaculo. Tales in iure noſtro *l. 10. D ad leg. Iul. de vi publ.* et alibi memorantur LVDVS beſtiarius, apud Senecam *Epiſt. LXX.* qui et ſimpliciter LVDVS dicebatur, et poenae mediocris genus ſtatuebatur a Paullo *Lib. V. Sent. tit. 17. §. 3.* LVDI Circenſes: *l. 122. D. de legat. I. l. 2. l. 4. l. vlt. C. Theod. de praet. et quaeſt.* LVDI curules, vel curule certamen: *l. 1. C. Theod. de equ. curulib.* de quibus vide, quae ſupra *Libro III.* diximus, vel equorum circenſium ſpectacula, vti in *l. 1. D. de mun. et honor.* LVDVS gladiatorius: *l. 1. C. Theod. ad leg. Fab. l. vlt. C. de gladiat. Lib. XI.* B Cyprian. *Lib. II. Epiſt. 2. Paratur LVDVS gladiatorius, vt libidinem crudelium hominum ſanguis oblectet.* Iſidor. *Lib. XVIII. Etymol. Cap. 52. LVDVS gladiatorius inde dictus, quod in eo iuuenes vſum armorum condiſcant, et modo inter ſe aut gladiis, aut pugnis certantes, modo contra beſtias incedentes, ſubeant ferale certamen.* Quinctil. *Declam. CCCII.* *Non ſumus magnae legis interpretes; non LVDVM, non arenam, nec armorum ſcientiam complexa eſt.* Tertullian. *de patient. Cap. VII. Quum denique LVDO et caſtris ſe locant.* Lactant. *Lib. VI. diuin. Inſtit. Cap. 20. Hos tamen LVDOS vocant, in quibus humanus ſanguis effunditur.* LVDI ſcenici, *l. 122. D. de legat. I. l. 2. l. 4. C. Theod. de praet. et quaeſt.* et apud Ciceron. *Lib. III. de orat. Cap. 1.* Si quis LVDOS edens praetor ſcenicis commodauit: *l. 5. §. 10. D. commod.* iidem et LVDI theatrales: *l. 2. C. Theod. de ſpectac.* LVDVS venatorius: *l. 8. §. vlt. D. de poen.* ¶. 2. Et ad ludos huiusmodi ferales pertinent loquutiones.; LVDO adiudicari: *l. 8. C. Theod. de poen.* Quam poenam irrogari Chriſtianis vetant Imperatores, Valentinianus et Valens, *d. l. 8. C. Theod. de poen.* Ea cauſſa eſt, cur in conſtitutione quadam Conſtantini, in qua ſcriptum fuerat: *Si quis in LVDVM fuerit, vel in metallum damnatus*, Tribonianus tantum *metalli* mentionem fecerit. *l. 17. C. de poen.* vt patet ex *l. 2. C. Theod. eod. tit.* Argentum ad LVDOS commodare: *l. 28. D. de aur. arg. leg.* Serui in LVDVM venatorium dari ſolent, *l. 8. §. vlt. D. de poen.* vel ad LVDVM damnari: *Collat. Leg. Moſ. et Rom. tit. 1. §. 7. l. 2. C. Theod. de poen.* Plin. *Lib. X. Epiſt. 40.* *Quidam vel in opus damnati, vel in LVDVM, et ſimilia his genera poenarum.* Tertullian. *de ſpectac. Cap. XIX. Etiam, qui damnantur in LVDVM, quale eſt, vt leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant.* Clemens *Conſtit. Apoſt. Lib. V. Cap. 1.* Ἐι τις χϱιστιανὸς καταχϱιθῇ ὑπὸ ἀσεβῶν εἰς λῦδον, ἢ θηϱία, ἢ μέταλλον. *Si quis Chriſtianorum ab impiis in LVDVM, vel ad beſtias, vel in metalla damnatus ſit.* Et ad hoc poenae genus ſpectant verba haec Senecae *Lib. II. de clement. Cap. 6.* *Catenas ſolui iubebit, et LVDO eximet.* LVDOS facere: *l. 27. D. de op. libert.* LVDORVM, quibus moris eſt, feſtiuitati interſint iudices: *l. vlt. C. Theod. de impenſ. ludor.* Quum LVDORVM gratia prodierit praetor, aut proconſul: *l. 7. D. de manum. vind.* id eſt, quum in theatrum eunt, vt *§. 2. Inſt. de libertin.* LVDIS operam praebere pantomimus dicitur. *l. 27. D. de oper. libert.* ¶. 3. LVDVS et pro ſchola liberalium artium accipitur. LVDI litterarii magiſtri: *l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit.* Seneca *Epiſt. XCIV.* *Si LVDVM litterarium intraueris, ſcies, iſta, quae ingenti ſupercilio philoſophi iactant, in puerili eſſe praeſcripto.* Idem tamen *Epiſt. LXXI.* LVDVM quoque *philoſophorum* dixit. Ceterum LVDI litterarii magiſtri, teſte Aſcon. *in Diuinat.* pro prie ſunt *ludimagiſtri. omnem enim ſcholam LVDVM dixere Romani.* Terent. *Phorm. Act. I ſcen. 2.* In quo haec diſcebat LVDO. Vetus Gloſſarium: LVDIMAGISTER γϱαμματοδιδάσκαλος. In officio quoque militari omne negotium vel pugnam eſſe, vel LVDVM, ait Donat. *in Phormion. Act. II. ſcen. 2.*

LVE.

LVERE, ſignificat ſoluere, teſte Varrone *Lib. IV. et V. de lingu. Lat.* et Feſto Pompeio, non vno loco. Idem Varro *in ἑκατόμβῃ πεϱὶ θυσιῶν*, citante Nouio, *in verbo* LVTAVI: *In qua ego, vt puto, quoniam eſt* LVERE. *ſoluere*, LVTAVI. Vetus Gloſſarium: LVERE, διαλῦσαι. LVIT, ἀπέτισεν. Eo pertinent ſequentia: Capite LVENDVM, vel minore ſupplicio: *l. 16. §. 4. D. de poen.* [LVERE debitum: *l. 3. C. Th. de denunc. vel edit. reſcr. Lib. II. tit. 4.* debitum fiſcale: *l. 11. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.*] LVERE fundum a teſtatore obligatum: *l. 78. §. 6.*

D. ad

D. ad SC. Trebell. id eſt, liberare nexu pignoris ſoluto debito. LVERE ornamentum pignori poſitum: *l. 33 §. vlt. D. de legat. III.* Quae pecunia LVI praeſtarique poſſunt: *l. 9. §. 2. D. de ſtatulib.* LVERE pignus, id eſt, liberare, et diſſoluere: *l. 7. §. 12. D. comm. diuid. l. 86. D. de legat. I.* Paull. *Rec. Sent. Lib. II. tit. 13. §. 4.* LVERE poenam: *l. 8. D. de iurisdict. l. 29. D. de leg. Corn. de falſ.* id eſt, ſoluere, vt Salluſt. *in bello Catilin.* loquitur. LVERE poenas capitis: *l. 6. §. 4. D. de re milit.* Seru. in *Lib. X. Aeneid. v. 32.* LVANT *peccata*, ait, *id eſt, abſoluant. Decimus autem et* LVO *poenam, melius et* LVO *peccatum. Nam peccatum ſoluitur poena. Qui enim crimine tenetur obnoxius, eum poena a priſtina liberat obligatione. Contra* LVO *poenam ſi dixeris, non praecedit, quare poena ſoluatur. Tamen auctoritas iſta licenter confundit, more, quo ſolet poni vel a ſequenti, quod praecedit, vel praecedenti, quod ſequitur.* LVERE praedium a creditore: *l. 52. §. 1. D. de act. emt.* praedia obligata: *l. 6. C. de fideicomm.* rem obligatam: *l. 57. D. de legat. I.* rem pignori datam: *l. 28. D. famil. erciſc.* ſaltum pignori datum: *l. 25. D. de pignorat. act.* LVERE ſe: *l. 8. C. de re milit.* quod faciunt, qui alterius pecunia ab hoſtibus redemti ab eo ſe liberant: quia nexu quodam pignoris pro ea pecunia tenentur. Eiusque nexus ſolutio, quae fit praeſtito redemtionis pretio, LVITIO adpellatur. *l. 1. §. 4. D. de ſuis et legit. l. 15. D. de capt. et poſtlim.* LVITVR ſeruus pignori obligatus. *l. 35. D. fam. erciſc.*

LVG.

LVGDVNVM. Plinius coloniam vocat *Lib. IV. Cap. 18.* Olim vero hanc vrbem inſulam adpellatam, quod in confluente Rhodani et Araris ſita eſſet, non male colligi videtur ex Polyb. *Lib. III. Cap. 49. p. 281. edit. Gronon.* vbi hanc ipſam vrbem digito demonſtrare, niſi me animus fallit videtur, quum ait: Ἀναβὰς δὲ ποιησάμενος ἑξῆς ἐπὶ τέτταρας ἡμέρας τὴν πορείαν ἀπὸ τῆς διαβάσεως, ἧκε πρὸς τὴν καλουμένην Νῆσον, χώραν πολύοχλον καὶ σιτοφόρον, ἔχουσαν δὲ τὴν προσηγορίαν, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ συμπτώματος. τῇ μὲν γὰρ ὁ Ῥοδανὸς, τῇ δὲ ὁ Ἄραρος προσαγορευόμενος ῥέοντες παρ' ἑκατέραν τὴν πλευρὰν ἀποκορυφοῦσιν αὐτῆς τὸ σχῆμα κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους σύμπτωσιν. Ἐστὶ δὲ παραπλησία τῷ μεγέθει καὶ τῷ σχήματι τῷ παρ' Αἰγύπτῳ καλουμένῳ Δέλτα. κ. τ. λ. *Hannibal quarto die, poſtquam a Rhodano erat profectus, ad inſulam, quam vocant, peruenit, regionem, et ciuitoribus frequentem, et frumenti feracem, e re ipſa ita nominatam, ſiquidem hinc Rhodanus, inde Arar, latera duo illius praeterfluentes, qua in vnum confluunt, faſtigiatam eius figuram reddunt. Eſt autem ſimilis regio iſta, tum magnitudine, tum figura illi, quod in Aegypto Delta nuncupant.* Quem locum ita, verbum fere verbo Liuius *Libro XXI. Cap. 31.* reddidit: *Quartis caſtris ad Inſulam peruenit. Ibi Arar, Rhodanusque amnes, diuerſis ex Alpibus confluentes, agri aliquantulum amplexi, confluunt in vnum mediis campis Inſulae nomen inditum.* Verba autem haec in Lugdunum cadere palam eſt. Neque enim alibi, vt oculis hodieque cernitur, Rhodano Arar miſcetur: et hodiernus

vrbis ſitus vetuſto hac in re congruit. Teſtis locuples Strabo *Lib. IV. p. 283.* Πλησίον ὑπέρκειται τῆς Οὐιέννης τὸ Λούγδουνον, ἀφ' οὗ συμμίσγουσιν ἀλλήλοις ὅ, τε Ἄραρ, καὶ ὁ Ῥοδανός. *Paullo ſupra Viennam eſt Lugdunum, vbi Arar et Rhodanus confluunt.* Ptolemaeus *Lib. II. Capite de Gallia Celtica Narbonenſi*, de Rhodano agens: τῶν δὲ συμβαλλόντων αὐτῷ ποταμῶν, εἰς μὲν τὸ ἀπ' ἄρκτων Λουγδούνου μέρος εἰσρέουσιν, ὅ, τε Ἄραρ, καὶ ὁ Δοῦβις προσμιχθέντες ἀλλήλοις. *Inter flumina vero haec vna ruentia Arar et Dubis ſeptentrionalem Lugduni partem influunt, inuicem confluentes, ac commixti.* Verum in Polybii Graeco exemplari Arar, (de quo ſenſiſſe eum Liuius euincit.) perperam Σκώρας vocatur, niſi quis Σκώνας Σαυκώνας emendandum eſſe dicat, quo quidem vernaculo nomine a quibusdam Latinis auctoribus, maximeque ab Ammiano Marcellino adpellatur fluuius iſte, quem Caeſar *de bell. Gall. Lib. I. Cap. 12.* tradit *per fines Heduorum et Sequanorum in Rhodanum influere incredibili lenitate, ita, vt oculis, vtram in partem fluat, iudicari non poſſit.* Sed quum a Graecis auctoribus Strabone et Ptolemaeo Ἄραρ adpelletur, religio mihi eſſet, Gallicam Polybio vocem inſerere. Enimuero ad has noſtras litterarias epulas minorum gentium auctorem Erricum, Monachum, qui Caroli Calui, Imperatoris temporibus floruit, inuitare non pigebit. Nec enim ἀσύμβολος veniet: ſed imi lecti conuiua, non modo in aliorum ſententiam lingua ibit, verum etiam originem Gallicae LVGDVNI vocis, vulgo incognitam patefaciet. Ex eius ergo *vita B. Germani*, Antiſſiodorenſis Epiſcopi *Lib. IV.* excerptos quatuor verſus lectorem plauſu excipere iubeo. Sic autem habent:

In Lugdunenſes aequis proceſſibus arces
Vexit, Arar Rhodano ſeſe ſub moenibus abdens
LVGDVNO *celebrant Gallorum famine nomen*
Impoſitum quondam, quod ſit mons lucidus idem.

LVGDVNENSIS colonia apud Senecam *Epiſt. XCI.* ex qua diſcimus, Neronianis temporibus eam vrbem totam, quod vix poſt hominum memoriam oppido cuiquam acciderat, incendio ita abſumtam, vt ad aream redigeretur: atque eo caſu, eleganter, *inter vrbem magnam et nullam* vnius tantum noctis interuallum interceſſiſſe ait. Eademque Epiſtola de eadem vrbe agens Seneca: *Ciuitas*, ait, *arſit opulenta, ornamentumque prouincialium, quibus et inſerta erat, et excepta; vni tamen impoſita, et huic non altiſſimo monti.* Ac deinde aliquot clauſulis interiectis: *Huic coloniae ab origine centeſimus annus eſt, aetas ne homini quidem extrema. Deducta, in hanc frequentiam loci oportunitate conualuit.* Euſebius in Chronico interprete D Hieronymo *Olympiade CLXXXVIII. Munacius Plancus, Ciceronis diſcipulus, orator inſignis habetur: qui quum Galliam Romanam regeret,* LVGDVNVM *condidit.* ¶ 2. LVGDVNENSES Galli, *l. vlt. D. de cenſib.* LVGDVNENSIS, vel LVGDINENSIS legatus: *l. 15. §. vlt. D. de excuſat.* LVGDVNENSIS pro-

 uin-

uincia: Vlpianus apud *auctorem Collationis Legum Moſaic. et Roman. tit. XV. §. 2.* Λυγδωνησίαν ἐπαρχίαν vocat Stephanus de vrbibus.

LVGERE, non eſt ſimpliciter amiſſus maritos, parentes, liberos, propinquos deflere, mortuosqoe lacrymis, ploratu et queſtu proſequi, ſed hoc amplius eo nomine lugubria, ſeu luctus inſignia ſumere, geſtare, aliaque moeroris indicia recepta dare. Paull. *Sent. Lib. I. tit. 21. §. 14.* Qui LVGET, abſtinere debet a conuiuiis, ornamentis, purpura, et alba veſte. Liu. *Lib. XXXIV. Cap. 7.* Quid aliud in luctu mulieres, quam purpuram atque aurum deponunt? Quid, quum eluxerunt ſumont? Si quis in bello ceciderit, etſi corpus noo compareat, LVGEBITVR: *l. vlt. D. de his, qui not. inf.* LVGERI more maiorum non ſolebant hoſtes, perduellionis damnati, ſuſpendioſi, nec qui manus ſibi attuleraot, non taedio vitae, ſed mala conſcientia: *l. 11. §. 1. D. de his, qui not. infam.* Minime maiores LVGENDVM putauerunt eum, qoi ad patriam delendam et parentes et liberos interficiendos venerit: *l. 35. D. de relig. et ſumt. ſun.* In primis per annom, et olim per decem menſes lugendus erat maritus, adeo, vt et eum, qui abſentem accepit vxorem, deinde rediens a coena iuxta Tiberim periit, ab vxore LVGENDVM reſponſum ſit. *l. 6. D. de rit. nupt.* Seneca *Epiſt. LXIII. Annum feminis ad* LVGENDVM *conſtituere maiores, non vt tamdiu* LVGERENT, *ſed ne diutius.* Plane ſi mulier poſt legitimum tempus virum mortuum reſciſſet, ipſa die et ſomebat lugubria, et deponebat. *l. 8. D. de his, qui not. infam.* Parentes et liberi vtriusque ſexus, nec oon et ceteri adgnati, vel cognati, ſecundum pietatis rationem, et animi patientiam, prout quisque voluerit, LVGENDI ſunt. *l. 23. D. de his, qui not. infam.* Parentes et filii maiores ſex annis, anno LVGERI poſſunt, minores menſe, mariti decem menſibus, et cognati proximioris gradus octo. Paoll. *Lib. I. Sent. tit. 21. §. 13.* Sponſae nulla erat ſponſi mortui neceſſitas impoſita: *l. 9. D. de his, qui not. infam.* Viris quoque nullum legitimum tempus eſt, qoia, vt Paullus ait, viri vxores lugere non compellebaotur. *d. l. 9. eod. tit.*

LVGVBRIS, E. LVGVBRI veſte vti: *l. 15. §. 27. D. de iniur.* ¶. 2. Sed et neutrum plurale, LVGVBRIA pro veſte lugubri ceterisque luctus inſignibus vſurpatur. *l. 8. D. de his, qui not. infam. l. 15. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* Ouid. *Lib. XI. Metam. v. 669.*

Surge, age, da lacrymas, LVGVBRIA*que induе.*

Idem *Lib. IV. triſt. Eleg. 2.*

Illa dies veniet, mea qua LVGVBRIA *ponam.*

Propert. *Lib. IV. Eleg. vlt. v. 96.*

Et bene habet, numquam, mater, LVGVBRIA *ſumſi.*

Lucan. *Lib. II. v. 365.*

Sic, vt erat, moeſti ſeruans LVGVBRIA *cultus.*

Seneca *Conſolat. ad Helu. Cap. XVI. Noſti quasdam, quae, amiſſis filiis, impoſita* LVGVBRIA *numquam exuerunt.* Quinctil. *Declam. I. Et tempori adcommodata* LVGVBRIA *flammeo reuertente mutabis.* Seneca *in Herc. fur. act. III. v. 626.* LVGVBRIBVS *amicta coniux.* LVGVBRIA aotem Tacitus *Lib. II. Ann. Cap. 82. inſignia lugentium* vocat. Ouidii vero *Lib. I. Faſt. v. 36. triſtia ſigna* his verſibus:

Per totidem menſes (nempe decem,) *a funera coniugis vxor,*
Suſtinet in vacua triſtia ſigna domo.

Πένθημα vocant Appian. *in par. περὶ πρεσβειῶν. Cap. II.* et Maximus *in Schol. Epiſt. Dionyſ. ad Demophilum.* Sumere LVGVBRIA, et contra *deponere. l. 8. D. de his, qui not. infam.*

LVI.

LVITIO, ſolatio, liberatio. [Denûm millium modiorum LVITIO: *l. 14. C. Theod. de naucular. Lib. XIII. tit. 5.*] LVITIO pignoris: *rubr. C. de luit. pign.*

LVM.

LVMEN, quo caelum et aër adſpicitor, ſolisqoe ac diei claritas, fulgor in aedes caenaculaoe admittitur. LVMEN, ait Paullus, id eſt, vt caelum videretur: et intereſt inter LVMEN, et *proſpectum.* Nam *proſpectus* etiam ex inferioribus locis eſt, LVMEN ex inferiore loco eſſe non poteſt. *l. 16. D. de ſeru. vrb. praed.* Hinc LVMINA *excipere* et *minuere. l. 4. D. de ſeruit. praed. vrban.* Vt non in totum aedes obſcurentur, ſed modicum LVMEN, quod habitantibus ſufficit, habeant: *l. 30. D. de vſufruct.* LVMINA immittere, *l. 13. §. 7. D. eod. tit.* id eſt, aperto pariete feneſtras immittere. Eos, qui ius LVMINIS immittendi non habent, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe: *l. 40. D. de ſeru. vrban. praed.* Si vicino aedificante obſcurentur LVMINA caenaculi: *l. 25. §. 2. D. locat.* Quamuis LVMINA non obſcurentur: *l. 13. §. 7. D. de vſufr.* Officere LVMINIBVS vicini: *l. 11. D. de ſeruit. vrb. praed.* Ita officere LVMINIBVS, et obſcurare legatas aedes conceditur, vt non penitus LVMEN recludatur, ſed tantum relinquatur, quantum ſufficeret habitantibus in vſus diurni moderatione: *l. 10. D. eod. tit.* Iura altius tollendi et officiendi LVMINIBVS vicini: *l. 2. D. eod. tit.* Seruitus oe LVMINIBVS officiatur: *l. 15. l. 23. D. eod. tit.* LVMINVM ſeruitus. *l. 4. D. eod. tit. l. 1. §. vlt. D. ſi vſusfr. pet.* Alia autem eſt LVMINVM ſeruitus, alia, ne LVMINIBVS officiatur. Etenim, LVMINVM in ſeruitute conſtituta, id adquiſitum videtur, vt vicinus LVMINA noſtra exlpiat. Quum autem ſeruitus imponitur, ne LVMINIBVS officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne ius ſit vicino, inuitis nobis altios aedificare, atque ita minuere LVMINA aedificiorum noſtrorum. *l. 4. D. de ſeruit. praed. vrban.* Praeterea inter ſeruitutes, *ne* LVMINIBVS *officiatur*, et *ne proſpectui offendatur* aliud et aliud obſeruatur: quod in proſpectu plus qui habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem proſpectum et liberum: in LVMINIBVS autem oon officere, ne LVMINA cuiusquam obſcuriora fiant.

LVM. LVN.

ant. Quodcumque igitur faciat ad LVMINIS impedimentum, prohiberi poteſt, ſi ſeruitus debeatur: *l. 15. D. eod. tit.* [In LVMEN peruenire dicuntur metalla eruta. Forte enim arbitramur, vt etiam complures ſaxorum nitentium venae in LVMEN vſumque perueniant: *l. 2. C. Theod. de metall. Lib. X. tit. 19.*] Si ſeruitus impoſita fuerit: LVMINA quae nunc ſunt, vt ita ſint: *l. 23. D. de ſeruit. vrban. praed.* LVMINE vnico, *l. 6. §. 5. D. de offic. praeſ.* id eſt, coenaculo vel cubiculo vnico, quod modico LVMINE lucem e caelo accipit. Cuiusmodi coenaculum ſeu fuſcam cellam *tenebras*, propter obſcuritatem, vocat Iuuenalis *Sat. III. v. 225.* ¶. 2. LVMEN, pro lucerna. [LVMINA accendere Diis: *l. 12. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.*] LVMINE adhibito: *l. 10. §. 3. D. de Aedilit. edict.* Edicto *de inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu*, de conclaui, in quo mulier paritura erit, ita cauetur: *Tria* LVMINA, *ne minus, ibi ſint*: ſcilicet, quia tenebrae aptiores ad ſubiiciendum ſunt. *l. 1. §. 10. D. de inſpic. ventr.* Liu. *Lib. XXIX. Cap. 25.* LVMINA *in nauibus ſingula roſtratae, bina oneraria habeant. In praetoria naue inſigne nocturnum trium* LVMINVM *fore.* Sic LVMEN *candelae* apud Iuuenal. *Sat. III. v. 287.* ¶. 3. LVMEN metaphorice pro eo, quod mentem illuminat. [LVMEN caeleſtis lauacri pro baptiſmo. *l. vlt. C. Theod. de ſpectacul.* LVMEN de LVMINE, Chriſtus filius Dei. *l. 6. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5. l. 2. C. Iuſt. de ſumm. Trinit.*] ¶. 4. LVMINA, pro oculis interdum vſurpantur. Et ita LVMINIBVS captus dicitur caecus. *l. 17. D. ad municipal. l. vn. C. qui mort. ſe excuſ. l. 3. C. qui dare tut.* Caecus vtrisque LVMINIBVS orbatus: *l. 1. §. 1. D. de poſtul.* [Sic in Priap. *Carm. XXXVI.*

Notas habemus quisque corporis formas:
Phoebus comoſus: Hercules lacertoſus:
Trahitque Bacchus virginis tener formam:
Minerua flauo LVMINE *eſt.*

Et in ſubiecto Apuleii *ἀνεχόμ.*

Thyrſumque pangant hortulo in Cupidinis,
Dum crebros ictus, conniuente LVMINE,
Trepidante curſu, Venere et anima feſſula,
Eiaculent.]

LVN.

LVNATICVS, A, VM. LVNATICVM mancipium: *l. 43. D. de Aedilit. edict.* LVNATICVM vero morbum quidam explicant inſaniae genus, quo aegri per interualla diuexantur. Alii hoc nomine epilepſiam ſignificari cenſent, vel quod lunae incremento inualeſcat, vel quod interlunio nati ei morbo obnoxii ſint. Cui ſententiae ſuffragatur D. Matthaeus *Euang. Cap. IV. v. 24.* LVNATICOS *σεληνιαζομένους* vocat. Apud eumdem quoque *Cap. XVII, 15.* *σεληνιάζεσθαι* dicitur, qui morbo comitiali laborat, vt verba ipſa indicant, quae ita habent; *ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.* LVNATICVS *eſt, et dira patitur. Saepe enim in ignem, ſaepe in aquam incidit.* Aret. *diuturn. morb. Lib. I.* ſcribit, quosdam exiſtimaſſe, caducum morbum a luna immitti flagitioſis hominibus, vnde *σεληνιακῶν* nomen ipſis tributum. Idemque ſenſit Seren. Sammon. quum de morbo comitiali tractans *Cap. XXV.* ait:

Ipſe Deus memorat dubiae per tempora lunae
Conceptum, talis quem ſaepe ruina profudit.

Vbi *ruinae* adpellatione caſum et prolapſum caducorum accipe. Firmicus tamen Maternus *Lib. IV.* LVNATICOS a *caducis* diſtinguit. Ac plane Vlpianus *furioſo* LVNATICVM, licet ſub disiunctione adiungeus, ſatis aperte ſignificat, in animo habuiſſe ſe de inſaniae magis ſpecie, quam de comitiali morbo loqui.

LVP.

LVPANARIVM iurisconſulti dicunt, quod alii LVPANAR. *l. 21. §. 11. D. de recept. arbitr.* vbi inter honeſti loci exempla Vlpianus et LVPANARIVM ponit. Quae in LVPANARIO perceptae penſiones: *l. 27. §. 1. D. de hered. petit.* Quo LOCO Vlpianus *inter multorum honeſtorum virorum praediis* LVPANARIA *exerceri*, ait. De his LVPANARIBVS in praediis quaedam etiam obſeruauit Merill. *Lib. II. Obſ. Cap. 12.* Habebant venalia huiusmodi mancipia domini, quorum ex laſciuia quaeſtum facerent, eoque etiam pertinet *l. 38. D. de oper. libert.* vbi iurisconſultus: *Nec enim ſi meretrix manumiſſa fuerit, easdem operas patrono praeſtare debet, quamuis adhuc corpore quaeſtum faciat.* HEIN. Porro D. Hieronymus in *Chronico* Arcam Laurentiam *propter rapacitatem corporis quaeſtuoſi a vicinis Lupam adpellatam, indeque meretricum cellulas* LVPANARIA *dici*, ſcribit. Lactant. *Lib. I. diuin. Inſt. Cap. 20.* de eadem Laurentia: *Fuit enim Fauſtuli vxor, et propter vulgati corporis vilitatem Lupa inter paſtores, id eſt, meretrix nuncupata eſt. Vnde etiam* LVPANAR *dicitur.* Quod et Seruio *in Aeneid. I. v. 277.* placuiſſe video. Iſidor. *Lib. XIX. Etymol. Cap. 42.* *Idem et* LVPANAR *vocatum ab iisdem meretricibus, quae propter vulgati corporis vilitatem* LVPAE *nuncupantur. Nam lupae meretrices ſunt vocatae, a rapacitate, quod ad ſe miſeros rapiant, et adprehendant.*

LVPINVS. [LVPINIS ludere: *l. 2. C. de aleat.* vbi iurisconſultus: *Sed et ſi quis ſub ſpecie aliarum victus ſit* LVPINIS, *vel alia materia, ceſſat etiam aduerſus eum omnis exactio.* Vbi legi merentur, quae de LVPINIS adnotauit Turneb. *Lib. I. Aduerſ. Cap. 15.*]

LVS.

LVSCITIO, vbi homo, lumine adhibito, nihil videt. *l. 10. §. 3. D. de Aedil. edict.* Quibus Nonius conſentiens: LVSCITIOSI, (ſic emenda,) inquit, *qui ad lucernam non vident, et μύωπες a Graecis vocantur. Varro Lib. VIII. diſcipli-*

ciplinar. *Veſperi non videre, quos adpellant* LVSCITIOSOS. *Item in Andabatis: Aedepol, idem caecus, non* LVSCITIOSVS *eſt.* Quorum ſententiae accedens Iſidorus *Lib. IX. Orig.* LVSCVS, inquit, *quod lucem ex parte ſciat: ſicut* LVSCITIOSVS, *qui veſpere nihil videt.* Non abs re autem Vlpianus in *d. §. 3.* de myope ait: *Quidam putant.* Nec enim inter omnes conſtat. Quin imo ſunt, qui LVSCITIOSOS dictos cenſent eos, qui plus veſpertino, quam matutino aut meridano tempore, videant. A quorum partibus ſtant Feſtus Pompeius et Fulgentius. Ille enim *Libro XX.* LVSCITIONEM *vitium eſſe oculorum*, definit, *quum quis clarius veſpertino tempore, quam meridie, cernit.* Hic vero *in libello de priſco ſermone:* LVSCITIOSOS, inquit, *dici voluerunt, interdiu parum videntes, quos Graeci μύωπας vocant. Plaut. in Milite glorioſo: mirum eſt, lolio victitare, tam vili tritico. Quod iam* LVSCITIOSVS. *Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obſcurentur.* Easdem partes fouet Seneca, cuius *Lib. III. de benef. init.* verba haec ſunt: LVSCITIOSI *oculi ſunt, qui lucem refugmidant. caeci, qui non vident.* Atque hoc oculorum ſeu morbo, ſeu vitio laboraſſe Tiberium, Dio Caſſ. *Lib. LVII.* ita ſcribit: πλεῖστον γὰρ τοῦ σκότους βλέπων, ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα. *Plurimum enim noctu, minimum interdiu videbat.* Quud et Suetonius confirmans, eumdem principem *etiam noctu in tenebris vidiſſe* ſcribit.

LVSITANIA, Hiſpaniae regio, quam a Luſo, Liberi patris comite, nomen inueniſſe, Plin. *Lib. III. Cap. 1.* tradit, cuius deſcriptionem vide apud eum *Lib. IV. Cap. 21.* In LVSITANIA, vel LYSITANIA Pacenſes, ſed et Emeritenſes, iuris Italici ſunt, *l. vlt. D. de cenſib.*

LVSITANVS. A LVSITANIS capti. *l. 21. D. de negot. geſt.* Seneca in *verſibus ad Cordubam:*

Non LVSITANVS, *quateret quum moenia latro.*

LVSOR, *l. 1. §. 1. D de aleat.* Seneca *Lib. II. de benef. Cap. 17. Neceſſe eſt*, inquit, LVSOR *bonus aliter illam colluſori, aliter breui mittat.* Et mox: *Vbi malignis* LVSORIBVS *propoſitum eſt, colluſorem traducere.*

LVSORIE agere dicitur, qui cum aduerſario colludit. *l. 50. §. 1. D. de legat. I.*

LVSORIVS, A, VM, deriſorium, inane, et ſine effectu ſignificat. Alioquin LVSORIA erunt huiusmodi edicta et decreta praetorum: *l. 75. D. de iudic.* Alioquin inane et LVSORIVM praetoris imperium erit: *l. vlt. D. ne quid in loc. publ.* LVSORIAE minae: *l. 4. pr. D. ſi cui plus quam per leg. Falcid.* ¶. 2. LVSORIAE naues, amnicae [ad impediendos barbarorum excurſiones in fluminibus vltro citroque diſcurrentes. Quod LVDERE dixit Seneca *Epiſt. IV.* his verbis. *Momento mare vertitur eadem die, vbi* LVSERVNT *nauigia ſorbentur.*] Tales LVSORIAE Danubii: *rubr. C. Theodoſ. de luſor. Danub.* Sane in *Nouella Theod. et Valentin. de ambitu et loc. limitan.* vbi vulgo: *Caſtrorum quin etiam ipſis luxuriarumque, pro antiqua diſpoſitione curam refectionemque mandamus*, quidam LVSORIARVM emendandum exiſtimant: alii *clauſurarum*, quorum vtrumque ferri poteſt. Simile vitium inuaſit *l. 4. C. de offic. milit. iudic.* et *l. 4. C. de offic. magiſtr. offic.* vbi pro *clauſurarum, luxuriarum, luſtrationum*, legendum, LVSORIARVM, ceu luculenter probat Claud. Salmaſ. *ad Script. hiſt. Aug. p. 475.* HEIN. LVSORIAS porro limiti Myſiaco deputant Imperatores. *l. vn. C. Theod. de luſor. Danub.* LVSORIAS marinas quoque naues facere videtur Seneca *Lib. VII. de benef. Cap. 20.* his verbis: *Cui triremes, et ceraſtas, non mitterem* LVSORIAS, *et cubiculatas, et alia ludibria regum, in mari laſciuientium.*

LVSORIVM, locus vbi ſe Principes priuatim conficiendis feris oblectabant. Seneca *Epiſt. LXXX.* Lactant. *de mortib. perſequut. Cap. XXI.* Scholiaſt. Iuuenal. *Sat. IV. v. 100.* HEIN.

LVSTRALIS, E. quod quouis luſtro, vel quinquennio recurrit. LVSTRALE aurum, quod a negotiatoribus et mercatoribus, vnoquoque luſtro pendebatur. *rubr. C. de luſtral. aur. collat. Lib. XI.* cuiusmodi collatio χρυσαργύρου συντέλεια vocatur, *l. 1. l. 2. C. eod. tit.* Atque hoc tributum, ab Anaſtaſio ſublatum narrat Euagr. *Lib. III. Hiſt. eccl. Cap. 39.* Auri huius LVSTRALIS inuentor Conſtantinus Magnus, de quo Zoſim. *Lib. II. Hiſt. Cap. 38.* Οὗτος δὲ καὶ τὴν ἐσφορὰν ἐπήγαγε χρυσίου τε καὶ ἀργύρου πᾶσι τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς μετιοῦσι τὰς ἐμπορίας καὶ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι παντωλίαν προτιθεῖσι μέχρι καὶ τῶν εὐτελεστάτων. οὐδὲ δυστυχῆς ἑταίρας ἔξω ταύτης ἐάσας τῆς ἐσφορᾶς. *Idem et auri argentique collationem impoſuit omnibus vbique terrarum negotiationes exercentibus, et dardanariis oppidorum, ad viliſſimos vſque, ne miſeris quidem meretriculis hac collatione exemtis.* Idem auctor exactorum huius auri acerbitatem ac truculentiam multis exaggerat verbis, oſtenditque, eo adactos hac exactione eſſe homines, vt patres liberos vendiderint, filiasque proſtituerint. Attamen iam ante Conſtantinum tale ab Imperatoribus exactum eſſe tributum; auctor eſt Lamprid. *in Alex. Cap. XXII. et XXXII.* A meretricibus vero id tributum magis veterum incuria, quam Conſtantini M. iuſſu exactum eſſe, patet ex Theodoſii iunioris *Nouella XVIII. de lenonibus.* Addatur Iac. Gothofred. *Comment. in Cod. Theodoſ. Tomo V. p. 3. ſequ.* HEIN. LVSTRALIS cenſus apud Vlpianum *tit. I. §. 8. regular.* dictus eſt, quod vnoquoque luſtro fieret. Immo potius a luſtro, quod cenſum ſemper ſequebatur, de quo Liuius *Lib. I. Cap. 44.* Ad luſtrum hoc in primis reſpiciebant iurisconſulti, quoties de effectu profeſſionis cenſualis quaeſtio incidebat: adeo, vt, ſi ſeruus per cenſum eſſet manumiſſus, libertatem non prius conſequeretur, quam condito luſtro, ac interim poenitere liceret domino. Cic. *de Orat. Lib. I. Cap. 40. Fragm. vet. iuriſconſ.*

riſconſ. apud Pithoeum §. XVII. Vid. Cuiac. *Lib. III. Obſeru. Cap.* 22. et Schulting. *iuriſpr. anteiuſt. p.* 564. HEIN. LVSTRALIS poſſeſſio: id eſt, quinquennalis. *l. vn. C. Theodoſ. de quinquenn. praeſcr. Nouell. Theod. et Valent. de lenonibus.*

LVSTRAMENTVM, in *l. 3. §. 3. D. ad leg. Corn. de ſicar.* ex quorumdam ſententia, nihil aliud eſt, quam ἀσέλγεια, ἀφροδισιασμὸς, a LVSTRIS, id eſt, lupanaribus dictum.

LVSTRVM, quemadmodum Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* ſcribit, *nominatum tempus quinquennale, a iuendo, hoc eſt, ſoluendo, quod quinto quoque anno vectigalia et vltro tributa per cenſores perſoluebantur.* Feſtus Pompeius: LVSTRVM *quum prima ſyllaba producitur, ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem.* Seru. in *Aen. l. v. 287.* ad haec verba:

LVSTRIS *latentibus aetas.*

LVSTRIS, inquit, *quinquenniis.* LVSTRVM *autem dictum, quod poſt quinquennium vnaquaeque ciuitas* LVSTRABATVR. Iſidor. *Lib. V. Orig. Cap.* 37. LVSTRVM *eſt* πεντετηρίς, *id eſt, quinquennium; quod quinto anno dicitur condi propter Olympiadas a Romanis. Adhuc enim conſules, adhuc erae nondum erant. Eſt enim quinquennale tempus. Ideo vero ſic vocatur, quod cenſu per quinquennium in republica peracto, vrbs Roma luſtrabatur.* Ouid. *Lib. IV. ex Ponto eleg. 6.*

In Scythia nobis quinquennii Olympias acta eſt:
Iam tempus LVSTRI *tranſit in alterius.*

Apulei. *in Apolog. p. 330. Annos computet, quos ſexaginta mulieri adſignabat: probet quinque et quinquaginta:* LVSTRO *mentitus eſt.* Sic: LVSTRVM conductionis: *l. 67. §. vlt. D. de furt.* Si colonus poſt LVSTRVM completum fructus perceperit: *l. 4. §. vlt. D. re reb. credit.* Peracto LVSTRO diſcedunt conductores: *l. 3. §. 6. D. de iur. fiſc.* Hortorum fructus vsque ad LVSTRVM: quo conducti eſſent, leganeral. *l. 36. §. 1. D. de legat. III.* In LVSTRVM vtique, id eſt, quinquennium tam priuatorum praedia, quam publica, et vectigalia, olim locari conſueuiſſe, adparet ex *l. 9. §. 1. l. 13. §. 11. l. 24. §. 2. et §. 4. D. locat. l. 3. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. l. 25. §. vlt. D. ſolut. matrim. l. 18. §. vlt. D. de ſtipul. ſeru. l. 3. §. 6. D. de iure fiſc. l. 48. D. de act. emt. l. 17. D. de liberat. legat. l. 4. §. vlt. D. de reb. credit. l. 89. D. de verb. obligat.* Ouid. *Lib. IV. ex Ponto eleg. 9.*

Nunc longi reditus haſtae ſupponere LVSTRI

Hygin. *de limitib. p. 206. Solent vero et hi agri accipere per ſingula* LVSTRA *mancipes.*

¶. 2. [LVSTRORVM ſacrificia, quae votis publicis, diebus feſtis, conuiuiisque ſollemnibus, vel pro frugibus et foecunditate agrorum, vel pro tutandis finibus, aliisue ex cauſſis fiebant. *l. 5. C. Theod. de Epiſcop. Lib. XVI. tit. 2.* et ibi Iac. Gothofred.] LVSTRALIS ſacrificii meminit etiam Liuius *Lib. I. Cap. 28.* his verbis: *Sacrificium* LVSTRALE *in diem poſterum parat.* HEIN.

LVSVS aleae: *l. 1. D. de aleator.* LVSVS gratia facere: *l. 3. D. de ſeruo corr.* LVSVS noxius: *l. 1. D. ad leg. Aquill.* pernicioſus. *l. 50. §. 1. D. de furt.*

LVT.

LVTVLENTVS, A, VM. [LVTVLENTVM prodigium, in *l. 17. C. Th. de poen. Lib. IX. tit. 40.* vocatur Eutropius, ſacri cubiculi quondam praepoſitus.]

LVX.

LVX. [LVX baptiſmalis: *l. vlt. C. Theodoſ. de ſpectac. Lib. XV. tit. 5.* LVCE clariora ſigna: *l. 3. C. Theod. de abolit. Lib. IX. tit. 37.*] LVX dignitatis; *l. 1. §. 1. D. de offic. praef. praetor.* LVX indubia probationis: *l. 3. C. de cond. ob turp. cauſſ.* LVX inſtructionis; *l. 26. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.* LVCIS munere excedere, id eſt, mori: *l. vn. C. Th. de heredit. petit. Lib. II. tit. 22.*] LVX probationum: *l. vlt. C. ſi min. ſe maior.* In LVCEM producere: *l. 1. §. 15. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* [LVX Chriſtianae religionis tenebris oppoſitur *tenebris Iudaicae ſuperſtitionis l. 28. C. Theod. de Iud. Lib. XVI. tit. 8.*] LVX veritatis. *l. 22. D. de teſtib.*

LVXVRIA, [vel vt in *l. 11. D. de incend. ruin. naufr.* ἀρχαϊκῶς legitur, LVXORIA, vid. Auſ. Popm. *de vſu antiqu. loquut. Cap. 1.*] teſte Nonio Marcello, eſt contra pudorem *et ſupra modum profuſio. M. Tullius Lib. I. de Officiis: Intelligimus, quam ſit turpe diffluere LVXVRIA, delicate ac molliter viuere.* Idem alibi: LVXVM, *id eſt, vulſum, et loco motum, quod nunc luxari ignari Latine dicimus. Inde* LVXVRIA, *quia a recta viuendi via ſit excluſa et eiecta.* Ad LVXVRIAE materiam: *l. 3. §. 6 D. de in rem verſ.* LVXVRIA *conuiuiorum et veſtium*: quam aegrae ciuitatis indicium eſſe, ait Seneca *Epiſt. CXIV.* Idem *Epiſt. XC. A natura* LVXVRIA *deſciuit: quae quotidie ſe ipſa incitat, et tot ſaeculis creſcit, et ingenio adiuuat vitia.* M. Seneca *Lib. II. Controu. I. Ad delicias dementis* LVXVRIAE *lapis omnis eruitur, caeduntur que gentium ſiluae, aeris ferrique vſus, iam auri quoque in exſtruendis domibus.* Liuius quoque *Lib. XXXIV. Cap. 4. Diuerſisque duobus vitiis, auaritia* et LVXVRIA, *laborare ciuitatem, quae peſtes omnia magna imperia euerterunt.* Nimirum LVXVRIA haec fundum non habet: vt non immerito, *auaritiae deeſſe multa,* LVXVRIAE *omnia,* Publius *in Mimis* pronunciat. Hinc illa: Ex damni infecti ſtipulatione ob tectoria et picturas moderata aeſtimatio facienda, quia honeſtus modus ſeruandus eſt, non immoderata cuiusque LVXVRIA ſubſequenda. *l. 40. pr. D. de damn. infect.* Non ex LVXVRIA, ſed ex adfectu deſcendentes cauſſae: *l. 16. D. de manum. vind.* Etiamſi per LVXVRIAM id factum: *l. 1. §. 10. D. de Aedilit. edict.* id eſt, per laſciuiam, petulantiam, inſolentiam. Tam lata culpa, vt LVXVRIA ſit. *l. pen. D. de incend. ruin. naufr.* id eſt, deperditi, et nimis ſecuri hominis ignorantia, vt in *l. 3. D. de iur. et fact. ignor.* ſeu negligentia craſſa, et nimia ſecuritas, *l. 6. D. eod. tit.*

LVXV-

LVX. LYC. LYN.

LVXVRIOSE. Molieri, quae LVXVRIOSE viuit, bonis interdici poteſt. *l. 15. pr. D. de curat. furioſ.* LVXVRIOSE viuere coepit. *§. 23. Inſt. de action.*

LVXVRIOSVS, A, VM. LVXVRIOSVS et prodigus opponitur *homini vitae emendatioris. l. 11. §. 1. D. de dol. mal.* LVXVRIOSVS adoleſcens: *l. 8. D. pro emtor. l. 12. §. 11. D. mand.* qui luxu, laſciuia et mollitie diffluit. Cuiusmodi adoleſcenti qui dat, perdituro et conſumturo dare dicitur. Feſtus Pompeius: LVXA *membra, e ſuis locis mota et ſoluta: a quo* LVXVRIOSVS, *in re familiari ſolutus.* LVXVRIOSVM facere: *l. 2. D. de ſeru. corrupt.* Seneca *Epiſt. I. Fatebor ingenue, quod apud* LVXVRIOSVM *ſed diligentem, euenit. Ratio mihi conſtat impenſae.* [LVXVRIOSA vxor dicitur, quae commune lauacrum cum viris, libidinis cauſſa habere audet. *l. 11. §. 2. C. de repud. Nouell. XXII. Cap. 16.*]

LYC.

LYCIA, minoris Aſiae regio, cuius fit mentio. *l. 77. §. 20. D. de legat. II.*

LYN.

LYNTRARII, (immo potius LINTRARII,) *l. 1. §. 4. D. naut. caupon. ſtabul.* qui lintres agunt, ſeu lintrium exercitores, quod nauis fluuiatilis genus eſſe indicat Iul Caeſ. *Lib. I. de bell. Gall. Cap. 12.* his verbis; *Id flumen Heluetii ratibus ac* LYNTRIBVS *iunctis tranſibant.* Nec vero LYNTRES in nauium generibus nominibusque recenſitis praetermiſit Gellius *Noct. Lib. X. Cap. 25.* [Graecis dicuntur κάραβοι et inter armamenta nonnumquam numerantur. Qui vero illis praeeſt, καραβίτης adpellatur. Dan. Heinſ. *Exercit. ad nou. Teſt. Lib. V. Cap. 15. p. 306.*]

LYT.

LYTAS olim Graeco vocabulo adpellatos quarti anni ſtudioſos Iuſtinianus tradit in prooem. Digeſtorum, ſeu *Conſt. Omnem reip. §. 1. et 2.* [Vbi Turneb. *Lib. VIII. Aduerſ. Cap. 19.* LYTAS, magno ſane flagitio *ſolutos* quosdam interpretari ſcribit, quum *ſolutores* potius dici debebant, qui iam tantos in iure progreſſus fecerint, vt de eo reſpondere prope poſſint, et quaeſtiones ſoluere. Hos enim eſſe, qui reſponſis prudentum, et quaeſtionibus operam dederint. Vnde eo trahit verſum Iuuenal. *Sat. VIII.*

Qui iuris nodos, legumque aenigmata SOLVIT.

De PROLYTIS infra ſuo loco *Libro XIV.* In Accurſiano exemplari pro LYTAE abſurde legitur HIACI, et pro PROLYTAE, LORITAE, pro quo alii aeque inepte COLORITAE, alii COLOBITAE, legunt, vti Conſtant. Laodus *in Exercit. p. 1391. Tomo III. Theſaur. iur.* cui viro, non indocto, has nugas placere potuiſſe, miror. HEIN.

FINIS TOMI PRIORIS.

S. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google